OH

917
18
OH


Digitized by Google

Digitized by Google

BIB. DOM.

Bibliotheca S. J.
Les Fontaines
CHANTILLY

H 3
1916

Ho 19/108

Ho 8/116

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MAGNÆ CHARTÆ SOLE
NIS CONFIRMATIO
Fructus Legis
Caput inter nubila
Fructus
Antiquitas
MONASTICON
ANGLICANVM
S. Gregorius
S. Augustinus
Non omnia
grandior ætas
Nos fugiemus habet

Monasticon Anglicanum,

SIVE

Pandectæ
COENOBIORUM
Benedictinorum
Cluniacensium
Cistercienſium
Carthusianorum

A primordiis ad eorum usque dissolutionem

Ex MSS. Codd.

Ad Monasteria olim pertinentibus;

Archivis

Turrium Londinensis, Eboracensis;
Curiarum Scaccarii, Augmentationum;

Bibliothecis

Bodleianâ; Coll. Reg. Coll. Bened.
Arundellianâ, Cottonianâ, Seldenianâ, Hattonianâ
aliisque digesti

per { ROGERUM DODSWORTH, Eborac.
GULIELMUM DUGDALE, Warwic.

LONDINI
Typis *Richardi Hodgkinsonne*,
M. DC. LV.

ΠΡΟΠΥΛΑΙΟΝ.

JOHANNIS MARSHAMI.

INTER *maxima Christianismi nascentis miracula meritò habendum est Ecclesiæ Incrementum; quæ nec Veritatis odio, nec Persecutionis rabie oppressa, in ultimas terrarum orbis oras, etiam in Alterum hunc nostrum Orbem propagata est.*

[a] Initium *autem* ab Hierosolymis. *Illa* [b] primùm fundata Ecclesia totius Orbis Ecclesias seminavit: *Illinc egressi sunt, qui ubiq; prædicaverunt, Apostoli. Discessuris illis in præfecturâ rei familiaris (erant enim* [c] *κανόνικοι) succesſerunt* VII *viri illi, qui mox* [d] Presbyteri *appellati sunt;* Diaconi *verò nusquam. His autem præerat* Jacobus, *frater Domini* [e], Episcopus Apostolorum (i.) *ex illorum Collegio: coram quo cum Petrò* [f] *discepta-runt Paulus & Barnabas: qui præses Synodi Sententiam* [g] *dixit, atq; Ecclesiis* [h] *denunciavit: cui deniq; Paulus (qui ab illo, Cephâ & Johanne acceperat* [i] *δεξιὰς κοινωνίας ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη*) *Peragrationum sparum* [k] *rationem reddidit. Verùm Jacobus non tàm* [l] Episcopus *dicendus est, quàm residentiarius Apostolus.* [m] Omnes *enim* Episcopi Apostolorum successores sunt.

B. Paulus [n] *primâ peragratione ordinavit* Presbyteros; *Episcopos autem postremâ, quum illis ultimum vale dicturus esset.* Mileti [o] convocat Presbyteros, *non Ephesinos* [p] *solos, sed* omnes illos, apud quos prædicaverat; *quibus inquit, vinculorum Romanorum præscius,* [q] Scio vos faciem meam non ampliùs visuros: [r] *ἐν ὑμῖν ὑμᾶς τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους.* Sp. S. vos constituit Episcopos. *Convocavit* Presbyteros; *dimisit* Episcopos.

[a] Luc. c. ult. v. 47.
[b] Iren. l. 3. c. 12. Hieron. in Esai. c. 2.
[c] Act. 2. 44. 4. 32.
[d] Act. 6. 5. 11. 30.
[e] Rufin. l. 2. c. 1.
[f] Act. 15. 7. 12. & v. 19.
[g] v. 28.
[h] Gal. 2. 9.
[i] Act. 21. 18
[k] Clem. Alex. apud Euseb. l. 2. c. 1.
[l] Hieron. ad Evagr.
[m] Act. 14. 23
[n] Act. 20. 17.
[o] Ut Hieron ad Evagr.
[p] Act. 20. 25
[q] v. 28.
[r]

Quos autem B. Paulus hîc vocat Presbyteros, eosdem in epistolâ ad Timotheum (qui ipse Episcopus Ephesi celebratur) appellat [c] διακόνους, Ministros. *Neq; aliter, postquam constituerat in Macedoniâ Ecclesias, ad exemplar Hierosolymitanæ, Philippensem Epistolam inscripsit* [t] ἐπισκόποις, καὶ διακόνοις Episcopis & Ministris. *Sunt autem isti* [u] διάκονοι τοῦ Θεοῦ, τοῦ χριστοῦ Ministri Dei, Christi; διάκονοι καινῆς διαθήκης τοῦ εὐαγγελίου Ministri Novi Testamenti, Evangelii: διάκονοι δικαιοσύνης, τῆς ἐκκλησίας Ministri Justitiæ, Ecclesiæ; *qualis fuit ipse* Paulus *Eadem fuit etiam Cretensis Ecclesiæ politia, in quâ B. Paulus per Titum ordinari jussit* [w] Presbyteros & Episcopum, *talem omninò, qualis Episcopus, de quo scripsit ad Timotheum. Nimirùm ætate B Pauli duo fuerun Ecclesiastici ordinis gradus: Primus Apostolorũ, sivè, post illorum discessum,* Episcoporum; *alter* Presbyterorum, *qui synonymicè dicuntur* Ministri. *Neq; satis intellexissem quam ob causam Latina Hieronymi versio duobus istis, ad Philippenses, & ad Timotheum, locis Græcam retinuerit vocem, quæ alibi per* Ministri *vocabulum trigesiès exprimitur, nisi perlegissem ista, quæ Pater ille fervidiùs scripsit ad Evagrium, & in dictum Titi locum. An verò ad hanc Episcoporum institutionem pertineat illa* [x] VII *virorum, itineris sociorum, designatio: an illæ* VII *à B.* [y] *Johanne celebratæ Ecclesiæ, non est hic disquirendi locus.*

Cæterùm Ecclesia Hierosolymitana diù non perstitit Hierosolymis, sed imminente Urbis excidio [z] *migravit Pellam, Decapoleos urbem, sub Jacobi successore Symeone. Neq; redüisse unquam videtur: Non sanè ante Adrianum, quùm à Tito excisa sit Urbs, neq; manserit* [a] lapis super lapidem; *non post conditam ab Adriano Æliam, quia* [b] Judæis introeundi licentia ablata est.

Ex illo tempore duplex fuit Hierosolymitanorum *Episcoporũ successio: altera* Pellensis [c] τῶν ἐκ περιτομῆς ἀνακειμένων; *qui* [d] Christum Deum sub Legis observatione credebant, *& quia circumcisi erant, exulabant: altera* Æliensis [e] τῶν ἀπὸ ἐθνῶν πίστεως ἐξ ἀκροβυστίας, *quibus* [f] Christianis civitas permissa, *quod ritus Judaicos non adhiberent. Urbem, terramq; patriam ingredi, &* [g] genitalia mutilare *vetitum fuit Judæis: de Judæo autem cognoscebat Procurator, inspiciendo* [h] an circumcisus esset. *Perperàm Eusebius, quem sequuntur* [i] *plurimi, Episcopos* τῶν ἐθνικῶν *intra paucos Trajani Adrianique annos coarctat; cum series illa, ex* XV *constans,*

[c] Tim. 3. 8.
[t] Philip. 1. 1.
[u] 1 Thess. 3. 2. 2 Cor. 11. 23 3. 6. Ephes. 3. 7. 2 Cor. 11. 15 Col. 1. 25.
[w] Tit. 1. 7.
[x] Act. 20. 4.
[y] Apoc. 1. 11
[z] Euseb. Hist. 3. 10.
[a] Mat. 24 2.
[b] Euseb. chr.
[c] Euseb. l. 4. c. 5.
[d] Sulp. Sever l. 2.
[e] Euseb. l. 4. c. 6.
[f] Oros. l. 7. c. 17.
[g] Spartian in Adriano.
[h] Sueton. Domit. c. 12.
[i] Epiphan. hær. 66. §. 10 Niceph. chr. Alexan. chr.

ultra Severi tempora duraſſe, nec miſi cum ceſſatione Legalium (ut loquuntur in Scholis) deſiiſſe videatur. Neq; tunc quidem deſiit Epiſcopatus ille. [k] Zebennus Epiſcopus Pellenſis *Concilio Chalcedonenſi,* [l] Paulus Epiſcopus Pellius *Conſtantinopolitano ſubſcripſit. Interim Ælienſis ſucceſſionis, ſicut Origo à Marco quodam obſcurâ, ita Auctoritas non parùm fuit imminuta.* [m] Ἐπίσκοποι τῶν ἐκπεπτωκότων ἐκ περιτομῆς ὄντες ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπεστάλησαν τῷ πάντι κόσμῳ τρόπον τινὰ ὑπήκουσε. Cum Epiſcopi ex circumciſione fuerunt Hieroſolymis, totus mundus illis obſequi debuit. *Novi autem Æliæ præſules non erant quidem Univerſales: erant tamen* ἐγκύκλιοι, *neq; Cæſareæ, quod putarunt magni viri, neq; Antiochiæ ſubditi. Firmilianus, Cæſarienſis Cappadociæ Epiſcopus, Stephano Romano crimini dedit* [n] Non obſervari Romæ omnia æqualiter, quæ Hieroſolymis obſervantur. *Conſtantinopolitani patres Hieroſolymam agnoſcunt* [o] Omnium Eccleſiarum matrem: *Atque Hieronymus Apoſtolicam.* [p] Quid facient Orientis Eccleſiæ, quid Ægypti, et ſedis Apoſtolicæ? Oriens *eſt Diœceſis Antiochena;* ſedes Apoſtolica, [q] *Hieroſolymitana: neq; aliam ob cauſam Pater ille (poſt Euſebium) cumulavit utriuſque generis Epiſcopos, quàm ut ab Apoſtolo deduceretur ſeries.*

Ob antiquum ſedis honorem, in Concilio [r] *Nicæno honoratur Macarius Hieroſolymitanus;* ſalvâ *Euſebii* dignitate, *quia Cæſarea politica fuit Palæſtinæ Metropolis. Theodorus Balſamon Antiochenus ipſe Patriarcha, tunc ſtatui putat* τὸν τῆς πρώτης τῶν, Hieroſolymitanum [s] præeſſe provinciis quæ in Palæſtinâ, in Arabia, & in Phœnice. *Antiocheno poſtea litem de Diœceſeos limitibus movente, in Chalcedonenſi Concilio* [t] poſt multam contentionem, ex conſenſu *decretum eſt,* [u] Ut ſedes Antiochienſium habeat duas Phœnicias & Arabiam, ſedes autem Hieroſolymitana habeat tres Palæſtinas. *Nec quicquam ferè, quod Metropolitici ſubinde juris habebatur, non exercuerunt Antiſtites Ælienſes. Iſta autem omnia jam convaſare longum eſſet.*

Dum imminebant Perſecutionum tempeſtates, uno Epiſcopi *nomine regebatur Eccleſia: nulla fuit cõſervandi limitis cura, aut de Primatu decertatio. Conceſsâ tandem Chriſtianis tranquillitate, ad Civilem plerunq; compoſita fuit Eccleſiæ Politia; & diverſi paulatim introducti ſunt Dignitatum Ordines.* Metropolitæ *nomen a provinciis Romanis in Eccleſiam tranſiit.*

[k] Conſ. Tom 3. p. 305.
[l] Tom. 4. p. 92. B.
[m] Epiphan. hær. 70. para. 10. p. 822 c.
An 256.
[n] Cyprian Epiſt. 75. p. 159.
An. 382.
[o] Theodoret hiſt. l. 5. c. 9.
[p] Epiſt. 53. adv. Vigilan.
[q] Rufin. l. 2. c. 21.
An. 326.
[r] Can. 7.
[s] Bals in Can 6 Nican. p. 286. B.
[t] Part. 2. Act. 7. Conc. Tom. 3. p. 364.
[u]

A primatu Urbium primum Episcoporum discrimen.

Archiepiscopi *titulus Alexandriæ ortus est. Unus enim in Ægypto Episcopus fuit usque ad Demetrium, qui*[u] *tres Episcopos instituisse dicitur; ejus autem successor Heraclas, viginti. Ut a maneret Metropolitæ Alexandrino suus honor, inventum est Archiepiscopi nomen.* Petrus Alexandriæ Archiepiscopus *nominatur*[x] *Epiphanio: fuit is post Marcum decimus sextus.* Alexander, *qui dicimus octavus,* Archiepiscopus *dicitur*[y] *Athanasio; qui primus omnium illius vocis meminit.* A° *demùm* 431, *in Concilio Ephesino, Cyrillus* Hierosolymitanus *sæpissime; etiam* Cælestinus Romanus *aliquoties Archiepiscopi nomen obtinent.*

[u] Eutych. Seldeni p. 332.

[x] Hæres. 68. 69. p. 717.

[y] Apolog. 2. p. 791. c.

Ab Oriente demùm id nomen derivatũ est in Occidentẽ. Fœlix P III *vocem illam in Latinum sermonem primus transtulit; ad Zenonem Aug. scribens,* [z] Acacium Archiepiscopum *appellat.* Carthaginienses *autem primi sexto sæculo Novæ subjecti Romæ titulum hunc sibi arripuerunt.*

Anno 485. [z] Epist. 5. T. C. 3. p. 603.

Vict. Tun. chron. an. 540. 548.

Patriarchæ *titulus Judæis proprius fuit quamdiu stetit illorum res inter Christianos. Postquam verò ab Honorio & Theodosio Augg.* [a] Codicilli Honorariæ Præfecturæ *demti sunt* Gamalielo, *Patriarcharum postremo, vox illa in Ecclesiâ Christianâ ambitiosè usurpari cœpit. Dignitatis institutionem sedulò quæsivi; frustra tamen. Mitto Anacleti Clementisque epistolas: mitto Arabicos Concilii Nicæni Canones, ab Alphonso Pisano & Francisco Turriano editos: mitto Cataphrygarum Patriarchas: ipsum Socratem mitto, qui historiam ad annum* 439 *contexens, primus omnium* Patriarchatus *inter dignitates Ecclesiasticas retulit, illosque in Concilio Constantinopolitano institutos asserit: Quem errorem satis redarguit illustrissimus & doctissimus Cardinalis*[b]. *Labente jam Quinti sæculi dimidio,* Leo Romanus Patriarcha *appellatur à Theodosio, in*[c] *Epistolis Chalcedonensi Concilio præfixis; & in Epistolâ*[d] *subnexâ,* Anatolius Constantinopolitanus Patriarcha *dicitur à Mæsiæ patribus. Fuerunt etiam*[e] Patriarchæ uniuscujusque Diœceseos; *quæ deinceps enumerantur istæ:* [f] Oriens, Pontica, Asiana, Thracica, Illyricum. *Adeo ut non solùm Anatolius, sed etiam Maximus* Antiochiæ, *Thalassius* Cesariæ *Cappadociæ, Stephanus* Ephesi, *Athanasius* Thessalonicæ *Archiepiscopi,*

A. 415. [a] Cod. Theo. l. 16. tit. 8. l. 22.

[b] Baron. A. 381. par. 76.

[c] Conc. Tom 2. p. 28. 29. B.

[d] p. 515. f.

[e] p. 211. D.

[f] p. 336. A.

essent

essent tunc Patriarchæ. *Daciæ, à barbaris oppressæ, nulla est ratio; nec Dioscuri Alexandrini, in illo Concilio damnati. Aº.* 512. [g] *Flavianus vocatur* Antiochiæ Catholicus Patriarcha. *Et in Concilio Constantinopolitano sub Mennâ, anno* 536, *Petrus* [h] Hierosolymitanus, Patriarcha *vocatur. Eodem tempore, præter Romanum, Constantinopolitanum & Antiochenum, etiam Epiphanius* Tyrius *tùm* Archiepiscopus *salutatur, tum* [i] Patriarcha: *quasi illa Phæniciæ metropolis non esset Orientis Diœcesi subjecta. Tandem* Alexandrinus *Apollinarius, anno* 553, *in Constantinopolitana Synodo, semel atque iterum* Patriarcha [k] *vocatur*; Archiepiscopi *autem titulo, tanquam magis proprio, ubique designatur. Alexandriæ Archiepiscopus etiam in Edicto* [l] *Justiniani nuncupatur* Patriarcha.

[g] Marcell. Com. chron

[h] Cone Tom. 4 p. 3. f. & alibi.

[i] Ibid. p. 98. 99.

[k] Ibid. p. 209. B. p. 214. D.

[l] Edict. 13. c. 10.

Scilicet ætate illâ Episcopatus tres fuerunt gradus. I. *Exarchi Diœceseon, qui vel* Archiepiscopi, *vel* Patriarchæ *synonymicè dicebantur.* II. Metropolitæ *Provinciarum.* III. Episcopi *Civitatum. Frequens occurrit in Codice & in Novellis triplex* [m] *hæc Antistitum distinctio: nec rara inibi mentio* Patriarcharum [n] uniuscujusque Diœceseos. *Quasi esset illo ævo cuilibet Diœcesi suus Patriarcha; cuilibet Patriarchæ sua Diocœsis.*

[m] Cod. l. tit. 4. c. 29. par. 2, 4. Novell. 6. 6. c. 3. 67. epilog. 120. c. 6. 123. 10, 22, 23, 25.

[n] Cod. l. i tit. 4, c. 34 par. 5. Novell. 6. epilog. 7. epilog.

Obtinuit autem id jam inter Catholicos, quod S. *Hieronymus non ita pridem exprobraverat Cataphrygis.* [o] Apud nos (*inquit*) Apostolorum locum Episcopi tenent: apud eos Episcopus tertius est. Habent enim primos de Pepusa Phrygiæ Patriarchas: Secundos, quos vocant Cenones: atque ita in tertium, id est pene ultimum locum Episcopi devolvuntur: quasi exinde ambitiosior Religio fiat, si quod apud nos primum est, apud illos novissimum sit.

[o] Epist 54. ad Marcellam p. 602. B.

In Occidentali autem Ecclesiâ Patriarchæ *nomen sub Theodorico rege primùm usurpari videtur. Erat is quidèm natione Gothus, sed Romanis imbutus moribus; Zenoni Imperatori Magister præsentis militiæ, filius adoptatus, & Cos. an.* 484. *sub cujus regno refloruit admodùm Italia. Præter Italiam, ille* [p] Gallias suo acquisivit imperio, & victis Bulgaribus Sirmium recepit, *Pannoniæ metropolim.*

[p] Cassiodor Chron.

Illi tàm in Italiâ, quàm in [q] Dalmatiis *&* [r] Galliis (*aº* 526) *successit Athalaricus filius. Cassiodorus Latinorum primus*

[q] Cassido. l. 8. ep. 4. 16.

Patriarcharum, tanquam ſoliti nominis, meminit in Reſcripto Athalarici ad Johannem II. *P.* [f] *quod etiam ad univerſos Patriarchas atque Metropolitanas Eccleſias voluit pertinere. Epiſcopum Romanum,* M M M. *ſolidorum:* alios vero Patriarchas, *vel,* qui Patriarcharum honore reliquis præſident Eccleſiis, quando in Comitatu de eorum Ordinatione tractatur, intrà M M. ſolidorum jubet expendere. *Vetat ultrà onerari vel* Apoſtolicæ pręſulem Eccleſiæ, vel Patriarcharum Epiſcopum, *id eſt, tàm Romanum, quàm quemlibet alium Patriarchalem Epiſcopum ſub ſuâ ditione. De numero non conſtat. Intra Athalarici regnum fuerunt quinque* Metropoliticæ Eccleſiæ; *quarum Epiſcopi hìc intelligi videntur. Italiæ, in* X VII *diviſæ Regiones, duæ fuerunt Diœceſes: altera* Italia *dicta eſt, altera* Romania. [r] Μητρόπολις ἡ Ρώμη τῆς Ρωμαΐας ἐστὶν. Roma Romaniæ Metropolis. [u] Μητρόπολις μητροπόλεως τῆς Ἰταλίας Mediolanum Metropolis Italiæ. *Sub* Româ X *fuerunt Regiones, quæ* Suburbicariæ *dictæ ſunt; ſub* Mediolano VII *Diſtributio iſta ante Conſtantinum facta eſt. Nam in Aureliani Imperatoris edicto de Paulo Samoſateno ſunt* [v] Οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι, *id eſt, utriuſq; Diœceſeos. Conſtantinus etiam de Cæciliano ſcribit tùm* [x] Miltiadi Romæ, *tùm* Merocli Mediolani Epiſopo. *Sulp. Severus dicit Damaſum & Ambroſium fuiſſe* duos Epiſcopos, quorum eâ tempeſtate ſumma auctoritas erat. *Et in Concilio Taurinenſi utraque ponitur auctoritas* Ambroſii epiſcopi, vel Romanæ Eccleſiæ Sacerdotis.

Tertia Italiæ Metropolis poſterioris fuit ſæculi. Ex quo Honorius Aug. Ravennæ conſederat, urbs illa Imperii ſedes perpetua ac domicilium extitit. Inde Reges Gothi, inde Exarchi imperaverunt Romanis: adeò ut illo Primariæ urbis jure, quo cum veteri Româ decertavit Nova, ipſa Roma diù fuit Ravennâ inferior. Verùm Ravennas ἀντιπαρῆλθε *contrà Romanos impetus tuendæ ſatagebat; donec Pipinus rex Galliæ, cedentibus Longobardis, Exarchatum Pentapolimque Pont. Romano in perpetuum conceſſit. Tenuit autem Ravenna tres Italiæ provincias: AEmiliam; atque Flaminiam, ſive Picenum Annonarium, Mediolanenſis* [y] *olim Diœceſeos; & Picenum Suburbicarium, Romanæ.*

Extrà Italiam duæ fuerunt ſub Athalarico Metropoles: altera

An. 532. [f] Caſſiod. Var. l. 9. Ep. 15.

[r] Athanaſ. ad Solit. p. 832 [u] ibid. p. 831. c.

[v] Euſeb. hiſt. l. 7. c. 24. [x] Ibid. l. 10. c. 5.

Hiſt. Sac. l. 2. de Gnoſticis

Conc. Tom. 1. p. 702. cap. 5.

An. 755.

[y] Ambroſ. Epiſt. 19. & 25 de Foro Cornelii.

tera Illyrici, altera Galliarum. Aquileia *priùs* [z] Dalmatiæ, *dein* [a] Italiæ *urbs fuit: verùm redactâ intrà Adduam Mediolanensi Diœcesi,* [b] Venetiæ etiam Histria connectitur, ut utrèque pro unâ provinciâ habentur, cujus Aquileia civitas caput extitit.

[z] Subscrip. Conc. Arelat. Tom. 1. p. 266. A.
[a] Subscr. Cõc Sardic. Tom. 1. p. 540. B.
[b] Paul. Diac. l. 2. c. 14.

Justinianus [*] In antiquis, *inquit*, temporibus Sirmii Præfectura fuit constituta, ibique omne Illyrici fastigium, tam in civilibus quàm in Episcopalibus causis; postea autem Attilanis temporibus, ejusdem locis devastatis, Apennius Præfectus Pr. de Sirmitanâ civitate Thessalonicam profugus venit, tunc ipsam Præfecturam & Sacerdotalis honor secutus est. *Quod quidem de istis Illyrici provinciis intelligendũ est, quas Notitia* in partibus Orientis *recenset. In Occidentis eadem ratio. Hisce enim provinciis, etiamsi neq; Pr. Pr. esset, neq; Vicarius; tamen in Ecclesiæ primatum Aquileia successisse videtur, & more ævi, Patriarchæ titulum induisse. Pacta autem est illa Illyrici partitio a°. 437, cum Valentinianus III Eudoxiam,* [*] Theodosii filiam in matrimonium accepit. [*] Placidia (*inquit Senator P. P.*) nurum sibi amissione Illyrici comparavit; factaque est conjunctio regnantis divisio dolenda provinciis. *Circà idem tempus* Notitiam *fuisse scriptam, suadent tùm ista Illyrici distributio, tùm* [*] Numeri Placidi Valentiniani Fœlices, *à Placidiâ dicti. Post quinquennium contigit devastatio Sirmii. An esset unquam Sirmiensis Patriarcha, non liquet; neq; quis primus Aquileiensium. A° autem 568, quando Longobardi Italiam invaserunt,* [c] Aquileiensi civitati B. Paulus Patriarcha præerat, qui ex Aquileiâ ad Gradum insulam confugit. *Circa an. 605. Cum jam Longobardi Christianam suscepissent religionem,* [d] ordinatur Johannes Patriarcha in Aquileiâ Vetere cum consensu regis *Agilulfi*: In Grado quoque ordinatus est Romanis Candidianus. Et ex illo tempore cœperunt duo esse Patriarchæ, *Gregorius P. II, a° 729 (Paulo Diacono senior)* [e] Donatum Gradensem Patriarcham *nuncupat*, Serenum, Forojulienſem Episcopum: *Patriarcham non appellat Ecclesiæ Romanæ minùs obsequentem. Forojuliensis autem dicitur non ab urbe, sed a territorio. Nam Serenus &* [f] Superiores Patriarchæ, quia in Aquileiâ propter Romanorum incursionem habitare minimè poterant, sedem

[*] Novella X 1.
[*] Cassiodori Chron.
[*] Jd. Variar. l. 11. c. 1.
[*] Sect. 40.
[c] P. Diac. l. 2. c. 10.
[d] Paul. Diac. l. 4. c. 34.
[e] Epist. 15. & 16. in Conc. tom. 5. p. 456.
[f] Paul. D. l. 6. c. 51.

non

non in Foro Julii, sed in Cormones habebant. *Ejus autem*
[g] a° 837. ib. *successor* [g] *Calistus sedem in Forum Julii transtulit. Walafredus*
[h] De reb. Eccl. c. 25. *Strabo (sæculo nono)* [h] Patriarchæ Forojulienſis *meminit. Hodiè Aquileiensis Patriarcha Utini residet, et suffraganeos habet omnes Venetiæ atque Istriæ episcopos, à Verona usque ad Polam; Gradensis autem, ante annos abhinc ducentos, ab Eugenio P. IV in urbem Venetiarum transtatus est.*

Mediolanensis Episcopus (tribus, quas diximus, amissis) quatuor retinuit Provincias; Liguriam, Alpes Cottias, Rhætiam Primam, & Secundam; Æmiliæ etiam partem, quando
[i] Inter. 52. & 53. Leonis. A° 454. *XX episcopi Suffraganei* [i] *Synodicæ Eusebii ad Leonem Epistolæ subscripserunt. Mediolano autem ab Attilâ incenso, postquàm Theodoricus rex nobilem Ticini regiam construxerat, in*
A° 556. *quâ Longobardi dein sedem regni habuerunt, illius Ecclesiæ splendor paulatìm imminutus est; salvo interìm suæ libertatis privilegio. Pelagius P. in causâ Trium Capitulorum, Mediola-*
[k] Pelag. Epist 3 & 5. Conc. tom. 4 p. 404. *nensem atque Aquileiensem præsules, cum non posset suâ,* [k] *potestate sæculari compescere voluit, Narsetem frustrà postulans, ut illos ad Justinianum* sub custodiâ *dirigat. Et in Monothelitarum causâ, Mansuetus Concilium habuit Mediolani, si-*
A°. 680. *cut Agatho Romæ. Sanè Mediolanenses olìm Episcopi, à suâ Synodo ordinati, nemini subjecti erant; sed absque provocatione judicabant. Tandem autem exciso Longobardorum regno, tota Italia jurisdictioni Romanæ tributa est.*

[l] Athanas. p. 831. c. [m] Procop. Goth. l. 1. c. 11. *Galliarum Metropolis* [l] *Treveris olìm fuit sub Romanis: illius autem* [m] *regionis, inter Rhodanum & Alpes, quam Gothi obtinuerunt, metropolis Lugduni fuisse videtur: licèt istis temporibus Romanus Episcopus Vices suas Arelatensi concesserit. Sub Theodoricì atque Athalarici regnis Episcopos Lugdunenses Patriar-*
* A° 536. *chas dictos fuisse, illumque titulum, post Gothorum* * *decessionem, tenuisse verisimile est; cum non ita multò post, a°* 567, Nicetius
[n] l. 5. c. 10. Lugdunensis *à Gregorio* [n] *Turonensi; & Nicetii successor*
[o] Conc. tom. 4. p. 487. c. Priscus Episcopus, *a°* 585, *in Concilio* [o] *Matisconensi II*, Patriarchæ *dicti sint. At verò successio ista non fuit diuterna.*

Nam post Cassiodori ætatem, Patriarchæ *vocabulum apud Latinos rarissimè usurpatum est. In Italiâ, neque Mediolanensis, neque Ravennas, neque ipse præsul Romanus illo titulo insignitus est. Romanus quidem, licet inter primos* Patriarcha *sa-*

lutatus

lutatus sit, nunquam tamen nomen illud assumsit, nec quemquam reperio, qui semetipsum Patriarcham nuncupaverit. Cum Nicolao P. respondendum esset ad Bulgaros, [p] Quot sint veracitèr Patriarchæ; *ille non sibi dignitatem asserit, sed* Ecclesiæ Romanæ, *quatenus* Apostolicæ. *Omnium autem Episcoporum sedes olim* Apostolicæ *dicebantur. Romæ tamen Lateranense palatium* [q] Patriarchii *nomen habet; & visuntur hodiè unius urbis* [r] quinque Patriarchales Ecclesiæ.

[p] Conc. tom 6. p. 622. A.

[q] Anastas ubique. [r] Baron. aº 1057. §. 19.

Aquileiensis autem Patriarcha inter Grecos forsàn numerandus est: sanè inter illos sessum ivit in Lugdunensi Concilio. aº 1245. [s] Ex oppositio tres Patriarchæ ordinati fuerunt, videlicet Constantinopolitanus, ad dextram Antiochenus, & Aquileiensis; de quo tertio scandalum est exortum, cum non esset de quatuor Patriarchis. *Græcos intellige, præter Romanum, qui Concilio præsidebat. Nam ex* XCII *illo Nicolai* [t] *responso ad Bulgaros, aº* 861; *ex* [u] *Canone* XVII *Concilii Constantinopolitani* IV, *aº* 870: *ex Pseudanacleti Pseudoclementisque epistolis, post id tempus fabricatis, & in Decretalia demùm derivatis, innotuerat Jurisconsultis celeberrima illa* Quinque Principalium Patriarcharum *distinctio.*

[s] Conc. tom. 7. §. 2. p. 850. E.

[t] Conc. tom. 6. p. 622. [u] ibid. p. 833.

Anteà Gregorius M. (cujus tempore [x] *Severus in Grado fuit Patriarcha Aquileiensis)* [y] Quatuor patriarcharum *meminerat, qui fuerunt* in [z] quatuor præcipuis sedibus antistites. *Neque enim plures quàm quatuor fuerunt in Oriente* τετράρχαι ἢ τετράκωμοι, *postquam Thracica, Macedonica, Asiana, Pontica diœceses Constantinopoli subjicerentur. Verùm manebat tunc temporis in Ecclesia triplex Episcoporum gradus: adhuc dignitas Archiepiscopalis Patriarchali fuit æqualis.* [w] *Isidorus Hispalensis Gregorii discipulus* Archiepiscopus *inquit* Græcè dicitur summus Episcoporum: tenet enim vicem Apostolicam, & præsidet tam Metropolitanis, quàm Episcopis cæteris. *In Concilio* [x] *Trullano, aº* 680, Romanus, Constantinopolitanus, Antiochenus & Ravennas; *& in Concilio Niceno* II, *aº* 787, *Adrianus* Romanus, *& Tarasius* Constantinopolitanus Archiepiscopi *dicti sunt.*

[x] P. Diac. l. 3. c. 27. [y] Epist. l. 7. ep. 5. [z] epist. 54.

[w] Orig. l. 7. c. 12.

[x] Conc. tom. 5. p. 30. A. B.

Nono etiam Sæculo duravit Triplex Ordo: Tituli autem quàm plurimùm immutati sunt. Archiepiscopus *à primo delapsus loco Metropolitæ æquiparatur; & Patriarcha* Primatem

parem habet. *Rabanus Maurus Abbas Fuldenſis* [y] Ordo *inquit* Epiſcoporum tripartitus eſt, id eſt in Patriarchis, Archiepiſcopis, qui & Metropolitani ſunt, & in Epiſcopis. *Locus ille (ut obitèr dicam) apud Iſidorum, à recentiore manu interpolatus, ita legitur* [z] Ordo Epiſcoporum quadripartitus eſt (i) in Patriarchis, Archiepiſcopis, Metropolitanis & Epiſcopis: *Quæ quidèm nec Iſidoro ipſi, nec illius ævo conſentanea ſunt.* In *Concilio Conſtantinopolitano* IV [a] Archiepiſcopus, aut Metropolitanus *præeſt* Epiſcopis, Patriarchæ *ſubditus. Atque inde eſt, quod* [b] *Nicholaus P.* Ortenſem Archiepiſcopum; *& Paulus Diaconus* [c] Angilramnum Metenſem Archiepiſcopum *vocat. Porrò apud Orientales evileſcebat adeò Archiepiſcopi nomen, ut poſtponeretur Metropolitæ. Ex Diſpoſitione Leonis Imp. cognomento Philoſophi (imperavit is ultrà an. 900) recenſentur Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubditæ,* [d] *Metropoles* LXXXI, *Archiepiſcopatus inſuper* XXXIX; *quibus cùm nulli ſubeſſent Suffraganei, novus ſit epiſcoporum Ordo; ipſis epiſcopis, titulo tenùs, major; Metropolitis verò juriſdictione minor. Subſedente Archiepiſcopo, emergit Primas. Nicholaus P. qui Epiſtolam* [e] Patriarchis, Metropolitis, & reliquis Epiſcopis *inſcribit;* [f] Rodulfum Bituricenſem Primatem & Patriarcham *appellat; & Hincmarum* [g] Primatem Belgicæ *Galliæ confirmat, id eſt in primo gradu. Optimus ſui temporis interpres ipſe Hincmarus* [h] Archiepiſcopos & Metropolitanos *conjungit ſecundo loco; primo autem collocat* Patriarchas vel Primates, qui duobus his nominibus in unius Prioratus funguntur officio: *& Hieroſolymitanum Conſtantinopolitanumque antiſtites* inter Patriarchas & Primates computat.

Cæterùm Primatis *titulus, minùs ſublimis olim, & vetuſtiſſimis temporibus in Eccleſiâ Latinâ uſitatus, à* primâ cathedrâ *vel* ſede Epiſcopi *originem duxit. A° 305, in Eliberitano Hiſpaniæ concilio, verba ſunt de* [i] eo loco, in quo Prima Cathedra conſtituta eſt Epiſcopatus: *vel* Primæ Cathedræ Epiſcopus.

Crebrius autem & clarius id nomen in Africâ; in quâ plures cum eſſent Civiles Provinciæ, unicus tamen erat Metropolita Carthaginenſis; ſub quo [k] Univerſa Africæ provincia, *ſive diœceſis; &* [l] omnes Epiſcopi cis mare poſiti. *Reliqui ſingularum provinciarum*

[y] L. 1. c. 5. initio.
[z] Orig. l. 7. c. 12.
A° 861.
[a] Can. 17. & 26. & 19. Conc. Tom. 6. p. 834.
[b] Epiſt. 26. ibid. p 553. E.
[c] De Long. l. 6. c. 16.
[d] Jus. Gr. Rom. Leuncl. p. 88. & p. 244.
[e] Con. Tom. 6. p. 486.
[f] Conc. Gall. tom. 3. p. 235. Epiſt. 39.
[g] Conc. T. 6. p. 626.
[h] Hincm. Lv. Capp. c. 17. tom. 2. Edit. Sirmondi p. 441.
[i] Canon. 58. Con. T. 1. p. 255. A.
[k] Cyprian. Epiſt. 45.
[l] — Ep. 40.

provinciarum episcopi suum habuerunt Primatem, qui non alio nomine dictus est, quàm [m] Primæ sedis Episcopus. *Prima autem sedes non erat provinciæ* [n] Metropolis, *sed quæcunque civitas, in quâ* [n] Prioris Episcopi *sedes contingeret, qui antiquiore ordinationis promotione, &* [o] Episcopatus ætate *reliquis prælatus est. Hinc in rebus Africanis Primates non rarò* Senes *vocantur : Cautumque est,* [p] Ordinatos literas accipere ab ordinatoribus suis, continentes Consulem & Diem : ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur. *Et quidem vox illa propriè Afris attribui videtur. Quem Syricius ad Afros,* [q] Primatem ; *Innocentius, rem ipsissimam ad Episcopum Gallum scribens,* [r] Metropolitanum *appellat. Primas itaque initiò fuit Episcoporum primus ; & in Africâ Senior Episcopus pro Metropolitâ fuit provinciæ. Extrà Africam Metropolita provinciæ Primatis honorem habuit. Arelatensis & Viennensis Episcopi in Concilio Taurinensi decertarunt* [s] de Primatus honore : *causa* Metropoli *est adjudicata. Leo Magnus* [t] Primatis & Metropolitani *vocabulis promiscuè usus est. Apud Hispanos,* [v] Honor Primatus, *Toletanæ Ecclesiæ concessus, est* [v] Metropolitani nominis authoritas. *Edixit rex Gundemarus,* [w] ut sicut Bætica, Lusitania, vel Tarraconensis provincia singulos habent Metropolitanos, ita & Carthaginensis unum veneretur Primatem, et inter omnes Comprovinciales summum Antistitem. *De Primatu etiam extra Africam, magna fuit Episcopalis ætatis ratio. Metropolitica ordinandorum in alienâ provinciâ Episcoporum potestas Proculo Massiliensi adjudicata est,* [x] ut non tam civitati ejus, quam ipsi deferretur, honore Primatus, & ut in diebus vitæ ejus Primatus habeat dignitatem. *Hilarus P.* [y] Ordinandorum Episcoporum potestatem *pertinere censuit ad* antistitem, qui ævo honoris Primas esse dicitur, & quem repererit Episcopalis ordo Primatem. *Neque aliter Gregorius M. ad Syagrium* [z] Cæteros, *inquit,* Episcopos secundùm Ordinationis suæ tempus sua tenere loca decernimus : *& de Episcopis nostris, ad Augustinum,* [a] Ipse prior habeatur, qui priùs fuerit ordinatus. *Quod & nostrates posteà* [b] Ex concilio, *inquiunt,* Toletano IV, Mileuitano, atque Bracarensi statutum est, ut singuli secundùm ordinationis suæ tempora sedeant.

[m] African. Canon. Gr. 39.
[n] Vide Canon. 86.
[o] Augustin. epist. 217. ad Victorin.
[p] Canon. 89.
[q] Conc. T. 1. p. 694. f.
[r] Ibid. p. 753. f.
[s] A°. 397. Conc. Tom. 1. p. 702.
[t] A°. 440. Leo, Epist. 91. ad Theodorum Forojul.
[v] Conc. Tom. 4. p. 536. A. A°. 610.
[w] p. 537. D. f.
[x] A°. 397. Conc. Tom. 1. p. 702. A.
[y] A°. 462. Hil. Epist. 8. c. 2. Conc. T. 3. p. 574. D.
[z] A°. 591. Greg. l. pist. l. 7. ep. 114.
[a] l. 12. epist. 15.
[b] Baron. A°. 1075 §. 36. ex Lanfranci Epistolis.

Primatum ergò intra Secundum Episcopatus Ordinem diù
[c] Hincmar. loc. cit. *contineri,* & [c] Metropolitanos Primates esse singulos singularum Provinciarum, *satis constat. Tandem verò ambitiosa surrexit Metropolitarum* [illegible] *fuitque ipsorum Primatum primatus; cum* [d] prælationem Primas Metropolitanorum habere debeat; *quem, Hincmari ætate, æqualem Patriarchæ fuisse diximus.*

[d] Ibid.

Verùm diuturna non fuit ista paritas. Postquam enim Patriarchis, *ex definito illorum numero, major accesserat honor: Primas, in medio derelictus gradu, Metropolitâ quidem major fuit, sed Patriarchâ minor.*

Sed nec Patriarchæ principalitatem suam tueri potuerunt: gliscenti ambitioni succubuêre; & Summam Hierarchiæ apicem occupavit Papa; *Vocabulum omnibus non ita pridem Episcopis, etiam & Abbatibus nonnullis commune. Octava Synodus, a°* 870, *primo recenset loco* Papam Senioris Romæ; deinceps autem Constantinopoleos, Alexandriæ, Antiochiæ atque Hierosolymorum Patriarchas. *Quod quidem,*
[e] Dictat. Papæ art. 11. Con. Tom. 7. *f.* 1. p. 362. d. A° 1075. A°. 1151. *dictante Gregorio* VII, [e] *Quòd unicum est Nomen in mundo, & compilante posthac Decreta Gratiano, in Jus transiit. Ad hunc itaque modum in Ecclesiâ tandèm isti numerabantur Dignitatum gradus.*

1 *Papa.* 2 *Patriarcha.* 3 *Primas.*
4 *Metropolita.* 5 *Archiepiscopus.* 6 *Episcopus.*

Sanè non defuerunt inter veteres viri boni & cordati, qui Reip. Christianæ interesse existimarunt, veræ fidei præsidium, & [illegible] *in sede Romanâ collocari. Concilium Ephesinum*
[f] Con. Tom. 3. *f.* 2. Act. 2. p. 326. D. *gratias egit Cælestino,* [f] [illegible] Custodi fidei. *Leo Magnus, magni in Oriente nominis, strenuus fuit fidei propugnator contrà Nestorianos, Eutychianos, Dioscurum, alios. Qui nescit Pontifices Romanos doctrinam Christianam per aliquot sæcula sartam tertam conservasse, næ is rerum Ecclesiæ parùm peritus est. Quis Gregorii Magni in restaurandâ re Christianâ solertiam pro merito celebrare potest? Quis nostratium non ingratus illius immensitatem beneficii non agnoscit?*

At verò vetustioribus sæculis non incelebris fuit Britannorum religio. Nam ut omittamus Josephi Arimathæi adventum, & Lucii regis Legationem, luculentus est Britannicæ

fidei

fidei teſtis Tertullianus Afer. [g] Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto verò ſubdita. *Arelatenſi concilio tres interfuerunt è Britanniâ Epiſcopi; è ſingulis (ni fallor) provinciis: è Maximâ Cæſarienſi,* [h] Eborius Epiſcopus de civitate Eboracenſi; *è Britanniâ Primâ,* Reſtitutus Epiſcopus de civitate Londinenſi; *è Britanniâ Secundâ,* Adelfius Epiſcopus de civitate Col. *Legionenſium, vel Car-leonenſium, non* Londinenſium. *In* [i] *Sardicenſi concilio* ἐξ ὑπερτίμων Βρεττανίων *adfuerunt Epiſcopi: & in Ariminenſi,* [k] Tres ex Britanniâ, tàm pauperes, ut nihil proprium haberent.

[g] Adv. Jud. c. 7.
[h] Conc. Gall. Sirmondi p. 9. A°. 347.
[i] Athanas Apol. 2. p. 720. A°. 359.
[k] V. Sulp. Seu. l. 2. hiſt.

Sed quid ego ſpicilegium poſt uberrimam meſſem? [l] De Britannicarum Eccleſiarum primordiis *uſque ad Auguſtini miſſionem non ita pridem ſummâ cum laude ſcripſit* Jacobus Uſſerius Archiepiſcopus Armachanus, *vir ob eruditionis immenſitatem, morumque ſanctitatem toto Orbi Venerandiſſimus; ob benevolentiam mihi colendiſſimus.*

[l] Impr. Dublinii. A°. 1639.

Poſtquam [m] Saxones à mari uſque ad mare devaſtantes, Chriſtianitatem penè totam in Inſulâ deleviſſent; *placuit tandem Benignitati Divinæ Evangelium à patriâ noſtrâ poſtliminiò recipi; & tunc cum Sol Eccleſiæ, incurſu Saracenorum, occidit in Oriente, ortus eſt in Occidente. Audiamus Bedam. Gregorius P.* [n] qui totus erga animarum lucra vacabat, divino monitus inſtinctu, anno circitèr 150 ab adventu Anglorum, in Britanniam miſit Auguſtinum, & alios fermè 40 cum eo Monachos, prædicare verbum Dei genti Anglorum. [o] Acceperunt autem de gente Francorum interpretes; *quia lingua Teutonica utrique genti communis. Regnabat tunc in Cantio Ethelbertus, qui* uxorem habebat Chriſtianam, de gente Francorum, nomine Bertham. *Baptizato tandem rege, crevit indiès credentium multitudo.* [p] Interea Auguſtinus Arelatum rediens, Epiſcopus ordinatus eſt. *Gregorius duas Britanniæ Diœceſes inſtituit; Londinenſem & Eboracenſem; utrique* [q] duodecim Epiſcopos *ſuffraganeos ordinari juſſit, ut* Metropolitani honore perfruatur *uterque: Eboracenſem verò,* omneſque Britanniæ ſacerdotes, *Auguſtini, quoad vixerit, diſpoſitioni ſubjecit: ita tamen, ut* poſt ejus obitum, eſſet inter Londoniæ & Eboracæ civitatis epiſcopos inpoſterum honoris iſta diſtinctio, ut ipſe Prior habeatur, qui priùs fuit ordinatus. *Pallium Au-*

[m] Matth. Weſt: A°. 511.
[n] Beda hiſt. l. 1. c. 23. A°. 596.
[o] —— c. 25.
[p] —— c. 27.
[q] —— c. 29.

gustino misit; Eboracensi quoque, Deo favente, missurus. Fuit itaque Augustinus Metropolita Londinensis; [r] quia scilicet ad id tempus Dorobernensis obscuræ urbis notitia Romanos non attigisset.

[r] Malmesb. Pont. Ang. l. 1.

Eventus autem Gregorianæ dispositioni non respondit. Augustinus enim duos tantum ordinavit episcopos; [s] *Justum Rossensem, et Mellitum ad prædicandum ultrà Thamesin; qui cum Londoniæ aliquot annis docuisset, pulsus est; et cum Justo,* [t] ne inter Barbaros sine fructu residerent, *in Galliam secessit. Laurentius etiam (qui Augustino successerat)* [u] Britanniam relicturus erat. *Adeò conclamatum esset de Ecclesiâ nostrâ, nisi Eadbaldus (qui post Ethelbertum patrem regnavit in Cantio) idololatricam exuisset mentem. Redierunt itaque Mellitus, qui successit Laurentio; & qui Mellito,* [w] *Justus. Ad hunc Bonifacius* V [x] pallium *misisse dicitur: sed vix quadrat chronologia. Eadbaldi regis sororem, Edelburgam Edwinus rex Nordanhumbrorum in uxorem petiit: nuptam comitatus est* [y] Paulinus, Episcopus a Justo ordinatus, a° 625, *qui fælicem initiò operam navavit Eboraci, & Lincolinæ, ubi Honorium Justi successorem consecravit Episcopum: ideò Honorius P.* [z] duo pallia utrorumque Metropolitanorum, id est Honorio & Paulino direxit; *ut decedente altero, alter successorem statuat. Verùm irrita istæc omnia. Nam a° 633 occiso in acie Edwino,* [a] *Paulinus fugatus Cantium rediit, & Rossensi Ecclesiæ, post Romanum, præfuit. Ecclesia itaque Anglicana intrà Cantianos limites iterùm redacta est: neque ulla adhuc fuit Episcoporum successio, præterquàm Rossensium, & Cantuariorum.*

[s] Beda l. 2. c. 3.
[t] — c. 5.
[u] — c. 6.
[w] A° 624.
[x] — c. 8.
[y] — c. 9.
[z] — c. 17.
[a] — c. 20.

Paulò post Sigebertus (filius Redwaldi, qui [b] jamdudum in Cantio Sacramentis Christianæ fidei imbutus est, sed frustra) [c] *fratri Eorpwaldo (qui suasu Edwini fidem Christi susceperat, moxque occisus fuerat) in regno* Orientalium Anglorum *successit. Hic,* vivente fratre, cum exularet in Galliâ, lavacrum baptismi suscepit: *Regnanti adfuit Fælix Burgundus, Episcopus ab Honorio ordinatus,* [d] accepitque sedem Episcopatus in civitate Dummock. *Eodem ferè tempore Honorius P. in Britanniam misit Byrinum Episcopum, qui Occidentalium Saxonum regem Cynigilsum ad fidem convertit. Ejus baptismo adfuit* [e] *Oswaldus gener, rex Northumbrorum, qui a*

[b] Beda l. 2. c. 15.
[c] — l. 3. c. 18.
[d] — l. 3. c. 7.
[e] — c. 3.

Scottis (apud quos exulans ipse Christianam fidem susceperat) impetraverat Aidanum, cui Lindisfarnensem insulam in Episcopatus sedem concesserat. Byrino autem Episcopalis sedes fuit Dorcacestria.

Fœlix faustumque hoc sub duobus Honoriis Ecclesiæ Anglicanæ incrementum. De Româ Byrinus; de Burgundiâ Fœlix; de Scottiâ Aidan, Occidentem, Orientem, Septentrionem divino verbo illuminarunt. Ad Austrum etiam, a° 640, [f] Earcombertus rex Cantii, primus regum Anglorum, idola destrui, & jejunium 40 dierum observari præcepit. *Interim Mercii, qui mediterranea inter Thamesim & Humbrum, longè maximam insulæ partem, tenuerunt, rudes fuerunt Evangelii. Ultrà Sabrinam Britones, licet Christiani,* [g] fidem religionemque Anglorum pro nihilo habebant, neque in aliquo eis magis communicabant, quàm Paganis.

[f] Bed. l. 3. c. 8.

[g] Bed. l. 2. c. 20.

A° 655, Honorio successit in [h] cathedrâ Dorovernensi sextus Deusdedit de gente Occidentalium Saxonum; quem ordinavit Ithamar Roffensis. *Illo sedente, ad fidem conversi sunt Sigbertus* [i] *rex Orientalium Saxonum, &* [k] *Penda rex Merciorum: reges ambo à Finano Lindisfarnensi episcopo baptizati sunt in villâ* [l] *regiâ* Ad murum *dictâ. Cedd fuit aliquandiù episcopus Orientalium Saxonum: Merciorum autem primus episcopus fuit Diuma Scottus. Tandem, a° 668, Vitalianus P.* [m] Ecclesiis Anglorum Archiepiscopum misit monachum Romanum Theodorum, natum ex Tharso Ciliciæ, virum Græcè & Latinè instructum.

[h] —— l. 3. c. 20.

[i] —— c. 22.

[k] —— c. 21.

[l] —— c. 24.

[m] Beda l. 4. c. 1.

Hic primus (quantum video) Archiepiscopi titulum in Britanniam attulit. Ita appellatur Theodorus in [n] *Concilio Romano; & in Epistolâ° Agathonis P. ad Synodum Constantinopolitanam* III; [p] Pœnitentialis libri, *quem scripsit ille,* capitulum 65^tum^ *agit* de Ordinatione Archiepiscopi. *Beda quidem, &* [q] *Bonifacius nostras Moguntinus Archiepiscopus Theodori decessores* Archiepiscopos *appellant; & Normannici scriptores ab Eleutherii P. tempore Archiepiscopos in Britanniâ statuunt. Verùm ista ad morem ævi, in quo scripserunt, non ad fidem veterum monumentorum dicta sunt. Rectè olim Guilielmus Neubrigensis notavit* Ne [r] unum quidem Archiepiscopum unquam habuisse Britonas. *Nondum enim ætate Augustini apud Occidentales Archiepiscopi*

[n] Spel. Conc. A° 680.

[o] Conc. tom. 5. p. 64. E.

[p] Spelm. ib. p. 156.

[q] Epist 1. ad Zach. P. c. 5. Conc. Gall. tom. 1. p. 531.

[r] Proœm. hist.

chiepiſcopi vocabulum in uſu fuit. Gregorius M. Pallium
[f] Greg. Epiſt. l. 2. ep. 15. [t] l. 4. ep. 55. [u] l. 7. ep. 114 *conceſsit* [f] *Auguſtino noſtro,* [t] *Virgilio Arelatenſi,* [u] *Syagrio Auguſtodunenſi, aliiſque Metropolitanis, ſub* Epiſcopi *titulo. Nec quenquam facilè reperies inter Latinos, qui à ſcriptore illius temporis Latino Archiepiſcopus appelletur. Scio Gregorium*
[w] l. 7. Ind. 2. ep. 6. [x] l. 1. Epiſt. 26. [y] l. 1. Epiſt. 62. [z] l. 7. Epiſt. 1. *non tantùm* [w] *Euſebium* Theſſalonicenſem *&* [x] *Johannem* Corinthium, *ſed etiam* [y] *Januarium* Calaritanum, *&* [z] *Marinianum* Ravennatem, Archiepiſcopos *appellare. Et paulò*
[a] Chron. [b] Conc. tom. 4. p. 382. A° 548. *ante Gregorium,* [a] *Victor Tununenſis* Reparatum ; [b] *Liberatus* Capreolum, Carthaginenſes Archiepiſcopos *nuncupant.*
[c] Ex Conſtitutione Juſtiniani Aug. a° 534 Cod. l. 1. tit. 27. *Verùm iſta omnia ad Græcam ſcribendi formulam accommodata ſunt. Iſtis enim temporibus tàm Carthago, quàm* [c] *Sardinia & Ravenna, Conſtantinopolitano ſubjectæ Imperio, Græcæ accencebantur Eccleſiæ. Ac licet in Concilio Matiſconenſi II definitum ſit,*
[d] Can. 6. a° 581. [d] ut Archiepiſcopus Miſſas ſine Pallio non dicat: *Iſidorus tamen ejuſdem ævi ſcriptor interpretationem vocis, tanquam novitiæ & peregrinæ, exhibet.* Archiepiſcopus,
[e] Orig. l. 7. c. 12. *inquit,* [e] Græcè dicitur ſummus Epiſcoporum.

[f] Beda l. 4. c. 1. &c. 5. *Theodorus itaque*[f] primus erat Archiepiſcopus; cui omnis Anglorum Eccleſia manus dare conſentiret. *Ille a° 673* [g] Concilium cogit Epiſcoporum, in loco qui dicitur Herudford: *convenerunt de ſingulis Regnis,* Biſi Orientalium Anglorum Epiſcopus, Putta Rhofenſis, Eleutherius Occidentalium Saxonum, VVinfridus Merciornm epiſcopus ; VVilfridus Nordenhumbrorum epiſcopus per legatarios affuit. *Abfuit Wina, qui nuper à Vulfero rege Orientalium Saxonum* precio emerat ſedem Londoniæ. *Quot Regna, tot Epiſcopi. Cantiani duos habuerunt Epiſcopos ; Auſtrales Saxones adhuc nullum. Sancitum eſt hoc Concilio*
[h] ibid. [h] ut nullus Epiſcoporum ſe præferat alteri per ambitionem, ſed omnes agnoſcant tempus & ordinem conſecrationis ſuæ. *Et* ut plures Epiſcopi, creſcente numero fidelium, augerentur.
[i] Bed. l. 4. c. 2. [i] Itaque Theodorus perluſtrans univerſa, ordinavit locis opportunis Epiſcopos.
[k] c. 5. [k] *Apud Orientales Anglos præter Æccam Dommocenſem conſtituitur Bedwinus Helmhamenſis : apud*
l. c. 6. [l] *Mercios, pro uno Vinfrido, conſtituuntur Sexvulfus Lichfeldenſis, Edherus Lindeſſenſis, Boſelus Wicciorum, ſive Vigornenſis, & Putta Hereſordenſis : apud Northanhymbros, pulſo Wilfrido, præter*

Ætam

Ætam Lindisfarnensem, sive Berniciorum, ordinati sunt à Theodoro[m] *Bosa Eboracensis, sive Deirorum episcopus, & mox Tumbertus Haguſtaldensis : Occidentalium Saxonum duo erant Episcopatus, Wintonienſis & Shirburnienſis.* [m] c. 12.

Ad hunc modũ Ecclesia Anglicana infantula adhuc à Theodoro Archiepiscopo provecta est & stabilita: adultã verò [n] Cantuariensem provinciã per parochias distribuisse perhibetur. *VVilfridus interim, licèt causã Romæ obtinuerit, restitutionẽ non adeptus est: diverſtens igitur ad Australes Saxones, Evangeliũ ibi prædicavit, & ab Edilwalchio rege*[o] *Sæleseiensẽ insulã accepit; ubi Episcopatũ exercuit, ubi homines loci (quos cum agris rex ei donaverat) baptizando,* servos & ancillas 250, libertatẽ donando, jugo servitutis absolvit.[p] Hoc ergò ordine postquã omnes Britannorũ provinciæ fidẽ Xpi susceperant, suscepit & insula Vecta; *post nonagesimũ scilicet ab adventu Augustini annũ.* Tantæ molis erat *Doctrinã* condere *Christi.*

[n] Antiq. Cant v. Theod.

[o] Bed. l. 4. c. 13.

[p] c. 16.

Cæterùm quantò lentior, tantò uberior fuit Religionis Anglicanæ messis. Templorum extructiones, Decimarum oblationes, Monasteriorum fundationes ingentia sunt Pietatis veteris monumenta: Sanè crebra fuerunt illorum temporum Jejunia, Orationes sedulæ, Eleemosynæ insignes. Liceat mihi trita trans Alpes, Religionis ergò, itinera commemorare; cum Romæ, inter diversarum nationum Scholas, sive contubernia, illa quæ Saxonum, sive Anglorum fuit in Vaticano suburbio, omnium sit celeberrima; utpote quæ loco nomen indidit, teste[q] *Anastasio.* Per quorundam, *inquit,* gentis Anglorum desidiam, omnis illorum habitatio, quæ in illorum linguâ [r] Burgus dicitur, combusta est. *Ac licèt Leo* IV *suburbium illud muro circumdederit, & de suo nomine* Leoninam Civitatem *nuncupaverit, obtinet tamen hodiè Anglicanum* [s] *Burgi vocabulum.*

[q] In Vita Paschalis I. p. 149.

[r] burgs

[s] Il Borgo.

Quis non miratur XXX [t] *Reges & Reginas Anglosaxones intrà 200 annos, contemptis mundi illecebris, religiosam obiisse solitudinẽ? Quis magnificam in condendis monasteriis profusionem non suspicit?*

[t] Capgravii Chron. MS.

Cum autem tanto monasticæ vitæ ardore flagraverit ætas illa, videamus quibus initiis, quibusque gradibus disciplina ista in Ecclesiam recepta fuit.

Nugantur scriptores isti, qui Monachismum Christianismo vetustiorem statuunt: neq; locum hîc habent Ἀκαιρολογοῦντες ἐκτὸς τοῦ καιροῦ *illi apud Eusebium*[u]*, qui ad Christianos transtulit id, quod*[w] *Philo de Judæorũ Essæis scripserat. Monasticum vivendi genus originẽ in Ægypto habuit.*

[u] Hist. Eccl. l. 2. c. 16.

[w] De Vita Contempl.

habuit.[x] Anachoreticæ vitæ auctor Paulus, illustrator Antonius; *qui annũ agens 105, in eremo*[y] *obiit a° Dⁱ 357.*[z] Pachumius monachus, fundator Ægypti cœnobiorũ, scripsit Regulam utriq; generi Monachorũ aptam; *quam*[a] *Hieronymus in Latinum vertit.*[b] Tria, (*inquit ille*) sunt in Ægypto genera Monachorum. Primum, Cœnobitæ in communi viventes: divisi per decurias atq; centurias, ita ut novem hominibus decimus præsit; & rursus decem præpositos sub se centesimus habeat: manent separati, sed junctis cellulis. Secundũ, Anachoretæ, qui soli habitant per deserta. Tertium est *eorum, qui* bini, vel trini, nec multò plures simul habitant, suo arbitratu ac ditione, quàm plurimùm in urbibus & Castellis.[c] *Primus autem Syriæ monachus fuit Hilarion.*[d] *Basilius idem vivendi institutũ susceptur us, & in Pontum illaturus*[e] multos invenit in Ægypto monachos: alios in Palæstinâ, & in Cœlosyriâ, & Mesopotamiâ; quorum admiratus est tùm in diætâ temperantiam, tùm in laboribns tolerantiam. *E Mesopotamiâ in Scythiam monachismum transtulit*[f] Audæus, qui à Constantio relegatus, monasteria fecit in Gothiâ. *S. Hieronymus Bethlebemi agens,*[g] De Indiâ, *inquit,* Persidc, Æthiopiâ monachorum quotidiè turmas susc pimus: *tanta fuit instituti hujus in Oriente dilatatio. Verùm uniformis non erat Orientalium monachorum disciplina.*[h] In mandris (i) monasteriis Mesopotamiæ comas muliebrem in modum producunt, & sacco conspicuo incedunt; *quod alibi nefas. De nimiâ vitæ austeritate Ponticorum monachorum, Gregorius Nazianzenus*[i] Partim, *inquit,* ferreis compedibus sese excruciant: alii, ferarum ritu, angustis domibus inclusi, neminem vident: totos 20 dies noctesque jejunant, silent.[k] O Christe, *inquit,* animis illis propitius esto, piis quidem fateor, cæterum non satis consultis. *Prudenter itaque Basilius monachis præscripsit Regulas, ab Orientalibus summo studio observatas.*

In Occidente etiam sensìm invaluit monasticum vivendi institutum: illius autem primordium est aliquantò obscurius.[l] Marcella ab Alexandrinis sacerdotibus, papaque Athanasio, & Petro, qui Romam confugerant, vitam B. Antonii adhuc tunc viuentis, monasteriorumque in Thebaide Pachumii, & virginum ac viduarum didicit disciplinam. *Verùm non est quod idcircò putemus*[m] Athanasium invexisse in Urbem Monachismum

[x] Hieronym. Epist. 22.
[y] Hier. Chron.
[z] Gennadii Pachum.
[a] Inter opera Cassiani adfin.
[b] Hieron. ad Eustoch. Epist. 22. p. 185.
[c] Hieron. in ejus Vitâ.
[d] A° 362. Baron.
[e] Basil. Epist. 79.
[f] Epiph. hær. 70. §. 14. p. 827. B.
[g] Hier. ad Lætam epist. 7. p. 55. f.
[h] Epiph. hær. 80. §. 7. p. 1073. A.
[i] Gr. Naz. ad Hellen.
[k] ibid.
[l] Hieron. ad Principiam epist. 16. p. 144. c.
[m] Baron. A° 340. §. 7.

mum: *quoniam* [n] Suburbanus ager illis pro monasterio fuit, & rus electum pro solitudine. *Augustinus circà an.* 388, [o] Vidit diversorium sanctorum Mediolani non paucorum hominum, quibus unus presbyter præerat. Romæ etiam plura cognovit, in quibus singuli cæteris secum habitantibus præsunt. Ipsi, Orientis more, manibus suis se transigunt: Jejunia prorsus incredibilia non in viris tantùm, sed etiam in fœminis; quibus item, multis viduis & virginibus simul habitantibus, & lanâ ac telâ victum quæritantibus præsunt singulæ gravissimæ. *Atque alibi.* [p] Erat Monasterium Mediolani plenum bonis fratribus, extrà urbis mœnia, sub Ambrosio nutritore.

[n] Hier. ibid. p. 145 E.
[o] De Moribus Eccl. c. 33.
[p] Aug. Confess. l. 8. c. 6.

Parùm verò convenit vitæ Monasticæ cum turbis civilibus. Hieronymus ad Paulinum, [q] Si cupis, *inquit*, esse, quod diceris Monachus, id est, solus; quid facis in Urbibus? *Itaque Valentinianus II Aug. a° 390, ejecit ex urbibus Monachos.* [r] Quicunque sub professione monachi repperiuntur, deserta loca & vastas solitudines sequi, adque habitare jubeantur. *Ac licèt Theodosius biennio post,* [s] submotâ hac lege, liberos in oppidis largitus sit eis ingressus; *tamen in desertis & Insulis ut plurimùm primi degebant monachi.* [t] Insularum Dalmatiæ *meminit in eam rem Hieronymus:* & [v] Insularum Etrusci maris, in quibus Monachorum consistunt chori: [w] Bonosi *item cujusdam insularis monachi.* [x] *In Gallinariâ Etrusci maris insulâ B. Martinus solitariam aliquandò vitam egit. De* Capraríæ & Gorgoniæ *insularum monachis elegantèr quidèm sed non Christianè cecinit Rutilius Numatianus,* [y] *A. V. C.* MCLXIX *qui est æræ Christianæ* 416.

[q] Epist. 13. p. 121. c.
[r] Cod. Theod. l. 16. tit. 3.
[s] ibid. c. 2.
[t] Ad Heliod. Ep. 3. p. 27. f.
[v] Ad Ocean. ep. 30. p. 253. D.
[w] Ad Ruff. ep. 41. p. 278. E.
[x] Seu. Sulp. vit. Mar. c. 4. Sozomen. hist. l. 3. c. 14.
[y] L. 1. v. 135.

Processu pelagi jam se Capraria tollit.
Squallet lucifugis insula plena viris.
Ipsi se Monachos Graio cognomine dicunt;
Quod soli nullo vivere teste volunt.
Munera Fortunæ metuunt, dum damna verentur.
Quisquam sponte miser, ne miser esse queat?
Quænam perversi rabies tam stulta cerebri,
Dum mala formides, nec bona posse pati?
Sive suas repetunt ex Fato ergastula pœnas;
Tristia seu nigro viscera felle tument.

Sic nimiæ bilis morbum assignavit Homerus
Bellerophontæis sollicitudinibus.
Nam juveni offenso sævi post tela doloris
Dicitur humanum displicuisse genus.

Assurgit Ponti medio circumflua Gorgon,
Inter Pisanum Cyrniacumque latus,
Adversùs scopulos, damni monumenta recentis.
Perditus hìc vivo funere civis erat.
Noster enim nuper juvenis, majoribus amplis,
Nec censu inferior, conjugiove minor,
Impulsus Furiis, homines Diuosque relinquit,
Et turpem latebram credulus exul agit;
Infœlix putat illuvie cœlestia pasci;
Seque premit læsis sævior ipse Deis.
Num rogo deterior Circæis secta venenis?
Tunc mutabantur Corpora, nunc Animi.

E Caprarienſi autem hoc cœnobio inſtitutio Monachorum in Africam manaſſe videtur, per Euſtathium & Andream, *ab Eudoxio abbate miſſos; quos S. Auguſtinus,*[z] *ad eundem Inſulæ abbatem, impensè celebrat. Donatiſtæ iſtam monachorum inductionem oppugnabant,*[a] *conatu irrito.* Monaſteria Carthagini, Tagaſte, Hippone Regio[b] *fuiſſe teſtatur Paulinus ad Alypium. Gorgonia verò inſula, in quâ unicum erat eremitæ monaſterium (agente iter Rutilio) plures deinceps recepit monachos: quos, cum* Palmariæ, *aliarumque inſularum aliis, reformavit tandem*[c] *Gregorius Magnus. Neque prætereunda eſt* Lerina *inſula, Antipoli urbi, Galliæ Narbonenſis ultimæ, objecta; in quâ fuerunt,*[d] Auctore Honorato, ſancti ſenes, qui diviſis cellulis Ægyptios patres Galliis intulerunt. *Honoratus autem Epiſcopus*[e] *Arelatenſis factus eſt a° 426. Fuit ſanè illud cœnobium Gallicorum Epiſcoporum ſeminarium.*

Monachiſmus itaque paulò ante Quintum Sæculum in Occidente receptus fuit. Illud, inquam, infœlix ſæculum, in quo tota Romanorum Europa ferro Barbarorum flammâque fædiſſimè vaſtata fuit, & Religio Chriſtiana pœnè obruta: Quaſi funeſtiſſimâ iſtâ ætate comparatum fuiſſet hoc vivendi inſtitutum, tutiſſimum

[z] Epiſt. 81.

[a] Auguſt. in Pſal. 132.

[b] apud Auguſt. Epiſt. 35.

[c] Gregor. li. 1. Epiſt. 48.

[d] Eucher. de laude Eremi.

[e] Proſper chron.

tutißimum adversùs humanas miserias refugium. Verùm ad patriam redeo.

Quo tempore vitæ Solitariæ ſtudium apud Latinos radices egit, Patricius Brito, natus ad Vallum, [f] *in extremis Valenciæ oris, ad Occidentale mare,* [g] Galliam, atque Italiam, & inſulas quæ ſunt in mari Tyrrheno *peragravit. Vidit juvenis Martinum avunculum in Galliâ, præceptoremque habuit Germanum Autißiodorenſem, qui paulò poſt cum Lupo in Britanniam miſſus eſt. Poſt annos 30 in literarum ſtudiis exercitiisque ſpiritualibus impenſos, Patricius epiſcopus miſſus eſt ad convertendos Hibernos à Cæleſtino P. qui ſuperiore anno* [h] *Palladium nullo ſucceſſu miſerat. Quàm fœlicem illic navavit operam, quos Epiſcopos, quas Eccleſias, quæ Cœnobia inſtituit, accuratè tradit nunquam ſatis laudatus Archiepiſcopus Armachanus. Mortuus autem eſt grandævus ille Hibernorum apoſtolus a° 492. Circa idem tempus, dum Religio Britannica in Tranſabrinianis partibus contrà turbines Saxonicos ſeſe tuebatur, David Meneviæ antiſtes nobile conſtruxit monaſterium, in quo fratres* à [i] populari frequentiâ in angulari quadam ſolitudine ſuper Hibernicum mare longè remoti, quatuor his curis, manuum ſcilicet labore, lectione, oratione, & pauperum refectione vitam fæliciter exegere. *Celebratur etiam Septemplex illud* [k] Monaſterium de Bancor, *in quo 2100 monachi* de labore manuum ſuarum vivere ſolebant; *de cujus primordio mihi non ſatis conſtat. Columbanus poſtquam* [l] in Hybernià Armachanum *monaſterium fecerat, a° 565, Britanniam venit, ad Pictos: Auſtrales autem Pictos Nynias Brito ad Veritatem converterat a° 412, & Hii inſulam epiſcopatus ſedem fecerat. Iſtam inſulam Columbanus à Pictis* [m] in poſſeſſionem Monaſterii faciendi accepit. *Hyenſe hoc* monaſterium principatum tenuit in quàm plurimis monaſteriis à Columbâ ejuſque diſcipulis in Britanniâ & Hybernià exinde propagatis. *Ad hunc modum Monachiſmus in Britanniis extrà ditionem Angloſaxonicam conſtitutus fuit.*

In Angliâ etiam idem fuit Monachiſmi atque Chriſtianiſmi initium, idem incrementum. Auguſtinus [n] Monaſterii regulis eruditus, *ex præſcripto Gregorii,* inſtituit converſationem, quæ initio naſcentis Eccleſiæ fuit patribus noſtris, quibus omnia erant communia. [o] Monaſterium fecit non longe a Doro-

[f] Kirk-Patrick, hodiè.
[g] In Collectan. Tirechani apud Uſſerium p. 835.
[h] Proſp. chron: a° 431.
[i] Girald. Cambrens. in vitâ S. David.
[k] Beda l. 5 c. 2.
[l] Beda l. 3. c. 4.
[m] ibid.
[n] Beda l. 4. c. 27. fine
[o] l. 1. c. 22.

vernienſi civitate: primus ejuſdem monaſterii abbas Petrus presbyter fuit. *Sicut Auguſtinus Cantianos, ita Aidanus Northanhumbros inſtituit, & in Lindisfarnenſi inſulâ cœnobium habuit: ille è Romanâ, hic è ſcholâ Columbani prodiit; ille Auſtrum, hic Septentrionem ſuâ doctrinâ imbuit; quæ cum omninò eadem non eſſet, magna fuit & diuterna ſententiarum decertatio. Præcipua quæſtio fuit* [p] de Paſcha, & de Tonſurâ coronæ; *quæ non niſi altero ſæculo ſedata eſt* [q] *apud Pictos, circà annum* 714: *apud* [r] *Cambrenſes autem non niſi poſt ſubactam ab Henrico Primo regionem. Iſta autem ſententiarum diſcrepantia non aliunde fuit, quàm ab ipſâ Româ. Patricius, Romanis ritibus inſtitutus, ab Urbe in Hiberniam miſſus fuit; à quo tùm Davidis, tùm Columbani doctrina manavit: Auguſtinus itidem de Româ miſſus. Suam interìm Romana Eccleſia mutaverat ſententiam. De Paſchate res eſt manifeſta. Nondum enim, ætate Patricii, Dionyſius Exiguus decennovennalem Alexandrinorum Paſchalem Cyclum explicuerat. Neque fuit eadem ſemper Tonſura Romana: alia demùm fuit Clericorum, alia Monachorum tonſura; illorum exiguus in vertice orbis; horum autem totum ſupra aures caput; neque tonſi utrique, ſed raſi: cùm tamen, ætate Bedæ, unicus eſſet tonſuræ modus, &* [s] attonderentur omnes in coronam Miniſtri altaris, ac Monachi.

In Eccleſiæ noſtræ incunabulis Monachi non fuerunt à Clericis diſparati. [t] Siquidem à temporibus antiquis ibidem (*in Lindisfarnenſi monaſterio*) & Epiſcopus cum clero, & abbas ſolebat manere cum monachis, qui tamen & ipſi ad curam Epiſcopi familiaritèr pertinerent. *Etiam hodiè Eccleſia Cathedralis Anglicè appellatur* [u] monaſterium. *Multa quidem in re Monaſticâ (ut ſolet in aliis) immutavit tempus. Olìm indecorum non fuit Fæminam præſidere viris. Whitbeienſis* [w] monaſterii abbatiſſa Hilda tantum lectioni divinarum ſcripturarum ſuos vacare ſubditos faciebat, ut Eccleſiaſticum gradum, hoc eſt altaris officium aptè ſubirent. Quinque ex eodem monaſterio Epiſcopi, omnes ſingularis meriti, ac ſanctitatis viri *prodierunt.*

Initiò monachi ſub inſtitutis ſuorum patrum regularitèr vixerunt: Fundatores autem cœnobiorum variis conventibus, pro diverſitate morum atque ingeniorum, diverſimodò præceperunt.

Caſsianus,

[p] Bed. l. 3. c. 25.
[q] V B. d. l. 5. c. 22.
[r] Gerald. Itin. l. 2. c. 1.
[s] Bed. l. 5. c. 22. fine.
[t] Bed. l. 4. c. 27. fine.
[u] μύηστερ.
[w] Bed. l. 4. c. 23.

Cassianus, circà annum 450, [x] Tot, *inquit,* propemodùm typos & regulas vidimus vsurpatas, quot etiam monasteria cellasque conspeximus. *Cœnobia nostra vetustissima suas habuerunt leges, & constitutiones privatas, quibus sese obligabant monachi, quasque religiosè observabant: verùm non tam præfractè, ut nullum fieri posset disciplinæ veteris laxamentum.* [y] Ceolwlfo rege, *cui Beda historiam inscripsit,* jam monacho facto, data est Lindisfarnensis Ecclesiæ monachis licentia bibendi vinum, vel cerevisiam: anteà enim non nisi lac, vel aquam bibere solebant, secundùm antiquam traditionem S. Aidani, primi ejusdem Ecclesiæ antistitis, & monachorum cum illo de Scotiâ venientium. *Extat hodiè S. Columbani Regula sæpiùs in lucem edita; quæ an Bedæ olim sit cognita, nescio. Sanè illa* [z] Columbæ Regula, *quam Colmannus in Whitbeiensi collatione contra Wilfridum urget, non alia fuit, quàm canon Paschalis. Cæterùm ex antiquâ illâ Constitutionum varietate enatæ sunt illæ monachorum* Regulares Consuetudines, *quæ in novissima usque tempora observatæ erant; quarum etiam in restaurandâ Disciplinâ magna semper habebatur ratio. Majorum enim nostrorum pietas redintegrando vitæ monasticæ instituto non rarò incubuit.*

[x] Institut. l. 2 c. 2.

[y] Rog. Hoveden. an° 764.

[z] Bed. l. 3. c. 25.

Tres autem apud nos celebres fuerunt Monachismi veteris Reformationes. Prima sub Cutberto Archiepiscopo, a° 747, in Concilio Clovishoviæ, in quo nonnulla [a] De moribus & habitu monasteriali *emendata sunt.*

[a] Spelm. Con. p. 256. Canon. 19.

Altera sub Dunstano fuit, in Concilio Wintonienſi, a° 965, regnante Edgaro, magnificentissimo cœnobiorum instauratore. Tunc primùm Monachis præscripta fuit Constitutio generalis, tàm ex Benedicti Regulâ, quàm ex veteribus Consuetudinibus contexta, quæ dicta est Regularis Concordia Anglicæ nationis. *Edidit illam, in Spicilegio ad Eadmerum, V. CL. Johannes Seldenus, nuper cum publico literarum luctu defunctus.* [b] Accitis Floriacensis Monasterii monachis, quæque ex dignis eorum moribus honesta collegerunt. [c] Regulari itaque S. Patris *Benedicti* normâ susceptâ, tàm abbates quamplurimi, quàm Abbatissæ, cum sibi subjectis fratrum sororumque collegiis, SS. sequi vestigia, unâ fide, non tamen uno Consuetudinis usu studuerunt. *Non erat ipsa Benedicti Regula, sed plurima continebat Benedictinis præceptis accommodata. Vocabatur etiam*

[b] Selden p. 147.

[c] p. 146.

[d] Spelm. 432.

[c] Aymoin. in v. Abb. c. 4. apud Jo. à Bosco in Bibl. Floriac. p. 305.

[f] De gest. Pont. l. 3. p 153. b.

[g] ibid. p. 151. b.

am[d] **Oswaldes lawe** *id est* Lex Oswaldi, *Episcopi Vigornienſis, & Eboracenſis; qui cum eſſet ipſe quondam Floriacenſis monachus,* [c] *Abbonem Floriacenſem in Angliam vocavit. Hunc Floriacenſium monachorum adventum intelligit Malmesburienſis.* [f] A Floriaco Benedicti monaſterio religionis hujuſcemodi manavit exordium: *licèt paulò ante Wilfridum introduxerat jactantem* [g] Se primum fuiſſe, qui S. Benedicti regulam à monachis obſervandam juſſerit.

Tertia Monachorum regulatio ſub Lanfranco fuit, qui quod

[h] ibid. p. 118.

[i] ibid. p. 117.

[h] tempore regis Edgari inchoatum eſt, labifactari non permiſit. *In Concilio itaque Londonienſi, a°* 1075, [i] Renovata ſunt nonnulla, quæ antiquis etiam fuerunt Canonibus definita. *Poſt res Epiſcopales; de Monachis* ſtatutum eſt, ex Regulâ B. Benedicti, [k] Dialogo Gregorii, & ex antiquâ Regularium locorum Conſuetudine. *Leges igitur Cœnobiales etiam Normannicis temporibus fuerunt mixtæ; neque adeò admiſſa eſt Benedicti Regula, ut abrogarentur veteres monachorum Conſuetudines.*

[k] Baron. A° 1075. §. 37.

Sanè Normanni, licèt in victos iniqui, in dotandis Eccleſiis & fundandis cœnobiis fuerunt munifici. Ipſe Rex inſigne conſtruxit monaſterium in loco, ubi Angliam debellaverat. *Nam in Concilio Wintonienſi, a°* 1070, Jubente, & præſente rege WVillelmo; Alexandro P. per legatos, Hermenfredum Sedunenſem Epiſcopum, & presbyteros Johannem & Petrum Cardinales, ſedis Apoſtolicæ authoritatem exhibente: *ita inter alia, ſtatutum eſt.* Qui in Magno prælio ſcit ſe hominem occidiſſe, ſecundùm numerum hominum, pro unoquoque uno anno pæniteat. &c. Vel eccleſiam faciendo, vel Eccleſiæ largiendo perpetuâ eleemoſynâ redimat. *Tanta fuit illis temporibus cædis hoſtilis conſcientia! Canonem hunc, nondùm inter editos, ex Synodico olim Wigornienſis Eccleſiæ codice, circà ipſa Willielmi regis tempora, literis Saxonicis, per* Vulfgeatum Scriptorem WVigornienſem *exarato, communicavit mecum vir Eruditiſſimus, D. Gerardus Langbainius S. T. Pr. Pr. Coll. Reg. Oxon. Hinc autem conſtat tàm de causâ celeberrimi monimenti, quàm de tempore. Neque enim Rex ſuâ ſponte Eccleſiam ſtruxiſſe videtur, ſed ex Sanctione Concilii: neque redempta eſt Pœnitentia* pro defunctis ſuis; ſed

Malmesb. p. 174.

Rog. Hoved. eo a°.

Huntind. p. 211.

pro

[a] pro occisis in bello ab ipsis : *neque incœptum est opus illud,* [b] *a°* 1067 ; *sed post Synodi finem* ; [c] A° 1076, cæpit ecclesiæ fabrica proficere. [a] Huntind. p. 211. (b) Monast. Ang. p. 310. (c) Ibid. p. 313.

Bellenses illi monachi instituti sunt ad Benedicti regulam ; cujus maxima fuit apud nos, ab Edgari tempore, reverentia. Verùm quum omninò nulla sit in Concilio Clovishoviæ Benedictinæ Regulæ mentio ; licèt aptissima esset illius commemorandæ occasio : & altissimum sit eâ de re apud Bedam silentium : videamus quo modo, quove tempore Regula illa Occidentali eccl siæ increbuit.

Benedictus Nursinus in Cassinensi Samnitum agro cœnobium instituit ; & [l] scripsit Monachorum Regulam. *Quo anno obierit, incertum est. Fuit sanè Gregorio Magno senior, qui in Dialogis profitetur se Benedicti res gestas didicisse,* [m] discipulis illius referentibus. *Neque hìc audiendus est Cedrenus, qui Gregorium, Dialogorum scriptorem, tempore Leonis Imp. vixisse tradit ; cùm Beda, qui tunc scripsit, Gregorium Primum illorum auctorem celebret. Benedicto* [n] Constantinus in monasterii regimine successit. *Paulo post,* [o] destructo a Longobardis monasterio, [p] fugientes fratres ex concessione Pelagii P. juxtà Lateranense Patriarchium monasterium construxerunt, ibique per 141 annos (quibus Casinense monasterium destructum permansit) habitaverunt. *Tandem Petronax quidam Brixianus* [q] hortatu Gregorii P. III. *Cassinense monasterium instauravit, &* multorum monachorum pater effectus, sub S. Regulæ jugo, & B. Benedicti institutione vixit. Zacharias P. qui *a°* 742 [r] Gregorio successit, illis contulit codicem Sanctæ Regulæ, quam pater Benedictus manu propriâ scripserat ; *etiam* privilegium, ut monasterium nullius episcopi juri subjaceat, nisi solius Rom. pontificis. *In Liptinensi Concilio (Ad Liptinas locus est in Cameracensi Galliæ agro) sancitum est,* [r] ut monachi & nonnæ juxtà regulam S. Benedicti cœnobia sua ordinarent. *Præsidebat concilio isto Bonifacius noster Archiepiscopus Moguntinus, qui Fuldense construxit monasterium* [t] *sub regula S. Benedicti ; cui Zacharias P. prædictum contulit Privilegium. Neque satis scio, an vetustius sit, extrà Italiam, sub illâ regulâ conditum monasterium. A°* 758, [v] *Desiderius, ultimus Longobardorum rex, monasterium S. Benedicti construxit, in agro* Brixiano.

[l] Greg Dial. l. 2. c. 36. [m] Ib. præf. l. 2 p. 375. Hist. l. 2. c. 1. [n] Greg Dial. l. 2. præf. [o] Ibid. l. 2. c. 17. [p] Leo Ostien. chron. Cassin. l. 1. c. 2. [q] Paul. Diac. l 6. c. 40. [r] Leo Ostien. l. 1. c. 4. A° 743. [r] Canon. 7. Conc. Gall. tom. 1. p. 539 Baron. a° 742 § 25. A° 750. [t] Con. Gall. p. 582. [v] Baron. eo a° § 3.

[w] Baron. a° 716. §. 8.

[w] Mirum dictu (*verba sunt* Baronii) quanta mox ex novâ plantatione Petronacis fuerint propagata eo in loco germina monachorum, & aucta ipsorum examina, instar apum, quæ ex turgescentibus aluearijs prodeuntes, in diversa loca ad fœtus multiplicationem volaverint. *Neque enim à scriptâ per Benedictum Regulâ, sed a restaurato Cassinensi monasterio putanda est illius Regulæ propagatio.*

Cum verò ita se res habeat; nihilominùs non minor est de Re-
[x] Paul. Diac. l. 6. c. 2. Regino chron. a° 620. Sigebert. chr. a° 651.
gulâ, quàm de Corpore Benedicti *controversia* [x] Cum in castro Casino vasta solitudo existeret, corpus S. Benedicti ab Agilulfo monacho inde delatum est in cœnobium Floriacense, à Leopoldo abbate nuper fundatum in Aurelianensi territorio. *Zacharias P. primus* Benedictinæ *regulæ fautor & propagator, ad Episcopos Galliæ scripsit, rogatu Optati abbatis Cas-*
[y] Zach. Epist. 12 apud Conc. Gall. T. 1. p. 576. A° 749.
sinensis, [y] juxtà petitionem monachorum, pro corpore B. Benedicti, quod furtivè ablatum est à suo sepulcro, ut restituatur ad proprium locum: *neque obtinuit. Quid autem restitutionis opus est? Desiderius abbas, a° 1056, dum nova Casinensis*
[z] Leo Ostien. l. 3. c. 28.
[a] Lauret. annot. in chron. Cassin. l. 3. c. 30.
[b] Ib. in l. 4. c. 5.
[c] Bar. a° 1088. §. 6.
Ecclesiæ fundamenta struerentur, [z] Benedicti patris venerabilem tumulum reperit. *Veritas rei diplomate* [a] *Alexandri* II *confirmatur: & sub anathemate præcepit Urbanus* II, *a° 1088,* [b] ne quis ulteriùs, falsam patris Benedicti translationem celebrare præsumat: *sed bullam hanc impostura insimulat* [c] Baronius. *Neque una est Italorum Gallorumque de Benedicti sepulcro sententia.*

Sed nec satis convenit inter viros doctos de tempore, quo Benedicti Regula in nostram patriam illata sit. Dissensioni facem prætulit recentiorum licentia monachorum, qui nimiùm faciles fuerunt in iis tradendis, quæ ad Ecclesiarum suarum gloriam conferre putarunt; & in contexendis historiolis, referciendisque cœnobiorum monumentis audacem nimis navarunt operam: infœlici plerumque conatu, vel ex ineptâ Vetustatis affectatione, vel ex incogitantiâ, vel ex prætenui antiquiorum temporum peritiâ: quod satis testantur ἀναχρονισμοὶ, ἀνοησίαι, *aliæque ejusmodi ineptiæ, quæ cum mercibus istis non rarò venditantur.*

Joh à Bosco in Bibl. Floriac. cap. 4. Monast. Angl. p. 12.
Aymoinus, in vitâ S. Abbonis, & Glastonienssium Antiquitatum consarcinator dicunt, Gregorium P. per Augustinum Regulam Benedicti *Anglis observandam dedisse. Quod tamen à nullo*

veteri

veteri authore traditum est ; & vivente adhuc Bedâ, omninò inauditum fuit. Ingulfus, veluti ex Æthelbaldi cartâ, meminit Nigrorum monachorum sub normâ S. Benedicti. *At verò Benedictus ipse de colore vestium nihil præcepit.* De colore (*inquit Regula*) aut grossitudine non causentur monachi. *Palàm est Ingulfum sua, id est Willielmi Primi, respexisse tempora. In Leutherii episcopi Cartâ ad Aldelmum datâ, de Malmesburiensis cœnobii primordio, occurrit* Normia Sanctæ Regulæ. *Beda dicit,* Aldelmum fuisse Abbatem monasterii, quod Maildmurbem nominant : *istius autem Regulæ nusquam meminit.*

Ingulf. p. 483. Monast. Angl. p. 164.

cap. 55.

Monast. Angl. p. 49. è Malmesb. de Gest. Reg. p. 6. Bed. l. 5. c. 19

In Bullâ Constantini P. & Diplomate regum Kenredi & Offæ, de Evesshamensis cœnobii fundatione, dicitur Regula B. Benedicti instaurari, quæ minùs in illis partibus adhuc habetur. *Et Egwini carta habet* regulam S. Benedicti. *W. Malmesburiensis olìm miratus est* Bedam, *qui istam regum Romanam* profectionem non siluit, tacuisse *de Egwini cœnobio.*

Monast. p. 144. 145. p. 146. D. Gest. Reg. l. 4. p. 162.

Illa Regum Carta doctissimo Spelmanno suspecta est, quod Offa se Orientalium Anglorum gubernatorem *denunciet, cum esset Orientalis Saxo : neque satis est decorum monachos, jam mundo emortuos, se Regum titulis adornare. Egwini carta displicet, quod subscriptionis tempore testes partìm Romæ fuerunt, partìm in Angliâ. Nonnullis minùs arridet Æra Christiana, quæ vix tandem a Caroli Magni temporibus in usum venit. Mihi quidem præcox illa* Benedictinæ *regulæ mentio recentiorem ætatem olere videtur.*

Conc. Brit. p. 210.

Spelm. p. 212.

Neque nova est hæc fraudis suspicio. Gervasius Dorobernensis notat schedulas, *quas protulerunt Monachi Augustinenses, suspectas fuisse & rasas. Cautè itaque intuendæ sunt istiusmodi cartæ : quæ fidem habent eò minorem, quò majorem præ se ferunt antiquitatem. Rudis olìm & iners gens nostra absque scripto Donationes conferre solebat. Ex* Bedâ *sanè non constat, Scripturam adhuc illius ætate, in tranferendis prædiis, aut concedendis privilegiis usurpatam fuisse. Post Bedam contigit prima monachorum nostrorum reformatio ; in quâ nulla Benedictinæ regulæ memoria. Insecuta est Danica Monasteriorum strages : illa demùm instauravit rex Edgarus ; ex cujus tempore celebris erat in cœnobiis Anglicanis* Benedicti Regula.

Chron. an. 1181. pag. 1458.

Gliſcebat indiès regulæ illius obſervantia ; quæ initiò Caßinatibus tantùm monachis data, durante monaſterii infortunio, ſopita jacuit. Poſteà verò quàm à Zachariâ P. non modò in Italiâ inſtaurata, ſed etiam ultra Alpes propagata fuit, tantam de mùm obtinuit perfectionis ſuæ exiſtimationem, ut nullum ferè non eſſet in Occidente cœnob.um ad normam Benedicti vel primitùs inſtitutum, vel denuò formatum. Verùm [q] Benedicti Regulam, in primævâ paupertate laudatiſsimam, rerum opulentia poſtmodùm & copia corruperunt

[q] Girald. Cambr. Itin. l. 1. pag. 831.

Diſceſſum eſt itaque, vel innovandi ſtudio, vel corrigendi, à vulgari monachorum inſtituto. Schiſma monachatus fuit origo Ordinum. Succreſcentibus novorum monachorum Sectis, qui Benedictinæ regulæ tenaciores fuerunt, diſtinctionis gratiâ, Benedictini *nuncupari cæperunt. Anteà enim quum non erant à quibus diſtinguerentur, non erat opus diſcretivi nominis : ſimplex* Monachi *ſufficiebat vocabulum. Poſtquàm verò nova diſciplina priſtinæ cœpit eſſe opprobrio, pro veteri Regulâ, tanquam pro aris & focis, decertatum eſt. Ab Univerſitate, ab Antiquitate auctoritatem illi ſtruunt, ne ſit ſeceſſio inculpanda : ipſam* Regulam Sanctam *haberi volunt, ne ſit violabilis : Benedictum* Patrem, *& Monachorum* Patriarcham *celebrant ; & honoris ergò, ſibimetipſis* Benedictinorum *nomen vendicant.*

Primus novi ſodalitii auctor fuit Odo quidam, qui circà initium Decimi ſæculi, abbas factus Monaſterii novitèr extructi apud Cluniacum, *in Matiſconenſi Galliæ agro, Regulam Benedicti auctiorem atque emendatiorem monachis ſuis exhibuit ; qui, ob novitatem rei, cæteris ſanctiores habiti ſunt.*

Vergente Undecimo ſæculo, monachi quidam è Moliſmo, Lingonenſis agri cœnobio, egreſſi monaſterium Ciſtertii *in Cabillonenſi agro conſtituerunt. Stephanus Hardingus Anglus abbas novam edidit regulam, quæ* Charitatis Charta *dicta, ab Urbano* II *probata eſt.*

Iiſdem temporibus Bruno Colonienſis *cum ſex ſociis in* Carthuſiâ (*locus is eſt deſertus in Gratianopolitanis montibus*) *cellulas ſibi conſtruxit, & rigidiſſimæ regulæ anthor fuit, quam confirmavit Alexander* III, *circa an.* 1178. *Iſti autem a locis denominati,* Cluniacenſes, Ciſtertienſes & Carthuſiani *Benedictinæ omnes fuerunt profeßionis ; ſed reformatæ.*

Infinita

Infinita res est Monachales Ordines : omnes undique pro ingeniorum locorumque varietate pullulantes non est investigare. Desudarunt in illâ palæstrâ viri docti. Neque de monasticis Anglorum institutis huic differo : aptior erit eâ de re disceptandi locus ad alterum, quod paratur, volumen de Canonicis (*uti vocant*) Regularibus. *Sunt autem illi Canonici Augustiniani, Hospitalarii, Templarii, Gilbertini, Præmonstratenses, & Maturini, sive Trinitariani : etiam de* Secularibus *quarundam ecclesiarum Cathedralium & Collegiatarum* Canonicis. *Quatuor autem isti Monachorum Ordines, cum ante Undecimi sæculi finem radices in Galliâ egissent, in Angliam non ita multò post traducti, tanto floruerunt incremento, ut illorum, qui hodiè supersunt, Commentarii in justum hoc, quod est præ manibus, volumen excreverint.*

Equidem Editioni huic omninò non interfui ; absolutam tamen non potui non collaudare : neque difficilis opellam hanc, qualem qualem, amicè rogatus præstiti. Interfuit autem vir eximius, Gulielmus Dugdalius Warwicensis, cujus jam sub prælo sudat locupletissima Warwicensis agri Notitia ; qui tantam huic Operi supellectilem contulit, ut Authoris alterius titulum optimè meritus sit. Interfuit etiam vir nostrarum antiquitatum callentissimus, Gulielmus Somnerus Cantuariensis, qui Saxonica, quæ exhibentur, atque Lelandi Anglica reddidit Latina : ad cujus Glossarium, non ita pridem cum Historiæ Anglicanæ *scriptoribus editum, amandandus est lector, siqua vox Latino-barbara moram injecerit ; qui ad edendam copiosissimam Vocabularii Saxonico-latini congeriem nunc typos parat.*

Palma verò hujus incœpti tribuenda est viro egregio, Rogero Dodsworthio Eboracensi, nuper quidem defuncto, sed nunquàm oblivione sepeliendo : qui vetustissimas Pietatis memorias in latibulis dormitantes suscitavit, & ex laceris Antiquitatis reliquiis, tanquam membris Absyrtianis, longe lateque dissipatis Historicum hoc Corpus orbi Christiano construxit. Opus meherclè ut arduum, ita pulcherrimum, usuque eximium. Non sanè inter istiusmodi scripta censendum, quæ Plato olim [r] τῶν Ἀδωνιδος κήπους ἐσπειρεν, ἵνα τὸν ἀρχὸν ἑορτὴν ἄγοντες, εὐθὺς μαραινοντο comparabat cum hortis Adoniis, qui uno die nati, celerrimè pereunt. *Benefactum hoc, labore indefesso, & triginta annorum impendio comparatum, vires capiet a tempore ;*

[r] Stob. in Eth. Elog.

Digitized by Google

tempore ; cum in omnes literarum ſtudioſos, atque adeò in Literas ipſas collatum ſit.

Quanti autem interſit Reipublicæ Literariæ naufragas baſce collegiſſe tabulas, non judicabit niſi is, qui ſatis intelliget, quanta fuiſſet jactura, illas periiſſe. Qui iniquo feret animo Civilem Majorum noſtrorum Diſciplinam, res pace belloque egregiè geſtas, Urbes conditas, Regiones deſcriptas, Centurias diviſas, aliaque ad Politiam ſpectantia, vel prorſus ἄδηλα *evanuiſſe, vel tenuibus incertiſque rumuſculis (quâ penuriâ ſcriptorum, quâ incuriâ) ad nos deveniſſe : Is ſanè gratiſſimo ſuſcipiet animo Chriſtianam inſtaurari Diſciplinæ veteris hiſtoriam ; & Origines Cœnobiales, in penitiſſimis olim lararijs, tanquam ſacra quædam anathemata, repoſitas, ab oblivione & interitu vindicari. Quemadmodum pij Majores, Reges, Magnates, alij, Templis conſtruendis, Monaſteriis fundandis, dotandis, ditandis, immunitatibus concedendis ad miraculum uſque magnifici fuerunt, eâque re in æternum honorandi : ita non defuit etiam Monachis ſua laus, quòd piâ curâ & ſedulâ gratitudine collata in ipſos beneficia mandarunt literis ; adeoque de bene merentibus Nominibus ipſi benè meruerunt : Optimè autem de utriſque noſter* Συναγωνιστὴς *qui pias illuſtrium virorum memorias è tenebris eruit, ſeriſque nepotibus tradidit. Verùm de Familiis, quibus inde lux enata eſt, quot, & quænam illæ ſunt, videndus eſt Index Nominum.*

Neque tàm privato, quàm publico conſulitur emolumento : Uberrimum eſt hoc Hiſtoriæ Anglicanæ Auctarium ; è quo quamplurima elicienda ſunt, eáque non vulgaria, ad Eccleſiam, Remque publicam ſpectantia : quarum res (ſi modò diverſæ) adeò ſolent eſſe intertextæ, ut pro dignitate ſeorsìm dignoſci non poterint. Priſca Eccleſiæ noſtræ fabrica & politia abſque Monaſteriologiâ manca eſt. Monachatus enim olim maxima fuit pars gentis Eccleſiaſticæ ; & parietes Cœnobiales diù ſanctitatis & melioris literaturæ fuerunt ſepes. Ex illo ſeminario prodierunt ingentia illa Chriſtiani orbis lumina, Beda, Alcuinus, Willebrordus, Bonifacius, alij, ob Doctrinam, & propagatam Fidem impensè colendi. Abſque monachis, nos ſanè in hiſtoriâ patriâ ſemper eſſemus pueri. Sed ſe recipiat oratio.

Jamdudùm diem fatalem obierunt Monaſteria noſtra ; nec præter ſemirutos parietes, & deploranda rudera, ſuperſunt nobis

avitæ pietatis indicia. Minùs impendiosa hodiè cordi est Religio, & vetus dictum obtinet.

[f] Religentem esse oportet, Religiosum nefas. [f] A Gell. l.4.c.9.

Videmus nos, heù videmus, angustissima Templa & stupenda æterno dicata Deo monumenta (quibus nihil hodiè spoliatius) sub specioso eruendæ Superstitionis obtentu, sordidissimo conspurcari vituperio, extremamque manere internecionem. Ad altaria Christi stabulati equi, martyrum effossæ reliquiæ. *Sunt quidam zelatores adeò religiosè delirantes, ut Religiosos veterum Ordines* [t] ἐκ τῶν ἐναντίων τοῖς ἀγαθοῖς *prognatos aiant. Ita licentèr sibi indulget* κακολογίαν. Neque deerunt hac, quâ vivimus, ætate homunciones, *Elephantinâ olfacientes promuscide, qui ista, quæ jam prodeunt, tanquam futilia, inutilia, & hodiernæ rerum conditioni minimè congruentia damnabunt, & non tantùm à Bibliothecis (ut Gregorius olim Titi Livii codices) eliminanda, sed & flammis tradenda judicabunt. Ea est novitiarum opinionum rigiditas, &* ἀκαμψία ——— [u] Τοῦ δὲ καὶ ἀκούσαντος. [u] Homer. Odyss. K. vers. 495.

Etenim cordatis viris, & ἀνδράσι φρένας ἐσθλοῖσι institutum est gratissimum, omnique laude dignissimum. Illi non modò calculos suos posuerunt, sed & impensas contulerunt, ut egregium hoc ἀνάθημα *publici juris fieret : tempestivè admodùm hisce temporibus, ut innotescat posteris, non esse epidemicam gentis nostræ* νόσον.

Ad laudis cumulum accedat Authoris nostri tùm Fides ; *tùm* Industria. *Fides in minimis maximè cernitur. Placuit illi* set *magis quàm* sed ; *quoniam ita se habent Codices : ejusmodi titivilitia ætatem rudem, editionem fidam indicant. Libuit tamen aliquandò* (&c.) *imponere, ne tædio forent tritarum formularum repetitiones. Cæterùm hùc non veniant Criticastri, delicatulas delibatum amænitates : neque ad stribiliginem dictionis semibarbaræ cieatur nausea. Sanè non est optandum monachos nostros Latiniores fuisse, aut rebus suis digniores. Quicquid tulerunt sæcula, ferendum est nobis. Qui à rudiori ævo expectat elegantias, optat ille,* [w] Voce ut loquatur psittaci coturnix. [w] Martial. l.10.ep.3. *Alia tempora alios scriptores habent : Historia autem, cum sit universæ Antiquitatis conservatrix, omnium ætatum auctores desiderat : nec minùs à mediocri, quàm à comptiore stilo suppetit nobis vera ac genuina rerum anteactarum cognitio. De monachorum autem fide non est quod ambigamus ; cum illi res tantùm*

suas

ſuas tractent, ſibique notiſſimas: n ſi forsàn uni aut alteri vitio demus, illos in illuſtrandis Monaſteriorum ſuorum natalibus Antiquitati plus quàm Veritati incubuiſſe. Verùm hoc illis facilè condonemus; cum præſtantiſſimos populos ſubobſcuras rerum origines etiam à Diis ſuis deduxiſſe videamus.

Induſtriæ (*quam diximus*) *index eſt Catalogus ille, ex Archivis Fiſcalibus depromptus, qui fini hujus libri ſubnectitur: in illo plurima interſeruntur* (*ſub ſingulis Literis*) *Monaſteriorum, in hac Sylloge tractatorum, nomina, quorum nulla eſt in Fiſco ratio; abſque Valoribus tamen, qui parùm dignoſcuntur. Tanta eſt Auctoris noſtri in Bibliothecarum* (*quæ non paucæ ſunt, tam publicæ, tam privatæ*) *perſcrutandis forulis ſolertia: tantum damni, ex viciſſitudine temporum, & mutatione dominorum illati, reſarciendi ſtudium. Poſtquam enim terræ cœnobiales lege Parliamentariâ* (*quæ apud nos ſumma eſt*) *in jus Regium ceſſerant, Inſtrumentorum veterum uti vis, ita & precium exoluit; neque fieri potuit, quin nonnulla vel caſu, vel incuriâ interciderent. Verùm quæ deſiderantur neque multa ſunt, neque majorum gentium; atque aliqua fortaſſe dabit dies. Interìm his fruimini, & Valete.*

De

De prima inſtitutione Monachorum

Ex quodam MS. bibl. *Cottoniana* [ſub effigie Vitellii E 12] fol. 85.

Vates cunctorum ſunt antiqui monachorum
Auctores dicti, patum natique relicti.
Et ſunt auctores monachorum poſteriores
Chriſtus, ſanctorum cœtus quoque Diſcipulorum.

QUidam minus intelligentes non ratione ſed nec auctoritate muniti, contra originem Religionis Monaſticæ impugnant, utique minus diſcretè ipſam, ceteris religionibus matrem & auctricem, nequaquam aliarum Religionum normas eſtimant tempore præceſſiſſe, ſed beatum *Benedictum* primum patrem conſtituunt monachorum. Ad quod ponendum tales movere creditur quia & idem beatus *Benedictus* monachorum regulam ſalutarem compoſuit, quam etiam modernis temporibus monachi profitentes ſequuntur, & ſecundum ipſam probationem ſinguli converſantur, & ſic nec monachos in communi regulariter viventes ipſum beatum *Benedictum* arguunt præceſſiſſe; & per conſequens in antiquis patribus canonicatus pocius quam monachatus exordium præfuiſſe, nam per centum fere annos ante tempora beat *Benedicti* Ordo Canonicorum per ſanctum *Auguſtinum* fuit inſtitutus ut habetur in vita ſua. Sed quod beatus *Benedictus* non fuit primus qui iſtam vitam communem inſtituit, patet in ſecundo libro dialogorum beati *Gregorii*, ubi legitur, quod monachi cujuſdam monaſterii poſt mortem ſui Abbatis beatum *Benedictum* ab heremo vocaverunt & in abbatem ſuum præfecerunt. Similiter ſcribitur in quodam ſermone beati *Odonis* abbatis *Cluniacenſis*, quod plures ſancti patres hujus ſanctæ inſtitutionis decretores, ante hunc beatum *Benedictum* regulæ monaſticæ normam ſanxerunt.

Ex quo igitur patet eum non fuiſſe vitæ monaſticæ primum inſtitutorem, Videndum eſt à quibus & à quo tempore hæc inſtitutio & hæc celeſtis diſciplina primùm habuerit originem, ſecundùm enim *Magiſtrum* in *Hiſtoriis* & *Radulphum* ſuper librum Regum, hujus plantationis fructiferæ & ſalutiferæ converſationis primus inſtitutor fuit *Samuel* in veteri teſtamento, ut ait *Chriſoſtomus* in quadam omelia. Et *Jeronimus* in epiſtola ad *Ruſticum*, *Præcipui inventores & cultores monachatus fuerunt filii prophetarum in veteri teſtamento qui ædificabant caſulas prope fluenta Jordanis, & turbis & urbibus derelictis potentâ & herbis agreſtibus victitabant.* Et idem *Jeronimus* in epiſtola ad Paulinum *Nos habemus*, inquit, *propoſiti noſtri principes, Apoſtolos, Antonium, Hillarionem & Macharium.*

Et ut ad Scripturarum auctoritatem redeam, Noſter Princeps Helias, noſter Heliſeus, noſtri duces filii prophetarum qui habitabant in agris & ſolitudine & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta *Jordanis*. De hiis fuerunt filii *Rechab* qui vinum & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentoriis & tabernaculis, qui etiam per *Jeremiam* Dei voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiet de ſtirpe eorum vir ſtans coram domino; Jer. 35. hii namque ab excercitu *Caldeorum* vaſtante *Judæam*, poſt ſolitudinis libertatem urbes

introire compulsi sunt. Et *Cassianus* libro primo de *Institutis monachorum*. Hoc inquit *habitu monastico illos ambulasse qui in veteri testamento professionis fundavere primordia, Heliam scilicet & Heliseum, divinarum Scripturarum auctoritate monstratur.* Ac deinde, *Principes auctoresque testamenti novi, Johannem Baptistam videlicet ceterosque ejusdem ordinis viros taliter incessisse cognoscimus:* Et idem *Cassianus* in Collationibus patrũ Collatione Piamonis capitulo 4,5, & 6: In Helia quoque propheta monachatus exordium habuit in veteri testamento, quando super filios prophetarum qui de mundo ad ejus magisterium confugerant, juxta *Jordanem* domino jubente secedens in torrente **Carith**, gubernationem & principatum tenuit & super eos abbas & pater extitit. Narrat insuper *Josephus* libro Judaicæ captivitatis 2 & historiis antiquitatum 18 qualiter *Essey* de genere *Judeorum* ante incarnationem domini vitam duxerunt quasi monasticam. Vide ibi processum. Et in Historia scholastica super evangelium & in Speculo Historiali, & bene facit ad propositum, sed melius & plenius in *Josephus*, de quorum secta tunc temporis perfectissima erat ille sanctus *Carioth* abbas, qui sicut dicit Magister in Historiis, in quadam incidentia, *Unus erat eorum qui cum Christo surrexerunt, quo mortuo, quidam monachi mortem ejus inconsolabiliter dolentes mortui sunt, & adhuc compaginati videntur.*

Verùm quia de origine monachatus & quemadmodum ejus tipus in patribus veteris testamenti præcesserit, ostensum est: qualiter in patribus novi testamenti quod in antiquis præfiguratum est compleatur restat ut pariter videatur, lex enim & prophetæ usque ad *Johannem* Baptistam permanserunt, *Johannes* autem utriusque testamenti quasi mediator, prioris quidem ceremoniis finem imposuit; novique testamenti & baptismalis gratiæ præco fidelissimus fuit, qui necdum natus set adhuc matris utero clausus, in adventu domini sui jam concepti gestiens sicut præco certissimus extitit humanæ redemptionis, sed puer adhuc & in teneris annis constitutus, turmas hominum fugiens, desertum petendo, primus institutor est novo testamento & auctor monasticæ religionis, prout testatur *Cassianus* libro primo & secundo de institutis monachorum. Istud etiam vitæ propositum sacram videlicet religionem monachorum Christus auctor omnium veraciter instituit quando primùm antiquis patribus veteris testamenti, revelante Spiritu sancto, observandum & instituendum innotuit. Deinde tempore gratiæ, suis cum discipulis in terra conversando, ad abrenunciationem rerum secularium eos eorumque sequaces provocans ut relictis omnibus eum sequerentur, ait Mathei tertio, *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum* &c. Et Mathei 19. *Si vis perfectus esse* &c. Item Lucæ nono *Si quis vult post me venire* &c. vide glosam istorum pro monachis. Etiam in libro *Prosperi* secundo de vita activa & contemplativa, Et in glosa super librum *Numeri* cap. 18. & in epistola *Cipriani* ad *Furnensem* & in proverbiis cap. 30. & in epistola ad Timotheum cap. 6. & in glosa. Et in quadam omelia venerabilis *Bedæ* super *Matheum*. Et in quodam sermone beati *Leonis* papę super illud *beati pauperes spiritu*. Et in epistola ad *Romanos* cap. 15. Et in glosa, & in actubus apostolorum cap. 4. Et in libro *Cassiani* 10. de institutis monachorum. Istud quoque propositum vitæ in Evangelio primùm secutus ille *Petrus*, ad dominum fiducialiter pro se suisque condiscipulis cœnobitis ait, Mathæi 19. *Ecce nos reliquimus omnia* &c. *quid ergo erit nobis?* Et dominus ad hujusmodi homines. *Vos* inquit, *qui secuti estis me, centuplum*

tuplam accipietis, & vitam æternam possidebitis. Audita igitur dominica promissione, non solum cœnobitæ sequaces Patrum de veteri testamento & *Johannis Baptistæ* in novo testamento, verumetiam fideles quique per Christum conversi, omnia relinquentes quæ possidebant, dominum tota mentis intentione sequebantur. Post ascensionem verò ejusdem, sicut habetur in actibus apostolorum, fideles quotquot per prædicationem Apostolorum fidem Domini suscipiebant, venditis suis omnibus, precium eorum ad pedes apostolorum ponebant ; & sic rebus seculi funditus expediti, in socialem vitam cum apostolis & Cœnobitis transibant, & omnem curam apostolicæ diligentiæ & sollicitudini committebant. Dividebatur autem omnibus illis ab Apostolis prout cuique opus erat. De quibus apostolus *Paulus* ad *Romanos* 15. ait, *Nunc proficiscar Jerosolimam ministrare sanctis.* Glosa. Qui rerum suarum precia ad pedes apostolorum posuerant &c. Talem vitam & regulam duxerunt apostoli & cœnobitæ in primordio primitivæ ecclesiæ, videlicet in communi & sine proprio vivebant, & nullus eorum suum aliquid esse dicebat, sed erant illis omnia communia, nec quisquam egens erat inter illos ut scribitur Actuum 4. & 13. q. *ita dilectissimis.* Ista consuetudo vivendi etiam in primitiva ecclesia non diu perduravit post ascensionem domini. Nam apostolis per martyrium de medio sublatis, multi retrocedentes cœperunt rursus seculi res ambire, easque non in communi sicut priùs cum apostolis & cœnobitis, sed proprio jure possidere, & ita cœpit fervor communiter vivendi nimiùm tepescere. Quamplures tamen sancti patres & probatissimi monachi quibus adhuc inerat fervor apostolicus, sancti spiritus aspirante gratia, nolentes apostotare, ad seculi curas non redibant, sed congregati in unum, sicut priùs communiter vivere satagentes, sub unius eorum, qui ad hoc electus fuerat, magisterio, ut eos apostolorum vice regeret, pristinam Religionem restaurare cupiebant, & non solùm illa magnifica retinebant, quæ primitus ecclesia vel turbæ credentium in actibus apostolorum leguntur celebrasse : verumetiam multo hiis sublimiora cumulaverunt. *Eusebius* enim narrat in Hystoria ecclesiastica libro secundo beatum Marchum Evangelistam primùm ad *Ægyptum* perrexisse & ibi Evangelium prædicasse, & ecclesiam apud *Alexandriam* primùm constituisse. Cujus sobrietatis exemplo, primo ingressu ejus, maxima multitudo virorum & mulierum credidit, & ab eo normam vivendi suscepit, quorum exemplis per universum mundum adolevit sancta institutio monachorum. *Philo* etiam *Judæus vir* discretissimus tempore *Neronis*, conversationes eorum qui per beatum *Marchum* crediderant, & abstinentiam & vitam eorum qui vitæ monasticæ inserviebant, librorum memoriæ commendabat, in quibus evidentissimè abstinentium vitas qui in monasteriis degunt describit ad liquidum, & specialiter in libello quem de *Vita theorica* vel *supplicum* attitulavit. Dicit enim quod renunciaverant omnibus facultatibus suis qui se ad hujusmodi vitam dederant ; & omnes vitæ solicitudines procul abiciebant, & secedentes in secretiora suburbiorum loca vel in agros solitarios summæ abstinentiæ vitam agebant ; Ægypto namque per singula quæque territoria, in ortulis vel in exiguis quibusque agellulis habitabant copiosiùs. Fuit autem in singulis locis domus orationis consecrata, in qua sacerdotes castæ vitæ misteria consecrabant. Illi patres antiqui qui in eruditionibus sapientiæ & in profundiore intelligentia sacrorum voluminum conversabantur, tanquam copiosis dapibus

scripturis

ſcripturis inhiantes, expleri nequibant, ita ut nec quarto jam nec quinto ſed ſexto demum die neceſſarium corpori ſumebant cibum, vinum quidem nec in guſtu contingebant. Sed nec quamlibet carnem vel ſanguinem &c. Hæc Euſebius in eccleſiaſtica hiſtoria libro ſecundo. Hæc & multa alia ſcribit *Euſebius* in hiſtoria eccleſiaſtica & *Caſſianus* in libro de inſtitutis monachorum & *Sozomenus* in hiſtoria tripartita. De hiis etiam ſcribit beatus *Jeronimus* in epiſtola ad *Euſtochium*, ſic dicens ; *Cœnobitarum in Ægypto commorantium &c.* vide in libro epiſtolarum *Jeronimi*. Item *Caſſianus* in libro de inſtitutis monachorum conditiones & obiervantias antiquorum patrum deſcribit, quædam de *Ægyptiorum*, quædam de *Tabenenſionatarum* regulis admiſcens quorum *Thebaide* fuit cœnobium, in quo plus quam quinque milia fratrum ad uno regebantur abbate &c. vide ibi obſervantias. De moribus autem & converſatione monachorum in eccleſia primitiva ſi quis voluerit planiùs & exploratiùs edoceri, legat librum *Caſſiani* de inſtitutis monachorum & collationes eorum 24 & librum *Philonis* de vita theorica de quo tractat *Euſebius* in Hiſtoria Eccleſiaſtica & *Epiphanius* in hiſtoria tripartita, in quibus monaſticæ inſtitutionis principium & origo apoſtolicæque & evangelicæ traditiones pleniùs continentur. Inter illos namque patres monaſticæ Religionis qui illam communem vitam ab apoſtolis traditam retinentes eo tempore rurſus dedicaverunt, præcipui erant *Antonius* & *Hillarion*, *Macharii* duo, *Pachomus*, *Aurelius*, *Johannes* pater trium milium monachorum, *Serapion* pater decem milium monachorum, *Dioſcorus* pater centum monachorum, *Julianus* pater x. milium monachorum, *Amos* trium milium monachorum, *Theonas* trium milium monachorum, *Paulus* quingentorum monachorum, *Baſilius*, *Fructuoſus*, *Ferreolus*, *Egyppius*, *Yſidorus*, *Aurelianus*, *Johannes*, *Caſſianus*, *Jeronimus* & quamplures alii ſancti patres, qui vita & doctrina morum corruptionibus obviantes, non ſolùm illa magnifica ab apoſtolis tradita reſtituerunt, verumetiam regulas artiores aſperioreſque, de quibus ſupradictum eſt, pro devotione amplianda & perhenni gloria impetranda diverſis locis & temporibus ediderunt. Legitur etiam, beatus *Jeronimus* poſt tempora apoſtolorum *Ambroſium* & *Auguſtinum* ætate præceſsiſſe, peragratiſque priùs cœnobitarum & heremitarum per deſerta cœnobiis & cellulis, apud **Bethelem** monaſterium inſtituiſſe, ibique ducens vitam monachicam omnia cum fratribus communia poſsidendo, primitivam eccleſiam et patres antiquos imitatus fuiſſe. Tandem evangelici præcepti ſtrenuiſsimus auditor et executor beatus ſucceſsit *Benedictus*, qui quaſi quoddam ſydus celeſte præclarus enituit. Et hic circa annum Domini quingenteſimum ſextumdecimum in cœnobio monaſtico in *Montem Caſſinum* in Chriſti milicia dimicator erat ſtrenuus &c. Regulamqne ſcripſit laudabilem et ab univerſali eccleſia approbatam, ut teſtatur papa *Innocencius* ſecundus xvj. q ij. capitulo *pernicioſam*. Ubi etiam approbatur regula beati *Baſilii* et regula beati *Auguſtini* &c.

Ecce quod ſuperiùs in patribus veteris teſtamenti de cœnobitis præſignatum fuiſſe dicitur, jam in *Johanne* Baptiſta, Chriſto e tapoſtolis inchoatum et inſtitutum eſſe monſtratur, et ab eorum ſequacibus ferventer et devotè fore proſecutum. Quorum inſtitutionem commendando ſic ſcribit *Januenſis* in libro queſtionum de Antichriſto dicens ; *Ordo* inquit, *cœnobitarum ymaginem habet ſpiritus ſancti &c.*

Ex

Ex præmiſis ergo ſufficienter et planè patet, Quod tempore apoſtolorum cœpit ordo monachorum pullulare, et, ut veriùs dicam, reviviſcere, quem à beato *Helia* et *Heliſeo* et filiis prophetarum, teſtante *Jeronimo*, novimus proceſsiſſe. Cœnobitæ ergo, ante legem, *Abraham*; ſub lege, *Moyſen, Samuelem, Heliam, Heliſeum*, et prophetas: Sub evangelio, *Johannem Baptiſtam*, Chriſtum et apoſtolos, *Antonium*, Hillarionem, *Baſilium*, *Jeronimum* et prophetas alios, et ad ultimum legis latorem et eorum inſtitutionis beatum *Benedictum* præduces et advocatos in extremo examine habituri ſunt.

CUm igitur conſtet apertè ordinem monaſticum tantæ antiquitatis exiſtere prout infrapleniùs elucebit, fruſtra canonici certant de prioritate qui per mille annos poſt monachos & regulam ſumpſerunt & exordium ſub ſancto Auguſtino, *vel ut dicamus veriùs, regulam extorſerunt, quam idem Sanctus inſtituerat de vita & honeſtate clericorum ut titulus manifeſte declarat. Deſiſtant ergo canonici ſe in antiquitate conferre monachis, quorum legiſlator et monachos habuit præceſſores et fuiſſe monachus prædicatur. Nempe ipſe beatus* Auguſtinus *de ſeipſo dicit in quodam Sermone quem dictavit,* Aut *inquit* monachus ſalvaborant nunquam ſalvabor. *Signum quoque ſatis evidens in ſeipſo monachatus prætulit cum indutus fuiſſe tunica et cucullà narratur juxta morem monachorum qui eum præceſſerunt,* Antonii *ſcilicet* Hillarionis *et* Macharii *utriuſque ceterorumque quos longum foret numerare. Et hæc quidem canonicorum calumpniæ ſufficere ſatis putamus.*

Ex regiſtro S. *Albani* in bibl. *cotton.* [ſub effigie Claudii E 4 f 346 b.

Iam reſtat ut Iacobitarum *qui fratres prædicatores dicuntur, præſumptionibus obviemus, qui ſe prædicant et eorum ordinem ante monachatum longo tempore inſtitutos, aſcribentes ſibi nomen quod nec ex generis ſucceſsione nec meritorum titulis queſierunt. Volunt nempe à* Iacob *Patriarcha ſe vocari* Iacobitas *tanquam ab ipſo inſtituti primò fuiſsent vel de ejus genere proceſſiſsent, cum neutrum horum queant oſtendere vel probare. Nam quo tempore* Iacob *fuerit nullus ignorat qui Scripturas novit. Revolve librum* Geneſis, *et tempora* Iacob *ibi cernes. Anno verò nativitatis Chriſti MC. nonageſimo octavo prædicti fratres ſub beato* Dominico *primo legiſlatore eorum, quod ipſi inficiari nequeunt, exordium habuerunt, et cito poſtea* Iacobitæ *vocati ſunt, non à* Iacob *ſed à* Iacobo, *ut ex chronicis illius temporis oſtendemus. Narrat nempe* Mathæus Pariſienſis, *quod hii fratres primitivi cum non haberent domum ubi poſt prædicationis laborem declinarent, longo tempore* Pariſius *perdurarunt. Quo tempore fuit in eadem civitate quidam famoſus* Anglicus *de Villa S.* Albani *oriundus magiſter* Iohannes *dictus de Sancto* Albano, *phyſicus præcipuus et Regis Franciæ curam gerens. Hic cum ditatus fuiſset auro Franciæ, ſibi quoddam hoſpicium comparavit in civitate prædicta pene dilapſum et dirutum, in quod ſolebant ex longinquis partibus venientes cauſa peregrinationis verſus Sanctum* Iacobum *in* Hiſpania *divertere peregrini, et ibidem per dies aliquot exhibere. Sed deficientibus redditibus et elemoſina ſubtracta, eſt et hoſpicium deſolutum. Emit ergo magiſter* Iohannes *dictum xenodochium et exinde fecit ſibi hoſpicium coreſpondens fortunæ ſuæ. Qui cum videret dictos fratres cotidie miſsas celebrare orationibus inſtare et prædicationibus invigilare, motus tam devotione quam pietate, contulit eis prædictum xenodochium in habitaculum ſempiternum. Ex cujus hoſpitalis vocabulo nomen traxerunt præfati fratres ut* Iacobitæ *vocarentur ab adjecto nomine hoſpitalis. Et iſta ſufficiunt ad refellendum opinionem* Iacobitarum *de prioritate, quam vendicant ſui nominis ratione.*

1198.

Sanctus Franciſcus *ex poſt ordinem fratrum* Minorum *inſtituit & regulam eis dedit anno Chriſti MCC. ſexto, qui cautiùs incedentes aliorum ordinum fratrum mendacia prudenter devitant de prioritate nequaquam certantes.*

Supereſt ut Carmelitis *reſpondeamus qui ſe ab Helya prophetа jactitant inſtitutos. Quod ſi ita eſt, dicant utrum* Helyas *verus zelator legis* Judaicæ *fuit an non. Si verus ſectator veteris teſtamenti fuit, quod negare non poſſunt, quomodo dicunt eum ordinem inſtituiſſe* Mendicantium, *qui ex lege præceptum habuit* Non ſines quemqnam de genere tuo publicę mendicitati ſubjacere. *Quieſcant ergo* Carmelitę *mendacia inflectere in virum juſtum qui nichil dilexiſſe cognoſcitur niſi juſtum.*

Et ne legentes lateat origo fratrum de quibus nunc agitur, dicamus à quo tempore vel ſumpſerunt exordium vel nomen & habitum mutaverunt. Anno ſiquidem Chriſti Mxlv. Albertus *patriarcha fecit regulam fratribus qui ſtragulati radiati vel birrati vocabantur. Et ex poſt anno Chriſti MCC. ſeptuageſimo nono* Martinus *papa ad inſtanciam dictorum fratrum & nomen eorum mutavit & habitum, convertens veſtes ſtragulatas in capas abbas, dans eiis nomen novum, vocans eos videlicet Carmelitas. Et hæc ita tardè geſta ſunt ut plures adhuc ſuperſint qui viderint eos & birratis uti veſtibus, & birratos fratres ab omnibus appellatos.*

Hactenus Carmelitis *reſpondimus. Reſtat ut* Auguſtinenſibus *reſponſa demus, qui à beato* Paulo *primo heremita ſe dicunt principium habuiſſe. Quod ſi verum ſit, in quonam loco latuerunt à tempore* Pauli *uſque ad oſtenſionem omnium aliorum fratrum mendicantium, qui modernis temporibus, ut oſtendimus, emerſerunt. Vel, ſi volunt Paulum habere ducem qui monachus, & heremita fuit, quare non ſequuntur patronum & deſerta colunt potius quam frequentiam populorum? Neque enim* Paulus *mendicavit nec mendicare docuit, ſed labore manuum ſuarum vixit faciens ſibi ex palma tegumenta, ex qua etiam ſibi xx. & quinque annis collegit eſcas donec a corvo ſibi cibus ſubminiſtraretur domino diſponente & victum miſericorditer ampliante. Qua fronte ergo eum habuiſſe Principem gloriantur cujus vitam in nullo vel regulam imitantur. Sed ne & iſtorum reticeamus originem, ſciendum eſt hos poſt fratres* predicatores & Minores *ſurrepſiſſe, & ſibi regulam Sancti* Auguſtini *tanquam capite vel legiſlatore deſtituti ſumepſiſſe. Et hæc quidem fratribus ordinum* mendicantium *reſponſa ſufficiunt*

De diverſis regulis monachorum & aliorum Religioſorum.

NUnc ad illos qui regulas diverſas ſcripſerunt monachis, diverſis temporibus, ſtilus vertendus eſt. Inveniuntur nempe plures monachorum regulæ poſt apoſtolorum tempora à ſanctis patribus antiquitus inſtitute, prout inferiùs hic patebit.

Sanctus *Fructuoſius* monachus & epiſcopus ſcripſit regulam monachorum circa annum domini 245.

Sanctus *Baſilius* ſcripſit regulam monachorum anno domini 350.

Sanctus *Pauchomius* ſcripſit regulam angelo dictante, & monachis tradidit circa annum Chriſti 400.

Sanctus *Aurelius* regulam monachorum compoſuit anno Chriſti 460.

Sanctus *Ferreolus* regulam monachorum compoſuit anno Chriſti 470.

Sanctus *Aurelianus* regulam monachorum edidit anno Chriſti 478.

S. *Egippus* abbas edidit regulã monachis, & *Johannes Gerundinenſis* aliam,

quas

quas *Ysidorus* in libro de viris illustribus multum commendat & approbat.

Vigilius Diaconus & monachus scripsit juxta *Genadiũ*, regulã monachorũ.

Sanctus *Benedictus* pater noster post hos Regulam monachorum edidit circa annum Christi 516.

Enumeratis in parte qui regulas nigris monachis ediderunt, consequens est ut nec eos sileamus qui aliorum ordinum professoribus regulas conscripserunt. Quorum maximæ auctoritatis fuit sanctus *Augustinus Yponensis* episcopus qui regulam composuit de vita & honestate clericorum quam regulares canonici profitentur, circa annum domini 400.

Bruno ordinem *Cartusiæ* instituit anno Christi 1083.

Robertus abbas nigrorum monachorum in *Burgundia* ordinem *Cisterciensem* instituit anno Christi 198.

Norbertus ordinem *Premonstratensem* instituit anno Christi 1120.

Hospitalarii & *Templarii* inceperunt anno Christi 1120.

S. *Gilbertus* ordinem de **Sempryngham** instituit anno Christi 1148.

In præcedentibus (prout credimus) rationabiliter ostendimus ordinem monachatus ceteros ordines & auctoritate & dignitate longe præcessisse. In sequentibus edocebimus magis plenè per quos iniciũ habuit ordo noster.

De Regibus qui monasticum habitum susceperunt.

PEtrocus *Rex* Cambriæ *monachus factus est*. Constantinus *Rex* Cornubiæ *monachum induit spreto regno*. Sebby *Rex orientalium* Saxonum. Offa *Rex orientalium* Saxonum. Sigibertus *Rex orientalium* Anglorum. Etheldredus *Rex* Merceorum. Kynredus *Rex* Merceorum. Ceolwulphus *Rex* Northamhimbrorum Edbrichtus *Rex* Northamhimbrorum *in hac insula spretis pompis seculi monachatus conversationem & habitum susceperunt. Et non solùm in hac insula reges nostrum ordinem sua conversione commendaverunt, sed in remotis regionibus sponte conversi sunt reges ampliſsimarum facultatum, ut* Karolomannus *rex* Francorum *& alii quamplures numero, quorum nomina hic inserere fortaſsis lectori foret tedio. De hiis & multis aliis ad religionem conversis monasticã quidam metricè ita scripsit.* Ibid fol. 354 b.

Nomina Sanctorum rutilant cum laude priorum
Stemmate regali sub vestitu monachali,
Qui reges facti spreverunt culmina regni,
Electi monachi sunt cœli munere digni.

Quod monasteria non solùm ad honorem Dei sed & ad utilitatem rei publicæ sunt fundata.

UT autem nichil intactum remaneat quo minus nostris æmulis satisfiat qui putant monasteria nec ad honorem Dei nec commodum puplicum fuisse fundata, non contendendo sed suggerendo quædam infra ponemus, quæ fortaſsis si ratione fruantur, horum opinionem destruere meritò poterunt si à patientibus lectoribus admittantur. Nempe seculares præsentis temporis & verè seculares qui nichil nisi de seculo præsenti cogitant, putant sua bona temporalia cunctis & in præsenti plus proficere & inposterum fore profutura quam bona Deo dicata & monasteriis assignata. Qui utique dati sunt in reprobum sensum ut non intelligant quod bona hæreditaria vicissim ad probos & reprobos, malos & bonos, justos & injustos, pios & impios, sapientes & fatuos devolvuntur, Et sic multociens consumuntur, disperduntur & penitus dissipantur : Bona verò quæ piè conferuntur locis religiosis non uni personæ sed pluribus assignantur, ubi si fortè unus vel duo inveniantur qui minus apti sunt ad servandum bona communibus usibus deputata, reliqui accepta potestate & horum insipientiam cohercere debeant & inhabilitatem resarcire. Hac occasione contigit, ut loca religiosa inter tot bella tot pestes tot fames tot depræ dationes tot exactiones, ad elemosinas faciendas semper valeant atque crescant. Et revera videmus inter laicos, quod unus possessiones

ones multorum olim nobilium occupat, elemosinas præcessorum subtrahit vel amputat & tamen eget, ita quod nec suis dominis neque Regi conferre subsidium valeat: In monasteriis verò nec Regi debitum nec pauperibus subtrahitur necessarium alimentum, quoniam & hospites omnis conditionis suscipiuntur & clericuli in eisdem sustentantur, & per consequens ad diversos gradus ecclesiæ promoventur, vel ad regendam rem publicam educantur peramplius quam in curiis dominorum.

Ex Epistola Magistri *Walteri Hilton* postea Canonici de **Thurgarton**, De Religionis Origine, utilitate, & ingredientium Religionem debita intentione. Domino *Adæ* de *Horsley* monacho de **Revale**, Ordinis *Carthusiensis* tunc futuro.

In Bibl. Bodl. MS. Digbeam n 33 f 32.

ET non mirum si Religioni faveat Ecclesia, quia Christiana *Religio, introducta à* Christo *ejusque Apostolis cæterisque fidelibus, in Ecclesia primitiva perfectissimè observata, in Religionibus specialibus præcipuè pra aliis statibus in Ecclesia Dei representatur. Nam in primitiva Ecclesiâ, calente in cordibus fidelium recenter sanguine* Jesu Christi *in paucis* Christianæ *fidei Cultoribus (quia tunc pauci erant ob metum persecutionis) magna erat & excellens conversatio vitæ cum omni virtute & spiritus sancti Charismatum plenitudine; nec tunc opus erat aliquibus aliquam singularem conversationem zelo majoris perfectionis assumere, cùm omnes Catholici erant tunc quasi perfecti, fide præclari, ferventes charitate, martyrio digni: Ista perfectio duravit quamdiù Tyrannica persecutio contra fidem* Christi *se erexit; sed postea, quando per gratiam* Christi *cessavit Tyrannorum persecutio, & fidem recepit Gentium multitudo, à tempore* Constantini *primi, & deinceps, tunc per piscationem* Petri *concluse est in navem Ecclesiæ tanta piscium multitudo, quòd quasi scissum est rete; q iâ statim arridente prosperitate per adventum pacis, in Ecclesiâ* Christi *succrevit magna multitudo hominum carnalium, qui cæperunt vitâ laxiori nimis obfuscare* Christianam *Religionem, ab Apostolis traditam & diu observatam. Unde, nè totus rigor* Christianæ *Religionis à sua perfectione totaliter per Carnalium conversationem evanesceret, totaliterque destrueretur, necesse erat jam aliquibus Dei Electis vitæ propositum singularis fortiter arripere, & perfectionem Apostolicam in periculosa mundi prosperitate perseveranter continuare, quod & nutu divino factum est. Extùnc enim incepit ordo & Religio Monachorum per heremitas, Sanctósque patres* Antonium, Macharium, *cæterosque consimiles inventus, ab esque strictissimè observatus; qui non aliam Religionem vel sectam (sicut quidam errantes putant) Christianæ Religioni contrariâ cæpisse & tenuisse, suisque amulis verbo & exemplo tradidisse credendi sunt; sed eandem Religionem* Christi *veram & perfectam, vitámque Apostolicam in singulari & perfectâ conversatione representantes. sub Regulâ & imperio Superiorum, tanquàm sub imperio* Christi, *omnes eorum sequaces vivere in communi, & imitari vitam Apostolicam humiliter, obedienter & devotè, cum magnâ providentiâ ordinaverunt; quorum exemplo quamplures inducti, propria relinquentes amore perfectionis, & voluntariæ paupertati mancipantes se devotè servitio* Christi *se obtulerunt. Ex quibus summi in vitâ, & miraculis præclari* Benedictus, Maurus, Ægidius, Leonardus, *aliique Monachorum patres, Religionisque providi moderatores temporibus suis claruerunt, ad laudem Dei, & magnam* Christianæ fidei *exaltationem.*

Formula fratrem recipiendi in Conventum

The fyrst Petycion in the Colloquium.

Ex codice MS. in bibl. Cotton. [sub effigie] Neronis A 3. f. 131.

SYr I beseche you and alle the Covent for the lusse of God, our Lady saint Marye, saint John of Baptiste, and alle the hoyle cowrte of heyvne, that ye wolde relave me, to lyve & dye here among yow in the state of a Monke, as prebendarye and servant unto alle, to the honour of God, solace to the company, prouffet to the place, & helth unto my sawle.

The answer unto the examinacyon.

SYr I tryste thrugh the helpe of God and your good prayers to kepe all thes things whiche ye have now heyr reherside.

The fyrst peticyon before the profession.

SYr I have beyn heyr now this twell month nere hand, and lovyde be God, me lyks rycht well, both the order and the company; wherapon I beseche yow and all the company for the lusse of God, our Lady saint Marye, saint John of Baptist & alle the hoyle company of heyvn that ye will relave me unto my profession at my twell month day according to my Petycion whyche I made when I was fyrst relaved heyr emongs you &c.

Ordinis Benedictini Monachus.

Digitize

Coenobia Anglicana,

ORDINIS

S. BENEDICTI.

ORDINIS
S. BENEDICTI.

Statuit eos Sacerdotes magnos, et beatificavit illos in gloria. Eccle. 45.

A. Gloriosissimus Auctor Pius Benedictus qui et ante Patriarcha reformator monasteriorum fuit Venustus pontificiorum in numerio versabatur sub cuius regula numerantur hinc vaganda quae ulterius illius jussu fuerunt representata sunt.

B. In ijs ramo dignitas pabuntur Apostolica vir. qui tropeum duorum pontificum Christo sacrificavit, ipse Benedictus totam Campaniam, Gens marmor per Augustum. Insulam. S. Leander Hispalensis. S. Isidorus Germanicum. S. Amandus Wilibrordus Belgam. S. Adalbertus Pomeranos et Hungaros. Stephanus Suecian. S. Bruno Lotharingum. S. Ilde Caesaream. S. Bonifacius ille Silesiensis. Quem Christi primus fidei Christianae primarius in Occidentali India fuerunt Bucellius et alij 12. Monachi Montis Cassini.

C. Ramus hic gerit ordinem Monachalem qui sub Benedicto regula militiae sacrum 12 sunt celebrium. Claravallensis, Cassinensis, Cluniacensis, Vallumbrosanus, et Sextus Olivetus, Cisterciensis Silvestrinus. Montis Virginis. Fontis Gratiensis Celestinus. Humiliatus. Sanctus Grandimontensis, et reliqui eandem regulam secuti sacra qui in varias abiere congregationes ut ad beatum Benedictum triumphi facerent quae omnes numerum et ordo omnium monasteriorum,

D. His sunt proximi militarium ordinum. Duces quos pro principum dignitate ad palmae de-

fendendam sub regula S. Benedicti cepit ut in Portugallia ordo Aviss et Christi in Hispania reliqua Ordines Montesiae Calatravae et Alcantarae in Germania Ordo PP

E. Ramus hic representat Abbatum doctorumque plusquam trecentorum scriptis et doctrina Ecclesiae fuit illustrata. Inter germanicos doctores nostrae aetatis Canisius vere magnus Sapientiae et doctrina Gregorius Benedictinus fuit sicut alij hic Annis celebrati. Refert tam apud Orientales ordinis auctor vidisse se capite librum impressi authoritate Benedictinum adhuc.

F. Dedit hic ordo Ecclesiae Episcopos 4000 circiter 1000. G. Cardinales 200.

Dignitates vi. H. Imperatores 40

I. In hoc ordinem a pompis mundi fugerunt Principes Reges Marchiones et Comites circa 243. K. Liberi Reges et Imperatorum 145

L. Reges 40. M. Imperatores 4. N. Imperatrices 12. et Reginae 16. O. Ut manifeste intelligi et tam exposito numero sanctum Ordinem tuum et florentem a variis fidedignis affirmari ultra ejusdem Sanctae Cardinalis in his annis ab Ecclesia Catholica orti. Praeter alios salutiferimae sanctae sanctitatis alios flores hic arbor progenuit. Qui ita temporalitate vitalis ... et ubertatem Ecclesiae sanctae.

MONASTICON ANGLICANUM.

Glaſtonienſe Cœnobium in agro Somerſetenſi Ordinis S. Benedicti.

Ex Hiſtoria *M. S. Glaſtonienſis* Eccleſiæ in bibliotheca *Cotoniana.*

De antiquitate vetuſtæ Eccleſiæ beatæ Mariæ Glaſtoniæ, *& de quadam augmentatione quam ſanctus* David *divina revelatione adjecit, & in honore beatæ* Mariæ *conſecravit.*

ANNO poſt paſſionem Domini triceſimo primo, duodecim ex diſcipulis Sancti *Philippi* Apoſtoli, ex quibus *Joſeph* ab *Arimathia* primus erat, in terram iſtam venerunt, qui regi *Arvirago* renuenti, chriſtianitatem optulerunt: Tamen locum iſtum cum duodecim hidis terræ ab eo inpetraverunt, in quo virgis torquatis muros perficientes, primam hujus Regni conſtruxerunt Eccleſiam, quam Chriſtus in honore ſuæ matris, & locum ad ſepulturam ſervorum ſuorũ præſencialiter dedicavit. Iſti duodecim & eorum Succeſſores, diu ſub eodem numero heremiticam vitam hic ducentes, magnam multitudinem Paganorum ad fidem Chriſti converterunt. Tandem omnibus mortuis & hic ſepultis, Sanctiſſimi Viri *Phaganus* & *Dirwianus*, partes iſtas peragrantes, Regem *Lucium* cum Gente ſua ſacro fonte abluentes, prædictas hidas ſibi & ſucceſſoribus ſuis confirmatas adquiſierunt, & diu cum ſuis, ſocietate, duodena, hic manſerunt, quibus alij ſucceſſerunt, & alij, & ſemper eodem numero, uſque ad adventũ Sancti *Patricij*, qui Cenobialem vitam eos docens, factus eſt eorum Abbas primus. Poſt quem Sancti Patres *Benignus*, *Kolumbilla*, & *Gildas*, in magnum fratribus exemplum ſanctiſſimã cum eis duxerunt vitam. Poſtea venit Sanctus *David Menevencium* Archiepiſcopus, prædictam Eccleſiam adhuc ſub forma priori reparatam, dedicare diſponens, cui Dominus in ſompnis apparuit & eum a propoſito revocavit: Necnon in ſignum quod Dominus ipſe Eccleſiam ipſam prius cum ejus Cimiterio dedicaverat, manum Epiſcopi digito perforavit; Et ſic perforata multis videntibus in craſtino apparuit. Mox idem Epiſcopus, Divina revelatione ammonitus, aliam minoremque capellam in modum cancelli, in parte orientali huic Eccleſiæ adjecit, & in honore Virginis *Mariæ* conſecravit, in cujus rei memoriam, precioſiſſimum altare ſuum huic loco contulit. Et ut ſemper noſceretur ubi Capellæ iſtæ conjungebantur, quædam Piramis in parte Septentrionali exterius, & quidam gradus interius, & meridies linealiter eas abſcindunt; Juxta quam lineam, ſecundum quoſdam antiquorum, jacet ſanctus *Joſeph* cum magna multitudine ſanctorum. Et licet Eccleſia ipſa cum augmentatione prædicta, poſtea fuerit per alios ſæpiùs de novo conſtructa atq; dedicata, tamen locus ab altiſſimo Domino & ſanctorum cineribus ſemper manet conſecratus: locus ſiquidem ipſe, tanta temporibus illis colebatur devotione, quod Reges, Reginæ, Epiſcopi, Duces & alij utriuſque ſexus nobiles, cujuſcunque eſſent celſitudinis vel dignitatis, ſe beatos fore arbitrabantur qui eum aliquibus poſſeſſionibus auxiſſent, vel qui in eo vel alibi cum aliqua particula terræ ejuſdem ſepeliri potuiſſent. Floruerunt interea hiis temporibus plures in hoc loco ſanctiſſimi Paſtores, qui ſecundùm majores Eccleſiæ poſſeſſiones majorem congregaverunt numerum Monachorum, & majorem pro eis conſtruxerunt Eccleſiam. Tamen intelligentes quanta beneficia propter antiquos duodenos, & pro perpetua ejuſdem numeri continuacione huic Eccleſiæ erant collata, duodecim ſemper ex confratribus ad divina obſequia in honore beatæ *Mariæ* & prædictorum Sanctorum devotius complenda, cotidie in hunc locum convenire fecerunt. Poſt quos venerabilis pater *Dunſtanus* & alij hujus loci Abbates, Monachorum numerum ſemper ſervantes, clericos ſeculares bene cantantes ſuperaddiderunt. Antiquum ergo numerum per tantos ſanctos & annos continuatum, in cujus memoriam duodecim hidæ, plurimis libertatibus inſignitæ, adhuc nomen ſorciuntur.

De Antiquitate & Dignitate Glaſtonienſis Eccleſiæ.

GLaſtonienſem Eccleſiam non fecerunt alio-rum hominum manus, ſed diſcipuli Chriſti eam per Doctrinam Angelicam fundaverunt & edificaverunt, ex deformi quidèm ſcemate, ſed Dei multipliciter adornatam virtute, quam ipſe ſummus Pontifex cœlorũ fabricator & generis humani Redemptor Dominus noſter *Jeſus Chriſtus*, ſibi ſuæq; ſanctiſſimæ genetrici præſentialiter dedicavit.

Hæc Eccleſia pro ſui antiquitate ab Anglis **Ealdechirche**, id eſt, vetuſta Eccleſia, dicebatur: latiſque conſtat homines iſtius provinciæ nullum ſanctius aut crebrius juramentum habuiſſe, quam per veterem Eccleſiam, nichil magis vitantes, metu ſceleris vindictæ, quam perjurare. Eſt enim omnium in *Anglia* Eccleſiarum, prima & vetuſtiſſima, primò ex virgis torquatis facta, ex qua virtus divina ſanctitatis, jam inde a principio redolevit ſpiravitque in omnem patriam; Et quamvis ex deformi fuerat materia facta, grandis tamen habebatur reverenciæ cultu; Et ſicut locus iſte multa ſubnixus eſt reverentia antiquitatis, ita magnificè præeminet privilegio ſanctitatis; *Roma* etenim ſecunda

vocatur: Sicut enim civitas Romana, multitudine sanctorum Martyrum insignitur, ita Ecclesia ista multitudine sanctorum confessorum in ea quiescencium venerabilis habetur. Unde exemplum subinferam. Contigit nempe tempore *Henrici Bleys* Episcopi & Abbatis hujus loci, quendam *Glastonienses* Cenobij monachum peregrinari *Parisiis* apud S. *Dionisium*, nomine *Godefridum*, cui obvians quidam Senior ejusdem loci, interrogavit eum quod genus? unde domus? Respondit se esse *Normannum*, *Britanniæ* monasterio quod *Glastingeia* dicitur Monachum. Papè, inquid, Adhuc stat illa perpetuæ virginis & misericordiæ matris vetusta Ecclesia? Stat, inquid *Godefridus*. Tum ille lepido attactu capud *Godefridi* demulcens, diu silencio suspensum tenuit, ac sic demum ora resolvit.

Hæc glorioſissimi Martyris *Dionisij* Ecclesia & illa de qua te asseris, eandem privilegij dignitatem habent, ista in *Gallia*, illa in *Britannia* uno eodemq; tempore exortæ, a summo & magno Pontifice consecratæ, uno tamen gradu illa supereminet, *Roma* etenim secunda vocatur. Cumque hæc colloquerentur, ille cui cura suscipiendorum hospitum erat commissa, invitos ab invicem non se revisuros seperavit.

De diversis nominibus ejusdem Insulæ in qua dicta Ecclesia sita, & quomodo fuit inhabitata.

HÆc itaq; Insula primò à Britonibus dicta est **Ynswytryn**, id est, *Insula Vitrea*, propter ampnem scilicet quasi vitrei coloris in mariſco circumfluentem. Insula verò dicta est, quoniam mariſco profundo est undique clausa: Mediampnis magis propriè diceretur, quoniam mediis ampnibus sita est, sicut melius Insulæ dicuntur quæ in mari sitæ noscuntur. *Avallonia* dicta est, vel ab *Aval* Britannicè, quod *pomum* sonat, quia solet locus ille, pomis & pomeriis habundare; vel ab *Avallone*, quodam territorij illius quondam dominatore.

Legitur etiam in antiquis Britonum gestis, quod a Boreali parte *Britanniæ* venerunt in occidentem duodecim fratres, & tenuerunt plurimas Regiones, scilicet, *Venedociam*, *Demeciam*, *Guther*, *Redweli*, quas proavus eorum *Cuneda* prius tenuerat. Horum fratrum nomina sunt hæc, *Ladnerth*, *Morgen*, *Catgur*, *Cathmor*, *Merguid*, *Morvined*, *Morchel*, *Morcant*, *Boten*, *Morgen*, *Martineil*, *Glasteing*. Iste *Glasteing* per mediterraneos Anglos secùs villam quæ dicitur **Escebtorne**, scirfam suam usq; ad *Wellys*, & a *Wellis* per inviam & aquosam viam quæ **Sugewey**, id est, *scrofæ* via nunc dicitur, sequens porcellos suos, juxta vetustam ecclesiam in prædicta Insula latentem sub malo invenit. Unde usque ad nos emanavit, quod poma mali illius **Caldechurcherlasapple**, id est, veteris Ecclesiæ poma vocantur. Hic igitur **Glasteing** postquam Insulam illam ingressus, eam multimodis bonis vidit affluentem, cum omni familia sua in ea venit habitare. Et quia ibi primùm adveniens poma in partibus illis carissima repperit, Insulam *Avallonie* sua Lingua, id est, *Insulam Pomorum* nominavit; & cursum vitæ suæ ibidem peregit, ex cujus progenie & Familia ei succedente, locus ille primitus dicitur populatus. Demùm a Saxonibus terram sibi subjugantibus interpretato priore vocabulo, id est, **Ynswytryn**, sua lingua dicta est **Glastynbury**, id est, *Glastonia*. *Glas* enim Anglicè vel Saxonicè *vitrum* sonat; **bury**, Civitas. Vel dicta est **Glastingebury** a *Glasteng* de quo præmisimus, id est, *Civitas Glastenge*. Patet igitur ex hiis, quare *Insula*, quare *Avallonia*, & quare *Glastonia* est dicta. In hujus Insulæ laudem quidam Metricus sic cecinit,

Insula Pomorum quæ fortunata vocatur,
Ex re nomen habet; quia per se singula profert.
Non opus est illi sulcantibus arva colonis,
Omnis abest cultus nisi quem natura ministrat,
Ultro fecundas segetes producit, & uvas,
Nataque poma suis precioso germine silvis.
Omnia gignit humus vice graminis ultro redundans:
Annis centenis & ultra vivitur illic.
Hæc nova Jerusalem fuit, hæc fidei quoq; lima,
Hæc tumulus Sanctus, hæc scala poli celebratur:
Vix luit inferni pœnas hic qui tumulatur.

Habet quoque hæc Insula circum jacentes Insulas sibi subjectas, quarum hæc sunt vocabula, **Beckery** quæ parva *Hibernia* dicitur, ubi olim sancta *Brigida* perhendinavit: **Ferramerr**, ubi S. *Benignus* hæremeticam quondam duxit vitam. cum Insula de **Westhey** in parte occidentali, & **Godeney** in parte orientali: Dicta est autem **Godeney**, id est, *Insula Dei*, eo quod sit ibidem ecclesiola de Sancta Trinitate. **Padnebeorge**, quæ est terra vinifera. **Andredesey** sive **Plonde**, cæteras Insulas loci situ & amænitate antecellens. Dicta est enim **Andredesei** propter ecclesiolam sancti *Andreæ* quæ ibi habetur. **Martinesey** alia est Insula, sic dicta propter ecclesiolam sancti *Martini* ibidem: Hæc itaque Insula cum pluribus aliis locis, ut infra melius patebit, eadem privilegii dignitate a principio congaudent, quæ simul junctæ, *duodecim Hidæ* nuncupantur.

De Bundis XII. Hidarum.

SEt quia hæ duodecim Hidæ *Glastoniæ*, majori libertate præ cæteris terris suis sunt privilegiatæ, expedit earum metas non ignorare. Sciendum igitur, quod primò incipit a la **Butasche** apud pontem de **Strete** in capite australi ejusdem pontis, & tendit versus orientem, in australi parte mariſci, usq; ad caput australe pontis de **Baltenesberge**, & de **Baltenesberge** in parte boriali, a Domo *Wigari* cum barna, qui fuit operator ejusdem Pontis tempore S. *Dunstani* Abbatis, & sic supra caucetum ultra **Pinnelake** per medium mariſci usq; ad domum *Normanni* apud Molendinum de **Baltenesberge**. Et sic inde sursum in via usque in semitam quæ venit de illa Ecclesia, & postea sursum in **Reholte** usq; ad *la* **Lupiwite** in orientali parte domus *Osgari Attaholte*; Et inde in semitam quæ ducit per mediam extremitatem illius **Holte**, rectè usque ad pontem de **Kenewaro** in foſſatum sancti *Dunstani*; Et sic in rivulum qui venit de **Colubery**; Et ita ascendendo contra cursum aquæ, usquæ ad Domum *Oswardi de la Burne*, & inde sursum contra *la Burne* usque ad curiam *Ailmeri* Senescalli a *la* **Wadelee**; Et sic sursum de illa *burna* in viam illam quæ jacet ante curiam suam; Et ita

in

in australi parte illius Ecclesiæ versus orientem usque ad la Stoke in latam viam, & sic de via eadem contra montem de Wythelee in illam se-

inde Bekenham cum Stikilingh. Post hæc Wythele, & Colnburi, cum toto Westpenard, campis, pratis, & pascuis ad illa spectantibus:





planus. Primo ipsa Insula *Glastonia*, cum campis, siluis, pratis, ac moris ad eam spectantibus; Deinde Insula de Beorti cum speciosa, simul & spacioso annexo, cum pratis, & pascuis uberrimis. Post hæc magna pars de parco de Pilton; de-

rio, per ducentos sexaginta & septem annos, usque ad adventum *Sancti Patricij*, agebant. Ibidem quiescit sanctus *Patricius* magnus *Hiberniensium* Apostolus, & ejusdem loci Abbas primus, qui sepulturam, Angelo demonstrante, flammaque in-

vocatur: Sicut enim civitas Romana, multitudine sanctorum Martyrum insignitur, ita Ecclesia ista multitudine sanctorum confessorum in ea quie-

ram sibi subjugantibus interpretato priore vocabulo, id est, **Ynswytryn**, sua lingua dicta est **Glastynbury**, id est, *Glastonia*. *Glas* enim Anglicè

bitare. Et quia ibi primùm adveniens poma in partibus illis carissima repperit, Insulam *Avallonie* sua Lingua, id est, *Insulam Pomorum* nominavit; & cursum vitæ suæ ibidem peregit, ex cujus progenie & Familia ei succedente, locus ille primitus dicitur populatus. Demùm a Saxonibus ter-

qui venit de **Glastubery**; Et ita ascendendo contra cursum aquæ, usquæ ad Domum *Oswardi de la Burne*, & inde sursum contra *la Burne* usque ad curiam *Ailmeri* Senescalli a *la* **Bradelee**; Et sic sursum de illa *burna* in viam illam quæ jacet ante curiam suam; Et ita

in

in australi parte illius Ecclesiæ versus orientem usque ad la Stoke in latam viam, & sic de via eadem contra montem de Wythelee in illam semitam quæ jacet in australi parte de Chulebury; deinde in quandam semitam usque ad la Wyndelete, & sic in divisas de Bikenham & de Ferlege; Et sic descendendo per medium parcum de Pilton, ultra viam quæ extenditur supra pontem de petra in semitam illam quæ ducit ad Wottone; & sic in quadam semita usque ad Fulebyot; & inde in australi parte illius Ecclesiæ ultra rivulum, usque Lofellegethe, Et sic descendendo in moram usque ad Hothye, & inde per mediam moram ultra la Holwye, usque in divisis fossati, in parte boreali de Bachinwere; Et sic inde in ripam, & ita in longum antiqui cursus aquæ, usque ad pontem de Bledeney; & sic descendendo per medium ipsius pontis usque ad Litlenie, quæ est divisa Martinesei; Et sic circa eandem insulam usque ad Sadelby, & inde in ripam, & ita in longum cursus aquæ usque ad fossatum quod est inter moram de Stoke & Wytrichesham; & sic in la Wynerdlake, & sic per divisas Insulæ de Andredesey, & de Dai-rote, ascendendo contra montem, usq; ad la Horestone: deinde in la Wyarepathe, & sic descendendo usque ad superiorem Batecumbe; Et sic per divisas de Ceddre usque ad la Gzeneballe, & ita ad Litelelakewey, inde ad Pmerwibel; inde directè per medium alneti usque ad la Horewythege, & ita usque ad la Punchenelegh, ita quod totum coopertum pertinet ad Ceddre, totum extra coopertum ad *Glastoniam*; inde usque ad quandam trencheam quæ vocatur Bitwynehorde, & sic ad la Scearphorde, ita quod totum coopertum ibidem versus orientem, pertinet ad *Glastoniam*, & extra coopertum, versus occidentem, pertinet ad Ceddre; inde ad la Notepulle, ita quod totum coopertum remanet *Glastoniæ*, totum planum extra coopertum remanet Ceddre. Inde usque ad Plake, & ita in longum de Plake, descendendo usq; ad Pwere; Et de Pwere, in longum de Abbedisdiche, ascendendo usque ad Langeby, inde in cursum magnæ aquæ, & ita in longum ipsius aquæ, ascendendo contra orientem, in divisas de Wethmore, & de Northlade usque ad Tunsingewere. Inde usque ad Kympingmere; inde usque ad Pyddelmede; inde ultra montem usq; ad Cumesham. Inde usque in la Lithlake, deinde per mediam moram usque ad divisas de Pere & de Poulvone, & sic per illas divisas, versus orientem in australi parte illius moræ, usque subtus Scherpham; Et sic inde subtus Hundewode, inde versus orientem usque ad la Butasche, quam posuimus primam hidam duodecim hidarum.

De locis principalibus infra duodecim Hidas.

LOca principalia quæ infra hos limites habentur, & eodem gaudent privilegio, jam explanabo. Primò ipsa Insula *Glastoniæ*, cum campis, siluis, pratis, ac moris ad eam spectantibus; Deinde Insula de Heorti cum speciosa, simul & spacioso anneto, cum pratis, & pascuis uberrimis. Post hæc magna pars de parco de Pilton; deinde Bekenham cum Stiklingh. Post hæc Wythele, & Colnburi, cum toto Westpennard, campis, pratis, & pascuis ad illa spectantibus: Deinde la Burne, & Lyneard, cum campis suis, & pratis. Postea quædam pars de Baltenesbergh, cum campis, pratis, pascuis largis, & cum omni anneto, & universis moris, versus occidentem, in parte boriali de Budelæ, usque ad la Butasche, quæ est in capite australi pontis de Strete: Deinde Edgarlegh: cum campis & pratis ad se spectantibus. Postea Insula de Beokery cum suis pertinentiis; de prænominata autem Butaschia, totus mariscus versus occidentem, quæ est in parte boriali de Hundeswode; & Scherpham usque ad divisas de Poulvon, & de Here usque in Litchelake. Deinde Insula de Here, & de Westey, cum campis, pratis, boscis, & moris spaciosis. Deinde Insula de Godency cum suis terris & moris largissimis. Deinde Insula de Padenbeorge, & Northlade cum terris, pratis, pascuis, moris, & boscis amplis ad eos spectantibus. Post hæc Insula de Andredesey, cæteras, situ & loci amœnitate, antecellens, cum terris, boscis, pratis, & moris largissimis. Deinde Martinesey cum terris, pratis, & pascuis ad eam spectantibus; Et juxta montem de Peinde pe est Batecumbe, cum omnibus terris & pascuis super eundem montem ad se pertinentibus. Hæc omnia loca, infra bundas duodecim Hidarum contenta, & ad *Glastoniam* pertinencia, omni immunitate gaudent Regiæ dignitatis, a temporibus antiquis, & prima Christianitate hujus terræ, & confirmata sunt Ecclesiæ *Glastonienſi*, tam à Regibus *Britonum*, quam *Anglorum*, & *Normannorum*.

De Sanctis in Ecclesia Glastonienſi quiescentibus.

ET quoniam *Glastonienſis* Ecclesia multorum insignitur sanctorum cineribus, licet paucorum, ex multis, annotare nomina, quorum corporales exuvias, pro majori parte, ibidem requiescere non dubitamus. Est enim locus idem a principio, multorum justorum incolatu sacratus, multorum sanctorum corporibus glorificatus, quorum præciosæ animæ, in conspectu Domini, jam gaudent in cælis. Adeò pavimentum lapide constratum, adeo Altaris latera, ipsum quoque Altare supra, & infra, reliquiis confertissimis aggeruntur, ut à beatorum cineribus nullus vacet ecclesiæ, vel cimiterij, aut ejusdem cimiterij capellæ ambitus. Ibi enim requiescunt duodecim Discipuli *Philippi* Apostoli, ab eo in *Britanniam* directi, hujus loci habitatores primi, quorum primas erat ille nobilis decurio *Joseph* ab *Arimathia* qui dominum *Christum* sepelivit, cum filio suo *Josephes*. De sanctis *Phagano* & *Diriciano*, qui Regem *Lucium*, cum gente *Brittonum* baptizarunt, non est nobis certitudo si ibidem requiescunt, licet legamus eos illic per novem annos moram fecisse. Multi tamen ex eorum Discipulis ibidem requiescunt, qui per ipsorum institutionem vitam anachoriticam successivè, in numero duodenario, per ducentos sexaginta & septem annos, usque ad adventum *Sancti Patricij*, agebant. Ibidem quiescit sanctus *Patricius* magnus *Hiberniencium* Apostolus, & ejusdem loci Abbas primus, qui sepulturam, Angelo demonstrante, flammaque in-

genti de eodem loco erumpente, a dextris Altaris in vetuſta Eccleſia promeruit. Illic etiam requieſcit ſanctus *Benignus* beati *Patricij* contubernalis, & diſcipulus, & ſanctus *Pincius* ejuſdem S. *Benigni* Diſcipulus. Ibi quoque requieſcit S. *Gildas*, Britonum Hiſtoriographus, & S. *David Menevencium* Archiepiſcopus, cujus reliquias quædam nobilis matrona, tempore *Regis Edgari*, illic contulit, cum quibuſdam aliis reliquiis. Ibidem etiam requieſcit S. *Dunſtanus* Archiepiſcopus & *Glaſtonienſium* pater magnificus. Ibi quieſcit S. martir *Indractus* cum ſeptem ſociis ſuis commartiribus. Hij, ex Regali *Hibernenſium* genere, *Romam* cauſa peregrinationis euntes, & per *Glaſtoniam* ob amorem S. *Patricij* ad patriam ſuam redeuntes, in quadam villa Shapwike nominata, noctis ſilencio dormientes, ab iniquis ſatellitibus martiriſati ſunt: quorum corpora, poſt non modicum, glorioſus Rex *Ina*, miraculorum datis indiciis, *Glaſtoniam* tranſtulit. Ibi quieſcit S. *Urbanus*, & martir quem contulit quidam Comes *Elſtanus*, de Boſcumb dictus. Ibi quoque ſunt reliquiæ S. *Apollinaris* Epiſcopi & Martiris, Diſcipuli beati *Petri* Apoſtoli, & S. *Vincencij* Archidiaconi & Martiris pro magna parte, quas perquiſivit pius Rex *Edgarus*. Illic ſunt reliquiæ duorum *Innocencium* integrè, & tertii *Innocentis* pro magna parte, ab eodem Rege collatæ. Ibidem quieſcit S. *Beſilius* martir, qui pro Chriſto paſſus eſt in puerili corpuſculo. Ibi ſunt reliquiæ ſancti *Oſwaldi* Regis & Martiris, pro majori parte, de dono Regis *Edmundi* ſenioris, & reliquiæ S. *Valerij* Epiſcopi & Martiris, de dono Regis *Edgari*. Illic eſt S. *Canon* martir, & ſanctus *Salvius* Epiſcopus & Martir, de dono ejuſdem Regis. Ibidem etiam quieſcunt reliquiæ ſanctorum martyrum *Anaſtaſij*, *Benigni*, *Cæſarij*, *Abdon*, & *Sennen*, de dono Regis *Edgari*. Ibi ſunt reliquiæ ſancti *Paulini Northanhimbrorum* Epiſcopi, de dono Comitis *Eſtani*. Illic requieſcunt oſſa S. *Aidani* *Lindisfarnenſis* Epiſcopi, cujus animam beatus *Cuthbertus* vidit in cœlum transferri. *Coelfridi* Abbatis, *Boiſili* Abbatis, venerabilis *Bedæ* ſagaciſſimi doctoris, ac ſanctorum confeſſorum *Benedicti*, cognomento *Biſcope*, *Heſterpini*, *Sigfridi*, & *Herberti Wiornenſium* Abbatum, quorum geſta etiam apud nos habentur, de dono Regis *Edmundi* ſenioris. Ibidem etiam quieſcunt ſanctus *Idanus* Epiſcopus, frater ſancti *Furſei* Confeſſoris, & ſanctus *Ultanus* Epiſcopus, de dono *Tiffani* Abbatis. Ibidem quieſcit idem ſanctus *Tiffan* Abbas, cum duodecim Monachis ſuis, qui de *Northumbria*, tempore perſecutionis *Danorum*, *Glaſtoniam*, cum multis reliquiis, commigravit, & eidem Eccleſiæ poſtea Abbas præfuit. Ibi etiam quieſcit ſanctus *Ilwith*, inter *Walenſes* famociſſimus, de dono *Ethelſtani* ducis. Illic quieſcit ſanctus *Lilianus* Abbas, de dono *Ethelnoti* ducis, & magna pars ſancti *Gutlaci* anachoritæ, de dono *Henrici Bleys Wintonienſis* Epiſcopi. Ibidem quieſcit ſanctus *Poppa Treverenſis* archiepiſcopus, qui multas reliquias adquiſivit, & *Glaſtoniam* veniens eas eidem ſacro loco contulit. Et ſanctus *Geminianus* Confeſſor, de dono Regis *Edgari*. Ibi requieſcunt corpora ſanctorum Virginum *Hildæ* Abbatiſſæ de *Witeby*, *Hebbe*, & *Begu*, de dono Regis *Edmundi* ſenioris. Ibi quieſcunt oſſa ſanctarum Virginum, *Criſante*, *Odilie*, *Mariæ*, *Marthæ*, *Luciæ*, *Lucei*, *Walburgæ*, *Geretrudis*, & *Cecilie*, de dono *Alphari* ducis. Illic ſunt oſſa beatarum virginum *Wentæ* & *Mamillæ*, de dono *Ethelſtani* ducis. Ibidem eſt magna pars de ſancta *Edberga* virgine, de dono *Britwoldi* Epiſcopi. Item ibidem ſunt, pro magna parte, reliquiæ *Elfledæ* Reginæ, & ſanctæ *Batildis* Reginæ. Ibi ſunt corpora ſanctarum virginum & martirum *Urſule* & *Dariæ*, de dono *Henrici Bleys Wintonienſis* Epiſcopi. Ibidem quieſcit ſancta *Ealſwitha* virgo, tota in carne & oſſa integra, ſepulta inter magnum Altare & ſepulcrum Regis *Arthuri*, cum cilicio & ſacro velamine, ſicut teſtati ſunt qui eam viderunt.

Multorum autem aliorum ſanctorum nomina, & memoriam, antiquæ Eccleſiæ incendium, ex ſanctarum reliquiarum confuſione, ex toto delevit; Ideo plenè omnium Sanctorum, in Eccleſia *Glaſtonienſi* quieſcentium nomina, nullatenus fateor me enumeraſſe. Et quanquam incendium non fuiſſet, adeo longorum temporum fluxerunt curricula, ut omnes illuc ſanctos quieſcentes alicujus hominis poſſit inveſtigare inſtancia, ſet ſolius Dei comprehendit noticia, quot ſanctorum ibidem pauſant corpora. Fælices igitur hujus loci habitatores quos ipſa ſanctuarij reverencia ad morum compoſitionem invitat. Nullum de hiis crediderim deperire cœlo, quos, corpore egreſſos, tot patronorum excipit laus vel excuſatio. Quod cum ſæpius probatum ſit, ex viſione tamen, cujuſdam noſtri Monaſterij Monachi, celebrius cognitum & auditum eſt. Contigit enim quondam, vel Dei nutu, aut peſtiferi aeris corruptione, multis noſtrorum, peſtem creari; unde multi maturæ honeſtatis ſenes, ac bonæ impoſterum ſpei invenes, ceſſerunt naturæ, inter quos quidam reverendæ caniciei ſenex, animi modeſtiam vultu pertendens ſereno, *Benedictus* nomine, decubuit. Huic, nocte quadam, viſum eſt in veteri Eccleſia ante beati martiris *Indracti* memoriam ſe eſſe, totiuſque baſilicæ ambitum venerabilibus viris conſtipari. Quorum unus, qui videbatur primatum tenere, ſic eum adorſus eſt, *Quorum in hac Eccleſia ſanctorum veneraris reliquias?* Multorum inquid domine; Set cum ille repetita interrogatione nomina exigeret; & *Benedictus* ea quæ noverat evolveret ſingulariter, ait ille. *De quibuſcumque facis memoriam enarra?* Nec defuit Monacho memoria, ſet à beato *Patricio* incipiens, quæcunq; ſolitus erat decantavit; Cumque de beato *Patricio* inciperet, omnes ſurrexerunt: Ille verò, qui videbatur primas, unum, ante ſancti *Patricij* mauſoleum reſidentem, ad ſe vocans ait, *Audiſti quod iſte dixerit?* Et ille, Quod tibi videtur? Hæc omnia quæ de beato *Patricio* & cæteris dixit quaſi heſterna & nova ſunt, Nam ante eum fuerunt in *Glaſtonia* ſancti & honorabiles viri, quorum nomina, quia multa & barbara ſunt, iſte non valet retinere. Corpora verò hic in pace ſepulta ſunt, & nomina eorum vivent in ſæculum. Et converſus ad Monachum ait; *Hanc tibi ſedem glorioſa virgo Chriſti Katerina, hac nocte præſtitit; eſt enim ejus propria.* Tum *Benedicto* gracias agenti, ſed viæ ſpacium ab eccleſia ad infirmariam, ſe timere reſpondenti, ait ſenex, *Ubi putas te eſſe?* Cumque ille in veteri Eccleſia ſe eſſe reſponderet, Immo

inquit

inquit alter, in lecto tuo. Hoc dicto, surgentes omnes per mediam Ecclesiam, in Claustrum ordinatè processerunt; Cumque ante infirmariam substitissent, ingenti silencio facto, is qui præcedebat, quasi commotus, & retroversus, air, *Quid tam procacibus verbis me persequimini? revera morientur, set ne curetis, quia omnia peccata eorum condonabuntur, Tu tamen frater Benedicte convalesces, nec cum aliis morieris.* Et ita venerabilis viri visio ipsum ad spem vivendi animavit, & reliquos, ne inparati exirent, admonuit.

De multorum Sanctorum particularibus reliquiis ibidem reconditis.

SUnt verò, præter superius enumeratos, sancti innumerabiles, quorum particulares hic habentur reliquiæ, quorum pleraque nomina apud nos scripta videntur, & plurimorum nomina scripta non habemus, set scripta sunt in libro vitæ. Collatores verò harum reliquiarum fuerunt hij. Rex *Ethelstanus*, rex *Edmundus* senior, rex *Edgarus*, *Elnotus* dux, *Alpharus* dux, *Ethelstanus*, *Elwinus* dux, *Elstanus* comes, *Poppa Trevirensis* archiepiscopus, *Brithwoldus*, *Wiltonien sis* Episcopus, *Britwynus Wellensis* Episcopus, *Sarfridus Ciceſtrensis* Episcopus, *Henricus Bleys Wintonien sis* episcopus, *Tiffan* Abbas, *Eustachius* prior, *Aelfwita* nobilis matrona. Reliquiarum autem nomina, quæ apud nos habentur, scripta sunt hæc.

De veteri Testamento.

DE sepulcro *Rachel*, de Altare *Moysy*, in quo fundebat oleum; de virga *Moysy* qua eduxit filios Israel de *Ægypto*, de virga *Aaron* quæ fronduerat; de Manna filiorum Israel; de sepulcro *Isaye* prophetæ, de reliquiis *Danielis* prophetæ, Reliquiæ de tribus pueris quos liberavit Deus de camino ignis ardentis. Item os unum eorundem. De pavimento templi domini, lapides sex, quasi tali, deaurati. Et de hostio templi domini.

De Domino nostro Jesu Christo sunt hæ reliquiæ.

DE loco ubi natus fuit dominus, de panno domini, in quo fuit involutus in præsepio. De præsepio eodem portiones duæ. De auro quo magi obtulerunt domino. Lapides de Jordanis flumine ubi baptizatus fuit dominus. De una idrea illarum in quibus Jesus convertit aquam in vinum. De lapidibus de quibus dictum est Jesu à Diabolo, *dic ut lapides isti panes fiant*, & benedicti sunt a Domino. De pane fragmentorum quinque panum ordeiceorum, quibus saciavit Dominus quinque millia hominum. De loco in quo transfiguratus fuit Dominus. De petra supra quam stetit Dominus in templo. De capillis Domini. De fimbria vestimenti Domini. De sicone Domini, & ejus tunica inconsutili. De mensa super quam Dominus cænavit cum discipulis suis ante passionem suam. De lapide super quem oravit Dominus ante passionem suam. De panno sub quo susscepit Dominus alapas. De columpna ad quam ligatus fuit Dominus, quando flagellatus erat. De flagello cum quo Dominus erat flagellatus. De vestimento quod *Herodes* induit Christum. De spungia unde bibit Dominus mirratum vinum. De spungia unde offerebatur Domino acetum felle mixtum in passione sua. Portiones multæ de ligno crucis dominicæ. Sex portiones de sepulcro Domini. De monte *Calvaria* portiones octo. De terra & lapide ubi crux Domini stetit. Item de foramine ubi posita fuit sancta crux in monte Calvariæ. Una spina de corona Domini. De Golgatha loco. De lapidibus ubi stetit Jesus, quando ascendit in cœlum.

De sancta Maria sunt hæ reliquiæ.

DE lapillis, & terra ubi flevit sancta *Maria* quando vidit Dominum lancea perforari, & lacrima ejus fluxerunt in terram. Item de universis vestimentis ejusdem. De sepulcro ejus in valle *Josaphat*. Oleum de quadam ymagine beatæ *Mariæ* miraculosa. De lacte beatæ *Mariæ*. Item crux Christallina quam beata virgo contulit inclito Regi *Arthuro*. Filum unum de quodam vestimento S. *Mariæ* & de capillis ejusdem.

De sancto Johanne Baptista sunt hæ reliquiæ.

MEdium os indicis beati *Johannis* Baptistæ. Os unum minutum de capite ejusdem. De vestimentis ejusdem.

De Apostolis sunt hæ reliquiæ.

DE sancto *Petro* unum magnum os. Duo dentes ejusdem. De stola ejusdem. De baculo ejusdem. De cruce ejusdem. De sancto *Paulo* dens unus. De barba ejusdem. De ossibus ejusdem. De sanguine ejusdem. De S. *Andrea* quinque minuta ossa, duo dentes, & de cruce ejusdem. De S. *Johanne* evangelista, de capillis ejus, de manna sepulcri ejus. De spera sive palma, quam idem *Johannes* tenebat manibus suis in sepultura beatæ *Mariæ* virginis; de sepulcro ejusdem beati *Johannis*. De S. *Jacobo* majori, os unum. De S. *Philippo* maxilla, cum tribus dentibus, & medietate brachii ejusdem. De S. *Bartholomeo* os unum. De S. *Thoma* duo frusta, de brachio ejusdem. De S. *Juda Tadeo* os unum. de S. *Mathia* os unum. De S. *Barnaba*, os unum. De sancto *Luca* os unum. De sancto *Marco* unum os, & minuta ossa unius digiti ejusdem.

De sanctis Martiribus sunt hæ reliquiæ.

DE S. *Stephano* prothomartire, os unum hanciæ de cruribus ejusdem. De minutis ossibus ejusdem. De sanguine ejusdem. Cinis de corpore ejusdem. De baculo ejusdem. De petra una unde fuit lapidatus. De S. *Laurencio* unum magnum os. De costa ejusdem. De carne & sanguine ejusdem. Particula una de craticula ferrea super quam fuit assatus. De S. *Georgio* martire unum os magnũ de brachio. De S. *Thoma* martire *Cantuarien si* archiepiscopo ossa duo. De pelle & crinibus ejusdem. De carne & sanguine ejusdem. De panno, sanguine & cerebro ejus intincto. De pulvere corporis ejusdem. De mitra ejusdem.

De vestimentis, correo, pellicea, camisia, & braccis ejusdem. De cuculla, stamino, sona, pedulibus quibus utebatur hora suæ passionis. Cultellus ejusdem cum manubrio de corallo. Annulus qui fuit super digitum suum, cum dicto *Peritot*, tempore quo gladiis impiorum occubuit. De S. *Christophero* cranea capitis. De sanctis *Cornelio* & *Cipriano* minuta ossa. De S. *Dionisio* os unum, cum parte lapidis molaris quæ alligata fuerat collo ejus in carcere. De ossibus sanctorum *Felicissimi* & *Agapiti*. De ossibus sanctorum *Gervasij* & *Prothasij*. De reliquiis sanctorum *Cosmæ* & *Damiani*. De sancta *Felicitate* & filiis ejus. De S. *Mauricio* dens unus. De reliquiis sanctorum *Marici*, & *Marcelliani*. De S. *Albano Anglorum* prothomartire, dens unus. De sancto *Blasio* os unum. De sancto *Alphego* archiepiscopo os unum. De reliquiis sancti *Leodegarij* episcopi & martiris. De sancto *Clemente* os unum. De sanguine sancti *Alexandri* martiris. De S. *Pantaleone* martire os unum. De sancto *Romano* martire dens unus. De S. *Quintino* martire dens unus. De costa S. *Simphoriani* martiris. De reliquiis sanctorum *Fabiani*, & *Sebastiani* martirum. De S. *Theodoro* martire. De sanctis martiribus *Nito* & *Modesto*. De sancto *Ciriaco* martire. De sancto *Gorgonio* martire. De *Cirico* martire. De sanctis *Pruno* & *Feliciano*. De sanctis *Processo*, & *Martiniano*. De sancto *Kalixto* Papa & martire.

De Confessoribus sunt hæ reliquiæ.

DE sancto *Nicholao* unum os de brachio, & oleum de tumba ejusdem. De S. *Martino* unum os. De S. *Edmundo Cantuariensi* archiepiscopo. De pelle, & ossibus ejus. De pulvere corporis ejusdem. De capillis ejusdem. De casula ejusdem in qua sepultus fuit; de alba, corporalibus, pallio, sindone, pulvinari, & rocheto ejusdem. De dalmatica, & sandaliis ejusdem. De cilicio ejusdem. De caliga ejusdem. De panno cerato quo erat involutus corpus ejus. De sarcophago lingneo in quo primitus jacuit. De S. *Gregorio* Papa ossa duo de capite ejus. De lingno cellæ S. *Silvestri* Papæ, & de dono ejusdem cellæ. De S. *Ambrosio* Doctore, os unum. De S. *Augustino* Doctore os unum. De S. *Augustino*, Anglorum Apostolo, os unum. De S. *Ethelwoldo* episcopo os unum. De S. *Hillario* episcopo os unum. De vestimento & pulvere corporis S. *Swithini* Episcopi. De S. *Germano Altisiodorensi* episcopo, os unum. De cuculla, carne & sanguine, & sona pontificali beati *Wistani* Episcopi. De ossibus SS. *Eildardi* & *Medardi*, episcoporum. De cilicio beati *Hugonis Lincolniensis* episcopi. De S. *Audomare* confessore, ossa tria. De S. *Sampsone* os unum. Reliquiæ de S. *Johanne Crisostomo*, & de S. *Aniano* episcopo. De vestimentis S. *Cuthberti* episcopi. Reliquiæ de sanctis episcopis *Bricio*, *Macuto*, & *Rumone* confessoribus. De S. *Simeone* ossa duo. De S. *Benedicto* Abbate, os unum. De S. *Leonardo* os unum. De S. *Jeronimo* Doctore os unum. De S. *Egidio* Abbate ossa duo. De S. *Wynwaloco* os unum. De brachio ejusdem. De ossibus S. *Botulphi* Abbatis. Reliquiæ de S. *Grimbaldo* confessore. De S. *Cadoco*; cranea capitis ejusdem. De reliquiis SS. *Wlurici* & *Egwini*. De vestimentis S. *Petroci* confessoris. De reliquiis SS. *Adulphi* & *Listhini* confessorum. De pellicea S. *Walteri* de *Cerwiche*. De S. *Antonio* Abbate os unum.

De Sanctis Virginibus sunt hæ reliquiæ.

DE capillis S. *Mariæ Magdalenæ*. De S. *Katerina* virgine ossa duo. De oleo tumbæ ejus. De marmore tumbæ ejusdem. De S. *Margareta* virgine, os unum de capite, & de sandaliis ejusdem. De ossibus S. *Cutburga* virginis. De costa S. *Scolastica* virginis. De costa S. *Brigida* virginis. De costa S. *Petronilla* virginis. De S. *Etheldreda* os unum. De ossibus S. *Praxedis* virginis. De *Cecilia* virgine os unum. De S. *Agatha* virgine os unum. De velo, & capite S. *Barbara* virginis. De S. *Radegunde* virgine os unum. De ossibus S. *Anastasiæ* virginis. De S. *Fide* virgine os unum. De S. *Helena*, brachium ejusdem in carne & ossibus in duobus frustis. De reliquiis S. *Sapientiæ* & filiarum ejus, *Fidei*, *Spei* & *Caritatis*. Reliquiæ de S. *Editha*. De S. *Mildreda*. De S. *Tarsilla*. De S. *Marina*. De S. *Cirilla*. De S. *Ruphina*. De S. *Nimpha*. De S. *Sabulone*, & de S. *Triphone*, virginibus. Horum igitur sanctorum & multorum aliorum, quorum nomina propter scripturæ defectum ignoramus, apud nos reliquiæ reconduntur. Sed quamvis apud nos non sit earum plena cognicio, cognitione tamen divina & contemplatione plenius perfruuntur.

De Sanctitate Glastonienſis Ecclesiæ, & ejusdem loci cimiterij, nec non Regibus, Episcopis, Ducibus & aliis Nobilibus ibidem sepultis.

QUantum autem fuerit *Glastonienſe* Cœnobium primatibus patriæ venerabile, & ad sepulturam desiderabile, ut ibi potissimum, sub protectione Dei genetricis & perpetuæ virginis *Mariæ*, diem opperirentur resurrectionis, multa sunt indicio; tanta utique locus ille colebatur devotione, ut Reges, Reginæ, Archiepiscopi, Episcopi, Duces, & utriusque sexus nobiles, cujuscunque ordinis, cujuscunque essent dignitatis & celsitudinis, se beatos fore arbitrabantur, qui locum illum suis possessionibus auxissent, vel divitiis suis locupletassent, quibus esset locus iste, locus habitationis dum viverent, seu qui carnis educti ergastulo locum ibidem quietis, vel alibi cum aliqua porcione hujus sanctæ terræ sepeliri possent, promeruissent. Unde quidam *Britonum* vates, nomine *Melkinus* ita exorsus est. *Insula Avallonis avida funere Paganorum, præcateris in orbe ad sepulturam eorum omnium sperulis prophecia vaticinantibus decorata, & in futurum ornata eris altissimum laudantibus.* Abbadare, *potens in* Saphat, *Paganorum nobilissimus, cum centum quatuor millibus dormicionem ibi accepit, Inter quos* Joseph *de Marmore, ab* Arimathia *nomine, cepit sempnum perpetuum; Et jacet in linea bisurcata, juxta meridianum angulum oratorij crastibus preparatis, super-potentem adorandam virginem; supradictis speculatis locum habitantibus tredecem. Habet enim secum* Joseph *in sarcophago duo fassula alba & argentea, cruore prophetiæ Jesu, & sudore perimpleta. Cum reperietur ejus sarcophagum integrum*

grum illibatum, in futuris videbitur, & erit apertum toto orbi terrarum; ex tunc nec aqua nec ros cœli, Insulam nobilissimam habitantibus poterit deficere, per multum tempus ante diem judicialem in Josaphat, *erunt aperta hæc, & viventibus declarata. Hucusque* Melkinus. In hac quoque Insula *Avallonia*, quæ *Tumulus Sanctorum* dicitur, requievit *Coel* Rex *Britonum*, pater sanctæ *Helenæ*, matris magni *Constantini* Imperatoris, & *Caradocus* Dux *Cornubiæ*. Ibi quievit inclitus Rex *Arthurus* cum *Guenevera* Regina sua, qui anno Dominicæ incarnationis DXLII, in *Cornubia* juxta fluvium de **Hemelen**, à *Modredo* letaliter vulneratus, in Insulam *Avallonie* ad sananda vulnera sua evectus, & ibidem in æstate, circa Pentecosten, est defunctus, & in cimiterio Monachorum sepultus. Ibi enim requievit sexcentis quadraginta & octo annis; & postea, in majorem Ecclesiam translatus est. In *Glastonia* etiam requiescunt multi de Principibus & Nobilibus *Britonum*, set eorum nomina, præ nimia antiquitate, cæca delevit oblivio. Ibi requievit Rex *Kenwynus* in piramide Saxeo in Cimiterio Monachorum, qui primus de Regibus *Anglorum* libertates magnas terrasque multas contulit. Ibi requievit *Edmundus* Rex, filius *Edwardi* senioris, & frater Regis *Ethelstani*, qui sanctum *Dunstanum* ibidem Abbatem constituit, terrasque dedit ampliſſimas & libertates magnas. Ibi requievit Rex *Edgarus*, filius ejusdem *Edmundi*, & pater sancti *Edwardi* Regis & martiris, ac sanctæ *Editha* Virginis. Ibidem requievit Rex *Edmundus* junior, cognomento **Irenside**, filius *Egebredi* Regis, & nepos Regis *Edgari*. Illic jacent *Hedda Wentanus*, *Britwoldus Wiltonienſis*, *Britwinus Wellenſis*, & *Saifridus Ciceſtrenſis* Episcopi. Ibi etiam quiescunt *Alpharus*, *Athelstanus*, *Elwinus* & *Elnotus* Duces; quorum quilibet centum libratas terras cum multis aliis bonis contulit *Glastoniæ*.

Sunt etiam ibi duæ piramides, quæ, aliquantis pedibus ab Ecclesia vetusta positæ, cimiterium monachorum prætexunt. Procerior & propinquior ecclesiæ, habet quinque tabulatus, & altitudine viginti sex pedum. Hæc, præ nimia vetustate, etsi ruinam minetur, habet tamen nonnulla antiquitatis spectacula, quæ planè possunt legi, licet non plenè possunt intelligi. In superiori tabulatu est ymago pontificalis stemate sancto. In secundo, ymago regiam pretendens effigiem, & hæ literæ *Her, Sexi, & Blisier*. In tercio tabulatu sunt hæc nomina, *Wemcrest, Bantomp, Wineweng*. In quarto tabulatu, *Hate, Wlfred, & Eansted*. In quinto tabulatu, qui & inferior est ymago, & hæc scriptura, *Logior, Weſtscas, Bregden, Swelwes, Hwingendes, Bera*; Altera verò piramis habet octodecim pedes, & quatuor tabulatus, in quibus hæc leguntur, *Hedde* Episcopus, & *Bregored*, & *Breorward*: Quid hæc significent non temerè diffinio, sed ex suspicione colligo, eorum interius in cavatis lapidibus contineri ossa, quorũ exterius leguntur nomina. Certè *Logior* sive *Logwor*, is esse asseritur de cujus nomine **Logweresburgh** dicebatur, qui nunc *Mons-acutus* dicitur. **Bzegden** à quo **Bzentmoll** qui nunc **Bzentmareis** dicitur. *Beorward* Abbas fuit hujus loci. Requiescunt etiam ibi multi præter supra nominatos, Episcopi, Duces, Abbates, aliiq; Magnates; quos pro prolixitatis tædio, annumerare supersedio. Hii utique non sepulcra dealbata construentes, non monumenta sumptuosa fabricantes, humilibus hujus Sanctæ terræ cespitibus contenti gloriabantur se posse sepeliri. Et quamquam eorum sepulturæ non appareant loca, tamen digni in conspectu domini apparent æterna memoria. In tanta nempe reverentia habuerunt sancti patres nostri jam dictum locum, quod non audebant in dicta ecclesia aut cimiterio aliqua vana loqui, nec fluma, vel salivam in illam terram sanctam expuere, vel projicere, nisi in magna necessitate cum magna cordis compunctione. Nec audebant aliquem hujus Ecclesiæ inimicum, aut aliquem enormem peccatorem notorium, in dicto sacro cimiterio sepelire, propter voces horribiles quæ sæpe ab eis audiebantur, & fantasmata malingnorum spirituũ quæ videbantur donec effoderentur, atque de cimiterio projicerentur. Multi etiam hujus loci monachi, propter irreverenciam huic sacro loco factam, justo Dei judicio sepulturam inibi perdiderunt. Nullus autem illuc avem venatoriam advexit, vel quadrupedes induxit, qui sui vel rei possessæ indempnis abierit. Nam tempore Regis *Edgari* quidam Comes, nomine *Arnulphus*, accipitrem in eodem tulit, qui statim, de ejus manu elapsus, expiravit. Cocus quidam Abbatis *Herelewini* equum suum in sanctum cimiterium casu nescienter induxit, & continuò exalavit; multi etiam, eodem modo, canes suos sæpe perdiderunt. Ferro vel aqua examinandi, quod antiquitùs plurimum habebatur in usu, si orationem ibi deposuerint, omnes quos præteritorum memoria complecti potuit, uno excepto, de salute sua tripudiarunt. Si quis emano aliquod ædificium juxta locasset, quod, ab umbratione sua, lucem impediret ecclesiæ, statim patuit ruinæ; Locus ille in partibus transmarinis tantæ habetur auctoritatis, & reverenciæ, quod quidam eorum pro particulis hujus sanctæ terræ sæpe mittunt, & pro suis sepulturis devotissimè custodiunt. Et sæpe dicunt *Anglicis* in partibus illis peregrinantibus, quod si dignitatem, & sanctitatem istius cimiterii scirent, non tantas transmarinas peregrinationes quærerent.

Tres enim sunt causæ notabiles, quare terram illam sanctã, ad Christianorum sepulturam præsencialiter dedicavit. Secunda quia omnibus hic vel alibi, cum aliqua portione hujus sanctæ terræ sepultis, per sanctorum inibi requiescencium preces & merita creditur magna peccatorum remissio à Domino concessa. Tercia propter Missas & alias orationes quæ quotidie pro eis dicuntur; Et ut evidens hiis inducam testimonium, quædam in remotis partibus orbis gesta, convenienter subjungam. Contigit quod quidam vir, nomine *Rainaldus*, de villa de **Perkesbury** votum emisit ut terram sanctam visitaret. Voto completo, & ipso ibidem inimicos crucis Christi debellante, tandem à quodam *Soldano* captus, vinculis est mancipatus, & per multa tempora, in ejus custodia fuerat detentus. Verùm quia decorus erat & pulcher aspectu, elegantisque staturæ, ipsum de carcere educi, & coram se prandere cotidie faciebat; Et cognoscens ipsum *Anglicum*, solebat ab eo inquirere de circumstanciis terræ, & ritibus gentis

illius

illius. Demum inter cætera scicitatus est, si haberet noticiam cujusdam Insulæ inter duos montes sitæ, ubi *Joseph* ab *Aramathia* nobilis decurio quiescit, qui Prophætam *Jesum* assumpserat de cruce.

Ipso verò affirmante illam benè nosse, & se esse de dominio Abbatis *Glastoniæ*, ubi dicta Insula scituatur, statim Soldanus pepigit cum eo, quod ipsum ab omni jugo servitutis, & carceris liberaret, ac necessaria in via sibi ministraret, si *Glastoniam* adire vellet, & obtenta licencia à custode loci, unam cerotecam plenam terræ illius, ubi dictus decurio quiescit, & monachi sepeliuntur, sibi reportaret. At ille, præstito juramento, præmissa fideliter promisit adimplere. Eo igitur *Glastoniam* perveniente, à sacrista qui tunc erat, *Michaele de* Belery, de eadem terra quantum voluit impetravit. Ex qua cerotecam unam, & aliam de terra cimiterii ecclesiæ parochialis, extra monasterium secum pariter delaturas, implevit.

Nec multo post reversus in terram sanctam, adiens prædictum Soldanum, cirotecam de terra parochialis ecclesiæ impletam eidem obtulit, quasi sic conventionem observasset. Mox Soldanus, exardescens in iram, asserebat se esse deceptum, dicens hanc non esse de terra quam optavit; *Rainaldo* autem contrarium affirmante, nullam fidem adhibebat ullo sensu. Tandem ipso super perjurio quasi convicto, & ultimo fere supplicio mancipato, aliam cerotecam de terra cimiterii monachorũ repletam statim pretendebat. Quo viso mox Soldanus asseruit sibi esse satisfactũ, in hæc verba prorumpens. *Parũ norunt ibi degentes quanta virtus in ista terra consistit, quia vix inter mille homines quantuscunque enormis fuerit peccator, & ibidem sepultus penas patietur infernales.* Post hæc, dicto *Rainaldo*, ut promissum fuerat liberato, & ad natale solum reverso, *Glastoniam* rediens, quæ dictus Soldanus de prædicta terra quam portavit, & de noticia utriusque quam habebat, prædicto sacristæ jurejurando seriatim referebat. Quæ omnia dictus sacrista fratribus suis & aliis publicavit, ut crescente fama sanctitatis loci, ibidem degentes fierent sanctiores, & alii non degentes ad venerationem loci imposterum proniores.

De Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus, de Conventu Glastoniæ *ad diversas sedes electis.*

SUPERIUS ostensum est quorum Sanctorum hic sciamus pausare corpora, tamen quot sunt, solius Dei comprehendit noticia. Jam dicendum est quantæ industriæ viri, inter quos, vel potius supra quos, beatus *Dunstanus*, sicut splendidum solis jubar minores stellas irradians, ex ecclesia *Glastonienſi* assumpti sunt ad cæteras *Angliæ* ecclesias illuminandas. Memorabile nimirum exemplum hujus loci auctoritatis & gratiæ, quod non solum sibi, sed etiam aliis ecclesiis sufficerint, tot illustres personæ ex eodem sacro conventu assumptæ, non tamen de singulis omnium episcopatuum locis possum specificare, nisi quantum reperiri potuit ex cronicis, quod talis vel talis episcopus obierit hujus loci monachus; Adeo enim languorum temporum fluxere curricula, ita ut ea nullius hominis investigare possit memoria. Primò tamen dicendum est de archiepiscopis, *Berthwaldus*, sive *Britwoldus*, qui post adventum *Saxonum*, primus de *Anglis* hujus loci Abbas fuerat, post decem annos prælationis suæ, factus est Archiepiscopus *Cantuariæ*. Nam ab adventu sancti *Augustini*, usque ad istum, fuerunt semper Romani archiepiscopi, & ex tunc *Angli*. *Athelmus* monachus *Glastoniæ*, factus est episcopus *Wellensis*, deinde archiepiscopus *Cantuariensis*; hic nempe patruus fuit, S. *Dunstani*. Sanctus *Dunstanus*, cujus industria *Glastonienſis* resloruit ecclesia; ex monacho & Abbate *Glastoniæ*, factus est episcopus *Wigorniæ*; deinde *Londoniæ*, postremo Archiepiscopus *Cantuariæ*. *Egelgarus* monachus *Glastoniæ*, factus est primus Abbas novi monasterii de *Hida Wintoniæ*, deinde episcopus *Cicestriæ*, postremò Archiepiscopus *Cantuariæ*. *Sigericus* monachus *Glastoniæ*, factus fuit episcopus *Wellenſis*, postea, tercio loco, post beatum *Dunstanum*, Archiepiscopus *Cantuarienſis*. Hic dedit ecclesiæ *Glastoniæ* septem pallia. Sanctus *Elplegus* martir, ex Monacho & Priore *Glastoniæ*, factus est Abbas *Bathoniæ*, deinde episcopus *Wintoniæ*, postea Archiepiscopus *Cantuariæ*. *Elnothus*, ex monacho *Glastoniæ*, factus est Archiepiscopus *Cantuariæ*.

Iste, cum à beato *Dunstano* baptizaretur, erectam manum tenuit, more episcopi benedicentis populum; Unde beatus *Dunstanus*, divinitus inspiratus, eum Archiepiscopum futurum prædixit. Fuit autem archiepiscopus tempore Regis *Cnutonis*, cujus jussu & juvamine, transtulit beatum martirem *Elphegum* a *Londoniis* usque *Cantuariam*. Hiis septem archiepiscopis coaptari potest illud Propheticum *super lapidem unum, septem oculi sunt*. Quid melius per lapidem istum hic intelligitur, quam sancta *Glastonienſis* ecclesia, sicut de sancta universali ecclesia ait dominus *Petro*, *tu es* Petrus, *& super hanc petram edificabo ecclesiam meam*; Meritò igitur hii septem, septem oculi dici possunt, qui ex una ecclesia assumpti, & speculatores domus Domini facti, sicut lucernæ, non sub modio, set super candelabrum positi, tocius *Angliæ* tenebras suo splendore illustrarunt, subsequencium verò ipsorum, quamquam nomina descripsero, eorum tamen omnium episcopatuum loca, ut præfatum est, exprimere non valeo, sed quoto anno Domini obierunt explanabo.

Gaufridus episcopus, Monachus *Glastoniæ*, obiit anno Domini septingentesimo octogesimo secundo. Eodem anno obiit *Ethelwinus* episcopus, monachus *Glastoniæ*. *Wibertus* episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit anno Domini octingentesimo. *Wigthegn* episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit anno Domini octingentesimo tricesimo sexto. *Alstanus* episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit anno Domini octingentesimo quadragesimo secundo. *Tunbertus* episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit anno Domini octingentesimo sexcentesimo sexto. *Daniel* episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit octavo idus Octobris, anno Domini nongentesimo quinquagesimo sexto. *Elfricus* episcopus, monachus & abbas *Glastoniæ*, obiit anno Domini nongentesimo octogesimo octavo. Hii qui sequntur fuerunt episcopi in diversis locis tempore

tempore Regis *Edgari*. *Sigegarus Wellensis* episcopus, monachus & Abbas *Glastoniæ*, obiit quarto Kalendas Julij : hic sepultus fuit sub S. *Benigno*. *Britelmus* episcopus *Wellensis*, monachus *Glastoniæ*, obiit Idus Maij. *Alfweldus Cridiensis* episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit Idus Februarij. *Sigefridus* episcopus *Norwicensis*, monachus *Glastoniæ*, obiit nonas Aprilis. Hic dedit *Glastonienſi* ecclesiæ quatuor capas, duas cum leonibus & duas croceas. Sanctus *Ethelwoldus Wintoniensis* Episcopus monachus *Glastoniæ*, & primus Abbas *Abbandoniæ*, obiit Kalendas Augusti. *Wilfinus* Episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit Idus Marcij. *Aelfstanus* Episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit Idus Februarij. *Egelricus* Episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit octavo Idus Maij. *Kenewaldus* Episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit quarto Kalendas Julij. *Elmerus* Episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit tertio nonas Aprilis. *Livingus* Episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit quartodecimo Kalendas *Aprilis*. *Brithwius Wellensis* Episcopus, monachus & Abbas *Glastoniæ*, obiit anno millesimo tricesimo quarto. Hic jacet in aquilonari porticu ad sanctum *Johannem* Baptistam. *Britweldus Wintonienſis* Episcopus, monachus *Glastoniæ*, obiit anno Domini millesimo quadragesimo quinto, qui multa contulit *Glastonienſi* Ecclesiæ. Hic sepultus fuit cum *Brithwio* in eadem Ecclesia, in parte aquilonari.

De terris & possessionibus, a diversis Regibus Episcopis Ducibus & aliis, monasterio Glastonienſi collatis.

SIcut olim devoti Christi famuli, Reges & Principes, Duces, cæterique utriusque sexus nobiles, omisso pompatico fastus mundialis apparatu, pia liberalitate & spontanea devotione, vitos Ecclesiasticos religiososque Dei servos honorantes, sanctam Ecclesiam ex suis possessionibus fundaverunt, atque suis divitiis ornaverunt & locupletaverunt, ita jam, juxta veritatis vocem, refrigescente multorum caritate, sæculi potentes, præter paucos, zelum Dei præ oculis non habentes, set suum honorem quærentes, neque avaritiæ suæ metam imponere scientes, non solum bona sanctæ Ecclesiæ non augent, & thesauris suis non ornant, verum-etiam ea quæ Dei servorum & Christi pauperum, nec non hospitum & peregrinorum, & domorum sustentationis usibus, suorum antecessorum pia collata erant caritate, sibi præsumunt, & à possessionum largicione sive thesaurorum suorum distributione manus contraxerunt. Libet summatim inserere, quæ, & à quibus sint Monasterio *Glastonienſi* collata, ac Regia auctoritate confirmata, ut eorum nomina, in æternum coram Deo & hominibus, digna habeantur memoria. Etenim citra Conquestum, *Willielmi* Ducis *Normannici* anno Domini millesimo sexagesimo sexto, de Regno *Angliæ* factum, qui *Glastonienſem* Ecclesiam enormiter de suis possessionibus mutilavit, & quamplures ex suis militibus inde feudavit, nec ante ab anno Domini millesimo tricesimo usque in diem præsentem nulla facta eidem domui de aliquo manerio sive possessione aliqua donatio, set pocius per *Bathonienses* Episcopos multarum earundem possessionum violenta ablatio. Primò namque Rex *Britonum*, *Arviragus* licet paganus, contulit sancto *Joſepho*, qui Dominum sepelivit, & sociis suis hanc Insulam in qua Monasterium situm est, tunc siluis rubis atque paludibus circumdatam, ab incolis **Pnſwitryn** nominatam, quam postea *Lucius* Rex *Britannorum*, qui primus de *Britannis* Regibus, sacrum baptisma susscepit, *Phagano* & *Diruviano* monachis cardinalibus, qui mittente Papa *Eleutherio*, eum baptizarunt, & eorum Discipulis, benignissimè confirmavit.

Inclitus *Arthurus* Rex *Britonum* dedit **Bzentſ maris** & **Poulvon** cũ multis aliis terris in confinio litis, quas *Angli-Saxones* pagani supervenientes, abstulerunt. Sed postea ad fidem conversi, ea cum pluribus aliis, restituerunt. Unde Rex *Domp* nomine, eam terram quæ **Pnſwitryn** appellatur quinque hidas restituit, & fratribus ibi degentibus confirmavit. *Kenwalchius*, sive *Kenwalli* Rex, dedit **Ferramere** cum duabus Insulis ex utraque parte Stagni, scilicet **Weſtei** & **Godenei**. Dedit insuper Insulas de **Bekery**, **Partincſei**, & **Andzedeſei**. *Kenwinus* Rex dedit **Monkaton** viginti tres hidas, & in **Carl** viginti hidas, & in **Crucan**, tres hidas. *Baldredus* Rex dedit **Pennard** sex hidas. **Loggareſbeozg**, id est, **Puntatu** sexdecim hidas, & **Weſtmere** cum captura piscium in **Peret**. *Hedda* Episcopus dedit *Lentacai*, id est, **Legh**, sex hidas, *Cedwalla* Rege, licet pagano, confirmante. *Ina* Rex dedit **Bzentmareis** viginta hidas. **Pilton** viginti hidas, **Sowi** duodecim hidas, **Dulting** viginti hidas, & juxta **Tamer** scilicet **Livig** viginti hidas, & alibi, cum piscaria, unam hidam. Sanctus *Wilfridus Eboracensis* Archiepiscopus, dedit **Wethmoze** sexaginta hidas, & **Cliſwere** unam hidam. **Fozthere** Episcopus dedit **Bledanhid**, unam hidam. *Buggu* Abbatissa dedit **Oza** tres hidas, *Ina* Rege consentiente & confirmante. *Athelardus* Rex dedit **Poholt** sexaginta hidas, & in **Mozik** decem hidas. *Fridegida* ejus Regina dedit **Bzunantun** quinque hidas. *Cuthredus* Rex dedit **Ure** tres hidas. *Lulla* Christi ancilla dedit **Baltoneſbeozghe**, & **Shobbeſwozthe** decem hidas. *Athelbaldus* Rex dedit **Gaſtic** & **Bzadanlegh** iiij. hidas. *Sigebertus* dedit in **Poholt** viginti duas hidas. *Kinewlphus* Rex dedit & confirmavit **Wodeton** quinque hidas, **Cumpton** quinque hidas & **Huvereſburgh**. *Athelardus* ejus Minister dedit tres hidas in **Ceozen**, id est, **Cleanbeare** & **Cumbe** tres hidas. *Sulca*, Christi ancilla, dedit **Culam** undecim hidas. *Offa* Rex dedit **Ineſwozth** decem hidas. *Ethelmundus*, *Offa* Rege confirmante, dedit **Vneſpulle**. *Egbirtus* Rex dedit quinque hidas juxta flumen **Mozik**. *Edgifilus*, eodem Rege confirmante, dedit **Budeclege** viginti hidas. *Athelwlphus* Rex dedit viginti quinque hidas & reddidit **Dultinge**; Dedit etiam **Offaculum** viginti quatuor hidas, **Bocland** quinque hidas, **Pennard** novem hidas, **Dreenſelde**, **Scearanton**, sex hidas; **Sowi** decem hidas, **Pirinton**, **Logdereſbeozgun**, **Dreemund**, & **Bedul**, **Bzãune**, **Duncaſa**: Confirmavit etiam, de dono *Ethelſtani* Comitis, **Clutton** decem hidas, & de dono *Enulphi* **Digeſgate**, & **Lotteſham** triginta hidas; **Pozndlawozton** & **Beanganhangan**.

Ethelbaldus Rex dedit **Bzamuncminſter** decem hidas. *Alfredus* Rex ſive *Aluredus* dedit partem de lingno Domini. *Athelſtanus* Rex conceſſit & confirmavit, de dono *Athelini* Ducis, **Perkeſbury** decem hidas; de dono *Wlthelmi* Archiepiſcopi, **Deverel**, viginti hidas; de dono *Offrici*, **Dverdeverell**, id eſt **Punketon**, decem hidas; de dono *Elfleda* Reginæ Regis *Edwardi*, **Wintburne** decem hidas; de dono *Ethelſtani* Ducis **Wrington** viginti hidas. **Weſton** ſive **Forcote** quinque hidas, & **Lim** ſex hidas; ac de dono *Uffe* viduæ, **Stoke** quinque hidas. *Edmundus* Rex dedit **Chriſtmaleforð** viginti hidas. **Bingeſtone** octo hidas, **Wodeton** quinque hidas, **Wathelegha** decem hidas, **Pokeleſchirche** triginta hidas, **Eſſeforð**, dimidiam hidam cum captura piſcium, **Domerham**, **Perton**, & **Penvrithe** centum hidas; **Stane** octo hidas. Confirmavit etiam de dono *Elfredæ* Reginæ Regis *Edwardi*, **Aceforð**, **Bocland**, & **Plis** viginti ſeptem hidas. **Hannedon** quindecim hidas. De dono **Wilfridi**, **Bington** triginta hidas; **Crithington** decem hidas; & ad **Turnantwythe** quinque hidas; **Tintanhulle** quinque hidas. De dono *Elſij* **Batecumbe** viginti hidas. De dono *Ethelſtani* Comitis **Pelnes**, viginti hidas. De dono *Segwlfi* **Abbedeſbury** quinque hidas. De dono *Wlfec* **Langeforð**, duas hidas; Reddidit etiam, **Wrington** viginti hidas. *Edredus* Rex dedit **Badbury** viginti quinque hidas, & in **Chriſtchierche** duas hidas, & **Toznuc**, & **Stapelwil**, & duas hidas in **Pont**; Et **Ellenbertwe** unam hidam: dedit etiam manerium de **Aſhbury** quadraginta hidas, ut patet infra. *Elfredus* dedit **Camelarton** quinque hidas, *Edredo* confirmante. *Aelfgitha* ſanctimonialis dedit **Pendearminſter** decem hidas. *Edmnus* Rex dedit **Padenebeorge** duas hidas, & **Blakeforð** ſex hidas. Confirmavit etiam de dono *Elfegi* **Cranemere** duodecim hidas. De dono *Eſſerici* **Widecumbe**, ſex hidas. De dono *Alwini* unam partem de **Stourton**, ſcilicet octo hidas: De dono *Brithrici Giffelton* quinque hidas. De dono *Brithera* **Widangate**. *Edgarus* Rex dedit **Stoure** triginta hidas, **Middilton** duas hidas, **Lutun** duas hidas, **Blakeforð** quinque hidas, **Hamme** ſeptem hidas, **Dundene** quinque hidas, **Wetehulle**, tres hidas; & reddidit **Perkſbury**. Confirmavit de dono *Alphari* Ducis, **Weſtbury** quadraginta hidas, & **Othebæ** quinque hidas; de dono *Alwina*, **Ertlington**, viginti quinque hidas, **Netelton** viginti hidas, **Horton** decem hidas. Item de dono *Alphari* **Calderman Batecumbe** viginti hidas. De dono *Ealdred* **Clifan** undecim hidas. De dono *Aelflem* **Diranbeorgh**, duas hidas; De dono *Aelfeah*, **Cranemere** decem hidas: De dono *Athelfled* **Hannadon** quindecim hidas: De dono *Aelfwithæ* & Reginæ **Wineſcumbe** quindecim hidas, **Idemeſton** decem hidas, **Streton** ſex hidas, **Andzedeſcy** dimidiam hidam. De dono *Edredi* **Middelhale** quindecim hidas, **Aſchbury** quadraginta hidas. De dono *Brithſigæ* **Healton** quinque hidas. *Egelredus* Rex dedit **Auſtancliſ** ſex hidas, **Sitebeorge** unam hidam, & **Fiſhwere**, & unam manſam in **Wilton** & **Hanandon**. Reddidit **Pokeleſchirche**, & confirmavit. De dono *Wlwini*, **Eſtune** viginti hidas. *Edmundus* Rex, dictus **Ironſide**, dedit **Newton-caſtel** ſeptemdecim hidas. Ilta & multa alia à diverſis Regibus & eorum familiaribus collata, ad *Glaſtonienſem* Eccleſiam devenerunt, ſicut per ejuſdem Eccleſiæ cartulas veteres apparet. Quæ tum mutationibus Regum & Regnorum, tum incuria Prælatorum quædam auferebantur & alienabantur, & poſtea multa per alios reſtituebantur, quædam verò uſque in præſens, nullatenus reſtituuntur. Et licet incredibilem numerum ac quantitatem terrarum uni loco ſpectantium hic poſuerim, omnes tamen has, & multo plures, quas pro ambiguitate numerare nolo, *Glaſtonienſi* Monaſterio datas fuiſſe non dubito. Nec eſt admirandum ſi quædam Maneria, aut realiter, aut nomine tenus, à diverſis legantur collata, tum quia nomina equivoca ſunt, quia multa, à prioribus data, deinde ablata demum reſtituebantur, cum etiam quia quidam partem unam Manerii, alter verò partem aliam ejuſdem, contulit, & totum utrique, fortaſſis, aſcribitur.

De Sancto Patricio.

ANNO Dominicæ incarnationis trecenteſimo ſexcenteſimo primo, natus eſt puer *Patricius*, patre *Calipurno*, matre verò *Conches* dicta, quæ ſoror fuit ſancti *Martini Turonenſis* Archiepiſcopi, ut teſtatur in ſua Cronica *Martinus*. Dictus eſt autem in baptiſmo *Sucath*; per ſanctum *Germanum Altiſiodorenſem* Epiſcopum, cujus diſcipulatui ſe tradidit, dictus eſt *Magonius*: à *Celeſtino* Papa *Patricius*, id eſt, Pater Civium appellatus eſt. Tradunt namque Hiſtoriæ, *Conſtantinum* & *Maximum*, ac alios quoſdam in *Britannia* Imperatores creatos, tranſito mari, omnem armatam & militarem manum abduxiſſe, & inermes, abſque tutela, *Britones* reliquiſſe.

Hoc percipientes hoſtes circum habitantes *Hibernenſes* & *Picti*, in *Britannias* omnes, expertes militiæ, irruentes, non ignobiles prædas crebro abduxerunt. Quo circa inter cæteros captivos, etiam *Patricium*, jam ſexdecim annorũ adoleſcentulum, *Hibernenſes* rapuerunt. Latrunculorum, ergo præda factus, venditus eſt in ſervum. Comparavit eum regionis illius quidam Regulus, nomine *Milchu*, atque eum ſuo ſervicio mancipavit. Denique durius quam herilis clemenciæ intereſſet agens cum adoleſcente, ſuum cum ſubulcum inſtituit. *Tranſierunt* in hac ſervitute ſex annis continui Domini, angelico oraculo aurum ſub ceſpite quodam inveniens, Domino tribuit, ac ſervitute liberatus patriam rediit, atque parentes expeciit.

Circa hæc tempora, occiſo proditoriè Rege *Conſtante*, qui prius Monachus in *Wintonienſi* fuerat Eccleſia, *Vortigernoque* diadema Regni indebitè ſurripiente, venerunt *Saxones* in *Angliam*. Illis diebus fides *Britonum* plurimum fuerat labefacta, tum propter *Saxonum* paganorum ſocietatem, tum etiam propter *Pelagianam* hereſin, qua multis diebus infecti fuerant; Qua propter ſanctus *Germanus Altiſiodorenſis* & ſanctus *Lupus Trecaſinus*, Epiſcopi, *Britanniam* mittuntur, & fidem Catholicam expugnantes, Evangelicis atque Apoſtolicis confutarunt auctoritatibus. In patriam meditantes reditum, *Patricium* ſanctus

Ger-

Germanus ad familiare ascivit contubernium. Cujus discipulatui, duobus de viginti annis non segniter insudans, *Patricius* Scripturarum divinarum lectione, quicquid deerat plenitudini, adjecit scientiæ. Jamque quadragenariam ætatem egressus, magistro valetaciens, suam præsenciam Romanæ intulit curiæ, invenitque graciam in conspectu domini Papæ. Is erat *Celestinus*. a beato *Petro* quadragesimus quintus, anno Dominicæ Incarnationis quadringentesimo vicesimo quarto Papatum ingressus. Ab eo *Patricius Hiberniam*, in opus Evangelii missus, anno Domini quadringentesimo vicesimo quinto, datus est illis gentibus Doctor & Apostolus. Ille opus injunctum gnaviter executus, *Hibernicos* multis miraculorum signis, atque portentis, ad viam veritatis convertit, atque in fide Catholica solidavit. Tandem *Britanniam* reversus Pontificalem celsitudinem, salutationeque in foro respuens, super Altare suum *Cornubiam* appulit, in portum qui Hatlemont dicitur, quod Altare usque-hodie apud loci ipsius incolas, propter sanctitudinem & utilitatem atque infirmorum salutem, in magna veneratione servatur. Inde *Glastoniam* veniens Anno Domini quadringentesimo tricesimo tertio, quarto intrante, duodecim fratres Anchoriticè viventes ibidem reperiens, congregavit, Abbatis omnium voluntate & electione, licet invitus, suscipiens officium, eosdem vitam agere docuit Cœnobialem. Per hunc enim Religio Monachorum in *Glastonia* sumpsit exordium, vitam ducencium Monachorum more *Egipciorum*; Nondum enim exortum erat sidus aureum, beatus scilicet Pater *Benedictus*, quod orbem terræ sua doctrina & exemplo foret illustraturum. Sanctus verò post hæc *Patricius*, à *Celestino* Papa qui eum in *Hiberniam* miserat, omnibus Ecclesiam Dei Genetricis & perpetuæ Virginis *Mariæ*, pia devotione visitantibus, & de bonis sibi a Deo collatis eam honorantibus, duodecim perquisivit Annos indulgenciæ, sicut sequens scriptum, quod ipse suo tempore conscripsit, manifestius declarat.

Carta Sancti Patricii.

A°. D. 425. IN *nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego* Patricius *humilis servunculus Dei, anno incarnationis ejusdem quadringentesimo vicesimo quinto, in* Hiberniam *à Sanctissimo Papa* Celestino *legatus, Dei gratia* Hibernicos *ad viam veritatis converti. Et cum eos in fide Catholica solidassem; tandem in* Britanniam *sum reversus, ac ut credo, duce Deo, qui vita est & via, insidi in Insulam* Pulwitryn. *In qua inveni locum sanctum ac vetustum, a Deo electum & sanctificatum, in honore intemeratæ Virginis Dei genetricis Mariæ. Ibique repperi quosdam fratres rudimentis Catholicæ fidei imbutos, & pia conversationis, qui successerunt discipulis sanctorum* Phagani & Diruviani, *quorum nomina pro vita meritis veraciter credo scripta in cœlis. Et quia in memoria æterna erunt justi, cum eosdem fratres tenere dilexissem, eorum nomina scripto meo redigere volui, Quæ sunt* Brumban, Hiregaan, Bremwal, Wencreth, Banttoniweng, Adelwolred, Loyor, Wellias, Breden, Swelwes, Hinloernus, *& alius* Hyn. *Hi; cum essent nobilibus ortu natalibus, nobilitatem suam fidei operibus ornare cupientes, heremiticam vitam ducere elegerunt: Et quoniam inveni eos humiles ac quietos, elegi pocius cum illis abjectus esse, magis quam in Regalibus curiis habitare. Set quia omnium nostrum erat cor unum & anima una, eligimus omnes simul habitare, comedere & bibere pariter, & in eadem domo dormire. Sicque me licet invitum sibi prætulerunt. Non enim dignus eram solvere corrigiam calciamentorum eorum. Et cum vitam Monasticam ita duceremus juxta normam probabiliũ patrũ, extenderunt michi prefati fratres, scripta sanctorum* Phagani & Diruviani. *In quibus continebatur, quod duodecim Discipuli sanctorum* Philippi & Jacobi *ipsum vetustam Ecclesiam construxerunt in honore prælibatæ advocatricis nostræ, per doctrinamentum beati Arch-angeli* Gabrielis. *Insuper & quod Dominus eandem Ecclesiam celitus in honore sua matris dedicaverat, & quod tres Reges pagani, ipsis duodecim ad eorum sustenementum, duodecim porciones terræ dederunt; necnon & in scriptis recentioribus inveni quod sancti* Phaganus & Diruvianus *perquisierant ab* Eluthetio *Papa, qui eos miserat, triginta annos indulgentia. Et ego frater* Patricius *a pia memoria* Celestino *papa, duodecim annos tempore meo adquisivi. Post multum verò temporis, assumpto mecum* Wellia *confratre meo, per condensitatem silva, cum magna difficultate, conscendimus; cacumen montis qui eminet in eadem Insula. Quo cum pervenissemus, aperuit oratorium unum vetustum, & ferè dirutum, habile tamen devotioni Christianæ, &, prout michi videbatur, a Deo electum. Quod cum ingressi essemus, tanta odoris suavitate replebamur, ut in Paradisi amenitate positos nos crederemus. Egredientes igitur & reingredientes, locumque diligentius perscrutantes, invenimus volumen unum in quo scripti erant Actus Apostolorum, pariter cum Actis & gestis sanctorum* Phagani & Diruviani, *ex magna parte consumptum. In cujus tamen fine voluminis invenimus scripturam quæ dicebat, quod predicti* Phaganus & Diruvianus, *per revelationem Domini nostri Jesu Christi, idem oratorium ædificaverunt, in honore sancti* Michaelis *Arch-angeli, quatinus ibi ab hominibus haberet honorem, qui homines in perpetuos honores, jubente Deo, est introducturus. At, cum delectaret nos illa scriptura, nitebamur eam ad finem legere. Dicebat enim eadem scriptura, quod venerandi* Phaganus & Diruvianus *moram ibi fecerunt per novem annos, & quod ipsi etiam perquisierant triginta annorum indulgenciam omnibus Christicolis locum ipsum ad honorem beati* Michaelis *pia voluntate visitantibus. Invento ergo tanto divinæ bonitatis thesauro, ego & frater* Wellias *tribus mensibus jejunavimus, orationibus vacantes & vigiliis, damonibusque & beluis multiformiter apparentibus imperantes. Quadam autem nocte cum me sopori dedissem, apparuit michi Dominus Jesus in visu, dicens* Patrici *servus meus, scias me elegisse locum istum ad honorem nominis mei, & ut hic honoranter invocent adjutorium Arch-angeli mei* Michaelis. *Et hoc tibi signum & fratribus tuis quatinus & ipsi credant; brachium tuum sinistrum arescet, donec quæ vidisti annunciaveris fratribus qui in Cella sunt inferiori, & denuo huc redieris; Et factum est ita. Ab illo die statuimus duos fratres imperpetuum ibi, nisi pastores futuri ob justam cau-*

sum aliter decreverint. Arnulpho *autem &* Ogmar Hibernicis *fratribus qui mecum venerant de* Hibernia, *pro eo quod ad exortationem meam apud dictum humiliter oratorium manere caperunt, præsentem paginam commisi; Aliam similem in archa sanctæ* Matrix *retinens, in monumentum posteris. Et ego frater* Patricius *per consilium fratrum meorum, omnibus qui silvam ex omni parte præfati montis, in securi, & ascia, pia intentione dejecerint, ut facilior paretur aditus Christianis, Ecclesiam beatæ perpetuæque virginis pie visitaturis, & oratorium præditum, centum dies venia concedo, (&c.)*

Defuncto *Kynrico* Rege *Westsaxonum*, successit *Ceaulinus* filius suus, & regnavit triginta tribus annis; cui successit *Celricus* filius *Cutulphi* fratris *Ceaulini*. His temporibus, anno Dominicæ Incarnationis quingentesimo circiter quinto, ab adventu *Anglorum* in *Britanniam* centesimo quadragesimo septimo, missus est in *Angliam Augustinus* Monachus cum multis aliis, a sanctissimo Papa *Gregorio*, prædicare fidem Domini genti *Anglorum*. Qui Regem *Cantiæ Ethelbertum*, & gentem *Anglorum*, ad fidem convertit, & baptizavit. Deinde in Archiepiscopum consecratus, Metropolitanam sedem apud *Cantuariam* statuit, & Monachos, secundùm beati *Benedicti* regulam viventes, eò aggregavit. Sed & aliud Cœnobium in ejusdem Civitatis suburbio, in honorem sanctorum Apostolorum *Petri & Pauli*, fundavit & dedicavit, & sepulturam sui ipsius & successorum suorum necnon & Regum *Cantiæ*: Hinc in diversis locis ordinantur sedes Episcopales, construuntur Monasteria secundùm beati patris *Benedicti* Regulam Deo militancia, ita ut postea in gente *Anglorum* nulli reperiantur Monachi quin fuerunt beati *Benedicti* Regulam professi. Unde iis temporibus in Monasterio *Glastoniensi* cæpit primo eadem Regula exerceri, quod prius fuerat more Cœnobiorum *Ægypti*.

Post quam *Cowlphus* Rex obiit, successit ei *Kinegilphus*, filius fratris sui, & regnavit triginta duobus annis. His temporibus fluxis, a tempore sancti *Patricij*, annis ducentis sexaginta septem, Regnante post *Kynegilphum* filio suo *Kenwalco*, qui & *Cenwalli* est dictus, primus de *Anglis* præfedit in *Glastonia* Abbas *Britwaldus*; Iste *Kynewalchus* à *Cerdico* apud *Westsaxones* Rex septimus, per beatum *Birinum Westsaxonum* Apostolum, in Christum credidit, anno Regni sui vicesimo nono, & dedit *Britwaldo* Abbati terram quæ dicitur **Ferramere**, & duas parvas insulas, scilicit **Westet**, & **Godeney**, ex utraque parte stagni, cum captura piscium, paludibus, silvis, & moris largissimis eidem terræ pertinentibus, anno Domini sexcentesimo septuagesimo. Dedit insuper idem Rex tres alias Insulas, scilicet **Partinesei, Andredesey**, & **Berkery**. Et sciendum quod istæ terra & Insulæ prædictæ, nec non & multa alia, fuerunt de possessione *Glastoniensis* Ecclesiæ prius, tempore *Britonum*; set Pagani *Saxones* supervenientes, fugatis *Britonibus* ultra *Sabrinam* in *Walliam*, & occidentalem angulum dictum *Cornubiam*, omnia occupaverunt, & postmodum, ad fidem Christi conversi, benignissimè restituerunt.

Post *Kynewalchium* regnavit super *Westsaxones*, anno uno, sancta *Sexburga* uxor sua, cui successit *Estwinus* tribus annis regnaturus; & illi successit *Kentwinus*. Hic post promotionem *Britwaldi* Abbatis in Archiepiscopatum, ob petitionem *Hedde Westsaxonum* Episcopi, & Monachorum, constituit *Hengisel* Abbatem, anno gratiæ sexcentesimo septuagesimo octavo; cui concessit *Glastoniam*, ab omni servicio liberam, sex hidas. Et ut fratres ejusdem loci habeant jus eligendi, & constituendi sibi Rectorem, juxta Regulam sancti *Benedicti*: Dedit insuper juxta silvam de **Cantocdune**, manerium de **Westmunkaton** viginti tres hidas; & in **Caric** viginti hidas, ad supplementum vitæ regularis in Monasterio *Glastonienſi*.

Et cum regnasset novem annis migravit ad Dominum, cujus exuviæ in cimiterio Monachorum, in piramide quondam nobiliter exsculpta, requiescunt. Anno gratiæ sexcentesimo octoagesimo primo *Baldredus*, Rex *Cantiæ*, dedit *Hengisel* Abbati, ad supplementum honorabilis ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & Sancti *Patricii*, manerium de **Pennard** sex hidas, **Loggerisburgh**, qui nunc *Monsacutus* dicitur, sexdecim hidas, & capturam piscium in **Pevrde**.

Eodem anno *Hedda Wentanus* præsul, dedit **Lantocat**, quod nunc **Legh** dicitur, Quam donationem postea *Cedwalla* Rex licet paganus confirmavit, & propria manu signum Sanctæ Crucis expressit.

Cedwalla successit glorioſus Rex *Ina*; In anno gratiæ sexcentesimo octoagesimo nono. Hujus quantus fuerit ad *Glastonienſem* ecclesiam pius affectus, quanta in Deum & sanctam ejus genetricem *Mariam* devotio extiterit, terræ, possessiones, & thesauri exprimunt, quæ idem eximius vir vetustæ ecclesiæ in *Glastonia* pia contulit liberalitate; Consilio namque sancti præsulis *Aldelmi*, monasterium, quod ferè fuerat rerum turbinibus sui possessionibus destitutum, nec non privilegiis antiquis orbatum, Decrevit in melius reformare; Unde & *Hengisto* Abbati dedit Manerium de **Bzent**, decem hidas, & in hæc verba concessit privilegium.

" *IN nomine Domini nostri Jesu Christi*; Ego *Ina* Rex, decreto & consilio præsulis nostri *Aldelmi*, simulque cunctorum Dei sacerdotum suggestione, & monachorum Peticione qui in parochia *Westsaxonum* conversantur, hanc libertatem Monachis, qui in Ecclesia beatæ dei genetricis *Mariæ*, & beati *Patricii*, omnipotenti Deo, sub Abbate *Hengisto* famulantur, in pristina urbe quæ dicitur **Glastingay**, impendo, & hanc privilegii dignitatem super Altare pono, ut sine impedimento secularium rerum, & absque tributo fiscalium negociorum, liberis mentibus, soli Deo serviant, & Monasticam Disciplinam, Christo suffragium largiente, regulariter exerceant; & pro statu & prosperitate regni nostri, & indulgencia commissorum criminum, ante conspectum divinæ majestatis preces fundere dignentur: & orationum officia frequentantes, in Ecclesiis pro nostri fragilitate interpellare nitantur. Si quis verò contra hujus Decreti singra-

pham

" pham venire temptaverit, sciat se coram Christo, " novemq; Angelorum ordinibus, in tremendo e- " xamine rationem redditurum. Pro ampliori " firmitatis testamento, principes & senatores, " judices, & patricios subscribere fecimus; Actum " publicè, & confirmatum in lignea basilica, anno " ab incarnationis Domini septingentesimo " quarto.

Hemgistus Abbas fato perfunctus, in vetusta ecclesia paulsam corporis susscepit; cui succesſit *Berwaldus*, anno graciæ septingentesimo quinto. Rex *Ina* dedit ei viginti hidas juxta **Tamer**, & viginti hidas in loco qui dicitur **Rovelt**, **Bowy** duodecim hidas, **Cozrege** quinque hidas, **Cſcſozd** dimidiam hidam, cum captura piscium; **Doulting** viginti hidas; **Pilton** viginti hidas. Sanctus *Wilfridus* Episcopus dedit huic Abbati Insulam de **Wedmote** septuaginta hidas, à Rege *Kentwino* sibi datas, & villam de **Clybetwere** unam hidam. Mortuo *Berwaldo* Abbate succesſit *Albertus*. Huic *Forthere* episcopus, succesſor sancti *Aldelmi*, dedit **Bledenete** unam hidam. Rex *Ina* fundavit ecclesiam majorem in *Glastenia*, in honore domini Salvatoris & sanctorum Apostolorum *Petri* & *Pauli*, in orientali parte vetustæ Ecclesiæ, pro anima cujusdam propinqui sui, nomine *Mollonis*, quem *Cantuarisa* infra *Cantuariam* incenderant.

Carta *Inæ* Regis.

ADjuva nos Deus salutaris noster. Quæcunque secundum decreta Canonum, atque ecclesiastica instituta, salubri consilio diffiniuntur, quamquam sermo tantum absque textu sufficeret, tamen quoniam plerumque nostris temporibus, tempestates, & turbines secularium rerum, etiam portas Ecclesiæ pulsant, iccirco operæ precium censuimus, ob cautelam futurorum, ea quæ diffinita sunt, paginis scripturarum annectere, ne inposterum oblivioni tradita, ignorentur. Qua propter ego Ina, *regali fretus dignitate à Domino, cum consilio* Sexburgæ *reginæ & licencia* Beorthwaldi Dorobernensis *Ecclesiæ pontificis, & omnium suffraganeorum suorum, necnon etiam hortatu* Baldredi & Athelardi *subregulorum, Ecclesiæ vetustæ quæ est in loco qui dicitur* **Glastcie** *quam magnus sacerdos, & pontifex summus Angelorum obsequio sibi ac perpetuæ virgini* Mariæ, *beato* David, *multis & inauditis miraculis, olim se sanctificasse innotuit, ex hiis quæ paterna hereditate possideo, & in dominium peculiare teneo, locis continuis & congruentibus concedo, ad supplementum vitæ regularis, & ad usum monachorum:* **Brent** *decem hidas,* **Bowy** *duodecim hidas,* **Pulton** *viginti hidas,* **Dulting** *viginti hidas,* **Bledenete** *unam hidam, cum hiis omnibus, quæ antecessores mei eidem Ecclesiæ contulerunt.* Kenewalchius, *qui sancto* Theodoro *Archiepiscopo interveniente,* **Ferlingmere, Beokery, Godeneie, Hartinelei, Ozedelei**; Kentwinus *Rex qui* **Glastingie** *matrem sanctorum vocare solitus fuerat, & eam ab omni seculari, & Ecclesiastico obsequio immunem statuit, & hanc privilegij dignitatem concessit, ut habeant fratres ejusdem loci potestatem elegendi, & constituendi sibi rectorem juxta regulam sancti* Benedicti. Hedda *Episcopus qui,* Cedwalla *annuente & propria manu, licet paganus, confirmante,* **Lantocai.** Baldred *qui* **Pennard,** *sex hidas.* Athelward, *qui* **Pohelt,** *sexaginta hidas, me annuente & confirmante, dederunt. Quorum ego devocioni, & benigni peticioni assencio, & contra malignancium hominum, & oblatrancium canum insidias, Regalium munimine invigilo literarum, quatinus Ecclesia Domini nostri Jesu Christi, & perpetuæ Virginis* Mariæ, *sicut in regno* Britanniæ *est prima, & fons & origo totius Religionis, ita & ipsa supereminentem privilegij obtineat dignitatem, nec ulli omnino hominum ancillare obsequium faciat in terris, quæ super choros Angelorum dominatur in cœlis. Igitur, summo pontifice* Gregorio *annuente, & ut matrem Domini sui in sinum & protectionem sanctæ* Romanæ *Ecclesiæ, me, licet indignum, cum ipsa susscipiente, consencientibus etiam omnibus* Britanniæ *Regibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, atque Abbatibus, statuo, atque confirmo, quatinus omnes terræ & loca, & possessiones beatæ* Mariæ **Glastcie** *sint quieta, & ab omnibus Regiis exactionibus, & operibus quæ indici solent, videlicet expeditione, pontis arcis-vè constructione, & ab omni Episcoporum promulgationibus, & perturbationibus, sicut in antiquis ejusdem Ecclesiæ Cartis ratum esse invenitur, & a prædecessoribus meis,* Kenewalchio, Kentwino, Cedwalla, & Baldredo *confirmatum esse dinoscitur, inconcussa & illibata permaneant. Et quæcunque immerserint causæ, in homicidiis, sacrilegiis, veneficiis, furtis, rapinis, in dispositione Ecclesiarum, & discriptione, & ordinatione Clericorum, in conventiculis synodalibus, & in omnibus judiciariis examinationibus, absque ullius hominis præjudicio, Abbatis & Conventus dispositione diffiniantur; Sed & omnibus Regni mei Regibus, Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, & Principibus, super honorem suum, & amorem meum præcipio, & omnibus, tam meis quam eorum ministris, super salutem corporis sui præcipio, ne ullus eorum in Insulam Domini nostri Jesu Christi, & perpetuæ virginis* Mariæ **Glastcie,** *nec ejusdem Ecclesiæ possessiones, causa placitandi, perscrutandi, capiendi, percipiendi, interdicendi, vel aliquid faciendi, quod ibidem Deo famulantibus possit esse in scandalum, audeat intrare. Illud autem omnipotentis Dei & perpetuæ Virginis* Mariæ, *& beatorum* Petri & Pauli *& omnium intercessione sanctorum interdicione, interdico ne in ipsa* Glastonienſi *Ecclesia, nec in Ecclesiis sibi subditis, videlicet* **Bowy, Brent, Perling, Schapewik, Strrt, Budcaleth, Pilton,** *nec in earum capellis, sed nec in insulis, aliqua interveniente occasione, Episcopus cathedram sibi Episcopalem statuere, nec missas solempnes celebrare, nec Ecclesias dedicare, nec ordines facere, nec aliquid omnino disponere præsumat, nisi ab Abbate, vel à fratribus invitatus fuerit; quod si ad hæc invitatus fuerit, nichil de rebus, sed nec de ipsis oblationibus ipse sibi aliquid usurpet. Duobus in locis ex ipsius Ecclesiæ possessionibus duas ei delegamus mansiones, unam in* **Pohelt,** *alteram in villa quæ* Piltona *dicitur, ut habeat ubi adveniens hospitetur, vel inde veniens sese recipiat. Neque enim eum ibi nisi importunitate temporis aut molestia corporis detentus fuerit, aut ab Abbate, vel a fratribus rogatus fuerit;*

fueris; nec amplius quam cum tribus aut cum quatuor clericis pernoctare licet. Hoc etiam provideat idem Episcopus, ut singulis annis cum clericis suis qui 'Fontaneum *sunt, ipsam matrem suam* Glastoniensem *videlicet Ecclesiam, feria secunda post ascensionem Domini, cum Letania recognoscat. Quod si superbia inflatus eam distuleris, & quæ superius dicta & confirmata sunt prævaricaveris, mansiones sibi superius delegatas amittat. Abbas vel Monachi, a quocumque voluerint, ipso qui pascha canonicum celebret, Ecclesiastica Sacramenta in* Glastonienſi *Ecclesia, aut in Ecclesiis sibi subjectis, aut in earum capellis, percipiant. Quisquis autem hujus meæ munificentiæ, & libertatis testamentum quovis deinceps tempore, aliqua occasione, cujuslibet etiam dignitatis vel professionis, vel gradus, pervertere, vel in irritum deducere temptaverit, sciat se cum* Juda *proditore æterna confusione edacibus ineffabilium tormentorum p riturum flammis. Scripta est autem hujus donationis, & privilegii pagina, anno dominicæ incar-*

A°. D. 725. *nationis septingentesimo vicesimo quinto, indictione quarta, sub præsentia* Inæ *Regis, &* Beorthwaldi Dorobornensis *pontificis, venerandorumque antistitum* Danielis, *atque* Fordredis, *& aliorum quorum nomina inferius annotantur. Ego* Ina *Rex propria manus subscriptione hanc donationem & libertatem, sub sigillo sanctæ crucis, ratam fieri decerno. Ego* Edelburga *Regina consensi. Ego* Baldredus *Rex confirmavi. Ego* Adelard *frater Regina consensi. Ego* Beorthwaldus Dorobernensis *Ecclesiæ Archiepiscopus* Inæ *Regis donationem & libertatem, sub sigillo sanctæ crucis coroboravi. Ego* Daniel, *plebis Dei inspector, adquievi. Ego* Fordredus *Episcopus signum crucis impressi.* Waldhe e *præfectus,* Ethelheard, Umming *præfectus,* Winchelin *comes, cum præsencia populationis consenserunt, & firmaverunt.*

Rex *Ina* postquam regnaverat triginta septem annis, commendato regno *Ethelardo* cognato suo, de prosapia *Cerdici* oriundo, iterum cum *Ethelburga* Regina sua, instinctu ejusdem, Romam abiit. Ibi ne conversionis suæ pompam faceret, set solius Dei placeret occulis, amictu plebeio tectus, clam consenuit, & tam ipse quam Regina sua, non sine magna miraculorum corruscatione, sanctissimam clauserunt vitam. *Echfrido* Abbati successit *Cengislus.* Huic *Ethelardus,* successor

A°. D. 729. *Inæ,* anno graciæ septingentesimo vicesimo nono, familiæ quæ in monasterio *Glastonienſi* omnipotenti Deo famulantur, concessit in stabilem possessionem, sexaginta hidas terræ in **Pohonholt**, & decem hidas in **Lozic**; ejus quoque uxor, *Fridogida* nomine, dedit **Bunantun.** Et cum regnasset quatuordecim annis, defunctus est, & regnum *Cuthedro* cognato suo reliquit. Hic *Cuthredus* confirmavit universas possessiones & privilegia, per priores reges concessa. Defuncto *Cengislo* Abbate successit *Tumbertus.* Huic *Cuthredus* Rex dedit **Ure** tres hidas. Hiis temporibus *Lulla,* Christi ancilla, dedit **Baltenesburg**, & **Grabwozth** decem hidas. *Ethelbaldus* quoque Rex *Merciorum,* anno septingentesimo sexto, pro redemptione animæ suæ, largitus est *Tumberto* Abbati, & familiæ quæ in monasterio *Glastonienſi* Deo famulantur fideli obsequio, quatuor hidas terræ in duobus locis, scilicet **Glasteing** & **Badlegh**, præcio quadringentorum solidorum.

Kenewlphus sive *Kenulphus,* de prosapia *Cerdici,* auxilio *Westsaxonicorum, Sigisbertum* ob immanitatem scelerum suorum, post annum, de regno ejecit, & regnavit uno & triginta annis. *Guban* successit *Tillan* Abbati. Huic *Kenewlphus* Rex dedit **Wudeton** quinque hidas. **Puneresburgh**, in orientali ripa de **Petride**. Eodem tempore *Ethelardus* ejus minister dedit tres hidas in **Cevern**, id est, **Cfenberge**, Et quædam venerabilis fœmina, nomine *Sulca,* Christi ancilla, dedit **Culum**, undecim hidas, & **Cumbe** tres hidas. Mortuo *Guban* Abbate, successit *Waldunus.* Huic Rex *Kenewlphus* dedit manerium de **Compton**, quinque hidas, anno Domini septingentesimo secundo, & interfectus est a fratre *Sigeberti, Kineardo,* anno Domini septingentesimo octogesimo septimo, ac *Wintoniæ* sepultus.

Post hunc successit in *Westsaxonia, Brithricus.* Qui ut gratiam ampliorem apud propinquos haberet, filiam *Offæ* Regis *Merciorum* eo tempore potentissimi, duxit uxorem. *Waldino* Abbate, post annos regiminis sui triginta duos, de medio facto, successit *Beadewlphus,* qui præfuit sex annis. Huic *Offa* Rex *Merciorum* ad supplementum venerabilis ecclesiæ contulit, decem hidas terræ in **Cswirth**. Quidam etiam *Ethelmundus,* de consensu Regis *Offæ,* dedit **Punnespulle** unam hidam. Defuncto *Beadwlpho* Abbate successit **Cuman** anno Domini octingentesimo, & præfuit duobus annis, cujus tempore nichil dignum memoria actum est. Mortuo *Brithrico* rege *Westsaxonum,* & apud **Werham** sepulto, cum regnasset annis sexdecim, successit *Egbertus,* regis *Inæ,* de fratre *Inigildo,* abnepos, anno Domini octingentesimo tercio. Hic subjugavit sibi *Cantiam,* **Suthrsteam**, australes, & orientales Saxones. *Mucan* successit **Cuman** Abbati, in regimine Abbaciali. Ob ejus petitionem, Rex *Egbertus* dedit ecclesiæ *Glastoniæ*, ad usum Monachorum, possessionem quinque manencium secus flumen quod **Lozic** dicitur. Eodem tempore *Edgesilius,* consensu Regis *Egberti,* dedit manerium de **Budeclegh**.

Gutlaco Abbate mortuo, successit *Edmundus*; Hic, annuente Rege *Ashulpho,* anno Domini octingentesimo quinquagesimo primo, transtulit manerium de **Doulting** in jus Monasterii *Glastoniæ.* Sed & idem rex, ad supplementum vitæ regularis, viginti hidas terræ super addidit. Insuper decimam terrarum suarum ecclesiis regni sui piè contulit. Monasterio etiam *Glastoniæ* dedit *Offaculum,* viginti quatuor hidas, **Bockland** quinque hidas, **Pennard** novem hidas, **Ocneſeld**, **Scearainton** sex hidas, **Sowi** decem hidas, **Pirrton**, **Logderesbeozghe**, quod nunc **Huntacu** dicitur, **Occeruund**, **Bedul**, **Braume**, **Dunsad**. Quidam *Ethelstanus,* consensu ejusdem regis, dedit **Clutton** decem hidas, una cum corpore suo, obsecrans ut Fratres ejusdem loci nunquam illud dimittant. Alius quoque Comes, nomine *Ennulphus,* ejusdem regis voluntate, dedit præfato monasterio, **Dicheſhet** & **Lotteſham** viginti hidas, **Hozneblouton**, **Beange** & **Anhangran**. *Elmundo* Abbati successit *Herefertus.* Rex *Ethelbaldus*

baldus dedit *Hereferto* Abbati **Bpanncminſter** decem hidas, ad capturam Iſicorum ad vetuſtam eccleſiam beatæ Dei genetricis *Mariæ*, & ad uſum monachorum in Cenobio *Glaſtonienſi* degencium.

Rex *Ethelſtanus*, anno Domini nongenteſimo viceſimo ſexto, dedit *Athelmo* Duci, manerium de **Merkesbury** decem hidas, quas ipſe Dux poſtea contulit monaſterio *Glaſtoniæ*. *Wlfthelmus* archiepiſcopus, aſſenſu ejuſdem regis, pro veſtimentis monachorum, dedit **Deverel** viginti hidas, & *Oſricus* dux, ad idem, dedit **Overdeverel**, id eſt **Eſtmunſaton** decem hidas. *Elfleda* regina, relicta regis *Edwardi*, dedit manerium de **Warington** decem hidas. *Ethelſtanus* dux,, converſus & factus monachus in *Glaſtonia*, obtulit ſecum eidem monaſterio manerium de **Wizington** viginti hidas, à Rege *Ethelſtano* ſibi prius collatas; dedit inſuper idem Dux **Weſtone**, quod nunc **Forcote** dicitur, quinque hidas, & manerium de **Lyme**, ſex hidas. Eodem tempore *Uffa* vidua, venerabilis fœmina, dedit **Stoke** quinque hidas. Prædicta omnia, per miniſtros Regis *Ethelſtani*, *Glaſtonienſi* Eccleſiæ collata, ejuſdem Regis aſcribuntur munificenciæ, & pium ejus, in *Glaſtoniam*, affectum, famulorum oſtendit liberalitas, quorum devotio frequenter inclinatur, quo dominorum animum viderint inardeſcere. Quæ omnia idem rex vetuſtæ eccleſiæ in *Glaſtonia*, ſcilicet octoginta ſex hidas benigniſſimè confirmavit.

Carta Edmundi *Regis*.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ego Edmundus *Rex* Anglorum *caterarumq; in circuitu gencium perſiſtencium gubernator, & rector, cum conſilio & conſenſu optimatũ meorũ, pro æterna retributionis ſpe & relaxatione peccaminum meorum, concedo eccleſiæ S. Dei genitricis* Mariæ Glaſtoniæ, *& venerabili viro* Dunſtano, *quem ibidem Abbatem conſtitui, libertatem & poteſtatem jurà & conſuetudines & omnes foriſfacturas omnium terrarum ſuarum, id eſt.* **Burgbꝛice, Hundꝛed, Socna, Athas, Odelas, Inſangenetheofas, Homſocna, Fꝛithbꝛice, Foreſteall, & Toll, & Team** *in omni regno meo, & ſint terra ſua ſibi libera, & ſoluta ab omni calumpnia; ſicut meæ michi habentur. Set præcipuè ipſa villa* Glaſtoniæ, *in qua celeberrima vetuſta eccleſia ſanctæ Dei genitricis ſita eſt, præ cæteris, ſit liberior cum terminis ſuis; Abbati tantum ejuſdem loci tantummodo poteſtas ſit, tam in notis cauſis, quam in ignotis, in modicis, & in magnis, & in his etiam quæ ſunt ſuper & ſubtus terram, in aridis & in rivis, in ſilvis & in planis. Et eandem auctoritatem puniendi, aut dimittendi delinquencium in ea commiſſa habeat, quam mea curia, quemadmodum mei anteceſſores conceſſerunt, & ſtatuendo firmarunt, videlicet pater meus* Edwardus, & Elfredus *pater ejus*, & Kyntwines, Ines, Cuthredus, *Et alii quam plures qui locum illum honorantes glorioſum habuerunt, & Apoſtolica auctoritate roboraverunt. Et ne quiſquam mortalium, ſeu epiſcopus, aut Dux, aut Princeps, aut quilibet miniſtrorum eorum audeat eam omnino, cauſa placitandi, vel rapiendi, vel quippiam faciendi quod contrarium poſſit eſſe inibi Deo ſervientibus, Dei interdictione prohibeo. Quiſquis igitur benevola mente meam donationem ampliare, & privilegii dignitatem ſervare ſatageric, in hoc præſenti ſeculo, vita illius proſpera ſit, & longiturna vitæ gaudia teneat. Si quis autem propria temeritate, violenter invadere tentaverit, ſciat ſe, proculdubio, ante tribunal diſtricti judicis titubantem, tremebundumq; rationem redditurum, niſi prius digna ſatisfactione emendare maluerit. Acta eſt autem hujus privilegii pagina an. Dom. Incarnationis nongenteſimo quadrageſimo quarto, indictione ſecunda. Ego* Edmundus *Rex* Anglorum *præfatam donationem, cum Sigillo ſanctæ Crucis, confirmavi. Ego* Eadred, *ejuſdem regis frater conſenſi. Ego* Eadgiua *ejuſdem Regis mater prædictum donum conſignavi. Ego* Oda, Doroberneníis *eccleſiæ Archi piſcopus, ejuſdem Regis donationem cum trophæo agiæ crucis ſubarravi. Ego* Wlfſtanus *archiepiſcopus præfatam donationem confirmavi. Ego* Elphcah, Wintonienſis *eccleſiæ epiſcopus, triumphalem trophæum agiæ Crucis impreſſi. Ego* Wolfhelm Fontanenſis *epiſcopus corroboravi. Scriptaque eſt litteris aureis in libro Evangeliorum quem eidem eccleſiæ obtulit, opere ſatis eleganti compoſito, qui* textus ſancti Dunſtani *dicitur.*

Dedit inſuper Rex *Edmundus* beato *Dunſtano* maneria de **Criſtmaleſoꝛd** viginti hidas, **Bington**, octo hidas; **Wodeton**, quinque hidas, **Wathle** quatuor hidas, reſtituit manerium de **Wꝛington** viginti unam hidas. Dedit etiam manerium de **Pokelchirch**, triginta hidas, **Eſcſoꝛd**, cum captura piſcium dimidiam hidam. Uxor ejus *Elfgiua* regina, ejus juſſu, dedit manerium de **Domerham**, cum **Merton** & **Pedꝛington**, centum hidas; Dedit etiam **Stane** octo hidas. Hæc omnia, ob remiſſionem peccatorum ſuorum, & *Alfredi* avi ſui, nec non *Edwardi* patris ſui, contulit, ad vetuſtam Eccleſiam beati Dei genitricis *Glaſtoniæ*. *Elfleda* regina, relicta regis *Edwardi*, dedit **Aceſoꝛd**, **Boꝛland** & **Plis** viginti ſeptem hidas, & **Hamnedonne** quindecim hidas. *Wilfridus*, miniſter dicti regis, conſenſu ejuſdem, dedit **Bington** triginta hidas, & **Cꝛdlington** decem hidas; & ad **Turnantuꝛthe** quinque hidas. Idem *Wilfridus*, poſt obitum conjugis ſuæ, dedit **Cꝛtlington** triginta hidas, & **Hetelington** viginti hidas. Ejus tamen ſucceſſor, nomine *Aluuinus*, datis cartulis, aſſumpto habitu regulari, efficacius complevit. Præfatus etiam Rex *Edmundus* dederat prædicto *Wilfrido* **Cintanhulle** quinque hidas, quas idem *Wilfridus*, cum corpore ſuo, poſtea monaſterio *Glaſtoniæ* commendavit. *Alfius*, conſenſu Regis *Edmundi*, dedit **Batcumbe** viginti hidas. *Ethelſtanus* Comes, conſenſu ejuſdem regis, dedit manerium de **Melnes** viginti hidas, quas præfatus rex prius ſibi dederat. *Sigewlfus*, ejuſdem aſſenſu, dedit **Abbedesbury** quinque hidas. *Wlpheh* dedit **Langfoꝛde** duas hidas. Hæ omnes terræ, videlicet trecentæ ſexaginta octo hidæ, ab *Edmundo* Rege, & ſuis miniſtris collatæ, ejuſdem regis & ſuorum, in monaſterium *Glaſtonienſe*, & protectorem ejus beatum *Dunſtanum* miram teſtantur devotionem.

Edmundo ſucceſſit in regnum *Edredus* frater ſuus,

suus, eo quod filii regis *Edmundi* præ immatura ætate, regnare non poterant. Quapropter *Dunstanum*, qui eum primus in regem acclamaverat, sibi & aliis præfecit, ut pro scientia imperitaret regno, & pro religione moderetur incommodo. Et quicquid pretiosissimum habebat, thesauros ab antecessoribus relictos, ejus tutelæ commendabat. Dedit autem rex *Edredus* beato *Ethelwaldo* quendam locum, vocabulo **Abbandune**, in quo modicum antiquitùs habebatur monasteriolum, sed erat tunc neglectum & destitutum. Factumque est, consentiente *Dunstano* Abbate, secundum regis *Edredi* voluntatem, ut vir Dei *Ethelwoldus*, ibidem monasterii construendi susciperet curam, quatinus inde monachos ordinaret, regulariter Deo servientes. Venit igitur vir Dei ad locum sibi commissum, congregavitque in brevi spacio gregem Monachorum, quibus ipse, jubente Rege, Abbas est ordinatus, Anno Domini nongentesimo quinquagesimo quarto. Rex *Edredus* dedit beato *Dunstano*, præcio quinquaginta solidorum auri, manerium de **Badbury** viginti sex hidas, & juxta opidum **Twinham**, id est, **Christchurche**, duas hidas, cum captura piscium. Dedit etiam **Termic** & **Scapelwel**, & partem de **Roni**, & de **Ellenberwe**. Idem quoque rex dedit *Wilfrico* ministro suo **Horton**, decem hidas, quas ipse consensu domini sui, post obitum suum, monasterio *Glastoniæ* delegavit; sed *Alwinus* successor suus in hæreditate, regulari ibidem suscepto habitu, alterius votum duxit ad effectum. *Alfredus*, consensu *Edredi*, dedit **Camelarton** quinque hidas. Rex *Edredus*, postquam regnavit decem annis, obiit sine liberis, quem beatus *Dunstanus* sepelivit *Wintoniæ* in veteri Cœnobio.

Abbendonense Cœnobium restauratum.

A°. D. 954.

Cui successit *Edwinus*, primogenitus Regis *Edmundi*, & consecratus est in regem ab *Odone Cantuariensi* archiepiscopo, anno Domini nongentesimo quinquagesimo quinto. Ipso quippe die quo in regem consecratus fuerat, in nepharium concubitum ruit, quapropter à beato *Dunstano* redargutus, ipsum *Dunstanum* in *Flandriam* relegavit, & quendam *Elsium*, pseudo-Abbatem, monasterio *Glastoniæ* intrusit. Cui dedit Insulam de **Padenebergh** duas hidas, & ab omni servicio liberam. Dedit etiam **Blakford** tres hidas. *Elphegus* minister suus, consensu ejus, dedit **Cranemere** duodecim hidas, & quidam *Estericus* dedit **Wildcumb** sex hidas. *Alwinus* miles dedit unam partem de **Stourton**. *Brithricus* ejusdem regis consensu, dedit **Giffelton** quinque hidas, & *Britkar* dedit **Widangate**.

Carta Edgari *Regis*,

IN Nomine Domini nostri Jesu Christi. Quamvis decreta Pontificum & verba sacerdotum inconvulsis liganimibus, velud fundamenta montium, fixa sunt, tamen plerumque tempestatibus & turbinibus secularium rerum religio sancta ecclesiæ, maculis reproborum, dissipatur ac rumpitur. Iccirco, profuturum succedentibus posteris esse decrevimus, ut ea quæ salubri consilio, & communi assensu diffiniuntur, nostris literis roborata firmentur, Quapropter dignum videtur ut ecclesia beatissimæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ Glastoniæ, *sicut ex antiquo, principalem in regno meo obtinet dignitatem, ita speciali quadam & singulari privilegii libertate per nos honoretur. Hoc itaque* Dunstano Dorobernensi, *atque* Oswaldo Eboracensi *archiepiscopis adortantibus, consentiente etiam, & annuente* Brithelmo Fontanensi *episcopo, cæterisque Episcopis, Abbatibus, & Primatibus. Ego* Edgar, *divina dispositione, Rex* Anglorum, *cæterarumque gentium in circuitu persistencium gubernator, & rector; in nomine almæ Trinitatis, pro anima Patris mei, qui ibi requiescit, & antecessorum meorum, præsenti privilegio decerno, statuo, confirmo, ut præfatum monasterium, omnisque possessio ejus, ab omni tributo fiscalium negociorum, nunc & imperpetuum, libera & quieta permaneant, & habeant* **locam, & sacam, on stronde, & on streame, & on wode, & on felde, on grithbrice, hundredfetena, adas & odelas, calleherdas, bufan eorderan, & beneoderan, infangenetheof & out fangenetheof, & flemenefirde, hamsotne fridebrice, forstreall, toll, & team,** *ita liberè & quietè, sicut ego habeo in toto regno meo; Eandem quoque libertatem & potestatem quam ego in curia mea habeo, tam in dimittendo quam in puniendo, & in quibuslibet omnino negociis, Abbas & Monachi præfati monasterii in sua curia habeant. Si autem Abbas vel quilibet monachus loci illius, latronem qui ad suspendium, vel quodlibet mortis periculum, ducitur, in itinere obviam habuerit, potestatem habeant eripiendi eum ab imminenti periculo in toto regno meo. Confirmo etiam & corroboro, ut quod hactenus, ab omnibus nostris antecessoribus diligenter observatum est,* Fontanensis *Episcopus, vel ejus ministri super hoc monasterium, vel super parochiales ejusdem ecclesias, videlicet* **Strete, Pirieling, Budecle, Shapewike, Sowy,** *aut super earum capellas, nec etiam super eas quæ in Insulis continentur, scilicet* **Bekeria** *quæ* parva-Hibernia *dicitur,* **Godeneia, Partenesetia, Ferramere, Padenebergа & Adredesetа,** *nullam potestatem omnino habeant, nisi tantum cum ab Abbate causa dedicandi vel ordinandi advocati fuerint, nec eorum presbiteros ad Synodum suam, vel capitulum, vel ad quodlibet placitum convocent, nec ab officio divino suspendant; & omnino nullum jus in eos exercere præsumant. Monachos suos & prædictarum ecclesiarum clericos secundùm antiquam ecclesiæ* Glastoniæ *consuetudinem, & Apostolicam auctoritatem archipræsulis* Dunstani *& omnium Episcoporum regni mei assensu, Abbas à quocunque comprovinciali episcopo voluerit ordinari faciat. Dedicationes verò ecclesiarum, si ab Abbate rogatus fuerit,* Fontanensi *Episcopo permittimus. In paschа quoque crisma sanctificationis, & oleum à* Fontanensi *episcopo ex more accipiat, & præfatas ecclesias suas distribuat. Hoc etiam super omnia Dei interdictione, & nostra auctoritate, salva tamen sancta Romana Ecclesiæ, &* Dorobernensis *dignitate, prohibeo, ne persona cujuscumque potestatis, sive Rex, sive Episcopus, sive Dux aut Princeps, vel quilibet ministrorum eorum,* Glastoniæ *terminos vel suprædictarum parœciarum perscrutandi, rapiendi, placitandi gracia, vel quicquam aliud faciendi quod contrarium possit esse, ibidem Deo servientibus, intrare præsumant. Abbatis tantummodo*

&

& Conventui potestas sit, tam in notis causis, quam in ignotis, in modicis, & in magnis, & in omnibus omnino negociis, sicut supra memoravimus. Quisquis autem hujus privilegii mei dignitatem qualibet occasione, cujuscumque dignitatis, cujuscumque ordinis, cujuscumque professionis pervertere, vel in irritum deducere, sacrilega presumptione, a modo temptaverit, sciat se procul dubio, ante districtum judicem tunbantem tremebundumque rationem redditurum, nisi prius digna satisfactione emendare studuerit. Acta est hec privilegii pagina, & confirmata apud Londoniam, *communi consilio omnium primatum meorum, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi nongentesimo septuagesimo primo, indictione quarta decima. Hujus doni constipulatores fuerunt, quorum nomina inferius caraxari videntur. Ego* Edgar *Rex totius* Britanniæ, *prefatam libertatem, cum Sigillo sancte crucis, confirmavi. Ego* Elfgiva, *ejusdem Regis mater, cum gaudio consensi. Ego* Edward Clito, *patris mei domini, cum triumpho sancte crucis impressi. Ego* Kinadius *Rex* Albaniæ *adquievi. Ego* Mascusius *archipirata confortavi. Ego* Dunstanus Dorobernensis *ecclesie archiepiscopus, cum trophæo sancte crucis, & cum suffraganeis prasulibus regis domini, corroboravi. Ego* Oiwaldus Eboracensis *Ecclesie primas, consenciens, subscripsi. Ego* Ethelwold, Wintoniensis *Ecclesie minister, &* Glastoniæ *Monachus, signum sancte crucis impressi. Ego* Brithelm, Fontanensis *Episcopus, consenciens, corroboravi. Ego* Elstan *episcopus confirmavi. Ego* Oiwold *Episcopus adquievi, Ego* Elfwold *episcopus concessi. Ego* Winligie *Episc. cum signo sancte crucis concluſi. Ego* Segeger *Abbas vexillum sancte crucis impressi. Ego* Escwi *Abbas confirmavi. Ego* Ethelgar *Abbas concessi. Ego* Kineword *Abbas consensi. Ego* Fideman *Abbas consolidavi. Ego* Elpheh *Abbas subscripsi. Ego* Adulf, Herefordensis *ecclesie catascopus corroboravi. Ego* Elphere *Dux, domine mee sancte* Mariæ Glastonienſis *ecclesie libertatem, omni devotione, cum sigillo sancte crucis confirmani. Ego* Oslac *Dux consensi. Ego* Ethelwine *Dux, hoc donum triumphale agia crucis, propria manus depictione impressi. Ego* Oswald *minister confirmavi. Ego* Elfwurd, *minister corroboravi. Ego* Ethelsie, *minister, consensi. Ego* Elffie, *minister, consensi. Hanc privilegii paginam Rex* Edgarus, *decimo anno regni sui, sacro scripto apud* Londoniam *communi consilio optimatum suorum confirmavit.*

A. D. 971.

A. D. 963. Anno Domini nongentesimo sexagesimo tercio Rex *Edgarus* dedit ad usum monachorum, in monasterio *Glastoniensi* Deo regulariter serviencium, manerium de **Stoure**, quod nunc **Stourminster** dicitur, triginta hidas. Reddidit etiam manerium de **Werkesbury** decem hidas. Dedit insuper **Middelton** duas hidas, **Luctum** duas hidas, & **Blakesord** sex hidas. Abbas autem *Aelwardus*, post decem annos prælationis suæ, migravit ad Dominum. Cui successit *Sigregarus*. Huic Rex *Edgarus*, anno Domini nongentesimo sexagesimo quinto, contulit manerium de **Yanme** septem hidas. **Dundene** quinque hidas. **Wetehull** tres hidas. His temporibus *Alpharus* Dux dedit **Westbury** quadraginta hidas, & **Othlee** quinque hidas. *Ailwinus* dedit **Gretlinton** viginti quinque hidas. **Netelcumbe** viginti hidas, & sic complevit votum *Wlfrici* primi donatoris, *Alpharus* **Calderman** dedit **Batcumb** viginti hidas. *Ealdred* dedit **Clifan** undecim hidas. *Ealfhelm* dedit **Diranbourge** duas hidas. *Alpheah* dedit **Cransmere** decem hidas. *Ethelfled* dedit **Yatandon** quinque hidas. *Aelfwithe* regina dedit **Winescumb** quindecim hidas. **Fennecton** decem hidas. **Stretton** sex hidas. **Lintenhulle** quinque hidas. **Cozedesei** dimidiam hidam; & hæc ornamenta, stolam cum manipulo, & casulam incomparabilem. *Edred* dedit **Middelhele** quindecim hidas, & **Assebury** quadraginta hidas. *Brinsigo* dedit **Yealton** quinque hidas. Omnes has terras Rex *Edgarus* venerabili ecclesiæ *Glaston.*, scilicet ducentas quindecim hidas, Regia authoritate, confirmavit.

Egelredus, filius regis *Edgari*, (*&c.*) aliqualem devotionem versus *Glastonienſem* ecclesiam habens, respectu patris sui & avi ibidem quiescencium, contulit *Sigegaro* Abbati **Austancliſ** sex hidas. **Stitebourge** unam hidam. Reddidit manerium de **Pokelescherche** triginta hidas. Dedit insuper in **Wilton** unam manſam emptam quadraginta marcis auri.

Cumque *Cnutonem Edmundus* filius *Egelredi*, aliquantis bellis, contriviſſet, postremo tamen, pacto fœdere, fraterna inter eos pax convenit, videlicet ut *Cnutoni Mercia, Edmundo Westsaxonia* remaneret. At vero, non multo post, *Edmundus* letali tactus incommodo, ad extrema devenit, & *Glastonienſis* monasterio **Peutoncas stell**, septemdecim hidas, cum corpore suo, in extremis, delegans, ibidem ante majus Altare sepulturam accepit. (&c.)

Rex autem *Edwardus* cum regnaſſet viginti quatuor annis non plenis, vir simplex & Deo devotus, & ideo ab eo dilectus, apud *Westmonaſterium*, dedicata prius eadem eccl sia, obiit & ibidem sepultus est. Post quem *Haraldus* Comes *Westsaxonum*, filius *Godwini* Comitis, frater *Editha* reginæ sancti *Edwardi*, qui dudum ad regnum aspiraverat contra jusjurandum quod prius *Willielmo* duci *Normannia*, de servanda ei fidelliter *Anglia*, post mortem *Edwardi*, se fecit apud *Westmonaſterium* coronari, & fidelitates, ac homagia cepit per *Angliam*: Contra quem *Willielmus* Dux *Normannia* collectis gentibus quas habere potuit, anno Domini milleſimo sexagesimo sexto in *Angliam* applicuit, & occiſo *Haraldo* regnum obtinuit, & coronatus est apud *Westmonaſterium* die natalis Domini. Hic *Glastonienſem* ecclesiam in suis possessionibus enormiter mutilavit, & quam plures ex suis militibus de eisdem feudavit. Prioratum de *Monte acuto* fundavit, surripiens *Glastonienſibus* eandem, quæ tunc **Lodgaresburg** dicebatur; & **Tintanhulle** & plura alia. Postea ordinavit quendam *Turstinum Normannum*, Monachum *Cadomenſem* in Abbatem *Glastonie*, anno Domini milleſimo octogesimo primo. Et ut injuriam ecclesiæ *Glastonienſi* prius illatam, aliquantulum redimeret, quasdam terras quas monachi ejusdem loci suo juri spectare dicebant, sed injuste ablatas conquerebantur, eisdem, auctoritate regni confirmavit in hæc verba.

A. 1066.

Montis acuti prioratus fundatio.

" NOTUM sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod Ego *Willielmus* Dei gracia Rex *Angliæ*, visis & cognitis cartis ecclesiæ " *Glastoniæ*, concedo eidem ecclesiæ in perpetuum, " ad vsum monachorum inibi Deo serviencium, " pro salute animæ meæ, quasdam terras quas " calumpniabantur pertinere ad præfatam eccleſi- " am, jure hæreditario, confirmo. Subnotantur " autem terrarum nomina, videlicet **Pividilton**, " **Fulcbroc**, **Berwes**, **Burnyngton**, **Lyme**, " **Blakefozd**, **Wilton**. Testibus *W.* episcopo " *Dunelmensi*, & archipræsule. *Lanfranco*, & " *Thoma* archiepiscopo, & *Walkelino* episcopo, & " *Roberto* Comite de *Maurit.*, & multis aliis. " (&c.)

De Herlewino *Abbate.*

Ecclesiam novam inchoavit, circa quam consummandam, quadraginta octoginta libras expendit. Imaginem, & crucem septuaginta marcis comparavit. Pro terris, per conquestum, à monasterio ablatis, cum mille marcas regi contulisset, repulsam passus est, nec obtinere potuit, datis tamen insuper centum marcis argenti, & duabus auri, quorumdam maneriorum suorum mutilationem resarcivit. Sex enim hidas in **Pokeleschurche** *retrahens, ad quadraginta libras augmentavit, quod vix sexdecim, ante valuerat. Redemit etiam quandam terram in* **Wilton** *sexaginta marcis, quam* Gaufridus *de* Magna villa *tenebat. Terram de* **Cranemere**, *annuente Rege* Henrico, *recuperavit.* **Pelles** *&* **Lyme**, *de manibus cujusdam* Hardingi *filii* Eadnothi, *tunc admodum potentis, & causidici, extorsit. Ab* Ulrico *fratre* Dunelmensis *Episcopi, manerium de* **Blakefozd** *recepit. In* **Compton** *unam hidam, & in* **Sowy** *aliam, prius perdita, Ecclesiæ recuperavit. Apud* **Walas** *terram decem librarum adquisivit.*

De Henrico *Abbate.*

HENRICUS, *frater* Theobaldi *comitis* Blesensis, *nepos* Henrici *Regis, monachus* Cluniacensis, *anno Domini millesimo centesimo vicesimo sexto.* A. D. 1126. *Vir quem habundans literaturæ pericia illustravit, morumque honestas apprimè decoravit. Hujus industria tanta* Glastonienſi *Ecclesia præstitit emolumenta, quod ejus ibidem memoria meritò vigebit in sæcula. Gregem enim sibi commissum strenuè Regens, capacibus Discipulis mandata Domini verbis proposuit simplicioribus, verè factis suis ostendere satagebat; Sic autem omni moribus sese conformabat, ut singulis tam carus esset quam reverendus. Possessiones Monasterij, dilapidatas & distractas inveniens, eas viriliter revocare, suoque diligenti labore, in majus studebat augmentare. Maneria de* **Pelles**, **Uffeculum**, **Camelarton**, **Domerham**, *ac villam de* **Sifton**, **Aschote**, *cum* **Pedewel** *duas hidas & dimidiam; item tres hidas & dimidiam in manerio de* **Burtlinche**, *quæ perdita prius erant, recuperavit. Insulam de* **Andredesei** *adquisivit, & sacristaria annexuit. Pensionem quinquaginta solidorum, de Ecclesia de* **Pokeleschurche**, *ad sustentationem unius cerei jugiter ardentis ante ymaginem sanctæ Mariæ Virginis in vetusta Ecclesia, sacristariæ, assignavit.*

CANTUARIENSIS
Ecclesia Cathedralis.

TEMPORE quo beatus *Gregorius* sanctam & celebrem *Romanam* rexit Ecclesiam, misit in nostram *Britanniam*, quæ nunc *Anglia* vocatur, sanctum *Augustinum*, & cum eo Monachos timentes Deum, ut ad fidem converterent gentem *Anglorum*. Qui sexcentesimo gratiæ anno in *Angliam* venientes converterunt in proximo regem *Ethelbertum* & nonnulla millia populi. Dedit autem eis præfatus Rex mansionem in Civitate *Doroberniæ* quæ nunc est *Cantuaria*, quæ totius regni sui erat Metropolis, ut ibi prædicarent, baptizarent & quoscunque possent ad fidem *Jesu Christi* vocarent. Consecrato igitur beato *Augustino* ex præcepto beati *Gregorij* ab *Eluthorio Arelatensi* Episcopo, & pallio suscepto à beato *Gregorio*, construxit *Augustinus* in eadem ciuitate *Cantuaria*, Ecclesiam, quam in honorem saluatoris *Jesu Christi* dedicavit, ibidemque non aliàs, sibi & successoribus suis sedem instituit metropolitanam. Congregatoque monachorum conventu concurrerunt undique populi, alij baptisma, alij monachatum petentes, sese suaque omnia, redditus, possessiones in usus pauperum, & eorum maxime sustentationem qui ibidem divino fuerant mancipati servicio, contulerunt. Ex Chronicis *Gervasij Dorobernensis MS.* in bibliotheca *Cottoniana.* A. D. 160.

Donationes Maneriorum & Ecclesiarum Ecclesiæ Christi Cantuarien. *& nomina donantium, unà cum privilegiis & libertate eidem Eccles. concessis.*

Ethelbertus Rex, anno Regni sui XXXV. ad fidem Christi per sanctum *Augustinum* conversus, statim Palatium suum eidem *Augustino* & successoribus suis infra civitatem *Doroberniam* perpetuè dedit, ut ibi sedem Metropolitanam in ævum haberent, quam beatus *Gregorius* primam totius Regni esse decrevit & confirmavit, ut sicut prima fuit fidem suscipiendo, prima esset in dignitate. Hoc donum fecit Rex anno Domini DXCVII. A. D. 600.

Ethelbaldus filius *Ethelberti*, dedit Monachis ejusdem ecclesiæ, manerium de **Adesham** ad cibum, Anno Domini DCXVI. cum campis, silvis, pascuis, & omnibus aliis ad villam illam ritè pertinentibus, liberè ab omnibus secularibus serviciis, & fiscali tributo, exceptis istis tribus consuetudinibus, expeditione, Pontis, Arcisuè constructione i.e. communi labore de quo nullus excipiebatur.

Anno Dommini DCLXXX. *Cedwalla* Rex dedit *Wilfrico* Archiepiscopo **Pageham**, cum appendiciis

Areæ Cantuariensis Ecclesiæ Ichnographia.

AA Columnæ Chori ex utroq; late, rectæ cum capitell.
BB Columnæ 2ª cum Cap.
CC Columnæ 3ª cum cap.
DD Columnæ 4ª cum cap.
EE Columnæ 5ª locus
FFFF Crucis Chori Columnæ 4ª angulares uniformes cum cap.
G Columnarum 8 pluriformium in Cap Sᵗ Thomæ, una cum cap.
H Columnarum 14 uniformium in nave Ecclesiæ una cum cap.

Quo augustiß. publicæ Rerum pietatis monumentum ab ipso fundamento poterit nouerint.
Thomas Perrin. Bavardus.

1 Navis Ecclesiæ porticum habens australem et occidentalem.
2 Commissary Consistorium.
3 Capella Novillarii.
4 D Wenlock Novelli tumba.
5 D Thomæ Novelli Decani t.
6 D Willelmi Archiep. t.
7 D Islippy Archiep. t.
8 D. Lovelacy t.
9 D Berty t.
10 D Kirtlotti t.
11 Claustrum.
12 Martyrium.
13 D. Peckhami Archiep. t.
14 D. Warhami Archi. t.
15 D. Chapemanni t.
16 Capella B. Mariæ
17 D. Rogerii Dec. t.
18 D Hilberti Dec. t.
19 Domus olim Capitularis hodie ad Concienes.
20 Domus olim Capitularis hodie ad Concienes.
21 Sᵗ Richardus Capella.
22 D. Langtoni Arch. t.
23 Comitis Somersett. & Ducis Clarent. cum uxore uterjacent. t.
24 D. Kaleij t.
25 D Thornhurstij sen. t.
26 D Thornhurstij jun. t.
27 D. Pecchi t.
28 Chorus Ecclesiæ.
29 D. Reynoldi Archi. t.
30 D Walteri Archi. t.
31 D Chichlei Arch. t.
32 D. Kempi Arch. & Card. t.
33 D. Stratfordy Arch. t.
34 D. Sudburiensis Arch. t.
35 D. Bourgchieri Arch. & Card. t.
36 D. Stephani Arch. t.
37 Thesaurum Altare.
38 Auditorium exterius.
40 Auditor. interius.
41 Sphæricum.
42 S. Anselmi Capella.
43 Thronus vel sedes Archiepalis.
44 S. Thomæ Capella.
45 S Thomæ feretrum.
46 Edwardi Primi Edwardi 4ª filii primogeniti, villâ nigri t.
47 Henrici Regis 4ª et Johannæ eius Reginæ t.
48 Capella Cantarensis eiusdem Regis
49 D. Courtnei Archiep. t.
50 D. Cicilliensis Card. t.
51 D. Wottoni Dec. t.
52 D. Theobaldi Archi. t.
57 S. Thomæ Cinctus
58 D Poli Arch. & Card. t.

Cryptam nocturnâ pretervimus: quod ignorum tenebris (quibus proximis temporum tota fere refercitur) omnino sit inspicua.

A
B
C
D
E
F
G
H

In direptionem Metropoliticæ Eccleſiæ *Chriſti Cantuarienſis* particularem, ad fidiſsimum, & antiquæ probitatis virum, deque Clero Anglicano optimè meritum, *Guilielmum Somnerum.*

Heu lapidum venerandaſtrues! ſic cerruis? Aedes
Sacrilegæ has audent ſic temerare manus?
Quæque feneſtrarum fracta eſt ſacra pagina[a]*: vultus*
Ampliùs & vitreos nec pia turba ſtupet.
Cæruleo quoties me pictus Dæmon amictu
Terruit! Huic rabies Culmeriana[b] *favet.*
Qui tantâ affecit pretioſas clade feneſtras,
Illæſum, hunc decuit, præteriiſſe patrem.
Nunc impunè licet pacem turbare ſepulchri:
Ampuſas hic naſum Præſulis, ille caput.
Quàm verè jacet hic Bartlettus, Boyſius[c] *illic!*
Nec ſatis utriſque eſt occubuiſſe ſemel.
Si parcas vivo, cervix ſit cæſa ſepulto:
Et ferias manes, miles amice, meos.
Ut radias nimio nunc Chriſti Eccleſia plumbo!
Majorum eſt pietas exitioſa tibi.
Ecce aurum liquefacta dabis, miramque per artem,
Campana Henrici[d] *fuſa,* Jacobus[e] *erit.*
Quin clypeum, galeámque pares, jam vilior umbra,
Et tumulum ſerves enſe, Edoarde, *tuum.*
Maxima debetur Nigri *reverentia buſto*
Principis[f]*, atque ignes læſa favilla teget.*
Perge tamen turpis noſtrorum mango Deorum:
Aedifices vettias in tua damna domus.
Inſtas; & applaudit voto mens præſcia noſtro,
Quæ prodat fraudes, & ſacra furta, dies.

Hinc quantum noſtro Somnero *Eccleſia debet!*
Hic raptas nullâ lege recenſet opes.
Hic priſcum Templi ruituri inſtaurat honorem:
Integra ſunt ſcriptis & monumenta ſuis.
Pro veris hic molitur chartacea templa:
Et ſolidum marmor picta columna refert.
Vel templum pinxiſſe plum eſt. Exempla nepotes
Quæ ſeri plorent, quæque imitentur habent.
Urbs ſatis antiqua hæc non te, Somnere, *ſilebit;*
Ingrata ob Librum[g] *ni velit eſſe tuum.*
Nomine tu Portas urbis, ſignáſque Plateas:
Per te diſtinctas novimus ire vias.

Auguſtè coluiſſe Deum, nec farre litaſſe,
Teſtatur noſtros quàm bene ſumptus avos!
Ah, nobis dici pudet hæc opprobria! noſtri
Aras deſtruimus quas poſuere patres.
Hæc tua, Chriſte, domus? Quis nudum in paupere Chriſtum
(Nam jejuna ſatis ſunt tua feſta:) fovet?
Non ſiccant calices convivæ, & ligna reponens
Ante focum parvo non furit enſe coquus.
Nil niſi munda fames, & inhoſpita tecta ſuperſunt:
Amiſſas querimur gens macilenta dapes.
Quàm cupimus reducem poſt triſtia tempora Clerum!
Qui populum meliùs paſcat, utróque modo.

Charolus Fotherbeius, Charoli Fotherbei,
ejuſd. eccleſiæ olim Decani, Nepos.

[a] Ibi enim ſacræ paginæ hiſtoria, egregiis picturæ coloribus, illuſtrata.

[b] Quidam enim, *Culmerus* nomine, direptorum fuit antefignanus.

[c] Quorum ſepulchra violata, & ſtatuæ dejectæ.

[d] Campana in editiſſima eccleſiæ turri, ſic vulgò dicta.

[e] Nummus apud noſtrates aureus, a *Jacobo* R. percuſſus.

[f] Sic cognominati, ob arta ejus in bello facta & ſuſcepta; cujus ipſa quibus militavit arma ad mauſoleum ejus appenſa.

[g] De *Antiquitatibus Cantuarienſibus.*

POSTERITATI SACRVM
IMPENSIS
EDOARDI DERALL

Cantuarienſis Eccleſiæ Cath:
facies aquilonalis.

Tho Johnſon delen.
Dan King ſculp.

19

appendiciis ejus, scilicet Slindon Scrippaneg, Seredun, Bucgrenoza, Beorgamstede, Thrismehamme, Hundanham-aquilonare, & aliud Hundanham.

Anno Domini DCLXXXVII. *Cedwalla* Rex, cum conjuge sua *Keneldritha*, dedit *Theodoro* Archiepiscopo, & familiæ Ecclesiæ Christi in *Dorobernia*, Geddinge & Wodetone, liberè sicut Aoesham.

Anno Domini DCLXXXXIII. *Withredus* Rex *Cancia*, dedit terram quatuor aratrorum pro amore Dei & *Brithwaldi* Archiepiscopi, ecclesiæ beatæ *Mariæ*, quæ sita est apud Liminge, quæ terra vocatur Hunhelmestun L. S. A.

Anno Domini DCCXLI. *Eadbright* Rex, dedit ecclesiæ Christi in *Dorobernia* capturam piscium in *Lambethe*. & alia quædam, ecclesiæ de Liminge, tempore *Cuthberti* Archiepiscopi. L. S. A.

Anno Domini DCCXLVII. *Eadbertus* Rex *Cantiæ* dedit ecclesiæ de Reculure, tempore *Bregwini* Archiepiscopi tributum unius navis in villa de Fordwic.

Anno Domini DCCLXXXIIII. *Offa* Rex, *Janiberto* Archiepiscopi rogante, dedit monachis ecclesiæ Christi *Dorobernia* Hlyden juxta *Sandwicum*. L. S. A.

Eodem Anno *Offa*, rex totius *Angliæ*, dedit *Janiberto* Archiepiscopo ad ecclesiam Christi *Dorobern*: terram trium aratrorum, quam *Cantiani* Anglicè dicunt thre swolinges, in occide tali parte regionis quæ dicitur Persinaze, ubi nominatur illa terra data Hlyden. Et signatum est hoc scriptum signis prædicti Regis & Archiepiscopi, & similiter *Kinedritha* Reginæ, trium Episcoporum, quinque Abbatum, *Edbaldi* Ducis, & xj. Principum.

Wallafus dedit Bramling Monachis ecclesiæ Christi *Cantuar*. qui illud habuit ex dono *Edwlfi* Regis idem donum confirmantis ut scriptum suum inde testatur.

Anno Domini DCCLXXXIIII. *Eadmundus* Rex *Kancie*, dedit *Hwætredæ* Abbati de Reculure, & ejus familiæ ibidem degenti Scheldwihe scilicet terram xij. aratrorum. L. S. A.

Anno Domini DCCXC. *Offa* Rex *Anglorum* anno Regni sui xxxviij. ad instigationem *Athelardi* Archiepiscopi, dedit Ecclesiæ sancti *Salvatoris* in *Dorobernia* xc. tributaria terræ bipartita in duobus locis, lx. in loco qui dicitur, Lingahese & Geddingas circa rivulum qui dicitur Fiscesburna, & xxx. in aquilonali ripa fluminis Tamis, ubi appellatur Twicanham: lx. ad emendationem Ecclesiæ *Salvatoris*, & xxx. ad indumentum fratrum qui Deo serviunt in illa sancta Ecclesia.

Anno Domini DCCXCI. *Offa* Rex dedit Ecclesiæ Christi *Dorobernia* Otteford, & terrâ quindecim aratrorum in Provincia *Cancie* nomine Pecham, ad cibum monachorum. Perhamstede Roking & Andred ad pascua porcorum. Dunmalingdene, Sandhersh, Suthelmingdene. Et in silvis quæ dicuntur Bocholte & Blean Heanbric. Et aliud inter torrentem nomine Forthburnan & Aghne, Dgaresmike, treou, & pastum unius gregis juxta Theningden, & quinquaginta porcorum binnan Suæde.

Eodem anno *Cenulfus* Rex, rogatu *Athelardi* Archiepiscopi *Dorobernia* dedit vicario munere terram duodecim aratrorum ubi dicitur Tenham, ad metropolim *Salvatoris* Ecclesiam in *Dorobernia*. Hanc munificentiam maximè fecit Rex, quia idem Archiepiscopus gratia recompensationis terram xij aratrorum dedit in loco ubi dicitur Cregeseuulina.

Anno Domini DCCXCIX. *Cenewlfus* Rex, Archiepiscopo *Athelaldardo* rogante, Ecclesiæ Christi in *Dorobernia* reddidit terras quas *Offa* Rex abstulerat *Janiberto* Archiepiscopo, scilicet Therring, Selebertes, Thert, ad vestimentum monachorum Bruningland & Burne.

Anno Domini DCCCIV. *Cenulphus* Rex & Rex *Cuthredus* dederunt Ecclesiæ de Liminge, ubi jacet corpus beatæ *Eadburgæ* sex manturas in civitate *Dorobernia*, rogatu *Athelardi* Archiepiscopi.

Anno Domini DCCCV. *Athelardus* Archiepiscopus dedit, vel potius restituit, monachis Ecclesiæ *Dorobern:* villam dictam Buxne, ad victum monachorum, scilicet terram quatuor aratrorum, quam terram prius homo bonus, nomine *Aldhun*, qui in hac regali villa hujus Civitatis Præfectus fuit, prædictis monachis contulit ad victum, sed rapacitate *Offæ* Regis de eadem terra privata est eadem Ecclesia L. S. A.

Eodem anno *Cuthredus* Rex *Cancia*, cum licentia *Cenulphi* Regis *Mercia*, tempore *Wlfredi* Archiep. dedit Ecclesiæ Christi *Cantuar:* terram duorum aratrorum, quæ dicitur Bocholte & Ringescualand L. S. A.

Eodem anno *Cenulphus* Rex dedit *Wlfredo* Archiepiscopo, ad opus Ecclesiæ Christi in *Dorobernia*, terram x. aratrorum scilicet Birle. L. S. A.

Anno Domini DCCCIX. *Cenulphus* Rex *Cancia* dedit *Wlfredo* Archiepisc. *Dorobernia* & monachis Ecclesiæ Christi, terram septem aratrorum, quæ dicitur Boreham L. S. A.

Anno Domini DCCCXI. *Wlfredus* Archiepisc. emit à *Cenulpho* Rege has terras, ad opus Ecclesiæ Christi in *Dorobernia* scilicet Gravenea, Cassingburnam, Calmestede, Sunthunigland, juxta Gravene & Appingland. L. S. A.

Anno Domini eodem, *Wlfredus* Archiepisc. *Dorobernia* concambium fecit cum conventu suo de Villa de Eastria pro Burne.

Anno Domini DCCCXIV. *Cenulphus* Rex dedit *Wlfrido* Archiepiscopo, & monachis in Ecclesia Christi *Dorobernia* circiter xxx. jugera inter duos gremiales rivos fluminis quod dicitur Stour, & vocatur terra illa Brime L. S. A.

Lyfchild dedit Pidentone *Wlfredo* Archiepiscopo, & monachis ecclesiæ Christi *Cant:* & postea, scilicet anno Domini DCCCXXII. *Cenulphus* Rex *Merciorum* idem donum confirmavit, ab omni seculari gravitate liberum, & fiscali tributo.

Anno Domini DCCCXXII. *Cenulphus* Rex dedit *Wlfredo* Archiepiscopo Coppanstan, Cretamarse & Shaldeford. L. S. M.

Eodem anno *Beornulphus* Rex *Merciorum*, dedit Ecclesiæ Christi Godmersham, ad victum & vestitum monachorum rogante *Wlfredo* Archiepiscopo L. S. A.

Eodem anno *Wlfredus* Archiepiſcopus *Dorobernie*, concilium cælebravit in loco præclaro qui dicitur **Cloveſho**, præſente *Beornulpho* Rege *Merciorum*, ſuper libertate Eccleſiæ, ubi idem Archiepiſcopus recuperavit quaſdam terras Eccleſiæ Chriſti *Dorobernia* ablatis, ſcilicet **Hargheſ**, **Hereſoꝛdingland**, **Wambelean**, **Godoin** & **Cumbe**.

Anno Domini DCCCXIII. *Cenulfus* Rex dedit *Wlfredo* Archiepiſcopo quandam terram infra mœnia urbis *Dorobernie*, ſcilicet lx. pedum in longitudine & xxx. pedum in latitudine, partem etiam extra civitatem ab aquilone civitatis xxx. jugera, xxv. in arido campo & v. acras prati.

Liffanus dedit **Southcherch** monachis Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* Et poſtea *Celulfus* Rex *Merciorum* dedit eiſdem, & idem donum confirmavit.

Anno Domini DCCCXXIV. *Wlfredus* Archiepiſcopus dedit monachis Eccleſiæ Chriſti *Dorobern:* **Cghethoꝛne** & **Langedone** pro commutatione de **Bereham**.

Item idem dedit eidem villam quæ dicitur **Caſtur-Waldington** in occidentali plaga Eccleſiæ Chriſti, infra mœnia urbis *Dorobernie*, intra ripam fluminis **Stoure**.

Item idem dedit eiſdem terram quæ vocatur **Folquingland** in regione *Eſtria*. Ruriculum quoque unius aratri in loco qui vocatur **Byri**.

Anno Domini DCCCXXVIII. *Wiglaf* Rex *Merciorum* dedit Eccleſiæ Chriſti *Dorobern:* & *Wlfredo* Archiepiſcopo ejuſdem Eccleſiæ, **Bꝛote-welle** in **Hido**. L. S. A.

Anno Domini DCCCXXX. *Werhardus* preſbyter præpotens in *Anglia*, de præcepto Archiepiſcopi dedit monachis Eccleſiæ Chriſti *Dorobern:* terras prius ablatas, ſcilicet **Hargheſ** civ. hidas. **Otteſoꝛd** c. hidas. **Gꝛabeneyam** xxxij. hidas. **Buznan** xliv. hidas. **Heſwalun** x. hidas. **Bereham** xxxvj. hidas, &c.

Anno Domini DCCCXXXII. Rex *Athulphus* inſtinctu *Ceolnothi* Archiepiſcopi dedit **Cbveneyam**, **Deꝛtheſia**, **Pittanham**, **Langeboꝛnam**, **Blakeboꝛnhamme**, **Pleguuinhamme**, **Ofneyanune**, & ſilvam quæ vocatur **Oſtryndon**, & villam juxta civitatem *Dorobernie* quæ vocatur **Bertun**, ad quam pertinent quinque jugera & duo prata apud **Scertingan**, & aliud apud **Tanintun**, omnia L. S. A.

Ethelwlfus Rex dedit **Loſe** *Suete* viduæ & filiæ ejus, & illæ dederunt monachis Eccleſiæ Chriſti *Cantuar:* & eſt de veſtitu eorum.

Anno Domini DCCCXXXV. *Cinewarra* Abbatiſſa dedit *Humberto* Duci terram juris ſui, nomine *Wirceſmuth*, ea conditione ut omni anno det Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* pro gablo, plumbum trecentorum ſolidorum ad opus ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopo *Ceolnotho*, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum.

Eodem anno **Hadleghe** in *Suthfolca* data fuit per *Elfledam* ſciente & conſentiente *Etheldredo* Rege.

Anno Domini DCCCXXXVIII. *Ecgbertus* & *Athelwlphus* Rex filius ejus, dederunt Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* **Pallings** in **Southſexan**, quod viz. manerium prius eidem Eccleſiæ dedit *Baldredus* Rex; ſed quia non fuit de conſenſu magnatum regni, donum id non potuit valere, Et ideo iſto anno in concilio apud **Kingſtone** celebrato ab Archiepiſc. *Dorobernie Ceolnotho*, reſtauratum eſt Eccleſiæ antedictæ. L. S. A.

Anno Domini DCCCXXXIX. *Ceolnothus* Archiepiſcopus propria pecunia ſua emit **Chert** a quodã principe vocato *Halethe* concedente Rege *Athelwlfo*, & eandem villam Eccleſ. Chriſti monachis dedit L. S. A.

Anno Domini DCCCXXXIX. *Athulphus* Rex dedit *Ceolnotho* Archiepiſcopo **Caſtreaſta Delham**, ſcil. vij. jugera, quæ viz. terra adjacet Eccleſiæ S. *Mariæ* de **Liming** L. S. A.

Anno Domini DCCCLXXI. *Elfredus* Dux dedit *Etheldredo* Archiepiſc. *Dorobernie*, & monachis ejuſdem Eccleſiæ villam de **Cherthам**, ad veſtitum monachorum, ut patet per chartam ſuam inde confectam, quam potius Codicellum dicimus.

Anno Domini DCCCXCV. **Weſingwerhs** juxta flumen quod *Romeneya*, datum fuit per *Plegmundum* Archiepiſcopum Eccleſiæ Chriſti.

Anno Domini DCCCXLIX. **Heth** datur per *Elfredum* Regem *Plegmundo* Archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis, ad opus Eccleſiæ & Monachorum.

Anno Domini DCCCCXXIII *Wlfelmus* Archiepiſcopus agros comparavit ab incolis qui nominantur **Waldland** & **Wlfrethingland**, juxta locum qui dicitur **Kethercheap**, extra portas *Dorobernie*.

Anno Domini DCCCCXXVII. *Athelſtanus* Rex pro anima patris ſui *Edwardi* & honore *Wlfelmi* Archiſacerdotis *Dorobernie*, dedit **Folkſtane** ſitam ſuper mare, ubi quondam fuit Monaſterium & Abbatia ſanctarum virginum, ubi etiam ſepulta eſt S. *Eanſwitha*, qui locus à Paganis deſtructus fuit L. S. A.

Anno Domini DCCCCXXXIV. *Ælfleda* dedit **Hamme** Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.*

Anno Domini DCCCCXXXIX. *Winhelmus* dedit *Wlfelmo* Archiepiſcopo *Dorober:* xj. agros à meridie *Dorobernie*. Et eſt terra illa circumdata his terminis. Ab oriente **Adredland**, ab aquilone **Kingſland**, à meridie publica ſtrata, & ab occidente **Brightelmeſland**. Factum fuit donum iſtud in præſentia *Athelſtani* Regis.

Anno Domini DCCCCXL. *Eadulphus* Dux per conceſſionem Regis *Athelſtani*, præſente *Wlfelmo* Archiep. dedit **Pepeham** L. S. M.

Anno Domini DCCCCXLI. **Pꝛeſtantun**, **Wingham**, **Wolecumbe**, **Swerdlingan**, **Boſington** & **Gꝛabeney** reſtitut: Eccleſiæ per *Eadmundum* Regem, & *Eadredum* fratrem ejus, & *Edwinum* filium ejuſdem *Edmundi*.

Athelſtan Rex dedit villam de **Terrings** ſitam ſuper mare in **Suthſexan**, Eccleſiæ Chriſti in *Dorob:* L. S. A.

Anno Domini DCCCCXLIII. *Eardulfus* Rex *Cantiæ*, dedit *Heabberthæ* Abbati de **Racul**, & ejus familiæ, ſcil. Monachis conſiſtentibus in illo loco vocato **Raculfre**, & etiam unius aratri in loco qui nominatur **Perhamſtede**.

Anno Domini DCCCCXLVII. **Petchings** dat. eccleſiæ per *Wlfricum*, præſente & conſentiente Rege *Edredo*, matreque ejus Regina *Eadgiva*, *Odoneque* archiepiſcopo *Dorobernie*, *Wlſtano*

Archiepiſcopo

Archiepiſcopo & aliis multis nobilibus. L. S. A.

Anno Domini DCCCCXLIX. *Edredus* Rex, præſente *Odone* archiepiſ. *Eadgiva* regina matre ipſius *Edredi*, dedit eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* Monaſterium *Raculfenſe*, bis denis ſemiſque eſtimatum caſatis, cum omnibus pertin. ſive littorum, ſive camporum, agrorum, ſaltuumvè. L. S. A.

Anno Domini DCCCCLVIII. villa de **Icetham** data fuit per *Athelwardum*, præſente *Odone* Archiepiſcopo.

Anno Domini DCCCCLX. *Ediva* Regina, alio nomine dicta *Edgiva*, ſcil. mater *Edmundi* & *Eadredi* Regum, dedit **Hepeham, Coulings, Oſterland, Leanham, Petham, Farnleghe, Honketon,** & **Addingtone,** huic Eccleſiæ.

Anno Domini DCCCCLXIII. *Dunſtanus*, de conſenſu Regis *Edgari* dedit huic Eccleſiæ **Fengg.** vij. aratrorum, quod Anglicè dicitur vij. **hides,** emptorum de *Ingelram* optimato ejuſdem regis.

Anno Domini DCCCCLXIV. *Ethelſtanus* conſentiente & concedente Archiepiſc. *Dunſtano* dedit Eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Limings,** ubi ſepulta eſt ſancta *Eadburga*, terram unius jugeri quæ **Uleham** nominatur.

Anno Domini DCCCCLIX. *Egelredus* Rex dedit Eccleſiæ in *Dorobernia* **Sandwich,** ad veſtitum Monachorum, & **Eſtrepam** ad cibum monachorum L. S. A.

Anno Domini DCCCCXCI. *Aſcwinus Dorſetenſis* Epiſcopus reddidit Eccleſiæ Chriſti *Alfrico* Archiepiſcopo **Risbergh.**

Anno Domini DCCCCXCVII. *Elfgiva* regina dedit Eccleſiæ, **Pelwinton** & **Pzotewelle** in regione de **Drindfozd,** & calicem aureum cum patena aurea, in quo ſunt xiij. marcæ de puro auro, & duo dorſalia de pallio, & duas capas de pallio cum taſſellis auro paratis L. S. A.

A. D. DCCCCLXXX. *Athelſtanus* filius *Aelfredi*, de conſenſu & licentia ejus dedit Eccleſiæ *Dorobernia* **Polingburnan,** ad cibum Monachorum, quam villam emit a patre L. S. A.

Edmundus Rex filius *Ediva* Reginæ dedit **Pzeſton & Epiwartone** monachis Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* & eſt de victu eorum.

A. D. DCCCCXLI. Dux *Britannebus* iturus ad bellum contra paganos dedit **Laling, Illech, Hadlegh,** conſentiente Rege *Ethelredo*, præſente *Sirico* Archiepiſcopo *Dorobern.*

A. D. MIII. *Ethelredus* Dux dedit Eccleſiæ Chriſti particulam terræ in *Dorobernia*, quam ſibi Rex *Ethelredus* dedit, xv. virgatarum in longitudine, & viij. in latitud. & vj. agros extra murum. Termini terræ infra murum ſunt hii. In orientali parte, terra Regis, in parte auſtrali, placea civitatis. In occidente terra Eccleſiæ Chriſti. In aquilone cæmiterium Chriſti.

A. D. MVI. *Ethelredus* Rex confirmavit omnes donationes terrarum quæ datæ ſunt Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia*, & ſuper hoc ſcriptum ſuum dedit *Elfrico* Archiep. cum piſcationibus, venationibus, aucupationibus & aliis omnibus libertatibus, exceptis illis tribus in **Adetham,** ſigno ipſius confirmatum, una cum xxxj. ſignis optimatum ſuorum.

Eodem anno *Ethelris* & *Leofwina*, annuente Rege *Ethelredo*, dederunt **Bocking** & **Perſey** ad victum monachorum.

A. D. MX. *Elfegus* Archiepiſcopus adjunxit Eccleſiæ Chriſti *Cantuar.* quandam terram nomine **Merehozne, Fremingham,** & **Wodeton,** & eſt de veſtitu monachorum L. S. A.

A. D. MXVIII. **Pelteham** & **Cheyham** duæ villæ in regione *Surreya* dat. per *Ethelſtanum*, qui & *Livingus*.

Eodem anno *Knuht* Rex dedit *Livingo* Archiepiſcopo, ad opus Eccleſiæ, ſilvam **Paſelehert** L. S. A.

A. D. MXXIII. *Kanutus* Rex dedit Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* portum de *Sandwico*, cum corona ſua aurea, quæ adhuc ſervatur in capite crucis majoris in navi ejuſdem Eccleſiæ. Portum illum dedit monachis cum theolonio ejuſdem villæ, wreceo maris, & omnibus aliis conſuetudinibus ad portum illum pertinentibus.

A. D. MXXXII. **Apuldze, Dzpintone, Palſtre,** & **Wihttriſcheham** dat. Eccleſiæ per *Edſinum* preſbiterum conſentientibus *Canuto* rege, & *Elfgiva* regina ſua.

A. D. MXXXVI. *Theored.* conſentiente & concedente *Knutone*, dedit **Porſleghe** ad opus & victum monachorum. L. S. A.

Memorandum quod idem rex *Knute*, confirmavit privilegia prædeceſſorum ſuorum legalia, in libertatem monaſteriorum infra *Kanciam* poſitorum.

Eodem anno **Hethe & Haltwode** data Eccleſiæ per unum de principibus *Angliæ*, nomine *Haldene.*

Eod. anno **Godmerſham** data fuit Eccleſiæ per *Egelnotum* Archiepiſc.

A. D. MXXXVIII. *Knuthus* rex reddidit Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* villam de **Folkſtane,** quam olim rex *Athelſtanus* filius regis *Edwardi* eidem Eccleſiæ dedit: ea conditione hanc donationem fecit *Knutus*, ut nunquam alienaretur eadem villa per Archiepiſcopum, ſine licentia regis & monachorum.

Wiſtanus cognomento *Wildepreoſt*, annuente Domino ſuo *Hardeknuto*, dedit huic Eccleſiæ **Thurrock.**

A. D. MXLIV. *Egelricus Biege* dedit huic Eccleſ. **Chert, Stouting,** & **Pilefune.**

A. D. MXLVI. **Wligith** relicta **Elfwine,** & *Godwinus*, conſentiente ſancto *Edwardo* rege dederunt Eccleſiæ Chriſti in *Dorobernia* **Odſteve** & **Googeſhale** in **Eſſex** ad victum monachorum L. S. A.

A. D. MLII. Villæ de **Chertham** & **Walewozth** conceſſæ & confirmatæ fuerunt per ſanctum *Edwardum*, cum maneriis jam habitis, & multis libertatibus conceſſis. Prædictam villam **Walewozth** *Edmundus* rex dedit cuidam joculatori ſuo nomine *Hizardo*. Tempore tandem regis *Edwardi* idem *Hizardus* volens limina Apoſtolorum *Romæ*, venit ad Eccleſiam Chriſti in *Dorobernia*, & per conſenſum & conceſſionem regis *Edwardi* dedit eandem villam eidem Eccleſiæ Chriſti, chartam quoque ejuſdem terræ poſuit ſuper altare Chriſti, &c.

Siwardus & *Mathildis* uxor ejus dederunt **Perſham,** monachis Eccleſiæ Chriſti *Cantuariæ*. Sancto *Edwardo* rege A. D. MLI. per ſcriptum ſuum idem donum confirmante, & eſt de cibo eorũ.

Eod. anno Sake Sokne & aliæ libertates concessæ & confirmatæ per S. *Edwardum*.

Carta ejusdem de libera Warenna.

A. D. MLIV. *Brithmerus* civis London dedit Ecclesiæ *Cantuar.* mesuagium suum apud Gerscherche, & de licentia & consensu Stigandi Archiepisc. & *Godrici* decani dedit etiam Ecclesiam omnium sanctorum testimonio *Leisstani Portreve* & aliorum.

Willielmus Rex conquestor reddidit manerium de Haltone in comitatu Buck: monachis Ecclesiæ Christi *Cantuar.* antiquis & modernis temporibus à jure ipsius Ecclesiæ ablatum, & multa alia ut in martilogio continetur, Et plenius scriptum suum inde confectum testatur. Pro Deo & salute animæ suæ gratis hoc fecit & sine ullo prætio.

A. D. MLXXV. Conquestor confirmavit donum fratris sui *Odonis*, Episcopi *Bajocensis*, & Comitis *Cancie*, de domibus in *Sandwico*, datis Ecclesiæ, &c.

Carta regis *Willielmi* conquestoris ut Monachi *Cantuar.* omnes terras suas liberè teneant.

Similis Carta regis *H.* 1. & 2.

A. D. MLXXIII. conquestor confirmavit *Lanfranco* Archiepiscopo, omnes consuetudines in Ecclesia de Newenton antecessorum ejus, & in Ecclesia S. *Martini* de Dostris & in Scapeia.

Carta ejusdem de eadem in omnibus Dominicis Ecclesiæ Christi *Cantuar.*

Carta ejusdem Anglicè & Latinè de libertatibus Ecclesia *Christi Cantuar.* concessis.

Carta ejusdem de libertatibus quas *S. Edw.* concessit eid. Ecclesiæ *Christi Cant.* concessis.

Carta regis *Henrici* primi de eisdem.

Carta regis *Richardi* de eisdem.

Carlemannus levita dedit Broke Ecclesiæ *Christi Cantuar.* & postea *Hen.* rex primus idem manerium per cartam suam eidem Ecclesiæ contulit, & *Henricus* rex 2. per chartam suam idem manerium confirmavit.

A.D. MVI. rex *Henricus* rogatus ab *Anselmo* archiepiscopo reddidit Ecclesiæ *Christi Cantuar.* villam quæ vocatur Slindone in Suthser.

Carta regis *Hen.* 1. *Hen.* 3. & *Richardi*, de Geld & Danegeld. *Anselmus* Archiepiscopus *Cantuar.* reddidit monachis Ecclesiæ suæ medietatem altaris *Christi*, quam in manu sua habebat post mortem prædecessoris sui *Lanfranci* archiepiscopi, qui eis aliam medietatem, cognita veritate quod ad illos pertineret, in vita sua reddiderat. Similiter & manerium de Stistede eis reddidit idem *Anselmus*, eò quod ad eos pertinere scitur.

A. D. MCXXX. *Henricus* rex primus dedit Ecclesiam sancti *Martini* Dover Monachis Ecclesiæ *Christi Cantuar.* in dedicatione ejusdem Ecclesiæ *Cant.* cum omnibus pertinentiis & provenien. tam in terra quam in mari, ut inde charta testatur.

A. Eodem, *Willielmus* Archiepiscopus dedit octo libras annui redditus de manerio suo de Recultvere, monachis Ecclesiæ Christi *Cant.* in dotem ipsius Ecclesiæ in perpetuum & hoc tempore regis *Hen.* 1. quod donum S. *Edmundus* Archiepisc. postea confirmavit.

A.D. MCXLVI. *Henricus* de *Rya* seisivit Eccles. Christi *Cant.* de manerio de Diepham, per quendam cultellum super altare Christi, præsentibus *Theobaldo* Archiepisc. *Waltero* Priore, aliisque multis; & acceptus fuit in fraternitatem à prædictis Archiepisc. & Prior. anno supradicto. Quam donationem *Hen.* rex 2. confirmavit.

Manerium de Berkesore datum per *Stephanum* regem, ad inveniendum lumen, ante capsam beati *Anselmi* Archiepiscopi.

Henricus rex secundus dedit & confirmavit Deo, beato *Thomæ* & Ecclesiæ S. *Trinitatis Cantuar.* xv. libratas redditus in Berkesor, in *Hokes Aisse* & *Rissendona*, & xxv. libratas redditus in *Leisdona*, & ita liberè, &c. sicut ego, &c.

Willielmus Tracy dedit Doccombe tempore *Hen.* secundi idem donum confirmantis.

Carta regis *Hen.* secundi de via circa murum ceniterii nostri.

Carta ejusdem de terra nostra super montes de Hollingborne.

Carta ejusdem de libertatibus nostris liberè tenendis.

Carta Regis *Stephani* de eisdem.

A. D. MCXCIX. *Richardus* rex primus, anno regni sui primo dedit boscum de Blean, monachis Ecclesiæ Christi *Cant.* per unum par cirotecarum, salvo tamen uno summario quem pater ejusdem regis concessit Ecclesiæ & canonicis S. *Gregorii* in eod. bosco.

Duæ cartæ *Alianoræ* Reginæ de xiij. tenementis in Judaismo *Cantuar.*

Carta ejusdem de maneriis de Terstane & Westfarlegh, cum advocationibus Ecclesiarum de Westclive & Westerham pro portu de Sandwice, quam donationem *Edwardus* rex primus per cartam suam confirmavit.

A. D. MCCCXXVI. Dominus *Walterus Raynold* Archiepisc. de licentia speciali *Ed.* regis 3. dedit monachis Ecclesiæ Christi *Cant.* manerium de Caldecote juxta *Cantuar.* cum bosco de Torholte, & cum omnibus & singulis libertatibus.

A. *R. R. Ed.* 3. xxvii. *Richardus Boviton* de licentia speciali ejusdem regis, dedit manerium suum de Bovyton, cum omnibus pertinen. in villa de Bocking in com. Eſſex, Priori & Conventui Ecclesiæ *Christi Cant.*

Dominus *Edwardus* Princeps filius regis *Ed.* 3. dedit monachis Ecclesiæ *Cantuar.* manerium de Fawkeshall eodem rege *Edwardo* idem donum confirmante, ad sustentationem duorum capellanorum in eadem Ecclesia celebraturorum.

Edwardus 3. anno regni sui xxxviii. dedit in excambium Priori & Conventui Ecclesiæ *Christi Cantuar.* manerium de Boxle in com. Eſſex, pro consuetudinibus & redditibus una cum omnibus juribus, &c. quæ idem P. & C. habuerunt vel habere aliquo modo potuerunt in villa & portu de *Sandwico*, cum aliis redditibus in Insula de Scapeia, ut in carta, &c.

Carta regis *Hen.* 4. ne furagium capiatur ubicunque in comitatu *Cancie* ad equos sustentandos in castello Dover.

Item Carta ejusdem regis, de via infra murum civitatis *Cant.* quæ ducere solebat de Northgate usque Queningate.

CANT-

Figura Scrinij S. Thomæ Cantuariensis ex M.S. in Bibliotheca Cottoniana desumpta.



Eod. anno **Sake Sokne** & aliæ libertates concessæ & confirmatæ per S. *Edwardum*.

Carta ejusdem de libera Warenna.

A. D. MLIV. *Brithmerus* civis **London** dedit Ecclesiæ *Cantuar.* mesuagium suum apud **Gers-**

Theobaldo Archiepisc. *Waltero* Priore, aliisque multis; & acceptus fuit in fraternitatem à prædictis Archiepisc. & Prior. anno supradicto. Quam donationem *Hen.* rex 2. confirmavit.

Manerium de **Berkesore** datum per *Stepha-*



pue. postea confirmavit.

A.D. MCXLVI. *Henricus* de *Rya* seisivit Eccles. Christi *Cant.* de manerio de **Diepham**, per quendam cultellum super altare Christi, præsentibus

atque **Wenningate**.

CANT-

Figura Scrinij S. Thomæ Cantuariensis ex M.S. in Bibliotheca Cottoniana desumpta.

Quæ Saxeo operi eminebant, è ligne fuere singula. Clinodia aurea gemmosa, aureis laminis tecta, & vinculis deaura tis nexa; gemmis insuper aureis, monilibus vtpote, Gemmorū imagūculis aūulisque decem puta, aut duodecī in auream aream compositis.

Spolia hæc sacra cistas binas, quales vix sex aut octo robustissimi è Templo deportare valebant, impleverunt.

Gemmam insignem vna cum Angelo eam indigitante, quam Galliarum Rex obtulit, Henricus ille annulo inseruit, & in pollice rapaci gestavit.

Loculus ille, quem vides ferreum: ossa Tho: Becketti cum calvâ, necnon ruptâ illa cranij parte, quæ mortem inferebat complectebatur.

Ro. Lauserin fecit

CANTUARIENSE
Cœnobium S. Augustini.

Ex Chron. *MS. Thomæ Sprot* monachi S. *Augustini Cant.* in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie vitellij D. 11.]

LUX vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, etsi novo lucis suæ radio, totam illustret Ecclesiam, dum beatum *Gregorium* suæ Ecclesiæ summum præfecit pastorem et pontificem; specialiùs cum gentem visitavit *Anglicam*. Cum eam de tenebris, & umbra mortis dignatus est evocare ad lucis suæ fidei notitiam. *Gregorius* namque in summum Pontificem ordinatus, quarto nonas Septembris sub anno domini DXCIJ. verbum Dei quod ipse & in persona propria genti *Anglorum* prædicare disposuerat, divino admonitus instinctu, per suum alumnum Dei servum *Augustinum* explere curavit. *Gregorius* igitur quinto ordinationis sui anno, videlicet sub anno Domini DXCVJ. misit beatum *Augustinum* & alios cum eo quam plures monachos ac verbi Dei ministros quasi numero quadraginta genti *Anglorum* fidem prædicare catholicam, qui Dei ministri qualiter se gerebant in itinere versus *Angliam* qualiterque *Angliam* venientes in *Thanet* applicuerunt; qualitervè à rege *Athelberto* suscepti fuerant, qualiterque *Cantuariam* pervenerant pertractare omitto; cum hæc omnia in textu vitæ *Augustini* pertractentur. *Augustinus* igitur cum suis sociis, locum in civitate *Cantuariæ* adeptus, vitam cepit imitari Apostolicam. Interea Rex *Athelbertus* fervorum Dei vita mundissima delectatus, & promissis eorum suavissimis, quæ miraculorum ostentione vera esse perspexerat, in fide roboratus catholica cum suis commilitonibus baptizatus est in die Pentecostes sub anno domini DXCVII. Rege itaq; baptizato & in fide confirmato *Augustinus* ad civitatem *Galliarum Arelatensem* progreditur, & ab ejusdem urbis Episcopo *Etherio* in Episcopum ordinatur, sub die XVJ calendas Decembris, Ordinatusque *Augustinus Angliam* rediit, & cum gloria & omni qua decuit solemnitate à rege & populo susceptus, atque in civitate *Cantuaria* sedem Episcopalem adeptus, continuò *Laurencium* Presbyterum, & *Petrum* Monachum *Romam* misit, qui beato Pontifici *Gregorio* referrent regem cum regno fidem *Christi* suscepisse, & se ipsi genti *Anglorum* Episcopum fore ordinatum, simul & de iis quæ necessaria videbantur quæstionibus ejus consulta efflagitans. Quæ si quis plenius scire desiderat *Bedam* de gestis *Anglorum* legat, & ibi desiderata reperiet. Interea *Augustino* sedem Episcopalem, ut supra diximus, in civitate *Cantuariæ* adepto, recuperavit in ea Ecclesiam regio fultus auxilio, quam ibidem antiquo fidelium *Romanorum* opere factam fuisse didicerat, & eam in nomine sancti Salvatoris Dei, & domini nostri *Jesu Christi* consecravit; atque ibidem habitationem sibi statuit, & cunctis successoribus suis, quæ usque in hodiernum diem vocatur *Ecclesia Christi Cantuariensis* totius *Angliæ* Nutrix & Metropolis. Erat autem non longè ab ipsa civitate, ad Orientalem, quasi medio itinere inter Ecclesiam sancti *Martini*, & muros civitatis situm, phanum, sive ydolum, in quo idem rex *Athelbertus*, secundum ritum gentis suæ solebat orare, & una cum plebe suæ, demoniis magis quam Deo, immolare: Quod phanum statim ut ab *Etherio Arelatensi Augustinus* Episcopus ordinatus, ut subscribitur, Angliam est regressus, ab inquinamentis, & sordibus gentilium purgavit, & simulacro quod in ea erat confracto, Synagogam mutavit in Ecclesiam, & eam in nomine sancti *Pancratii* Martyris dedicavit: Et hæc est prima Ecclesia ab *Augustino* dedicata. Extat adhuc altare in porticu ejusdem Ecclesiæ australi, in quo idem *Augustinus* solebat celebrare, ubi prius steterat simulachrum regis. His itaque gestis *Augustinus*, prædictam sancti *Pancratii* Ecclesiam una cum terra adjacente à rege obtinuit. In cujus fundo prædictus rex *Athelbertus*, hortatu beati patris *Augustini*, Ecclesiam in honore sanctorum Apostolorum *Petri* & *Pauli* à fundamentis construxit, & Monachos inibi perpetuis temporibus deservituros in eadem ecclesia instituens, donis variis & possessionibus dotavit eandem, & in eadem Ecclesia præfatus rex sibi & successoribus *Cantuariorum* regibus sepulturam elegit. In hac etiam Ecclesia *Augustinus* se & suos successores, *Cantuarienses* Pontifices, statuit sepeliri.

A°. D. 592.

A°. D. 596.

Edwardus, dei gratia, rex *Anglie* (&c.) Archiepiscopis (&c.) Salutem. Impetramus cartam bonæ memoriæ *Athelberti*, quondam regis *Anglie*, in hæc verba. *In Nomine Domini Jesu Christi.* Omnem hominem qui secundùm Deum vivit, & remunerari à Deo sperat & optat, oportet ut piis precibus consensum hilariter, & ex animo præbeat, quoniam certum est tanto facilius ea quæ ipse a Deo poposcerit cõsequi posse, quanto, & ipse libentiùs Deo aliquid concesserit. Quocirca ego *Athelbertus* rex *Kancie*, cum consensu venerabilis archiepiscopi *Augustini*, ac principum meorum, do, & concedo Deo in honore sancti *Petri*, aliquam partem terræ juris mei, quæ jacet in oriente civitatis *Doroberne*; Ita duntaxat ut Monasterium construatur, & res quæ supra memoravi, in potestate Abbatis sit, qui ibi fuerit ordinatus. Igitur adjuro & præcipio, in nomine domini Dei omnipotentis, qui est omnium rerum Judex justus, ut præfata terra subscripta donatione sempiternalitèr sit confirmata, ita ut nec mihi, nec alicui successorum meorum, regum aut principum, sive cujuslibet conditionis, dignitatibus & ecclesiasticis gradibus, de ea aliquid fraudare liceat.

Rot. Cart. de a 36. E. 3.

Si quis verò de hac donatione nostra aliquid minuerit, aut irritum facere temptaverit, sit in præsenti separatus à sancta communione corporis & sanguinis Christi, & in die judicii, ob meritum malitiæ suæ à consortio sanctorum omnium segregatus. Circumcincta est hæc terra his terminis; in oriente Ecclesia sancti *Martini*, in meridie via de Burgate, in occidente, & in aquilone Dunstretestrete. Acta in civitate *Doroberniæ*, anno ab incarnatione Christi DC.V. Indictione VJ. ✠ Ego *Ethelbertus* rex *Kancie*, sana mente, integroque concilio, donationem meam signo sanctæ crucis propria manu roboravi confirmaviq;. Ego *Augustinus* gratia Dei Archiepiscopus testis consentiens libenter subscripsi. *Edbaldus*, *Haungisilus*, *Angemundus*, *Referendarius*, *Hella*, *Gracys*, *Thungyl*, *Pinca*, *Geddy*.

A. D. 605.

IN

Ex Registro S *Augustini Cantuar.* in bibl. *Cottoniana* [subscriptione Claudii D. 10.] f. 9 a.

IN *Nomine Domini nostri Jesu Christi.* Notum sit omnibus tam præsentibus quam posteris, quod ego *Athelbertus* Dei gratia Rex *Anglorum* per evangelicum genitorem meum *Augustinum* de idolatra factus Christicola, tradidi Deo per ipsum antistitem aliquam partem terræ juris mei sub orientali muro civitatis *Dorobernie*, ubi scilicet per eundem in Christo institutorem, Monasterium in honore Principum Apostolorum *Petri* & *Pauli* condidi, & cum ipsa terra, & cum omnibus quæ ad ipsum monasterium pertinent perpetua libertate donavi, adeo ut nec mihi, nec alicui successorum meorum regum, nec ulli unquam potestati sive ecclesiasticæ, sive seculari, quicquam inde liceat usurpare, sed in ipsius Abbatis sint omnia libera ditione. Si quis verò de hac donatione nostra, aliquid minuere, aut irritum facere temptaverit, auctoritate beati Papæ *Gregorii*, nostrique apostoli *Augustini* simul & nostra imprecatione, sit hic segregatus ab omni sanctæ Ecclesiæ communione, & in die judicii, ab omni electorum societate. Circumcingitur hæc terra his terminis. In oriente Ecclesia sancti *Martini*, & inde ab oriente, **be sywenne dime**, & sic ad aquilonem **be wiltenge mearche**, iterumque ad orientem & ad austrum **be Burnware mearche**. Item ad orientem & ad austrum, **be suthburiware mearche**; & sic ad austrum & occidentem **be hynges mearche**, item ad aquilonem **be hynges mearche**, sicque ad occidentem **to Rithere cheape**, & ita ad aquilonem **to Drutsing strete**. Actum est hoc in civitate *Dorobernia*, anno ab incarnatione Christi. DC. V. indictione VI.

A. D. 605.

Ego *Athelbertus* Rex *Anglorum* hanc donationem meam, signo sanctæ crucis, propria manu confirmavi. Ego *Augustinus* gratia Dei archiepiscopus libenter subscripsi. Ego *Edbaldus*, regis filius favi. Ego *Hamigisilus* dux laudavi. Ego *Hocca* comes consensi. Ego *Angemundus* referendarius approbavi. Ego *Graphio* comes benedixi. Ego *Tangisilus*, regis optimas confirmavi. Ego *Pinca* consensi. Ego *Geddy* corroboravi.

Rex *Anglorum Athelbertus* misericordia omnipotentis Dei catholicus, omnibus suæ gentis fidelibus, & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri *Jesu Christi*, beata spe expectantibus, salutem vitæque æternæ beatitudinem. Largiente summi Regis clementia Ego *Athelbertus* in solio paterno confirmatus, paceque divinitus concessa, eo jam per decem quinquennia sceptrigera potestate potitus, & per venerabiles sacræ fidei doctores spiritus sancti gratia irradiatus, ab errore falsorum deorum, ad unius veri Dei cultum toto corde conversus, ne ingratus beneficiorum appaream illi à cujus sancta sede nobis in regione umbræ mortis sedentibus lux veritatis emicuit, inter alias quas fabricavi Ecclesias monitu & hortatu beatissimi papæ *Gregorii* & sancti patris nostri *Augustini*, ipsi beatissimo apostolorum Principi *Petro* & doctori gentium *Paulo* monasterium à fundamentis construxi, illudque terris variisque possessionum donariis decorare studui, inibique monachos Deum timentes aggregari feci, & cum consilio ejusdem reverentissimi archipræsulis *Augustini*, ex suo sancto sanctorum collegio venerabilem virum secum ab apostolica sede directum *Petrum* monachum elegi, eisque ut Ecclesiasticus ordo exposcit Abbatem præposui. Hoc igitur monasterium ad provectum debiti culminis promovere desiderans, suarumque possessionum terminis dilatare gestiens, sana mente integroque consilio, cum *Ædbaldi* filii mei aliorumque nobilium optimatumque meorum consensu, ob redemptionem animæ meæ et spem retributionis æternæ, optuli ei etiam villam nomine **Sturigao** alio nomine dictam **Cistelei** cum omnibus redditibus ei jure competentibus, cum mancipiis, silvis cultis vel incultis, pratis, pascuis, paludibus, fluminibus, & contiguis ei maritimis terminis eam ex una parte cingentibus, omnia mobilia vel immobilia in usus fratrum sub regulari tramite & monastica religione inibi Deo servientium: missurum etiam argenteum, scapton aureum, iterum sellam cum fræno aureo, & gemmis exornatam, speculum argenteum, armilcaisia oloserica, camisiam ornatam quod mihi xenium de domino Papa *Gregorio* sedis apostolicæ directum fuerat, quæ omnia supradicto monasterio gratanter optuli. Quod etiam monasterium ipse servus Dei *Augustinus* sanctorum Apostolorum ac Martyrum reliquiis variisque ecclesiasticis ornamentis ab apostolica sede sibi transmissis copiosè ditavit, seseque in ea & cunctos successores suos ex auctoritate apostolica sepeliri præcepit, scriptura dicente *non esse Civitatem mortuorum sed vivorum.* Ubi etiam mihi & successoribus meis sepulturam providi, sperans me quandoque ab ipso apostolici ordinis Principe cui dominus potestatem ligandi atque solvendi dedit, & claves regni cœlorum tradidit, à peccatorum nexibus solui, & æternæ beatitudinis Januam introduci.

Quod Monasterium nullus Episcoporum, nullus successorum meorum Regum in aliquo lædere aut inquietare præsumat, nullam omnino subjectionem in ea sibi usurpare audeat, sed Abbas ipse qui ibi fuerit ordinatus, intus & foris cum consilio fratrum secundum timorem Dei liberè eam regat & ordinet, ita ut in die domini dulcem illam piissimi Redemptoris nostri vocem mereatur audire dicentis, *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Hanc donationem meam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti largitate divina ut mihi tribuatur peccatorum remissio, per omnia cum consilio reverentissimi Patris *Augustini* condidi, idque ad scribendum *Angemundum* presbyterum ordinavi. De his ergo omnibus quæ hic scripta sunt, si quis aliquid inde minuere præsumpserit, sciat se æquissimo Judici Deo & beatis Apostolis *Petro* & *Paulo* rationem esse redditurum. Confirmata est hæc donatio præsentibus testibus reverentissimo Patre *Augustino Dorovernensis* Ecclesiæ Archiepiscopo primo, *Mellito* quoque & *Justo Londonia*, & *Rofensis* Ecclesiæ præsulibus, & religioso famulo Christi *Laurentio* Presbytero, *Edbaldo* filio meo, *Hamigisilo* Duce, *Angemundo* referendario, *Hocca* & *Graphione* Comitibus, *Tangisilo* & *Pinca* & *Geddi* & *Aldhuno* Regis optimatibus, aliisque plurimis diversarum dignitatum personis. Actum sanè quadragesimo quinto anno regni nostri, sub die V. idus *Januarii*.

Privilegium

Summi Altaris in Ecclesia cœnobitica Sĉi Augustini Cantuarensis cum reliquiarum scrinijs circumstantibus, et inscriptionibus in veteri ejus exemplari insertis. Figura.

Ex veteri quodam codice M.S. quondam ejusdem cœnobij, modò penès Magistrum et Socios Aulæ S. Trinitatis Cantabrigiæ, Anno viz: 1652.

Istud altar dedicat de S. trinitate

Anno Dñi MCCXL vm Kal. octobr?

Antiqua Ecclia psentis mōstiī dedicata fuit a Scō Laurentio Archiepō anō Dñi Dcxm anō xvi ab aduentu Sĉi Augustiī in Angliā. quo anō tñslatū fuit corpus Sĉi Augustiī a loco quo prius iacuit per vii anos foras juxta Ecclīam nondum pfectā in eandē Ecclīam jam confectā ac reverēter in porticu aquilonali vbi modo e Ecclia Scæ Mariæ tumulatū fuit vbi jacuit per CCCC Lxxxviii annos vsque ad anū Dñi MXCI. Anō Dñi Mxcı pontificatus Vrbani Pape ii. tcio Willi. ii. Regis Angl: post conqstum v. anno v. Widonis abbis et tempore vacationis Archiepiscop cantuar. post obitū Lanfrāci anō t'cio nova Ecclia p Scotlādū abbem incepta et p Widonē translatū est corp Sĉi Augustiī cum corporib alior Scor a loco quo prius in prima Ecclia jacuit usq ad locū ubi m. jacz p Gundulphū Epū Rofensē.

Istud altare dedicat in honore Scōrum Innocentum A'D MCCLXX° et corp Scæ Mildrede reconditū fuit in novo monumento vii Kal. Iuny.

Istud altare dedicat in honore Sĉi. Stephi protomartyr. Sancti Laurentij et Sĉi Vincentij. A.D. MCCXL. VIII. Kal octob.

Anō Dñi MCCXL. istud altare dedicat: in honorē Aplor Pet: et Pauli et sĉi. Augustini v. Kal. Nov.
Anō Dñi MCCCXXV. istud altare dedicat in honore Apost. Pet: et Pauli Sĉi Augustini Anglor Apli. et Sĉi. Æthelberti Regis. Kal. Martij á Petro Epo Corbanensi.

Privilegium almi Augustini, *Angliæ Apostoli.*

AUGUSTINUS Episcopus *Dorobernia* sedis famulus, quem superna inspirante clementia, beatissimus Papa *Gregorius Anglica* genti Deo acquirendæ Legatarium misit amministrum; omnibus successoribus suis Episcopis, cunctisque *Angliæ* regibus cum suis posteris, atque omnibus Dei fidelibus & in fide & gratia pacem & salutem. Patet omnibus quod Deo amabilis Rex *Athelbertus*, primus *Anglorum* Regum Christi regno sacratus, nostra instantia & sua prodiga benevolentia inter cæteras ecclesias quas fecit & episcopia, monasterium extra Metropolim suam *Dorobernicam*, in honore Principum Apostolorum *Petri* & *Pauli* regaliter condidit & regalibus opibus ampliq; possessionibus ditavit, dilatavit, magnificavit, perpetuaque libertate, & omni jure regio cum omnibus rebus & judiciis, intus & foris illi pertinentibus, munivit, suoque regio privilegio & superni judicii imprecatione, atque Apostolica sancti Papæ *Gregorii* interminatione excommunicatoria, contra omnem injuriam confirmavit. Ego quoque ejusdem libertatis adjutor & patrocinator omnes successores meos Archiepiscopos, omnesque ecclesiasticas vel sæculares potestates per dominum Jesum Christum & Apostolorum ejus reverentiam obtestor, atque apostolica memorati patris nostri Papæ *Gregorii* interminatione interdico, ne quisquam unquam ullum potentatum, aut dominatum, aut imperium in hoc dominicum vel apostolicum monasterium vel terras vel ecclesias ad illud pertinentes usurpare præsumat, nec ulla prorsus subjugationis aut servitutis, aut tributi conditione, vel in magno vel in minimo, Dei ministros inquietet aut opprimat. Abbatem à suis fratribus electum in eodem monasterio non ad suum famulatum sed ad dominicum ministerium ordinet, nec sibi hunc obaudire sed Deo suadeat. Nec verò sibi subjectum, sed fratrem, sed consortem, sed collegam & co-ministrum in opus dominicum cum reputet. Non ibi missas quasi ad suæ dicionis altare nec ordinationes vel benedictiones usurpativè sine Abbatis vel fratrum petitione exerceat, nullum sibi jus consuetudinarium vel in vilissima re exigat quatinus pacis concordia unum sint in domino utrimque, nec quisquam, quod absit, dominandi dissidio in judicium incidat diaboli, qui superbiæ tyranride corruit de cœlo. *Reges gentium* (inquit dominus) *dominatur eorum, vos autem non sic.* Cumque ab alienis non à filiis accipiantur tributa, sic ipse dominus concludit, *ergo liberi sunt filii.* Qua ergo irreverentia patres ecclesiarum in filios regni Dei sibi vendicant dominationem, maximè autem in hanc ecclesiam sanctorum thesauriam, in cujus materno utero tot pontificum *Dorobernia*, Regumque ac Principum corpora speramus alma refovenda sepulturæ requie, ex auctoritate scilicet apostolica, & hunc ad æternam gloriam resuscitanda. Tales supremi Judicis amicos si quis offendere non metuens hujus privilegii statuta violaverit, vel violatorem imitando vim suam tenuerit, sciat se apostolico beati *Petri* gladio per suum vicarium *Gregorium* puniendum nisi emendaverit. Hæc ergo omnia, uti hic sunt scripta, apostolica ipsius institutoris nostri *Gregorii* comprobatione & auctoritate servanda sancimus, suoque ore confirmamus, præsente glorioso Rege *Athelberto* cum filio suo *Ethelbalde*, & collaudantibus cum ipso omnibus optimatibus Regiis, atque ultro volentibus reverentissimis fratribus nostris à sancta *Rome* ecclesia huc mecum vel ad me in Evangelium domini destinatis, scilicet *Laurentio*, quem nobis Deo favente successorem constituimus, & *Mellito Lundonie* Episcopo, & *Justo Rofensi* Episcopo, & *Petro* venerabili ejusdem monasterii Principum Apostolorum, Abbate primo, cum cæteris in Domino adjutoribus meis obnixè postulantibus, simulque in eos qui hæc fideliter servaverint benedictionem, aut in impœnitentes, quod nolumus, transgressores damnationem exercentibus.

De Ecclesiis fundatis ante adventum Normannorum in Angliam.

Ecclesia S. Trinitatis apud Cant. *à* Romanis fundata *est, sed ab* Augustino *consecrata.*

Ecclesia Apostolorum Petri *&* Pauli *extra muros* Cantuar. *ab* Augustino *fundata est, sed à* Laurentio *Archiepiscopo consecrata.*

Ex MS. quodam in Collegio *Corp. Christi Cantabrigiæ.* [Miscellanea G.] p. 307.

PRædicante *Augustino*, cum sociis suis in *Britannia* Verbum Dei genti *Anglorum*, anno ab incarnatione Domini quingentesimo nonagesimo septimo; *Athelbertus* Rex *Cantuar.* credidit & baptismi gratiam suscepit. Qui Dei ac Salvatoris sui amore, beato *Augustino* & omnibus successoribus suis Palatium & Curiam suam, omnemque civitatem cum suburbanis suis jure perpetuo habere concessit. Ipse verò ad *Raculfum* qd secus mare situm est, transivit, ibique sibi ac succes. suis regalem sedem paravit. *Augustinus* igitur civitate potitus, & iis qui in ejus suburbio erant exceptis, principio alodiis ad orientalem plagam, cimiterium civitatis extra muros fecit, ubi *Ethelbertus* Rex, rogatu *Augustini*, Monasterium, in honore beator. Apostolorum *Petri* & *Pauli* fabricavit, in quo ipsius *Augustini* & successorum ejus corpora, monachorum quoque & aliorum fidelium *Dorobernia* possent sepeliri; duravit itaque mos iste per plurima annorum curricula. Cum autem venerabilis vir *Cuthbertus* ad Archiepiscopatum veniset, qui ab beato *Augustino* undecimus fuerat, ex more, propter dignitatis suæ pallium, *Romam* ivit: & peracto negotio consideravit infra civitatem *Laterani* plures sepultos fuisse, accedensque ad Papam rogavit ut sibi in *Anglia* infra civitates liceret cimiteria facere. Annuit, rediit, & per *Angliam* passim cimiteria fieri constituit; à tempore illo præsules ac Monachi, cæterique ut ratio poscebat, *Cant.* sunt tumulati. Sed licet cimiterium in civitate sit factum, illud tamen qd. extra civitatem prius fuerat nihilominus in dominio & potestate Archiepiscopi manebat, quam quidem Ecclesiam illam beatorum Apostolorum, ubi corpus beati *Augustini* sociorumque tumulata sunt, liberè Archiepi: tenebant, utpote eam quæ in propria terra Archiepiscoporum sita est, unde etiam aulas suas cæteraſque domos necessarias infra habitum Curiæ S. *Augustini* ipsi habebant; Ibique frequentius commanebant propter aerem liberiorem & locum

Cimiteria in Anglia constituta.

salubriorem quam in alia Curia sua quæ juxta Metropolin Basilicam infra civitatem habetur, nempe quæ Archiepisc. adeo propria erat, ut illam cui voluissent darent, quodque inde decreviſſent facere potuisent : Omniaque itaque ad eam pertinentia disponebant, sic, Ecclesiam *Doroberneſem* ubi sedes Episcopalis erat ; nec differentia aliqua inter Monachos *Cantuarienſis* Ecclesiæ & fratres sancti *Augustini* erat, sed utrique congregationi unum capitulum, refectorium cæteraque loca erant communia : In hoc tamen differebant, quod Monachi sancti *Augustini* nunquam extra suum clauſtrum proceſſionem faciebant, nisi quando *Doroberneſes* prodibant, tuncque illi omnes conjuncti coibant ad portam Ecclesiæ Christi ; de sancto *Augustino* venientes, cum suis sanctuariis, *Doroberneſibus* sociebantur, unum continentes & ad nutum cantoris *Doroberniæ* pari modo in hiis quæ sui officii erant parentes. Revertentes ad portam dividebantur, illi, ad Episc. illi ad sanctum *Augustinum* ; campanis minimè horas designabant antequam in Episcopali sede signarentur, propter hoc nonnulla a præsulibus sunt Abbatibus institutа, utpote hiis qui ab Archiepiscopis habebant quicquam honoris tenebant. Siquidem in cæna domini annatim æditуus sancti *Augustini* l. sol. denariorum secretario sancti Salvatoris *Doroberniæ* reddebat pro omnibus Capellis ad Ecclesiam beati *Augustini* pertinentibus, & vij. denarios pro cognitione subjectionis de Altari beatorum Apostolorum *Petri & Pauli*, super Altare Christi *Doroberniæ* propria manu ponebat ; vel si ipse non poterat, unus de Ecclesiæ senioribus. Præterea ipsa Ecclesia xxij panes monachiles eidem præbet, duas amphoras de mellito potu qui eum *medonem* vocant, refertas, & duos aricetes, trinos juvencos, cornubus & non mutilatos. Hac die in sede Episcopali ad majoris campanæ sonitum Pontifex absolutionem facit ; sabbato verò manè ad sanctum *Augustinum* vadit, ibi fratres absque signi sonitu absolvit, & lavacro ibidem sibi parato lavantur, radantur ; ubi verò de lavacro exierit habebit sibi Abbas indumenta nova parata, scilicet, staminam & fœmoralia, cucullam, & froccum, crurum quoque & pedum tegumenta. Quibus indutis equitaturam sibi decentem ascendet, quam Abbas honestè constratam præbebit. Sicque Abbate eum ducente cum suis honestioribus ad sedem suam redibit. Cum verò ad suas mansiones Archiepiscopus ire decreverit & Abbas domi fuerit, ad Curiam Archiepiscopi Abbas veniet, equitaturum operiet, & equitantem ad unum vel duo milliaria conducet. Cum verò redierit, ei obviam Abbas procedet & cum honore ad suam sedem perducet. Hæc & hiis similia sunt *Cantuarienſium* Monachorum scripta. Inter hæc, conventus religiosorum multis in locis

Monasterium de *Raculf* fundatur.

aguntur, cœnobia fabricantur, Abbatiæ construuntur, apud **Raculfe**, quo in loco sibi Rex *Ethelbertus* sedem regni præparaverat, cœnobium construitur, cujus Abbas ultimus fuit *Wenredus*. In australi parte civitatis infra muros, Abbatia in honore beatæ *Mildrithæ* statuitur, cujus ultimus Abbas *Alfwicus*. Extra civitatem in parte orientali, est Ecclesia beati *Martini*, ubi sedes Episcopalis erat. Qui Episcopus domi vel in Comitatu semper manebat, & vices Archiepiscopi qui regis Curiam frequentabat per omnia gerebat. Monachos sibi de Ecclesia *Doroberneſi*, & ipse Monachus in obsequium accipiebat, solemnitates in sede Metropoli celebrabat, sicque ad sua redibat, Archi-Diaconatus officium agebat, simulcet clericos qui ad Archiepiscopum pertinebant ; clericos verò qui in terris Monachorum erant, Prior Ecclesiæ quem Decanum vocant, curabat, corripiebat, emendabat. In ipsis suis Ecclesiis ponendos ponebat, deponendos deponebat, sua per se capitula tenebat.

In Synodis ipse & Episcopus pari ornatu consedebant, pariter audita decernebant. Cum autem quivis pro recto faciendo pignus porrigeret, is ad quem pertinebat illud & emendationem accipiebat. Moris illius series usq; ad tempora *Normannorum* perduravit. Hujus Episcopatus præsul extremus extitit *Godwynus*. Anno ab incarnatione Domini MLXvj. *Willelmus* Dux *Normannorum* *Angliam* bellando superavit, & in ea, quanto tempore vixit, imperavit. Quarto anno ejusdem Principis, *Lanfrancus*, *Cadomenſis* Abbas, invitante eodem rege, & Papa *Alexandro* præcipiente, *Britanniam* venit, & *Doroberneſem* Ecclesiam regendam suscepit, quæ est totius *Britanniæ* Metropolis. In illo tempore *Godwynus* Episcopus Ecclesiæ beati *Martini* quæ sita est in suburbio civitatis parte orientali, ex hac vita migravit ; cui Successorem *Lanfrancus* subrogare noluit, dicens quod in una civitate duo Episcopi minimè esse deberent, minus cautè considerans quod ille in civitate sedem Episcopalem non habebat. Novus enim homo & nec dum consuetudinem patriæ vel dignitatem *Doroberneſis* Ecclesiæ edoctus, antiquum antecessorum suorum morem, in hac parte sequi supersedit ; ipsum igitur non subrogavit, sed loco Episcopi quendam Clericum suum Archidiaconum ordinavit, quod se feciſſe ante mortem suam vehementer indoluit. Archidiaconus ergo constitutus curam super Clericos Archiepiscopi intendebat, & Prior Ecclesiæ Christi illis qui ad Monachos pertinebant in choro, sive aliis in locis diversis, præstabat. Sed post Monachos, locum stationis digniorem tenebat, unde cum in Capella Archiepiscopi pro Monachis staret, & Archiepiscopo nonnullis inde verbum fieret, Clericos inquit debet erudire eisque præstare, sed Monachis obedire, atque subesse, minister enim eorum est. Synodos ipse & Prior Ecclesiæ tenebant concordi sermocinatione, nisi dispari veneratione. Cum ergo *Lanfrancus* suæ Ecclesiæ terras à principibus esse direptas sensisset, magno cum labore eas attrahere operam dabat : Abbatiam quoque beati *Augustini*, antecessorum suorum *Doroberniæ* pontificum more, in suo dominio tenere, cui & Abbatem providere & etiam virgam pastoralem volebat præbere. Sed Rex novus id abnuit, dicens se solum omnes in regno suo baculos pastorales velle tenere, nec potestatem hanc cuiquam concedere. Ea inquit quæ ad Abbatis, ejusque Monachorum christianitatem attinet exercē, neque in hiis quæ ad exteriora pertinent Abbatem servire permitte. *Lanfrancus* itaque, ne majora suæ Ecclesiæ negotia præpedirentur, ad tempus desistere cœptis utile judicavit. Multa enim per regis gratiam acquisivit, multa fecit, & regias vices in Regni negotiis opportunè exercuit.

ROF-



salubriorem quam in alia Curia sua quæ juxta | regis Curiam frequentabat per omnia gerebat.

27

Monasterium de *Raculfar* fundatur.

ferius eidem regni præparaverat, cœnobium construitur, cujus Abbas ultimus fuit *Wenredus*. In australi parte civitatis infra muros, Abbatia in honore beatæ *Mildrithæ* statuitur, cujus ultimus Abbas *Alfwicus*. Extra civitatem in parte orientali, est Ecclesia beati *Martini*, ubi sedes Episcopalis erat. Qui Episcopus domi vel in Comitatu semper manebat, & vices Archiepiscopi qui 60 cedere. Ea inquit quæ ad Abbatis, ejusque ... nachorum christianitatem attinet exerce, neque in hiis quæ ad exteriora pertinent Abbatem servire permitte. *Lanfrancus* itaque, ne majora suæ Ecclesiæ negotia præpediretur, ad tempus desistere cœptis utile judicavit. Multa enim per regis gratiam acquisivit, multa fecit, & regias vices in Regni negotiis opportunè exercuit.

ROF.

Roffensis ecclesiæ cath.
facies occidentalis.

D. King delin:
et sculp.

ROFFENSE *Cœnobium in* Cantia.

Ex Textu *Roffenſi* ad Eccleſiam *Roffenſem* ſpectante A.D. 1640

ANNO ab incarnatione Domini ſexcenteſimo; Rex *Æthelbertus* fundavit Eccleſiam S. *Andreæ* Apoſtoli *Roſi* & dedit ei, **Þæſtefeld**, & omnem terram quæ eſt à **Þeouwate** uſque ad orientalem portam civitatis in auſtrali parte, & alias terras extra murum civitatis verſus partem aquilonalem.

A. D. 738. Anno ab incarnatione domini ſeptingenteſimo triceſimo octavo, *Eadbertus* Rex *Cantiæ* dedit Eccleſiæ ſancti *Andreæ*, **Stokes**.

764. Anno ab incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo quarto, *Offa* Rex *Merciorum* & *Sigeredus* Rex *Cantiæ* dederunt **Frendesberiam**, **Eſelingeham**, & **Wicham**. Item rex *Offa* & *Ecbertus* dederunt **Bromhete**. Item rex *Offa* dedit **Trotteſlive**. *Kenulfus* Rex *Merciorum* dedit **Boxhſtalle**.

838. Anno ab incarnatione Domini, octingenteſimo triceſimo octavo *Ecbertus* Rex *Weſt-Saxonum*, & *Cantuariorũ* dedit Eccleſiæ S. *Andreæ*, magnas libertates & iſta Maneria **Hallinges** & **Snodilande**. *Æthelwlfus* Rex, filius *Egberti* regis, dedit **Cuckeleſtane** & **Holenberghe**. *Eadmundus* Rex *Anglorum* dedit **Halinges**. Quidam prepotens cognomine *Brichricus*, cum uxore ſua *Eifwritha* dederunt **Dantune** & **Langefeld**, **Falchenham** & **Clarente**, quod Manerium quomodo ad archiepiſcopatum pervenerit ignoratur. *Eadgarus* Rex *Anglorum* dedit **Bromlega**. *Æthelredus* Rex *Anglorum* dedit **Wldeham** & **Litlebroc**, **Stantune** & **Hiltune**, ſcilicet xv manſas terrarum. *Willielmus* primus rex *Anglorum*, reddidit has terras *Roffenſi* Eccleſiæ à principibus injuſtè ablatas, **Stokes** videlicet, & **Denintuna** & **Falcheham**. Præterea inter cætera magna bona quæ eidem Eccleſiæ, in vita ſua, fecit imminente articulo mortis ſuæ, centum libras ei dedit, & tunicam propriam regalem, & cornu eburneum & alia plura ornamenta.

Willielmus Rex, filius ejus, dedit **Lamtheam** & **Aedenham**, ad victum Monachorum, qui quidem conceſſit libertates quas Eccleſia *Roffenſis* hucuſque obtinuit, & ſua Carta confirmavit omnium prædictorum dona.

Nobiliſſimus Rex *Henricus* multa bona contulit, ſcilicet Eccleſias de **Borle**, de **Cillesford**, de **Bentesford**, **Suttune**, cum capellis de **Wilmuntune**, & de **Bingesdune**. Item Eccleſias de **Chiſelherſte**, & de **Wlewich**. Item decimas de **Strodes**, & de **Chealkes**, & alia multa.

Ibid. fol. 19 a. *Incipiunt privilegia Eccleſiæ ſancti* Andreæ Hrofenſis *conceſſa, à tempore* Æthelberti *Regis, qui fide Chriſtiana à beato* Auguſtino *ſuſcepta, eandem Eccleſiam conſtrui fecit.*

REgnante in perpetuum domino noſtro Jeſu Chriſto Salvatore, menſe *Aprili*, ſub die iiii. kl. *Maias*, indictione vii. Ego *Æthelberhtus* Rex, filio meo *Eadbaldo* admonitionem Catholicæ fidei optabilem. Nobis eſt apertum ſemper inquirere qualiter per loca Sanctorum pro animæ remedio vel ſtabilitate ſalutis noſtræ aliquid de portione terræ noſtræ in ſubſidiis ſervorum Dei devotiſſimam voluntatem debeamus offerre. Ideoque tibi ſancte *Andrea*, tuæque Eccleſiæ quæ eſt conſtituta in civitate *Hroſi* bze ubi præeſſe videtur *Juſtus* Epiſcopus, trado aliquantulum telluris mei.

Hic eſt terminus mei doni. þpam þuðgeate þeſt ⁊ langeſ pealleſ oð noþð þanan to ſtpæte. ⁊ ſſa eaſt þpam ſtpæte oð ðoðing-hýrnan onzean bpaozeat. Si quis verò augere voluerit hanc ipſam donationem; augeat illi dominus dies bonos; Et ſi præſumpſerit minuere, aut contradicere, in conſpectu Dei ſit damnatus & Sanctorum ejus, hic, & in æterna ſecula, niſi emendaverit ante ejus tranſitum, quòd unquam geſſit contra Chriſtianitatem noſtram. Hoc cum conſilio *Laurencii* Epiſcopi, & omnium Principum meorum Signo ſanctæ Crucis confirmavi, eoſque juſſi ut mecum idem facerent, Amen.

De Stokes, *quæ antiquiùs vocabatur* Andſcoheſham. I. id. fol. 19 b.

IN *nomine domini Dei noſtri Jheſu Chriſti.* Ego *Eadberht* Rex *Cantuariorum*, donavi aliquam partem terræ, pro remedio animæ meæ, atque indulgentia delictorum meorum Epiſcopatui beati *Andreæ* Apoſtoli, ac venerabili viro *Ealdulfo* ejus Eccleſiæ antiſtiti in regione quæ vocatur **Hohg**, in loco qui dicitur **Andſcoheſham**, id eſt, ... aratrorum juxta æſtimationem provinciæ ejuſdem. Hujus verò terræ poſſeſſionem ita prædicto Epiſcopo largitus ſum, cum omnibus ad eam pertinentibus, id eſt, campis, ſilvis, pratis, piſcariis, ſal-ſilagine, atque omnibus utenſilibus ejus, juxta notos terminos conſtitutos. Hoc quoque præcipimus, ut nullus præſumat, propinquorum eorum, vel Succeſſorum eorum hanc donationẽ meã minuere vel infringere quoquomodo. Si quis verò, quod non credimus, contra præceptum meum huic donationi meæ malevolo animo contraire temtaverit, ſciat ſe in die judicii rationem Deo redditurum, manentem tamen hanc cartulam nichilominus in ſua firmitate. Si quis verò magis defendere augere voluerit, addat Deus bona ejus in terra viventium. Hanc quoque donationem meam, Ego *Eadberht* Rex *Cantuariorum* propria manu confirmavi, & ſignum ſanctæ crucis infixi, teſtes quoque idoneos Comites meos confirmari & ſubſcribere feci. Ego *Vilbaldus*, Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Dimheac* Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Hasberht* Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Nothhalth* Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Banta* Comites meos confirmari & ſcribere feci Ego *Ruta* Comites meos confirmari & ſcribere feci. Ego *Tidhalth* Comites meos confirmari & ſcribere feci.

IN nomine Domini noſtri Jheſu Chriſti. Omnem hominem qui ſecundum Deum vivit & remunerari à Deo ſperat & optat, oportet ut piis precibus aſſenſum hilariter, ex animo, præbeat. Ibid. fol. 122. a.

Digitized by Google

Quoniam certum est tanto facilius ea quæ quisq; à Deo poposcerit consequi posse, quanto & ipse libentius hominibus rectè postulata concesserit. Quo-circa ego *Sigiraed* Rex *Cantiæ* tibi venerabili *Eardulfo* Episcopo, ut diligenter postulasti, aliquam particulam terræ juris mei, id est, quasi unius & semis jugeri in civitate *Hrofi* ad augmentum Monasterii tui æternaliter possidendam concedo ac describo cum omnibus scilicet ad eam pertinentibus rebus. Hæc autem terrula ab aquilonali porta Monasterii cui jacet & pertingit usq; ad septentrionalem murum præfatæ civitatis intra terras, videlicet, quas antea ab oriente & occidente possedisti; & ideo hæc tibi satis accommoda quia in medio jacebat. Siquis autem contra hanc donationem meam aliquando venire invido malivoloque animo temptaverit, sit in præsenti separatus a communione S. Ecclesiæ Christi, & in futuro à societate sanctorum omnium segregatus. Manentem hanc kartulam in sua semper firmitate, signo dominicæ Crucis roboravi & idoneos testes, ut & id ipsum facerent, adhibui. Actum indictione decima quinta; anno Dominicæ incarnationis DCCLXII. Ego *Sigiraed* Rex *Cantiæ* hanc donationem meam signo sanctæ crucis roboravi ✠ 762.

Ego *Eadberht* Rex *Cantiæ* consentiens propria manu confirmavi ✠ Ego *Bregowine* Archiepiscopus consensi & subscripsi ✠
Ego *Aldhunn* Abbas subscripsi ✠
Signum manus *Suvithunn* ✠
Signum manus *Aethilhuun* ✠
Signum manus *Esui* ✠
Signum manus *Egbaldi* ✠
Signum manus *Uvighaad* ✠
Signum manus *Bunan* ✠
Signum manus *Heabeorhtri* ✠
Signum manus *Tiideath* ✠

De Æslingheam sive Freondesberiam.

✠REgnante imperpetuum Domino nostro Jhesu Christo ac cuncta mundi jura justo moderamine regenti. Ego *Offa* Rex *Merciorum* Regali pro-sapia *Merciorum* oriundus, atque omnipotentis Dei dispensatione, ejusdem constitutus in Regem, considerans & recolens quod vas electionis veracissimis innotuit verbis quod istis temporibus instarent tempora periculosa: Iccirco unusquisque de semetipso plenius poterit agnoscere, quod quanto quis in hoc terreno habbitaculo longiorem protraxerit vitam, tanto veraciora esse omnia quæ olim antiqui vates implenda esse prædixerunt. Iccirco necessarium Duxi ut pro intercessionibus plurimorum, pro venia delictorum, & requie perpetua adipiscenda animæ meæ, aliquid ex his quæ mihi largitor bonorum omnium Christus Dominus donare dignatus est, id est, terram aratrorum viginti in loco cujus vocabulum est *Aeslingaham*, quæ etiam jacet ad occidentalem partem fluminis Peduubetan, contigua ipso fluvio, cum universis terminis suis ad eam ritè competentibus, cum campis, silvis, pratis, pascuis, paludibus, & aquis, sicut olim habuerunt Comites & Principes regum *Cantiæ* & cum omni tributo, quod Regibus jure competit, tibi venerabili *Eardulfo* sanctæ *Hrofensis* ecclesiæ Episcopo libenter imperpetuum perdono, & hoc cum consensu & licentia Archiepiscopi nostri *Bregouvini* atque *Heaberhti* Regis *Cantiæ* & Principum nostrorum, ut possedendi vel vendendi, vel etiam tradendi cuicunque voluerit liberam per omnia habeat potestatem; Et quia pro ipsius terræ recompensatione aliquam partem pecuniæ nobis fideliter, libenter optulit, ad promerendam, non solum specialiter, michi à domino pietatem, scilicet indulgentiam delictorum totius gentis nostræ, humiliter dominicam exorantes clementiam ut liberet nos à malignis spiritibus, & importunis, & malis hominibus. Terminos verò hujus terræ ideo latius non scribimus, quia undique ab incolis absque ullo dubitationis scrupulo certi sunt. Quicunque verò sequentium regum aut principum, aut aliquis seculari fretus potestate, hæc nostræ definitionis scripta irrita facere, quod absit, visus fuerit, sciat se in presenti vita domini benedictione esse privatum, & in novissima maledictione subjacere ut à consortio sit separatus sanctorum, & cum impiis & peccatoribus flammis ultricibus esse damnandum, excepto si digna satisfactione emendare curaverint, quod iniqua temeritate depraverint. Manente hac Cartula in sua nihilominus firmitate, quam propria manu sacro signaculo roboravi, & testes ut subscriberent rogavi quorum infra nomina ascripta tenentur. Scripta est autem hæc cartula in civitate *Doroverni*. Anno Dominicæ incarnationis DCCLXIIII. indictione 11. Ego *Offa* Rex *Merciorum* suprascriptam donationem, atque emptionem, signo sanctæ crucis roboravi ✠. 764.
Ego *Bragowinus* Archiepiscopus, juxta petitionem clementissimi Regis prædicti concensi & scripsi ✠. Ego *Hearberhtus* Rex consensi & subscripsi. Coherent verò huic terræ in communi saltu Denberi III. Holanspic, & Lindhrycg, & pædanhricg. ✠ Ego *Betuvini* humilis Abbas consensi & subscripsi. ✠ Signum manus *Esne*. ✠ Signum manus *Uhtredi*. ✠ Signum manus *Broerda*. ✠ Signum manus *Eadbaldi*. ✠ Signum manus *Berhtuvaldi*. ✠ Signum manus *Bobba*. ✠ Signum manus *Cec*. ✠ Signum manus huuitbyrg. ✠ Signum manus *Esne* fratris ejus. ✠ Signum manus *Badobeardi*. ✠ Signum manus *Egbaldi*. ✠ Signum manus *Suithuni*. ✠ Signum manus *Eangesli*.

Item de Aeslingeham.

IN nomine Domini Dei salvatoris nostri Jesu Christi. Quamvis parva & exigua sint quæ pro amissis offerimus, tamen pius omnipotens Deus non quantitatem muneris sed devotionem offerencium semper inquirit. Qua de re Ego *Sigeredus* Rex, dimidiæ partis provinciæ *Cantuariorum*, tam pro animæ meæ, remedio, quam pro amore omnipotentis Dei, terram aratrorum viginti quæ appellatur Eslingaham tibi reverentissimo Episcopo *Eardulfo* sanctæ *Hrofensis* ecclesiæ, cum universis ad se pertinentibus, campis, silvis, pratis, pascuis, paludibus & aquis, & cum omni tributo quod Regibus inde dabatur in potestatem, cum consilio & consensu principum meorum libenter in perpetuum perdono, ut possidendi vel habendi sive vendendi vel etiam tradendi cuicumque voluerit liberam per omnia habeat potestatem.

Digitized by

testatem. Sanè quia cavendum est ne hodiernam donationem nostram futuri temporis abnegare valeat, & in ambiguum devocare præsumptio placuit mihi hanc paginam condere, & *una cum cespite terræ prædicta tradere* tibi per quam non solum omnibus meis successoribus, Regum sive Principum, sed etiam michi ipsi penitus interdico ne aliter quam nunc à me constitutum est, ullo tempore de eadem terra quippiam agere audeant. Quod si qui fortè observare neglexerint, & absque digna satisfactione, præsentis vitæ impleverint infælices dies, audiant vocem æterni Judicis sub fine mundi dicentis ad impios, *discedite à me maledicti in ignem æternum qui præparatus est Diabolo & Angelis ejus.* Qui verò curaverint custodire, nichilque irrogarint adversi, audiant vocem clementissimi arbitri inquientes ad pios. *Venite benedicti patris mei percipite Regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.*

Seisina per cespitem.

Adjectis iv. *Danberis* in communi saltu, hoc est, þealoꝛe, þeꝛꝺꝛa, billincgoen. cealcbyꝛꝺ. meoꝛoen pinoigꝛel. ✠ Ego *Sigeredus* Rex hanc donationem à me factam signo S. Crucis propria manu scribendo firmavi coram *Bregowino* Archiepiscopo. ✠ Ego *Bregowinus* Archiep. ad peticionem donatoris prædicti consensi & subscripsi. ✠ Signum manus *Hereberhti* Abbatis. ✠ Signum manus *Bacre* Abbatis. ✠ Signum manus *Bruno* Abbatis. ✠ Signum manus *Æsiwaldi* presbiteri. ✠ Signum manus *Ecgbaldi* Comitis, atque præfecti. ✠ Signum manus *Ealdhuuni.* ✠ Signum manus *Esne.* ✠ Signum manus *Badohardi.* ✠ Signum manus *Æthelnodi.*

HENRICUS gratia Dei Rex *Anglorum* Archiep. Episcopis, Abbatibus, Comitibus, cæterisque omnibus baronibus suis Francigenis & Anglis totius Regni *Angloriũ* salutẽ. Notũ vobis omnibus esse volo, quod omnes donationes & concessiones omnium maneriorum & omnium terrarum & omnium Ecclesiarum cum omnibus redditibus, & rectitudinibus suis & omnium decimarum quæ hactenus concessæ & donatæ sunt Ecclesiæ sancti *Andreæ* Apostoli quæ sita est in civitate *Roveceſtra*, à quibuscunque, sivè Regibus sivè Archiepisc. vel Episc. seu Comitibus seu aliis quibuslibet hujus Regni nobilibus concessæ sint aut donatæ, Ego *Henricus* Dei gratia Rex *Anglorum*, potestate Regiæ dignitatis michi à Deo collata, omnimodo firmas & in perpetuum stabiles esse concedo. Et eas nominatim quas *Gundulfus* illius ecclesiæ Episcopus, ut ad usum monachorum illorum qui in eadem ecclesia Domino, Christo & prædicto Apostolo devotè famulantur permaneant, ordinavit, Ego eidem ecclesiæ & eisdem monachis, jure æternæ hæreditatis habendas & libere atque quietè, confirmo possidendas. Et sicut ipse prænominatus Episcopus qui ecclesiam illam fundavit & monachos illos illic congregavit & ipsa maneria & terras quas in suo Dominico habebat ipsis monachis à suo proprio victu discrevit, & discretas jam dedit, videlicet **Uldeham**, cum omnibus appendiciis suis; **Frandesberiham**, cum omnibus appenditiis suis: **Stoches**, cum omnibus appenditiis suis; **Suthfletam**, cum omnibus appenditiis suis; **Dantunam**, cum omnibus appendiciis suis; **Lambetham**, cum omnibus appenditiis suis; **Hedenham**, cum Manerio quod appendet, **Cudintuna** nomine, & cum omnibus quadraginta hidis terræ quæ appendent, & omnes alias minutas terras, & omnes redditus omnium terrarum ubicunque sint, quas suo tempore acquisivit & illis dedit; cum *Soca* & *Saca*, & *Tolne*, & *Teame*, & omnibus aliis consuetudinibus, & rectitudinibus & libertatibus, quas ipsemet unquam melius habuit in terris in aquis, & in silvis, & in viis, & in omnibus locis; Ita firmiter & stabiliter in omnibus, omnia ista Monachis illis concedo & confirmo. Et hanc confirmationem meam, pro anima patris mei & matris meæ, & pro anima mea & uxoris meæ, & omnium parentũ meorum stabilio, & stabilitate Signi sanctæ Crucis Domini nostri Jesu Christi propria manu mea, & Sigillo meo consigno.

WILLELMUS Rex *Anglorum*, *Waltero* Vicecomiti & omnibus Baronibus suis, *Francigenis* & *Anglis* de Comitatu de *Gloceſtre* salutem. Sciatis, me dedisse Ecclesiæ S. *Andreæ* de *Roveceſtra* & Episcopo *Gundulfo*, Manerium *Eſtona*, quod fuit *Gode* Comitisse, & quicquid ad illud pertinet, ita solidum & liberum & quietum, sicut ipsa Comitissa habuit illud unquam melius, & sicut Ego ipse etiam illud habui in meo dominio, cum omnibus consuetudinibus, quæ Anglicè nominatur *Soca & Saca, Toln & Team* & **Infangenetheof.** Et hoc facio pro anima Patris mei, & matris meæ, & pro anima mea. Testimonio *Walcelini* Episcopi *Wintonienſis*, & *Roberti* Episcopi *Lincolnienſis*, & *Willielmi* Cancellarii, & *Ranulfi* Capellani, & *Eudonis Dapiferi*, & *Rogerii Bigot*, & *Hugonis* de *Evermu.* **Stone.**

De Ecclesia de Tarenteford.

WILLELMUS Dei Gratia Rex *Anglorum*, fidelibus suis *Francigenis* & *Anglis* salutem. Sciatis me concessisse eam donationem quam *Haimo Dapifer* meus fecit Ecclesiæ sancti *Andreæ Roffenſis* civitatis, de Ecclesia quæ est in **Tarenteford** Manerio meo; Et filij ipsius *Haimonis Rodbertus* & *Haimo*, me presente, concesserunt eandem patris sui donationem. Testes *Rodbertus* Comes *Mellent*, *Rodbertus* Comes de *Moritolio*, & alii multi.

De Waletuna.

WILLELMUS Rex *Anglorũ* Episcopo de *Suthſexa* & vice-Comiti & aliis Baronibus suis *Francigenis* & *Anglis* salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse donum *Rogerii Bigot* quod dedit Ecclesiæ sanctæ *Andreæ Roveceſtra*, scilicet, Ecclesiam sanctæ *Felicis* de *Waletuna*, cum decimis & omnibus aliis rebus, quæ ad illam pertinent. Testimonio *Eudonis Dapiferi* apud *Wintoniam.*

De Rethravelda.

WILLELMUS Rex *Anglorum* Episcopo de *Suthſexa* & vice comiti & cæteris Baronibus suis, *Francigenis* & *Anglis* salutem. Sciatis

me conceſſiſſe & confirmaſſe donum *Giſleberti* de **Tonebrige**, quod dedit Eccleſiæ, ſancti *Andreæ Roveceſtræ*. Scilicet, Eccleſiam de *Rathravelda* & quicquid ad illam pertinet, ſivè in decimis ſivè in venationibus, vel in aliis quibuſlibet rebus. Teſtimonio *Rogeri Bigot*, & *Haimonis* vice-comitis apud *Wentoniam*.

HEnricus Rex *Anglorũ Anſelmo* Archiepiſcopo & *Haimoni Dapifero* & omnibus Baronibus ſuis *Francigenis* et *Anglis* de *Cant.* ſalutẽ. Sciatis me dediſſe Eccleſiæ S. *Andreæ* & Epiſc. *Gundulfo* de *Roveceſtra* Eccleſiam de *Eilesforda* cum terra, & decima, & omnibus aliis rebus quæ ad illam pertinent, ſimiliter Eccleſiam de *Suthtuna*, cum tota decima in annona, & beſtiis & paſnagio, & molendinis, & in omnibus aliis rebus. Et Eccleſiam de **Wleuvic**, cum tota decima, & dimidiam decimam meam de *Tarenteforda* in annona tantum; & totam decimam meam de **Eſtrotes**, & totam decimam meam **Cealæs**. Et hoc facio pro anima patris mei & matris meæ: Et pro anima mea & uxoris meæ T. *Eudone Dap.* & *Haimone Dap.* apud *Roveceſtram*.

Item de eadem.

HEnricus Rex *Anglorum*, *Anſelmo* Archiepiſcopo, & *Haimoni Dapifero* & omnibus Baronibus *Francis* & *Anglis* de **Chent** ſalutem. Sciatis me dediſſe S. *Andreæ* de *Roveceſtra* & *Gundulfo* Epiſcopo, & monachis ejuſdem loci Eccleſias de **Marenteſord**, & de **Aileſord**, & omnes Eccleſias ipſis Eccleſiis ſubjacentes; & omnes decimas villarum illarum in quibus ſunt prædictæ Eccleſiæ, in annona, in paſnagio, in pecunia, & in omnibus aliis rebus, ſicut ſanctus *Auguſtinus* melius habuit in tempore patris mei, Eccleſiam de *Mideltona*, cum decimis ejuſdem villæ. Et decimam balenarum, quæ captæ fuerint in Epiſcopatu *Roſenſi*. Similiter concedo prædicto ſancto, & volo & firmiter præcipio, ut prædictus ſanctus, & Epiſcopus, & monachi, ipſas Eccleſias, cum decimis ſicut prædixi, teneant firmiter, & perhenniter, ita quod à nullo eis fiat inde injuria T. *Rotberto* Epiſcopo *Lincolie*, & *Willielmo Giffardo* Cancell. & *Eud. Dap.* & *Haimon. Dapif.* & *Will.* de *Albineio*. & *Willielmo Peurel* de **Doura**. apud *Roveceſtram*. In feſto S. *Gregorii*.

HEnricus Rex *Anglorũ Haimoni Dapifero* & *Hug.* de *Bochlaund* ſalutem. Prohibeo ne piſcatores peſcent in *Tamiſia* ante piſcaturam de *Roveceſtra*. Et ſi ulterius inveniuntur piſcantes, ſint mihi forisfacti. T. *Wald.* Canc. apud *Weſtmoſter*.

De **litle Wrotcham.**

HEnricus Rex *Anglorum Anſelmo* Archiepiſcopo & *Haimoni* vice-comiti & omnibus Baronibus ſuis *Francigenis* & *Anglis* de **Chent** ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe donum illud quod *Gaufridus Talebot* dedit Eccleſiæ S. *Andreæ* & Epiſcopo *Gundulfo* de *Roveceſtra* pro anima ſua, ſcilicet, medietatem parvi **Wrotcham**. T. *Anſelmo* Archiepiſcopo & *Roberto* Epiſcopo *Lincolie*, & *Roberto* Comite de *Mellent*, & *Roberto* filio *Haimonis*.

De **Elham.**

✠ EGO *Willielmus de Albeinio* Pincerna Regis, concedo Deo & ſancto *Andreæ* de *Roveceſtria*, & Monachis ejuſdem loci, totam meam decimam de villa mea, quæ vocatur **Elham**, in omnibus rebus, ſcilicet de bleio, & de paſnagio, & de molendinis, & de pecudibus, & de lana, & de caſeis & unam carucatã de terra in **Acheſtede**, & unum boſcum quod vocatur **Acholte**, quæ duo jacent in **Elham**, & medietatem decimæ de **Biſcuvitune**, in omnibus rebus, pro anima Domini mei *Willielmi* Regis, & *Henrici* Regis, atque pro anima mea, & patris mei, & matris meæ, & uxoris meæ, & fratris mei *Nigelli*, & nepotis mei *Hunfridi*, & aliorum parentum meorum vivorum atque mortuorum. Teſtibus militibus meis, *Nigello del Waſt*, *Anſfrido Capellano*, *Radulfo* de *Chieresburgh*, *Ricardo Canelen*, *Anſgoto Camerario*, *Rogero* de *Ælham*, *Radulfo Clerico Epiſcopi Gundulfi*, & *Anſfredo Dapifero ejus*.

Item de **Elham.**

HEnricus Rex *Anglorum Anſelmo* Archiepiſcopo, *Haimoni Dapifero* & omnibus Baronibus ſuis & fidelibus de **Chent** ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Eccleſiæ de *Roveceſtra* & S. *Andreæ* terras illas & decimas et boſcum quod *Willielmus* de *Albini* dedit eis, Et volo ut honorificè teneat, ſcilicet decimam de **Elham** de dominio ſuo, et terram j. Carrucam, et boſcum quod *Robertus* filius *Waiſonis* tenuit de *Willielmo* prædicto, et medietatem decimæ de *Biſintona* de Dominio ſuo. T. *Rogero* Epiſc. et Canc. apud *Wint.*

RIcardus filius *Malgerii* de *Rokeſle*, cum uxore et filio acceperunt ſocietatem monachorũ Eccleſiæ S. *Andreæ*, et ideo illis conceſſerunt omnem decimam ſuam de *Totintuna*, terra ſua æternaliter in omnibus rebus.

EDric de *Heſcendena* cum uxore et duobus filiis acceperunt ſocietatẽ noſtram, eo pacto, ut quando obierint faciemus ſervitium pro eis ſicuti pro fratribus, et habebimus decimas æternaliter de terris illorum quas habent in *Boreſtealla* et in *Freandeſberia*, in annona tantum.

EGo *Rodbertus Henrici* Regis filius, concedo Eccleſiæ et monachis *Rouveceſtra* pro meæ animæ, et *Roberti Hamonis* filii animæ ſalute, terrã illam & conſuetudines, ac quietudines quas idem *Robertus* filius *Haimonis* eis apud **Perlavam** in eleemoſina dedit, et conceſſit; et volo ac præcipio quod eas ita liberè, et quietè teneant, ſicut eas tempore prædictorum *Roberti* liberius quiecius et melius tenuerunt. Teſt. *Giſleberto Dapifero*.

De **Dudecote.**

GUndulfus *Roffenſis* Epiſcopus *Rodberto Lincolienſi* Epiſcopo & *Goisfrido* vice-comiti, & omnibus

omnibus fidelibus Regis *Francigenis & Anglis* de Comitatu de Bukingeham salutem. Sciatis quod *Gisleberrus* noster Clericus de Hedenham, concessit Ecclesiæ *Roffensi* S. *Andreæ* tres hidas terræ, quas habuit in suo dominico in Hedenham, ea conventione, quod quando ipse voluerit, fiet ibi monachus. Et hoc idem concessit & confirmavit *Radulfus* filius suus ex toto. Et ego concessi eidem *Radulfo* Ecclesiam de Hedenham cum una hida & dimidia terræ & duobus pratis, *Coica*, & *Cetemora* & concessi ei pasturam decem boum, & omnes consuetudines quæ ad eandem Ecclesiam pertinent, insuper quicquid *Gisleberrus* tenuit in Hedenham, exceptis illis tribus supradictis hidis terræ. Et de ipsa Ecclesia non faciet ullum servicium nisi quod ad Ecclesiam pertinet tantum.

De Æstuna.

POstea verò non multo tempore contigit ipsum *Gisleberrum* mutasse habitum & vitam secularem in vitam & habitum monachi apud *Rofeceſtriam*. Iisdem diebus remansit manerium *Æstuna* quod situm est in Comitatu de *Gloeceſtra*, in manu prætati *Radulfi* filii *Gisleberti* & *Osmundi* generis *Gisleberti*, qui ambo Regis exactionibus tantum fuerunt gravati ut vix amplius hoc possent pati. Erant enim illis diebus consuetudines Regis gravissimæ, atque durissimæ per totum Regnum *Anglia*. Itaque venientes pariter uterque ad Dominum Episc. *Gundulfum*, rogaverunt illum, quatinus, propter Deum & honorem suum, manerium ipsum à Rege requireret: quod si obtinere posset, de illo ulterius manerium ipsum tenerent. Quò audito Episc. quamcitius potuit, Regem impigrè adiit; amicorum itaque apud Regem usus auxilio, tandem obtinuit quod petiit; dedit ergo Episcopus *Willielmo* Regi, magni Regis *Will.* filio, xv. libras denariorum & unam mulam quæ benè valebat centum solidos. Isto tali ordine obtinuit *Gundulfus* Episc. prædictum manerium *Æstunam*, quod postquam ita factum est, statim *Radulfus* & *Osmundus* devenerunt homines Episcopi, & ita tenuerunt ipsum manerium de Episcopo; Veruntamen non multo tempore post, iterum pariter requisiverunt Episcopum, rogantes illum, ut propter Deum illas quatuor hidas terræ de *Æstuna*, cambiret illis pro duabus hidis terræ infra Hedenham. Non enim ullatenus pati poterant amplius, & malas consuetudines prædicti Comitatus, & viam longinquam ab Hedenham & laborem magnum quem propterea sæpissimè instinebant; accepto ergo consilio, Episcopus fecit illis partim juxta petitionem eorum, sed non in omnibus; dedit namque *Radulfo* unam hidam terræ, *Osmundo* verò non nisi dimidiam; debebat enim *Osmundus* Episcopo quinquaginta solidos denariorū pro multis placitis quæ super eum Episcopum habuerat, & quia Episc. clamavit *Osmundum* quietum de ipsis quinquaginta solidis, & querelis multis, ideo, è contra, non recepit ab Episc. nisi dimidiam hidam terræ. Et isto modo habuit ipse Episc. ipsum prædictum manerium, ita liberum & quietum ab omni calumnia sicut *Goda Comitissa* illud habuit unquam melius in suo dominico tempore Regis *Edwardi*. Dum hoc ita fuit, præcepit Episc. Domino *Willielmo* monacho *Rofensi* præposito de Hedenham curam accipere ejusdem manerii, & monachis Ecclesiæ sancti *Andreæ* singulis annis firmam octo dierum inde reddere. Et quidem justè, quoniam terræ illæ, quæ datæ fuerunt pro ipsius manerii cambitione, fuerant primum de Hedenham, quod penitus erat, & est, ad victum ipsorum monachorum.

WINTONIENSIS *Ecclesia Cathedralis.*

Ex Annalibus *Wintoniensis* Ecclesiæ MS. in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie Domitia in A. 13].

KINEGILSUS filius *Celrici*, Rex *Westsaxonum*. Iste *Pendam* Regem *Merciorum*, fines suos egressum, taliter semel excepit, quod ulterius nichil minus cogitabat quam cum illo contendere. Istum baptizavit sanctus *Birinus* Episcopus. Baptizatur, ab eodem *Birino*, filius *Kinegilsi*, *Kinewalchus*, & omnes *Saxones*, ejusdem regni credentes, baptizati sunt. Iste dedit sancto *Birino* civitatem *Doroceſtram*, ut sederet interim in ea donec conderet Ecclesiam, tanto sacerdote dignam, in Regia Civitate. In votis enim ejus erat in *Wintonia* ædificare templum præcipuum; Et collectis jam plurimis ad opus ædificii, terram totam ambientem *Wintoniam*, a centro *Wintoniæ* usque ad circumferentiam, ab omni parte linea exeunte, septem leucas habentem, ædificandæ Ecclesiæ in dotem dare disposuit; Quæ quia letifera prævertus ægritudine per se complere non potuit, vicario usus est; vocatumque ad se filium suum *Kinewalcum* fecit jurare, coram sancto *Birino*, in animam suam, quod ipse Ecclesiam, si de Episcopali dignam, construeret in *Wintonia* & terram, quam circumiverat, eidem Ecclesiæ ad opus ministrorum ejus, ex parte sua, Deo offerret, & in jus perpetuum confirmaret. A. D. 608.

Kinewalcus filius *Kinegilsi* Rex *Britonum*. Iste post vexationes quas pertulit à *Penda* Rege *Merciorum* propter repudium filiæ suæ, Ecclesiam pulcherrimam construxit in *Wintonia* & totam terram quam pater voverat Ecclesiæ contulit & confirmavit. 639.

Agilberto verò Episcopo *Doroceſtriæ*, successore *Birini*, diffugiente ad votum Regis Eadem transferre *Wintoniam*, Rex qui linguam *Agilberti*, qua Gallus erat, parum noverat, fecit sibi nacta occasione sacrari in Episcopum novæ sedis quendam *Saxonem* nomine *Wine*, & divisa est una diœcesis in duas. Appositi *Kinewalcus* Rex, post oblationem patris factam de *Chiltecumba*, de suo proprio dono ditare *Wintoniæ* Ecclesiam, cui tria maneria scilicet Duntun, Alresford & Wordham contulit, & in illa humatus est. 648.

Escwinus cognatus *Kinegilsi* Rex *Westsaxonum*. Iste humatus est *Wintoniæ*. 670.

Centwinus *Kinegilsi* filius, de acquisito Rex *Westsaxonum*, *Wintoniæ* quiescit. 672.

Ina Rex *Westsaxonum*. Iste construxit cœnobium *Glastoniæ* & per manum sancti *Aldelmi* monachos imposuit. Iste cum Regina sua *Ethelburga* *Romam* petit, ubi in plebeio habitu nulli hominum 683.

hominum noti, labore manuum Deo viventes, post transitum suum qui fuerint, & cujus meriti miraculis ostenderunt; Dicitur enim quod ad transitum utriusque, signa urbis intracta ab homine & intacta sonuerunt. Dederat iste Rex *Ina* dum esset in Regno *Westsaxia* Rex & omnia potens, Ecclesiæ *Wintonienſi* in *Vecta* Insula quæ nunc dicitur **Wicht**, in loco qui vocatur **Ewerland** xxx. hidas terræ & in **Bzerdinga** l. hidas.

721. *Ethelardus* Rex *Westsaxiæ*. Hujus conjunx *Frithewitha* Regina dedit *Wintonienſi* Ecclesiæ *Tantonam* de suo patrimonio. Et ipse *Ethelardus* de sua parte addidit ad prædictum manerium, ad opus ejusdem Ecclesiæ vij. mansas.

735. *Cuthredus* cognatus *Ethelardi* Rex *Westsaxiæ*. Hic dedit in *Vecta* Insula *Wintonienſi* Ecclesiæ apud *Mul.burnam* xl. hidas, & apud *Banewadam* xxv. hidas, & apud **Wippingebam** xxij. hidas & terram quæ vocatur **Ducan** & manerium quod vocatur **Cleta**.

828. *Bernulfus* Rex *Merciorum*, Regis *Egberti* deridens studia, experiri primus voluit, doctus plus valeat an indoctus dum luditur alea martis. Invitat & irritat exercitatum feriatus ad prælium vel ad faciendum sibi humagium. Consulti proceres *Egberti* quid decernerent eligendum, consultum ferro propulsare pudorem. Honestius esse decollari quam libera colla jugo submittere. Placet tempus, in æstate, locus apud **Ellendone** manerium nunc Prioris *Wintonienſis*. Conveniunt Reges ad pugnam cum dispare cultu & numero pugnatorum. Contra, quippe, centum milites *Egberti*, pallidos & macilentos, *Bernulfus* habuit M. refectos & rubicundos, quales decet esse milites sanctæ *Mariæ*. Congrediuntur fortiter salutantes se de bene bonis. Mulctantur *Mercii* sine sericordia, tantoque vincendi vincuntur velocius, quanto qui minus noverant inconsultiùs se ingerunt periculo. Cadunt uberiùs quam grando vel pluvia, & tamen plures ex delicatis suffocantur sudore quam sanguine. Tota tellus tegitur cadaveribus hominum & equorum. *Bernulfus* ipse, non jam Rex *Merciorum* sed mortuorum, qui nec superesse videt de tot modò millibus unum, fuga sibi consulens, pro iij. obolis nollet amisisse calcaria triumphato *Bernulfo*. Rex *Egbertus* regno *Westsaxonum* regnum *Merciorum* univit, in quo xvj. pagi fuerant, scilicet **Glocestrescire**, **Wirtescstrescire**, **Warwicscire**, **Cestrescire**, **Derbiscire**, **Staffordscire**, **Herefordscire**, **Orenefordscire**, **Buckingehamscire**, **Hartfordscire**, **Huntindunscire**, **Wedefordscire**, **Nozhamtescire**, **Leicestrescire**, **Lincolnscire**, **Snotingehamescire**. Accepto homagio & fidelitate sibi jurata ab omnibus *Merciis* libere-tenentibus, Rex *Egbertus* misit *Ethulfum*, filium suum, clericum, cum exercitu super *Cantianos* & *Orientales Anglos*, qui in brevi tempore, sine multo sanguine, utrumque regnum sibi subjugavit patri suo, & rediens duo illi diademata præsentavit. Rex *Egbertus*, ultra progrediens, *Eboracum* cepit, super *Northumbros*, & civitatem *Legionum* super *Britones*, & utrumque regnum sibi subjiciens, ad ingressum *Scotiæ* restitit, ut hæredibus suis aliquid relinqueret adquirendum. Revertens inde *Wintoniam*, mandavit omnibus majoribus regnorum quæ conquisierat, ut convenirent ad illum die certo *Wintoniam*. Veniunt *Wintoniam* clerus & populus, & assensu omnium partium coronatus est *Egbertus* in Regem totius *Britanniæ*. Edixit, illa die Rex *Egbertus* ut Insula in posterum vocaretur *Anglia*, & qui *Juti* vel *Saxones* dicebantur, omnes communi nomine *Angli* vocarentur. Post cætera non est oblitus pro collato sibi honore Deo gratias reddere, qui dedit Deo & *Wintonienſi* Ecclesiæ in *Vecta* Insula apud *Cawelburnam* xxx. hidas, apud *Scaldefletam* xlij. hidas & iiij. villas, scilicet, **Dzoketresozd**, *VVordiam*, *Aweltonam* & *Beddintunam*.

Egbertus plenus dierum mundo valefaciens, *Ethulfum* filium suum, non jam *West-saxonum*, sed totius *Angliæ* Regem, testatus est; sepultusque est in Ecclesia *Wintoniæ*.

Rex *Ethulfus*, à *Roma* reversus, totam terram de dominico suo decimavit, & decimam quamque hidam contulit conventualibus Ecclesiis, per Regionem. Et hoc factum est ut totam ex integro terram de *Childecumba* nomine decimæ, pro una sola hida *Wintonienſi* Ecclesiæ restitueret, quam *Kinegilsus* & *Kinewalcus* Reges prius dederant, sed inter istius & illorum tempora alienata fuerat ab Ecclesia; dedit etiam idem rex *Ethulfus*, eidem *Wintonienſi* Ecclesiæ ad augmentum *Tantoniæ*, C. & xliij. hidas terræ, & ij Maneria, scilicet *Brichewellam* & *Wembergam* eidem contulit Ecclesiæ, in qua & sepultus est. 837.

Leges *Britonum* Rex *Eluredus* transtulit in *Anglicum*. Quæ tunc dicebantur leges Regis *Eluredi*, & multos libros transtulit eodem modo. Iste instituit *Hundredos* & *Tithingas* ad latrones investigandos. Iste condidit duo Monasteria, unum in *Ethelingeniæ*, ad opus Monachorum, & aliud in *Sestiberia*, ad opus sanctimonialium. Iste fecit in *Wintonia*, in cimiterio Episcopalis Ecclesiæ, *Novum Monasterium*, quod, multis ditatum possessionibus, sancto *Grimbaldo* dedit, ut sic illum retineret in *Anglia*. Iste Regnum *Anglorum*, ante dies suos rude & incompositum, totum erudivit & informavit ad regulam. In proverbiis ita enituit ut nemo post illum amplius. Rex *Eluredus* sepultus est in novo Monasterio apud *Wintoniam*. Iste *Eluredus* dedit ad aumentum *Tantoniæ* villam, quæ dicitur *Rinctune* ad opus *Wintonienſis* Ecclesiæ. 872.

Edwardus filius *Eluredi* Rex *Angliæ*. Hujus filia fuit sancta *Edburga*, cujus sacrum corpus in *Wintonia* requiescit apud *Nunnemenstre* sine fallacia, licet Monachi de *Malverna* se falsò jactitent illud habere. Tres filios habuit, successores Reges, *Ethelstanum*, *Edmundum* & *Edredum*. Iste dedit Ecclesiæ *Wintonienſi* iiij. Maneria, scilicet, *Hussebornam*, **Witchurche**, *Owertonam* & unam *Stokam*, dedit & novo Monasterio, quod pater suus erexit in *Wintonia*, prædia multa, in quo quiescit humatus. 901.

Ethelstanus filius *Edwardi* Rex *Angliæ*. Iste unum regem *Scotorum*, & v. Reges *Dacorum*, & xij. Comites cum copiis suis uno certamine vita privavit. Iste tamen pacem fecit teneri in *Anglia*, quod torques aureus si exponeretur in compito citius ibi putresceret quam furto tolleretur. Iste dedit *VVintonienſi* Ecclesiæ caput sancti *Justi* Martyris & tria Maneria, scilicet, **Chilbeldintun**, **Ebedsozd** & *Eismeresworthiam*. Monasterio etiam *Malmesberiæ* multa contulit in quo humatus fuit. 924.

fuit. Cujus corpus, pia præsumptione fratrum [illegible] de terra levatum & in feretro est re- | pliavit possessionibus, & *Wintoniensi* Ecclesiæ dedit manerium quod dicitur *Alwarstoke*, & apud

94

benas, contulit vicarius quos viderat in Ecclesia perstantes assiduè, sed & illi promoti in personatum vicarios sibi facientes, facti sunt similes vel vagatiores & seculariores prioribus. Rex itaque circa correptionem Canonicorum nichil proficiens postquam gejunium fregit in illis, de Ecclesia & de novo monasterio illos ejiciens, monachos in locis illorum constituens, illorum dispersionem istorum congregationem à Papa *Johanne* xiij. ratam habere meruit & confirmari. His ita factis, Rex *Edgarus Novum Monasterium* amplavit possessionibus, & *Wintoniensi* Ecclesiæ dedit manerium quod dicitur *Alwarstoke*, & apud

ejus, ornat *Wintoniensi* Ecclesiæ, plurima ornamenta in auro & argento, in gemmis & vestibus pretiosis, & duo Maneria, scilicet, **Westwde** & **Parimparmustier**.

Habebat enim Regina illa multa Maneria quæ *Ethelredus* Rex illi in dotem dederat, & *Cnutus*, & *Hardecnutus* Reges, in jus hæreditarium confirmaverant, quibuscunque vellet assignanda locis vel conferenda personis.

Rege defuncto, regni Cura, Reginæ assensu, & magnatum Consilio, Comiti *Godwino* com-

hominum noti, labore manuum Deo viventes, post transitum suum qui fuerint, & cujus meriti mira-

Wintoniam clerus & populus, & assensu omnium partium coronatus est *Egbertus* in Regem

tempore, sine multo sanguine, utrumque regnum sibi subjugavit patri suo, & rediens duo illi diademata præsentavit. Rex *Egbertus*, ultra progrediens, *Eboracum* cepit, super *Northumbros*, & civitatem *Legionum* super *Britones*, & utrumque regnum sibi subjiciens, ad ingressum *Scotiæ* restitit, ut hæredibus suis aliquid relinqueret adquirendum. Revertens inde *Wintoniam*, mandavit omnibus majoribus regnorum quæ conquisierat, ut convenirent ad illum die certo *Wintoniam*. Veniunt

Edwardus filius *Edwardi* Rex *Angliæ*. Iste unum regem *Scotorum*, & v. Reges *Dacorum*, & xij. Comites cum copiis suis uno certamine vita privavit. Iste tamen pacem fecit teneri in *Anglia*, quod torques aureus si exponeretur in compito citius ibi putresceret quam furto tolleretur. Iste dedit *Wintoniensi* Ecclesiæ caput sancti *Justi* Martyris & tria Maneria, scilicet, **Chilbeldintun**, **Bedford** & *Eisemere*/*Worthiam*. Monasterio etiam *Malmesberiæ* multa contulit in quo humatus fuit. 924.

fuit. Cujus corpus, pia præsumptione fratrum ejusdem loci, de terra levatum & in feretro est reconditum.

946. *Edredus* frater *Edmundi* Rex *Angliæ* Iste præ omnibus antecessoribus suis Deum timuit, & ideo omni qua voluit sorte beatus erat. Pacem voluit & pacem habuit. Tantam illi Deus gloriam contulerat ut cum nullum hominum suorum terreret, ab omnibus solo amore timeretur. Iste ad extrema veniens, sanctum *Dunstanum* Abbatem *Glastoniæ* mandavit adesse. Ad quem vir Dei properans audivit vocem de cœlo dicentem sibi in eundo. *Rex* Edredus *modo migravit ad Dominum.* Jumentum cui *Dunstanus* insidebat ad hanc vocem cecidit exanimatum, corpus ejus in *Wintoniensi* Ecclesia sepultum est. cui adhuc vivens duo maneria dudum amissa restituerat, scilicet *Duntonam* & *Hesseburnam.*

959. *Edgarus* frater *Edvii* filius *Edmundi* Rex *Angliæ.* Sicut eadem terra malas herbas & bonas nutrit, et urticæ proxima sæpe rosa est, sic ex uno patre *Edmundo* duo filii *Edwius* pessimus & *Edgarus* optimus processerunt. In ortu *Edgari* sanctus *Dunstanus* angelicam vocem audivit in hæc verba, *Pax Angliæ non deerit quamdiu puer iste regnaverit.* Non fuit in *Anglia* monasterium sive Ecclesia cujus non emendaret cultum vel ædificia. In *Wintoniensi* Ecclesia & *Novo Monasterio* quod nunc ab eventu dicitur de *Hida*, monachos posuit loco clericorum, quia clerici illi nomine tenus canonici, frequentationem chori, labores vigiliarum & ministerium altaris vicariis suis utrunque sustentatis relinquentes, & ab Ecclesiæ conspectu, ne dicam Dei, plerumque absentes septennio, quicquid de præbendis percipiebant locis & modis sibi placitis absumebant. Nuda fuit Ecclesia intus & extra quia vicarii non habebant unde eam vestirent & tegerent, nec præbendarii, qui personæ dicebantur, talibus poterant intendere: vix inveniretur unus & is forte coactus qui vel pauperem pallam aut calicem quinque solidorum conferret altari. Rex *Edgarus* ista considerans & dolens tam divites eleemosynas collatas Ecclesiæ, non in Ecclesia, non in ministris Ecclesiæ, non in pauperibus expendi, mandavit Trasonibus & sæpe consuluit, per Episcopum eorum *Æthelwoldum* & per *Dunstanum* Archiepiscopum, ut bona Ecclesiæ non sine causa percipientes, in Ecclesia cujus se personas confitebantur, in propria persona Deo servituri perpetuò facerent stationem. Canonicis mandata Regis & monita, surda aure transeuntibus, & nolentibus singulis pro annuo canone mille librarum auri vel per annum esse claustralibus, Rex instans proposito, & malens per Canonicos quam per aliud genus artioris religionis administrari negotium, ablatis quibusdam eorum præbendas, contulit vicariis quos viderat in Ecclesia perstantes assiduò, sed & illi promoti in personatum vicarios sibi facientes, facti sunt similes vel vagatiores & seculariores prioribus. Rex itaque circa correptionem Canonicorum nichil proficiens postquam gejunium fregit in illis, de Ecclesia & de novo monasterio illos ejiciens, monachos in locis illorum constituens, illorum dispersionem istorum congregationem à Papa *Johanne* xij. ratam haberi meruit & confirmari. His ita factis, Rex *Edgarus Novum Monasterium* ampliavit possessionibus, & *Wintoniensi* Ecclesiæ dedit manerium quod dicitur *Adwintonia*, & apud *Itinstokam* x. hidas, & apud *Madanlegam* iij. hidas, & apud *Brewdunam* xiij. hidas, & apud *Aderingefeldam* ij. hidas, & apud *Druean* vij. hidas.

Monasterium de Hida.

Rex *Edgarus* habuit duos filios *Edwardum* ex legitima sua Regina, & *Ethelredum* ex relicta *Athelwoldi* Comitis filia. Qui *Athelwoldus Wintoniensi* Ecclesiæ villam quæ **Wilt** dicitur dederat, quem Rex pulcræ uxoris gratia in foresta de **Werewll** telo transiecerat. Nonfuit ille primus nec erit novissimus qui doluit aut dolebit suæ uxoris pulcritudinem. Vidimus & nos aliquem pro pulera uxore sua aliquid pertulisse.

Edwardus filius *Edgari* Rex *Angliæ.* Istum casu à venatione reversum ut erat in equo, noverca sua illa *Athelwoldi* Ducis relicta & necis occasio, inter amplexus & oscula dato sitienti poculo per satellitem sica transfodit. Qui cum quantis poterat animæ reliquiis mortis auctricem fugiens & sonipedem calcaribus vrgens, uno pede lapsus altero tractus, defluente sanguine, se quærentibus ubi mortem exceperat & quo eum equus traxerat dedit indicia. Equus cui insederat cum sella cruentata currens ad locum qui dicitur **Edwardestowe**, ibi restitit, ubi usque hodie in memoriam martyris eadem sella servatur. Corpus vero occisi primo apud *Waram*, & postea apud *Sestleberi* conditum, multis frequentatum est & honoratum miraculis. 975.

Etheldredus frater *Edwardi* martyris Rex *Angliæ.* Hujus mater *Elfrida*, tacta tandem dolore cordis intrinsecùs quod Rex *Edwardus* per illam, & Dux *Ethelwoldus* pro illo occubuerant, construxit monasterium monachorum in *Werewlla*, et ibi mirabiliter pœnitens consummata est. 979.

Rex *Cnutus* dedit *Wintoniensi* Ecclesiæ terram trium hidarum quæ vocatur **Hille**, et feretrum ad reliquias sancti *Birini* magnum et magni, et candelabrum argenteum cum vj. brachiis qualia modò uidemus in Ecclesiis preciosissima de auricalco, et ij. signa, et in eadem Ecclesia sepultus est. 1035.

Hiis temporibus *Emma* Regina morabatur *Wintoniæ* multum familiaris *Elwino Wentanæ*, tunc civitatis Episcopo. Omnia in regno potens plurimis referta divitiis, solo contenta filio qui regnabat, et soli intenta pontifici quem colebat; *Eluredi* casum scire nolebat, et *Edwardo* exuh nichil penitus boni faciebat. Non deerant qui in *Neustriam* nunciarent *Edwardo* fratris interitum, *Godwini* maliciam, matris cum Episcopo suspectam familiaritatem, Episcopum esse in causa præcipuum, quod mater filiorum suorum alterum non fleret, alterum non exhiberet. 1040.

Emma Regina, mater *Hardecnuti*, pro anima ejus, dedit *Wintoniensi* Ecclesiæ, plurima ornamenta in auro & argento, in gemmis & uestibus preciosis, & duo Maneria, scilicet, **Westwde** & **Parimparmustier**.

Habebat enim Regina illa multa Maneria quæ *Ethelredus* Rex illi in dotem dederat, & *Cnutus*, & *Hardecnutus* Reges, in jus hæreditarium confirmaverant, quibuscunque vellet assignanda locis vel conferenda personis.

Rege defuncto, regni Cura, Reginæ assensu, & magnatum Consilio, Comiti *Godwino* com-

mittitur donec qui dignus esset eligeretur in Regem.

Edwardus, filius *Emmæ*, diuturno confusus exilio & tribus Ducibus consanguineis suis, *Ricardo* & *Ricardo* & *Roberto* jam defunctis, nullum habebat amicum in *Neustria*, *Willielmo* filio *Roberti* Ducis juvenculo, morante cum Rege *Francorum* in *Gallia*. De matris etiam nichil audens sperare misericordia, inter desperandum, tutius credebat manifesto supplicare inimico, quam fictum amicum sine causa sollicitare, unde relicta *Neustria*, navigans *Angliam*, cum appulsus esset in portam *Hamonis*, divertit à matre sua quæ tunc erat *Wintoniæ*, & ad æmulum suum et fratris interfectorem *Godwinum* pertendit *Londonias*. Ubi, matutina cujusdam hora diei, quæsito ad cubile illius ingressus, prostravit se solo in modum crucis coram *Godwino* jam vigilante, Cui *Godwinus*. Quis et cujas miser es et quid hic quæris? Surge ut te inspiciam. Ad hæc *Edwardus*. Ego (inquid) quidam pauper sum servus tuus sine meritis meis exul ab adolescentia, da michi obsecro capud, et patriam, et fletu multo commendavit orationem. *Godwinus* tunc semel ad instantiam et fletus et supplicantis factus misericors, cum juramento quod semper servare solebat inviolabile, dixit ei, surge, surge, securus esto, *per vultum de Lukes*, non morieris. Quisquis es fateri non verearis. Et ille, Ego sum inquid *Edwardus Ethelred*, novissimus filiorum. Inveniam oro gratiam in oculis tuis. Cui *Godwinus*. Prevenisti me bono tuo, quod juravi non erit irritum. Ego ero tibi in patrem, et tu eris michi in filium, Jura michi in deum et in animam tuam te filiam meam accepturum in conjugem & me primum semper moraturum in regno, et ego dabo tibi regnum *Anglia*. Juravit, et receptus in osculum, jussus est præire illum *Wintoniam*, nulli hominum nec ipsi matri sue se notum facere. Venit *Edwardus*, plebeio amictus habitu, *Wintoniam*, quandoque in curia matris, quandoque in domo Episcopi comedens, sed ignotus, affectus eorum sedulus explorabat. Mandatur à *Godwino* in regione omnes majores Regni ad Reginam convenire *Wintoniæ*, de rege constituendo consilium habiturus.

Secundum formam mandati venitur *Wintoniam* & convenitur in Ecclesiam Episcopalem.

Godwinus juxta Reginam ad lævam ejus residens, propter Archiepiscopos qui tenebant dextram, & ante pedes suos *Edwardum* habens velatum faciem, post plurimas allegationes protensa manu capud *Edwardi*, nesciente Regina, mysterium discooperuit, & erigens illum coram omnibus supra modum stupentibus, ecce, inquid, Rex vester. Iste est *Edwardus* filius hujus *Emmæ* Reginæ & *Ethelred* Regis *Anglorum*.

Hunc ego in Regem eligo, huic ego omnium primus homagium facio. Post disceptationes aliquas consentitur in electionem, quia etsi aliquibus displiceret, nemo tunc temporis, quod *Godwinus* volebat fieri, præsumebat contradicere.

1043. *Edwardus* filius *Ethelredi*, rex *Anglia*. Iste ut electus & consecratus est *Wintoniæ*. Iste accepit in conjugem *Weduiham* filiam *Godwini*, ab utroque perpetua virginitate servata. *Godwinum* ante omnes homines honorabat, Matrem suam nec colebat nec publicè confundebat, De *Neustria* accersivit quosdam qui sibi benefecerant exulanti, inter quos & *Robertum* quem prius Episcopum *Londoniensem*, & postea fecit Archiepiscopum *Cantuariensem*. Hujus Archiepiscopi crebras suggestiones Rex *Edwardus* mente revolvens, ad tantum acerbitatis perductus est, vir mali nescius, ut *Godwinum* Comitem, qui illum Regem fecerat, cujus filiam desponderat de regno conciliis suis expelleret, & honores eorum, inimicis eorum tribueret, Matri suæ *Emmæ* Reginæ quicquid in hoc mundo possederat, usque ad precium quadrantis auferret, & illam in Abbacia de *Warewella* retrusam cum summa parcitate faceret exhiberi; *Alwinum Wentanum* Episcopum, matris, ut dicebatur, amasium, omnibus patrimonii sui prædiis spoliatum, extra terminos civitatis *Wentanæ* proferre pedem sub capitis periculo prohiberet.

Godwinus cum filiis suis Regnum egreditur. *Alwino* Episcopo sedes sua mutatur in carcerem. Regina apud *Warewillam* custodiæ tradita, sed minus artam quam filius dictaverat habens custodiam, permissa est scribere omnibus Episcopis quos sibi fidos crediderat & dolores suos exponere. Forma scriptoli talis erat, *Se de pontificis decore plus torqueri & erubescere quam de proprio, paratam se Dei probare judicio pontificem injustè diffamatum nunquam carnem suam retegisse, nunquam se vel illum contra Regem aliquid egisse vel agere voluisse. Accederent ad Regem Episcopi; & intercederent pro corpiscopo, inducerent modis omnibus illum, ut matris pro se & episcopo, purgationem reciperet. Bonam conscientiam publicè impetitam de crimine non debere nisi publica satisfactione purgari. Placere sibi candentis ferri examen. Tantum apponant ut Rex jubeat examen fieri in ecclesia sancti* Swithuni Wintoniæ, *securam se esse de sancti suffragio pro conscientiæ testimonio. Si in exequendo negotio moram fecerint se morituram, ne paupertas sua videatur diutius, quia*

Nil habet infælix paupertas durius in se
Quam quod ridiculos homines facit.

Regem filium suum si plus eligat nec convictam nec confessam matrem punire quam purgationem ejus admittere, ab omnibus hominibus infamandum

Omne etenim vicium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto qui peccat major habetur.

Filius matrem persequitur, Rex Reginam qui & manum misit in Christum Domini.

Singuli Episcoporum ad quos Regina scripserat, rescriptis se invicem consulerunt, & die condicto convenientes ad Regem, convenerunt eum super querelis suæ matris & precibus.

Rex *Edwardus* ut erat mitæ simplicitatis & innocentiæ qui nichil umquam egit perperàm nisi ex alterius suggestione, allegationibus Episcoporum se sustinuisset facillimè superari, & quicquid in matrem aut Episcopum falsa seductus credulitate crudelitatis admiserat, non solum sine recipienda satisfactione purgatoria temperasset, immo ipse veniam petiturus ad arbitrium Episcoporum de præsumptione satisfecisset, nisi *Robertus* Archiepiscopus quem Rex adsciverat obstitisset. Tanti fuit homo ille in oculis Regis ut si diceret nigram cornicem esse candidam, Rex citiùs ori illius quam oculis suis crederet. Consummatum

fuisset

fuisset ipsa die negotium ad honorem matris & filii, nisi cum assisterent filii Dei coram Domino, affuisset inter illos etiam ille Satan.

Robertus Archiepiscopus non rogatus partis se fortioris faciens advocatum, talibus coëpiscoporum industriam illudere conatus est, & avertere mentem Regis à matre.

Convenistis fratres Dominum meum Regem pro matre sua fera non fœmina, & ut vobis parcam, non vestris sed illius verbis retorquetis crimen matris in filium.

En scelus ecce Jovem placidum nimis hanc nimis ausam
Quæ sceleris tractat coram Jove de Jove causam.

Ausa est impudentissima mulierum, in Regem minas diffamationis evomere, & illum frequentatorem suum qui scit similare sanctitatem, qui de virtute loquitur clunem agitat, illum cujus ad effigiem non tantum in egere fas est, ut Regem reum sacrilegii faceret ausa est Christum Domini nominare. Notate maliciam mulieris, ad hoc tantum Edwinum *suum Christum Domini nominavit, ut Rex qui manum misit in illum pro sacrilegio plecteretur. Sed accedamus ad causam. Fœmina vult purgare pontificem, & quis purgabit eam quæ dicitur consensisse in necem filii sui* Eluredi *& procurasse venenum* Edwardi? *sed esto quod auctoritatem habeat supra sexus conditionem quia Regina est, si vultis ut consentiam in inauditam à seculis purgationem, & vos consentietis ut ego d sponam genus examinis, quod si penitus illæsa pertulerit, me in Deum & Regem reum condemnabitis, honore privandum, & purgatis honores pristinos restituetis. Totam culpam Regis quam nullam esse præsumo in me recipio. Non vos suspendam diutiùs. Fœmina illa infamis pro se ipsa iv. pro Episcopo v. scilicet ix. continuos passus super ix. ignitos vomeres faciat nudatis pedibus. Si vitubaverit si singulos vomeres plene pede non pressérit, si quantulumcunque læsa fuerit, sententia proferatur in mœchum & lernicariam, uterque religionis artissima perpetuo claustri recludatur in carcerem. Noveritis etiam quod plus de indulgentia quam de rigore processit sententia quæ non dicam decernit sed sustinet pedali examine crimen capitale purgari.*

Placere videbatur & Regi & Episcopis quod Archiepiscopus decreverat, & die nominato statuitur convenire *VVintoniam.*

Ad Reginam refertur sententia, quæ non minus inde turbata est quam si vocaretur ad nuptias. Reginam taliter examinandam præconatur fama per Regnum, tantusque populorum fit concursus ad civitatem *VVentanam*, quod nunquam antea illic una die tot visi sunt homines convenisse.

Regina de mandato Regis reducta est *VVintoniam* de *VVarewlla*, & tota nocte proxima præcedente diem agonis sui pervigilavit ad sepulchrum sancti *Swithuni*. Non est opus ut dicam quod toto corde oraverit, quod parum nocte illa dormierit, quot vota fecerit ut in tanto mereretur salvari discrimine. Et tamen dormire nolens dormitavit paululum, & vidit beatum *Swithunum* sibi assistentem & hæc audivit dicentem sibi. *Constans esto filia. Ego sum* Swithunus *quem invocas: ego tecũ sum ne paveas. Confundentur qui te persequuntur quia cum transieris per ignẽ flamma non nocebit te. Tu autem remittes hanc noxam filio tuo.*

Die facto, convenit ad Ecclesiam clerus & populus, & Rex ipse sedebat pro tribunali, Regina producitur ante filium, & an velit prosequi quod promiserat convenitur; quæ,

Respondere parat mernitque silentia vultus
Postquam fœmineo rediit mens mota stupore
Gratia verborum tenero distillat ab ore.

Domini (inquid) & fili. Ego illa Emma *quæ te genui, pro te de tuis imputata de crimine in te & Eluredum filios meos, & de consensu turpitudinis & proditionis cum hujus sedis episcopo, invoco hodie Deum testem in corpus meum ut peream si quid horum quæ michi imposita sunt vel mente commisserim.*

In pavimento Ecclesiæ scopato ix. vomeres, igne candentes, ponuntur in ordine. Quibus breviter benedictis, subtrahuntur Reginæ calcei & posito peplo & rejecto clamine, succincta à duobus hinc inde Episcopis ducebatur ad tormentum. Flebant qui eam ducebant Episcopi, & qui multo plus timebant quam illa, animabant illam ut non timeret. Fit per Ecclesiam fletus intolerabilis, & fuit omnium vox una dicentium sancte *Swithune* sancte *Swithune* tu illam adjuva, si interim reboassent tonitrua non audirentur in populo, tantis viribus, tantis vociferibus clamabatur in cœlum ut sanctus *Swithunus* vel tunc vel numquam festinanter accurreret. Deus inde patitur & servus suus *Swithunus* extrahitur violenter è cœlo. Regina sine clamore hanc in eundo faciebat orationem.

Deus qui liberasti Susannam *de senibus iniquis, qui liberasti tres pueros de camino ignis, tu de incendio michi parato, per merita sancti* Swithuni, *me liberare digneris.*

Videte miraculum. Episcopis pedes illius dirigentibus super novem vomeres ix. passus faciens, & singulos eorum totius corporis pleno premens pondere, sic omnes supergressa vomeres nec ferrum vidit nec sensit incendium. Unde & dixit Episcopis. Nunquid quod maximè petieram non optinebo? Quare me ducitis extra Ecclesiam quæ in Ecclesia deberem examinari. Erat enim procedens ulterius, & nondum sciebat quod consummasset examen. Ad quod Episcopi sicut singultiendo poterant respondernnt. Domina nostra respice; jam fecisti, jam res facta est quam faciendam existimas. Respexit, & aperti sunt oculi ejus, & tunc primo vidit ferrum & intellexit miraculum. Ducite me inquid ad filium meum ut videat pedes meos, & sciat quia nichil mali passa sum. Reversi Episcopi cum Regina invenerunt illum operto capite prostratum in terra, jamque ei præ miseratione verba defecerant quia erumpebant uberius lacrimæ & non poterat se continere.

Qui cum elevatus rem cognovisset ex integro, procidit ille sanctissimus ad pedes matris dicens, *Mater peccavi in cœlum & in te, jam non sum dignus vocari filius tuus.* Ad quem mater. Vocetur ad te *Elwinus* Episcopus, & cum illi satisfeceris de me citiùs veniam consequêris. Vocato ad Regem Episcopo qui non sederat in ordine Episcoporum, Rex veniam cum lacrimis postulat & meretur, & virgis cæsus à singulis Episcoporum, & per manum flentis matris tres ictus accepit. Et sic datis osculis & receptis Rex illos in gratiam

& illi Regem in venerationem receperunt. Et redditum est Reginæ & Episcopo quicquid illis sublatum fuerat.

Declamatus est, jubente Rege, in Ecclesia & in atrio exterius per plorantes populos modus & ordo miraculi. Et conversus est tam subitò fletus illorum in risum, quod simul videres illos ridentes & flentes.

Regina *Emma* donata omnibus maneriis dotis suæ quæ illi priores Reges confirmaverant, non est oblita liberatoris sui. Deditque ipsa die S. *Swithuno* in oblationem pro ix. vomeribus ix. maneria.

Elwinus Episcopus de suo patrimonio dedit sancto *Swithuno* alia novem maneria.

Rex ipse *Edwardus* donationes Reginæ & Episcopi ratas habuit, & confirmavit, & insuper, de suo dominico, dedit sancto *Swithuno* duo maneria scilicet Weones & Portlande & terram v. hidarum quæ vocatur Wrocteshale.

A. D. 1047. *Elwinus* Episcopus mortuus est, & *Stigandus*, illi successit, qui de donis *Emmæ* Reginæ condidit magnam crucem cum duabus imaginibus, scilicet *Mariæ* & *Johannis*, & illas cum trabe vestitas auro & argento copiosè dedit *VVintoniensi* Ecclesiæ.

1052. *Emma* Regina migravit à sæculo, & sepulta est in Ecclesia sancti *Swithuni VVintoniæ*.

1053. *Githa* uxor *Godwini* fœmina multas habens facultates, pro anima ejus, multis Ecclesiis, in elemosyna multa contulit, & *Wintoniensi* Ecclesiæ dedit duo maneria, scilicet *Bleodonam* & *Crankumbam*, & ornamenta diversi generis.

1079. *VValkelinus* Episcopus à fundamentis *VVintoniensem* cœpit reædificare Ecclesiam.

1086. Fertur Regem concessisse Episcopo *VValkelino*, ad perficiendam ecclesiam quam inchoaverat *VVintonia*, tantum lignorum de Hanepinges, quantum iij. diebus & noctibus per carpentarios adquirere poterat. Carpentariis igitur innumerabilibus congregatis, totum nemus in præfixo termino, solo dejectum est, & ad *VVintoniam* deductum. Post hæc venit Rex, per Hanepinges, & postquam respexit illuc, admirans, quasi in extasi factus, *Nunquid fascinatus sum aut amens effectus, ubi* (inquid) *sum? Nonne hic juxta* Wintoniam *nemus habui valdè delectabile?* Agnita denique re gesta in furorem versus est. *VValkelinus* itaque, sumpta circa se vetusta capa, impetravit ab hostiariis Regis ingressum usque in Regis cameram. Ad pedes autem ejus procidit, Domine, in quid, novi quod multos habeas clericos & capellanos promovendos, & ob hoc contra me quæris occasionem. Accipe ergo si placet quem mihi dedisti episcopatum, Reservato michi cum amicitia tua officium quod dudum in capella tua habui. Quid multa? Postremo Rex. *Certè* (in *quid*) Walkeline, *ego nimis prodigus largitor, & tu nimis avidus extitisti acceptor.* Pacificatus itaque Regi cum amoris redintegratione ad Episcopatum suum rediit.

Autographum penes Decanum & capitulum *Wintoniæ*.

✠ CUM *præsentis vitæ series mutabilium varietur discursu, & præterita oblivione tradantur, nisi literarum apicibus elucubrata posteris clarescunt. Ego* Eaduueardus, *divina largiente clementia* Angul-Saxonum Rex, *tempore quo diœcesim* Uuentanæ *Ecclesia in duas divisi parochias, obnixè rogatus fui à* Hithestano, *quem tunc prædicta Ecclesia episcopum constituerant, ut novarum astipulatione literarum S. Ecclesiæ testamenta, uti olim ab antecessoribus meis* Cynegilso, *atque* Ernewalho, *multisque eorum successoribus devotè tradita, atque restaurata fuerant confirmans, renovarem, ob æterna beatitudinis præmium, & prosperum hujus vitæ excursum. Terram quæ undique adjacet civitati, quæ in exordio Christianæ Religionis* Birino *venerabili episcopo, prædicante beato* Petro, *ejusque co-Apostolo* Paulo *concessa fuerat, consilio optimatum meorum usus cum territoriis, antiquis cartulis insertis, C. videlicet mansus, licet speciosior ab incolis æstimari valeat, ita quod in ipsius terra quantitate quod Episcopo aratur, & quod Coloni inhabitant, pro uno tantummodò cassato reputetur qui* Ciltancumb *ab hujus patria peritis vocatur, aves, atavos, proavos, atavosque spiritus sancti igne succensos devotissimè imitans itidem corroborandò æterna largior hereditate. Quamobrem tam ego sceptra* Anglorum *patrio more regens quam* Plegmund *Doroberuensis ecclesiæ Archiepiscopus, cæterique utriusque ordinis suffraganei quorum inferius vocabula litterarum notulis designantur. In nomine almæ Trinitatis, atque individuæ unitatis præcipimus tam* Hithestano *ejusdem* Uuentanæ *sedis Episcopo, quam cunctis ejus successoribus ut nulli secularium militum nec ipsum vas, nec aliud quodlibet ad ecclesiam Dei pertinens pro munere quolibet dare præsumant. Seculares igitur episcoporum ditione subjecti intra ambitum hujus spatiosæ telluris, diversis in villis degentes, censum Episcopali sedi persolvant, & expeditionum, pontis, arcisve restaurationem, dum necessitas incubuerit, incunanter peragant. Et has C. mansas omni obsequio defendant, ita ut* Ciltancumb *cum suis appendiciis pro una tantummodo mansa, ut olim constitutum fuerat, reputetur. Moderno tempore ut antiquitùs constitutum fuerat,* Ynut-Scillinge, & Creoldintun, *in quantitate horum C. cassatorum, persistant. Hoc quoque in nomine almæ* Trinitatis, *& individuæ unitatis obnixè flagitamus, & beati* Petri *Apostolorum principis auctoritate præcipimus; ut rura quæ ab antecessoribus suis maximè* Adenewlfo, *ad animæ suæ periculum diversis secularium personis accommodata fuerant, dum opportunum fuerit, statuto à prædecessoribus episcopis tempore, sine ullo controversionis obstaculo in qualicunque sint provincia vel episcopatu,* Uuentanæ *cathedræ restituantur. Si autem reditum accelerare voluerit eorum, in ipsius consistat arbitrio, præcipuè dum beatæ memoriæ* Theodorus *hoc olim interdixerat nefas, ne scilicet episcoporum quispiam Christo collatam à catholicis possessionem pro qualibet munere temerarium dare vel accommodare præsumeret, præsumentem equidem Anathematis vinculo irretitum Sinodali damnavit concilio, & tam inlicitum ac inconveniens datum, successores nullatenus stare permitterent jussit, ne pravo antecessorum consilio successores ad hanc deducerentur inopiam ut Christi pauperibus quid erogarent non haberent. C. mansæ in* Duntun *& in* Ebleburnan *quas mihi præfatus accommodavit episcopus. Et lxx. in* Beadingtune *quas mihi* Denulf *accommodaverat præsul, si hoc illi placuerit, ut his, vitæ comite, frui, post obitum meum* Uuentanæ *ecclesiæ liberè*

1640.

berè restituantur, nostris salubribus obtemperantes præceptis præsenti prosperitate, & futura beatitudine jocundi perfruamur. Si autem temerarium quispiam nefas superius interdictum ullo modo præsumeris, Anathema sis, & auctoritate beati Petri *Apostolorum principis* Paulique, *quorum sub alma* Trinitatis *possessio est quod à nobis modo renovatur damnatus intereas, nisi cum satisfactione magno quod contra nostrum decretum minuendo præsumens abstulisti, pœnitendo ante obitum summa satisfaciens restituerit.*

Hæc Cartula scripta est anno dominicæ incarnationis DCCCCVIII. *Indict.* xij. *Hæ limitibus hoc rus undique circundatur, & intra ambitum suum multas villas complectitur, quarum nomina incolæ liquidò clarescunt.* **Hunticlitune** *tamen &* **Ceol-bolorington,** *quia* **Cone** *villæ contiguæ non sunt, C. mansuum quantitatem perficientes, indumentis cleri deservientes. non his limitibus sed propriis & ratis terminis ambiuntur.*

+ Ærerton Icenan to Brombrycge up ⁊ lang weges to hlidegeate Danon on lang stadæs to Beamstede þ behagan to Searnegles forda þ up ber fæstlinge to Sugebrocæ dæt forð be meance to Culesfelda forð bezehpihtum gemæro to Stodlegæ fra to tacnerfelda. þ to meardene fra to tappeleage fra forð to sciplege þ to bradan ecge fra to hæne ealdan cpalmstoppe þ forð be deopan delle þ betpape leaninga meance to Bacegeate forð be meance to ðe mældan palde fra norð ⁊ eapt to heappaðe abe heappaðe to heapopa stoccum fra be hioe burninga ge mæne on Icenan þ up be stream þ fra pið eastan forðrige Danon be pihtre meance to ðæm gemæp ðornan. þ to hæne peadan stoce fra forð be ealdanmonnes meance a be meance þ hit cimð on Icenan up be stream to alnestorpa ponan on ticcebupnan. up ⁊ lang burnan to heappaðe fra to tyningæte pidinnanða ecge to sceappican þ behiht gemæne to ellenforda fra to Brandanbene. þ to Meoluccumbe fra to Meolon beorge ⁊ lang weges to pealð hæminga meance be suhtan gemere to hige leage þ to Clænefelda fra on apedene forð be hagan on sceattes leage. þ forð on Icenan be norðan Stanforde fra mid stream ðæt hit cymð eft on Brombrycge.

Latinè redditum.

Inprimis ad *Icenam* (fluvium sc. sic dictum) apud *Brombrigam* [a] (scilicet) sursum (vel, ascendendo) per longitudinem viæ (vel, longâ viâ) ad *Hlidegeatam* [b]: inde per longitud. vallis ad *Bramstedam* [c]: inde per sepem ad *Searnegles-fordam* (vadum sc. sic dictum) inde sursum per *Swetbilingam* [d] ad *Sugebrocam* [e]: inde prorsum per signum (vel, limitem) ad *Culesfeldam* (agrum sc. sic dictum) pergendo rectâ lineâ ad *Stodlegam* [f]: ita ad *Ticnesfeldam* [g]: inde ad *Mearcedenn* [h]: ita ad *Tappelegam* (campum sic dicitur:) ita prorsum (vel, pergendo) ad *Sciplegam* [i]: inde ad parulum veprem: ita ad veterem patibuli (vel, morte plectendorum) locum: inde prorsum per profundam vallem: inde per ligneum terminum ad *Bacegeatam* (portam sc. vel viam sic dictam:) pergendo per terminum ad vetus ovile: ita boream & orientem versus, ad *Hearpatham* [k]: per *Hearpatham* ad alti vadi stipitem: ita per *Hithensis* amnis terminum ad *Icenam*: inde sursum per flumen: inde ita ad orientem *Wodiga* [l]: inde per rectum terminum ad spinam terminalem [m]: inde ad crucem rubeam: ita pergendo per Comitis terminum: a termino usque dum ventum fuerit ad *Icenam*, sursum per flumen ad *Alresfordam* [n]: inde ad *Ticceburnam* (hodie *Tichbourne* i.e. hædorum amnem:) suctum per longitudinem amnis ad *Hearpatham*: ita ad diverticulum intra da æpiɛ ad *Sceapwicam* [o]: inde recto termino ad *Ellesfordam* [p]: ita ad *Bradandenam* [q]: inde ad *Meoluccumbam* [r]: ita ad farinariam collem per longitudinem viæ ad *Wealhamensium* (i.e. sylvicolarum) terminum, ad austrum termini ad *Higeleam* [s]: inde ad *Clanefeldam* [t]: ita ad *Aredenam* [u]: pergendo per sepem ad *Scearlegam* [x]: inde pergendo ad *Icenam* ad aquilonem *Stanforda* [y]: ita cum flumine (vel, per fluvium) donec ventum fuerit iterum ad *Brombrigam*.

+ Ego *Eadweard* Rex, hanc restaurationem à me renovatam signum sanctæ Crucis, propria manu scribendo, firmavi.

+ Ego *Plegmund* Archiepisc. mellifluam donationem præfati Regis subscripsi cum signaculo sanctæ Crucis.

+ Ego *Frithestan* episc. cum consilio ejusdem Regis corroboravi atque connexi cum triumpho Regis æterni.

+ Ego *Wulfsige* episc. consensi & subscripsi. + Ego *Wighelm* episc. consensi & subsc.

+ Ego *Ceolmund* episc. consensi & subsc.

+ Ego *Æthelweard* frater Regis. + Ego *Æthelstan* filius Regis. + Ego *Ælfweard* filius Regis. + Ego *Ordlaf* Dux. + Ego *Osred* Dux. + Ego *Beorhtulf* Dux. + Ego *Ordgar* Dux. + Ego *Heahferth* Dux.

+ Ego *Werulf* Presbiter. + Ego *Æthelstan* Presbiter. + Ego *Beornstan* Presbiter. + Ego *Ealhstan* Presbiter.

+ *Deormund* Minister. + *Wihtbrord* Minister. + *Odda* Minister. + *Ælfwold* Minister. + *Ælfred* Minister. + *Athuli* Minister. + *Æthelferth* Minister. + *Alfric* Minister. + *Wulfhelm* Minister. + *Uffa* Minister. + *Ælfstan* Minister. + *Ælfred* Minister. + *Ælstan* Minister. + *Ælstan* Minister. + *Wulfhere* Minister. + *Athulf* Minister. + *Wulfsinn* Minister. + *Wulluf* Minister.

Ælred. Æthelnod. Ælfric.

a *Celebrem pontem.* b *Pseudothyrum.* c *Arbustum.* d *Vestigii vel tractum.* e *Suum amnem.* f *Equorum emissorium campum.* g *Hædoris campum.* h *Vallem terminalem.* i *Ovium campum.* k *Altiorem semitam.* l *Pradii vel curtis.* m *Alnetti vadum.* n *Ovium vicum.* o *Præcipua vadum.* p *Amplam vallem.* q *Vallem latteam.* r *Planum campum.* s *Parum vel planum campum.* t *Vallem honeratam* u *Campum angularum* x *Vadi lapidei.*

ANnuente Dei Patris ineffabili humana, proh dolor, clementia qua filium suum redemptorem nostrum huic mundo destinare dignatus, qui qd. mortiferi veteris per venenata contulerat arma virgine satis integerrima divino refertus supplimento ut pax nova mundi deterset, pro cujus inenarrabilis gloriæ recordatione. Ego *Eadgar* Rex *Anglorum* aliarumque gentium in circuitu persistencium, Deo & sancto *Petro* Monachisque veteris Cœnobii *Wentanæ* civitatis, quandam telluris particulam, quinque videlicet mansas cum quindecim hidis & quindecim carucis terræ, cum octodecim servis, & sexdecim villanis, & decem bordis, cum sexaginta actis prati & pastura, uni-

Ex vetusto exemplari penes *Thomam* dominum *Brudwell* an 1652.

us leuci & dimidia longitudine, & dimidia leuci latitudine, ubi à ruricolis **Bledone** nuncupatur, in perpetuam possessionem donando donavi, ut habeant & possideant benè honorificè in æternam hæreditatem, & inde prout voluerint liberè disponant, & habeant ibidem omni die lunæ liberum mercatum. Sic autem prædictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo cum omnibus ad se pertinentibus, campis, pascuis, pratis, silvis, mercatis, & quibuscunque rebus aliis, hæc dedi dictis Monachis in puram & perpetuam elemosynam. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre voluerit, privatus consortio sanctæ Dei Ecclesiæ æternis baratri incendiis lugubris jugiter cum *Juda* Christi proditore, ejusque complicibus puniatur, si non satisfactione Deo favente emendaverit. Hiis metis præfatum rus hinc inde giratur. Primò à **Welpul**, de **Welpul** usque *la drove*, de *la drove* usque **Chekewell**, de **Chekewell** usque **Smalelynch**, de **Smalelynch** usque **Asschewell**, de **Asschewell** usque **Elmevedich**, de **Elmevedich** usque **Holemereswestsnok**, de **Holemereswestsnok** usque **Horehyrne**, de **Horehyrne** usque **Stretfold**, de **Stretfold** usque **Boylelane**, de **Boylelane** usque **Beggaresthorne**, de **Beggaresthorne** usque **Stokedene**, de **Stokedene** usque **Cherchstede**, de **Cherchstede** usque **Trendelye**, de **Trendelye** usque **Wrostlamwell**, de **Wrostlamwell** usque **Geynesthorne**, de **Geynesthorne** usque **Wargrode**, de **Wargrode** usque **Loramwode-warstreen**, de **Loramwode-warstreen** usque **Wyteclane**, de **Wyteclane** usque **Waterbergh**, de **Waterbergh** usque **Wykestone**, de **Wykestone** usque **Schuppulladeswell**, de **Schuppulladeswell** usque **Taddeschakeswell**, de **Taddeschakeswell** usque **Herespull**, de **Herespull** usque **Middarenestreem**, de **Middarenestreem** usque **Welpull**.

An. Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXV. scripta est hæc Carta. Hiis testibus consentientibus quorum inferiùs nomina caraxantur.

✠ Ego *Eadgar* Rex, præfatam donationem concessi. ✠ Ego *Dunstan Dorobornensis* ecclesiæ Archiepiscopus consignavi. ✠ Ego *Æthelwold* episcopus confirmavi. ✠ Ego *Ælfwold* episcopus corroboravi. ✠ Ego *Elstan* episcopus consolidavi. ✠ Ego *Osgar* Abbas. ✠ Ego *Ethelgar* Abbas. ✠ Ego *Elfric* Abbas. ✠ Ego *Elfhere* Dux. ✠ Ego *Ethelwine* Dux. ✠ Ego *Wirhmod* Dux. ✠ Ego *Ethelweard* Minister. ✠ Ego *Elfrige* Minister. ✠ Ego *Elfwald* Minister.

CY RO GRA PHUM

E. ✠ R.

Ex historia de primis fundatoribus *Abendoniensis* Cœnobii in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie *Claud.* B. 6.] fol. 85. a.

Sanctus Ædelwoldus *factus est Episcopus ab* Ædgaro *Rege.*

INterea dum vir Dei *Æthelwoldi* Abbatis vita & Deo acceptabilem & hominibus prædicabilem indies se exhiberet, à prædicto Rege *Eadgaro* eligitur *Wintoniensi* urbi antistes. Anno à dominica incarnatione DCCCCLXIII. Hujus vice *Abbendoniæ* Abbas constituitur *Osgarus*, ejusdem Ecclesiæ Monachus; Et quanquam patriarchatum conscenderit Præsulatus, non tamen à Monachicæ jugo Disciplinæ aliquatenus se relaxavit, unde Clerici qui tunc temporis apud illius Episcopatus sedem in Ecclesia convivere canonicè debuerant, religionis rigorem in suo præsule negligentes, loco cedere, quam districtius vivere maluerunt. Qua propter prædicti Regis & beati *Dunstani*, tunc Archiepiscopi, consiliis & auctoritate, eos expulit, Monachosque de *Abbendonia* intromisit illuc, qui usque hodie Deo regulariter in eadem Ecclesia deserviunt. Similiter & de Ecclesia ubi Abbatia est in eadem Civitate fecit. Nam in ea Monachos & Abbatem eis, primus ipse instituit. Siquidem & apud *orientales Anglos* in Insula *Helienſi* unum; In loco vero qui *Burch* appellatur aliud; & apud *Cerneium* tertium Monasteria Cœnobitarum constituit. Quæ cuncta ex *Abbendonienſium* sumpsere collegio cultum & fundamina, ubi pietatis justitiæque cultor ille vineam plantaverat tam fertilem; de qua per loca plurima tot propagines propagaret. Sed quia Ecclesiam *Abbendunenſem* ante susceptum Episcoparum dedicandam reliquerat; post sui consecrationem & ipsam, una cum beato *Dunstano* & aliis nonnullis coëpiscopis suis, in honorem Dei genetricis consecravit: Die quinto Kalendarum *Januariarum*.

DUNELMENSE

Cœnobium.

Ex Historia *Dunelmensi* Ecclesiæ in bibliothec. *Bodleiana* inter codices *Cant.* [L. 53.] fol. 18. a.

ANNO dominicæ incarnationis DCxxxv. qui est adventus *Anglorũ* in *Brittaniam* lxxxviij, adventus verò sancti *Augustini* xxxix. piissimus Rex *Oswaldus*, secundo Imperii sui anno, veniente ad se *Aydano*, sedem Episcopalem in Insula *Lindisfarnensi* constituit, ubi & ipse antistes, jubente & suffragante, & cooperante Rege, monachorum qui secum venerant habitationem instituit (&c.)

Ex Chronicis *Dunelm.* Ecclesiæ in bibliotheca *Bodleiana* [*H.* 76.] fol. 3. b.

Iste igitur Reverendissimus Episcopus, inter cætera doctrinæ sacræ, operum illustrium insignia præconia, etiam xij. pueros de natione *Anglorum* in Christo erudiendos, primo sui Episcopatus tempore suscepit, ex quibus unus extitit *Eata* postea *Lindisfarnensis* Episcopus.

Anno gratiæ DCCCxlij. Pontificatus *Aydani* anno vij. Christianissimus Rex *Oswaldus* anno ætatis suæ xxxviij. Regni sui nono, annumerato illo anno quem feralis impietas Regis *Brittonum*, & Apostasia demens Regum *Anglorum* detestabilem fecerat, occisus quinto die mensis Augusti, commisso gravi prælio ab eadem Pagana gente, paganoque Rege *Merciorum*, & quo & prædecessor ejus *Edwinus* peremptus fuerat in loco qui lingua *Anglorum* appellatur **Maserfelth**. Est locus ille conterminus finibus Armonicæ *Wallia*, quia *Wallia* quondam pars maxima dicta est *Armonica*, a Civitate etiam **Schrowesbery** septem fermè milibus versus eandem *Walliam* distat, territoriumque ipsum Abbatis illius urbis ditioni cedit

cedit in cujus campi fundo Ecclesia quæ *Candida Ecclesia* dicitur in sancti *Oswaldi* honore fundatum, in loco non longè ab illo fons perhennis exoritur, qui sancti *Oswaldi* fons ab incolis illius gentis nominatur (&c.)

Firmanum autem successit *Aydano* ab eodem gente & Monasterio, unde & predecessor ejus fuerat missus, qui in Insula *Lindisfarnensi* fecit Ecclesiam sedi Episcopali congruam, quam tamen more *Scotorum*, non de lapide sed de robore secto totam composuit, atque arundine texit, quam tempore sequente reverendissimus Archiepiscopus *Theodorus* in honore beati *Petri* Apostoli dedicavit. Sed Episcopus loci ipsius *Eadbertus*, ablata arundine, plumbi laminis eam totam cooperire curavit.

Ecclesia quoque *Lindisfarnensis* Episcopum proprium non habuit, reverso jam patriam *Colmanno*, & *Tuda* defuncto; jubente autem Rege *Oswio*, erant sub cura Abbatis *Mailrosensis* **Eate**, fratres ejusdem loci, unde ipse Abbas *Eata* Monachum suum Sanctum *Cuthbertum* de Monasterio suo de **Mailros**, ubi stetit præpositus annis tresdecem, post mortem *Boysili* Magistri sui & Præpositi ejusdem Monasterii, transtulit in *Lindisfarnense* Monasterium, ut ibi regulam Monasticæ, perfectionis Præpositi auctoritate doceret (&c.)

Cuthbertus consecratus est Episcopus *Lindisfarnensis*, *Eboraci* VII. Kalendas *Aprilis*, in ipso die sancto Paschæ, sub presentia Regis *Egfridi*, convenientibus ad consecrationem ejus septem Episcopis, inter quos beatæ memoriæ *Theodorus* ordinator ejus, Anno Domini DCLXXXV, regni autem *Egfridi* XII. Cui Rex præfatus villam de **Creke** & tria in circuitu ejus miliaria ei dedit, ut haberet *Eboracum*, iens vel inde rediens, mansionem ubi inde requiescere posset, ubi Monachorum habitationem instituit. Et quia illa minus sufficiens erat *Lugubaliam* que **Luel**, quondam (modo **Caerleil**) vocatur, in circuitu XV miliaria habentem, in augmentum suscepit, ubi etiam, Sanctimonialium congregatione stabilita, Reginam *Ermenburgam* post mortem *Egfridi* Regis, dato habitu religionis, consecravit, & in profectum divinæ servitutis scolas instituit. Dictæ donationis Carta sequitur sub hac forma.

"*In Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen.* Anno Dominici incarnationis DCLXXXV. congregata Synodo juxta fluvium **Alne**, in loco qui dicitur **Twyford**, cui *Theodorus* Archiepiscopus *Doroverneusis* Præsidebat, cum *Cuthbertus* multis Legatariis ad se præmissis, nequaquam suo loco posset eruire. Tandem Ego *Egfridus*, Regis *Northumbrorum*, cum Antistite *Trumwino*, & aliis religiosis viris Insulam navigari, & invitum ad Synodum pertrari, ubi omnium jussione Episcopatus officium suscipere compellitur, cui & omnibus successoribus suis, cum concilio *Theodori* Archiepiscopi, & *Trumwini*, & totius Consilii, pro salute animæ meæ & successorum meorum donavi villam quæ vocatur **Creec**, & tria miliaria in circuitu ipsius villæ. Donavi etiam civitatem quæ vocatur *Lugubalia*, & in circuitu ejus xv. miliaria, ut hæc, tam ipse quam successores sui, ad Dei servicium in perpetuum habeant, ita sicut ego habui, libera & quieta, & secundùm suam voluntatem disponendam.

" Ego *Theodorus* Archiepiscopus *Doroverneusis* subscripsi.
" Ego *Bosa* Episcopus subscripsi.
" Ego *Cedde orientalium-Saxonum* Episcopus subscripsi.
" Ego *Sexul Merciorum* Episcopus subscripsi.
" Ego *Eata Hagustaldens.* Episcopus subscripsi.
" Ego *Trumwyn Pictorum* Episcopus subscripsi.
" Ego *Ceadda Lychefeldensis* Episcopus subscripsi.
" Ego *Eadhed Lyndissi* Episcopus subscripsi.

Venerabilis autem Pater *Cuthbertus*, susceptum Episcopatus gradum, commissam sibi plebem, orationibus protegebat assiduis & admonitionibus saluberimis ad cœlestia vocabat (&c.)

Animam ad gaudia regni cœlestis emisit XIII. Kalendas *Aprilis*. Anno Domini DCLXXXVII. Episcopatus sui tertio.

Pontificatum tenente *Ethelwoldo* cepit regnare in *Northumbria Coelwlfus* Anno Domini DCC XXIX.

Intravit autem *Lindisfarnense* Monasterium Sancto *Cuthberto* secum conferens thesauros regios & terras, id est, **Bryggesne** & **Werceswyrd**, cum suis appendiciis, simul & Ecclesiam quam ibidem ædificaverat, alias quoque quatuor villas unde **Crelr**, **Pwytingham**, **Cadulfingam** & **Ecgrolfingham**; accepta itaque contura in præfato Monasterio Monachiam cum Monachis vitam ducere, & post imperium regni terrestris cœlesti regno gaudebat militari. Et hii sunt termini donationis predictæ. Ab aqua quæ vocatur **Lina**, usq; ad **Corwunda**, & inde usq; ad civitatem, quæ vocatur **Brincewele**. Et à **Corwunda**, utque ad **Hafodscheife** versus orientem, & ab **Alna** usque ad dimidiam viam inter **Corwunda** & **Alna**.

Mortuo *Eardulpho* successit in Episcopatu *Gutheardus*, qui redemit de pecunia sancti *Cuthberti* villam quæ vocatur **Seggesfelde** & quicquid ad eam pertinet, præter quod tenebant tres homines **Aculf**, **Ethelbryth**, **Frythlake**; super hoc tamen habuit Episcopus *Sacam* & *Socnam*. Emit etiam idem Episcopus de pecunia sancti *Cuthberti* villam quæ vocatur **Bedlyngton** cum suis appendentiis **Bedirton**, **Grubbatbyfe**, **Cebbengton**, **Slitcburne**, **Cambes**. Tempore ejusdem *Eawardi* Regis *Tilhed* Abbas, **Hexthesham** villam quæ vocatur **Jodon** australem redemit, cujus dimidiam partem dedit sancto *Cuthberto* ut esset frater in ejus Monasterio, alteram apud **Northam** ut ibi esset Abbas.

Eodem tempore *Bernardus* Presbiter dedit villam suam nomine **Twyllington** sancto *Cuthberto*, ut esset frater in ejus Monasterio.

His diebus *Aelfredus* filius *Byrtulfuici* fugiens piratas, venit ultra montes versus occidentem & quæsivit misericordiam sancti *Cuthberti* & Episcopi *Gutheardi*, ut præstaret sibi aliquas terras. Tunc Episcopus *Gutheardus*, pro caritate Dei & amore sancti *Cuthberti*, præstitit illi has villas **Elsyngton**, **Silctum**, **Thorp**, **Horrebon**, **Jodene**, duas **Ceatton**, **Foden** australem, **Holmu**, **Hotun**, **Tumington**, **Billingham** cum suis appendiciis, **Scrufatun**. Has omnes villas sicut dixi

divi præfecit Episcopus *Aelfredo* ut sibi & congregationi fidelis esset, & de his plenum servicium redderet, quod & fideliter fecit.

Anno Dominicæ incarnationis DCCCCxxv. *Tilredus*, cum jam in Episcopatu xiij. annis egisset, defunctus est. Et in ejus locum *Wygredus* eligitur Episcopus & consecratur.

Prædictus autem Monarcha *Ethelstanus*, *Ludwallum* Regem *Wallanorum* & *Constantium* Regem *Scottorum* cedere Regnis compulit, quos tamen non multo post misericordia motus secundum antiquum statum, sub se constituit regnaturos, gloriosius esse pronuncians, Regem facere quam Regem esse, sed non multo post *Constantino Scotorum* Rege rebellante, Rex *Ethelstanus* congregavit exercitum, *Scotiam* tendens beatum *Johannem Beverlacum* visitavit, super cujus altare cultellum pro vadio posuit promittens quod si victor rediret cultellum digno pretio redimeret, quod ei implevit; Nam & dimicando contra *Scotos* dum rogavit & precæ *Johannis Beverlacensis* aliquod signum evidens ostenderet quo presentes & futuri cognoscere possent *Scotos* de jure debere *Anglis* subjugari, unde Rex cum gladio suo percussit scopulum quoddam lapideum juxta castrum de **Dunbar**, quod usque hodie ad mensuram ulnæ ex ictu cavatur. In redeundo quoque, peracta victoria, Rex territorium sancti *Johannis* possessionibus & libertatibus ditavit. In dicto etiam itinere versus *Scotiam* ad oratorium & sepulchrum sancti *Cuthberti* divertit, anno scilicet Pontificatus *Vigredi* 10. ejusdem sancti suffragia devotissimè postulavit, eique Regia munera dedit, & inde hoc testamentum composuit & ad caput sancti *Cuthberti* posuit.

" In nomine Domini nostri Jhesu Christi, Ego
" *Ethelstanus* Rex do S. *Cuthberto* hunc tex-
" tum Evangeliorum, ij. casulas & j. albam & j.
" stolam cum manipulo & j. cingulum & iij. Al-
" taris cooperimenta. & j. calicem argenteum, &
" ij. patenas, alteram auro paratam, alteram
" Greco opere fabrifactam & j. thuribulum argen
" teum, & j. crucem auro & ebore artificiosè pa-
" ratam, & j. Regium pilleum auro textum, &
" ij. tabulas auro & argento fabricatas, & ij. can-
" delabra argentea auro parata, Missale unum &
" Evangeliorum textus auro & argento ornatas,
" & j. sancti *Cuthberti* vitam metricè & prosaicè
" scriptam, & septem pallia & iij. cortinas, & iij.
" capecia & ij. coppas argenteas cum cooperculis
" & quatuor magnas campanas & iij. cornua au-
" ro & argento fabricata, & ij. vexilla, & j. lan-
" ceam & duas armillas aureas, & meam villam
" dilectam **Wermuth** australem, cum suis ap-
" pendiciis, id est, **Westun**, **Wilfertun**, **Sil-**
" **vestwyth**, duas **Reoshoppas**, **Birden**, **Sae-**
" **ham**, **Sacton**, **Dalton**, **Daldene**, **Yeuldene**.
" Has villas quas malorum malignitas ab Ec-
" clesia, multo ante tempore abstulerat, reddo
" summi Dei & sancti *Cuthberti* testimonio, ut
" si quis aliquid abstulerit damnetur in die judicii
" cum *Juda* traditore, & trudatur in ignem æter-
" num qui paratus est Diabolo & Angelis ejus.

Leges quoque & consuetudines ipsius sancti quas avus ejus Rex *Elfredus* & *Guthredus* Rex instituerant, ipse approbavit & inviolabili firmitate servandas imperpetuum censuit; implevit etiam prædictas coppas pecunia optima, & jussu ipsius optulit totus exercitus ejus sancto *Cuthberto* duodecim hundredas & eo amplius. Fratrem verò suum *Edmundum* de sanctitate & fideli patrocinio sancti Confessoris diligenter prius edoctum fraternè commovit, ut si quid sinistri sibi in hac expeditione eveniret corpus suum sancto *Cuthberto* referret, & ei illud in die judicii Deo representandum commendaret.

Post hæc abiit, feliciter, pugnavit, *Scotiam* usque **Dunkeder** & **Wertsmor** terrestri exercitu vastavit, navali verò usque **Cateneise** depopulatus est, unde vi compulsus Rex *Constantinus*, filium suum obsidem cum dignis muneribus ei dedit, & fidelitatem juravit, Pacequè sic redintegrata Rex *Ethelstanus* prosperè rediit.

Anno Domini DCCCCL. pro infidelitate *Northumrensium* egregius Rex *Anglorum Edredus* totam *Northumbriam* devastat; in qua devastatione Monasterium quod dicitur in **Rypon**, à sancto *Wilfrido* Episcopo quondam constructum, igne est combustum. Redeunte verò domum rege, exercitus multum de *Eborace* erumpens civitate, in loco qui dicitur **Cesterford**, de externa parte exercitus Regis multùm stragem dedit, unde Rex nimis offensus, voluit illico redire, & totam illam terram penitus delere. Verùm hoc cognito *Northumbrenses* timore perteriti Civium quem sibi Regem præfecerant abjecerunt, Regis injurias honoribus, detrimenta muneribus expleverunt, ejusque offensam pecunia non modica placaverant. Sic deficientibus *Northumbrensibus* Regibus sine regulis dicti Regis *Edredi* tempore *Angliæ* Monarchæ, & circa annum Domini DCCCCLIII. commissa est cura dictæ Provinciæ, per dictum Regem *Edredum Osulpho Comiti*, qui, regnante postmodum *Edgaro*, socium accepit *Oslacum*. Deinde *Osulphus* ad aquilonem plagam **Tyne**. *Oslac* verò super *Eboracum* & ejus fines administrabat, qui fines pro tunc versus aquilonalem ad flumen **Tese** terminabantur; Nam ut supradictum est totam terram inter *Tynam* & *Tesam* sancto *Cuthberto* data erat, & ex tunc regimini Episcopi sancti *Cuthberti* subjacebat, licet postmodum per violentiam *Danorum* magna pars dictæ terræ ab Ecclesia sancti *Cuthberti* per certum spacium temporis occupata erat minus justè, donec per *Ethelstanum* Regem, & alios de jure sancti *Cuthberti* plenius informatos dicta terra cum suis libertatibus prædicto sancto *Cuthberto* & Ecclesiæ suæ reddita extitit & restituta. Nec invenitur quod ante predictum *Osulphum* Comitem aliquis fuerat Comes *Northumbriæ*, & per consequens nec ibidem Comitatus, quia Comitatus à Comite dicitur, id est, dignitas Comitis, vel tantum spacium terræ quantum ad Comitem pertinet. Ex quo sequitur quod nulla pars terræ sancti *Cuthberti* inter *Tesam* & *Tynam* aliquam regimini Comitis *Northumbriæ* subjacebat, ut de jure Comitatus predicti, licet quidam Comites *Northumbriæ* quasdam terras sancti *Cuthberti* inter dicta duo flumina scilicet *Tesam* & *Tynam* tenebant ex accomodatione *Aldani Dunelmensis* Episcopi.

Dictus Comitatus commissus erat à Rege *Edwardo* (Confessore) & postmodum à Rege *Willielmo* cuidam *Markaro*, qui gravibus negotiis impeditus

peditus Comitatum ultra Tyne tradidit *Osulpho* adolescenti, filio Comitis *Eadulphi*. Capto postmodum & custodiæ mancipato *Morkaro*, Rex *Willielmus* Comitatum *Osulphi* commisit *Copsio*, qui erat partis *Tosti* Comitis, viro consilario & prudenti. Iste sancto *Cuthberto* devotus donavit servientibus in sua Ecclesia, scilicet, *Dunelmensi*, has terras in Perstun, decem carrucatas terræ & dimidium, & ejusdem villæ Ecclesiam sancti *Germani*, & in Thorntuna duas carrucatas, & in Theostuna decem bonatas terræ, & in Readclive dimidiam carucatam, & in Gisburham unam carucatam terræ. Pulsus est postea ab *Osulpho*, de Comitatu; *Copsius*, & ipse *Osulphus* anno sequenti, cum in sibi latrones obviabant, lanceam præceps irrueret, illico confossus interiit.

Quo mortuo, *Cospatricius* filius *Maldredi*, filii *Crinani*, *Willielmum* Regem adiens, multa emptum pecunia, adeptus est Comitatum *Northumbriæ*, quem tenuit donec ei Rex auferret, imponens ei quod consilio & auxilio affuisset eis qui Comitem *Robertum Comyn* cum suis, in *Dunelmia* peremerant, licet ipse ad præsens non fuisset; Et quia in parte hostium fuisset, cum *Normanni* apud *Eboracum* necarentur.

Iste *Cospatricius*, est pater *Dolphini*, *Waltevi*, & *Cospatrici*. Post *Cospatricum* datus est Comitatus *Waltevo Siwardi* Comitis filio. Capto postmodum *Waltevo*, commissa est cura Comitatus *Walchero* Episcopo usque ad diem occisionis suæ. Inde, Rex dedit illum honorem *Albrio*, quo in rebus difficilibus parum valente, patriamque reverso, idem Rex *Robertum* de *Mombreio* præfecit Comitem *Northumbriæ*; Sed eo postmodum capto, Rex *Willielmus* junior, & post eum Rex *Henricus Northumbriam* in manu sua tenuerunt.

Rex *Anglorum Willielmus*, *Scotiam* intravit, cui Rex *Malcolmus*, in loco qui dicitur Abernuthy occurrit, & homo suus devenit. Rex autem inde *Willielmus Cospatricum* Comitatus honore privavit, imponens illi quod consilio & auxilio affuisset eis qui Comitem in *Dunelmo* peremerant; & quia in parte hostium fuisset cum *Normanni* apud *Eboracum* necarentur. Quo dejecto *Walcherus* in Comitatum sustollitur, ei ex patris atque matris prosapia debitum; fuerat enim *Siwardi* Comitis filius ex filia *Aldredi*, quondam Comitis, *Elfreda*.

Eodem scil. tempore quo Rex reversus de *Scotia* fuerat in *Dunelmo*, Castellum condidit, ubi secum suis Episcopis tutè ab incursantibus habere potuisset.

Hiis temporibus, scilicet, circa annum dominicæ incarnationis MLXXIIII. quidam, in Provincia *Merciorum*, Presbyter, ac Prior in Monasterio quod in Winchelescumbe situm est, habitu & actione Monachus, vocabulo *Aldwinus*, habitabat; qui voluntariam paupertatem & mundi contemptum, cunctis seculi honoribus ac divitiis prætulerat, didicerat enim, ex Historia *Angl: Northumb.* crebris quondam choris Monachorum ac multis constipatis agminibus S.S. qui in carne, non secundùm carnem viventes, cælestem in terris conversationem ducere gaudebant, quorum loco (*viz.*) Monasteria licet jam in solitudinem sciret redacta, desideravit invisere, ibique ad junctationem illorum pauperem vitam ducere gaudebant. Perveniens ergo ad *Eoveshamense* Monasterium, desiderium suum quibusdam ex fratribus patefecit, è quibus duos mox in sui præpositi societatem sibi adduxit, quorum alter, Diaconus, postea Presbiter, *Elfwius*; alter ignarus literarum, vocabatur *Remfridus*, quibus Abbas eorum, non aliter abeundi licentiam dari voluit, nisi prius *Aldewinum* eis præponeret & curam animarum illorum ipsi commendaret. Perrexerunt itaque simul, pedibus incedentes, tres Monachi, unum tantummodo secum ducentes asellum, quo libri, necessaria, & vestimenta sacerdotalia, ad divinum celebrandum ministerium ferebantur. Ac tandem venerunt *Eboracum* petentes ab *Hugone* filio *Baldrici* qui tunc Vicecomitatum gerebat, ut eis decem itineris inveniret usque locum qui Ponchester, id est, Monachorum Civitas appellatur, qui nunc *Novum Castellum* nominatur, quo perductum venientes, ad tempus ibidem sunt morati, ubi nullum antiquum suorum Christi reperiunt vestigium. Ad quos venerandus pontifex *Walcherus* mittens, rogavit, ut ad se venirent, & sub ejus & Ecclesiæ suæ potestate locum manendi reciperent. Quos advenientes, magno cum honore & gaudio suscepit, magnasque Deo gratias, ac communes, retulit, quod in hac provincia *Northumbrana* Monachicæ professionis viros ad habitandum susciperet & sub suo regimine meruisset habere. Dedit ergo eis Monasterium beati *Pauli* Apostoli à Benedicto quondam Abbate constructum in *Giruum*, quod, stantibus adhuc solis sine culmine parietibus, vix aliquod antiquæ nobilitatis servaverat signum.

Quibus, culmen de lignis informibus & fœno superponentes, divinæ servitutis officia ibidem celebrare cæperunt; factaq; est, sub ipsis parietibus, casula ubi dormirent. Religiosorum elemosynis pauperem vitam sustentarunt, ubi pariter, in frigore & fame pro Christo residentes, degebant, qui à Monasteriis quæ reliquerant omnium rerum affluentiam habere poterant. Interea multi, exemplo eorum provocati, seculo abrenunciantes, Monachicum ab eis habitum susceperunt, & sub disciplinæ regularis institutione Christo militare didicerunt. Quorum pauci de ipsa *Northanhumbrorum* provincia; plures verò de *Australibus Anglorum* partibus fuerant.

Erat namque *Aldwinus* mundi contemptor egregius, habitu & mente humillimus, patiens in adversis, modestus in prosperis, ingenio acutus, consilio providus, sermone & actione gravis, humilibus socius, contra contumaces justitiæ zelo feruidus.

Igitur Episcopus, videns numerum Deo ibidem servientium cotidie augeri, & jam per multa annorum volumina ..... in illis partibus, extinctam Monachicæ conversationis revivisce re lucernam, gratias Deo vehementer exultavit, & pastoralem illis sollicitudinem & paternam, cum omni affectu, impendebat benignitatem.

Cum enim eos Ecclesiam ipsam reædificare, & destructa monachorum habitacula videret velle restaurare, dedit eis ipsam villam *Girum* cum suis appendiciis scilicet Paston, Munecotun, Benworth, Heabern, Wynestun, Heretedun, & ut opera perficere, & sine indigentia ipsi possent vivere. Taliter illi, ex adversis locis, Christo pastores con-

re congregante in unum ovile adducti, did cerunt quam bonum sit & quam jocundum habitare fratres in unum.

Ex his tribus Monachis, tria in regione *Northanhumbrorum* instaurata sunt monasteria. Unum *Dunelmiæ*, in honore beatæ *Mariæ* virginis & sancti *Cuthberti* præsulis, Aliud in **Lestingham**, de quo Monasterio, processu temporis, venerunt Monachi sanctæ *Mariæ Eboraci*; Tertium in loco qui quondam **Streneshalgh**, id est, sinus fari, nunc **Whytby** appellatur.

Insuper *Waltheof* Comes *Northumbriæ* donavit dictis Monachis in *Girwum*, **Tynemuth** sub hac forma.

" IN *nomine Patris & Filii & Spiritus sancti* " *Amen.* Ego *Waltheofus* Comes totius *Nor-* " *thumbriæ*, in præsentia Domini *Walcheri* Epis- " copi & totius sancti Sinodi Episcopatus *Dunel-* " *miæ*, multociens prædicti Episcopi exortatione " commonitus, & zelo fidei Christianæ succensus, " do, concedo, & præsenti scripto confirmo *Ald-* " *wino* Priori & fratribus cum eo apud **Girwe** in " Dei servicio congregandis, tam in præsenti quam " in posterum regularem vitam ibidem professuris, " & sub Dei & beati *Cuthberti* patrocinio " undecunque terrarum, ad ipsos exerciendum, in " puram & perpetuam elemosinam, Ecclesiam " sanctæ *Mariæ* in **Tynemuth**, unà cum corpore " sancti *Oswini* Regis & Martyris, qui in eadem " Ecclesia requiescit, unà cum omnibus terris & " locis & cæteris quibuscunque rectè ad eum per- " tinentibus, liberam & quietam imperpetuum. " Et, cum præscripta elemosina, offero puerum " istum *Morekarum* nomine sub monachicha " disciplina in Dei servitio instituendum. Et " quia locus ille nimis videtur religiosis horridus " & incultus, & Dominus Episcopus *Walcherus* " & nos cæteri quique probi hujus Episcopatus " viri, competentionem quietis sedis circa sanctum " beati *Cuthberti* corpus, Deo annuente, eis præ- " parare proposuimus, præscriptam Ecclesiam, " cum omnibus quæ modo Deo & sanctæ *Mariæ* " & sancto *Oswino* data sunt vel imposterum do- " nanda sunt, Deo & sancto *Cuthberto* glorioso " confessori, cui fratres prædicti deserviturі sunt, " dono & cõcedo, & scripto præsenti, signo sanctæ " crucis. ✠ *In nomine sanctæ* Trinitatis, *confirmo.* Si " quis vero imposterum Deo & sancto *Cuthberto* " vel prædictis fratribus in **Girwe** conversantibus, " sed postea in Ecclesia prædicti Confessoris, sicut " constituimus, transferendis, eam vel aliqua ip- " sius pertinentia, auferre, substrahere, seu aliquo " modo diminuere præsumpserit, Domini *Wal-* " *cheri* Episcopi, & totius Synodi hujus *Dunel-* " *mensis* Ecclesiæ, & mea, atque omnium Chri- " stianorum auctoritate perpetuo anathemate " condempnetur, & cum Diabolo, & Angelis ejus " æternis ignibus in æternum crucietur. Amen, " Amen, Amen.

" Hanc donationem ego *Walcherus Dunelmen-* " *sis* Episcopus ✠ signo sanctæ crucis confirmo. " Signum *Waltheofi* Comitis *Northumbriæ* ✠, " signum *Alredi* Comitis ✠, signum ✠ *Utredi* " fratris *Morkari*. Signum *Lialfi* ✠ patris *Mor-* " *kari*. Signum *Leofwini* ✠ Decani *Dunel-* " *mensis*. Signum *Gileberti* ✠ nepotis Episcopi.

" Signum *Heremiagi* ✠ Presbyteri (&c.)

Dicti pontificis *Walcheri*, strenuitas, non solum nullum rerum Ecclesiasticorum passa est detrimentum, verùm etiam in eorum augmentum dante sibi Rege locum egregium, scilicet **Waltham** cum ipsius nobili Ecclesia, quæ canonicorum congregatione pollet, adquisivit.

Comitatum autem *Northumbriæ*, capto à Rege Comite *Waltheof.* & pro infidelitate & conjuratione versus dictum Regem *Willielmum* apud *Wintoniam* decapitato, susceperat disponendum.

Anno Domini M.LXXX. Rex *Willielmus* autumpnali tempore *Robertum* filium suum *Scotiam* contra *Malcolmum* misit, sed cum peruenisset ad **Egglesbyth**, nullo confecto negotio, reversus, *Castellum novum* super flumen **Tyne** condidit.

Tenor cartæ *Willielmi* de *Karilepho Dunelmensis* Episcopi, super libertatibus et possessionibus monachis concessis.

EGo Willielmus *sedem Episcopatus sancti* Cuthberti *gratia Dei adeptus, terram illius penè desolatam inveni, locumque quem sacri corporis sui præsentia illustrat negligentiori quam ejus deceret servitio sanctitatem despicabiliter destitutum conspexi; Nam neque sui ordinis ibi Monachos, neque regulares reperivi Canonicos, unde gravi mœrore confectus Dominum & sanctum* Cuthbertum *sedulò, & suppliciter rogavi, ut mihi, ad emendandum quæ minus conuenientia videram consulendo succurreret, & succurrendo perficeret. Igitur senes & prudentiores totius Episcopii homines qualiter in mi..... apud sanctum ageretur* Cuthbertum *à me exquisiti, sedem illius Episcopalem in Insula* Lindisfarnensi *fuisse (&c.) prout à venerabili* Beda *sunt conscripta (&c.) —— Longo deinde tempore transacto crudelis barbarorum manus, non hunc solum, sed & alia circumquaque loca vastantes, nobilem illius cœnobii cœtum, ausu sacrilego, neci tradiderunt, sed non impunè. Nam omnes in brevi, justa Dei vindicta terribiliter percussi, à temporalibus, ad æterna cruciandi tormenta sunt præcepti. Hiis ergo præceptis, pristinum ad illius sacrum corpus restaurare pertractans servicium, ne quis quæ mei solius molimine fecisset irritanda putaret, Domini mei Regis* Willielmi *& conjugis suæ* Matildis *Reginæ & Lanfranci Cantuar. Archiepiscopi consilium petivi. Rex statim, ut ex omni parte tam utilis consilii roboretur consensus, ad Papam* Gregorium, *tam de hiis eum consulturum, quam de aliis quæ mandaverat sibi locuturum, me misit. Cui, dum de beati patris* Cuthberti *quædam, licet pauca, dixissem, nostrum per omnia sibi placuit consilium, ut videlicet Monachos quos in duobus Episcopatus mei locis* **Weremuthe** *& Girwe inveneram, in unum, coram sancto illius corpore servituros, congregarem, quia Episcopatus paritas ad tria non sufficeret Monachorum cœnobia.*

Igitur beatus Papa Gregorius, *ecclesiam beati* Cuthberti *sub beati* Petri *& Apostolica protectione suscipiens, Episcopalem sedem, unà cum beati* Cuthberti *sacratissimo corpore, cum omni Episcopatus integritate & caterarum omnium possessionum libertate, perpetuis temporibus inviolabiliter conservari præcepit, videlicet cum ecclesiis* Halgustadensi, & Lin-

& Lindisfarnensi *in quibus antiquitùs Episcopatus extiterant, cum omni parochia quæ est inter* Tese *& flumen* Tweodam, *& insuper cum* Carleolo *& omni circumjacenti, &* Thevidale *& omni parochia pertinente.* Waltham *verò cum suis omnibus appendiciis &* Hoveden *cum cæteris omnibus Episcopi maneriis, & terris aliis omnibus sive redditibus sancto* Cuthberto, *& omnibus successoribus ipsius Episcopis, authoritate Apostolica concessit, & roborando munivit. In quibus omnibus sanctus* Cuthbertus *& ejus Episcopus omnes dignitates & libertates quæ ad Regis Coronam pertinent ab omni servicio & inquietudine imperpetuum liberas, immunitas, & quietas, cum omnibus ejusdem pertinentibus, possideret. Ex nostra cæterùm petitione & concessione omnes Priores, una cum fratribus cæteris, imposterum in ecclesia beati* Cuthberti *futuris, sub manu sua, authoritate Apostolica suscepit, & Prioribus sedem Abbatis in choro sinistro concessit, quatenus episcopis absentibus ipsi Synoda celebrent, & cætera omnia Christianitatis officia persolvant, & omnes libertates, dignitates potestates, & honores quæ Decani* Eboracenses *sub Archiepiscopis obtinuerunt, ipsi sub Episcopis* Dunelmiæ *liberas & quietas teneant. Ecclesias autem quascunque, tam in subsequentibus donatoe vel adquirente, seu cæteris fidelibus largientibus adquisierint, in sua manu & donatione liberas habeant, & honestis clericis deserviendas committant, qui Episcopis de cura animarum tantum in quacunque diœcesi fuerint intendant; Priori autem & fratribus, de beneficiis & redditibus omnibus cæteris, semper attendentes existant. Præterea decrevit atque constituit ut Prior communi fratrum consensu & voluntate eligatur, & nisi conventu omni volente, & tunc pro certa & rationabili causa, minimè deponatur. Qui primus post Episcopum in omni loco sedeat, Episcopi dextram habeat, & ejus collateralis existat, & primam vocem in Episcopi electione ipse & capitulum ejusdem ecclesiæ habeat. Priores verò & fratres liberam dispositionem in omnibus, tam ecclesiis quam cæteris possessionibus, vel facultatibus, & fratribus officialibus interius ponendis vel removendis, absque ullius præjudicio imperpetuum semper obtineant.*

Hæc quoque omnia Apostolica, & sua devotissimè confirmando auctoritate, suas per me literas Regi & Lanfranco *archipresuli direxit, suum ex parte Domini & sancti* Petri *&* Pauli *Apostolorum benedictionem, illis, omnibusque hujusmodi propositum adjuvare conantibus largiens; eos verò si qui nisu contrario talia debilitare præsumerent perpetuo, eorundem ex parte, Anathemate, nisi digna satisfactione resipiscerent, feriens.*

Talem namque Papa consensum & cum audisset non mediocriter gavisus. sub testimonio Matildis *Regine,* Lanfranci *Archiepiscopi, &* Thomæ *Eborum Archiepiscopi, caterorumque* Angliæ *Episcoporum & Baronum suorum, ad hoc peragendum licentiam dedit, immo properè, ut peragerem mihi præcepit.*

Insuper etiam leges S. Cuthberti *quas ipse coram sancto illius corpore, sicut unquam meliores sub aliquo Regum priorum fuerunt, fide sua sanctiebat dannò tunc revocando confirmavit, & omnia quæ Dominus Papa ei suisque literis præcepit, sicut superius diximus, concessit, & in consilio pleno coram omnibus roborando, consentientibus prælatis* Angliæ *totius, constituit, &* Billingham *cum omnibus suis appendiciis, quod mali homines prius inde abstulerant, ad nutrimentum inibi servientium restituit.*

Sub hac quoque conditione Scòr, Elstani *filius, pro anima sua redemptione, consentientibus sibi filiis, omnibusque amicis,* Acleam *cum suis appendiciis tribuit, quod ego, addita quadam villa nomine* Catstun, *amplicavi: unam illius partem à* Madredo, *data sibi villa* Winleodum *cambiendo, aliam verò ab* Edmundo Elstani *filio, pecunia emendo.*

Et ego Giruum *& aquilonem* Wermuthам *cum suis appendiciis, Monachis statim in primis tradidi congregatis. Nec non &* Kenyngton, *duo* Tytyngdunas, Yeslvene, Daltun, Yeringtun, Synecliue, Elvet, *ut ibi xl. mercatorum domus Monachi ad usum proprium habeant qui prorsus ab omni episcopi servitio liberi semper existant. Ultra ampnem* Tynam *duas villas* Wyllyngtun *&* Walteshend *cum suis appendiciis. Duas quoque ecclesias* Lindisfarnensem, *scilicet, quæ sedes primitus fuit episcopalis, cum villa sibi adjacente nomine* Fennam *&* Norham, *quam ipse ibi corpore quiescendo illustraverat, cum sua etiam villa nomine* Schorewurth.

Ad hoc etiam Rex idem Willielmus *in* Snotinghamshir, *in* Norimantune *duorum aratrorum & dimidii terram, & unum molendinum, cum* Saca & Socne *dedit. In* Bruncington *x. bonatas terræ cum* Saca.

In Rivestan *quatuor aratrorum terram cum* Saca & Socne; *In* Catham, *duorum aratrorum terram, cum* Saca & Socne *dedit. Et in* Lincolneshire, *Ego* Willielmus *episcopus rege eodem hoc laudante, in* Bliburgh *duorum terram aratrorum quam Regdher prius habuit, & in civitate* Eboraca *ecclesiam sanctæ* Trinitatis, *cum domorum trium possessionibus, tribuo.*

Hæc cum suis appendiciis Rex idem, litteris sigillo suo signatis confirmavit.

Hæc ego Willielmus *Episcopus, pro salute tam corporis quam animæ ejusdem Domini mei* Willielmi Regis *& suæ conjugis* Matildis *Reginæ, & filiorum filiarumque suarum, pariterque mei omniumque antecessorum successorumque meorum Episcoporum, sancto* Cuthberto *suisque servitoribus, secundùm quod supra scribitur, æternaliter tribuo, & ordino cunctos istius ordinationis sanctores, perpetua Dei omnipotentis patris & filii & Spiritus Sancti benedictione, benedicendo benedicens.*

Omnes autem si qui hanc prophanare vel quicquam inde; nisi forte in melius mutare præsumpserint, ex auctoritate Principis Apostolorum à Domini Papa præfati Gregorii, *à sanctæ consortio ecclesiæ anathematizando sequestro, & Dei judicio perhennibus cum Diabolo & Angelis ejus puniendos ignibus reservo, Amen.*

Facta sunt hæc omnia in consilio Londoniensi *coram Domino* Willielmo *Rege, anno ab incarnatione Domini M.lxxxij. His testibus,* Lanfranco *Primate totius* Angliæ Dorobernensis *ecclesiæ Archipræsule, &* Thoma Eboracensis *Archiepiscopo, &* Odone, *fratre Regis,* Baiocensi *Episcopo, &* Gosfrido *Episcopo* Constantiensi, *&* Willielmo Londoniensi *Episcopo, &* Walkelino Wintoniensi *Episcopo, &* Hermanno Syraburnensi *Episcopo, &*

Wiſtano Wireceſtrenſi *Epiſcopo*, & Waltero Herefordenſi *Epiſcopo*, & Giſone Wellenſi *Epiſcopo*, Rimigio Dorcenſi, *vel* Lincolnienſi *Epiſcopo*, & Herfaſto Hemeanenſi *Epiſcopo*, *vel* Norwicenſi, & Stigando Seleingenſi *Epiſcopo*, & Osberno Exonienſi *Epiſcopo*, & Petro Lichefeldenſi *Epiſcopo*, *anno Epiſcopatus* Willielmi *quarto*. *Et* Thurſtino *Abbate* Glaſtoniæ, & Scolando *Abbate ſancti* Auguſtini, & Elſio *Abbate* Bathonienſi, & Edmundo *Abbate* Perſorenſi, & *Vitali Abbate* Weſtmonaſterii, & Egelwino *Abbate* Eoveſhamenſi, & Paulo *Abbate ſancti* Albani, & Turoldo *Abbate* Burgenſi. *Et* Roberto *Comite* Moritunenſi, & Rogero Scorbbesbornenſi *Comite*, & Roberto *Comite* Northumbrenſi, & Rogero Bigod, & Urſone *Vice-comite de* Abetot, & Richardo *de* Curceo, & Willielmo *de* Reduerſis, & Roberto Diſpenſatore, & Hamone Dapifero, & Roberto *de* Monteforti, & Roberto *filio* Geraldi & Toroldo de Papelion, Morkaro & Rogerio, & Siwardo *cognomento* Barn, & Wlnoto Haraldi *Regis germano*. *Et* Alano *de* Lincolnia, & *Capellanis Regis* Mauritio & Willielmo & Roberto.

Diploma W. *Regis de mutando Canonicorum Dunelmenſium in monachos.*

Hæc etiam in Catt. Antiq. littera D. numero 4.

IN *nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, Amen.* Ego *Willielmus* Dei gratia Rex *Anglorum* hæreditario jure factus, ex præcepto Domini *Gregorii* papæ ſeptimi & ex petitione & conceſſione Domini *Willielmi Dunelmenſis* Epiſcopi, conſulentibus, & in mea præſentia aſſedentibus & aſſentientibus, *Lanfranco* & *Thoma* Archiepiſcopis, concedo & conſtituo ut Canonici ſæculares de Eccleſia beati *Cuthberti* amoveantur, & monachi in ipſam introducantur, qui ibi Deo & præſentiæ ſacræ corporis beati *Cuthberti* honorificè imperpetuum deſerviant, quos de duobus Epiſcopatus ſui locis **Weremuthe** ſcilicet & **Girwe** Epiſcopus ipſe accipiat, & omnes poſſeſſiones, quas Canonici in terris vel Eccleſiis habere dinoſcuntur, Monachis adjiciat cum omnibus prædiis eccleſiis & redditibus quos prius habuerant. Volo etiam & præcipio ut omnes Priores *Dunelmenſis* Eccleſiæ, qui futuri ſunt, omnes libertates, conſuetudines, dignitates, & honores Abbatis obtineant, & ſedem Abbatis in choro ſiniſtro habeant & omnes fratres officiales liberè ſtatuant & removeant, & jure Decani primum locum & vocem poſt Epiſcopum, & in Epiſcopi ſui electione cum capitulo ſuo teneant. Et quaſcunque dignitates ſeu honores Decani *Eboracenſes* ſub Archiepiſcopis *Eboracenſibus* & ſuper Archidiaconos ipſius Eccleſiæ liberè poſſederint Priores *Dunelmenſes* ſub Epiſcopo, & ſuper Archidiaconos ipſius Eccleſiæ, liberè & quietè imperpetuum habeant. Concedo etiam eis & confirmo quicquid *Willielmus* Epiſcopus de Epiſcopatu ſuo illis dedit, & quod habeant omnes terras & Eccleſias in libera diſpoſitione ſua, ita ut nullus ſe de ipſis intromittat niſi per conſenſum & licentiam eorum. Et omnes Eccleſias ſuas in manu ſua omni tempore habeant ut de eis quantum poterint redditus ſuos ſemper accreſcant. Et inſuper omnes alias dignitates & libertates quas Epiſcopus *Willielmus* eis conceſſit. Et ſuſcipio eos & omnes poſſeſſiones & res eorum in protectione mea & cuſtodia. Priores libera fratrum voluntate eligantur, qui cunctis diebus ſuis ſua dignitate liberè & quietè perfruantur; Hæc & omnia alia, quæ in præſenti poſſident vel in poſterum adquirere juſtè potuerint, ſive de pecunia ſancti *Cuthberti* emerint ad honorem & ob amorem prædicti ſancti, in Eccleſiis, terris, & aquis, villis, planis, & paſcuis, molendinis cum **Sac & Socne, Tol & Team & Infangenthef,** & ut curiam ſuam plenariam & **Wrech** in terra ſua liberè & quietè imperperpetuum habeant, concedo, & confirmo. Præcipio etiam ut liberi & quieti imperpetuum cum, hominibus ſuis penitùs ſint ab omnibus exitibus, exactationibus, redditibus, theloneis, & omnibus conſuetudinibus cæteris Regiis, quæ ad coronam meam in Regno meo pertinent. Omnes præſcriptas libertates & dignitates Deo & ſancto *Cuthberto* pro ſalute animæ meæ & filiorum meorum, ex præcepto & authoritate Papæ prædicti, inviolabiliter imperpetuum conſervari præcipio. Et ut hæc confirmatio mea in æternum firma permaneat, præſentem cartam propria manu, ſigno ſanctæ Crucis, impreſſi & confirmavi. Hæc carta confirmata eſt apud *Weſtmonaſterium* in concilio meo, anno Regni mei xviij. præſentibus omnibus Epiſcopis & Baronibus meis. Signum *Odonis Baiocenſis* Epiſcopi ✠. Signum ✠ *Herfaſti* Epiſcopi. Signum *Oſmundi* Epiſcopi ✠. Signum *Willielmi* Regis ✠. Signum *Mauricii* capellani ✠. Signum *Willielmi* capellani ✠. Signum *Roberti* capellani ✠. Signum *Thurſtini* Abbatis *Glaſtonie* ✠. Signum *Roberti* Comitis de *Moritonia* ✠. Signum *Siwardi Barn* ✠. Signum *Goſfridi* Epiſcopi *Conſtancienſis* ✠. Signum *Scolandi* Abbatis ✠. Signum *Ricardi* de *Curceio* ✠. Signum *Roberti* de *Monteforti* ✠. Signum *Alani* de *Lincolnia* ✠. Signum *Rogeri Bigod* ✠. Signum *Rogeri* Comitis *Scrobbeſbirie* ✠. Signum *Walkelini Wintonienſis* ✠. Signum *Vitalis* Abbatis *Weſtmonaſterii* ✠. Signum *Urſonis* de *Abetot* ✠. Signum *Turoldi* de *Papilion* ✠. Signum *Roberti Diſpenſatoris* ✠. Signum *Hamonis Dapiferi.*

" *Thomas* Dei gratia *Eborac.* Archiepiſc. omnibus (&c.) ſalutem (&c.) Cum noſtrum ſit officium omnibus præſtare pietatis obſequium (&c.) —— Privilegium *Willielmi* fratris noſtri *Dunelmenſis*, tam ego quam *Lanfrancus Cantuar.* Archiepiſcopus, literis noſtris ſubſcripſimus, & ſigillis noſtris conceſſimus & confirmavimus, videlicet, ut ſedes Epiſcopalis, una cum beati confeſſoris corpore, cum omni integritate ipſius Epiſcopatus, inviolabiliter permaneat, cujus dioceſis ita protenditur & definitur. Tota terra quæ eſt inter **Tyne & Teſe, Northumberland, Tevydall, Tyndall, Carleol, Weredale,** cum Eccleſia de **Hertesham,** & omni parochia pertinenti, & Eccleſia *Lindisfarnenſi* ubi antiquitùs Epiſcopatus extitit.

" In omni etiam terra ſancti *Cuthberti*, quam ipſi vel Monachi juſtè adquirere poterint, vel in præſenti poſſident, rectitudinas omnes, conſuetudines & libertates, quæ ad Regis coronam pertinent

" pertinent tam, Papa præfatus, quam Rex *Wil-*
" *lielmus* eis concesserunt & liberas & quietas
" omnino, & ubique in Regno *Anglorum*, ab om-
" ni servitio perpetuis temporibus confirmave-
" runt (&c.) Hæc omnia, presenti carta, confir-
" mavimus (&c.)

Idem *Willielmus* Rex primus prædictus, dedit sancto *Cuthberto* & Episcopo *Walchero*, & successoribus suis imperpetuum, liberas & quietas possidendas, has terras in **Lindesete**, scilicet **Bzoculby, Snardesfozd, Berling, Bliburgh, Bzatell, Cresby, Fugleston,** *Neutona, Bolintona,* **Hardewic,** *Langetona,* **Wilspindun, Walopngund, Tyrceby,** *Mortona,* **Thozp, Covenham, Scitebzok, Fozeby, Endzeby, Radeby, Spplesby, Presby, Mozp, Hundelby, Estrehale, Totintune, Germundtozp, Caditon, Creinton, Gunfozdeby,** *Neutona,* **Pychemed, Bzezby, Cheleby, Enedune, Rosby,** & alter **Rosby, Alesby, Ravenedale, Bischop-Toze, Toze, Srenby, Asceby, Hozetozp, Wenflett, Taceby, Salflateby, Welletona, Hage & Calesby, Bzunetozp, Slodeby, Fulleby, Dretun, Wulureceby, Trycongham, Peresby, Greyby, Gredby.** Hæc omnia libera & quieta dedit, sicut ipse habuit in sua propria manu.

Willielmo quoque episcopatum tenente, adjecit idem Rex *VVillielmus* **Wealletune & Hoveden,** cum suis omnibus appendiciis, cum **Saca & Socne,** & omnibus legibus & consuetudinibus, sicut in propria manu ipse habuit, eidem *VVillielmo* Episcopo, omnibusque successoribus suis, liberè in perpetuum possidendas. Præcepitque ut Monachis in Ecclesia sancti *Cuthberti* Deo imperpetuum servituris, & pro anima sua & successorum ejus oraturis, idem *Willielmus* Episcopus daret in puram & perpetuam elemosinam, omnes Ecclesias de eisdem terris quas ei ipse donaverat. Unde dictus *Willielmus* episcopus, in primordio quo terras sibi donatas accepit, ecclesias eorum statim Monachis donavit, *viz.* ecclesiam de **Hoveden,** cum omnibus capellis & terris & pertinentiis suis, ecclesiam de **Bzentingham,** cum omnibus capellis, terris & pertinentiis suis, ecclesiam de **Welletuna,** cum capellis & terris & omnibus ejus pertinentiis, ecclesiam de **Walkyntuna,** cum capellis & terris & omnibus pertinentus suis. Et ecclesiam de **Skypwith,** cum omnibus terris, (&c.)

Idem etiam Rex *Willimus* dedit (&c.) regium Manerium suum, *viz.* villam de **Penpngbzugh,** cum omni terra de **Bzakenholme,** cum omnibus adjacentibus, cum ecclesia villæ prædictæ, & cunctis rebus eidem pertinentibus, in bosco & plano (&c.) ita benè & quietè (&c.) sicut unquam sanctus *Cuthbertus* alias terras habuit, cum omnibus consuetudinibus regiis & libertatibus, quas ipse habuit in ipso, dum illud post victoriam *Anglie* in manu propria tenuit, per easdem divisas quibus ipse seu, ante eum, Comites *Tostius* vel *Siwardus*, ipsum Manerium tenuit (&c.) Item **Bellingham,** cum omnibus suis appendiciis, quam Rex *Elle*, S. *Cuthberto* prius ablulit, idem Rex *Willielmus* primus, sancto *Cuthberto* restituit, & Priori & Monachis concessit (&c.)

In tempore dictorum dicti Regis *Willielmi* primi, & *Willielmi Dunelmensis* episcopi, *Edgarus* Rex *Scotorum* dedit sancto *Cuthberto* & ecclesiæ *Dunelmensi* **Coldynghamschyr,** sub eo, qui sequitur, tenore.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus sancti Amen. *Notum sit omnibus Christi fidelibus presentibus & futuris, quod ego* Edgarus, *filius* Malcolmi Regis Scotorum, *totam terram de* **Lodenesia,** *& regnum* Scotiæ, *dono Domini mei* Willielmi Anglorum *Regis, & paterno hereditate, possident, consilio prædicti Domini mei Regis* Willielmi *& fidelium meorum, pro omnibus mei & matris mea, necnon & fratrum meorum* Duncani & Edwardi, *& pro salute corporis mei & anima mea, & pro omnibus antecessoribus sive successoribus meis, do Deo omnipotenti, & ecclesiæ* Dunelmensi, *& sancto* Cuthberto, *glorioso Pontifici, &* Willielmo *episcopo & monachis in eadem ecclesia Deo servientibus & imperpetuum servituris, Mansionem de* **Bezwic,** *& cum ista Mansione has subscriptas Mansiones, scilicet,* **Gzendene, Lemhale, Clisthale, Bzigham, Coerham, Cirnesse, Hilton, Blacedze, Cynebzytham, Hotun, Ravynton, Parton, Fulgelden, Hozdernton, Lamberton,** aliam **Lamberton, Hedzynton, Fylewic, Hozsozd, Upsetyntun,** & Mansionem *de* **Coldingham;** *ea cum ista Mansione has subscriptas Mansiones, scilicet* **Aldcamby, Lumesdene, Riftun, Swinneston, Farndun, Eitun,** *aliam* **Eitun, Pzenegest Crammesmer, Heddyngton.** *Has subscriptas Mansiones do Deo & sancto* Cuthberto, *cum omnibus terris, & silvis, & aquis, & theoloniis, & fracturis navium, & omnibus consuetudinibus quæ pertinent ad prædictas Mansiones, & quas pater meus in eis habuit, quietas & solidas, secundùm voluntatem* Dunelmensis *episcopi, imperpetuum liberè disponendas.*

Signum ✠ Edgari *Regis. Signum* ✠ Alexandri *fratris ejus. Signum* Ligulfi *filii* Memiavi. *Signum* Gilberti *filii* Duncani. *Signum* Oulari *filii* Oghe. *Signum* Uttedi **Fuderne.** *Signum* Ædgari **Adeling.** *Hæc Carta firmata est quarto kl.* Septembris, *in Cimiterio sancti* Cuthberti *apud* **Dozham,** *presente* Willielmo *episcopo, &* Turgoto *Priore, &* Aucketillo *Præposito de* **Dozham,** *&* Agero *de* **Cozntozd.**

Deinde dictus *Willielmus, Dunelm:* Episcopus Monachorum possessiones ab Episcopi possessionibus segregavit, & liberas & quietas Monachis ad suum victum & vestitum concessit.

Post mortem *Walcheri* Episcopi *Dunelm:*, Rex *Willielmus* primus, dedit Comitatum *Northumbriæ Albrio*, qui donum *Waltheof* de Ecclesia de **Tynemuth,** Monachis in **Cirve** dudum factum, eidem Monachis *Dunelmum* translatis, revocavit, Ecclesiamque ipsam eidem sancto *Cuthberto* perpetuò possidendam adjecit, quæ cum per xv. annos, velut deserta sine tecto duraset, eam Monachi, culmine imposita, revocaverunt, & per tres annos possederunt. Sed, *Albrio* Comite *Northumbriæ*, in rebus difficilibus parum valente, patriamque reverso, dictus Rex *VVillielmus* primus, *Robertum de Moulbreio* præfecit Comitem *Northumbriæ*; qui *Robertus* propter inimicitias quæ inter ipsum & episcopum agitabantur sancti *Cuthberti* Monachos de ipsa ecclesia expulit, eamque *Paulo* Abbati sancti *Albani* Martyris tradidit. Qui *viz.* Abbas à *Dunelmensibus* Monachis frequenter admonitus,

nitas, rogatus & prohibitus ne aliena invaderet, audire noluit, quin potius suos illuc ad habitandum misit quos, non multò post, ipse secutus repentè ibi infirmitate corripitur, & dum domum redire tentaret moritur. Ipse quoque Comes possessiones in eadem ecclesia quam sancto *Cuthberto* abstulit, tempore Regis *Willielmi* secundi, res omnes & honorem, cum sui Comitis libertate, amisit.

Hic *Willielmus* (*viz.* Conquestor), omnibus inimicis insurgentibus expulsis, provincialibus autem ad nutum subactis, Monasteria totius *Angliæ* perscrutari fecit, & pecuniam quam ditiores *Angliæ*, propter illius austeritatem & depopulationem, in eis deposuerant, jusserat asportare, censum omnium capitum primus egerat, omnium prædiorum redditus in tota *Anglia* descripserat, & omnes homines liberè suæ fidei subjugaverat: Monasteria *Cadomis* & de *Bello* construxerat.

Nunc jam vix aliquis Princeps de progenie *Anglorum* esset in *Anglia*, sed omnes ad servitutem & ad mærorem redacti essent, ita ut etiam *Anglicum* vocari esset opprobrio.

In Anglia igitur injusta teolonea & pessimæ consuetudines his temporibus pullulaverunt. Principes omnes, auri & argenti cupiditate cæcati adeo erant, ut illud de eis verè dici posset, *unde habeat nemo quærit sed oportet habere.* Quanto magis loquebatur de recto, tanto major fiebat injuria. Qui justiciarii vocabantur apud erant omnis injustitiæ. Vice-comites & præpositi quorum erat officium justitia & judicium, furibus & raptoribus atrociores erant, & omnibus sævissimis seviores. Rex ipse cum ad firmam terras suas quanto carius poterat dedisset, alii magis offerenti & dement alii, semperque pactum negligens & ad majora studens dabat. Nec erat cura quanta injuria pauperibus à præpositis fieret.

Hujus *Willielmi* Regis secundi, sicut & antea patris amicitiis, præfatus *Willielmus Dunelm.* Episcopus adjunctus familiariter adhærebat, unde etiam *Alvertonam* cum suis appendiciis Rex ille donabat, excepto quod Comes *Alanus* habuit in sua Castellaria ex alia parte *Viscæ*; ita sicut Comes *Siwardus* in vita sua prædictum manerium melius & quietius tenuit. In *Alvertona* xij. carrucata terræ, (&c.)

Anno Domini M.lxxxxv. *Willielmi* Regis secundi nono, Comes *Northumbriæ Robertus* de *Moubrei* & *Willielmus* de *Owe Normannus* & sedicioſus, cum multis aliis, Regem *Willielmum* Regno vitaque privare, & filium amitæ illius, *Stephanum* de *Albemarle* Regem constituere sunt conati. Quo cognito Rex *Robertum* Comitem ad suam citavit curiam; qui, quia Regem *Scotorum* cum suis copiis deleverat, curiam Regis adire contempsit. Tunc Rex, exercitu de tota *Anglia* congregato, Castellum prædicti Comitis *Roberti* ad ostium Tyne fluminis scitum, per duos menses obsedit, & interim quadam municiuncula expugnata, ferè omnes meliores Comitis cepit milites, & in custodia posuit. Dein obsessum Castellum expugnavit, & fratrem Comitis & equites, quos intus invenit, custodiæ tradidit. Post hæc autem Bebbanburgh, id est, urbem *Bebbæ* Reginæ in quam omnes fugerat, castellum, firmavit, idque Malveisin nominavit & in illo militibus positis ad Suthumbriam rediit. Post cujus decessum Comiti *Roberto* vigiles *Novi Castelli* promisere, in id se promissuros illum intrare si veniret occultè. Ille autem lætus effectus, quadam nocte cum xxx. militibus, ut id perageret exivit. Quo cognito equites qui castellum custodiebant illum insequentes, ejus exitum custodibus *Novi Castelli* per nuncios intimaverunt. Quod ille nesciens die quadam Dominica temptavit peragere cepta, sed nequivit, deprehensus enim erat. Ea propter ad monasterium sancti *Oswini* Regis & martiris fugit, ubi sexto die obsidionis suæ graviter in crure est vulneratus dum suis adversariis repugnasset, quorum multi sauciati, multi verò sunt perempti; de suis quoque nonnulli vulnerati, omnes sunt capti; ille verò in Ecclesiam fugit, de qua extractus in custodiam apud *Windesoram* est positus. Sicque idem ipse Comes *Robertus* in eadem Ecclesia quam sancto *Cuthberto* abstulit, ut prædictum est, res omnes & honorem cum sui Comitis libertate amisit. Et extunc Rex *Willielmus*, & post eum Rex *Henricus* primus, Comitatum *Northumbriæ* in manu sua tenuerunt.

Rot. Cart. de annis 15. 16. 17. R. 2 n. 29.

REX *Archiepiscopis, &c. salutem.* Inspeximus Cartam Domini *Egfridi* quondam Regis Northanhimbrorum factam in hæc verba. *In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Amen.* Anno Dominicæ incarnationis DC.lxxxv. congregata sinodo juxta fluvium Aine in loco qui dicitur Aet Twifora, cui *Theodorus* Archiepiscopus *Doruvernensis* præsidebat, cum *Cuthbertus* multis legatariis ac literis ad se præmissis, nequaquam sua insula posset erui; tandem ego *Egfridus* Rex *Northanhimbrorum*, cum Antistite *Trumwino* & aliis religiosis viris, insulam navigavi, & invitum ad sinodum pertraxi, ubi omnium jussione Episcopatus officium suscipere compellitur; Cui & omnibus successoribus ejus, consilio *Theodori* Archiepiscopi & *Trumwini*, & totius consilii, pro salute animæ meæ & successorum meorum, donavi villam quæ vocatur Cret, & tria miliaria in circuitu ipsius villæ. Donavi etiam civitatem quæ vocatur *Lugubalia* & in circuitu ejus xv. miliaria, ut hæc tam ipse quam successores ejus, ad Dei servicium imperpetuum habeant, ita, sicut ego habui, libera & quieta, & secundùm suam voluntatem disponenda. Ego *Theodorus* Archiepiscopus *Doruvernensis* subscripsi ✠. Ego *Bosa* Episcopus subscripsi ✠. Ego *Cedd Orientalium Saxonum* Episcopus subscripsi ✠. Ego *Sexulf Merciorum* Episcopus subscripsi ✠. Ego *Eata Hagustaldensis* Episcopus subscripsi ✠. Ego *Trumwine Pictorum* Episcopus subscripsi ✠. Ego *Ceadda Licheſeldensis* Episc. subscripsi ✠. Ego *Eadbed Lindissi* Episcopus subscripsi ✠. Hæc donatio scripta est tempore *Agathonis* Papæ, anno ætatis Regis *Egfridi* xl. Regni verò ejus xv.

Inspeximus etiam Cartam quam bonæ memoriæ dominus *Richardus* quondam Rex *Angliæ* progenitor noster fecit Deo & beato *Cuthberto* & Ecclesiæ *Dunelmensi*, & *Hugoni* tunc *Dunelmensi* Episcopo in hæc verba. *Richardus* Dei gracia, Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ Aquitaniæ.* Comes *Andeg.* Archiepiscopis (&c.) *Salutem.* Sciatis nos dedisse & concessisse, & præsenti Car-

ta

ta confirmasse, Deo & beato *Cuthberto*, & Ecclesiæ *Dunelmensi*, & *Hugoni Dunelm*: Episcopo, karo consanguineo nostro, & successoribus ejus, in puram & perpetuam elemosinam, pro anima patris nostri & antecessorum nostrorum, & pro salute nostra & heredum nostrorum, & pro salute & pro stabilitate & incremento regni nostri, Manerium nostrū *de* Seberge cum wapentaco ad idem Manerium pertinente, & cum omnibus aliis rebus ad illud pertinen. tam in hominibus quam in terris cultis & incultis in viis & semitis, in pratis & pasturis, in stagnis & molendinis, in aquis & piscariis, & servicium *Petri Caron* & hæredum suorum de feodo unius militis de *Setona*, & de Dneton, & servicium *Tome* de *Amundevill* & hæredum suorum de feodo unius militis de Cotton & de Traiford, & servicium filii *Godefridi Baard*, & hæredum suorum de feodo duarum partium unius militis, de Middelton, & de Herteburn, quas terras de nobis tenebant inter *Tynam* & *Teysam*, cum omnibus aliis rebus ad prædicta feoda pertinentibus, in excambium pro servicio feodi trium militum, quod *Philippus* de *Kyme* de ipso Episcopo in Lincolneſire tenebat, & pro feodo duorum militum quod *Girardus* de *Canvill* de eodem ibidem tenebat, & pro feodo unius militis quod *Baldewinus Wac* & filius *Rogeri* de *Ofevill*, ibidem de eodem tenebant. Quare volumus & precipimus quod prædictus *Hugo Dunelm.* Episcopus, & successores sui prædicta duo feoda militum & duas partes feodi unius militis, cum prædicto manerio de Seberge, & *Wapentaco*, sicut prædictum est, teneant, habeant, & possiderant liberè, quietè, & honorificè, cum omnibus rebus ad ea pertinentibus, in bosco & plano cum *Socha & Sacha* & Thol & Thæm, & Infangenethef, & cum omnibus aliis libertatibus & liberis consuetudinibus, & cum placitis ad Coronam pertinentibus, sicut nos ipsi in propria manu nostra habebamus, & sicut ipse Episcopus habet & tenet alias terras suas & feoda militum in Episcopatu suo; & ut tam ipse Episcopus quam successores sui disponant de hominibus & terris ad idem manerium pertinentibus ad libitum suum & voluntatem, sicut de aliis hominibus & terris suis in eodem Episcopatu suo faciunt. Hiis testibus *Baldewino Cantuar.* (&c.) Dat. anno primo Regni nostri, xviij. die Septembr. apud *Gaitintonam* per manum *Willielmi* de *Longo Campo* Cancellarii nostri.

Inspeximus etiam cartam (&c.) Inspeximus insuper literas nostras patentes quas nuper fieri fecimus in hæc verba. *Ricardus* Dei gratia Rex *Anglie & Francie*, & Dominus *Hibernie*; omnibus (&c.) salutem. Sciatis quod cum Ecclesia *Dunelmensis*, & bonæ memoriæ prædecessores venerabilis patris *Johannis* nunc Episcopi *Dunelm.* in diversorum progenitorum nostrorum, quondam Regum *Anglie* illustrium, temporibus, tenuerint & possederint Civitatem & castrum *Dunelm.* manerium & *Wapentachium* de Setherge ac maneria et villas de Aukeland, Middelham, Derlington, Stokton, Esington, Houghton, Chestre in the strete, Gatesheved, Ryton, Langchestre, Eventwode, Fulley, Hozley, Stanhop, et Wolningham, cum pertinentiis infra patriam et præcinctum vocatum *Episcopatum & libertatem regalem sancti* Cuthberti *Dunelm. inter aquas de* Tyne & Tese; ac etiam castrum et villam de Hozham, ac manerium de Bedelyngton cum pertinenciis, ut parcellam dictæ libertatis ultra *Tynam* versus boream; necnon diversa alia, terras, tenementa, redditus, servicia, feoda militum, advocationes, et patronatus ecclesiarum, tam Collegialium quam parochialium, hospitalium, *Cantariarum*, aquas, piscarias, diversasque alias possessiones temporales et spirituales, tam infra patriam et procinctum Episcopatus prædicti quam infra patrias et procinctus vocatos Hozhamshire, et Bedelingtonshire, unà cum medietatibus dictarum aquarum de Tyne et Tese versus Episcopatum prædictum, ac diversis piscariis et proficuis in eisdem medietatibus, ut parcellam eorundem Episcopatus et libertatis regalis, possessionumque ecclesiæ antedictæ, et cum applicatione, oneratione, et exoneratione navium, batellorum, et aliorum vasorum in dictis aquis, ac medietatibus aquarum ex parte Episcopatus prædicti; simul cum dominio et libertatibus Comitis *Palatini*, ac omnimodis aliis dominiis, libertatibus, juribus, proficuis, et prerogativis regalibus, in omnibus patriis, procinctibus, et locis prædictis, eorumque pertinenciis universis, et in quolibet eorundem; quæ quidem Civitatem castra, villas, maneria, *Wapentachium*, terras, tenementa, redditus, servicia, feoda militum, advocationes, et patronatus, ac alias possessiones temporales et spirituales, idem Episcopus asserit se et ecclesiam suam prædictam tenere et possidere in presenti. Nos, ad supplicationem prædicti Episcopi, et ob specialem affectionem, et devotionem quas erga gloriosum Confessorem sanctum *Cuthbertum*, ecclesiæ prædictæ patronum, ac etiam propter affectionem quam ad præfatum Episcopum qui, tam carissimo Domino & Patri nostro dum vixit, quam postmodum nobis per longa tempora laudabiliter deservivit, & per nostros assensum et benevolentiam ad Episcopatum prædictum promotus fuit, gerimus, et habemus; volentes pro securitate et quiete perpetuis dictæ ecclesiæ, præfatique Episcopi et successorum suorum, et ut dictus Episcopus seu successores sui, super possessionibus prædictis, seu aliquibus præmissorum, futuris temporibus, nullatenus inquietentur, seu graventur, ex Regia benignitate fæliciter providere; de gratia nostra speciali, et ex certa scientia nostra, ratificamus, approbamus, concedimus, et hac carta nostra confirmamus, pro nobis, & hæredibus ac successoribus nostris Regibus Angliæ, prædicto Episcopo et ecclesiæ suæ prædictæ, omnia et singula Civitatem, castra, villas, maneria, wapentachium, terras, tenementa, redditus, servicia, feoda militum, advocationes, et patronatus ecclesiarum, Hospitalium, et Cantariarum, piscarias, et omnes alias possessiones antedicta, et eorum quodlibet, quas vel quæ idem Episcopus ac dicta ecclesia sua tenent et possident, ut est dictum, unà cum pertinenciis suis universis, et simul cum dictis aquis et medietatibus aquarum, applicatione, oneratione, et exoneratione navium, batellorum, et aliorum vasorum in eisdem, in parte Episcopatus prædicti; ac etiam unà cum dominio et libertatibus Comitis *Palatini* et omnimodis dominiis libertatibus juribus, proficuiis, placitis, jurisdictionibus, et præ-

prærogativis regalibus in omnibus prædictis civitate, Castris, villis, maneriis, wapentachio, terris, tenementis, redditibus, serviciis, feodis, advocationibus, patronatibus, aquis, et medietatibus aquarum, piscariis, & quibuscunque aliis possessionibus supradictis, & in omnibus partibus patriarum, procinctuum locorum, possessionum & pertinenciarum prædictarum; ac simul cum omnimodis aliis libertatibus, liberis consuetudinibus & proficuis, tam in aqua quam in terra de quibus dicta Ecclesia, seu aliquis dictorum prædecessorum suorum in possessione extitit, et quibus eadem Ecclesia vel aliquis dictorum prædecessorum suorum, tempore alicujus dictorum progenitorum nostrorum infra patrias, procinctus, loca, possessiones, et pertinentias predicta, seu quamcunque parcellam eorundem usus est et gavisus.

Volentes & concedentes, ac firmiter præcipientes, pro nobis, heredibus et successoribus nostris prædictis, quod prædictus Episcopus, successores sui, et Ecclesia prædicta omnia et singula Civitatem, castra, villas, maneria, wapentachium, terras, tenementa redditus, servicia, feoda militum, advocationes et patronatus Ecclesiarum, Hospitalium, et Cantariarum, aquas et medietates aquarum, piscarias, et alia possessiones predicta, et quælibet eorundem cum pertinentiis suis universis, unà cum dictis applicatione oneratione et exoneratione navium, battellorum, et aliorum vasorum quæ ex parte ipsius Episcopatus applicare, onerare, seu exonerare voluerint, et simul cum omnibus dictis dominiis, libertatibus, juribus, proficuis, placitis, et jurisdictionibus, et prærogativis regalibus, et omnimodis aliis libertatibus, liberis consuetudinibus, et proficuis, in omnibus civitate, castris, villis, maneriis, wapentachio, terris, tenementis redditibus, serviciis, feodis, advocationibus, patronatibus, aquis, et medietatibus aquarum, piscariis, et quibuscunque aliis possessionibus supradictis, et in omnibus partibus patriarum, procinctuum locorum, et pertinentiarum prædictorum, ac in qualibet parcella earundem pacificè et quietè imperpetuum habeant & teneant, ac eis gaudeant et utantur, adeo plenè et integrè sicut aliquis prædecessorum suorum prædictorum ea, seu aliqua eorundem habuit, et eis seu eorundem aliquibus in dictis Episcopatu et libertate usus fuit et gavisus, tempore alicujus progenitorum nostrorum prædictorum; et adeo sicut dicta terræ, tenementa, redditus, servicia, feoda militum, advocationes et patronatus Ecclesiarum, Hospitalium, Cantariarum, aquæ, piscaria, et aliæ possessiones temporales, et spirituales, dominia, libertates, liberæ consuetudines, jura, proficua, placita, jurisdictiones, prærogativæ & omnes aliæ pertinentiæ, superius generaliter nominata, et eorum quodlibet fuissent, seu fuislet in speciali, per presentes, declarata, sive declaratum, absque impedimento nostri vel hæredum seu successorum nostrorum, aut Justiciariorum, Escaetorum Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum seu ministrorum nostrorum, vel hæredum seu successorum nostrorum quorumcumque, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito aut aliquibus aliis statutis vel ordinationibus, et quibuscunque forisfacturis, jure, titulo, clameo, et alia actione, ad nos pertinentibus, si quæ forent, non obstantibus. Et consimiliter ad supplicationem præfati Episcopi, ex habundanti gratia nostra, ob devotionem & affectionem supradictas, hac carta nostra, acceptamus, approbamus, ratificamus, concedimus et confirmamus, pro nobis, hæredibus et successoribus nostris prædictis, eidem Episcopo et Ecclesiæ suæ prædictæ maneria de **Houeden, Alverton & Creyk**, cum pertinentiis; ac omnia alia terras, tenementa, redditus, servicia, feoda militum, advocationes et patronatus Ecclesiarum, Collegialium, et Parochialium, Hospitalium et Cantariarum, aquas, piscarias, & alias possessiones temporales et spirituales quascumque, quæ præfatus Episcopus et Ecclesia sua prædicta, in comitatibus *Eboraci* et *Lincolnia* tenent et possident.

Habendum, unà cum pertinentiis suis universis, ac omnimodis libertatibus, liberis consuetudinibus, & proficuis, de quibus dicta Ecclesia seu aliquis prædecessorum dicti episcopi in possessione extitit, & quibus eadem ecclesia, seu aliquis dictorum Prædecessorum præfati Episcopi, Uti et gaudere consuevit, temporibus alicujus progenitorum nostrorum prædictorum, in maneriis, terris, tenementis, redditibus, serviciis, feodis, advocationibus, aquis, piscariis, et aliis possessionibus et pertinentiis antedictis, ac in quibuscunque partibus patriarum et procinctuum ad Maneria, terras, tenementa, redditus, servicia, feoda, advocationes, et libertates prædicta pertinentium, in comitatibus supradictis imperpetuum; hujusmodi statutis, ordinationibus, forisfacturis, jure, titulo, clameo, et actione, si quæ fuerint, non obstantibus.

In cujus rei testimonium, has Literas nostras fieri fecimus Patentes. T. meipso apud *Westmonasterium* XVI. die *Decembris*, Anno Regni nostri. VII.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem; Inspeximus Literas Patentes Domini *W.* primi, nuper Regis *Anglia*, Progenitoris nostri factam, in hæc verba. *W.* Rex *Anglia*, *Th.* Archiepisc. & *H.* Vicecomiti, & omnibus Baronibus & fidelibus suis de **Eberwiscira**, Salutem. Volo & præcipio ut tota terra sancti *Cuthberti*, ita sit libera & quieta ab omni opere castelli, & ab omnibus geldis, sicut fuit tempore patris mei die qua *Willielmus Dunelmensis* Episcopus vivus & mortuus fuit, *T. W. Cant.* & *Sulch. Capel* apud *Pontem Arc.* Cart. 4 E. 4. m 27.

Inspeximus eciam alias Literas Patentes ejusdem Progenitoris nostri, factas in hæc verba. In nomine Patris et Filii & Spiritus sancti *Amen*. Ego *WIllielmus* Rex *Anglorum* hæreditario jure factus, do et concedo, et presenti Carta confirmo Deo et sancto *Cuthberto*, et Priori et Monachis ibidem Deo servituris in perpetuam et puram elymosinam, hoc regium Manerium meum videlicet villam de **Hemingburch**, cum omni terra de **Wathenholm**, et cum omnibus terris adjacentibus, cum Ecclesia villæ prædictæ et cunctis rebus eidem pertinentibus, in bosco et plano, moris ac prato, et silvis, et paludibus, aquis, molendinis, aut stangnis, cum **Pere** et **Pers**, et **Sac** et **Socne**, et **Toll** et **Team**, et infangen-

theof,

theof, et omnibus rectis divisis ejus, ita benè et quietè, et liberè cum rectitudinibus, et omnibus consuetudinibus, sicut unquam *Sanctus Cuthbertus* alias terras suas melius et quietius habuit, cum omnibus consuetudinibus Regis, et libertatibus quas ego habui in ipso, dum illud post victoriam Angliæ in manu propria tenui, per easdem divisas quibus ego ipse, seu ante me Comites *Tostius*, vel *Siwardus* ipsum manerium tenuimus. Quod si quis imposterum hanc donationem meam irritare præsumpserit, à Domini consortio separetur, & condemnatione extremi judicii cum Diabolo & Angelis ejus imperpetuum feriatur, Amen. Et ut hæc donatio mea firma sit imperpetuum, manu propria præsentem cartam signo sanctæ crucis ✠ expressi & confirmavi. Signum *Willi* ✠ *elmi* Regis *Angl.* Signum ✠ *Th. Ebor.* Archiep. Signum *Willielmi* ✠ *Dunelm.* Episc. Signum *Johannis* ✠ *Bathon.* Episcopi. Signum ✠ *Osmundi Sar.* Epist. Sig ✠ num *Baldewini*, Abbatis sancti *Edmundi*. Signum ✠ *Mercalis* Vice-comitis. Signum *Hugonis* ✠ Comitis de *Cestria*. Signum *Arnoldi* ✠ de *Percio*. Signum *Roberti* ✠. Signum *Guidonis* ✠ Abbatis. Signum *Rogerii* ✠ Comitis *Scrobesbirienſis*. Signum ✠ *Willielmi* filii Regis. Signum *Ricardi* de ✠ Curceio. Signum ✠ *Rodberti* de *Redveriis*. Signum ✠ *Rodberti Bloet*. Signum *Roberti* Co ✠ mitis *Northymbr.* Signum ✠ *Rodberti Capellani*. Signum ✠ *Philippi* filii Comitis de *Cestr.* Signum *Alani* de ✠ *Liconia*. Signum *Ranulphi* ✠ Clerici Regis. Signum *Mauricii* Ca ✠ pellani. Signum *Philippi* filii *Rogerii* Comitis. Signum *Rodberti* de *Redveriis*. Signum ✠ *Ricardi* de *Bundevilla*. Signum *Rod* ✠ *berti* de Wulmetf. (&c.) Nos autem donationes (&c.) confirmamus sicut literæ & cartæ prædictæ rationabiliter testantur. In cujus (&c.) T. Rege apud *Ebor.* tertio die Junii.

Ex secundo Registro penès Decanum & capitulum ecclesiæ Cathedralis Dunelm. a. 1640.

EGo *Willielmus* de *Merley*, filiis meis, & uxore mea consentientibus, do Deo, & sancto *Cuthberto*, & monachis *Dunelmensibus* Mozewic cum diversis ad illam villam pertinentibus, præter unam piscariam in *Tina*, pro anima mea, & uxoris meæ *Menialda*, & pro filiis meis *Ranulfo* de Merle, & *Gosfrido*, & *Morello*, & aliis filiis meis omnibus. ✠ Signum *Willielmi* de Merle. ✠ Signum *Ranulphi* filii ejus. ✠ Signum *Gosfridi* filii ejus. ✠ Signum *Mareli* filii ejus. ✠ Signum *Roberti*. ✠ Signum *Anseri* de *Merlei*. ✠ Signum *Gosfridi* de *Cliftun*, liberè & quietè, in elemosinam in perpetuum habendam; Et post mortem *Willielmi* de Merle, filius ejus *Ranulphus*, qui fuit hæres illius, venit *Dunelmum*, anno ab incarnatione Domini M.C.xxix. mense Septembris, proxima die post festum sancti *Cuthberti*, & dedit, & concessit & confirmavit, & super sepulchrum sancti *Cuthberti*, per unum cultellum, obtulit prædictam terram, scilicit Mozewic, sancto *Cuthberto* & Monachis ejus in *Dunelmo*, liberam & quietam ab omni calumpnia, & ab omni servicio, & ab omni consuetudine imperpetuum habendam. Ad istam donationem & confirmationem affuerunt præsentes hii Testes. Prior de Tinemouth, *Remigius*, *Robertus* Archidiaconus, *Johannes* de *Mundavilla*, *Willielmus* filius *Ranulphi*, *Eustacius* sororius ipsius *Ranulphi*, *Ricardus Tisun*, *Robertus* filius *Normanni Bruis* de *Bointon*, *Ranulphus Blaca*, *Eilaf* Presbyter de Wagulstald, *Helias* Presbyter de Mozpath, *Willielmus* Presbyter de Stainton, *Gamel* de *Acle*, *Melded* de *Aclet*, *Roger Coisners*, *Robertus Firberne*, *Radulphus* de *Winceſter*, *Unfreth* frater *Roberti* filii *Normanni*, *Edulf* de *Salwic*, *Paganus Dispensator*, *Ranulfus* de *Merle*, *Uuspac Clibern*, *Johannes* de *Wdrinton*, *Anskr* de *Mundavilla*, *Gancel.* filius *Edredi*, *Edmund* filius *Aculfi*, *Mervin* de *Hethewrth*.

MALMESBURIENSE
Cœnobium in agro Wiltonienſi.

—— Amplectenda erat prædicabilis viri mentio, qui *Malmesburienſe* Monasterium, in quo terreni incolatus prætendimus militiam, acri & penè divino mentis intuitu, ex humili ad amplissimum statum provexit, quod à quodam *Meyldulpho*, natione (ut aiunt) *Scotto*, eruditione philosopho, professione Monacho, adeò angustis sumptibus elaboratum, ut inhabitantes quotidianum victum ægrè expedirent, ipse diu multumque librato consilio, *Aldelmo* ejusdem loci Monacho, pro jure tunc Episcoporum regendum contradidit. De qua re, ut omnem sermo noster dubietatis deprecetur offensam, verba ejus hic aliqua attexam. W. *Malmesburienſis* hist. fol. 6. a.

EGO Leutherius *gratia divina Episcopus, pontificatus Saxonia gubernacula regens, rogatus sum ab Abbatibus, qui sub jure Parochiæ nostræ Cœnobiali Monachorum agmini Pastorali sollicitudine præesse noscuntur, uti terram illam, cui inditum est vocabulum* Maldulfesburch, Aldelmo *Presbytero ad degendam regulariter vitam conferre largiriquè dignarer. In quo videlicet loco à primo ævo infantiæ, atque ab ipso tirocinio rudimentorum liberalibus literarum studiis eruditus, & in gremio sanctæ matris ecclesiæ nutritus, vitam duxit. Et ob hoc potissimùm hanc petitionem fraterna charitas suggerere videtur. Quapropter prædictorum Abbatum precibus annuens ipsum locum tàm sibi quàm successoribus suis normam sanctæ regulæ solerti devotione sequentibus, fraterna petitione coactus, ultroneùs concedo, Actum publicè juxta flumen* Bladon *viij. kal. Septemb: anno incarnationis Domini* 675. 675.

Cum igitur, industria Abbatis accederet favori pontificis, tunc res Monasterii in immensum efferri, tunc Monachi undique aggregari: currebatur ad *Aldelmum* totis compitis, his vitæ sanctimoniam, his literarum scientiam desiderantibus. Erat enim vir ille cum religione simplex, tum eruditione multiplex, & qui famam virtute præiret. liberalium artium epotator, ut esset mirabilis in singulis, & in omnibus singularis. Mentior, si non hoc testantur codices de viginitate, immortalis ejus ingenii indices, quibus meo judicio nihil dulcius, nihil splendidius: quamvis, ut est nostri

seculi desidia, quibusdam pariant nauseam, non attendentibus quia juxta mores gentium variantur modi dictaminum. Denique *Greci* involutè, *Romani* circumspectè, *Galli* splendidè, *Angli* pompaticè dictare solent. Sanè quoniam dulce videtur majorum inhærere gratiæ, eorumque exemplis ignire memoriam, Non invitus evolverem quantos hic Sanctus pro ecclesiæ nostræ privilegio sudores insumpserit, quot miraculis vitam insignierit, nisi quia aliàs avocamur : Et facta ejus etiam lippienti veraciùs apparent oculo, quam nostro possint adumbrari penicillo. Innumera signa quæ modò apud ejus fiunt memoriam ostendunt præsentibus præteritæ illius vitæ sanctimoniam. Habet ille ergo laudes suas, habet meritis paratam gloriam, nostra oratio prosequatur historiam. (&c.)

Ibid. fol. 30. b. n. 20. — Ea tempestate (scilicet tempore Regis *Eadwi* filii *Edmundi* Regis, fratris Regis *Athelstani*) facies monachorum fœda & miserabilis erat : Nam & *Malmesburiense* cœnobium plusquam ducentis septuaginta annis à Monachis inhabitatum clericorum stabulum fecit. (&c.)

Leland collectanea MS. in bibliotheca Bodleiana. vol. 3. p 266.

Ex libro antiquitatum Meldunensis *Cœnobij, ad verbum transcripta.*

MEildulphus vitam heremiticam ducens, sub castello de *Bladon* quod Saxonicè dicitur **Ingelbozne Castell**; fuit autem constructum à quodam Rege *Britanno*, nomine *Dumwallo Molvicius*. Civitas quondam ibi fuerat, quæ penitus destructa fuit ab alienigenis, Castellum se munitum custodivit, quod per multum tempus stetit sine habitatione propinqua. Regia enim habitatio, & ejus manerium tam Paganorum, quam Christianorum, non longè fuit a Castello apud **Batrburberg**, quod Saxonicè dicitur **Bzohambergh**, nunc vero **Bzokenberg**. Prædictus Heremita petiit à castellanis tugurium sibi fieri sub castello, & obtinuit; non enim ibi erat magna hominum frequentatio. Hic dum sibi necessaria deficerent, scholares sibi in disciplinatum adunavit, ut eorum liberalitate tenuitatem victus emendaret. Brevi enim tempore scholares in exiguum conventum coaluere. Horum consortio, & exemplo S. *Aldelmus* ad plenum informatus, artem dialecticam adjecit erudire. Unde hinc fugiens ad pedes *Adriani* Philosophi, Abbatis S. *Augustini Cantuar.* per aliquod tempus studuit, & sufficienter edoctus *Meldunum* repetiit. Qui postea cum sociis suis, sub *Maildulpho* Monacho attonsus est, vivente *Meildulpho* post tonsionem ejus annos xiv. Castellum prænotatum tunc fuit sub dominio *Elutherii* Episcopi *Wintonienſis*, qui dominabatur in tota *West-Saxonia*. Mortuo *Maildulpho*, prædictus Episcopus dedit situm *Malmesberiæ* S. *Aldelmo*.

Ex Regiſtro cartarum Abb. de *Malmesbury*, in Scaccario, ex parte Remembratoris Regis. Cart. 13.

Carta Berthwaldi *Regis, de* **Sumerfozd**, *quæ sita est juxta flumium qui dicitur* Tamesia, *quam Regali munificentia contulit* Aldhelmo *Abbati* Meldunensis *Ecclesiæ & successoribus suis hereditate perpetua.*

EA quæ secundum timorem & amorem Domini, largitionis devotione diffiniuntur, quamvis solus sermo sufficeret, tamen pro incerta futurorum temporum conditione, scriptis publicis & documentorum gestis sunt confirmanda. Qua propter ego *Berthwaldus*, regnante Domino, Rex, pro remedio animæ meæ & indulgentia commissorum criminum, aliquam terram conferre, largiriquè *Aldhelmo* Abbati decreveram, id est, illam de orientali plaga fluminis, cujus vocabulum est **Temis**, juxta vadum, qui appellatur **Sumerfozd**. xl. cassatos, ea scilicet definitione, ut omni servitute secularium potestatum portio terræ illius perpetualiter sit libera, ad serviendum necessitatibus Monachorum, Deo servientium, in Monasterio quod nominatur **Maelbubesburg**. Et ut firmius & tenacius hæc donatio imperpetuum roboretur, etiam præcellentissimum Monarchum *Aethelredum* Regem ad testimonium ascivimus, cujus consensu & confirmatione, hæc munificentia acta est. Si quis contra hanc donationem venire temptaverit, aut tyrannica fretus potestate, violenter invaserit, sciat se in tremendo cunctorum examine coram Christo rationem redditurum. Actum publicè in synodo juxta vadum **Berghfozd** mense Julio tricesimo die mensis ejusdem. Indictione xiij. anno ab incarnatione Domini DC.xxxv. 635.

Quomodo Lutherius Wintonienſis *Episcopus*, Aldhelmo *Presbitero &* Meldunensi *Cœnobio, terram de* **Baldumesburg** *contulit, æterna largitione.*

SOlet enim plerumque contingere, ut autumnali torrido facetiante caumate, brumalis sævientium ventorum flabra reciprocis alternatim cursibus succedant, quibus procellosa pelagi cerula innormesquè oceani gurgites, hinc atque illinc, quatiuntur, quatinus navigio tramite, nullus absque discrimine navigans, furibundo flamimine carbasa rumpente transfretat. Ita nimirum prostrata mundi pompulenta gloria, jamque appropinquante ejusdem termino, fluctuantes seculi turbines incumbere evidenti experimento videntur, ut, revera, & ullo absque ancipiti scrupulo, illa Domini præsagmina, nostris tandem temporibus comprobantur impleri : quibus ita cœlesti oraculo effatus est dicens, *Videte ficulneam, & omnes arbores &c.* porro inter has turbulentas seculi tempestates, scripturarumquè flectenda sunt gubernacula, totiusque navigii armatura atquè instrumenta paranda : quatinus garrulo Syrenarum carmine, spreto ratis recto cursu, ad portum patriæ prospere perducatur. Quamobrem, Ego *Lutherius* gratia Dei Episcopus, pontificatus *Saxoniæ* gubernacula regens, rogatus ab Abbatibus, qui sub jure parochiæ nostræ, Cœnobiali Monachorum agmini pastorali sollicitudine præesse noscuntur, uti terram illam, cui vocabulum est **Bealdumesburg** *Aldhelmo* Presbitero ad degendam regulariter vitam conferre largitique dignarer. In quo videlicet loco, à primo ævo infantiæ, atque ab ipso tyrocinio rudimentorum liberalibus literarum studiis eruditus, & in gremio sanctæ matris ecclesiæ nutritus vitam duxit : & ob hoc potissimùm hanc petitionem fraterna caritas suggerere videtur, quapropter prædictorum Abbatum precibus annuens ipsum locum de quo

lb. Cart. 14.

supra

supra mentionem fecimus, tam sibi quam suis successoribus normam sanctæ regulæ sollerti devoti-

satagerit, sciat se coram Christo, novemque Angelorum ordinibus, rationem redditurum. Scripta est autem hæc cyrographi cartula, anno ab incarnatione Christi DC.lxxxj. indictione ix. Signum manus *Aethelredi* Regis *Merciorum*. Signum manus *Coenfrithi* Comitis. Ego *Theodorus* gratia Dei Archiepiscopus confirmavi. Ego *Sax-*

ulphus Episcopus §. Ego *Bolfel* Episcopus §.

renda. Ipse enim Deus retributionem omnium actuum nostrorum in die examinationis, juxta uniuscujusque meritum, reddet. Ideoque, subtilissima mentis certatione, et ardenti inquisitione, illum imitari satagamus. Licet mortalis vitæ pondere pressi, & labentis hujus sæculi possessionibus miserabiliter simus infecati, tamen miserationis ejus

seculi desidia, quibusdam pariant nauseam, non vis solus sermo sufficeret, tamen pro incerta fu-

Thid. fol 30.b.n.

Leland collectanea MS bibliotheca Bodleiana vol p 266.

Ex Registro cartarum Abb. de *Malmesbury*, in Scaccario, ex parte Rememoratoris Regis. Carr. 13.

est juxta fluvium qui dicitur Tamesia, *quam Regali munificentia contulit* Aldhelmo *Abbati* Meldunensis *Ecclesiæ & successoribus suis hereditate perpetua.*

EA quæ secundum timorem & amorem Domini, largitionis devotione diffiniuntur, quam-

dignarer. In quo videlicet loco, a primo ævo infantiæ, atque ab ipso tyrocinio rudimentorum liberalibus literarum studiis eruditus, & in gremio sanctæ matris ecclesiæ nutritus vitam duxit: & ob hoc potissimùm hanc petitionem fraterna caritas suggerere videtur, quapropter prædictorum Abbatum precibus annuens ipsum locum de quo

supra

supra mentionem fecimus, tam sibi quam suis successoribus, normam sanctæ regulæ sollerti devotione sequentibus, fraterna petitione coactus, ultroneus impendo, quatinus in futuram posteritatem, remota omni disceptationum conflictu ingruentium, quiete continua, & pace perpetua Deo famulari, sine impedimento, valeant. Sed ne fortè contentionis occasio deinceps emergat, hac rationis conditione interposita roborans confirmo, ut nullus succedentium demum Episcoporum, seu Regum hanc nostræ donationis cartulam, tyrannica fretus potestate violenter invadat, asserens pertinaciter quod de jure potestates Episcopatus ablatum, sequestratumquè fuisse videretur; & iccirco sciendum est, & contra æmulos promulgandum, multo magis me commodum, augmentumque pontifical: ecclesiæ addidisse, quam per vim abstraxisse. Postremò ut firmior præfatæ donationis largitio iugiter mansura sit, prædictos Abbates propriis manibus subscribere jussimus. Quod si quis hæc scripta & decreta nostræ definitionis irrita facere nitetur, sciat se ante tribunal Christi rationem redditurum. Actum publicè juxta flumen *Bladum* vij. kalendas Septembris anno incarnationis Christi DC.lxxx.

675. Ego *Leutherius*, ac si indignus Episcopus, rogatus à fratribus, hanc donationis cartam subscripsi.

Ego *Cunibertus* Abbas §.
Ego *Haeddi* Abbas §.
Ego *Wynibertus* Presbyter §.
Ego *Hiddi* Presbiter §.
Ego *Hedda* §.

Quomodo Athelredus *Rex, contulit* Aldhelmo *Abbati &* Meldunensi *Cœnobio* **Heuentune & Cherletone** *juxta* **Tetteburi.**

Ibid. Cart. 15. IN *nomine Domini Dei nostri Jesu Christi salvatoris.* Nihil intulimus ut Apostolicum testatur oraculum in hunc mundum, nec auferre quicquid possumus. Iccirco terrenis, ac caducis æterna, & mansura mercanda sunt. Quapropter ego *Athelredus* Rex *Merciorum*, rogatus à patricio meo, & propinquo *Coenfritho*, pro remedio animæ meæ, ac pro oratione fratrum in **Meldunesburg** Deo servientium, xxx. cassatos ab occidentali parte stratæ publicæ; & non longè, in alio loco, quindecim, propè **Tettan** Monasterium, *Aldhelmo* Abbati & successoribus ejus in libertatem terrenarum servitutum perpetualiter, libenter largitus sum. Et hanc donationem meam, sacræ crucis signaculo, propria manu confirmavi, & favorabilium virorum claro concessu corroboravi, ut nulla, post obitum nostrum, regalis audacitas, nec secularis dignitas contra decretum nostrum confringere temptaverit. Si quis verò hanc donationem augere & amplificare voluerit, augeat Deus partem ejus in libro vitæ. Quod si quis, tyrannica potestate fretus, demere vel auferre satagerit, sciat se coram Christo, novemque Angelorum ordinibus, rationem redditurum. Scripta est autem hæc cyrographi cartula, anno ab incarnatione Christi DC.lxxxj. indictione ix. Signum manus *Aethelredi* Regis *Merciorum*. Signum manus *Coenfrithi* Comitis. Ego *Theodorus* gratia Dei Archiepiscopus confirmavi. Ego *Saxulphus* Episcopus §. Ego *Bolsel* Episcopus §.

Quomodo idem Rex dedit eidem Ecclesiæ quindecim Cassatos juxta **Tetteburi.**

Ibid. Cart. 16. IN *nomine Domini nostri Jesu Christi salvatoris.* Nihil intulimus, ut Apostolicum testatur oraculum, in hunc mundum; verùm nec auferre quid possumus. Iccirco terrenis ac caducis æterna & mansura mercanda sunt. Quapropter ego *Æthelredus* Rex *Merciorum* rogatus à patritio meo & propinquo meo *Cenfrito*, pro remedio animæ meæ, ac pro oratione fratrum in **Meldunesburg** Deo servientium, xv. cassatos, propè **Tettan** Monasterium, *Aldhelmo* Abbati libenter largitus sum. Si quis verò hanc donationem augere & amplificare voluerit, augeat Deus partem ejus in libro vitæ. Quod si quis tyrannica potestate fretus demere vel auferre satagerit, sciat se coram Christo, novemquè Angelorum ordinibus, in tremendo examine rationem redditurum. Scripta est autem hæc Cyrographi cartula anno ab incarnatione Domini DC.lxxx. Indictione ix. Ego *Theodorus* gratia Dei Archiepiscopus confirmavi. Ego *Saxulphus* Episcopus similiter. Ego *Bosel* Episcopus §. Signum manus *Æthelredi* Regis *Merciorum*. Signum *Cenfrithi* Comitis.

De Kemela, *quam* Chedwalla *Rex dedit eidem Ecclesiæ.*

Ibid. Cart 17. OMNIA quæ videntur temporalia sunt, & quæ non videntur æterna sunt; Iccirco visibilibus invisibilia, & caducis cælestia præferenda sunt: quamobrem Ego *Cedwalla*, regnante Domino, Rex, aliquod emolumentum Ecclesiæ impendere decrevi. Id est, terram ex utraque parte silvæ quæ appellatur **Kemele**, CXXXII. cassatos. Et ita fixa & immobilis hæc donatio persevereretur, ut nullus hoc decretum frangere aut irritum facere præsumat. Si quis verò, superba inflatus tyrannide, hanc donationem violare aut prævaricare tempnverit; noverit se, in tremendo cunctorum examine, coram Judice vivorum & mortuorum, rationem redditurum. Scripta est verò hæc cartula Indictione prima, mense *Augusto*, Anno ab Incarnatione Domini. DCLXXXII. 682.

Signum manus *Cedwallani* Regis.
Ego *Heddi* Episcopus consensi.
Signum manus *Ciſi*.
Ego *Wynberthus* subscripsi.

Carta Regis Edwardi *de libertate* Meldunensis *Ecclesiæ.*

Ibid Cart. 42 Et Par. 5. E. 4 parte 3 m. 12. per Inspex. QUæcunque scripta sunt, dicit Apostolus, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus. Iccirco terrenis & caducis, æterna, & mansura mercanda sunt, & cum spe bona perquirenda. Ipse enim Deus retributionem omnium actuum nostrorum in die examinationis, juxta uniuscujusque meritum, reddet. Ideoque, subtilissima mentis certatione, et ardenti inquisitione, illum imitari satagamus. Licet mortalis vitæ pondere pressi, & labentis hujus sæculi possessionibus miserabiliter simus infecati, tamen miserationis ejus

largitate, caducis opibus æterna cœlestis vitæ præmia mercari quæramus. Quapropter ego *Eadwardus*, suprema gratia largiente, *Anglorum* regalia Sceptra gubernans, rogatus à *Brihtrico* Abbate *Meldunensis* Cœnobii, cum consensu Episcoporum, optimatumque meorum, ob honorem sanctæ Dei genetricis *Mariæ* perpetuæ virginis, & ob reverentiam Sancti *Aldhelmi*, ejusdem Cœnobii quondam Abbatis, Deinde *Schirburnensis* præsulis, cujus corpus gloriosum, in eadem ecclesia venerabiliter requiescit, & multis patratis miraculis elucescit; Concedo, & regali auctoritate præcipio, quatinus eadem Ecclesia, omnes terras & possessiones suas, quas hodierna die tenet & possidet, vel in futuro, largitione quorumlibet fidelium, tenenda est, vel possidenda, perpetuo jure, & perpetua pace teneat atque possideat. Subscribimus enim nomina terrarum, & nomina eorum qui eas Ecclesiæ, fideli devotione, contulerunt. Inprimis *Newentuna* ex dono *Eathelredi* Regis; Terra est xxx. hidarum, sita ab occidentali parte stratæ publicæ quæ *Fossa* nominatur. Item **Benele**; Terra est xxx. hidarum, quarum quatuor sunt in *Chellewrtha*. Hanc terram dedit *Adhelmo* Abbati *Cedwalla* Rex; Sita est in orientali plaga stratæ publicæ supra-nominatæ. Item *Pirituna*; Terra est xxxv. hidarum, de orientali parte silvæ quæ dicitur **Bradon**. Hanc dedit *Chedwalla* Rex *Aldhelmo* Abbati. Item *Creddewilla*; Terra est xl. hidarum: De ista terra **Eastcotun**, **Honekynton**, **Porcotun**: Terram istam dedit *Æthelwlfus* Rex Christianissimus. Item eadem ecclesia tenet *Cheorletuna*; Terra est xx. hidarum: Hanc dedit idem Rex *Æthelwlfus*. Item **Dometesig**; terra est x. hidarum; Hanc dedit idem Rex *Æthelwlfus*. Item eadem ecclesia tenet **Wdetun**: Terra est x. hidarum, sita est intra silvam **Bradon**; Hanc dedit *Æthelstanus* Rex venerabilis, ecclesiæ *Maldunensi*. Item *Bremela*; Terra est xxxviij. hidarum. De ista terra est **Pwerig**, **Spærtul**, **Chedecotun**, **Forham**, **Avene**; Terram istam dedit Rex *Æthelstanus*. Item, ex donatione ejusdem Regis *Æthelstani*, ipsa ecclesia tenet *Nortuna*, pro v. hidis, & **Sumerford** pro v. hidis. Item eadem ecclesia tenet **Brokenebergc**: Terra est quinquaginta hidarum; Hanc dedit Rex *Eadwy*. De hac eadem terra **Cutenham** pro j. hida, & ex occidentali parte fluminis, quod *Avena* nominatur, & *Suttuna* pro x. hidis. *Rodburna* pro x.; *Corstuna* pro x.; **Cusfalde** pro iij.; **Bremelham** pro ij hidis. Item *Brinkenetha*; Terra est v. hidarum. Hanc dedit quidam vir nobilis *Leofsi* nomine. Item *Hewy*; Terra est xj. hidarum. Hanc dedit *Æthelred* Rex. Item ipsa ecclesia tenet **Litletun**; Terra est v. hidarum: Hanc dedit *Uvenothus*, *Æthelredo* Rege suo annuente. Ego igitur *Eadwardus*, Dei misericordia *Anglorum* Rex, concedo atque præcipio quatinus ecclesia ista sit libera & quieta ab omni mundiali jugo. Scilicet de schiris, Hundredis, & placitis, & querelis, & omnibus geldis, & consuetudinibus; concedo etiam ei libertatem plenariam; Id est, **Sacam** & **Socam**, **Tol**, & **Tem**, & **infangenethefe**, **Ponbriche**, **Pamfokne**, **Forstell**. Quicunque ergo hanc nostram donationem, seu libertatem servaverit, perducat eum Dominus ad gaudia Paradisi. Qui vero contempserit, ligatis manibus & pedibus, mergatur in profundum inferni. Acta est hæc præfata libertas anno dominicæ incarnationis millesimo lxv. Indictione iv. His testibus consentientibus, quorum inferius recitantur nomina.

Ego *Eadwardus* Rex *Anglorum* præfatam donationem, cum titulo sanctæ crucis, confirmavi, & impressione sigilli mei consolidavi.

Ego *Eadgith* Regina consensi & laudavi.
Ego *Stigant* Archiepiscopus §.
Ego *Ealdsith* Archiepiscopus roboravi.
Ego *Heremon* Episcopus adquievi.
Ego *Leofric* Episcopus impressi.
Ego *Wyllelm* Episcopus favi.
Ego *Harold* Dux confirmavi.
Ego *Tosti* Dux cartaxavi.
Ego *Gyfd* Dux prætitulavi.
Ego *Leofwyne* Dux subarravi.
Ego *Æthelmodus* Abbas subscripsi.
Ego *Alwy* Abbas subscripsi.
Ego *Ordrich* Abbas §.
Ego *Algelsige* Abbas subscripsi.
Ego *Wlfric* Abbas §.

Ego *Brithricus* Abbas supra-nominati Cœnobij, lectis & diligenter perscrutatis ecclesiæ nostræ cartis, hanc scedulam dictam, & propria manu conscripsi, & cum titulo venerandæ crucis, confirmavi, coadunavi & concluſi.

De Libertate Meldunensis *Cœnobii*, *Carta Regis* Willielmi *primi*.

REgnante imperpetuum *Domino nostro* Jesu Christo, *illoque regente ac dominante omnibus elementis, qui etiam incomparabili pietate, & magna Majestate omnia sustentat, cunctaque prout vult sive visibiles, sivè invisibiles, pulchro moderamine disponit atque dispensat. Quapropter Ego* Willielmus, *Deo disponente, Rex* Anglorum, *caterarumque gentium circumquaque persistencium, Rector, ac Dux* Normannorum, *rogatus à fidelissima conjuge mea* Matilde *Regina, & multis Episcopis & Baronibus meis, concessi* Warino *Abbati* Meldunensis *Cœnobii, ejusque Successoribus, eandem donationem terrarum atque possessionum, quam omnes prædecessores mei huic Ecclesiæ providerunt & tribuerunt. Et quoniam eadem Ecclesia in honore Dei genetricis, & perpetuæ virginis* Mariæ *fundata esse dinoscitur, atque sanctissimi* Aldhelmi *corpus ibidem requiescit, & multorum Sanctorum reliquiæ, maximè patroni nostri, & præsulis* Rothomagensis; *dono & concedo huic Ecclesiæ perpetuam libertatem, & eandem, scilicet, quam donavit Rex* Edwardus. *Hæc est, ut sit libera & quieta de* Schiris *&* Hundredis, *& placitis & querelis, & omnibus geldis & consuetudinibus. Concedo etiam ei* **Sacam** & **Socam**, & **Tol** & **Tem**, & **Infangenethef**, **Ponbriche**, **Pamfokene**, **Forestal**. *Si quis autem, quod absit, à Diabolico inflatus spiritu, hoc meum regale donum infringere tempaverit, sciat se proculdubio ante districti tribunal Judicis titubantem, tremebundumquè, tuba Archangeli perstrepente, anathematizatum, nisi prius digna satisfactione emendare voluerit. Quicunque servaverit regnare cum domino Jesu Christo mereatur in gloria Paradisi. Facta est hujus donationis Cartula, anno ab Incarnatione Domini*

Ibid. Cart. 43.

Domini nostri Jesu Christi MLXXXI. *Indictione* IIII. *Anno regni* Willielmi *Regis fortissimi* XV. *Hiis testibus subscriptis. Ego* Willielmus *Rex* Anglorum *hoc donum confirmavi. Ego* Matildis *Regina signavi. Ego* Lanfrancus *Archiepiscopus* §. *Ego* Odo *Episcopus* Bajocensis *subscripsi. Ego* Osmundus Sarisbirensis *Episcopus* §. *Ego* Remigius *Episcopus* Lincolniensis. §. *Ego* Goffredus Constantiensis *Episcopus* §. *Ego* Walthelmus Wintoniensis *Episcopus* §. *Ego* Walterus Eveshamii *Abbas* §. *Ego* Rodoertus *Comes* subscr. *Ego* Henricus, *Regis filius* §. *Ego* Halamius *Comes* subscr. *Ego* Baldwinus *Vicecomes* §. *Ego* Rodbertus Danteseia §. *Actum* Lundonias *assistente* Warino *Abbate.*

De Garsduna, *quam* Matildis *Regina dedit eidem Ecclesia.*

Ibid. Carr. 44. OMnibus orthodoxis notum esse, *remota omni ambiguitate cognosco puro corde, bona facientes, aterna præmia recepturos. Quare Ego* Matildis *Dei gratia Regina & legalis conjux* Willielmi Anglorum *strenuissimi Regis, ceterarumque gentium circumquaque persistensium prepotentis rectoris, ac* Normannorum *nobilissimi Ducis, eodem præclarissimo viro, volente & sincero corde consentiente, atque reverendo* Warino *Abbate hoc postulante, dedi Sanctæ Dei genetrici* Mariæ *integerrimæ Virgini, sanctoque* Aldhelmo *in* Meldunensi *Monasterio, quandam terram* Gersdunam *nomine, uti habebam propriam, cum omnibus sibi accidentibus hereditario jure imperpetuò habendam, ad voluntatem Monachorum in opere Dei ibi assistentium, atque ante divina conspectum clementiæ preces fundentium, pro meorum remissione peccatorum, & filiorum. Illa autem terra trium bidarum mensuram continet, & supradicti Monasterii terris undique circumvallatur. Hanc verò donationem, gratulanter feci, imperante summo atque inestimabili Domino nostro* Jesu Christo, *ineffabilis incarnationis ejusdem Anno MLXXXI. Indictione IIII. Regnante Serenissimo Rege* Willielmo, *XV. anno, in mense* Februario.

Ego Willielmus *Rex* Anglorum *hoc donum firmavi & manu mea signavi. Signum* Matildis *Reginæ quæ hoc donum fecit. Signum* Lanfranci *Archiepiscopi. Signum* Bajocensis *Episcopi. Signum* Remigii Lincolniensis *Episcopi. Signum* Osmundi Saresbiriensis *Episcopi. Signum* Gosfredi Constantiensis *Episcopi. Signum* Walchelini Wintoniensis *Episcopi. Signum* Walterii *Abbatis* Eveshamii. *Signum* Rodberti *Comitis. Signum* Henrici *filii ejusdem Regis. Signum* Halamii *Comitis. Signum* Baldewini *Vicecomitis. Signum* Edwardi *Vicecomitis.* Lanfrancus *Archiepiscopus, auctoritate Dei omnipotentis & sanctorum Clericorum, & potestate qua possumus, Excommunicamus illos qui in Concilio, vel facto, erunt, quod* Garsduna *separetur à proprio usu Monachorum* Meldunensium. *Omnes suprascripti hæc confirmaverunt.*

De Ecclesia Sancti Nicholai *apud* Lundonias.

ANno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi MLXXXIIII. Indictione VII. Regnante *Willielmo* rege in *Anglia*, Ego *Godwynus* cum uxore mea *Turund*, pro redemptione animarum nostrarum, & remissione peccatorum nostrorum & omnium Christianorum, dedi Sanctæ *Mariæ*, & Sancto *Aldhelmo* Confessori in *Meldunensi* Ecclesia, per manus *Warini* reverendi Abbatis, qui tunc præerat illi Monasterio, Ecclesiam meam quæ dedicata est in honore sancti *Nicholai*, & omnes domos meas, cum omnibus mihi pertinentibus, perpetuo jure ad habendum & possidendum. Et hoc donum feci in eadem domo in manu supradicti Abbatis, in præsentia suorum hominum, & meorum vicinorum. Quorum hæc sunt nomina. *Robertus* & *Saselmus*, *Elwynus*, *Aldwynus*, *Godwynus beare*, *Ælrich*, *Godricesfunc*, *Hanuc*, *Cytel Goldsmyth*, *Elwynus Prest*, *Leowynus Prest.* Hic idem supradictus Abbas me, cum uxore mea, fecit fratres suæ Ecclesiæ quatinus ibi jaceamus, & partem in omnibus bonis factis eorum habeamus. Insuper etiam vi. libras reddidit pro me *Theodrico* monetario pro dimidia terra quam tenebat *Ewart aurifaber*, *Elart Minister* terræ, *Elwyn*, *Chetel*, *Alwynus*, *Ulveret prest*, *Alwynus Prest*, *Leussi* filius *Croc*, *Berard* frater *Algod. Francigenæ* homines Abbatis, *Radulfus* de *Bernay*, *Carlo Presbiter*, *Meinardus*, *Ricardus*, *Tovius*, *Anglus.* Hii sunt testes conventionis *Warini* Abbatis & *Godwyni.*

De exemptione Monasterii Malmesburiæ.

Ibid Carr. 79. INnocentius Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati Monasterii *Malmesburiæ* ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne fortè cujuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Monasterium *Malmesburiæ Sarisburiensis* dioc. in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati *Petri* & nostra protectione suscepimus, & præsentis scripti privilegio cõmunimus. Inprimis siquidem statuentes ut ordo Monasticus, qui secundùm Deum & beati *Benedicti* regulam in eodem Monasterio instituitus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum justè ac Canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis procurante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum Monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, villam de **Malmesbury**, & sancti *Pauli* & S. *Mariæ* ejusdem villæ ecclesias, cum omnibus pertinentiis earundem. Villam de **Crodewelle** cum omnibus pertinentiis suis. Jus patronatus quod habetis in ecclesia villæ ipsius. De **Remele**, de **Peritone**, de **Bremel**, de **Sutton**, de **Norton**, de **Newenton**, de **Litletone**, de **Brinkewrth**, de **Gretcham**, de **Piwrigge** & de **Garsdone** villas, cum omnibus pertinentiis earundem. Jus patronatus quod in ecclesiis prædictarum villarum habetis.

habetis. Manerium quod habetis in loco qui *Album Monasterium* nominatur cum pertinentiis suis. De Brokenberg, de Cheorletone, de Corstone, & de Rodburne villas, & ipsarum villarum capellas, cum omnibus pertinentiis earundem. Jus patronatus quod habetis in ecclesia villæ de Minti. Jus patronatus quod habetis in ecclesia beati *Nicholai* de *Londoniis*. Prioratum beatæ *Mariæ* de Pilton cum omnibus pertinentiis suis. Terras quas habetis in locis quæ dicuntur Newebold, Fulinge, Walecote, Winkewythe, *la* Lee, & Punechene-hamptone. Terras quas habetis, in de *Glovernia* & de Sutheamptone villis. Terras quas habetis in civitate *Wyntonienſi*. Decimas quas habetis in, de Bemele, de Credewelle, de Peritone, de Newentone, de Suindone, de Corstone, de Rodburne, de Burgton & Thornhull villis. Decimas quas habetis in, de Brokeneberg, de Cleverdon, de *la* Lee, de Cheorletone, de Brinkewrthe, de Culerna, & de Broton villis. Decimas quas habetis in, de Bromel, de *la* Hangher, de Forham, de Garsdon, de Greteham, & de Pwerigge villis. *Grangiam* de Cusold cum pertinentiis suis. Annuos redditus quos habetis; Sex, videlicet, marcarum argenti in ecclesia beati *Pauli* villæ de Malmesburye. Quinque marcarum in ecclesia beatæ *Mariæ* ejusdem villæ. Quatuor marcarum in ecclesia villæ de Peritone. Trium marcarum in ecclesia villæ de Norton, duarum marcarum in ecclesia villæ de Minti: unius marci in ecclesia villæ de Bemele. Viginti solidorum sterlingorum in ecclesia villæ de Sutton. Decem solidorum in ecclesia villæ de Garsdone. Octo solidorum in ecclesia villæ de Newenton, & quinque solidorum in ecclesia beati *Nicholai Londonii*. Redditum quam habetis in ecclesia villæ de Compton, cum pratis, terris, nemoribus, usuagiis & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & in omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animantium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos, & seculo fugientes, ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in Monasterio vestro professionem, fas sit, sine Abbatis sui licentia, de eodem loco nisi arctioris religionis obtentu, discedere. Discedentem verò, absque communium literarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma verò, oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, à diocesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut, infra fines parochiæ vestræ, nullus sine assensu diocesani Episcopi & vestro, capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hæc, novas & indebitas exactiones, ab Archiepiscopis, & Episcopis, Archidiaconis seu decanis, aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis, à vobis omnino fieri prohibemus; Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publice usurarii, nullus obsistat. Salva tamen justitia illarum ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea & possessiones, ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad ecclesias ad quas pertinet revocandi, libera sit vobis, de vestra auctoritate, facultas. Obeunte verò te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi, qualibet surreptionis astutia, seu violentia, præponatur, nisi quem fratres, communi consensu, vel fratrum major pars consilii sanioris, secundùm Deum & beati *Benedicti* Regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ, paterna imposterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut, infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum, nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, seu violenciam audeat excercere.

Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionũ à Regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultis, auctoritate apostolica, confirmamus, & præsentis scripti privilegio cõmunimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis Apostolicæ auctoritate & diocesani Episcopi Canonica justitia, & in prædictis decimis moderatione Consilii generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona, huic nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptavetit, secundò, tertiovè cõmonita, nisi reatum suum, congrua satisfactione, correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eodem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hiè fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant, *Amen, Amen, Amen.*

Ego *Innocentius* Catholicæ Ecclesiæ Episc. (&c.) Datum *Lugduni* (&c.) tertio Id. *Octobris*, Indict. vij. Incarnationis Dominicæ MCCXLVIII. Pontificatus verò Domini *Innocentii* quarti, Anno sexto.

WEST-

[illegible]MONASTERIENSE

54

[illegible] Vascus Cautabonus.
[illegible] Guliel. Cambdenus
[illegible] Guliel. Thynne arm:
[illegible] Thomas Richardson eq. aur: cap. Iustic. de Banco.
[illegible] Thomas Owen ar:

In Capella S. Pauli.

[illegible] Ludow. Robsert et ux:
[illegible] hans dni Cottington
[illegible] Francisca Com: Sussexiæ,
[illegible] Dudleyus Carleton. Vicecom. Dorcestriæ.
[illegible] Thomas Bromley Eq. aur: Cancellariæ Angl.
[illegible] Lucius Fallerton eq. aur et uxor
[illegible] Joh. Dackins eq. aur. D Custos marim. Sigilli Ang. et uxor
[illegible] Lyndus Thomson com: de Rutland[illegible]

In Cape
1 Georgius
2 Thomas
3 Guliel: de Westm:
4 Henr: Car
5 Dus Libe
6 Tho Vaug
7 Tho Cecil prima

Adjacet de in col parte. D. Lana et liberis [illegible] tum Iuli Clypseq

talium *Saxonum Sebertus*, dicti Regis *Ethelberti* ex sorore nepos, similiter accepto sanctæ rege[illegible] ingressus, & verbum salutis æternæ ibidem prædicantibus, Rex ipse nomine *Ethelbertus*, gratiâ sancti Spiritus illustratus, cum populo sibi subdito, relicto mox gentilitatis errore, sacræ fidei doctrinam, simul & baptismi gratiam consecutus est salutarem. Denique Rex *orien*-

[illegible] ingredientes citroam simul atque [illegible] ter loquendum Apostolus hominem eisdem, quibus se quondam magister suus conveniens verbis, *nunquid ait pulmentarium non habes?* Et ille, timui enim inconsuetæ lucis perfusione stupidus, cum expectatione tui detentus nihil cepi, sed promissam

habetis. Manerium quod habetis in loco qui *Album Monasterium* nominatur cum pertinentiis

copi & vestro, capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum

[illegible] fuerint promovendi, à diocesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut, infra fines parochiæ vestræ, nullus sine assensu diocesani Epis-

Amen, Amen, Amen.

Ego *Innocentius* Catholicæ Ecclesiæ Episc. (&c.) Datum *Lugduni* (&c.) tertio Id. *Octobris*, Indict. vij. Incarnationis Dominicæ MCCXLVIII. Pontificatus verò Domini *Innocentii* quarti, Anno sexto.

WEST.

WESTMONASTERIENSE
Cœnobium infra Comitatum Middlesexiæ.

Pro fundatione hujus Abbatiæ Westmonasterii, *& dedicatione ejusdem, ex antiquitate patet evidenter ex vetustissimo cronicarum libro, veteri Anglorum sive Saxonum lingua conscripto.* Cap. j.

Ex historia fundationis Abbatiæ *westmonasteriensis* per *Ricardum Sparley* Monachum ejusdem loci, in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie Claudii A. 8.]

A Primitivo tempore Christianæ fidei inter *Britones* habitæ, hoc est à diebus *Lucii* Regis eorundem, qui primus in hoc Regno, id est, sub anno gratiæ C.lxxxiv., legem divinam simul, & sanctæ regenerationis lavacrum legitur suscepisse, Iste locus ad honorem Dei fundatus & consecratus fuerat, atque ad regiam sepulturam, regaliumque repositorium specialiter erat deputatus. Qui quidem locus in eâdem per multa Regum tempora permansit dignitate, quousque sæviente, per totam *Britanniam* gravissima *Diocletiani* Imperatoris persecutione, dejectum est inter cætera hoc ipsum Christianorum habitaculum, ac deinde, juxta morem ritumque gentilium, in prophanum *Apollinis* templum sacrilegâ potestate commutatum. Sicque factum est, ut ubi prius in suâ Deus colebatur ecclesia, ibidem postea fierent idolorum sacrificia, & ablatâ memoriâ Christianorum fidelium, caput efficeretur immolationis Regum paganorum. Evolutis itaque, sub hac tempestate, non paucis annorum curriculis, sed & multo postea tempore, languescente demum *Brittannorum* fide, & justitiâ, convenit, per vices, in diversas *Britanniæ* partes incredulæ gentis *Anglorum* & *Saxonum* multitudo copiosa. Qui tandem totius insulæ nacti dominium, secundùm patrias leges, in cunctis Regni provinciis, aras & phana diis suis erigunt, ecclesias Christi subvertunt; Christianos eiciunt, & paganismi cultum in omnes fines terræ suæ dilatant. Rediit itaque veteris abhominationis ubique sententia; à suâ *Britones* expelluntur patriâ, immolat *Dianæ Londonia*, thurificat *Appolloni* suburbana *Thornia*, & vanis erroribus circumquaque seducta Regio paganisat universa. Fuerat autem ipsa *Thornia* insula *Thamensi* fluvio circumdata, ab occidente civitatis posita, quæ nunc plaga *Westmonasterii* est appellata. *Anglorum* denique populo tenebris ignorantiæ diucius cæcato illuxit sol justitiæ, Dominus oriens ex alto nempe, sub anno gratiæ sexcentesimo quarto, beatus *Gregorius* misit in *Britanniam* servum Dei *Augustinum* monachum, unâ cum aliis ejusdem regionis viris clarissimis, *Mellito* scilicet & *Justo*, atque *Laurencio*, reliquisque multis, quibus orientalem Regni plagam, id est, *Kanciam* ingressis, & verbum salutis æternæ ibidem prædicantibus, Rex ipse nomine *Ethelbertus*, gratiâ sancti Spiritus illustratus, cum populo sibi subdito, relicto mox gentilitatis errore, sacræ fidei doctrinam, simul & baptismi gratiam consecutus est salutarem. Denique Rex *orientalium Saxonum Sebertus*, dicti Regis *Ethelberti* ex sorore nepos, similiter accepto sanctæ regenerationis lavacro, dejecit funditus Appollinis templum propè London in *Thornensi* Insula, ut dictum est, situatum, & ecclesiam ibidem in honore beati *Petri* Apostolorum Principis, devotè fundavit & construxit, quam postea idem cœlestis claviger, in spiritu, cum supernorum civium comitatu, Deo & sibi consecravit.

Capitulum secundum ejusdem fundationis & dedicationis, ut, in alia cronicâ vetustâ, invenitur.

TEmpore quo Rex *Ethelbertus*, qui regnavit in *Kancia*, prædicante beato *Augustino* fidem sacram susceperat; nepos quoque ejus *Sebertus*, qui orientalibus *Saxonibus* præfuit, fidem, beato *Mellito* prædicante, suscepit. Igitur in *Londonia* Civitate, Rex *Cantuariorum Ethelbertus*, juxta muros, ecclesiam in honore beati *Pauli* construens, Episcopali eam sede voluit esse sublimem. Cui S. *Mellitus*, quem beatus *Gregorius*, cum pluribus aliis, in adjutorium miserat *Augustino*, merito simul & honore pontificali, primus omnium præfuit. *Sebertus* autem, Rex *Essexiæ*, beato *Petro* devotus, in occidentali parte ejusdem civitatis extra muros, in honore beati *Petri*, Monasterium insigne fundavit, multis illud donariis ornans, & ditans possessionibus. Venerat autem tempus, quo ecclesia in eo fuerat dedicanda, paratisque omnibus pro loco, pro tempore, pro Monasterii dignitate, agente etiam eâ nocte in tentoriis Episcopo, dies crastina præstolabatur; magna plebis expectatio, quæ adhuc rudis in fide, hiis solenniis interesse non solum pro devotione, sed etiam pro admiratione gaudebat. Eâdem nocte piscatori cuidam in *Thamensis* fluvii, qui eidem Monasterio subter fuit, ulteriori ripâ, in habitu peregrino, beatus *Petrus* apparens, promissâ mercede, transponi se ab eodem, & peciit, & promeruit. Egressus autem è navicula, ecclesiam, piscatore cernente, ingreditur; & ecce subitò lux cœlestis emicuit, miroque splendore collustrans omnia, noctem convertit in diem. Affuit cum Apostolo multitudo civium supernorum & choris Christum dicens præcinentibus, melodiâ insonuit; omnia plena lumine, omnia refecta dulcedine, aures Angelicæ vocis mulcebat jocunditas, nares indicibilis odoris fragrancia perfundebat, oculos lux ætherea illustrabat. Videbantur quasi mixta terrena cœlestibus, humana conjuncta divinis, &, quasi in scala *Jacobi*, Angeli descendentes & ascendentes, in illis sacris solempniis visebantur. Quid plura? Peractis omnibus, quæ ad ecclesiæ dedicationem spectant, solempniis, rediit ad piscatorem piscium piscator egregius hominum; quem, cum, divini luminis fulgore perterritum, alienatum penè sensibus reperisset, blandâ consolatione reddidit hominem sibi, animum rationi.

Ingredientes cimbam simul uterque piscator inter loquendum Apostolus hominem eisdem, quibus se quondam magister suus conveniens verbis, *nunquid ais pulmentarium non habes?* Et ille, timui enim inconsuetæ lucis perfusione stupidus, cum expectatione tui detentus nihil cepi, sed promissam

missam à te mercedem, securus expectavi. Ad hæc Apostolus, *laxa nunc inquid rucia in capturam.* Paruit imperanti piscator, & mox implevit rete piscium maxima multitudo, quibus ad ripam extractis, Hunc, inquid, Salmonem, Apostolus, qui cæteris magnitudine, precioque præcellit, *Mellito* ex mea parte piscem defer Episcopo; Pro nauticâ vero mercede, cætera tibi tolle. Ego sum *Petrus* qui loquor tecum, qui cum meis concivibus constructam in meo nomine basilicam dedicavi. Episcopalemque benedictionem meæ sanctificationis auctoritate præveni. Dic ergo Pontifici quæ vidisti & audisti, tuoque sermoni signa parietibus impressa, testimonium perhibebunt. Supersedeat igitur dedicationi, suppleat quod omisimus, Dominici scilicet corporis & sanguinis sacro-sancta misteria, populumque sermone erudiens, & confirmans benedictione, notificet omnibus hunc me locum crebrò visiturum; Hic me fidelium votis ac precibus affuturum, sobriè verò, justè & piè, in hoc loco viventibus, cœli januam reseraturum. His dictis clavicularius cœlestis disparuit, Et jam nocturnis tenebris finem dedit aurora, cum beato *Mellito*, ut putabat, ad futuræ dedicationis celebranda misteria processuro, cum pisce Piscator occurrit, quem cum Episcopo resignasset, omnia, quæ ei ab Apostolo fuerant mandata, prosequitur. Stupet Pontifex, referatisque sacræ jam basilicæ valvis, videt pavimentum utriusque Alphabeti inscriptione signatum, parietem bis senis in locis sanctificatis oleo litum, tot cereorum reliquias duodenis crucibus inhærere; & quasi recenti respersione adhuc cuncta madescere. Nihil ulterius ambiguitatis de his quæ piscator astruxerat, in cujusquam animo potuit residere, cujus assercioni signa cœlestia testabantur. Refert hoc Episcopus populo, & mox una vox omnium pulsat cœlos laudancium Deum, & benedicencium, qui ad fidem omnium confirmandam, in hujus templi sanctissimi dedicationem cœli terræque patriam unam fecit rempublicam. Dat fidem miraculo piscatoris illius tota successio, quæ, sicut à patre acceperat, totius emolumenti, quod ei ars illa deinceps conferret, beato *Petro*, eique servientibus offerre decimas non desineret.

Capitulum tertium, de eadem materiâ, prout reperitur in vitâ Sancti Melleti *Episcopi* Londinensis, *contemporanei Sancti* Augustini.

ANno Dominicæ Incarnationis sexcentesimo quarto, beatus *Augustinus Britanniarum* Archiepiscopus, ordinavit duos Episcopos, *Mellitum* & *Justum*; *Mellitum* ad prædicandum Provinciæ *Orientalium-Saxonum*, qui *Thamensi* fluvio dirimuntur à *Kancia*, & ipsi orientali mari contigui, quorum Metropolis *Londonia* civitas est super ripam *Thamensis* fluminis posita, & ipsa multorum emporium populorum terrâ marique veniencium. In qua gente, tunc temporis, *Sebertus*, nepos *Ethelberti* Regis ex sororculâ, sub ejusdem *Ethelberti* potestate positus regnabat. Ubi vero hæc Provincia, cum ipso Rege, verbum veritatis prædicante beato *Mellito* suscepit, fecit Rex *Ethelbertus* in civitate *Londonia* Ecclesiam Sancti *Pauli* Apostoli, in qua locum sedis episcopalis, & ipse S. *Mellitus* & successores ejus haberent. Beatum verò *Justum*, in ipsa *Kancia*, Deo dilectus pater *Augustinus* Episcopum ordinavit, in civitate *Roffensi*, in qua Rex *Ethelbertus*, beati *Andreæ* Apostoli ecclesiam fecit, Quam verò dilectus Deo & supernis civibus mellifluus *Mellitus* exiterit, etiam in inclitâ ecclesiâ, quæ sub urbe *Londoniâ* ab occidente sua attollit fastigia, & ab ipsâ plagâ *Westmonasterium* est appellata, divinitùs claruit: cujus dedicationis officium sui honori decretum per se beatissimus Apostolorum princeps *Petrus*, pro ipso *Mellito* hoc ordine explevit. Venerat idem Pontifex paratis rebus ad hanc dedicationem, & fixis tentoriis à dimidio miliario, crastinum dominici diei diluculum expectabat; Ipse igitur nocte dominicâ, *Etherius* ille janitor stans in ulteriori *Thamensis* fluvii ripâ, qui ipsum Monasterium alluit, vocato piscatore qui tunc noctis fluvialem prædam exercebat, transponi se ad illam Ecclesiam, promissâ mercede, postulat, expositusque præstolari se jubet donec redeat. Interea nauta, dum expectat, dum stupidè & trepidè quæ sit illa tam ignotæ personæ majestas, non mortale spirans, secum reputat, conspicatur repentè totam Ecclesiam supernis luminaribus flammescere, populosum conditorum chorum nunc intus, nunc foris, Ecclesiam, cum Angelicis concentibus ambire. Audit & insuetam mortalibus, cœlestis suavitatem armoniæ, poteratque, si prius interfuisset, Ecclesiasticæ dedicationis morem perpendere, Sed præ timore tantæ visionis vix poterat spirare. Exacto tandem omni Sacramento dedicationis, Dux fidereus ducem suum repetit exanimatum pavore, clementissimè lenit, utque de tam salutiferis misteriis quæ vidit, amplius confidat, instruit. Cum ergo, remigantes superiori ripæ approximaret, summus Apostolus percunctatus est hominem, an aliquid ipsâ nocte cepisset; Illo prorsus negante, nunc inquid, *jace Rete & capias habundanter*; paruit, & continuò plenum rethe traxit; Omnes erant penè ejusdem generis pisces, præter unum miræ enormitatis eficium; Hunc, inquit Apostolus, maximum piscem repræsenta manè *Mellito* Pontifici, ex nostrâ benedictione, cæteri omnes sunt mercedis & dicionis tuæ. Hujus generis copia habundabis in vitâ tuâ, & longo tempore post te progenies tua; tamen ne piscari ultrà audeatis in celebritate dominicâ. Dic etiam Episcopo cum nostro munere ne Ecclesiam mihi paratam sollicitus sit dedicare, quia hanc ego modò dedicavi per me, sicut apertis indiciis poterit videre, Quanquam hoc jam comperit ex mea revelatione, tantum quod restat missas dedicationis populo confluo peragat, & absolutionem ac benedictionem mea vice impendat. Ac ne quid dubites de auctoris majestate, Ego sum *Petrus* Apostolus Jesu Christi Domini nostri, qui hæc loquor tibi, & mando ei. Ut ergo ille omnia visa & audita, manè Episcopo retulit, & Apostolico munere in pisce mirando fidem fecit, Hic nomine & pietate *Mellitus* Domino protinùs in beato suffragatore suo *Petro* gratiarum favos gratissimè mellificavit. Ecclesiam alatis pedibus caritatis irrupit. Vidit totam *Jordanicis* fluentis baptizatam, pavimenta tipicis caracteribus inscripta, parietes duodenis crucibus crismatos, totidem cereorum conflagratorum reliquias. Quid ampli-

amplius faceret ædituus domini in domo sibi per-
[illegible] consecratâ missas celebravit populum

itu peracto, vadit ad sibi delegatam ecclesiam, comitantur eum coelestes chori coelestem melo-

Nomen piscatoris, secundum quosdam, Edricus.

[illegible] ...que spectante, terræ infigens baculum creat post se fontem fluidum; processusque paululum item infigendo quem ferebat baculum potestate sua educit & alterum; qui duo fontes longo defluxerunt tempore, donec absorberentur in fluminis alveo, litus devorante equoreo reumate. Hoc in ducis sui intu-

receptus piscatori relicto in captura copiosissimè, ut promiserat, auxiliatur. Expansis enim retibus in flumine tantam piscium, quos salmones nuncupant, copiam traxit in litore, ut vix recia captis possent sufficere. Credulus piscator apostolicæ largitati facto die adest puericiæ præsulis designati, novoque modo dictis illum salutat

missam à te mercedem, securus expectavi. Ad hæc Apostolus, *luxa nunc inquid recia in captu-*

palis, & ipse S. *Mellitus* & successores ejus haberent. Beatum verò *Justum* in ipsa *Kanci-*

berius, nepos *Ethelberti* Regis ex sororculâ, sub ejusdem *Ethelberti* potestate positus regnabat. Ubi verò hæc Provincia, cum ipso Rege, verbum veritatis prædicante beato *Mellito* suscepit, fecit Rex *Ethelbertus* in civitate *Londonia* Ecclesiam Sancti *Pauli* Apostoli, in qua locum sedis episco-

in beato suffragatore suo *Petro* gratiarum favos gratissimè mellificavit. Ecclesiam alatis pedibus caritatis irrupit. Vidit totam *Jordanicis* fluentis baptizatam, pavimenta tipicis caracteribus insculpta, parietes duodenis crucibus crismatos, totidem cereorum conflagratorum reliquias. Quid ampli-

amplius faceret ædituus domini in domo sibi perfectâ & consecratâ, missas celebravit, populum absoluit, ac benedixit, & Deo possessori domus suæ, Regique regnanti in aulâ suâ gloriam & honorem & benedictionem imperpetuum dedit.

Capitulum quartum de eadem materia, ut scribitur in cronicâ Sulcardi *monachi* Westmonasterii.

ILlustrat urbem *Londoniæ* regius amnis equoria subterfluens vastitate *Thamesis*, nunc emittens itemque recipiens fluctus cursu & recursu pelagi & fluminis, insulamque *Thorneie* dictam tingit, ab urbe duobus miliaribus. Complacitum est Deo, ut creditur, & beato Apostolorum principi, in hac insulâ mansionem parari sibi, in quâ & Deus in suo coleretur Apostolo, & per ejus patrocinium & interventum misereatur supplici populo suo. Instat ergo prædives Christicola *Sebertus* in fundandâ ecclesiâ, brevique tempore perfectam reddidit instanti labore & opera. Commonuit intereà ejus diœcesis præsulem *Mellitum*, ut beato *Mellito* cordis *Petro* fundatum consecraret locum. Addito Dei minister opere perfecto gaudet de beati *Petri* honore, diemque denominat quo ad dedicandum velit exsolvere; Parantur interea quæ erant tantæ dedicationi necessaria, & annunciantur circumquaque manentibus Deicolis, ut accurrant ad coelestium nuptiarum celebria selempnia. Statutum diem prævenit Deo dilectus pontifex *Mellitus*, longèque à constructâ ecclesiâ dimidio miliario ad vespera sanctæ diei tentoria candescunt eminùs: tumor enim *Thamesinus* obtunderat undique *Thornensem* insulam, & intrare volentibus non nisi navigio aliquam affectabat viam. Clauditur coelum nocturna caligine, & requiescunt singula, cælitùs indulto sopore; diurnosque labores nocturnæ absolvunt reliquiæ, cum coelestis dignatio omnem acceptans devotionem humilis & quieti cordis clarè intendit electi gloriam clientis. Audite quæso & cunctis mentibus percipite, quàm sublimi prærogativâ *Thornensem* insulam princeps Apostolorum sibi dignatus sit consecrare, & quam fiducialiter in eâ Deo servientes ejus debeant suffragia implorare. Omnibus, ut dictum est, sompno oppressis, adest ipse pastor noster beatus *Petrus*, super ripam *Thamisiæ*, visum in aliâ fluvii parte piscatorem inclamat ad se venire, qui si vellet, & in ipsâ insulâ poterat apperuisse. Sed voluit, ut arbitror, testem habere operis agendi hominem officii sui, unde bis terque accitum piscatorem habet cum navi. Transducit tandem petentem Apostolum, non sine admiratione tamen, quid ignotus ille & in illâ omnium rerum quiete petere vellet trans fluvium. Transvectus coeli claviger commonet illic expectare socium, laborisque sui certissimum pollicetur præmium. Evadit è navi ad siccum, illoque spectante, terræ infigens baculum creat post se fontem fluidum; processusque paululum item infigendo quem ferebat baculum potestate sua educit & alterum; qui duo fontes longo defluxerunt tempore, donec absorberentur in fluminis alveo, litus devorante equoreo reumate. Hoc in ducis sui intuitu peracto, vadit ad sibi delegatam ecclesiam, comitantur eum coelestes chori coelestem melodificantes armoniam, vocesque angelicæ ad usque celsitudinem personuere ætheream. Nova Dei nupta, consecrante eo qui coelum claudit & aperit, coelestibus resplendet luminaribus, totoque solis lucente ambitu canditatus insulam illustrat exercitus; patescunt desuper æthera, quodque agit Apostolus in terra, actum favet in coelis divinæ magestatis potentia. Spectator stupet attonitus, nedum discedere posset, permanendi caret viribus, tenetur solo corporis tremore sui inops, apostolico nutu ligatus. Si se haberet in suo jure, discessisset utique, sed retinetur apostolicis vinculis, absolvendus testimonio glorioſæ visionis. Peracto ad quod venerat officio, ad nautam suum redit Apostolus tremebundum; ne paveat amplius blandis suadet sermonibus. Ne, inquid, timeas super hiis quæ audisti & vidisti, sunt enim ita ex voluntate Domini, michique ne dubites audita & visa edicere, ut sciam utrùm, obstante pavore, potueris visorum capax esse, & quid per te notaveris gestam rem & actorem significare. Edocente diucius Apostolo, pavor abicitur, fiducia loquendi inducitur, tandemque, resumptis viribus, ad responsum piscator resolvitur; licet domine mi scienciolam meam grandis excesserit visio, te jubente dicam quod sencio, voces cantancium mirâ suavitate audivi, claritatem magni luminis vidi, & ad hæc, ultra quàm sciam extimui: Tu verò, domine mi, quis vel quid sis certiùs nescio, sed aliquid boni esse te credens non dubito. Tunc Apostolus sic recepit confitentem: *Quem*, inquid, *bonum benè percipis, apertiùs intellige, quæ etiam expones aliis. Ego sum Christi Apostolus* Petrus, *cui hanc ecclesiam fabricavit michi ille meus amicus* Sebertus, *pro cujus amore & devotione, locique ejus æternâ sanctificatione, per meipsum volui cum Deo & mihi consecrare. Quæ facta sunt jam tu ipse vidisti & audisti; in his quæ restant obsecundato michi; facto die adi* Mellitum *episcopum, rem ut est gesta edoce illum. Ipse adveniens signa consecrationis crismate illitis parietibus poteris videre, in hiis jam suo non indigemus labore. Verùm cætera, id est, missas & ministerium perficiat episcopale, ad testimonium ergo visionis tuæ & allocutionis nostræ retia proicies in flumine, cedetque tibi nostro interventu prosperè. De captis piscibus unum illi presentabis meâ ex parte, ut scilicet & de relatis tibi credat, & quæ à me illi dixeris exequens perficiat, tametsi credo quia jam illi nostræ actionis aliquid celitus sit ostensum, ut tuum certiùs confirmetur alloquium. Te etiam commoneo ne in dominicâ nocte vel die amplius velis piscari, cedetque in prosperum tibi, tuæque posteritati futuræ, proficietisque plurimùm in piscatoriâ arte.* Erat enim nox dominica cum hic piscator visione & allocutione usus est apostolicâ. Hiis dictis Apostolus ejus visubus subtrahitur, coeloque receptus piscatori relicto in capturâ copiosissimè, ut promiserat, auxiliatur. Expansis enim retibus in flumine tantam piscium, quos salmones nuncupant, copiam traxit in litore, ut vix recia captis possent sufficere. Creduhus pilcator apostolicæ largitati facto die adest puericiæ præsulis designati, novoque modo dictis illum salutat

Nomen piscatoris, secundùm quosdam, Edricus.

beati *Petri*, & jussa dicens munus parirer exponit quod miserat illi. Assurgit episcopus devotissimè, gratiasque Deo & Apostolo agens lætabatur se memorari & munerari à tanto cœlorum principe. Ingrediens autem Ecclesiam, ubi oravit diligenciùs, circuiens & intuens parietes sacro signatos invenit crismate, & signa defixarum candelarum apparentia in pariete. Excitis ergo omnibus, undique à plateis, & vicis, à civitate occurritur & oppidis, devotisque assunt animis missarum celebrationi Deo electi præsulis, habitoque sermone de re gestâ, & de reliquis animarum profectibus suscitantur quamplures ad lætabundos piæ compunctionis gemitus, graciasque Deo & Apostolo suo agentes, cum festivo gaudio propriis remittuntur quisque mansionibus. Consecrata ecclesia, ut nova Dei sponsa, novum nomen obtinuit, vetusque nomen Thorneye, id est *spina insula*, amisit, & a civitatis situ, occidentale monasterium nomen cepit. Acta sunt hæc regis *Cantuariæ Ethelberti* tempore; quo tocius carnis viam ingresso, multisque necligenciis habita est eadem ecclesia, utpote non adeo magna, usque ad regnum regis *Offæ*, regis *orientalium-Saxonum*. Hic itaque diligenciùs colens Apostoli memoriam, opere ampliavit ecclesiam. Hæc *Sulcardus*.

Capitulum quintum, de eadem materiâ ut habetur in quadam Cronicâ quæ intitulatur liber Regius, libro primo, prope finem.

REGES autem *Orientalium-Saxonum* dominabantur in *Essexia* & *Middelsexia*, & dimidia *Hertfordia*. In hiis itaque plagis regnavit quondam *Sebertus* rex, qui cum avunculo suo *Ethelberto Cantuariorum* rege, utrorumque proceribus, à sancto *Augustino* baptizatus, in occidentali *Londonii* parte, de quodam phano, quod nunc *Apollinis* habebatur, & locus *Thorneya* dictus, basilicam Deo & sancto *Petro* fabricavit, sanctoque *Mellito Londoniensi* Episcopo commendandam commendavit; Qui cum die statutâ quâdam dominicâ, eam dedicare disposuisset, nocte præcedente cuidam piscatori, *Edrico* nomine, sanctus *Petrus* apparens, & quasi mercede compactâ, in navicula cum eodem piscatore *Thamensem* fluvium transfretans præfatam basilicam cum cœlestium comitatu, & laudibus angelicis, vidente tremebundo prænominato piscatore, Deo & sibi consecravit. Mane autem facto, sanctus Pontifex, piscatore nuncio, à sancto *Petro* hoc mandatum accepit, ut ecclesiam de se dedicatam rededicare non presumeret, signa dedicationis universa reperiens, sed transfretans (inaccessibilis quippe absque navigio undique erat locus ille) & signa dedicationis videns, quod restabat, scilicet missam, celebraret, penitentibus pro arbitrio afflictionis dies indulgeret, & sic finitis omnibus Dei & suam benedictionem populo daret, signa autem dedicationis hæc erant: parietes intrinsecus & extra madidi, oleum & cruces in ipsis, cereique semicombusti alphabetum utrumque græcum & latinum in atrio depictum, magna aqua à Sancto *Petro* benedicta, in medio altare oleo perfusum, incensum in ipso altari super tres cruces in eodem sculptas semicombustum, cujus reliquum tunc temporis loci illius monachi noviter adunati, diligenter collectum in scrinio recondiderunt. Dedicato itaq; cœnobio quod hactenus *Westmonasterium*, eo quod in civitatis occidentali parte situm sit, dicitur, ad piscatorem suum rediens sanctus *Petrus*, ab interrogato qualiter se haberet responsum accepit, præ timore se penè fore mortuum insuetæ claritatis visione, & jubilancium inaudito strepitu, cujus timorem compescens jussit ut se reducens mereretur naulum. Cum itaque in medio fluminis deveniissent, interrogatus ab Apostolo, si ipsa nocte ars sua ei aliquid contulisset, respondet se nichil cepisse. Ad quem Apostolus, mitte, inquid, in dextram naviculæ rete, & coadjutor tuus ero. Novi enim & ego aliquantisper artem piscandi, quod cum feciisset, tantam ejus piscis, qui *Esicius* dicitur, cepit copiam, ut navicula penè mergeretur. Cui Apostolus, sume, inquid, extremum quem cepisti piscem, & ex meâ parte defer episcopo pro munere. Decimationem nunc dedicatæ ecclesiæ dabis pro gratiarum actione, cæterum verò tibi tolle pro naulo. Sed & hujus dedicationis signum erit perpetuum, quod tu, & tota sequens hujus artis progenies, hujus generis piscium decimationem illi ecclesiæ dabitis imperpetuum, quatinus vobis sit capiendi facultas, fluminisque fœcunditas. Orationisque causâ eam ecclesiam frequentantibus erit benedictio, & possessiones ei largientibus æterna in cœlis retributio. Pavens igitur piscator, & admirans cum miraculo jubentis imperium, quisnam esset tanta promittens, inquirit. Cui Apostolus, ego sum, inquid, quem Christiani sanctum *Petrum* Apostolum vocant, qui hanc ecclesiam meam, hac nocte, Deo dedicavi. Hæc dicens Apostolus, & de navi exiens disparuit. Ab illâ itaque usque in hodiernam diem ejus piscatoris progenies *Esiciorum* decimationem Deo & sancto *Petro*, prout audent, conferunt. Presbiteri quippe, quorum parochiani ipsi piscatores existunt, malicia placitorum crescente & dolo, arctant ipsos piscatores, ut sancti *Petri* decimationem sibi conferant, propter quod & flumini ingerunt sterilitatem, & sibi maledictionem; asserunt enim etiam ipsi piscatores, ab hoc ipsam fluminis esse sterilitatem, & ob capiendi difficultatem se maximam pati penuriam, &c. Rex autem *Sebertus*, soluto naturæ debito, in præfata ecclesiâ quam ipse construxerat, juxta altare quod S. *Petrus* dedicaverat, cum conjuge sua tumulatur.

Item de dedicatione hujus loci Westmonasterii, *sic legitur in vitâ Sancti* Dunstani. Cap. vj.

BEatus præsul *Dunstanus*, cum ecclesiis sibi commissis curiosè invigilaret, à perfectis viris probatisque personis didicit, quanto dignatione beatus *Petrus*, Apostolorum princeps oratorium suum quod *Westmonasterium* dicitur insignivisset, & per seipsum dedicavisset, regi, videlicet *Edgaro* persuadet, ut ob venerationem tanti Apostoli loci honori intendat, &c.

Item

inferiùs. Præterea illi loco, quem sub nomine
onus
uitus
licèt
iqui-
rum
e no-
con-
stitu-
rium
icho-
ntur;
beati
neos
ıtiam
rega-
ocum
e, ut
s, aut
ſenſu
locus
mite-
ujuſ-
mnia,
oci ad
orita-
ıa vo-
quas
s, vos
con-
nâ, &
abiles
inva-
ditо-
rodi-
in be-
dican-
ostolis
& po-
onem,
torius
onſilio
ubique
ituros
& im-
culum

ratione

nitatis, Autographum in bibliotheca *Harleiana* A. 1640.
us, gra-
egibus
ne æta-
titiam.
n meo-
llorum
ipſos,

Cap. vij.

60 tam à ſuis quam ab extraneis concitata, adeo ut penè periclitata ſit hæreditaria Regum ſucceſſio, magnumque interſtitium inter fratrem meum *Eadmundum*, qui patri meo mortuo ſucceſſit, mequè habitum ſit, invadentibus Regnum *Suuegeno* & *Cnuto* filio ejus, Regibus *Danorum*, ac filiis ipſius *Chnuti Haroldo* & *Hardechnuto*; à quibus etiam alter meus frater *Aelfredus* crude-



cus ille) & signa dedicationis [illegible], quæ erant, scilicet missam, celebraret, penitentibus pro arbitrio afflictionis dies indulgeret, & sic finitis omnibus Dei & suam benedictionem populo daret, signa autem dedicationis hæc erant : parietes intrinsecus & extra madidi, oleum & cruces in ipsis, cereique semicombusti alphabetum utrumque græcum & latinum in atrio depictum, magna aqua à Sancto *Petro* benedicta, in medio altare oleo perfusum, incensum in ipso altari super tres cru-

D commissis curiose [illegible] ris probatisque personis didicit, quanto dignatione beatus *Petrus*, Apostolorum princeps oratorium suum quod *Westmonasterium* dicitur insignivisset, & per seipsum dedicavisset, regi, videlicet *Edgaro* persuadet, ut ob venerationem tanti Apostoli loci honori intendat, &c.

Item

Item de renovatione Westmonasterii *sic habetur in vita S. Regis & Confessoris* Edwardi, *ex literis cujusdam sancti viri & Monachi inclusi, nomine* Wulfini, *factâ sibi cœlitus revelatione per Sanctum* Petrum *Apostolum.*

EST autem michi locus in occidentali parte *Londonie*, à me electus, michi dilectus, quem quondam michi propriis manibus consecravi, mea nobilitavi presentiâ, divinis insuper miraculis illustravi. *Thorneya* nomen est loci, qui quondam ob peccata populi, barbarorum traditus potestati, pauperrimus ex divite, humilis ex sublimi, ex nobili factus est contemptibilis. Hunc Rex, me præcipiente, in habitaculum Monachorum suscipiet reparandum, sublimandum, edificiis & possessionibus ampliandum. Non erit ibi aliud nisi domus Dei & porta coeli. Ibi erigenda est scala illa per quam descendentes & ascendentes Angeli preces & vota hominum Deo perferant, & referant gratiam. Inde ascendentibus referabo januam paradisi, ut ex officio, quod meus michi Dominus ac salvator injunxit, & ligatos absolvam, & absolutos suscipiam, & quam eis delictum obcluserat, justificatis portum patriæ coelestis aperiam. (&c.)

Item de dedicatione Westmonasterii *sic legimus in fine cujusdam sermonis de S.* Petro *editi, & vetustissimâ literâ conscripti, cujus tale est principium & infra.*

VENit huc in partes *Cesareæ Philippi* (&c.) Cum igitur tantam habeat potestatem, tantam dignitatem noster advocatus, honoremus illum, amemus eum, serviamus ei in sanctitate, & justitia omnibus diebus nostris, nos, inquam, quos spirituales adoptavit in filios, quos in ecclesiâ suâ adunavit, quam propriam elegit in filiam, quam majestate suæ præsentiæ nobilitavit, quam propriis manibus consecravit; celebremus igitur devotè solempnitatem illius. (&c.)

Item sic habetur in Cronicis R. Cestrensis, *sive* Polycronicon.

QUidam ad instigationem Regis *Ethelberti* construxit ecclesiam beato *Petro* in occidentali parte urbis *Londonie* in loco, qui *Thorneya* dicebatur, quod sonat *Spinarum Insula*, nunc autem dicitur *Westmonasterium.*

Pro libertate, & dignitate ecclesiæ Westmonasterii *taliter in Bullis summorum Pontificum, & Cartis Regum* Angliæ *invenitur.*

Bulla Nicholai *papæ missa sancto Regi* Edwardo, *sicut habetur in tertiâ Cartâ ejusdem Regis.* Cap. vij.

NIcholaus Episcopus servus servorum Dei, gloriosissimo ac piissimo omniumque honori dignissimo, spirituali quoque filio nostro *Edwardo Anglorum* Regi visitationem omnimodam, salutem mellifluam, & benedictionem Apostolicam. Omnipotenti Deo referimus grates, & *inferiùs.* Præterea illi loco, quem sub nomine sanctæ penitentiæ construendi, & meliorandi onus suscepistis, quum, ut fertur, primam antiquitus consecrationem a beato *Petro* accepit, cujus licèt indigni vicarii sumus; Et quia Regiâ antiquitùs sedes est, ex auctoritate Dei, & dictorum Apostolorum atque hujus Romanæ sedis & nostrâ, concedimus, permittimus, & solidissimè confirmamus, ut amplius imperpetuùm Regiæ constitutionis & consecrationis locus sit, atq; repositorium regaliũ insignium, & habitatio perpetua monachorum, qui nulli omnino personæ nisi regi subdantur; habeantque potestatem secundùm regulam beati *Benedicti*, per successiones eligere ex se idoneos Abbates. Neque introducatur per violentiam extranea persona, nisi quam concors congregatio prælegerit. Absolvimus etiam eum locum ab omni servicio, & Episcopali dominatione, ut nullus Episcopus illuc introeat ordinaturus, aut percepturus aliquid, nisi ex petitione & consensu Abbatis & Monachorum. Et habeat idem locus liberum procinctum, id est, ambitum, & cimiterium mortuorum absque Episcopali & cujuscumque respectu vel exactione. Et omnia, quæ ad libertatem & exaltationem illius loci ad honorem Dei pertinencia per nostram auctoritatem accedere possunt, hilari, & promptissima voluntate concedimus. Possessiones autem quas antiqui Reges, seu quicumque alii homines, vos quoque, ac vestri barones ad eundem locum contulistis, & cartas, quæ ex eis factæ sunt, divinâ, & nostra auctoritate roboramus & ratas ac stabiles esse decernimus, & infractores earum, vel invasores, aut diminutores, aut dispersores, venditores etiam æternâ maledictione cum *Judâ* proditore dampnamus, ut non habeant partem in beatâ resurrectione; sed à beato *Petro* se judicandos sciant, quando sedebit cum suis co-Apostolis judicans xij. tribus *Israelis.* Vobis verò, & posteris vestris Regibus committimus advocationem, & tuicionem ejusdem loci, & omnium totius *Anglie* ecclesiarum, ut, vice nstrâ, cum consilio Episcoporum & Abbatum constituatis ubique quæ justa sunt. Scientes, per hæc vos recepturos dignam mercedem ab eo, cujus Regnum, & imperium nec desinet, nec diminuetur in seculum seculi. Valete.

Carta Regis Edwardi *confessoris, de restauratione* Westmonasterienſis *Cœnobii.*

✠ IN nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, Ego *Eadwardus Ethelredi* Regis filius, gratia Dei *Anglorum* Rex, futuris post me Regibus & omnium dignitatum gradibus, omniumque ætatum hominibus salutem & hujus rei notitiam. Scire vos volo quoniam tempore avorum meorum, patrisque mei, multa & gravia bellorum pericula afflixerunt gentem Anglorum, & ipsos, tam à suis quam ab extraneis concitata, adeo ut penè periclitata sit hæreditaria Regum successio, magnumque interstitium inter fratrem meum *Eadmundum*, qui patri meo mortuo successit, mequè habitum sit, invadentibus Regnum *Sunegeno* & *Cnuto* filio ejus, Regibus *Dacorum*, ac filiis ipsius *Chnuti Haroldo* & *Hardechnuto*; à quibus etiam alter meus frater *Aelfredus* crudeliter

Autographum in bibliotheca *Harleiana* A. 1640.

liter occisus est, soluſque sicut *Joas* occisionem *Othaliæ*, sic ego illorum crudelitatem evasi. Tandem respectu misericordiæ Dei post plures annos Ego *Eadwardus* ad paternum regnum reacceſſi, & eo potitus, sine ullo bellorum labore, sicut amabilis Deo *Salomon*, tanta pace & rerum opulentia abundavi, ut nullus antecedentium Regum similis mei fuerit in gloria & divitiis. Sed gratia Dei non me, ut assolet, ex opulentia superbia & contemptus invasit, immo cœpi recogitare, cujus dono & auxilio ad regni culmen evasi, quoniam *Dei est regnum & cui vult dat illud*, & quia *mundus transit & concupiscentia ejus*, qui autem totum se subdit Deo feliciter regnat & perpetualiter dives est, Itaque deliberavi ire ad limina sublimium Apostolorum *Petri* & *Pauli*, & ibi gratias agere pro collatis beneficiis, & exorare ut eam pacem firmaret Deus perpetuam mihi & posteris meis. Præparavi ergo & dinumeravi expensas necessarias itineri, & honorabilia dona quæ ferrem sanctis Apostolis. Sed gravis super hac re mœror habebat optimates meos, utpote memores malorum quæ sub aliis regibus pertulerant, ne tanto Domino & pio patriæ rege absente, regnum noviter sedatum aliqua turbaretur hostilitate, & metuentes id quod & sanctus *Ezechias*, ne si fortè in via aut egritudine aut alio incommodo deficerem, hæreditariis Regibus carerent, maximè quòd nullum habebam filium. Itaque communi habito consilio, rogabant me ut ab hac intentione desisterem, pollicentes se satisfacturos Deo pro voto meo, tam in missarum & orationum oblatione, quàm elemosinarum larga distributione. Sed cum obnixè contra-dicerem, tandem utrisque placuit, ut mitterentur legati duo ab utraque parte, *Ealdridus* & *Heremannus* episcopi, & abbates *Welfricus* & *Aelfwinus*, qui Apostolico meam voluntatem & votum & illorum petitionem indicarent; & secundùm ejus sententiam quam mihi mandaret promisi me omnino facturum. Factum est ergo quod voluimus, & venientes *Romam* legati nostri, ex voluntate Dei invenerunt collectam synodum in eadem urbe. Cumque exposuissent meam voluntatem & suam petitionē coram CCL. Episcopis & alia multitudine sanctorum patrum, tunc Apostolicus ex consultu sanctæ Synodi hanc epistolam mihi scripsit: LEO *Episcopus, servus servorum Dei, Dilecto filio* Eaduuardo, Anglorum *Regi, Salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam voluntatem tuam laudabilem & Deo gratam agnovimus, gratias agimus ei per quem Reges regnant & Principes justa decernunt. Sed quia prope est Dominus in omni loco omnibus invocantibus eum in veritate. & sancti Apostoli cum suo capite conjuncti unus spiritus sunt, & pias preces æqualiter audiunt; & quia constat periclitari regionem* Anglicam *ex tua discessione qui freno justitiæ seditiosos ejus motus cohibes, ex auctoritate Dei & sanctorum Apostolorum & sanctæ Synodi absolvimus te à peccato illius voti pro quo Dei offensam times, & ab omnibus negligentiis & iniquitatibus tuis; Eà nimirum potestate usi, quam Dominus in beato* Petro *concessit nobis dicens,* Quæcunque solveritis super terram, soluta erunt & in Cœlis. *Deinde præcipimus tibi sub nomine sanctæ obedientiæ & pœnitentiæ, ut expensas quas ad iter istud paraveras, pauperibus eroges, & cœnobium Monachorum in honore sancti* Petri *Apostolorum Principis aut novum construas, aut vetustum emendes & augeas, & sufficientia victualium fratribus de tuis reditibus constituas, quatinus dum illi assidue inibi Deum laudaverint, & sanctis augeatur gloria & tibi indulgentia. Cui loco quicquid contuleris vel collatum est vel conferetur, ut ratum sit apostolica auctoritate præcipimus; & ut semper habitatio monachorum sit, & nulli laica persona nisi Regi subdatur: & quæcunque privilegia ibi instituere volueris ad honorem Dei pertinentia concedimus, & robustissima auctoritate confirmamus, & infractores eorum æterna maledictione damnamus.* Hæc & alia Apostolici mandata cum referrent nobis Legati, interea revelavit beatus *Petrus* cuidam probabilis vitæ monachio incluſo, nomine *Wisino*, voluntatem suam esse ut restruerem locum qui dicitur *Westmonasterium*, quod à tempore sancti *Augustini*, primi *Anglorum* Episcopi, institutum, multaque veterum Regum munificentia honoratum, propter vetustatem & frequentes bellorum tumultus penè videbatur destructum. Cumque hanc visionem mihi meisque retulisset, & apostolicæ litteræ æqualia præcepta detulissent, contuli voluntatem meam cum voluntate Dei, & cum totius regni electione dedidi me ad restructionem ejusdem loci. Itaque decimari præcepi omnem substantiam meam tam in auro & argento, quam in pecudibus, & omni genere possessionis, & destruens veterem novam à fundamentis basilicam construxi, & constructam dedicari feci v. kal. Januarii. In qua collocavi ipsa die reliquias quas *Martinus* Papa, & *Leo*, qui eum consecravit, dederunt *Alfredo Regi*, & quas ipse à *Carlomanno* Rege *Francorum* dari sibi impetravit, cujus filius pater ejus *Æthelwlfus* Rex, post mortem primæ conjugis, duxerat uxorem, quæque ab ipso ad successorem ejus *Æthelstanum*, deinde ad *Edgarum*, ad ultimum ad nos pervenerunt, scilicet duas partes crucis Domini, & partem unius clavi, partemque tunicæ ejus inconsutilis, & de vestimentis Sanctæ *Mariæ*, & reliquias Apostolorum *Petri*, *Pauli*, *Andreæ*, *Bartholomei*, *Barnabæ*, & aliorum plurimorum Sanctorum, & quinque capsas aliis sanctorum reliquiis plenas; & statui ut quicunque reus majestatis regiæ vel cujuslibet alterius offensæ ad locum in quo pausant istæ reliquiæ confugerit, ejus rei & membrorum ac vitæ impunitatem consequatur. Eodem die renovavi, confirmavi & emendavi privilegia quæ famosissimus avus meus *Eadgarus*, patruusque meus Deo amabilis Rex & Martyr glorioſus *Eaduvardus*, ejusdem *Eadgari* filius, & sanctissimus pater *Dunstanus Cantuariensis* Archiepiscopus, ac piissimus rex *Æthelredus* pater meus illi loco contulerunt; meam quoque auctoritatem adjeci, augmentans decreta utilia, admonitione venerabilium Archiepiscoporum *Stigandi* & *Ealdredi*, & aliorum optimatum meorum, videlicet, ut ille locus imperpetuum ab omni seculari servicio sit liber, & secùndum beati *Benedicti* traditionē, post obitum abbatis, ex eadem congregatione eligatur alter qui dignus sit, aliorsum verò nullus, nisi culpis promerentibus inibi inveniri nequiverit qui dignus sit tali officio fungi. Quod si evenerit, quod absit, potestatem habeant de alio noto & familiari loco abbatem eligendi, cujus vita sapientiâ & religione

WESTMONASTERIENSIS
Ecclesiæ quondam Conventualis, facies occidentalis.

P. S.
Ne memoria Petri, Pauli modo tam mole rust.
P
Wenceslaus Hollar Bohem.





religione clarescat. Laicorum autem vel clericorum nemo ipsius loci dominium usurpare præsumat. Possessiones verò quæ ibi à quibuscunque donatæ sunt, non Abbas, non alia quælibet persona licentiam habeat vendendi vel extraneis dandi, sed Regum munimine deinceps locus ipse tueatur, ipseque abbas Regi soli serviens commissum sibi gregem spirituali & temporali pastu abundanter foveat, Concessi etiam & confirmavi donationes quæ ab eisdem Regibus ante me donatæ sunt, hoc est, circa ipsum Monasterium xvij. hidas & dimidiam. In Heandune xx. In Heamstede v. In Grenesorde xij. & unam virgam. In Hanawelle viij. In Sceptertune viij. In Sunnabyri vij. In Caldenham x. In Deccewyrthe iiij. & unam virgam. In Wattune iiij. & dimidiam. In Holewelle vj. & dimidiam. In Hamme ij. In Wuntune iiij. In Hynlevedene v. In Fentune iij. In Worone x. In Arwelle ij. In Wereham vij. In Fullingtune iij. In Cillingtune iij; necnon & illas quas optimates mei meo tempore addiderunt, scilicet Leofelu, Wulfham, cum omnibus ad se pertinentibus. *Agelricus* Hylewenoun, cum omnibus ad se pertinentibus. *Wlfwinus* Papulderstede, cum omnibus ad se pertinentibus. *Guthmundus* Hynlevedene, & Raeine & Laecedune, cum omnibus ad se pertinentibus. *Alfricus* Waenstede, cũ omnibus ad se pertinentibus. *Aiserefwerte* Lygetun, cum omnibus ad se pertinentibus. *Ingulf* Padesham, cum omnibus ad se pertinentibus. *Aiserr* Leosne, cum omnibus ad se pertinentibus. *Tostig* Clergate, cum omnibus ad se pertinentibus. *Alfwine* Gottun, Aegete, cum omnibus ad se pertinentibus. *Wistanus* Denham, cum omnibus ad se pertinentibus. *Siwardus* dimidiam hidam in Agmodesham, & unam in Weodune. *Leoffi* de *Lundonia* duas hidas & dimidiam in *Wurmelea*. Postremò, ego ipse pro spe retributionis æternæ & pro remissione delictorum meorum & pro animabus patris mei, & matris meæ, & omnium parentum meorum, ad laudem omnipotentis Dei posui in dotalitium & in perpetuam hæreditatem super altare, varia ornamentorum genera quibus ecclesiæ serviretur vel in quotidianis vel solennibus ministeriis, & ad usus fratrum inibi Deo servientium, de meo jure quod mihi soli competebat absque ullius reclamatione vel contradictione, ista; Inprimis Langtun, cum omnibus ad se pertinentibus. Gibtslepe, cum omnibus ad se pertinentibus. Stana, cum omnibus ad se pertinentibus. Windlesoram, cum omnibus ad se pertinentibus. Hunaet, Hampstede, cum omnibus ad se pertinentibus. Stuthenaece, cum omnibus ad se pertinentibus. Aescewelle, cum omnibus ad se pertinentibus. Dene, cum omnibus ad se pertinentibus. Suthburhe, cum omnibus ad se pertinentibus. Pertun, cum omnibus ad se pertinentibus. Roteland, cum omnibus ad se pertinentibus. Post mortem *Edgithæ* Reginæ, Cingismeae, Persoram, cum omnibus ad se pertinentibus. Deorhyrste, cum omnibus ad se pertinentibus. Relaxavi igitur istis & omnibus supranominatis terris consuetudines omnes & exactiones regalium & episcopalium ministrorum sicut antecessores mei Reges priùs fecerunt, ut nullis graventur oneribus expeditionum, nec pontium, vel castrorum restructione, nec furis apprehensione. Et omnia quæ ad locum ipsum pertinent sint omnino libera, cellæ, ecclesiæ, cimiteria, terræ, pascua, silvæ, venationes, aquæ, piscationes, cum redditibus, serviciis, debitis, oblationibus, luminaribus, decimis, donariis, censu morthidis, legibus, consuetudinibus, causarum discussionibus, emendationibus, sive ecclesiasticis, sive secularibus, & omnibus quæcumque scriptis & testimonio bonorum hominum rememorari potuerunt quæ à regibus concessa vel concedenda sunt, ut nullus ex his subtrahere vel diminuere, aut disperdere qualibet occasione judicio vel potestate presumat. Donavi etiam religioso abbati *Eadwino*, qui tunc illo loco præerat & omnibus futuris post eum ibidem Abbatibus in tota possessione monasterii, *Sacam* & *Socam*, theloneumque suum in terra & in aqua, & consuetudinem quæ dicitur Weas meg, latrones, latronumque captiones, vel emissiones, & pacis fracturam, & pugnam in domo factam, & domus invasionem & omnes assultus in suo jure, in via & extra, in festo & extra, in urbe & extra, & omnes leges & consuetudines tam plenè & tam liberè sicut eas habebam in manu mea. Et ut omnia concludam, nullus succedentium Regum per vim aut per consuetudinem pastum ab eorum possessionibus exigat, sed omnimodam libertatem perpetualiter habeant. Post hanc donationem excommunicaverunt omnes Episcopi & Abbates totius *Angliæ* & monachi ac clerici, secundùm Apostolici *Leonis* præceptum, eos qui hoc constitutum infringerent vel infringi permitterent quantum in ipsis esset. Si quis ergo hanc nostram dationem augere & amplificare voluerit, augeat Deus dies ejus prósperos hîc & in futuro: si autem evenerit ut aliquis aut Regum succedentium vel alicujus personæ homo, quod non optamus, diabolica temeritate fuerit elatus vel seductus, quatenus hoc nostrum statutum infringere vel minuere, aut in aliud mutare velit, sciat se perpetuo anathemate damnatum, nisi tamen digna satisfactione emendaverit; sin autem emendatione fuerit indignus, ipse quidem cum *Juda* traditore gehennæ ignibus cremabitur, sed hæc carta nihilominus in sua libertate permanebit quamdiu Christiani nominis timor & amor in hac nostra gente perseveraverit. Ad ultimum, cartam istam conscribi & sigillari jussi & ipse manu mea signum sanctæ crucis impressi & idoneos testes annotari præcepi. Ad corroborandum itaq; propriam donationis libertatem

Ego *Eadwardus*, domino largiente, *Anglorum* Rex, signum venerandæ crucis impressi ✠.

Ego *Eadgitha* Regina huic donationi Regis consentiens subscripsi ✠.

Ego *Stigandus* Archiepiscopus consensi & subscripsi ✠.

Ego *Ealdredus* Archiepiscopus consensi & subscripsi ✠.

Ego *Walterus* Episcopus consensi & subscripsi ✠.

Ego *Leofricus* Episcopus consensi & subscripsi ✠.

Ego *Wilhelmus* Episcopus consensi & subscripsi ✠.

Ego *Herimannus* Episcopus consensi & subscripsi ✠.

Ego *Wulstanus* Episcopus consensi & subscripsi ✠.
Ego *Siwardus* Episcopus consensi & subscripsi ✠.
Ego *Wulfwinus* Episcopus consensi & subscripsi ✠.
Ego *Giso* Epicopus consensi & subscripsi ✠.

Ego *Aelfwinus* Abbas consensi & subscripsi ✠.
Ego *Leofricus* Abbas consensi & subscripsi ✠.
Ego *Eadwinus* Abbas consensi & subscripsi ✠.
Ego *Aegelsius* Abbas consensi & subscripsi ✠.
Ego *Wulfwoldus* Abbas ✠.
Ego *Rembaldus* Concellarius ✠.
Ego *Aegelwinus* Abbs consensi & subscripsi ✠.
Ego *Baldwinus* Abbas consensi & subscripsi ✠.

Ego *Leofwinus* Dux ✠.
Ego *Gyrth* Dux ✠.
Ego *Haroldus* Dux ✠.
Ego *Eadwinus* Dux ✠.

Ego *Raulfus* Minister.
Ego *Robertus* Minister.
Ego *Esgarus* Minister ✠.
Ego *Eadnothus* Minister.
Ego *Bondius* Minister ✠.
Ego *Wigodus* Minister.
Aegelnodus ✠.
Wulfric ✠.
Siwardus ✠.
Godricus ✠.

Acta apud *Westmonasterium* v. kal. Januarii, die sanctorum Innocentum anno dominicæ incarnationis Mlxvi. Indictione tertia, anno regni serenissimi *Edwardi* Regis vigesimo quinto. *Swithgarus* notarius ad vicem *Rembaldi* regiæ dignitatis Cancellarii hanc Cartam scripsi & subscripsi in Dei nomine feliciter. Amen.

SHIREBURNENSE
Cœnobium in agro Dorsetensi.

Nomina Regum ecclesiæ Scirbornensis *fundatorum.*

MS. in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie *Faustina* A. 2.] fol. 23. a.

KENEWALC Rex dedit **Lanprobi** de C. hidis. *Edgarus* Rex dedit **Waburnham** de v. hidis. *Athulfus* Rex dedit **Wadford**, **Cerdel**, & **Algerstoke**, & **Getemynstre** v. hid. de xxxvj. hid. & **Nutherburie**, & **Ethelaldingham**. *Athertus* Rex dedit libertatem de Cxl. hid. & **Cernel** de xij. hid. & **Tavistoke** de viij. hid. & **Stapulbrige** de xx. hid. & **Cumton** de viij. hid. *Kenewulfus* Rex dedit **Pidel** de v. hid. & **Lym** de j. hid. *Cuthredus* Rex dedit in **Lydene** xij. hid. & **Cornscumbe** de x. hid. & apud **Menedip** xxv. hid. *Kenewulfus* Rex dedit **Snarstok** de vj. hid. & **Talre** de viij. hid. & **Wegencesterunte** & **Aveltune** de xxx. hid. & **Crutesdune** de xxxvj. hid. & **Wytecumbe** & **Wluene**. *Offa* Rex dedit **Poterne** cum pertinenciis suis. *Egbertus* Rex dedit juxta **Cernel** x. hid. & **Power** de vij. hid. juxta flumen quod dicitur **Woch**, & x. juxta **Pedridune** & **Albambruth** de iv. hid. & in **Henangre** xij. hid. & **Kelk** xij. hid. & **Ros** & **Macor** de xviij. hid. Et in **Chesterbleo** x. hid. & in **Winnirod** xv. hid. *Sigebertus* Rex dedit **Boselingtone** de v. hid. Et in **Est-Canne** vij. hid. *Ina* Rex dedit juxta **Pridian** vij. hid. & **Conbusburie** de xx. hid. *Geroncius* Rex dedit **Macnir** de v. hid. juxta **Thamer**. *Ethelredus* Rex dedit **Atforde**, & **Clethangre**. *Ethelredus* Rex dedit & restituit **Corescumbam** in oblatum & postea *En...tus* * cum restituit.

Memorandum, quod anno Domini MCxxij. *Schirbornia* & **Horstone** juncta sunt in unam Abathiam, concessione Regis *Henrici*, & *Rogeri* episcopi, & consecratur Abbas *Schirbornia Thurstinus*.

——— *Scireburnensem* Prioratum, qui proprius est episcopi *Salesburiensis*, *Rogerus* Episcopus *Salesb:* circa ann: 1139. in Abbatiam mutavit; Abbatia de *Hortuna* proinde destructa, & adjecta.

* Forte, *Cruins.* lb. fol. 25. b.

W. *Malmesb* fol. 104. b. n. 30.

LESTINGENSE
Cœnobium in agro Eboracensi.

Ut idem Episcopus Cedd, *locum Monasterii construendi ab* Oswaldo *Rege accipiens, orationibus & jejuniis Domino consecraverit, & de obitu ipsius, Cap. xxiij.*

Hist. eccl. venerab. Bedæ lib. 3

——— Solebat autem idem vir Domini, cum apud *Orientales-Saxones* episcopatus officio fungeretur, sæpius etiam suam, id est, *Nord-Humbrorum* provinciam, exhortandi gratiâ revisere. Quem cum *Edilwaldus*, filius *Oswaldi* Regis, qui In *Deirorum* partibus regnum habebat, virum sanctum, & sapientem, probumque moribus videret, postulavit eum possessionem terræ aliquam à se, ad construendum monasterium, in quo ipse rex, & frequentiùs ad deprecandum Dominum, verbumque audiendum advenire, & defunctos sepelire deberet. Nam & ipsum fideliter credidit, multum juvari eorum orationibus quotidianis, qui illo in loco Domino servirent. Habuerat autem idem Rex secum fratrem germanum ejusdem Episcopi, vocabulo *Celin*, virum æquè Deo devotum, qui & ipsi ac familiæ ipsius verbum & sacramenta fidei (erat enim presbyter) ministrare solebat, per cujus notitiam maximè ad diligendum noscendumq; episcopum pervenit; Favens ergo votis regis antistes, elegit sibi locum monasterii construendi in montibus arduis ac remotis. In quibus latronum magis latibula ac lustra ferarum quam habitacula fuisse videbantur hominum, ut juxta prophetiam *Esaiæ, in cubilibus in quibus priùs dracones habitabant, orirentur viro calami & junci*, id est, quod fructus bonorum operum ibi nascerentur, ubi priùs vel bestiæ commorari, vel homines bestialiter vivere consueverant. Studens autem vir Domini acceptum Monasterii locum primò precibus ac jejuniis à pristina flagitiorum sorde purgare, & sic in eo Monasterii fundamenta jacere, postulavit à rege, ut sibi per totum quadragesimæ tempus, quod

Sherburnienſis eccleſiæ
facies
occidentalis.
Carbo ſine flamma
Ecclesia et resplendeat
in eternum.
Ita desiderat Gulielmus Cole
de Grayes Inn Arm
et hoc
D. Dimell King ſculp.

quod instabat, facultatem ac licentiam ibidem, orationis causâ, demorandi concederet. Quibus diebus cunctis, exceptâ dominicâ, jejunium ad vesperam juxta morem protelans, nec tunc nisi [illegible] & unum ovum gallinaceum,

baptizatus est a suum pontifice; plus jam gaudens de æterna salute quam de petita virgine, assumptisque secum quatuor evangelizatoribus religiosissimum conjuge fidem Christi & suo & paterno re-

gno, patre licet pagano satis consentiente, primus invexit.. His accessit comes & cooperator illustris *Sæxulphus*, vir præpotens & seculo & religione, regique & ecclesiæ acceptissimus. Qui cupiens novellam plantationem Christianitatis sua

ULfere *Dei beneficio rex* Merciorum & *Mediterraneorum Anglorum australiumque regnorum præsentibus & posteris omnibus Christiam*

quod instabat, facultatem ac licentiam ibidem, orationis causâ, demorandi concederet. Quibus diebus cunctis, exceptâ dominicâ, jejunium ad vesperam juxta morem protelans, nec tunc nisi panis per modicum, & unum ovum gallinaceum, cum parvo lacte aqua mixto percipiebat. Dicebat enim hanc esse consuetudinem eorum à quibus normam disciplinæ regularis didicerat, ut accepta nuper loca ad faciendum monasterium vel ecclesiam, priùs orationibus ac jejuniis domino consecrent. Cumque decem dies Quadragesimæ restarent, venit qui clamaret eum ad regem; At ille ne opus religiosum negotiorum regalium causâ intermitteretur, petiit presbyterum suum *Cymbellum*, qui etiam frater germanus erat ipsius, pia cepta complere. Cui cum ille libenter acquiesceret, expleto studio jejuniorum & rationis, fecit ibi monasterium quod nunc **Lestinghen** vocatur, & religiosis moribus juxta ritum *Lindisfarnensium* ubi educatus erat, instituit. Qui cum annis multis & in præfata provincia episcopatum administraret, & hujus quoque monasterii statutis præpositis curam gereret, casu contigit ut ad ipsum monasterium tempore mortalitatis adveniens, tactus ibidem infirmitate corporis obiret. Qui primò quidem foris sepultus est, tempore autem procedente, in monasterio ecclesia est in honorem beatæ Dei genetricis de lapide facta, & in illa corpus ipsius ad dextram altaris reconditum.

Ex hist. MS. *Jeh. Tinemuthensis* in bibl. *Bodl.* lib. 17. cap. 153.

Anno Domini DCXLVIII. rex *Deirorum Edilbaldus*, filius sancti *Oswaldi*, dedit *Cedde* locum in arduis montibus qui vocatur **Lestingay**, ad construendum inibi monasterium; Sed *Cedde* præfatus, antequam monasterium illud fundaret, per totam Quadragesimam jejunavit usque ad vesperam, & tunc modicum panis, unum ovem gallinaceum, cum parvo lacte aqua mixto sumebat, juxta morem discipulorum *Aidani*, a quibus edoctus fuerat. Hunc locum frater suus *Thimbel* rexit post eum, & tempore mortalitatis ibidem sepultus est.

PETROBURGENSE

Cœnobium in agro Northamptonienſi.

Ex Regiſtro Abb. de *Peterborough*, penes Decan. & capl. de *Peterborough*. a. 1640.

De prima fundatione Eccleſiæ Medeſhamſtedenſis, *quod nunc* **Burgh** *vocatur.*

REX *Alhfridus* regis *Peadæ* ſororem habebat reginam *Kyneſburgam*, & *Peada* mutua cognatione ſororem *Alhfridi* acceperat *Alfledam*. *Alfridus* filius erat regis *Northanhumbrorum Oſwii* fratris ſceptrigeri martyris *Oſwaldi*. *Peada filius Penda* regis *Merciorum*. Hic ſuadente fideli cognato & pia ſorore baptizatus eſt à *Finano* pontifice; plus jam gaudens de æterna ſalute quam de petita virgine, aſſumptiſque ſecum quatuor evangelizatoribus religioſis cum conjuge fidem Chriſti & ſuo & paterno regno, patre licet pagano ſatis conſentiente, primus invexit.. Hiis acceſſit comes & cooperator illuſtris *Saxulphus*, vir præpotens & ſeculo & religione, regique & eccleſiæ acceptiſſimus. Qui cupiens novellam plantationem Chriſtianitatis ſuæ vice in gentes dilatare, Dei clementia & Chriſtiani regis benevolentia molitus eſt monaſterium nobile quod **Medeſhamſtede** dicitur, in regione *Girviorum*, quod beato *Petro* in quo ſcilicet Dominus eccleſiam ſuam ædificavit, tanquam eccleſiæ primicias conſecravit. Hic itaque aggregato numeroſo fratrum contubernio ſedit abbas & doctor mediterraneorum *Anglorum* ac *Merciorum*, donec in epiſcopum aſſumptus eſt, docens incredulos, baptizans credentes, habens diſcipulos intus monachos religioſos, foràs propagandæ fidei magiſtros poſt ſuum principale monaſterium parturiens & ædificans ſuffraganea cœnobia & alias eccleſias tanquam hujus fœcundæ matris filias. Cultu quoque divino ſub Chriſtianiſſimis & beneficis regibus *Peada*, *Oſmaio*, *Wlfero*, atque *Ethelredo* qui ſibi ſucceſſerant latiùs regnante, ut ſapiens *Machabeus Symon* dilatavit terminos ſuos, & augmentavit gloriam eccleſiæ ſuæ. Utque domum ſuam contra tam varias mundi tempeſtates perpetuò muniret, quam ſupra firmam petram fundaverat, etiam regis cartis & privilegiis fulcire ſtuduit. Igitur poſt biennium ſuſceptæ fidei, *Penda* idolatriæ capite exciſo, victor *Oſwius* regnum *Merciorum* triennio obtinuit, totam gentem ſubjectam ad Chriſtum convertit, monaſterium **Medeſhamſtede** regulariter provexit. Interea amabilis indolis & regno condecentiſſimus *Peada* indigna & immatura nece ablatus fervorem dilatandæ eccleſiæ ſucceſſuris fratribus dereliquit. Deinde excluſo rege *Mercii* ſuſceptam Chriſtianitatem cum naturali rege *Wlphero* alio *Penda* filio conſtanter ſervaverunt. Anni erant ab adventu *Auguſtini Anglorum* luciferi quinquaginta quinque, ab incarnatione ſalvatoris DCL. exacti, jam ſextus à beato *Auguſtino* ſacer *Deuſdedit Dorovernenſi* cathedræ archiepiſcopus apoſtolicè præfulgebat. Cum igitur *Elferus* adeo flagraret in Chriſti cultura ut non ſolùm patrias gentes verùm etiã ſubjectos ſibi Auſtralium reges & populos regiis muneribus & ampliatis regnis ad veram Dei ſectam accenderit, celeſtis verò clavigeri domum in **Medeſhamſtede** autenticam ac ſi Romanam coluit eccleſiam, regia largitate qua finitimas illuſtraret eccleſias provexit, æterna libertate ne cui regia ſponſa ſerviret donavit, fines poſſeſſionum ſeu extenta linea attribuit. Auctoritate exulit privilegiis, ut prænotatum eſt, ſagacitate abbatis *Saxulphi* ſicut & ſucceſſores ſui corroboravit. Quarum rerum exemplaria ſeorſum deſcripta jubente Rege *Ethelredo* ſuum fraterno teſtamento adjungi, atque unicum votum in unum corpus redigi, ad perpetuam videlicet monaſterii ſtabilitatem ſubtractis aliquibus verſibus cauſa brevitandi, hic inſeruntur.

Carta *Wulferi* regis & aliorum regum de fundatione hujus eccleſiæ.

ULfere *Dei beneſicio rex* Merciorum *& Mediterraneorum Anglorum auſtraliumque regnorum præſentibus & poſteris omnibus Chriſtum*

stum sanctamque ejus ecclesiam colentibus perpetuam salutem. Benedicat anima mea dominum Jesum salvatorem meum, & coram omnibus viventibus confitear ei cum fratribus & sororibus meis populisque meis novo nuper baptismate iniciatis, quia sol justicia ortus est nobis, qui nos de tenebris idolatria transtulit in admirabile lumen suæ agnitionis. Qui non solùm reos paternis erroribus absolvit, & advenas & pupillos suscepit, sed etiam in filios adoptionis credentes elegit. Cumque aterna regna omnium regnorum distributur suis fidelibus repromisit, etiam in hac brevi via qua ad aternitatem transitur nos regnare facit. Quid ergo retribuam domino p o omnibus quæ retribuit mihi? Cum sine ipso nichil habeamus, nichil valeamus, nichil scimus, magna etiam aviditate salutis nostræ omnium largiter accipit parva & infima nostra, quatinus causam habeat retribuendi maxima sua, quodque dederimus sanctis suis, quodque dilecte ecclesiæ suæ, hoc sibi datum & acceptum ipse testabitur in fine, mercedem quoque justi justi susceptorem promittit acceptur esse. Quia propter illum divinæ fidei & ecclesiarum principem regnique Dei clavigerum per quem admittar in paradisum domini specialiùs reconciliari michi gestio per privilegium domus suæ quæ in **Pedeshamstede** *studio venerabilis abbatis* Saxulfi *gloriosè est condita, & divina monachorum familia bene dispositа. Cui quicquid antecessor germanus meus* Peada *vel* Osuuinus *Christiana fide confrater & conregnator concesserunt, non solùm mea auctoritate cupio stabilire, verùm etiam de meo aliqua addere. Ego itaque faventibus fratribus meis* Athelredo *ac* Merwala, *cum beatissimis sororibus meis* Kyneburga *&* Kyneswida, *quarum prior regina mutavit imperium in Christi ancillatum præsidens monasterio* Kyneburgensi, *quod suo nomine decoratur, mater sacrarum virginum, altera illibata virginitate in divinum flagrat thalamum. Hiis inquam consentientibus trado beato* Petro *ad prefatum* **Pedeshamstede** *monasterium hæc stagna & paludes & lacus & piscaturas cum terris videlicet & omnibus infra jacentibus quæ de meo regali jure vel principum meorum mutuatione & assensu amodò inperpetuum liberè famulentur Deo famulantibus. Quæ ita hic determinari volumus. Ab ipso* **Pedeshamstede** *ad* **Noztburc**, *& inde usque ad locum quem vocant* **Folies** *& inde totam paludem in directum usque ad* **Elsendic** *& de* **Elsendic** *ad locum quem* **Fethermuthe** *dicunt, & deinde in directum ad locum via decem leugiarum quem* **Cuggedic** *circa habitantes nominant, & deinde ad* **Raggewilh**, *& de* **Raggewilh** *quinque miliariis ad magistram aquam quæ ducit ad* **Elm** *& ad* **Wysleberch**, *atque inde sicut itur tribus leugiis contra cursum magistræ aquæ usque ad* **Throkenholt** *&* **Trokenholt** *in directum per immensam paludem ad* **Deresorde** *longitudine viginti leugiarum, & inde ad* **Gateseros** *per unam pulcram aquam* **Bardanea** *nomine sex leugiis ad* **Paccelade**, *sic & in medium partitis stagnis plurimis & immensis paludibus cum habitatoribus* Huntedunensis *provinciæ, unà cum stagnis & lacis* **Scalfremere** *&* **Wittlesmere** *& aliis quamplurimis ad hæc pertinentibus cum terris quoque & mansionibus quæ adjacent in australi parte* **Scalfremere** *& cum insrasepta undique palude usque ad* **Pedeshamstede** *& sic* **Pedeshamstede** *usque ad* **Walmisford**, *& de* **Walmesford** *usque ad* **Clive**, *& inde ad* **Ellune**, *& de* **Ellune** *ad* **Stanford**, *& de* **Stanford** *sicut aqua decurrit ad supradictam* **Noztburch**. *Hiis ergo terminis omnia sint juris ejusdem apostolici monasterii. Hæc, inquam, omnia licet parva ita concedo sicut ego regaliter tenui, vel ab aliis effeci libera, quatinus ab omni servitute absoluta, in proprias tantùm expensas liberrima possideat ecclesia tanquam regina non tanquam famula. Hæc nobis beato* Petro *principante principalis in sua regione & specialiùs Romana sit ecclesia: hic quæramus ipsum patronum qui* Romæ *non possumus. Non decet, immo non expedit nobis ut hæc serviat quæ fide ipsius* Petri *Christo regaliter desponsata est. Reges gentium, ait dominus* Petro, *à quibus accipiunt tributa à filiis, an ab alienis? ab alienis, inquit* Petrus. *Ergo liberi sunt filii, dicit dominus. Ergo & à nobis sit libera hæc regina mater cum filiis suis ministris Dei nostri, ut dimissis hiis quæ regis erant, tota libertate quæ sunt Dei Deo reddant. Alia quoque monasteria quæ Dei famuli* Saxulfi *instancia assurgunt, cum aliis ecclesiis finitimis quæ deinceps generantur, hujus primæve matris visceribus fovenda & educanda pignora commendamus, quatinus Christiana religio nostris primùm temporibus nostrum regnum ingressa ubique propagetur, confirmetur, perpetuetur, hanc oblationem nostram beatissime pater* Deusdedit *apostolica manu tua obsecro perbenniter corroborari, qui successor legationis fidei beati* Gregorii *& propagator evangelii pacis prothodoctoris nostri* Augustini, *sextus ab ipso beato* Augustino *apostolicus vicarius præsides ecclesiæ* Dorovernensi. *Tu quoque mi frater* Athelrede, *& vos sorores piissimæ* Kyneburga *&* Kyneswida, *pro mutua animarum nostrarum redemptione huic testamento nostro testes optimi ut præmiis condigniores subscribite.*

Precor etiam omnes successores meos, sive filii, sive fratres, sive externi reges successerint, ut hoc nostrum partum ita servent inviolatum sicuti volunt recipere refitudinis præmium & evadere rapacitatis supplicium. Inter has donationes & sanctiones venerabilis pater monasterii Saxulfus, *habens monachos anachoriticæ conversationis amatores suggessit michi cum nonnullis fratribus velle se quidem Dei nutu & nostro assensu monasteriums in ipsa subjacente heremo cum heremeticis cellulis in honore Dei genitricis construere in loco qui jam nomen accepit* **Ancharig**, *quatinus ibi vel cœnobitæ pro anachoritis vel anachoritæ pro cœnobitis divina pace possint conversari. Quibus tum ego: quod semel inquam vobis perpetuam etiamsi ad alios vestros usus converteretis non habuissem contradicere, quanto magis cum id proposueritis in edificationem ecclesiæ & in augmentationem religionis divinæ. Immò ego faveo & laudo ut perficiatur eo loci hæc bona & laudabilis voluntas vestra juxta vestram dicionem in domino. Quicunque ergo hæc quæ nostra vel eterorum fidelium donatione beato* Petro *consecrata sunt auferre vel diminuere presumpserit, ipse janitor cæli diminuat ejus partem in retributione beata: ejus verò qui hæc largiùs auxerit augeat gaudia sempiterna. Hujus confirmationis isti testes subscribuntur. Ego* Ulfere *rex cum sociis regibus & patribus ac ducibus hoc testamentum donationis meæ præsente apostolico patre nostro* Deusdedit *confirma-*

vi.

vi. *Ego* Oswius *rex* Northanhumbrorum, *amicus* abbatis Saxulfi, *immò ecclesiæ Dei debitus adjutor,*

" chiepiscopi nostri *Dunelmi* auctoritate, cum suis " appendiciis, id est, Dodesthorp & Cite & Pa-

Petroburg
cath faci

" habeat dominium. Sed ipso ab
" Christi familia in pace Dei &
" *Petri* patrocinio illud regente, ac rege in omnibus
" necessitatibus adjuvante, ab omni mundiali jugo
" tam securum æternaliter persistat, quam liberum,
" sed etiam ab episcopali exactione & inquietudi-
" ne, ex apostolica libertate & reverentissimi Ar-

" de adjuventur propinquius, & à concurrente po-
" pulo inter terrena necessaria cœlestia petantur
" subsidia, dummodo per sancti *Petri* quæsita pa-
" trocinia & per missarum audita misteria, secun-
" dùm fidem cujuslibet ibi possint redimi diversa.

I rum

ſtum ſanctamque ejus eccleſiam colentibus perpe-
tuam ſalutem... Benedicat anima mea dominum

deſhamſtede *& ſic* Hedeſhamſtede *uſque ad*
Walmisford, *&* de Walmesford. *uſque ad*

immenſis paludibus cum ...
nenſis provincie, una cum ſtagnis & lacu Scalfre-
mere *&* Wittlesmere *& aliis quamplurimis ad*
hac pertinentibus cum terris quoque & manſioni-
bus quæ adjacent in auſtrali parte Scalfremere
& cum inſraſepta undique palude uſque ad Pe-

... re preſumpſerit, ipſe jani-
... artem in retributione beata:
ejus verò qui hac largiùs auxerit augeat gaudia
ſempiterna. Hujus confirmationis iſti teſtes ſubſcri-
buntur. Ego Ulfete *rex cum ſociis regibus & pa-*
tribus ac ducibus hoc teſtamentum donationis meæ
præſente apoſtolico patre noſtro Deuſdedit *confirma-*

vi.

vi. Ego Oſwius *rex* Northanhumbrorum, *amicus abbatis* Saxulfi, *immò eccleſiæ Dei debitus adjutor, laudavi. Ego* Sighere *rex, voluntariè, immò Chriſtiana fidei recenti perceptione regi* Wlfero *ſubjectus conſenſi. Ego* Siwius *rex, ſimili gratia devotionis ac nova induſtria baptiſmatis eundem* Wlfere *habens prælatum ſubſcripſi. Ego* Athelredus, *frater regis cum eodem conſenſi. Ego* Kyneburga, *ſoror regis amplector. Ego quoque ſoror regis* Kyneſuida *favi. Ego* Dorovernenſis *eccleſiæ pontifex* Deuſdedit *anui.. Ego* Ithamor Roſenſis *epiſcopus corroboravi. Ego* Wina Londonienſis *epiſcopus ſubnotavi. Ego* Jeruman-nus Merciorum *epiſcopus approbavi. Ego* Tuda *epiſcopus aſpiravi. Ego* Wilfridus *preſbyter famulus eccleſiarum & bajulus evangelii Dei in gentes affectavi. Ego* Eoppa *preſbyter miſſus à rege* Wlfero *legatione Dei convertendis gentibus in* Wyht *benedixi. Ego abbas* Saxulfus *ſpecie dicti monaſterii gratificè conclamavi. Signum in nomine principis. S.* Eadberhti *principis. S.* Yithberhti *principis. S.* Abonis *principis. S.* Athelboldi *miniſtri. S.* Brordani *miniſtri. S.* Walberti *miniſtri. S.* Alhmundi *miniſtri. S.* Fethegyſi *miniſtri. Hiis & cæteris optimatibus ac miniſtris regis hæc collaudata ſunt. Sancitum eſt hoc privilegium anno domini* 664. *DCLXIIII.* Wlferi *regis VII.* Deuſdedit *IX. Quod nullius inſana & punienda cupiditas violet.*

Carta Regis Edgari *de libertatibus eccleſiæ* Burgi *& aliis rebus.*

"GRatia domini noſtri Jeſu Chriſti, omnium "ſeculorum omnia ſuo nutu diſtribuentis "regna terrarum & moderantis habenas rerum. "Ego *Eadgar* ſub ipſo ſidereo rege preſidens reg-"no magnæ *Britanniæ* ſæpe petitionem venerabi-"lis & Deo dilecti pontificis *Athelwoldi* ſuper "ſtabilitate eccleſiarum quarum ipſe eſt infatiga-"bilis conſtructor accepi, maximè autem ſuper "antiqui monaſterii reſtitutione ac libertate quod "primitus Medeſhamſtede, modò Dei adjutorio "ac ſua ac noſtra inſtancia reſtauratum, Burch "appellatur, quod ſcilicet quadam prærogativa "gratiæ ſancti *Petri* ac priſtinæ nobilitatis emi-"nentiùs diligit. Recolens enim illud à priſtinis "regibus *Wlfero*, necnon *Athelredo* aliiſque ſucceſ-"ſoribus magnificè ditatum, & regalibus privile-"giis fortiſſimè ſtabilitum, ſed ab externo paga-"norum exercitu deſtitutum, hic Dei ſapiens ar-"chitectus magno zelo domus Dei ſtuduit repa-"rare, et acquiſitis ac redemptis undique poſ-"ſeſſionibus rerum cum noſtra regali donatione "prout potuit amplificare. Ego itaque, pro gra-"tia Sancti *Petri*, tantique patris caritate, ac ani-"mæ meæ redemptione, concedo gratantiſſimè il-"lud ſanctum & apoſtolicum cœnobium inperpe-"tuum eſſe liberum ab omni ſeculari cauſa & ſervi-"tute, ut nullus eccleſiaſticorum vel laicorum ſuper "ipſum vel ſuper ipſius abbatem ullum unquam "habeat dominium. Sed ipſo abbate cum ſubjecta "Chriſti familia in pace Dei & ſuperni janitoris "*Petri* patrocinio illud regente, ac rege in omnibus "neceſſitatibus adjuvante, ab omni mundiali jugo "tam ſecurum æternaliter perſiſtat, quam liberum, "ſed etiam ab epiſcopali exactione & inquietudi-"ne, ex apoſtolica libertate & reverentiſſimi Ar-"chiepiſcopi noſtri *Duroſtæ* auctoritate, cum ſuis "appendiciis, id eſt, Dodeſthorp & Cete & Pa-"ſtune perpetuò maneat abſolutum. Villam quo-"que Undale cum toto jure adjacentium, quod "Ethahundred Anglicè nominatur, & cum mer-"cato ac theloneo ea prorſus libertate donamus, "quatinus nec rex, nec comes, nec epiſcopus, "præter Chriſtianitatem attinentium parochiæ-"rum, nec vicecomes, nec ulla umquam major mi-"norve perſona ulla dominatione occupare, nec "de ipſa villa Undale, ubi legitimè conſedere de-"bet, in alium locum transferre ullatenus præ-"ſumat. Sed tantùm abbas prædicti cœnobij il-"lud cum ſuis cauſis & legibus totum in ſua pote-"ſtate liberrimè teneat, & quando vel in quo loco "ſibi placuerit ſine ulla contradictione ſedere fa-"ciat. Item terras noſtro adjutorio vel dono vel "optimatum meorum per præfatum epiſcopum "eidem monaſterio adjectas, quæ hîc ex parte ti-"tulantur, id eſt, Barwe, Bermugtun, Aſctun, "Beteringe, Caſtre, Cyliſworthe, Waltun, "Wideringtone, Cyc, Thorp, & unum mo-"netarium in Stanford, in perpetuam libertatem "concedimus. Sint ergo tam iſtæ villæ quàm ce-"teræ omnes quæ ad ipſum monaſterium perti-"nent, cum univerſis rebus & rationibus ſuis, & to-"tum quod appellatur Sacu & Socne, ab omni "regali jure & ab omni ſeculari jugo in æternum "liberæ, & in magnis & in minimis, in ſilvis, cam-"pis, paſcuis, pratis, paludibus, venationibus, "omnimodis mercationibus, theloneis, omnium "rerum procurationibus Dei beneficio proveni-"entibus. Concedimus etiam quartam partem "ſtagni quod dicitur Wittleſmere, per epiſco-"pum *Adelwoldum* acquiſitam, cum omnibus ſci-"licet aquis, piſcariis, ſtagnis & paludibus atti-"nentibus uſque ad hos terminos circumjacentes, "quorum ſeptentrionalis eſt ubi primùm intratur "Perelode de amne Nene, orientalis ad Kinge-"ſdelf, auſtralis ad Aldewinesbarue, qui lo-"cus eſt in palude contra medietatem viæ Ab-"merlode, occidentalis ubi aqua de Opbete fi-"nitur ad terram; quæ omnia antiquitus ad illud "ſacroſanctum monaſterium multo latiùs & lon-"giùs pertinuiſſe probantur. Mercatum quoque "conſtituimus in Burch ſingulare, ut nullum a-"liud habeatur inter *Stanfordiam* & Punte-"bune, & ad illud damus ibidemque perſolvi ju-"bemus totum ſine contradictione ulla thelone-"um, hoc eſt, primò de tota Wittleſmere uſque "ad theolneum regis quod jacet ad hundred de "Normanneſcros, et de Wittleſmere ſicut "Perelode venit ad aquam Nen, et inde ſicut "aqua currit ad Wolnuſforde, et de Wal-"meſforde uſque ad Stanforde, et de Stan-"forde iuxta curſum aquæ uſque ad Crulond, et "de Crulond uſque ad Puſt, et de Puſt uſ-"que ad Kingesdelf, et deinde uſque prædi-"ctum Wittleſmere. Propter varia quippe lu-"cra & corporalium & ſpiritualium utilitatum "hoc mercatum decrevimus illic celebrari & un-"dique illud requiri, quatinus & Dei miniſtri in-"de adjuventur propinquiùs, & à concurrente po-"pulo inter terrena neceſſaria cœleſtia petantur "ſubſidia, dummodo per ſancti *Petri* quæſita pa-"trocinia & per miſſarum audita miſteria, ſecun-"dum fidem cujuſlibet ibi poſſint redimi diverſa-

" tum offensionum debita. Porro, decedente ab-
" bate, de eadem congregatione fratres successorem
" idoneam eligant, & regis favore ordinetur.

" Hanc igitur totius abbatiæ tam in longinquis
" quàm proximis possessionibus regificam libertа-
" tem ab omnibus approbatam, excepta moderata
" expeditione & pontis arcisve restauratione, sata-
" gimus per ipsum devotissimum hujus descripti-
" onis auctorem *Athelwoldum* à sede apostolica
" Romanæ ecclesiæ, juxta primitivam ejusdem
" monasterii institutionem, perpetuò corroborare.
" Quam quicumque in aliquo violare presump-
" serit, ipsius summi præsidis *Petri*, & Romanæ
" jerarchiæ, omniumque sacrorum ordinum
" animadversione in infernum æternùm damp-
" netur. Qui verò provexerit & defensaverit, in
" sorte electorum Dei remuneretur. Sancitum
" est hoc privilegium anno dominicæ incarnati-
" onis nongentesimo septuagesimo secundo, meiq;
" imperii terreni anno sextodecimo. Quod hujus-
" modi probabilibus testibus tum sanctæ crucis in-
" dicio subnotatur juxta meam subscriptionem.
" Ego *Edgar*, totius *Albionis* basileus, hoc privi-
" legium cum signo sanctæ crucis confirmavi.
" Ego *Dunstan, Dorovernensis* ecclesiæ archiepis-
" copus, hoc idem cum tropheo agiæ crucis cor-
" roboravi. Ego *Oswald, Eboracensis* archiepiscopus
" subscripsi. Ego *Athewold* præsul consignavi. Ego
" *Alfstan* episcopus favi. Ego *Athulf* pontifex
" consensi. Ego *Æscwi* abbas non renui. Ego
" *Osgar* abbas approbavi. Ego *Athelgar* abbas
" consensi. Ego *Alfere* dux. Ego *Athelwine*
" dux. Ego *Brithnode* dux. Ego *Oslac* dux. Ego
" *Adelward* minister. Ego *Ersnulf* minister.
" Ego *Æffis* minister. Ego *Alfward* minister.
" Ego *Freygist*. Ego *Thured*. Ego *Vlf*. Ego
" *Wlfric*. Ego *Osferde*. Ego *Wlfstan*. Ego *Rin-*
" *gulf*. Ego *Alfstan*. Ego *Athelsis*. Ego *Wl-*
" *geab*. Ego *Athelmund*. Ego *Thureferd*. Ego
" *Alfelin*. Ego *Frana*. Ego *Frethegist*.

Glorioſissimo filio regi *Merciorũ Ethelredo*, fratribus quoque & coepiscopis *Theodoro Dorobernensi*, & *Saxulfo* mediterrancorum Anglorum vel *Merciorum* episcopo, ceterisque consacerdotibus, *Agatho* servus servorum Dei in domino salutem. Dominus regnavit, exultet terra, lætentur insulæ multæ, reges terræ & omnes populi & cætera omnia laudent nomen domini, quia exaltatum est nomen ejus solius. Gratia domini nostri Jesu Christi regis omnium seculorum feliciter cotidie adimpletur hæc prophetica exhilaratio, quando reges & gentes orbis terrarum & præcipuè juxta divinum oraculum reges insularum multarum adorant & colunt ipsum Jesum Christum unicum dominum & regem suum: unde etiam sanctum nomen ejus specialiùs benedicimus quod vos, præcellentissime fili, cum vestris piæ memoriæ fratribus, non solùm damphosa sculptilia dæmoniorum cum paternis erroribus exterminantes, verum salvatorem agnovistis & veræ divinitatis effecti estis cultores, verùm etiam ad vertendos subjectos vobis reges & populos fidei balteo, ut boni ministri Christi, vos accinxistis. Cumque in ecclesiis & baptisteriis extruendis, quibus populus adquisitionis Dei multiplicetur, devotè laboretis, hanc caritatis vestræ flagrantiam familiariùs amplectimur, quod de ecclesia beati *Petri* quam adeo primitivam abbatiam censetis in regione vestri imperii, quæ est mediterranеorum *Anglorum*, in loco qui appellatur **Bedeshamstede** præclaram tam benevola vota nobis regia scilicet legatione mandaveritis. Hanc quippe (ut perhibetis) antecessores vestri & fratres Christianissimi per venerabilem virum nuper abbatem nunc consacerdotem *Saxulfum* regaliter condidère, & amore beati *Petri* præcipuè coluêre, hanc regia largitate necnon & libertate regia cum privilegii descriptionibus gloriosius extulere, hanc & vos clarissimi filii non minori fervore regalis industriæ vultis Romana & apostolica auctoritate contrà omnes impetus procellosi mundi perpetuò muniri, immò & jam quantum est in vobis prompta vestri benevolentia Romanam & apostolicam eam facere, ubi beatum *Petrum*, nobis quidem corpore, vobis verò spiritu semper presentem possideatis, ubi & à vobis & à toto regno vestro ac si *Romæ* requiratur & piis veneretur votis fidelium. Apparet nimirum vos esse intimum filium hujus quæ totius orbis mater est principalis ecclesiarum, & ipsum ejus præsidium affectare patronum qui clavigeri potestate vobis aperiat regna cœlorum. Quapropter non solùm voluntariè, sed & maximè gratias agentes annuimus piæ vestræ petitioni, quatinus prædicta ecclesia in **Bedeshamstede**, sicut regia, auctoritate regia, ita apostolica confirmatione sit apostolica, sit ab omni servitute seculari libera, ita videlicet ut quemadmodum vos dictastis, nec rex, nec episcopus, nec præses aliquis abbati ipsius post electionem ecclesiæ & regis assensum quicquam terreni oneris injungat, non census, non tributum, non milicia, non aliqua unquam servitutis occasio de omnibus rebus ad ipsam ecclesiam pertinentibus vel in magno vel in minimo ab ullo exigatur, quatinus sub rege suo defensore non tiranno libere Christo soli deserviat. Episcopus quoque dioceseos non typo prælationis sed officio caritatis huic se impendat, abbatemque ipsius, ac si Romanum legatum & comministrum evangelii habeat, & secundùm sibi socium æstimet non subjectum. Nullum verò potentatum in hoc monasterium præripiat, nec ordinationem ibi nec quodlibet officium sine abbatis favore arroget, sed neque ab ipsius intimis & peculiaribus locis aut parochiis vel in omni privilegio ipsius, juris quicquam præter ejusdem abbatis assensum accipiat vel faciat, ne qua scilicet abusione pacem perturbet gregis dominici, quales scandalizare est cum mola asinaria in profundo dimergi. Ubi autem electus ab ipsa congregatione abbas ordinandus erit, ab archiepiscopo *Doroberneusi*, Romani pontificis vicario, aut à quo ipse modò inefficatior jusserit rege favente ordinetur, nec parochianus pontifex, sive ipse sive aliquis alius prædicta dumtaxat auctoritate ordinaverit, quicquam in eum præter fraternitatis obsequium præripiat. Hanc autem ecclesiam cæteris imperii vestri monasteriis quæ modò assurgunt, vel deinceps in omnem posteritatem nascentur, tanquam religionis primicias excipimus, quatinus Apostolica gratia suique *Petri* vestræque promotionis prærogativa præstet cæteris à *Tamesse* fluvio in aquilonem, sicut & orta perhibetur mater primaria: abbas quoque ejus aliquis arctoæ plagæ prior habeatur

beatur & in omnibus conventibus anterior sedeat, ita duntaxat ut, ad sacræ fidei, religionis, caritatis, & concordiæ compaginem, loco primo-geniti & vice *Romana* affectuosè præluceat, confratribus non imparet, sed & in aula regia & regalibus consiliis sicut & monasterii præstantia laudamus, ut primus vel inter primos adhæreat, & exemplo *Saxulfi* omnes successores opportunè seu importunè regem frequentent, religiosa conversatione à terrenis revocent, ad cœlestia erigant, ad pietatem, ad justitiam, ad Dei cultum hortatu crebro accendant. Hanc quoque, ad vestrum votum, non solùm voluntariè, verùm etiam necessariè concedimus benedictionem huic apostolicæ ecclesiæ, quatinus tam vos quam cæteri populi vestri imperii totius quoque Britanniæ, sed & proximorum regnorum nationes, quicumque, vel viæ longinquitate vel varia necessitudine præpediti, *Romæ* beatum *Petrum* in urbe sua revisere non sufficitis, hic eum spiritu vobis cohabitantem plena fide requiratis, hic vota persolvatis, hic absolutionem peccatorum & apostolicam benedictionem per ipsum ligandi ac solvendi principem fideliter speretis & justa desideria cum precibus exaudiri, ac cœli januam vobis aperiri credatis. Hæc igitur, &c. quæcumque sunt tam à vobis quam à fratribus & antecessoribus vestris huic monasterio in æternam libertatem hæreditatemque perpetuam donata, ac privilegiorum sanctionibus perhenniter commendata, quæcumque etiam inposterùm aut à vobis aut à successoribus vestris vel à quibuslibet personis usque in finem jure tradentur, omnia scilicet secundum vestram postulationem apostolica beati *Petri* auctoritate confirmamus, & ita hæc observanda ab omnibus regibus & principibus *Britanniæ* contestamur, sicut ipsum cœli janitorem timent offendere. Siquis autem hæc in aliquo, quod absit, violare præsumpserit, cujuscumque potestatis aut ordinis sit, excommunicatorio ipsius sancti *Petri* gladio nisi emendaverit excidatur. Qui verò custodierit, quique res ecclesiæ amplificare maluerit, ipsius clavigeri gratiâ suscipiatur, & sicut infernus raptoribus, ita defensoribus ejus paradisus aperiatur. Huic ergo definitioni regia dignitas vestra, ut vestram majestatem decet, indelebiliter subscribat. Tua quoque devotio, reverentissime frater *Theodore*, quem tam Græcis quàm Romanis institutionibus atque eruditionibus præstantissimum, in lucem totius *Britanniæ*, beatæ memoriæ *Vitalianus* prædecessor meus destinavit, hanc quæso regiam & apostolicam sæpedictæ ecclesiæ libertatem vobiscum corroborare, & omnem perversorum injuriam divina animadversione recidere satagat; sed & cætera aquilonalia à *Tamense* monasteria hoc sibi cum abbate suo paterna auctoritate præstare unanimi corpore foveant. Similiter & tua caritas frater *Saxulfe*, sicut & obnixè petisti hanc confirmationem perseverabiliter cum coepiscopis & amicis subscribi, ut videlicet, nec tu, nec quisquam successorum episcoporum quicquam hujus ecclesiæ usurpet præter abbatis præsidentis voluntatem, ne qua contentionis oriatur occasio. Sic vos omnes cum vestro rege filio nostro karissimo in pace custodiat Dei gratia.

Hoc privilegium à sancto papa *Agathone*, assentiente concilio centum xxv. episcoporum per reverentissimum episcopum *Wilfridum* destinatum, ego *Athelredi* Dei dono rex, anno domini DClxxx. meique regni vj. suscipiens, approbante etiam domino archiepiscopo *Theodoro*, cum concilio celebrato in campo Cstfelð, tam gratanter regali subscriptione confirmo, quàm ipse desiderioſus in hoc exactor extiti, ut scilicet dilectum nobis monasterium beati *Petri* in Pedeshamstede, per industriam spiritualis patris nostri *Saxulfi* alienigena carnis genitore præeunte, benignissimæ memoriæ fratres mei *Peada* regaliter instituit *Wlferus* regali opulentia & privilegio principaliter nobilitavit, ego quoque tam pro meæ animæ quàm ipsorum fratrum salute, necnon & pro sacratissimis sororibus meis, beatissimæ scilicet memoriæ *Kynebuega*, & quæ adhuc superstes sacrata Christo virginitate deservit *Kynefirlda*, & rebus augere & divina auctoritate munire curavi. Proinde trado beato *Petro* in hoc loco Pedeshamstede has terras & possessiones cum omnibus rebus ad eas pertinentibus, hoc est, Bredune, Hrepinges, Cedevac, Swineshafed, Peanbyrig, Lodeshale, Scuffanhalch, Costessord, Stratford, Walelleburne, Lusgard, Aethelhunigtond, Bardunig. Hæc, inquam, beato *Petro* regaliter habita regaliter concedo, habenda in perpetuam hæreditatem atque liberrimam ecclesiæ proprietatem, obsecrans per ipsum apostolorum principem & per apostolicam sententiam præsumptam, ne quis unquam successentium, tam de hiis quàm de omnibus rebus ad ipsum ecclesiam appendentibus quicquam detrahat: quod si quis fecerit, omnibus episcopis dampnantibus & hiis præsentialiter subscribentibus apostolico gladio animadvertatur.

Ego *Theodorus*, Romana legatione in his fines terræ destinatus, & licet indignus, vice beatæ memoriæ *Augustini*, *Dorobernensi* cathedra intronizatus, juxta apostolicum papæ *Agathonis* mandatum, privilegium monasterii Pedeshamstede subscriptione nostra confirmo, cujus violatores dampno & excommunico, defensores verò gratifico & benedico.

Ego humilis *Saxulfus*, regali beneficio ejusdem monasterii fundator, ita ipsius in omnibus libertatem & prærogativam corroborare gaudeo, sicut ei specialiùs optima omnia cupio, ut nichil usurpem vel de rebus vel officiis ipsius monasterii præter voluntatem & postulationem abbatis, nec ego nec successores mei. Ego quoque omnem violentiæ abusionem anathemate hinc excludo.

Ego *Wilfridus*, apostolico favore repetens sedem *Eboracensem*, testis & relator hujus sanctionis votivæ assentior.

Ego *Ostrich*, regina *Athelredi* regis, prompto animo his annuo.

Ego *Adrianus*, apostolicus legatus & comes & suffraganeus reverentissimo *Theodoro*, hæc approbo.

Ego *Johannes*, Romanus legatus conlaudo.

Ego *Putta*, *Rofensis* episcopus ultrò subscribo.

Ego *Waldhere*, *Lundonensis* episcopus confirmo.

Ego abbas *Cuthbaldus* ejusdem monasterii Pedeshamstede, successor venerabilis *Saxulfi* speciali amore amplector, ut quisquis hæc servaverit valeat, quisquis prævaricatus fuerit, quod ab-

sit, omnium episcoporum ac sacerdotum excommunicatione dispereat. Amen.

Confirmatio Edwardi *regis.*

EGo *Edwardus* rex, *Anglorum* monarchiam regiminis tenens, hoc decretum patris mei per deprecationem abbatis *Aldulfi* perhenniter affirmavi. Hiis testibus adjunctis quos supra nominavimus.

Ethelredi *regis de eodem.*

EGo *Athelredus*, *Anglorum* imperio sullimatus, has donationes prædecessorum meorum, precante abbate *Cenulfo*, solidavi cum hiis testibus *Dunstano* & *Oswaldo* archiepiscopis.

Chnut *regis de eodem.*

EGo *Cnut* rex *Anglorum*, Deo favente & *Elfino* abbate deprecante, hoc privilegium cum optimatibus corroboravi.

Edwardi *Regis de eodem.*

EGo *Edwardus* Dei gratia rex *Anglorum*, hoc testimonium antecessorum meorum, postulante abbate *Leofrico*, comprobavi & villam **Fiskertune** quam regina mea, ipso abbate *Leofrico* instante, per me dedit vel pocius reddidit, juri sancti *Petri* in **Burch** concedo liberam, cum terris silvis & aquis, & omnibus rebus pertinentibus; similiter de aliis terris, id est. **Alftune, Flectune, Dvertune, Alwaltune, Osgotbi,** & ceteris quæ in eo tempore adjectæ sunt. Concedo eidem loco **Saca** & **Socne,** & **Tol** & **Team.** Testibus regina *Eadgitha*, *Stigando* & *Aldredo* archiepiscopis, *Haraldo* & *Costino*, cum ceteris optimatibus meis.

Willielmi *regis de eisdem.*

EGo *Willielmus* Dei beneficio rex *Anglorum*, petente abbate *Brand*, istud privilegium in omnibus laudo & confirmo sicut suprascripti reges ante me, similiter etiam terrras fratrum vel propinquorum suorum quas habebant sub rege *Edwardo* hæreditarias & liberas, hoc est, **Scotera, Scoctuna, Palmetnn, Raganaldethorp, Welsingham, Clotham, Hibaldestopa, Walcote, Puscham,** cum omnibus adjacentibus, ego concedo monasterio suo & ejusdem loci patrono, beato *Petro* apostolo imperpetuum, liberas & quietas, cum omnibus consuetudinibus quæ appellantur Anglicè **Saca & Socna,** quatinus jugiter sint propriæ & dominicæ in firmas & quaslibet necessitates ibidem Deo servientium. Hæc ergo nemo hæredum vel successorum meorũ temerare audeat, ne excommunicationis gladio intereat, & pro hæreditate ecclesiæ infernum possideat. Huic testes affuere *Aldredus Eboracensis* archiepiscopus, *Wilwinus Lincolniensis* episcopus, *Merleiswein* vicecomes, *Ulf* filius *Topi*, *Willielmus* Comes, *Willielmus Malcit*, *Ingelwi* presbyter.

Ex cronicis *Petroburg.* in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie Claudii. A. 5.]

Anno Domini 654. Fundatum est monasterium de *Burgo* sancti *Petri* à *Penda* rege *Mercio-rum*, *Saxulfo* comite facto ejus abbate primo.

Anno Domini 870. Pagani *Eboracum* relinquentes, in *Lyndesay* navigio applicant, ubi patriam depopulantes, etiam monasterium de *Bardney*, monachis omnibus absque ulla misericordia interfectis, ignibus tradiderunt; pertranseunteseque in **Kestiven** omnia conterunt, perimunt, & incendunt. Contra quos, cum comes *Algarus*, dictus junior, colligeret exercitum, contraxit universam juventutem *Hoylandiæ*. Ipse duoque milites seneschalli sui, *Wibertus* & *Lofricus*, de quorum nominibus, adhuc villis in quibus manserant nomina retinentibus, senes & rustici relicti, vocabula dederant; scilicet **Wyberton**, id est, villam *Wiberti*, & **Lefriston**, id est, villam *Lefrici*, appellantes, unà cum cohorte *Croylandensis* monasterii, videlicet ducentis bellatoribus robustissimis, eo quòd maxima pars illorum de fugitivis fuerat, quibus præfuit frater *Tolius*, monachus laicus ejusdem monasterii, miles ante suam conversionem, per totam *Merciam* in armorum exercitio nominatissimus, sed tunc amore cœlestis patriæ, relicto seculo, spirituali miliciæ apud **Croyland** mancipatus. Contrahebat etiam secum de **Deeping, Langtoft,** & **Baston,** circa CCC. viros fortes, & aptos ad bellum; insuper *Morcardum* dominum, cum familia sua, quæ fortissima fuit & numerosa: occurrenteque vice-domino *Lincolniæ*, nomine *Osgoto*, veterano ac validissimo bellatore, cum cuneo *Lincolniensi*, numero D. omnes collecti in **Kestiven**, in festo sancti *Mauricii* martyris, bellum cum paganis commiserunt, & largiente domino, victoriam, occisis tribus regibus, cum ingenti multitudine paganorum, Christiani cedentes Barbaros, usque ad portas tentoriorum suorum persequebantur, ubi cum acerrimè reditterunt, nox bellum dirimit, & invictissimus comes suum exercitum revocavit. Venerunt, in ipsa nocte, in castra paganorum omnes cæteri reges de patria, qui dividentes inter se provinciam, ad depredandum processerunt; scilicet, *Godron*, *Basseg*, *Oskitell*, *Halfdenne* & *Hamond*, & totidem comites, scilicet *Frena*, *Unguar*, *Ubba*, & uterque *Sidrok* senior & junior, cum suis exercitibus, & præda magna nimis, mulierumque ac parvulorum multidudine infinita, quorum adventu cognito, pars magna Christianorum, timore perterrita, noctanter diffugit, & remanserunt cum prædicto comite, ac. ducibus suis de octo mille virorum vix duo millia, cum quibus, summo diluculo, auditis divinis officiis, & sumpto sacro viatico, omnes ad moriendum pro Christi fide, patriæque suæ defensione paratissimi, in campum contra Barbaros processerunt; & videns validissimus comes suum exercitum nimis imminutum, statuit iterum fratrem *Tolium* cum suis quingentis viris, eò quòd fortissimi fuerant, in dextro cornu, assignans ei alam etiam fortissimam, illustrem militem *Morcardum* de *Brunne*, cum omnibus qui ejus vexillum sequebantur, inclitum verò vice-dominum *Lincolniæ*, *Osgotum*, cum suis quingentis, in cornu sinistro posuit, donans ei alam strenuam, scilicet militem *Hardingum* de *Reibalie*, cum omnibus *Stanfordiensibus*, eò quòd omnes invenes erant, & nimiùm bellicosi; ipseque cum suis seneschallis in acie media versabatur, utriq; cornu,

cornu, cum necesse fuerit, affuturus. Dani verò pro cæde suorum exeunt magis efferati, summo mane sepelientes tres reges suos in villa, quæ antea **Laundon** vocabatur, nunc verò pro trium regum Danorum sepultura, **Trekingham** nuncupatur, scilicet iv. reges & octo comites, nam ij. reges & iv. comites castra sua, & captivos suos conservabant. Porro Christiani, pro paucitate sua, in unum cuneum conglobati, contra sagittariorum impetum durissimam testudinem clipeorum, & contra violentiam equitum densissimam aciem lancearum, omnes optimè instructi à ducibus suis tota die statione immobili prætendebant. Cumq; sic invicti usque ad vesperam perdurassent, & adversariorum sagittarii tela sua in vacuum perdidissent, equitesque jam longo labore lassati deficere inciperent, barbari ex condicto fugam fingentes, campum relinquere ceperunt; quod videntes Christiani, ducibus suis invitis ac multùm dissuadentibus, aciem suam dissolvunt, & persequendo paganos dispersi per planiciem, sine ordine ducumque custodia dividuntur: revertentes autem barbari tanquam leones in paucas oviculas pro libito debaccantur, strenuissimus comes *Algarus*, præclarissimique milites prædicti, & frater *Tolius*, in quodam campi cumulo cætera planicie aliquantulum altiore in orbem conserti, barbaros arietantes diutissimè sustinebant. Cumque præfatus comes illustrissimus & imperpetuum nominandus *Algarus*, prætactique duces robustissimi, omnes robustos sui exercitus cecidisse cernerunt, in confertissimum cumulum corporum Christianorum simul irrumpentes, ibique pro viribus quicunque accessisset suum sanguinem vindicantes, tandem innumeris confossi vulneribus, super fratrum suorum cadavera corruerunt, pauci juvenes de **Sutton**, & de **Gedney**, projectis armis, in vicinam silvam vix evadentes, proxima nocte sequenti, **Croyland** ingressi, stragem Christianorum, & fratris *Tolii*, totiusque cohortis suæ internecionem, dum abbas *Theodorus*, & conventus suus suas vigilias matutinas persolverent, lugubri ac lachrimabili ejulatu, ad ostium ecclesiæ nunciabant cunctis. Itaque de nuncio confusus abbas, retentis secum senioribus monachis, & paucis infantibus, si forsitan illorū imbecillitas ad pietatem barbaros inclinaret, non recolens illud poeticum,

Nulla fides, pietasque viris qui castra sequuntur:

omnes fortiores, & adolescentiores, assumptis secum sacris reliquiis monasterii, aliis etiam jocalibus, cartis & munimentis &c. Barbari tandem indignati, quod speratos thesauros non invenissent, universa sanctorum corpora de tumulis effractis miserabiliter contracta, immisso igne die tertio, more suo, cum ecclesia & omnibus monasterii officinis, & edificiis, vij. kal. Octobris, funestissimi combusserunt quarto die. Tandem cum animalium & jumentorum innumeris gregibus versus **Medeshamstede** transmigrabant, ubi patriam collectam infra monasterium portasque obseratas offendentes, sagittariis ac machinis undique muros aggrediuntur, secundo assulto paganis irrumpentibus, *Lubba*, frater *Hubbe* comitis, jactu lapidis graviter lesus corruit in ipso introitu, & manibus satellitum suorum portatus in tentorium fratris sui, etiam de vita desperatus est; unde *Hubba* supra modum ira estuans, & maximè in monachos efferatus, omnes sanctæ religionis scemate vestitos, manu sua interfecit, cæteri in cæteros grassabantur, nemo de toto monasterio salvatus est, tam venerabilis pater abbas *Hedda* senex valde, quàm monachi sui universi, cum omnibus.

Monitus est tunc frater *Turgarus* per *Sidrok* comitem dominum suum, ne in aliquo loco unquam *Hubbæ* comiti obviaret, altaria omnia suffossa, monimenta universa confracta, sanctorum librorum ingens biblioteca combusta, cartarū monasticarum immensa copia discerpta, sanctarum virginum *Kyneburgæ*, *Kyneswythæ*, ac *Tilbæ*, preciosa pignora pedibus conculcata, muri funditùs eversi, ipsa ecclesia cum omnibus cæteris ædificiis concremata, per totam quindenam sequentem jugi incendio conflagrabat. Porro iiij. die, cum prædictis innumeris de tota patria congestis, exercitus congregatus versus *Huntingdoniam* procedebat. Cumq; duo comites, *Sidrok* senior & junior, in transitu fluviorum ad tutandum caudam totius exercitus semper ultimi proficiscerentur, totusque exercitus eorum fluvium de **Neene** salvus pertransisset; ipsi tandem transeuntes in gurgite fluvii, ad levam pontis lapidei profundissimi, duos currus immensis opibus, & vario supellectili onustos, cum omnibus jumentis demersis, & antequam extrahi poterant enecatis, subito infortunio perdiderunt. Occupata itaque tota familia junioris *Sidrok* ad extrahendum dictos currus, ut in alia plaustra & vehicula prædictas contentas plures soliciti transmutarent; frater *Turgarus* per fugam elapsus in proxima parietina perque totam noctem ambulans, summo diluculo **Croyland** ingressus est, invenit ergo fratres suos commonachos de **Ankarig** pridiè rediisse, & ad extinguendum ignes adhuc in multis monasterii locis durantes fortissimè insudare; quem, cum sanum & incolumem cernerent, aliqualiter confortati, sed audientes ab eodem quibus in locis, tam abbas eorum, quàm cæteri confratres & seniores eorum occisi jacebant, & quomodo omnia sanctorum sepulchra, & fundamenta, sacraque volumina, cum corporibus sanctorum, contracta fuerant & combusta, inestimabili dolore omnes contristati sunt, planctusque & ploratus diutissimè factus est. Tandem lachrimis satiati ad extinguendum incendia revertuntur ... egentes vero ruinam tecti ecclesiæ suæ, circa magnum altare corpus venerabilis patris *Theodori* abbatis reperierunt, eruderatoque monasterio toto cum longo maximoque labore, & de cineribus aliisq; immunditiis juxta possibilitatem temporis expurgato, de inter eos pastore eligendo invicem colloquuntur, celebrataque electione venerabilis pater *Godricus*, omnium consensu, licet invitus & multùm renitens, abbas tandem est effectus; ad quem veniens venerabilis senex Prior de **Ankarig** *Toretus*, ac ejus supprior dominus *Tisa*, ambo anachoritæ sanctissimi, devotissimè supplicabant, quatinus, assumptis secum fratribus, quibus dignaretur **Medeshamstede** adire, & abbatis sui, & aliorum confratrum suorum corpora, feris, avibusque adhuc obnoxia & insepulta Christianæ sepulturæ charitatis intuitu commendare: obtemperans itaque precibus illorum venerabilis abbas *Godricus*, cum multis fratribus, inter quos frater *Turgarus*

aderat, occurrentibus eis ibidem omnibus fratribus de **Ankarig**, **Medeshamsted** adiit, & multo sudore omnia monachorum dicti monasterii corpora comperta, numero LXXXIIII. in medio cimiterio dicti monasterii, contra frontem ecclesiæ quondam orientalem, scilicet in uno latissimo tumulo ad hoc aptato, in festo sanctæ *Cecilia* virginis sepelivit, ponens etiam super corpus abbatis in medio filiorum suorum quiescentis, petram piramidalem tres pedes in altitudine, & tres in longitudine, & unum in latitudine continentem, insculptasque imagines abbatis ac monachorum suorum circumstantium gestantem, quam in memoriam monasterii destructi **Medeshamsted** deinceps vocari omnes consenserunt, & omni anno, quamdiu vixit, dictus abbas *Godricus* semel locum visitans, superque petram suum tentorium figens, pro animabus ibidem sepultorum, missas per biduum devotione continua celebravit. Jacebat in regia via per medium dicti cimiterii habens dictam petram ascendentibus de prædicto ponte lapideo versùs **Hoyland** ad dextram, & crucem lapideam similiter imagine salvatoris insculptam, quam prædictus abbas *Godricus* tunc ibidem posuit ad sinistram, ut transeuntes viatores memores sanctissimi monasterii, pro animabus fidelium, in ipso cimiterio quiescentium preces domino solverent, &. à maleficiis, ac latrociniis in sancti monasterii parietinis nullo modo patrandis, saltem pro Christi reverentia continerent. Tunc etiam dominus *Teretus*, prior de **Ankarig**, per fratrem *Turgarum* edoctus, quomodo & in quo angulo ecclesiæ sanctissima pignora beatarum virginum *Kyneburga* &c. per paganos projecta & conculcata, sed per predictum fratrem *Turgarum* prout potuit reverenter recollecta fuerant, & imposita, de communi via, prædictas reliquias secum assumpsit, & cum fratribus suis ad **Ankarig** rediens, honorificentiùs quam potuit, in suo oratorio collocavit. Pagani verò de **Medeshamstede** exeuntes ac depredantes provincias usque ad *Cantabrigiam*, monasterium sanctimonialium celeberrimum in *Elienſi* insula situatum, omnibus inventis in eo, tam virginibus quàm viris crudeliter interemptis, catallis, ac immensis divitiis, de tota patria, pro loci securitate allatis sed per barbaros tunc direptis, ignibus ultimò tradiderunt, & transeuntes in *East Angliam*, &c. regem ejusdem provinciæ sanctissimum *Edmundum*, captum per eosdem, ad quendam stipitem alligatum, tanquam signum ad sagittam, telis suis & sagittis aggressi, horrida crudelitate, pro fide Christi & patriæ suæ defensione decollantes martyrizaverunt. Sic tota *East-Anglia* ab eis optenta & occupata ibidem per totam biennem residebat, &c.

Anno DCCCLxx. S. *Adelwoldus* episcopus *Wyntoniæ*, transtulit de cimiterio in ecclesiam reliquias S. *Swithuni* prædecessoris sui, ac ante altare S. *Petri* honorificè collocavit. Monasterium etiam de **Medeshamstede** restaurare cepit, & *Burgum* sancti *Petri* appellavit, anno desolationis suæ equaliter centesimo.

Historia de fundatione hujus cœnobii, elegantissimè in senestris vitreatis, ex occidentali parte claustri ibidem depicta fuit, cum Anglicanis hisce carminibus argumentum ejusdem illustrantibus.

KIng *Penda* a Paynim, as writing sayth,
Got these five children of Christen sayth.

Kyneburga and *Keniswitha*, as I reade,
Peada, *Wifer* and *Etheldred*.

The noble king *Peada*, by God's grace,
Was the first founder of this place.

By Queene *Ermenild* had king *Wifere*
These twae sonnes that yée se here.

Wlfade went forth, as he was wont,
In the Forest, the Hart to hunt.

Fro all his men *Wlfade* is gon,
And sayeth, himselfe, the hart alone.

The harte brought *Wlfade* to a well
That was besides St. *Chad's* cell.

Wlfade asked of St. *Chad*,
Where is the harte that me hath lad?

Wlfade prayeth *Chad*, that gostly leach,
The faith of Christ him for to teach.

St. *Chad* teacheth *Wlfade* the sayth,
And words of baptisme over him sayth,

St. *Chad* devoutly to messe him dight,
And shrived *Wlfade* Christ his knight.

Wlfade stayed with St. *Chad* that day,
And bad him for his brother *Rufine* pray.

Wlfade told his brother *Rufine*,
How he was christned by *Chad's* doctrine.

Rufine said to *Wlfade* againe,
Christned also would I bée fayne.

Wlfade Rufine to St. *Chad* brought,
And *Chad* with love of Christ him taught.

Rufine is christned of St. *Chad*, I wis,
And *Wlfade*, his brother, his fader is.

Werbode, Steward to king *Wlfere*,
Told his sonnes both christned were.

To *Chad's* cell *Wlfere* gan go,
And *Werbode* brought him hitherto.

Into the chappell entred the king,
And found his sonnes Christ worshipinge.

Wlfere, in woodnesse, his sword out drew.
And both his sonnes anon he slew.

king

King *Wlfere* with *Werbode* the
Buried in grave his sonnes two.

Werbode for vengance his owne flesh tare,
The Divell him strangled, and to hell bare.

Wlfere for sorrow was sick,
In bed he lay a dead man like.

Saint *Ermenild*, that blessed Quéene,
Counselled *Wlfere* to shrive him cleane.

Wlfere contrite shrift him to *Chad*,
As *Ermenild* his wife him counsell'd had.

Chad bad *Wlfere*, for his sinne,
Abbies to found this rewme within.

Wlfere in haste performed then
To build what *Peada* his brother began.

The abbot *Saxulfe*, with his monkes there,
Did worship to king *Wlfere*.

Wlfere indued, with great devotion,
The abby of *Burgh* with great possession.

The third brother, king *Etheldred*,
Confirmed both his brothers deed.

Saxulfe, that here first abbot was,
For ancrets at *Thorney* made a place.

After came Danes and *Burgh* brent,
And slew the monkes er they went.

Fourescore yeares and sixténe
Stood *Burgh* destroyed by Danes téne.

Then *Athelwold*, the bishop of *Wilton*,
Was mickle bent in contemplation.

To build some cloister was his intent;
Yet where, or how, had no covelement.

An angell appeared to him, by God's leve,
And bad him this place to restore.

St. *Athelwold* to king *Edgar* went,
And prayed him to help his intent.

Edgar bod *Athelwold* that work begin,
And him to help he would not linne.

Thus *Edgar* and *Athelwold* restored this place,
God save it and, kepe it for his grace.

(***)

VVHITBIENSE

Cœnobium (antiquitus Strenshalh *nuncupatum) in agro* Eboracensi.

ANNO gratiæ DCIv. *Penda* rex *Merciorum*, jubente *Cadwallino Britonum* rege, innumerabili exercitu collecto, *Northanhumbriam* petivit. At *Oswius* necessitate compulsus, promisit ei donaria multa, & ornamenta regalia, ut rebus bellicis prætermissis, amicabiliter ad propria rediret. Cumque ille locum precio, nec precibus adquiescere vellet, rex ad divinum confugit auxilium, ut ab impietate barbarica possent liberari, votoque sese obligans ait: *Si paganus nescit nostra accipere donaria, offeramus ei qui novit, domino Deo nostro.* Vovit ergo quòd si victor existeret, filiam suam domino sacra virginitate dicaret, simul & xij. mansiones prædiorum ad construenda monasteria donaret. Et sic parvo stipatus agmine se certamini dedit, denique fertur paganam tricies majorem exercitum habuisse. Nam ducibus xxx. ad bellum diligenter instructis, *Oswius* solus, cum filio *Aelfride*, Christo duce occurrens, illos fugâ vicit, & in sequendo peremit. Flores hist. per Math. westm.

Cecidit, inter cæteros, *Penda* rex nequissimus, qui tot nobiles vita temporali privavit. Cecidit rex *Aethelherus* frater *Annæ* regis, de quo supra meminimus, author ipse belli, qui, perditis militibus, noluit solus perire. Et quia prope fluvium, qui **Winwed** dicitur, pugnatum est, qui tunc per inundantiam pluviarum omnes metas suas transierat, contigit ut multò plures aqua fugientes, quàm bellantes perderet enses. Unde exivit proverbium: *In* **Winwed** *animæ vindicatæ est cades Annæ, cades regum* Segeberti, *&* Egrici, *cædes* Oswaldi *&* Eadwini.

Tunc Rex *Oswius* juxta quod domino voverat, pro collata sibi victoria gratias Deo referens, dedit filiam suam, quæ vix unius anni ætatem impleverat perpetuæ ei virginitate consecrandam, in monasterio quod **Herteseu**, id est, *insula cervi* nuncupatur, cui tunc *Hilda* præfuit abbatissa. Quæ comparata possessione decem familiarum in loco qui **Strenesh**alh appellatur monasterium ibi construxit.

Ex vita S. Hilde.

MOnasterium S. *Hildæ* apud **Strenesh**ale penitus destructum fuit ab *Ingvare* & *Hubba*, *Titusque* abbas *Glaseoniam*, cum reliquis S. *Hildæ*, aufugit. *Lelandi* collectan. vol. 3. p. 36.

Restitutum fuit monasterium de **Strensh**ale, tempore *Henrici* primi, per *Gulielmum Percy*.

Mira res est videre serpentes apud **Strenesh**ale in orbes giratos, & in clementia cœli, vel ut monachi ferunt precibus D. *Hildæ* in lapides concreti. Locus ubi nunc cœnobium est videtur mihi esse arx inexpugnabilis. Ib. p. 37.

Pictura,

Pictura vitrea quæ est in clausto de Strenes-hale monstrat *Scotos*, qui prope fines *Anglorum* habitant, fuisse vel ad *Gulielmi* nothi tempora antropophagos, & hanc immanitatem à *Gulielmi* gladio fuisse punitam.

Eska flu: oritur in Eskedale, defluitque per *Danbeium* nemus, & tandem apud Strenes-hale in mare se exonerat.

W *Malmesb.* fol. 10. a. n. 50. ——De cujus in *Angliam* adventu (viz. *Theodori* archiepiscopi *Cantuariensis*) principi *Oswio* (viz. Regi *Northumb:*) debetur gratia, licet *Egbertus* Rex *Cantiæ* pro jure provinciæ multum illius delibet gloriæ, quin & Domino famulantibus frequentia constituens habitacula, hujus quoque boni patriam non reliquit exanguem. Quorum præcipuum monasterium tunc fœminarum, nunc monachorum, ab *Eboraco* XXX. millibus, in boreali parte situm, antiquo vocabulo Streanes-hall, modò Whiteby nuncupatur, quod ab insignis religionis fœmina *Hilda* cœptum, *Ethelfleda* ejusdem regis filia in regimine succedens, magnis fiscalium opum molibus auxit, ubi & patri post XXVIII. annos regni defuncto funera justa persolvit. [*Vide plura de eodem cœnobio apud* Bedam. *Lib.* 3. *Hist. eccl. cap.* 24.]

Ex Registro cartarum abbatiæ de *Whitby*, penes *Hugonem Cholmundeley* militem an. 1640. fol. 129.

MEmorandum quod anno domini millesimo sexagesimo septimo, *Hugo* comes *Cestrensis*, & *Willielmus* de *Percy* venerunt in *Angliam*, cum domino *Willielmo* duce *Normannorum* conquestore; et idem conquestor dedit prædicto *Hugoni* villam de Whytteby, cum omnibus suis membris; & idem *Hugo* dedit prædicto *Willielmo* de *Percy*, omnia predicta terras & tenementa, sibi & heredibus suis, ita liberè & quietè sicut prædictus *Hugo* ea habuit ex dono regis. Et prædictus *Willielmus* de *Percy* fundavit abbathiam de Whitteby, & dedit predictam villam, cum suis membris Deo, S. *Petro*, & sanctæ *Hildæ* de Whitteby, & *Serloni* fratri suo, & monachis ibidem Deo servientibus, tempore domini *Willielmi* regis Conquestoris, scilicet à portu *Whittebyensi* totam marinam usque Blawik, & inde usque Grenedyke, & in longitudine Grenedyke, & inde usque Swynstysthage, & inde usque Thornelay, & totam Thornelay usque Lyrkelake, & usque Coppeceldbroke, & inde in longitudine per silicem usque ultra Henesbykes, & usque Stanecrosgate que est prope villam de Suffeld, & usque Grethayhevede, & usque Elfykcroft, & *Mosam* usque dimidium *Mosæ*, & inde usque Darwent, & dimidium Darwent in longitudine usque ubi erumpit Darwent, & usque Lillowcros & Stotgrayhows, & usque Sylhowe, & usque Lythebeck, & sicut Lythebeck cadit in aquam de Eske, & dimidium Eske in longitudine, & sicut aqua de Erokelbek in longitudine usque Swrthowcros, & usque Horscroft, & usque Todrisa, & usque in mare, & per marinam ad Whytteby. Quæ quidam bundæ continentur in quodam Quo waranto in comitatu *Eboracensi* coram *Willielmo* de *Saham*.

Et predictus *Willielmus* de *Percy* dedit abbathie de Whittebye totum solùm de Todsaybek qui est subtus castrum de Mulgriet, currens in mare, usque Tyllaybeke, qui est subtus Ravencliffe, juxta Semer, quod est manerium domini de *Percy*, exceptis sex carucatis terræ, videlicet, duas carucatas in Hakenes, & quatuor in Northfeld juxta Hakenes. Quæ sex carucatæ terræ erant donatio abbathiæ predictæ per *Willielmum* Conquestorē, prout notatur in quodam Inspeximus domini *Edwardi* regis filii *Edwardi* regis, de diversis donationibus dictæ abbathiæ factis.

Item sunt in Dunseley quatuor carucatæ terræ de feodo de *Percy* quas dictus abbas tenet.

Et idem *Willelmus* de *Percy*, fundator dictæ abbathiæ genuit *Alanum* de *Percy*, & *Richardum* fratrem ejus, & idem *Alanus* confirmavit cartam patris sui, & obiit sine herede de corpore suo, & sepultus apud Whytteby, & sic descendit hereditas *Ricardo* fratri suo & heredi ejusdem *Alani*, & prædictus *Richardus* nil dedit nec confirmavit. Et de prædicto *Richardo* processit *Willelmus* de *Percy*, qui quidem *Willielmus* de *Percy* filius *Richardi* fundavit domum de Grenedall (nunc vocatam Handall) in honore beate *Mariæ* virginis tempore *Henrici* regis *Angliæ*, filii *Willielmi* Conquestoris, anno domini MCXXXIII. per cartam suam. Et idem *Willelmus* de *Percy* dedit illis monialibus duas toftas in campis de Dunceley super mare; unam scilicet *Willelmi* filii *Ermoth*, & alteram *Aldewin*, & alibi in campis de Starton, scilicet in Depedale, decem acras terræ de suis dominicis, & pasturam ducentarum ovium, sicut in campis de Grenedall, & in campis de Dunceley, in perpetuam elemosinam. Et idem *Willelmus* de *Percy*, filius *Richardi* de *Percy*, dedit monachis de Whitteby tres bovatas terræ in Dunceley, & quinque toftas, per cartam suam. 1133.

Carta *Willielmi* de *Percy* primi fundatoris abbatiæ de *Wyteby*.

WIllielmus de Perci *omnibus cartam hanc legentibus, vel à legente audientibus salutem. Notum sit omnibus tam futuris quam præsentibus, quod ego* Willielmus *dedi Deo & sanctæ* Hildæ *abbatissæ, ad fundandam abbaciam, olim destructam, ecclesiam sancti* Petri *& sanctæ* Hildæ *ad* Wyteby, *&* Serloni *Priori fratri meo, & monachis ibidem Deo servientibus, in elemosinam perpetuam, pro anima domini mei* Willelmi *regis* Anglorum, *& dominæ meæ* Matildis *reginæ; necnon pro domino meo rege* Willelmo, *eorum filio, & pro heredibus eorum regibus* Anglorum, *& pro domino meo* Hugone Cestrensi *comite, & pro animabus omnium parentū meorum, & pro memetipso &* Emma *de* Port *uxore mea, &* Alano de Perci *filio nostro, & pro heredibus nostris, videlicet, villas de* Whyteby, *&* Stainsker, *&* Neuham, *&* Stachesby, *cum omnibus pertinentiis eorum, & portum maris de* Whyteby, *&* Hakanessam, *& ecclesiam sancti* Mariæ *ejusdem villæ, & ecclesiam sancti* Petri *cum omnibus pertinentiis suis, ut pure dicti monachi, de* Whyteby *in pace sint, & orent pro animabus prænominatis; &* Northfeld, *&* Sudfeld, Everlaye, *&* Brokesay, *&* Torneslaye, *cum omnibus ad easdem villas pertinentibus, in* Upeleya *francigenam decimam annonæ hallæ. In* Wyltona *similiter. In* Chevermunt *similiter.* Ibid. fol. 8.

In

in Ludesort *similiter*; *in* Covenham *similiter*; *in* Emmungham *in* Lindesaya; *& decimam annonæ halla*; *in* Sumerledeby *similiter*; *in* Hasmare *in* Everwychesire *similiter*; *& in* Crogum *dimidium piscium*; *& forestas & pasturas, & omnia nemora cum aquis & stagnis ad prædictam ecclesiam de* Wytheby *pertinentibus. Hac autem omnia dedi Deo & sancto* Petro, *& sanctæ* Hildæ *abbatissæ, & monachis de* Wytheby *Deo servientibus in elemosinam perpetuam ita liberè quietè, ac solutè, ex omni exactione & consuetudine seculari: & ego & heredes mei prædictam elemosinam defendemus & adquietabimus ab omni consuetudine & servitio. Huic dono affuerant testes & concessores* Thomas *archiepiscopus de* Eboraco, Emma *de* Port *uxor mea*, Alanus, Walterus, *&* Willielmus, *filii mei*, Ernaldus *de* Perci. Gilbertus Adelardi *filius*, Warinus, Richardus, Fulcho *filius* Rayfridi, Alfridus, Gosfridus, Urseli *filius.*

Carta Hugonis *comitis* Cestriæ.

Ibid. fol 7. HUgo Cestrensis *comes* Thomæ *Archiepiscopo* Eborum, *&* Willielmo *de* Perci, *&* H. *vicecomiti, atque præpositis & ministris meis, & omnibus fidelibus salutem. Sciatis me concessisse* Renfrido *priori & conventui ejus, ecclesiam sancti* Petri Whitbyensis, *& omnia quæ ad eam pertinent*; *Ipsique prædictæ ecclesiæ dedi ecclesiam de* Flesmesburgh *cum omnibus decimis*, Francigenis, *&* Anglicis *in elemosinam perpetuam. Teste* Alano *comite*; *&* Radulpho Paganello, *&* Eschetillo *de* Bulmer, *&* Roberto *de* Bruis, *&* Gisleberto Adelardi *filio*, *& aliis.*

Cart. de an. 5. R. 1 m 6 R *Ex archiepiscopis (&c.) Inspeximus cartam quam* Johannes *quondam rex* Angliæ *progenitor noster fecit præfatis abbati & monachis in hac verba.* Johannes *Dei gratia rex* Angliæ (*&c.*) *Sciatis nos reddidisse, & concessisse, & præsenti carta confirmasse, Deo & ecclesiæ sancti* Petri, *& sanctæ* Hildæ *de* Whitby, *&* Petro *abbati, & successoribus suis & monachis ibidem Deo servientibus imperpetuum, omnes cervos & cervas, & porcos de forestis suis, constitutis infra metas in carta regis* H. *avi patris nostri, & in carta regis* H. *patris nostri determinatas, quas idem rex* H. *avus patris nostri sibi afforestaverat. Quare volumus & præcipimus quod abbas & monachi de* Whitby *omnia nemora sua & pasturas suas imperpetuum teneant ita liberè & quietè & honorificè, ut nullus de ministris nostris se intromittat de nemoribus, & pasturis eorum, nec disturbet eos facere proficuum suum de nemoribus & pasturis eorum. Concedimus etiam & confirmamus prædictæ ecclesiæ sancti* Petri *& sanctæ* Hildæ *de* Whitby, *& monachis ibidem Deo servientibus omnes terras forestas & pasturas quas* Willielmus *de* Percy, *&* Alanus *filius ejus, fundatores illius abbatiæ, dederunt in elemosinam per omnes metas, sicut habetur in carta* Alani *de* Percy, *videlicet. à portu* Wytebyensi *totam marinam usque* Blawyc, *& inde usque* Grendic, *& in longum* Grenedic *& inde usque* Swinestrotschagh, *& inde usque* Thornelay, *& totam* Thornelay, *& usque* Birkelac, *&* Copkeldebyrc, *& inde in longum per cilium usque ultra* Theofnesdikes, *& usque* Steincrossegate, *quæ est prope villam de* Suffeld, *& usque* Cretes houesd, *& usque* Elfcroft *&* Mosam, *& usque dimidium* Mosæ, *& inde usque* Derewent, *& dimid.* Derewent *in longum, usque ubi erumpit* Derewent, *& usque* Lillacros, *& usque* Stogeneshoghes, *& usque* Silehou, *& usque* Lichebec, *& sicut* Lichebec *cadit in aquam de* Esk, *& dimid* Esk *in longum, & sicut aqua de* Brochelebec *cadit in* Esk; *& de* Brochelebec, *in longum, usque* Swarthontheferos, *& usque* Horsecroft, *& usque* Thordisa, *& usque in mare, & per marinam ad* Whitheby. *Quare volumus, & firmiter præcipimus, quod ipsi omnia prædicta habeant integrè & plenariè libera, quieta, & soluta ab omnibus quæ ad forestam vel ad forestarios pertinent, cum omnibus bestiis silvestribus, & omnimoda venatione, ita quod nullus de ministris nostris se inde intromittat, nec disturbet eos facere inde proficuum suum. Et prohibemus super forisfacturam nostram ne quis venetur infra metas prædictas nisi de licentia eorum, nec in aliquo veniat contra hanc cartam nostram. Testibus* G. filio Petri *comite* Essexiæ. R. *comite* Leyc. Willielmo Briwerre, Hugone *de* Nevill, Simone *de* Pateshull, Hugone *de* Chaucumbe. *Datum per manum* Simonis *Prepositi* Beverlaci, *& Archid.* Wellensis *apud* Eboracum *primo die Marcii anno regni nostri quinto.*

Adhuc ex Registro de Whitby fol. 139. b. NOtum sit omnibus Deo & sanctæ *Hildæ* abbatissæ seruientibus in loco qui olim Streoneshale vocabatur, deinde Pzestebi appellabatur, nunc verò Witebi vocatur; quod *Willielmus* de *Perci*, cognomento *Algernus*, tempore *Willielmi Bastard*, regis *Anglorum*, ibi fundavit monasterium in honore sancti *Petri* apostoli & sanctæ *Hildæ* abbatissæ, atque *Reinfrido* monacho de Evesham, cum sociis suis quos sibi adquisiverat, ipsum locum commendavit, & primò duas carucatas terræ in Pzestebi illi tradidit: deinde, crescente numero monachorum, cum *Serlo* de *Perci* fratet prædicti *Willielmi* de *Perci*, ibi monachus fuisset effectus, villas, terras, ecclesias, & decimas, eis in perpetuam elemosinam dedit, concedentibus & confirmantibus nobilissima *Emma* de *Port* uxore ejus, cum *Alano* de *Perci* filio eorum. Nam prædictus *Reinfridus*, cum esset miles strenuissimus, in obsequio domini sui *Willielmi Bastard*, regis *Anglorum*, cum per provinciam *Northanymbrorum* transiret, divertit ad præfatum locum Streoneshale: cum verò cognovisset quod sanctus ille locus à crudelissimis piratis, *Ingwar*, & *Ubba*, ducibus *Alariorum* & *Danorum*, cum præfata provincia *Northanymbrorum* feroci depopulatione esset devastata, à quibus etiam rex sanctus *Edmundus* decollatus est, ac deinceps per ducentos & eo amplius annos vacabat religio monachorum & sanctimonialium in eodem loco, compunctus est corde. Deinde in provincia *Merciorum*, apud Evesham monachus factus est & monasticis disciplinis benè instructus, divino instinctu, cum *Aldwino* Priore de Winchecumbe, & *Elwino* monacho regressus est in provinciam *Northanymbrorum* ad suscitandam monachicam religionem: venitque ad *Willielmum* de *Perci*, & ab eo honorificè susceptus est. Dedit autem

illi strenuissimus prædictus *Willielmus* de *Perci* antiquum monasterium sancti *Petri* Apostoli, cum duabus carucatis terræ in Pzestebi, in elemosynam perpetuam. Erant enim tunc temporis in eadem villa, ut antiqui patriotæ nobis retulerunt, monasteria vel oratoria penè quadraginta, tantum parietes & altaria vacua & discooperta remanserant, post destructionem exercitus piratarum. Suscepto ergo *Reinfridus* monasterio, ad inhabitandum vel regendum, cepit regulariter conversari cum sociis suis in humilitate, patientia, paupertate, & caritate, exemplum omnibus tribuens ad benè agendum, & ad Deo serviendum: ita ut infra breve tempus prudentissimos viros ad monachicum habitum suscipiendum socios sibi aggregaverit. Transactis igitur plurimis annorum curriculis, cumque causa monasterii sui iter ageret, venit ad Dzmesbzigge, ubi artifices faciebant pontem trans *Darwentam*, & desiliens equo ut illos adjuvaret incautè, lignum super ipsum cecidit, & confracto cerebro, mox extremum exalavit spiritum, cujus corpusculum perductum est ad Hachanos, sepultumque in cimiterio sancti *Petri* apostoli in medio parietis orientalis contra altare. Post obitum verò Deo dilecti *Reinfridi* prioris, *Serlo* frater *Willielmi de Perci*, officium ejus susceptus, in eo permansit donec dominus *Willielmus*, nepos eorum, abbas de Witebi effectus est. Deniq; nobilissimus *Willielmus* de *Perci Jerosolimam* petens, apud locum qui vocatur *Mons gaudii*, qui est in provincia *Jerosolymitana*, migravit ad dominum, ibique à suis honorificè sepultus est. Itaque omnes terras, possessiones, forestas, ecclesias, decimas, & libertates, quas sæpe nominatus idem *Willielmus* de *Perci*, cum *Alano* de *Perci* filio suo, monasterio de Witebi dederat, inprimis, nec non in ultimis temporibus suis, antequam *Jerosolymam* peteret, vel quique fideles monasterio nostro de Witebi dederunt, vel concesserunt in elemosynam perpetuam, ad monumentum hic breviter annotabimus. Villam & portum maris de Witebi, Overbi, & Nethrebi, id est, Stenisecher, Thingwala, Letrpel, Helrevale, Cnip, id est, Hauchesgard, Nozmanebi, Fielingham. & aliam Fielingham, Bertwait, Setwait, Snetune, Hugelbardbi, Sourebi, Risewarp, Newham, Stacheobi, Baldebi, Brecceha, Floze, Dunescleia, heremitoria de Cschedale, & de Hulegrif, forestas quæ pertinent ad ecclesiam de Witebi, ecclesiam sanctæ *Mariæ* ejusdem villæ, cum sex capellis, & appendiciis ejus, Aggemilne, Kocchemmue, molendinum de Risewarp, novum molendinum de Fielinga, villam de Hachanesse, & duo molendina, & ecclesiam sanctæ *Mariæ* ejusdem villæ, ecclesiam sancti *Petri* ubi monachi nostri Deo servierunt, obierunt, & sepulti sunt, Dales, Overlai, Bzoccheslei, Nozthfeld, sine Danegeld, & Silfhou, Suthfeld, & vaccharias de Stoupe, & totam Cattelei & de Thozntei, & de Resebec, & de Bilroche, in Uplium duas partes decimæ bladi de dominio, & de Witiltune, de Semara, de Nasretune, in *Lindesseia* similiter de Immingheham, de Sumerledebi, de Stantune, de Capzimonte, de Ludefozd, de Cschintune, de Saletozp, de Covenham, & Aulnebi, dimidium piscariæ de Hergum. Ex dono *Emmæ* de *Port* habemus unam mansuram in Usegate, & duas carucatas terræ, unam Pylleham, & alteram in Smeleswelle. Ex dono *Richardi* de *Percy*, de *Dunesleia*, filii *Willielmi* de *Percy* Otlofgernuns duas partes decimæ bladi de dominio de Stachestun. Similiter in Boitozp, ex dono *Hugonis* de *Boytorp*, & uxoris suæ *Aaliza* de *Percy*, neptis *Willielmi* de *Percy*, & *Serlonis* prioris. Ex dono *Walteri* de *Perci* de Rugemund, duas carucatas terræ in Newetune. Ex dono *Alani* de *Perci le Meschin*, duas carucatas terræ, unam in Petune juxta Rochesburc, & alteram in Dreneham. Ex dono *Willielmi* de *Perci*, filii *Alani* de *Perci* advocati nostri ecclesiam de *Semara*.

Ex dono *Alani Bucell*, filii prædictæ *Aalizæ*, neptis *Willielmi* de *Perci*, & *Serlonis* prioris, ecclesiam de *Hotune* in Pichernigelite. Ex dono *Ace* filii *Wimundi* de *Lochintun*, nepotis *Willielmi* abbatis, dimidiam carucatam terræ in eadem villa de Potun, & duas bovatas terræ in Middletune. Ex dono *Fulconis* Dapiferi *Alani* de *Perci*, duas carucatas terræ in Thoulestune.

In Scartheburch habemus tres mansuras, unam ex dono *Mauricii* presbyteri; alteram ex dono *Richardi* presbyteri de Baitone; tertiam ex dono *Roberti* filii *Aschetini* capellani, & duas bovatas terræ in Kilverdebi. Ex dono Uctredi filii *Thorkil* de Cliveland, duas carucatas terræ in Bzimstone, sine *Danegeld*, & molendinum ejusdem villæ. Ex dono *Uctredi* filii *Cospatricii* duas carucatas terræ in Baitun. Ex dono *Torfini* de Alverstain, filii prædicti *Uctredi*, duas bovatas terræ in eadem villa. Ex dono *Pagani* de Wicham dimidiam carucatam terræ in Wicham, & duas partes decimæ bladi de dominio ejusdem villæ. Ex concessu & pacto *Wikemanni* prioris, & conventus de *Bredlintonia*, decimam piscium piscatorum de Fivelei, cum portum *Witebiensem* intraverint. Eodem verò modo piscatores de Witebi decimam dabunt in Fivelei. Ex dono *Willielmi Berdolf*, & *Walteri* filii ejus, unam mansuram in Farmanebi. Ex dono primi *Durandi* de Buttrewic unam carucatam terræ in Butterwic, & duas bovatas terræ in Scamestone, & unum molendinum. Ex dono *Roberti* de *Perci*, filii *Pichot* de *Perci*, ecclesiam de Suttun. Ex dono strenuissimi militis *Alani* de *Munceus*, & *Ingeranni* filii ejus, ecclesiam de *Berneslona*. Ex dono *Roberti Thalun* unam mansuram in Belc.

Ex dono *Willielmi* comitis *Albamarlia*, dimidiam marcam argenti, quam reddit annuatim *Willielmus* filius *Seir* de terra sua de Newetun in Holderneste. Ex dono *Hugonis Malet*, & *Margaretæ* matris suæ, totum dominium suum de Rothewelle.

Ex dono *Walteri* de *Canci*, & *Anfridi* filii ejus, ecclesiam de Scerpinbec, & in eadem villa quinquaginta acras terræ. Ex adquisitione domini *Martini* monachi dimidiam carucatam terræ, & triginta acras terræ in eadem villa. Ex dono *Willielmi* de *la Fubble*, duas bovatas terræ, & triginta acras terræ ad pontem belli. Ex dono *Willielmi Hai*, & *Roberti Chamberd*, ecclesiam de Slingebi. Ex dono *Rogerii* abbatis & conventus de Cvesham, ecclesiam de Yunteindune juxta *Eboracum*, unde dabimus annuatim decem solidos ecclesiæ de Cvesham. Ex dono *Willielmi* regis *Ruffi*, filii *Willielmi*

mi Bastard, regis *Anglorum*, in *Eboraco*, ecclesiam omnium sanctorum de Fisshergate cum omnibus pertinentiis suis, quam dederat *Serloni* priori. & monasterio de Witebi, in elemosinam perpetuam; ea pactione, ut ibi monachi prædictæ ecclesiæ Deo servirent, & pro eo orarent & pro hæredibus suis. Ex dono domini *Gernegots* tres mansuras ibidem, scilicet in Fisshergate, quas habent *Willielmus* filius *Odonis*, & *Leising*, & *Hugo Clericus* de Bzantspade. Et *Walterus le Teler* unam mansuram. *Arnoldus* unam mansuram. *Siwardus* duas mansuras. *Hugo* filius *Audoeni*, unam mansuram quæ fuit *Wulfbet* fabri. *Willielmus Brunt* unam mansuram. *Henricus* frater *Willielmi*, de eodem Fischergate, unam mansuram. *Henricus le Corviser*, unam mansuram. *Gocelinus* de *Araci*, unam mansuram. *Odo clericus* unam mansuram. *Benedictus Clericus* unam mansuram. *Gamellus Burrigan* unam mansuram. Ex dono *Audoeni*, unam mansuram in Walmesgate, quam tenet *Hugo* filius ejus. Ex dono *Rogerii* de *Mubrai*, unam mansuram ad pontem Fosse, in elcambuim propter Hod quam tenet *Richardus* faber.

Ex dono *Lewini Farthem* habemus unam mansuram in Werse, quam tenet *Walterus Farthem*. Ex dono *Emmæ* de *Port*, unam mansuram in Usegate, quam habet *Thomas* filius Ulfhet. Ex dono *Johannis* Lardirarii regis, unam mansuram quam tenet *Johannes Clericus*, filius ejus, in eodem vico. Ex dono *Godefridi* & *Turgisii*, habemus duas mansuras in eodem Usegate, quas tenuerunt de nobis *Orm* & *Audoenus*, & nunc tenet *Hugo* filius ejus. Ex dono *Ganfridi*, filii prædicti *Audoeni*, habemus terram quandam & edificia quæ tenet *Hugo* frater ejus. Ex dono domini *Gernegoti*, unam mansuram habemus in Steingate, quam habet *Hugo* filius *Willielmi* filii *Toslini*. Ex dono *Paganæ* matris prædicti *Willielmi*, unam mansuram juxta ecclesiam sancti *Wilfridi*, in Bleikestrete, quam tenet *Ulfredus Malherbe*. Ex dono *Arnegrim*, unam mansuram in Scelvergate, quam habuit *Thomas Lolle*. Ex vendicione *Reginaldi le Poer* habemus totam terram suam, & totum jus suum, scilicet tres mansuras in Scelvergate, & sex bovatas terræ, & quoddam pratum in Mozp, quæ tenet *Osbertus Bustard*. Et unam mansuram super ripam fluminis *Use* ubi ipse *Reginaldus le Poer* manebat, quam tenuit de nobis *Willielmus Clericus* de Stokesley. Ipse verò *Reginaldus le Poer* terram illam cum hærede suo abjuravit, & quietè clamavit, tradiditque in manu domini sui *Rogerii* de *Mubrai*, & ipse illam dedit & concessit & confirmavit Deo, & sancto *Petro*, & sanctæ *Hildæ* monachisque nostris de Witebi, in elemosinam perpetuam.

Ex dono *Torfini* de *Alvertain*, filii *Ulfredi*, filii *Cospatric*, ecclesiam de Crossebi Ravenswart, cum duabus carucatis terræ, & aliis pertinenciis suis. Et centum quadraginta acras terræ in eadem villa. Ex dono *Adam* filii *Viel* ecclesiam de Kirchebi, & ecclesiam de Englebi, & molendinum ejusdem villæ. Ex dono *Roberti* primi & *Stephani* del *Mauul*, ecclesiam de Hatun, de Cliveland, cum omnibus appendiciis suis, scilicet *Capella* de Neutun sub Otneberch, & Mozp & parva Hatun. Ex dono *Roberti* de *Brus*, ecclesiam sanctæ *Hildæ*, abbatissæ de Widlesburgh, & unam carucatam terræ in eadem villa, & duas carucatas, & duas bovatas terræ in Newham, quas donaverat Deo & sanctæ *Hildæ*, monasterioque de Witebi in elemosinam perpetuam, ea conventione, ut in Widlesburch monachi præfatæ ecclesiæ Deo sanctaque *Hildæ* servirent, quot locus honestè retinere posset, & pro eo orarent, & pro hæredibus suis, sicut carta illius testatur. Ex dono *Johannis Ingeram*, ut frater specialiter fieret ejusdem loci in orationibus, & elemosinis monachorum, duas *Thoftas* in eadem villa, & novem acras terræ in Bzigeflat dedit, & communem pasturam in Fittismersc. Similiter ex dono *Accelini* quatuor acras & dimidiam. Ex dono *Anfridi* unam acram terræ. Et ex dono *Rogerii*, filii ejus, tres acras terræ. Ex dono *Roberti Ramkil* tres acras & unam perchatam terræ. Ex dono *Henrici Males* quatuor acras terræ, & novem acras in quoddam elcambium. Ex dono *Willielmi* de Acclum & *Cecilie* matris suæ quatuor acras terræ. Ex dono *Rogerii Kusin* unam acram terræ. Ex dono *Rogerii* de Hartun, duas acras terræ in eadem villa. Ex dono *Willielmi* filii *Tosthum*, duas acras in Hartun. Ex dono *Williel.* de Thametun, duas acras terræ in Hartun. Ex dono *Roberti* de *Bains* unam acram in Dzmesbi. Ex dono *Roberti* de Clieveland unam acram & unam perchatam terræ in Dzmesbi. Ex dono *Warnerii* de Uppesale, duas acras terræ in Dzmesbi. Ex dono *Unfredi* de Hotun, & *Susannæ* uxoris suæ unam mansuram in Hotune. Ex dono *Roberti Fossard*, unam carucatam terræ in Roucebi; Ex dono *Roberti* de Argentune, duas bovatas terræ in Upplum. Ex dono *Roberti* de Livoztun, dimidiam carucatam terræ sine Danegeld, cum additamentis quas *Willielmus Decanus* nobis adquisivit. Ex dono *Walteri* de Argentun, & *Willielmi* de *Perci* de Dunestein, & *Aliziæ* matris suæ habemus duas bovatas terræ in Suthtoftus. Ex dono primi *Willielmi Wirsand* dimidiam carucatam terræ in Hilderwelle cum una mansura. Ex dono *Willielmi* de Ochetun, partem cujusdam mansuræ in eadem villa. Jam numeravimus omnes donationes quas præfati advocati nostri nobis dederunt in elemosinam perpetuam.

CERTESEIENSE
Cœnobium in comitatu Surregiæ.

Incipit prologus de fundatione domus Certesiæ.

Ex Registro abbatiæ de *Certesey* in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Vitellii*, A 13] 666.

ANno ab incarnatione domini DCLxvj. regnante glorioso rege *Anglorum Egberto*, fundata est domus Certesiæ à *Frithuualdo*; & à venerando patre *Erkenuualdo*, cujus vita & conversatio legitur tam fuisse sanctissima ut in interiore homine divitias gloriæ cœlestis perscrutatus,

ſcrutatus caduca & ſecularia cuncta poſt poneret. Habebat autem germanam *Æthelburgam* nomine, quam ita diſciplinis cœleſtibus inflammaverat, ut ipſa virgo & vita, & moribus, & converſatione ſanctiſſima Deo per omnia placere ſatageret. Renunciatis igitur pompis ſecularibus gloriæ cœleſtis amore, terrenam dignitatē & ampla patrimonia in divinam & eccleſialticam hæreditatem tranſtulere. Unde unico affectu amborum ipſe inclitus frater, ſcilicet *Erkenualdus* ante pontificium ſuum primitivus conditor emicuit duorum illuſtrium cœnobiorum & utrumque, ſuum videlicet ac ſororis, divina familia & rerum copia ac regulari ſtabilivit diſciplina: ſuum in regione *Surregie* ſuper flumen Thamiſe in loco qui dicitur Certeſeya, id eſt, *Cirotis Inſula*, celeberrimè adhuc ſuis floret plantationibus, ubi ipſe pater monachorum converſatione ſanctiſſima perluxit primus: *Aethelburga* verò in *orientalium Saxonum* provincia in loco qui appellatur *Berkinga*, in quo & ipſa benigniſſima parens ſacro contubernio virginum perfulſit prima, & uterque monaſterialium animarum primitias obtulerunt ad ſydera.

Explicit prologus.

Carta fundationis Abbatiæ de Certeſia.

IN nomine Domini ſalvatoris Jeſu Chriſti, hanc donationem ego *Frithenualdus* juris mei ad libertatem uniuſcujuſque rei concedo. Quotienſcunque aliqua pro opere pietatis membris Chriſti impendimus, noſtræ animæ prodeſſe credimus, quia ſua illi reddimus,& noſtra non largimur. Qua de re ego *Frithwaldus* provinciæ *Surrianorum* ſubregulus regis *Wlfarii Merciaorum*, propria voluntate, ſana mente, integróque concilio, à præſente die dono, concedo,transfero,& de meo jure in tuam tranſcribo terram, ad augendū monaſterium,quod primo ſub rege *Egberto* conſtructum eſt, manentium ducentos ad roborandū idem monaſterium quod nuncupatur Cirotesege,& quinque manſas in loco qui dicitur Thorpe. Non ſolùm terram do, ſed confirmo & meipſum & unicum filium meum in obedientiam *Erkenwaldi* abbatis trado. Et eſt terra intra totum conjuncta manentium trecentorum. Et inſuper juxta flumen quod vocatur Thamis tota conjuncta ſimul ripariæ fluminis uſque ad terminum qui dicitur antiqua foſſa, id eſt Fullingadich. In alia parte iterum ejuſdem fluminis ripæ uſque ad terminum alterius provinciæ quæ appellatur Sunninges. Eſt tamen de eadem terra pars ſemota manentium decem juxta portum *Londonia*, ubi naves applicant ſuper idem flumen in meridiana parte juxta viam publicam. Sunt tamen diverſa nomina de ipſa eadem terra ſupradicta, ſcil. Sirotesegt, Thorp, Egeham, Cheleham, Getinges, Huleſes, Wodeham, Hunewaldeſham. Uſque ad terminum ſupradictum dono tibi *Erkenwaldo*, & ad monaſterium conſtruendum, & confirmo ut tam tu, quàm poſteri tui, pro animæ meæ remedio intercedere debeatis, cum campis, ſilvis, pratis, paſcuis, & fluminibus & omnibus aliis rebus ad monaſterium ſancti *Petri* apoſtolorum principis de Cerotesege ritè pertinentibus. Omnia igitur in circuitu ad prædictum monaſterium pertinentia, quemadmodum à me donata ſunt, & conceſſa & confirmata, teneatis & poſſideatis, & quodcunque volueritis de eiſdem terris facere tam tu, quàm poſteri tui liberam licentiam habeatis; nunquam me ullo tempore, hæredéque meo contra hanc donationis meæ cartulam eſſe venturis. Quod ſi quis contra hanc donationem meam & confirmationem venire temptaverit, ſit hîc ſeperatus ab omni ſocietate Chriſtiana, & à cœleſtis regni partieipatione privetur. Et ut hæc cartula donationis meæ & confirmationis ſit firma, ſtabilis, & inconcuſſa, teſtes ut ſubſcriberent rogavi quorum nomina infra ſunt annexa. Et ego *Frithenualdus* qui donator ſum,unà cum *Erkenualdo* abbate ſignum ſanctæ crucis ✠ pro ignorantia literarum expreſſi. Ignorantia literarum. Signum manus *Frithuriri* teſtis ✠. Signum manus *Ebbi* teſtis ✠. Signum manus *Egualdi* teſtis ✠. Signum manus *Baduualdi* teſtis ✠. Signum manus *Ceaddi* teſtis ✠. Similiter *Humfridus* epiſcopus rogatus ab abbate *Erkenualde* manu propria ſubſcripſit ✠. Et iſti ſunt ſubreguli qui omnes ſub ſigno ſuo ſubſcripſerunt. Signum manus *Frithuualdi* teſtis ✠. Signum manus *Oſrici* teſtis ✠. Signum manus *Wigherdi* teſtis ✠. Signum manus *Ethelualdi* teſtis ✠. Et ut firma ſit hæc donatio, & confirmatio ſtabilis, à *Wlfario* rege *Merciaorum* confirmata eſt hæc cartula: nam & ſuper altare poſuit manum ſuam in villa quæ vocatur Thamu, & manu ſuâ ſigno ſanctæ crucis ſubſcripſit ✠. Acta ſunt hæc juxta villam *Frithuualdi* juxta ſupradictam foſſatam Fullingadich, circa kalendas Marcias.

Limites terrarum ad Abbatiam de Certeſcia *ſpectantium, Saxonicè deſcripti.*

Ibid.

Dir ir þare ninen hiða boc to Cerotesege ⁊ to þorpe þe Friþepolo king ýbehte Criſte ⁊ ſeinte Petre ⁊ Erkenuuolde Abbude to fullen friedome þurg alle þing rua ſe þe londemene hit bicluppeþ þe on þiſſer bok ipprite biez ⁊

Dir ir þe lande gemene to Cerotesege ⁊ to Dorpe. þat ir erert on patemuþe up ende longe paie to paigebruzze. of paigebruzze innan þe aelile muleoich. muðeuuerðe of þere oich on þere ealde hereſtraet. and-lange ſtraete on þoburne-bruzze. ⁊-lange burne on þane grete piþig. of þan grete piþig endlong burne in þane pol buue Croſtorð. of þeſ poles heuede on gerigte to þane Ellene. of þane Ellene on gerigte a beperſtuualen on þe here-ſtrate. and-lang ſtrate to Curtenſtapele. of Curtenſtapele eandlonge ſtrate to þene hore þorne. of þane þorne to eccan thuue. of eccan ðreouue to ðen ðrem burghen. of þan þrim beorghen in to þe rihtpan. of ðan riþen into Merchebroke. of Merchebroke on Exlaeresburnen. of Exlaeresburne to ðene hare mapelðupe. of ðene hore mapelðupe to ðen ðrum ðreouuen. of ðam ðrem ðreopen andlange Depenbroker on gerihte to pealagate. of pealagate on ſhipen pol. of ſhipenpole on Fulanbroc. of Fulenbroke to ðan blake piþig. of ðan blaken piþig on gerihte to uuealer huþe ⁊-lange Temere on oþere halue Mixtenhames in ðere ea

betweone

betweone burghege ⁊ Mixtenham and-lang þer weteres to Netelÿge. of ðat ege ⁊-lang Temere abuten Oxelake. forþ and-lang Temere to Boreresburghe. and swa forþ endlange Temere to hamen ege. ⁊ swa forþ endlange stremes be norþen hamenÿge. and swa forþ and-lange Temere be haelsen strememes eft on paimuþe?

Þus seale sÿnden þere ÿgetta þe ligged into Cherteresÿe. and to þorpe. þat sÿnden vlij. leasses and manen. and vij. werbaere þa sÿnden ealle betweonon sealesbuþe and paimuþe?

An oþer landimere me shal unde her ertes paro þat þas igon albuten bi Ælfredes þe fire kinges daie to Cherteres?

Þis be þe land mere of þe uirtene hide lond in Egeham?

✠ MUltis itaque vitiorum prestigiis mentes humanas incentor fraudulenter perjugulando deludit, nunc inquam promissis quasi prolixioris vitæ stadiis decipit, nunc rebus migrantibus pervicaciter quasi necessarius inlicit. Interea etiam stigia inferni supplicia, tamquam levia & transitoria suggerit, quatenus miserorum corda in cupiditate lasciviaque enerent * dissolvat secumque cabeata ad tartara ducat. Sed sancti viri præsago spiritu bestiales præcognoscentes insidias, scuto bonæ voluntatis coronati, quicquid in semetipsis terrenum sentiunt indesinenter adq; naviter operibus sanctis exauriunt, unde discoriatis corã Christo Jhesu meritis rutilantes simillima Titanei fulgoris luce præsententur. De quorum præconio tuba sanctæ Scripturæ rebohans, inter alia testimonia propensiùs intelligenda nostris hæc geminis auribus resultando profudit: *Beati quorũ vestimenta alba sunt in conspectu Domini.* & alibi: *Justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.* Hujus ergo dominici conspectus & pater in amore regni perfusus, unde nobis victus restat sine dubio certus, de victuque dominus dixit, *beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Ego *Eadred* rex divina gratia totius *Albionis* monarchus, & primicerius, Christo regi meo in throno regni perennis perpetualiter subthronizato, & concessis mihi ab eodem labilium gazis rerum accepti tirocinii, quarto mei terrestris regni anno ad templum suo incomprehensibili dedicatum numini in urbe *Dorobernia*, *Odone* archiepiscopo metropolitanam cathedram præsidente, & regni cœlestis super arva *Britannica* claves præportante, monasterium *Raculfense* bis denis senisque estimatum cassatis, interiùs, exteriùsque cum omibus ad hoc rebus ritè pertinentibus, sive litorum, sive camporum, agrorum, saltuumvè, sicut inferius territoria promulgantur, humillimè atque devotissimè sincero corde in perpetuum jus, quandiu Christianitas vigeat, pro meis abluendis excessibus indeterminabiliter inpendo. Si quis autem, quod absit, tirannica fretus potestate, regalis, episcopalis, sive homo alicujus dignitatis, hoc decretum à Deo mihi conlatum infringere temptaverit, sive hujusce donationis à præfatâ ecclesiâ vel passum pedis segregaverit, nisi priùs hoc enorme scelus poenitendo deterserit, se sacrilegii culpam incurrisse, & à domino Jhesu Christo in perpetuum sine ullo subtractionis refocillatu dampnaturum persentiat. Hæc enim Singrapha anno dominicæ incarnationis DCCCCxlix. orthodoxorum scripta est 949.
unanimo consensu, quorum inferiùs nomina literaria qualitate distingui videntur.

✠ Ego *Eadred* rex, divina protegente gratia *Albionis* summam præsidens, agiæ crucis hanc cartulam notamine perstrinxi.

Ego *Odo* archiepiscopus, metropolitano præsidens gubernamine, hoc donum regia concessum munificentiâ signo crucis fixi.

Ego *Wulfstan* archiepisc. metroplitici honoris fastigio *Eboracensi* civitate suffultus, huic largitati crucem ascripsi.

Ego *Ælfheah*, episcopus *Wintanensis* ecclesiæ, hoc donum signo crucis confirmavi.

Ego *Æthelgar*, *Cridianensis* ecclesiæ præsul, hanc largitatem corroboravi.

Ego *Ælfric* episcopus, hujus donationis constipulator, signum crucis depinxi.

Ego *Wulfsige* episcopus, hujus largiflui muneris donum signo salubri adnotavi.

Ego *Theodred* episc. prodigam hanc impensionem patibuli confirmatu addidi.

Ego *Ælfred* episcopus, hoc, deo instigante, donum crucis Christi constipulatu munivi.

Ego *Birhtsige* episcopus, hujusce donationis corroborationem contuli.

✠ Ego *Cœnwald* episcopus consensum adhibui.

✠ Ego *Cynesige* episcopus unanimitatem præbui.

✠ Ego *Wlfhelm* episc. promissionem profudi.

✠ Ego *Eadhelm* abbas devotus in hoc præstiti.

✠ Ego *Osulf* dux consensi & humiliter astiti.

✠ Ego *Eadmund* dux libens consilio aderam.

✠ Ego *Athelstan* dux promto animo consensi.

✠ Ego *Eadgifu* regis genetrix præfati, animo hanc præfatam letabundo in Christo largitionem ob optabilem remunerationem concessam signi corrobo-

* *Lege*, inhærentia.

corroboratione salutiferi humillimè consignavi.

✠ Ego *Dunstan* indignus abbas, rege *Eadredo* imperante, hanc domino meo hæreditariam kartulam dictitando composui, & propriis digitorum articulis perscripsi.

✠ *His inquam limitibus hæc telluris particula circumgirari videtur.*

ꝼpeꝑt on noꝑð healꝼe ꝼðelꝼeꝑðeꝑ lon-
ðe. ꝼꝑa ꝼoꝑð beꝼanðe oð Noꝑðmuðan. to
Maeanbꝑoce. ðonne to æꝑnepeȝe. oꝼ æꝑne-
peȝe to Eanꝼlæðemuðan. oꝼ Eanꝼlæðemu-
þan on Meanc-ꝼleotermuþan. oꝼ Meanc-ꝼle-
teꝑmuþan eꝼt on Eanꝼleomuþan. ðonne on
eaꝼt healꝼe to mylenꝼleoteꝑmuþen oð
Suðtun. oꝼ Suðtun ano-lanȝ bꝑoceꝼ to
Hæðe mæꝑinȝe. ðonne on Suðhealꝼe oꝼ hæ-
ðe mæꝑinȝe to ꝼtoccum. oꝼ ꝼtoccum ꝛ-lonȝ
ꝼtꝑæte oð ꝼce Aȝuꝼtineꝼ meaꝼce. ꝼꝑom
ꝼce Aȝuꝼtineꝼ meaꝼce oð bꝑoc. ano lanȝ
bꝑoceꝼ oð ꝼtanbꝑycȝe. ꝼuð ꝼꝑom ꝼtan-
bꝑycȝe oð pipelinȝ. to Cꝑiꝛteꝼ cipican
ȝemæꝑe. ꝼꝑom Cꝑiꝛteꝼ cipican ȝemæꝑe oð
ealðan heȝe. on peꝑt healꝼ ealðan heȝe to
Feaxum. ðonne peꝑt ꝼꝑom Feaxum to cel-
ðan. to Cinȝeꝼ ȝemæꝑe. ꝼꝑom Cinȝeꝼ ȝemæꝑe
oð ȝata ȝehæȝȝe. ðonne ꝼienðan ꝼeoꝼeꝑ
ꝼꝑulinȝ binnan ea ðæꝼ lonðeꝼ þe ȝe-bẏꝑeð
into Raculꝼe. on Tenꝑt ꝼeoꝼeꝑ ꝼꝑulunȝ
ond an læꝼ on ꝼaꝑuðe ȝebẏꝑeð innto Ra-
culꝼe. ðonne ıꝼ ealleꝼ þæꝼ lanðeꝼ xxv. ꝼꝑulinȝ
ꝛ an ꝼꝑulinȝ on Ceolulꝼingtune ꝼuð be peal-
ða þæꝼe cipican to boteꝛ

Hoc est.

Primò, ab aquilone *Æthelferthi* terra; ita prorsum per arenam usque ad *Northmutham*[a], ad [*rivulum*] Meanbroce [*dictum:*] inde ad priscam viam; à priscâ viâ ad *Eansleda* ostium; ab *Eansleda* ostio ad *Mearcfleotam*[b], à *Mearcfleota* iterum ad *Eansleda* ostium. Ab oriente verò, ad molendinarii fluenti ostium usque ad *Suthtunam*[c], à *Suthtuna* per longitudinem rivuli ad *Hathemaringam*[d]. Ab austro verò, ab *Hathemaringa* ad stipites, à stipitibus per longitudinem viæ adusque sancti *Augustini* limitem; à sancti *Augustini* limite usque ad rivulum; per longitudinem rivuli usque ad pontem lapideum, austrum [*versus:*] à ponte lapideo usque ad *Wifelingam*[e], ad ecclesiæ Christi [*Cantuarienſis*] limitem; ab ecclesiæ Christi limite usque ad veterem sepem; ab occidente veteris sepis ad *Feaxum*. Tunc occidentem versus à *Feaxum* ad Celdan, ad regis limitem; à regis limite adusque portæ sepem. Sunt autem quatuor carucatæ terræ intra aquam quæ pertinent ad Raculfe. In *Thaneto* quatuor carucatæ [*terræ*] & unum pascuum in littore pertinent ad Raculfe. Sunt autem de totâ terrâ illâ xxv. carucatæ, & una carucata in *Ceolulfingtuna*[f], ex austro saltus, ad ecclesiam reparandam [*assignata.*]

a Ostium fluminis aquilonare

b Limitaris fluenti ostium.

c Australem villam.

d Portum celebrem, *fortè.*

e Curculionum locum, *fortè.*

f Ceolulfi villa.

ELIENSE *Cœnobium*

in agro Cantabrigiensi.

ANno Domini DCXXVII. beatus *Augustinus*, xj. anno adventus sui in *Angliam* ecclesiam construxit in Ely in honore beatæ *Mariæ* virginis in loco qui Cratendene dicitur, id est, *vallis crati*, miliario ab urbe qui nunc est distans, cujus operis rex *Ethelbertus*, fundator extitit, in quo ministros officium Dei complentes instituit, quos *Penda* regis exercitus inde postea fugavit, locumque in solitudinem commutavit, non erat in tota insula nisi tantùm una ecclesia à beato *Augustino* facta. Ex historia *Eliensi* ecclesiæ in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie *Neronis* A. 15]

Anno Domini DCLXXIII. virgo *Etheldreda* in Ely in loco eminentiori monasterium construxit prope fluentis alveum, & cœtum utriusque sexus sub monachili habitu congregavit, quibus ipsa prima facta fuit abbatissa à sancto *Wilfrido* antistite, & ita succedente tempore durabat sancta religio sub abbatissarum regimine CXCVII. annis usque dominicæ incarnationis DCCCLXX. in quo quidem anno ecclesia *Elyensis* à paganis combusta est. Ex ipsis autem clericis qui deprædati fuerant, post aliquot annos VIII. reversi sunt, verùm ipsis alii succedendo porticus ecclesiæ resarcientes archipresbyterum & præpositum inter se constituerunt. Et ita sub ipsorum naufragosa gubernatione fluctuans vacillabat ecclesia *Elyensis* C. annis. 673.

Anno incarnationis dominicæ nongentesimo LXX. regni glorioſi regis *Edgari* anno X. ex quo virgo *Etheldreda* fabricas illic incepit anno ccxevij. à devastatione monasterii C. beatus *Ethelwoldus*, *Wintoniæ* episcopus, facta conventione cum rege emit ab ipso ex integro totam adjacentem regionem prædictæ insulæ, & ipsam ecclesiam ab *Ingvar* destructam innovavit, presbyteros inde expulit monachosque introduxit, & virum religiosum nomine *Brythnodum* eis ordinavit abbatem. Prædictus abbas *Brithnodus* anno x. regiminis sui à regina *Elfritha* martyrizatus est. Floruit autem sancta religio sub sanctorum abbatum regimine CXXXIX. annis, abbatibus X. 970.

Anno Domini MCVIII. regni verò regis *Henrici* primi anno IX. facta est transmutatio abbaciæ in episcopatum per papam *Paschalem* anno pontificatus sui X. unde mansit & manet adhuc sub pastorali cura.

Anno Domini Mxx. tempore *Canuti* regis qui quartus à rege *Edgaro* regnabat, *Alwynus* episcopus *Elmamensis*, set prius monachus *Elyensis*, præcepto ipsius regis in Betrycheſwurðe primo monachorum catervam induxit, quosdam de Ely, quosdam de Holm ibi collocavit, anno *Elsini* abbatis *Elyensis* secundi xxxviij. & post introductionem monachorum in Ely per unum *Ethelwoldum* episcopum annis xlix. CCIxv.

Anna rex orientalium *Anglorum* filius *Eni* de de regio genere vir optimus nupsit *Hereswydæ* sorori sanctæ *Hyldæ* abbatissæ, ex quibus geniti sunt duo filii *Adulfus* & *Jurminus* & quatuor filiæ.

filiæ. Primogenita *Sexburga*, *Ethelberga*, *Etheldreda*, & *Wythburga*. Præfatus *Anna* occiditur à *Penda* rege *Merciorum* anno regni sui xix. ab incarnatione verò domini DCliv. & in loco qui **Elgeburth** nuncupatur sepelitur corpus ejus, ubi usque in presentem diem pia devotione fidelium veneratur. Illic etiam sepultus est *Jurminus* filius ejus, sed apud **Betrycheſwozð**, quod nunc sanctum *Edwardum* appellant, poſtea translatus est, & honorificè collocatus. Turbatis hujuscemodi rebus, *Hereſwytha* post interitum *Annæ* sponsi sui mundum despiciens apud *Gallias* peregrina in monasterium *Cale* secessit, illic regularibus subdita disciplinis coronam æternam expectabat. Prædicto igitur *Anna* mortuo, successit ei in regnum *Adelherus* frater ejus, in cujus tempore in loco qui dicitur *Wenne* monasterium construitur à sancto *Botulpho*. Præfatus rex interfectus est anno regni sui secundo ab exercitu *Osiry* regis *Northanimbrorum*, cui successit frater ejus tertius, nomine *Edelwoldus*, homo bonus ac verus Dei cultor juxta quod frater ejus *Anna* fuerat. Quo defuncto, successit ei in regnum *Adulfus* nepos ejus, filius *Annæ* fratris sui, cujus filia *Edburga* abbatissa in *Rependuna* famulo Dei *Guthlaco* sarcophagum plumbeum lintheumque transmisit, in quo idem vir Dei post obitum locaretur & circumdarerur. *Sexburga* nupsit *Ercomberto* regi *Cantiæ*, anno quinto regni patris sui, quibus nati sunt duo reges *Egbertus* & *Lotharius*, & duæ filiæ *Ermenilda* & *Erkengota*. *Sexburga* verò post obitum uiri sui, qui xxiv. annis imperium rexit, aliquandiu viriliter regno præfuit donec inpuberes annos *Egberti* filii sui in robur virilis ætatis reformaverat. Commendato ei demum imperio, vestem jocunditatis deposuit habitumque mœroris suscepit. Tandem apud *Schepeiam* in *Cancia* votum suum dirigit, ubi novum habitaculum virginibus sanctis quas sibi associaverat construxit, quæ etiam ab *Egberto* filio suo precio redemptas possessiones ecclesiæ adjecit, in qua lxxvij. discipularum sibi adjunxit collegium. Nocte autem quadam, cum sancta *Sexburga* sopori se dedisset, angelus Domini apparuit ei per visum, dicens, scias quod non post multos hos dies multis annis evolutis desertores Dei regnum hoc invadent diripiendum, invasumque oppriment & affligent. Quod tunc completa in se ferè tota *Anglia* est experta quando ab aquilone ruit tempestas super habitatores terræ; *Inguar* & *Ubba* navali certamini cum triumpho regnum ingressis & sæviente gladio cædem ecclesiæ Dei intentantibus generalem. Considerans itaque sancta *Sexburga* desolationem in regno futuram sicud ab angelo Dei acceperat, concepit affectum quod effectus prodidit, vitam videlicet pauperiorem arripere, & se sub alterius potestate redigere. Accessit ad filias suas eisque voluntatem suam ostendit, & *Ermenildam* filiam suam eis abbatissam præfecit.

Cum igitur cuncta quæ inchoaverat honestè complesset, & totius *Cancia* terciam partem ad usus ecclesiæ emptam in manus earum collocasset, accepta licentia & datis benedictionibus beata *Sexburga* discessit, nec sine dolore & fletu facta est inter illas lamentanda divisio. In principatu igitur virgineo beata *Ermenilda* remanente, gloriosa *Sexburga* in insulam *Elienſem* proficiscitur, ubi à sancta *Etheldreda* sorore sua tunc ibidem abbatissa excipitur, & cum triumpho introducitur, & post obitum beatæ *Etheldredæ* eidem in monasterii regimine successit, anno domini DCLXXIX. ubi sago & cilicio contenta strata mollia recusabat, juges orationibus dies, juges eciam continuabat noctes, balnearum usus tanquam seminaria venenata refugit. Tandem cum bonum certamen certasset, spiritumque suum in manum creatoris pridie nonas Julii commendasset, sepulta est condecenti loco post beatam sororem suam, ubi virtutum suarum merita florere non desinunt, semperque ejus præconia accipiunt incrementa, ut in libro gestorum illius enarratur. *Ermenilda* filia sanctæ *Sexburgæ* nupsit *Wlfero* regi *Merciorum* filio *Pendæ* regis, quibus nata est *Werburga* prefato *Wlphero* post xvij. annos ad æterna regna migranti. *Ermenilda* regina apud *Cantiam* in monasterio de *Schepeya* confugit, ubi genitrix sua *Sexburga* choris virginum præluxit, & sub ea habitum religionis susscepit. Tandem recedente beata *Sexburga* de *Schepeia* ipsam abbatissam ibidem præfecit, quæ successu temporis canonica electione *Sexburgæ* matri suæ apud **Ely** defunctæ in monasterium abbatissæ successit, ubi à cunctis dignè susscepta mater omnium est effecta. Quantæ verò sanctitatis & pietatis ipsa extiterit, vita ejus atque sua mors preciosa pleniùs attestantur. Transiit enim ab hoc seculo idus Februarii, & in *Elyenſi* cœnobio cum beata genetrice sua & virginali matertera sua *Etheldreda* tumulata quiescit. *Werburga* filia sanctæ *Ermenildæ* post mortem patris sui intravit monasterium S. *Etheldredæ* apud **Ely**, sicud legitur in vita sua priusquam mater sua idem monasterium intravit. Cujus sanctitatem cum rex *Ethelredus* pater suus comperisset, eam inde cepit, & principatum monasteriorum sanctimonialium quæ in regno suo pollebant ei tradidit. Sponsa igitur domini *Werburga* cum quibusdam ecclesiis præesset, post dilectæ genitricis suæ obitum jure prælationis eciam monasterium **Elye** susscepit. Cum ergo omni familiæ & monasteriis sibi creditis præ nimia caritate optaret adesse, & econtra nulli tolerabile videretur sua dulci præsentia carere, elegit cum divina præscientia & voluntate **Hehanburge** monasterio corpore requiescere. Quamobrem præcepit *Hehanburgenſi* familiæ, ut ubicumque migraret ex hac luce ipsi incunctanter venirent corpusque ejus ad monasterium suum portarent. Depositа itaque *Werburga* in cœnobio quod **Tryttengeham** appellatur, cujus depositio tercio nonas Februarii celebratur, nocte depositionis suæ supervenerunt *Hehanburgenſes*, & corpus ipsius de ecclesia **Tryttengham** rapiunt, & ad ecclesiam *Hehanburgenſium* cum ingenti lætitia deducunt & sepeliunt, & post ix annos corpus ejus integrum vestesque nitidissimæ apparuerunt. Tandem in *Ceſtram* ubi nunc requiescit translata est beata *Werburga*. In Anglico legitur quod *Sexburga* in ecclesia de *Schepeia* quam construxit, à *Theodoro* archiepiscopo velamen sanctitatis accepit, atque ibidem filia sua *Ermenilda* sub ea normam religionis spreto regni culmine postea sumpsit. Quæ dum iter apud **Ely** paraviſſet filiam suam *Werburgam* pro se in ministerio abbatissæ (sicut diu optaverat) constituit. *Erkengota* soror sanctæ

Ermenildæ

Ermenilda, ad exteras nationes & ad loca transmarina demigrans, sacros monasteriorum conventus peregrina circuit, & ad quoddam cœnobium in re-

sanctæ *Ebbæ* abbatissæ, quæ fuit amita regis *Egfridi* apud *Coludi*, accepto velamine sanctimonialis habitus ab antistite *Wilfrido*, ubi per anni spa-

virginis amorem,
onem patris sui ... voluntate parentum datur in conjugium. Cumque per duodecim annos matrimonii lege teneretur, noluit differre ulteriùs quod mente conceperat: vix à viro suo optenta licentia, virgo & regina intravit monasterium

... & delicendentis in latere montis infusa tanquam in calida cera nunc usque ostenduntur, ad laudem domini nostri Jesu Christi. In hoc enim facto si diligenter attendimus iiij. memoranda satis admiratione digna perpendere possumus Unum, quod misericorditer Deus illas ab oppressi-

filiæ. Primogenita *Sexburga*, *Ethelberga*, *Ethel-dreda*, & *Wythburga*. Præfatus *Anna* occiditur à *Penda* rege *Merciorum* anno regni sui xix. ab in-

rioſa *Sexburga* in inſulam *Elienſem* proficiſcitur, ubi à ſancta *Etheldreda* ſorore ſua tunc ibidem abbatiſſa excipitur, & cum triumpho introduci-

ſus eccleſiæ emptam in manus earum collocaſſet, accepta licentia & datis benedictionibus beata *Sexburga* diſceſſit, nec ſine dolore & fletu facta eſt inter illas lamentanda diviſio. In principatu igitur virgineo beata *Ermenilda* remanente, glo-

pit, atque ... *lda* ſub ea normam religionis ſpreto regni culmine poſtea ſumpſit. Quæ dum iter apud Ely paraviſſet filiam ſuam *Werburgam* pro ſe in miniſterio abbatiſſæ (ſicut diu optaverat) conſtituit. *Erkengota* ſoror ſanctæ

Ermenildæ

Ermenilda, ad exteras nationes & ad loca transmarina demigrans, sacros monasteriorum conventus peregrina circuit, & ad quoddam cœnobium in regione *Francorum* constructum in loco qui dicitur Brige devenit, ubi sub abbatissa vocabulo *Sara* Deo servivit usque ad finem vitæ suæ, & post ejus decessum sepultum est corpus ejus in ecclesia prothomartyris *Stephani*. *Ethelberga* secunda filia *Annæ* & *Hereswythæ*, dilectam perpetuæ virginitatis gloriam in magna corporis continentia servavit. Nam eo tempore, necdum multis monasteriis in regione *Anglorum* constructis, multi de *Britannia*, monachicæ conversationis gratiâ, *Francorum* vel *Galliarum* monasteria adire solebant, sed & filias suas ab eisdem erudiendas ac sponso celesti copulandas mittebant. Inter quas erat *Siderida* filia uxoris *Annæ* regis *Orientalium-Anglorum* ex alio viro procreata, & filia naturalis ejusdem regis *Ethelbergæ*, quarum utraque cum esset peregrina, pro merito virtutum in monasterio *Lingensi* abbatissa est constituta. Cum igitur beata *Ethelberga* diem ibi clausisset extremum, post vij. annos obitus sui corpus ejus ita intemeratum invenitur ut à carnalis concupiscentiæ corruptione erat immune, quod et à loco in quo priùs erat sepultum in ecclesiam beati *Stephani* est translatum, cujus videlicet natalis ibi solet cum magna gloria celebrari, die nonarum Juliarum. *Etheldreda* tertia soror apud *orientales Anglos* in loco famoso Cratynge nuncupato orta, ut *Beda* testatur, libro iiij. de gestis *Anglorum*, capitulo xvij. *Annæ* regis *orientalium Anglorum* extitit filia de matre vocabulo *Hereswyda*, quæ à *Tomberto* principe *Girviorum australium* postulatur in conjugium, cui licet invita à parentibus est desponsata biennio ante interfectionem *Annæ* patris sui, ab incarnatione Domini anno DClij. & ab eodem sponso suo cum quo firmè triennio sub jugo maritali vixit in virginali contuberino, insulam accepit in dotem secundùm *Bedam*, ubi priùs Elge à copia anguillarum quæ in eisdem paludibus capiuntur nomen accepit, quæ mutato nomine meliorando Ely nuncupatur, modo scilicet digna Dei domus cui nomen convenit ejus, vel sicut quidam dixerunt, Elge ex duobus verbis Ebraicis componitur, El enim dicitur Deus, ge terra, quod simul *Dei terra* sonat. Dignè quidem insula tali onomate signatur, quæ ab initio Christianitatis fidei in *Anglia* Dominum Jesum Christum mox credere cœpit & colere. *Tomberto* igitur defuncto, mox virgo *Etheldreda* ad propriam domum in Ely descendit, in sancta viduitate per quinquenium permanens, ubi vanos mundi honores fugiens, silentium semper & vitam prorsus ignobilem affectans (locus autem ille difficultate adeundi & arboribus hinc inde circumdatus, habens aquas de supercilio collis tenues sed irriguas) quasi in heremum habitare cœpit, & quos præcipuæ religionis noverat esse admodum in amicitiam sibi copulavit. Eodem verò tempore *Egfridus* in finibus aquilonis inter *Anglos* tenens imperium, inflammatur in virginis amorem, cui anno sexto post interfectionem patris sui unanimi voluntate parentum datur in conjugium. Cumque per duodecim annos matrimonii lege teneretur, noluit differre ulteriùs quod mente conceperat: vix à viro suo optenta licentia, virgo & regina intravit monasterium sanctæ *Ebbæ* abbatissæ, quæ fuit amita regis *Egfridi* apud *Coludi*, accepto velamine sanctimonialis habitus ab antistite *Wilfrido*, ubi per anni spacium didicit, *quia jugum Domini suave est & onus ejus leve*. Deinde rex *Egfridus* in matrimonium eam concupivit resumere, & instinctu suorum illam de monasterio conabatur eripere. Nec mora, ad monasterium ubi sancta virgo degebat festinanter ascendit. Quo audito, mater congregationis *Ebba* ex sola fuga præsidium fore suggerit, nec quiescendum donec ad domum suam in Ely perveniat.

Ipsa ob hoc gemens & anxia exit & fugit, & digressa jam ambitum loci cum duabus Dei ancillis, *Selbenna* & *Selbera*, collem eminentem qui prope Coldeburthesheved, quod latinè *caput Coldeburti* dicitur, adiit & ascendit, ubi Deus aquas multiplices effudit, & locum in quo sacræ virgines ascenderant aqua circumdedit, & sicut ab incolis loci illius accipitur, per vij. dies continuos sine cibo & potu in oratione consistentes eas occuluit, donec rex *Egfridus* qui nullum locum ipsas aggredi invenit, in stuporem versus de loco recessit & *Eboracum* rediit, *Ermenburgam*que sibi matrimonio copulavit. Nec deinceps sanctum *Wilfridum* affectu ut antea coluit, sed diu iram sub pectore tacito gessit contra illum, & expectata hora ob istjusmodi causam eum de sede suj episcopatus expulit, qui apud Ely cum beata *Etheldreda* morabatur, ubi tunc & quotienscumque necessitas poposcerat jura officii episcopalis administravit. Pulsus ab episcopatu *Wilfridus*, *Roman*que iturus, ubi navem ascendit flante favonio *Fresiam* est appulsus, ubi primus opus evangelicum cepit, & multa millia barbarorum ad fidem convertit, hyememque ibidem cum novâ Dei plebe feliciter exegit. Postea verò *Fresiam* reliquit, *Romam* adiit, ubi *Benedicti* papæ & plurimorum episcoporum judiciis absque crimine accusatus fuisse, episcopatuque dignus fuisse inventus est, *Britanniam* rediit, provinciam *sub-Saxonum* Christo credere fecit.

Wilfridus sanctis meritis & nomine dignus
Quindecies ternos postquam egit episcopus annos
Transit & gaudens cœlestia regna petivit
Attalbus multis per tempora longa periclis.

Sanctimoniales autem in rupis vertice degentes, cum sitis ariditate nimiùm æstuantes gravarentur; *Ebba* venerabilis abbatissa *Etheldredam* commonet Deum Christum exorare ut gustum aquæ præstet illis in hac sitis necessitate, qui de petra potavit populum suum in deserto, & fusa intentiùs ad Deum oratione cum summa mentis devotione, fons aquæ juxta eam confestim erupit lucidissimæ, atque ad preces ejus quod per naturam non habuit per gratiam Dei arida rupes aquas perfudit quæ in usum ipsarum sufficeret, nec necessitati deesset, & usque in ævum manare non cessat, unde potum sumentes Deo gratias egerunt & infirmis adhuc saluberrima præstat. Insuper memorabile & præ ceteris mirabile est quod vestigia pedum illius ascendentis & descendentis in latere montis infusa tanquam in calida cera nunc usque ostenduntur, ad laudem domini nostri Jesu Christi. In hoc enim facto si diligenter attendimus iiij. memoranda satis admiratione digna perpendere possumus. Unum, quod misericorditer Deus illas ab oppressi-

one regis protexit. Aliud, quod mare suas aquas ad earum munimentum tanquam pro muro effudit. Tercium, quod rupes aspera in siti earum aquas donavit. Quartum, quod duritia petræ velut suæ oblita naturæ more mutato ad tactum plantæ illius mollescere cœpit. Deinde beata *Etheldreda*, assumptis secum præfatis ancillis à loco atque provincia recessit, & ad flumen quod dicitur *Humbria* proveniens, cujus alveo lenis auræ pulsu transito, in portum **Wyntringham** prosperè est advecta, sed inde quasi stadiis decem ad viculum divertens in modum insulæ paludibus ferè circumdatum, **Alsham** nominatum, cum jam dictis puellis hospicium petiit & accepit. Ibique paucis diebus mansitatis, domino ecclesiam construxit. Inde beata *Etheldreda* iter arripuit, sed ex insolito labore nimiùm fatigata in loco umbraculi se collocavit, atque dormivit. Cumq; de sompno evigilata post paululum surrexisset, invenit baculum itineris sui, quem ad caput suum antea fixerat aridũ & diu inveteratum, jam viridi cortice accinctum frondu-isse ac folia produxisse. Crevit ergo lignum illud & facta est fraxinus maxima cunctarum arborum illius provinciæ, appellatusque est locus ille **Etheldre-destowe** usque in hodiernum diem: id latinè sonat, *pausatio Etheldredæ*. Facta est eciam illic ecclesia in honore beatæ virginis ad laudem domini nostri Jesu Christi qui mirabilis est in sanctis suis.

Interea, beata *Etheldreda* per innumera itinerum discrimina & labores diversos ad suam possessionem rediit in **Ely** cum ancillis suis, illicque cum debito honore susceptа, insulam possedit, quam *Huna* sacerdos secutus fuit, ibique monasterium habere desideravit memorata Christi famula secundùm *Bedam:* quoniam de eorundem *orientalium-Anglorum* ipsa originem duxit, sub qua nonnulli vivere decertabant & filias suas ab ea informandas tradiderunt. Inter quas *Werburga* filia *Ermenildæ* advenit & ab ea normam religionis accepit & didicit. Sed tunc temporis in insula non erat nisi una ecclesia à beato *Augustino*, *Anglorum* apostolo, facta apud *Cradandene*. In primitiva enim ecclesia nascentis fidei & Christianitatis beatus *Augustinus* ecclesiam ibi fabricavit in honore semper virginis *Mariæ*, anno ab incarnatione domini DCVII. adventus sui in *Angliam* anno xj. cujus operis rex *Ethelbrithus* primus fundator extitit. In quo mista Dei officium complentes instituit, quos *Penda* regis exercitus inde postea fugavit, locumque in solitudinem commutavit, & præfatam ecclesiam ad solum destruxit LXVII. annis antequam sancta *Etheldreda* fabricas incepit in **Ely**. Sed beata *Etheldreda* postquam illic mansionem elegit, prope fluentis alveum in loco eminentiori habitacula posuit, prædictamque ecclesiam renovare ac reformare summo opere curavit, & dum reædificata ut primitus in honore sanctæ Dei genitricis *Mariæ* fuit, innumerabilibus virtutibus Deo operante refulsit. Sicque solutis prioris fundamenti reliquiis nova omnia præparantur.

Ipsa siquidem beata *Etheldreda* post modicum, auxilio fratris sui *Adulfi* regis, majore inibi constructo monasterio, virginum Deo devotarum mater & virgo & exemplis vitæ cæpit esse & monitis, quarum usibus ex integro insulam constituit & per dilectum suum *Wilfridum Romæ*, nutu apostolico corroborandam destinavit. Qui ibidem à papa *Benedicto* privilegium super **Elge** monasterium accepit, quatenus auctoritate sancti *Petri* contra improborum irruptiones securiùs staret. Sed antequam de *Roma* rediit sancta *Etheldreda* de hoc seculo migravit. In cronicis verò *Latinis* & *Anglicis* habetur, quod anno ab incarnatione domini DCLXXIII. virgo *Etheldreda* fabricas incepit in **Ely** atque in brevi cœtum utriusque sexus Deum timentium sub tramite vitæ regularis collegit, sicut *Beda scripsit*, dicens, *In ejusdem Deo dicatæ virginis translatione omnem congregationem hinc fratrum illinc sororum psallentem circumstetisse sepulcrum ejus.* Unde intelligitur viros & mulieres in eodem simul monasterio cælibem actitare vitam atque in ecclesia diutius servatum ut ipsa statuerat, donec locum & patriam *Dani* vastaverunt, quod eciam apud *Coludi* & in multis *Anglorum* ecclesiis fuisse testatur historia *Anglorum* secundùm *Bedam*. Post annum ex quo ipsa velamen sanctimonialis habitus apud *Coludi* suscepit facta est abbatissa in **Ely**. Nec diu post discessum sanctæ *Etheldredæ* de *Coludi*, monasterium virginum quod apud *Coludi* situm fuerat, in quo habitum religionis susceperat per culpam incuriæ flammis consumptum est, quod tamen à malitia inhabitantium in eo, & præcipuè illorum qui majores esse videbantur, contigisse omnes qui noverunt facilè potuerunt advertere quod hic minimè præteritur. Sed non defuit puniendis ammonitio divinæ pietatis, qua correpti per jejunia fletus & preces iram à se ad instar *Ninivitarum* justi judicis averterent. Erat namque in eodem monasterio vir de genere *Scotorum*, *Adam Nanus* nomine, ducens vitam in continentia & orationibus multùm Deo devotam. Hic occupatus noctu vigiliis & psalmis, vidit subitò astare sibi quendam incogniti vultus, cujus præsentia cum esset exterritus, dixit illi ne timeret, & quasi familiari eum voce alloquens, bene facis inquit tempore nocturnæ quietis non sompno indulgere, sed vigiliis & orationibus insistere & sedulò Deum deprecari. Totum hoc monasterium ex ordine perlustrans modò singulorum lectos inspexi, & neminem præter te solum erga sanitatem animæ suæ occupatum reperi, sed prorsus omnes viri & feminæ, aut sompno torpent inerti, aut ad peccata vigilant. Virgines quoque Deo dicatæ contempta reverentia suæ professionis ad invicem sponsarum in periculum sui status adornant, aut externorum sibi virorum amicitiam comparant, unde merito loco huic & habitatoribus ejus de cœlo vindicta flammis sævientibus præparata est. Quod mox matri congregationis vocabulo *Ebba* quæ Deo dignam *Etheldredam* in religionem susceperat & in filiam adoptatam nutrierat atque docuerat, curavit indicare.

At illa de tali præsagio meritò turbata, dixit. *Quare non citius hoc compertum mihi revelare voluisti?* Qui respondet. Timui propter reverentiam tuam ne fortè nimiùm conturbareris. Sed tamen hanc consolationem habebis quod in diebus tuis hæc plaga non superveniet. Qua visione vulgata, loci illius accolæ aliquantulum paucis diebus timere & seipsos intermissis facinoribus castigare cæperunt: verùm post obitum ipsius abbatissæ redierunt

dierunt ad pristinas fordes, immo sceleratiora fecerunt. Et cum dicerent pax & securitas, extemplo præfatæ ultionis sunt pœna multati; proh dolor! concitè nimirum illis extiterat judicium e-

tectum. Facta est igitur hæc translatio, anno domini .... sub die kal. Novembris xvj. De loco autem in quo primo corpus ejus fuerat sepultum fons aquæ oritur lucidissimæ qui huc usque mana-

A D 870 Destructio Eccles.

nis sit similitudo, nullatenus valet aperiri nec qualibet arte dissolvi. Secundùm *Bedam* prædictum sarchofagum juxta muros civitatis de *Grantecestria* fuit repertum, de marmore albo pulcherrime factum, operculo quoque similis lapidis aptissimè

nos potuit ulrimere, per merita sanctæ *Etheldredæ* curati sunt. Quapropter te moneo magister ut ab illicitis inchoamentis cesses. Qui noluit à scelleratissimo conamine cessare. Sed convocavit quatuor juvenes ex clericali ordine quos conduxit in

one regis protexit. Aliud, quod mare suas aquas ad earum munimentum tanquam pro muro effudit. Tercium, quod rupes aspera in siti earum a-

per dilectum suum *Wilfridum Rome*, nutu apostolico corroborandam destinavit. Qui ibidem à papa *Benedicto* privilegium super Elge monaste-

Ipsa siquidem beata *Etheldreda* post modicum, auxilio fratris sui *Adulfi* regis, majore inibi constructo monasterio, virginum Deo devotarum mater & virgo & exemplis vitæ cæpit esse & monitis, quarum usibus ex integro insulam constituit & tamen hanc consolationem habebis quod in diebus tuis hæc plaga non superveniet. Qua visione vulgata, loci illius accolæ aliquantulum paucis diebus timere & seipsos intermissis facinoribus castigare cæperunt: verùm post obitum ipsius abbatissæ redierunt

dierunt ad pristinas sordes, immo sceleratiora fecerunt. Et cum dicerent pax & securitas, extemplo præfatæ ultionis sunt pœna multati, proh dolor! concitè nimirum illis extiterat judicium eversionis quòd non merebantur gratissimæ virginis suffragari consortio, cujus præsentia frustrati, impiè & perversè agentes incorrigibiles permanserant, ut nec divino conversi amonitu, nec venerabilis *Etheldredæ* compuncti devotione, ob scelerum enormitatem & se & locum prodidisse, sicut *Beda* meminit, agnoscitur. Postquam autem beata *Etheldreda* gradum abbatissæ in Ely suscepit, nunquam lineis sed laneis vestibus uti voluit, raroque, præter majora solempnia vel artiorem necessitatem, plusquam semel in die manducavit, semperque si non infirmitas gravior prohibuisset, ex tempore matutinæ synaxeos usque ad ortum diei in ecclesia precibus intenta perstitit; & post vij. annos ex quo gradū abbatissæ susceperat, quodam tumore maxillæ pressa, rapta est ad dominum, & æquè ut ipsa jusserat non alibi quam in medio suorum juxta ordinem quo transierat in ligneo locello sepulta est; cui successit in ministerium abbatissæ soror sua *Sexburga*. Transiit autem sancta *Etheldreda* nono kal. Julii, anno domini DCLXXIX. sub regibus *Anglorum*, fratre ejusdem videlicet *Adulpho Orientalium*, & *Lothario* filio sanctæ *Sexburgæ Cantuariensium*; cujus exequias celebravit sanctus *Huna* sacerdos, qui de ordine monachorum & presbyter almæ *Etheldredæ* fuisse perhibetur. Qui insuper, sicut ab ipsa mandatum acceperat, in cimiterio ecclesiæ juxta suos sepelivit, & post venerandum illius obitum non in ecclesia constitit, sed in eadem palude prope Ely ad quandam modicam insulam secessit, quæ ejus nomine *Huneya* vocatur, solitariam ibidem eligens vitam, ubi quamdiu vixit gloriosam vitam duxit. Ad cujus tumbam multi, recuperandæ sanitatis gratia, accedentes, sospitatem ipsius recuperasse meritis plerique testantur. Quod quidam cognoscentes, secretè ejusdem reliquias, sarcofago postea fracto, apud *Thorneyam* portantes posuerunt, sperantes à domino ejus patrociniis gratiam & misericordiam. (&c.) Cumque beata *Etheldreda* sexdecim annis fuisset sepulta, placuit *Sexburgæ* abbatissæ ossa ejus de terra levari & in loculo novo posita in ecclesiam transferri. Aperto igitur sepulcro, corpore ejus in lucem prolato, ita incorruptum inventum est ac si eodem die fuisset defuncta sive humo data; sed & lintheamina omnia quibus involutum erat corpus, integra & nova apparuerunt, quorum tactu variis passionibus afflicti curabantur. Necnon & loculum in quo primò sepulta est nonnullis oculos dolentibus saluti fuisse perhibent. Loto igitur sanctissimæ virginis corpore novisque vestibus induto, in ecclesiam beatæ virginis *Mariæ* quam ipsa à fundamentis construxerat defertur, & in sarchofago quod de *Granteceſtria* fuerat allatum reponitur. In quo quidem sarchofago nulla reperitur junctura ubi lapis lapidi cemento connectitur, sic enim operculum unitum est suo vasculo ut nulla divisionis sit similitudo, nullatenus valet aperiri nec qualibet arte dissolvi. Secundùm *Bedam* prædictum sarchofagum juxta muros civitatis de *Granteceſtria* fuit repertum, de marmore albo pulcherrime factum, operculo quoque simili lapidis aptissimè tectum. Facta est igitur hæc translatio, anno domini .... sub die kal. Novembris xvj. De loco autem in quo primo corpus ejus fuerat sepultum fons aquæ oritur lucidissimæ qui huc usque manare non desinit. Post decessum verò Sanctarum prædictarum ecclesia Elyensis minimè vacabat ab opere Dei, immò virtus divini cultus sub regimine beatarum fœminarum non tepescente, sed magis ac magis ferveſcente fervore disciplinæ regularis ac custodiæ monasticæ professionis, multis annorum evolventibus orbitis floruit usque ad annum incarnationis dominicæ DCCCLXX. In quo quidem anno ecclesia *Elyensis* à paganis, *Inguar* & *Ubba* igne combusta est, extinctis sanctimonialibus & omnibus qui intus erant. Et sic ipsa sancta religio quæ à beata *Etheldreda* in eadem ecclesia fuit instituta, quæ CXCVII. annis sanctissimè duraverat, est deleta. Inter ipsos erat vir ceteris crudelior, qui dum tumulum sanctæ *Etheldredæ* intueretur, thesaurum ibi positum arbitrabatur, propter quod bipenni quam manibus suis gestabat foramen fecit in tumulo marmoreo quod hucusque apparet. Quo facto, confestim oculis ejus à capite divinitus avulsis sacrilegam ibi finivit vitam, quod cernentes ceteri ulteriùs virginis glebam inquietare non præsumpserunt. Ad ultimum verò flamma & ferro cuncta consumunt, totus pene clerus trucidatur, abducitur in captivitatem quisque residuus. Sicque locus miserè jacebat à cultu divini officii omnino desolatus, nullus qui ministerium implebat remanet.

A D 870 Destructio Eliens. eccles.

Ex ipsis deniq; clericis qui deprædati fuerant, post aliquot annos viij. reversi sunt, qui prout poterant porticus ecclesiæ resarcientes divinum officium solvebant. Verùm ipsis alii succedendo clerici non canonicè immò irreligiosè vitam duxerunt; de quibus quoddam mirabile contigit, videlicet quod unus eorum sub persona alterius de illo qui errori & facinori eorū consenserat asseruit & scripsit. Contigit quoque ut monasterium Elyense sub eorum transiret dominio, quorum archipresbiter præpositus & magister instinctu diaboli ausus est sepulcrum sacræ virginis violare, hac ratione ut sciret an virgo *Etheldreda* tunc carne maneret integra. Dixit enim quod si virgo tam sancta ut olim in præsenti jaceret basilica, per eam plurima Deus fecisset miracula. Tunc unus ex sacerdotibus ei dixit. Iccirco didascule tales profers sermones quia noviter ad insulam istam ex alia provincia venisti, virtutum miracula minimè vidisti quæ conditor rerum peregit per hujus sacræ virginis merita, è quibus ex pluribus pauca tibi referam, quæ paulo antequam huc adventares sunt patrata. Quædam matrona quæ circiter vj. annos erat paralytica, quidam adolescens per vij. annos mutus, quædam puella à nativitate cæca, post transacta x. annorum spacia, quidam juvenis manum habens aridam, item manus servule cujusdam sacerdotis die dominico in orto olera colligentis, lignum quod manu tenebat & unde herbas evellere desiderabat illicitè, tam firmiter adhæsit quod nullus hominum eum per quinque annos potuit dirimere, per merita sanctæ *Etheldredæ* curati sunt. Quapropter te moneo magister ut ab illicitis inchoamentis cesses. Qui noluit à sceleratissimo conamine cessare. Sed convocavit quatuor juvenes ex clericali ordine quos conduxit in

ruinam faciles & condemnationem perpetrato crimine. Qui accipientes furculos marathri unde compta fuit superficies pavimenti, quosque ponentes in sarchofagi foramine quod prius bipenni pagani in eodem fuerat factum, post dirum magistrum omnes ausi sunt corpus sanctæ virginis tangere, nec adhuc voluit quiescere, sed utrum vestes ejus integræ essent affectavit videre. Accipiens igitur candelam, adhæsit virgulæ & per foramen immisit tumuli, quæ cecidit super sacras vestes ejus ac mansit donec tota cremata, eas contingere flamma metuente. Qui nec adhuc cessavit, sed virgam in uno capite acuit & vestibus virginis infixit, quas usque foramen pertraxit, & quia nullam lætionem habebant cœpit mirari. Qui confestim ingentem macheram arripuit, & exiguam exinde particulam dæmonum suasione incidit, ceteris sodalibus, quatuor videlicet prædictis juvenibus, ipsam vestem sursum trahentibus & omni virtute retinentibus. Quæ postquam sceleratorum contactu est violata, ita ab eorum immundis manibus est subtracta, sicut retulit presbyter qui hujus criminis fuit particeps, quasi eam infra tumbam duo fortissimi milites retraherent, & quasi ipsa adhuc virgo sancta vivens eis diceret: nec Dei nec meam habeatis gratiam quia ausi estis corrumpere sindonem meam.

Quid multa? mox ingens pestis arripuit domum illius sacerdotis quæ conjugem ejus ac liberos omnes cita morte percussit, totamque progeniem funditus extirpavit, ipsum quoque ad alterum commigrantem locum post paucos dies deduxit ad infernum: quoniam non purgavit per pœnitentiam scelus commissum: sed & de quatuor ipsius fantoribus divina ultio peremit duos ociùs: tertius cum esset institutus officiis litteralibus ecclesiasticis ac sacerdotalibus, ita protinus in amentiam versus, quicquid scivit est oblitus quasi nichil didicisset penitus, qui adhuc vivens luit pœnas de tam grandi facinore, quoniam per singulos menses perdit sensum mentis vigorem deficiente luna ætatem quam habebat repente. Quartus verò fuit prælibatus presbiter *Alfelinus*, qui & ipse gravi ægritudine correptus fermè per viij. menses mansit paralyticus, donec parentes sui mœsti ac dolentes quibus erat vinctus detulerunt enim cum plurimis muneribus ad corpus beatissimæ virginis. Qui dum ibidem ipsâ vigilarent nocte, promittentes per sacramenta satisfactionem, meruit eorum æger recipere sanitatem per virginis almæ *Etheldredæ* intercessionem. Et mane glorificantes cosmi redemptorem, læti reversi sunt ad eorum mansionem. Ecce quod infideliter dubitantis temeraria generavit præsumptio, ecce quod injusta justè promeruit actio habeant ex hoc quilibet sacrarum virginum indigni attractatores reliquiarum, quia non nisi cum cordis munditia & humilitate id debent præsumere, sed nec quidem ecclesia sic ab iniquorum cessavit presbiterorum dominio, verùm sub eorum naufragosa gubernatione usque ad decimum regni regis *Eadgari* annum fluctuabat. Hujus regis tempore, duo de magnatibus regis, *Sigedwoldus* episcopus natione *Gracus*, & *Thurstanus* genere *Danus*, visa loci altitudine magis cum cupiditate quam devotione à rege petierunt. Cumque pari ambitione decertarent, ne alter de alterius vel contemptu insultaret, vel optentu invideret, medium se interiecit quidam qui erat regi à secretis nomine *Wlstanus* de *Delham*, & hic divino magis instigatus nutu quàm humano ductus affectu, ne alteri eorum cederet avaræ petitionis effectus, regem hac oratione convenit. *Domine rex cum tuæ saluti honori atque regno cunctis providere debemus, nemo nostrum consulit istorum petitioni esse adquiescendum, locus enim sanctus & celebris est talibusque indignus possessoribus cujus antiquam dignitatem, ne ignoranter peccare cogaris, paucis tibi si jusseris expedire non differram.* Exposuitque regi per ordinem loci dignitatem, vitam & miracula glorioſæ virginis *Etheldredæ* & sororum suarum. Quo audito, sanctus *Ethelwoldus Wyntoniensis* episcopus, qui erat confessor domini regis & secretorum conscius, super auditis nimiùm delectatus emit à rege prædictam insulam integraliter ab omni jugo regalis exactionis liberam & quietam imperpetuum. Cujus regis auctoritate *Ethelwoldus* episcopus *Wyntoniensis* prædictos presbyteros inde expulit, & ecclesiam ipsam ab *Ingvar* destructam & per C. annos desolatam atque regio fisco detentam diligenter innovavit, monachosque introduxit, & virum religiosum nomine *Brythnotum*, *Wintoniensis* ecclesiæ præpositum eis ordinavit abbatem. Acta sunt hæc anno incarnationis dominicæ nongentesimo LXX. ex quo autem virgo *Etheldreda* fabricas incepit CCXCVII. à devastatione vero monasterii anno centesimo. Clericos quidem monachilem habitum suscipere consentientes in monachatum suscepit, renuentes de monasterio expulit: multas quoque terras tam per se emptas quàm ab ipso rege gratis datas cum donis & ornamentis variis atque privilegio regiæ auctoritatis confirmatas Deo & sanctæ *Etheldredæ* totum commendavit, aliasque terras quamplurimas ab aliis emens ecclesiæ adjecit. Contulit eciam ecclesiæ nonnulla ornamenta, cappas videlicet plures, sed unam insignis operis.

Restauratio ejusdem. 970.

Dedit etiam in auro & argento multa preciosa & magna quæ temporum vicissitudine infortunii ab ecclesia distracta penitus consumuntur. Ipse iterum post hæc accessit ad regem *Edgarum*, factaque conventione ex integro emit ab eo totam adjacentem regionem prædictæ insulæ, scilicet xx. hydas terræ quas rex infra insulam habuit, sed & dignitatem & *socam* septem hundredorum & dimidii, duorum videlicet infra insulam, quinque verò & dimidii in provincia *orientalium-Anglorum*, & quinque hydas apud Weldeburne, & tres hydas cum dimidia apud Hernyngforde, & xij. hydas apud Northwolde, datis mutuo lx. hydis, quas ipse de dono domini sui *Edelstani* regis apud Wertyngham habuerat, datoque insuper precio centum librarum cum aurea cruce mirifico opere polita reliquiisque referta, quam glorioſus rex in munimentum donorum suorum & loci libertatem cum textu mirifico super altare sanctæ *Etheldredi* in Ely gratanter optulit. Has igitur terras à rege emptas, cum omnibus regiis consuetdinibus & cum privilegio æternæ libertatis corroboratas, sanctus *Ethelwoldus* Deo & sanctæ *Etheldredæ* optulit: unde collectis omnibus terris quas ipse infra aquas & paludes & mariscum de Ely adquisivit Deoque & sanctæ *Etheldredæ* dedit inventæ sunt lx. hydæ. Item præfatus rex dedit sanctæ *Etheldredæ* xl. hidas

das terræ in pago qui dicitur Hatfelde. Ipse etiam dedit sancto *Ethelwoldo* manerium de Suburne, eo pacto ut ipse transferret regulam sancti *Benedicti* de *Latino* in *Anglicum*, quod idem episcopus sanctæ *Etheldredæ* optulit. Idem rex clamidem suam de insigni purpura ad modum loricæ auro undique contextam illuc contulit, de qua infula facta est. Dedit etiam de sua capella capsides & philateria cum nonnullorum sanctorum reliquiis indumentorum quæque insignia.

Privilegium regis *Edgari* de libertate loci.

Ex historia *Eliensis* ecclesiæ. MS. in bibliotheca *Bodleiana* [inter codices *Cantuar.* I. 58] b. 2. fol 2. b. & Pat. 1 R. 2. parte 5 m. 34.

Omnipotentis Dei cunctorum sceptra regentis moderamine regum, immo totius sæculi, creaturaque cuncta indissolubili regimine æquè gubernantis habenas, ipsius nutu & gratia sufflitus, ego Ædgarus *basileus dilecta insula* Albionis, *subditis nobis sceptris* Scottorum, Cumbrorumque ac Britonum, *& omnium circumcirca regionum quieta pace perfruens, studiosus sollicitè de laudibus creatoris omnium occupor addendis, ne nostra inertiâ nostrisque diebus plus æquo servitus ejus tepescere videatur, sed greges monachorũ & sanctimonialium hac nostra tempestate, (ipso opitulante qui se nobiscum usque in finem sæculi manere promittere dignatus est) ubique regno in nostro desertis monasteriis, antiquitus Dei famulatu deficiente nunc revivescente, assurgere cupimus sub sancti* Benedicti *abbatis regula viventes, quatinus illorum precatus & vigente religione sancta servitus Dei nos ipsum rectorem placatum habere queamus. Unde frequentes monitus venerabilis* Ædhelwoldi *episcopi corde tenus pertractans, cupio honorare hoc privilegio rebusque copiosis monasterium quod in regione* Ely *situm dinoscitur antiquitus, ac sancti* Petri *apostolorum principis honore dedicatum, decoratumque reliquiis & miraculis almæ virginis* Ætheldredæ, *cujus vita venerabilis nobis modernis historiâ* Anglorum *promitur, quæ etiam incorruptibili corpore hactenus condita mausoleo marmoreo albo perdurat.*

Locus denique prædictus deficiente servicio Dei nostra ætate regali fisco deditus erat, sed à secretis nostris Ædhelwoldus *deique amator diocesi* Wintoniensis *civitatis fungens, datis nobis sexaginta cassatis in villa quæ ab accolis* Hertingas *nuncupatur, mutuavit locum prædictum cum appendiciis ejus, augmentavitque mutuationi tres villas quas hiis nominibus vocitantur,* Meldeburne, Aeringesforde, Hozthwolde, *& ipse illico monachos meo consilio & auxilio Dei fideliter regulari norma servientes perplures inibi collocavit, quibus* Brithnodum *quendam sapientem ac bene morigeratum virum, Præpositi jure præfecit. Cui effectui admodum ego congaudens, lætabundus pro amore Christi & sancti* Petri, *quem sub Deo patronum mihi elegi, & sanctæ virginis* Ædhildredæ *Deo dilectæ & ejus prosapiæ sanctæ illic quiescentis, & pro animabus patrum meorum Regum antiquorum augmentare largiter mutuationem illam his donis, testibus consiliariis meis volo. Hoc est decem millia anguillarum, quæ omni anno in villa quæ* Welle *dicitur pro expenditione reddantur fratribus ad victualia, modo & deinceps concedo, & inter paludes causas sæculares duorum centuriatuum in* Wicheslawe *in provincia* orientalium Saxonum *benignè ad fratrum necessaria sanciendo largior: quinetiam omnes causas seu correptiones transgressionum justæ legis in sermonibus sæcularibus omnium terrarum sive villarum ad monasterium prædictum ritè pertinentium, & quas in futurum ævum Dei providentia loco præfato largitura est, sive emptione sive donatione aut aliqua justa adquisitione, stent causæ sæculares emendatione tam clemente examine fratrum loco manencium victui vel vestitui necessaria ministrantes. Adhuc insuper omnem quartum nummum reipublicæ in provincia* Grantecestriæ *fratribus reddendum jure perpetuo censeo. Et sit hoc privilegium liberum, quasi munus nostrum Deo devotè oblatum & sanctis ejus prædictis ad remedium animarum nostrarum, sicuti præfati sumus, ut nullius regum vel principum aut ullius ordinis quislibet præpotens impositorum obstinata tyrannide aliquid horum infringere præsumat si non vult habere omnipotentis Dei in tremendâ ejus & Sanctorum ejus & meam & patrum meorum, pro quibus ista omnia libera haberi volumus æterna libertate in æternum. Amen.*

Hoc privilegium hujus donationis & libertatis fecimus scribi anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi nongentesimo septuagesimo, indictione tertiadecima, anno regni mei æquè tertiodecimo, in villa regali quæ famoso vocabulo à solicolis Wilfa mere *nominatur; non clam in angulo sed sub divo palam evidentissimè, scientibus totius regni mei primatibus.*

Hæc quoque constituta etiam nostra usitata sermocinatione describi mandavimus, quo possint in auribus vulgi sonare, ut aliqua scrupulositate admisceri videantur, sed regia authoritate seu potestate nobis à Deo donata omnis contradictio funditus annulletur.

Carta regis Edwardi *super omnibus quæ possidet ecclesia* Eliensis.

Ib. fol. 14. b.

Edwardus Dei gratia rex *Anglorum* cunctis Christi fidelibus perpetuam in domino salutem. Cum rex & dominus rerum omnium Deus nullo indigens cuncta possideat, agit ineffabili qua hominem dilexit caritate, ut ex his quæ usui humano creata largitus ministrat, ipse aliqua quasi donaria gratanter recipiat, quo se colentes ad suæ servitutis intentionem devotiores reddat quos postmodum perpetua secum libertate regnare concedat. Quâ servitutis intentione antiqui patres successi, sua primum domino studuerunt impendere, postmodum se, mutuantes terrenis cœlestia, temporalibus sempiterna. Quorum vestigia *Ædgarus* avus meus ac prædecessor septrigeræ potestatis diligenter subsequens & exempla perfectius implens, *Elyense* cœnobium & alia, illud tamen egregiè præter cætera restauravit, restaurans ditavit, ditans omnimoda libertate quietavit, consultus adjutusque sedula sancti *Ædhelwoldi* summonitione vel copiosa prædiorum augmentatione, quod & sancto *Dunstano* alacriter collaudante, cunctisque primatibus regni privilegio firmatum est. *Ædelredus* quoque pater meus suæ gubernationis tempore quædam prædia eidem loco contulit, priorumque libertatem suæ suorumque concessionis privilegio solidavit.

Horũ ego *Edwardus* Dei gratia successor licet indignus; cum in hiis devotam circa Dei ecclesiam religionem vel religiosæ devotionis operationem longè dispar conspicio, veneranda eorum statuta nequaquam infringere præsumo, sed fortiter quantum in mea efficacia est defensare & utcumque augere desidero: unde & præfato cœnobio villam nomine **Lakinghede** firmè & hæreditariè subjicio, quo illorum aliquo modo jungar consortio, & sanctorum mihi multiplici meritorum laude quicentium amplificer suffragio: libertatem ab eisdem ut diximus restitutam, ab ipsa autem regina virgine sanctissima prius habitatione possessam, postea tione sanctificatam, sanctificatione venerabilem factam, inviolatam manere & omnimmodò provehendam censeo; quod & privilegii attestatione meorumque consensu fidelium stabile præsentibus & futuris pronuncio.

Summam ergo eorum quæ illi hoc nostro adjacent tempore, vel quasi legum consuetudine, nominatim subjecta monstrabimus descriptione.

In comitatu *Grantecestria* ipsa insula cum duobus centuriatibus & omnibus appendiciis extra, **Swaſham, Hozningesege, Dictune, Havechestune, Neutone, Stapelsozd, Scelsozd, Tripelave, Heldeburne, Creningesozd, Gzantedene, Stevechewozde, Belesham, Fuelburne, Theveresham, Westlai, Trumpintone, Wrattinge, Sneilwelle, Dittune, Herdwic, Middeltune, Impetune, Cotenham, Wivelingham,** omnisque quartus nummus reipuplicæ in provincia *Granteceſtria*, & aliquæ terræ in ipsa villa.

In comitatu **Suthfolc, Hertherst, Glamesfozd, Hecham, Ratelesdene, Dzenthestune, Neddinge, Berthinges, Bercham, Wederingsete, Liuremere, Acolt, Wichelave** quinque & dimidium centuriatum. **Sudburne, Pelsune, Ringestune, Hw, Stoche, Debham, Brithwell, Dddebzuge, Bzandune.**

In comitatu **Nozthfolc, Feltewelle, Bzugeham, Bedelwolde, Crochestune, Watinge, Wundefozd, Boze, Westfled, Fingeham, Notwelle, Walepol,** cum appendiciis, **Herham, Derham, Thozp, Pulham.**

In comitatu **Essere, Hatestok, Litelbirig, Stratlai,** duæ **Rodinges, Ratendune, Amerdene, Bzochesene, Estre, Fanbzuge, Tirlinges.**

In comitatu **Hertfozd, Hadham, Hethfeld, Heleshelle.**

In comitatu **Huntendune, Spaldwic,** cum appendiciis, **Somersham, Colne, Blunteſham.**

Hæc & aliorum appendicia sive majora sive minora, insuper omnia à quocumque adjecta vel adjicienda bonorum testimonio possessa, cum omni *sacha* & *socha* sine aliqua exceptione secularis vel ecclesiasticæ justitiæ illi monasterio damus, data quieta clamamus eâdem qua sancti viri illud glorificaverunt libertate, quo neque Episcopus nec Comes nec alicujus exactionis minister sine licentia vel advocatione abbatis & fratrum ullo modo se præsumant intromittere, vel rem Sanctæ aliquo modo inquietare, sitque in eorum ut semper fuit arbitrio à quocumque potissimum elegerint ordinari vel sua sanctificari episcopo.

Conveniente equidem dispositione Regina hac utitur libertate, quæ regem & regnum mundumque florentem deserens, insulam pro dotalitio possedit, ubi sponso suo Christo integerrimè servivit, quod & caro florens in tumulo veste etiam incorrupta ostendit.

Hæc quemcumque voluit episcopum ascivit; sed sanctus *Wilfridus Eboracensis* archiepiscopus familiarior ei extitit, qui eam cum suo cœtu virginum consecravit. Cum autem multo posteriori tempore, servicio Dei plenè deficiente, *Ædgarus* restauraret cœnobium, posito ibi grege monachorum, quibus abbates præfecit quos sanctus *Æthelwoldus* & sanctus *Dunstanus* sanctusque *Oswoldus* ordinaverunt, & quamdiu vixerunt quasi suis consuluerunt. Post hos quosque meliores vinculo caritatis sibi adtrahebant, è quibus aliquos secum in monasterio retinebant.

Harum ergo consuetudinum cum non fuissem constitutor, malo esse testis & fidelis conservator quàm perfidus & detestabilis eversor, Deum summum servatorem invocans, ut qui hæc constituta Sanctorum nostrumque infregerit testamentum, sanctorum & omnipotentis nisi pœniteat intra triduum, induens maledictionem sicut vestimentum, dum *Judæ* æmulatur, sustineat opprobrium.

Quàm sollicita fuerat pii regis in sua largitate benignitas, testatur sequens Apostolici privilegiũ, quod individua societate sub eodem contentum signaculo regiam munificentiam *Petri* autoritate confirmat. Voluit enim rex piissimus inde institutionis suæ habere firmamentum, unde totius ecclesiæ processit fundamentum, & tanquam in futuræ stabilitatis oraculum non alterum quàm *Petri* adhibere signaculum. Ut ergo fides vincat perfidiam, veritas falsitatem, & omnem de cætero justa possessio repellat calumpniam, *Victor* papa & nomine & auctoritate legitimæ donationi incurrit, significans invictum esse munus quod roborat.

Privilegium *Victoris* papæ de libertate loci.

VIctor *episcopus servus servorum Dei*, Eduardo *regi* Anglorum *filio dilectissimo cunctisq; principibus regni salutem & apostolicam benedictionem. Privilegium apostolica &* Romanæ *ecclesiæ auctoritate antiquitus conscriptum, & multorum sapius attestatione auctorizatum super cœnobium* Elyense, *quod gloriosi sanctæ ecclesiæ patres pio affectu larga manu constituerunt, vestræ piæ petitioni succincte renovamus, ac perpetua stabilitate firmamus, immò firmatum conclamamus.* Ib. fol. 25. b.

Mandamus ergo & jure apostolico præcipimus liberam esse ecclesiam & omnia quæ ibi continentur vel adjacent vel adjicientur, cellis, terris, agris, pascuis, paludibus, silvis, venationibus, aquis, piscationibus, libertatibus, serviciis debitis, decimis, censu, capitationibus, legibus, consuetudinibus, causarum discussionibus, correctionibus, emendationibus, sive ecclesiasticis sive secularibus, & omnino quæcumque scriptis vel testamentis ipsius loci vel testimonio bonorum hominum rememorari possunt, quæ à Regibus vel ab aliquo fidelium Sanctis in illo monasterio collata vel concessa sunt, quo nemo ex hiis subtrahere vel diminuere aut disperdere aliqua occasione judicio vel potestate præsumat, nec episcopus vel alicujus ordinis minister se intromittat. Si

quis

quis verò malignitatis spiritu commotus hanc libertatem loci illius infringere, nostrumque privilegium contemnere vel abjicere voluerit, à Deo & ab omnibus Sanctis ejus sit condempnatus, & à nobis in quantum licet excommunicatus, & a consortio omnium fidelium separatus nisi resipiscat.

Ib. lib 3. fol. 1.2. *Paschalis episcopus servus servorum Dei, dilecto in Christo filio* Henrico *glorioso regi* Anglorum *salutem & apostolicam benedictionem. Omnipotenti Deo gratias agimus quod talem te nostris temporibus regem constituit, qui & terrenum regnum sapienter ad honorem Dei gubernas, & eterni regis sollicitudinem ante oculos mentis portas. Postulasti siquidem à nobis per literas, ut in loco qui* Ely *dicitur, novus ex apostolica auctoritate episcopatus constituatur, quia* Lincolnienſem *episcopatum tante magnitudinis esse dixisti, ut ad peragenda ea que episcopalis sunt officii unus episcopus nullatenus sufficere possit. Pro quo & devotionem tuæ voluntatis laudamus, & dispositioni assensum prebemus, ita tamen ut in celebri loco constituatur, ne nomen episcopi, quod absit, vilescat. Ad hoc enim episcopus constituitur, ut populum Dei & verbo doceat & vita informet, & ad verum pastorem domini commissarum igitur animarum lucra reportet. In aliis quoque de quibus rogasti, licet quedam ibi inordinata videantur, tua tamen voluntati refragari nequaquam valemus.*

Novis preterea gloria vestra dominum Herveum *episcopum, quem vitâ & scientia commendat non modica, nimia barbarorum ferocia & persecutione de sede sua expulsum, & multa fidelium fratrumque suorum cede fuisse fugatum. Cujus ut scientia fructum qui non periit afferre, & vita bonum valeat Dei populo exemplum prebere, volumus & rogamus ut si que eum apud vos vacans ecclesia vocaverit, ibi ex auctoritate apostolica constituatur, ne infructuoso diu silentio torpeat, qui vita cœlestis documenta in scientia & moribus portat. Omnipotens Deus apostolorum suorum precibus & vos & prolem vestram custodiat, & celeste post terrenum vobis regnum concedat. Dat. xj. kal. Decembris.*

Carta Regis *Henrici* quomodo abbatiam de Ely in episcopatum transmutavit.

Ib. fol. 2.2. *IN nomine sancte & individue* Trinitatis, *Patris & Filii & Spiritus Sancti, anno incarnationis dominice MCVIII. Indictione .... anno verò pontificatus domini* Paschalis *pape secundi x. regni quoque mei similiter x. Ego* Henricus *providente divina clementia Rex* Anglorum & Normannorum *Dux,* Willielmi *magni regis filius, qui* Edwardo *rege hereditario jure successit in regnum, videns & ecclesiæ messem in regno meo multam esse, & agricolas quidem paucos, & ab hoc plurimum laborantes in messe, & ipsam* Lincolniæ *ecclesiam multa plebe fœcundam, ex auctoritate & consilio predicti pape* Paschalis *& assensu simul & prece* Roberti Lincolnienſis *episcopi qui tunc ecclesiæ predictæ præsidebat, & totius capituli sui, cum ipso annuente dompno* Anselmo *beatæ memoriæ* Cantuarienſi *archiepiscopo, &* Thoma *secundo venerabili* Eboracenſium *archiepiscopo, & universis episcopis & abbatibus totius* Angliæ, *sed & omnibus ducibus comitibus & principibus regni mei,* Elyense *monasterium in quo quidem usque in tempora mea abbates præsuerant, cum* Cantabrigienſi *provincia, quantum videlicet ad jus* Lincolnienſis *ecclesiæ pertinebat cum abbatiis duabus,* Thorneya *videlicet &* Cateriche *in episcopalē sedem sicut & ceteros episcopatus regni mei liberam & absolutam perhenniter statuo & confirmo, & pro subjectione & omnibus episcopalibus consuetudinibus ad supradictam* Lincolnienſem *ecclesiam pertinentibus absolvendis, consilio & assensu predicti papæ* Paschalis, *de beneficiis ejusdem monasterii, villam nomine* Spalowick *cum appendiciis suis que in territorio* Huntendone *sita est, cum omnibus consuetudinibus ad villam predictam pertinentibus supradictæ* Lincolnienſi *ecclesiæ &* Roberto *ejusdem sedis episcopo & successoribus suis, sicut eam unquam* Elyense *monasterium liberius & quietius tenuit jure perpetuo tradidi possidendam.*

Primùm siquidem Londoniis *apud* Westmonasterium *in solempnitate Pentecostes de negotio isto in presentia mea coram felicis memoriæ* Anselmo *archiepiscopo & universis episcopis & abbatibus & proceribus regni mei tractatum est, & eorum omnium communis assensus est favorabiliter constitutus. Post mortem verò predicti pontificis* Anselmi, *ex auctoritate dompni papæ* Paschalis, *sicut jam supradictum est, in concilio apud castrum* Notingeham *habito in die translationis beatæ* Etheldredæ *virginis, sed ejusdem feliciter per misericordiam Dei & terminatum est & difinitum xvj. kal. Novembris,* [*faventibus* * *& subscribentibus iis quorū annotata sunt hic, tam signa quam nomina. Ego* Mathildis Anglorum *regina subscripsi* ✠. *Ego* Mathildis *sponsa regis Rom.* ✠. *Signum* Hervei Elienſis *episcopi primi* ✠. *Signum* Rogerii *episcopi* Saleſburienſis ✠. *Signum* Ranulfi *Cancellarii* ✠. *Signum* Richardi Bajocenſis *episcopi* ✠. *Signum* Herberti Norwicenſis *episcopi* ✠. *Signum* Reinelmi Herefordenſis *episcopi* ✠. *Signum* Radulphi Rofenſis *episcopi* ✠. *Signum* Richardi Londonenſis *episcopi* ✠. *Signum* Roberti Ceſtrenſis *episcopi* ✠. *Signum* Willielmi Exonienſis *episcopi* ✠. *Signum* Ranulphi Dunelmenſis *episcopi* ✠. *Signum* Roberti Lincolnienſis *episcopi* ✠. *Signum* Roberti *comitis de* ✠ Mellento. *Signum* Willielmi *comitis de* W ✠ arrenna. *Signum* Simonis *comitis* ✠. *Signum* Stephani *de* ✠ Albamara. *Signum* Rogeri *comitis* Picta ✠ venſis. *Signum* Gilberti *de* Aquila ✠. *Signum* Willielmi *de* Albini ✠. *Signum* Nigelli *de* Albini ✠.]

* Ex ipſo autographo in bibliotheca *Dunelmiana* an. 1640.

Mullicourt.

Ex Miſcellan. G. fo 241. in collegio corp. Chriſti *Cantab.* ig.

"HEnricus Dei gratiâ rex *Angliæ* & *Franciæ*, & dominus *Hiberniæ*, omnibus ad "quos preſentes literæ pervenerint ſalutem. Sci- "atis quod de gratiâ noſtra ſpeciali conceſſimus "& licentiam dedimus pro nobis & hæredibus "noſtris, dilectis nobis in Chriſto, Priori & con- "ventui de Mullicourt, quod ipſi dare poſſint & "concedere dilectis nobis in Chriſto Priori & "conventui de Ely, unum meſſuagium & viginti "quatuor acras terræ in Wygnale vocatas "Towtes, & octo meſſuagia in Dwtinelle, "Uptwelle, & Downham in comitatibus *Cantebr.* & *Norfolc.* unde unum meſſuagium jacet in

" in **Dwtwelle** in comitatu *Cantebr.* juxta " meſſuagium *Thomæ Man* ex parte boreali, " & abbuttat ſuper communem ripam; & aliud " meſſuagium jacet in eadem villa & in eodem co- " mitatu vocatum **Sumpters**, juxta meſſuagium " *Johannis Cory* ex parte auſtrali, & abbuttat ſu- " per communem ripam, & aliud meſſuagium ja- " cet in eadem villâ in comitatu *Norff.* juxta " meſuagium *Johannis Smythe* ex parte boreali, " & abbuttat ſuper communem ripam; & aliud " meſſuagium jacet in eadem villâ in eodem co- " mitatu juxta pedem pontis, juxta meſſuagium " nuper *Thomæ Barbor* ex utraque parte; & ali- " ud meſuagium jacet in eadem villâ & in eodem " comitatu juxta meſuagium *Willielmi Tyler* ex " parte occidentali, & abbuttat ſuper commu- " nem ripam; & aliud meſuagium vocatum **Bo- " venams** jacet in eadem villâ & in eodem co- " mitatu juxta terram prædictam prioris & con- " ventus de **Pullicourt** ex parte orientali, & ab- " buttat ſuper communem ripam; & aliud me- " ſuagium jacet in **Upwelle** in eodem comitatu " juxta meſuagium *Thomæ Man* ex parte orien- " tali; & abbuttat ſuper **Smalelode**; & unum " meſuagium jacet in **Downham** in eodem comi- " tatu juxta meſuagium *Thomæ Spencer*, & ab- " buttat ſuper communem viam, & ſeptem acras " terræ in **Emnethe**, ac omnia alia terras & te- " nementa redditus & ſervicia quæ prædicti prior " & conventus de **Pullicourt** jam habent in vil- " lis del **Dwtewell**, **Emnethe**, **Walſokyn**, " **Downham**, & **Lenum** in comitatu *Norf.* & in " villis de **Dwtwell**, **Upwelle**, **Wyſebeche**, & " **Leverington**, in comitatu *Cantabrig.* haben- " da & tenenda præfatis priori & conventui de " **Ely** & ſucceſſoribus ſuis in perpetuũ. Et quoni- " am iidem prior & conventus de **Ely** tam præ- " dictum meſuagia & terras quam omnia alia ter- " ras & tenementa, redditus & ſervicia prædicta " cum pertinentiis ſuis à præfatis priore & con- " ventu de **Pullicourt** recipere habere & tenere " poſſint, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, " tenore preſentium ſimiliter licentiam dedimus " ſpecialem, & ſimiliter ex uberiori gratia noſtra " conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & " hæredibus noſtris, prædictis priori & conventui " de **Ely** quod ipſi cum aſſenſu & conſenſu illo- " rum intereſſe in hac parte habentium prioratum " de **Pullicourte**, cum omnibus juribus & perti- " nentus ſuis dictæ eccleſiæ ipſorum prioris & " conventus de **Ely** unire, adnectere, incorpora- " re, & appropriare, & prioratum illum cum om- " nibus juribus & pertinentiis ſuis ſic unitum, " adnexum, incorporatum & appropriatum in " proprios uſus tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus " ſuis in puram & perpetuam elemoſinam imper- " petuum. Et ulterius qd. prædicti prior & conven- " tus de **Ely** & ſucceſſores ſui terras, tenementa, " & redditus ad valorem decem marcarum per an- " num, quæ de nobis non tenentur in capite, a " quibuſcunq; ea eis dare vel aſſignare volentibus " perquirere poſſint; habenda & tenenda ſibi & " ſucceſſoribus ſuis imperpetuũ, in puram & per- " petuam elemoſinam, tenore preſentium, ſimili- " ter licentiam dedimus ſpecialem, dum tamen " per inquiſitiones inde capiendas & in cancella- " am noſtram ritè retornandas compertum ſit, " quod id fieri poterit abſque dampno vel preju- " dicio noſtri vel hæredum noſtrorum aut alio- " rum quorumcunque; ſtatuto de terris & tene- " mentis ad manum mortuam non ponendis edi- " to, aut aliis ſtatutis ſive ordinationibus quibuſ- " cunque ante hæc tempora editis factis ſive or- " dinatis, aut eò quod expreſſa mentio de vero " valore annuo prædictorum meſuagiorum, ter- " rarum, & tenementorum, reddituum & ſervitio- " orum, aut de aliis donis & conceſſionibus præ- " dictis priori & conventui de **Ely** aut eorum " prædeceſſoribus per nos aut progenitores no- " ſtros ante hæc tempora factis, non exiſtit, non " obſtantibus. In cujus rei teſtimonium has literas " noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo " apud *Weſtm.* ſeptimo die Auguſti anno regni " noſtri viceſimo quarto per " ipſum regem & de data prædicta " auctoritate Parliamenti *Stopyndon.*

WIREMUTHENSE & Gerwienſe *Cœnobia in epiſcopatu* Dunelmenſi.

ANno gratiæ DCCiij. ſanctus *Benedictus* abbas *Anglicus*, poſt vitam laudabilem, glorioſo fine in domino quievit. Hic vir Dei de ſtirpe nobili gentis *Anglorum* progenitus eſt, & in adoleſcentia militiæ rudimentis addictus. Denique cum eſſet miniſter *Oſwii* regis, & poſſeſſionem non modicam, ipſo donante percepiſſet, caduca mundi omnia pro Chriſto ſpernens, *Romam* adiit, ut ibidem eccleſiaſtica informamatus diſciplina militiam aſſumeret ſpiritualem, qua ſibi prodeſſet & aliis, utiliſque miniſter in dominicæ poſſet cultura vineæ reperiri. Inde verò rediens apud *Lirinenſem* inſulam, ſe monachorum cœtui conjunxit, tonſuram accepit, ubi per biennium regulariter inſtitutus, ad limina ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* iterum repedavit. Quo tempore, cum papa *Vitalianus Throdorum Cantuariæ* archiepiſc. in *Britanniam* deſtinavit, ipſe ſimul adveneiens, multas ſecum reliquias Sanctorum reportavit. Qui poſtea regi *Northanhumbrorum Egfrido* conjunctus, confeſtim rex ei terram lx. familiarum, ad conſtruendum apoſtolorum principi *Petro* monaſterium, contulit, ad oſtium *Wiræ* fluminis, anno gratiæ DCLxxiiij. indictione ſecunda. Sed & aliud monaſterium, ad honorem doctoris gentium *Pauli* in **Girwi** non longè ab altero fabricatur, & à rege præfato, prædiis lx. familiarum acceptis, multipliciter illud ditare curavit. Hæc autem monaſteria religioſis implens monachis, *Ceolfridum* in uno, *Eaſterwinum* in altero præpoſitos ordinavit. Hoc ideo fecit, ut tam in ejus abſentia, quam in preſentia, regularis ſemper cuſtodia ſervaretur. Huic denique famulo Dei *Benedicto Beda* venerabilis, & doctor *Anglorum*, traditur nutriendus, ſub quo etiam ad ordinem ſacerdotis legitur fuiſſe promotus. Quinquies *Romam* petiſſe aſſeritur, qui ſemper rediens divinorum locupletatus commodorum, ſubjectos inſtituere,

Flores hiſt. per *Math. weſtm.* ad anno 709.

674.

Girwi.

instituere opere pariter & exemplo curavit. Tandem post vitam laudabilem, victor viciorum *Benedictus*, confessor Christi piissimus, carnis infirmitate victus, pridie idus Ianuarii spiritum reddidit creatori. Successit ei in onere & honore vir sanctus, & ejusdem discipulus, *Ceolfridus*, sub quo *Beda* Christi famulus, ad universalis utilitatem ecclesiæ, de scripturis sanctis, laborem inchoatum laudabiliter adimplevit.

Leland. collectan. vol. 2 p. 302.

Ecfridi regis anno quarto, constructum est quoddam nobile monasterium in **Wiremuth**.

Sed et aliud est cœnobium constructum in loco qui dicitur at *Gyrum*.

Ceolfridus.

Ib p. 303. Jubente pariter, & juvante *Benedicto*, monasterium S. *Pauli* fundavit, perfecit, rexit, ac deindè utrique monasterio viginti & octo annis solerti regimine prefuit.

Gyrwi, *quarto à* Novo-castro *milliario.*

Leland. collectan. vol. 3. p. 59. Famosum hoc monasterium cujus *Beda* alumnus erat, semel atque iterum à *Danis* intrantibus *Tinam*, ita depopulatum fuit, ut locis aliquot vestigia tantùm antiqui operis & structuræ appareant. Monachi qui jam tantùm tres cœnobiolum inhabitant, monstrant *Bede* oratorium & areolam in cujus medio pro gemma ostentant fragmentulum serpentini aut viridis marmoris.

Ibid. *Inscriptio ibidem reperta in quadrato saxo majusculis literis* Romanis *sculpta.*

Dedicatio basilicæ S. *Pauli* viiij. calendas Maij. An. xv. *Ecfridi* regis, *Ceolfridi* abbatis, ejusdemque M. ecclesie, Deo autore, conditoris, anno iiij.

ABBENDONENSE

Cœnobium in agro Berrocensi.

Ubi prima fundata est Abbacia.

Ex historia de primis fundatoribus Abbendoniæ in bibl. Cottoniana. EO tempore quo nequissimus *Hengistus* paganus apud **Stanhengest** tot nobiles consules & barones, id est, CCCC & LX. seductoriâ calliditate peremit, filius cujusdam consulis qui ibidem occubuit vix evasit, cui nomen erat *Aben*. Hic maximo timore percussus, ad-quandam silvam in australi parte *Oxoniæ* sitam pervenit, ibique cum feris, herbis & radicibus vitam ducens multo tempore delituit. Cum autem non haberet aquam unde biberet, oratione facta, dedit ei Deus fontem qui usque hodie ibidem cernitur. Cum audissent ergo homines provinciæ illius sanctitatem viri, confluebant ad eum, & ejus sermonibus multùm proficiebant. Tunc construxerunt ei habitaculum & capellam in honore sanctæ *Mariæ*. Non ferens ergo vir ille sanctissimus hominum frequentiam, latenter recessit, & in *Hiberniam* profectus est, ibique bono fine in domino quievit. Mons verò ubi vir ille manebat & quem relinquebat, ex nomine ejus **Abendum** vocatur; hic est mons qui juxta **Watwythe** situs est juxta **Pinnesgrave**.

De primo abbate Abbendoniæ.

REgnante *Kinwino* rege *West-Saxonum* erat quidam nobilis vir *Cyssa* nomine, & hic erat regulus, in cujus dominio erat **Wiltesire**, & pars maxima de **Berkshire**. Et quia habebat in dominio suo episcopalem sedem in *Malmesbiria*, regulus appellabatur. Metropolis verò urbs regni ipsius erat **Bedeuunde**. In australi etiam parte urbis illius construxit castellum, quod ex nomine suo **Cysse** vocabatur. Habebat regulus iste nepotem nomine *Heane*, virum valde divitem & potentem & religiosum, & erat ei soror nomine *Cissa*, & ipsa religiosa. Cum quadam die audisset vir iste in ecclesia à quodam prædicatore quod *facilius esset camelum intrare per foramen acus quam divitem in regnum celorum*, cœpit repentè omnia terrena parvipendere & ad cœlestia anelare. Venit ergo ad avunculum suum *Cyssam*, rogans ut in dominio suo aliquem locum sibi concederet in quo monasterium construere, & fratres congregare posset. Quod *Cissa* audiens libenter annuit, & ad construendum monasterium opem promisit. Circuendo ergo *Heane* invenit in australi parte *Oxoniæ* locum quem *Aben* prædictus reliquid, & quia patria illa nemorosa erat, placuit ei ibidem monasterium construere, anno ab incarnatione domini DCLXXV. *Cissa* verò avunculus ejus multa donaria & possessiones ad eundem locum dedit & confirmavit. Ipse etiam *Heanus* partem hæreditatis suæ eidem loco concessit. *Cissa* verò soror ejus ex portione hæreditatis suæ, consentiente *Cissa* avunculo suo, construxit monasterium sanctimonialium juxta *Tamisiam* in loco qui **Helnestou** vocatur, in quo plurimas congregavit sanctimoniales, quarum ipsa mater & abbatissa extitit. Ipsa etiam amicorum suorum auxilio parvulam punctam de clavis domini adquisivit, quam cum alio ferro inferere jussit & inde crucem præparare, & post terminum vitæ suæ super pectus suum ponere, & propter reverentiam crucis illius, monasterium illud in honore S. *Crucis* & S. *Helenæ* fecit dedicare. Post mortem verò *Cissæ* translatæ sunt sanctimoniales illæ usque ad **Witteham** & iterum de loco illo, propter bellum quod erat inter *Offam* regem *Merciorum* & *Kenewlfum* regem *West-Saxonum*, dispersæ sunt, & usque in hodiernum diem quo devenerint ignoratur.

1. *Heane.*

Helnestou.

Witteham.

De inventione nigræ Crucis.

SUccedentibus multorum annorum curriculis, cum susciperet sanctus *Adelnoldus* curam monasterii *Abbendoniæ*, fecit ductum aquæ quod est sub monasterio & molendinum sub curia. Cum verò fossores foderent circa monasterium sanctæ *Helenæ*, invenerunt in sabulo crucem ferream quã *Cissa* abbatissa fecit ponere super pectus suum in sepulcro suo. Tunc translata est crux illa in monasterium monachorum, & ibidem cum maximo honore & reverentia, usque in hodiernum diem

conservatur & adoratur. Hæc est illa crux gloriosa quæ nigra appellatur.

De obitu Cyssæ *regis, & quomodo primò fundata est* Abendonia.

IGitur *Heane*, de quo supra diximus, cæpit ædificare monasterium in honore sanctæ *Mariæ*, & officinas monachorum super montem prædictum *Abendonia*, sed nichil profecit: quicquid enim uno die operabantur cementarii, alio die corruit; hoc sæpissime contigit. Dum hæc agerentur, venit quidam heremita, qui habitabat in silva de *Comenora*, dicens ei: *O pater* Heane, *hac nocte vidi in visu quosdam homines cum quadrigis ligna & lapides a loco isto asportare.* Quibus ego: *malè facitis quod res istas hinc asportatis, qui ad honorem Dei & sanctæ* Mariæ *collectæ sunt.* Unus verò eorum michi dixit: *Benè scimus bene, vade mane & dic* Heane *abbati quod non placet Deo hic ædificari ecclesiam, sed eat ad villam quæ vocatur* **Sevekesham**, *& ibi inveniet signum ubi ecclesiam ædificabit.* Quod audiens *Heane* lætus effectus est, & abierunt ipse & heremita ad prædictam villam, & invenerunt juxta *Tamisiam* fundamentum in modum sulci noviter arati. Jam transacti sunt v. anni ex quo cæpit super montem *Abendonia* ædificare. Illo tempore defunctus est avunculus *Heane*, glorioſus regulus *Cyssa*, & super montem prædictum *Abbendonia* sepultus, sed postea corpus ejus usque ad **Sevekesham** translatum est.

De Cedwalla *& de obitu ejusdem.*

REge *occidentalium Saxonum Kinewino* mortuo, successit ei *Cedwalla*, ad quem accessit *Heane*, petens ab eo ut locum quem *Cissa* ad monasterium construendum concesserat, & ipse concederet. Quod libenter annuit, & villam etiam de **Sevekesham** illi dedit, & in perpetuum confirmavit, præcipiens ut à die illa usque in sempiternum **Abendun** voceretur. Anno igitur ab incarnatione domini DC lxxxviij. & imperii sui anno v. reliquid glorioſus rex *Cedwalla* pro Deo regnum suum, & *Romam* profectus est, & à *Sergio* papa baptizatur, & in albis positus defunctus est, anno ætatis suæ xxix. & in ecclesia apostolorum sepultus est, xij. kal. Maij. In baptismo verò *Petrus* appellatur.

De rege Ine.

GLorioso regi *Cedwalla* successit *Ine*. Hic universas possessiones quas *Cyssa* & *Cedwalla Abendonia* contulerunt abstulit & diripuit; sed postea pœnitens eadem quæ abstulit & multo plura eidem ecclesiæ reddidit & confirmavit. Nam ad construendam ecclesiam *Abbendonia* & *Gleſtonia* tria millia librarum & DCC. & L. libras argenti contulit. Anno igitur regni sui xxxix. regnum suum pro Deo reliquid, & cum regina sua *Romam* ivit, ibique sanctè vivendo vitam finivit, cui successit *Athelardus*, in cujus tempore defunctus est *Heane* abbas, cui successit *Conanus*.

Quomodo constructum est primò monasterium Abendoniæ.

MOnasterium *Abendoniæ* quod construxit *Heane* primus abbas ejusdem loci tale erat. Habebat in longitudine C. & xx. pedes, & erat rotundum, tam in parte occidentali, quàm in parte orientali. Fundatum erat hoc monasterium in loco ubi nunc est cellarium monachorum, ita quod altare stetit ubi nunc est lavatorium. In circuitu hujus monasterii erant habitacula xij. & totidem capellæ, & in habitaculis xij. monachi ibidem manducantes & bibentes & dormientes, nec habebant clausum sicut nunc habent, sed erant circumdati muro alto qui erat eis pro claustro, nec licebat alicui eorum egredi portam nisi pro maxima necessitate vel monasterii utilitate, & hoc cum licentia abbatis: fœmina nunquam infra terminum illum intrabat, nec aliquis morabatur nisi tantùm xij. monachi illi & abbas xiij. Habebant nigros pannos, sed non utebantur staminеis; pellicias habebant, jacebant super cilicia; habebant coopertoria cattina; nunquam carnem manducabant nisi pro maxima infirmitate. Habebant juxta portam domum pro locutorio, in qua cum notis suis & amicis, si fortè venissent, loquebantur. Diebus dominicis & præcipuis festivitatibus simul conveniebant & in ecclesia missam celebrabant, & simul manducabant. In præcipuis festiuitatibus cucullis sericis utebantur. Eo tempore defunctus est abbas *Conanus*. 2. *Conanus.*

Quod rex Offa *dedit* **Golle** *pro insula quæ dicitur* Andresceia.

ERat eo tempore in insula quæ dicitur *Andresceia* habitatio divitum qui monachilem habebant habitum, sed tamen possessiones suas quamdiu vivebant gubernabant, sed post obitum suum monasterium hæreditabant. Eo tempore *Rethunus* episcopus *Merciorum*, abbatiam *Abendoniæ* regebat & postea ejusdem loci abbas factus est. Veniens igitur rex *Merciorum* & *Westsaxonum Offa*, ut videret monasterium, & habitacula monachorum, venit ad insulam *Andresceia*, & quia vidit locum illum amœnum, præcepit ut sibi eodem loco regiæ domus ædificarentur, & pro loco illo dedit monachis villam quæ dicitur **Golle**, & non multò post defunctus est, & successit ei filius ejus *Edbertus*, & eodem anno in eadem insula defunctus est, cui successit *Kenulfus*. 3. *Rethunus.*

Quod villa de Suthuna *data est pro* Andresceia.

REgnante rege *Kenulfo*, soliti sunt venatores regis, & qui portabant accipitres, & cæteri aulici vassalli sæpissimè hospitari in domibus regiis in *Andresceia*, & multa incommoda & vexationes abbati & hominibus abbatiæ inferre. Quod videns abbas *Retunus* dedit regi *Kenulfo* villam de *Suthuna*, & Cxx. libras argenti, ut eum ab hac vexatione liberaret, & ne aliquis regum ibidem ampliùs hospitaretur. Accipiens igitur rex villam & pecuniam prænominatam, præcepit ne aliquis suorum, sive regum ampliùs ibidem hospitaretur, sed haberent monachi locum illum in perpetuum, & carta sua confirmavit.

Descripto

Descriptio villæ de Sceobekesham, *postea* Abbendon *appellatæ.*

Ex Registro de *Abbendon.* in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie *Claudii* B. 6] fol. 5 b. cap. 11.

VErùm ne sub silentio nobilitatem villæ Sceobechesham pretereamus, quasi rei veritatis ignari, aliquid de ea probabili relatione, & fide digna, ad præsens in medium proferamus. Fuit itaque Sceobechesham civitas famosa, aspectu desiderabilis, divitiis plena, agris circumdata uberrimis, vernantibus pratis, diffusis campis, & gregibus lætifluis. Hic sedes regia, huc, cum de regni præcipuis & arduis tractaretur negotiis, concursus fiebat populi, ubi etiam à primis *Britonum* temporibus locus fuit religionis, tam tempore religionis fanaticæ, quàm tempore religionis Christianæ. In hac etiam civitate plura fuerunt indicia Christianitatis & antiquorum conversionis *Britannum*, ut supradictum est. Cruces etenim & imagines quæ in villa ipsa nunc hic, nunc illic, effossæ, reperiebantur hujus rei præbent experimentum.

Inter alias etiam cruces inventa fuit crux illa sancta, quæ nigra crux appellatur. Sancta enim adeo est ut nullus juramento super eam prestito, impunè & sine periculo vitæ suæ possit affirmare mendacium; creditur etenim ex clavis Domini, ex magna parte, conflata & facta. Nec tamen à *Constantino* magno, qui in ea regione Imperator creatus fuit ibi reposita, ut quidam dicunt, sed credibiliùs quidem à benevolis suis *Britannis*, quos secum *Romam* profecturus deducerat, transmissa illuc, ut memoria sanctitatis & meriti utrorumque, scilicet matris & filii, insigniùs appareret, ubi & corporalis presentiæ ipsorum conversatio habita magnificabatur, vel certè transmittente *Cesare* ipso, vel matre ejus ad honorem & tuitionem patriæ, de qua ad imperium assumptus fuerat, ut prædiximus, à quibus, propter merita & sanctitatem eorum, crucem domini constat fuisse inventam. Tempore *Anglorum* edificata ibi capella ipsius sanctæ *Helenæ*, quæ aliquando ibi, tempore viri sive filii, conversata fuerat, crucem illam repertam fuisse asserunt, per quam multa signa indicans, sanctuarii illius virtutes monstratæ sunt. Quot rei perjurii super eam deprehensi sunt non est numerus. Unde cum tot virtutibus quas enumerare non possumus, mendacia & assertiones falsæ detegerentur, reverentia qua debebat honorabiliter tractabatur, & volentibus fratribus eam auro & argento ornare, quicquid ei in una die circa adaptabantur, totum altera decidisse & dissolutum esse videbant, nec potuit aliqua parte aliquando aurum vel argentum circa eam confirmari, sindone tantùm exteriùs per totum involuta est.

Ib. fol. 6. a. Verumptamen Rex *Cedwalla*, cujus animæ propicietur Deus, non tantum bona supra enumerata *Abbendonia* contulit, verùmetiam, de propria voluntate sua, *Cilla* sorori *Heanæ* patricii dedit licentiam construendi monasterium in loco qui nunc dicitur Helnestoue * juxta *Thamisiam*, ubi virgo Deo sacrata & sacro velamine velata quamplurimas coadunavit sanctimoniales, quarum in posterum mater extitit & abbatissa. Post hujus decessum, succedente temporis intervallo quamplurimo, translate sunt sanctimoniales prætate ab illo loco ad villam quæ dicitur Witham. Succedentibus verò nonnullis annis, cum grave bellum, & a seculo inauditum, ortum fuisset inter *Offam* regem *Merciorum*, & *Kinewlfum* regem *West-Saxonum*, tunc temporis factum est castellum super montem de Witham, ob cujus rei causam recesserunt sanctimoniales illæ à loco illo nec ulterius redire perhibentur.

* Fundatio abbatiæ sanctimonialium de Helnestow.

Testamentum Heani *antequam Abbas efficeretur.*

Ib. fol. 6. b. cap. 15.

"EGo *Hean* dispensante domino Abbas aliquam terræ p[ossessiun]culam quæ mihi ex "munificentia parentum meorum, qui regni gubernacula potiri noscuntur, in potestate concessa "fuerat, in loco cujus vocabulum est Bradanfeld, "cum adjacentibus, nec minùs aliis sicut infra signatum est locis, ac conditione *Cillan* sorori meæ "ad possidendam contuli, ut post obitum meum, "si ipsa superstes vixerit, disponat & regat cum "Dei timore & post se ad istud monasterium omnino reddat. Si verò omnipotentis Dei judicio, "me vivente, vitæ suæ sortem disposuerit, jus e-"jusdem loci & dispensatio mihi cedat. Supradictæ verò quantitas terræ in Bradanfeld xlviij. "cassatorum est. In Escesdune lv. in loco qui "vocatur *Earmundestea* lxxxiij. Summa simul re-"dacta in clxxxiij. cassatos colligitur. Si quis ergo diffinitionem hanc à me factam unà, concor-"diter, canonicè, & ecclesiasticè à rege *Ini*, nec non "ab episcopo *Daniele* roboratam, irritam facere "temptaverit, sciat se coram Christo rationem "redditurum.

Carta Regis Ine.

Ib. cap. 14.

IN nomine domini Dei nostri Jesu Christi salvatoris. Ea quæ secundùm decretum canonum salubriter decernuntur, quamvis sermo tantùm ad testimonium sufficeret, tamen pro incerta futuri temporis ambiguitate firmissima literarum astipulatione roborentur. Quapropter Ego Ina *Rex* Saxonum, *terram juxta* Abbendune *CLXXIII. cassatorum*, Hean *abbati libenter reddidi, quam* Cissa *Rex sibi ac* Cillan *sorori suæ atque abbatissæ aliquando dederat: sed* Ina *rex eandem terram postea, dum regno potiretur, diripiens ac reipublicæ restituit, nondum constructo monasterio in ea, nec ullo admodum oratorio erecto. Rursus autem ad edificandum monasterium, eidem* Heano *patricio tunc temporis suo, eandem terram redonavit, dicens;* Ego *Ina* Monarc. *Saxoniæ*, regnante domino regale gubernans sceptrum, terram quam predecessores mei, *Cissa* & cæteri, *Heano* patricio suæque germanæ *Cillan*, dedisse noscuntur, iterum, cum consilio plurimorum, reddo & relinquo. *Deinde prædictus patricius* Hean, *se cum omni facultate sua & prafata terra, omni-*

potentis Dei servicio subdidit, neque ad construendum monasterium illud in loco supra nominato, id est juxta **Abbendune**, *regulariterque regendum illud abbatem elegit, sponteque sua seipsum meo regimini commisit, votoque monachico constringens. At nunc nondum revoluto ad integrum quinquennio ex quo hæc vota vovit, solvenda immutare decreta cupiens iniquè, regem in suffragium sibi repetitæ hereditatis assumpsit, quibus ego libenter cessi. Prædictamque terram & monasteria quæ construximus, ut dixi, in toto retribuam. Insuper & de orientali parte fluminis* Tamise xx. *cassatos, quos mihi* Cuthredus *regulus, &* Merciorum *rex* Ethelredus, *necnon & Ina rex* Saxonum *tradidenunt, adiciam X. quoque cassatos secus vadum* **Bellesforð**, *& C. in* **Bradenfeld**, *ubi monasterium erexi, quos* Ina *&* Centred *simul dederunt, pariter tribui, qui faciunt simul CClxxxiij. cassatos. Votum autem monachi quod mihi spopondit relaxans ei clementer indulsi, præsente venerando antistite* Hedde, *necnon* Aldelmo *abbate, &* Wintra, *& omni familia nostra in ecclesia. Si quis verò contra hoc decretum abbatum venire temptaverit, vel has donationes regum religiosorum tirannica fretus potestate violenter demere vel auferre satagerit, sciat se coram Christo rationẽ in ultimo viventum & mortuorum examine redditurum. Scripta est verò hæc cautionis singrapha anno ab incarnatione Christi DCxcix. indictione xij.*

✠ *Ego* Ine *rex consensi.*
✠ *Ego* Athelbald *rex subscripsi.*
✠ *Ego* Daniel *episcopus subscripsi.*
✠ *Ego* Befpha *subscripsi.*
✠ *Ego* Egfrid *subscripsi.*
✠ *Ego* Herrid *subscripsi.*
✠ *Ego* Aldbriht *subscripsi.*
✠ *Ego* Stranglic *subscripsi.*
✠ *Ego* Halda *subscripsi.*
✠ *Ego* Oba *subscripsi.*
✠ *Ego* Selred *subscripsi.*
✠ *Ego* Egbrith *subscripsi.*

Privilegium Kenulfi.

Ibid. c. 23. 821. IN nomine Dei & Domini nostri Jhesu Christi veri redemptoris mundi; anno verò dominicæ incarnationis DCCCxxj. indictione xiiij. Ego *Cenulfus* rex *Merciorum*, ab eodem Deo & Domino nostro populis & tribubus præordinatus in regem, anno imperii nostri xxv. fui rogatus ab apostolica sede per privilegiũ domini Apostolici, gloriosissimi *Leonis* papæ, & per *Rethunum* venerabilem episcopum, ut libimet vel suis propinquis seu ipsæ familiæ quæ habitat in monasterio quæ sita est in **Abbendune** ecclesia quæ ibidem dedicata est in honore sanctæ *Mariæ* semper virginis & Dei genitricis Dominæ nostræ: ut illud monasterium vel omnia loca quæ ad ipsum pertinere dinoscuntur, cum rebus mobilibus, & immobilibus, in notis causis & ignotis, in modicis & in magnis, domini Dei omnipotentis & beatissimi *Petri* principis apostolorum donans donabo perpetuis temporibus æternam libertatem, in S. Trinitatis patrocinio, omnia loca ad præfatum monasterium pertinentia, quorum infra nominantur nomina, **Culanhom**, **Chenigtun**, **Hengestesleig**, **Cumanora**, **Carmundeloch**, **Catun**, **Hunegawelle**, **Sondford**, **Suttun**, **Gagging**, **Denteslworth**, **Ceornei**, **Gosset**, **Faerhom**, **Waethenesfeld**, **Scrivenanhom**, **Burgtune**, **Lachhamstede**, **Boroca**, **Waclingford**, **Pidheora**, id est, **Witham**, cum appendiciis suis, **Geburatunum**, cum suis campis, sicut *Ceadwalla* rex perdonavit cum alia silva integra quæ dicitur **Spene**, **Mohanloch**, & **Trindlach**, **Castun**, cum omnibus agellulis ad præfata loca pertinentibus, concedens perdonabo, sicut prædiximus, perpetuam libertatem. Mandantes itaque mandamus in nomine patris & filii & spiritus sancti, ut nullus qui superveniat hominum, superbia inflatus, nec rex suum pastum requirat, vel habentes homines, quos nos dicimus, **Faestingmen**, nec eos qui accipitres portant, vel falcones, vel caballos ducunt sive canes, nec pœnam mittere super eos quoquo modo audeat. Nec princeps nec grassio hanc lenitatem præfatam in alicujus oneris molestia mutare audeat, aut in diebus nostris vel successorum nostrorum. Si pro aliquo delicto accusatur homo Dei, ecclesiæ illius custos solus cum suo juramento, si audeat, illum castigat. Sin autem ut recipiat aliam justitiam hujus vicissitudinis condicionem præfatum delictum cum simplo pretio componat. Expeditio cum xij. vassallis & cum tantis scutis exerceatur, antiquas pontes & arces renovent; cæterum plena & integra libertate glorientur, maximè cum ipsi diebus dominicis vij. missas pro nobis saluberrimas offerant, & armis spiritualibus centum psalteriis contra invisibiles hostes dimicare non cessant. Si quis autem præscriptis statutis noluerit obedire, sciat se alienum esse à consortio S. Dei ecclesiæ & à participatione corporis & sanguinis domini nostri Jhesu Christi per autoritatem beati *Petri* apostoli, nisi dignè emendaverit quod contra Dei ecclesiam fecisset. Dederat enim pro hujusmodi rei gratia in auro & argento Cxx. libras & centum manentes ad villam regalem quæ dicitur **Sudetun**. Quæ postquam vir ille prudentissimus dederat, in summa pacis securitate quoad vixit cœnobium illud gubernavit.

Quomodo *Athelwlfus* rex dedit decimam partem regni sui ecclesiis.

Ibid. c. 33. EGo Æthelwlfus *gratia Dei* occidentalium Saxonum *rex, in sancta ac celeberrima paschalis solemnitate, pro mea remedio anima & regni prosperitate & populi ab omnipotenti Deo mihi collati, consilium salubre cum episcopis, comitibus, & cunctis optimatibus meis perfeci, ut decimam partem terrarum per regnum nostrum non solum sanctis ecclesiis darem, verùmetiam ministris nostris in eadem constitutis in perpetuam libertatem habere concessimus: ita ut talis donatio fixa incommutabilisque permaneat ab omni regali servicio, & omnium secularium servitute absoluta. Placuit autem* Æthstano *episcopo* Scireburnensis *ecclesiæ*, Swithuno Wentanæ *ecclesiæ episcopo, & ducibus communiter. Hoc autem fecimus in honore domini nostri Jhesu Christi & beatæ semper virginis* Mariæ *& omnium sanctorum, & Paschalis festi reverentia, ut Deus omnipotens nobis & nostris posteris propiciari dignetur. Scripta autem est hæc cartula anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi DCCCliiij.*

854. *DCCCliiij. indictione ij. Die Paschali in palatio nostro quod dicitur* **Wiltun.** *Qui autem augere voluerit nostram donationem, augeat omnipotens Deus dies ejus prosperos. Si quis verò minuere vel mutare præsumpserit, noscat se ante tribunal Christi redditurum rationem, nisi priùs satisfactione emendaverit.*

✠ *Ego* Æthelwulfus *rex consensi & subscripsi.*
✠ *Ego* Ælhstan *episcopus consensi & subscripsi.*
✠ *Ego* Swithun *episcopus consensi & subscripsi.*
✠ *Ego* Wlflaf *Abbas consensi & subscripsi.*
✠ *Ego* Werferth *Abbas consensi & subscripsi.*
✠ *Ego* Æthred *consensi & subscripsi.*
✠ *Ego* Ælfred *filii regis consensimus.*

Cart. 10. E. 3. n. 30.

REX *Archepiscopis* (&c.) *Salutem. Inspeximus cartam bona memoria domini* Kenulphi, *olim Regis* Merciorum, *in hac verba.* Regnante imperpetuum omnipotente Deo & domino nostro Jesu Christo, Ego *Kenulfus* rex *Merciorum*, de consilio & consensu episcoporum ac senatorum gentis meæ, monasterio *Abbendunensi* & monachis inibi Deo servientibus quandam ruris mei portionem, id est, quindecim mansas in loco qui à ruricolis nuncupatur **Cullanhamme**, cum omnibus utilitatibus ad eam pertinentibus, tam in magnis quàm in modicis rebus, campis videlicet, pratis, pascuis, derivativisque cursibus aquarum, piscationibus, & cum pastura quæ **Otteney** appellata est, in æternam largitus sum hæreditatem. Quam donationem feci pro petitionibus sororum mearum, *Keneswyth* & *Burgevilde*, quæ in prædicto monasterio temporalem sibi elegerunt sepulturam. Sit autem prædictum jus liberum ab omni regali obstaculo & episcopali jure in sempiternum ævum, ut habitatores ejus nullius regis aut ministrorum suorum, episcopivè aut suorum officialium jugo deprimantur, set in cuntis rerum eventibus & discucionibus causarum abbatis *Abandunensis* monasterii decreto subjiciantur. Si quis igitur hanc meam donationem in aliud quàm constitui transferre voluerit, privatas consorcio sanctæ Dei ecclesiæ æternis baratri incendiis lugubris jugiter cum *Juda* Christi proditore puniatur, si non satisfactione emendaverit congrua quod contra meum deliquid decretum. Karaxata est autem cartula hujus donationis anno dominicæ incarnationis
821. DCCCXXI. regni autem mei anno XI. His testibus consentientibus, & cum signo sancte crucis corroborantibus, quorum inferius nomina notantur ✠. Ego *Kenulf* Rex, hanc donationem meam cum signo crucis Christi confirmavi ✠. Ego *Eldreda* Regina, cum ipsius signo crucis corroboravi ✠. Ego *Kenelmus* filius regis consensi ✠. Ego *Cybearth* episc. favi & subscripsi ✠. Ego *Wigbearth* episc. consensi & subscripsi ✠. Ego *Oda* episc. consensi & subscripsi ✠. Ego *Wer* episc. consensi & subscripsi ✠. Ego *Wyethrican* primicer. ✠. *Willap.* not. ✠. (&c.)

Iterum ex præfato Registro de *Abbendun.* fol. 33 b.

ANno dominicæ incarnationis DCCCCLV. *Edredus* totius *Albionis* gubernator & rector, animadvertens (quodam abbate mihi pervetusta privilegia narrante, nomine scilicet *Æthelwold*) villam quæ vulgari onomate **Abbendun** dicitur, cum suis appendiciis rusculis, priscis temporibus cœnobio quod situm in eadem villula constat, fore subjugatam, verùm tempore quo archipiratæ totam hanc Insulam devastantes pervagati sunt ab avo meo, rege videlicet *Ælfredo*, ipsam cum omnibus suis adjectivis à prædicto cœnobio fuisse abstractam, victori domino impares pro victoria qua functus est reddens taliones. Nunc igitur ob eam rem, cum consilio atque consensu meorum præsulum optimatumque, quorum nomina caraxantur inferiùs, pro redemptione animæ meæ, & pro expiatione scelerum meorum prædecessorum, eandem villam præfato arcisterio ad usus prædicti abbatis fratrumque inibi Deo servientium voti compos perpetualiter restituo. Terras verò appendicias quæ per loca diversa ad eandem villam pertinent, id est, **Gauneg** x. **Gosige** x. **Weorthe** xxx. **Cumenozan** xxx. cum licentia prænominati abbatis subjectorumque sibi fratrum diebus vitæ meæ ad necessarios perfruar usus. Decurso autem vitæ meæ spatio, eadem cum omnibus ipsarum supellectilibus ad præscriptam villam redacta jugiter prædicto monasterio subjùgentur. Si quis autem hanc nostræ munificentiæ singrafam, quam ego ab omni seculari jugo reddidi liberam, tribus exceptis, expeditione, pontis arcisvè construction, demoniaca justinctus filarguria infringere immutarevè aliorsum quàm constituimus præsumpserit, sit alienatus à consortio S. Dei ecclesiæ, & à participatione corporis & sanguinis Jhesu Christi, æternisque baratri lugubriter deputatus incendiis cum *Juda* Christi proditore jugiter crucietur, nisi prius digna satisfactione emendaverit quod contra nostrum deliquit decretum.

Metæ viginti hidarum Abbendoniæ *quas* Ceadwalla *Rex* West-Saxonum *Deo & Sanctæ Mariæ primitùs dedit, & sic divisit.* Ib. fol. 34. a.

Æpest on Eoccenforda. up ȝ-langȝ Eoccenes to Abbesdic. þet to Ælðenpulle. þ to Meapcforda. ȝ-langȝ broces oð þene ȝnenen peiȝ. ȝ-langȝ peiȝes to broce oð Pippel riðiȝes ut scyte þ þurhð Denemon. a beorð ize to ȝuman ȝnaue. þ to Pæppel-bricge. þ on þene ric æt þere pulan æc. þ to Hezlea on þene bradan mere. þ abeppt palan to bromcumbes heafod. þ on ȝeruhtum to Abbendune to þere portȝtrete. þ and-langȝ ſtret on Hipeȝe. þ to Ecȝunes pyrðe. penne on bacȝanleah. þ on ſcæcelinȝ æcep. þ ut on ſtanford. þ to Mezþeforda. ȝ-langȝ lace ut on Temese. þ on forþ mid ſtreame piþutan micclanize on Ceasepyllan. est piþ neoðepan beriȝe on Temese. þ ðer up be ſtreame. þ on Bacȝan broc. þ on Heasæs oran. þ on holan ðene. þ on Tiðelðespylle. ȝlang broces ut on Temese. þ forþ mid ſtreme oþ Geaxling lace. and-langȝ lace est ut on Temese. þ up be ſtreame on Occenes ȝnesstun dic. þet abe dic on eccen. þ ðer up est on Eccenforda. ſðeleanȝ uude Colman ora and Geatesscumbe hyrnen into þyſ tpentiȝum hidum. ða ic ſylf ſtudum ȝerad ſtudum ȝeneop and mynsplice ȝeſcapode me ſylfum and minum foresezenum ȝ estȳrnȝenum to ecum fyrmete for ȝode ȝ for folcde. Gyf hpa

ðuph ðæopleſ lape ȝenýþþe. ⁊ þ ic Gode ⁊ rcā Manian meaȝlum mode on ece ýþþe ȝe-ſealo hæbbe opihten hiꝛ anopealo ȝenýðpiȝe hep ⁊ on ecneſſe. nýmþe he mid fulne deaðbote ȝemunge ⁊ he on upum opihtne ȝepeapoð.

Hoc eſt.

In primis apud *Eoccenſordam*[a] ſurſum per longitudinem (*vel*, tractum) *Eoccæ* (*fluvii ſic dicti, hodie* Okey) ad *Abbeſdicam*[b]; inde ad *Ældenwellam*[c]; inde ad *Mearcſordam*[d]; per longitudinem amnis uſque ad viridem viam; per longitudinem viæ ad amnem, uſque ad *Pippele* rivi (*ſic dicti*) eruptionem, qui currit per *Denemoram*[e], a rivo ad *Gumæ* lucum; inde ad *Pippele* pontem; inde ad foſſam apud putidam quercum; inde ad *Hagleam*[f] apud amplum ſtagnum; inde à *Wrtwala* ad *Brumcumbæ*[g] caput; inde rectà ad *Abbendunam* ad viam publicam; inde per longitud. viæ ad *Hiwegam*[h]; inde ad *Ecgni* curtem (*vel*, prædium) tunc ad *Bacgeleam*[i]; inde ad *Scacelingi* agrum; inde extra ad *Stanſordam*[k]; inde ad *Magtheſordam*[l], per longitudinem lacus extra ad *Tameſin*; inde prorſum cum flumine ſupra magnam inſulam ad *Cearwellam*[m]; iterum infra collem ad *Tameſin*; inde ibi ſurſum per fluvium; inde ad *Baccanbrocam*[n]; inde ad *Heafa* marginem; inde ad *Holandenam*[o]; inde ad *Tidewaldi* fontem, per longitudinem amnis extra ad *Tameſin*; inde prorſum cum rivo uſque ad *Geaſlingi* lacum; per longitudinem lacus iterum extra ad *Tameſin*; inde ſurſum per rivum ad *Occenſit* paſcui foſſam; inde à foſſa ad *Eccam*; inde ibi ſurſum denuo ad *Eccanſordam*. *Æthelingwuda*[p], *Colmanora*[q], & *Geteſcumba*[r] pertinent ad has viginti hidas, quas egoniet poſtium diſcretione, poſtium ſerie, & ſpatioſè dividendo, in partem accepi mihimet & meis anteceſſoribus & ſucceſſoribus in perpetuum ſpatium (*id eſt*, in ævum) propter Deum & propter ſæculum (*i.e.* in divinis & humanis.) Si quis Diaboli inſtinctu coarctaverit quod ego Deo & ſanctæ *Mariæ* fixo animo in perpetuam hæreditatem donavi, Dominus ejus poteſtatem coarctet hîc, & in æternum, niſi ipſe unà cum plenâ pœnitentiâ reddiderit quod Domino noſtro ſurripuerit.

a Fecca vadum.
b Albe foſſam.
c Veterem fontem.
d Vadum limitare.
e Vallis paludem.
f Campum ſpinum.
g Myricarum convallem.
h Viam quandam.
i Cuſcam *Bacge* campum.
k Vadum lapideum.
l Patriæ vadum.
m Fontem adcompita
n Torrentem amnium.
o Cavem vallem.
p Nobilis (*vel*, nobilium) ſylva.
q *Colmanni* ripa.
r *Getæ* convallis.

Hæc autem ſunt hujuſce donationis ſeu libertatis teſtimonia.

✠ Ego *Eadred* Chriſti ſuffragante gratia baſileus hoc donum agie crucis caumate confirmavi.
✠ Ego *Odo*, *Dorobernicæ* ſedis archipræſul conſolidavi.
✠ Ego *Oſcytel Eboracenſis* eccleſiæ primas conſenſi.
✠ Ego *Ælffinus Wintanæ* cathedræ pontifex roboravi.
✠ Ego *Oſulf* epiſcopus huic regiæ dapſilitati aſſui.
✠ Ego *Eadgiva* ejuſdem regis genitrix, hanc donationem adquiſivi.
✠ Ego *Adelwold* præfati cœnobii abbas congaudens dictavi.
✠ Ego *Ælfere* miniſter.
✠ Ego *Ælfgar* miniſter.
✠ Ego *Ælfeah* miniſter.
✠ Ego *Brihtferth* miniſter.
✠ Ego *Sinlf* miniſter.
✠ Ego *Ælfwine* miniſter.
✠ Ego *Eldred* miniſter.
✠ Ego *Ælfred* miniſter.

Privilegium *Edgari Regis.* Ib. fol. 63.

Altitroni moderatoris imperio triviatim inſtruimur, ut illi oppidò ſubjecti ſuppeditantes famulemur, qui totius mundi fabricam miro ineffabilique ſerie diſponens, microcoſmum Adam *videlicet, tandem quadriformi plaſmatum materiâ, almo ad ſui ſimilitudinem inſtinctum ſpiramine, univerſis quæ in infimis form iveras, uno probandi cauſâ excepto vetitoque, præficiens, paradiſiaca amenitatis jocunditate, collaterana* Eva *ſcilicet comite, decemiſſimè collocavit. Larvarica, proh dolor! ſeductus cavillatione, verſipel. ſue viſibilique tergiverſatione viraginis pellectus, anathematis alogia ambo pomum momordit vetitum, & ſibi ac poſteris in hoc erumnoſo dejectus ſeculo lethum promeruit perpetuum. Vaticinantibus ſiquidem prophetis & calitus ſuperni regis diuturna clandeſtino præſagia dogmate promentibus nitidè orthodoxis eulogium ex ſupernis deferens, non ut* Judeorum *ſedicioſa elingue fatetur loquacitas, ſed priſcorum atque modernorum lepidiſſimus ambiens facundiam*, Arrianas, Sabellianaſque *proterendo venias anagogico infruſtraneus famine, noſque ab obtunſi cecitate umbra nimis ad ſupernorum alacrimoniam patrimoniorum advocans, Angelus ſupernis elapſus liminibus in aurem intemeratæ virginis, ut evangelica promulgant famina, ſtupenda ceciniſſe videtur carmina. Cui eccleſia tota videlicet catholica conſona voce altiboando proclamat.* Beata es virgo *Maria* quæ credidiſti, perficientur in te quæ dicta ſunt tibi à Domino. *Mirum dictu incarnatur verbum, & incorporatur, ſcilicet illud de quo Evangeliſta ſupereminens univerſorum altitudine ſenſuum inquit.* In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & *hl. Qua videlicet ſumpta de virgine incarnatione, antiquæ virginis facinus demitur, & cunctis muliebribus vitiis precluens taumatibus decus irrogatur. Intacta igitur redolente Chriſti divinitate paſſaque ipſius humanitate, libertas addictis clementer contigit ſervulis. Hinc Ego* Eadgar *altitrono amminiculante* Anglorum *caterarumque gentium in circuitu triviatim perſiſtentium baſileus, ut hujus libertatis altitroni moderatoris clemencia merear optinere conſortium, rura quæ olim à predeceſſoribus noſtris largita ſunt, injuſtè ab infidelibus quondam abſtracta, in* Gaeging *videlicet x, manſas, in* Oo ſie *xv. in* Weorthe *xxx*, *in* Carmundeſleah *v.* Abbendunenſi *eccleſia reſtituens, domino noſtro ejuſque genitrici* Mariæ, *ad uſum monachorum ibi degentium, æterna largitus ſum hereditate. Gratuita itidem domini gratia inſtinctu, monachis in præfato* Abbendunenſi *regulariter degentibus monaſterio, ternam privilegii, ut predeceſſores noſtri, concedo libertatem, quatenus poſt deceſſum* Æþelnuoldi *abbatis egregii, cujus temporibus hæc libertatis reſtauratio Chriſto ſuffragante conceſſa eſt, quem ſibi univerſa præfati cœnobii congregatio*

apte

apto elegeris consilio, secundùm regularia beati Benedicti *institutia, abbatem juste, ex eodem fratrum cœnobio eligens constituat. Hujus privilegii libertas deinceps usu perpetuo à cunctis teneatur catholicis, nec extranearum quispiam tyrannica fretus contumacia in predicto monasterio jus arripiens exerceat potestatis, scilicet ejusdem cœnobii collegium perpetua, ut predixi, libertatis glorietur privilegio. Sit autem prefatum monasterium omni terrenâ servitutis eodem tenore liberum quo à predecessoribus nostris catholicis, à sancto* Leone *videlicet papa, &* Ceonulfo *rege catholico vetusto continetur privilegio,* Rethuno *abbate optinente, solutũ. Agri equidem qui ad usus monachorum domino Jesu Christo ejusque genitrici* Mariæ *priscis modernisque temporibus à regibus & religiosis utriusque sexus hominibus, & à meipso, meoque patruo* Eadredo *rege fidelissimo restituendi jure concessi sunt, ejusdem perpetualiter sint libertatis. Nam rex prefatus, rus quod* **Abbandun** *nuncupatur, quod rex* Ceadwalla *Domino nostro ejusque genitrici* Mariæ *priscis temporibus devoto concesserat animo, in quo predecessores nostri diabolica decepti avaritia edificium regale sibi injustè construxerant, ecclesia Dei restituens, interdiximus, ne nemo inibi pastum requireret, nec edificium in sempiternum construeret. Quod ego* Eadgar Anglorum *basileus, optimatum meorum usus consilio, tam meis quàm meorum successorum temporibus fixum in nomine patris & filii & spiritus sancti fieri in æternum præcipio. Tempore siquidem quo rura quæ domino devoto concessi animo injustè à sanctis Dei ecclesia ablata fuerant, perfidi quique novas sibi hereditarias kartas usurpantes ediderunt; sed in patris & filii & spiritus sancti nomine precipimus, ut catholicorum nemo easdem recipiat, sed à cunctis repudiatæ fidelibus in anathemate deputentur, veteri jugiter vigente privilegio. Si quis verò tam epyllempticus philargyria seductus amentia, quod non optamus, hanc nostræ munificentiæ dapsilitatem ausu temerario infringere temptaverit, sit ipse alienatus à consortio sanctæ Dei ecclesiæ, necnon & à participatione sacrosancti corporis, & sanguinis Jesu Christi filii Dei, per quem totus terrarũ orbis ab antiquo humani generis inimico liberatus est, & cum* Juda *Christi prodiere, sinistra in parte deputatus, nisi priùs hic digna satisfactione humiliter pœnituerit quod contra sanctam Dei ecclesiam rebellis agere præsumsit; nec in vita hac practica veniam, nec in theorica requiem apostata obtineat ullam, sed æternis baratri incendiis trusus jugiter miserrimus crucietur.*

[Sequuntur metæ de **Gainige, Golle,** & de **Wrth** & de **Ermundeslea,** Saxonico idiomate expressæ.]

958. *Anno dominicæ incarnationis DCCCCLviij. indictione secunda scripta est hujus munificentiæ singrapha, his testibus consentientibus quorum inferius nomina, secundùm uniuscujusque dignitatem utriusque ordinis decussatim, domino disponente, caraxantur.*

✠ *Ego* Eadgar Britanniæ *Anglorum monarcus hoc cammaco agia crucis roboravi.*

✠ *Ego* Dunstanus Dorobornensis *ecclesiæ archiepiscopus, ejusdem regis benevolentia consensi.*

✠ *Ego* Oscytel Eboracensis *basilicæ primas, insegnis hoc donum regale confirmavi.*

✠ *Ego* Oslulf *præsul, canonica subscriptione manu propria hilaris subscripsi.*

✠ *Ego* Bryhtelm *plebis Dei famulus, jubente rege signum sanctæ crucis letus impressi.*

✠ *Ego* Adulf *pontifex, testitudine agia crucis intrepidus hoc donum corroboravi.*

✠ *Ego* Alfwold *antistes, trophæo sanctæ crucis hanc regis donationem consolidavi.*

✠ *Ego* Æthelstan *legis Dei catascopus, hoc eulogium propria manu depinxi.*

✠ *Ego* Daniel *speculator commissarum plebium lætabundus fore consensi.*

✠ *Ego* Eadgui *ejusdem regis avia, hanc largitionem cum sigillo sanctæ crucis confirmavi.*

✠ *Ego* Athelwuold *abbas* Abbendoniensis *cœnobii, hoc fustagma triumphans dilitavi.*

✠ *Ego* Alfuuold *domino concedente abb. huic dapsilitati assensum præbui.*

✠ *Ego* Ealdred *Christo allubescente abb. crucis modum gaudens imposui.*

✠ *Ego* Ælfere *dux.*
✠ *Ego* Ælfeah *dux.*
✠ *Ego* Æthelstan *dux.*
✠ *Ego* Athelwold *dux.*
✠ *Ego* Brihtnod *dux.*
✠ *Ego* Earmund *dux.*
✠ *Ego* Æthelmund *dux*
✠ *Ego* Ælfgar *minister.*
✠ *Ego* Ælfuuine *min.*
✠ *Ego* Briferth *min.*
✠ *Ego* Æthelsige *min.*
✠ *Ego* Osuuig *min.*
✠ *Ego* Eadric *min.*
✠ *Ego* Osunard *min.*
✠ *Ego* Oslulf *min.*
✠ *Ego* Uulfgar *min.*
✠ *Ego* Uulfhere *min.*
✠ *Ego* Æthelsige *min.*
✠ *Ego* Ælfsige *min.*
✠ *Ego* Uulfhelm *min.*
✠ *Ego* Ælfsige *min.*
✠ *Ego* Ælfred *min.*
✠ *Ego* Ealdred *min.*
✠ *Ego* Æthelsige *min.*
✠ *Ego* Ælfeah *min.*
✠ *Ego* Ælfuuine *min.*
✠ *Ego* Athelmine *min.*
✠ *Ego* Ealdred *min.*
✠ *Ego* Leving *min.*
✠ *Ego* Ælfsuuig *min.*
✠ *Ego* Ælfsuuine *min.*
✠ *Ego* Æthelmeard *m.*
✠ *Ego* Æthelferth *min.*
✠ *Ego* Ælfric *min.*

✠ *Ego* Uulfric *min.*
✠ *Ego* Cyneric *min.*
✠ *Ego* Uuihtsige *min.*
✠ *Ego* Eanulf *min.*
✠ *Ego* Leofa *min.*
✠ *Ego* Ælfnoth *min.*
✠ *Ego* Alfuuold *min.*
✠ *Ego* Ælfric *min.*
✠ *Ego* Uulfric *min.*
✠ *Ego* Ceoleah *min.*
✠ *Ego* Brihtric *min.*
✠ *Ego* Alfuuold *min.*
✠ *Ego* Athelmuold *min.*
✠ *Ego* Eaduuig *min.*
✠ *Ego* Ordgar *min.*
✠ *Ego* Ælfmær *min.*
✠ *Ego* Æthelferth *min.*
✠ *Ego* Ordnoth *min.*
✠ *Ego* Orduuold *min.*
✠ *Ego* Osmær *min.*
✠ *Ego* Lefing *min.*
✠ *Ego* Ælffige *min.*
✠ *Ego* Ætheric *min.*
✠ *Ego* Byrhtelm *min.*
✠ *Ego* Ælfuueard *min.*
✠ *Ego* Eadric *min.*
✠ *Ego* Brihtunald *min.*
✠ *Ego* Æthelferth *min.*
✠ *Ego* Æthelmeard *min.*
✠ *Ego* Eadulf *min.*
✠ *Ego* Sigelm *min.*
✠ *Ego* Æthelm *min.*
✠ *Ego* Eadric *min.*

De sancto Adhelmuoldo.

NUnc verò restat ut de viro venerabili *Athelmuoldo*, tempore regis *Eadgari* istius loci abbate sanctissimo, mentionem faciamus, qualiter post amplas possessiones *Eadgari regis Anglorum* illustrissimi, domum istam venustissimè ordinaverit, utputa prudens ac vigilans Domini nostri Jesu Christi dispensator, videlicet quoad ordinis observantiam, & institutiones ordini admodum necessarias, lib. fol 14.

necessarias, similiter & consuetudines omni memoria dignas. Inprimis itaque beatus *Athelnuoldus*, regnante rege *Eadgaro* honorabili, templum in honore sanctæ Dei genitricis semperque virginis *Mariæ* in hoc loco construxit, pariter & ad votum consummavit. Quo consummato, cum jam beatus *Athelnuoldus* nonnullos fratres ibi coadunasset, de communi consensu & pari voluntate eorundem, misit quendam suum monachum nomine *Osgarum* in transmarinas partes ad abbaciam *Floriacensem* propter regulam beati *Benedicti*, sub qua fratres istius loci Deo dignè famulantes fœliciter militarent. Attendens etiam diligenter beatus *Athelnuoldus* illud propheticum quod dicitur, *Domine dilexi decorem domus tuæ*, ut de domo exteriori ad præsens intelligatur, quoad decentiùs potuit, domum istam ornamentis ditavit preciosissimis. Dedit autem, ut ex antiquorum librorum accepimus attestatione, calicem unum aureum immensi ponderis, ob honorem & reverentiam corporis & sanguinis domini nostri Jesu Christi. Dedit etiam tres cruces admodum decoras ex argento & auro puro, quæ tempore werre regis *Stephani* sunt confractæ, attestantibus monachis nostris viam universe carnis ingressis. Ornavit etiam ecclesiam textis, tam ex argento puro quàm ex auro obrizo, pariter & lapidibus preciosissimis, thuribulis, & fialis, pelvibus fusilibus, & candelabris ex argento ductilibus, multisque bonis aliis tam usibus monachorum circa altare competentibus quàm decentiæ ecclesiasticæ competentibus. Opitulante etiam piissimo rege *Eadgaro*, memorandæ memoriæ abbas *Athelnuoldus* tabulam fecit argenteam precio adpreciatum trecentarum librarum, cujus etiam materiam forma exsuperabat artificialis; quæ etiam usque ad tempus *Vincencii* abbatis illesa permansit & inconfracta. Interim vir Dei mulieri forti consimilis sindonem fecit, vendidit & tradidit Chananeo, dum per sanctam conversationem & devotionem exemplum bonæ actionis præbuit discipulis suis, de bono in melius commutatus. Fecit etiam duas campanas propriis manibus, ut dicitur, quas in hac domo posuit cum aliis duabus majoribus, quas etiã beatus *Dunstanus* propriis manibus fecisse perhibetur. Præterea fecit vir venerabilis *Athelnuoldus* quandam rotam tintinnabulis plenam, quam auream nuncupavit, propter laminas ipsius deauratas, quam in festivis diebus ad majoris excitationem devotionis reducendo volvi constituit. Fuerunt autem ista super enumerata ornamenta, cum augmentatione bonorum aliorum in ecclesia ista usque ad adventum *Normannorum* in *Angliam*.

Isto enim tempore erant in hac domo quidam monachi & sacristæ de cœnobio *Gemeticensi*, qui ornamenta quamplurima à beato *Athelnuoldo* laborioſè adquisita, & huic domui collata, tam aurea quàm argentea, eruderato penitus argento à rota memorata, secum in *Normanniam* fraudulenter asportaverunt. Attendens etiam diligentius vir venerabilis *Athelnuoldus* illud autenticum quod dicitur, *de altare vivunt qui altari serviunt*: similiter & illud evangelicum, *dignus est operarius mercede sua*, singulis diebus horis statutis liis fuis in vinea domini laborantibus annonam hujuscemodi sub certa astipulatione constituit. Monachis *Abbendoniæ* ad mensam discumbentibus, unusquisque panem accipiat sibi deputatum de frumento puro quinque marcis parem in pondere; unde versus ille, *Panis* Abbendoniæ *par marcis pondere quinque*. Ad illum panem frustum casei ad talem & tantam magnitudinem singulis diebus apponi constituit, ut infra v. dies pondus *Abbendunense* quod tunc constabat ex xx. duabus petris, ut ex antiquorum accepimus attestatione, penitus expenderetur.

Constituit etiam monachis istius loci Deo & beate *Mariæ* in perpetuum servientibus, quaqua die duo genera leguminum ante generale; & pulmentum post generale, unum etiam generale, & unam pitanciam eis constituit, quibus ad refectionem sine crapula vesci possent. In albis unam pitanciam plusquam in aliis diebus constituit. In cappis duas pitancias præter generale. In præcipius festivitatibus tres pitancias præter generale. Et in eisdem diebus artocreas, & ad cœnam oblata constituit. In quadragesimali verò tempore loco casei constituit unicuique fratrum unam anguillam grossam cotidie cum generale. In estate verò constituit ad cœnam fratrum lac acidum in vasis pulcherrimis quæ Crethes vulgari onomate dicuntur, à die quæ dicitur Holtenai usque ad festum sancti *Michaelis* qualibet die. A festo verò sancti *Michaelis* usque ad festum sancti *Martini*, lac dulce secunda die. Vas verò quod Crethe nuncupatur vij. pollices continet, viz. ad profunditatem à summitate unius usque ad profundum lateris alterius. Constituit etiam placenta v. diebus ebdomade *Paschæ*. In ebdomada *Pentecostes* v. diebus. Et in die sancti *Marchii* evangelistæ. Tribus diebus Rogationum. Die Ascensionis dominicæ.

Ad mensuram potus monachorum vir venerabilis *Athelnuoldus* quandam assisam non ultra rationabilem sufficientiam progredientem nec citra deficientem constituendam perutile fore dijudicavit. Constituit itaque cifum quendam magnum, flasconem & dimidium, scilicet duas caritates & eo amplius in se plenarie continentem, quem cifum antiqui *bollam Athelnuoldi* vocabant. Hac verò mensurâ bis in die obbæ monachorum implebantur, scilicet ad prandium & ad cœnam. In festivis etiam diebus constituit eis, sive in albis sive in cappis, idromelum, videlicet ad prandium inter sex fratres sextarium, & ad cœnam inter xij. fratres sextarium. In præcipuis verò diebus quas apud nos principales observamus, scilicet, Natali domini, in Pascha, in Pentecoste, in Assumtione sanctæ *Mariæ*, & in Nativitate ejus, in Natali apostolorum *Petri* & *Pauli*, in festivitate omnium Sanctorum vinum illis constituit ad mensuram qua prius; de Idromelo ad prandium, & ad cœnam Idromelum. Hæc verò & his similia tam habundanter tamque circumspectè constituit, ut non solùm monachi quoad usum victus sustentarentur, verumetiam pauperes ex eorum reliquiis propensiùs recrearentur.

Præterea videns vir venerabilis, quod in maxima parte diminutæ essent veritates à filiis hominum, & magis ac magis imposterum diminuendæ, timens sibi ac suis ne consuetudines inantea assignatæ, per processum temporis aut deteriorarentur aut in pejus mutarentur, vel etiam penitùs adnullarentur, fecit quod potuit, & firmiter prohibuit

hibuit sub anatematis interminatione, ne quis successorum suorum in pejus mutare præsumeret aut variare, nisi fortè, zelo caritatis succensus, easdem consuetudines de bono in melius augmentare decrevisset. Oravit etiam pro domo ista, antequam ad episcopatum *Wintoniensem* vocatus esset, orationem; cujus orationis tenor hic est.

Oratio Sancti Ashtuuoldi.

DEUS eterne, ante cujus conspectum assistunt angeli, & cujus nutu reguntur universa, protege domine quæso locum istum qui in nomine tuo & beata Mariæ *constructum est, & per virtutem nominis tui recedat ab eo virtus inimicorum, umbraque fantasmatum & incursio turbinum, percussio fulminum, lesio tonitruum, calamitas tempestatuum omnisque spiritus procellarum. Preterea quæso domine, ut non ignis domum istam consumat, nec homo inimicus per superbiam eam destruat; sed tu piissime Deus conserva eam & guberna, multiplicique fructuum ubertate pinguescat, ut omnes habitantes in ea voca & corde Deo immizent, & sua modulatione nomen tuum magnificent, & super eos descendat benedictio tua, & super locum istum, maneatque semper per dominum nostrum.*

Sanctus Adelwoldus *factus est episcopus ab* Edgaro *rege.*

INterea, dum viri Dei *Athelwoldi* abbatis vita & Deo acceptabilem & hominibus predicabilem indies se exhiberet, à prædicto rege *Eadgaro* eligitur *Wintoniensi* urbi antistes, anno à dominica incarnatione DCCCCLXIII. Hujus vice *Abbendoniæ* abbas constituitur *Osgarus*, ejusdem ecclesiæ monachus; et quamquam Patriarchatum conscenderit præsulatus, non tamen à monachicæ jugo disciplinæ aliquatenus se relaxavit: unde clerici, qui tunc temporis apud illius episcopatus sedem in ecclesia convivere canonicè debuerant, religionis rigorem in suo præsule negligentes, loco cedere quam districtiùs vivere maluerunt. Quapropter prædicti regis & beati *Dunstani* tunc archiepiscopi consiliis, & auctoritate, eos expulit, monachosque de *Abbendonia* intromisit illuc, qui usque hodie Deo regulariter in eadem ecclesia deserviunt. Similiter & de ecclesia ubi abbatia est in eadem civitate fecit. Nam in ea monachos, & abbatem eis primus ipse instituit. Siquidem & apud *Orientales-Anglos* in insula *Heliensi* unum, in loco verò qui **Burch** appellatur aliud, & apud *Torneiam* tercium, monasteria cœnobitarum constituit. Que cuncta ex *Abbendonensium* sumpsere collegio cultum & fundamina, ubi pietatis justiciæque cultor ille vineam plantaverat tam fertilem, de qua per loca plurima tot propagines propagaret. Sed quia ecclesiam *Abbendunensem* ante susceptum episcopatum dedicandam reliquerat, post sui consecrationem & ipsam, unà cum beato *Dunstano*, & aliis nonnullis coepiscopis suis in honorem Dei genitricis consecravit die v. kalendarum Ianuariarum.

963.

Ib. fol. 128. a.

De silva apud **Winekesele.**

WILLIELMUS Rex *Anglorum*, *Waltero Oteri* filio Salutem. Mando tibi & præcipio ut abbati *Abbendoniæ* permittas habere suam terram & suam silvam omnino liberam, præter silvestrem silvam & pascua suorum hominum habeat in prædicta silva, & inde ne amplius de hac silva vel villa injuriam abbati facias.

De dominiis hujus ecclesiæ.

Ib. fol. 142. b.

HENRICUS Rex *Angliæ*, *Rogero* episcopo *Salesberiæ*, & *Roberto* episcopo *Lincolniæ*, & *Hugoni* de **Wocheland**, & *Willielmo* de **Dreneford**, & baronibus suis omnibus fidelibus *Francis* & *Anglis* de *Berchescira* & *Oxenefordscira* Salutem. Sciatis me concessisse & imperpetuum firmiter reddidisse Deo & sanctæ *Mariæ* de *Abbendona* & *Faricio* abbati, & omnibus successoribus suis omnia dominia, quicunque tenèt ea quocunque modo: sicut eadem ecclesia habebat ea die quando pater meus, rex *Willielmus*, dedit *Rainaldo* abbati abbatiam de *Abbendona*. Testibus *Matilda* regina, & *Rogero* episcopo *Salesberiæ*, cancellario, & *Willielmo Werelwast* apud *Westmonasterium* in Natale domini.

Carta de dominiis hujus ecclesiæ.

Ib. fol. 143. a.

" HENRICUS Rex *Anglie*, *Richardo* de *Monte* & omnibus baronibus *Francis* & *Anglis* de *Oxenford-scira*, Salutem. Sciatis quia volo & præcipio ut abbas *Faricius* & abbathia de *Abbendona* in pace & sine calumnia omnium hominum teneant terram in *Gersendona*, quam *Perchebaia* tenebat, & nulli inde respondeant, & ita bene teneant sicut abbatia tenuit tempore fratris & patris mei, & meo. Testibus *Johanne* episcopo *Luxovii*, & *Gilleberto* filio *Richardi* apud **Windresores**.

De terra de **Colebroc** *quam* Milo Crispin *dedit.*

Ib. fol. 144. b.

MIlo *Crispin* pro servitio quod abbas *Faricius* ei in sua infirmitate impenderat, dedit in elemosina ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & monachis in *Abbendona* quoddam hospitium in via *Lundoniæ* apud **Colebroc**, in quo manebat quidam vocabulo *Aegelwardus*, & dimidiam hidam terræ pariter, cum omnibus illi adjacentibus, pratis, pascuis & silvis. Et misit *Abbendoniæ* suum dapiferum *Gilbertum Pipard*, cum capellano suo *Warino*, & per eorum manus donum hujus rei super altare sanctæ *Mariæ* imponi jussit, in presentia domini abbatis & totius conventus ecclesiæ, anno videlicet septimo *Henrici* regis.

Carta Henrici *regis de diversis rebus quas abbas* Faricius *adquisivit.*

Ib. fol. 147. b.

" LIcèt omnia mundi regna sint transitoria, per ea tamen conquiruntur æterna, si eorum divitiæ ritè tractentur & justè dispensentur: Felix sanè commercium ubi pro transitoriis semper manentia, pro terrenis cœlestia commutantur. " Unde ego *Henricus* Dei gratia rex *Anglorum* & dux *Normannorum*, inter cætera quæ Deo auctore, " pro salute animæ meæ & parentum meorum, " uxoris meæ & filiorum in diversis jam locis feci, " concilio baronum meorum, hæc quæ infra le-

" guntur Deo & sanctæ genitrici ejus concessi in " *Abbendonensi* ecclesia perpetuo jure manentia, " videlicet quinque hidas terræ quietas ab omni- " bus geldis & placitis & aliis rebus mihi pertinen- " bus in manerio ejusdem ecclesiæ quod dicitur " *Wrtha*, ad opus elemosinæ. Et quoddam me- " um molendinum proprium cum terris & aquis " & consuetudinibus aliisque rebus sibi pertinen- " tibus quod vocatur *Hexeura*, positum super " flumen Ecam in manerio de *Suttuna*. Et duas " hidas terræ quæ sunt in Beneham quas *Unfri-* " *dus* de Bohun in presentia mea & multorum " baronum meorum reddidit, & concessit predictæ " ecclesiæ. Et quoddã pratum nomine *Kingesmeda*, " in feudo firma perpetuò habendum pro viginti " solidis reddendis unoquoque anno, quod ante " reddebat tantùm quindecim præpositis meis. Et " terram quam *Algarus* tenet in Abbeselu, quam " *Nigellus* de *Oilleio* reddidit eidem ecclesiæ in do- " minio habendam. Et unam hidam in *Westona* " in loco qui dicitur *Wremundesleia*, quam *Droco* " de *Andeleia* dedit ecclesiæ, & comes *Richardus* " de *Cestra* fecit quietam de omni servitio suo pro " anima patris sui. Et ecclesiam de Niweham " cum terra sibi pertinente, & decimam ejusdem " villæ, & unam piscariam cum rebus sibi perti- " nentibus, sicut *Willielmus* de *Curceio* prædictæ " ecclesiæ dedit in elemosina, & unam hidam in " Fencote cum pratis & pascuis & omnibus sibi " pertinentibus, sicut *Adelina* de *Sucreio* dedit " ecclesiæ in elemosina, & *Adeliza* filia concessit. " Et sartum quod *Robertus* filius *Hammonis* de- " dit ecclesiæ quod est inter *Merlavam* & Ham- " stede, sicut designatum fuit per barones ipsius " *Roberti*. Et terram *Alwardi* de *Suttuna* juxta " Colebroc, quam *Milo Crispinus*, & uxor ejus " *Matildis* dederunt ecclesiæ in elemosina. Et " terram *Roberti* filii *Hervei*, cum consuetudini- " bus quibus eam tenebat à *Roberto Gernone* do- " mino suo, qui eam dedit reginæ *Mathildi* ux- " ori meæ, & ipsa cum eo jam dictæ ecclesiæ de- " dit in elemosina. Et unam hidam cum dimidia " virgata in villa quæ dicitur Holm, & dimidiam " in *Esturtuna* sicut *Henricus* de *Albeneio* con- " cessit ecclesiæ. Et unam hidam in villa Dumel- " tune quam *Willielmus Gomzenboeth* dedit ec- " clesiæ, & comes *Robertus* de *Mellent*, ex cujus " feudo erat, ante me auctorizavit. Et in eadem " villa dimidiam hidam quam ego ipse concessi " ecclesiæ in elemosina. Et in villa *Kinsuetona* ec- " clesiam & duas hidas, duodenis xx. acris & " unam virgatam, quas *Albericus* de *Ver* & uxor " ejus *Beatrix* & filii ejus dederunt ecclesiæ pro " anima *Gaufridi* filii sui. Et hospitia sua quæ " sunt *Lundonia* in Westminsterstret. Et ter- " ram quam *Richardus* filius *Remfredi* dedit ec- " clesiæ, & *Willielmus Clemens* ab eo tenebat, " quam *Brientius* & uxor ejus *Mathildis* con- " cesserunt ecclesiæ.

" Signum regis *Henrici*.
" Signum reginæ *Mathildis*.
" Signum *Willielmi* filii regis.
" Signum *Radulfi* archiepiscopi *Cantuariensis*.
" Signum *Turstini* archiepiscopi *Eboracensis*.
" Signum *Willielmi* episcopi *Exoniæ*.
" Signum *Theobaldi* episcopi *Winsoniensis*.
" Signum *Rogeri* abbatis *Fiscam*.
" Signum *Radulfi* cancellarii *Henrici* regis.

Quomodo Robertus *de* Oili *reddidit ecclesiæ* Abbendoniæ Tadintun. Fol. 123 b

EJusdem temporibus, & temporibus duorum regum, scilicet *Willielmi*, qui *Anglos* devicerat, & filii ejus *Willielmi*, erat quidam constabularius *Oxoniæ*, *Robertus* de *Oili* dictus, in cujus custodia erat illo tempore provincia illa in præceptis, & in factis, adeo ut de ore regis profereretur illi actio: dives enim valdè erat, divitiis nec pauperi parcebat exigere ab eis pecunias sibique gazas multiplicare, sicut qui brevi versiculo de similibus comprehendit dicens: *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Ecclesias vero cupiditate pecuniarum infestabat ubique, maximè abbatiam *Abbendoniæ*, scilicet possessiones abstrahere & frequenter in placitis gravare quàm misericordiam regis ponere. Inter cætera mala, pratum quoddam extra muros *Oxoniæ* situm, contentiente rege, à monasterio abstraxit, & in usum militum castelli deputavit, pro quo dampno contristati sunt fratres *Abbendonenses* magis quàm pro aliis malis. Tunc simul congregati ante altare sanctæ *Mariæ* quod dedicaverant sanctus *Athelnualdus*, *Dunstanus* archiepiscopus, & sanctus *Athelnualdus* episcopus, cum lacrimis prostrati in terrã deprecantes de *Roberto* de *Oili* monasterii depredatore vindictam facere, aut illum ad satisfactionem convertere. Interea dum sic per dies & noctes beatã *Mariam* invocassent, decidit ipse *Robertus* in egritudine valida, in qua laborabat multis diebus impenitens, donec videbatur ei quadam nocte in palatio cujusdam regis magni insistere, & hinc inde multitudinem magnatuum hominum assistere, & in medio illorum quandam glorioſam supra tronum sedere in muliebri habitu speciosam valdè, & ante illam stare duos fratres ex congregatione prædicti cœnobii quorum nomina cognouit. Et cum ipsi duo vidissent illum in palatium intrare, flectebant genua ante illam dominam, dicentes cum magno suspirio: *Ecce domina, iste est qui possessiones ecclesiæ tuæ sibi usurpat, & pratum unde clamorem facimus nuper à monasterio tuo abstraxit.* At illa commota adversus *Robertum* illum, jussit foràs ejicere, & ad pratum ducere, quod à monasterio abstraxit, ibique illum torqueri. Ad cujus preceptum surrexerunt duo juvenes ex circumstantibus & duxerunt eum in prædictum pratum ibique eum fecerunt sedere. Et statim convenerunt ibi turpissimi pueri portantes fenum de ipso prato super humeros suos, irridentes, & ad invicem dicentes: *Ecce karissimus noster, ludamus cum eo.* Tunc fasciculos de humeris suis deponentes, & desuper mingebant igne subposito, & sic fumigaverunt eum. Quidam ex eis tortas de illo feno faciebant, & in faciem ejus jactabant, alii barbam ejus inflammaverunt. Ille verò in tali angustia positus, clamare cepit, adhuc sopore detentus: *Sancta* Maria *indulge mihi jam moriar.* Uxor autem ejus juxta lectulum ejus jacebat, & evigilavit illum, dicens, *Domine evigela, gravè enim dormis.* At ille expergefactus à sompno, dixit, verè gravèq; nam in medio demonũ erat. Illa respondit dicens: *Dominus custodiat te ab omni malo.* Tunc ille narravit sompnum suum uxori suæ.

ri suæ. Et illa, *Dominus flagellat omnem filium quem recipit.* Post paucos verò dies, cogente eum uxore sua, ad *Abbendoniam* eum navigare fecit, & ibi ante altare coram abbate *Reginaldo* & omni congregatione fratrum & amicorum suorum circum astantium, **Tadmertune** decem librarum redditum, quas *Athelelmi* abbatis illuc usque dono exegerat, omnino remittens, contestatur suarum post se rerum possessiones, ne inde quicquam exactionis ultra queretur: simul & amplius quàm centum librarum summam, suorum pro emendatione præteritorum commissorum, hujusmodi quoque monasterii reedificatione quod nuper antea abbas *Reginaldus* ampliari inchoavit, super altare optulit tunc ad presens. Qui adeo monasterii renovationi intendit tunc, ut illud toto illo anno sine penuria fabricare accelleraret. Post prædictam autem visionem, quum viderat jussu Dei genitricis se à satellitibus malis torqueri, non tantùm ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Abbendonia* curabat erigere, verumetiam alias parochianas ecclesias dirutas, videlicet infra muros *Oxenfordiæ*, & extra, ex sumptu suo reparavit. Nam sicut ante visionem illam, depredator ecclesiarum, & pauperum erat, ita postea effectus est reparator ecclesiarum, & recreator pauperum, multorumque bonorum operum patrator. Inter cætera, pons magnus ad septentrionalem plagam *Oxoniæ* per eum factus est. Qui, mense Septembrio obiens, in capitulo *Abbendoniensi* in parte aquilonis sepulturam meruit; uxor autem ejus in sinistra ejus condita requiescit.

Privilegium *Eugenii Papæ tertii.*

EUgenius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Ingulfo *abbati monasterii sanctæ* Mariæ *de* Abbendona, *ejusque fratribus tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Salutem. Pia postulatio voluntatis effectu debet sequente compleri, quatinus & devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, & utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & prafatam sancti Dei genitricis ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri *& nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona in præsentiarum justè & canonicè possidetis, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ipsum locum in quo monasterium vestrum fundatum est, hundredum de* Hornimera, Abbandonam *& forum, cum libertatibus & consuetudinibus omnibus sicut reges* Angliæ *eas vobis concesserunt, cum* Cumennora *&* Bertuna, *& omnibus appendiciis hundredi*, Mercham, Middeltunam, Daitonam, **Saringefozd**, **Wachenesfeld**, *cum omnibus appendiciis suis. Ecclesiam sanctæ* Mariæ *de* **Colum** *cum pertinentiis suis. Ecclesiam de* Cinsentuna, *& duas hidas cum eis quæ adjacent. Ecclesiam sanctorum* Innocentum *& hospitia nostra quæ juxta ecclesiam sunt apud* Lundonias, *via* Westmonasterii, *ecclesiam sancti* Martini, *& ecclesiam sancti* Aldadi, *& quicquid terræ & juris habetis apud* **Orenford**, *ecclesiam de* **Diuncham** *ecclesiam de* Suttuna, **Lacing**, **Gaing**, *Fernebergam*, **Witteham**, **Apesford** *cum appendiciis suis; Offentonam* **Gosi**, **Turdeham**, **Cerni**, **Uuellford**, **Chivelaun**, **Uuinekefeto**, Visleclâ *cum appendiciis suis*; **Chuleham**, Cutheldonam, Leonethenoram, Thademertonam, Beredenam, Lechamstedam, Lennartonam, Tubbeneiam, Linfordam, **Fageflor**, *cum omnibus quæ adjacent. In* Glouceſtræ ſchira Duluestunam, & **Cirne** *cum appendiciis. In* Chiltona *quinque hidas. In* **Pesi** *duas hidas. In* Denchesewrdea *septem hidas. In* Borlanda *quinque hidas. In* Chadelesewrda *quatuor hidas, quæ fuerunt* Radulfi Basset. *In* Gersendona *viginti hidas. In* Cestretona *unam hidam. In* Hulla *duas hidas. In* **Bereford** *quinque hidas. In* Hernicota *duas hidas. In* Suttuna *unam hidam, & molendinum de* Henovara. *In* Fencota *unam hidam. In* **Benneham** *duas hidas ex dono* Humfridi *de* Bohun. *In* **Niweham** *unam piscariam cum appendiciis. In* **Colebroc** *quicquid terræ & juris habetis ex dono* Milonis Crispini, *&* Roberti Geruum. *In* Dumeltuna *unum hidam ex dono* Willielmi Guizemboez, *& dimidiam hidam ex dono* Henrici regis. *In* Stretona *unam hidam & tres virgatas ex dono* Henrici *de* Albenneio. *Obeunte autem te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum qualibet successorum, nullus ibidem qualibet surreptionis astutiâ vel violentiâ præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundùm Dei timorem, & beati* Benedicti *regulam, canonicè providerint eligendum. Prohibemus insuper, ut nullus post factam ibidem professionem, absque abbatis & fratrum suorum licentia, de eodem monasterio audeat discedere, discedentem verò nullus audeat retinere.*

Statuimus quoque, ut in monasterio vestro in quo fratres regularem vitam professi degunt, nulli omnino liceat secundùm beati Benedicti *regulam ibidem constitutam ordinem immutare, nullus etiam episcoporum futuris temporibus audeat ejusdem religionis fratres de monasterio vestro, abbate & fratribus minus consentientibus, expellere. Sepulturam quoque monasterii liberam esse concedimus; ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni & extremæ voluntati, nisi fortè excommunicati sint, nullus obsistat. Præterea, libertates omnes & rationabiles monasterii vestri consuetudines à regibus* Angliæ *& episcopis vestris vobis concessas, & scriptis eorum confirmatas, sicut eas hactenus in pace habuistis & tenuistis, vobis in perpetuum confirmamus. Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, & diocesanorum episcoporum canonica justicia & reverentia. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hujus nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis*

ſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate agnoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei & domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena ſint, atq; in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax domini noſtri Jheſu Chriſti, quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æterna pacis inveniant, Amen. Amen.

✠ *Ego* Eugenius *catholice eccleſie epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Conradus Sabinenſis *epiſcopus S.*

✠ *Ego* Ymarus Tuderti ulanus *epiſc. ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Gregorius *preſbyter Card. titulo* Calixti *ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Guido *preſbyter Card. titulo ſancti* Criſogoni *S.*

✠ *Ego* Ubaldus *preſbiter Card. titulo ſancte crucis in* Jeruſalem *S.*

✠ *Ego* Guido *preſbiter Card. titulo ſanctorum* Laurentii *&* Damaſi *S.*

✠ *Ego* Bernardus *preſbiter Card. titulo ſancti* Clementis *S.*

✠ *Ego* Manſredus *preſbyter Card. titulo ſancte* Sabine *S.*

✠ *Ego* Jordanus *preſbiter Card. titulo ſancte* Suſanne *S.*

✠ *Ego* Odo *diaconus cardinalis ſancti* Georgii *ad velum aureum S.*

✠ *Ego* Johannes *diac. card. S.* Mariæ *nove S.*

✠ *Ego* Bernardus *diac. ſancte* Romanæ *eccleſie ſubſcripſi.*

✠ *Ego* Cithius *diac. card. S.* Sergei *&* Bachei *ſubſcripſi.*

Datum Viterbi *per manum* Guidonis *S.* Romanæ *eccleſie diaconi cardinalis, & cancellarii, decimo kalendas Januarii, indictione ix. incarnationis dominice anno MCxlvj. pontificatus verò domini* Eugenii *iij. papæ anno ſecundo.*

1146.

GLOUCESTRENSE
Cœnobium.

Annales de Winchcumbe in bibl. Cottoniana.

ANNO dominicæ incarnationis DClxxx. anno quinto regis *Æthelredi*, *Oſrich* tunc ſubregulus *Wiccionum*, ex dono ejuſdem regis, primùm fundavit eccleſiam in honore ſancti *Petri* apoſtoli in civitate *Glouceſtriæ*, præficiens eidem monaſterio abbatiſſam *Kineburgam*, ſororem ſuam, cui ſucceſſit *Ædburga* abbatiſſa cognata ejus, & poſtea *Eaſe* abbatiſſa. Præfuit illic monaſterio xxx. annis, & adquiſivit terras multas, ꝛc pinoeꝑ pilla . xx. hidas; extra ciuitatem, Cxx. hidas. Et poſtea ſubregulus *Wiccionum*, *Aldred* dedit hæreditatem ſuam illic, hoc eſt ꝛc Culnæ . lx. manentes illius terræ, & *Burgred* ꝛc Fæpenpopda dedit x. hidas, ꝛc pinncanꝑtane, xv. hidas, ꝛc Cenoanpÿpda in terra montana xv. hidas. In Numeveꝑpelda iij. manentes. Iſtas terras omnes dedit *Aldred* ſubregulus. Similiter *Ædelmund* in Geloingdedit xxx. hidas ꝛc Oꝑpe . & xxxv. ꝛc Lecc ſ

——— Deceſſit ante germanum (*Ethelfleda* ſcilicet filia regis *Ælfredi*) quinquennio, ſepultaque eſt in monaſterio ſancti *Petri Glouceſtriæ*, quod ipſa cum viro *Ethelredo* (*Merciorum* comite) ingenti curâ extruxerat, eoque oſſa beati *Oſwaldi* regis ex *Bardenia* tranſtulerat, ſed illo, tempore ſequenti *Danorum* deſtructo, aliud, quod nunc in eadem civitate præcipuum habetur, *Aldredus* archiepiſcopus *Eboracenſis* inſtauravit. *W. Malmeſb.* fol. 25. b. n 10

——— Eſt ergo in ipſa civitate *Glouceſtriæ* ſancti *Petri* monaſterium, quod ibi *Aldredum* archiepiſcopum incepiſſe non ſemel dixi. Paucos ibi & non plus quàm tres monachos invenit abbas *Serlo*, à rege *Willielmo* ſeniore donum exile adeptus. Sed quantum Dei gratia cum illius conſpirans induſtria locum extulerit illum, quis congrua explicet facundia? (&c.) In eadem enim urbe tempore regis *Elfredi*, filia ejus *Elfleda*, cum conjuge ſuo *Ethelredo*, monaſterium ædificaverunt, nulla parcimonia ſumptuum, nulla inopia victualium: illucque ex *Bardanio* reliquias *Oſwaldi* regis tranſtulerunt, quòd omnis *Mercia* pareret imperio. Floruit id cœnobium ad tempus *Danorum*, fuitque affinitate arctiſſima noſtro, id eſt, *Malmeſberienſi*, conjunctum, ſicut in archivis utriuſque reperitur eccleſiæ. Sed monachis vi hoſtilitatis dilapſis, dum archiepiſcopus *Eboracenſis*, occaſione *Wigorn.* epiſcopatus monaſterium illud habuiſſet, canonicos recepit, præcipuamque ibi *Turſtanus* archiepiſcopus exhibuit diligentiam, & in ſcrinio Sancti renovando, & in eccleſia dilatanda, ubi cum veteribus fundamentis deturbatis nova jacerentur, inventa ſunt amborum conjugum in porticu auſtrali ſepulcra, & corpora antiquam reverentiam prætendentia. Ib fol. 161. b.

Anno Mlviij. *Aldredus Wigorn.* epiſcopus eccleſiam quam in civitate *Glaverna* à fundamentis conſtruxerat, in honore principis apoſtolorum *Petri*, honorificè dedicavit. (&c.) *R. Hoved.* f. 255. a. n. 10.

Sequitur hic de prima fundatione monaſterii ſancti Petri Glouceſtriæ *ab* Oſrico *ſubregulo, de licentia regis* Etheldredi.

Ex cronicis *Glouceſtrenſis* cœnobii in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie *Domitiani*. A. 8]

ANno ab incarnatione domini DClxxxj. *Ethelredus* rex *Merciorum* quartus à *Penda* primo rege, in eodem anno regni ſui xxv. adjuvanter conceſſit, & dedit in provincia *Wicciorum* duobus miniſtris ſuis nobilis generis, *Oſrico* ſcilicet, & *Oſwaldo* fratri ejus. *Oſrico* trecentorum tributariorum in **Glouceſtreſchire**, *Oſbaldo* ſimiliter trecentorum caſatorum apud **Perſovere**; hoc eſt, ut *Oſrich* **Glouceſtreſchire** acciperet, *Oſwaldus Perſoram* haberet. *Oſrich*, ex licentia regis *Ethelredi*, ex poſſeſſione ſua, in civitate *Glouceſtria* monaſterium cœnobiale, in honore ſancti *Petri* apoſtoli, domino *Theodoro Cantuarienſi* archiepiſcopo, & *Boſel* primo *Wigornienſi* epiſcopo, confirmantibus, nobiliter conſtruxit, & ibi *Keneburgam* ſororem ſuam abbatiſſam conſtituit, & poſt eam *Eadburga* cognata ejus abbatiſſa ſucceſſit, quæ ante fuit regina *Wlfredi* regis *Merciorum*. Et poſt eum *Gaſſe* abbatiſſa monaſterium illud, cum bona caſtitate & ſub eccleſiaſtica regula, xxxiij. annis benè cuſtodiebat, & adquiſivit terras multas, ſcilicet in **Alre** xx. hidas, in

in **Pyndeſwell** xx. hidas, ovibus ſuis illic adhibendas. *Adeldred*, ſubregulus *Wicciorum*, dedit hæreditatem ſuam eidem eccleſiæ; hoc eſt in **Culne** ſancti *Ælwini* lx. manentes illius terræ. *Burgred* rex *Merciorum* in **Fatreſozd** x. hidas. In **Wroarheſtun** xv. hidas. In *Ceddanwyrda*, in

De Kyneburga *abbatiſſa.*

KYneburga ſoror regis *Oſrici*, à *Boſeko* primo epiſcopo *Wygornia*, in abbatiſſam monaſterii *Gloucestriæ* conſecratur, quæ monaſterium il-

Walterus *ſpodnis* [illegible], *& hæc memoranda In ſcriptis poſnit clauſtralibus enucleanda.*

[illegible] *regulariter conſecrata, & Eurionis* quendam in abbatem, & cuſtodem monaſterii illius conſecravit, qui monaſterium illud xxxvij. annis

statis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate agnoscat, & a sacratissimo corpore, & sanguine Dei & domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena sint, atq; in extremo examine districti ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus,

xxx. hidas ꝛc Oppe. & xxxv. ꝛc Lecc ȝ

—— Decessit ante germanum (*Ethelsteda* scilicet filia regis *Ælfredi*) quinquennio, sepultaque est in monasterio sancti *Petri Gloecestriæ*, quod ipsa cum viro *Ethelredo* (*Merciorum* comite) ingenti curâ exstruxerat, eoque ossa beati *Oswaldi* *W. Malmesb.* fol. 25. b. n 10



in terra montana xv. hidas. In Numecc[illegible] iij. manentes. Istas terras omnes dedit *Aldred* subregulus. Similiter *Ædelwund* in Gelong dedit

stica regula, xxxij. [illegible] custodiebat, & adquisivit terras multas, scilicet in Alre xx. hidas,

in

in **Pyndeſwell** xx. hidas, ovibus ſuis illic adhibendas. *Adelbred*, ſubregulus *Wicciorum*, dedit hæreditatem ſuam eidem eccleſiæ; hoc eſt in **Culne** ſancti *Elwini* lx. manentes illius terræ. *Burgred* rex *Merciorum* in **Fairefozd** x. hidas. In **Wyarheſton** xv. hidas. In *Ceddanmyrda*, in terra montana xv. hidas. Item *Adelred* dedit extra civitatem *Glouceſtriæ* CXX. hidas ubi nunc *Bertona* eſt. In **Pyndeſſeld** iij. manentes. *Edelmund* ſubregulus dedit xxx. manentes. In **Dovere** xxxviij. In **Hozthlech** .... *Nodehardus* comes, & præfectus regis in **Cvencandeſſeld** iiij. manentes.

Omnes iſtæ donationes & hæreditariæ terræ, in multis ſinodis, & conſiliis confirmatæ fuerunt. *Ethelredus* rex prædictus *Merciorum*, xxx. anno regni ſui, relicto temporali, *Kynredo* ſuo fratrueli regnum dedit, & apud **Barveney** eſt attonſus, primò in monachum, poſt in abbatem allevatus; anno ab incarnatione domini DCCXVI. a ſeculo migravit, & ad gaudia æterna intravit. Anno ab incarnatione Domini DCCVIII. *Kynredus* rex *Merciorum*, & *Offa* rex *Eſt-Saxonum*, relictis regnis, *Romam* venere, tempore *Conſtantini* papæ; ibique monachi facti uſque ad finem vitæ permanſerunt, ſicque ad cœleſtia regna migravere. Hii multa bona contulerunt monachis S. *Petri Glouceſtriæ*.

De Cenredo *rege* Merciorum.

ANno domini DCCVIII. *Kenred Northanhymbrorum* rex moritur; cui rex *Oſricus* ſucceſſit, qui dudum *Glouceſtrenſe* monaſterium condiderat: vij. idus Maii mortuus eſt, anno regni ſui xij. & ſepelitur in eccleſia ſancti *Petri* coram altare ſanctæ *Petronillæ*, in aquilonari parte ejuſdem monaſterii, anno domini DCCXXIX.

Sequitur verſus de prima fundatione hujus loci, videlicet Glouceſtrenſis *monaſterii.*

Hic eſt principiũ primuſq́, ſtatus monachorum
Profert indicium nobis Glouceſtria *quorum.*
681. *Tunc ſexcentenus erat annus virgine nati*
Ac octogenus primus per Ave *generati,*
Nobilis Oſricus, *quando loca ſtruxit amiens*
Regni Ethelredi, *ſi debent cronica credi,*
Ille monaſterium primum conſtruxit in urbe
Faminea turbe decus attollens ita Deum
Condidit eccleſiam ſub honore Petri *ſpecialem*
Perpetuam latriam per ſecula cœnobialem.
Hic abbatiſſam præfecit in urbe ſororem:
Terram ſubmiſſam ſibi fecit & urbis honorem.
Primùm prælata fuit hec Kyneburga *vocata,*
Sic vixit ſtrata donec fuit in ſua fata:
Statim ſucceſſit, jamque defuncta Kyneburga,
Nobilis Edburga, *quæ plurima commoda geſſit:*
Quondam regina Wlferi *regis honeſta;*
Hæc celebris domina: ſed mors clauſit ſua geſta.
Inclita matrona ſucceſſit in urbe patrona:
Cœlebs caſta bona cœleſti digna corona.
Walterus *ſtuduit* Froncester, *& hæc memoranda*
In ſcriptis poſuit clauſtralibus enucleanda.

De Kyneburga *abbatiſſa.*

KYneburga ſoror regis *Oſrici*, à *Boſello* primo epiſcopo *Wygorniæ*, in abbatiſſam monaſterii *Glouceſtriæ* conſecratur, quæ monaſterium illud xxix. annis ſub regularibus diſciplinis, in bona caſtitate rexit & cuſtodivit, & multa bona eidem monaſterio adquiſivit: tandem anno regiminis ſui xxix. obiit, & ſepelitur juxta fratrem ſuum *Oſricum*, coram altari ſanctæ *Petronillæ* ejuſdem monaſterii; cui ſucceſſit *Edburga*, anno ab incarnatione Domini DCCX. *Kyneburga* ante fratrem obiit xix. annis. *Edburga* uxor, & regina *Wolferi* regis *Merciorum*, poſt mortem mariti ſui, relicto ſeculo, ſacræ religionis conſortium in monaſterio ſancti *Petri* adquiſivit; tandem à ſancto *Egwino*, tertio à *Boſello* epiſcopo *Wygorniæ*, in abbatiſſam ibidem conſecratur, & monaſterium illud in ſanctis propoſitis benè rexit ac cuſtodivit. Et anno regiminis ſui xxv. à beato *Wilfrido* epiſcopo *Wygorniæ*, in eodem monaſterio, juxta prædeceſſorem ſuam & ſororem *Kyneburgam* ſepulturæ tradebatur. Cui ſucceſſit *Eva* anno ab incarnatione Domini DCCXXV. *Eva* quæ fuit uxor & regina *Wolfari* filii *Penda* regis, à ſancto *Wilfrido* epiſcopo *Wygorniæ* in abbatiſſam *Glouceſtriæ* conſecratur. Monaſterium illud, in bona caſtitate, & diſciplinis regularibus per xxxiij. annos benè rexit, & cuſtodivit, & multa bona eidem eccleſiæ adquiſivit, & ipſa in multis ſinodis confirmari procuravit; obiit tandem anno regni *Offæ* xij. & juxta ſorores & prædeceſſores ſuas in eodem monaſterio tradebatur ſepulturæ, anno videlicet incarnationis Domini DCCLXVII. Poſt ejus deceſſum ceſſaverunt abbatiſſæ & regimen in ipſo monaſterio regulare, quoniam tam fuit diſcordia regum, quàm diſſidium conſuetudinarium in regno, uſque adventum *Egbriti* regis, qui fuit anno ab incarnatione Domini DCCC. quippe *Egbritus* omnia regna unico quadravit imperio, ut populus animoſus & erronicus màgis bellum & ſubverſionem hinc inde movendum, quàm pacem inter ipſos uniformem pavere: ſet & ſpeciolitas religionis in monaſterio *Glouceſtriæ* per tranſlationem ſororum ibidem exiſtencium, huc atque illuc ad bellum & peccatum fugiendum, ſub poteſtate ſeculari, uſque ad tempus *Wolſtani* epiſcopi *Wygorniæ*, qui fuit anno ab incarnatione Domini Mij. mirificè 1002.
diſtrahebatur.

De Clericis, qui eccleſiam ſancti Petri Glouceſtriæ *rexerant, à monialibus uſque ad ipſos monachos effectos.*

ANno domini MXXII. *Wolſtanus* epiſcopus 1012.
Wygorniæ, qui poſtea factus eſt archiepiſcopus *Eboracenſis*, concedente rege *Cnutone*, duce *Danorum*, qui eccleſiam ſanctam exaltavit, & libertates ſuas antiquas renovavit ac promovit, ut dicit *Petrus Pictavenſis*: hic *Wolſtanus* clericos, qui eccleſiam ſancti *Petri* antea rexerant, cuſtodierant, ſub protectione Dei & apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, & regula beati *Benedicti*, in eadem eccleſia regulariter collocavit, & *Eduinum* quendam in abbatem, & cuſtodem monaſterii illius conſecravit, qui monaſterium illud xxxvij. annis

custodivit, sed & multa bona dissipavit: quoniam tempore suo, in perpetuam exhæredationem, vendita fuerunt maneria de Beggewoꝛth, de Patherleye. Tandem obiit anno prælationis suæ xxxvij. Set ab hoc loco recessit, & alibi sepultus est, cui successit *Wlstanus Wygornia* monachus,
1058. anno Domini MLVIII.

De quodam cirographo *Edrici* abbatis.

EGo Edricus *abbas in* Calvanhame *notifico & declaro in hoc cirographo, quod ego, mea magna necessitate, tradidi cuidam* Starmarcolo *terram de* Hegberlea, *& de* Bergwirde, *de dominio ecclesiæ quoad vixeris, & hoc feci pro ejusdem placita pecunia, videlicet pro xv. libris, quibus redemi omnia alia prædia monasterii ab illa magna* heregoldi *exactione, quæ per totam* Angliam *fuit. Testes horum sunt,* Wolstanus *archiepiscopus* Eboracensis, *&* Lefflius *episcopus* Wygorniæ, Aglaf *comes, & tota congregatio veteris monasterii, &* Anna *abbas & omnes fratres monasterii sancti* Oswaldi; *&* Wihtsige *præfectus, & tota civitas* Gloucestriæ, *& multi alii, tam* Angli *quàm* Dani. *Quare si forisfecerit ille qui terram tenet, de se, & de suo emendet: terra autem sit libera & iterum monasterio reddatur post mortem ejus. Acta sunt hæc anno ab in-*
1022. *carnatione Domini civ citer Mxxij. tempore* Chnuti *regis.*

Aldredus Wygorniæ episcopus, *Wlstanum Wygorniæ* monachum, in abbatem *Gloucestriæ* conse-
1058. cravit, anno domini Mlviij. &, de licentia regis *Edwardi* confessoris, ibidem constituit; set ipse *Aldredus* ecclesiam illam a fundamentis construxit de novo, & in honore principis apostolorum *Petri* honorificè dedicavit, sed causa magis hospicii quàm operis sui abstulit à communi, Lech, Odynton, Standisch, cum *Bertona*, retinens in manu sua. Tandem in archiepiscopum ecclesiæ *Eboracensis* consecratur, qui ipsa maneria ecclesiæ *Ebor.* appropriavit. Set *Wlstanus Jerosolimam* profectus, obiit peregrinus, anno Domini Mlxxij. prælationis suæ xiij. & anno regni *Edwardi* filii regis *Egelredi* xvij. Acta sunt hæc pridie idus Octobris, tempore regis *Edwardi* confessoris. Iste *Aldredus* episcopus postmodum mare transiit, & per *Hungariam* profectus est *Jerosolimam*, quod nullus archiepiscoporum vel episcoporum
862. *Angliæ* eatenus dinoscitur fecisse. Ann. DCCClxij. *Burgredus*, Deo omnipotentissimo concedente & auxiliante, rex *Merciorum*, confirmavit donationes quas donaverunt ecclesiæ sancti *Petri* prædecessores sui reges, id est, *Ethelredus* & *Ethelbaldus*, *Offa*, & *Kenulphus*, & cum consensu & consilio, ac licentia omnium optimatum suorum, fecit eandem ecclesiam liberam, & quietam, & omnia monasteria, & loca quæ eidem ecclesiæ obediunt, & pertinent, ab omni terreno negocio & servicio, ea duntaxat conditione statuta, ut orationes illorum deprecationesque pro ipso, & pro justis hæredibus suis, jugiter in illa ecclesia nocte & die memoriter servarentur. Hæc fuerunt gesta & renovata, anno domini DCCClxij. cum consensu & confirmatione *Burgredi* regis *Merciorum*, & archiepiscopi *Cheolnothi* in *Walsburnam*.

Sequitur de Serlone, *primo abbate monasterii sancti* Petri Gloucestriæ *post conquestum.*

ANno domini Mlxxij. post decessum *Wlstani* 1072.
abbatis *Glouc̃estrensis* ecclesiæ, quem eidem ecclesiæ archipresul prefecerat *Aldredus*, successit ei eodem anno, scilicet iiij. kal. Septembris, reverendus pater dompnus abbas *Serlo*, duos ibi tantum perfectæ etatis monachos & circiter viij. juvenes parvos inveniens. Hic idem pater primò fuit *Abricatensis* Canonicus ecclesiæ, sub *Michaele* pontifice, deinde monachus in ecclesia sancti *Michaelis* de *Montetumba*. Quinto anno conversionis suæ, petente & concedente rege *Willielmo* conquestore; & suggerente viro venerabili *Osmundo*, tunc regis cancellario, post *Sarisburiense* episcopo, prædicti suscepit locum regiminis, & à sancto *Wolstano* episcopo *Wygornia*, consenciente rege *Willielmo*, in abbatem *Glouc.* consecratur, qui multa bona eidem ecclesiæ adquisivit & revocavit, sed & Frocester cum *Culna* sancti *Elwyni*, quæ, tempore prædecessoris sui, alienata extiterunt, cum aliis maneriis, auxiliante rege *Willielmo* conquestore, ab archiepiscopo *Ebor.* impetravit, cæteris in exactione relictis usq; ad tempus *Hamelini* Abbatis. Hic idem pater adquisivit huic ecclesiæ mille dies relaxationis.

Anno Domini Mlxxvij. suscepit habitum reli- 1077.
gionis, sub dompno *Serlone* abbate venerabili, *Odo* primò celerarii functus officio, cujus labore, & industria, in terris & possessionibus multipliciter *Glouc̃estrensis* crevit ecclesia, anno Mlxxxix. 1089.
In die festivitatis apostolorum *Petri* & *Pauli*, hoc anno, *Glovernensis* ecclesiæ locatur fundamentum, venerabili viro *Roberto Herefordensi* episcopo primum lapidem in eo ponente, præsente dompno *Serlone* abbate.

De Bertona *& aliis maneriis ecclesiæ sancti* Petri *iterum redditis.*

ANno Domini Mxcv. dominica in ramis pal- 1095.
marum, venerabilis *Ebor.* archiepiscopus *Thomas*, reddidit *Glovernensi* ecclesiæ villas Lech, *Odyntunam*, Standysch, *Bertonam*, semetipsum graviter inculpando, pectus tundendo, genu flectendo, quia injustè eas tam diu tenuerat. Hæc acta sunt in presentia dompni *Serlonis* abbatis in capitulo monachorum, multis præsentibus & gaudentibus. Has villas eidem ecclesiæ ante annos circiter xxxix. abstulerat à communi prædecessor suus *Aldredus* archipresul, hospicii sui causa, regnante tunc rege *Edwardo* confessore.

De dedicatione ecclesiæ sancti Petri Gloucestriæ, *tempore dompni* Serlonis *abbatis.*

ANno domini MC. idus Iulii, die dominica, 1100.
ecclesia quam venerandæ memoriæ abbas *Serlo* à fundamentis construxerat *Glovernia*, ab episcopis *Sampsone*, *Wigorn.* *Gundulpho Rovensi*, & *Henrico Bancorensi*, dedicata est, magno cum honore.

Anno Domini MCI. *Henricus* clericus, rex *An-* 1101.
glia, contulit manerium de Hayfmoꝛ, & silvam & planum cum omnibus pertinenciis, sicut eam melius

1102. melius habuit. Et anno MCII. ecclesia sancti *Petri Glouc.* cum civitate igne cremata est. Postquam venerandæ memoriæ dompnus abbas *Serlo*, per industriam suam & laborem, terras multas & pecunias adquisierat, videlicet **Ledene, Lynhe-holt, Dontesborne**, & molendinum in **Stonhouse, Glaseburi, Sotteshoze, Pyndesfelde, Cleygrey, Lyttelton, Asperton, Clyffozd**, & ecclesiam sancti *Petri* **Herefozd**, *Seldenam* in **Wenescire**, & alia multa quæ continentur in kalendario donationum juxta literas alphabeti inde confectas.

1104. Anno Domini MCIIII. *Serlo* abbas, habens se cum in omnibus cooperatorem & coadjutorem, dompnum *Odonem* celerarium, anno ætatis suæ circiter LXVIII. prælationis suæ anno xxxiij. quinto nonas martii, feria v. post cineres, jam ad vesperam inclinante die, carne solutus est, relinquens post se centum monachos in conventu; cui successit dominus *Petrus*, ejusdem monasterii prior.

Sequitur versus *de Serlone*, primo abbate hujus loci post conquestum.

Ecclesia murus cecidit Serlone *cadente:*
Virtutis gladius, buccina justicia:
Vera loquens, & non vanis sermonibus utens,
Et quos corripuit principibus placuit.
Judicium præceps, contrarius ordinis error,
Et levitas morum non placuere sibi.
Tercius a Jano mensis, lux tercia mensis
Cum nece suppressum vita levavit eum.

Hic incipiunt donationes omnium bonorum monasterii sancti Petri Glouc. *tam temporalium quàm spiritualium.*

De Alre.

Ethelbaldus Rex *Merciorum* dedit Deo & sancto *Petro Glouc.* & monialibus ejusdem loci xx. hidas terræ in villa quæ vocatur **Alre**.

Nubi Robertus *dedit hic* **Aspertone** *Curtus.*

Robertus Curtus dedit Deo & sancto *Petro* & monachis ejusdem loci unam hidam terræ in **Herefordschire**, quæ vocatur **Aspertone**, anno regni regis *Willielmi Ruphi* x. tempore *Serlonis* abbatis, prælationis suæ xxv.

De Alwestone.

Walterus vicecomes dedit Deo & sancto *Petro Glouc.* & monachis ejusdem loci ecclesiam sanctæ *Helenæ* de **Alwestone**, cum una virgata terræ in eadem, anno regni regis *Henrici* senioris vij. abbatia vacante per mortem *Serlonis*.

De Ablone & Paygrave.

Henricus Rex senior dedit Deo & sancto *Petro Glouc.* & monachis ejusdem loci **Ablone**, & gravam de *Bertona*, quæ vocatur **Paygrave**, in eleemosinam pro placea ubi nunc turris stat *Gloucestriæ*, ubi quondam fuit ortus monachorum, anno regni regis *Henrici* ejusdem ix. tempore dompni *Petri* abbatis, de vj. sellionibus retro curiam de **Ablone**. Item *Radulfus* de **Wlyntone**, & *Olimpias* uxor ejus, dederunt vi. selliones terræ retro curiam de **Ablone**, tempore *Thomæ Brendone* abbatis, & regni regis *Henrici* secundi post conquestum xii.

De Ameneye.

Anno Domini MCXXVI. Ego *Wynebaldus* de *Balon*, unus de magnis regis *Henrici* post conquestum primi baronibus, & *Rogerius* filius meus, concessimus sancto *Petro* de *Gloue.* dimidiam hidam terræ in **Ameneye**, quam *Thomas* quidam *Anglicus* tenuit, solutam & quietam ab omni re quæ ad regem pertinet, excepto *Denegeldo* regis. Et nos similiter, ego & filius meus *Rogerius*, eandem terram concessimus Deo & sancto *Petro* & fratribus *Gloue.* solutam & quietam ab omni re quæ ad nos pertinet, excepto *Denegeldo* regis. Et ego *Wynebaldus* testis sum quod hæc facta sunt antequam monachi *Throkesburia* habuissent manerium de **Aurenel**.

De Bzocthzop.

Adeliza uxor *Rogeri* de *Breis*, dedit ecclesiæ sancti *Petri Gloue.* **Bzocthzop**, tempore *Serlonis* abbatis, cum ecclesia ibidem.

De eodem.

Gilbertus de *Myners* confirmat terras quas *Rogerus* primus dedit ecclesiæ sancti *Petri Gloue.* in **Bzocthzop**, & in *la* **Rugge**, tempore *Hamelini* abbatis.

De eodem.

Rogerus primus, & *Hugo* heres ejus, dederunt ecclesiæ sancti *Petri Gloue.* viij. acras terræ juxta curiam de **Bzocthzop**, tempore *Hamelini* abbatis.

De Bocholt

Helyas Gyffard, & *Alia* uxor ejus, anno Domini MCXXI. & filius eorum *Elyas*, concesserunt monachis *Gloue.* & super altare posuerunt, terram de **Bocholt**, scilicet & silvam, & planum, pro dimidia hida, & dimidia virgata, apud regem solutam, & quietam ab omni consuetudine, excepto *Denegeldo* regis, tempore *Willielmi* abbatis.

De Bocholt.

Anno Domini Mlxxxxvj. *Helias Giffard* dedit ecclesiæ sancti *Petri Gloue.* quandam partem silvæ suæ, cum iij. bordariis, rege *Willielmo* minore confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

De Bertona *abbatis.*

Aldredus, subregulus *Wicciorum*, dedit Deo & sancto *Petro Gloue.* & monialibus ejusdem loci,

C. hidas

C. hidas terræ ubi nunc est *Bertona* abbatis, tempore *Evæ* abbatissæ.

De Bzankamfelv.

Bodehardus comes, & præfectus regis, dedit Deo & sancto *Petro Glouc.* & monialibus ejusdem loci, iiij. manentes in **Bzankamfelv**, tempore *Keneburge* abbatissæ.

De Bache.

Bernardus de *Novo-mercato* dedit Deo & sancto *Petro Glouc.* unam hidam terræ quæ vocatur **Bache**, in parochia de *Coverna*, tempore *Serlonis* abbatis.

De Bery.

Willielmus dedit **Bery**, pro qua frater ejus *Goselinus*, dedit nobis *Seldenam* in *Devenschira* tempore *Serlonis* abbatis.

De Beverstone.

Anselinus de *Gorney* dedit Deo & sancto *Petro Glouc.* quinque solidatas terræ in **Beverstone**, cum advocatione ecclesiæ ejusdem villæ, tempore *Johannis Gamages* abbatis.

De Bertona *regis.*

Anno xix. regis *Edwardi* tercii post conquestum, idem rex dedit & concessit monachis *Glouc.* manerium *Bertone* regis, cum gurgitibus de **Punstrewozthe**, & dimidium gurgitis de **Duny** ad teodam firmam, in escambium pro ecclesiæ de **Wyrardesbery**, tempore *Ade* de **Staunton** abbatis.

De Bzokeswozthe.

1260. Anno Domini MCCLx. dompnus *Johannes Deffelda* abbas emit de *Laurencio* de *Chaundos* milite lv. acras terræ arabilis in **Bzokewozthe**, & de parco ejus xl. acras, & totum boscum suum in **Bocholt**, & continet CCC. acras.

De Bernewode.

Willielmus conquestor rex *Angliæ* dedit monachis *Glouc.* manerium de **Bernewode** cum omnibus pertinentiis suis, tempore *Serlonis* abbatis.

Hic Bromfelda *datur & Canonicus monachatur.*

1155. Anno Domini MClv. Canonici de **Bzomfelv** dederunt ecclesiam suam & seipsos sancto *Petro Glouc.* ibi monachari, per manum *Gilberti* episcopi *Herefordiæ*, *Theobaldo* archiepiscopo *Cantuar.* confirmante, tempore *Hamelini* abbatis.

De Boytone.

Helias Boy Giffard, pro anima *Bertæ* uxoris suæ, & antecessorum suorum, dedit monachis sancti *Petri Glouc.* ecclesiam beatæ *Mariæ* de **Boyton**, ecclesiam sancti *Georgii* de **Dzchesston**, cum capella sanctæ *Andreæ* de **Wynterbozne**, cum terris, & decimis, pratis, & pascuis, viis, semitis, & omnibus ecclesiis eisdem pertinentibus, salva tenura ecclesiæ de **Fintenay**, tempore *Hamelini* abbatis. *Walterus Giffard*, filius *Heliæ*, concedit, & confirmat ecclesiam de **Boyton** monachis *Glouc.* cum omnibus pertinentiis suis, cum dimidia hida terræ in eadem villa, & decimis totius ville, & cum instauramento viij. boum, j. averii, & Cxxij. ovium, & decimis totius villæ, tam dominii quàm hominum, de omnibus de quibus Christiani decimare debent, tempore *Hamelini* Abbatis.

De eodem.

Helias Giffard, calumpniam ponens super ecclesiam de **Boyton**, dompnus abbas *Thomas Corbonel*, pro bono pacis, concessit ei ecclesiam de **Dzchesston**, cum capella de **Wynterbozne**, retinens sibi ecclesiam de **Barton**. Dominus *Goselinus* episcopus *Sarum* concedit & confirmat conventui sancti *Petri Glouc.* ex dono *Heliæ Giffard* & *Walteri* filii sui. *Johannes* episcopus *Sarum* confirmat, & ordinat monachis *Glouc.* and hospitalitatem faciendam, xl. sol. annuos, auctoritate episcopali, de ecclesia de **Boyton**.

De Bzomptone.

Willielmus conquestor dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* manerium suum de **Bzomptone**, cum piscaria de *Waia*, cum terra usque ad ripam *Waiæ* adjacente, tempore *Serlonis* abbatis.

De Bokelond.

Kynredus rex *Merciorum*, dedit manerium de **Bokelond**, tempore *Edburgæ* abbatissæ.

De Burneham.

Robertus confirmat donum patris sui *Haraldi*: insuper dedit ecclesiam de **Bureham** Prioratui de **Elwas**, ut conventus ibi inveniatur, quod concessum est, sed non prosecutum. Insuper dedit eisdem decimas omnium maneriorum suorum, de quibus Christiani decimare debent. *Theobaldus* archiepiscopus *Cantuar.* confirmat. *Johannes* episcopus *Sarum* confirmat.

Hic sancto **Chircham** Petro *donantur &* **Bynham**.

Quidam vir nobilis nomine *Wilfinus le Rus*, quando monachi primò inhabitabant *Glouc.* ex infortunio, occidit vj. presbiteros inter **Chircham**, & *Glouc.* qui ob tam enorme scelus confusus, papam adiit, absolutionem petens, qui, accepta pœnitentia, ea duntaxat forma absolutus est, ut in pertuum vj. sacerdotes inveniret, pro se cantantes. Domum reversus gavisus, **Chircham**, & **Bynham**, cum pratis, planis, silvis, & pasturis, usque ad aquam *Sabrinæ* se extendentibus, dedit ecclesiæ sancti *Petri*, hac forma, quod vij. monachi, loco vij. sacerdotum, pro eo Deum interpellantes,

lantes, imperpetuum inveniantur, tempore *Edrici* abbatis.

De Cliffozde.

1099. Anno Domini Mxcix. *Rogerus* de Bulley miles, dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* Clyffozd, rege *Willielmo* minore confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

De Celeſwozthe.

Willielmus rex *Anglorum* junior, dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* duos breces in feodo suo de Celeſwozthe, cum grava, & pratellis eidem terræ adjacentibus, in puram elemosinam, telte *Willielmo* cancellario apud Neuham, tempore *Serlonis* abbatis.

De eodem.

Rex *Willielmus* junior concessit dompno *Serloni* abbati & monachis sancti *Petri Glouc.* ij. breces in feodo suo de Celeſwozthe, cum grava, & pratellis eidem terræ adjacentibus, in elemosinam. *Henricus* rex, frater ejus, confirmat *Odoni* & *Hugoni* monachis, & toto conventui *Glouceſtriæ*, in manerio suo de Celeſwozthe, duas assartas, & silvam quæ est in medio illarum, cum pratellis adjacentibus, in elemosinam & feodo, liberam, & quietam sicut *Willielmus* frater suus primùm concessit.

De Cronham.

Helias Gyffard filius *Helie* senioris, & *Ale* uxor ejus, quando monachatum accepit, dedit sancto *Petro* & monachis *Glouc.* Deo servientibus, Cronham, tempore *Hamelini* abbatis.

De Culna Rogeri.

1105. Anno Domini MCV. *Rogerus* de *Glouc.* miles, apud Walleyſon graviter vulneratus, dedit monachis *Glouc.* pro anima sua, in montanis *Culnam*, quæ vocatur *Culna Rogeri*, rege *Henrico* confirmante, abbatia vacante per mortem *Serlonis* abbatis.

De Cerneya.

Walterus vice[illegible] *Glouc.* dedit monachis sancti *Petri Glouc.* ecclesiam de Cerneye, cum decima ad eam pertinente, rege *Henrico* confirmante, tempore *Petri* abbatis.

De Ceſtzetone.

Robertus de *Oleio*, filius *Nigelli* de *Oleio*, dedit monachis sancti *Petri Glouc.* decimam de Ceſtretone, tempore *Serlonis* abbatis.

De Cumba.

Bernardus de *Baskevile*, cum semetipso, quando habitum monachi suscepit, dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* unam hidam terræ in Cumba. *Walterus* & *Robertus* de Baskevyle confirmant, tempore *Hamelini* abbatis.

Cuburley.

Manerium de Cuburleye datum fuit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* tempore *Editha* abbatissæ, & vocabatur Curpynbeſwelle.

De castro Godrici.

Willielmus Mareschallus comes de Penbroke, dedit monachis *Glouc.* in puram elemosinam molendinum, cum secta & molitura totius villæ suæ de castello *Godrici*, excepta molitura ipsius castelli, & cum secta & molitura totius villæ de Dunſton, & cum omnibus pertinentiis eju[illegible] molendini, tempore *Henrici Foliet* abbatis.

De Culna sancti Elwini.

Anno Domini MCCXVII. *Silveſter* episcopus *Wygorniæ*, dedit monachis sancti *Petri Glouc.* ecclesiam de *Culna* sancti *Elwyni* in proprios usus, ad ampliationes hospitalitatis, tempore *Henrici Blond* abbatis. *Athelbred* subregulus *Wicciorum*, dedit hæreditatem suam eidem ecclesiæ, hoc est in Culne sancti *Elwini* lx. manentes illius terræ. 1217.

Dunteſbourne *datur, &* Walterus *tumulatur.*

Anno Domini MLXXXV. obiit *Walterus* fundator sancti *Petri* Herford, scilicet, vj. kl. Aprilis, cujus corpus *Glouc.* in capitulo honorificè sepelitur. Tunc uxor ejus *Ermelina* dedit eidem ecclesiæ, pro redemptione animæ viri sui, villam quinque hidarum Dunteſbozne, tempore *Serlonis* abbatis. 1085.

De eodem.

Anno Domini MC. *Gilbertus* de Eskecot, cum uxore sua, & filio suo *Roberto*, dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* terram quam habebat in Dunteſbozne, pro anima domini sui *Walteri* de *Lacy*, & sua, tempore *Serlonis* abbatis. 1100.

De Duni.

Rogerus comes Herford, dedit medietatem piscariæ de Duny Deo & ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* Rex *Henricus* junior confirmat, tempore *Hamelini* abbatis

De eodem.

Rogerus de Staunton, dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* unam virgatam terræ, quæ dicitur Duny, & unum rusticum, cum terra sua. *Cecilia Talebot* confirmat carta sua, tempore *Hamelini* abbatis.

De decima venationis.

Rex *Henricus* dedit, concessit & confirmavit monachis sancti *Petri Glouc.* decimam totius venationis, quæ capta fuerit in foresta de Glouce-

ſtroſchire. Rex *Stephanus* confirmat, tempore *Petri* abbatis.

Eſtlech *hîc* Petro *datur, & ſic infero metro.*

De Elmundeſton.

1095. Anno Domini MXCV. *Odo* filius *Gamalielis*, dedit ſancto *Petro Glouc.* Plinarey, in Devenſchire, pro qua *Nicholaus de la Pole* dedit Elmundeſton in Warewykſchire, rege *Willielmo* juniore confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

De Ewenny.

1141. Anno Domini MCXLI. *Mauritius* de London, filius *Willielmi* de London, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam ſancti *Michaelis* de Ewenny, eccleſiam ſancti *Bridgidæ*, cum capella de Agemor de Lanſey. Eccleſiam ſancti *Michaelis* de Colveſton, cum terris, pratis, & omnibus aliis rebus ad eas pertinentibus, liberè & quietè in puram elimoſinam, ita ut conventus monachorum fiat. Inſuper & eccleſiam de Oſtrenuiue in Goer. Eccleſiam de Penbay, & eccleſiam S. *Iſmaelis*, cum terris & decimis ad eas pertinentibus, *Theobaldo* archiepiſcopo *Cantuarienſi* confirmante, tempore *Gilberti* abbatis.

De Ewyas.

1100. Anno Domini MC. *Haraldus* dominus de Ewyas, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam ſancti *Michaelis*, cum capella ſancti *Nicholai* de caſtro, capellam ſancti *Jacobi* de Ewyas, capellam ſancti *Kaene* cum capella de Caneros, in puram & perpetuam elemoſinam, ita quod apud Ewyas ſit in perpetuum conventus ſerviens Deo. Inſuper conceſſit decimam annonæ ſuæ, venationis ſuæ, & mellis, & omnium de quibus Chriſtianus decimare debet. Inſuper eccleſiam de Foy cum una carucata terræ, & decimis gurgitis ſui de Foy. molendinum dedit, eccleſiam de Pidzeo, cum omnibus pertinentiis, eccleſiam de Alyngetone, & eccleſiam de Burnham. Inſuper decimas dominii ſui, per totas terras ſuas in proprios uſus conceſſit, & decimam molendinorum ſuorum, & anguillarum, *Theobaldo* archiepiſcopo confirmante, tempore *Hamelini* abbatis.

Ewyas prioratus.

De eodem.

Robertus confirmat donum *Haraldi* patris ſui. Inſuper dedit eccleſiam de Burnham Prioratui de Ewyas, ut conventus ibidem inveniatur, quod conceſſum eſt, at non proſecutum. Inſuper dedit eidem decimas omnium maneriorum ſuorum, de quibus Chriſtiani decimare debent, *Theobaldo* archiepiſcopo *Cantuarienſi* confirmante. *Johannes* epiſcopus *Sarum* confirmat tempore *Hamelini* abbatis.

1126. Anno Domini MCXXVI. *Wynebaldus* de *Balun* conſenſu *Rogeri* filii ſui, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* molendinum de Fromelode, & dimidiam hidam terræ in *Ammeneya*, quam *Thoni*, quidam *Anglus* tenuit, liberam & quietam ab omni re quæ ad eos pertinet, excepto *denegeldo* regis. Inſuper dedit Rodeforde, ut in ſcriptis invenitur, *Willielmo* rege juniore, & rege *Henrico* confirmantibus, tempore *Serlonis* abbatis.

De Froncetre.

Rabanus Anglicus Kevenſwart, & inſignis frater regis *Beornulphi* dedit manerium de Froncetre Deo & eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* tempore clericorum ibidem degencium.

De eodem.

1225. Anno Domini MCCXXV. *Willielmus* de *Bloys* epiſcopus *Wygorniæ*, rogatu *Johannis* de *Columpna* cardinalis *Romanæ* eccleſiæ, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam de Froncetre, in proprios uſus, & capellam de Nymdeſfelo, ſalva in eadem competenti vicaria, tempore *Thomæ Bredone* abbatis.

De Fayreforde.

Burgredus rex *Wicciorum*, dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* & monialibus ejuſdem loci, duas hidas terræ, Fayreforde, tempore *Evæ* abbatiſſæ.

De Foxde.

Robertus conſul de *Glouc.* dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* molendinum de *la* Foxde, tempore *Willielmi* abbatis.

De Frythmore.

Walterus Gyffard dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* partem quam habuit in Frythmore, tempore *Thomæ Carbonel* abbatis. Tranſactio inter nos & eundem *Walterum Giffard*, in qua duæ partes tocius terræ de Wylingwyche nobis remanent, & *Waltero* tercia pars cum advocatione eccleſiæ & principali domicilio.

De Glaſebury.

1088. Anno Domini MLXXXVIII. tempore *Serlonis* abbatis, *Bernardus* de *Novo-mercato* dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* Glaſebury cum omnibus ad eam pertinentibus, liberam & quietam, & totam decimam tocius dominii ſui quod habuit in Bzekeneyam, ſcilicet annonæ pecorum, caſeorum, venationum, & mellis. Inſuper eccleſiam de Covere majori, cum tota decima illius parochiæ, & terram ad ipſam eccleſiam pertinentem, & unam hidam quæ vocatur Wache, rege *Willielmo* juniore concedente, & confirmante, anno ſecundo regni ſui. Hoc anno, propter werram motam inter primates *Angliæ*, deſtructa eſt *Glouc.* & eccleſia ſancti Petri.

De eodem.

Dompus *Gilbertus* abbas eſcambiavit cum domino *Waltero* de Cliffoꝛd, manerium de Glaſebury pro manerio de Eſtleche; itaque dominus *Walterus* habebat Glaſebury, ſalva advocatione eccleſiæ monachis *Glouc.* monachi habeant Eſtlech cum omnibus pertinentiis, ſicut prædictus

dus *Walterus* unquam melius tenuit, anno Domini MCxliij. *Rogero* comite confirmante, & rege *Stephano* confirmante. 1144.

De Gnytyng.

Anno Domini Mix. *Gunuldus* de *Loges*, dedit monachis *Glouc.* pro anima *Juriei* viri sui, duas hidas terræ in Gnytyng, *Willielmo* rege juniore & rege *Henrico* primo confirmantibus, tempore *Serlonis* abbatis. 1009.

De Gare.

Alexander de *Cormel* dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* molendinum de Gare cum omnibus pertinentiis. Rex *Henricus* junior confirmat, tempore *Thomæ Carbonel* abbatis.

De Glouc.

Anno Domini MCix. *Robertus* de *Baskevilla*, de *Jerusalem* reversus, dedit ecclesiæ sancti *Petri* Glouc. unam hidam extra muros ejusdem civitatis, ubi est nunc ortus monachorum, rege *Henrico* confirmante, tempore *Petri* abbatis. 1109.

De Glouc.

Adeliza vicecomitissa, mater *Walteri* de *Glouc.* anno Domini MCxxv. dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* domos & redditus omnes quos habebat in Glouc. scilicet xiij. terras, sicut numerantur in carta sua, tempore *Willielmi* abbatis. 1125.

Hic Herforde *datur, Conventus ut hic habeatur.*

Anno Domini MCj. *Hugo* de *Lacy* ecclesiam sancti *Petri* Herford, quam pater suus *Walterus* à fundamentis construxerat, dedit monachis sancti *Petri Glouc.* cum præbendis, & omnibus quæ ad eam pertinent, tempore *Serlonis* abbatis. 1101.

De eodem.

Rex *Willielmus* senior concessit & confirmavit, de terris *Walteri* de *Lacy* ad ecclesiam sancti *Petri*, quam ipsemet construxit in Herford, quantum pertinet ad quatuor carucas, & de x. villis, x. villanos, unum villanum in Stoke in Herfordschire, unum de Staunton in Schropschire, unum in Stoke in eadem schira, unum in Webbeleya in Herfordschire, unum in Bytemariscrome in eadem schira, quinque autem villanos de quinque villis in Glouceterschire, unum in Gnyting, unum in Quenningtone, unum in Strattone, unum in Wyk, in Dontesborne, unum in Hamme. De illis verò x. prædictis villis, concessit duas partes decimæ ad eandem ecclesiam. *Hugo* filius ejus confirmat. *Henricus* rex primus confirmat. Similiter confirmat ecclesiam sancti *Petri Andoeni* in Herford, cui adjacet una decima & unus ..... in die, & totam mansuram. Præcepit hæc omnia libera fieri perpetualiter, ab omni consuetudine, tempore *Serlonis* abbatis.

De Hardpery.

Offa rex *Merciorum* dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* manerium de Hardeperye, tempore *Evæ* abbatissæ.

De Hynetone.

Anno Domini DCCCClxxxj. *Elfleda* soror regis *Ethelredi*, dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* Hynetone pro anima sua; erat tunc ipsa vetula sterilis, & nimis egena. Cumq; de eadem possessiuncula exigerentur quinque homines in expeditione regis, & inveniri non possent, venerunt clerici qui tunc præerant ecclesiæ S. *Petri Glouc.* & requisierunt dominam illam, Porro illa, in die nativitatis Domini, cum esset rex in convivio suo, prostravit se ad pedes ejus, & obtinuit tunc & deinceps, ut libera sit possessio illa & quieta. 981.

De eodem.

Anno Domini MClvi. judicatum fuit in comitatu *Glouc.* quod Hynetone manerium sancti *Petri Glouc.* propter habitam antiquitùs de omnibus querelis libertatem, quietum & liberum esse debet à murdro, tempore *Hamelini* abbatis. 1156.

De Hopemaleysel.

Anno Domini MCij. *Willielmus* de *Pomeria* dedit monachis *Glouc.* in Devenesschire, villam nomine Bery, pro qua *Goselinus* frater ejus dedit Seldene, pro qua habemus Hopemaleysel, rege *Henrico* seniore consenciente, & confirmante, tempore *Serlonis* abbatis. 1102.

De Hamptone.

Willielmus Revel dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* unam hidam terræ in Hamptone, consensu *Bernardi* de *Novo-mercato*, rege *Henrico* seniore confirmante, tempore *Petri* abbatis.

De Hyda.

Helewysa, relicta *Willielmi* de *Ebroys*, dedit Deo & ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* in Herfordschire quandam terram vocatam Hyda, quam *Walterus* de *Lacy* dedit ei in matrimonium, rege *Henrico* seniore confirmante, tempore *Willielmi* abbatis.

De Hamptone.

Hugo Talemach, quando monasticum habitum suscepit apud *Glouc.* dedit medietatem villæ de Hamptone, cum ecclesia. *Petrus* filius ejus confirmat; rex *Henricus* junior confirmat, tempore *Hamelini* abbatis.

De Harlefelde.

Rogerus comes *Herfordiæ*, quando monachatum *Glouc.* suscepit, dedit eidem ecclesiæ C. solidatas terræ in Herfordschire, pro quibus, *Wal-*

terus conſtabularius *Herefordiæ*, frater ejus, dedit nobis vj. virgatas terræ, tempore *Hamelini* abbatis, liberas & quietas ab omni ſervicio ſeculari, & duas ſecus viam de **Bſtſtoll**, juxta parcum.

De **Heycote.**

Robertus de **Berkeſſoꝛd**, dedit monachis *Glouc.* quandam decimam apud **Heycote**, tempore *Petri* abbatis.

De **Hoꝛcote.**

Patricius de *Cadurcis* dedit monachis ſancti *Petri Glouc.* molendinum de **Hoꝛcote**, tempore *Willielmi* abbatis.

De **Heythoꝛpe.**

Ernulphus de **Hesyng** dedit eccleſiam de **Heythoꝛp**, **Lynkholt**, & unum molendinum cum terris presbiteri, & eccleſiam de **Bynemerſoꝛde**, cum terris ſacerdotis. Inſuper terras & paſturas, & libertates quas ibi habemus. *Patricius* de *Cadurcis*, & *Matildis* uxor ejus, teſtificantes & confirmantes, carta ſua confirmant donationes hæredum ſuorum. *Paganus* filius *Patricii*, de dono ſuo concedit, ut ipſe & hæredes ſui, propriis operariis, & proprio cuſtu, facient metere, & intaſſare decimam dominii ſui de **Bynemerſoꝛde**. Rex *Henricus* ſenior confirmat, *Johannes* epiſcopus confirmat, & de ſuo dono dat nobis iiij. marcas annuas in eccleſia de **Bynemerſoꝛde**, tempore *Serlonis* abbatis.

De **Hoꝛdpyrie.**

Henricus rex ſenior dedit monachis *Glouc.* aſſartas de **Haꝛdpyrie** tempore *Willielmi* abbatis, anno regni regis ſui xxiij.

De **Janeſwoꝛth.**

Robertus de **Betone** comes dedit xx. ſol. annuos, de redditu ſuo in **Glouceſtreſchire**, eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* ſcilicet in **Janeſwoꝛthe** x. & **Chedwoꝛth** x. tempore *Walteri* de *Lacy* abbatis. *Radulphus* de **Southle** dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* **Janewoꝛth**, ſolutam & quietam ab omni ſervicio, rege *Henrico* confirmante, tempore *Gilberti* abbatis, rege *Stephano* confirmante.

Hic Janeworthe *datur, & bino rege dicatur.*

Reginaldus Thukes dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* & monachis ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam, **Janewoꝛth**, villam ſuam, liberam & quietam ab omni ſervicio, & conſuetudine quod ad ſe vel hæredibus ſuis pertinebat perpetuo jure & hæreditate poſſidendam. Rex *Stephanus* confirmat, tempore *Walteri* de *Lacy* abbatis.

De **Bynemareſſoꝛde.**

Patricius de *Cadurcis*, filius *Patricii*, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* in puram elemoſinam unum molendinum quod vocatur **Hoꝛcote** in villa de **Bynemareſſoꝛde**, cum terris eidem molendino adjacentibus vel pertinentibus, & decimam pratorum ejuſdem villæ, rege *Henrico* ſeniore confirmante, tempore *Willielmi* abbatis. *Patricius* de *Cadurcis* dedit monachis *Glouc.* tria molendina in **Bynemereſſoꝛde**, quæ rex *Willielmus* junior confirmat, tempore *Serlonis* abbatis.

De eodem.

Johannes epiſcopus *Wygorniæ* ordinat, & de ſua gratiâ confirmat *Thomæ Bredone* abbati, & conventui ſancti *Petri Glouc.* duas garbas decimæ de eccleſia de **Bynemereſſoꝛde**, cum terris & pertinenciis reliquis quas hactenus poſſederunt, imperpetuum habendas, & in proprios uſus convertendas. Conceſſit etiam idem *Johannes* epiſcopus dictis monachis iiij. marcas argenti de iij. virgatis terræ de **Bynemereſſoꝛde** ſingulis annis per manum vicarii percipiendas.

De **Bylpec.**

Anno Domini MCXXXIIII. *Hugo* filius *Willielmi Normanni*, dedit Deo & ſancto *Petro* & monachis *Glouc.* eccleſiam S. *David.* de **Bylpec**, cum capella beatæ *Mariæ* de *caſtello*, & omnes eccleſias, & capellas ſuas, & terras, quæ ad eas pertinent. Inſuper omnes decimas terrarum ſuarum, de blado, fœno, lino, & lana, caſeis, & pullis equarum, de vitulis, agnis, porcellis, & de omnibus rebus de quibus Chriſtiani decimas dare debent. Conceſſit autem ut porci Prioris cum ſuis in peſſum communiter eant, & pannagium edant. Inſuper communionem ſilvæ ad uſum domorum, tempore *Walteri* de *Lacy* abbatis. 1134.

De **Beteryngham.**

Radulphus filius *VValteri* dedit nobis decimam de **Beteryngham**, & xxx. acras terræ. *Willielmus* de *Curam* dedit decimam dominii ſui in eadem villa tempore *Serlonis* abbatis.

De **Dene.**

Anno Domini MLXXX. *VValterus* de *Lacy* dedit ſancto *Petro Glouc.* terras de *le* **Dene**, concedente & confirmante rege *Willielmo* ſeniore: quod factum eſt apud **Berkeleye**, priùs oblato Domino & ſancto *Petro*, *VValtero* filio ſuo tunc parvulo, tempore *Serlonis* abbatis. 1080.

De eodem.

Carta *Gilberti Herfordenſis* epiſcopi ſuper cimiterio de *le* **Dene**, tempore *Hamilini* abbatis.

De eodem.

Rogerus de **Stauntone** dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* aquam de *le* **Dene** & de **Clenche**, ad ſtagnum molendini attrahendum, anno regni regis *Ricardi* vij. tempore *Thomæ Bredone* abbatis.

De

De Hyneledene.

1239. An. Domini MCCXXXIX. *Ricardus* de **Wigmore** dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* terram suam de **Hyneledene**, & unam hidam, scilicet cum gravis, pascuis, pratis, & omnibus pertinenciis, quæ habuit de *Galfrido* de *le* **Dene**, tempore *Henrici Folet* abbatis.

De Lynkeholt.

Ernulphus de *Hedyng* dedit Deo & sancto *Petro* **Lynkeholt**, in purificatione sanctæ *Mariæ* anno 1081. Domini MLXXXI. apud *Salesburiam*, rege *Willielmo* seniore concedente & confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

De Lech.

Anno Domini MXCV. die palmarum, *Thomas* 1095. *Eborum* archiepiscopus, reddidit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* **Lech**, **Doyntone**, **Standisch**, *Bertonam*: seipsum inculpando, pectus tundendo, quod eas injustè tam diu tenuerat, tempore *Serlonis* abbatis.

De Lyteltona.

1096. Anno Domini MXCVI. *Hugo* de *Portu* factus monachus in *Wynt.* dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* **Lyteltone** in **Hamptschire**, *Willielmo* rege juniore confirmante. *Henricus* filius *Hugonis* de *Portu* carta sua confirmat donum patris sui. *Adam* de *Portu* similiter confirmat, tempore *Serlonis* abbatis.

De Lancaruan.

Robertus filius *Hamonis* dedit ecclesiam sancti *Cadoci* de **Lancaruan** Deo & sancto *Petro Glouc.* & **Penham** xv. hidas terræ, rege *Willielmo* confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

Hic templum clarum Martini Londoniarum
Cum terraque datur, velut inferius memoratur.

Radulphus Peverel dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* ecclesiam sancti *Martini. Peverel* dedit etiam totam terram presbiteri, *Willielmo* rege juniore confirmante, tempore *Serlonis* abbatis.

De Haylmore.

1101. Rex *Henricus* primus, anno Domini MCI. dedit Deo & sancto *Petro Glouc.* manerium de **Haylmore**, & silvam totam & planum similiter, sicut ipse eam in dominio suo umquam melius habuit, scilicet, cum omnibus rebus illi terræ pertinentibus, & confirmavit, tempore *Serlonis* abbati.

Nimdesfelda *datur, aufertur, & hic revocatur.*

1087. **Nymdesfelo**, anno Domini MLXXXVII. *Rogerus* senior de **Berkelæ**, in descriptione tocius *Angliæ* fecit **Nymdesfelo** describi ad mensam regis, abbate *Serlone* nesciente.

De eodem.

1093. Anno Domini Mxciij. *Eustachius* de **Berkeleyæ** reddidit Deo & sancto *Petro Glouc.* **Nymdesfelo**, tempore *Serlonis* abbatis.

De eodem.

Rex *Willielmus* primus concessit terram de **Nymdesfelo** ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* & abbati *Wlstano*, ad habendum, tam plenè & tam perfectè, sicut fuit in primordio, & in diebus *Edwardi* regis cognati sui, cum *saca* & *soca* in omnibus rebus, & noluit ut aliquis faciat illi injuriam.

De eodem.

Cirographum de concordia super capella de **Nymdesfelo** contra *Nicholaum* filium *Roberti*, in quo appendit sigillum ejusdem *Nicholai*.

De Novo-burgo.

Dominus *Willielmus* junior rex, apud *Glouc.* morbo gravi vexatus, dedit Deo & ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* ecclesiam S. *Gundeley* de *Novo-burgo*, cum xv. hidis.

De Northwyche.

Rex *Willielmus* conquestor dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* ecclesiam sancti *Petri Northwycensis*, quæ est in foro, & confirmat. *Thomas Cantuariensis* archiepiscopus confirmat eandem, in proprios usus, & petit à *Willielmo Northwycensi* episcopo, ut idem faciat, tempore *Serlonis* abbatis. *Walo* de sancto *Petro* dedit ecclesiam sancti *Petri Northwicensis* in foro, & seipsum, ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* tempore *Serlonis* abbatis.

De Norton.

Anno Domini MCxxvj. *Robertus* filius *Walteri*, 1126. & *Avelina* uxor ejus, dederunt Deo & sancto *Petro Glouc.* ecclesiam de **Norton** cum terris decimis & rebus omnibus eidem ecclesiæ pertinentibus, sicut *Elmelina* mater *Avelinæ*, ante plures annos ejus donavit, liberè & pacifice, & quietè, rege *Henrico* seniore confirmante, tempore *Willielmi* abbatis.

De eodem.

Willielmus Brito tempore *Willielmi* abbatis dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* ecclesiam de **Norton** cum v. virgatis terræ, rege *Henrico* seniore confirmante.

De Northlech.

Anno Domini MCCxx. rex *Henricus*, filius *Jo-* 1220. *hannis* regis, concessit monachis sancti *Petri Glouc.* mercatum de **Northlech** cum secta, scilicet die apostolorum *Petri* & *Pauli*, tempore *Henrici Blont* abbatis.

De Overe.

Anno Domini DCCCiiij. *Ethelrich* filius *E-* 804. *thelmundi* regis, cum consensu sinodali, invitatus ad sinodum, dedit xxx. manentes in **Overe**, ecclesiæ

cleſiæ ſancti *Petri Glouc.* & donum patris ſui confirmavit, tempore clericorum ibidem degencium.

De Dleneye.

Randulphus comes *Ceſtriæ* dedit Deo & monachis ſancti *Petri Glouc.* xl.s. annuos in molendino de Dleneye, jure hæreditario; confirmat etiam molendinum de Tavdewelle quod dedit *Alicia* ſoror ejus pro anima *Ricardi* filii *Gilberti* viri ſui, tempore *Hamelini* abbatis.

De Oſelwoꝛthe.

Rogerus de *Berkeleya*, eccleſiam de Oſelwoꝛthe dedit prioratui de Stanleye, eccleſiam de Coneleye, eccleſiam de Erlyngham, eccleſiam de Holymbꝛugge, eccleſiam de Uleye, cum decimis & terris & omnibus rebus ad eam pertinentibus.

Terra poteſt cerni, templum datur hicꝙ Paterni.

De ſancto Paterno *in* Wallia.

1111. Anno Domini MCxj. *Gilbertus* filius *Ricardi*, unus de præcipuis *Angliæ* principibus, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* terram & eccleſiam ſancti *Paterni* in *Wallia*, & omnia quæ ad eam pertinent, inter diviſiones maris & duarum aquarum, & medietatem magnæ piſcaturæ quam fecit, & decimas omnium rerum de ſuo dominio appendencium ad caſtellum ſuum de Penwedich.

De Petſchalwe.

1117. Anno Domini MCxvij. *Wybertus* de *Aula regis*, pro anima *Hawiſæ* uxoris ſuæ dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* terram de Petſwelle, & ſuper altare cartam poſuit. Et in eodem capitulo reddidit idem *Wybertus* terram quam preſtitit ſibi dompnus abbas *Serlo*, juxta aulam regis ubi eſt *Bertona* ſua, tempore *Willielmi* abbatis.

De Penycombe.

Agnes relicta *Turſtini Flandrenſis*, & *Euſtachius* miles filius ejus, dominus de Witteneye, dederunt eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* unam hidam terræ in Pencombe, Sudenehale, liberam & quietam ab omni re, tempore *Reginaldi* abbatis.

De Paygrave.

Robertus conſul *Glouc.* confirmat donum *Ricardi* filii *Nigelli* de terra de Paygrave & de iiij. ſolidatis terræ in orto elemoſinariæ, & molendinum de *la* Foꝛde, & totam decimam ſuam de Wottone & vj. acras terræ, carta ſua, tempore *Willielmi* abbatis.

De Parco.

Edwardus rex tertius poſt conqueſtum, licentiam dedit monachis *Glouc.* ad faciendum parcum in Chircham & Uppeledene, tempore *Johannis Wigmor* abbatis.

De piſcatura juxta Clys.

Wido Flandrenſis dedit omnes decimas & eccleſias totius terræ ſuæ, & decimam piſcaturæ ſuæ, & locum ad faciendam piſcaturam, & terram ad opus piſcatoris, qui eam ſervabit, juxta caſtellum Clys. Dedit etiam terram quæ vocatur mons ſanctæ *Mariæ*, & ſilvam quæ vocatur Gengod.

Paſſagium.

Johannes comes de Moꝛtone confirmat eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* & eccleſiæ apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & ſancti *Guthlaci Herſordiæ*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, quod ipſi & homines & ſervientes eorum ſint liberi & quieti in perpetuum de *theloneo, paſſagio, ſummagio, cariagio, conductu, paſnagio, & pontagio*, per totam terram ſuam, ſcilicet Bꝛiſtoll, Heyꝛdyf, *Novumburgum*, & per totam aliam terram ſuam, de omnibus rebus ſuis propriis quas vendiderint, & de hiis quæ ad uſus proprios emerint.

De Panewoꝛthe.

Robertus de Betun comes, dedit xx.s. annuos de redditu ſuo in Glouceſterſchire, eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* ſcilicet in Panewoꝛthe x. & in Chewoꝛthe x.

De eodem.

Radulphus le Zouche dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* Panewoꝛthe, ſolutam & quietam ab omni ſervicio, rege *Henrico* confirmante, *Stephano* confirmante.

Quenyntone.

Hugo de Lacy dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* eccleſiam de Quenyntone, & eccleſiã de Wyke, quando de x. villis dedit x. villanos. *Thomas Wygornie* epiſcopus confirmat, tempore *Serlonis* abbatis.

Rodesfoꝛde.

Dominus rex *Willielmus* junior, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* Rodesfoꝛde, tempore *Serlonis* abbatis.

De Rugge.

1112. Anno Domini MCxij. *Thomas* de *Sancto Johanne*, dedit eccleſiæ ſancti *Petri Glouc.* terram de *la* Rugge, quæ jacet in Standiſch, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam de *Geldo* & ſervitio & omnibus rebus, quæ ad ipſum regem pertinebant, rege *Henrico* ſeniore confirmante, tempore *Petri* abbatis.

De Rodele.

Radulphus Bluet dedit Deo & ſancto *Petro Glouc.* in puram & perpetuam elemoſinam Rodele, rege *Willielmo* juniore confirmante, tempore

Serlonis

Serlonis abbatis. Rex *Henricus* senior dedit Deo & sancto *Petro Glouc.* manerium suum de **Rodete**, cum bosco & piscaria ibidem, ad inveniendum lumen ante altare magnum ibidem jugiter arsurum, pro anima *Roberti Curthose* germani sui ibidem sepulti, tempore *Willielmi* abbatis.

De Stanoyssch.

Beornulphus rex *Merciorum*, anno Domini
821. DCCCxxj. dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* xv. hidas terræ in **Standissch**, sub **Cyzimbury**. Et
823. anno DCCCxxiij. à rege *Edbrito* in prælio occisus est, tempore clericorum ibidem degencium.

De Shotesshoze.

Rogerus de **Berkeleye** senior, in die sancti *Sebastiani*, sub dompno *Serlone* abbate monachus effectus, reddidit Deo & sancto *Petro Glouc.* **Shotesshoze**, liberam & quietam, quam diu injustè tenuerat, rege *Willielmo* seniore confirman-
1091. te. Hoc factum est anno Domini Mxcj.

De Selvene.

Henricus de **Pomeray** dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* **Selvene**, retentis sibi duabus scilicet de recognitione: hæredes ejus confirmaverunt, & ij. sol. remiserunt.

Stanle *prioratus hic est* Petro *titulatus.*

De Stanleye.

1146. Anno Domini MCxlvj. *Rogerus* de **Berkeleye** dedit Deo & conventui sancti *Petri Glouc.* ecclesiam sancti *Leonardi* de **Stanleye**, cum omnibus pertinentiis suis, assensu *Sabritbri* Prioris, & fratrum ejusdem loci, per manum domini *Simonis Wygornie* episcopi. Idem *Rogerus* dedit ecclesiam de **Dsletwozthe** prioratui de **Stanleye**, & ecclesiam de **Coneley**, & ecclesiam de **Erlingham**, & ecclesiam de **Slymbzugge**, & ecclesiam de **Uleye**, cum decimis, terris, & omnibus rebus ad eam pertinentibus, tempore *Gilberti* abbatis.

De eodem.

Robertus de **Berkeleye**, filius *Mauricii*, dedit prioratui de **Stanleye** molendinum de **Coveleye**, & messuagium cum terris & stopiol. e usdem molendini. *Rogerus* de **Berkeleye** prædi-
1156. ctus, anno Domini MClvj. dedit ecclesiam de **Canune**, cum pertinentiis suis ecclesiæ sancti *Leonardi* de **Stanleye**, rege *Henrico* tertio confirmante, & *Johanne* episcopo *Wygornie* confirmante. Idem *Rogerus* prædicto prioratui gravam, quæ vocatur **Fryfacr**. dedit, tempore *Hamelini* abbatis.

De Serlyngham.

Johannes filius *Ricardi*, dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* decimam de **Serlingham**. *Eustachius* filius *Johannis* dedit xx. sol. annuos in eadem villa, tempore *Serlonis* abbatis.

De Slymbzugge.

Anno Domini MCCxxiiij. lis mota inter *Thomam* de **Berkeleye**, & dompnum *Thomam* de **Bzeodone** abbatem, & conventum *Glouc.* super ecclesia de **Slymbzugge**, quievit hoc modo: *Thomas* **Berkeleye** contulit locum de **Lozlynge**, cum omnibus suis pertinentibus ecclesiæ de **Stanley**, pro se & hæredibus suis. Dompnus abbas *Thomas* remisit ei ecclesiam de **Slymbzugge**. 1224.

De Treygoff.

Robertus comes *Glouceftriæ*, dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* **Treygof**. Idem *Robertus* comes *Glouceftriæ*, filius regis, dedit monachis sancti *Petri Glouc.* **Treygof** & **Penhou**, cum aliis pertinentiis suis. Insuper quietos eos fecit & homines suos insuper & prioratum de **Cs wenny** a thelone, per totam terram suam, tempore *Walteri* de *Lacy* abbatis.

De Tuffeleya.

Osbernus episcopus *Exonia*, dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* **Tuffeley**, tempore *Serlonis* abbatis. Rex *Henricus* junior confirmat carta sua, ut grava de *Tuffeleya* sit libera, ut nemo eam vastet, neque leporem ibi capiat sine monachorum licentia, tempore *Hamelini* abbatis.

De Teyntone.

Hugo filius *Normanni* dedit prioratui de **Lyl pet** ecclesiam de **Teyntone**, & capellam de *Silva* cum virgata terræ, tempore *Walteri* de *Lacy* abbatis. *Matild.* de **Teyntone** dedit Deo & sancto *Petro Glouc.* ad luminaria ecclesiæ, ecclesiam de **Teyntone**: & *Radulphus Avenel* confirmat, cum heremitorio ibidem, & cum j. villano & sequela sua. *Gilbertus Foliot*, episcopus *Herfordiæ*, confirmat, tempore *Hamelini* abbatis.

De Typpertone.

Baderon filius *Willielmi*, quietam etiam clamavit calumpniam quam habuit versus abbatem *Glouc.* de terra quæ est inter **Poxtone** & **Typpertone**, scilicet boscum & planum.

De Theloneo *ac quietanciis.*

Carta *Willielmi* comitis *Glouc.* quâ quietam fecit ecclesiam sancti *Petri Glouc.* & homines suos de *Theloneo* in villa **Bzistoll**. Item carta ejusdem de acquietancia apud **Bzistoll**, **Heyrdyf**, *Novum burgum* & per omnes terras suas. Insuper ecclesiam sancti *Guthlaci Herfordiæ* quietam fecit à theloneo per totam terram suam in *Wallia*.

De Willyngwyke.

Anno Domini MClxvij. tempore *Hamelini* abbatis, *Helias Giffard* junior, & *Berta* mater ejus, dederunt Deo & sancto *Petro* viij. libratas terræ in **Willyngwyke**, & abbas reddidit eis **Cronham**. 1167.

ham, quam pater ejus dederat quando factus fuerat monachus. *Helias* filius eorum confirmat. *Berta* uxor *Heliæ Giffard* dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* quasdam terras in **Willyngwyke**, quas ipse propriis sumptibus ædificaverat, tempore *Hamelini* abbatis.

De **Wynterburne.**

1112. Anno Domini MCxij. *Robertus Gernoun* dedit ecclesiæ sancti *Petri Glouc.* ecclesiam de **Wynturbourne**, & ecclesiam de **Laverstoke**, & dimidium molendinum, & dimidium terræ, quæ ad illud pertinet, rege *Henrico* confirmante, tempore *Petri* abbatis.

WIGORNIENSE *Cœnobium.*

Ex Registro quodam penes Decanum & capitulum ecclesiæ cath. *Wigorniæ*, A. 1640.

HEmpore *Æthelredi* regis, & *Theodori* archiepiscopi, constituta est sedes episcopalis *VVigorn. Beſel* episcopus primus, secundus *Oſtfor*, tertius sanctus *Ecgwinus*, quartus *Wilfridus*, tempore cujus *Ceowlfus* rex dedit **Wereberge** cum pertinentiis: quintus *Milredus*, tempore cujus *Huætredus* dux *Wicciorum*, regnante *Offa* rege, dedit **Stok** & **Scepeston**: sextus *Wermundus*, septimus *Tylherus*, tempore cujus *Offa* rex dedit **Cropthorn** cum pertinentiis: octavus *Ætheredus*, tempore cujus *Offa* rex dedit **Bradewel**, **Lawern. Pyomb**, **Codeston** & **Lockesleg.**

Witterdus dux, & *Æta* conjux, tempore *Offæ* regis & *Æthelredi* episcopi, dederunt **Lindzug** cum pertinentiis. *Aldredus Wicciorum* dux, tempore *Offæ* regis & *Æthelredi* episcopi, dedit **Segges-berg.** Nonus *Denebertus*, tempore cujus *Kenulphus* rex dedit **Hallag**, **Esebyr** ambas, **Hynewich**, **Lappeworth**, **Pumelton**, **Dunhamsted**, & in **Wich** decem domos cum salinis. Idem *Denebertus* episcopus dedit de patrimonio suo **Persorton.** Decimus *Heathbertus*, tempore cujus *Beorwlfus* rex dedit **Sutton** & **Gymel.** Undecimus *Althunus*, tempore cujus *Burredus* rex dedit **Wulwardelege** cum pertinentiis. Duodecimus *Werferdus*, tempore cujus *Æthelredus* dux dedit *Clivam* cum **Lench.** Tertiusdecimus *Æthelhunus.* Quartusdecimus *Wlferthus.* Quintusdecimus *Kynewoldus.* Sextusdecimus sanctus *Dunstanus*, tempore cujus *Edwinus* rex dedit **Fepsinton** & quinque fornaces salis in **Wich.** Septimusdecimus sanctus *Oswaldus*, tempore cujus *Edgarus* rex dedit pratum ultra *Sabrinam* quod dicitur **Bingesham** usque ad terminos adjacentes de **Hynewyk** Idem rex fecit de tribus centuriatibus, scilicet **Wiverdeslawe**, & **Wiburnetre**, qui erant episcopi, & de **Chutbereslawe**, qui erat Prioris & conventus, unum centuriatū, id est, hundredum Deditque beato *Oswaldo* & ejus successoribus eandem per omnia libertatem in eodem hundredo perpetuo possidendam, quam ipse rex habuit in suis hundredis, & vocatur **Oswaldeslawe.** Priori quoque & conventui concessit in eodem hundredo eandem libertatem quantum ad tertiam partem pertinet.

Mediante verò beato *Oswaldo*, à clericis in monachos translata est sedes pontificalis honoris.

ANno DCLXXX. tempore *Athelredi* regis *Merciorum* & *Theodori* archiepiscopi, constituta est sedes episcopalis *Wigorn.* ecclesiæ: *Boselus* episcopus primus, & vixit annos xi. Ex cronic. *Wigorn.* in bibl *Cottoniana* [sub effigie *Claudii* A. 10.]

Anno DCLXXXIX *Boselus Wigorn.* episcopus primus obiit, cui successit *Oſtforus.*

Anno DCXCII. *Oſtforus Wigorn.* episcopus secundus obiit.

Anno DCXCIII. sanctus *Egwinus* tertius episcopus *Wigorn.* consecratur, qui abbatiam de **Evesham** construxit.

Anno DCCXVII. sanctus *Egwinus* episcopus *Wigorn.* tertius obiit, cui *Wilfridus* successit.

Anno DCCLXXXVIII. *Offa* rex dedit ecclesiæ *Wigorn.* **Croppethorne** & **Newenton**, **Elmeleye**, **Clivesho**, **Cherton**, **Hampton**, **Bengeworthe**, & magnam bibliam cum duabus armillis ex auro.

Anno DCCLXXXII. *Otheredus* dux dedit ecclesiæ *VVigorn.* **Stoke** & **Schepstone.**

Anno DCCXLII. *VVilfridus VVigorn.* episcopus obiit, cui *Milredus* successit.

Anno DCCCXXXII. Sanctus *Kenulfus* rex *Merciorum* obiit. qui dedit ecclesiæ *VVigorniæ*, **Hynewyke**, **Hall. Bradew. Pumelt. Lockesleye.**

Anno DCCXLI. *Milredus* quintus *VVigorn.* episc. obiit, cui *VVermundus* successit.

Anno DCCXLIIII. *VVermundus*, sextus *VVigorn.* episc. obiit, cui *Thilherus* abbas de *Beorclea* successit.

Anno DCCXLII. *Tilherus* vij. *VVigorn.* episc. obiit, cui *Heatheredus* successit.

Anno DCCCLV. Rex *Anglorum Edredus* obiit, cui *Edwius*, filius germani sui *Edmundi* regis successit. Hic rex dedit nobis *Fepsintonam.*

Anno DCCCLX. *Dunstanus*, *Glastoniensis* abbas, ab *Odone Cantuariensi* archiepiscopo, episcopus *VVigorniæ* consecratur.

Anno DCCCLXIIII. Religiosus monachus *Oswoldus*, archipresulis *Odonis* fratruelis, ad *VVigornienſem* ecclesiam eligitur episcopus.

Anno DCCCLXXI. Sanctus *Oswaldus VVigorn.* episcopus monachos primò constituit.

Anno DCCCLXIII. *VVinsinus*, sanctæ *Helenæ* presbyter, anno tertio conversionis suæ, monachis *VVigornienſis* ecclesiæ primus Prior instituitur.

Anno DCCCLXXXIII. *Oswaldus* monachos apud **Westburi** constituit.

Anno DCCCLXXXIIII. Idem apud *Persoram*, ubi primus abbas *Fulbertus.*

Anno DCCCLXXXV. Idem apud **Winchelcumbe**, ubi primus Prior *Germanus.*

Anno DCCCCXVII. *VVerferthus* xij. *VVigorn.* episcopus obiit, cui *Ethelhunus* abbas de *Beorclea* successit.

OSwoldus, *Odonis* archiepiscopi, qui ante *Dunstanum* fuerat, nepos, ex monacho *Floriacensi Wigorniæ* episcopus, & *Eborac.* archiepiscopus, monachorum regulam jure suo ampliavit, & monasterium *Ramesiæ* in quodam palustri loco edificavit, MS. in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Vitellii.* E. 12.]

Quæ hujusmodi
Venerandæ pietatis monu
mentum ideò ante fanaticorum
rabiem vastatum erat præsentibus
et futuris sit notum hoc posuit.
Venet in Christo Pater
WALTERVS
Wigorn Episcop:



Ejusdem Ecclesiæ Ichnographia





vit, sedem episcopalem *Wigornie*, clericis non vi expulsis, sed ficta arte circumventis, replevit monachis regularibus, circa annum gratiæ DCCCLIX. [*W. Malmsb. lib. 2. de Regibus.*]

" ✠ Ego *Æthelric* subregulus, atque comes " gloriosissimi principis *Ethelbaldi*, huic donationi " consensi & subscripsi.

" ✠ Ego *Ibeacsi* indignus abbas consensi, & sub-

" donationem confirmavi & subscripsi.

" ✠ Ego *Unn* episcopus consensi & subscripsi.

" ✠ Ego *Wilfridus* episcopus, jubente *Æthil-* " *baldo* rege, subscripsi.

✠ Ego [illegible] episcopus subscripsi.

✠ Ego *Forthere* episcopus subscripsi.

✠ Ego *Cuthberht* episcopus subscripsi.

✠ Ego *Herunald* episcopus subscripsi.

vit, sedem episcopalem *Wigornie*, clericis non vi expulsis, sed ficta arte circumventis, replevit monachis regularibus, circa annum gratiæ Dcccclix. [*W. Malmsb. lib. 2. de Regibus.*]

Fledanbyg.

Ex registro *Wigorn.* ecclesiæ in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Tiberii* A. 13] fol 10. a.

REverentissimæ semper memoriæ pontificis *Oftfori*, ego *Ecgwine* Deo dispensante successor in episcopatum existo. Monasterium autem cui nomen est **Fledanburh**; quod in hac eadem cartula ex altera ejus parte eidem prædicto prædecessori meo subscriptione regali traditum asseratur, huic venerabili nostro secundum seculum principi *Æthelheardo*, quantum id à me fieri potest, in possessionem concedo, ea tamen conditione, ut semper inibi cœnobialis vitæ statuta serventur. Pro recompensatione verò hujus nostræ donationis, in loco cui nomen est, **æt Stretforda**, xx. cassatorum terram ab eo in jus ecclesiasticum accepi. Sciendum tamen me rationabili quadam causa conpulsum id voluisse facere ut ei xliiij. manentium terram pro viginti manentis darem, id est, ea conditione ut post diem ejus terra ista sine contradictione alicujus ad *Wegorcenesem* ecclesiam in jus episcopale sit donata mihi & illi *Oftforo*que meo antecessori in elemosinam sempiternam. Pax confirmantibus atque servantibus: minuentibus verò vel contradicentibus dispersio perveniat sempiterna. *Æthelric*, *Æthelweard*, *Æthelberht*, *Omulinge* abbas. Hii sunt confirmatores & testes.

Cœnobium de Stur *in agro* Wigornensi.

Ex autographo in bibliotheca *Cot. extans.*

" ✠ EGo *Athilbalt*, donante Deo, Rex non
" solùm *Mercensium*, sed & omnium pro-
" vinciarum quæ generale nomine, *Sut-Angli* di-
" cuntur, pro remedio animæ meæ, & relaxati-
" one piaculorum meorum, aliquam terræ par-
" ticulam id est, x. cassatorum, venerando comiti
" meo *Cyniberhto*, ad constituendum cœnobium
" in provincia, cui ab antiquis nomen inditum est
" *Hustmeræ*, juxta fluvium vocabulo **Stur**, cum
" omnibus necessariis ad eam pertinentibus, cum
" campis, silvisque, cum piscariis, pratisque in pos-
" sessionem ecclesiasticã benignè largiendo trado.
" Ita ut quamdiù vixerit, potestatẽ habeat tenendi
" & possidendi, ac cuicunque voluerit, vel eo vivo,
" vel certè post obitum suum, relinquendi. Est
" autem supradictus ager in circuitu, ex utraque
" parte supra nominati fluminis, habens ex aquilo-
" nali plaga silvam, quam nominant **Cynibze**, ex
" occidentali verò aliam, cui nomen est **Woerheb**,
" quarum pars maxima ad præfatum pertinet a-
" grum. Si quis autem hanc donationem violare
" tentaverit, sciat se in tremendo examine ty-
" rannidis ac præsumptionis suæ Deo rationem
" terribiliter redditurum. Scripta est hec cartula
" anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Chri-
736. " sti septingentesimo tricesimo sexto, indictione
" quarta,
" ✠ Ego *Æthilbalt* rex *Britannie* propriam
" donationem confirmavi & subscripsi.
" ✠ Ego *Unor* episcopus consensi & subscripsi.
" ✠ Ego *Wilfridus* episcopus, jubente *Æthil-*
" *baldo* rege, subscripsi.
" ✠ Ego *Æthelric* subregulus, atque comes
" glorioßissimi principis *Ethelbaldi*, huic donationi
" consensi & subscripsi.
" ✠ Ego *Ibeacsi* indignus abbas consensi, & sub-
" scripsi.
" ✠ Ego *Heardberht* frater atque dux præfati
" regis consensi & subscripsi.
" ✠ Ego *Ebbella* concensum meum accommo-
" dans subscripsi.
" ✠ Ego *Ovoc* comes subscripsi.
" ✠ Ego *Oba* concensi & subscripsi.
" ✠ Ego *Sigehed* concensi, & subscripsi.
" ✠ Ego *Bercol* concessi & subscripsi.
" ✠ Ego *Ealdunfe* concensi, & subscripsi.
" ✠ Ego *Cufa* consensi & subscripsi.
" ✠ Ego *Pede* concensi & subscripsi.

Fundatio Cœnobii de Wudutandun *in agro* Wigornienßi (*postea ecclesia* Wigornienßi *concessi.*)

Ex registro ecclesiæ Wigorn. in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Tiberii* A. 13] fol 25. a.

GLoriosissimus *Merciorum* Rex *Æthelred*, cum comite suo subregulo *Hwicciorum Osbere*, rogatus ab eo terram viginti cassatorum juxta fluvium cui vocabulum est **Tillath** duabus sanctimonialibus, *Dunnan* videlicet & ejus filiæ *Buegan*, ad constituendum in ea monasterium in jus ecclesiasticum sub libera potestate pro venia facinorum suorum condonavit, propriaque manus subscriptione hanc eorum donationem firmavit. Præfata autem Dei famula *Dunne*, constructum in prædicto agello monasterium, cum agris suis, necnon & cartulam descriptionis agri cui tunc sola ipsa præerat, filiæ, nimirum filiæ suæ in possessionem, ad dominum migratura, largita est. Sed quia hæc in parvula adhuc ætate erat posita, cartulam conscripti agri, necnon & omnem monasterii procurationem quoad usque illa ad maturiorem perveniret ætatem, matri illius maritate conservandam injunxit. Quæ cum cartulam reddi popoßiciset, illa reddere nolens, furtu hanc sublatam respondit. Quo tandem omni negotio ad sanctam sacerdotalis concilii synodum perlato, decrevit omne venerabile concilium, cum reverentißimo archiepiscopo *Nothelmo*, hanc cartulam donationis, vel regum vel supradictæ Dei famulæ *Dunnan*, manifestißimè describi, præfateque abbatißæ *Hrænnari* reddi, ejusque possessionem monasterii firmißimam esse, damnato nimirum eo, atque anathematizato synodi sacratißimæ decreto, qui cartam illam subscriptionis agri primitivam vel ... furto, vel quolibet modo fraudulenter auferendo subripere præsumpserit. Atque hoc decrevit sacra synodus, ut post obitum ejus, sicut ante statutum fuit a senioribus ejus, ad episcopalem sedem castrum *Unegrin* liber hic, cum terra, reddatur.

✠ Ego *Nothelmus* gratia Dei archiepiscopus canonicè subscripsi.
✠ Ego *Danihel* episcopus subscripsi.
✠ Ego *Unor* episcopus subscripsi.
✠ Ego *Inegunald* episcopus subscripsi.
✠ Ego *Unilfrith* episcopus subscripsi.
✠ Ego *Aldwulf* episcopus subscripsi.
✠ Ego *Alwine* episcopus subscripsi.
✠ Ego *Forthere* episcopus subscripsi.
✠ Ego *Cuthberht* episcopus subscripsi.
✠ Ego *Hernuald* episcopus subscripsi.

Ibid. fol. 25. b. *Carta* Milredi *regis, de* **Wudiandun,** Wigornienſi *eccleſiæ conceſſo.*

DOmino & ſalvatore noſtro perpetualiter regnante. Ego *Milredus* Chriſti tribuente gratia humilis *Huicciorum* epiſcopus, terram monaſterii quod nominatur **Wudiandun**, quod ſitum eſt in occidentali parte fluvii qui dicitur **Tillnoth**, xxj. manentium, quam videlicet terram *Oſbere* ſubregulus *Huicciorum Dunnan* famulæ Dei, ut eſſet juris eccleſiaſtici, tradidit, conſentiente *Æthelredo* rege *Merciorum*. Illa autem præfatam terram poſt ſe reliquid poſſidendam filiæ ſuæ, *Hrothmaræ* ſcilicet abbatiſſæ, cum conſcientia atque licentia *Egcumini* reverentiſſimi epiſcopi: at illa prædicta *Hrothmara* abbatiſſa mihi in jus propriæ libertatis atque poſſeſſionis largitus eſt. Hinc ego, cum licentia ſervorum Dei qui ſub meo regimine Dei providentia conſtituuntur, libenter *Æthelburgæ* honorabili abbatiſſæ filiæ *Ælfredi* eam trado, ita tamen ut ipſa vivente habeat & poſſideat, & poſt obitum ejus ad eccleſiam beati *Petri* principis apoſtolorum quæ ſita eſt in *Uneogerna* civitate, ubi & pontificalis cathedra *Huicciorum* conſtruitur, pro æternâ redemptione animæ meæ iterum reddat. Hæc cartula ſcripta eſt anno ab incarnatione
774. Chriſti DCCLxxiiij. indictione xij. his teſtibus confirmantibus.

✠ Ego *Milred* epiſcopus hanc meam donationem ſigno crucis confirmabo, ea conditione, ut illa *Æthelburh* illud monaſterium **aet Uneogernaceſtre**, cum omnibus bonis quæ ibi ſunt, poſt diem ejus ad *Uneogirnenſem* quoque reddat eccleſiam, ſicut præceptum erat patris ejus *Ælfredi*.

Wyrcodune.

Ibid. fol. 6. a. CUncta labilis vitæ ſubſiſtentia momentanea & præ oculis caduca deceſſu præſentium à proximis cernuntur. Feſtinandum nobis eſt ſummopere ut operemur ad omnes, ſicut veridica apoſtolici dogmatis comprobat aſſertio, maximè autem ad domeſticos fidei. Quapropter ego *Offa* cœlica fulciente clementia rex *Merciorum*, ſimulq; aliarum circumquaque nationum, ad eccleſiam quam *Eanulfus* avus meus in honore beati *Petri* principis apoſtolorum conſtruxit, ubi dicitur **aet Wyrcodune**, pro ſalute animæ meæ priorumque meorum, largior terram xx. manentium ubi dicitur **aet Werſthylle** & **aet Coſtune** cum ſilva quæ eidem telluri adjacet, & cum pratis, paſcuis, aquarum rivulis, ſine ullo obſtaculo contradictionis poſterorum meorum principum vel ducum, in uſum epiſcopi *Wegornenſis* eccleſiæ maneat. Sit autem terra illa libera ab omni exactione regum & principum, ac ſubditorum ipſorum, præter pontis & arcis reſtaurationem & hoſtilem expeditionem.
780. Anno autem dominicæ Incarnationis DCCLxxx. conſcripta eſt hæc donatio telluris à me & ab epiſcopis meis ac principibus meis quorum infra nomina adnotabo.

✠ Ego *Offa* Dei dono rex hanc meam donationem ſigno ſanctæ crucis munio.

✠ Ego *Cynethryth* Dei gratia regina *Merciorum* huic donationi regis conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Joanberhtus* archiepiſcopus.
✠ Ego *Eadberhtus* epiſcopus.
✠ Ego *Ciolwulfus* epiſcopus.
✠ Ego *Tilherus* epiſcopus.
✠ Signum manus *Brordan* principis.
✠ Signum manus *Berhtuudi* ducis.
✠ Signum manus *Eadbaldi* principis.
✠ Signum manus *Eadbaldi* ducis.

Ibid. fol. 11. a. ✠ IN nomine omnipotentis Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti qui vivit in ſecula, Amen. Ego Offa *Dei gratia concedente rex* Mercenſium, *ſimulque in circuitu nationum, ſciens certè* cuncta quæ humanis conſpiciuntur oculis tranſitoria eſſe, & quæ conſpici non poſſunt æterna fieri, *& quod cum his tranſitoriis æterna mercari poſſe, ideoque pro mea meorumque propinquorum perpetua animæ ſalute, dabo terram ſepties quina tributariorum jugera continentem ad monaſterium quod nominatur* **Wyrcodun** *in provincia* Hwicciorum, *& ad eccleſiam beati* Petri *principis apoſtolorum quæ ibidem in loco ſita eſt, quam* Eanulfus *avus meus erexit ad laudem & gloriam Dei viventis in ſecula. Eſt autem rus præfatum in iiij. villulis ſeparatum, hoc eſt,* **Teottingtun**, *qui ſitus eſt juxta rivulum quod nuncupatur* **Cerent** *v. manentium. Huic adjacet viculus qui nominatur* **aet Wuallanburnan**, *qui habet ab oriente vadum qui dicitur* **Weolwafoꝛd**, *& ab occidente fontanum quod nominatur* **Gytungbꝛoc** *x. caſſatorum. Tertius viculus eſt in monte quem nominant incolæ mons* Huuicciorum, **aet Codeſuuellan**, *& quæ x. manſionum: & quartus viculus, hoc eſt,* **Noꝛthtun** *x. manentium juxta rivulum qui nuncupatur* **Tyrl**. *Iſta ergo conditione firmiter atque ſtabiliter compoſita, quatinus ad monaſterium ante nominatum terra illa quæ ad præfatam eccleſiam ſancti* Petri *in jus eccleſiaſticæ libertatis perdonabo, liberata ſit ab omni exactione regum & principum ac ſubditorum ipſorum, tam in agrorum donationibus vel terrarum poſitionibus, in omnipotentis Dei nomine præcipimus, tam diu fides Chriſtiana in* Britannia *perduret, ſub dominio ac poteſtate parentilla mea atque cognationi ritè per ſucceſſiones hæredum juſtè ſuccedentium permaneat in perpetuum. Conſcripta eſt autem hæc donatio telluris à me & ab epiſcopo ac principibus meis quorum infra ſigna & nomina adnotabo,* **aet Wyrcaguntfoꝛda** *anno incarnationis Chriſti DCCLxxx. indictione tertia, die quo paſſio ſancti* Mauricii *à fidelibus celebratur.*

✠ *Ego* Offa *Dei dono rex hanc meam donationem ſigno ſanctæ crucis munio.*

✠ *Ego* Cynethryth *Dei gratia regina* Merciorum *huic donationi regis conſenſi.*

✠ *Ego* Johanberhtus *archiepiſcopus conſenſi.*
✠ *Ego* Eadberhtus *epiſcopus conſenſi.*
✠ *Ego* Ceolwulfus *epiſcopus conſenſi.*
✠ *Ego* Tilherus *epiſcopus conſenſi.*
✠ *Signum manus* Brordan *principis.*
✠ *Signum manus* Berthuudi *ducis.*
✠ *Signum manus* Eadbaldi *principis.*
✠ *Signum manus* Eadbaldi *ducis.*

Ibid. fol. 13. a. *AGio & alto Domino Deo* Zabaoth *regnante in avum. Siquidem humani generis proſapia de primo patre & matre oriundus in hoc ſeculum venit, & ſic*

& sic per longa vaga temporum spacia diversis nationibus dirimuntur, ut janitor cœlestis bibliothecæ et vas electionis, prædicator egregius, apostolus Paulus *dixit*, præterit enim figura hujus mundi, quomodo in velocitate dies & anni deficiunt : *& iterum sagax sophista, qui quondã* Solymis *dives regnavit in arvis, katalectico versu cecinit dicens,*

Non semper licet gaudere :
Fugit hora qua jacemur.

Et ideo sunt omnes nostræ series literatum apicibus confirmandæ, ne posteris ex memoria labere possit quicquid facta præcedentium patrum ac regum firmiter statuerunt. Qua de re ego Berhtuulf *domino disponente rex* Merciorum, *mihi & omnibus* Mercîis *in æternam elemosinam, donans donabo* Eanmundo *venerabili abbati & ejus familiæ* on Wreodune, *cum licentia & testimonio obtimatum gentis* Merciorum, *hanc libertatis gratiam, id est, ut sit liberatum & absolutum illud monasterium in æternitatem ab illis incommodis quæ nos Saxonica lingua* feftingmen *dicimus, Christo Domino teste & omnibus Sanctis in cœlis tam diu fides catholica & baptismum Christi in* Britannia *servetur. Ob hujus rei gratiam, ipse verò suprædictus* Eanmund *abbas & illius sancta congregatio* Breodunensis *monasterii dederunt mihi & omnibus* Mercîis *regaliter perfruendum & possidendum in famoso vico in* Tomeworthie *magnum discum argenteum valde bene operatum ac faleratum in magno pretio, & CXC. mancusas in auro puro : similiter etiam decantaverunt duodecim vicibus C. psalteria & Cxx. missas pro* Berhtwulfo *rege & pro illius caris amicis & pro omni gente* Merciorum, *ut eorum libertas firmior ac stabilior permaneat in ævum, & ut illius regis memoria & amicorum ejus, qui hanc pietatem in elemosinam sempiternam omnibus* Mercîis *illis in congregatione* on Wreodune *donaverat, in eorum sacris orationibus jugiter permaneat usq; in ævum. Insuper, in Dei omnipotentis nomine & novem ordinum angelorum & omnium electorum Christi præceptum ponimus, ut nullus unquam regum vel principum, aut alicujus personæ homo, magnus sive modicus, in aliquo tempore hanc præscriptam libertatis gratiam infringere ausus sit, sed semper stabilis & indiscussa firmiterque firmata illi congregationi* on Wreodune *coram Deo & hominibus jugiter permaneat in ævum. Hæc autem cartula caraxata est anno dominicæ incarnationis* 841. *DCCCxlj. indictione iiij. in die natalis Domini in celebri vico* on Tomeworthie. *His testibus consentientibus & signũ crucis Christi scribentibus quorum subter nomina notata sunt.* ✠ *Ego* Berhtuulf *largiflua Dei munificentia rex* Merciorum, *hanc meam libertatis gratiam ac omnium* Merciorum *cum signo sanctæ cruces firmiter consignabo.*

✠ *Ego* Sethryth *regina consensi & subscripsi.*
✠ *Ego* Cyneferth *episcopus consensi.*
✠ *Ego* Aldred *episcopus consensi.*
✠ *Ego* Berehtred *episcopus consensi.*
✠ *Ego* Heaberht *episcopus consensi.*
✠ *Ego* Cuthuulf *episcopus consensi.*
✠ *Ego* Eanmund *abbas consensi.*
✠ *Ego* Wihtred *abbas consensi.*
✠ *Ego* Ceolred *abbas consensi.*

Cœnobium de Peanbirig *in agro* Wigornienſi.

✠ REgnum domini quærendum est super universa lucra terrena, *Paulo* testante apostolo : *quæ enim videntur temporalia sunt, sed quæ non videntur æterna sunt. Quid prodest homini totum mundum lucrari, si anima ejus detrimentum patitur ?* Quapropter, ego *Wiglaf* rex *Merciorum*, cum meis episcopis, & ducibus, & magistratibus illud monasterium in Peanburg in circuitu, cum silva ad eam pertinente, & cum campis, & pratis, & cum omnibus utensilibus, & cum puteis salis, & fornacibus plumbis, villis, & omnia illuc pertinentia, in cœleste culmen generaliter per totam gentem *Merciorum*, & pro absolutione criminum nostrorum, liberaliter liberavimus a modicis, & a magnis causis, a notis, & ignotis, præter valli, & pontis constructionem. Facta est hæc donatio in Craeft, anno dominicæ incarnationis DCCCxxxiij. indictione verò xiiij. regni 833. hujus nostri à domino concessi quarto, pro redemptione animæ meæ : placabile atque delectabile mente prædicta loca liberabo, tum universis cassatis qui ipsis locis universis sunt subditi. Hoc modo per ævum liberabo a pastu regis, & principum, & ab omni constructione regalis villæ, & a difficultate illa, quam nos *Saxonicè* feaſtingmen dicimus ; hæc omnia mente concedo spontanea. Scitote ergo vos qui hoc labens regnum post me obtineatis, quare hoc munus, & hanc libertatem scripsi, & rescribere præcepi, quòd in Deum meum desidero, & in ejus ineffabilem misericordiam confido, ut Dominus noster Jesus Christus meas iniquitates, quas per ignorantiam feci Deus delere faciat. Credo per hoc bonum a cunctis me emundare dignetur, quia scriptum est, peccatum ibi emenda ubi nascitur. Modo posteros meos per gloriosum, & præmirabile nomen Domini *Jesu Christi* humiliter supplico, ut elemosinam, quam in altitudinem cœli culminis in manus domini datum habeo, communitèr per me, & per totam gentem *Merciorum*, tam benignitèr stare, permittetis, & multiplicare digne mini. ✠ Ego *Wiglaf* rex *Merciorum*. ✠ *Cunethryth* regina. ✠ *Ceolnoth* archiepiscopi. ✠ *Cuneferth* episcopi. ✠ *Raethhan* episcopi. ✠ *Eadulf* episcopi. ✠ *Heaberht* episcopi. ✠ *Eadulf* episcopi. ✠ *Alhstan* episcopi. ✠ *Beormod* episcopi. ✠ *Hunfa* episcopi. ✠ *Cunda* episcopi. ✠ *Ceolberht* episcopi. ✠ *Cunred* episcopi. ✠ *Eanmund* abbatis. ✠ *Weohtred* abbatis. ✠ *Beornhelm* abbatis. ✠ *Sigred* dux hanc donationem signo sanctæ crucis Christi confirmavi. ✠ *Mucoel* dux. ✠ *Tidulf* dux. ✠ *Æthelheard* dux. ✠ *Cuniberht* dux. ✠ *Aethelulf* dux. ✠ *Alhhelm* dux. ✠ *Humberht* dux. *Aelfstan* dux. ✠ *Micoel* dux. ✠ *Wicga* dux. ✠ *Aláred*. ✠ *Aliberht*. ✠ *Ælfrid*. ✠ *Huit-Hufe*. ✠ *Verenberht*. ✠ *Uulfred*. ✠ *Miglaf*. ✠ *Eanulf*. ✠ *Alhmund*. ✠ *Berhtulf*. ✠ *Eaghard*.

..... in bibliotheca *Cottoniana*.

Peanbiri.

IN nomine Domini Jesu. *Spe enim salvi facti sumus ; spes autem quæ videtur non est spes, & quæ non videmus per patientiam expectamus quæ æterna*

Ex regiſtro eccl. *wigor.* in biblioth. *cotton.* fo. 52. b.

Digitized by Google

terna ſunt. Ideoque ego *Ceolfrithus* abbas dono Dei jure paterno hæreditario dono terram meam, & hæreditatem patris mei *Cyneberhti* pro redemptione animarũ noſtrarum, ad eccleſiam beati *Petri* apoſtoli, & ad ſedem epiſcopalem in **Wigrinnanceaſtre**, cui nunc præeſt venerabilis epiſcopus *Milredus*, cum conſenſu & licentia *Offani* regis *Merciorum*, & principum ejus, & teſtium quorum infra inſeruntur nomina. Eſt autem terræ locus celebris qui dicitur **Heanberi** xx. manentium & in provincia *Uſmecorum*, qui nominatur **æt Sture** xiiij. caſſatos habens. Si quis autem, quod abſit, ex parentela mea vel externorum, malivola mente & maligno ſpiritu inſtigatus, hujus donationis noſtræ munificentiam infringere nititur & contraire, ſciat ſe in die tremendo coram ſummo Deo rationem redditurum.

✠ Ego *Offa* rex *Merceniũm*, donum & datum *Ceolfrithi* abbatis conſentiendo ſubſcribo.

✠ Ego *Milred* ſignum crucis infixi.

✠ Ego *Aldred* ſubſcripſi.

✠ *Uhtred* ſubregulus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Eadbald* præfectus & princeps *Offæ* regis conſenſi.

Charta Offæ *regis, de* **Timbingetun**, *monaſterio* **æt Clife** *vocato conceſſo, quod monaſterium poſtea ad eccleſiam* Wigornienſem *devenit.*

Ibid. fol. 23. a.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti qui cuncta ſecula jugiter pio moderamine regit.

Conſtat ergo, & incunctanter verum eſſe patet, omnia quæ hîc humanis cernuntur viſibus vana ac caduca tranſitoriaque fieri, atque ea quæ hominum oculis velantur ſemper manſura & ſine fine ſtabiliter perdurare in ſecula. Unde & certiſſimè notum eſt, ex auctoritate teſtimoniorum ſacrorum voluminum, quod cum iſtis fugitivis mundanis rebus ſempiterna mercari poſſunt cœleſtia regna. Quapropter ego *Offa*, gratiâ gratuitâ Dei patris concedente, *Merciorum* rex, majorum meorum imitatus exemplum, cogitavi in corde meo quatinus ex his ſceptris regalibus mundanis regni perceptis a conditore ac largitore omnium bonorum aliquid quamvis minus dignum, pro remedio animæ meæ, & pro adipiſcendo præmia polorum, in uſus monaſticæ liberalitatis eccleſiis donarem. Ideoque ego, & *Aldredus* ſubregulus *Hunicciorum* in commune pro domino omnipotente & pro æterna ſalute animæ noſtræ, terram ter quinas manſiones habentem, id eſt, vicum qui nominatur **Timbingetun** ad monaſterium quod propriè nuncupatur **æt Clife**, & ad eccleſiam beati *Michaelis* archangeli quæ inibi fundata eſt, libenter in eccleſiaſticam poſſeſſionem donantes concedimus. Eſt autem vicus ille ſitus ſub montis rupe qui antiquo vocabulo vocitatur **Wuendeſclif** in aquilonali parte rivuli qui dicitur **Tyrl**, & eſt conjunctus terræ ante nominati monaſterii cum ſuis terminis. Ut ergo hæc munificentia noſtra pro Chriſto conceſſa eo firmiore ſtabilimento perpetualiter permaneat, teſtium & conſentientium epiſcoporum abbatum ac principum noſtrorum ſigna & nomina in hac cartula teſtimonii infra perſcripta adnotare curavimus.

✠ Ego *Offa* Domino concedente rex *Merciorum*, huic noſtræ donationi pro majore firmitate vexillum crucis Chriſti propriâ manu impreſſi.

✠ Ego *Aldredus* Dei dono ſubregulus *Huiccionum*, hanc donationem noſtram muniens, ſignum ſalutifere crucis cunctis gentibus inpono.

✠ Ego *Eadberhtus* Chriſto Domino concedente epiſcopus, his dictis conſenſi.

✠ Ego *Berhthunus* Deo & patre donante præſul, his ſtatutis conſenſi.

✠ Ego *Ceolulfus* gratia Dei permittente antiſtes, his rebus conſenſi.

✠ Ego *Aldberhtus* domino tribuente eccleſiæ pontifex, his donis conſenſi.

✠ Signum manus *Botuuini* abb.

✠ Signum manus *Folcberhti* abbatis.

Dyſ ſýndan þa land gemæru to Wendleſclife. æreſt of ðam ford æt Hleoredes hlæwe ſwa ſe broc ſceot on nanes monnes land. þ ſwa on Wirdene. þanen on Rahlinc. þonen on Dýrnes treop. þonon on Heanes pol þanon on ða ealdan dic to Imman beorge. þonon on Hpætan mers. ſwa on Suð broc. ⁊ langs broces on Blacan mere. ſwa on þa ealdan dic. ⁊ langs dices on ane ſtðige. of þære ſtðe on ane ealde dic of þære dice on Týrl. ⁊ langs Týrl on Mærbroc. of þam broce on þone ealdan weg. ⁊ langs weges up on Coccanburh. of þære burhgeate on Hengeſtes heafod. ſwa on þ ſlæd to Cýppanhamme. on ane ſtðe. ⁊ langs ſtðes on þone heorpaþ to Hindehlýpan. þanon on ſcippýllan. ⁊ langs cumbes on ſeapneſlæd. þanan on patancumb. þanon on Wulfleages. þanon on Calfhealaſ. ⁊ langs weges to Finan mæpuum. ⁊ ſwa to peohleſ-heale. ⁊ ſwa to Antanhlape. ⁊ ſwa on Pippanſlæd. ⁊ on Henrihtes beorh. ⁊ on hpeogel weg to þan þaþ hege. on Heoroc pýllan. ⁊ langs ſtðes on Týrl. ⁊ langs Tyrl on butan þa meodre. ⁊ ſwa on þone ford æt Hleoredes hlæw.

Id eſt.

Hii ſunt terræ limites ad [*montis*] *Wendel* [*dicti*] clivũ [*vel*, rupem pertinentis.] Primò à vado apud *Hleowedehlawe* [*i. e.* aggerem, vel tumulũ apricũ,] ſicut flumen decurrit ad nullius hominis terram; inde ſic ad [*vallem*] *Windene* [*dictam*;] inde ad *Rahlincam*, inde ad *Dyrnei* arborem; inde ad *Heani* ſtagnum; inde ad veterem foſſam apud *Emma* montem; inde ad triticeam paludem; ita ad auſtralem rivulum, in longum rivuli ad nigrum lacũ, ita ad veterem foſſam, in longũ foſſæ ad quendam rivum; à rivo ad quendã veterẽ foſſam, à foſſa ad [*rivulum*] *Tyrl* [*dictum*;] in longum *Tyrle* ad *Marbrocam* [*i.e.* amnem limitarem;] ab amne ad veterem viam; in longum viæ ſurſum ad *Coccanburgum* [burgum *ſcil.* à gallis nuncupatum;] ab illius burgi porta ad *Hengeſti* [*i.* caballi] caput; ita per vallem ad *Cyppanhamme* [*i.e.* habitationem mercatoriam] ad quoddam fluentum; per longitudinem fluenti ad viam militarem apud *Hindehlypam* [locum *ſcil.* à cervis denomi-

denominatum ;] inde ad purum puteum, in longum vallis ad filicum vallem ; inde ad humidam vallem ; inde ad *Wulfiegam* [*i.e. Wulfi* * campum ;] inde ad *Calfhealas* [locum *scil.* à vitulis nomen sumentem ;] per longitudinem viæ ad [*cujusdam*] *Finani* pratum ; & sic ad *Weohlei* aulam ; & sic ad formicarum acervum [*vel*, tumulum ;] & sic ad *Pippe* vallem, & ad *Herrihti* montem ; & per rotæ viam apud capreæ sepem ad accipitris puteum, in longum fluenti ad *Tyrlam*, per longitudinem *Tyrlæ* circumcirca pratum, & sic ad vadum apud *Hleowedelawum*.

* *Fertè*, lupi.

Westburi.

Ibid. fol. 47. a.

✠ Regnante inperpetuum Domino nostro Jesu Christo, qui mundi monarchiam sua semper virtute gubernat in æternum : anno verò ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCxxiiij. indictione autem ij. regnante *Beornulfo* rege *Merciorum*, factum est pontificale & sinodale conciliabulum in loco qui dicitur **Closhoas**, præsidente ibi rege præfato, ac venerando viro *Wulfredo* archiepiscopo illo conventu regente ac moderante. Illic omnes episcopi nostri, & abbates, & universi *Mercenſium* principes, & multi sapientissimi viri congregati adessent, ubi inter alia plura colloquia aliqua contentio allata est inter *Heaberhtum* episcopum, & illam familiam **aet Berclea** de hæreditate *Æthelrici* filii *Æthelmundi*, hoc est monasterium quod nominatur **Westburhg**. Habuit autem episcopus ante nominatus terram illam cum libris, sicut *Æthelricus* ante præcepit ut ad *Weogernensem* ecclesiam redderetur. Statuta est autem atque decreta ab archiepiscopo, & ab omni sancta sinodo illa consentienti, ut episcopus qui monasterium & agellum cum libris haberet cum juramento Dei servorum presbiterorum diaconorum & plurimorum monachorum sibi in propriam possessionem terram illam cum adjuratione adjurasset. Et ita finita est præscripta illa contentio coram episcopo : post xxx. noctes illud juramentum **to Westmynstre** deductum est. Quapropter si quis hunc agrum ab illa ecclesia in **Ceastre** nititur evellere, contra decreta sacrorum canonum sciat se facere, quia sancti canones decernunt quicquid sancta synodus universalis cum catholico archiepiscopo suo adjudicaverit nullo modo fractum vel irritum esse faciendum. Hæc autem gesta sunt. Hii sunt testes & confirmatores hujus rei quorum nomina hîc infra notantur, die iij. kal. Novembris.

✠ Ego *Beornulf* rex *Merciorum* hanc cartulam synodalis decreti signo sanctæ crucis Christi confirmavi.

✠ Ego *Wulfred* archiepiscopus hanc synodalem sententiam cum signo gloriosæ crucis corroboravi.

✠ Ego *Oethelwald* episcopus consensi.
✠ *Hræthhun* episcopus consensi.
✠ *Eadwulf* episcopus consensi.
✠ *Heaberht* episcopus consensi.
✠ *Beonna* episcopus consensi.
✠ Ego *Wigthegn* episcopus consensi.
✠ Ego *Cioberht* episcopus consensi.
✠ Ego *Wermund* episcopus consensi.
✠ Ego *Cyred* episcopus consensi.
✠ Ego *Hunberht* episcopus consensi.
✠ Ego *Eanmund* abbas consensi.
✠ Ego *Cuthwulf* abbas consensi.
✠ Ego *Wihtred* abbas consensi.
✠ Ego *Wilferth* abbas consensi.
✠ Ego *Beornath* dux
✠ *Sigered* dux.
✠ *Eadwulf* dux.
✠ *Mucel* dux.
✠ *Judeca* dux.
✠ *Eadberht* dux.
✠ *Ecgberht* dux.
✠ *Alhheard* dux.
✠ *Uhtred* dux.
✠ *Bynna* frater regis.
✠ *Piot* presbiter.
✠ *Cyneberht*
✠ *Nothhelm* præco à domno *Eugenio* papa.
✠ *Bota*. ✠ *Aldred* theloniarius consensi.
✠ *Wighelm*. ✠ *Beadheard*.
✠ *Eadbald* consensi.

✠ Æt ðam aþe þær æo þeſt mynſtre eahta ſiftiȝ mæſſe-þreoſta ⁊ x. diacona ⁊ ealra oþra þreoſta ſixtiȝ ⁊ hund teontiȝ. [*Hoc est*. Eidem juramento apud *Westmonasterium* [*præstito*] aderant quinquaginta sacrifici, & x. diaconi, & ex omnibus aliis presbyteris, centum & sexaginta.]

✠ Heſ ſindon ðara mæſſe-þreoſta naman ðe on ðam aþe ſtodon ⁊ on pæpon. [*Id est*. Hæc sunt sacrificorum nomina, qui juramento illi astiterunt, & idem præstiterunt.]

✠ *Friomund* abbas.	✠ *Ciolheard* presbiter.
✠ *Eadberht* abbas.	✠ *Ecgheard* presbiter.
✠ *Ecgberht* abbas.	✠ *Tidberht* presbiter.
✠ *Cuthbald* presbiter.	✠ *Berhtwulf* presbiter.
✠ *Hehstief* presbiter.	✠ *Alhmund* presbiter.
✠ *Brada* presbiter.	✠ *Wigberht* presbiter.
✠ *Ecgmund* presbiter.	✠ *Hwita* presbiter.
✠ *Brada* presbiter.	✠ *Beorhred* presbiter.
✠ *Wigberht* presbiter.	✠ *Hunlaf* presbiter.
✠ *Berhthun* presbiter.	✠ *Cynemund* presbiter.
✠ *Reengan* presbiter.	✠ *Byrnhelm* presbiter.
✠ *Cuthberht* presbiter.	✠ *Heathoberht* presbiter
✠ *Snyda* presbiter.	✠ *Esne* presbiter.
✠ *Berhthred* presbiter.	✠ *Preost* presbiter.
✠ *Monn* presbiter.	✠ *Dudeman* presbiter.
✠ *Cuthbald* presbiter.	✠ *Eadberht* presbiter.
✠ *Alhmund* presbiter.	✠ *Monnel* presbiter.
✠ *Luhheah* presbiter.	✠ *Beornwald* presbiter.
✠ *Ecgberht* presbiter.	✠ *Eastmund* presbiter.
✠ *Tidbald* presbiter.	✠ *Mecga* presbiter.
✠ *Sucga* presbiter.	✠ *Wigberht* presbiter.
✠ *Eadgar* presbiter.	✠ *Beorred* presbiter.
✠ *Aldhere* presbiter.	✠ *Hehferth* diaconus.
✠ *Badheard* presbiter.	✠ *Berhthelm* diaconus.
✠ *Monn* presbiter.	✠ *Wighelm* diaconus.
✠ *Plegberht* presbiter.	✠ *Cynemund* diaconus.
✠ *Tidberht* presbiter.	✠ *Ceofa* diaconus.
✠ *Cuthberht* presbiter.	✠ *Dynne* diaconus.

Annales *wigorn.* in bibl. *Cottoniana*. Iterum ex registro *Wigorniæ* præsulum.

Ofwaldus *monachos apud* Westburi *constituit.*

✠ In nomine domine nostri Jesu Christi, ego *Offa* trado illam terram **aet Westburig**, cum omnibus ad seriè pertinentibus, id est sexaginta manentium, & in alio loco **aet Peanburig**

xx. manentium to Weogernaceſtre, pro remedio animæ meæ ac parentum meorum, poſt obitum meum & filii mei *Egfrithi*, & eadem libertatis dicione in omnibus rebus jure permanendam, qua eam ante *Æthelbaldus* rex avo meo *Eanulfo* conſcripſerat, id eſt, ut ſit libera tam in terrarum donatione, ſicut in omnibus cauſis parvis vel magnis inconcuſſa permaneat uſque in ſeculum tam diu fides Chriſtiana apud *Anglos* in *Britannia* maneat, & ut ſoluta ſit ab omni vi regum & principũ & ſubditorum ipſorum, in ſummo Dei nomine præcipimus, præter ab his vectigalibus, hoc eſt: Ðæſ ȝapoleſ æꝛ peꝛꝛbýꝛiȝ. ꝛþa ꝛunnan ꝓulle þluꝛþeſ aloþ. ⁊ cumb ꝓulne liþeſ aloþ. and cumb ꝓulne paliſceſ aloþ. ⁊ vij. hnuþu. ⁊ ꝛix peꝛþenaſ. ⁊ xl. cýꝛa. ⁊ vj. langþepo. ⁊ þnitiȝ ombꝛa ꝓuel coꝛnaꝛ and ꝓeopeꝛ ambꝛu meolpaꝛ. ad regalem usum. [*i. e.* Cenſus illius apud *Weſtburiam:* duo [*fcil.*] dolia purioris cerviſiæ plena, & [*quædam*] menſura [4. *modiorũ*] tenuis cerviſiæ plena, & [*ſimilis*] menſura cerviſiæ *Walica* plena, & vij. boves, & ſex verveces, & xl. caſei, & vj. longa.... & triginta amphoræ hilpidi grani [*ſecalis*, fortè] & quatuor amphoræ farinæ.] Hoc itaque, cum conſenſu & conſilio pontificum & ſenatorum meorum, firmo fœdere dijudicaverunt. Nulla regalis vel principalis aut aliqua ſecularis dignitas de noſtra hæreditate plus his in modico vel in magno appetendo, per vim aut petitionem aliquid exiget abſque hoc tantum quod hæc præſens cartula continet.

✠ Ego *Offa* gratia Dei rex hoc regi ſingulis annis ſtatum cenſum manus meæ propriæ ſigno confirmo.

✠ Ego *Ecgfirth*, ejuſdem regis filius conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Æthelheard* archiepiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Heathored* epiſcopus conſenſi & ſubſcr.

✠ Ego *Uuuona* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Signum *Brordani* patricii. ✠ Signum *Beonnæni* abbatis. ✠ Signum *Alhmundi* abbatis. ✠ Signum *Wigmundi* abbatis. ✠ Signum *Forthredi* abbatis. ✠ Signum *Bynna* principis. ✠ Signum *Eſne* ducis. ✠ Signum *Æthelmund* ducis. ✠ Signum *Alhmund* ducis. ✠ Signum *Wigberht* ducis. ✠ Signum *Wigegan* ducis. ✠ Signum *Eadgar* ducis. ✠ Signum *Almund* ducis.

Ibidem fol. 193. a. Judicium donationis eccleſiæ *Weſtbyriæ*. quam *Wiſtanus* epiſcopus uſibus monachorum hujus eccleſiæ dedit.

PL *Argiente gratia ſalvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti, ego* Wiſtanus Uuigornenſis *eccleſiæ prælatus antiſtes, eccleſiam ſitam in villa quæ vocatur* Uueſtburia, *à beato* Oſuualdo *quondam conſtructam, & terris & opibus & monachis ibi dem Deo ſervientibus honorificenter jam pridem ditatam, poſtea verò à piratis devaſtatam & vetuſtate & præpoſiterum negligentia deſtructam, adlaudem ipſius Domini & Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti ejuſque ſanctæ genitricis* Mariæ *omnimodis apoſtolorum ſtudui reparare. Et quia terra quæ jure ad eccleſiam pertinebat impedita & directa erat à laicis hominibus, inito congruenti conſilio, auxilio bonorum hominum, partem prædictæ terræ legali jure recuperatam, partem pecuniæ meæ redemptam precio, juri & ditioni eccleſiæ reſtitui, ſcilicet ij hidas & dimidiam hidam & dimidiam virgam in* Uueſtiria, *partem etiam terræ quæ concluditur ambitu ipſius monaſterii, partem quoque ſilvæ* Aeſegraf, *& xij. acras prati liberas dedi ab omni tributo & vectigali omnique ſervicio regali & epiſcopali, pro remedio animæ meæ & redemptione animarum omnium epiſcoporum prædeceſſorum ſive ſucceſſorum meorum. Quicumque hanc noſtram elemoſynam illæſam ſervaverint, aut in aliquâ re augendo emendaverint..... Hanc libertatem ideo dedi, quia, hæc terra excepta & libera permanente, omne regale ſervicium quod de meis circumjacentibus terris jure debetur expleri poteſt & perſolvendum locavi & ſtatui. In* Heanbiria *etiam, & in* Ceoȝlatune, *& in* Uuica *ij. hidas & dimidiam hidam, & xxviij. acras terræ. Eccleſias quoque in* Henbiria *& in* Stoke, *cum omnibus decimis tam de frugibus quam ac pecudibus ſive de armentis, ſimiliter liberas ab omni ſervitute regali & epiſcopali conceſſi, ſicut ſemper liberæ fuerunt ab antiquis temporibus. In* Bereuuica *etiam i. hidam & dimidiam hidam, & in* Paſelðene *j. virgam liberam præter regis ſervicium. Has terras cum omnibus ſibi pertinentibus ſilvis & planis, pratis & paſcuis, aquis & piſcaturis, ad ipſam eccleſiam & ibi Deo ſervientibus dedi ad ſuſtentationis neceſſaria, ipſumque monaſterium cum omnibus rebus quibus illud ditavi, terris, ornamentis, & cunctis eccleſiaſticis miniſteriis, Deo & ſanctæ* Mariæ *ad* Uuigornenſem *eccleſiam utilitatibus monachorum qui ibi Deo ſerviunt in ſede epiſcopali deſerviendum dedi. Hujus donationis legitimam ſponſionem conſilio & teſtimonio meorum bonorum hominum & amicorum fidelium confirmavi, offerens illud ſuper altare ſanctæ* Mariæ, *die nativitatis ipſius ſanctæ & intemeratæ virginis & Dei genitricis, anno Dominicæ incarnationis MXCIII. regni autem regis* Willielmi *junioris v. ordinationis meæ xxxj. anno, eodem die completo, indictione j. deſiderans & adjuravi, ut hæc poſſeſſio & confirmatio firma & ſtabilis in æternum ad uſus monachorum in* Uuigornenſi *eccleſia Deo ſervientium permaneat, prohibens pontificali noſtra & divina auctoritate, ne quis hoc violare præſumat. Si quis verò diabolicæ cupiditatis inſtinctu, hoc infringere præſumpſerit, exterminatus ab æternæ cœleſti hæreditate, conſors factus proditoris* Judæ, *niſi in viâ ſatisfactionis redierit, perpetualiter crucietur exitialibus flammis gehennæ, anathematizatus cum angelis Satanæ, ſine fine luiturus pœnas præſumptionis ſuæ.* 1093.

Hujus donationis & confirmationis teſtes hii ſunt.

Thomas *Prior, cum fratribus* Uuigornienſis *eccleſiæ.*

Alricius *archidiaconus.* Ordricus *dapifer.*

Frethericus *capellanus.* Alfuuinus *filius Berhtmari.*

Alfuuinus *preſbyter.* Alricus *camerarius.*

Aldredus. Alſtanus *cuneſtabularius.*

Mauricius. Freauuinus. } *clerici epiſcopi.*

Weſtbiria

Westbiria & Stoc.

Ibid. fol. 49. a.

"✠ IN nomine Domini Dei summi regis regũ, "qui in altis habitat & prospicit omnia cœ- "lestia & terrestria. Anno ab incarnatione Christi "DCCCIIII. indictione xij. Ego *Æthelric*, filius "*Æthelmundi*, cum conscientia synodali invita- "tus ad synodum & in judicio stare in loco qui "dicitur **Cloſeſhoh**, cum libris & ruris, id est, "aet **Westmynster**, quod prius propinqui mei "tradiderunt mihi & donaverunt, ubi *Æthelhear- "dus* archiepiscopus mihi regebat atque judicave- "rat, cum testimonio *Coenwulfi* regis & optimati- "bus ejus, coram omni synodo, quando scripturas "meas perscrutarent, ut liber essem terram meam "atque libellos dare quocumque volui. Postea "commendavi amicis meis ad servandum, quan- "do quæsivi sanctum *Petrum* & sanctum *Paulum* "pro remedio animæ meæ. Et iterum, me rever- "tente ad patriam, accepi terram meam & pre- "cium reddidi quasi ante pacti sumus, & pacifici "fuerimus adinvicem. Facta est autem post pau- "cos annos alia synodus aet **Aclea**. Tunc in illa "synodo, coram episcopis rege & principibus ejus "rememoravi pristinæ libertatis mei quæ mihi "ante judicatum est, & cum licentia eorum testi- "ficavi in præsenti testimonio quemadmodum "meam hæreditatem dare voluissem, & sic dixi. "Hæc sunt nomina illarum terrarum quæ dabo "ad locum qui dicitur **Deoꝛhyꝛſt** pro me & *Æ- "thelmundo* patre meo, si mihi contingat ut illic "corpus meum requiescat **Todanhom**, & aet "**Sture**, **Screfleh**, & **Cohhanleh**: ea conditi- "one ut illa congregratio vota eorum faciat fir- "ma sicut mihi promiserunt. Iterum dabo *Wer- "fertha* xi. manentium, **Wzemer**, **Gzefan**, & "**Feccanhom**, ut habeat suum diem, & postea "reddat ad **Wigoꝛnaceſtre**. Verumetiã do xxx. "manentium, **Under Dfre** ad **Gleawecestre**. "Et quando mihi contingat exitus mei dies, "tunc dabo *Cielburgæ* matri meæ, si diutius vivit "quam ego, terram illam aet **Westminstre**, & "aet **Stoce**, ut habeat suam diem, & postea red- "dat ad *Weogornensem* ecclesiam. Pro qua re ea "vivente ut ibi habeat protectionem & defensio- "nem contra *Berclinga* contentione. Et si ali- "quis homo in aliqua contentione juramentum "ei decreverit contra *Berelingas*, liberrima erit "ad reddendum, cum recto consilio propinquo- "rum meorum qui mihi donabant hæreditatem, & "meo quò ei dabo. Et si non habeat patrimoni- "um in civitate *Weogornensi*, postea primùm quæ- "rat ad archiepiscopum in *Cantia*, & si ibi non ha- "beat, sit libera cum libris & ruris ad eligendum "patrocinium ubi placitum sibi fuerit. Si aliter fi- "at, ut non opto, aliquis homo contendat con- "tra libros meos vel hæreditatem indignè, tunc "habet *Aldwulfus* episcopus in *Licetfelda* istius "cartulæ comparem, & amici necessarii mei & fi- "delissimi alias, id est, *Eadbyrht*, *Eadgaring*, & "*Æthelheh*, *Esning*, ad confirmationem hujus "rei. Rogo etiam *Æthelric*, pro amore omni- "potentis Dei, & præcipio, & obsecro per om- "nes virtutes cœlorum, ut nullus homo hanc po- "sitionem crucis Christi quæ tantorum virorum "testimonio confirmata est non præsumat minue- "re. Si ausus est aliquis confirmationem istam "infringere; deleatur de laude Dei, si non satis- "factione emendaverit.

"✠ Ego *Coenwulf* rex *Merciorum* hanc munifi- "centiam signo sanctæ crucis subscripsi.

"✠ *Ego Æthelheardus* archiepiscopus *Dorover- "nensis* civitatis signum sanctæ crucis subscripsi.

"✠ Ego *Aldwulfus Licetfeldensis* episcopus "consensi.

"✠ Ego *Wernberht* episcopus consensi.

"✠ Ego *Denebyrht* episcopus consensi.

"✠ Ego *Wulfheard* episcopus consensi.

"✠ Ego *Eadwulfus* episcopus consensi.

"✠ Ego *Headberht* dux subscripsi.

"✠ Ego *Beornuth* dux subscripsi.

"✠ Ego *Ciolward* dux subscripsi.

"✠ Ego *Cynhelm* dux subscripsi.

"✠ Ego *Wicga* dux subscripsi.

"✠ Ego *Wigheard* dux subscripsi.

"✠ Ego *Byrnwald* dux subscripsi.

"✠ Ego *Aldred* dux consensi & subscripsi.

Remesei.

Ib. fol. a. a.

TEmpora temporibus succedunt, atque ad finem tanquam decidens folium præceps transeunt. Ideo omnes firmas statutiones litterarum seriei commendamus, ne fortè inposterum aliqua ignorantiæ avaritiæve fraude inlectus infringere præsumat decretalia patrum fidelium, sicut *Græcorum* est consuetudo: quia quicquid firmiter scire volunt, litteris commendant, ne ex memoria labetur.

Hanc vero terram *Coenwulf* rex donans donat *Balthuno* abbati, & liberam conscripsit in omnibus tam in campo quàm in silva, tam etiam in flumine, & in omnibus utilitatibus ad eandem ritè terram pertinentibus, in monasterium quæ dicitur **Remesei** xxx. manentium, sive ad habendum quam diu vivat, & post se suis hæredibus cuicumque voluerit liberam donandi habeat facultatem, & nulli homini nichil facere de eadem terra, excepris tantùm in caulis pontẽ facere & arcem & expeditionem. Hanc quoque libertatem præfato monasterio *Balthun* abbas comparavit à prædicto rege *Coenwulfo*, & illi dedit terram xij. manencium in loco qui vocatur **Herefozd**, sive ad habendum suisque hæredibus perhenniter relinquendum, ut eo firmiùs & inmutabilius hoc decretum permaneat. De partibus vero & de caulis singula res solvere pretium, & nihil aliud de hac terra. Et eandem libertatem ego *Coenwulf* rex donabo *Balthuno* abbati, sive ad habendum tam diu vivat, & post se suis hæredibus perhenniter ad perfruendum. Pax servantibus & consentienbus huic donationi; contradicentibus discordia semper sine fine, Amen. Hæc cartula scripta est anno dominicæ incarnationis DCCxcviiij, indictione vij. Eod. anno facta est pax inter *Merciones* & *Occidentales Saxones*, & cũ juramentis firmo fœdere roborata est, sub regibus *Coenwulfo* & *Ecberhto*. Hanc donationem consensit, & cum sui manu signum crucis inposuit, cum episcopis & principibus quorum nomina hîc infra habentur, in eodem concilio qui dicitur **Colesheyl**. 799.

✠ Ego *Coenwulf* rex crucem Christi inposui.

✠ Ego *Æthelheard* archiepiscopus similiter.

✠ Ego

✠ Ego *Unwona* episcopus.
✠ Ego *Cyneberht* episcopus.
✠ Ego *Alcheard* episcopus.
✠ Ego *Tidferth* episcopus.
✠ Ego *Ceolmund* minister.
✠ Ego *Cuthred* dux.
✠ Ego *Esne* dux.
✠ Ego *Heabert* dux.
✠ Ego *Wigheard* dux.

Ibid. fol. 118. a. *Incipit codicellus possessionum hujus ecclesiæ, qualiter primitus Deo & sanctæ* Mariæ *à religiosis hominibus donatæ, & postmodum ab iniquis quadam, set injustè, vi sive fraude ablatæ.*

PLurimas terrarum possessiones quæ nunc ab aliis injustè possidentur, & villas quamplures ad hanc ecclesiam jam pridem justè pertinere, tam seniorum prædecessorum nostrorum relatu, quàm etiam litterarum & testatorum serie didicimus, quas postea, & regalium vectigalium importabilis exactio, & potentissimorum hominum impia direptio iniquè distraxit, & à monasterii possessione abstraxit, sicuti factum est temporibus *Athelredi* regis *Anglorum*, vastante & depopulante hanc patriam pagano rege *Danorum Swein* nomine, cum maximum & ferè importabile tributum tota *Anglia* reddere cogeretur. Ob hujus itaque tam gravis tributi exactionem, omnia ferè ornamenta hujus ecclesiæ distracta sunt, tabulæ altaris argento & auro paratæ spoliatæ sunt, textus exornati, calices confracti, cruces conflatæ, ad ultimum etiam terræ & villulæ pecuniis distractæ sunt. Simili modo etiam actum est regnante *Cnut* filio suo, & adhuc graviora vectigalia superaddita sunt temporibus regni filii *Cnut*, cujus nomen erat *Hardecnut*, qui etiam totam istam provinciam hostili exercitu ferro & igne depopulavit.

De eadem re.

De his autem terris & villulis quæ quondam ad hanc ecclesiam pertinere noscuntur, sed post potentum hominum rapina injustè ab hujus monasterii possessione direpta, ut prædiximus, habentur, succinctim narrare ordimur, prout seniorum nostrorum relatione didicimus, vel notariorum cartis inserta reperimus.

Item.

Primitus ultra fluvium *Tamedæ* narrationis nostræ exordium sumamus, sicque per *Sabrinam* ordinatè revertentes sermonis seriem pro posse nostro contexamus.

De Peonedoc.

De Peonedoc jam dicamus. Hanc villam *Northmannus* monasterio dedit cum filio suo, quem cum eadem terra ad altare obtulit, monasticis disciplinis Deo perpetualiter servire, terramque ipsam in usus tam ejus quàm ceterorum fratrum cum testamenti cyrographo, domno *W.* tunc decano, postea autem venerando episcopo devotus dedit. Extiterat quidem hæc terra & antea de possessione monasterii, sed vi, ut prædiximus, ablata ad ipsum *N.* hæredum successione pervenerat, quique eam sic restituit. Hanc villam *Rawulfus* vicecomes, adjutorio & fortitudine *Willielmi* comitis *Herefordensis*, cum pluribus aliis terris monasterio abstulit, nec multò post comes ipse justo Dei judicio exul interiit, & *Rawulfus* idem carceri mancipatus publico, terras possessiones & cuncta quæ habebat perdidit, hæque ex causa sancta ecclesia possessione ipsius villæ caruit.

De Actune.

Quidam quoque minister *Orduuii* nominatus, vir videlicet magna largitate & laudabili probitate exiterat, qui cum per multum tempus villam quandam vocabulo Actune, ad jus ecclesiæ *Wigornensis* ex antiqua temporum recordatione pertinentem tenuerat, ante finem vitæ ejus divino redactus instinctu, *Wistano* adhuc Priore existenti, ad ecclesiasticam hæreditatem, sicut prius fuerat, concedendo perpetualiter permisit. Sed postea verò abbas *Ægelwinus* superveniens, vi magnæ iniquitatis illatâ, loco ritè hæreditario villam illam abstulit, à quo etiam non multò post *Urso* vicecomes eam arripuit, & ad dotem filiæ suæ condonavit.

De Scelfleahge.

Scelfleahge, verò, quidam nomine *Simund*, ex concessione fratrum illo in tempore in *Wigorn* manentium, tam diu tenuit, & servitium statutum illis inde reddidit, quousque *Franci* supervenerunt, & cum illo bono & pluribus aliis privaverunt.

De Cliftune & Eastham.

Temporibus regis *Athelredi* Cliftun, & Hommc, & Eastham, & Bufawuda, & Temedebyrig, & Cyz, cum omnibus eis subjacentibus & pertinentibus ecclesiæ nostræ *Wigorn* subjacebant. Sed cum hæc provincia fuerat depredata & atrocissimè devastata, & *Dani* terras multorum hominum, nobilium & ignobilium, divitum & pauperum, & ferè istius provinciæ omnium rapientes caperent, & violenter possiderent, comes *Hacun*, & sui milites, has prædictas terras & alias perplures crudeli vi rapientes invaserunt, & raptas pro suis propriis possiderunt. Quod denique uxor ejus *Gunnild* injustè factum fuisse recognoscens, pro servicio terræ quandam imaginem sanctæ *Mariæ* nobis aurificè ornare fecit: sicque tamen terras usque huc loco sancto alienavit.

Item proemium.

His, ut credimus, veraci stilo exaratis, cunctisq; qui legere voluerint pro posse notificatis, ad illas terras quæ inter *Tamedam* & *Sabrinam* sitæ sunt, vertimus eloquium nostræ pusillitatis. Illud tamen in nostræ præmittimus narrationis exordio, ut si quis ea quæ dicturi sumus meditatus fuerit, scireque plenissimè studuerit, hunc libellum nostrum legere non renuat, sed omni mentis devotione legat. In quo proculdubio inveniat quo

gressus

gressiùs suæ, ut ita dixerim, meditationis figat, & quæ vera esse pro certo agnoscat, quibus etiam fidem adhibere debeat. Et si ea quæ in illo scripta fuerint subtiliter legendo perspexerit, nil falsitatis, verùm ut se rei veritas habet reperire poterit.

De Lauuerna.

Inter alios rebus pollentes secularibus, erat vir quidam nimium opulentus, nomine *Kinwardus*, cujus parentes, priusquam mortis jura subjissent, ex hac nostra ecclesia diversas terrarum possessiones habuere, pro quibus, secundùm factam conventionem quam fecerunt cum illis qui nos præcessere, fidele servitium exhibuere. Quibus defunctis, ipse factus illorum hæres non solùm hæreditatem suscepit, verumetiam terras quas ipsi ante ex hoc monasterio possidebant recepit, ea scilicet ratione, ut dum rerum necessitas exposceret, conventionem quam ille jam fecerat sine dilatione persolveret. Quarum videlicet terrarum una est quæ ab incolis ejusdem loci **Lauuern** nominatur, quæ etiam non longè ultra amnem *Sabrinam* sita est. Hanc ille quoad vixit possidebat & pro ea fidele servitium nobis exhibebat. Morte verò sibi superveniente, illam nobis restituit, quam nos suscipientes ut propriam habere cœpimus; verùm non diu sub nostra ditione tenere potuimus. Instigante enim diabolo, frater vicecomitis *Ursonis*, *Robertus* nomine, nobis abstraxit eam injustè, nec solùm illam, sed & alias quamplures, de quibus nunc loqui omittimus, oportunis verò in locis de ipsis nullatenus tacebimus.

De **Cloptune.**

Alter quidam *Ælfgeardus* vocabulo, magnis pollens divitiis existebat, qui *Edgithæ* venerandæ reginæ camerariam, *Mahtildam* nomine, uxorem ducebat. Huic summissa prece nos roganti modicam villam quæ **Cloptun** dicitur concessimus, pro qua ipse tot annis quot eam habebat bene nobis & fideliter serviebat. Sed *Urso* vicecomes eandem postmodum sibimet adquisivit, tale servitium pro ea se exhibiturum promittens quale ille priùs exhibuit. Jurejurando illud promisit, sed nondum persolvere voluit.

De **Rydmarlege.**

Pro alia similiter terra quæ ab indigenis est **Rydmerleghe** nominata, juxta **Duddontreo** sita, spospondit se serviturum esse, verùm per omnia immemor factus est promissionis suæ.

De **Coddarycgé**

Quidam dives secularis Præpositus, nomine *Earnui*, loci hujus extitit. Hic fratrem sibi vehementer karum cui erat vocabulum *Spiritus* habuit, qui nimis diligebatur à duobus regibus istius patriæ, *Haroldo* scilicet & *Hardecnut*. Ipse autem à fratre suo supradicto terram **Coddarycge**, causa hospitationis suscepit, ea conditione, ut vel quando ad fratrem veniret, vel ab eo recederet ibi hospitari posset. Quo facto, ille denique ex tota *Anglia* fuit expulsus & in exilium ejectus; & *Ricardus Scrob* postea terram illam invasit, & per hoc *Wigornensi* monasterio usque adhuc subtracta & elongata persistit.

De **Aelfintun, & de Sapian.**

Brihtegus episcopus suo in tempore villas quæ vocitantur **Aelfintun** & **Sapian**, cuidam viro qui sororem suam duxerat uxorem, licentia fratrum hujus loci postposita, concessit. Quibus defunctis, *Ricard.* filius *Scrob* **Sapian** invasit, & eam quamdiu vixerat injustè tenuit, filioque suo in fine vitæ suæ dereliquit. **Aelfintun** verò *Agelricus*, ipsius episcopi germanus, sibi arripuit, ac brevi post tempore suo filio *Godrico* dedit: quam ab eo diu possessam injustè *Raulfus* de *Beornaco*, domini sui, comitis scilicet *Willielmi*, roboratus fortitudine, sibi vi abstulit, sed ejus possessor diu non extitit. Pro re namque ignominiositate plena, ut ecclesiasticarum possessionum invasor, ipsius dominatum perdidit. Deinde verò *Radulfus* de *Toteneia* eandem ut potuit à rege adquisivit, ac non multo post sanctum *Ebrulfum* inde donavit. Tali utique modo harum dominatu villarum locus ille sanctus caruit & adhuc caret.

De **Estlege.**

Idem quoque *Raulf* quandam aliam villulam **Estleh** appellatam à quodam *Dano*, *Ocea* nomine, injustè arreptam, & injustiùs possessam, similiter invasit, & ab ecclesiæ possessione & dominatione vi & fortitudine domini sui *Willielmi* comitis suffultus subtraxit. Sicque hæc sancta ecclesia jus dominationis ejusdem villæ injustè perdidit

De **Ribbetforde.**

Simili modo villam quæ **Ribbetford** dicitur, cujus villani captatorias sepes piscium & alias venatorias instaurare debita lege debebant, operaque nostra ubicumque eis præcipiebatur exercebant, priùs *Dani*, post *Turstanus Flandrensis* monasterio vi abstulit, sicque ejus usque nunc dominatum perdidimus. Ipseque non multò post & ipsam & omnem terram suam perdidit, exilioque multatus est. Sic qui parum Deo injustè abstulit omnia sua justè perdidit.

De **Witlaege.**

Villam etiam quæ dicitur **Witlaehge** *Aldredus* episcopus & *Wulstanus* tunc temporis Prior, obtentu *Edrici* cognomento *Silvatici*, presbytero ejus *Earnwio* præstiterunt, quam postea *Raulfus* de *Beornegia* vi monasterio & sibi abstulit, sed parvo post tempore non solùm illam, sed etiam omnem suam terram perdens, carcerali custodia multatus est, Deo sibi dignam ultionem reddente.

De **Gymmanhylle & Careshyrig.**

Has equidem villas **Gymmanhylle** & **Careshyrig** nuncupatas, temporibus regis *Eadwardi* monasterio subjacentes & per inedicibile temporis spatium jure & propria dominatione monasterii

habitas & possessas, *Urso* vicecomes invasit postquam vicecomitatum susceperat. Extitit enim tunc ex parte ambitiosus captor terrarum ferè ubicumque potuit, sed post modicum temporis per Dei misericordiam semetipsum justius aliquantulum optemperavit. Cui denique villæ supranominatæ (nec sine nimio timore) concessæ fuerunt, ab his videlicet qui tunc temporis res monasterii gubernandas habuerunt, nam illis & valere & nocere si vellet potuit; atque ex hoc plurimùm ipsi metuentes concesserunt ei quæ ab illis habere voluit. His itaque ipse susceptis utens ut propriis, omne debitum servitium exinde tamen indeficienter persolvit regis. Nos autem hac de causa terris prænotatis &, ut præmonstratur, à sancto loco alienatis, has etiam nunc terras quas diximus litteris supponere curavimus; quoniam minus servicium quam inde debetur nos jam habere sentimus.

Prefatio.

Hactenus, ut timidus nauclerus, erga litora remigium temptando locutionis nostræ cimbam circumdiximus, nunc autem, ut ita dicam, latum pelagus intrantes, opus est, ut rationis veritati, quasi radio solari aciem mentis pervigili obtutu infigamus, ipsamque Dominam nostram quæ stella maris vocitatur, cujus sacratissimi monasterii possessioni hæc omnia iniquorum hominum rapinâ ablata sunt, indefessis precibus interpellemus, quatinus esse nobis dignetur in hoc cœpto itinere ductrix & tutrix, ne nos tempestas timoris potentissimorum hominum à recto deviare compellat, vel aura falsitatis interveniens navem frangendo in profundum demergat, seu procella minarum absorbeat, immò ipsa suffragante caribdim avaritiæ sirtesque favoris & falsæ gratia devitantes, studiosum lectorem ad litus destinatũ cum tranquillitate sermocinatione nostra transvehere valeamus. Jam ergo incipiamus in orientali parte fluminis magni, *Sabrinæ* scilicet, terras ad istam ecclesiam jure pertinentes describere, qualiterve quocumque modo ablatæ sunt, prout seniorum nostrorum relatione didicimus, sive ipsimet scire potuimus.

Item de eadem.

Ac primò videndum quæ terræ trium hæredum temporibus accommodatæ sint, post quorum decessum juri monasterii redderentur, quæve postea juxta hanc conventionem redditæ, quæve injustè sunt retentæ, sive ipsorum qui eas exigere deberent negligentia, sive denegatæ sint iniquorum hominum potentiâ.

De **Salatwarpe.**

Terra quæ dicitur **Salcwarpe** ad jus monasterii pertinere certissimum est; Nam *Godwinus* quidam frater *Leofrici* comitis, ejusdam villulæ possessor infirmitate tactus, cum ad extrema ductus esset, à piæ memoriæ *Wulstano*, tunc temporis monacho & decano, postea verò episcopo, & à venerabili *Wilstano* qui postea abbas **Gleaceastre** claruit, oleo unctus est, pœnitentiaque sibi injunctâ, de terra illa ab ipsis calumniatus est. Qui statim eam de jure ecclesiæ esse recognovit, eamq; bono animo eis tradidit in jus ecclesiasticum possidendam, pœnitentiam agens quod tam diu eam retinuit. Post mortem autem ejus, filius ejus nomine *Agelwinus*, qui à *Danis* obses manibus truncatus est, testamentum patris sui irritum faciens, adjutorio patris sui, comitis videlicet, & jam dicti *Leofrici*, eandem terram monasterio auferens, suo juri addixit. Nec multùm postea justo Dei judicio ipsam & omnia quæ habebat cum vita sua perdidit, morteque ignominiosa in casa bovarii sui vitam finiens, vix duorum servorum ministerio sepulturæ traditus est.

De **Yeamtune.**

Terra quæ dicitur **Yeamtun** monasterio justè subdi debere nullus ambigere debet: nam *Wulstanus* episcopus eam ab *Erngeato*, filio *Grim*, justè per placita requisivit & proclamavit, sed eam minimè adquirere potuit, eo quod ipse *Earngeatus* adjutorio comitis *Leofrici* fulciretur, suaquè vi eam retinuit. Unde & ipse *W.* episcopus filium ejus monachum facere recusavit, cum ab eo plurimùm rogaretur. Sed rogavit ut ipse primitus monasterio rectitudinem consentiret, terramque illam aut totam, aut saltem partem ejus quæ dicitur **Thiccan-Apeltreo**, monasterio cum filio donaret. Quo renuente, ac dicente quod filii ejus eam post se habere deberent, ac sic ad monasterium reverti deberet, discesserunt super hac re non concordati. Sicque post parvum tempus ne unus ex tota ejus progenie remansit qui ei in hæreditatem succederet, sicque hæc terra sicut & cætera ejus substantia in manus extraneorum venit, & monasterium nostrum adhuc eam expetit.

De **Wlcaresleage.**

Temporibus *Alfstani* Prioris & *Witherici* Præpositi, villa quæ dicitur **Wlcaresleah** nostræ fuerat propriæ dominationi subjecta, quam postea quidem episcopus *Wulstanus*, consilio & obtentu consiliariorum, obtimatumque ejus, *Alfwino* filio *Brithmari* ut petiit concessit. Ipse itaq; eam possidendo tenuit quamdiu vixit. Ac sic post mortem ejus *Urso* vicecomes omnes terras quas ipse habebat invadens, monasterii jus subtraxit; sicque ejus dominatum perdidimus.

De **Ceaddeslaege, & de Bradune.**

Nonnullarum verò terrarum possessiones comes *Leofricus*, defuncto patre suo *Leofwino*, ex hoc possidebat monasterio. Ex quibus duas, **Wulfardilea**, & **Blakewelle** nominatas, quas diu injustè tenuerat, nobis reddidit. Cæteras verò, **Ceddeslach** videlicet, **Beolne**, **Bradun**, & **Foxfeld**, in fine vitæ suæ se redditurum nobis spospondit. Cujus sponsionis uxor illius, *Godgiva* nomine, non immemor, post mortem domini sui, præfati scilicet ducis ad nos venit, & pro remedio animæ ipsius & suæ tria pallia, cortinas duas, bancalia duo, candelabra duo, bene & honorificè parata, & bibliothecam in duabus partibus divisam, nobis obtulit, testemque se esse dicens promissionis quam vir suus dum adhuc viveret nobis promisit,

misit, pro eisdem terris pretium unoquoque anno dare, ut sibi licentiam concederemus, petivit, idque etiam quoad viveret ut licenter faceret postulavit, ea ratione ut post mortem ejus terras cum omnibus quæ in illis inveniremus sub nostra ditione haberemus. Cui quod devotis quæsivit petitionibus mente promptissima annuimus. Verùm non elapso longi temporis spacio, *Eduninus* & *Merkere* duces, instinctu diabolico, easdem terras omnemque substantiam illius abstulerunt, ad sui, (ut postmodum patuit) non solum confusionem, verumetiam ad honoris in quo diu fuerant celerem amissionem. Nam alter eorum, *Edwinus* videlicet, à suis peremptus, alter verò in captivitate mortuus est.

De Headdes-ofre.

Villa quæ **Headdes-ofre** nominatur, ad orientem **Wic** sita, juri monasterii sanctæ *Mariæ* justè subdi deberet: nam *Brihtwinus* quidam prædives, qui eam hæreditate parentum suorum possidebat, liberaliter habens videlicet potestatem donandi sive vendendi eam cuicumque vellet, utpote paternam hæreditatem, nulli inde aliquod servicium nisi regi faciens, cum filio filii sui, *Edwino* nomine, eandem terram Deo & sanctæ *Mariæ* obtulit, eundemque nepotem suum monachum fecit. Filius ejus etiam, *Brihtmarus* nomine, pater ipsius jam dicti *Edwini* monachi, cum hæres patris extitisset, capitulum monachorum intravit, ipsamque villam monasterio dedit monachisque eam commendavit. Sed postquam *Normanni* hanc patriam devicerunt, *Willielmus* comes eam monasterio abstulit, eamque cuidam ministro suo dedit, *Gilberto* nomine, sicque dominium ipsius villæ perdidimus. Ipseque *Willielmus* comes, qui illam & plures alias terras Deo & sanctæ *Mariæ* injustè abstulit, justo Dei judicio non multò post exul à patria ignominiosa morte vitam finivit, & qui monasteria Dei exhæreditare non timuit, Deo sibi digna factis reddente, nullum in hac terra hæredem sui honoris ex omni sua cognatione habuit, quia filius ejus paternæ hæreditatis parvo tempore dominus, pro traditione quam regi facere voluit, publicæ custodiæ mancipatus, omne vitæ suæ explevit tempus ergastulo religatus, omnisque ejus progenies illa hæreditate lege publica privatus est.

De Oddungalea.

Erat quidam clericus, *Kinechegen* vocatus, genere & sapientia clarissimus, & per totam hanc diocesim bonitatis scientiæque suæ fama nominatissimus. Hic sæpe veniens ad *Godwinum* virum venerabilem, & hujus monasterii tunc temporis decanum, terram unius cassati quæ ab incolis **Oddungalea** dicitur, in usus proprios quæsivit; cui quod petebat minimè denegare volebat, nam illum strenuum magnæque prudentiæ virum esse sciebat, concessit sine dilatione, ea tamen ratione, ut v. solidos pro eadem terra persolveret anni cujusque revolutione; quam conventionem ipse quamdiu vivebat mente devotissima persolvebat. Verùm eodem subtracto ex hac luce, qui de ejus genere superstites fuere hanc eandem terram sibi usurpavere, nec postmodum servicium aliquod pro eo nobis exhibere voluere. Tali modo hac terra caruimus & servicio quod pro illa habere debuimus.

De Crohlea.

Tempore illo quo *Dani* hujus patriæ possessores fuerant, villa quæ dicitur **Crohlea** à dominico victu monachorum hoc modo ablata est, licèt servicio ecclesiæ adhuc Deo largiente mancipata. Nam *Simund* quidam, genere *Danus*, miles *Leofrici* comitis *Mercionum*, possessor existens alterius **Crohlea** prædictæ jam vicinæ, ut illius generis homines erant soliti, nostræ tunc propriæ villæ dominatum avarè cupiebat: Quam cum adipisci nullo modo posset, vi & potentia sua & domini sui eam tot damnis & placitis pejoravit, ut ferè eam colonis destitueret; hinc facto placito, precibus domini sui prædicti comitis, *Ægelwinus* Prior istius monasterii ei terram ipsam concessit possidendam vitæ suæ spacio, ea tamen conventione, ut pro ea ipse ad expeditionem terra marique (quæ tunc crebrò agebatur) monasterio serviret, pecuniaque placabili sive caballo ipsum Priorem unaquoque anno recognosceret.

De Wadicote.

Villam quæ dicitur **Wadicote** beatus *Oswaldus* cuidam presbytero, *Godingo* nomine, ea concessit ratione, ut quicquid in scripturis necesse esset, absque ulla scriberet contradictione: cujconventioni libens assensum præbebat, multosque postmodum huic monasterio libros scribebat. Susceptam verò villam quamdiu vivebat nimiùm super hoc dato gaudens possidebat. Eo autem mortuo, superstites generis ipsius tam diu illam habuerunt quousque *Franci* ejusdem terræ dominatum sua vi nobis abstulerunt.

De Hymeltune & Spoeclea & Wilfrintune.

Eo tempore quo *Brihtegus* episcopus hujus loci episcopatum tenebat, cognatos & parentes suos ex hujus ecclesiæ possessione hæreditare instituit, qui ipse de provincia *Occidentalium Saxonum* genus ducens, scilicet de **Waerwicscire**, parentelæ cognationem vel hæreditatem in hac provincia minimè habuit. Accepit autem membra capitalis villæ quæ *Halbega* dicitur, & dedit *Agelrico* fratri suo, eumque inde locupletavit: scilicet has villulas quæ sic appellantur, **Hymeltun** & **Spoeclea** & **Wilfrintun**, & unam hidam in villa quæ vocatur **Hwitintun**. Et postea comes *Willielmus*, ipso *Ægelrico* vivente, hæc omnia diripuit, & suæ potestati subjecit: sicque à sancti loci hujus possessione usque modo alienantur; servitium tamen inde ij qui habent se facere debere monasterio profitentur.

De Lappawurthin.

Idem verò episcopus *Brihtegus* quodam in tempore ad *Saxoniã Gunnildæ*, *Cnuti* regis filiæ, ductor extitit, cum eam imperator *Cono* uxorem duceret, & quendam ministrum sibi valde carum, *Hearle-*

winum nomine, ſocium itineris ſecum habuit. A quo epiſcopus prædictus quàm nimium eſt rogatus, ut aliquas locupletationes terrarum ſibi tribueret. Quod libenter ipſe epiſcopus conceſſit, & quandam villam quæ **Lappawurthin** appellatur, dimidium ſcilicet hide, ſibi tradidit, ea tamen conditione, ut monaſteriali juri ad feſtivitatem aſſumptionis ſanctæ *Mariæ* ſolidum unum daret, & ſic hactenus hujus ruris poſſeſſione ſancta eccleſia caret.

De **Hefnes hylle.**

Villam etiam, **Hefnes hyl** nomine, dedit idem epiſcopus cuidam cognato ſuo, vocabulo *Brithwine*, quam poſt eum vicecomes *Urſo* invaſit, taliterque hanc ſuam poſſeſſionem ſancta eccleſia amiſit.

De **Emlaege.**

Villam quæ dicitur **Emlaege**, *Brihtegus* epiſcopus cuidam miniſtro ſuo dedit; ſed *Livingus* epiſcopus poſtea eam juſtè placitando monaſterio reſtituit. Qui tamen poſtea hominum ſuorum precibus devictus, cuidam militi ſuo *Ægelrico*, cognomento *Kin*, ſuo die poſſidendam accommodavit, ea lege, ut poſt obitum ſuum ad monaſterii dominationem redire deberet abſque omni placito & contradictione, anathemate perpetuo ligans illum qui ampliùs eam à monaſterii jure retineret. Poſt cujus obitum ad monaſterium quidem rediit, & *Withericus* modò præpoſitus ſuper eum fuit. Sed *Rodbeartus*, diſpenſator regis & frater vicecomitis, per potentiam regis monaſterio abſtulit. Sicque à noſtra dominatione diſceſſit.

De Ceorlatuna.

Villa quæ dicitur **Ceorlatun** ad jus eccleſiæ pertinere nulli dubium eſt, nam dimidia ejus pars adhuc monaſterio ſubjacet: altera verò medietas, ſicet ab alienis poſſideatur, monaſterio ſervire debere nemo contradicit. Hanc autem partem iſtius villæ quam *Francigeni* poſſident, ſcilicet vij. hidas, quidam dives homo trium hæredum temporibus poſſidendam pecuniâ ſua adquiſivit: quo defuncto, filius ejus ei in hæreditatem ſucceſſit. Ipſoque mortuo, *Godricus* quidam, cognomento *Finc*, eam poſſedit. Hoc etiam vita ſubtracto, *Wlſtanus* epiſcopus eam recepit, & quia ei quidam *Francigeni* qui hæreditates *Anglorum* invaſerunt, contradicere nitebantur, regem adiit, eique calicem aureum magni pretii dedit, & accepto brevi ejus ſigillato ſuper hac re rediit, eamque ſuſcepit & poſſedit. Poſtea verò *Rodbertus* regis diſpenſator, frater *Urſonis* vicecomitis, eam invaſit, adjutorio ſuffultus reginæ, ſicque eam perdidimus: ſervitium tamen inde eccleſiæ ſe facere debere profitebatur & velle.

De **Benningwurthe.**

Brihtegus epiſcopus dedit terram 5. hidarum **aet Benningwurthe** *Aſſero* cognato ſuo, qui etiam camerarius epiſcopi fuit; ipſoque adhuc vivente *Urſo* vicecomes illam ab illo vi ſubtraxit, eamque poſſedit. Sicque monaſterium injuſtè terram perdidit.

Item de **Benningwyth.**

Alia autem pars ejus terræ à quodam alio, *Ærnegrim* nomine, poſſidebatur, qui ſervicium eccleſiæ inde faciebat. Hic dum taliter fieri de vicino ſuo videret, *Ægelwinum* abbatem adiit, qui illis temporibus pro nimia ſeculari prudentia judex ferè totius *Angliæ* erat, & à rege plurimùm honorabatur, petiitque ſuffragium. Quod dum ad tempus inveniſſet, ei ſervire inſtituit pro eadem terra, ipſamque ſic à noſtra dominatione ſubtraxit. Sed ſancta Dei genitrix non diu paſſa eſt fraudatorem ſuæ poſſeſſionis impunè gaudere, immò ut ſcriptura dicit, *incidit in foveam quam fecit*. Nam unde ad tempus habuit præſidium inde majus poſtea ſuſcepit periculum. Circumventus ſiquidem dolis & ingeniis ipſius abbatis, poſt parvum tempus de terra, ſcilicet **Benningwurthe**, expellitur, omnibus tamen vicinis injuſtè hoc fieri acclamantibus, quamvis nihil proficerent, quia potentiâ & ejus affluenti eloquentia quâ plurimùm vigebat (unde etiam & ab ipſis *Francigenis* timebatur) mox preſſi tacuerunt. Hoc igitur modo hanc terram perdidimus, & abbatum *Eveſhamii* dominationi ſubdita fuit.

De conflictu Wlſtani *epiſcopi &* Agelwii *abbatis.*

Poſtquam *Ægelwii* abbatis *Eoveſhamii*, terrarumque quas ipſe vi vel fraude monaſterio huic injuſtè ſubtraxit mentionem fecimus, plura de eo, & quis qualiſve fuerit, & quomodo ipſæ terræ à domino noſtro *Wlſtano* epiſcopo innumeris & frequentibus placitis in manu ejus proclamatæ ſint, ſcribere dignum duximus, ne fortè quis ſequentium credat ipſum domnum epiſcopum eas ſilentio negligenter præteriſſe. Devicta namque patria hac à *Normannis*, perditiſque cunctis melioribus Baronibus iſtius provinciæ, cœpit ipſe abbas multùm creſcere ſeculari potentia, eo quod ingenio & calliditate & ſcientia ſecularium legum, quæ ſola ſtudebat, cunctos præcelleret, maximè quia domnus epiſcopus *Wlſtanus*, qui ſolus illo honorificentior ex omnibus in vicinio reſtabat, totum ſe Dei ſervitio mancipabat, nec ullo modo, cum plurimùm quidem poſſet, ſecularibus negotiis implicare ſe vellet: immo, ne occaſione aliqua honoris aut potentiæ ejus implicaretur quaſi mortem devitabat, apoſtolici memor præcepti, *Nemo militans Deo implicet ſe negotiis ſecularibus*, &c. Hinc factum eſt, ut ipſe jam dictus abbas, cum quaſi ſub obtentu ſuæ protectionis plurimos hujus provinciæ divites homines ſibi attraheret & paulatim ſubderet, tum etiam quoſdam milites & homines epiſcopi cum terris ſuis hoc modo ſibi conjungeret, nunc conſanguinitatis occaſione, nunc vicinitatis affinitate, ſuam eis protectionem contra *Normannos* ſpondet. Quos cum primò ſic decepiſſet, non multo poſt aſtutiâ ſuâ illos circumveniens, terrâ omnibuſque rebus ſuis defraudavit. Unde non minima altercatio inter ipſum & domum epiſcopum excrevit hac de cauſa. Sed, ut ſcriptura dicit, *Filii hujus ſeculi prudentiores filiis lucis in generatione ſua ſunt*, ipſe aſtutia ſua ſanctum

ctum virum seducens, nunc servitium spondens, nunc aliarum terrarum damnum se illaturum minans, usque dum vixit sermonem infinitum protraxit, servitium tamen ei pro eisdem terris demum fecit, & de suo dominio eas recognovit, licet eas dimittere nollet. Hæ sunt terræ quas ipse de hoc monasterio & de victu fratrum possidebat, **Acum, Caresbyri, Beningwurthe**, & in civitate domos quamplures, & in **Warewicscire** *Mylenta*, & **Westun**, & de episcopatu **Cownilau** & **Doreglesford**. Cum autem in longum de his terris inter ipsos altercatio protraheretur, abbas ipse podagræ dolore corripitur & defungitur suo pontifici, nec pacatus nec absolutus ab ipso. Pro cujus anima cum ipse reverentissimus episcopus *Wlstanus* compassionis visceribus permotus, orationes peculiares instantissimè crebrè faceret, subitò & ipse podagræ dolore in crure & pedibus invaditur, in tantum, ut non solum à medicis qui ad eum curandum conducebantur curari non posset, immò etiam desperaretur & à curatione cessaretur. Qui mox ut humana sibi suffragari non posse sensit auxilia, ad nota orationum confugit subsidia, & (ut ipse nobis referre sæpiùs solebat) nocte quadam sibi oranti divinitus revelatum est, quod hanc infirmitatem ideo incurrisset, quia pro ipsius abbatis anima preces peculiares faceret, dictumque est ei, ut si curari vellet, dimitteret. Quod cum suis primo mane narraret, &, ut sibi præceptum fuerat, ab ejus memoria agenda cessaret, statim absque humanæ medicinæ adminiculo intra paucos dies sanus effectus est. Unde colligere possumus quante dampnationis sit terras & possessiones monasteriorum invadere, & monasteriis auferre, quando etiam pro ipsis raptoribus exorari Deus aversatur. Sed de his satis. Jam propositum persequamur. Successit igitur in abbatis regimine ipsi *Egelwio* abbas *Walterius*, qui cum omnes terras quas prædecessor ejus sic adquisitas possederat & ipse possideret, *Odo* quidam episcopus *Bajocensis* & comes *Cantuariensis*, frater scilicet *Willelmi* regis, omnes terras quas ipse abbas sæpedictus *Egelwius* possidebat, absque terris quæ justè ab abbatiam pertinerent, à rege, fratre videlicet suo, postulavit & accepit, nostrasque terras quas ipse sic possederat cum aliis invasit; sicque eas perdidimus: vix tamen dominus episcopus servicium de aliquibus eis adquisivit, ipseque qui eas primitus monasterio abstulit nihil præter peccatum inde habuit.

De Herefordscire.

Postquam rex *Eadmundus*, cui prænomen erat *Latus ferreum*, bellum contra *Cnut* ter in uno anno commiserat, & *Angliam* secum postremò partitus fuerat, provincia vicecomitatus de **Herefordscire** comiti *Ronig* cui sic vocabulum erat tradita fuit. Qui denique & sui quos habebat milites terras quascunque potuissent arripientes ecclesiæ de **Wirecestre**, has etiam terras & villas cum omnibus eis subjacentibus abstulerunt, scilicet **Pencofan**, & **Cogre**, & **Uplevene**, & **Actea**, & **Roecessord**, quasdam propter debilitatem eorum qui eas servare debuissent, quasdam verò propter regis vectigalia sæpe supervenientia & importabilia, quasdam autem propter alia innumerabilia injuriarum incommoda. Super his igitur talibus & tantis amissionibus & sancti loci privationibus nos omnipotentem Dominum, & totius boni hæredem, ejusque piissimam genitricem sanctam *Mariam*, necnon beatum *Oswaldum* patronum *Wigornensis* ecclesiæ atque advocatum inoblivisc entibus precibus invocamus, quatinus sanctæ suæ misericordiæ respectu has terras ablatas per aliquem bonum hominem juri ecclesiæ cui debentur quandoque restituant, & eos qui consilium vel auxilium ad hoc impendere studuerint, indeficientem mercedem habere perpetualiter concedant.

De Scropscire.

Comes quidam, *Swegen* nomine, adeo deditus erat vanæ gloriæ, adeo lætifera peste fatigabatur superbiæ, ut filium se esse comitis *Godwini* omnimodo negaret. De stirpe verò *Cnuti* regis strenuissimi se esse profitebatur, illumque suum patrem & de nullo alio se genitum fore mentiendo testabatur. Quam nimiæ arrogantiæ vanitatem mater illius, conjux videlicet prælati ducis *Godwini*, exhorrescens, multis ex *Occidentalium Saxonum* parte adductis nobilibus feminis, se matrem illius, & *Godwinum* patrem ejus esse, magnis juramentis & illarum probavit testimonio. Obstitit ille & de eorum stirpe dixit se originem non duxisse. Iste idem de quo loquimur sanguine sanguinem tangens, iniquitati videlicet iniquitatem addens, ut superbiæ & vanæ gloriæ sic etiam carnis illecebris quadam animi devotione serviebat; scilicet abbatissam de monasterio, quod **Leominstre** dicitur, vi abstractam, quod dici nefas est, suo per totius anni curriculum conjugio sociavit. Verùm hanc Deo & hominibus rem nimiùm detestabilem venerabiles viri, *Edsius*, *Cantuariæ* archiepiscopus, & *Lifingus*, hujus *Wigornensis* ecclesiæ episcopus, nullatenus ferentes, illum pro tali facto vehementer increpare cœpere, & nisi ab hoc citiùs resipisceret opere, eum se velle excommunicare jurejurando dixere. Quorum increpationem ipse non modicùm pertimescens, licet invitus, à tam Deo re perosa cœpit se abstinere. Verùm ad vindictam hujus talis increpationis, per illum & per alios suos amicos æque sibi potentes, his terris, **Herebyrc** videlicet, & **Hoptun** & **Uferecleobyrig**, cum multis aliis in **Scrobscire** itis carumus.

De Stefforscire.

Villa quæ dicitur **Swinford**, sita in **Stefforscire**, & aliæ villæ sitæ in **Wigerecestrescire**, quæ ita nominantur, **Clent** & **Terdebiggan**, ad jus monasterii quondam pertinere domini *Wlstani* episcopi didicimus relatione, qui pius pater quomodo adquisitæ & quomodo iterum ablatæ fuerunt, hoc modo sæpius narrare solebat. Dixit enim quendam decanum loci illius extitisse, *Ægelsium* nomine, nobilem valde & prudentem, tam in monasticis quàm in secularibus actionibus, in tantum ut etiam inter consiliarios regis connumeraretur, & esset inter eos satis conspicabilis. Hinc factum est, ut in divitiis & pecuniarum abundantia plurimos majoris ordinis præcelleret. Unde & ad ipso rege *Athelredo* has prædictas villas e-

mit CC. libris argenti in jus perpetuum monasterii, ipseque quoad vixit tempore eas possedit. Mortuo autem rege *Athelredo*, facta est magna turbatio patriæ, certantibus de regno *Eadmundo* filio ejus, & *Cnut* rege *Danorum*. Manente verò regni, ut jam dixi, discidio, defunctus est ipse *Ægelsinus* decanus. Quo mortuo, quidam malignus homo, *Eirc* nomine, qui fuit vicecomes in Staeffordscire illis temporibus, easdem villas invasit, & quia non erat qui justitiam sanctæ ecclesiæ faceret, regno ubique, ut læpe dixi, turbato, nec adhuc sub uno rege stabilito, à possessione hujus monasterii ipse Dei inimicus eas villas alienavit. Unde hucusque sub manu vicecomitis de Staeffordscire sunt omnes eædem villæ, licet quædam in hoc vicecomitatu sint sitæ.

De Warewicscire.

Tempore quo *Cnut* rex *Danorum*, hac patria devicta, vectigal inportabile toti *Anglorum* regno imposuerat, ablatæ sunt hæ villulæ in Warewicscire à monasterii possessione, vi & fraude malignorum *Danorum*, quorum potentia eo tempore terrori erat indigenis hujus patriæ. Nomina autem terrarum hæc sunt, Ludingtun & Dorcitun, & iij. hidæ ad Lockeslea, & Lappawurthin, & dimidia Hylehote. Constituerunt enim, ut si quid vectigalis ad terminū constituti diei deesset, quisquis prius pecuniam pro ea solveret ejus possessioni subjaceret. Hac calliditate inventa, quisquis aliquam terrā de monasterio concupierat, pecunia data vicecomiti, vectigali refutato etiamsi satis tempestivo, quod malè concupierat pro libitu injustè rapiebat. Sed Deus hanc sui rapinam absque ultione non dimisit. Nam unusquisque eorum qui huic fraudi operam dederunt digna ultione percussi, aut luminibus privati, aut paralisi dissoluti, aut in insaniam versi sunt, plurimi etiam semetipsos interfecerunt. Eo quoque tempore *Edwinus*, frater *Leofrici* Comitis, isto modo invasit has villas quæ his nominibus appellantur: Bikenerst in Warewicscire, & Wicbald in hoc vicecomitatu & alias de quibus jam diximus in Scropscire. Sed ipse diu hac rapina gavisus non est. Nam ipse non multò post à *Grifino* rege *Britonum* ignominiosa morte peremptus est. Ad cujus xxx. diem pius pater *Wistanus*, tunc temporis Prior hujus monasterii, & *Wilstanus* Præpositus, qui postea fuit abbas Gloecestre, cum venissent ad Alritune expetentes terras monasterii, vix pratum solummodo ad Parnanclive adquirere potuerunt; villas verò nullo modo adquirere valuerunt, sed usque hodie injustè retentæ sunt, quod Deus emendet cum sibi placuerit. *Oegelnuinu* quoque abbas *Eovesham*ii, prosperis successibus in tantum accrescens in seculo, ut sub rege *Willelmo* seniore judex factus esset provinciæ, cum dimidiam partem quæ ante a monasterio ablata fuerat; ipsius villæ quæ *Mylekota* dicitur, ab ipso qui eam possederat, suis ingeniis, ut solebat, adquisisset, instabat quantum poterat ut etiam medietatem ejus quæ adhuc monasterio subjacebat adquireret. Tandemque, adquisitis fautoribus quibusdam etiam ex consiliariis episcopi pecunia sua, spondens quoque se nominatam pecuniam unoquoque anno pro ea persolvere; insuper etiam & ejus terræ medietatem quæ ante ablata fuerat post certum annorum spacium se promisit velle monasterio redintegrare, suorum precibus & consiliis victus quievit episcopus. Acceptâ verò terrâ abbas vix anno uno conventionem tenuit. Facta autem conventione, & ipse morte multatus est. Post cujus obitum, ut jam diximus, *Odo* episcopus frater regis, eandem terram, sicuti & omnes alias quas tenebat præter abbatiam invasit, sicque à monasterii dominio deviavit.

De Oranforscire.

In vicecomitatu *Oxenfordensi* duæ villæ ditioni hujus monasterii adjacebant, quæ his nominibus vocantur, Pethrop & Bibigtun, quas rex gloriosissimus *Offa* Deo & sanctæ Dei genetrici ad usus servorum Dei qui in hoc monasterio Deo servire studuerint regali munificentia donavit. Has postea iniquissimi *Dani*, cum hanc patriam invasissent, suis dolis & fraudibus & seculari potentia à monasterii possessione abstulerunt.

De Gloecestrescire.

Eo tempore quo *Edric* cognomento *Strena*, id est, adquisitor, sub rege primitus *Athelredo*, & postea aliquandiu sub *Cnut* omni *Anglorum* regno præerat, & quasi subregulus dominabatur in tantum ut villulas villis & provincias provinciis pro libito adjungeret, nam vicecomitatum de Wincelcumb quæ per se tunc erat, vicecomitatui Gloecestre adjunxit. Hic tanta fretus potentia, ab hujus monasterii possessione, *Leofrigo* episcopo existente, vi & fortitudine sua iij. villas abstulit, quæ his nominibus appellantur, Boeccesho[l]tre, & Aesige, & Beingaham. Sed non multò post etiam ipse omnia sua cum vita perdidit, jubente namque *Cnut* rege occisus atque extra murum *Londoniæ* ignominiosè projectus, nec etiam sepulturæ judicatus est dignus, Deo sibi dignam ultionem reddente, ut qui multorum monasteriorum destructor, & cunctorum fere extiterat oppressor, à cunctis etiam ad sepulturam sperneretur. Simili modo tempore *Willielmi* regis *Rogerius* de *Iuri* invasit terram in Gloecestrescire quæ Hamtun nominatur, domno *Wistano* episcopo existente in legatione regis apud *Ceastram*. Et quia regnum erat adhuc turbatum, & de episcopatu etiam inter *Thomam* archiepiscopum & dominum nostrum altercatio, nulla hinc eo tempore poterat esse discussio. Hinc factum est ut usque hodie monasterium inde spoliatum est. Nec ipse impunè super rapina gavisus est. Nam vivens, cum esset ditissimus & pincerna regis carissimus, regalem incurrit iram, vixque fuga vitam ad modicum protexit, omnesque suas possessiones permaximas perdidit, & exul à patria ignominiosè post parvum tempus obiit.

Enucleatio libelli.

Hunc libellum de possessionibus hujus nostri monasterii, ego *Hemmingus* monachus & sacerdos quamvis indignus, & conservus servorum Dei habitantium in monasterio sanctæ Dei genitricis *Mariæ* sito in urbe quæ Anglicè Wigornaceastor nominatur,

nominatur, multorum antiquorum hominum & & maximè domni *Wlstani* episcopi piissimi patris nostri edoctus relatione, & corroboratus auctoritate, quædam etiam ex nostra memoria ipsemet quibus aut interfui aut quæ nostra ætate facta sunt intermiscui, utpote de terris quas *Francigeni* invaserunt, quæ omnia tanto certius dico quanto ea nostra memoria recolit facta, ea maximè intentione composui, ut posteris nostris clarescceret quæ & quantæ possessiones terrarum ditioni hujus monasterii adjacere ad victum duntaxat servorum Dei, monachorum videlicet, jure deberent, quamque injustè vi & dolis spoliati his caremus. Quid verò utilitatis hoc meo labore exerceatur, Dei pietas melius novit, cui totum committo. Quantum tamen ad meam attinet dispositionem hæc est, ut si quando Dei gratia concedente cor regis justitia qua nunc marcescit consolidetur, lexque quæ nunc injustis principibus confusa est justitia fulciente stabilietur, sciat sive episcopus, sive decanus, vel aliquis Prælatus hujus monasterii, dum tempus aptum invenerit, quomodo eas proclamat, quomodo eas expetat, ne ignorantiæ nebulis absconsæ penitus ex memoria deleantur. Cognitis enim causis, personis, & temporibus quibus aut per quos quove modo ipsæ terræ vel possessiones à monasterii dominatione ablatæ sint, satis melius & convenientius quilibet earum proclamator, & ad jus monasterii quo justè suppetere deberent strenuus & justus exactor, suam componet orationem, & compositam majori auctoritate diligenter & nominatim singulis expressis causis, personis, temporibus, fulcire prævalet proclamationem. Noverit autem studiosus lector me hoc opus non mea præsumptione, sed plurimorum rogatu, maximè tamen ipsius reverentissimi patris nostri jam dicti & sæpe nominandi, domini videlicet *Wlstani* episcopi jussione incœpisse, cujus orationibus suffultus veraciter credo ad finem usque me perduxisse. Solebat namque inter jocunda ammonitionis suæ colloquia, quæ nobiscum ut pius pater frequenter habere delectabatur, non quidem me solum expresso nomine, sed cunctos fratres quos fortè casus sibi præsentaverat pigritiæ & desidiæ arguere, cur nos otio torpentes res præcedenti sive nostro tempore gestas de possessionibus duntaxat ecclesiæ nostræ nollemus litteris commendare, cum nos & plura oculis nostris facta vidissemus, & ipse utpote vir venerandæ senectutis & caniciei multa posset recolere quæ plurimorum non erant recondita memoriæ. Aiebat etiam non minimum posteritatis nostræ temporibus, si litterali memoriæ commendaretur, huic monasterio evenire posse Deo donante proficuum, sicut è contrario si negligeretur accideret damnum, dum nullus superesset qui memoria recolere posset, aut ei ætati rerum gestarum veritatem vel ordinem narrare nosset. His siquidem adhortationibus plurimùm instigatus, ad postremum etiam ejus præcepto constrictus, & auctoritate corroboratus, hoc opus aggredi sum exorsus, in jubentis magis orationibus quàm in propriis viribus confisus. Erat namque idem reverentissimus pater noster, licèt secularium rerum minimè cupidus, hujus monasterii plurimùm studens semper utilitatibus, & ne sua ut quorundam prædecessorum suorum negligentia, commissa sibi ecclesia damnum aliquod posteris temporibus pateretur, pro posse suo præcavebat providus. Unde & scrinium monasterii coram se referari fecit, diligenterque omnia antiquorum privilegia & testamenta de possessionibus hujus ecclesiæ perscrutatus est, ne fortè custodum negligentiâ putrefacta aut iniquorum avaritiâ forent distracta. Cumque ex parte ut putaverat repperisset, curavit studiosè & putrescentia reparare, & quæ iniquè distracta fuerunt strenuè adquirere, adquisita verò insimul congregare, congregataque in duobus voluminibus studuit ordinare. In uno quidem ordinavit omnia primitiva testamenta & privilegia, in quibus manifestabatur quomodo vel per quos primò terrarum possessiones huic monasterio datæ sint. In altero verò cyrographa quibus beatus *Oswaldus* archiepiscopus, cum adjutorio regis *Ædgari*, terras injustè a viris potentibus aliquanto tempore possessas ditioni ecclesiæ attitulavit, easque regali auctoritate & senatorum consensu, & principum patriæ testimonio, data unicuique cirographi cautione, post duorum vel trium hæredum tempora juri ecclesiæ absque contradictione reddendas, cirographorum etiam exemplaribus in scrinio sanctæ ecclesiæ ob testimonium collocatis suis scriptis successoribus manifestavit. Quibus ordinatis, præcepit cuncta eodem ordine in bibliotheca sanctæ ecclesiæ scribi, quatinus etiamsi, ut assolet, contingeret quod aliqua negligentia testamentales scedulæ perderentur, earum exemplaria saltem inibi conscripta nullatenus oblivioni traderentur. Hoc quoque juxta velle & imperium suum patrato, præcepit adhuc omnia privilegia & cirographa terrarum quæ propriè ad victum monachorum pertinent separatim ex his congregari, eaque similiter in duobus voluminibus eodem ordine adunari, quod in hoc codicello ejus, ut prædixi, imperio pro modulo meæ parvitatis, studiosus lector fecisse me animadvertere potest. Deprecor ergo, ut si cui hic parvitatis meæ labor cordi sedet, orationis mercedem mihi peccatori impendere non deneget: Si cui verò displicet, aut superfluum judicat, sciat me non fastidiosis & desidiosis, sed strenuis & studiosis laborasse, eisque qui pro sanctæ matris ecclesiæ proficuo & augmentatione non solùm strenuè certare, verumetiam si necesse erit & semetipsos impendere non dubitant, hoc opus fecisse. Annuat quæso omnipotens Deus, & sanctæ ecclesiæ honor & potestas jugiter crescat & augmentetur ad laudem Domini nostri Jesu Christi qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat Deus in secula seculorum. Amen.

De Calvestune.

EGO Wlstanus *gratia Dei* Wigornensis *ecclesiæ pontifex monasterium sanctæ Dei genitricis* Mariæ *à pia memoriæ, beato scilicet* Oswaldo, *prædecessore meo, in sede episcopali constructum, majori honore & dignitate amplificare cupiens, non solùm in ecclesiæ constructione, & ornatione, verùmetiam ex monachorum ibidem Deo famulantium illud locupletari studui augmentatione. Quod utrumque Dei omnipotentis miseratio per me servum suum adimplere ex parte dignata est. Nam cum à me paulò plus quàm duodecim inventi fuissent fratres, usque ad quinquaginta à me ibi congregati sunt in eodem* Ibid. fol. 192. a.

eodem monasterio Dei mancipati servitio, unde factum est ut sicut numerum fratrum, ita etiam ad eorum opus augere oportunum duximus possessiones terrarum. Consilio igitur inito cum optimatibus meis, terram quandam xv. hidarum, quæ Alfestun *ab incolis nominatur, multo tempore à quibusdam potentibus hominibus injustè possessam, maximo labore & pecuniæ donatione à rege* Willielmo *seniore adquisivi, adquisitam verò ad victum eorundem fratrum in eodem monasterio Deo servientium dedi, eamque super altare sanctæ Dei genetricis* Mariæ, *pro remedio animæ meæ, atque ejusdem regis, filiique sui* Willielmi *similiter regis, in testimonio tam optimatum ejus & meorum, quàm etiam totius populi devotè obtuli, anno Dominicæ incarnationis* MLxxxviij. *Indict. xij. regni autem regis* Willelmi *junioris tertio, episcopatus verò mei xxvij. ingressionis nostræ in novum monasterium quod construxi in honore ejusdem Dei genitricis primo, die sancto Pentecostes. Adjuro igitur & obtestor per nomen terribile omnipotentis Dei, tam cunctos fratres & coepiscopos, meos successores, quàm etiam omnes Christianæ fidei cultores, ut sicut sua statuta & decreta inconvulsa servari desiderant, sic hanc meam donationem & elemosinam subtrahere, vel minuere non audeant. Si quis autem, demoniaco instinctus spiritu, hanc meam donationem, quod absit, subtrahere, vel ab eorum, scilicet Dei servorum, possessione auferre, sive in aliquo minuere conatur, ex auctoritate patris & filii & spiritus sancti, omnium sanctorum patrum prædecessorum meorum & mea excommunicatione, anathemate æternæ dampnationis perpetualiter constringatur, & cum* Juliano *apostata, ecclesiarum Dei raptore & destructore, in die judicii dampnetur, nisi à talibus conatibus desistat, & dignâ pœnitentiâ Deo, ipsisque Dei servis satisfaciat. Hæc verò servantibus vita & pax æterna præstetur in cœlestibus. Nomina enim testium qui huic meæ donationi, & interfuerunt & consenserunt, hæc sunt.*

✠ *Ego* Wulstanus *episcopus, hanc meam donationem propria manu firmavi, & sigillo corroboravi. His testibus,* Thomas *Prior cum omni congregatione* Wigornensis *ecclesiæ.* Agelricus *archidiaconus.* Colemannus *monachus & cancellarius episcopi.* Frithericus *capellanus ejus, cum omnibus clericis episcopi.* Utso *vicecomes, cum omnibus militibus vicecomitatus ejus.* Ordricus *dapifer, cum omni curia episcopi.* Alwinus *similiter dapifer episcopi.* Ordricus *Præpositus ipsius villæ & plurimarum villarum episcopi.*

Þiſ ſynd þa land gemæra into ſtlfeſtune. æreſt of Afene in Doddaforde. of Doddaforda in Kyningeſbroc. on lang Kyningeſbroce in Mærdic. þrom Mærdic into Bogilape. of Bogilape to peſtbroce. of peſtbroce into Cumepe. of Cumepe into Clæigdunesbale. on langeſtice to Hrucgeſlo. ⁊ ſrasonp longeſtæpe ea eſt in Doddaforde.

Id est.

Hii sunt terræ termini ad *Ælfestunam* [*pertinentis.*] Primò ab *Avena* [*flumine sic dicto*] ad [*vadum*] *Doddaford* [*dictum.*] à *Doddaforda* ad *Kyningesbrocam* [*i. e.* regium amnem.] per longitudinem *Kyningesbrocæ* ad *Mærdicam* [*i. e.* fossam terminalem :] à *Mærdica* ad *Bogilawam* [tumulum, *forte*, vel aggerem sic dictum :] à *Bogilawa* ad *Westbrocam* [*i. e.* amnem occidentalem :] à *Westbroca* ad [*stagnum*] *Cumere* [*dictum :*] à *Cumera* ad *Cleidunesbalam* [*i. e.* argillacei montis aulam :] per longitudinem fossæ ad *Hrucgestoam* [lacum, *fortè*, sic dictum :] & sic per longitudinem aquæ iterum ad *Doddafordam,*

Extractum de libro vulgò Domesday *dicto.*

IN viceomitatu *Wirecestræ* habet sancta *Maria* de *Wirecestra* unum hundred, quod vocatur *Osualdestan*, in quo jacent CCC. hidæ, de quibus episcopus ipsius ecclesiæ à constitutione antiquorum temporum habet omnes redditiones *socarum*, & omnes consuetudines inibi pertinentes ad dominicum victum & regis servicium & suum, ita ut nec vicecomes possit ibi habere ullam querelam, neque in placitis, neque in aliqua re, teste vicecomitatu. Et hæ prædictæ CCC. hidæ fuerunt de ipso dominio ecclesiæ, & quocumque modo præstitæ fuissent, & cuicumque præstitæ fuissent ad serviendum inde episcopo, ille qui eam præstitam terram tenebat nullam omnino consuetudinem sibimet retinere poterat, nisi per episcopum, neque terram retinere, nisi usque ad impletum tempus quod ipsi inter se constituerunt, & nusquam cum hac se vertere poterat. Ibid. fol. 33. b.

Pertinentia ad ministerium Cellerarii Wigorniæ.

AD ministerium Cellerarii pertinet firma quæ datur per annum. Ibid. fol. 45. b.

§. In septimana recipiet x. sextarios frumenti fannatos, & x. mittas brasii, & ij. sextarios pisarum, & viij. pondera caseorum, & iiij. sextarios avenæ ad præbendam, & j. marcam argenti in coquinam, & ad servientes sexcentos panes de grossa annona, & in festivitate sancti *Martini* dabunt firmarii hij. porcos valentes totidem horas ad occidendum, vel totidem horas.

§. In nativitate Domini dabitur de unaquaque villa quæ firmam dat j. sextarius frumenti, j. sextarius brasii, j. sextarius avenæ, & xvij. denarii, ij. aucæ, v. gallinæ, cc. ova, & j. denarius ad butirum. In Pascha similiter, & contra ij. aucas, j. agnus. In assumptione & in natali sanctæ *Mariæ*, sicut in natali Domini fiet.

§. In Quadragesima pro caseo dabitur omni ebdomade j. sextarius mellis.

§. Ad pisces emendos in Quadragesima, de unaquaque hida villanorum dabuntur xij. denarii, & pro conductu iiij. d.

§. Ad lac in coquinam & ad pabula equorum hospitum, **Tidbertun**, **Lippard** & *Herdewica*.

§. Ad vasa & utensilia officinarum, manuræ & domus quas possidemus in civitate.

§. Ad ligna emenda *Hinewica* major & minor, & **Wantesford**, & *Wrbenhala*, & de Præpositis qui firmant in festum sancti *Martini* xij. solidi, & in tercia hebdomade Paschæ similiter xij. s. & de supradicta marca argenti omni ebdomade iiij. d.

§. De *Cliva* & *Hallega* & *Grimelega* & **Hepsintun**, tercia pars decimationis.

§ De

§. De *Grimelega* & *Hallega* & Wadetwas ligna iiij. navigiis ad fervientes in aula in natali Domini.

§. De *Grimelega* & Wadetwas C. discos in natali Domini, & in festo sanctæ *Mariæ* similiter.

§. De *Stoca* & Wilfwarde duæ vaccæ pingues ad occidendum in festum sanctæ *Mariæ*.

§. Ad karitatem fratrum de duodecim villis quæ firmant, scilicet *Linderugga*, Newebam, Wadetwas, *Grimelega*. Croppetorn, Uuerabizi, Tetintun, Scepwast, Blathewelle, Hegesbert, *Cliva*, *Alvestona*, dantur xij. sextarii mellis. De Wilfwarde ij. De *Horstelega* ij. De Dunhamstude iiij. De Stoctune j. de dimidia hida de Scepwast j. sextarius mellis, & de supradicta marca argenti omni ebdomade iiij. d.

§. Et molendinum ad *Salewarpam*. Et ex dono domini *Samsonis* episcopi, & domini *Teolwaldi* episcopi decimatio vini, tercia pars de *Fladeberia*, *Rippelega*, Saltemar.

§. Et sunt ad ministros v. piscariæ & dimidia, scilicet *Etsieswera*, quam dedit nobis *Walterus Puher*: secunda *Scadewella*: tercia apud *Hallega*: quarta apud *Beverebura*: quinta apud Wevereie: dimidia apud *Grimelega*.

§. De molendinis de *Clina* xl. sticcæ anguillarum. De Herfort xxx. De Croppethorne xxx. De *Salewarpa* xxx.

§. Ex dono domini *Teolwaldi* episcopi xx. solidi in Pentecoste ex processione ad karitatem fratrũ.

De pontificali sede, quomodo primitus statuta sit Wigornæ; *& de possessionibus quæ à regibus, subregulis, & à bonæ recordationis viris data sunt* Wigornensi *ecclesiæ.*

Ad initium cod. MS. in quo chronicon *Marani Scoti* &c in bibliotheca coll. corp. Christi Oxon.

EGregio *Merciorum* regi *Wlfario*, qui regum totius *Mercia* hdem Christi primus fuscepit, germanus suus, glorioſus rex sanctus *Æthelredus*, in regnum succesit: cui *Hunicciorum* subregulus *Osberus*, vir multùm laudabilis, *Hunicciam*, cui dignitate præsidebat regiâ, proprii antistitis dignitate honorari sullimarique desiderans regimine, consilium dedit utile; rogavitque summopere, quatinus suum, quod tunc cæteris regnis præminebat *Anglie*, pluribus antistitibus decoraret venustiùs, ac honoraret sullimiùs, sicut quosdam reges *Anglie* noverat olim feciſſe. Qui, cùm priùs id idem faciendi magno flagraret desiderio, mox ejus suasionibus salubribusq; consiliis acquievit; & archipræsule *Doruberna Theodoro* ad se accersito, rogavit ut, regno suo plures in parochias diviso, episcopos locis constitueret oportunis. Ille autem utile satis regis votum gratanter approbans, quod rogabatur sine dilatione maturabat explere. Itaque diocesim, cui tunc *Saxulfus* pontificali regimine præfuit, cum consensu ejusdem regis ac principum illius, in quinque parochias divisit; anno ab incarnatione Domini DCLxxviiij. Et quia civitas *Wigorna*, tempore quo regnabant *Brytones*, vel *Romani* in *Brytannia*, & tunc & nunc totius *Hunicciæ*, vel *Magesetanie*, metropolis extitit famosa, cathedram erexit pontificalem digniter in ea, parochiarum jam divisarum *primam* constituens *Hunicciam*: ad quam, de monasterio *Hild* abbatissæ, vir strenuissimus ac doctissimus, *Tatfrithus* electus est antistes; sed priusquam ordinari posset, morte præreptus est immaturâ. *Secundam* autem illam quæ pertinet ad episcopatum *Licetfeldensem*, cui virum religiosum ac modestum *Cuthuinum* præfecit. *Tertiam* verò mediterraneam *Angliam*, in qua prædictus episcopus *Saxulfus*, quia ita sibi placuit, resedit; pontificale cathedrâ illi constitutâ in civitate *Leogora*. *Quartam* denique *Lindisſim* provinciam, cui præposuit virum sanctum *Æthelwinum*, germanum sancti *Aldunini* abbatis monasterii quod Partaneu nuncupatur, statuens ei episcopalem sedem in civitate quæ vocabatur *Syddena*. *Quintam* verò constituit *Sutbangliam*, ad quam de præfato monasterio *Hild* abbatissæ singularis meriti & sanctitatis virum *Ætlam* elegit antistitem; eique præsulatûs sedem in loco qui vocatur Dorkacestre constituit. Porrò pro *Tatfrithe* venerabilis vir *Bosel* electus, ab ipso *Theodoro*, sicut & cæteri, ordinatus est episcopus; habens episcopalem sedem in prædicta civitate *Wigorna*; quæ tunc temporis altis muris & moenibus pulchris decorata, multis urbibus clarior extitit atque sullimior. Interea sanctus rex *Æthelredus* ecclesias in quibus novi constituti sunt episcopi ornamentis ditare, terrisque studuit locupletare. Uberiùs tamen & locupletiùs ipse ac prædictus *Osberus* ejus subregulus ecclesiam *Wigornensem*, & tunc & post, variis ac pretiosis ornamentis decoravere; terrisque ab eis eidem ecclesiæ delegatis, partim ad antistitis, partim ad Canonicorum victum vestitumque, secundùm archipræsulis *Theodori* dispositionem distributis, non mediocriter locupletavere.

Osberus Hunicciorum subregulus, licentiâ domini sui regis *Æthelredi*, vicum qui dicitur Ripel, *Frithcunaldo*, *Winfridi* quondam *Merciorum* episcopi monacho, ut ibidem ecclesiasticæ conversationis normam exerceret, anno dominicæ incarnationis DClxxx. *Boselo* pontificante, dedit; & ab omnibus tributis, operibusque regis & principis gratis liberavit.

Æthelredus rex *Merciorum* terram quæ dicitur Fledanbyrig, & in Wic unum casulum cum duobus caminis de magno puteo ad eandem terram pertinentem, & Suthheanbyrig, & Austan, *Osfero* episcopo, ad *Wigornensem* ecclesiam, anno dominicæ incarnationis DCxcj. dedit.

Idem rex vicum qui vocatur Wicbold, *Ecguino* pontificante, *Wigornensi* ecclesiæ anno dominicæ incarnationis DCxcij. dedit; & ab omnibus servitijs secularibus gratis liberavit.

Idem rex & ejus subregulus *Osberus*, terram quæ Widiandun vocatur, duabus sanctimonialibus *Dunna* famulæ Dei ejusque filiæ *Bucgæ*, ut esset juris ecclesiastici ad construendum in ea monasterium, sub libera potestate condonaverunt. Eandem terram cum monasterio ipsa *Dunna* ad dominum migratura, licentiâ *Ecguini* episcopi, filiæ suæ *Rothunnæ* abbatissæ reliquit, eâ conventione ut post cursum vitæ suæ ad *Wigornensem* ecclesiam traderetur.

Donationis autographum hodieque in bibliotheca *Habintoniana*.

Æthelbaldus rex *Merciorum* terram quæ vocatur Bregodun, propinquo suo, comiti *Eanulfo*, ad monasterium construendum, *Ecguino* pontificante dedit; & exceptâ pontis & arcis constructione, liberavit.

Idem rex **Suthhaenburh** & **Auſtan** liberavit. **Wudatun** etiam & **Baeccesoran**, & curtem unam in *Lundonia* inter duas ſtratas, quæ **Tiddbertiſtret** & **Sabinſtret**, *Wilfrido* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dedit & liberavit.

Dux *Hwita* terram quæ **Wluozdilea** dicitur, quam ei ſuus dominus rex *Æthelbaldus* conceſſit, *Wigornenſi* eccleſiæ, ipſius regis licentiâ, *Wilfrido* pontificante, dedit. Idem rex *Æthelbaldus* terram quæ dicitur **Bzadanleach**, *Wilfrido* pontificante, dedit *Wigornenſi* eccleſiæ. Dedit etiam *Wigornenſi* eccleſiæ vicum qui dicitur **Wuducea-ſter**, rogante *Wilfrido* epiſcopo. Pro ejuſdem regis anima vici **Caſtun**, & **Natangraf**, & **Salemonesbyrig**, dati ſunt *Wigornenſi* eccleſiæ, ita liberi ut tantum Deo omnipotenti eccleſiaſticæ ſervitutis famulatus impenderetur.

Ubtredus Wicciorum ſubregulus, licentiâ regis *Offani*, **Uuerabyrig**, anno dominicæ incarnationis DCCIvj. *Milredo* pontificante, ad victum *Wigornenſis* familiæ dedit & liberavit.

Offa rex *Merciorum* vicum qui **Piritun** vocatur, anno dominicæ incarnationis DCCIx. *Milredo* pontificante, dedit & liberavit.

Præfatus ſubregulus *Ubtredus* ſervis Dei *Wigornenſis* eccleſiæ, ad menſam illorum, **Caſtun** juxta fluvium **Saleweapa**, cum conſenſu regis *Offani* anno Dominicæ incarnationis DCCLXVII. *Milredo* pontificante, dedit & liberavit.

Idem ſubregulus, *Offano* rege conſentiente, ad victum *Wigornenſis* familiæ, vicum qui **Scepuueaſtun** nuncupatur, *Milredo* pontificante, dedit & liberavit.

Aldredus Hunicciorum ſubregulus, germanus *Ubtredi* ſubreguli, viculum **Weſtun**, qui ſitus eſt in utraque parte rivuli *Tyrli* minoris, *Milredo* pontificante, anno dominicæ incarnationis DCClxxiij. *Breedunenſi* eccleſiæ dedit.

Eanbertus ſubregulus, germanus *Ubtredi* & *Aldredi* ſubregulorum, licentiâ regis *Offani* villam quæ **Tredintun** vocatur, *Milredo* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dedit & liberavit.

Ceolfridus abbas, regis *Offani* licentiâ pro anima ſua & patris ſui *Cineberti*, comitis regis ejuſdem, *Milredo* pontificante, **Noztheanburh** & **Noztheſture** *Wigornenſi* eccleſiæ dedit.

Eodem etiam pontificante, *Rethunara* abbatiſſa monaſterium quod **Widiandun** nominatur, cum terris in jus propriæ libertatis & poſſeſſionis, ut ante ſtatutum erat à ſenioribus ſuis & decreto ſinodali, ad epiſcopalem ſedem *Wigornenſis* caſtri tradidit. Epiſcopus autem prædictus eandem terram, cum licentia *Wigornæ* congregationis, *Æthelburgæ* abbatiſſæ, filio *Ælfredi* comitis, anno Dominicæ incarnationis DCCLXXIIII. conceſſit; ita tamen ut poſt obitum ejus ad eccleſiam *Wigornenſem* ipſum monaſterium, & etiam illud ad **Tuneoneaum** cum terris, ſicut pater ſuus præceperat, redderetur.

Prædictus ſubregulus *Aldredus*, licentiâ regis *Offani*, **Secgesbearuuae**, anno dominicæ incarnationis DCCLXXVIII. *Wermundo* pontificante, ad victum dedit *Wigornenſis* familiæ.

Præfatus rex *Offa* ad eccleſiam ſancti *Petri*, quam *Eanulfus* avus ſuus in **Bzeodune** conſtruxit, villam quæ **Aelfgythecirce** dicitur, & has villas **Waſſaburnan**, **Codeſtuuellan**, **Noztbtun**, **Eolwengelad**, **Wearſthylle**, & **Coſtun**, & **Wreodenhale**, *Tilhero* pontificante, anno dominicæ incarnationis DCCLXXX. dedit, & ab omni regis exactione gratis liberavit.

Idem rex & ejus ſubregulus terram quæ **Geate** vocatur, *Tilhero* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dederunt. Terram etiam quæ **Timbinctun** vocatur ad **Tuendeſclif** dederunt, & gratis liberaverunt. Idem quoque rex **Tettanbyrig**, **Beccanford**, **Pencoban**, & **Rippel**, *Wigornenſi* eccleſiæ lioeravit. Prædictus rex *Offa* duos vicos, **Ducun** & **Clin**, *Wermundo* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dedit & liberavit.

Heathoredus epiſcopus & *Wigornenſis* familia cum *Offano* rege *Merciorum* de aliquibus agellis conflictationis querelam per aliquod tempus habuerunt. Aiebat enim rex eos ſine jure hæreditario propinqui ejus regis *Æthelbaldi* hæreditatem ſub injuſto dominio habere, id eſt, in loco qui dicitur **Bathun**, & in aliis locis **Strefozd**, **Sture**, **Sture** in **Wſmaerum**, **Hamtun**, **Feccanlea**, & de **Bzeodune**, xij. manentes: ſed præfatæ contentionis cauſa anno ab incarnatione Domini DCClxxxj. in ſinodo in loco qui dicitur **Bzegentford**, finita eſt hoc modo: nam ei monaſterium celeberrimum **Bathun**, & in auſtrali parte fluminis **Avene** terram quam à *Cineulfo* rege *Weſtſaxonum* ſunt mercati, conceſſerunt; pro quo ipſe rex, ad recompenſationis ſatisfactionem, pro unanimitate firmiſſimæ pacis, præfatas terras quas ab eis abſtulerat, videlicet **Strefozd**, **Sture**, **Bzeodun**, **Hamtun**, **Sture** in **Wſmearum**, ad *Wigornenſem* eccleſiam eâ libertate liberatas reddidit & conceſſit quâ ſedes epiſcopalis *Wigornæ* civitatis à ſe ſuiſque prædeceſſoribus liberata extitit.

Eodem anno idem rex vicum qui **Accacumb** dicitur *Wigornenſi* eccleſiæ dedit, & ab omnibus ſecularibus negotiis liberavit.

Heathoredus epiſcopus terram **Auſtan** quam *Beonna* comes injuſtè tulit, & quam rex *Æthelbaldus* antea liberavit, anno dominicæ incarnationis DCCxciiij. ſinodali judicio recuperavit.

Ælfredus, dux regis *Offani*, monaſterium quod **Tuneoneaum** vocatur, cum terris quæ ad illud pertinent, ſcilicet triû caſſatorû in orientali parte fluminis *Sabrinæ*, in occidentali verò x. manentium ab omni tributo & operibus regis liberum *Wigornenſi* eccleſiæ, cum licentia ipſius regis, *Heathoredo* pontificante, tradidit.

Wiferthus Dei amicus, & conjunx ejus *Alta* nomine, tres vicos, ſcilicet **Cnithtatun** & **Carbulfeſtun** cum ſuis appendiciibus de parentum ſuorum hæreditate, licentia & conſenſu regis *Offani*, *Heathoredo* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dederunt.

Kenulfus, rex *Merciorum*, monaſterium **Bromeſeg** & vicum qui dicitur **Dorene** *Wigornenſi* eccleſiæ liberavit. Idem rex omnia monaſteria quæ proprii juris *Wigornenſis* eccleſiæ extiterant, anno dominicæ incarnationis DCCCxiiij. *Deneberto* pontificante, liberavit; cujus petitione idem rex *Wigornenſi* congregationi, terram quæ **Craddeſleah** vocatur, & in occidentali parte *Sabrinæ* fluminis, totam *Wigornaleagam* & in orientali ejuſdem fluminis parte **Huuitintun**, **Speaclea**,

Teo-

Teoleuualdincotan, Reafneſhyll, & in *Warewicenſi* pago **Lappawurthe** liberavit. Idem rex vicum qui vocatur **Stuhfoꝛd** in occidentali plaga fluminis **Stuꝛe** anno dominicæ incarnationis DCCCxvij. *Wigornienſi* familiæ, *Deneberto* pontificante, dedit & liberavit. Terram etiam quæ nominatur **Bituueoneaum**, quam ei *Denebertus* pro libertate dederat, *Wigornæ* eccleſiæ reddidit & liberavit.

Æthelricus filius *Æthelmundi* principis, terras **Feccanham** & **Bꝛemeſgꝛaban**, ut pater ſuus dum teſtamentum ſuum conderet præceperat, *Wigornenſi* eccleſiæ tradidit. Terras etiam **Weſtbyꝛig**, & **Stoke** ea libertate qua rex *Offa* eas liberaverat *Wigornenſi* eccleſiæ cum licentia regis *Kenulfi*, *Deneberto* pontificante, dedit. Dei amicus *Alfericus* vicum qui **Locceſlea** vocatur, & alium qui **Coveſlea** dicitur conſenſu regis ejuſdem, *Wigornenſi* familiæ dedit.

Familia *Wigornenſis* eccleſiæ, ſuo epiſcopo *Deneberto* monaſterium **Kemeſeg** & poſt ſe uni hæredi cui voluerit ea conditione præſtitit, ut poſt diem ipſius hæredis eidem familiæ ſine aliqua diſſenſione reſtitueretur. Idem epiſcopus & *Wigornenſis* familia terram **Beoꝛmodeſlea**, & in alio loco vicum **Colesburnan** *Kemeſigenſi* abbati *Balthuno*, quia *Wigornenſis* eccleſiæ alumnus extitit, ea conditione præſtiterunt ut poſt finem vitæ illius eidem familiæ reſtituerentur.

Headda abbas, de propria hæreditate **Dogeveſ-weallan, Dyꝛltun,** & **Dnnandun** pro remedio animæ ſuæ & propinqui ſui *Heaheredi* epiſcopi, *Wigornenſi* eccleſiæ dedit. *Denebertus* epiſcopus, cum ſua familia, terram quæ **Heꝛefoꝛd** dicitur, venerabili matrone *Eanſuuithæ* conceſſit, ea conditione, ut ſemper *Wigornenſis* eccleſiæ indumenta innovaret, mundaret, & augeret, & poſt finem vitæ ipſam terram redderet.

Ceolwulfus rex *Merciorum* vicos **Rippel, Stꝛetfoꝛd, Deilesfoꝛd,** quos anteceſſores ejus liberaverant, *Deneberto* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ liberavit.

Wiglaf rex *Merciorum* **Boꝛthheanbyꝛig** anno dominicæ incarnationis DCCCxxxvj. *Heaberto* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ liberavit.

Beorhtwulfus rex *Merciorum*, ut ſe inimici homines dicuerunt, *Wigornenſi* eccleſiæ abſtulit villas, **Stoltun, Waſſaburnan, Cineburhgintun, Taterintun, Coveſweallan** ſed *Heaberius* epiſcopus anno dominicæ incarnationis DCCCxl. illas ab eo pretio redemit. Eodem anno idem rex **Colesburnan** liberavit. Monaſterium etiam *Bꝛeodunenſe*, anno dominicæ incarn. DCCCxlj. *Heaberto* pontificante, liberavit.

Eodem anno viculum unius manſionis quem ruricolæ **Wyttun** appellant ad victum *Wigornenſis* familiæ dedit & liberavit. Idem rex terram **Wudatun** anno dominicæ incarnationis DCCCxliij. & **Stꝛetfoꝛd** anno dominicæ incarn. DCCCxlv. quas prædeceſſores ejus liberaverant, liberavit. Familia *Wigornenſis* eccleſiæ ſuo epiſcopo *Alhuno* **Kemeſeg** & xij. manentes de terris *Bꝛeodunenſis* monaſterii anno dominicæ incarn. DCCCxlvij. præſtitit, ea conditione, ut poſt finem vitæ ſuæ ac unius hæredis ipſius, ſine contradictione illis reſtituerentur, ipſeque hæres unoquoque anno quamdiu viverat die anniverſarii ejuſdem epiſcopi iij. cupas cerviſa plenas, & iij. dolia *Brytanniæ* cerviſæ, quorum unum ſit melle dulcoratum, tres modios medonis, tres vaccas craſſas, ſex verveces, ſex pernas, ſexaginta formaticos, ſexcentos panes mundos, quatuor groſſos cereos & laginam ad omnes lychnos monaſterii, *Wigornenſi* familiæ perſolveret.

Burhredus rex *Merciorum*, villas **Clin, Pulton, Cadboldingtun, Beonetleah, Beoꝛendeſlea**, anno dominicæ incarnationis DCCClv. *Alhuno* pontificante, *Wigornienſi* eccleſiæ liberavit. Eodem anno **Blocceſlea** dedit & liberavit. Ab eodem rege idem epiſcopus villam quæ vocatur **Catun** juxta flumen **Cearwealle** ab ipſo rege prius liberatam, emit, & *Wigornenſi* familiæ dedit.

Humbrihtus, comes regis *Burhredi*, **Rippel** *Wigornæ* eccleſiæ injuſtè abſtulit, ſed idem rex, *Alhuno* allaborante, reſtituit. Eadem vice regina ejus *Eanſwitha* vicum qui **Cꝛombe** dicitur, ut ibi ſuum haberet vaccarium, *Wigornenſi* familiæ dedit.

Ceolwulfus rex *Merciorum*, *Weꝛefꝛitho* epiſcopo & familia *Wigornenſi* petente, totam parochiam *Hunicriorum* à paſtu equorum regis & eorum qui eos ducunt & ab omnibus aliis gravibus conſuetudinibus, anno dominicæ incarn. DCCClxxv. abſolvit.

Ælfredo rege regnante, abbas & tota familia monaſterii quod **Beoꝛcleа** vocatur, *Æthereds* ſubregulo *Merciorum* vicum **Stoke** nuncupatum juxta *Weſtbyriam* pro libertate ſui monaſterii in perpetuam hæreditatem dederunt. Quem ipſe, rege *Ælfredo* teſte, *Wigornenſi* eccleſiæ reſtituit; anno dominicæ incarn. DCCClxxxiij. *Weꝛefꝛitho* pontificante.

Ælfredus rex *Anglſaxonum*, & *Æthereds* ſubregulus, *Weꝛefꝛitho* epiſcopo petente, ad eccleſiam *Wigornenſem* in *Lundonia* unam curtem à ſtrata publica uſque ad murum ejuſdem civitatis, anno dominicæ incarn. DCCClxxxix. dederunt, & ab omni regali ſervitute & exactione liberaverunt. Eodem anno dux *Athulfus*, regis *Kenulfi* propinquus, vicos qui **Uptun** & **Wenlond** appellantur, conſentientibus *Æthered* & *Ægelfleda Merciorum* dominis, de hæreditate ejuſdem regis *Kenulfi*, ſub teſtimonio regis *Ælfredi*, *Weꝛefꝛitho* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ dedit. *Earedus* & ejus conjunx *Tunthrytha*, **Hymeltun, Dunhamſtede,** *Weꝛefꝛitho* pontificante, *Wigornenſi* eccleſiæ, anno dominicæ incarn. DCCCxcvj. dederunt.

Quidam præpotens miniſter, *Cuthulfus* nomine, terram quæ **Hꝛeaꝛneclive** vocatur, *Ælfredo* rege conſentiente, & *Æthered Merciorum* duce permittente, ad victum dedit *Wigornenſi* eccleſiæ.

Æthelſtanus rex totius *Albionis* vicum qui vocatur **Auſtan** ad piſcium utilitatem capiendorum, epiſcopo *Kineuuoldo* petente, valde benevolo animo *Wigornenſi* eccleſiæ anno dominicæ incarn. DCCCCxxix. reſtituit.

Idem rex **Aelſtheꝛiree*** *Wigornenſi* eccleſiæ reſtituit, & anno dominicæ incarn. DCCCCxxx. liberavit. * *Æthelſtheꝛ ret.*

Edwinus rex *Anglorum*, viculum cui vocabulum eſt **Fepſetnatun**, *Kinewaldo* pontificante, ad victum *Wigornenſis* familiæ, anno dominicæ incarn. DCCCClvj. dedit.

Leofricus, *Merciorum* comes, & ejus conjunx

Godgiva, villam **Wlfrydlea** nominatam, quæ diu monasterio fuerat ablata, petente beatæ memoriæ *Wlstano* episcopo tunc decano, *Wigornensi* ecclesiæ restituerunt, & aliam quæ **Blatweatle** dicitur, & unam curtem in civitate *Wigorna* ad victum monachorum dederunt.

Villam quæ **Teodintun** vocatur, *Aldredus Wigornensium* episcopus anno ab incarnatione Domini ML. à quodam regis *Eadwardi* ministro, *Aki* nomine, octo marcis auri emit, & eam, curtemque unam in civitate *Wigorna* ad illam pertinentem ad victum & vestitum monachorum *Wigornæ* degentium, à **Wreodune** penitùs liberatam, dedit.

Idem episcopus terram quæ **Hamtun** vocatur in *Glaumorgensi* vicecomitatu sitam x. marcis auri de pecunia monasterii à *Godwino* regis *Eadwardi* ministro emit, ipsamque ad victum monachorum *Wigornensium*, cum consensu regis ejusdem anno Dominicæ incarn. MLXI. tradidit.

Wlstanus, *Wigornensis* episcopus, à *Willielmo* rege *Anglorum* terram quæ **Cullacliff** nuncupatur, anno Dominicæ incarnationis MLXVII. acquisivit, eamque *Wigornensi* ecclesiæ dedit. Ab eodem etiam rege villam quæ vocatur **Aelfestun** acquisivit, & anno Dominicæ incarnationis MLXXXIX. eam cum molendino in **Tapenhale** sito, eidem ecclesiæ dedit. Ecclesiam quoque sitam in villa quæ nominatur **Wicthyria** anno Dominicæ incarnationis MXCIII. usibus monachorum *Wigornensium* concessit; sed eam successor illius, *Samson* episcopus, abstulit.

W. Malmesb. fol. 244 b. n. 10.

ANno 969. Rex *Anglorum* pacificus *Eadgarus* sancto *Dunstano Dorobernensis*, & beato *Oswaldo Wigornensis*, & sancto *Ethelwaldo Wintoniensis* ecclesiæ episcopis præcepit, ut expulsis clericis in majoribus monasteriis per *Merciam* constructis, monachos collocarent. Unde sanctus *Oswaldus* sui voti compos effectus, clericos *Wigornienſis* ecclesiæ monachalem habitum suscipere renuentes, de monasterio expulit, consenti entes vero huic ipse antistes monachizavit, eisque *Winsinum* magnæ religionis virum loco Decani præfecit.

Ecclesia cathedralis *Wigornia*.

Cart. 9 E. 3. n. 49 & cart. 4 Ed. 4. memb. 3

ALtitonantis Dei largissima clementia, qui est Rex Regum & Dominus dominantium, Ego Edgarus Anglorum *basileus omniumque regum insularum oceani quæ* Brittaniam *circumjacent cunctarumque nationum quæ infra eam includuntur, Imperator & Dominus, gratias ago ipsi Deo omnipotenti regi meo, qui meum imperium sic ampliavit & exaltavit super regnum patrum meorum, qui licèt monarchiam totius* Angliæ *adepti sint à tempore* Æthelstani, *qui primus regum* Anglorum *omnes nationes quæ* Britanniam *incolunt sibi armis subegit, nullus tamen eorum ultra ejus fines imperium suum dilatare aggressus est: Mihi autem concessit propitia divinitas cum* Anglorum *imperio omnia regna insularum oceani cum suis ferocissimis regibus, usque* Norregiam, *maximamque partem* Hiberniæ *cum sua nobilissima civitate* Dublinia, Anglorum *regno subjugare, quos etiam omnes meis imperiis colla subdere, Dei favente gratia, cœgi. Quapropter & ego Christi gloriam & laudem in regno meo exaltare & ejus servitium amplificare devotus disposui, & per meos fideles fautores,* Dunstanum *videlicet archiepiscopum,* Æthelwoldum, *ac* Oiwaldum *episcopos, quos mihi patres spirituales & consiliatores elegi, magna ex parte secundùm quod disposui perfeci. Siquidem temporibus antecessorum meorum regum* Anglorum, *monasteria tam monachorum quam virginum destructa & penitus neglecta in tota* Anglia *erant, quæ ego ad Dei laudem pro remedio animæ meæ reparare, & servorum & ancillarum Dei numerum multiplicare devovi, & ipsis supradictis meis cooperatoribus strenuè annitentibus, jam quadraginta & septem monasteria cum monachis & sanctimonialibus constitui. Et si Christus mihi tam diu vitam concesserit, usque ad quinquagesimum remissionis numerum mea devota Deo munificentiæ oblationem protendere decrevi. Unde nunc in præsenti monasterium quod præfatus reverendus episcopus* Oswaldus *in sede episcopali* Weogorneastriæ *in honorem sanctæ Dei genitricis* Mariæ *amplificavit, & eliminatis clericorum neviis & spurcis lasciviis, religiosis Dei servis monachis, meo consensu & favore suffultus, locavit, ego ipsis monasticæ religionis viris regali auctoritate confirmo, & consilio & astipulatione principum & optimatum meorum corroboro & consigno. Ita ut jam amplius non sit fas neque jus clericis reclamandi quicquam inde, quippe qui magis elegerunt cum sui ordinis periculo & ecclesiastici beneficii dispendio suis uxoribus adhærere quàm Deo caste & canonicè servire. Et ideo cuncta quæ illi de ecclesia possiderant cum ipsa ecclesia, sive ecclesiastica sive secularia, tam mobilia quàm immobilia, ipsis Dei servis monachis ab hac die perpetualiter regiæ munificentiæ jure deinceps possidenda trado & consigno, ita firmiter, ut nulli principum nec etiam ulli episcopo succedentium fas sit aut licitum quicquam inde subtrahere aut pervadere, aut ab eorum potestate surripere, & in clericorum jus iterum traducere quamdiu fides Christiana in* Anglia *perduraverit. Sed etiam dimidium centuriatum quod Anglicè vocatur* **Cudburgelawes hundred**, *ad quod jacent L. hide in* **Croppathorne**, *quos* Offa *rex Merciorum quondam familiæ in* **Weogorneastrie** *donavit, liberas ab omni regali exactione, ego ipsis Dei servis cum eadem libertate trado & conscribo. Insuper etiam ad supplendum ipsum centuriatum, id est,* hundredum, *ut ex meo dono illud plenum habeant, terras ipsius ecclesiæ quæ hactenus regiæ exactioni subjacebant ab hac die imperpetuum liberabo, & liberas esse concedo & præcipio, eas videlicet quæ sunt ultra* Avenæ *flumen; Quæ istis vocabulis nominantur.* **Uuicombroedun** *cum* **Peonedoc**, **Teotintune**, *cum* **Sutune**, **Hetgesbearinge**, *& in monte* **Wibilca**, **Hordwica**, **Cowenland**, **Dorsigiltessoreb**, *&* **Dorcenne**, *&* **Jetacumb**, *& in ripa* **Sture** *fluminis* **Scepwordesthun**, *& ibi juxta eam* **Blatweatle**; *& in occidentali parte* Sabrinæ, **Cumanloege** *cum* **Uecclage** *&* **Cintawice**, *&* **Pallege** *cum sibi pertinentibus, & item* **Herefordtun** *juxta* **Avene**, *pro supplendo, ut supradiximus, centuriatu, id est,* **Pundred**, *Deo & sanctæ Dei genitrici* Mariæ *ad usus servorum ejus, monachorum scilicet, liberas dono & quietas esse præcipio deinceps & imperpetuum ab omnibus secularium rerum oneribus, duris & levibus, & ab*

& ab omni servitute & exactionibus fiscalibus magnis & modicis, notis & ignotis, tam regis quàm principis, & ministrorum atque exactorum eorum, exceptis ponte & arcis constructione & expeditione contra hostem. Habeatque Winsinus *reverendus sacerdos, quem ipse episcopus* Oiwaldus, *me favente & auctoritatem regiam præstante, in sede episcopali monachis præposuit, quamdiu ipse vixerit, omnesq; post eum sui successores qui eidem congregationi præpositi fuerint, ipsum* hundredum *cum omnibus debitis quæ rex antea in eo habuit, & jus & potestatem earundem possessionum cum* Tolle & Teame, Hacca & Hocne, & Infangenetheof, *& proprii juris debitum transgressionis, & pœnam aliter: quæ Anglicè dicitur* Oferscewenea, & Gyltwite, *nec sit phas aut potestas cuique præpositorum seu exactorum vel ministrorum meorum, nec alicui principi, vel ex successionum numero pontifici, hanc meæ munificentiæ libertatem & concessionis firmitatem in aliquo minuere vel infringere, vel quoquo modo mutare aut pervadere, aut quocunque ingenio ipsos monachos Dei servos inquietando perturbare, ut aliqua fraudulenta occasione iterum in clericorum aut ipsius episcopi proprium transeant jus ab eorum potestate quorum usui ista concessi & donavi. Providi etiam cautele studio ut hæc libertas firmius eis posset perdurare, ne cum regis ministris aut ejus centuriatus, id est* hundredi, *exactoribus naumachia expeditionem, quæ ex tota* Anglia *regi invenitur, faciant. Sed cum suo archiductore videlicet episcopo qui eos defendere & protegere debet ab omni perturbatione & inquietudine..... Et quia idem reverendus antistes* Oiwaldus *per suos amicos & meos consiliarios, supra nominatos videlicet* Dunstanum *archiepiscopum & Athelwoldum Wintoniæ episcopum, & virum magnificum* Brightnodum *comitem, me requisivit & impetravit, ut ad confirmandam ecclesiasticarum possessionum libertatem sui episcopatus ad centuriatum qui* Wulfericlay *dicitur, quem ipsa ecclesia antiquitus liberè possidebat, ei concederem alterum* hundredum *facere libertate devota de terris ecclesiæ quæ adhuc hactenus regiis exactionibus subjacebant, videlicet* Wreodune, Blocelea, Tyrpduitune, *quatinus posset ipse cum monachis suis unam navipletionem quod Anglicè* Scypfylled *dicitur per se habere: placuit mihi hoc ei annuere, tam pro ejus religiosa sanctitate, quàm pro ipsorum legatorum reverentia & dilectione.*

Quapropter ego Eadgarus Anglorum *rex & basileus, Deo & sanctæ Dei genetrici* Mariæ *ejusque ministro* Oiwaldo *meo fideli episcopo, libens animo & dono hujus libertatis privilegium, sicut ab ipsis rogatus sum, scilicet ut ipse episcopus cum monachis suis de istis tribus centuriatibus, id est,* hundredis, *videlicet* Wlfericlay, & Amburice Trivve *& tertio monachorum, quod dicitur* Cuthuricelage, *constituat unam navipletionem quod Anglice dicitur* Scypfylled, Othre Scypthorne *in loco quem ob ejus memoriam* Oiwaldeslay *ærsinceps appellari placuit, ubi quæ clarum causa secundùm morem patriæ & legum jura juridicè differnantur. Hæ eaque ipse episcopus omnesque sui successores ibi ad jus ecclesiasticum debita transgressionum & pœnam delictorum, quæ nos dicimus* Oferscewenesse & Gyltwite, *& omnia quæcunque rex in suis hundredis habet. Ita tamen ne ipsi qui ibi Deo serviunt monachi de suo jure aut libertate quam ad suum* hundredum *eis concessi, quicquam perdant, sed habeant ipsi ibi omnia quæ ad suum jus, id est, ad tertium centuriatum pertinent æque integra ac si per se separatim essent, videlicet debita transgressionum & pœnam delictorum & cætera quæ superiùs comprehensa sunt, quæ eis liberè & quietè perpetualiter tenenda concessi. Sintque hæc omnia & quæcunque illorum sunt, sub ejus manu & potestate qui ipsis in monastici ordinis regimine sub episcopo præpositus fuerit. Qui si se viderint injustè gravari vel vi opprimi, seu sit eis ad regiæ majestatis & archiepiscopi examen & tutelam (si tamen necesse fuerit) confugere, qui propter Deum, æquitatem & clementem defensionē eis impendant. Servantibus hæc vita æterna tribuatur à domino in cælestibus. Quicunque verò minuerit vel in pejus mutando subtraxerit eis quicquam de iis, sit pars ejus cum* Dathan & Abyram, *& cum* Juda *traditore Domini, & Juliano apostata, ecclesiarum Dei oppressore & persecutore æterno anathemate ligatus, cū diabolo & angelis ejus infernalibus ignibus perpetuo cruciandus, nisi resipiscat & emendet. Amen. Amen. Amen. Fiat. Fiat. Fiat. Facta sunt hæc anno dominicæ nativitatis DCCCLxiiij. indictione viij. regni verò* Eadgari Anglorum *regis vj. in regia urbe quæ ab incolis* Cleaueceastre *nominatur, in natale Domini, festivitate sanctorum Innocentium, feria iiij.*

Dir ꝩynoon ða ꝿepitneꝩꝩe ðe þꝛe ꝿo-
ꝿeðepan. ⁊ ðirne ꝿecpiðe ꝿetꝩymoon ⁊
hirne ꝿecuꝩꝛalinꝿe ꝿeꝛxꝩ toðon uppon ealſum
ðam ðe ðir uiðoð. ohhe ꝿeþanoð. ohhe eꝛt
ꝿecepie munecan anþalde eꝛt on cleꝛicaſ
hand ꝿetꝩynnaþ ⁊ [*Id est*, Hi sunt testes qui erant congregati, & hanc chartam confirmarunt, atq; hanc imprecationem sanciverunt in omnes illos qui hoc abolerent, sive imminuerent, aut iterum retrahendo à monachorum potestate (*vel*, jure) in clericorum manus traducerent.]

✠ *Ego* Eadgar *basileus* Anglorum *& imperator regum gentium, cum consensu principum & archiepiscoporum meorum hanc meam munificentiam signo crucis Christi corroboro.* ✠ *Ego* Alfthrythd *regina consensi & signo crucis confirmavi.* ✠ *Ego* Dunstan *archiepiscopus* Dorovernensis *ecclesiæ Christi consensi & subscripsi.* ✠ *Ego* Oicytell *archiepiscopus* Eboracensis *ecclesiæ consensi & conscripsi.* ✠ *Ego* Alfstan *episcopus conserfi.* ✠ *Ego* Athelwold *episcopus consensi.* ✠ *Ego* Oiwald *episcopus consensi.* ✠ *Ego* Oiulf *episcopus consensi.* ✠ *Ego* Athulf *episcopus consensi.* ✠ *Ego* Wulfricus *episcopus consensi.* ✠ *Ego* Aſcwi *abbas.* ✠ *Ego* Oſſtan *abbas.* ✠ *Ego* Aiſtan *abbas.* ✠ *Ego* Athegear *abbas.* ✠ *Ego* Alfricus *abbas.* ✠ *Ego* Kynwarthd *abbas.* ✠ *Ego* Alferic *dux.* *Ego* Brighnodus *dux.* ✠ *Ego* Ordgar *dux.* ✠ *Ego* Alfeah *dux.* ✠ *Ego* Athelwold *dux.* ✠ *Ego* Agelwine *dux.* ✠ *Ego* Brihtferth *minister.* ✠ *Ego* Alfwine *minister.* ✠ *Ego* Athelward *minister.* ✠ *Ego* Wulfstan *minister.* ✠ *Ego* Ranulf *minister.* ✠ *Ego* Oiulf *minister.* ✠ *Ego* Wulfstan *minister.* ✠ *Ego* Leofwine *minister.* ✠ *Ego* Alward *minister.* ✠ *Ego* Athelmund *minister.* ✠ *Ego* Oſward *minister.* ✠ *Ego* Leofwine *minister.*

BARDNEIENSE

Cœnobium in agro Lincolnienſi.

Lelandi collectanea vol. 3. p 30.

Bardeneienſes *monachi primum fundatorem non noverunt, ita enim erat cœnobium* Danica *ſævicia deturbatum.*

Ex veteri chronico Anglicè ſcripto.

CORPUS ſancti *Oſwaldi* primum *Bardeneie* ſepultum, ubi erant id temporis trecenti monachi, quorum abbas *Lindiſeie* dominus fuit. Poſtea cœnobium ad ſolum proſtratum eſt ab *Inguaro* & *Hubba Danis*, reparatum verò poſt multos annos à *Giſliberto* de *Gaunt*, *Gnilielmi* nothi avunculo.

MS. in bibl. Cottoniana [ſub effigie Vitellii E. 12.] W. Malmesb. fol. 165. n. 30.

Sanctus *Ethelredus* conſtruxit monaſterium de **Bardeneſe**, ubi ſepultus eſt circa annum gratiæ DCCXII. [*Cronic. Ceſtrenſe lib.* 5.]

——Cœnobium monachorum apud ſanctam *Mariam* de **Stou** ex novo fecit, (ſcilicet *Remigius* epiſcopus *Lincolniæ*) alterum apud **Bardenei** ex veteri favore ſuo innovavit.

Carta Walteri *de* Gaunt *de reſtauratione cœnobij.*

Ex tranſcripto regiſtri de Bardney penes dominum Willoughby de Parham.

ANno ab incarnatione Domini 1115. ſancti ſpiritus gratia inſpirante, Ego *Walterus* de *Gant*, filius & hæres *Giſilberti* de *Gant*, inſpectâ cartâ donationis, conceſſionis, & confirmationis poſſeſſionum diverſarum quas idem pater meus, charitatis intuitu, & ob ſanctæ religionis augmentum dedit Deo & monaſterio ſanctorum *Petri* & *Pauli* & ſancti *Oſwaldi* regis & martyris de **Bardeney** & monachis ibidem Deo ſervientibus; piæ conſcientiæ intentionem conſiderans, paternæque devotionis imitator effectus, omnia & ſingula quæ pater meus per cartam ſuam in elemoſinam dedit monaſterio ſupradicto pro ſalute animæ ſuæ patris mei, matris meæ & omnium fidelium defunctorum rata habens & grata, pro me & hæredibus meis approbo, ratifico, & præſentis ſcripti munimine confirmo, juxta tenorem carte patris quæ eſt talis.

Vide char. 5 Ed. 3. nu 10. memb. 10.

OMNIBUS ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Giſibrictus* de *Gaunt* ſalutem. Notificetur univerſitati veſtræ me divinæ pietatis intuitu, ob ſanctæ religionis augmentum, monaſterium ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & ſancti *Oſwaldi* regis & martyris de **Bardeney**, ex conceſſione domini mei *Willielmi* regis *Angliæ*, reædificare curaſſe. Et quoniam, ut venerabilis *Beda* in narratione eccleſiaſticæ hiſtoriæ teſtatur, per venerationem ſancti *Oſwaldi* regis & martyris, nobile monaſterium propter crebra miracula quæ tunc temporis ad honorem Dei ibidem fiebant, notabatur Chriſtianæ devotionis affectu, ipſum locum qui jamdudum per multum annorum tempora monachorum congregationis & ordinis diſtractione propter exterarum gentium ſæviſſimas perſequutiones extitit deſertus, poſſeſſionibus meis & facultatibus duxi reparare, ut ordo monaſticus ſecundùm regulam ſancti *Benedicti*, ad honorem Dei in eodem monaſterio imperpetuum ſervetur. Præſenti itaque carta præfato monaſterio do, concedo & confirmo **Bradneyam** & **Angodby** cum omnibus pertinentiis ſuis, tam in plano quam in boſco, in pratis paſcuis, moris, mariſcis, viis & ſemitis, aquis, ſtagnis, piſcariis & vivariis cum aliis libertatibus & aiſiamentis ad præfatum monaſterium & prædictas villas pertinentibus, liberè, quietè, honorificè, pacificè & integrè ſine aliquo retinemento mei vel hæredum meorum, in liberam puram & perpetuam elymoſinam. Do etiam & quatuor carucatas terræ & duas bovatas terræ in **Steping** & in **Frisby**, & eccleſiam ejuſdem villæ. In **Skendelby** eccleſiam ſancti *Petri* cum terris & decimis ſuis & decimam de toto dominio meo in eadem villa, & in **Steping** & in **Partney**. In prædicta verò **Partney** eccleſiam cum pertinentiis ſuis. In **Bainburg** totam decimam de dominio meo. In **Edlington** duas partes decimarum de dominio. In **Scamton** eccleſiam cum decimis ſuis & terris. In **Horſtow** duas partes decimarum de dominio. In **Holm** & villis eidem pertinentibus totam decimam de dominio. In **Thorp** & appenditiis totam decimam de dominio. In **Folkingham** totam decimam de dominio. In **Stanton** totam decimam de dominio. In **Edlisburgh** cum adjacentibus eccleſiam, & præter hæc totam decimam de dominio. Et ut hæc donatio mea & conceſſio & præſentis cartæ confirmatio ſtabilis & firma imperpetuum permaneat, preſenti paginæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus *Lanfranco* archiepiſcopo *Cantuarienſi*, *Remigio* epiſcopo *Lincolnienſi*, *Roberto*, *WWillielmo* & *Henrico*, filiis regis *WWillielmi*, *WWillielmo* comite *Ceſtriæ*, *Roberto* filio *Henrici*, *Roberto Bigod*, *WWaltero* de **Eſpec**, *Eudone* dapifero. & multis aliis.

Ego verò *Walterus* de *Gaunt* prænominatus in patrimonio meo, ex conceſſione *Henrici* regis *Anglorum*, & conſilio *Radulfi Cantuarienſis* archiepiſcopi, prædicti monaſterii de **Bardeney** jura poſſeſſiones ac libertates juxta facultatem meam augere potiùs intendens quàm minuere, eidem monaſterio & ipſius abbati & conventui dedi *Bardineiam*, **Angodby**, **Boteyate** & *Surrea*, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, tam in plano quàm in boſco, pratis, paſcuis, moris, mariſcis, viis, ſemitis, aquis, ſtagnis, cum novem piſcariis integris & una dimidia piſcaria in aqua de **Witham**, quas ad majorem veritatis evidentiam poſteris inſinuandam propriis his nominibus duxi exprimendas, videlicet, **Gothilgarth**, cum piſcaria integra eidem pertinente, **Hayvengarth**, **Chaumbleingarth**, **Hozſlaygarth**, **Feregarthe**, **Southgarthe**, **Fleggarthe**, una cum **Thurghladegots**, **Pittingergarthe**, **Boſlegarthe**, cum piſcariis ſuis integris & dimidium **Browningarth**, cum dimidia piſcaria eidem adjacente. In **Partney** Hoſpitale ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis: eccleſiam ejuſdem villæ & capellam ſanctæ *Mariæ* in eadem villa cum omnibus pertinentiis ſuis: manerium meum de **Steeping** cum omnibus libertatibus ſuis eidem manerio in villis de **Steping** & **Friſbie** pertinentibus, & eccleſias

cleſias earundem villarum cum pertinentiis ſuis. In **Sutton** duas bovatas terræ. In **Edlington** manerium meum cum omnibus libertatibus ſuis, ut in hominibus, tam liberis quàm nativis, & quibuſcumque pertinentiis ſuis, tam infra villam quàm extra cum imparcatione animalium in **Belghale**, & eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis. In **Hagwoꝛthingam** manerium meum & ſex bovatas terræ cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam ejuſdem villæ cum ſex bovatis terræ. In **Barton** manerium meum cum tribus carucatis terræ, pratis, paſturis, hominibus & omnibus aliis libertatibus ſuis. In **Barton** eccleſiam ſancti *Petri* cum univerſis terris ſuis & decimis & cum capella *omnium Sanctorum* in eadem villa his diebus nuncupata : tres carucatas terræ in territorio ejuſdem villæ cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram quæ eſt inter viam per quam venitur de villa de **Bꝛunham** in villam de **Barton**, & viam propinquiorem ab uno foſſato extra ſciſſo uſque ad viam quæ ducit ad **Thoꝛnton** liberam & quietam ſine aliqua reclamatione mei vel heredum meorum & ſolutam ab omni ſeculari ſervicio, ita quod nec ego nec hæredes mei nec aliquis nomine noſtro de prædicta terra vel ejus pertinentiis aliquo modo intromittere debeamus in futurum. Medietatem etiam ejuſdem placiæ quæ vocatur **Littlemarſh** in territorio de **Barton**, & tranſitum *Humbriæ* ſine precio abbati & monachis prædictis cum famulis & equis ſuis. Eccleſiam de **Edlesbergh** cum univerſis terris & decimis ſuis. In **Swaledale** paſturam ad xx. equas cum pullis ſuis in liberam puram & perpetuam eleemoſinam. Ita quod cum pulli earum fuerint de ætate duorum annorum, removeri debeant de ipſa paſtura, & equæ prædictæ abſque impedimento vel contradictione alicujus in ipſa paſtura in perpetuum permaneant cum equabus meis quas in eadem paſtura habuero: & ſi nullas equas ibidem habuero, nihilominus ipſas xx. equas præfati monachi cum pullis ſuis liberè habeant in paſtura prænominata. In **Willubie** juxta **Skendelbie** totam decimam de dominio ſuo, & duas partes decimæ meæ de dominio in **Askebie**. In **Scrubby** de eleemoſyna **Bogamer** duas bovatas terræ, & molendinum in **Wierne**. Concedo in **Luceby** duas partes decimarum de dominio & duas partes decimarum dominii de feodo meo quod eſt **Wincebie**. In **Hundmanby** eccleſiam cum una carucata terræ & capellis . . . . per parochiam ſuam quæ per . . . . hoc eſt, **Hundmanbie**, **Buxton**, **Newton**, **Oldſton**, **Kicton**, **Fozdon**, **Barkedale**, **Folkthoꝛp**, **Huſton**, **Strarton**, & in **Erghum** unam carucatam terræ in qua ſita eſt capella. In **Aſwoꝛdbie** concedo duas partes decimæ de dominio, & in **Willubie** duas partes decimæ de dominio, & in **Walcote** dimidiam partem decimarum *Willielmi* & hæredum ſuorum de dominio. In **Ebenham** totam decimam de dominio. In **Hechington** & **Halle-Folkingham** & **Holme** totam decimam garbarum fœni de dominio; Et omnes decimas tam majores quam minores provenientes de maneriis meis in his villis, videlicet **Lockington**, **Folkingham**, & **Holme**. Dedi etiam abbati & conventui prædictis de iſtis meis molendinis **Wartonie** & de molendinis de **Skendelby**, **Bamburghe**, de **Skeinton**, de **Hechington**, de **Folkingham**, de **Holme**, & de **Hundmanbie**, decimas cum omnibus *ſtrayis*, *Wreckis*, & *Waiviis* per totum dominium de **Bardney**, **Edlington**, **Hagwoꝛthingham**, **Stepinge**, & **Frisbie**. Hæc autem omnia abbathiæ prædictæ donata per me & conceſſa, necnon & ea quæ homines feodi noſtri pietatis intuitu abbatiæ eidem dederunt rata habentes & grata, per hanc cartam ego *Walterus* & uxor mea & hæres meus . . . . . præſentis ſcripti teſtimonio confirmamus, ſigillo meo ſignatam, ſigno ſanctæ crucis ✠ ✠ ✠ propriis manibus noſtris facto; benedicentes omnes benefacientes abbatiæ *Bardenenſi*. Et ego *Walterus* de *Gaunt* omnem poſſeſſionem quam huic abbatiæ & monachis perpetuò Deo famulaturis ibidem, vel quæ ex dono patris mei & matris meæ prædicto manerio pro ſalute animarum ſuarum donata ſunt, una cum catallis omnibus felonum & fugitivorum per totum dominium eorundem religioſorum & cum *viſu franciplegii* in **Bardeney** & villis eidem annexis, & in **Edlington**, **Hagwoꝛthingham**, **Lincebie**, **Stepinge**, **Frisbie**, **Pertney**, **Skendelbie**, **Sutton**, **Scrubbie**, **Wincebie**, **Barton**, **Barton**, & **Hundmanbie**, abbatem & conventum prædictos imperpetuum tenere volo & concedo in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio exactione vel demanda. Rex quoque huic abbatiæ eadem jura conceſſit quæ habent abbatiæ ſuæ per *Angliam* . . . etiam abbathiis ſtabilire dignetur . . . . . epiſcopis ſuis ad ſalutem domini mei *Richardi* & animæ patris & matris meæ ac etiam omnium fidelium defunctorum. Teſtibus *Roberto* de . . . . *Willielmo* nepote meo conſtabulario *Ceſtriæ*, *Willielmo* de *Mandevill*, *Lamberto* . . . . . preſbitero & aliis multis.

R*Ex &c. ſalutem. Inſpeximus cartam domini* Henrici *quondam regis* Angliæ, *progenitoris noſtri, in hæc verba. Henricus* rex *Angliæ Roberto* epiſcopo *Lincolnie*, & *Walteꝛo* de *Gant*, & vicecomiti & omnibus Baronibus, *Francis* & *Anglis*, de *Lincoliaſcira*, tam preſentibus quàm futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe *Radulpho* monacho, qui fuit prior de *Bardenaio*, locum & eccleſiam ipſam abbatiam, precatione *Walterii* de *Gaunt*, & conceſſione abbatis *Fulcardi Carnotenſis* cujus fuit monachus. Et volo & concedo, & firmiter præcipio ut bene & honorificè, & quietè teneant totam terram, & decimas & eccleſias ſuas de quocunque teneat abbatia, cum *ſoca* & *ſaca* & **toll**, & **team**, & **infangetheof**, & cum omnibus aliis conſuetudinibus, ſicut eccleſia unquam melius, & liberiùs, & honorabiliùs tenuit, & ſicut aliæ abbatiæ meæ liberiùs tenent per *Angliam*. Teſtibus *Roberto* epiſcopo *Lincoln.* & *Rogero* epiſcopo *Sareſbir.* & *Bernardo* epiſcopo de ſancto *Davide*, & *Ranulpho* epiſcopo *Dunelm.* & *Ranulpho* cancell. & abbate de *Saleſbia*, & *Walteꝛo* de *Gant*, & *Alano* de *Percetio*, & *Radulpho* de *Gant*, & *Radulpho Aleſt*, & *Radulpho* de *Novilla*, apud *Wynton.* xvj. anno poſtquam rex accepit regnum *Angliæ*.

Cart. an. 5 Ed. 3. n. 10.

EVESHA-

EVESHAMENSE

Cœnobium in agro Wigornienſi.

W. Malmesb. fol. 162. a. n. 10.

HAbet etiam *Wigornenſis* provincia abbatiam *Eveſhamenſem*, & *Perſcorenſem*. *Eveſhamum* fundavit beatus *Egwinus* epiſcopus, de quo quid miraculi ſit, quod *Beda* tacuerit, nondum per me potui advertere, vel per alios addiſcere, preſertim quod cum *Kenredo* rege *Merciorum*, & *Offa* rege *Orientalium-Anglorũ Romam* iverit, quorum profectionem hiſtoricus non ſiluit. Verumtamen quæcunque res hanc taciturnitatem imperaverit, conſtat eum tertium *Wigornienſium* præſulem fuiſſe, locum illum quo nunc cœnobium viſitur, peculiariter amaſſe, incultum anteà & ſpinetis horridum, ſed eccleſiolam ab antiquo habentem, ex opere forſitàn *Brittannorum*. Eo loci vir ſanctiſſimus, dum ſolitudine invitante frequentaret excubias, Dei genitricis viſione & alloquutione mulceri meruit, planè & abſque ſcrupulo præcipientis, ut ibidem ſibi fundaret cœnobium futurum ſibi gratioſum, illi negotioſum. Inſtitit ille juſſis, & complens opus, Apoſtolicis & Regiis privilegiis corroboravit. Quid illud? credendumne putatur, quod tradit antiquitas? peccatorum juvenilium quondam conſcium, pedes cum pedibus irretiiſſe, clavibus compedum in amnem jactatis, palàm dixiſſe, tunc ſe demùm de peccatis ſecurum futurum, cùm compedes vel divinitus, vel ipſis reſerarentur clavibus; ita *Romam* profectum proſperèque reverſum: Jam verò in illo mari, quo a *Gallico* continenti *Angliam* navigio tranſmittitur, cùm navigaret, immanem piſcem ſaltu puppim qua pontifex vehebatur, ingreſſum, certatimque annitentibus nautis retentum, in ejus exenterati jecore clavem repertam, ſeræque compedum appoſito, ſancto ſoluto ſecuritatis plurimum donaſſe.

Johannis Tinemuthenſis hiſt. aurea MS. cap. 19y.

Kenredus rex, relicto regno *Merciorum* unà cum *Offa* filio regis *Eſt-ſaxonum*, ſtrenuo juvene, *Romam* venit, anno Dominicæ incarnationis DCCIX. ubi & monachus attonſus obiit, cum quibus *Egwinus Wiccionum* epiſcopus *Romam* veniens, privilegium monaſterii ſui de **Evesham** ſecum detulit.

Ib. cap. 203.

Anno DCCXVIII. circa hunc annum obiit ſanctus *Egwinus Wiccionum* epiſcopus, hoc eſt *Wigorn.* Hic in territorio *VVigorn.* extitit oriundus ex regali proſapia, ac tandem adultus, in *VVigorn.* epiſcopum electus, & tantò humilior effectus quantò altiori ſublimatus erat officio, pater orphanorum, ſuſtentator viduarum, & conſolator erat deſolatorum, pravis ſermo ejus quaſi ſtimulus, id eſt, quaſi clavis in alium dehxus, manſuetis verò quaſi oleum, fortibus durus, humilibus mitis, & manſuetus. Populus tandèm videns ſe illicitam non licere, & aſſueta vitia relinquere, contra ſanctum Dei in iram odium & ſcandalum exarſit, & eum tandèm de epiſcopatu expulit. De eo nempè non ſolùm apud regem accuſatio, ſed etiàm apud *Romanum* antiſtitem ab inimicis prolata fuerat delatio.

Beatus igitùr *Egwinus*, quamvis coràm hominibus ſe immunem ab illatis ſciret, pro peccatis populi ſui, ac ſuis in juventute commiſſis, pedes ſuos vinculis ferreis aſtrinxit, quæ clave poterant ligari atque reſerari, ipſamque clavem in fluvium *Avenæ* projecit, palamque dixit: Tunc demùm ſe de peccatis ſecurum fore quandò compedes ſui, aut divina virtute, aut illa clavi eſſent reſerati. Sic vinculatus *Romam* profectus eſt: campanæ urbis, ut fertur, in ejus adventu per ſe ſonuerunt. In eccleſia ſancti *Petri* ad orationem proſternitur, qua completa ad ſacra miſſarum miſteria celebranda ſolempnitèr præparatur. Interim namque famuli pro cibis emendis ad fluvium perguut, piſcem emunt, exenterant, clavem in ejus ventre reperiunt, & epiſcopo deferunt, ferrumque quod *Anglica Avena* abſorbuerat *Romana Tiberis* exalat. Vir igitùr Dei coram cunctis clavem accepit, & vincula ſua reſeravit. (&c.)

Cœnobium de Evesham *in agro* Wigornienſi.

Autographum *Saxonico* charactere ſcriptum in bibliotheca *Arundeliana*

Conſtantinus epiſcopus. ſervus ſervorum Dei. Brihtwaldo Britanniarum eccleſiae primati ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Venerabilem virum Ecgwinum epiſcopum. quem hic tua fraternitas ad apoſtolicam ſedem miſit. etiam nunc ſecundo manipulis iuſtitiæ perfectum tibi remittimus. monentes quatinus ſic ſuos effectus adiuvando proſequeris. ſicuti illum a Deo incepiſſe et in via Dei cucurriſſe cognoviſti. Porro. de viſione illa. immo aperta ostentione. qua se beata virgo Maria ei manifeſtavit. eque ita certum eſſe teneamus quemadmodum de ipsi bonitate non dubitamus. Denique vigilantiam tuam admonemus. quatinus illis in partibus in quibus manifeſtatio habita fuiſſe perfertur. concilium totius Angliae cogas. epiſcopos sacrique ordinis religiosas personas illuc convenire facias. optimatesque regni cum proceribus tuis adesse præcipias. quibus in nomine domini congregatis denuntiamus. quod duo reges Angliae Kenredus et Offa. cum quibus iam dictus epiſcopus ad limina apoſtolorum venit. in loco ostensae visionis pluma de suis beneficus in praesentia nostra regia libertate donata. et apoſtolica auctoritate confirmata contulerunt. quatinus ibidem congregatio monachorum. secundum regulam memorandi patris Benedicti. quæ minus in illis partibus adhuc habetur possit instaurari et indefinenter Christo famulari. Ipsas autem donationes et beneficii praefati regis in ipsorum privilegio nominatim determinaverunt. et a nobis confirmari fecerunt. Igitur. frater dilecte. quoquomodo Christo annuntietur lucrum Christi requiras. opus Christi excipe. promulgatis que in concilio tenentur. tu a Deo ostensae visionis. tum apoſtolicae auctoritatis. tum regiae libertatis et donationis. tum tui

ipsius

ipſius clerique ⁊ populi approbatur ⁊ fauoris. constitutus ouile Christo diuinitus ostensum. apostolica auctoritate fultum. regia libertate donatum. clero ⁊ populi benedictione sanctum? Tibi autem et successoribus tuis. memorato Episcopo apprehendente. cuiusdam animalium emptorem ecclesiae praecipue iniungimus. ut si. quod absit. aliquo diaboli impulsu quispiam perpetrare aut tyrannus sacrum locum minuere aut impugnare praesumpserit. tibi a Deo concessae potestatis sententia. ⁊ anathematis percussus uerbere complere non audeat? Si quis regio sanctorum parti. ubi compositum fuerit corpus. auribus summi pontificis patriae potius deseparatus. quam per alicuius occultam sententiam sanctus locus inuste depraue tur? Ipsum ergo locum quem regia potestas regiae libertati donauit. ⁊ nos auctoritate Dei ⁊ sanctorum apostolorum ⁊ nostra donamus. ut nullus cuiuscunque ordinis homo hoc quod constituimus deprauare aut minuere praesumat? Qui hoc destruxerit. aut male contaminauerit. sit ille maledictus? Qui uero reparauerit ⁊ adauxerit benedictionibus repleatur? Scripta haec epistola anno dominicae incarnationis DCCIX. in ecclesia saluatoris Lateranensi. praecipiente ⁊ confirmante Constantino apostolicae sedis antistite. astantibus ⁊ confirmantibus regibus Angliae Kenredo et Offa. rogante uenerabili uiro Eguuino episcopo. coram pluribus archiepiscopis et episcopis ⁊ principibus et nobilibus diuersarum prouinciarum. cunctis clamantibus et dicentibus. quicquid in hac constitutione uestra sanctitas excepcet. laudamus concedimus et confirmamus? ✠ Ego Constantinus romanae sedis episcopus per signum sanctae crucis hanc donationem et libertatem confirmaui? ✠ Ego Egbinus humilis episcopus confirmaui? ✠ Ego Kenredus rex consobrinaui? ✠ Ego Offa rex consensi?

Ex regiſtro de Euesham in bibliotheca Cottoniana, fol. 64 a.

✠ *In nomine patris, & filii, & spiritus sancti Amen. Quoniam transeuntis quidem mundi vicissitudo cotidie per incrementa temporum crescit, & crescendo decrescit, & ampliando minuitur, crescentibus repentinis variorum incursuum ruinis, finis esse cunctis in proximo cernitur; ideo vanis ac transitibus rebus, mansura cœlestis patriæ præmia mercanda sunt. Quapropter ego* Kenredus, *Dei dono, rex* Merciorum; *& ego* Offa, *divina permissione* Orientalium Anglorum *gubernator, pro redemptione animarum nostrarum ac prædecessorum nostrorum, & subsequentium salute, donamus, consedimus in loco in quo beata virgo* Maria *se venerabili viro* Egwino *manifestavit. in* Homme, *& præsenti libello confirmamus, ad honorem & reverentiam ejusdem Dei genitricis, lxvij. mansas ex duabus partibus fluminis quod vocitatur* Avena. *Tres videlicet quæ sunt in* Homme. *In* Lenchwic *j. In* Nortona *vij. In* Offeham *j. In* Litletona *xiij. In* Aldingtona *j. In* Baddesicia *v. & dimid. In* Bretfertona *xij. In* Huniburna *ij. & dimid. In* Willersicia *vij. In* Wicwona *iij. In* Benigwrthia *& in* Hamtona *ix. Et ex mera liberalitate, sicut dignum est, & regali munificentia, prænominatas mansas, ubi manifestatio habita fuisse refertur, cum cæteris partibus præassignatis, regiæ libertati donamus, ac omnipotenti Deo, ac beatis apostolis ejus* Petro *& Paulo inperpetuum liberas commendamus. quatinus ibidem congregatio monachorum, secundum regulam beati* Benedicti, *possit instaurari, & indesinenter Christo famulari. Ad majorem autem nostræ donationis firmitudinem, in notitiam tam præsentium quàm inposterùm succedentium venire volumus quibus limitibus sacer locus quem regiæ libertati donatum Deo contulimus, circumseptus includitur.*

In primis à Twiford *ex parte australi usque in* Cronchomme, *juxta decursum fluminis ambitus loci protrahitur, ac inde juxta aquam usque ad divisionem terræ de* Fladeburg, *quæ* Peredic *appellatur, & sic in directum per ascensum montis per medium* Elbegaton *ad* Ealdenesbinhæge, *ab* Ealdenesbinhæge, *ad* Boslageredde, *à* Boslageredde *in* Hopbenol, *ex quo per* Lencouns *usque ad divisiones terrarum de* Lench, *& de* Hepuerton *in* pennescumbe. *Inde per* Fulanbroc *usque in* Hapenpilles, *& ab* Hapenpilles *in* Carkeforo. *Ac inde in* Goldepelle, *& sic in longum rivuli, usque in* Smalmoneyge, *ac inde in* Auenam, *& sic in* Oxepole; *ab* Oxepol *in* Pikenesbomme, *a* Pikenesbomme *in* Burglancester, *à* Hlence *in* Ealdenedune, *ab* Ealdenedune *in* Ealdenemyxan, *ex quo in* Buzzildestret *in* Senesbroc, *ac inde in* Chirchestræ, *a* Chyrchestræ *in* Flittindæne, *& sic in* Blackanpyt. *A parte tamen orientali non longè à* Blakenepyt *in* Merebirne, *à* Merebirne *in* Hunibirne, *ex quo per* Norbamere *in* Eastbammore, *inde in circuitu prati de* Poddenho, *deinde in* Podemore, *& sic in* Hepenhale. *Iterum in* Hunibirna *in longum rivuli, usque ad* Staintesforb. *Iterum in* Buzzilorpet *versus* Scenedune; *ac inde in* Merebroc, *a* Merebroc *in* Merebic, *& sic in* pinbirne *in* Lalesbourn, *a* Lalesbourn *in* Lauesbeorge, *a* Lauesbeorge *in* Poddenhomme, *a* Poddenhomme *in* Polborne, *a* Polborne *in* Merebroc, *& sic in* Stanitanbullesbyce, *a* Syce *in* Burgerselle, *à* Burgerselle *in* Burgerseller, *ac inde in* Ealdeslane *quod indigenæ* nanes monneslond *vocant, secus* Buzzildestret, *ex quo, à parte occidentali usque ad* Boerger, *a* Boerger *in* Halpichertan, *ab* Alpichertan *in* Cademunstre, *a* Cademunstre *in* Blechemere, *a* Blechemere *in* Bracedestane, *a* Bracedestane *in* Ealdeslane *in* pilleretam, *à* pillerera *in* Sonobroc, *ex quo in* Hegeresege, *& sic in* Norbhomme, *à* Norbhomme *in* Brerbirne, *deinde in* Hecheneige, *ab* Echeneige *in* Badesselle, *à* selle *in* Litlebirne, *à* Durne *per* Pichedesho *in* Presterbrede, *ac inde in* Merebirns, *à* Merebirns *in* Broderere, *à* Broderere *in* Sextmerelope, *inde in* Potecot, *a* Potecot *in* Dristrace, *& sic in* Ruzbeie, *à* Ruzbeie *in* Merebic, *à* Merebic *in* padberegge, *a* Beregge *in* Lilstemede, *iterum per* Merebic *in* Grenburnen, *iterum in* Merebic, *deinde in* purstemede, *& sic in* Merebroc,

pebpoc, *per* Mepebpoc *usque in* Domnipol. *ex quo in* Halleȝ bupȝe. *ab* Halleȝ bupȝe *in* Mepepelle, *à* Mepepelle *iterum in* Avenam.

Volumus insuper ac decernimus, in nomine domini terram quinque cassatorum quæ Mortona *nuncupatur, eadem libertate in perpetuum gaudere: quam quidem terram ego* Kenredus *rex* Merciorum, *anno dominicæ incarnationis DCCiij. cum jam, unà cum venerabili viro* Egwino *episcopo, ad sanctorum limina visitare disponerem, inter quædam alia donaria ad fabricam monasterii construendi in* Homme *concessi eidem, & sub testimonio plurimum potentum meorum scripto confirmavi. Statuimus igitur in nomine domini & in virtute Dei summi præcipimus, tam viventibus, quàm domini prædestinatione, nobis inposterum succedentibus, ut hujus donationis seu libertatis statuta, ad irritum deducere minimè quispiam audeat. Si quis autem hoc nostræ munificentiæ donum depravare vel diminuere, seu quolibet modo alienare versutus attempta erit, deleatur nomen ejus de libro vitæ, & æterna miserimus, cum complicibus suis, damnatione puniatur, nisi priùs satisfactione digna emendaverit, quod contra nostrum decretum obstinatus præsumpsit. Amen. Acta sunt hæc anno dominicæ incarnationis DCCix. in ecclesia salvatoris* Lateran. *confirmante* Constantino *Romanæ sedis antistite astantibus & confirmantibus regibus* Angliæ Kenredo & Offa, *rogante venerabili viro* Egwino *episcopo, cum pluribus archiepiscopis, & episcopis, principibus, ac nobilibus diversarum provinciarum, cunctis clamantibus, & dicentibus, nos hanc voluntatem, & regiam liberalitatem laudamus, donationibus, ac libertatibus consentimus. Ego* Constantinus, Romanæ *sedis episcopus, per hoc signum ✠ sanctæ crucis, has donationes in libertatem hanc confirmavi. ✠ Ego* Egwinus *episcopus humilis confirmavi. ✠ Ego rex* Kenredus *corroboravi. ✠ Ego rex* Offa *consensi.*

Carta Eguuini Wigornienſis *episcopi.*

"EGO *Egwinus, Vicciorum* humilis episcopus, volo manifestare omnibus fidelibus Christi, qualiter per sancti spiritus inspiratio- "nem, & per labores multarum & magnarum "visionum ostensum est mihi, quod ego primùm "unum locum edificare deberem ad laudem & "gloriam omnipotentis Dei & sanctæ *Mariæ*, "omnium electorum Christi, & etiam mihi ad "eternam retributionem. Cum igitur maximè "florerem in diebus *Ethelredi* regis, expetii ab "eo locum qui Haum nuncupatur, in quo loco "sancta & perpetua virgo *Maria* primum cui- "dam pastori gregum, *Eoves* nuncupato, de- "hinc etiam mihi cum duabus virginibus librum "in manibus tenens apparuit. Mundavi itaque "locum, opusque inceptum, Dei optimi laude- "tur gratia, ad finem perduxi. Volo igitur "estendere omni sequenti generationi quas pos- "sessiones supradicto loco acquisivi, & ipsas "terras ab omni exactione potestatum omnium "adquietavi, ipsamque adquietationem apo- "stolicis auctoritatibus & privilegiis, necnon "& regalibus edictis confirmari feci, ut fratres "secundum regulam sancti *Benedicti* inibi Deo "servientes sine perturbatione vitam agerent. "Nomina etiam villarum volo manifestare, quas "omnes liberas & juste aquisitas Deo & sanctæ "*Mariæ* obtuli. Itaque ab *Athelredo* rege quod- "dam cœnobium, quod Flendaburch nomina- "tur obtinui, quod postea pro alio cœnobio quod "*Streatsorda* nominatur mutavi, post parvum ve- "ró tempus à predicti regis fratre *Oswardo* viginti "mansas in loco qui Trotsȝd appellatur adqui- "sivi.

"Postea verò succedente in regnum *Kenredo*, "concessit & ipse mihi octoginta quatuor mansas "super utrasque partes illius flummis, quod *Avona* vocitatur. Quidam autem adolescens, *Athericus* nomine, octo mansas mihi concessit, & "*Walterus* venerandus sacerdos alias octo mihi "mansas donavit. Sicque Deo propitio brevi "tempore 120. mansas predicte Christi ecclesie "acquisivi, sicut scriptum est & confirmatum in "chartis ecclesiæ, & in libro manifestatur terra & "termini ejus, quem scripsit *Brichtwaldus* episcopus, & dictavit precepto *Romani* pontificis, cum "consensu principum totius *Angliæ*. Hæc verò "sunt nomina villarum quas, ut supradictum est, "acquisiui: Covesham, Benyagurth, Hauton, Baddesey, Wicque, Haburne, Bradsorton, Millersley, Withley, Hamburn Binwartun, Saltford major & minor, Ambresley, Ulbeorȝ, Hortun, Buchtun, Peleygaresberrie, Littlestrompe, *Suella* major, Hayeldesbeorȝ, Hildswick quoque. Has "omnes terras, ut prefatus sum, liberas ab omni "calumnia adquisivi & sanctæ Dei ecclesiæ obtuli. "Qui ergo locũ quem apostolica dignitas & regia "potestas regia libertate donavit, & nos auctoritate Dei & sanctorum apostolorum donamus, "depravare aut minuere vel contaminare pre- "sumpserit, judicetur ante tribunal Christi, & "nunquam in Christi veniat memoriam, nisi in "hac vita penitens emendet. Qui verò servaverit "& adauxerit, benedictionibus repleatur. Fiat. A- "men. Scripta est hæc charta anno Dominicæ "incarnationis 714. ✠ Ego *Eguinus* per sig- 714
"num sanctæ crucis. ✠ Ego *Keneredus* rex sub- "scripsi. ✠ Ego *Offa* per signum crucis confir- "mavi. ✠ Ego *Brichwaldus* archiepiscopus sub- "scripsi. Ego *Oswardus* frater ejus confirmavi.

LXVII. Monachi fuerunt in Evesham, & ex hiis fuerunt xij. in *Denemarcia*, quos rex *Willielmus* juvenis illuc transmisit, & v. moniales, tres pauperes ad mandatum, tres clerici, qui omnes habent tantum quantum monachi. LXV. seruientes fuerunt in monasterio, scilicet v. in ecclesia, duo in domo infirmorum, II. in cellario, v. in coquina, vij. in pistrino, iiij. qui faciunt cervisiam, iiij. sertores, ij. in balneario, ij. sutores, ij. in pomerio, iij. ortolani, j. ad hostium claustri, ij. ad magnam portam, v. ad vineam, iiij. qui serviunt monachis quando pergunt foràs, & iiij. piscatores, iiij. in cambra abbatis, iij. in aula, ij. vigilantes. Ibid. fol. 37. b.

De consuetudinibus & ordinationibus officialium separalium in Abbatia de Evesham. Ex autographo sub sigillis in curia Augmentationum.

CUm *I.* Dei gratiâ *Maria* in via lata diaconus cardinalis, apostolicæ sedis legatus, officio legationis sibi injunctæ in *Anglia* fungeretur,

retur, & orta esset controversia inter me abbatem & nos conventum Eovesham super statu domus nostræ coram eo; tandem amicabiliter hoc modo sopita est: videlicet, quod abbas infra septa monasterii existens, inter fratres secundum antiquam domus illius consuetudinem conversando regulariter vivet, & exteriora pro viribus suis ad utilitatem ecclesiæ, providè & fideliter dispensabit. Prior verò, subprior, tertius prior, & alii custodes ordinis, Prior de Penuertham, precentor, sacrista, camerarius, celerarius exterior, coquinarius, pitanciarius, infirmarius, elemosinarius, custos vineæ, gardinarius, magister fabricæ ecclesiæ, magister hospitum, de concilio & consensu conventus vel majoris & sanioris partis in capitulo ab abbate creenter. Qui si minus honestè, quod absit, vel minùs prudenter in officiis suis se habuerint, vel malè administraverint, à fratribus prius correpti regulentur, si non emendaverint, in capitulo amoveantur, & alii sub forma predicta in loco eorum in capitulo in conventu subrogentur, ne aliquo casu in manum regis deveniant ipsa officia, abbate fortè decedente, vel per moram fiat deterioratio obedientiarum, aut aliquis defectus propter moram emergat. Prior verò, & prædicti magistri ordinis simul cum abbate, ut ordo monasticus cum rigore disciplinæ secundùm regulam beati *Benedicti* observetur, summam diligentiam adhibeant. Maximè autem opera prestent, ne monachi aliquid proprium habeant, & ne aliàs quàm in refectorio sine licencia comedant, & ut elemosina sua per manus elemosinarii erogetur; et ne a claustro sine licentia exeant, & ut silentium locis & horis statutis observetur, & ut fratres frequenter delicta confiteantur, nec tamen aliis quam hiis qui ad hoc deputantur. Alii vero supradicti officiales omnes qui redditus percipiunt, quater in anno coram abbate, vel eo quem loco suo statuerit, Priore, & sex claustralibus, tribus ab abbate, & tribus a conventu vocatis, de administratione sua computum reddant, coquinarius verò qualibet ebdomada.

Officium Abbatis.

Isti vero officiales, quotiens domi fuerint, in congregatione jugiter permaneant, & conventum in ecclesia, in capitulo, in claustro, in refectorio sequantur, ut si, quod absit, in officiis suis aliquis defectus emerserit, illi statim suppleant. Nulli duo officia assignentur, sed cuilibet adjungatur socius testis diligentiæ suæ.

Si vero in aliquo officio propter temporis maliciam aliquid ultra redditus officio illi assignatos expensum fuerit, si in aliquo officio aliquid fuerit residuum; per illud defectus alterius officii suppleatur. Si autem ullum officium defectum alterius officii supplere potuerit, abbas per manum cellerarii exterioris suppleat. Præterea si quodlibet officium sibi sufficerit, & aliquid residuum fuerit; abbas de concilio capituli, vel majoris & sanioris partis in id quod in capitulo judicaverit utilius ecclesiæ expendat. Si verò aliquid de redditibus monachorum officiis assignatis, vel in perpetuum, quod absit, vel ad tempus detineri contigerit, vel aliquo modo evacuari, vel diminui, abbas tandem de concilio capituli ubi commode fieri poterit alibi in eodem officio assignet.

Liceat preterea monachis possessiones & redditus officiis suis assignatos, veluti novalia faciendo, & redditus augmentando, & novos adquirendo ampliare, seu quibuscunque aliis justis modis meliorare. Celerarius siquidem exterior talis de proprio conventu & in capitulo ab abbate creetur, qui exceptis redditibus monachorum officiis assignatis, ad preceptum abbatis totius abbathiæ curam gerens, sciat & possit conventui necessaria ministrare, scilicet panem, cervisiam, duo pulmenta, ignem & salem & quædam alia in consuetudinibus expressa. Hospitium autem juxta facultatem domus providebit celerarius. Viris tamen religiosis, qui de officio suo sunt, videlicet personis eorum sicut & fratribus administrabit, exceptis abbatibus & capellanis eorum, quibus non inveniet aliquid nisi in diebus jejunii, sicut nec ipsi abbati, nec illis qui cum eo comedent, vel capellanis ejus, hoc dicimus nisi in refectorio comedant. Servientibus etiam obedientiarum abbathiæ, celerarius procurationem debitam & stipendia juxta consuetudinem domus administrabit. Iste quidem celerarius de administratione sua, non solùm quater superioribus, sed quotiens ipse abbas voluerit compotum reddat, qui nisi benè administraverit, sicut de aliis obedienciariis dictum est, ad justam conquestionem conventus, & rationabilem voluntatem abbatis amoveatur, & alius statim loco ejus subrogetur, & in capitulo numerum fratrum abbas integrum conservet, nullum monachum recipiat, aut ejiciat, vel ad tempus vel in perpetuum, nisi de concilio conventus vel majoris & sanioris partis, & in capitulo. Ecclesias autem, vel alios redditus, vel aliquas terras, non nisi de concilio universitatis vel majoris & sanioris partis, & in capitulo alicui conferat, nec rusticos sine consensu eorundem manumittat. De terris siquidem revocandis, si quæ tempore suo vel predecessoris sui alienate sunt, pro viribus suis, concilio conventus sui utatur. Similiter in causis ecclesiasticis, vel forensibus agendis, vel terminandis capituli sui utatur concilio. Servientes autem qui monachis ministrare tenentur, scilicet, de infirmaria, sartrina, lavandaria, refectorio, sacristaria, locutorio, de concilio capituli secundùm priorem formam constituantur & deponantur. Hæc omnia intelligantur salvis in omnibus regularibus institutis.

Celerarius

Hij sunt redditus officiis monachorum Eovesha-mensis *cœnobii assignati.*

AD Prioratum pertinent decimæ de Weningwrthe, tam majores quam minores, de terris monachorum, ad pergamenum & exhibitionem scriptorum pro libris scribendis.

Ad officium precentoris pertinet quædam terra de *Hamptona*, de qua percipit precentor annuatim quinque solidos: & decimæ de Stokes, & de quadam terra de Alnecestre decem & octo denarios. Ex his debet invenire præcentor incaustum omnibus scriptoribus monasterii, & pergamenum ad brevia, & colores ad illuminandum, & necessaria ad ligandum libros, & necessaria ad organa.

Precentor.

Ad ſacriſtariam autem pertinent ſex capellæ in valle, videlicet duæ in **Eveſham**, ex quibus percipit ſacriſta annuatim decem marcas & candelas quæ offeruntur in illis. Duæ etiam capellæ de **Lenchwic**, & de *Nortona*, de quibus percipit decem ſolidos annuatim, & una in *Mortona*, de qua percipit tres ſolidos annuatim, & una in **Uffeham**, de qua percipit decem & octo denarios. Item de eccleſia de **Baddebi** percipit duas marcas. De capella de **Wihtlakeſoꝛd** decem ſolidos. De eccleſia de *Weſtona* dimidiam marcam. De eccleſia de *Stowa* quinque ſolidos vel duas petras ceræ. De Eccleſia ſancti *Albani* in *Wigornia* quinque libras ceræ. De *burgagio* in villa **Eveſham** viginti ſolidos. De *burgagio* in *Wigornia* quinquaginta ſolidos. De terra in *Hamptona* quinque ſolidos. In **Lench** pertinent ad ſacriſtariam tres hidæ & dimidia. In *Bretfortona* in uno campo quinquaginta quinque acræ: in altero ſeptuaginta ſex in dominico; in villenagio quinque virgatæ terræ & dimidia, & decima de eadem terra, in garbis, linis, & agnis, & decimæ de quatuor hidis in eadem villa, duabus ſcilicet hidis *Hugonis*, & duabus *Willielmi* de *Cairdino*, & decimæ de novem virgatis terræ *Pagani* in **Litleton**. & decimæ de quinq; virgatis terræ ſeneſcalli in *Baddeſeia*, & decimæ de dominico de *Pikeſeia* in *Herefordiaſcire*. Omnes etiam oblationes & legata omnia altaris de **Eveſham**.

Camerarius. Ad cameram pertinent **Peilgaresbꝛai** & *Snella*, ſicut antiquitus, fuerit; & loco **Burhton** quæ fuit ad cameram, aſſignata eſt *Thecleſthropa*, ita videlicet quod abbas ex hac camera nec veſtimenta, nec aliud percipiet, ſicut conſuevit ex priori camera exigere. Hæc autem maneria imperpetuum cum omni integritate ſua ad veſtiendum fratres permanere debent.

Coquinarius. Ad coquinam verò pertinent de villa & foro de **Eveſham** qualibet die ſabbati quinque ſolidi et tres oboli. De molendinis ejuſdem villæ juxta vineam cum pertinentiis ſuis quinque marcæ annuatim terminis ſuis ſolvendæ. De molendinis juxta pontem, et de molendinis in *Hamptona* cum pertinentiis ſuis qualibet die ſabbati triginta denarii, et ſexaginta ſticæ anguillarum annuatim. De villa de *Stowa* et foro, qualibet die dominicâ quatuor ſolidi. De *Mortona* ſexaginta ſolidi. De **Saltfoꝛd** ſexaginta ſolidi. De **Wihtlakeſoꝛd** quatuor libræ. De molendino in eadem villa viginti ſolidi, & duodecim ſticæ anguillarum annuatim. De molendino ſeneſcalli in **Saltfoꝛd** viginti ſolidi. De molendino de *Chadelberia* cum ſuis pertinentiis, viginti quinque ſolidi & quadraginta ſticæ anguillarum. De molendino de **Twiſoꝛd**, & de **Aldington**, cum pertinentiis ſuis viginti octo ſolidi & quadraginta ſticæ anguillarum. De molendino de **Uffeham** decem ſolidi cum pertinentiis ſuis. De *Fokemulna* dimidia marca. De molendino in **Wikewon**. octo ſolidi. De **Wudefeo** pertinent ſexaginta ſolidi ad coquinam. De piſcatione in **Ambꝛeſl**. viginti tres ſolidi. In *Glouc*. de terra *Roberti Bould*, tres ſolidi & obolus. De terra quadam & quodam furno in **Wincelcumb**, duo ſolidi & una libra piperis. In **Eveſham** de terra uxoris *Johannis Grene* una libra piperis. De terra *Reginaldi* filii *Willielmi* in eadem villa dimidia marca annuatim. De **Pennerthan** una ſumma ſalmonis, De qualibet carucata terræ in valle **Eveſham** de dominico, excepto **Aldington**, trecenta ova annuatim, & de quolibet manerio tres denarii ad diſcos, & duodecim ollæ. De *Bradewella* viginta ova & tres denarii, & duodecim ollæ. Item ſingulis diebus habere debet coquinarius forragium ad unum equum & præbendam, vel duo præbendaria de furfure de granario, & duos porcos habere debet ad plancher. & quotieni emerit in villa de **Eveſham** piſcem ad totum conventum, debet habere de cellario panem & juſtam ad opus piſcatorum. Ad omnes etiam cibos qui condimento cerviſiæ indigent debet habere cerviſiam de cellario.

Pitanciarius. Ad pitanciariam etiam pertinent in **Eveſham** de nova terra decem marcæ. De *Wrokeſeia* duæ marcæ. De *Uleburga* viginti quinque ſolidi. De eccleſia de **Pildendon** una marca. De eccleſia de **Leilond** una marca. De molendino de **Wihtlakeſoꝛth** dimidia marca. De molendino ſeneſcalli in **Saltfoꝛth** dimidia marca. De **Ambꝛeſl**. duodecim ſextarii mellis.

Infirmarius. Ad infirmariam pertinent molendinum fullonum de *Burhtona* cum pertinentiis ſuis, de quo percipit infirmarius tres marcas: & duo molendina ſub *Stowa*, de quibus percipit quatuordecim ſolidos. In eadem villa de terra *Towa* duos ſolidos. De terra eidem vicina duos ſolidos. De terra *Sewi* in eadem villa duodecim denarios. In villa de **Eveſham**, de burgagio triginta duos denarios. De *Sulſtano* quatuor ſolidos & quatuor denarios, & candelas quæ offeruntur in capella ſancti *Johannis*.

Elemoſinarius. Ad elemoſinariam pertinent duo furni in **Eveſham** & redditus de **Pennerthan**, ſcilicet quatuor marcæ: In **Eveſham** de terra portarii duodecim denarii. De terra ei contigua ſex denarii. De terra **Cranſoꝛth** cum Soppa ferri duodecim denarii. In *Glouc*. de terra data cum *Rodberto* monacho quatuor ſolidi. In eadem villa de terra *Johannis Crumb* quatuor ſolidi. De *Aldintona* nonaginta ova. De toto etiam pane infra portam cocto vel empto, debet elemoſinarius habere decimam. Abbas etiam in cœna Domini debet invenire dimidiâ marcam ad mandatum, per manum elemoſinarii liberandam fratribus ut diſtribuant pauperibus, & de cellario cellarius debet dare ſingulis pauperibus ſingulos panes, & tria allecia, & de cerviſia quantum opus fuerit. Debet etiam elemoſinarius curam habere octi monachorum.

Magiſter fabricæ. Ad fabricam eccleſiæ & domorum clauſtro adjacentium pertinent decem libræ de eccleſia de **Ambreſl**. quæ ſi aliquo caſu ſolutæ non fuerint, abbas eccleſiam & domos cooperire debet: & decimæ de terræ *Willielmi Beorn* & fabri in **Uffeham** & legata, & ſi que ſunt alie gratuite obventiones.

Celerarius. Hæ ſunt conſuetudines *Eveſhamenſis* cœnobii,

bii, ab antiquis temporibus statute, & a celerario generali complende. Celerarius itaque qui totius abbatiæ curam geret, exceptis redditibus assignatis officiis monachorum, hospitibus juxta facultatem domus necessaria administrabit, omnibus videlicet, excepto eo quod coquinarius quæ de officio suo sunt viris religiosis invenire debet. Debet etiam idem celerarius ea que inferius annotata sunt de officio suo fratribus per manus subcelerarii administrare. A celario igitur singulis diebus debent venire in refectorium septuaginta & duo panes monachiles, quorum quilibet erit ponderis sexaginta quinque solidorum. Ex quibus singuli monachi singulos percipient. Prior & per duplum nisi cum abbate commederit. Nichilominus qui ad superiorem mensam ut custos ordinis sederit duplum : qui missam majorem celebraverit duos : lector verò & servitores unum ad mixtum : elemosinarius autem sex de decima, & tres ad mandatum & duos ad triennales currentes : percipiet etiam quilibet fratrum cotidie duas justas de cervisia, & certe mensure. Inveniet etiam celerarius salem & ligna ad ignem, & singulis diebus duo pulmenta : ad unum, de fabis siccis unum prebendarium rasum, vel de novis cumulatum de granario : ad aliud verò pulmentum decem panes monachiles de celerario singulis diebus, preterquam in Quadragesima in qua percipient duodecim summas fabar. de Hunibun, ad unum pulmentum inveniendum per totam Quadragesimam, & de avena duodecim summas de eadem villa ad gruellum faciendum, scilicet quarta & sexta feria per totam Quadragesimam, & farinam ad olera singulis diebus in Quadragesima. Insuper debent habere monachi ad octo festivitates principales octo summas frumenti, ad quamlibet scilicet festivitatem unam summam ad frixuras de granario, & in eisdem festivitatibus singulos fiffuls de frumento ad wastellos de granario, & in translatione sancti *Ecguini* duos, ad prandium scilicet & ad cenam. Preterea percipiet coquinarius ad Pasca tria prebendaria frumenti de granario ad flathones inveniendos. Similiter & in Rogationibus, ad festum sancti *Odulfi* unum prebendarium ad frixuras. Similiter in Septuagesima, & uno die parasceve ad pulmentum. Ad formictas verò in adventu Domini debent habere quatuordecim summas contra natale Domini, contra Quadragesimam tantundem, contra Pasca totidem, contra Pentecosten totidem, contra translationem sancti *Ecguini* totidem, omnes scilicet percipiendas de horreis. Debent etiam habere de celerario singulis diebus sabbati caritatem ad collationem pro mandato. Et ad omnes collationes festivitatum tam in capis quàm in albis, in vigilia, & in die, exceptis collationibus septem principalium festivitatum, tam in vigilia quam in die, tunc enim pitanciarius invenire debet. Debent etiam habere caritatem de cellario ad prandium singulis diebus octabarum principalium festivitatum quæ octabas habent, exceptis diebus quibus sunt in capis, tunc enim pitanciarius inveniet. Et ad collationem singulis earundem octabarum, & à natali Domini usque ad epiphaniam, simili modo habebunt de cellario, & quandocunque est potus post nonam, percipiet refectorarius duas justas de cellario, & ad mixtum unam. Item singulis diebus dominicis in Quadragesima dimidium prebendarium frumenti de granario ad oblatas ad cœnam, & dimidium similiter in cœna domini ad idem. In minutionibus verò & misericordiis regularibus duo & duo, unam justam de cellario tam ad prandium quàm ad cœnã: In .... verò unam. Serviens verò qui fratres sanguinaverit panem & justam recipiet de cellario, si plures fuerint sanguinati. Quotiens etiam mappe de refectorio, abluuntur, servientes de lavendaria panem monachilem de cellario habere debent, & tribus septimanis in adventu Domini, & tribus ante Paschã, singulis scilicet diebus quando fratres balneant. Balneatores percipere debent de cellario panem & justam. Item duo capellani, sancti videlicet *Laurentii* & *Omnium Sanctorum* debent habere quotidie de cellario panem & cervisiam sicut & monachi. Debet etiam camerarius habere cotidie de cellario ad unum servientem procurationem, & prebendam ad unum equum de granario, & forragium de grangia : similiter & sacrista. Item in anniversariis abbatum, *Reginaldi* scilicet, & *Ade*, habere debent monachi singulos fiffuls de granario ad wastellos, & viginti solidos de ecclesia de Bulvewellei ad pitanciam & caritatem. In die *Animarum* recipere debet elemosinarius unam summam frumenti de granario pauperibus erogandam. Similiter fiet in obitu cujuslibet monachi Evesham. Abbas & monachi ejusdem loci per totum annum post obitum suum totum conredium sicut in vita sua perceperint habere debent; quod alicui indigenti pro anima sua erogabitur. Servientes etiam qui vigilant circa fratrem proximum morti, panem & cervisiam habere debent de cellario. Si verò obitus abbatis vel monachi alterius domus, si fuerint de capirulo Evesham, evenerit ; ad annale pro abbate & tritennale pro monacho de cellario panis & cervisia, sicut & monacho alicui pauperi erogabuntur. Ut autem hæc in posterum observentur, præfatus legatus ea sub hac forma confirmavit.

JOhannes *Dei gratia sanctæ* Mariæ *in via lata diaconus cardinalis, apostolicæ sedis legatus, dilectis fratribus abbati & conventui de* Evesham *in vero salutari salutem. Ea quæ pro statu religiosorum locorum & observantia regulari providè statuuntur firmiter & inviolabiliter volumus observari. Eapropter vestris postulationibus annuentes, constitutiones quasdam pro statu monasterii & religionis observantia inter vos communi facti assensu, & redactas in scripto, prout rationabiliter & regulariter facta sunt, & ab utraque parte sponte recepte, legationis auctoritate quâ fungimur confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus. Hujus autem confirmationis authenticum sub communi custodia cum sigillo ecclesiæ nostræ servandum posuimus : et hæc omnia sigillorum nostrorum appositione roboravimus. Et ut hæc omnia imperpetuum immutilata firmiter observentur, magister* Rodbertus *de* Wivea, *& magister* Thomas *de* Wasewic, *&* Willielmus *seneschallus de* Evesham, *ad petitionem & instantiam domini* R. *abbatis, eo presente, in animam ipsius abbatis, ipsum abbatem premissa omnia pro posse suo observatu-*

rum, & nos paterna dilectione tractaturum, & concilio conventus sui se usurum, tactis sacrosanctis evangeliis juravit, & nos conventus singuli & universi hoc idem nos observaturos sub eadem cautela promisimus, & domino abbati, ut patri & domino reverendo, obedientiam & reverentiam exhibituros, quamdiu nos paterna tractaverit affectione. Et prædicti Rodbertus, Thomas *&* Willielmus *jurati in testimonium præmissorum simul nobiscum sigilla sua apposuerunt.*

Prioratus de Otheneſie *in* Dania, *cella de* Eveſham.

Ex regist. de *Evesham* in bibliotheca *Cottoniana* fol. 16. a. [*Vespas.* B. 24.]

" *Waldemarus* Dei gratia Rex *Danorum*, universis sanctæ matris ecclesiæ filiis salutem. Quod antiqua prædecessorum majestas firmavit, nullatenus volumus infirmare, verum prout debemus, & possumus, roborare, & ampliare. Notum satis est, & verum est, quod cum avus meus, piæ memoriæ *Ericus*, apud **Otheneſei** monachos habere desponeret, suggerente & constituente *Hubaldo* tunc ibidem episcopo, ædificatores primos de ecclesia *Evesshamensi*, & monasticæ religionis institutores accepit. Dignum itaque judicamus, ut confederationem ecclesiæ de *Otheneſia* quam habet ud matrem suam ecclesiam de **Eveſham**, & dignitatem quam habet ecclesia *Evesshamensis* in filiam ecclesiam de **Otheneſei**, à præfato avo meo *Erico* confirmatam, autoritate nostra firmemus : Ut scilicet ecclesia de **Otheneſei** matrem suam de **Eveſham** veneretur, concilium, & auxilium in desolatione ab ea quærat. Ecclesia de **Eveſham** filiam suam, ecclesiam de **Otheneſei**, & filios inibi habitantes, diligat, & foveat. Prior loci de **Otheneſei**, apud **Eveſham**, vel *Otheneſeiam*, electus, auctoritate matricis ecclesiæ de **Eveſham** firmetur. Si quis frater cum licentia ad utroslibet venerit, sicut monachus ecclesiæ suscipiatur, nec in aliquo, quod ad fratres ecclesiæ pertineat, fiat alienus. Sic usque ad tempora nostra fuisse, & sic esse debere, & hæc *Otheneensis*, & illa *Evesshamensis* testatur ecclesia, quod & nos in omnibus imperpetuum observari volumus, & auctoritate nostra præcipimus, & ne ducatur id in irritum, at inconcussum & ratum maneat, sigilli nostri testimonio confirmamus. Hæc conservantes conservet dominus, renitentes & obloquentes impugnet altissimus. Amen. Data est carta anno Dominicæ incarnationis MCLxxiij. per manum fratris *Willielmi* à corpore ecclesiæ de **Eveſham** tunc in Priorem electi, & ad regimen prioratus, *Otheneſeiam* transmissi, & per propriam manum nostram ibidem introducti, præsidente tunc eidem loco venerabili episcopo *S.* & presente *Fretherico Hethebiensi* episcopo.

1174.

Ibid. fol. 1. a.

R. *Dei gratia episcopus* Othenienſis, *&* B. *Prior. totusq; conventus, karissimis dominis & amicis, Domino* R. *abbati* Eveſhamenſi, *totique conventui, cunctis quoque fidelibus salutem, & debitam dilectionem. Notum sit omnibus Dei cultoribus, tam presentibus quam futuris, sanctam* Otheniensem *ecclesiam, ab* Eveſhamensi *ecclesia, à Dei genitrice electa, monachica institutione regulariter insignitam, temporibus* Willielmi *junioris regis* Anglorum, *&* Erici *sapientissimi regis* Danorum. *Quamobrem inter matrem & filiam hujusmodi statutum est privilegium, ut quamvis eas corporaliter dividat terrarum spatium, sint tamen omnimodis spiritualiter idem & unum. Si quis fratrum* Eveſhamii, *cum licentia abbatis sui, & sine litteris commendatitiis ad* Otheneſeiam *venerit, sit ibi quanto tempore cupit, & permiserit licentia, omnino subditus, & obediens Priori ejusdem loci, in capitulo & omnibus aliis locis habens necessaria de illo loco, quamdiu ibi fuerit, sicut unus ex fratribus loci. Si quis verò aliter venerit, propter vitandam securitatem exeundi de claustro, atque occasionem peccandi, omnino a tali consortio repudiabitur : similiter apud* Eveſham *fiat. Pro fratribus verò defunctis hoc utrinque servabitur : Anniversarium in martirilogio scribetur, cibus triginta diebus pro fratribus dabitur. Pro pastoribus autem locorum integro anno triginta officia plenaria in conventu cantabuntur, singuli fratrum triginta missas, vel decem psalteria persolvent. Mox ut breve defuncti venerit tabula pulsabitur, vigilia cantabitur, sonabunt classicum. Defuncto Priore* Otheneſie, *& alio in ejus loco, astipulantibus rege, & episcopo, electione totius capituli constituto, sive de* Otheniſia, *sive de* **Eveſham**, *si opus & voluntas congregationis* Otheniſiæ *fuerit, res ad conventum* **Eveſham**, *& patrem loci deferretur, vel ab ipso Priore electo, vel ab ejus nuntio, illorumque concilio, prece, & adjutorio, pro posse roborabitur. Hæc servans servetur ; destruens à Deo destruatur. Fiat, Fiat, Fiat, Amen. Ego* Riculfus *episcopus subscribo. Ego* Riqui *episcopus subscribo. Ego* Illuels *episcopus subscribo.*

De abbatibus Eveſhammiæ, *&c.*

Ex antiquo codice MS. in bibl. *Dene-veſiana.*

ANno gratiæ DCxcij. tempore regis *Æthelredi*, filii *Pendæ* regis *Merciorum*, & *Brithwaldi* archiepiscopi, sanctus *Egwinus* Deo dilectus, *Wigornensis* ecclesiæ præsulatum suscepit, cui gloriosissima virgo *Maria* decimo anno sui episcopatus, in loco qui dicitur **Pethome**, nunc verò **Eveſham** nominatur, manifestâ visione apparuit. Quem quidem locum, consentiente rege *Æthelredo* atque donante, statim ædificare inchoavit in honore ejusdem gloriosæ virginis *Mariæ*. Sexto siquidem anno post hæc episcopatum prædictum ex toto reliquit, & apud **Eveſham** primus abbas pastor & patronus effectus est, ubi sanctissimè ac religiosissimè novem annis vivens cum fratribus, devotissimè perrexit ad Dominum, videlicet iij. kal. Januarii anno gratiæ DCCxvij. Post cujus mortem, decem & octo abbates huic loco successivè præfuerunt, quorum hæc sunt nomina : *Athelwoldus*, *Aldbert*, *Aldbath*, *Aldfert*, *Tyldbrith*, *Cutulf*, *Almund*, *Credanus*, *Tinthferth*, *Aldbald*, *Ethrith*, *Elferd*, *Wlfard*, *Kynelm*, *Kinach*, *Ebba*, *Kynath*, *Edwinus*. Qui omnes possessiones à beato *Egwino* adquisitas integerrimè sine diminutione, veluti ipse dereliquit, annis quamplurimis tenuerunt : sed defuncto *Edwino* præfato abbate, facta est dispersio monachorum *Evesshamensis* cœnobii per *Athelmum* & *Wlricum* laicos & *Esulfum* episcopum, &

& substituti sunt Canonici seculares, anno videlicet Domini DCCCCxlj. usque ad tempus regis *Edgari* & beati *Dunstani*, anno gratiæ DCCCClx. Item post mortem pii regis *Edgari*, expulsi sunt monachi *Evesshamenses*, & instituti sunt Canonici per *Alferum* principem *Mercionum*, anno gratiæ DCCCClxxvij. Deinde rex *Ethelredus*, frater beati *Edwardi* martyris, dedit hunc locum cuidam potenti, *Godwino* nomine, deinde episcopo *Agelsio*, & post episcopo *Athelstano*. Quo defuncto, *Aldulfus* episcopus *Wygornie* à rege hanc abbathiam obtinuit, & primus libertate sua fraudavit, & suæ jurisdictioni subjecit, & ita de una potestate in aliam potestatem contrariam res hujus monasterii miserrimè distrahebantur. A tempore tamen secundæ dispersionis monachorum, quidam abbates huic loco per vices præfuerunt, non continuè, sed interpolatim, videlicet *Oswardus*, *Freodegarus*, *Alfricus*, *Alfgarus*, *Brithmarus*, *Agelwinus*. Qui quidem abbates antiquas possessiones integrè minimè potuerunt habere: sed tandem, videlicet anno gratiæ Mxiiij. rex *Ethelredus* quendam monachum *Rameseiensem*, *Ailfwardum* nomine, inibi abbatem constituit, & post, episcopum *Londoniensem*, non tamen hujus loci gubernationem deseruit. Qui vir venerabilis illuc adveniens, pervasorem *Godewinum*, qui semper quadraginta habuit hidas, illinc expulsit, terras & possessiones omnes viriliter adquisivit. Transiit autem iste gloriosus *Ailfwardus*, *Londoniensis* ecclesiæ, ut prædiximus, antistes, & hujus ecclesiæ pastor piissimus, xxx. anno sui adventus, videlicet anno ab incarnatione domini Mxliij. & apud *Rameseiensem* ecclesiã, ubi prius fuerat monachus, sepultus requiescit.

Huic successit *Mannius*, hujus ecclesiæ monachus, à rege *Edwardo* electus, qui vir venerabilis & sacris liberisque plurimis artibus fuerat imbutus; videlicet, cantoris, scriptoris, pictoris aurique frabrilis operis scientia pollens, super omnes alios ferè hujus patriæ magister optimus habebatur. Hic post aliquantum tempus gravi infirmitate detentus, quendam monachum de suis, consentiente rege *Edwardo*, ad officium pastorale elegit, *Egelwinum* nomine, cui rex abbathiam istam ex toto tradidit & abbatem pro eo fecit. Vixit autem *Mannius* postmodum vij. annis; & eadem nocte & hora, ut fertur, qua rex gloriosus *Edwardus*, ex hoc seculo transiit, videlicet viij. idus Januarii, in festo epiphaniæ anno Domini Mlxv.

De abbatibus Evesshamiæ *post conquestum.*

EGelwinus, ut dictum est, successit *Mannio*. Hic vir venerabilis moribus erat valde probatus, & tam generis nobilitate quàm divina lege ac seculari prudentia plurimùm insignitus, quem rex *Edwardus* ab *Aldredo* archiepiscopo fecit honorabiliter consecrari. Defuncto rege *Edwardo*, & *Haraldo* rege à *Willielmo* conquestore devicto, iste abbas *Egelwinus* ad eum accessit, Deoque gratiam donante, inter omnes Barones hujus *Anglicæ* gentis maximam amicitiam apud eum optinuit. Tandem, multis laboribus & ægritudine fatigatus, plenus dierum laudabilem vitam finivit xiiij. kal. Martii anno Domini Mlxxvij. Post quem, misit rex huc quendam monachum de monasterio quod vocatur *Cerasia*. *Walterum* nomine, literis tam liberalibus quam gramaticis undecumque eruditissimum. Ille abbas per iniquam potentiam *Odonis*, fratris regis, *Baiocensis* episcopi, viginti octó villas amisit. Et cum ferè octo annis isti ecclesiæ præfuisset, diem suum clausit extremum xiij. kal. Februarii anno gratiæ Mlxxxvj.

Huic substitutus est *Robertus*, monachus de **Gimeges**, cujus tempore forum de **Stowe** fuit adquisitum. Et cum decem annis ecclesiam rexisset, migravit ad dominum anno Domini Mxcvj.

Cui successit *Mauricius*, huius ecclesiæ monachus: vixit autem xxxij. annis & obiit anno Domini MCxxij.

Isti substitutus est *Reginaldus*, monachus *Gloucestriæ*, nepos comitis *Milonis Herefordiæ*, cujus adjutorio & aliorum consanguinerum amovit domos militum de **Wynewarton** & de **Cotton** & aliorum a loco ubi modo est ortus monachorum & crufta sancti *Kenelmi*, quibus quasi obsessa fuit abbathia. Obiit autem viij. kal. Septembris anno gratiæ MCxlix.

Post quem successit *Willielmus* de *Andevilla*, monachus ecclesiæ Christi *Cantuariæ*. Iste audacter *Willielmum* de *Bello Campo*, & complices suos, qui muros cimiterii destruxerant, & bona ecclesiæ tempore guerræ rapiebant, extricavit. Transiit autem ii. nonas Januarii anno Domini MClx.

Huic substitutus est *Rogerus*, monachus sancti *Augustini Cantuariæ*, qui pro tempore viriliter tamen sicut abbas prior vixit, & obiit ij. nonas Januarii anno Domini MClx.

Isti successit *Adam*, monachus *Cluniacensis* de *Caritate*. Iste felicia habuit tempora, & multa bona hîc ejus tempore facta sunt. Et quamvis prædecessores ejus fuerint viri religiosi & valde ordinati, iste dicitur præ cæteris ordinem reformasse. Et cum fermè xxx. annis ecclesiam suam rexisset in pace, vitam finivit pridie idus Novembris anno Domini MCxcj.

Cui successit *Rogerus Norreys*, quondam ecclesiæ Christi *Cantuariæ* monachus, qui à nullo collegio requisitus vel assumptus, per regiam potestatem, ut intrusor, in *Evesshamensem* promovetur abbatem. Iste abbas monachos crudeliter oppressit, victum & vestitum ab eis pro magna parte subtraxit, redditus eorum & omnes obedientias ferè sibi appropriavit. Unde propter suam tyrannidem & exordinationes, à domino *Nicolao*, *Tusculanensi* episcopo, tunc domini papæ in *Anglia* legato, depositus est, & exabbas factus anno Domini MCCxiij.

Deposito *Rogero*, substitutus est vir venerabilis vitæ dominus *Rondulphus* prior *Wygorniæ*, natione *Evesshamensis*, qui secundo anno suæ installationis ivit *Romam* ad concilium generale, ubi confirmationem dispositionis reddituum & consuetudinum domus, & alia multa necessaria impetravit. Et cum xv. annis suam ecclesiam gubernasset, in domino feliciter obdormivit xvj. kal. Januarii anno Domini MCCxxix.

Post quem *Thomas* de **Marleberg**, prior ejusdem loci eligitur, sed minimè potuit admitti nisi per-

Digitized by Google

per curiam *Romanam*, unde derogatur jurisdictioni *Cantuariensis* archiepiscopi; & anno sequenti benedicitur in abbatem ab episcopo *Coventrensi*. Iste abbas primò sculpsit super duas tumbas prædecessorum suorum ad honorem & ostensionem dignitatis ecclesiæ ymagines episcopales, & sibipsi cum eisdem fecit mausoleum, & incidit in lapide marmoreo superpositò ymaginem episcopalem ad honorem ecclesiæ. Obiit autem idus Septembris anno Domini MCCxxxvj.

Isti successit *Ricardus le Gras*, Prior de **Hurley**, cujus tempore venerabilis pater *Johannes* episcopus dedicavit ecclesiam de **Evesham**, videlicet anno Domini MCCXXXIX. Hic autem abbas multùm fuerat occupatus in servicio domini *Henrici* regis *Angliæ* citra mare & ultra, ac tandem in partibus *Gnasconiæ* viam universæ carnis ingressus est quinto idus Decembris anno gratiæ MCCXLII.

Post quem *Thomas* de *Glovernia*, monachus ejusdem domus, in abbatem eligitur, qui anno sequenti à domino *Innocencio* iiij. confirmatur, & ab episcopo *Eliensi* de mandato ejusdem papæ, recepto prius juramento, benedicitur. Transactis utique ferè quatuordecim annis ex hoc seculo migravit ad Dominum xviij. kal. Januarii, anno videlicet Domini MCCLV.

Cui successit *Henricus*, ejusdem ecclesiæ Prior, qui à papa *Alexandro* iiij. postmodum confirmatur. Iste abbas peroptimus multa beneficia conventui contulit, ac obedientias tenues benignissimè ampliavit, & cum vij. annis hanc ecclesiam prudenter ac strenuè gubernasset, feliciter in Christo quievit idus Novembris, anno videlicet gratiæ MCClxiij.

Defuncto abbate *Henrico*, vacavit ecclesia per multum tempus; tandem circa festum sanctæ crucis in autumpno, anno videlicet Domini MCClxvj. venit legatus *Ottobonus* apud **Evesham**, & constituit monachis ibidem in abbatem dominum *Willielmum* de **Wytechurche**, quondam monachum de **Persore**, postea abbatem de **Alnecestre**. Iste abbas comparavit de domino *Willielmo* de *Bello Campo*, comite *Warewyci*, manerium de **Bengewoxth**, cum terris & tenementis & omnibus ad idem manerium pertinentibus. Obiit autem iij. nonas Augusti, anno videlicet gratiæ MCClxxxij.

Huic successit *Johannes* de **Brokehampton**, monachus ejusdem domus, qui à papa *Martino* iiij. *Romæ* confirmatur. Iste abbas multis possessionibus monasterium tempore suo ditavit, nobilia ædificia sumptibus magnis erexit, portionem conventus benignè adauxit, vacationem abbathiæ à domino rege, ut Prior & conventus habeat custodiam, pro certa summa pecuniæ adquisivit. Tandem senectute bona feliciter in Christo dormivit xv. kal. Septembris, anno videlicet Domini MCCCxvj.

Post quem electus est in abbatem iij. kal. Septembris, *Willielmus* de **Chyrpton**, monachus ejusdem domus, qui à domino papa *Johanne* xxij. Dominica sexagesima confirmatur. Ipse etiam abbas, sicut prædecessor suus, multas terras & tenementa cum aliis bonis suo tempore adquisivit, tres ecclesias appropriavit, plura ædificia de novo ædificavit, portionem conventus de suis perquisitis diversimodè remuneravit, multaque alia bona fecit. Et cum xxviij. annis suam gubernasset ecclesiam, idus Decembris in pace vitam finivit, anno Domini MCCCxliiij.

Post ejus decessum electus est concorditer in abbatem *Willielmus* de *Boys*, monachus ejusdem domus, kal. Januarii, & à papa *Clemente* vj. dominica in Ramis palmarum proximò sequente *Avinioni* confirmatur. Iste vir honorabilis erat atque affabilis, jocundus, dapsilis atque facetus: ditavit ecclesiam pontificalibus ornamentis, campanis, vestimentis, & aliis necessariis, terris & redditibus monasterium augmentavit, nobile privilegium papale pro benedictione novi abbatis adquisivit, conventum in multis gratiosè respexit. Tandem ægritudine fatigatus, diem suum clausit extremum, videlicet viij. idus Junii anno Domini MCCClxvij.

Successit frater *Johannes* de **Dunstaple**, monachus domus ejusdem iiij. nonas Julii, à conventu electus. Qui statim à venerabili patre *Lincolniensi* episcopo xv. kal. Augusti, virtute cujusdam privilegii à papa *Urbano* v. indulti, munus benedictionis apud **Banneburg** suscepit. Deinde kal. Augusti proximè tunc sequentis apud **Evesham** est honorificè installatus, rexit autem suam ecclesiam xij. annis, & obiit tercio kal. Novembris anno Domini MCCClxxix.

Post cujus exequias vir venerabilis, religiosus frater *Rogerus Zatton*, monachus & sacrista domus ejusdem, in festo sancti *Edmundi* regis & martyris, videlicet xij. kal. Decembris unanimiter ibidem in abbatem eligitur. Deinde acceptus & receptus à rege, secundùm quod eorum volunt privilegia, à Domino *Lincolniensi* episcopo apud *Londonias* in hospicio dicti episcopi solempniter benedicitur. Ac tunc consequenter in vigilia natalis Domini in suo monasterio *Evesshamia* intronizatur.

SCAPEIENSE

Cœnobium in agro Cantiano.

[De hujus cœnobii fundatione, & fundationis tempore, vide Lambardi *Itinerar. Cantii*, & Cambdeni *Britanniam*, qui fundatum asserunt per reginam quandam, *Sexburgam* nomine, circa annum Domini 710. Vide etiam supra. pag. 88. col. 1. & 2.]

Charta Henrici *regis iiij. chartas & donationes monialibus olim concessas, vel inposterùm concedendas, confirmans.*

REX *omnibus ad quos &c. Salutem (&c.) Inspeximus cartam quam celebris memoriæ dominus* H. *quondam rex* Angliæ, *proavus noster fecit in hac verba. Henricus* Dei gratia Rex *Anglie* dominus *Hibernie*, dux *Normannie & Aquitanie*, & comes *Andegavie*, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciar. vicecomit. prepo- Pat. 1. H. 4. Parte 8. M. 8.

positis ministris, & omnibus ballivis & fidelibus suis salutem. Sciatis nos concessisse, & hac carta nostra confirmasse, intuitu Dei, & pro salute anime nostre & animarum antecessorum & heredum nostrorum, ecclesiæ sanctæ *Mariæ*, & sanctæ *Sexburgæ* de *Scapeya*, & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, locum suum in *Scapeya* & ecclesiam sanctæ *Mariæ* & sanctæ *Sexburgæ*, cum omnibus pertinentiis, & ecclesiam de **Gillingeham** cum capellis & decimis & omnibus pertinentiis, & terras in insula de **Gyen** quas *Willielmus Cantuar.* archiepiscopus eis dedit de emptione sua, cum mariscis & omnibus pertinentiis, & dimidium sulingum terre de feodo *Ricardi* de *Lucy* ex adquisitione ejusdē *Willielmi* archiepiscopi per * *Avelinam* matrem prefati *Ricardi* de *Lucy*, de **Newenthon**, & terram de **Uppen**, in insula de *Scapeya*, & in insula de **Gyen** redditus sex librarum quas prædictus archiepiscopus mercatus est de ipsis heredibus; salvis consuetudinibus curiæ de **Gillingeham**: & terram de **Bradefeld**, quam idem archiepiscopus mercatus est ab *Alaina* & *Ordina* & heredibus suis. Concedimus etiam eis ecclesiam de **Bobbing** cum pertinenciis, & terram de **Wode**, scilicet quadraginta septem acras & tres acras & dimidiam de **Grave** in **Pinnegrave**, ex dono *Willielmi* de **Ros**, & terram de **Holte** quam *Gober* tenuit, scilicet triginta & unam acram, & in **Godmefeld** septem acras, & triginta & duas acras nemoris in **Lyngefonn**, quas habent ex dono *H.* regis avi nostri: & terrā quam receperunt cum filiabus *Goscel* in mariscо de **Lefflesthop**, pasturā etiam sexaginta ovium quam *Osbertus* de **Bozden** dedit eis cum uxore sua & filia; & terram de *Estlanda* quam *Avelina* femina *Hardingi* dedit quando sanctimonialis facta est, & in insula de **Gyen** redditus quindecim solidorum & quatuor denariorum, quos *Galfridus* de *Ros* dedit cum filia sua: mariscum qui adjacet novo portui quem *Radulfus* de **Wlwnesheth** dedit cum aliis terris quas parochiani in dotē dederunt quando ecclesia dedicata fuit; dimidiam terram & dimidium mariscum de **Wedun**. cum sorore *Henrici* de **Bozes**, terram quam ipse sanctimoniales emerunt de *Osberto Rasfunn* & *Alditha* amita ejus, terram etiam de **Wilcote** quam emerunt de *Elrico Gosefunn* et *Edwardo Maynard* et aliis heredibus; terram de **Bozdefeld** quam *Osbertus* de **Wardun** dedit cum filia sua: terram *Wynæ*, terram *Godardi* de **Cumbes**, & septem solidos de **Dunton**, quos *Hugo* de **Ginges** dedit cum *Agnete* filia sua, et totum essartum quod habuit in **Northwod** cum pertinentiis, et omnes alias terras & tenementa et homines et possessiones suas, secundùm cartas rationabiles vel cirographa donatorum vel venditorum vel excambitorum suorum. Quare volumus et firmiter precipimus, quod prenominate sanctimoniales prefatas ecclesias cum capellis et ceteris pertinentiis et omnes terras et homines et possessiones suas habeant et teneant liberè et quietè integrè et plenariè in liberam elemosinam, et quecunque alia in futuro pia devotione fidelium vel conventione venditorum illis de cujuscumque feodo fuerint rationabiliter collata, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus, in terris, et in escambiis, et emptionibus terrarum, in mariscis, in grangiis, et virgultis, in civitatibus, et villis, stagnis, piscariis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et rebus cum *soca & saca* et **thol** et **theam** et **infangenethef**, soluta et libera ab omni seculari servicio, salvis conventionibus erga universos secundùm rationabiles cartas vel cirographa sua. Et quieti sint de sectis comitatuum, *Leth. Hundred.* et auxiliis vicecomitum et omnium ministrorum eorum, et de omnibus ad eos pertinentibus. Prohibemus etiam, quod nullus eas aut possessiones aut homines aut res suas vexet vel disturbet contra libertates cartarum suarum super decem librarum forisfactura, sicut carta *Ricardi* regis avunculi nostri, quam inde habent, rationabiliter testatur. His testibus *L.* de *Segrave* justic. *Angl.* & comite *Linc.* et constab. *Cestriæ W.* comite *Albemarl.* *Phillippo* de *Albiniaco.* *Briano* de *Insula.* *Petro* de *Maleluco.* *Radulfo* fil. *Nichol. Godefr.* de **Crancumb.** *Galfr. Despenser,* et aliis. Dat. per manum venerab. patris *R. Ciceſtr.* episcopi Canc. nostri apud *Roffam*, 7. die Aprilis anno regni nostri 18. *Nos autem, &c.*

* In MS.

Shepey-moyncstre, *monialium Abbatia.*

Lelandi collectan. vol. 1. p. 84.

Willielmus archiepiscopus *Cantuar.* restituit, post conquestum, monasterium longo ante tempore à *Danis* combustum.

SELESIENSE
Cœnobium in comitatu Sussexiæ.

Lelandi collectan. vol. 3. p. 72.

ANNO Domini DCCXI. *Wilfridus Hagustaldensis* episcopus persecutionem declinans, in insula de **Selesey** per quinquennium latuit, et ibi monasterium fundavit in honorem beatæ *Mariæ*, donante ei terram rege *Australium Saxonum Ethelwoldo*, quod, multo post tempore successores ejus tenuerunt.

THEOKESBURIENSE
Cœnobium in agro Glocestrensi.

Incipiunt Chronica de fundatoribus & de fundatione ecclesiæ Theokusburiæ, *quæ fundata fuit primo, anno gratiæ Domini DCCXV. per duces* Merciorum.

Chronica de *Tewkesburye* in bibliotheca *Cottonianâ* [illegible] C. 3. fol. 120. a.

TEMPORIBUS illustrissimorum principum ac regū *Merciorum Ethelredi, Kenredi* & *Ethelbaldi*, floruerunt duo duces in *Mercia* sub prædictis regibus valdè nobiles, scilicet *Oddo*, & *Doddo*, viri quoque preclari genere, morum probitate insignes; sed (quod magis ad divinæ laudis augmentum) devoti, & divino honori dediti, Deum præ omnibus, & super omnia diligentes, syncera devo-

tione coluerunt. Quorum profectò virtus ad Dei cultum, & probata dilectio ex eorum factis efficaciter claruit, dum (sacro spiritu inspirante) monasteriis pluribus, ad divinæ laudis augmentum, & religionis favorem, per se & suos progenitores magnificè constructis terras plurimas contulerunt. Hii præfati duces, inter cætera suæ charitatis opera ac beneficia pietatis, in eorum dominio, propè *Sabrinam*, septem milliaria verò distans à *Claudiacestria*, (modò verò *Gloweestria*) ubi quidam heremita manebat nomine *Theokus*, unde *Theokusburia* dicitur, sub anno gratiæ DCCxv. quoddam monasterium, ad Dei honorem ac gloriosæ virginis *Mariæ* ædificari jusserunt, & contulerunt ad illud Stanwey cum suis membris sic dicta, & alias paucas possessiones ad sustentationem monachorum, quorum erat numerus modicus, scilicet quatuor vel quinq, sub Prioris obedientia secundùm sancti patris nostri *Benedicti* regulam militantibus.

Istis verò ob eorum merita (ut firmiter credimus) ad cœlestia translatis, eorum corpora in ecclesia de *Persora* (quam plurimis possessionibus ampliaverunt) sunt sepulta, quia *Dodo* dux ibidem monachi habitum induit. Isti præfati duces habuerunt quendam fratrem nomine *Almaricum*, cujus corpus fuit sepultum apud Derhurst in parva capella contra portam prioratus ibidem, quia capella illa aliquando fuit aula regia; ibi monstratur sepulchrum ejus usque in hodiernum diem, ubi scribitur in pariete supra hostium: *Hanc regiam aulam* Doddo *dux consecrari fecit in ecclesiam ad honorem sanctæ* Mariæ *virginis ob amorem fratris sui* Almarici. Post mortem istorum, varia bellorum strage, *Merciorum* principes ac totius regni nobiliores per plurimos annos sunt attriti, ut in cæteris insulæ regionibus, quæ tunc temporis septem regibus subjacebat, quia nullus eorum solus monarcha in tota *Brytannia* extitit usque ad tempora *Adelstani* regis, qui primus monarcha fuit, manifestè claret contigisse. Unde fortuna variante, & regnorum fastigia sub rota volubili lamentabiliter subvertente, quis, qui per illa tempora periculosa in hujus ecclesiæ patronatu jure hæreditario succedere debuerat penè nostris majoribus reddebatur incertum; dum occisis pluribus, subactis aliis, nonnullis proscriptis, potentum potentior semper expelleret ipsum, sed & ipsum monasterium, expulsis fratribus, sæpe depredatum est, & bis combustum ignibus hostium regni. Transactis igitur in tam gravi depopulatione hominum ac mutua cæde nobilium ducentis annis, postquam regnorum insulæ hujus divisio multifaria cessit monarchæ, sevitia bellorum sedari cepit, & in pacis concordia armorum tempestas paulatim serenari & pacari cepit.

Anno Domini DCCC. floruit in *Mercia* A. D. 800. *Hugo* magnus dux, patronus prioratus *Thewkesburiæ* qui anno prædicto sepelivit regem *Brictricum West-Saxonum* in prioratu suo Thewkesbury in capella sanctæ *Fidæ* virginis, qui postea obiit & ipse anno Domini DCCCxij, & sepultus in eodem prioratu suo fuit.

Circa annum gratiæ DCCCCxxx, sub inclyto & primo monarcha *Adelstano*, miles quidam 930. nobilis *Haylwardus Snew* dictus, propter albedinem, ex illustri prosapia regis *Edwardi* senioris ortus, claruit; vir quidem armis strenuus, honoribus pollens, animique præstans fide stabili: qui sui finis non immemor, pro se ac sua conjuge (nomine *Algiva*) temporibus regis *Ethelredi* & sancti *Dunstani* archiepiscopi, parvum monasterium in honorem Dei & domini nostri Jesu Christi, matrisque ejus, ac sancti apostoli *Bartholomei* in suo dominio apud Cranburne fundari fecit, terrisque & possessionibus ditari. Congregatis fratribus ibidem sub abbatis obedientia secundùm regulam sancti patris nostri *Benedicti* regulariter servituris, prioratum *Thewkesburia* cujus patronus erat, eidem ecclesiæ de Cranburne in omnibus subjecit. Hæc acta sunt prope annum Domini DCCCCLxxx. Primo domino *Haylwardo* migrante ad cœlestia, & in ecclesia quam ipse fundaverat, honorificè sepulto, ejus filius cum sua uxore *Algiva* jure hæreditario succedit, dominus *Algarus*, *Algaro Brictricus*, fidei & nobilitatis suorum progenitorum testes ydonei, similique spiritu ducti & animo, juxta parentum vota, ecclesiam ab illis inceptam satis magnificè ampliaverunt. Postea, versa vice, scilicet anno Domini Mlxvj. *Willielmus* dux *Normannia Angliam* adquisivit, qui duxit secum nobilem virum atque juvenem *Robertum* filium *Haymonis*, dominum de *Astremervilla* in *Normannia*. Et cum *Matildis* regina (uxor conquestoris) haberet nobilem virum, scilicet dictum dominum *Brictricum Meaw*, & dominum honoris *Gloucestriæ*, exosum, eo quod nollet ei in matrimonium copulari, cum ipse esset in transmarinis partibus circa negocia regia imbassatoria, & illa erat sola, sed postea maritata Domino *Willielmo* conquestori, quæ tempore opportuno reperto, licentiata à rege, regeq; jubente, ipsum in manerio suo de *Hauleya* capi fecit & *Wyntoniam* adduci; qui ibidem mortuus & sepultus sinè liberis discessit. 980.

Rex verò *Willielmus* dedit honorem *Brictrici* *Matildi* reginæ, quæ totum honorem *Brictrici* scilicet *Gloweestriæ*, quoad vixit, occupavit; mortua verò ipsa regina anno Domini Mlxxxiij. mense Aprili, rex *Willielmus* ipsum honorem in manu sua cepit. Defuncto igitur *Willielmo* conquestore anno Domini Mlxxxvij. successit sibi *Willielmus Rufus* filius ejus. Iste *Willielmus* processu temporis dedit honorem *Brictrici Roberto* filio *Haymonis*, cum omni libertate & integritate quibus pater suus vel etiam ipse *Brictricus* unquam tenuerunt, & hoc egit propter magnos labores quos prædictus *Robertus* sustinuit cum patre suo.

Iste dominus *Robertus* copulavit sibi in uxorem *Sibillam* sororem *Roberti* de *Belismo*, comitis *Salopiæ*, & genuit ex ea quatuor filias *Mabiliam*, *Hawysiam*, *Ceciliam*, *Amisiam*. Anno Domini MC. mense Augusti obiit *Willielmus* rex junior, & successit sibi *Henricus* frater ejusdem. Anno Domini MCij. *Robertus* filius *Haymonis* ad exhortationem bonæ uxoris suæ *Sibillæ* & abbatis de Cranburne *Giraldi*, divino spiritu tactus, ecclesiam Theokesb. ad Dei honorem & gloriosæ virginis *Mariæ*, cum cæteris sibi officinis de novo fieri statuit, terris, redditibus, & amplis possessionibus ditavit. Et quia locus iste fœcunditate soli, amœno situ, terræque fertilitate, quam monasterium de Cranburne pro tunc videbatur

pra-

præstantior esse, Priore cum duobus fratribus ibi relictis ob fundatorum illius loci memoriam pera-

stria inter sorores dividi, *Ceciliam* & *Hawisiam* in abbatissas, *Ceciliam* Shaftsbury, *Hawysiam*

tronatum hujus ecclesiæ, vel

Henrico duci de Warwick & prioratum ejusdem ad abbates & monachos Thokesbuyye.

Quomodo & quo ordine actum sit in sequentibus declarabimus. Rex autem *Henricus* primus, post discessum *Roberti* filii *Haymonis*, nolens tantum ac tale dominium, scilicet honorem *Glowce-*

ad hæredes usque ad præsentem diem. Et maritavit *Isabellam Galfrido* de Vandevile comiti *Essexiæ* cum comitatu *Glowcestriæ*. Quo *Galfrido* de medio sublato, *Isabella* prænominata, tempore ejusdem regis (cum *Ludovicus* rex *Franciæ Angliam* occupasset) regis assensu, *Huberto* de *Burgo*

tione coluerunt. Quorum profectò virtus ad Dei cultum, & probata dilectio ex eorum factis efficaciter claruit, dum (sacro spiritu inspirante) dinem, ex illustri prosapia regis *Edwardi* senioris ortus, claruit; vir quidem armis strenuus, honoribus pollens, animique præstans fide stabili: qui

[illegible]

kesbury in capella sanctæ *Fidæ* virginis, qui postea obiit & ipse anno Domini DCCCxij, & sepultus in eodem prioratu suo fuit.

Circa annum gratiæ DCCCCxxx, sub inelyto & primo monarcha *Adelstano*, miles quidam 930. nobilis *Haylwardus Snew* dictus, propter albe-

[illegible]

cientiam **Wynnesb.** ad Dei honorem & gloriosæ virginis *Mariæ*, cum cæteris sibi officinis de novo fieri statuit, terris, redditibus, & amplis possessionibus ditavit. Et quia locus iste fœcunditate soli, amœno situ, terræque fertilitate, quam monasterium de **Cranesburne** pro tunc videbatur

præ-

præstantior esse, Priore cum duobus fratribus ibi relictis ob fundatorum illius loci memoriam peragendam imposterùm semper assignandis, cæteros omnes cum eorum abbate *Giraldo* supradicto, & quibusdam possessionibus sub anno gratiæ supradicto *Theokesburiæ* transtulit: ipsamque abbathiam de **Craneburne** mutans in prioratum, & in perpetuum abbathiæ *Theokesburiæ* in omnibus subjecit: sicque ipsum prioratum de **Theokes.** in abbathiæ honorem magnificè sublimavit.

Iste venerabilis *Robertus* filius *Haymonis*, post fundationem hujus famosi monasterii, & alia strenuè gesta, diebus Marcii anno gratiæ MCvij. regis *Henrici* primi scilicet anno septimo, mortis solvens debitum, ad cœlestia migravit. Corpusq; ejus in domo capitulari **Theokes.** (ut mos tunc erat plurimorum dominorum venerabilium ac nobilium:) traditum erat sepulturæ. Quod postmodum, tempore sanctæ memoriæ beati *Roberti* tertii abbatis in ecclesiam translatum est, & in dextra parte presbiterii, inter duas columnas honorificè collocatum. Hæc acta sunt circa annum Domini MCCxlj. Super quo successu temporum dominus *Thomas Parkerus* abbas octodecimus capellam erigi fecit ex lapide satis mirificè tabulatam, sub anno gratiæ MCCCxcvij. Et ob illius fundatoris & uxoris ejus memoriam, missam quæ celebratur quotidiè pro defunctis statuit in eadem celebrari cum collecta pro fundatoribus, scilicet *Miserere quæsumus Domine.*

Anno Domini MCxiij. dominus *Robertus* de **Candos** fundavit ecclesiam de *Goldcliva* in honorem Dei & domini Jesu Christi & beatæ dilectricis suæ *Mariæ Magdalenæ* & sanctæ *Mariæ* matris ejus, terrisque ac possessionibus ditavit, atque libertatibus a rege *Henrico* primo confirmatis, & per consilium ejusdem regis eam ad abbates *Beccenses* ... sive monachorũ ibidem. Sic quoque ordinavit Priorem nomine *Hugonem* cũ xij. fratribus qui secundùm regulã sancti patris nostri *Benedicti* militarent & in eadem ecclesia Deo servirent.

Iste dominus *Robertus* de **Candos** venit cum conquæstore de *Normannia*, qui genuit de uxore sua nomine *Isabella* tres filios, quorum nomina hæc sunt, *Robertus*, *Rogerus*, & *Godardus*, sicque patronatus traditus in manum regis quarto nonarum Novembris, obdormivit in domino anno domini MCxx. & in eadem ecclesia de *Goldcliva* in dextera parte presbiterii sepultus. A discessu ejus omnes reges *Angliæ* tenuerunt patronatum ecclesiæ de *Goldcliva* in ditione eorum ab *Henrico* primo usque ad *Henricum* sextum, hoc est pro CCCxviij. annorum spatio, sicque nullus Prior fuit admissus ad dictum prioratum nisi priùs præsentasset se regi, sicque licentiatus à rege & admissus inductus & institutus fieret per episcopum *Landavensem* & ejus archidiaconum. Et ultimus horum omnium sic institutorum, erat Prior *Laurentius* de *Bona-villa*, quia tempore illius Prioris dominus *Henricus* rex sextus gratis contulit patronatum hujus ecclesiæ, vel prioratus, domino *Henrico* duci de **Warwick** & prioratum ejusdem ad abbates & monachos **Theokesburye.**

Quomodo & quo ordine actum sit insequentibus declarabimus. Rex autem *Henricus* primus, post discessum *Roberti* filii *Haymonis*, nolens tantum ac tale dominium, scilicet honorem *Glowcestriæ* inter sorores dividi, *Ceciliam* & *Hawisiam* in abbatissas, *Ceciliam* **Shaftisbury**, *Hawysiam* *Wyntoniæ*, promoveri fecit, tertiam *Amiciam* comiti *Brytanniæ* in uxorem dedit; solam *Mabiliam* primogenitam reservando, quam filio suo notho, unà cum integrò honore patris dictæ *Mabiliæ*, scilicet *Roberti* filii *Haymonis*, in uxorem dedit, creans eum consulem, & *Glowcestriæ* comitem post conquestum primum. Qui *Robertus* comes in dominio suo apud *Bristoliam* quendam prioratum in honorem Dei & matris ejus ac sancti *Jacobi* apostoli à fundamento construxit; terrisque & ornamentis, possessionibus & libertatibus ditavit; statuque illum membrum fieri monasterii **Theokesb.** (sicut prioratus **Craneburne**,) subjectum in omnibus & unitum propter amorem quem habebat ad illud monasterium, & quia soleba omni die solis per annum habere secum abbatem **Theokesb.** cũ duodecim monachis dum viveret. Item construxit castrum *Bristoliæ*, & dedit decimum quemque lapidem castri ad fabricam capellæ beatæ *Mariæ* virginis in dicto prioratu sancti *Jacobi*. Decessit autem hic comes præclustris sub anno Domini MCxlvij. pridie calendas Novembris & regis *Stephani* anno duodecimo, cujus corpus in choro prioratus sancti *Jacobi Bristoliæ* (quem ipse fundaverat) in tumba lapidea ex viride jaspide honorificè, ut decuit, collatum est ac sepultum. Cui successit comes *Willielmus*, filius & hæres ejusdem, qui accepta conjuge *Hawisia*, filia comitis *Leicestriæ*, genuit ex ea *Robertum* ante patrem morte præventum, cujus corpus sepultum est apud **Beynetham**, quod ipse *Willielmus* ob ipsius *Roberti* filii sui memoriam fundavit, terrisque & ornamentis ditavit. Genuit etiam tres filias; primogenitam videlicet *Mabiliam* comiti de *Evereis* in *Normannia* nuptam, de qua nascitur *Almaricus*, qui comitatum *Glowcestriæ* post mortem *Isabellæ*, tempore regis *Johannis* paululum possidens sine liberis citò decessit. Alteram genuit filiam nomine *Amiciam*, quam domino *Richardo* de **Clare**, comiti de **Hertford**, nuptui tradidit. Tertiam quoque filiam, *Isabellam* nomine, habuit. Sed post mortem patris sui, *Henricus* rex secundus honorem *Glowcestriæ* detinuit in manus suas per vj. annos. Qui regni sui anno ultimo, *Isabellam*, filiam dicti comitis *Willielmi*, *Johanni* filio suo dedit in uxorem (dicto *fine terræ*) cum integro honore totius comitatus *Glowcestriæ*: quem quidem honorem *Johannes* idem tenuit omni tempore fratris sui regis *Ricardi*.

Iste fecit pontem apud **Theocest.** qui vocatur *pons longus*, tempore comitatus sui; & dedit ad sustentationem dicti pontis totum teloneum de mercatu **Theokes.** quod usque hodiè servatur, qui post mortem patris sui & fratris in regem electus est. Sed tunc quia non habebat liberos per *Isabellam*, post annum unum factum est divortium inter ipsos, sed tenuit sibi honorem *Glowcestriæ*, castrum *Bristoliæ* cum burgo, & totam bertonam, hundredum, cum suis annexis quod non devenit ad hæredes usque ad præsentem diem. Et maritavit *Isabellam* *Galfrido* de **Mandevile** comiti *Essexiæ* cum comitatu *Glowcestriæ*. Quo *Galfrido* de medio sublato, *Isabella* prænominata, tempore ejusdem regis (cum *Lodovicus* rex *Franciæ Angliam* occupasset) regis assensu, *Huberto* de *Burgo*

justiciario *Anglie* maritata est, sed infra breve de medio sublata est. Obiit nobilis comes *Willielmus Glouceſtrie* anno Domini MClxxiij. corpusque ejus apud abbathiam Canonicorum de **Kenilham**, quam ipse ob sui filii *Roberti* memoriam fundaverat, terrisque ornamentis & libertatibus ditaverat, venerabiliter ut decuit, cum suo filio traditur sepulturæ. Iste *Robertus* natus fuit apud **Cardif**, & ibidem obiit anno Domini MClxvj.

Iste dominus *Willielmus* comes confirmavit omnes cartas confirmationes, & libertates & donationes quas pater suus & anteceſſores sui dederunt vel confirmaverunt eidem **Tewkesbury**. Etiam iste comes *Willielmus* dedit & conceſſit ad eccleſiam & prioratum de **Goldclif**, quod Prior & omnes tenentes sui sint liberi imperpetuum sine tolneto, id est, non debent solvere, & tam in *Anglia* quam in *Wallia* apud *Briſtolliam*, **Kerdif**, **Newport**, **Karleon** & **Chepſtow**, teloneum. Duabus igitur filiabus *Willielmi* comitis sine liberis decedentibus, devoluta est hæreditas ad *Amiciam* (*Ricardo* de **Clare** nuptam) & filiam *Willelmi* comitis, quæ omnem hæreditatem suam dedit *Gilberto* filio suo & dicti *Ricardi*, qui *Ricardus* obiit anno domini MCCvi. & apud **Clare** sepultus est.

Cui succeſſit filius ejus *Gilbertus* primus *Glouceſtrie* & *Hertfordie* comes conjunctim & divisim, qui accepta conjuge domina *Iſabella*, filia *Willielmi Mareſcalli* senioris, comitis de **Pembroke**, genuit ex ea filiã *Amiciam* de nomine matris sortitam, anno MCCxx. & anno MCCxxij. posteà genuit filium nomine *Ricardum* secundum, & hæredem suum. Denique elapso parvo tempore genuit duos filios, scilicet *Willielmum* & *Gilbertum*. Postremò genuit duas filias, *Agnetam* & *Iſabellam*. Prædictus *Gilbertus* primus legavit nobis boscum de *Mutha* unà cum corpore suo ad sepeliendum in eccleſia nostra de **Theokes.** in medio presbiterii, anno Domini MCCxxx. Iste obiit apud **Penros** in minori *Brytannia*. Iste confirmavit ad eccleſias de **Theokesbury** & **Goldclif** omnes donationes & confirmationes anteceſſorum suorum. Cui succeſſit *Ricardus* de **Clare** secundus filius & hæres ejusdem *Gilberti* & *Iſabellæ* in hæreditatem patris sui, comitatus *Glouceſtrie* & *Hertfordie*, qui duxit in uxorem *Matildem* nomine, filiam comitis *Lincolnie*, genuitque ex ea filium, nomine *Gilbertum* secundum in craſtino sancti *Egidii* anno Domini MCCxliij. apud eccleſiam Christi in **Hampſcire**. (Iste *Gilbertus* secundus dictus est *rubeus comes*, quia rufus erat & pulcher aspectu:) genuit quoque alios duos filios, *Thomam* & *Benedictum*, cum tribus filiabus, quarum una *Iſabella* primogenita, *Margareta* & *Roſſea*. Iste *Ricardus* secundus confirmavit nobis boscum de *Mutha* & cætera dona & privilegia patris sui & anteceſſorum suorum. Et etiam ratificavit omnia dona comitis *Willielmi* eccleſiæ de **Goldclif** anno domini MCClij. Iste *Ricardus* de **Clare** comes *Glouceſtrie* & *Hertfordie* tenuit feſtum natalis Domini apud **Theokes.** Habuit in eodem loco secum lx. milites sibi servientes. Qui *Ricardus* obiit 14. die Julii anno Domini MCCixij. tempore *Henrici* regis iij. ante statutum apud **Esmerſelde**, qui comes perlustris quinto kalend. Auguſti honorificè humatur in presbiterio apud **Theokes.** in dextera patris sui, ubi interfuerunt *Landavenſis* & *Wigornienſis* epiſcopi, & xij. abbates et copiosa multitudo baronum, militum ac magnatum. Et posteà uxor ejus ornavit tumbam ejusdem, auro & argento et lapidibus pretiosis, cum gladio et calcaribus quibus utebatur vivus. Defuncto *Ricardo* ij. de **Clare**, *Gilbertus* secundus filius ejus succeſſit in comitatũ *Glouceſtrie* et *Hertfordie*. qui ex sua conjuge *Johanna* de **Acres**, filia regis *Edwardi* primi, habuit filium unicum, scilicet *Gilbertum* tertium, et tres filias viz. *Elianoram*, *Elizabetham*, & *Margaretam*. Iste *Gilbertus* secundus confirmavit omnia dona patrum suorum eccleſiæ **Theokes.** et etiam cartam comitis *Willielmi* eccleſiæ beatæ *Mariæ Magdalenæ* de **Goldclif** de tolneo et aliis donis suis. Qui *Gilbertus* secundus obiit in caſtello de **Monmouth** vij. idus Decembris anno Domini MCClxxxv. et sepultus est apud **Theokes.** in ſiniſtra *Gilberti* primi; cui succeſſit *Gilbertus* tertius filius et hæres ejusdem, qui de uxore sua *Matilda*, filia *Johannis* de **Bozow** comitis *Ultoniæ*, genuit filium, nomine *Johannem*, ante patrem immatura morte præventum, sepultus est apud **Theokes.** in capella glorioſæ virginis *Mariæ*. Iste *Gilbertus* tertius non declinans retrorsum, à *Scotis* in *Albania* apud **Stzevelinz** die natalis S. *Johannis Baptiſtæ* anno ..... regis *Edwardi* secundi lamentabiliter occubuit, anno ætatis suæ 23. 8. kal. Julii, anno Domini MCCCxiiij. Sed delatum est venerabile corpus ejus ad locum patrum suorum, scilicet **Theokes.** & sepultus est in læva patris sui; et domina *Matilda* uxor ejusdem obiit vj. nonas Julii, anno MCCCxv. & sepulta est in ſiniſtra viri sui. Tunc citò post deceſſum iſtius *Gilberti* tercii, comitatus & honor *Glouceſtrie* & *Hertfordie* sic penitùs sunt diſperſi, ut nullus in eodem dominio integro postmodum succeſſerit usque ad presentem diem: eò quod in trium filiarum *Gilberti* secundi, & sororum *Gilberti* tertii devenerit partitionem, quæ variis conjunctæ viris numeroſa prole fuerant fecundatæ. Post *Gilbertum* tertium de **Clare**, succeſſit in tertia parte honoris, & prima comitatus *Glouceſtrie* domina *Elianora* prima soror præfati *Gilberti*, in cujus partem devenit dotatio et prioratus eccleſiæ **Theokes.** quæ nupta fuit illuſtri *Hugoni le Deſpenſer*, filio domini *Hugonis le Deſpenſer*, comitis *Wintonie*, qui genuit ex ea *Hugonem* tertium, & *Edwardum*.

Iste *Hugo* primus peremptus fuit apud *Bryſtolliam* vj. kl. Novembris in caſtello, anno MCCCxxvj. et eodem anno in vigilia sanctæ *Andreæ* apoſtoli apud *Hereſordiam*. *Hugo* secundus, camerarius regis *Edwardi* de **Karnarvan**, et maritus dominæ *Elianoræ* de *Clare*, & filius *Hugonis* primi, enormiter, perditiosè & crudeliter, sine judicio vel reſponsione, ſuſpenſus, diſtractus, et in quatuor partes diviſus fuit, & in nostra eccleſia diu postea sepultus. Obiit domina *Elianora* uxor ejusdem ij. kal. Julii anno Domini MCCCxxxvij. iſta erat mater *Hugonis* tertii, et *Edwardi* primi & *Gilberti le Deſpencer* per conjugem suam *Hugonem* secundum. Post mortem ejus maritata fuit domino *Willielmo le Souch*, de quo genuit *Hugonem Souch*. Anno Domini MCCCxxxv. primo die Martii obiit *Willielmus le Souch*, & sepultus est

in

in capella beatæ *Mariæ* **Theokes.** in medio. Et domina *Elizabetha* de **Clare**, secunda filia *Gilberti* secundi, & soror ejusdem *Eliænoræ*, habuit tres viros, videlicet *Johannem* de **Bozow** comitem de **Holvestere**, à quibus *Willielmus* comes **Holvestre**: à quo *Willielmo*, *Elizabetha* de **Bozow** hæres ejus, quam *Leonellus* filius secundus regis *Edwardi* tertii duxit in uxorem; à quibus (*Leonello* videlicet & *Elizabetha* uxore ejus) filia una, unica hæres eorundem, nomine *Philippa* descendit.

Ista *Philippa* postea copulavit se in uxorem domino *Edmundo* comiti *Marchiæ*, de qua genuit *Rogerum* & *Edmundum*. Et iste *Rogerus* genuit *Edmundum* ultimum comitem *Marchiæ*, & *Rogerum* & *Annam*, quæ domina *Anna* desponsata fuit domino *Ricardo* comiti de **Cambridge**, cujus pater erat dominus *Edmundus* de **Langley**, dux *Eboraci*, & regis *Edwardi* tertii filius tertius: de qua *Anna* genuit dominum *Ricardum* ducem *Eboraci*, qui copulavit sibi in uxorem dominam *Ceciliam* & filiam comitis de **Westmerland**, de qua genuit ..... Et domina *Isabella*, tertia filia *Gilberti* secundi, copulata erat domino *Hugoni* de **Audley**. De cujus genealogia in sequentibus dicemus. Modò vertamus stylum ad *Hugonem* cum fratribus ejus *Edwardum* primum, atque *Gilbertum*, pro quo *Gilberto* pro multis beneficiis quæ contulit ecclesiæ nostræ habemus quotidie orationem, *Inclina*, in missa de sancto spiritu. Domino *Hugone* secundo sepulto, successit filius ejus *Hugo* tertius, qui de uxore sua *Elizabetha*, filia comitis **Warum**, nullo penitus genito hærede, decessit sexto Idus Februarii sub anno Domini MCCCxlviij. sepultus est apud **Theokes.** juxta summum altare in dextera parte. Iste, inter alia bona quæ contulit, ecclesiam **Lantrissam** appropriavit, de cujus ecclesia, in die anniversarii ejus conventus percipiet xx. marcas, & xxx. pro una pitantia. Iste fregit **Scheltram** apud bellum de **Sclyse** in mari, quia potens erat in bello.

Anno Domini MCCClix. obiit domina *Elizabetha le Despencer* apud **Astley** in comitatu *Hamptoniæ*, filia quondã *Willielmi* de *Monte-acuto*, comitis **Warum**, ac uxor *Guidonis* de *Bryene* militis, & relicto *Hugone* tertio *le Despencer*, ultimo die mensis Maii, hoc est, in die sanctæ *Petronellæ* virginis, sepulta jacet cum nobili viro suo primo marito in tumba satis præclara cum ymaginibus de marmore albo. Iste *Guido* de **Bryen** appropriavit quosdam redditus in villa *Bristoliæ* pro anima sua, & dictæ dominæ *Elizabethæ* uxoris suæ, & delegavit illud ad officium sacristæ **Theokes.** & qui primam missam celebrat pro dicto *Guidone* quotidiè in ecclesia nostra ad altare sanctæ *Margaretæ* cum hiis orationibus: *Deus qui charitatis, &c.* pro consanguineis suis viventibus; & *Inclina* pro mortuis. Missa in dominica de *Trinitate*; Feria secunda de *sancto Spiritu*; Feria tertia de *sancto Thoma*; Feria quarta de *sancta requie*; Feria quinta de *ascensione*; Feria sexta de *sancta cruce*, sabbato de *sancta Maria*. Et qui celebrat per hebdomadam percipiet pro suo labore xxi. d. & in anniversario ejus & dictæ *Elizabethæ*, si abbas celebraverit missam, percipiet v.s. si Prior, iij.s. iiij.d. & qui legit evangelium viij.d. qui epistolam, viij.d. qui patenam viij.d. & præcentor cum duobus sociis cuilibet eorum viij.d. & priori xij.d. & unicuique monachorum iiij.d.

Edwardus igitur primus, frater *Hugonis* tertii, ex *Anna* filia domini de **Ferrers**, genuit *Edwardum* secundum, *Thomam*, *Henricum*, & *Gilbertum* secundum, & fortunio belli ante fratrem suum decessit. Iste erat comes insulæ de **Wight** & postea factus comes *Devoniæ*. *Edwardus* vero secundus, filius istius *Edwardi*, successit *Hugoni* tertio, & copulavit sibi in matrimonium dominam *Elizabetham*, filiam domini *Bartholomei* de **Bozowalle**, de qua genuit *Edwardum* tertium, qui obiit duodenus apud **Bardif**, sed apud **Theokes.** sepelitur in capella sanctæ *Mariæ*, & *Hugonem* quartum, qui obiit citò postquam natus erat & sepelitur cum fratre suo. Deinde genuit quatuor filias, quarum nomina sunt ista, scilicet *Ceciliam*, quæ obiit invenis, & sepulta est cum fratribus suis: deinde *Elizabetham* dominam de *la Sowch*, & relictam domini *Johannis* de **Arundell**, & dominam *Annam* quæ fuit desponsata *Hugoni Hastings*, & post *Thomæ Morley* & *Margaretam* quæ fuit nupta domino *Roberto* de **Ferrers**; & prædictus *Edwardus* in ultima ætate sua genuit *Thomam le Despencer* & comitem *Gloucestriæ*. Iste successit patri suo in hæreditatem & copulavit sibi in matrimonium dominam *Constantiam* filiam domini *Edmundi* de **Langley**, filii regis *Edwardi* tertii & ducis *Eboracensis*, de qua *Constantia* præfatus *Thomas* genuit *Ricardum*, *Elizabetham*, & *Isabellam*. Et prædicta domina *Margareta*, uxor domini *Roberti* de **Ferrers**, obiit tertio nonas Novembris, anno Domini MCCCCxv. & sepulta est apud **Derivale**. Ista fuit mater domini *Thomæ*, *Edmundi*, & *Edwardi* de **Ferrers**. Et prædictus *Edwardus* secundus obiit in *Cambria*, apud **Lanblethian** in die sancti *Martini*, anno MCCCLxxv. & sepultus est apud **Theokes.** ante ostium vestiarii juxta presbiterium, ubi uxor ejus ædificavit capellam ex lapidibus arte mirifica constructam, quæ dedicata est in honore *sanctæ Trinitatis*. Iste, inter cætera bona quæ nobis contulit, calicem de purissimo auro nobis ditissimum dedit, & aliud jocale pretiosissimum arte mirifica fabricatum, in quo corpus dominicum in diebus solennibus est impositum. Et domina *Elizabetha* uxor ejusdem permansit in viduitate sua post mortem viri sui ferè xxxiij. annis. Et obiit die sanctæ *Annæ* anno Domini MCCCCix. & sepulta est infra chorum **Theokes.** in sinistra viri sui sub lapide marmoreo. Ista, inter alia bona quæ contulit monasterio, obtulit unam sectam vestimentorum rubeam cum leonibus de auro, scilicet, unam casulam cum iij. dalmaticis, & albis paratis, cum xv. cappis. Post obitum *Edwardi* secundi, *Thomas* filius ejus & hæres successit, comes *Gloucestriæ*, qui nequiter fuit occisus apud *Bristoliam* à populari vulgo, feria tertia post festum sancti *Hilarii*, anno domini MCCCxcix. & apud **Theokes.** sepultus in medio chori sub lampade quæ jugiter ardet ante corpus dominicum: obiit autem anno x. ante matrem suam.

Anno Domini MCCCCxiiij. obiit dominus

Ricardus tertius *le Despenser*, filius & hæres ejus, anno ætatis suæ xviij. apud **Perton**, cum esset in custodia regia quinq; milliaribus distans à *Londino*, septimo die Octobris, sed sepultus est apud **Theokes.** in sinistra patris sui. Iste duxit in uxorem primã filiam domini *Radulphi* comitis de **Westmerland**, nomine *Elizabetham*, sed post obitum ejus, hærede nullo ex eis existente, maritata fuit domino *Henrico Percy* comiti de *Northumbria*, dotatione sua exeunte de dominio de *Despensere*. Et domina *Elizabetha*, prima filia domini *Thomæ* & *Constantiæ* uxoris suæ, & soror dicti *Ricardi*, obiit in juvenili ætate apud **Bardyf**, & sepulta est in ecclesia beatæ *Mariæ* ibidem, & in septimo mense postquam dominus *Thomas le Despencer* mortuus est, domina *Constantia* uxor ejus peperit ei egregiam filiam, nomine *Isabellam* apud **Bardyf**, in die sanctæ *Annæ*, anno Domini MCCCC. Et postea domina *Constantia* nupta erat domino *Thomæ* comiti de **Arundell**, de qua genuit filiam nomine *Elianoram*, quæ postea maritata fuit per dominam *Isabellam* sororem suam (comitissam de **Warwick**.) *Hugoni* domino de **Audley**, de qua genuit filium nomine *Jacobum*; quem suscepit de sacro fonte dominus *Willielmus* de **Bayslow**, abbas **Theokes.** Post obitum domini *Ricardi* tertii *le Despenser*, domina *Isabella* soror ejus suscepit dominum *le Despenser*, quam desponsavit dominus *Ricardus* quartus de *Bellocampo*, filius & hæres domini *Willielmi Bewchamp*; & dominus de **Abergeveni**, in die vij. dormientium, anno MCCCCxj.

Istas nuptias celebravit apud **Theokes.** dominus *Thomas Parker*, abbas ejusdem loci xviij. Obiit domina *Constancia*, mater dictæ dominæ *Isabellæ*, anno Domini MCCCCxvij. et sepulta est apud monasterium de **Reding** anno domini MCCCCxx. Dum dominus *Henricus* rex quintus *Francos* infestaret, dominus *Ricardus* quartus de *Bellocampo* factus est comes *Wigorniæ* apud *Londoniam*, & domina *Isabella* uxor ejus concepit de eo, & peperit ei filiam nomine *Elizabetham*, quæ nascebatur apud *Hanleyam* xvj. die Septembris, anno gratiæ MCCCCxv. litera dominicali C. Quam suscepit de sacro fonte dominus *Thomas Parker* abbas, quæ postea nupta fuit domino *Edwardo Nevill* juniori filio comitis de **Westmerland**, de qua natus est dominus *Georgius*, hæres eorundem.

Et iste *Ricardus* iiij. de *Bello Campo* comes *Wigorniæ* postea, tempore regis *Henrici* vj. xv. kal. Aprilis anno Domini MCCCCxxj. in *Gallia* apud *Mews* in *Brye*, lapide balistæ in latere percussus, cito post ibidem occubuit, & xxv die Aprilis apud **Theokes.** est sepultus, ad finem chori, inter chorum & capellam fundatoris, inter ij. columnas, ubi postea domina *Isabella* uxor ejus ordinavit pulchram capellam arte mirificè fabricatam, quam consecrari fecit in honorem beatæ dilectricis domini nostri Jesu Christi, *Mariæ Magdalenæ*, sanctæ *Barbaræ* virginis, & sancti *Leonardi* abbatis. Quæ capella dedicata est ij. die mensis Augusti anno Domini MCCCCxxxviij. Post annum & decem menses postquam dominus *Ricardus* quartus comes *Wigorniæ* mortuus est, dominus *Richardus Bewchampe* v. comes *Warwichiæ*, & filius patris *Ricardi* quarti comitis *Wigorniæ*, habita dispensatione papali desponsavit supradictam dominam *Isabellam* comitissam *Wigorniæ* & relictam domini *Ricardi* supradicti, & fecit eam in comitatu de **Warwic**, an. Domini MCCCCxxiij. xxvj. die Novembris. Post annum & tres menses & paucos dies, xxij die Marcii, anno domini MCCCCxxiiij. peperit prædicta domina *Isabella Ricardo* quinto marito suo egregium puerum nomine *Henricum*, & hæredem eorundem apud castrum de **Danley**. Sed & nuptias supradictas celebravit magister *Johannes Fordam*, Prior *Wigorniæ*, ubi interfuit dominus *Willielmus Bristow* abbas **Theokes.** in eodem castello. Et quinto die postquam venerabilis *Henricus* natus fuit, dominus *Henricus Bewford* cardinalis Presbyter, titulo S. *Eusebii*, atque episcopi *Wintoniæ* frater, & avunculus regis, et dominus *Humfridus* dux *Buckinghamiæ* & comes *Staffordiæ*, & *Johanna* domina de **Abergeveni**, pro nobilitate parentum, charissimo amore puerum susceperunt de sacro fonte; quem baptizavit dominus *Johannes Fordam*, Prior *Wigorniæ*, & tenuit eum ad confirmationem dominus *Johannes Bewchamp* baro de **Powik**.

Iste nobilis *Henricus* dominus *le Despenser*, decimo anno ætatis suæ, copulavit sibi in uxorem dominam *Ceciliam*, filiam domini *Ricardi Nevill* comitis **Sarum**, anno Domini MCCCCxxxiiij. Post annum & vj. menses quàm iste generosus *Henricus* natus erat, nata est domino *Ricardo* quinto comiti de **Warwick**, de uxore sua *Isabella*, filia nomine *Annæ*, quam eodem anno & mense (quo frater ejus *Henricus* duxit filiam comitis **Sarum**) *Ricardus*, filius dicti *Ricardi* comitis **Sarum**, conduxit in uxorem. Tempore elapso, iste venerabilis *Henricus* cognovit uxorem suam, genuitque ex ea filiam, nomine *Annam*, quæ nata est apud **Bardif** mense Februarii anno Domini MCCCCxliij.; quam susceperunt de sacro fonte dominus *Johannes Abyndon* abbas vicesimus **Theokes.** & domina *Anna* soror dominæ *Isabellæ* comitissæ, & amita domini *Henrici*, & uxor domini *Hugonis* de **Audley**, & domina *Elizabetha* soror dicti *Hugonis*. Et venerabilis dominus *Ricardus* quintus, comes *Warwichiæ*, cum haberet regimen *Franciæ* & *Normanniæ* sub domino *Henrico* rege vj. apud civitatem *Rotomagensem* diem clausit extremum, anno Domini MCCCCxxxix. & sepultus est apud **Warwick** eodem anno. Et domina *Isabella* comitissa uxor ejusdem domini, & patrona nostra nobilissima, recessit de transmarinis partibus cum corpore viri sui, & venerabilis *Henricus* & strenuissimus juvenis, filius & hæres eorundem, cum maximo dolore, & infirmitate usque ad prioratum canonicorum de **Southwick** juxta mare, ibique aliquamdiu morigerati, domina *Isabella* ægritudine fessa post paululum venit *Londinum* ad domum *Fratrum minorum*, ubi dominus *Henricus* rex vj. venit visitare ac consolare eam; qui commendavit filium suum dilectissimum *Henricum* domino regi, petiitque ob eo humilimis precibus, quatinus executores illius appropriarent ad ecclesiam & abbathiam **Theokes.** ad valorem CCC. marcharum; quatinus ibidem ordinarentur vj. monachi plures quàm fuerant à prima fundatione, quatinus

tinus altissimo turificarent missarum orationumque suffragia pro salute animæ suæ & antecessorum & successorum suorum. Benignissimus rex, Deoque devotus, peticioni ejus annuit, atque in hæc verba consolationis recessit ab ea, dicens: *Deus quem puro corde colis det tuam petitionem adimpleri secundùm desiderium animæ tuæ.* At illa gratias egit Deo, regique benigno, sicque graviter vexata infirmitate in eodem loco obdormivit in Domino, in die sanctæ *Johannis* evangelistæ, hoc est vj. kalend. Januarii, & in testamento suo legavit etiã ecclesiæ Theokes. omnia ornamenta capitis & corporis sui quibus utebatur viva, videlicet aurum & argentum lapidesque pretiosos, & vestimenta pretiosissima ad valorem, ut æstimabatur, CCC. marcharum. Ordinavit etiam quatuor missas quotidie celebrari in nova capella quam fundaverat pro se, & antecessorum & successorum suorum animarum salute, & quatuor monachos prima missa quotidiana, *de die*, secunda *de Trinitate* vel *de sancto Spiritu*, tertia de *sancta Maria*; iiij. de *beata requie*: constituitque unicuique ad finem septimanæ ij. sol. sterlingorum pro labore suo. Confirmavit etiam omnia privilegia & donationes atque cartas antecessorum suorum. Et præcepit sub benedictione sua filio suo *Henrico*, quatinus ipse hæc omnia ratificaret & confirmaret atque adimpleret. Atque ita idus Januarii sepulta est apud Theokes. in dextra patris sui, à venerabilibus viris, scilicet *Thoma Plusford* episcopo *Herefordiæ* & ejus confessore, & domino *Willielmo Bristow* abbate Theokes. & domino *Johanne* abbate *Winchcombiæ*, ubi & alii magnates plurimaque multitudo interfuerunt. Hæc autem omnia facta sunt eodem anno quo dominus *Ricardus Bewchamp* quintus, & maritus ejus, mortuus est, cum magna solemnitate honore atque reverentia, sicut decuit, sic est humata: modò ædificatur super ejus membra tumba marmorea arte mirificè fabricata. Post decessum parentum venerabilium, venerabilis dominus *Henricus* hæres eorundem successit in hæreditatem paternam & maternam, qui per biennium existens in custodia regia postea restitutus est ad sua omnia in magna gloria. Nam coronatur à rege in regem de Wight manu regia, & nominatur primus comes totius *Angliæ*. Factum est autem post duos annos ut dominus *Henricus* rex vj. propter amorem parentum valde eum diligens, speciale amore contulit ei ducatũ *Warwichensem*, dans ei castrum *Bristollia* cum omnibus suis annexis, quod olim rex *Johannes* detinuit sibi, sicut supra memoravimus; dedit quoque ei insulas Gardsey & Jardsey. Addiditque ei patronatum ecclesiæ sanctæ *Mariæ Magdalene* de Goldclif cum omnibus suis annexis. Deditque ei licentiam appropriare illam ecclesiam & prioratum cum omnibus suis pertinenciis, & facere illa omnia & singula membra fieri ecclesiæ Theokes. quatinus monachi ibidem Deo servientes turificarent missarum solemnia, orationum suffragia, cæterorum quoque contemplativa bonorum operum suspiria pro salute animæ & corporis ipsius regis atque domini *Henrici* ducis, & in speciali pro salutæ animæ dictæ *Isabellæ*, dominæ & comitissæ *Wigorniæ* & *Warwichiæ*, & pro animabus antecessorum & successorum suorũ, atq; que pro animabus omnium fundatorum & benefactorum ecclesiæ *Goldclivie*. Atq; altissimo quotidie sic adorato, animæ eorum epularentur in Paradisi amœnitate ut loco à Deo eis limitato.

Confirmavit etiam ipse nobilis rex, & sua carta magna atque secreto sigillo omnia privilegia possessionesque terrarum & ornamenta donationesque regum ac nobilium antecessorum suorum, tam in spiritualibus quàm temporalibus, sive in *Anglia*, sive in *Wallia*. Concessit etiam omnia confirmari ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconibus, capitulis generalibus & specialibus, & in speciali à domino *Nicholao Landavensi* episcopo, & à Magistro *Roberto Cole* ejus archidiacono, atque à capitulo *Landavensis* ecclesiæ, & Parliamento à ducibus, marchiis, comitibus, baronibus, militibus, justiciariis, ballivis, & aliis. Hæc omnia acta & confirmata sunt anno domini MCCCCLxij. & v. kal. Junii. Eodem anno monachi Theokes. ingressi sunt primùm in prioratum prædictum Goldclif, domino *Willielmo Bristow* tunc abbate Theokes. Et frater *Johannes Abindon* tunc fuit cellerarius & procurator, & frater *Thomas Winchcombe* ordinatus Prior ibidem per abbatem & conventum. Postea eodem anno per laborem magistri *Adam Molenis*, à domino papa *Eugenio*, ejusque consilio ratificata & confirmata sunt ista omnia & singula. Sicque temporis intervallo dominus *Ricardus Langley* dux *Eboracensis* confirmavit omnia dona & franchesia & privilegia antecessorum suorum ad dictam ecclesiam pertinencia, scilicet *Goldcliviam*. Dedit etiam protectionem suam domino *Johanni Abindon*, & Priori Goldclif, & monachis ibidem Deo servientibus, pro omnibus hominibus suis, tenentibus, officiariis, ac ministris in *Wallia*, sive in marchia *Wallie*.

Simliter dominus *Henricus Beuchamp* dux *Warwichiæ* ratificavit, & confirmavit omnia dona antecessorum suorum in *Wallia* sive in marchia *Wallie* ecclesiæ prædictæ. Sic quoque dominus *Humfridus* dux *Bokinghamiæ* confirmavit omnes donationes & confirmationes antecessorum suorum in *Wallia* sive in marchiis *Wallie*. Ita & dominus *Richardus* dux *Norfolchiæ*, & dominus de Chepstow, hoc est *Strigulie*, ratificavit & confirmavit omnia dona antecessorum suorum. Memorandum quod frater *Robertus Newent* Prior prioratus *Goldclivie*, & frater *Ricardus Hardwick*, & frater *Thomas Percier* expulsi sunt ex prioratu *Goldclivie* anno domini MCCCCxlv. litera dominicali C. nonas Junii, ex invidia *Wallencianorum*. Etiam tempore istius dominæ *Isabellæ*, dum adhuc viveret, appropriatæ sunt suo labore & adjutorio duæ ecclesiæ; scilicet ecclesia de Tarrant monachorum in diocesi Sarum, & ecclesia de Penmarche in diocesi *Landavensi* tempore domini *Willielmi Bristow* abbatis, & fratrum *Willielmi Faukener* elemosinarii, & *Johannis Abindon* celerarii atque procuratoris.

Obiit autem dominus *Henricus* nobilis dux *Warwichiæ*, & primus comes *Angliæ*, dominus *le Despencer* & de Albergevenny, rex de insulis Wight, & Gardsey, & Jardsey, dominus quoque castri *Bristolie* cum suis annexis, tertio idus Junii, anno Domini MCCCCxlvj. anno ætatis suæ xxij. apud castrum de *Hanleya*, & sepultus

est

est in medio chori *Theokesburie*, inter stallos, ubi ipse elegit sepeliri, quatinus commonachi, & allecti sui eum semper haberent in memoria. Media nocte fuit humatus cum magno luctu singulorum suorum, propter tumultus populi qui eum sic amabant, ne damnum viderentur inferre monasterio concursus populorum venientium. Iste dum viveret confirmavit omnia dona, privilegia, & cartas patrum & antecessorum suorum ecclesiæ Theokes. Legavitq; nobis in suo testamento ecclesiam de Scherston, & omnia ornamenta corporis sui, ad faciendum inde vestimenta.

Memorandum, quod quinto idus Martii dominus *Johannes* abbas Theokes. ingressus est secundò in prioratum de Goldcliff, anno Domini MCCCCvj. litera dominicali A. Et viij. idus Aprilis post, Prior ingressus est cum suis sociis, scilicet monachis de Theokes. iij. nonas Junii. Et domina *Elizabetha*, filia domini *Ricardi* quarti comitis *Wigornie*, & dictæ *Isabellæ*, & soror dicti *Henrici* ducis, obiit xiiij. kal. Julii, anno Domini MCCCCxviij. anno ætatis suæ xxxij. & apud ecclesiam fratrum *Carmelitarum* de Coventry est sepulta. Et post obitum domini *Henrici* ducis, domina *Anna*, filia ejus unica & parvula atque hæres, tradita est in custodiam regis qui dedit eam, cum nonagia, dominæ *Margaretæ* reginæ. At illa dedit eam iterum domino *Willielmo Pole*, duci *Suffolchiæ*, in cujus custodia obiit, anno Domini MCCCCix. anno ætatis suæ sexto. Et obiit apud manerium de Herpendene, & sepulta est apud monasterium de Reding. Post mortem istius puellæ, successit in patronatum Theokes. ecclesiæ dominus *Ricardus Nevill*, sextus filius domini *Ricardi Nevill* comitis *Sarum*, qui duxit dominam *Annam* filiam supradicti *Ricardi Bewchampe*, quinti comitis *Warwichiæ*, & dominæ *Isabellæ* uxoris suæ & comitissæ, & sororis domini *Henrici* ducis. Et dominus *Henricus* rex sextus dedit illi comitatum *Warwichiæ* & dominium de *le Despenser* atque de Abergeveni sub sigillo magnæ cartæ suæ atque secretæ.

Iste appropriavit ecclesiam de Scherston, & fecit eam annecti ecclesiæ Theokes. Confirmavit etiam omnia dona, privilegia, & cartas antecessorum suorum, & in speciali confirmavit cartam de piscatione apud Theokes. in *Sabrina*, & in *Abbana*, & etiam in Tose apud Bardif, quod dominus dux similiter concessit & confirmavit. Anno Domini MCCCCl. obiit domina *Cecilia*, ducissa de Warwicke, & relicta domini *Henrici* ducis de Warwick quinto kal. Augusti, quæ post mortem domini *Henrici* maritata fuit comiti *Wigornie*, & domino *Tiptoft*, & sepulta fuit secundo kal. Augusti in capella beatæ *Mariæ* virginis apud Theokes. in loco ubi *Willielmus Sowche* antea erat tepultus. Et dominus *Ricardus Nevill*, sextus filius comitis *Sarum* genuit de uxore sua *Anna* (filia comitis de Warwick & dominæ *Isabellæ* uxoris suæ) duas filias, *Isabellam* & *Annam*, quæ *Isabella* nupta fuit domino *Georgio* duci *Clarencie* & filio *Ricardi*, ducis *Eborum*, & fratris *Edwardi* regis quarti, de qua genuit filiam, nomine *Margaretam*, apud castrum de Farley quartodecimo die Augusti, anno Domini MCCCC. laxiij. Et anno Domini MCCCCIxxv. natus est dominus *Edwardus*, filius & primogenitus prædicti ducis *Clarencie* de prædicta domina *Isabella* & patrona nostra apud castrum de Warwick xxv. die Februarii, quem suscepernnt de sacro fonte dominus *Edwardus* quartus, & avunculus ejusdem pueri, & episcopus de Carlile, & ducissa de Suffolke, soror ejusdem *Georgii*; et ad confirmationem dominus *Johannes Strensham* abbas Theokes. Et dictus *Edwardus* tunc ordinatur comes Warwick per dominum *Edwardum* regem. Et anno Domini MCCCCIxxvj. natus est prædicto *Georgio* filius, nomine *Ricardus*, de sæpedicta *Isabella* apud monasterium Theokes. in nova camera infirmariæ ibidem, sabbatho, viz. sexto die Octobris, circa horam secundam post nonam, litera dominicali F. & septimo die sequenti baptizatur in ecclesia parochiali, quem suscepernnt de sacro fonte dominus *Ricardus*, abbas *Evesham*. & dominus *Ricardus*, Prior *Batonie*, & domina uxor *Jacobi Lutterell*: ad confirmationem, dominus *Willielmus Ferley*, abbas *Glowcestriæ*, diversis Abbatibus & Prioribus præsentibus vestitis pontificalibus. Et octavo die ejusdem mensis confirmatur à domino *Johanne Alkok* episcopo *Wigorniæ* ad majus altare ecclesiæ nostræ, & vestitus ipse in pontificalibus. Quo tempore graviter infirmatur dicta *Isabella* ferè ad mortem. Et dominus prædictus *Georgius* recessit à monasterio nostro cum *Isabella* uxore sua infirmata usque ad Warwicke xij. die mensis Novembris & anno Domini MCCCCIxxvj. obiit domina *Isabella*, ducissa *Clarentie*, patrona nostra, apud castrum de Warwicke duodecimo die mensis Decembris circa horam undecimam ante mediam noctem, & defertur ejus corpus ad monasterium nostrum Theokes. Quarto die mensis Januarii dominus *Johannes Strenisham* abbas Theokes. cum diversis abbatibus (vestitis in pontificalibus) & toto conventu, recepit ejus corpus in medio chori nostri & immediatè post fiebant exequiæ ejus à domino abbate & cæteris abbatibus & toto conventu in ix. lectionibus, postea à suffraganeis episcopi *Wygornie*, & episcopi *Lincolnie*, & decano & clericis domini ducis exequiæ agebantur; & vigiliæ per totam noctem à familia dicti ducis custodiebantur in crastinum, viz. in vigilia *Epiphanie*. Primam missam de sancta *Maria* celebravit suffraganeus *Lincolnie* episcopi in capella sanctæ *Mariæ*; secundam missam de *Trinitate* celebravit dominus abbas ad magnum altare; tertiam verò missam celebravit suffraganeus episcopi *Wigornie*, de *Requie æterna*, in qua sermonem fecit ad prælatos in choro, & cæteros ibidem quidam doctor sacræ theologiæ ordinum *Minorum* de *Wigornia*, *Petrus Weld* nomine. Et missâ finitâ, relictum est corpus ejusdem ducissæ in medio chori subtus *le herse* ibidem usque ad xxxv. diem. Et per omne id tempus solennes exequiæ fiebant quotidie in conventu pro anima dictæ *Isabellæ*. Postea, videlicet in octava purificationis beatæ *Mariæ*, in quo die, missâ finitâ, corpus illius sepulturæ traditum fuit subtus *le volte* artificialiter facto retro altare majus, ante capellam beatæ *Mariæ* ecclesiæ conventualis & hostium, sepulturæ positum est ex opposito ostii capellæ sancti *Edmundi* martiris. Et dominus *Ricardus*, filius eorundem, obiit in juvenilitate apud castrum de Warwick, in festo circumcisionis

cumcisionis Domini, eodem anno quo mater ejus obiit. Et domina *Anna*, secunda filia *Ricardi Nevill* & *Annæ* uxoris suæ, nupta fuit domino *Edwardo* principi, filio *Henrici* regis sexti. Et post obitum ejus nupta fuit *Ricardo* duci *Gloucestriæ*, & filio *Ricardi* ducis *Eboraci*, & fratri *Edwardi* regis quarti, de qua genuit filium nomine ..... apud castrum de Middlam, anno Domini MCCCCLxxvj.

EGO dux Odo *apud* Theok. *prioratum fundo.*
Atq; ego Doddo Stanwey *cũ membris addo.*
Abbathiam fundo Ailwardus, Heaw *dictus ego.*
Algarus *dico hæc omnia tibi confirmo.*
Et Bictanus, *ultimus ante conquestum dominus,*
Hoc templum fundo mihimet verè corde jucundo
Britstow *construxi honor ut fiat crucifixi.*
Cartas confirmo facto verè corde paterno
Rex Comes & erã quia duxi Isabellam. (Amiciam Glowc. & Hertfordiæ *comes eram, quia dilexi*
Sylvam donavi, Templum hoc semper amavi.
Argento jaceo, vos quia semper amo.
Bella construxi ne me perdent inimici.
Propter jus regni, gladii quoque mortem subivi.
Lantriſſam Hugo *mihimet tamen appropriabo*
Construxi, quia locum hunc semper amavi.
Et tuli dolorem propter mei regni amorem.
Et obii fato juvenili sic in ætate.
Propter regis regulam periit cum fundo Bewcham.
Warwick *custos* Normanniæ *dux sicq; placuit.* (*propriavi.*
Dominus quoq; primus ego fui sicq; Goldelyf *ap-*
Scherston *appropriо* Theokes *cartaq; confirmo.*

W. Malmesb. fo. 89. nu. 30. —— *Robertus* (filius *Haimonis*) monasterium Theochesberie suo favore, non facilè memoratu, quantum exaltavit; ubi & ædificiorum decor, & monachorum charitas adventantium rapit oculos, & allicit animos.

Ibid. fol. 162. a. —— Est & monasterium Theocesberie, quod noviter *Robertus* filius *Haimonis* favore suo provexit, nec facilè memoratu quantum exaltavit, ubi & ædificiorum decor, & monachorum charitas adventantium rapit oculos, & allicit animos. Fuerat illud primitùs apud *Craneburnam*, sed abbatis *Giraldi* provisione, pro vicini fluminis opportunitate, & dominicarum terrarum, contiguo *Theokesberiam* aptius locari visum. Simul & videbatur voluntati religiosæ nomen applaudere, quod *Theokesberia* dicatur, quasi *Theotocosbiria*, id est, Dei genitricis curia, vocabulo ex *Græco* & *Anglico* compositо.

Ordric. Vitalis hist. eccl. pag. 600. C. D. —— *Giroldus* autem (clericus capellæ *Hugonis Cestrensis* comitis. p. 598. B.) (&c.) ubi *Guntam* pervenit (&c.) in veteri monasterio sancti *Petri* monachile schema devotè suscepit (&c.) Inde post aliquod tempus ad regimen ecclesiasticum canonicè provectus est, & *Theokesburiæ*, (dum *Baiocensis Samson Guigornensi* episcopio præerat) primus abbas effectus est. Ibi nempè cœnobium sanctæ *Mariæ*, *Robertus Haimonis* filius, super *Sabrinam* fluvium construxerat, & multis opibus tempore *Gulielmi* junioris *Anglorum* regis affatim locupletavit (&c.)

Charta Regum.

Carr. 28 *Ed.* 1. nu 16. memb 3. REx archiepiscopis &c. salutem. Inspeximus cartam quàm celebris memoriæ dominus *Willielmus*, quondam rex *Angliæ*, progenitor noster, fecit monasterio sanctæ *Mariæ* de *Theochesberia* in hæc verba. *Ego* Willielmus *rex* Anglorum *concedo monasterio sanctæ* Mariæ *de* Teochesberia *imperpetuum has res subscriptas, quas* Robertus *filius* Hamonis *dedit & homines sui, piscinam ejusdem cum aqua libera, & molendina, & pratum pro decima, & pratum de pastura quod est juxta piscariam, & pratum de* Edmondetalla, *& pratum de* Seldena, *& terram* Rogeri *vinitoris, & eccl. sias de* Walis, *cum terris & cum decimis de denariis & de omnibus rebus, & unum* berd *cum una piscaria, sicut insula dividit* berd, *& unum pratum juxta illud* berd, *& decimam equarum & decimam coriorum venationis. & locum & sacam, &* toll & teim *per totam terram sanctæ* Mariæ, *& pasturam de* Teochesberia, *& ubique cum dominicis pecoribus.* Gulielmo *cancellario teste, &* Roberto *filio* Hamonis, *&* Rogero *filio* Geroldi, *&* Gualtero Giffard. Inspeximus etiam cartam, quam bone memoriæ dominus *Henricus* quondam rex *Angliæ* similiter progenitor noster fecit ecclesiæ beatæ *Mariæ* Teokesberie in hæc verba. *In nomine sanctæ Trinitatis. Notum sit fidelibus cunctis tam presentibus quam futuris, quod ego* Hainricus *Dei gratia rex* Anglorum *apud* Marlebergam, *in anno ab incarnatione domini millesimo & centesimo, concedo & perpetualiter confirmo has subscriptas res & terras ecclesiæ beatæ* Mariæ Teokesberie, *quas* Robertus *filius* Hamonis, *caterique barones mei dederunt prædictæ ecclesiæ, videlicet* Gingestonam, & Estanlete, *& unam hydam de* Wildelande, *& duas hydas de* Bermertona, *& unam de* Berchelai, *& piscariam de* Teokesberia, *& pratum juxta eam, & molendina, & ecclesiam de* Walis, *& decimas & ecclesiam de* Faireforz, *& ecclesiam de* Cereſleia, *& decimam de* Denelis, *& decimam de* Chenuceia, *dimidiam hydam de* Aluretona, *& decimam de* Cotot, *quam dedit prædictæ ecclesiæ* Robertus *de* la Haia, *& ecclesias de dominio suo, & piscariam de* Walis *&* Amenel, *quod dedit prædictæ ecclesiæ* Winebaldus *de* Balaon, *favente rege, & terram* Rodberti *filii* Hugonis *de* Wertona, *quam dedit prædictæ ecclesiæ. Signum* ✠ Heanrici *regis* ✠ Hugo *comes.* Robertus *de* Beleme. Willielmus *de* Mortama. Roperus le Peitevin. Heanricus *de* Werwik. Willielmus *cancellarius.* Evorardus. Willielmus *de* Wreouuast. Eodorunus *dapifer.* Robertus *filius* Hamonis *& Haimon frater ejus.* Willielmus *de* Albegni. Mile Crispin, Hugo *de* Belcamp. Rogerus *de* Nuvant. Nigellus *de* Monevile. Rogerus le Bigod. Robertus Malet. Hugo Maminor. Inspeximus etiam cartam quam idem *Henricus* fecit eidem ecclesiæ in hæc verba.

Pat. 10 H. 4. parte 2. m 5. ✠ *IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, cunctis ecclesiæ catholicæ filiis & dilectoribus rex* H. *salutem. Notum sit vobis omnibus me* Henricum *Dei gratia* Anglorum *regem perhenniter concessisse & liberè confirmasse ecclesiæ sanctæ*

Dei genitricis & perpetue virginis Mariæ *de* Teokesberia, *anno dominice incarnationis millesimo centesimo sexto, apud* Wintoniam, *has res subscriptas, quas* Robertus *filius* Hamonis, *& plures alii homines dederunt, vel quas abbas emit, pro anima mea & pro animabus patris & matris mee & omniumque parentum & antecessorum meorum. scilicet terram de* Byrnete, *unam hydam, & terram de* Fullingahope, *& de* Rerevals, *& unam hidam apud* Ameneam *de* Huntfrido *camerario, & duas hidas de* Purtika, *& unam hidam cum duabus decimis de* Alfredo *de* Nicola, *& unam hidam de* Panimtuna, *& unam virgatam de* Bituna, *& ecclesiam sancti* Petri *de* Bigeton, *& decimam redditum de* Bigeton, *& ecclesias que fuerunt* Roberti *capellani, cum terris & decimis. Ecclesie iste sic distinguntur. Quedam ecclesia in* Londonia, *que vocatur* Semannescyrce. *Ecclesia de* Merlana. *Ecclesia de* Hameldena. *Ecclesia de* Ascentona. *Ecclesia de* Mereffelda. *Ecclesia de* Sopeberia. *Ecclesia de* Torneberia. *Ecclesia de* Pentric. *Ecclesia de* Essemera. *Ecclesia de* Froma. *Ecclesia de* Lapaforð. *Ecclesia de* Winchelea. *Ecclesia de* Edussea. *Ecclesia de* Sut-Moltona. *Ecclesia de* Citelmentuna. *Ecclesia de* Wideforð. *Ecclesia de* Litchama. *Ecclesia de* Chilchentona. *Ego autē ipse rex* Henricus *dedi isti eidem ecclesie unam villam que fuit de honore* Roberti *filii* Hamonis, *post mortem ejusdem* Roberti *dedi eam, & pro anima ipsius : villa ipsa vocatur* Ferthelmentona, *unam piscinam in* Teokesberia, *& aquam liberam supra piscariam subtus quantum terra ejusdem ville durat, & unum molendinum, pratum & decimam pratorum, pratum de pastura, pratum de* Eadmundesella, *pratum de* Sealdena, *& pasturam ubique in* Teokesberia, *cum dominicis pecoribus, terram* Rogeri *vinitoris, & essarsum de* North-haia, *socā & sacā, & toll & teim, in tota terra ecclesie. Curiā cum domibus juxta ecclesiam quā* Robertus *filius* Hamonis *dedit ecclesie in burgo* Teokeberie, *unā hagā de dono* Goduuini, *duas de dono* Eglaf, *& parum terre de dono* Godwini *pistoris juxta* Suthuudam. *In bosco* Palbere ne *quicquid opus est ad utilitates ecclesie, & pasnagium quietum;* Chingeltonam, Stanlegiam, Mildelandam, Bermertonam, Berthele, Wodechesuuda, *dimidiam hidam in* Hamma. *Unam virgatam terre* Alangeforð, *ecclesiam de* Faireforð, *ecclesiam de* Cetcslege, *decimam de* Yehtredeberi, *decimam de* Chenuka, *decimam de* Tarrenta, *ecclesiam de* Umberlega, *ecclesiam de* Bikentona, Amenel, Wertona, Chetel, *cum hida* Aiulfi, *& cum terra* Walteri, *duas domos in* Tureforð, *de dono* Radulfi *sacerdotis. In* Bisselea *unam virgatam terre de dono* Sibillæ. *In* Oxenduna *unam hidam terre emptam a* Godrico Dydicote *de escambio* Alexandri. *In* Sumersete, *in villa que vocatur* Aille, *triginta duas solidatas terre per annum, quam dedit* Gilbertus *de* Umfranvilla *pro anima uxoris sue. In* Ascentona *duas hidas & unam virgatam terre, de dono* Roberti *filii* Nigelli. *In* Wualis, *ecclesiam parochialem sancte* Mariæ *de* Burgo *de* Cardi, *cum una carucata terre, capellam de castello de de* Cardi *cū una caruccata terre. Decimas omnium dominicarum redditus de* Burgo *de* Cardi. *Decimas totius dominii quod* R. *filius* Hamonis *habuit in* Walis. *Omnes decimas omnium baronum* R. *filii* Hamonis *per totam terram de* Walis. *Totum brachium aqua de* Taf, *quod est juxta ecclesiam, ex que exit de* Taf *quousque reintrat in* Taf, *ad faciendas piscarias & quaslibet utilitates ecclesie, pratum ultra aquam juxta ecclesiam, villulam que vocatur* Landoho. *Terram quam dedit* Walterus *de* Landblethien. *Decimam terre quam abbas de* Gloec. *habet in* Landcarven. *Ecclesiam de* Landhiltunit. *Terram quam* Walkelinus *dedit, molendinum de* Raz, *& piscarias quas* Robertus *de* Haia *dedit. Terram quam* Robertus *filius* Nigelli *dedit. Ecclesiam de* Novo-Castello. *Hec autem omnia confirmaverunt mecum isti barones mei. Signum regis* ✠ *Henrici. Signum* ✠ Walteri *cancellarii. Signum* ✠ Girardi *archiepiscopi. Signum* ✠ Roberti *episcopi de* Nichole. *Signum* ✠ Sampsonis, *episcopi* Wigorniæ. *Signum* ✠ Hugonis *abbatis. Signum* ✠ Humfridi *de* Bohun. *Signum* ✠ Haymonis *dapiferi. Signum* ✠ Roberti *comitis de* Mell. *Abbatis* ✠ Glaston. *Signum* ✠ Roberti *filii* Nigelli. *Signum* ✠ *abbatis* Germundi. Pha ✠ ris *abbatis. Signum* Rogeri ✠ Saresburiensis *episcopi. Signum* ✠ Thomæ *Capell. Signum* Willielmi ✠ Exoniensis *episcopi. Signum* ✠ *abbatis* Nigelli.

Inspeximus eciam cartam quam idem *Henric.* fecit sancte *Marie* & abbati & monachis de *Teokesbiria* in hec verba. Henr. *Dei gratia rex* Angl. *& dux* Norm. *Archiepiscopis. Episcopis, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, & omnibus ministris suis Salutem. Sciatis me in honore Dei & sancte* Marie *genitricis Dei, pro salute anime mee, & pro animabus regis* Willielmi *patris mei, & regis* Willielmi *fratris mei, &* Mathild. *regine matris mee, &* Mathild. *regine uxoris mee, omniumque antecessorum meorum, & pro anima* Roberti *filii* Hamonis, *concessisse & confirmasse sancte* Mariæ *& abbati & monachis de* Teokesberia, *omnes possessiones suas, in ecclesiis & decimis, in terris & aquis, in molendinis & piscariis, in pasturis & nemoribus, & in omnibus rebus tenendas in perpetua elemosina ita liberè & quietè sicut fuit quietum dominiū* Roberti *filii* Hamonis, *qui eandem ecclesiam fundavit, quando illud fuit in dominico regis* Willielmi *patris mei &* Mathild. *regina matris mee, de firis & hundredis, de geldis & denegeldis, de omnibus consuetudinibus & de omnib' causis. Testibus* Rogero *episcopo* Saresb. Roberto *episcopo* Linc. Roberto *comite de* Mellent. Roberto *comite de* Gloecestr. Briencio *fil. com.* Hamo. *dapifero.* Waltero *de* Gloecestr. *apud* Winton.

Inspeximus eciam cartam quam idem *Henricus* fecit sancte *Marie* de Teokesbir. in hec verba. H. *rex* Angl. *Archiepiscopis, Episcopis, Justic. Com. Baron. Vic. & omnibus ministris in quorum ministeriis abbas* Teokesbir. *terras habet, Salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse sancte* Marie *de* Teokesbir. *has res subscriptas in perpetua elemosina, liberas & quietas, pro anima mea, & pro animabus patris & matris mee, omniumque antecessorum meorum, ecclesiam de* Chddeslega, *ecclesiam de* Lethe, *decimam de* Chaldewella, *& de* Fishida, *decimam de* Sutton, *decimam de* Bacheberga, *decimam de* Weltona, Roberti *de* Balchervilla, *decimam de* Pareffelde, *decimam de* Muchelesberga, *terram que dicitur* Lancadel,

Lancadel, *quam dedit* Walchelinus *eidem eccle-*
sia. Terram de Didicot, *quam habet ipsa eccle*
sia per excambium de Alexandro *de* Cormelis, *ter-*
ram de Poltons, *quam dedit eidem ecclesiæ* Adeli-
za *de* Insula, *pro anima* Reginaldi *de* Dunstanvilla
viri sui, duas hidas in Porbica *de feodo* Roberti *de*
Clavilla. *Volo autem & præcipio quod tota possessio*
sancte Marie de Teokesbir. *ita sit quieta de pla-*
citis & geldis, & de omnibus causis sicut fuit quie-
tum dominium Roberti *filii* Hamonis, *quod nunc*
est dominium Roberti *filii mei. Testibus* Ranulfo
cancellar. & Hamone *dapifero, apud* Burnam.

Inspeximus etiam cartam quam bone memoriæ dominus *Henr.* quondam rex *Angliæ*, proavus noster, fecit monachis prædictis in hec verba. Henricus *Rex* Angliæ, & *Dux* Norman. & Aquit. & *Comes* Andeg. *Justic. & Vicecom. & Baronibus, & omnibus ministris & fidelibus suis* Angliæ & Wallie *Salutem. Sciatis me concessisse mo-*
nachis de Teokesbir. *quod liberè & quietè vendant & emant res quæ sibi necessarie fuerint sine*
tolneto per totam Angliam & Walliam. *Et prohibeo, ne quis eos disturbet super x. l. forisfacture. Teste* Unfrido *de* Bohun *apud* Gloec. Nos autem donationes, concessiones & confirmationes prædictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantū in nobis est, dilectis nobis in Christo nunc abbati & conventui loci prædicti & eorum successoribus, concedimus & confirmamus, sicut carte prædicte rationabiliter testantur. Hiis testibus venerabilibus patribus *A. Dunelmen. J. Carlielen. & W. Coventr. & Lych.* episcopis *Joh.* de *Warenna* comite *Surr. Thoma* comite *Lanc. Henr.* de *Lacy* comite *Lincoln. Joh.* de Hastingges. *Joh.* de Segrave. *Hugone le Despencer*, & aliis. Dat. per manū nostram apud *Karliolum* primo die Julii. Dupp. per finem factum in scaccario.

Leland. collectan. vol. 1. p 78.

Cranburne *cella de* Theokesbyrie.

Alredus Meaw, comes *Gloecestriæ*, primus fundator. Famulabatur huic antiquitus monasterium de Theokesbyri; sed *Robertus* filius *Hamonis*, comes *Gloecestriæ* dedit prædia hujus domus monasterio de Theokesbirie.

Prior & duo monachi.

WINBURNENSE
Cœnobium in agro Dorsetensi.

Henric. Huntind. lib. 4. fol. 194. a.

Circa hoc tempus [*Ine* scil. regis] *Cudburh*, soror *Cudburh*, construxit abbatiam apud Wineburne, quæ data fuerat *Egferdo* regi *Northumbrorum*, sed eo vivente separata.

Annales de Dorsetia in bibl. Cotton. Hist. antea MS. Joh. Tinemuthensis in bibl. Bodl. lib. 17. c. 205.

Anno Domini DCCxv. sancta *Cuthbritha* construxit monasterium virginum in Winburne.

Anno Domini DCCxviij. sancta *Quinburga*, & sancta *Cuthburga*, sorores *Ine* regis *West-saxonum* claruerunt, quæ monasterium apud *Winburnam* construxerunt.

CROILANDENSE
Cœnobium in agro Lincolniensi.

W. Malm. lib. fol. 166. b. n. 50.

Croiland est una insularum jacentium in illo tractu orientaliū stagnorū, quæ à meditullio terræ oricntia, & per cum centum & eo amplius milliaria fluenta in mare, multis & magnis fluminibus impetu suo præcipitantur. Hic *Guthlacus*, non dejecta stirpe otiundus ephebus, spreto usu armorum quo pollebat, cum esset xxv. annorum, solitariam vitam ingressus, xv. annis degit, quibus, assistente Dei gratia, & sacerdotii gradu & signorum honore, & vaticiniorum veritate approbatus est. Sed magis virtutum ejus gratia post obitum splenduit, tam sacratissimi corporis post annum incorruptela, quàm multorum miraculorum ostensione præcipua: meritis quoque ejus datur, quod ad corpus ejus edificato monasterio, inter tot bellorum turbines, inter tot temporum volubilitates, nullam ærumnam vel detrimentum sui locus ille persenserit.

Ingulphi Croiland. hist. fol. 484. b. n. 30.

——— Defuncto igitur ac sepulto Dei famulo *Guthlaco*, signa virtutum (&c.) coruscare frequenter cæperunt (&c.) Rex autem *Ethelbaldus*, ut beatum consolatorem suum miraculis coruscare comperiret, locum sepulturæ ejus gaudens, & devotus expetiit, & ea quæ dicto viro Dei adhuc viventi, jam regnum adeptus, ante promiserat, plenè persolvit. Accersito namque quantocyùs quodam famosæ religionis monacho *Evesshamensi*, nomine *Kenulpho*, ut ibi cœnobium aggregaret sibi & Deo servientibus, perennitèr concessit, dedit & confirmavit, & ab omni redditu & consuetudine seculari, totam insulam *Croylandiæ* omninò absolvit; & inde chartam suam in presentia episcoporum procerumque regni sui securam statuit.

Ex chronico incerti auctoris quod inveni in cœnobio Canonicorum Barnwellensium *non procul à* Granta.

Leland. collectan. vol. 2. p 278.

Ethelbaldus rex *Merciorum* insulam *Croylandia*, palis quercinis, quindecim vel eo amplius pedum, in paludem defixis, & terra desuper congesta, fratribus Deo & sancto *Guthlaco* ibidē servituris, locum illum, sicut finibus distinguitur, cum aliis donavit.

Croyland, *ex tabula quadam descripta.*

Ibid. vol. 3. p 27.

Sanctus *Guthlacus* heremita, *Croylandiæ* insulam à demonibus liberavit, tandem ibidem obiit, & sepultus est.

Sanctus *Cyssa* ex pagano factus Christianus, successit *Guthlaco*. *Etheldrutha Offæ* regis filia, & uxor *Ethelberthi* regis, & martyris, postea monialis, ibidem sepulta.

Beccelinus sancti *Gudlaci* discipulus, ibidem sepultus.

Ethelbaldus rex *Merciorum* post *Gudlaci* anachorite

chorite tempora, *Croylandiam* adduxit monachos, & eccleſiam novam fabricavit, quæ poſtea per *Hinguarum* & *Hubbam* penitus ſpoliata, & deſtructa fuit.

Eccleſia verò quæ nunc extat opus fuit *Ingulfi Normanni*, ejuſdem monaſterii abbatis.

[Sancti *Guthlaci* vitam deſcriptam habes apud *Ordericum Vitalem*. Hiſt. Eccleſ. p. 537. pluraque de hujus cœnobii fundatione pag. 541. &c.]

Ex *Ingulphi* hiſtoria *Croylandenſi* fol. 484 b. n 40. Vide Pat. 17 R. 2. parte 1. m. 31.

Carta Ethelbaldi regis, *de fundatione monaſterii de* Croyland.

"Ethelbaldus divina diſpenſatione rex *Merciorum*, omnibus catholicæ fidei cultoribus ſalutem perpetuam. Regi regum omnium & univerſorum creatorum magna cum exaltatione gratias ego, qui me uſque ad præſens cunctis involutum ſceleribus patienter ſuſtinuit, miſericorditer attraxit, & ad ſui nominis agnitionem parumper erexit. Unde Deo adhærere mihi bonum eſt, & in ipſo ponere ſpem meam. Sed quid retribuam Domino pro omnibus, quæ tribuit mihi ut perluceam coram eo in lumine viventium? cum ſine ipſo nihil habemus, nihil ſumus, nihilque valemus. Magna enim aviditate noſtræ ſalutis author, & univerſorum largitor, acceptat noſtra minima, ut cauſam habeat retribuendi maxima, & infinita gaudia. Sectantes ejus doctrinam per opera miſericordiæ ſic conſolatur, dicens, *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Hinc eſt, quod cum dilecti confeſſoris mei, *Guthlaci* anachoritæ devoti inſtructus fuiſſem conſilio, precibus pulſatus, gratanter in hunc modum acquievi. Ad perpetuam ſecuritatis memoriam hoc chirographo patenti dono, trado & concedo omnipotenti Deo, beatæ *Mariæ*, & ſancto *Bartholomæo* de dominicis meis ad fundationem monaſterii nigrorum monachorum, ſub norma ſancti *Benedicti* Deo famulantium, totam inſulam *Croylandiæ* ad ſedem abbathiæ ſeperatam, & ſeperaliter obtinendam, cum quatuor aquis intercluſam: videlicet cum aqua quæ dicitur Schepiſhee, verſus orientem, & cum aqua quæ vocatur Nene, verſus occidentem, & cum aqua, quæ vocatur Southæ, verſus auſtrum, & cum aqua vocata Aſendik, verſus aquilonem, ubi communis ſewera eſt, inter Spaldelinge & dictam inſulam. Et continet dicta inſula in longitudine quatuor leucas, & tres leucas in latitudine cum mariſcis adjacentibus verſus occidentem ex oppoſito ejuſdem inſulæ ex utraque parte aquæ de Weland: cujus una pars verſus boream, vocata Goggiſland, continet duas leucas in longitudine a ponte de Croyland, ubi fit ingreſſus ad inſulam uſque ad Aſpath, & unam leucam in latitudine ab aqua de Weland in auſtrali parte uſque ad Apenholt, verſus boream juxta ripam; & habet per totam longitudinem æqualitatem latitudinis: & altera pars mariſci in auſtrali parte aquæ de Weland continet in longitudine duas leucas a ponte de Croyland uſque ad Southlake juxta ripam ex oppoſito de Aſpath, & habet in latitudine duas leucas ab aqua de Weland uſque ad Fynſett juxta aquam de Nene in auſtrali parte ejuſdem mariſci, cum ſeparali piſcaria in aquis de Weland & Nene, uſque ad ſupradictos utriuſque mariſci limites, & in aquis omnibus ſupradictam inſulam ambientibus, unde quendam cœnobitam *Eveſhamenſem* probate religionis virum, nomine *Kenulphum*, ut ſecum ejuſdem ordinis monachos probatos ibidem congregaret, abbatem conſtitui, præbens eis de thelauro meo ad ædificationem monaſterii ejuſdem, primo anno trecentas libras legalis monetæ, & per decem annos proximè ſequentes quolibet anno centum libras, concedendo eiſdem licentiam ad villam ædificandam ibidem ſive includendam, quantum ex iis duobus mariſcis verſus occidentem dictis monachis pro ſe & ſuis placuerit. Quare volo, quod prædicti monachi habeant iſta dona mea cum omnibus appendiciis libera & ſoluta ab omni onere ſeculari in perpetuam eleemoſynam meam, cum omni commodo, quod evenire aut extorqueri poterit infra dictos limites, tam ſubter terram, quàm ſupra, cum communa paſturæ pro omni genere animalium, omnibus ſciſonis ibi, & hominibus ſuis, ſive tenentibus ſuis ſecum ibidem moram facientibus ex utraque parte aquæ de Weland, videlicet, ex una parte uſque ad agrum de Bedhamſted, & ex altera parte uſque ad ædificia Spaldelinge, cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus, quas regia poteſtas liberiùs alicui eccleſiæ in regno meo contulerit temporibus retroactis. Et diſtrictè præcipio, quod ſi quis contra hoc meæ authoritatis teſtamentum aliquod machinari impedimentum præſumpſerit, quominùs pacificè poſſideant aliqua per me data & conceſſa, centum libras legalis monetæ theſauro meo perſoluet, necnon dictis monachis pro damnis & expenſis dignè ſatisfacier. Deprecor omnes poſteros meos ad regnum ſuccedentes, ut hanc penam & cenſuram meam ita obſervent inviolatam, ſicut voluerint recipere debitæ juſticiæ præmium, & evadere rapacitatis ſupplicium. Qui verò iſtam eleemoſinam meam provexerit & defenſaverit, in ſorte electorum Dei remuneretur æternaliter. Firmatum eſt hoc chirographum meum in anno ab incarnatione Chriſti, DCCxvj. quod & his probabilibus teſtibus ſanctæ crucis indicio ſubnotatur. 716.

"✠ Ego *Ethelbaldus* rex *Merciorum* gratuito conſenſu confirmavi. ✠ Ego *Brithwaldus Dorobernienſis* archiepiſcopus ratificavi. ✠ Ego *Winfridus Merciorum* epiſcopus approbavi. ✠ *Ingualdus Londonienſis* epiſcopus merè conſenſi. ✠ Ego *Adwinus Lichefeld.* epiſcopus adoptavi. ✠ Ego *Tobias Roffenſis* epiſcopus collaudavi. ✠ Ego *Ethelredus* abbas de Wardney multum affectavi. ✠ Ego *Egbaldus* abbas de Bedhamſted illud fieri devotè rogavi. ✠ Ego *Egga* comes *Lincoln.* conſilium dedi. ✠ Ego *Leucius** comes *Leyceſtriæ* aſſenſum præbui. ✠ Ego *Saxulphus* filius *Saxulphi* comitis corroboravi. ✠ Ego *Ingulphus* presbyter & humilis miniſter vocatus audivi. ✠ Ego *Ethelbaldus*, licèt indignus patientia tamen divina regni *Merciorum* gero gubernacula, ſumma cum fiducia

* Lege *Leuricus.*

" ducia authori meo Christo redeo humiliter: de
" quo propheticè scribitur in psalmo, *Miserationes ejus super omnia opera ejus*: ejusdem pietati
" me totum submitto, & sanctæ matris ecclesiæ
" precibus, beneficiis spiritualibus, commendo.

Hinc quidam poeta sic dixit.

Ethelbaldus *ego rex sub domino super* Anglos
Hanc abbathiam construo, Christe, tibi.
Insula de Croyland, *vastum regis speciale,*
Dicitur hæc terra, quam tibi trado, Jhesu.
Hanc totam terram cum circumeuntibus undis
Quæ claudunt illam, do tibi, summe Deus,
Insuper argenti primo fabricantibus anno
Trecentas latomis annumerabo libras:
Annis inde decem dabo centum quolibet anno
Libras in latomos, qui steterint ad opus.
Kenulphus *monachus professus* Evesham*iensis*
Abbas primus erit, huic ego trado locum.
Cunctaque confirmo magnatum dona meorum,
Si dederint terras seu tenementa Deo.
Istum Kenulphum *si quis vexaverit* Anglus,
Rex condemno mihi cuncta catella sua:
Inde meis monachis de damnis omnibus ultra
Usque satisfaciat, carcere clausus erit.
Adsunt ante Deum testes hujus dationis
Anglorum *proceres, pontificesque mei.*
Sanctus Guthlacus *confessor & anachorita*
Hic jacet, in cujus auribus ista loquor.
Orat pro nobis sanctissimus iste sacerdos,
Ad tumbam cujus hæc mea dona dedi.

Carta regis Offæ *monasterio de* Croyland.

Ibid. fol. 486. a. n. 30.

" OFfa rex *Merciorum*, omnibus per universum regnum *Merciæ* philochristis salutem
" perpetuam. Indesinentur recolens, quòd breves dies hominis sunt, & in hac paucitate dierum nostrorum, quæcunque seminaverit homo,
" hæc & metet: cupio per vitæ meæ præsentis sancta opera mercari mihi, & metere in futuro
" præmia sempiterna. Ideoque *Patricium* abbatem *Croylandiæ*, ac monachos suos ibidem Deo
" servientes, & servos suos universos, ipsumquè
" locum Croyland, & omnia quæ sua sunt, accipio in manum meam, & tanquam fratres meos monachos de sancto *Albano*, liberos & solutos esse ab omni onere seculari, & quietos ubique per regnum meum ab omnibus vectigalibus
" haberi præcipio: & confirmo eisdem prædictum
" monasterium suum, cum omnibus possessionibus suis, ac aliis rebus, quascunque cognatus
" meus, quondam inclytus rex *Ethelbaldus*, fundator dicti monasterii, contulerat eisdem, &
" quæcunque proceres sui vel mei postea contulerunt, seu conferent in futurum, vel quæcunque
" fideles Christi dicto monasterio *Croylandiæ* conferent in æternum. Istud cirographum anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi septin-
793. " gentesimo nonagesimo tertio, Ego *Offa* rex
" *Merciorum* concessi & confirmavi. ✠ Ego
" *Ethelardus* archiepiscopus *Doroberniensis* consensi. ✠ Ego *Egbaldus* episcopus Winchester subscripsi. ✠ Ego *Aldredus* episcopus *Dorcasistrensis* subnotavi. ✠ Ego *Aldulphus* episcopus Lichfeild collaudavi. ✠ Ego *Benna*
" abbas de Pedisham sted corroboravi. ✠ Ego
" *Ceolburga* abbatissa de *Berdea* aspiravi. ✠ Ego
" *Heaberichtus* comes ad imperium domini mei
" regis consignavi. ✠ Ego *Tilhernus* presbyter
" domini mei regis *Offæ*, ad ejus præceptum hoc
" chirographum manu mea scripsi.

Confirmatio Witlafii *regis* Merciorum *monasterio de* Croyland.

Ibid. fol. 487. n. 10.

WItlafius dispositione divina rex *Merciorũ* omnibus christicolis universam *Merciam* inhabitantibus salutem sempiternam. Magnalia Dei prædicare & publicare minimè mihi verecundum, sed verè videtur honorificum & gloriosum: unde apertè confiteor Domino, qui in altis habitat, humilia respiciens in cœlo & in terra, quoniam ad tempus iratus est mihi, conversus est furor suus, & consolatus est me, humilians in ira sua peccatorem usque ad terram, detrahens usque ad pulverem, & iterum misericordia sua suscitans de pulvere egenum, & de stercore erigens pauperem, ut sedeam cum principibus & solium gloriæ teneam. In die igitur bonorum, ne immemor sim malorum; memor ero *Rahab* & *Babylonis* scientium me; non *Rahab* meretricis, sed *Ethelditha* sanctissimæ virginis, cognatæ meæ, pro sponsi sui, agni immaculati, amore *Croylandiæ* recluſæ, & in tempore tribulationis meæ me in cella sua quatuor mensium spatio diligentissimè abscondentis à facie inimici & persequentis; memor etiam ero *Babylonis*, non turris confusionis, sed sanctissimæ ecclesiæ *Croylandensis*, quæ terra turris ad cœlum ascendens vigiliis & orationibus, psalmis & lectionibus, disciplinis & afflictionibus, lachrimis & singultibus, eleemosinis & innumeris aliis devotionibus pietatisq; operibus, pro sæculo * peccatore fortissimam violentiam regno cœlorum ingerit die ac nocte. Itaque quoniam venerabilis pater dominus *Siwardus* abbas *Croylandiæ* protexit me in tabernaculo suo in die malorum, celans ac salvans à facie tribulantis: ultra privilegia meorum antecessorum regum *Merciorum*, qui prædictum monasterium variis libertatibus & donariis nobiliter illustrarunt, offero & ego magno altari prædicti monasterii de paupertate mea calicem aureum, crucem auream, & tabulam capellæ propriæ laminis aureis deauratam, me profitens dictæ ecclesiæ perpetuum pro viribus defensorem. Insuper præcipio omnibus ministris meis per universam *Merciam* constitutis, quod abbati *Croylandiæ*, monachis, & omnibus fratribus illius sanctissimi monasterii, cum ad civitates & castella regia pro quocunque negotio accesserint, tanquam *Wimundo* filio meo, vel mihi, obediant in omnibus & ministrent, nihil pro expensis, quas ipsi, vel sui fecerint ibidem, ab iis accipientes, sed cum litera vel signo dictorum monachorum, arcarius meus omnes expensas hujusmodi, cum dicti ministri mei annumeraverint, pro fisco integrè acceptabit. Volo etiam & præcipio, quòd quicunque in regno meo pro quocunque delicto reus inventus & legibus obnoxius fuerit, si fugerit ad dictum monasterium; & coram abbate dicti monasterii, qui pro tempore fuerit, gratiam sanctissimi confessoris *Guthlaci*, ibidem corporaliter quiescentis, invocans, fidelitatem ei & servitium juraverit sempiternum: salvus & securus protec-

* *Fortè*, recluso.

Sanctuarium.

ctione abbatis & monachorum suorum, in quocunque servitio per totam insulam *Croylandiæ* ipsum posuerint, sicut in asylo, vel in camera mea propria pace mea & impunitate gaudeat, nullusque ministrorum meorum ultra illum insequi audeat, nec in aliquo molestare, sub pœna perditionis dextri sui pedis, quicunque in meo regno istud meum privilegium tentaverit in aliquo violare. Licebitque dicto fugitivo in quibuscunque aquis quæ dictam insulam ambiunt, navigare & piscari, ac aliter, quocunque modo a dominis suis assignatus fuerit, laborare, absque ministrorum meorum, vel alicujus alterius calumnia vel gravamine. Quòd si extra dictas aquas, vel metas dicti monasterii captus aliquando fuerit, pœnam quam quondam meruit, sive mortem, sive membrorum suorum mutilationem, si ministri mei, vel quicumque sui adversarii per juramentum sex hominum fide dignorum probare poterunt, quòd extra metas suas inventus fuerit, absque ulla gratia sustinebit. Dictas verò metas monasterii **Croyland** in quinque ejus aquas prædictas tam ministris meis, quam abbati & monachis suis pro suis dictis fugitivis describi feci & notari. Dictæ namque aquæ vocantur istis nominibus, videlicet **Schepithee** ad orientem, in cujus ripa occidentali crux lignea stat vetusta, & distat ab ipsa aqua per decem pedes, æqualiter posita in medio inter duos angulos ejusdem insulæ, scilicet **Aswictoft**, qui est angulus & meta dictæ insulæ contra vulturnum, & **Tedwarker**, qui est angulus & meta dictæ insulæ contra subsolanum. Secunda aqua, quæ claudit dictam insulam ad austrum vocatur **Southee**, in cujus ripa est posita crux lapidea distans à **Mamanlandhirne** per 5. perticatas, & a **Southee** per sex perticatas, ubi **Southée** intrat in aquam de **Nene**, quæ currit ad pontem de **Croyland**: sed metæ fugitivorum in illa parte diriguntur in mariscum occidentale per * **Einfet** contra africum, & sic usque ad **Folwardstaking** contra eorum, & sic divertendo ad boream, ubi **Southlake** intrat in aquam de **Weland** ex opposito lapideæ crucis, quæ stat in boreali ripa dictæ aquæ de **Weland**, distans ab ipsa aqua per 5. pedes, quæ currit inde ad prædictum pontem de **Croyland**: sed metæ fugitivorum ab illa cruce diriguntur in mariscum boreale directè usque ad **Oggot**, qui est angulus metarum contra favonium, & sic redeundo versus orientem per **Wodelade** usque ad **Apinholt**, & ibi ascendendo per aquam de **Weland**, quæ est quarta aqua claudens insulam in illa parte, sicut tercia aqua de **Nene** claudit eam ex altera parte pontis de **Croyland**, usque ad sewersm de **Asendike** cadentis in **Weland**, ubi stans fracta crux lapidea distat ab ipsa aqua de **Asendike** per tres perticatas in ejus ripa australi: & ipsa aqua de **Asendike** est quinta aqua claudens ab illo loco insulam prædictam, contra aquilonem usque ad **Aswictoft**. Si extra istas 5. aquas & metas prænotatas fugitivus inventus fuerit, tanquam *Semei* extra *Jerusalem* publicis legibus subjiciendus, pœnam quam meruit patietur. Quod si infra prædictas metas, & prædictarum aquarum ripas exteriores homicidium, furtum, vel aliam forisfacturam fecerit, per balivos dicti monasterii capiendus, juxta demerita in ipsa insula, cujus immunitatem perdidit, patietur, & ibidem judicandus in carcere abbatis condemnabitur. Et ut istud meum privilegium firmius & fortius ad posteros perseveret, per dominum meum *Egbertum* regem *West-Saxonia*, & *Athelwolphum* filium ejus illud obtinui confirmari. Offero etiam secretario dicti monasterii in ministerium sanctissimi altaris chlamydem coccineam, qua indutus eram in coronatione mea, ad capam inde sive casulam faciendam; & in ecclesiæ sanctissimum ornamentum, velum meum aureum quo insuitur excidium *Troiæ*, in meo anniversario (si placuerit) in parietibus suspendendum. Offero etiam refectorario dicti monasterii ad usum Præsidentis quotidie in refectorio scyphum meum deauratum, & per totam partem exteriorem barbaris vinitoribus ad dracones pugnantibus cœlatum, quem crucibulum meum solitus sum vocare, qua signum crucis per transversam scyphi imprimitur interius, cum quatuor angulis simili impressione protuberantibus, & cornu mensæ meæ, ut senes monasterii bibant inde in festis Sanctorum, & in suis benedictionibus meminerint aliquando animæ donatoris *Witlafii*. Confirmo etiam dicto monasterio omnes terras & tenementa, possessiones, & earum peculia, & omnia alia donaria, quæ prædecessores mei reges *Merciorum*, & eorum proceres, vel alii fideles Christiani, sive Judæi dictis monachis dederunt, vendiderunt, vel invadiaverunt, aut aliquo alio modo in perpetuam possessionem tradiderunt; & specialiter donum *Thoroldi* quondam vicecomitis *Lincolniæ* in **Wokenhale**, videlicet duas carucatas terræ & dimidiam, & viginti sex acras prati, & quinquaginta acras sylvæ de **Bush**. Item donum *Geolphi* filii *Maltæ* in **Halington**, viz. 4. bovatas terræ de **Inland**, & 10. bovatas in servitio, & 24. acras prati in **Gerathorp**. Item donum *Fregisti* militis, viz. totam villam de **Langtoft**, & in campis ejusdem ville 6. carucatas terræ arabilis, habentes in longitudine 15. quarentenas, & 9. quarentenas in latitudine, & 100. acras prati, & sylvam & mariscum duarum leucarum in longitudine, & duarum leucarum in latitudine. Et ecclesiam ejusdem villæ, & 40. acras de eodem feodo in campo de **Deping**. Item donum *Algari* militis, scilicet **Northland** in **Baston**, viz. 4. carucatas terræ arabilis, continentes in longitudine 8. quarentenas, & octo quarentenas in latitudine, & 45. acras prati, & mariscum continens in longitudine 16 quarentenas, & 8. quarentenas in latitudine, & ecclesiam ejusdem villæ, & unum molendinum, & dimidium alterius molendini, & totam piscariam in aqua à molendino versus occidentem usque ad finem ejusdem mariscí versus orientem. Item donum ejusdem *Algari* militis in **Repingale**, viz. 3. carucatas terræ arabilis, & 40. acras prati. Item donum *Normanni* quondam vicecomitis in **Sutton** juxta **Bosworth**, duas carucatas terræ, & unum molendinum ventricium. Item donum ejusdem *Normanni* in **Stapleton**, viz. manerium & duas carucatas terræ. Item donum ejusdem in **Badby**, viz. 4. hidas terræ cum appendiciis. Item donum domini *Algari* comitis in **Holbecke**, & in **Cappelade**, viz. 4. carucatas, & 6. bovatas, & 18. acras prati & mariscum. Item donum ejusdem in villa sua de **Spalding**, viz. 3. carucatas terræ, & unam bovatam, & 26. acras prati, &

quatuor

* Aliàs *Einfet.*

Aliàs, *Fregisti.*

Croilandenſis eccleſiæ
facies occidentalis.



quatuor salinas cum ecclesia ejusdem villæ. Item donum *Oswii* militis in *Draitona*, viz. 8. hidas terræ, & quatuor virgatas, & ecclesiam ejusdem villæ. Item donum *Asketelli* coci mei in Glapthorn, videlicet, tres virgatas terræ. Item donum *Wulgeti* pincernæ mei, videlicet, 3. virgatas terræ in Pickerk. Item donum nuncii mei in Laythorp, unam bovatam terræ. Item donum *Siwardi* vicecomitis in Birkby, 3. bovatas terræ, unam mansionem & tria cotagia. Et in *Standona* donum *Sigburgæ* comitissæ, 5. hidas terræ, & donum *Wulnoti* dapiferi mei in *Adingtona*, videlicet, duas hidas terræ: & piscariam cum advocatione ecclesiæ ejusdem villæ, & in alia *Adingtona* ex dono ejusdem unam virgatam terræ. Istas terras & tenementa prædicto monasterio *Croylandiæ* & monachis ibidem Deo servientibus in pacificam & perpetuam possessionem concedo, trado, & confirmo, habenda de me & heredibus meis quibuscumque regibus *Merciorum* post me successuris in perpetuam & puram eleemosynam liberè, quietè & solutè ab omnibus oneribus secularibus, exactionibus, & vectigalibus universis, quocunque nomine censeantur. Quod si quis adversarius, instigante diabolo, in quibuscunque prædictis terris aut tenementis tot regum spatio pacificè possessis, & eorum authoritate confirmatis, calumniam ponere voluerit in futurum, me & successores meos reges *Merciorum* profiteor præsenti cirographo & polliceor, dicti monasterii futuros in perpetuum defensores. Istud chirographum domino *Siwardo* abbati patri meo, & *Etheldrithæ* sanctissimæ virgini, pro Christi amore ibidem recluſæ, carne quidem cognatæ meæ, sed (quod magis est) in Christo charissimæ sorori, quondam promissum in præsentia dominorum meorum *Egberti* regis *West-Saxoniæ* & *Athelwulphi* filii ejus, coram pontificibus & proceribus majoribus totius *Angliæ*, in civitate *Lundoniæ* (ubi omnes congregati sumus pro consilio capiendo contra *Danicos* piratas littora *Angliæ* assiduè infestantes) signo sanctæ crucis confirmavi. ✠ Ego *Celnothus* archiepiscopus *Dorobornienſis* consului. ✠ Ego *Enbaldus* archiepiscopus *Eboracenſis* consignavi. ✠ Ego *Osmundus Londonienſis* episcopus collaudavi. ✠ Ego *Helmstanus* episcopus *Wintonienſis* assensum præbui. ✠ Ego *Herewinus* episcopus *Lichfeldenſis* consensi. ✠ Ego *Cedda Herefordenſis* episcopus aspiravi. ✠ Ego *Adelstanus Shirevburnenſis* episcopus procuravi. ✠ Ego *Humbrithus Helmati* episcopus approbavi. ✠ Ego *Wilredus Dommocenſis* episcopus annui. ✠ Ego *Herferdus Wigornienſis* episcopus gratum habui. ✠ Ego *Godwinus Roffenſis* episcopus favi. ✠ Ego *Hedda* abbas de Pevesham ratificavi. ✠ Ego *Ambertus* abbas *Ripadii* interfui. ✠ Ego *Kinewinus* abbas de Wardiney astiti. ✠ Ego *Egbertus* rex *West-saxoniæ* concessi. ✠ Ego *Adelwulphus* filius regis *West-saxoniæ* consensum dedi. ✠ Ego *Wulhardus* dux affui. ✠ Ego *Athelinus* dux audivi. ✠ Ego *Herenbrithus* dux acceptavi. ✠ Ego *Swithinus* presbiter regis *Egberti* præsens fui. ✠ Ego *Bosa* scriba regis *Withlafii* manu mea chirographum istud scripsi. ✠ Ego *Withlafius* Domini nostri Jesu Christi gratia rex *Merciorum*, ad sanctæ matris ecclesiæ honorem, & divini cultus exaltationem, anno incarnationis ejusdem nostri salvatoris octingentesimo tricesimo tertio in festo sancti *Augustini* confessoris, doctoris, & apostoli nostræ gentis, hæc pauca offero, pluraque offerem, quin corpus meum in morte mea tam sancto monasterio promitterem, nisi antea sepulturam meam *Ripadio* devovissem. Veruntamen spiritus meus permanebit vobiscum in æternum. 833.

Carta Eadredi *regis.*

"PAx in summæ Trinitatis nomine, patris & filii & spiritus sancti, Amen. Ego *Edredus* rex terrenus, sub imperiali potentia regis seculorum æternique principis, magnæ *Britanniæ* temporale gerens imperium, universis Christianis tam presentibus quàm posteris salutis beneficium in authore salutis. Vobis liqueat omnibus, quod per devotam suggestionem & frequentem provocationem dilecti clerici & cognati mei *Turketuli* mihi factam super reparatione, restauratione ac libertate sacrosanctæ ecclesiæ & monasterii *Croylandenſis*, in quo recondictæ sunt reliquiæ sancti *Guthlaci* confessoris & anachoritæ, non modicum condolui & compassus sum, tam pro depopulatione sanctæ matris ecclesiæ, quam pro minoratione beneficiorum spiritualium pro animabus progenitorum meorum per opera misericordiæ multipliciter & frequenter impensorum, recolens, ibi cœnobium nigrorum monachorum ordinis sancti *Benedicti* à nobili rege *Merciorum*, *Ethelbaldo* nomine, quondam *Alwinis* filio esse fundatum, affluenter ditatum, & regalibus privilegiis sufficienter munitum, ut per inspectionem cartarum ejusdem *Ethelbaldi* ad securitatem dictorum monachorum compositarum, satis erat consilio meo declaratum. Sed post multorum temporum curricula per paganorum exercitum erat devastatum, & cum omnibus ornamentis & monumentis compluribus igne crematum & consumptum. Ubi prædictus *Turketulus*, qui juxta psalmistæ vocem propheticam, *odit ecclesiam malignantium, & dilexit decorem domus domini*, pio illimulatus desiderio, dictum cœnobium reparare & reædificare summopere molitur. Hic homo divinæ charitatis zelo in tantum accensus est, ut corde ac corpore se ovili dominico iidem mancipare indefinenter adoptat. Unde quinque monachi senes in eadem insula latitantes, de quibus duo à *Ædi- *Alia diversione.
fpositione regressi, de ejusdem *Turketuli* & aliorum jurisperitorum consilio informati, quasi graviter formidantes jacturas & dispendia varia futuris temporibus inopinatè emergentia, totam abbatiam cum omnibus possessionibus obtentis, & ejusdem *Turketuli* solicitudine recuperatis, meo etiam favore acquisitis, cum sex maneriis de prædiis suis hæreditariis, in manum meam funditus & sponte resignarunt, ut per meam redonationem de firmiori & liberiori ex tunc & inposterùm gratulentur possessione. Sed quum fœdus verbo solummodo initum, dum à memoria fuerit devolutum, in materiam contrahitur litigiosam, nisi rei gestæ perennis scripti patrocinium Ibid. fol.

" cinium ſuffragetur. Hinc eſt, quod ſæpedictum " *Turketulum* cum præfatis monachis jam in " habitu adunatum, grato meo conſenſu et aſſen- " ſu abbatem ejuſdem monaſterii conſtituo, et " tam abbathiam quam omnes poſſeſſiones ſic re- " cuperaras et mihi reſignatas, ex dono meo re- " gali de cetero in perpetuam et puram eleemo- " ſynam illis monachis, et omnibus ſucceſſoribus " eorum ſub eadem regula et eodem habitu ſancti " *Benedicti* ibidem Deo ſervientibus, trado, dono, " et confirmo, et in hunc modum per ſingula de- " clarare diſpono. Inprimis totam inſulam *Croy-* " *landia* pro gleba eccleſiæ & pro ſitu ſeperali " ejuſdem monaſterii cũ his limitibus diſtinctam, " videlicet, à ponte de **Croyland** triangulo " per aquam de **Weland** verſus **Spalding** " uſque ad **Aſendick**, ubi **Aſendick** cadit in " aquam de **Weland** ex orientali parte crucis la- " pidis per prædictum *Turketulum* ibidem affi- " xæ, & ſic ſurſum verſus orientem per **Aſendick** " uſque ad **Aſwickkoſt**, & inde uſque ad **Shep-** " **ſhee** in orientali parte ejuſdem inſulæ, & ſic uſ- " que ad **Tedwarthar**, & ibi intrando **Southee** " uſque ad **Namanlandhirne**, ubi crucem lapi- " lapideam affigi præcepit idem *Turketulus*, " diſtantem à **Southee** per ſex perticatas, & ſic " in illa aqua divito duorum comitatuum, *Lin-* " *colnia* videlicet & *Grantebrigiæ*, & diſtat ea- " dem crux ab aqua de **Nene** verſus occidentem " per 5. perticatas; & inde per eandem aquam " de **Nene**, ſicut currit ad ſupradictum pontem " de **Croyland**, cum ſeperali piſcaria tam in " aquis omnibus ambientibus eandem in- " ſulam quam in ſtagnis & paludibus infra ſitum " incluſis, una cum mariſcis & alnetis adjacenti- " bus verſus occidentem ex oppoſito ejuſdem in- " ſulæ, in omnibus *Lincolniæ* comitatui annexis " & reſpondentibus, & per hos limites in hunc " modum determinatis, videlicet à **Namanland-** " **hirne** per aquam de **Nene** verſus occidentem " uſque ad finem factum, ubi crux lapidea defixa " eſt juxta ripam, & ab inde uſque ad **Grinis**, " & ſic uſque ad **Folwardſtaktug**, et inde uſque " ad **Southlake**, ubi **Southlake** cadit in aquam " de **Weland**, et ſic tranſeundo eandem aquam, " et incipiendo ad **Kenulphſton** juxta ripam ex " oppoſito de **Southlake**, ubi primus abbas à " fundatione ejuſdem monaſterii, nomine *Kenul-* " *phus*, poſuit crucem lapideam pro limite inter " **Croyland** et **Deping**, et ab inde tendendo " verſus boream juxta **Aſpath** uſque ad **Wer-** " **warlake**, et ſic uſque ad **Parinholt**, et deinde " ſurſum per **Hengarlake** et **Lurtlake**, et ibi " ſunt limites dividentes **Holland** et **Kellevene**, " et inde uſque ad **Oggot**, et ſic uſque ad **Pin-** " **holt**, ſive alio nomine **Wodelade**, ubi **Wode-** " **lade** cadit in aquam de **Weland**, cum omni- " bus appendiciis, et omni commodo quod poſſit " evenire ſive extorqueri infra ſupradictos limites, " tam ſubter terram quàm ſupra, cum communa " paſturæ in mariſcis adjacentibus ex utraque " parte aquæ de **Weland**, videlicet ex una parte " ab ipſa aqua uſque ad agrum de **Pedeſhaun-** " **ſted**, et ex alia parte ab eadem aqua uſque ad " ædificia de **Spalding**, cum ſeperali piſcaria in " eadem aqua de **Weland**, à **Kenulphſton** uſq; " ad pontem de **Croyland**, et ab inde in eadem " aqua et in aqua de **Weland** coadunatis uſque " ad **Aſendick**. Poſſunt etiam dicti monachi de " eiſdem mariſcis verſus occidentem adjacentibus " pro ſe & hominibus ſive tenentibus ſuis inclu- " dere croſtos ſive pratum circa pontem ſepera- " riter quantum illis placuerit. Quare volo, quod " dicti monachi habeant prædia ita de donatione " & confirmatione mea, libera & ſoluta ab omni " cauſa & onere ſeculari, & omnes libertates & " liberas conſuetudines, cum omni illo quod ap- " pellatur, *ſocha*, *ſacha*, **Tol** & **Tem**, **Infang-** " **thef**, **Weif** & **Stray**, & cum his legitimè ap- " pendentibus in puram & perpetuam eleemoſy- " nam meam. Præterea trado, dono & confirmo " eiſdem monachis has poſſeſſiones eidem cœno- " bio ex donatione antiqua procerum regni mei " ab olim dependentes, videlicet, in **Lincoln-** " **ſhire**, in **Spaudelinge** tres carucatas terræ. " In **Pincebeck** unam carucatam terræ. In " **Cappelade** tres carucatas terræ, ſex bova- " tas terræ, & duodecim acras prati, cum eccle- " ſia ejuſdem villæ. In **Algare** duodecim bo- " vatas terræ. In **Donnesdike** duas carucatas " terræ, & viginti acras prati. In **Dzayton** u- " nam caru icam terræ & ſex acras prati, & 4. " ſalinas. In **Burtoft** unam bovatam terræ, cum " *Socha*, *Sacha*, & cum eccleſia de **Sutterton**. " In **Bokenhale** duas carucatas terra & dimi- " diam, & viginti ſex acras prati, & quinqua- " ginta acras ſylvæ, & 70. acras de **Bzuſhe**. In " **Halington** decem bovatas terræ cum quatuor " bovatis de **Inlond**, & cum triginta dua- " bus acris prati de eodem feodo in **Gerum-** " **thozp**. In **Langtoft** ſex carucatas terræ ara- " bilis (& habet quindecem quarentenas in lon- " gitudine & novem quarentenas in latitudine) " & centum acras prati, & ſylvam, & mariſcum " duarum leucarum in longitudine, & duarum " leucarum in latitudine, & eccleſiam ejuſdem " villæ, & quadraginta acras de eodem feodo in " campo de **Deping**. In **Baſton** apud **Tet-** " **ſozd** quatuor carucatas terræ arabilis, & qua- " draginta quinque acras prati cum eccleſia ejuſ- " dem villæ, & cum 16. quarentenis mariſci in " longitudine & 8. quarentenis in latitudine; " cum uno molendino aquatico, & dimidio mo- " lendino. In **Repingale** tres carucatas terræ a- " rabilis & 60. acras prati. In **Laithozp** unam " bovatam terræ. In **Kirkby** tres bovatas terræ, " unam manſionem & tria cotagia. In **Nozthamp-** " **tonſhire**, in **Wedlingburough** 6. hidas terræ " & dimidiam cum eccleſia ejuſdem villæ, cum " *ſocha*, *ſacha*, &c. In **Adington** tres hidas terræ " cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ. In " **Helmington** tres hidas. In **Glapthozn** tres " virgatas terræ. In **Wirthozp** unam hidam & " dimidiam cum uno molendino aquatico. In " **Peykirk** duas virgatas terræ. In **Baddy** ma- " nerium & quatuor hidas terræ, cum triginta a- " cris prati. In **Huntindonſhire**, in **Nozberne** " 5. hidas terræ cum advocatione eccleſiæ ejuſ- " dem villæ. In **Thiring** unam hidam & dimi- " diam terræ. In **Leyceſtreſhire**, in **Beby** de- " cem carucatas terræ & dimidiam cum eccleſia " ejuſdem villæ. In **Sutton** 2. carucatas terræ. " In **Stapleton** 2. carucatas terræ. In **Grante-** " **bridgſhire**, in **Botenham** 11. hidas terræ

" cum

" cum advocatione ecclesiæ ejusdem villæ alter-
" nis vicibus. In **Yokitton** 6. hidas terræ & di-
" midiam cum ecclesia ejusdem villæ. In **Dyat-**
" **ton** octo hidas terræ & dimidiam cum advo-
" catione ecclesiæ ejusdem villæ. In **Hart-**
" **forthshire**, in **Standonn** 5. hidas terræ. Et vo-
" lo quod dicti monachi sint quieti & soluti ab
" omni *Scotto, Geldo*, auxiliis vicecomitum, *Hy-*
" *dagio*, & à secta in *Schiris, Wapuntakis, Hun-*
" *dredis, Thrichingis* & omnimodis aliis curis, &
" seculi oneribus universis. Et præcipio quod om-
" nes homines fugitivi quos iidem monachi & te-
" stimonium quatuor vel quinque hominum fide
" dignorum, coram vicecomite in patria in qua
" tales manent, probare possunt affidare suos nativos esse,
" reducantur per prædictum vicecomitem in abba-
" thiam eorum cum omnibus catallis & sequelis
" eorum, omnium reclamatione & reluctatione
" abinde remota & annullata. Et si quid prius ege-
" rint in fraudem dominorum suorum, illud cas-
" satum omnino decerno. Et si quis hominum
" nativorum suorum vel nativè de eis tenentium
" aliquod delictum fecerit, pro quo catalla
" sua debet perdere, ipsa catalla prædictis
" monachis integrè liberentur ubicumque facta
" fuerit justitia. Et volo, quod vicecomes
" vel aliquis de ballivis seu ministris meis repertus
" negligens, vel protrahens eorum negotia con-
" tra juris ordinem & libertates eorum, sit in fo-
" risfactura 20. librarum thesauro meo solvenda-
" rum. Et ne aliquid omittatur quod ad securi-
" tatem jurium & libertatum eorum monachorum
" præsenti chartæ convenit inferere, saltem prop-
" ter eos quos plus terret dispendium temporale
" vitæ præsentis quam supplicium gehennale per-
" petuò duraturum, districtè præcipio, quod om-
" nes & singuli cujuscumque fuerint gradus vel
" conditionis qui præsentis scripti sanctionem con-
" tra formam & effectum voluntatis meæ expres-
" sæ in eodem, in aliquo violare nituntur, pertur-
" bare vel minuere procurant, consilio, auxilio
" vel favore; quominùs pacificè possideant a-
" liqua dona sibi concessa, vel vellicantur aliqui-
" bus privilegiis superius memoratis, sint con-
" demnati in pœna forisfacturæ centum libra-
" rum legalis monetæ thesauro meo, hæredum
" vel successorum meorum persolvendarum, quo-
" ties sic attentare præsumserint; necnon quod
" satisfaciant dictis monachis pro damnis & ex-
" pensis per eos sibi factis vel illatis, taxandis
" per juramenta quatuor vel quinque hominum
" fide dignorum, per quos rei veritas melius ag-
" nosci poterit, coram judicibus meis, hæredum
" vel successorum meorum definiendis. Ut sic
" qui seculo sponte renunciantes se jugo domi-
" nico manciparent, & jam facti sunt mundo
" mortui, absque mundi turbine & inquietu-
" dine liberam habeant facultatem divinæ vacare
" contemplationi.

" Ista donaria licet minima ad laudem summæ
" Trinitatis, & in precium redemptionis animæ
" meæ, prædictis monachis devotus perpetuavi
" & stabilivi, in anno ab incarnatione domini
" nostri Jesu Christi nongentesimo quadrage-
" simo octavo, in præsentia archiepiscoporum,
" episcoporum & procerum regni mei subscip-
" torum. ✠ Ego *Walstanus*, archiepiscopus
" *Eboracensis* devotus subnotavi. ✠ Ego *Odo*,
" *Dorobernensis* archiepiscopus consilium & con-
" sensum meum ad illud dedi. ✠ Ego *Alfre-*
" *dus, Schireburnensis* episcopus affectavi. ✠
" Ego *Kinsius, Lichfeldensis* episcopus consensi.
" ✠ Ego *Kinewaldus, Wigornensis* episcopus
" istud factum corroboravi. ✠ Ego *Ceolwul-*
" *phus*; *Dorcacistrensis* episcopus desideravi.
" ✠ Ego *Athelwoldus*, abbas *Abendonensis*
" approbavi. ✠ Ego *Dunstanus*, abbas *Glas-*
" *coniæ* multum adoptavi. ✠ Ego *Oslake* dux ad
" instantiam domini mei regis callaudavi. ✠ E-
" go *Brithnodus* dux commendavi. ✠ Ego *Al-*
" *cmus* comes favi. ✠ Ego *Aigulfus* comes
" consignavi. ✠ Ego *Radbodus* comes consen-
" sum dedi. ✠ Ego *Binguiph* vicedominus con-
" sului. ✠ Ego *Alfer* vicecomes audivi. ✠ E-
" go * *Harcenus* minister interfui. ✠ Ego
" *Sigens* minister auscultavi. ✠ Ego *Athel-*
" *wardus* minister aspexi. ✠ Ego *Turketulus*
" (licet minister inutilis) finem cernens me pro-
" positi, ob hujus rei gratiam æternum Deum
" laudo per omnia, & licèt sero veniens sub ha-
" bitu monachali, & animo contrito jugo regu-
insuper & confirmamus abbati & monachis sancti Albani, *ad sustentationem coquinæ hospitum, ecclesias de* Lutun, *de* Houtun, *& de* Podesgrave, *cum omnibus terris, homagiis, & decimis omnimodis, tam de sartis si fiant, quàm de terris quocumque tempore cultis; & ecclesias de* Walden, *& de* Apelton, *in* Eboraciſyra, *& ecclesiam de* Watford *ad procurationem supervenientium hospitum, & ecclesias de* Titefeld, *de* Redburn, *& de* Wincsley, *cum suis capellis & de* Langley *ad vestituram monachorum, & ecclesias de* Egulingeham *& de sancto* Stephano, *cum suis capellis, ad sustentationem coquinæ monachorum, & terras de* Cumbe, *& de* Gzenestude *in* Soudtexia *& de* Middelton *in* Buckynghamſyra, *& terram in* Sutton *in* Bedefordſyra, *& in* Eboraciſyra Thorp *cum ecclesia ejusdem villæ, &* Noztun *cum suis omnibus pertinentiis. Terras etiam militum qui dominicum abbatis tenent ad defendenda omnia scutagia & alia servicia omnia forinseca. Deo & ecclesiæ sancti* Albani *concedimus & confirmavimus, scilicet* Crokesle, Pukelefeld, Sacet, Backeswozth, Bzutewell, Pinnesfeld, Puriden, Childewik, *hidam de* Langley, Sisselvern, *terram* Alexandri *filii* Thorolfi, Burstun, Winringe, *& terram* Willielmi de Noztun, *& terram* Hamonis Verrarii, *& hidam de* Herpesfeld *& terram* Ricardi *de* Reymes, *& terram* Roberti Taleboys, *terras etiam omnium liberè tenentium de abbate, scilicet terras* Johannis *de* Walden *in* Walden, *& in* Titeburſt, *& terram* Hog. *de* Tyteburſt, *&* Uiel, *& de* Thèbrigge, *&* Hugonis *de* Badwe, *&* Elyæ, *&* Petri *de* la Chambre, *&* Willielmi *de* Riethe, *&* Willielmi *de* Wicke, *&* Nicholai *filii* Willielmi, *&* Radulphi *de* Herpesfeld. *Hæc omnia concedimus Deo & ecclesiæ sancti* Albani, *cum omnibus ad ea pertinentibus cum* soca *&* sacca on stronde *&* streme, on wude *&* feld, tol *&* teym, tribuch, hamsokene, murdze, fozestal, danegeld, infangenthef, *&* utfangenthef, flemenefremthe, bloduyt, wzech, *ut habeant super omnes terras suas & super omnes homines suos ubicumq; sint intra burgum vel extra, in tantũ & tam pleniter sicut proprii ministri nostri exquirere deberent ad opus nostrũ. Et volumus ut aliquis hominũ nec* Francus *nec* Anglus, *de terris eorum neque de hominibus se intus mittat in aliquo nisi ipsi & ministri sui quibus ipsi curam committere voluerint: quia nos Deo concedimus & ecclesiæ sancti* Albani, *pro redemptione animæ nostræ & parentum nostrorum, omnes libertates & liberas consuetudines quas regia potestas liberiores habet vel alicui ecclesiæ conferre potest. Et prohibemus super forisfacturam nostram, ne aliquis eas aliquo modo infringere præsumat. Prohibemus etiam, ne in ipsorum terris vel domibus minister, dapifer, pincerna, camerarius, dispensator, janitor, custos, vel præpositus, contra ipsorum voluntatem & assensum, tempore nostro, aut successorum nostrorum, per manum alicujus principis vel justiciarii quocumque tempore ponatur, sicut felicis memoriæ regis* Henrici *patris nostri carta testatur. Testibus his* Willielmo, Londonienſi, Hugone, Lincolnienſi, Herberto, Saresbyrienſi, *episcopis*; Galfrido *filio* Petri, *comite* Eſſexiæ, Willielmo Mareſcallo, *comite de* Penbzok, Willielmo *comite de* Saresberia, Willielmo *de* Braus, Willielmo *de* Bzigwere, Hugone Randolf, Stephano *de* Turneham, Symone de Pateh. Ricardo *de* Heriet. *Data per manum* Huberti Cantuarienſis *archiepiſcopi cancellarii nostri apud* Weſtmonaſterium, *xj. die Junii regni nostri anno primo.*

Privilegium Honorii *de omnibus libertatibus sancti* Albani *& possessionibus cum cellis adjacentibus.*

"Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis *Willielmo* abbati monaſterii "ſancti *Albani* ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis "in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus "apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne "forte cujuſlibet temeritatis incurſus, aut eos "à propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſanctæ religionis infringatur. Expropter, dilecti "in domino filii, ob reverentiam beati *Albani* "glorioſi *Anglorum* prothomartyris, cujus ſanctiſſimum corpus in loco veſtro requieſcere "dinoſcitur, prædeceſſorum noſtrorum felicis "memoriæ *Calixti, Celeſtini, Eugenii, Adriani,* "*Alexandri, Lucii, Clementis* & *Celeſtini* tertii, *Romanorum* pontificum veſtigiis inhærentes, veſtris juſtis poſtulationibus clementer "annuimus, & monaſterium ipſum in quo divino vacatis obſequio, quod ad jus beati *Petri* "ſpecialiter ſpectare dinoſcitur, cum adjacentibus cellis & eccleſiis & omnibus eidem monaſterio pertinentibus, ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti "privilegio communimus, ſtatuentes, ut univerſa quæ illuſtris memoriæ *Offa* videlicet, & "filius ejus *Egfridus, Edredus, Willielmus*, & "*Henricus, Ricardus, Johannes, Anglorum* reges, "aut alii fideles de ſuo jure veſtro monaſterio "contulerunt, quæcumque etiam ipſum monaſterium inpræſentiarum juſtè ac canonicè "poſſidet, aut in futurum, conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante "Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque "ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: videlicet, monaſterium ipſum beati "*Albani* cum villa tota, eccleſiam beati *Petri*, "eccleſiam quoque beati *Stephani*, & eccleſias "de Kyngesbyri, & de Watford, de Richemareſwithe, de *Langeleya*, de Rethburne, "de Cudicote, de Waldene, de Yeſtone"ſtun, de *Northuna*, de Neuham, de *Eſtuna*, "de Barnet, de Scepeale, de Thinhirll, de "Brantefeld, de Stanmere, cum eidem villis & omnibus earum pertinentiis. Ad ſuſceptionem hoſpitum, eccleſiam de Podesgrave, "& eccleſiam de Lutune cum eccleſia de Hocktune & cum tota terra quam *Willielmus* "camerarius tenuit in * ſoca *Lutunie*, & in villa de Hocune & in Hertwell & in Wadeles"dune & in Podesgrave & cum omnibus terris & decimis & quibuſcunque rebus ad eas "pertinentibus, ſicut regis *Henrici* carta teſtatur. Ad coquinam monachorum, eccleſiam "omnium ſanctorum in *Suberia* cum capella "de Berindune & adjacente terra, & eccleſiam "de *Lethewrtha* cum capella de *Burgaleya*.

Ibidem.

* MS. Scalunie.

" Ecclesiam etiam de **Wanlingetune** & eccle-
" siam de **Bigrave**. Ad sustentationem paupe-
" rum, ecclesiam de **Heveresdune**, & eccle-
" am de *Kenebella* cum adjacente terra; &
" ecclesiam de **Wengrave** cum decima de *Hes-*
" *wa* & de **Ryngetune**, & decimam de **Roynges**.
" Terram quoque quam *Willielmus* filius *Gau-*
" *fridi* dedit, scilicet unam hidam in **Pelesburne**
" in sartis de **Wydehale**, & unam virgatam in
" nemore ejusdem **Wydehale**, sicut dona-
" toris carta confirmat. Ad cameram mona-
" chorum, ecclesiam de **Thirefeld**. Ad sacri-
" stam, ecclesiam de **Dachat**, & ex dono *Hamo-*
" *nis* in villa de **Chalfunte** unam virgatam ter-
" ræ & dimidiam, & unam asartum cum libera
" pastura pecudum & porcorum. In *Eboracisira*
" ecclesiam de **Papeltune** cum ecclesia **Pay-**
" **mundesby** & omnibus earum pertinentiis.
" Præterea ecclesiam de **Tynemuhe**, cellam de
" **Lynham**, cellam de **Wymundham**, cellam
" de **Walinford**, cellam de **Beuuer**, cellam
" de **Hertford**, cellam de *Bello loco*, cellam de
" **Hethfeld**, cum omnibus omnium earum per-
" tinentiis, dignitatibus, ac liberis consuetudi-
" nibus, necnon & alias ecclesias, decimas, villas,
" terras, aquas, prata, pascua, silvas, redditus e-
" tiam & omnia eidem monasterio vel cellis ejus
" pertinentia, sicut in privilegiis pontificum, re-
" gum vel aliorum scriptis fidelium continetur.
" Quicquid præterea dignitatis, libertatis & con-
" petentis ecclesiæ ac monasterio consuetudinis
" per regum vel aliorum fidelium scripta loco
" eidem & cellis ejus collatum est, nos quoque
" hujus scripti nostri robore confirmamus, ut
" videlicet ecclesias sancti *Albani* & cellæ ejus
" & omnia ad eas pertinentia libera sint ab omni
" tributo sive regis seu episcopi sive comitis, vice-
" comitis, ducis, judicis & exactoris & omnibus
" operibus quæ indici * vel emendatione ponti-
" um, castellorum, parcorum.

" Omnia etiam pontificalia jura cellarum sancti
" *Albani* & ecclesiarum ejus sub ejusdem abbatis
" dispositione atque arbitrio permaneant. Crisma
" verò, oleum sanctum, consecrationes altarium
" seu basilicarum, benedictiones abbatis, mona-
" chorum seu clericorum ordinationes, à quocun-
" que malueritis catholico suscipiatis antistite, qui
" nimirum vestra fultus auctoritate quod postula-
" tus fuerit indulgeat, nec quod petieritis audeat
" denegare. Obeunte verò te nunc ejusdem loci
" abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus
" ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia
" præponatur. Sed liceat vobis communi consi-
" lio conventus vel partis consilii sanioris, secun-
" dùm Dei timorem & beati *Benedicti* regulam,
" absque ullius contradictione abbatem eligere,
" qui in susceptione benedictionis suæ cunctis in-
" posterum diebus soli *Romanæ* ecclesiæ professi-
" onem obedientiæ debeat exhibere. Cui etiam
" abbati licitum sit, sicut à prædecessoribus nostris
" vobis concessum est, personam de suis fratribus
" quam maluerit honestam, ydoneam & maturam
" constituere, quæ curam animarum sub eo gerat
" & archidiaconi officium in omnibus impleat.
" Verùm, ne per hujus dignitatis prærogativâ ab-
" bas prædicti monasterii aliquo tempore facilio-
" rem fortassis ad episcopatum habeat accessum, a-
" postolica auctoritate interdicimus, ne unquam
" in monasterio beati *Albani* sedes episcopalis
" constituatur, ne occasione ista quandoque mo-
" nachi dispositioni subjaceant clericorum & clau-
" stralis quies turbetur, necnon & regularis ob-
" servantiæ disciplina simul cum substantia mona-
" sterii minuatur; sed cunctis inposterum diebus
" ecclesia sancti *Albani* non episcopum sed abba-
" tem à quo regatur habeat, qui ob reverentiam
" ejusdem preciosi martyris pontificalis dignitatis,
" in quantum abbati concedi fas est, debeat opti-
" nere, videlicet ut sicut pontificalia habet jura,
" ita & pontificalia habeat ornamenta, mitram
" scilicet, cirotecas annulũ & sandalia, tunica quo-
" que & dalmatica in celebrationibus missarum u-
" tatur, quæ liceat ei non tantùm in propria ec-
" clesia & in cellis vestris sed & in omnibus ec-
" clesiis ad quas rogatus accesserit in festis diebus
" gestare, benedictionem dare, vestimenta sacer-
" dotalia benedicere, clericos suos tonsare, & in
" sortem dominicam assumere, sanctimoniales
" suas benedicere. Et sicut beatus *Albanus Angle-*
" *rum* prothomartyr esse dignoscitur: ita & ab-
" bas monasterii ipsius inter abbates *Angliæ* pri-
" mus omni tempore dignitatis ordine habeatur.
" Ita tamen quod nunquam hac occasione infra
" claustra monasterii abbas ipse præsumat uti
" cappa clericali, vel seculari aliquo indumento, sed
" monastici habitus reverentiam in omnibus dili-
" genter observet & formam religionis prætende-
" re intuentium oculis comprobetur.

" In ponendis verò vel removendis, Prioribus
" cellarum vel monachis, nullus omnino clericus
" sive laicus se obiciat, sed abbas qui pro tempore
" fuerit ponendi vel removendi eos, ubi oportu-
" num fuerit, absque alicujus contradictione li-
" beram habeat facultatem, quatinus tam Priores
" quam monachi in abbatum suorum semper po-
" testate permaneant, & ita per omnia liberi sint
" ubilibet habitantes ab episcoporum subjectione,
" ac si in corpore monasterii morarentur, in quos
" nulla omnino persona præter *Romanum* ponti-
" ficem vel legatum cardinalem à nostro latere
" destinatum excommunicationis seu interdicti
" sententiam audeat promulgare. Quod si quis-
" piam alius aliquo tempore attemptare præsump-
" serit, ejus in hac parte factum omnino viribus
" careat & penitus irritum habeatur. Prohibemus
" quoque, ut nullus episcopus sive archiepiscopus
" in vestro cœnobio vel adjacentibus ecclesiis in
" quibus ejusdem monasterii abbas jus pontificale
" habere dinoscitur, missas puplicas vel conven-
" tum sive sinodum celebrare, cathedram colloca-
" re, processionem sollempnem facere aut exigere,
" regem coronare seu aliquod episcopale officium
" in aliqua cellarum suarum excercere vel hospi-
" tium exigere præsumat. Universaliter statu-
" entes, ut quicumque episcopi, archiepiscopi vel
" eorum clerici aut ministri super ipsum monaste-
" rium vel super cellas & prædictas parochiales
" ecclesias nullam aliquatenus potestatem habeant,
" nec earum presbyteros vel clericos quoscumque
" sive laicos, sed nec abbatem Priores vel mona-
" chos ad sinodum suam vel capitulum convoca-
" re, vel ab officio divino suspendere, seu aliquod
" in eos vel minimum jus exercere, aut parochia-
" nos suos à communione illorum prohibere præ-
" sumant,

* Deest fortasse *licet*,

"sumant, sed omnia pontificalia eorum jura & "quæcumque ecclesiæ sancti *Albani* fuerint abba- "tis solummodo ejusdem monasterii potestati "liberè tractanda subjaceant. Nolumus enim ut "alicui nisi tantum *Romano* pontifici debeant in "aliquo respondere. Nec monasterii vestri abbas "vel monachi seu cellarum vestrarum ubilibet po- "sitarum fratres pro qualibet interdictione vel "excommunicatione, etiamsi commune interdi- "ctum terræ fuerit, divinorum officiorum su- "spensionem patiantur. Sed tam abbas & mo- "nachi ipsi quam & famuli eorum & qui se mo- "nasticæ professioni devoverunt, clausis ecclesiarũ "januis, non admissis excommunicatis & inter- "dictis, non pulsatis tintinnabilis, humiliori voce "divina celebrent & sepulture eis debita peragant. "Liceat quoque vobis quandocumque vos mani- "feste gravari senseritis, ad remedium appellatio- "nis confugere, etiamsi in causa quæ contra vos "agitur appellatio sit remota. Post factam verò "appellationem, nemini liceat in vos sententiam "dare, vel aliquid innovare, seu vos aut posses- "siones vestras ausu temerario perturbare. Ad hæc "sancimus, ne quis fratres vestros, post factam in "monasterio vestro professionem, absque abbatis "licentia, suscipere audeat vel retinere. Inhibe- "mus insuper, ut nulli omnino hominum liceat in "cellis vestris absque assensu vestro abbatem ali- "quando constituere. Ecclesiæ autem in quibus "jura pontificalia non habetis, sive capellæ vestræ "& cimiteria libera sint & ab omni exactione im- "munia præter episcopi consuetam potestatem & "justitiam in presbyteros si adversus sui ordinis "offenderint dignitatem. In quibus etiam eccle- "siis vel capellis liceat vobis seu fratribus vestris "presbiteros eligere, ita tamen quod ab episcopis "vel episcoporum vicariis animarum curam abs- "que venalitate suscipiant. Quibus nimirum "presbyteris cum tantum assignaveritis unde vi- "ctus & vestitus necessaria possint honestè perci- "pere, quicquid residuum fuerit liceat vobis in u- "sus proprios convertere. Si qui præterea fidelium "monasterio vestro aut cellis ad ipsum pertinen- "tibus ecclesiam aut possessionem aliquam seu "beneficium pietatis intuitu conferre voluerit, "nullus omnino audeat impedire. Adicientes "etiam auctoritate apostolica prohibemus, ut "nullus minister de cetero, dapifer videlicet, vel "pincerna, camerarius, dispensator, janitor, seu "per manum regis, vel alicujus principis, violen- "tiam, vobis invitis in vestro monasterio vel in lo- "cis ad ipsum pertinentibus ordinetur. Antiquas "quoque consuetudines & redditus monasterio "vestro debitos, scilicet in sexta feria post ascen- "tionem dominicam, de unaquaque caruca *He- "refordensis* comitatus obulum unum & in eadem "die sive ebdomada Pentecostes ex toto comitatu "processionem sollempnem. In secunda verò so- "lempnitate beati *Albani*, de unaquaque caruca "nummum unum, itemque eodem die de una- "quaque domo totius terræ sancti *Albani* num- "mum unum vobis auctoritate apostolica confir- "mamus, & perpetuis temporibus inviolabiliter "præcipimus observari. Decernimus ergo ut nul- "li hominum liceat suprædictum monasterium te- "mere perturbare, aut ejus possessiones auferre, "vel ablatas retinere, minuere, sive quibuslibet "vexationibus fatigare, sed illibata omnia & in- "tegra observentur, eorum pro quorum guber- "natione & sustentatione concessa sunt usibus "omnimodis profutura; salva in omnibus apostо- "licæ sedis auctoritate. Ad indicium autem hujus "à sede apostolica perceptæ libertatis, unam unciã "auri nobis nostrisque successoribus annis singulis "persolveris. Si qua igitur in futurum ecclesia- "stica secularisve persona hanc nostræ constituti- "onis paginam sciens contra eam temerè venire "temptaverit, secundò tercióve commonita, nisi "præsumptionem suam congrua satisfactione cor- "rexerit, potestatis honorisque sui dignitate ca- "reat, reamque se divino judicio existere de per- "petrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo "corpore ac sanguine Dei & Domini redempto- "ris nostri *Jesu Christi* aliena fiat, atque in extre- "mo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis "autem eidem loco sua jura servantibus sit pax "Domini nostri *Jesu Christi*, quatinus & hîc "fructum bonæ actionis percipiant, & apud di- "strictum judicem præmia æternæ pacis inveniant "*Amen.*

"Ego *Leo* tituli sanctæ crucis in *Jerusalem* "presbiter cardinalis.

"Ego *Stephanus* basilicæ duodecim apostolo- "rum presbiter cardinalis.

"Ego *Gregorius* tituli *Anastasiæ* presbyter car- "dinalis.

"Ego *Thomas* tituli sanctæ *Sabinæ* presbyter "cardinalis.

"Ego *Honorius* catholicæ ecclesiæ episcopus.

"Ego *Guido Prenestinus* episcopus.

"Ego *Conradus*, *Portuensis* & sanctæ *Rufinæ* e- "piscopus.

"Ego frater *Nicholaus*, *Tusculanus* episcopus.

"Ego *Guido* S. *Nicholai* in carcere *Tulliano* dia- "conus cardinalis.

"Ego *Oct:* sanctorum *Sergii* & *Bachi* diaco- "nus cardinalis.

"Ego *Gregorius* sancti *Theod.* diaconus cardi- "nalis.

"Ego *Stephanus* sancti *Adriani* diaconus car- "dinalis.

"Data *Lateran.* per manum *Raneriі* sanctæ "*Romanæ* ecclesiæ vicecamerarii x. kal. Marcii, "indictione vj. incarnationis Dominicæ anno "MCCXVIII. pontificatus verò domini *Honorii* "tercii anno tercio.

Ex vet. MS. in bibl. Bodl. L. E. 31.

Hic subscribuntur metra illa omnia quæ ponuntur in claustro monasterii sancti *Albani* in fenestris pro clariori historiarum intelligentia adipiscenda.

Sara licet vetula pregnans hîc stat patriarcha.
Pregnans virgo pia stat & hîc cum prole Maria,
Anna diu hîc sterilis se fit flenda Samuelis.

Hic muri Jericho *flatu cecidere sonoro.*
Hic parit ut virgo, templum pacis ruit ultrò.
Hic in Ægipto simulachra ruunt quasi toro.
Hic aqua de silice, bibat ut plebs, defluit ecce,
Fons olei Romæ *cibat ut populum fluit hicque.*
Hic stat vas & aqua quod potum præstat Heliæ.
Hic Helizæus *aquas in dulces vertit amaras,*
Hic Jesus *in vinum metretas vertit aquarum.*
Hic Moyses *& aquas en stanti reddidit aptas.*
Hic fons Nicopolis *cunctis bene subvenit agris,*
Fons sacer hic & aquæ bene mundat crimina quæque.
Morbos quoscunque piscina lavat Siloesque.
Hic per contactum cadit Osa *levita retrorsum.*
Ægra Jesum *tetigit mulier, mox sana recessit.*
Tangere dum voluit regi manus hicque stupescit.
Hic modo per Moysen *mare dividitur rubicundum.*
Imperat hic Christus, *sistit mare ventus & ejus.*
Jordanis *flumen hic dividitur per* Eliam.
Hic mare divisum Moyses *intrat gradiendum,*
Hic supraque mare Christus, Petrus *ambulat atque.*
Hic intrat Pharao, *redit mare, tangitur ergo.*
Hic dum Susanna *fert, casta probatur* Osanna,
Hic accusata stat adultera salvificata.
Hic mandatque dari prolem Salomon *meretrici.*
Hic per collirium Raphael *juvat ecce* Tobiam.
Per sputumque lutum curat Jesus *hic quoque cæcum.*
Perque oleumque merum sanat Samarita *plagatum.*
Dum parat ipse patri Jacob *escas complacet illi.*
Dum lux sit veluti, placuit Jesus *ac bene patri.*
Dumque Joseph *refecit patrem, pater ac benedixit.*
Filius hic vidua prece rursus vivit Heliæ,
Alter & hic obiit, Christo *danteque revixit.*
Tertius hic stratus Eliseo *statque levatus.*
Terret per tonitrum populum Deus hic inimicum.
Terret & hic homines Jesus *hunc captare volentes.*
Terret & hic plebem, regem Deus ac Pharaonem.
Dum cogitat Josue *stat pausans solque sororque.*
Dumque Jesus *patitur, soror obstat, sol tenebratur.*
Dum rex fert signum, se traxit solque retrorsum.
Victores Jotuæ *fuerant hic* Gabaonitæ.
Hic Christus Cleophæ *se finxit longiùs ire.*
Hic & Achis regi fictu placuit David *uti.*
Idola consuluit Occasias, *rexque recessit.*
Christum percoluit Abagarus *rexque revixit.*
Vitam dum flevit Ezechias *rexque redemit.*
Stirpibus esca datur cœli qua manna vocatur.
Hic sedet in cœna cum Christo *plebs duodena.*
Melchisedec Abrahæ *panem vinum dedit ecce.*
Dum citharaque canit, David *ictu penè perivit.*
Per pacis signum studet hic fraus prodere Christum.
Basia perque doli fert Amasa *vulnera fratri.*
Samson *cæcatus stat & hic malè ludificatus.*
Hic illudebat Christo *plebs ac feriebat.*
Hic subsannatum tulit plebisque sacratum.
Jurgia sponsarum fert Lamech *verber & harum.*
Ecce flagellatur urbs per quem salvificatur.
Hic Achior *vinclis male multaturque flagellis.*
Hic probroque gravi redeunt a principe missi.
Hic a plebe Jesus *illuditur est quoque cæsus.*
Hic exprobatur David, *a* Semeyque *gravatur.*
Hicque ferunt alii, quo vita solet recreari.
Hic Christusque *crucem daret ut vitamque salutem.*
Hic Isaac *ligna fert, fiat ut hostia digna.*
Hicque per insidias lapidatus erat Jeremias.
Hic clavisque Jesus *jacet in ligno crucifixus.*
Hic Sarra *cecidit,* Isaias *ac requievit.*
Dirutus ac Elephas *agat ut bene prælia* Judas.

Confossusque

Confessusque Deus ut homo sit vivificatus.
Absalon *est stratus,* David *ut sit salvificatus.*
Hicque Josep *casum credens* Jacob *ingemit ipsum.*
Hicque suum natum plangit virgo cruciatum.
Occisum flentes Abel *stant ecce parentes.*
Sic in cisterna Josep *ast fuit hac mora parva.*
Christus *sic gelida fuit infra viscera terra.*
Piscis erat trinis Jonas *seu ventre diebus.*
Sicque Jonas *cati rediit de ventre marini.*
Clauso sic saxo prodiit Jesus *è monumento.*
Urbe velut clausa Samson *perfregit ad extra.*
Salvus & a morsu Daniel *rapidoque voratu.*
Sic stigis à facula stat Adam *benè salvus &* Eva.
A flamma pueri seu sunt hic salvificati.
Hicque rubo dominus focus apparet velut ardens.
Apparetque pia Jesus *hic surgendo* Mariæ.
Hic Abrahæ *trinus apparet sed Deus unus.*
Hic & translatus est Ennoc *& veneratus.*
Hic scandensque polum Jesus *accipit à patre regnum.*
Hic curru clausum petit Helias *paradisum.*
Ars nova scribendi datur hic nova lexque regendi.
Ad fandum variis datur hic nova gratia linguis.
Linguarum prima fuit hic divisio facta.
Hic unum salvat, hic alterum Pharao *dampnat.*
Dat Jesus *hic dignis plaudenda, dolenda malignis.*
Hic Nabuchadonosor *interfedet agmina censor.*
Explicit.

Ibidem. Hic subsequuntur metra illa omnia quæ ponuntur in fenestris in domo libraria monasterii prædicti.

Decor Donatus *sum radix grammaticatus.*
Ortographusque vocor Dindimus *hicque locor.*
Sum quantus das opus minus & majus Priscianus.
Derivans quis ego fert stilus Hugucio.
Rethor eram magnus Marcus Cicero *vocitatus.*
Alter ego dictus Salustius *amulus ejus.*
Musæus. *Ipse Poetafui, primusque poetica scripsi.*
Orpheus. *Ipse secundus ei manes modulamine flexi.*
Dicor Aristoteles, *direxi philosophantes.*
Ac ego Porphirius *doctor monui logicantes.*
Nuncupor ipse Plato, *moralia civibus apto.*
Ipsique Pitagoras *do normat moribus aptas.*
Chrisippus. *Dixi quis cubicus numerus sit quisque quadratus,*
Ac ego cur impar numerus mas fœmina sit par.
Nichomachus. *Dixi quot* Guido *moduli sunt in monacordo.*
Quotque tenet cithara unchalus ve viella.
Euclides *vociter, magnus futram geometer.*
Circi quadrator Archimedes *ego dicor.*
Maximus astronomus reputatus eram Tholomæus.
Magnus & Albimasar *introductor vocitabar.*
Doctor eram minimus, docui magis ipse . . . ,
Pastor & exiguus rexi magis imò regendus.
Mitram deposui, libro studioque vocavi.
Rufus *eam sumpsi loca libris hacque paravi.*
Moyses. *Lator eram veteris primævus scribaque legis.*
Aaron. *Frater eramque suus primus legisque sacerdos.*
Sol legis fueram Rabi-Moyses *mihi nomen.*
Ipseque sal legis Rabi-Salomon *vocitatus.*
Petrus. *Claviger ecclesiæ sera legis eramque novellæ.*
Paulus. *Legifer in gentes legem docuique salutis.*
Athanasius. *Dixi simbolicè quæ debet credere quisque.*
Alexan. Johan. *Constant.* *Scripsi retoricè quis quomodo crederet atque.*
Justinian. *Imp.* *Duximus in quinos duo legum millia libros.*
Gratianus *monach.* *Junximus & sparsas multas in Canone causas.*
Accurtius. *Legum doctor eram, dubias patulas faciebam.*
Hugutius. *Alter ego juris bonus enucleator & ejus.*

Regula

Benedictus.	*Regula claustralis per me viget & monachalis.*
Augustinus.	*Per me lata prius stat normaque canonicatus.*
Bernardus *Cassinensis.*	*Illius dubia declaravi quasi cuncta.*
Nich. Trevet.	*Istius obscura manifestavi quoque plura.*
	Magnus eram medicus, Hypocras *sum nomine dictus.*
	Alter & egregius vocitatus eram Galienus.
Gulielmus *Chirurgicus.*	*Emplastri cura sanavi vulnera plura.*
Brunus *Chirurgicus.*	*Ossaque confracta mea fecit potio recta.*
De rerum crescentiis.	*De agricultura dederam nova dogmata plura.*
Palladius. Virgilius.	*Arteque de simili post pascua rura retexi.*
Petr. Bartholomæus	*Quomodo plantabis vites docuique putabis.*
de rerum naturis.	*Quando seresque metes scripsi quoque florida carpes.*

Ibidem. De pictura presbiterii monasterii supradicti.

Dic ubicunque vides sit pictus ut agnus & ales,
Effigies operis sexti patris ista Johannis
Esse vel in toto . . . . vel in faciendo.
Est opus hoc unum, cansavit eum faciendum.
Attamen illius inceptor erat capitalis.
Nomine Willelmus Blakney *cognomine dictus.*
Obsequioque sibi sanctus custosque sigilli.
Contulerant fratres varii Sanctum venerantes.
Quorum Willelmus *Prior* Albon *substitis unus.*
Alter Willelmus Wallingford *clavigeratus.*
Tertius & primus Willy *sacrista* Johannes.
Post illos quartus Albonque Thomas *cameratus.*
John Thortun *quintus bursarius officiatus.*
Halley *devotus vir sextus* Bartholomeus.
Valtam septenus dives durusque Ricardus.
Octavusque Thomas Wittun, *vir munere parcus.*
Pauperibus nonus Russell *dans ara* Ricardus.
Willelmus *decus* Lichfeld, *vir corpore parvus;*
Ast animo largus, & more satis generosus.
Contulerant isti: sint propterea benedicti.

BATHONIENSE
Cœnobium in agro Sumersetensi.

MS in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Vitellii* E. 12]

MONASTERIUM *Bathoniense* Rex *Offa* construxit, quod post Rex *Edgarus*, sicut alia monasteria, reparavit.

Bathe.

Lelandi coll. etan. vol. 1. p. 80.

OSRICUS Rex, primus fundator, instituit moniales. *Offa* Rex, ut quidam volunt, induxit Canonicos seculares. Deinde inducti monachi.

Lelandi itinerar. vol. 2. fol. 38.

It apperith in the booke of the antiquities of the late monasterie of *Bath* that king *Osric*, in the yere of our Lord 676, *Theodore* then being archbishop of *Cantwarbyri*, did erect a monasterie of Nunnes at *Bath*, and *Bertane* was the first abbatisse thereof.

It apperith by a Charte that one *Ethelmod*, a great man, gave, by the leave of king *Edelrede*, in *Theodore* the archbishop of *Cantwarbyri* tyme, lands to one *Berneguid* abbatisse of *Bath*, and to one *Fulcburc*. The booke of the antiquitie of th'abby of *Bath* makith no great mention of any great notable doyng of *Offa* king of the *Merches* at *Bathe*.

The Prior of *Bath* told me, that after the Nunnes time there were secular Chanons in S. *Peters* chirch at *Bath*. Peraventure *Offa* king of *Merches* set them there, for I have read that *Offa* did a notable act at S. *Peters* in *Bath*: or else the Chanons cam yn after that the *Danes* had racid the Nunry there.

Eadgar was a great doer and benefactor to S. *Peters* at *Bath*, in whos tyme, Monks were yn *Bathe*, and syns, except *Alfarus* Erl of *March*, that was a scurge of Monks, expellid them for a tyme.

John, a phisitian borne at *Tours* in *France*, and made Bishop of *Wells* did obteine of *Henry* the first to sette his Se at *Bathe*, and soe he had the abbay lands gyven unto hym, and then he made a Monke Prior there, devyding the old possessions of the monasterie with him. This *John* pullid doun the old chirch of S. *Peter* at *Bath* and erectid a new much fairer and was buried in the middle of the Presbyteri thereof, whos image I saw lying ther a nine yers syns, at the whiche tyme al the chirch that he made lay to wast, and was unrofted, and weds grew about this *John* of *Tours* sepulcre. This *John* of *Tours* erectid a palace at *Bath* in the south west side of the monasterie of S. *Peters* at *Bath*, one great squar tour of it with other ruines yet appere.

I saw

Benedictus. *Regula claustralis per me viget & monachalis.*
Augustinus. *Per me lata prius fuer*
Bernard
Nich. T

Gulielmu
Brunus C
De rerum
Palladius.
Petr. Bart
de rerum

Ibidem.

BAT
Cœ

MS in Libl. *Cottoniana* [subscripsit *Vitellius*. E. 12]

M

Leiandi collectan. vol. 1. p. 80.

OSRIC
tuit mo
induxit Canc
monachi.

Leiandi itinerar. vol 2. fol. 38.

It apperit
of the late m
in the pere of
ing archbisho
nasterie of
the first abbatisse thereof.

It apperith by a Charte that one *Ethelmod*, a great man, gave, by the leave of king *Edelrede*, in *Theodore* the archbishop of *Cantwarbyrus* tyme, lands to one *Bernegnid* abbatisse of *Bath*, and to one *Fulebure*. The books of the

the which tyme al the church that he made lay to wast, and was onrofted, and weds grew about this *John* of *Tours* sepulcre. This *John* of *Tours* erectid a palace at *Bath* in the south-west syde of the monasterie of St. *Peters* at *Bath*, one great squar tour of it with other ruines yet appere.

I saw

Bathenſis eccleſiæ cath:
facies occidentalis.



Daniel King delin. et sculp:

I saw at the same tyme a fair great marble tumbe ther of a bishops of *Bath*, out of the wich they sayd that ople did distille, and likely, for his body was enbaumid plentifully. Ther were other divers bishops buried ther.

Oliver King, bishop of *Bath*, began of late dayes a right goodly new chirch at the west part of the old chirch of S. *Peter*, and finished a great part of it. The residue of it was syns made by the Prior of *Bath*, and especially by *Gibbes* the last Prior ther that spent a grete summe of mony on that fabrike. *Oliver King* let almost al the old chirch of S. *Peters* in *Bath* to go to ruine; the walls yet stand.

Quæ Latinè sic vertamus.

Ex libro antiquitatum nuperi monasterii *Bathoniensis* constat *Ofricum* regem, anno Domini DCLxxvj. *Theodoro* tunc archiepisc. *Cantuariensi*, monasterium sanctimonialium apud *Bathoniam* erexisse, & *Bertanam* primam ejusdem fuisse abbatissam.

Constat etiam ex charta quadam *Ethelmodum*, virum potentem, de consensu *Ædelredi* regis, tempore *Theodori* archiepiscopi *Cantuariensis*, cuidam *Berneguido* abbatissæ *Bathoniensi*, & alteri *Fuleburgæ*, terras dedisse. Rerum antiquarum *Bathoniensis* cœnobii codex vix aliquid commemorat notatu dignum ab *Offa*, *Merciorum* rege, *Bathoniæ* gestum.

A Priore *Bathoniensi* accepi, quod post sanctimonialium tempora, seculares erant Canonici in ecclesia sancti *Petri Bathon.* Fortassis *Offa*, *Merciorum* rex, eos ibi collocavit: legi enim *Offam* aliquid egisse notabile apud sanctum *Petrum Bathoniæ*. Alioqui, Canonici, postquam *Dani* monialium ædes funditus everterant, ingressi fuerint.

Ædium sancti *Petri Bathon.* restaurator fautorque præcipuus erat *Edgarus*; cujus ævo, citraque, monachi erant *Bathoniæ*: nisi quod *Alfarus*, *Merciorum* comes, monachorum ipse flagellum, eos ad tempus expulit.

Johannes, medicus quidam, natione *Turonensis* in *Gallia*, episcopus factus *Wellensis*, ab *Henrico* primo impetravit ut sedem suam *Bathoniæ* collocaret; hinc ipsi cœnobii terræ dabantur, qui tunc monachum quendam constituit loci Priorem, veteris monasterii possessiones cum eo dividens. Ille *Johannes* veterem sancti *Petri Bathon.* ecclesiam demolitus est, & novam longè pulchriorem extruxit, in cujus presbyterii medio sepultus fuit; cujus effigiem ibi jacentem vidi ante annos novem jam elapsos, quando tota quam ipse construxerat ecclesia deserta & tecto orbatam reperi, zizaniis & lolliis illius *Johannis* sepulchrum circumcirca ambientibus.

Ille *Johannes Turonensis* apud *Bathoniam* ad austro-occidentale monasterii sancti *Petri Bathon.* latus palatium construxit, cujus magna quædam turris quadrata, inter alias ruinas, adhuc apparet. Eodem tempore pulchram ibidem amplamque tumbam vidi marmoream cujusdam episcopi *Bathoniensis*; unde, uti narrabant, oleum distillabat: & verisimiliter; corpus enim ejus erat copiosè conditum. Plures alii ibi sepeliebantur episcopi.

Oliverus Kyng, episcopus *Bathoniensis*, valde pulchram nuper incepit ecclesiam, ex occidentali veteris sancti *Petri* ecclesiæ parte, & magnam ipsius partem consummavit. Reliquum postea addiderunt Priores *Bathonienses*, præcipuè postremus loci Prior, *Gibbs* nomine, qui magnam pecuniæ summam in fabricam illam expendebat. *Oliverus Kyng* totam ferè veterem sancti *Petri Bathon.* ecclesiam perire passus est. Muri adhuc stant.

Carta *Willielmi* regis primi.

Ex vetusto exemplari in bibl. *Dene vestianâ*. 1644

W. *rex* Anglorum, O. *episcopo* Sarresberiensi, & L. *Abbati* Glastoniensi, & A. *vicecomiti*, *omnibusque baronibus*, Francigenis, & Anglis *de* Sumersetâ, & *de* Wiltunscire *salutem*. *Sciatis me dedisse Deo & sancto* Petro *in* Bathonia, & Johanni *episcopo totam civitatem* Bathoniæ *in elemosinam, & ad augmentationem pontificalis sedis suæ, & omnibus successoribus suis, pro remedio animæ patris mei, matrisque meæ & mei ipsius, & antecessorum & successorum meorum; dedi, inquam, ei ita liberè & honorificè, cum omnibus appenditiis, quicquid ego ibi habui, vel pater meus, dum melius habuimus, cum omnibus consuetudinibus extra, & intra, ut liberaliùs habeo civitatem in tota* Anglia, *cum moneta, cum theloneo, tam in campis, quàm in silvis, tam in foro quàm in pratis, & in terris, ut cũ maximo honore ibi pontificalem suam habeat sedem. Et de hoc propalantur testes*, Walkelinus Wintonensis *episcopus*, Robertus Lincolniensis *episcopus*, Robertus *comes de* Pellent, Henricus *comes de* Warwic, Robertus *filius* Hamonis, Eudo *dapifer*, Ivo *dapifer*, Robertus *filius* Geraldi, Robertus *dispensator*, Willicl. *de* Carokela.

Charta *Henrici* regis primi.

Ibid.

I*N nomine patris, & filii, & spiritus sancti, Amen.* Henricus *gratia Dei rex* Anglorum, *omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, & fidelibus suis* Francis & Anglis *totius regni* Angliæ *salutem. Notum sit vobis quod eam donationem, quam donavi Deo, & sancto* Petro *in* Batha, *ubi frater meus* Willielmus *& ego constituimus & confirmavimus sedem episcopatus totius* Summersete, *quæ olim erat apud villam quæ dicitur* Wella; *scilicet, ipsam urbem, & omnia pertinentia ad firmam ejusdem civitatis, dono & confirmo ipsi Domino nostro Jesu Christo, & beato apostolo ejus* Petro, & Johanni *episcopo, ejusque successoribus jure perpetuo, & hæreditario. Dono etiam hidaginm, quod exigebatur de viginti hidis ad eandem urbem pertinentibus, & omnia placita & leges, justitias, & omnes consuetudines omnino, & adjutoria. & si quæ alia sunt, quæ pater meus, vel frater, vel ego ipse habuimus in ea: omnia plenariè & integrè dono Deo, & concedo, & ecclesiæ ejusdem civitatis, &* Johanni *episcopo, ejusque successoribus, ut sit rata & perpetua elemosina pro anima mea, & conjugis meæ, ac filiorum meorum, necnon patris ac matris, fratrumque meorum. S.* Rogeri ✠ Salesberiensis *episcopi S.* Willhelmi ✠ Exon. *episcopi. S.* ✠ Roberti Lincolniensis *episcopi.*

Signum Re ✠ *gis. Signum Reginæ* ✠. *S.* Willielmi ✠ Winton. *episcopi. S.* Richardi ✠ London.

don. *episcopi. S.* Kein ✠ elmi, Hereford. *episcopi. S.* Herve ✠ ii, Elienſis *episcopi.*

Hujus rei teſtes ſunt, Rogerius, Salesberienſis *epiſcopus,* Willielmus, Exon. Willielmus, Winton. Richardus, London. Robertus, Lincoln. Keinelmus, Hereford. Herveius, Elienſis, Ranulphus *cancellarius,* Johannes, Baiocenſis, Ebrard. Bernardus, Grumbaldus *medicus,* Giſlebertus *de* Aquila, Gosfricus *de* Magnevilla, Thomas *de S.* Johanne, Willielmus Peverell *de* Dovra.

Hæc cartula confirmata fuit apud **Waltham**, Wintonienſis *epiſcopi, a rege & regina, anno ab incarnatione Domini MCxi. vj. idus Aug. in tranſitu regis in* Normanniam, *anno xij. regni ſui.*

Carta Johannis *epiſcopi* Bathon.

Idem. "IN nomine patris & filii, & ſpiritus ſancti. "Ego *Johannes* gratia Dei *Bathonienſis* epiſco- "pus, futuris poſt me epiſcopis, & omnibus ec- "cleſiæ ſanctæ filiis ſalutem. Notum vobis facio, "quod, ad honorem Dei & ſancti *Petri*, elabo- "ravi, & ad effectum perduxi, cum decenti auto- "ritate, ut caput & mater eccleſia totius epiſco- "patus de *Sumerſeta* ſit in urbe *Bathonia*, in eccle- "ſia S. *Petri*. Cui beato apoſtolo, & ſervitoribus "ejus monachis reddidi terras eorum, quas ali- "quandiu injuſtè tenueram in manu mea, ita in- "tegrè & liberè ſicut *Alſius* abbas ante me tenuit; "& ſi quid melioravi vel acquiſivi, & quicquid "boni ſuper ipſas habetur, totum reddidi pote- "ſtati eorum. Donavi etiam eis ad ſupplemen- "tum victus & veſtitus eorum, & ut augeatur "conventus fratrum ibidem Deo ſervientium, & "ad reſtaurandum theſaurum quem accepi de ec- "cleſia, eas terras quas labore meo acquiſivi, & "pretio emi, ſcilicet v. hidas in *Weſtona* quas emi "à *Patricio* de *Caurcia**, & terram *Hugonis* cum "barba, ſcilicet *Claſortonam*, **Docne**, *Mereſfel-* "*dam*, & *Eſtonam*, & *Herleiam*, & *Arnemudam* "ſuper mare, & quicquid ad eas pertinet, & "unam domum in *Batha*, & alteram in *Wintonia*. "De urbe vero *Bathonia*, quam primùm rex "Willielmus, & poſtea frater ejus rex *Henricus* "donaverunt ſancto *Petro* pro elemoſina ſua: & "propter meam deprecationem, hoc conſtitui, ut "omnes redditus ponantur ad perficiendum no- "vum opus quod incepi. Preterea quæcunque ac- "quiſivi in ornamentis eccleſiaſticis, in cappis, in "pallis, in cortinis, in dorſalibus, in tapetis, in cruci- "bus, in textibus, in calicibus, in filacteriis, & quic- "quid de proprio addidi in capella epiſcopali, & "plenarium armarium meum, pannos etiam meos, "ſcifos, & coclearia argentea, & omnem omnino "ſupellectilem domus meæ, perpetuo & hæredi- "tario jure donavi ſancto *Petro* & monachis ejus, "pro remiſſione peccatorum meorum. Qui- "cunque ergo hanc donationem meam infrege- "rit, Dei & ſanctorum apoſtolorum & omnium "Sanctorum, & meâ quamvis peccatoris autori- "tate anathema ſit. Acta ſunt hæc anno ab incar- "natione Domini milleſimo centeſimo ſex- "to, regnante *Henrico* filio magni *Willielmi*, "*Northmannorum* ducis, & *Anglorum* regis, "*Anſelmo* archiepiſcopo, anno ordinatio- "nis noſtræ nonodecimo, indictione xiiij. Et ut "rata & inconcuſſa permaneat hæc noſtra con- "ſtitutio, ſigno ſancte crucis eam manu mea con- "firmavi ✠ & idoneos teſtes adhibui, quorum "nomina ſunt, *Herevius* epiſcopus, *Herlewinus* "abbas *Glaſton. Walkerius* archidiaconus, *Rober-* "*tus* archidiaconus, *Girbertus* archidiaconus, *A-* "*gelbertus* capellanus, *Vitalis* clericus, *Walterius* "Hoſatus, *Hildebertus* dapifer, *Turoldus*, *Willi-* "*mus*, *Athelardus* filius *Faſtredi*, & omnes alii "milites & miniſtri mei qui affuerunt.

* Alii, *Chaurcu.*

VVELLENSE

Cœnobium in agro Sumerſetenſi.

Charta Cynewulfi *regis.*

IN nomine domini noſtri *Jeſu Chriſti*. Cum conſtet omnibus Catholicis & rectè credentibus in domino, quod tempora hujus temporalis vitæ longè latéque per orbem incertis ac diverſis cauſis quotidie tranſeunt, necnon homines ſubitanea ægritudine præventi, ſtatim vitam finiendo deſerunt, ſimulque omnia fugitiva amittunt, beneficia domini ſine aliqua tarditate pauperibus hic tribuendo erogemus, ut illic fructum mercedis in æterna patria ſine fine cum domino fœliciter accipiamus. Quapropter, ego *Cynewlphus occid. Saxonum* rex, aliquam terræ partem, pro amore Dei, & pro expiatione delictorũ meorum, necnon (quod verbo dolendum eſt) pro aliqua vexatione inimicorũ noſtrorum *Cornubiorum* gentis, cum conſenſu epiſcoporum atque ſatraparum meorum, Dei apoſtolo atq; miniſtro, ſancto *Andreæ* humiliter aſcribendo donabo, hoc eſt, xj. manentium prope fluvium qui dicitur **Welnue**, ad augmentum monaſterii quod ſitum eſt juxta fontem magnum quem vocitant **Wielea**, (ut eo diligentiùs in eccleſia S. *Andreæ* apoſtoli Deo ſoli deſerviant) hiis territoriis circumſcriptam. A meridie de valle quæ dicitur **Aſancumb**, in occidentali plaga in unam fontem qui appellatur **Diernanwiel**, deinde in collem quem incolæ appellant **Dozn-hill**, deinde in deſertum on **piceton dun**, & tunc ultra flumen **Welnue** in fontem **Holan-wielle**, & inde in deſertum in unam foſſam quæ eſt juxta fontem rivuli quem incolæ vocitant **Sealthzoc**, & tunc in eundem rivulum uſque flumen **Welue**, deinde in ripam fluminis uſque vadum **Welue**, & tunc in viam publicam uſque ſambucum quam vocitant **Ellen-trow**, & inde in torrentem lutoſum in vadum orientalem, inde ſurſum per campeſtria inter duas petroſas vias ad ſupra nominatam vallem **Aſancumb**.

Godwin. de præſulib. *Angl.* in. *Bath.* & *wells.*

Si quis hæc infringere vel imminuere auſus ſit, ſciat ſe coram Chriſto, & ſanctis angelis ejus in ultimo examine rationem redditurum. Scripta eſt hæc ſyngrapha anno Dominicæ incarn. DCCLxvj. indictione xij.

✠ Ego

don. *episcopi.* S. Kein ✠ elmi, Hereford. *episcopi.* S. Herve ✠ ii, Elienſis *episcopi.*

Hujus rei teſtes ſunt, Rogerius, Salesberienſis

" nis noſtræ nonodecimo, indictione xiiij. Et ut " rata & inconcuſſa permaneat hæc noſtra con- " ſtitutio, ſigno ſanctæ crucis eam manu mea con-

Idem

" Sanctorum, & [illegible] " tate anathema ſit. Acta ſunt hæc anno ab incar- " natione Domini milleſimo centeſimo ſex- " to, regnante *Henrico* filio magni *Willielmi,* " *Northmannorum* ducis, & *Anglorum* regis, " *Anſelmo* archiepiſcopo, anno ordinatio-

Si quis hæc infringere vel imminuere auſus ſit, ſciat ſe coram Chriſto, & ſanctis angelis ejus in ultimo examine rationem redditurum. Scripta eſt hæc ſyngrapha anno Dominicæ incarn. DCCLxvj. indictione xij.

✠ Ego

Wellensis ecclesiæ cath:
facies occidentalis.



✠ Ego *Cynewlphus, Gewiſorum* rex, hanc meam donationem cum ſignaculo ſanctæ crucis coroboravi.

✠ Ego *Herewaldus* epiſcopus, hujus munificentiæ cartulam propria manu ſignavi.

✠ Ego *Ernehardus* epiſcopus, huic largitati conſenſi & ſubſcripſi.

Charta Edwardi *Regis, Confeſſoris dicti.*

Ex vet. cod. mſ. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Tiberii E.* 8.] fo. 250.

"REgnante in perpetuum *Jheſu Chriſto* omnium Regum Principe. Ego *Eadwardus* "ſecundùm voluntatem ejus Monarcha totius "*Britannie*, ſciens glorioſis regibus nihil eſſe fœlicius, & præclaro populo ſalubriùs, quam jus "eccleſiaſticæ rectitudinis in omnibus ſervare, & "in divinis atque ſecularibus negotiis juſta judicia "agere, propoſui, juſtè & clementer regendo, "mihi ſubditis prodeſſe, & ſic ſingularum utilitatibus providere, ut confirmatis noſtrâ authoritate quæ quibuſque contingunt hæreditario "jure, per poſteritates ſibi ſuccedentes inviolata "queant eſſe. Unde rogatus à *Gyſone* epiſcopo "*Wellenſi*, (quem ante hoc biennio *Roma* cum "commendatitiis literis direxi, & apoſtolica "ordinatione *Nicolai* Papæ functum recepi) & "maximè ab *Eadgytha* Regina mihi matrimonio "ſociata, & ſibi gratuitæ miſerationis dignatione "propicia, ut ea quæ anteceſſorum largitate donata ſunt, vel ſagacitate confirmata, apicibus noſtræ authoritatis, eccleſiæ ſedis ſuæ literatò confirmarem, & quæ in multis chirographis regum "priorum eſſent, aliquibus jam vetuſtate conſumptis, in armariolo unius cartulæ congrega"re permitterem. Eorum juſtis petitionibus libens annuo, & non ſolùm ea quæ ipſe à me, "vel anteceſſores ejus à meis impetraverunt, vel "etiam pretio acquiſiverunt ex his quæ regibus "debentur, habere eum, & omnes ſucceſſores e"jus inviolabiliter permitto; ſed etiam quicquid "poſſidere videtur eccleſia quam regit, conſtituo in perpetua libertate, exceptis tribus, expe"ditione, pontis, arciſvè reſtauratione. Quod "ut per ſuccedentia ſibi ſeculorum tempora a"pud filios juſticiæ perduret fixum, & in hac car"tula coram ſubnotatis teſtibus manu propria "Dominicæ crucis depingo ſignum, & meæ ima"ginis adnecto ſigillum. Si quis quæ a me cano"nicè decreta ſunt fregerit, anathemate irreme"diabili multatus, ſententiæ æternæ damnationis "ſubjaceat niſi reſipuerit. Quamvis autem in "ſingulis chyrographis poſſeſſiones ejuſdē eccleſiæ "pleniter annotatæ habeantur, tamen non infru"ctuoſum ratus ſum, ſi in hoc quoque recapitu"lentur.

"Inprimis, in territorio *Wellenſi*, quod anti"quo vocabulo dicitur Tidington, & in ſingulis "viculis ad ſe pertinentibus, ſunt 50. manſus, hoc "eſt, Paulesham, pokỳ, Hentun, Gypoleg, "Bledenhỳð & Eaſtun, peſtbiriġ, pokỳhole "& Æbbepỳrð, Burcotan, Middletun & "oþer Middletun & Æſtham. Ðænne Ho"purningoun & oðer Hopuningoun, & Hpete"Cipce, Denſenn, Dulcotan, pælſleg, "puopmeſtopp, Celicotan, Bæġenhangra, "pandaſtpap, Hlỳstun. Item in alio quod "Cipo dicitur, 50. Hii ſunt viculi ſibi adjacentes, "Livelestun, Hæſele, Dunopeag & 3. bud"tuneſ. In alio quod dicitur Evocepic, 20. "manſus, Pſaſtole, Ceſtſtebælde, Spættun. "Et in illo quod vocatur Cynegeſhỳriġ 38. "manſus, & hii ſunt ejus viculi, Landbroc, Be"adpelle & Ælhambeorge, & Lỳtlemge, Hi"piſc, Cuma, Pibbiſbyriġ, Capopen & oþer "ſpiſa Ceſtopen, Guæmeſtun, Langan"ham, pineſham, atque Cungaſeſhbyriġ, "necnon & Banapelli, cum omnibus ad ſe perti"nentibus. In eo quod pellingtun nuncupatur "eſt poſſeſſio 15. caſſatorum, & hæ ſunt villulæ "eorum, Boclano, Hamme, Huntanapoth, "Heppaðpopo, Pitnoceſtmop, Ceolſeſtun. "Sunt 15. in altero, pipeleſtcombe nominato "in his villis diſtributo, Nunnetun, Upcotan, "Hpitepelo, Hpithicumb, Acumetun, Lange"le, Fopda, Pedderſtopo, Fipahỳda, & o"ðer Fipahỳda, Dane, Slæp, Hpentmop. "Habentur etiam in eo quod Livegapo dicitur, "15. caſſati, & hæ curticule adjacentes ſibi, Cu"ma, Peddenallpap, & þ pudu-land, Aſce, "Bazzenbeorge, Anapo, Hylle. In eo loco "quod pedmop dicitur 4. manſuum eſt poſſeſſio, "& hæ ſunt villulæ huc pertinentes, Bridesham, "quod Tapnuc proprie appellatur; & alia quæ "dicitur Heanican & Mepcepn.

"Hæc igitur cum omnibus ad ſe pertinentibus, ſi"ſilvis, campis, pratis, paſcuis, piſcariis, mo"lendinis, eccleſiæ præfatæ vel epiſcopo, ut præ"dixi, confirmo, & libertatem ejus ſecundùm "anteceſſorum meorum ſtatuta amplifico. Scripta eſt hæc carta ab eodem *Giſone* epiſcopo juſſu "meo anno dominicæ incarnationis MLXV. In"dictione 3. 20. die menſis Maii in regali villa "penoleſtone nuncupata.

Signum manus *Giſonis* epiſcopi. ✠

[*A tergo hæc.*]

"Ðiſ iſ eallpa þæpe landa land boc þe mid "pihte hỳpað into þan birccopprice þe Ead"peapd cynge gebocode ſanctο Andpea A"poſtolo, into þam birccop ſtole to pillan "on ece ỳrpe.

Hoc eſt,

Iſte eſt omnium terrarum liber, quæ jure ſpectant ad epiſcopatum, quas Edwardus *Rex ſcripto contulit ſancto* Andreæ *apoſtolo, apud epiſcopalem ſedem* Wellenſem, *in æternam hæreditatem.*

WINCHELCUMBENSE

Cœnobium in agro Gloceſtrenſi.

ANNO Dominicæ incarnationis DCCLXXXVII. Rex *Merciorum Offa*, in *Glaurenſi* pago, in loco qui *Winchilcumba* dicitur, monaſterium conſtruxit, in quo ſanctimoniales conſtituit. Annales de winchelcumbe in bibl. *Cotton.*

In eodem pago (*Gloucestrenſi* ſcilicet) eſt *Winchelcumbenſe* *Will. Mal.*

mesb. fol. 161. b. n. 20.

celcumbense monasterium, quod *Kenulphus* rex *Merciorum* construxit, ingenti & temporibus nostris incredibili munificentia, fecitque dedicari ecclesiam à xiij. episcopis, quorum princeps *Wilfridus Cantuariæ* archiepiscopus. Ibi in illa dedicationis pompa in decem Ducum conventu manumisit ad altare regem *Cantuaritarum*, quem nuper belli jure ceperat captivum. Ibi præter illa xenia quæ magnates susceperant, inestimabilis scilicet numeri & pretii, erogavit omnibus qui ægros non habebant, libram argenti, presbyteris marcam auri, monachis solidum unum; preterea toti populo plura. Hoc monasterium, ut semper mortalia labuntur in decursum, cum tempore regis *Edgari* solo ferè nomine staret, per beatum *Oswaldum* archiepiscopum nonnihil relusitatum est. Factus ibi *Germanus* abbas, quem de *Floriaco* secum adduxerat, magno adjumento fuit & religioni, & restaurationi ecclesiæ.

Ibi requiescit pater *Kenulphus*, cum filio *Kenelmo*, quem genitor septennem *Quendridæ* sorori reliquerat alendum. Sed illa falsò cupiditati suæ regnum pollicita, fraterculum tollendum è medio satelliti qui alumnus erat commendavit. Is insontem quasi venatum ducens, inter fruticeta obtruncatum occuluit.

Et mirum dictu, quod fraus tam celatè in *Anglia* commissa, *Romæ* divinitùs innotuit. Siquidem membrana super altare sancti *Petri* columba supernè ferente delapsa, necis & sepulturæ loci per ordinem index fuit. Quæ quod elementis *Anglicis* erat conscripta, à *Romanis* & aliarum gentium hominibus, qui aderant, frustra legi tentata. Sed salubriter & in tempore astitit *Anglus*, & latialitèr linguæ involucrum evolvens, effecit ut Apostolici epistola regibus *Anglis* compatriotam martyrem indicaret. Quocirca frequenti cœtu, pueruli corpus levatum vehebatur in *Wincelcumbam*. Ita clericorum vocali cantu, & laico alacri plausu parricida fœmina commota, è fenestra cœnaculi in quo stabat caput extulit, & fortè psalmum cantabat, *Deus laudem meam*. Quem à fine, nescio quo præstigio, retrogradum ducens, nitebatur lætitiam cantantium infirmare. Tum verò vi divina lumina veneficæ cavis orbibus evulsa, cruore versum polluerunt. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum, & qui loquuntur mala adversus animam meam. Cruoris signa extant hodiè immanitatem mulierculæ, & Dei ultionem spirantia.

Annales de *winchelcumbe*, in bibl. *Cottoniana.*

Anno DCCxcviij. rex *Merciorum Kenulfus* *Winchelcumbense* cœnobium constructit, & in eo monachos numero CCC. collocavit. Ecclesia ejusdem monasterii dedicata est à xiij. episcopis, quorum princeps erat *Wilfredus*, *Cantuariensis* archiepiscopus.

Ex vita Kenelmi *regis* Merciorum.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 391.

Kenulphus rex *Merciorum* obiit anno Domini DCCCxx. *Kenelmus* rex, *Kenulfi* filius. *Quendrida* & *Burginilla* germanæ sorores *Kenelmi* regis.

Quendrida Kenelmo insidias tendit per *Askebertum* ejus nutricium & procuratorem, ut ipsa regnaret. *Kenelmus* septennis ducitur ab *Askeberto* prætextu venandi in sylvam. Est profunda vallis inter duos montes abdita in ipsa silva, **Clentbe** dicta. In hac valle *Askebertus Kenelmi* caput abscidit. Candida vacca hac valle olim frequentabat. Hic locus *Vacca vallis* appellari consuevit.

Columba membranam aureis literis inscriptam rostro detulit, ac *Romæ* super altare S. *Petri* posuit, memoriam videlicet martyris S. *Kenelmi*.

Contentio in translatione corporis S. *Kenelmi*, inter *Gloecestrenses* & *Wigornienses* de reliquiis S. *Kenelmi*. Corpus S. *Kenelmi* defertur *Winchelcumbam*.

Stabat tunc *Quendrida* in solario occidentalis partis ecclesiæ S. *Petri*, quam viæ spatium dirimit ab atrio monasterii. Legebat autem psalmum Cxiij. usque ad hunc versum, *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum, & qui loquuntur mala adversus animam meam.* Quo loco cecidere ejus oculi super librum adhuc cruore maculatum.

Præfatio.

Ex registro abb. de *winchcumbe*, penes *will. Morton* eq. aur. an. 1644.

QUoniam antiqua testimonia de prima nostri *Winchelcombensis* cœnobii institutione, & de dotatione ecclesiæ nostræ, magna ex parte, tempore *Stephani* quondam regis *Angliæ*, ingenti ignis fragore perierunt, quod, Deo annuente, in suo loco apertius scribere statuimus: & etiam ex illis scripturarum monumentis, quæ apud nos in hunc diem remanserunt, nonnulla sunt quæ eorum vetustate in illam jam devenerunt obscuritatem ut vix à quoquam legi intelligive possint; nonnulla quoque esse cernimus, quæ hominum negligentiâ penitus exulcerata existunt, atque dilacerata, &, quod magis sentio dolendum, nostros antecessores & eos qui fuerunt ante nos hujus cœnobii fratres, neque vetustiora innovando, neque scribendo recentiora diligentes fuisse. Idcirco, ne ea quæ in nostris vetustioribus, ac antiquis cartis adhuc remansisse cernimus consimili hominum negligentiæ tandem magis ac magis perire videantur: ita ut suorum fundatorum ac benefactorum nomina (quod absit) sint aliquando oblita, animo concepimus, primam nostram fundationem, ac omnes nostri loci antiquitates per diversas cartas ac libellos hinc inde dispersas, in unum redigere volumen.

Primòque hunc procedendi ordinem servare decrevimus, ut primò de nostræ sacratissimæ edis fundatione, & laude fundatoris nostri. Secundò de privilegiis, pensionibus, & portionibus eorundem. Tertiò, de cartis & privilegiis regum. Quartò, de singulis dominiis & possessionibus nostris à regibus, principibus, aliisque fidelibus Christianis, per tempora, & vices præfato monasterio nostro concessis. Postremò, de abbatum hujus loci nominibus, & quæ quisque eorum in commodum, & utilitatem domus nostræ contulerit, prout ea omnia nos reperire contigerit, fideliter, optimo Deo inspirante, exprimere conabimur, ab illo tempore ducendo exordium, quo illustris rex *Merciorum Kenulphus* dictam ecclesiam nostram primò fundaverit, ubi si fortè alicubi aut minus aut superhabundantèr dixisse videar, id obsecro prudens & studiosus

studiosus lector ex sua charitate, vel diminuere, vel supplere studeat.

Laudatio cœnobii Winchelcombensis.

798. ANno igitur ab incarn. domini DCCxcviij. rex *Merciorum Kenulphus* in pago *Glaornensi*, in loco qui *Wincheltomba* dicitur, cœnobium construxit, & in eo monachos CCC. numero collocavit: ecclesia verò ejusdem monasterii dedicata est a tresdecim episcopis, quorum princeps erat *Wilfredus Cantuariensis* archiepiscopus, in præsentia trium regum, & decem ducum, & idem rex *Kenulphus* actionem suam secundum subscriptam formam confirmavit.

Annales de wincelcumbe in biblioth. cottoniana [sub effig. Tiberii E. 4.]

Carta gloriosissimi regis *Kenulphi* de *Winchelcumbensis* cœnobii prima fundatione.

REgnante domino nostro in evum per secula cuncta; anno verò incarnationis ejusdem salvatoris mundi Domini nostri Jesu Christi 811. indictione autem quarta, imperii verò nostri à Deo dati anno xvj. die verò 5. idus Novembris. Tunc Ego Kenulphus rex Merciorum hoc opusculum, Deo auxiliante atque favente, in plenitudine provinciæ Wictionum inchoavi, famoso in loco quem solicolæ antiquo nomine, Winchelcomba appellare suescunt. Ecclesiam, quæ modò pulcherrima claruit scemate jam nempè preparata extruit, ibi Wulfredus quoque præsul Cantuariæ in honore Jesu Christi Domini nostri beataque Mariæ genetricis Dei, quæ suo concluserit gremio quem cœli capere terraque nequierant, dedicavit. Ibi quoque meum in domino corpus pausare decrevi. Complacuit autem mihi Kenulpho, ut ad consecrationem antenominata ecclesia universos accersissem Merciorum optimates, episcopos, principes, comites, procuratores, meosque propinquos, necnon Cuthredum regem Cantuariorum, atque Siredum regem orientalium Saxonum, cum omnibus qui testes nostris synodalibus conciliabulis aderunt. Quam verò basilicam ad laudem & ad honorem Domini Jesu Christi, pro amore regni cœlestis, atque expiatione piaculorum meorum, edificavi, non modò ad roborationem hereditatis meæ, atque ad solidationem apostolici privilegii, quæ mihi apostolici pontifices cum auctoritate beati Petri apostolorum principis, direxerunt. Ego etenim Kenulphus, Dei arridente gratia, rex Merciorū, ad gratiarum actionem pro devotione illorum, qui mihi & meæ hereditati benevola mente cum auctoritate apostolorum affirmatione atque cunctorum synodalium nostrorum reconciliationem firmiter roboraverunt: jam autem pro confirmatione meæ hereditatis, quam dominus Leo papa primus affirmabat cum suo privilegio, & postea Paschalis summus pontifex, cum præceptis suæ auctoritatis & universis Merciorum optimatibus, in tribus synodis, unanimo consilio, in perpetuam hereditatem mihi meisque heredibus, dona mea omnibus archontis Merciorum necnon & aliarum provinciarum, in auro, argentoque & in omnibus utensilibus meis, letus erogavi, necnon in equis electissimis, unicuique scilicet secundùm dignitatem sui gradus, & universis qui agros non habebant, libram in argento purissimo; tribui, atque in auro mundissimo, unicuique presbitero, marcam tribui unam, & omni servo Dei solidum unum; & ea dona innumerabilia sunt sicut nostram regalem dignitatem decebat; quæ nullus enumerare valet, neque numeranda sunt, quæ tunc mea erogavi genti, ea conditione, ut mihi meisque heredibus, plena libertate hereditas mea eo firmior atque stabilior æternaliter perduraret. Ego Kenulpus etiam rex Merciorum vexillum sanctæ crucis in quo passus est Jesus Christus, Dominus noster, ad hoc conquisivi, ut animæ meæ, & omnium bonorum secularium, seu heredum immobiliter patrocinando, contra tumultum praverum tutatrix, atq; defensatrix perpetuis temporibus permansisset. Et si quis aliquid ab hoc vexillo per vim studeat auferre, majoris sive minoris personæ, sciat se anathematis vinculo innodatum, & à sanctæ crucis tutela coram Deo in die judicii separatum, nisi ante hic cum satisfactione emendaverit, & ab illo patrocinio predicto sanctam istam ecclesiam, sub alma Trinitatis nutu, atque angelorum, & archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, & omnium Sanctorum protectione corroboratam sciatis permanere. Hoc quoque ego Kenulphus rex, & omnes qui in nostris synodalibus conciliis testes atque conscii hujus rei præsentati fuissent, dijudicavimus, atque unanimo consensu constituimus, ut si homo aliquis culpabilis vitæ suæ aut in aliquo dilicto, occultè publicève delinquens, pervenisset ad apicem hereditatis meæ, & nostram ecclesiam, atque vexillum salutiferæ crucis requireret, firmissimam ibi pacem atque indulgentiam inveniret, & nullus fuisset homo aliqua audacitate fretus, quoque modo curvave cogitatione, aliquid per vim exinde rapere, nec diminuere, neque agros meæ hereditatis foràs transdonare, vel accomodare, nisi ad tempus, & ad conditionis statutum unius hominis, sed immobiliter permansissent quasi in nostris tribus synodis firmiter decrevimus, æternaliter perdurare. His omnes hujus rei veritatis testes exiterunt, & sacratissimo crucis Christi signaculo roborando confirmaverunt. ✠ Ego Kenulpus rex Merciorum hujus definitionis reconciliationem signo sanctæ crucis confirmavi.

✠ Ego Cuthredus rex Cantuariæ consentiens signum salutifera crucis impono.

✠ Ego Siredus, rex Orientalium-Saxonum signum crucis salutifere corroborans impono.

✠ Ego Wulfredus, Cantuariæ archiepiscopus consensi, & subscripsi.

✠ Ego Aldulphus, Lichelfeldensis episcopus consensi, & subscripsi.

✠ Ego Denebertus, Wigornionsis episcopus consensi, & subscripsi.

✠ Ego Wulfhardus, Hecana (quæ nunc Herefordiensis dicitur) episcopus consensi & subscripsi.

✠ Ego Werenbrihtus, Leogerensis episcopus consensi & subscripsi.

✠ Ego Tilferdus, Hagustaldensis episcopus consensi & subscripsi.

✠ Ego Ethelwlfus, East-Anglorum episcopus consensi & subscripsi.

✠ Ego Alchbartus, South-saxoniæ episcopus consensi & subscripsi.

✠ Ego Ethelnotus, Londoniensis episcopus consensi & subscripsi.

✠ Ego Wibartus, Sirebornensis episcopus consensi & subscripsi.

✠ Ego *Beornodus, Roveceſtrenſis* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Wignothus, Exonienſis* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Cudulphus, Cridiatunenſis* epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Eambeortus* dux conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Heardbeorthus* dux conſenſi & ſubſc.

✠ Ego *Beornothus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Cynbelmus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Ceolbertus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Aldredus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Wulfredus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Heafrethus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Colfarthus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Heafarthus* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

✠ Ego *Pleſa* dux, conſenſi & ſubſcripſi.

De prædiis, dominiis & poſſeſſionibus per beatiſſimum regem Kenulphum Winchelcumbenſi *monaſterio collatis.*

Ex Regiſt. abbat. hujus de Winchelcumbe penes Will. Morton mil. an. 1644.

SI quiſpiam cupiat ſcire que & quanta ſint illa dominia, poſſeſſiones, & prædia que monaſterio *Winchelcumbenſi*, à principio fundationis ſuæ, idem beatiſſimus Rex *Kenulphus*, ex ſua munificentia, contulerat; ſanè reſpondemus, nullicubi nos de antiquis noſtris munimentis, cartis aut libris illud unquam reperire potuiſſe. Quod fortè ideò evenit, quia omnia antiqua noſtra munimenta, tempore Regis *Stephani* (ſicut ante diximus) aut igne penitùs conſumpta ſunt, aut certè ob nimiam eorum vetuſtatem ita predeceſſorum noſtrorum negligentiâ perierunt, quod eorum veſtigia minimè jàm appareant. Arbitramur tamen, ex multis conjecturis hæc infra ſcripta dominia, & dona, & munificentia ejuſdem glorioſi fundatoris noſtri, nobis in hodiernum diem remanſiſſe, videlicet, dominium ſive manerium de *Schurburnia* cum pertinenciis; dominium ſive manerium de *Bladingtona* cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Euſtona* cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Honiburnia* cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Adelmingtona* cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Alna*, cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Twyningia* cum pertinentiis; dominium ſive manerium de *Charlingtona-abbatis* cum pertinentiis; dominium de *Newtona* cum ſuis pertinentiis; & dominia ſive maneria de *Stawntona*, & *Snowſhulla* cum eorum pertinentiis & membris. Sicque inpræſentiarùm nobis *Winchelcombenſibus*, ex dono & liberalitate prædicti fundatoris noſtri, undecim integra dominia, cum ſuis membris; ſaltèm quo ad principalitatem & dominium remanſiſſe videntur; niſi fortè aliqua eorum ex illuſtriſſimi, ac Deo devotiſſimi principis, regis *Eadgari*, ex ſuæ pietatis elemoſina, ad nos devenire potuerint, cum ſcribitur in vita ſancti patris *Oſwaldi*, *Wigornenſis* ſedis epiſcopi, ſeptem monaſteria in ſua dioceſi *Wigornenſi*, induſtria, & labore ejuſdem patris, ad obſervantiam regularis vitæ fuiſſe reformata, & regem Deo devotum *Edgarum* ad ejus preces multa prædia, & poſſeſſiones eiſdem contuliſſe, ac noſtrum *Winchelcombenſe* cœnobium unum fuiſſe ex ſeptem ita per eum reformatis. Quod enim ad aliis poſſeſſiones, portiones, & dominia noſtra, quæ inpreſentiaram poſſidemus attinet, & quando ad *Winchelcombenſium* manus devenerunt, ſuis locis hic inde in ſequentibus, Deo volente, pluribus aperiemus.

Si verò ſint qui ſcribunt *Winchelcombenſium* & *Perſchoorenſium* monaſteria, tempore quo *Willielmus Normannorum* Dux, ſibi regnum ſubjugaverat, longè majora, atque plura, quam modò habuiſſe poſſeſſiones, & dominia, ſed quia minus cautè ſibi de futuris proſpicientes, elegerunt eidem *Willielmo* duci pro viribus reſiſtere, aut eum fortè debellare, ideo dicunt eundem *Willielmum* regem vehementèr in eos commotum, abſtuliſſe plurima ex eorum poſſeſſionibus, & ea pro ſua voluntate aliis piis locis contuliſſe. Verùm an hæc aliquid veritatis habeant, necnè, cum ea in noſtris antiquitatibus nuſquam legerim, non aûſim ſcribere. Memini tamen me, apud monaſterium *Eveſhammenſium*, in eorum antiquiſſimis hiſtoriis olim legiſſe, *Williemum* ducem *Normannorum*, tunc *Anglorum* regem, *Godricum* abbatem *Winchelcumbenſem* violentèr tenuiſſe, ac in caſtro *Gloucestriæ* juſſiſſe retrudi cuſtodiendum, *Winchelcumbenſe*que cœnobium abbatis *Eveſhammenſium* moderationi commendaſſe, & paulò poſt cuidam monacho ex *Normannorum*, ut creditur, genere, *Galando* nomine, illud idem *Winchelcumbenſe* monaſterium contuliſſe regendum. Quod reverà fieri unquam haud potuit, niſi (ut communis ſe habet fama) idem *Willielmus* Rex, in abbatem hujus loci fuiſſet vehementèr exacerbatus. Quod autem aiunt, ſecundùm vulgi opinionem, ſilvam juxta *Twyningiam*, Wythwood hodie nuncupatam, olim ad *Winchelcombenſes* pertinuiſſe, atque per eundem *Galandum* abbatem fuiſſe aut impignoratam aut venditam; quia illud in noſtrarum antiquitatum codicibus minùs potui alicubi inſpicere, ideo pro vero nolim aliquo pacto affirmare. Tutius quidem ſentio, in his quæ nobis dubia ſunt, totum Dei judicio cum humilitate commendare, quàm, ut incerta pro veris & certis, cum ſcrupulo conſcientiæ noſtræ, aliqua affirmamus. Quæ autem *Perſchoorenſes*, de ſuis poſſeſſionibus amiſerunt à ſua prima fundatione, (quæ etiam paulò anteà meminimus) ipſi de ſeipſis & loqui & ſcribere melius atque apertius noverunt. De illo autem quod anteà diximus *Kenulphum* glorioſum regem *Winchelcumbenſe* cœnobium conſtruxiſſe, & in eo collocaſſe monachos numero trecentos, quemadmodum nos in noſtris vetuſtioribus teſtimoniis pro hiſtoriæ veritate indubiæ accepimus, ſi quiſpiam roget, quomodo potuit tam ingens religioſorum cohors tantillis prædiis, & poſſeſſionibus victitari; reſpondemus hoc magno eſſe argumento, pro illa vulgari & communiſſima opinione amplexanda, quæ dicit quod *Willielmus* de *Normandia* dux plurima oppida, & poſſeſſiones, à ſancto fundatore noſtro antea collecta, per vim & conqueſtoris potentiam nobis abripuiſſe; vel fortè ita reſpondendum, tantam tunc monachorum multitudinem, longè minoribus prædiis, quàm ſit hac noſtra tempeſtate credibile, habundè ſatis vivere potuiſſe. Quoniam in illo magno religioſorum numero, vix fortaſſis quadraginta vel circiter in ſacerdotes aut clericos ordinari cerneres. Reliqua verò multitudo,

heremitarum

Digitized by Google

Ordinis Benedictini monialis.

heremitarum & laicorum more, diversis artificiis, & aliis manuum laboribus operam dantes, pro hiis quæ in necessariis defuerunt, prout ab antiquo boni fecere monachi, diligenter prospiciebant. Sed hæc de nostro glorioso fundatore jam memorasse sufficiat.

WILTONENSE *Cœnobium.*

Wilton.

Lelandi collectan. vol 1. p. 65

PRIMUS fundator abbatiæ de Wileton erat *Alfredus* junior, filius *Æthelwolphi* regis, qui concessit manerium suum in *Wiltonia* dicto monasterio. Secundus fundator fuit *Edwardus* senior, filius *Alfredi* regis. Tertius, *Æthelstanus* filius *Edwardi* senioris. Quartus, *Edwardus* frater *Athelstani*. Quintus, *Edredus* frater suus. Sextus, *Gulielmus* conquestor.

Lelandi collectan. vol. 2. p. 195.

Ex chronico quodam Vilodunensi, Anglicis *rithmis scripto, incerto tamen autore, hæc quæ sequuntur, me interprete, decerpta sunt.*

ECbertus rex *West-Saxonum* frequenter egit *Severiæ*. Sancta *Alburga*, soror *Ecberti* regis, nata *Viloduni*.

Atwulphus rex, *Ecberti* filius, secundus fundator *Vilodunensis* monasterii. *Atwulphus* rex, salutata *Roma*, per *Galliam* domum rediens, filiam *Caroli* in uxorem accepit.

Ethelbald Atwulphi filius, *Shiroburne* sepultus.

Ethelbright rex sepultus apud Winburne, & hic fuit tertius fundator *Vilodunensis* monasterii.

Wulstanus comes *Vilodunensis* contra *Ethelmundum* regem *Merciorum* pugnans, vicit; gravissimis tamen vulneribus acceptis, ex quibus ante annum periit. Hic quandam antiquam ecclesiam S. *Mariæ Viloduni* reparavit, antea per *Danos* tantùm non destructam: instituitque in ea collegium sacerdotum qui preces, & pro *Alquimundo* patre suo, crudeliter ab *Ethelmundo Merciorum* rege interfecto, & pro se assiduè funderent. Mortuo postea *Wulstano* comite, uxor ejus *Alburga*, soror *Ecberti* regis *Visi-Saxonum*, obtinuit à fratre, ut monasterium ibidem fieret sacrarum virginum, cujus primus fundator idem *Ecbertus* dictus. Propè hoc monasterium erant *Wulstani* comitis ædes, regiaque civitas in qua monasterium conditum fuit, Winggesbyri dicebatur, quod nomen vel hodiè servat. Fundatum verò fuit monasterium anno 800. Domini DCCC. erantque duodecim sacræ virgines prætèr præsidem.

Alfredus vicit *Danos* cruentissima pugna, quingentis à *Viloduno* passibus in loco vulgo Wascheforne dicto.

Ælfled, puellula trium annorum temerè à nutrice in balneo relicta, quæ fugerat propter metū, & strepitum pugnantium, periit, & sepulta fuit in monasterio S. *Mariæ Viloduni*.

Alfredus rex, devictis *Danis*, motu uxoris suæ *Egwinæ*, condidit novum monasterium *Viloduni*, eo loco ubi ipse primus habitaverat, & duodecim sacras virgines curæ *Radegundis* abbatissæ tradidit, transtulitque tredecim virgines monasterii sanctæ *Mariæ* in suum. Ita erant numero viginti & tres. Absolvit ecclesiam novam cum officinis in duobus annis, quam dedicavit D. *Mariæ* & sancto *Bartolomæo*.

Edgarus rex nomine, filiæ suæ *Edithæ*, ex *Wultrilde* concubina genitæ, auxit monasterium *Vilodunense*.

AMBRESBURIENSE *cœnobium in agro* Wiltoniensi.

Will. Malmesb. fol. 143. n. 50.

IN *Wiltensi* pago sunt ista cœnobia, *Malmesburia* virorum, *Wiltonia* & *Ambresberia* fœminarum. De *Malmesberiensi* aliàs loqui sedit animo. De *Ambresberiensi* nihil aliud ad nostram notitiam attigit, nisi quod ab *Helfrida*, sancti *Edwardi* interfectrice, & illud & *Warwellense* facta sunt causa pœnitentiæ. Jacet ibi sanctus *Melorius*, cujus prosapiæ cujusve sanctimoniæ incertum mihi.

Rob. Glouc. MS. in bibl. Bodleiana fol. 81. a.

Oet Alfred the luther quene that seynt Edward slouȝ
Of hure tresȝas bifoȝe hure dethe repentant was pnouȝ.
And rered two Monneryes; Whorwell that one was,
And Ambresbury that othere, to bete hure tresȝas.

Reg. Hoved. fol. 320. n 40.

Anno gratiæ MClxxvij. idem rex (scilicet *Henricus* secundus) expulsis sanctimonialibus de abbatia de Ambresberie propter incontinentiam suam, & per alias domus religiosas in arctiori custodia distributis, ipsam abbatiam de Ambresberie dedit abbatissæ & domui de *Fruntevereit* in perpetuum possidendam: & misso à *Fruntevereit* uno conventu sanctimonialium, *Ricardus Cantuariensis* archiepiscopus introduxit eas in abbatiam de Ambresberie 11. kal. Junii, die dominica, præsentibus domino rege patre, & *Bartholomæo Exoniensi*, & *Johanne Norwicensi* episcopis, & aliis multis clero & populo.

Charta Johannis *regis.*

Cartæ antiquæ lit. B. n. 3.

JOhannes Dei gratia rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, &c. Sciatis moniales de *Ambresburia*, circiter xxl. propter vitæ suæ turpitudinem, & ordinis sui dissolutionem, & infamiam quæ divulgabatur publicè, mandato domini papæ *Alexandri*, voluntate etiam domini regis *Henrici* patris nostri, consilio quoque & prudentia *Richardi, Cantuariensis* archiepiscopi, apostolicæ sedis legati, & *Joscelini*,

" *Joselini, Sarum, & Bartholomei, Exoniensis,*
" & *Rogeri Wigornensis, & G. Londoniensis, &*
" aliorum plurimorum episcoporum, & magna-
" tum, & Baronum nostrorum, à monasterio suo
" fuisse amotas, & in aliis monasteriis collocatas,
" & moniales de ordine *Fontis Ebraldi* ibidem,
" ad serviendum Deo introductas. Quamobrem
" concedimus, & presenti cartâ confirmamus.
" ordini & religioni *Fontis Ebrardi*, pro salute
" animæ regis *Henrici* patris mei, & religionis
" honestate, pro salute nostra, & omnium anteces-
" sorum nostrorum, donationem quam dominus
" rex *Henricus*, pater noster, fecit ecclesiæ pre-
" fatæ *Fontis Ebrardi*, scilicet, ecclesiam sanctæ
" *Mariæ*, & sancti *Melori* de **Ambresbery**,
" cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent, tam
" in ecclesiasticis quam in mundanis possessioni-
" bus, ut ordo & institutæ ecclesiæ *Fontis E-*
" *brardi* ibidem quietè conserventur, & conven-
" tus monialium multo major quam fuerat, sub
" custodia Priorissæ, secundùm ordinē præfatæ ec-
" clesiæ Deo famuletur. Hanc ecclesiam, cum om-
" nibus rebus quæ ad eam pertinent, & omnes pos-
" sessiones *Fontis Ebrardi*, sciatis nos velle manu-
" tenere, & defendere, & liberas & quietas esse
" ab omni seculari servitio & exactione, & grava-
" mine, & accepisse in manu nostra & defensione,
" & protectione contra omnes homines sicut pro-
" priam nostram & domini regis *Henrici*, patris
" nostri, & antecessorum nostrorum elemosinam.
" Concedimus etiã & confirmamus eisdem moni-
" alibus manerium de **Wallop** in *Hantesira*, cum
" omnibus pertinentiis suis, quæ ad nos pertinet,
" & cum emendatione quam ibi facere poterint in
" perpetuam elemosinam, & omnes elemosinas,
" & terras, quæ eis rationabiliter datæ sunt vel
" erunt, firmiter concedimus, & in omni jure
" suo, & possessione, in omnibus locis, omnes
" consuetudines sive in ecclesiasticis, sive in secula-
" ribus rebus, tam liberè, quietè, & plenariè, si-
" cut nos haberemus si essent in dominico nostro.
" Confirmamus etiam eis monasterium de **Am-**
" **bresbery**, & parochiam, cum omnibus deci-
" mis, & terris eidem adjacentibus. Scilicet ca-
" pellam de **Durenton**, cum omnibus decimis,
" & decimã de *Forstelberia*, & de **Wadhall**, & de
" *Lodewrtha Johannis* marescalli, & *Lodewrtha*
" *Hugonis* de **Lasey**, & undecem acras bladi, &
" undecem agnos de **Niwenton** *Humfridi* de
" **Bohun**, & quinque solidos annuatim, prò ci-
" miterio habendo, in auxilio ejusdem villæ; &
" manerium de **Bullisoꝛd** cum **Hindoꝛinton**,
" cum omnibus pertinentiis suis, & capellam
" cum decimis adjacentibus. & manerium de *Bos-*
" *cumba*, membrum de **Bullisoꝛd**, quod adja-
" cet predictæ ecclesiæ, cum decima de dominio
" quæ adjacet capellæ de **Bullisoꝛd**, & manerium
" de **Baldwinterburgh**, cum ecclesia & dimidia
" hida terræ, cum decimis adjacentibus, & mane-
" rium de **Aleton**, cum decimis de dominio, &
" medietate decimæ rusticorum; & manerium de
" **Chelstanton**, cum decima ejusdem manerii, &
" manerium de **Noꝛthwinterburne**, quod adja-
" cet predictæ ecclesiæ; & manerium de *Kene-*
" *tebiria*, cum ecclesia, & omnibus decimis ejus-
" dem manerii; & capellam de **Denesoꝛd**, cum
" omnibus decimis; & decimam de **Hingelsied**,
" & de **Goingsoꝛd**, cum omni jure parochiali;
" & decimam de **Hamsted**, cum omni jure paro-
" chiali, quæ adjacet matri ecclesiæ de *Kenesebe-*
" *ria*; & manerium de *Chanleia*, & manerium
" de *Faleleia*, cum ecclesia ejusdem manerii, &
" decimam de *Sutfaleleia*, quæ adjacet matri ec-
" clesiæ & decimam de *Retleia* de dominio Tem-
" plariorum; & ecclesiam de *Letecumba*, cum
" decimis & omnibus ad ecclesiam pertinentiis; &
" de redditu nemoris de **Barrot** viginti solidos; &
" decimam pasnagii, tam denariorum, quam por-
" corum, & quot porcos ibi habere voluerint,
" quietos de pasnagio; & centum porcos in **Che-**
" **ton** quietos de pasnagio, & totidem similiter
" quietos in **Bentewde**; & quatuor acras in *Bos-*
" *cumba*, duæ scilicet de **Pantoꝛne**, & duæ de
" *Avena*, & quatuor agnos; & in **Botenfen**
" quinque acras bladi, & in **Buthmaresion** du-
" as acras, & in **Cheldꝛington** tres acras, & in
" **Aldinton** quatuor acras, & in **Winelesfoꝛd**
" duas acras, & in **Pidlesion** unam acram, &
" in **Newenton** *Johannis* de **Nevell** unam acram,
" & unum agnum, & decimam de **Bunnetham**,
" & in *Dameseia* tres solidos, & in **Deverell**
" *puellarum* quinque caseos, & quinque agnos,
" & in **Hungoungton** decimam de quinque vir-
" gatis terræ, quas *Robertus* capellanus tenebat;
" & omnes alias terras, & elemosinas quas habent,
" vel habituri sunt; & quinque caretas errantes * F. cultet.
" singulis diebus ad ligna deferenda ad prædi-
" ctum monasterium de **Ambresbery**, unam
" scilicet caretam in bosco de **Chettun**, unam in
" **Gꝛaveling**, & unam in **Winterslaw**, quæ
" pertinet ad **Bothamsted**, & unam in **Bente-**
" **lewde**, quam prædictum monasterium de **Am-**
" **bresbery** antiquitùs habebat, & unam in bosco
" suo de **Wallop**, quod appellatur *boscum re-*
" *gina*. Ita scilicet quod de wasto quod facient
" quadrigæ quæ ibunt in boscum de **Wallop**, &
" de **Widelai**, neque de wasto aliarum quadri-
" garum quæ ibunt in alios prædictos boscos non
" ponantur in *merci*, nec scribantur in
" wasto.

" Quare volumus & firmiter præcipimus quod
" prædictæ moniales, & earum ministri, & servi-
" entes, omnes possessiones suas, & elemosinas
" habeant, & teneant, cum *sacha* & *socha*, & **Tol**
" & **Theam**, & **Infangenethef** & **Utfangene-**
" **thef**, & cum omnibus libertatibus, & liberis
" consuetudinibus, & quietantiis suis in bosco, &
" plano, in pascuis, & pratis, & pasturis, in a-
" quis & molendinis, in viis & semitis, in stagnis
" & vivariis, in mariscis & piscariis, in grangiis &
" virgultis, infra burgum & extra, & in omnibus
" locis & omnibus rebus, solutas, liberas, & quie-
" tas de *firis* & *hundredis*, de placitis & querelis,
" & de pecunia pro *murdris* & latrociniis, & de
" *Hamsoka* & de **Foꝛstall** & de **Wapentake**, &
" *Scutagiis*, & *Hidagiis*, *Geldis*, *Denegeldis*,
" *Hornegeldis*, *Foꝛgeldis* & *assartis* factis ante
" confirmationem domini Regis patris nostri fa-
" ctam, anno scilicet incarnationis Domini
" MCLXXIX, & de *assisis*, & donis, & *Scotis*, & 1179.
" auxiliis, & operationibus castellorum, domorum,
" wallorum, parcorum, vivariorũ, pontium, fossa-
" rum, & *fledwita* & *hengwita*, & *flemenfrensha*, &
" *sumagio*, & **Warpeni**, & **Averpeni**, & **The-**
" **ingpeni**,

ingpeni, & hundredespeni, & de Pischening, & blodewite, & Fithwite. Et sint in perpetuum quietæ per totam terram nostram, citra mare, & ultra mare, tam per terram, quam per aquam de theoloneo, & passagio, & pontagio, & tallagio, lestagio, stallagio, & de omni consuetudine & omnibus occasionibus quæ sunt vel esse possunt, & generaliter de omnibus rebus, & omnibus modis, quæ ad nos, vel ad hæredes nostros, vel successores nostros pertinent vel pertinere possunt, excepta sola justitia mortis & membrorum. Prohibemus etiam regia authoritate à Deo nobis concessa, ne aliquis hominum, sive minister noster, sive alius, in tota terra nostra præfato monasterio, vel ullis rebus ad ipsum pertinentibus, molestiam sive injuriam, sive contumeliam inferat, nec res vel jura sua, nec nativos, vel fugitivos suos, vel catalla eorum detineat, nec homines venientes ad molendina sua ullo modo impediat, nec eas vel homines earum, pro consuetudine aliqua vel servitio aut exactione pro aliqua causa disturbet de rebus suis, quas homines earum affidare poterunt suas esse proprias; nec de aliqua possessione sua in placitum ponatur nisi in præsentia nostra, vel hæredum nostrorum, sicut cartæ domini regis *Henrici* patris nostri, & regis *Richardi* fratris nostri testantur. Testibus *Willielmo* comite *Arundellie*, *R.* comite *Leicestriæ*, *W.* marescallo, comite de Penbrok, *R.* constabulario *Cestriæ*, *J.* de *Pratellis*, *P.* de *Pratellis*, *W.* de *Stagno*, *B.* camerario, *W.* de Clapam, *W.* de *Cantilupo*, *R.* de Wanci, *W.* de *Ewia*, *R.* de Pontebegun. Dat. per manus *Huberti Cantuariensis* archiepiscopi, cancellarii nostri, xxx. die Augusti apud *Rupem Audel.* Anno regni nostri primo.

Alia ejusdem *Johannis* regis charta.

Chartæ antiquæ, lit. B B. n. 6.

JOhannes *Dei gratia rex* Angliæ *&c. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ* A. *reginæ, carissimæ matris nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, dedisse, & concessisse, & præsenti carta nostra confirmasse, in liberam puram & perpetuam elemosinam Deo, & abbathiæ* Fontis-Ebrardi, *& capellæ sancti* Laurentii, *quam* A. *regina, mater nostra fundavit, quinquaginta solidos sterlingorum annuatim percipiendos ad Scaccarium nostrum, ad festum sancti* Michaelis, *per manum prioris de* Ambresbiri, *ad sustentationem capellani, qui in predicta capella sancti* Laurentii *ministrabit, in perpetuam elemosinam, pro anima predictæ* A. *reginæ, matris nostræ. Ita quod predicta abbathia celebrari faciat in predicta capella in perpetuum, pro anima predictæ* A. *reginæ, matris nostræ, & quod illi quinquaginta solidi non convertantur in alios usus, quam in sustentationem capellani qui ibidem administrabit. Testibus* H. Sarisbirien. *episcopo.* G. *filio* Petri *comitis* Essexiæ. *Datum apud* Clarendon *secundo die Maii, anno regni nostri quinto.*

MIDDELTONENSE
cœnobium in agro Dorsetensi.

MIldeltunensem ecclesiam fecit rex *Ethelstanus* pro anima fratris sui *Edwini*, quem pravo corruptus consilio, ab *Anglia* ejecit. Cujus qui fuerit finis aliàs non silui. Ibi multas Sanctorum reliquias ex *Britannia* transmarina emptas reposuit, inter quos eminent præcipuè beatissimi *Sampsonis* ossa, *Dolensis* quondam archiepiscopi sanctissimi, & planè Deo digni viri: cujus virtutes aliquas hìc referam, nisi quia notæ sunt, & indigenarum sanctorum miraculis scribendis occupatas manus habeo. *W. Malmesb* fol. 143 a. n. 10.

De nativitate regis Athelstani *fundatoris abbathiæ de* Middelton.

ERat in quadam villa opilionis filia, elegantis speciei puella, quæ quod non contulissent natales formæ mercabatur gratia. Huic per visum demonstratur prodigium, lunam de suo ventre splendere, & hoc lumine totam *Angliam* illustrari. Quod cum mane ad sodales ludo detulisset, ab illis non joculariter exceptum, confestim villicæ auribus quæ filios reges nutrire solebat intonuit. Illa rem examinans, puellam intra lares suos receptam filiæ loco habuit, cultioribus cibis, delicatioribus vestimentis, gestibus facetioribus virgunculam informans. Non multò post, filius regis *Elfredi Edwardus*, itineris casu per villam transiens, ad domum divertit infantilium olim rudimentorum conscium. Neque enim integrum famæ suæ rebatur si nutricem visitare fastidiret. Ubi vitæ virginis amore captus, noctem petiit. Ipsa uno complexu gravidata cum peperisset filium *Athelstanum* sompnii fidem absolvit, nam cum ille puericia mortua in adolescentiam evaderet, magnam spem regiæ indolis dabat præclaris facinoribus approbatus. Itaque patre defuncto, *Edwardus* ex legitima conjuge creatus concita morte secutus est. Tunc omnium speciebus in *Athelstanum* erectis, solus *Elfredus*, magnæ insolentiæ homo, cum suis clam reluctit, quoad potuit, dedignans subdi dominio quem suo non delegisset arbitrio. Fuerunt quidam qui fratrem regis *Athelstani*, nomine *Edwynum*, insidiarum insimularent; scelus horrendum & fœdum, quod sedulitatem fraternam sinistra interpretatione turbarent. *Edwynus* per se & per germanos fidem inplorans germani, & licet sacramento delationem infirmans, in exilium actus est: tamen quorundam mussitatio apud animum in multas curas distentum valuit, ut ephebum etiam exterius miserandum, oblitus consanguineæ necessitudinis, expelleret, inaudito sanè crudelitatis modo, ut solus cum armigero navem conscendere juberetur remige & remigio vacuam, præterea vetustate quassam. Diu laboravit fortuna ut insontem terræ restitueret, sed cum tandem in medio mari furorem ventorum vela non sustinerent, ille adolescens & vitæ in talibus pertæsus, voluntario in aquas præcipitio mortem conscivit. Armiger saniori consilio passus ani- Ex Registro carrarum abbatiæ de *Middleton* in Scaccario penes remem. regis fol. 3 a.

mam producere, modò adversus fluctus eludendo, modo pedibus subremigando domini corpus ad terram detulit, angusto scilicet à *Doveria* in **Withsand** mari.

Athelstanus postquam ira deferbuit, animo sedato factum exhorruit, septennique pœnitentia, ut fertur, apud **Lampoꝛt** spontaneum carcerem subivit. Unde cum proximam ecclesiam *Michelniensem* humili statu compactam videret, voviſſe plusquam semel dicitur, ut si unquam exiret, eam in sublime culmen eveheret. Sed hæc quomodocumque se habeant, illud revera constat, quod sicut in cartis ejusdem ecclesiæ legitur, Rex *Athelstanus* ecclesiam *Michelniensem* sancto *Petro* excelsiorem fecit, multis redditibus villarum & reliquiarum exhenniis habitatores consolatus. Est enim aditu difficili, permeaturque æstate pede vel equo plerumque, yeme nunquam. Nec illud vacat à gloria quod in delatorem fratris, si tamen credimus, animose ultus est. Erat enim pincerna regis, & per hoc ad suadenda quæ excogitasset accomodus. Itaque cum fortè die solempni vinum propinaret, in medio triclinio uno pede lapsus altero se recollegit. Tunc occasione arrepta, fatale sibi verbum emisit, sic frater fratrem adjuvat. Quo rex audito, perfidum obtruncari præcepit, sæpius auxilium germani si videret increpitans, & mortem ingemescens. Hæc de fratris nece etsi verisimilia videntur, eo minus corroboro, quod admirabilem suæ pietatis indulgentiam in reliquos fratres intenderit, quos cum pater puerulos admodum reliquisset, parvos magna dulcedine & adultos consortes regni faciens, nunquam eorum intuitu dare operam matrimonio curavit. De sororibus autẽ quinq; quas pater indotatas & innuptas reliquerat, quanta eas majestate provexerit, liber de gestis *Anglorum* satis expressè narrat.

Unde Rex *Athelstanus* postquam ecclesiam *Michelniensem*, ut superius lectum est, humili statu compactam in sublime culmen eveheret, eadem illectus causa, *Middeltoniensem* ecclesiam in decimo regni sui anno, in pago *Dorsetiæ*, pro anima fratris sui *Edwyni*, de quo superiùs satis commemorat, fundavit, eoque plus quod monachi liberiùs celestibus possint excubare secretis, quo minus frequentabantur hominum conventiculis; similiaque contulit & villarũ & possessionum exennia, & etiã reliquias de transmarina *Britannia* & aliis locis, magna cura, magno labore magnarumq; divitiarum suarum expensione emptas, monasterio suo de **Middeltone** misit, quo loco monasterium à fundamentis procuderat.

lb. fo. 9. a.

Fundatio Abbathiæ de Middeltone.

Cap. I. 824.

ANno Dominicæ incarnationis DCCCxxiiij. *Adelstanus*, primogenitus regis *Edwardi* primi, filii regis *Alfredi*, regnare cœpit, omnes antecessores suos devotione mentis, & omnes eorum titulos triumphorum suorum splendore obnubilans, omnem fere *Angliam* solo nominis terrore sibi subjugavit præter *Northanhumbros*, cum quorum rege *Dano*, *Sithrico*, data ei sorore sua, fœdus iniit. Cuo post annum mortuo, *Northanhumbriam* totam sibi subjugavit, expulso *Adulpho*, qui rebellabat. *Juawallum* verò regem omnium *Wallensium*, & *Constantinum* regem *Scotorum* cedere regnis compulit. Quos tamen non multò post miseratione infractus, in antiquum statum sub se regnaturos constituit, pronuncians glorioſius esse regem facere quam regem esse. Post hæc *Analaphus* quidam rex *Dacus*, prædicti *Sithrici* filius, juvenis audaciſſimus, cum prædicto *Constantino* rege *Scotorum* iterum rebellante, cum multis copiis militum & peditum spe invadendi in *Angliam* processerat. Cui Rex *Adelstanus* apud **Bromfeld** cum exercitu *Anglorum* occurrit, ad dimicandum cum eo paratus, sed cum ad locum congrediendi perveniſſent, accidit infortunium grande regi *Adelstano*, quod gladius suus ex vagina excidit. Tunc rex ratione infortunii formidatus, invocato Deo, sanctoque *Sampsone*, atque sancto *Aldelmo*, reducta ad vaginam manu, invenit ensem, qui usque hodie in thesauro regum pro miraculo servatur. Ut igitur *Adelstanus*, sicut superiùs dictum est, ensem invenit, socios hortabatur totam spem suam in filium Dei ponere, hostes inde suos audacter invadere, & pro patria unanimiter pugnare. Dispositis tandem *Anglorum* cuneis, congrediuntur acies, mutuos ictus ingeminant, cruorem non minimum diffundunt. Ceciderunt ibi prædictus *Constantinus* rex *Scotorum*, aliique reges quinque, comites duodecim, omnisque pene *Dacorum* atque *Scotorum* exercitus. Et dum talem decertationem facerent, nitebatur semper *Adelstanus* rex habere aditum congrediendi cum *Analapho*, set non habuit; nam *Analaphus*, ut vidit suos subcumbere, *Anglos* verò nutu Dei prevalere, confestim diffugit, petivitque *Hiberniam*. Imperaverat enim rex *Adelstanus* ut præda in castris prædictorum *Analaphi* & *Constantini* reperta, ac omnia alia conquesita, vel monasteriis regni sui, vel fidelibus suis largirentur. Deinde *Northwalensium*, id est *Brittonum*, regulos ad deditionem & ad annuum tributum solvendum coëgit.

Postea *Cornwalenses Brittones* ab *Exceſtria*, quam cum *Anglis* jure inhabitarant, cedere compulit, atque terminum provinciæ suæ citra *Tambram* flumen constituit. Et sic *Adelstanus* fuit primus rex *Anglorum*, qui monarchiã totius insulæ *Britanniæ* optinuit. Hic *Adelstanus* rex habuit filium nomine *Aluredum* qui parum vixit. Fueruntque regi *Adelstano* tres fratres, videlicet *Edmundus*, *Eadredus*, & *Edwynus*; quorum *Edmundus* & *Eadredus* post regem *Adelstanum*, alter post alterum, diadema regni susceperunt. Contigit autem in anno regni regis *Adelstani* nono, quod *Edwynus* frater ejus quartus, per quendam delatorem apud ipsum graviter fuerat accusatus. Causam accusationis & accusatores hîc scribere dissimulo, ne fortè prolixitate lecturæ legentes graverentur. Rex autem pravo corruptus consilio, *Edwynum* ab *Anglia* ejecit, inaudito crudelitatis modo, ut solus cum armigero apud *Doveriam* navem intraret remige & remigio vacuam, præterea vetustate quasſam. Diu laboravit fortuna ut insontem terræ restitueret; set cum tandem in medio mari furorem ventorum vela non sustinerent, *Edwynus* adolescens voluntariè in aquas se misit & mortem consciscit. Armiger verò saniori usus consilio, modò adversus fluctus eludendo, modò pedibus subremigando, domini sui corpus

ab

ab aquis extraxit & in Wythsand ad terram detulit. Cumque id regi nunciatum fuisset, postquam ira deterbuit, animo sedato factum exhorruit, sæpius auxilio *Edwyni* fratris sui, si viveret, increpitans & mortē ingemiscens. Deinde Rex *Adelstanus* in decimo regni sui anno, in pago *Dorsetiæ*, eo quod in festivitate sancti *Sampsonis* archipræsulis victoria de rege *Analapho* & ejus satellitibus in loco quo nunc sua capella est sanctæ *Katerinæ* divinitus ei præmonstrata fuit, & etiam de morte fratris sui *Edwyni* reminiscens, & ingemescendo in culpa se extitisse dampnabili, contra dictum regem *Analaphum* victoria belli habita, pro dicti fratris sui *Edwyni* anima monasterium de Middelton in puram & perpetuam elemosinam fundavit, ita quod nullum omnino servitium inde fieret nisi tantum orationes. Ibidem etiam monachos nigros constituit, atque præfatum monasterium multis donariis villarum & aliarum possessionum ditando honoravit, & illud in honore sanctæ *Mariæ* sanctique *Sampsonis* dedicare fecit. Paulo post *Amphelisa* mater regis *Adelstani* ab hoc seculo migravit, cujus corpus rex jussit regio more parari, paratumque corpus ad monasterium suum de Middelton deferri, ut ibidem à pontificibus & clero regni honorificè sepeliretur. Hic *Adelstanus*, rex gloriosus ac Deo devotus, multa bona monasteria construxit, quia scribitur, quod nobilis animus semper incitatus ad ampliora conatur. Vixque fuit in tota *Anglia* aliquod vetustum quod non vel ædificiis vel ornamentis aut libris aut prædiis decoravit. Inter quæ monasterium suum de Middelton, tum pro reverentia sancti *Sampsonis* archipræsulis, tum pro animabus fratris sui *Edwyni*, atque matris suæ ibidem sepultæ, diversorum sanctorum reliquiis ac aliis ornamentis specialiùs ornare disposuit.

Charta Regis Athelstani.

Cap. II. Hanc chartam (paucis hic omissis, illic additis) Latio exhibitam vide infra, pag. 196. col. 1.

IN Godes name. ich Adelstan God gyuing kyng feloung eal Brytone. mid alle mine pytene. ⁊ alle bircops of þan kineðome of Engelonde. gelaðy þe pricingge of ðe halý gaste. grantýe and confirmýe býssre minre chartre. for me and for þe kingges of Engelonde ðat comeþ æfter mene and euere ich. tille Gode and sainta Marian. and sainte Michaele. sainte Sampsone. and sainte Brandalaðe xxvj. hýde londes æt Mulesburne. mid ðan þ ðere to liþ. and fif æt ponlonde. and þreo ætte Fuoxmouþe. ætte ýle ðan ýe to one ree. and on on londe þ lið to gezzende æt Ope. and þreo æt Clýve mid ðare mede þ þere to liþ. and þreo and on half æt Liscombe. and on æt Burgaluerton. and on æt litele Pudele. and fiue æt Cattesstoke. and vj. æt Comptone. and to æt þrecome. and v. æt Orningtone. ⁊ vj. æt Holepesthe. þ ir alles þeuene and fixtý hýden into Middeltone. and anne pese on Auene æt Tpýnham. and al þ fæder binne stade of þaimouþe. and half stpým on ðan þaýmouþe out on ree. and tpelf acres to þan pese ⁊ ðan sesthuþe. and þreo ðegne on Suþrexan. and salteine bý pese. and xxx. hýden on

10 20 30 40 50 60

bridemýntone. to portesland. and tó æt Chelmýntone. and fix æt Hýlseloe. ⁊ x. hýde æt Encecombe. to týmbserlonde ⁊ And ich polle þ al ðis mýn almes londe mid al ðan þ ðeneto liþ. and þreo beo in alle ðinge. and þreo custumes. þ ir for mine saule helpe and for de helpe of hese saulen þ to pese me pese and æfter me comen schulle kýnges of Engelonde ðan minstes to pese zeseo of Middeltone in pizte clens almesse pulle ⁊ grantýe þ hit beon al so þreo in alle ðinge mid ðan þ ðeneto liþ in eche stede in Englonde in mýne cýnedome alesa mýn ozen ope ⁊ And ich stedeuastliche hote. and bebeode in Gode almizties hese name. fader and son and holý gast. þ ðis min pille and gifte. and of ðis þrit pastnýnge unzepemmed beo and unzepended. and unzependeslich de hpile þ chpistendom dupeþ in ðis zelonde Englirckan⁊ Oure louse God almizti and alle his halzen al de ýle ho so hit beo þ ðis mý dede in oðere pise hit býtupne. oðer zepanýe. oðer ho þ euere beo. be heý Judan fæsse Chpistes tpaýtour on helle pýtte pýnende ⁊ on echenýsse⁊ And þ ðis sond beo and stedeuast euere boute ende. ich de foresedene kýng Adelstan ðis zepritene bocleof habbe zemenked mid Cpistes holý rode tokne ✠ and min ozen honde mid ðisse zepitnesse of alle mine zepýtene þ heraster zeppiten beo zefunden. ⁊ mid mine bircoper⁊

✠ Ego *Wolfhelmus, Dorobernensis* ecclesiæ archiepiscopus testimonium perhibeo, & cum signo agiæ-crucis hoc donum & hanc sententiam prædictam confirmavi. ✠ Ego *Atheldredus, Londoniensis* urbis episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Centwaldus* episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Alfredus* episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Caynan* episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Egwynus* episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Radulphus* episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Brinstanus* episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Alla* episcopus consensi & subscripsi. ✠ Ego *Offerdus* princeps consensi & subscripsi. ✠ Ego *Aistedus* minister domini regis consensi & subscripsi. ✠ Ego *Athelmundus* minister consensi & subscripsi.

✠ Acta est hæc nostra donatio & concessio ac præsentis nostræ cartæ confirmatio anno ab incarnatione Domini DCCCxliij. in villa regali quæ dicitur *Doraceastria* secunda die paschæ domini. 843

Ista sunt reliquiæ quas Rex Adelstanus *monasterio suo de* Middeltone *contulit.*

Cap III. VIdelicet, portiunculam sanctæ crucis in qua salvator noster pro salute mundi pependit. Et crucem magnam ex auro & argento atque lapidibus preciosis fabricatam. Brachium & plura ossa sancti *Sampsonis* archipræsulis, super cujus scapulam columna de supernis celitus missa dum ipse sacros ordines, videlicet diaconatus & presbiteratus susciperet, immobilis stetit usquequo officium ordinationis ejus completum fuisset. Quod miraculum sanctus *Dubricius* archiepisco-

pus, ejus consecrator & omnes qui aderant se vidisse testabantur. Item brachium sancti *Branwaladri* episcopi, & etiam plures alias reliquias in quinque scriniis adhuc firmiter clausis. Omnes istas reliquias prænominatus rex *Adelstanus* a sancta *Romana* ecclesia, & ex *Britannia* transmarina, & à multis aliis locis magna cura, magno labore magnaque divitiarum suarum expensione emptas monasterio suo de **Middeltone**, pro animabus fratris sui *Edwyni* & matris suæ, quæ in eodem monasterio jacet sepulta contulit, & in scriniis deauratis, ut prædictum est, locare fecit.

Hic *Adelstanus* rex gloriosus, sanctæ exaltator ecclesiæ, gentilitatis humiliator pravæ, regni sui speculum, totius bonitatis exemplum, dissipator hostium, pater monachorum & clericorum, adjutore gentium, reformator omnium, Sanctorum innovator *Anglorum*, multum splenduit in vita sua, qui à fortissimis bellatoribus potuit lacessiri, set nunquam potuit vinci. Post sextumdecimum regni sui annum rex *Adelstanus Gloecestriæ* diem clausit extremũ. Exuviæ triumphales *Malmesburyæ* fuerunt delatæ, & sub altari magno tumulatæ. Ante corpus portata fuere multa in argento & auro donaria. In talibus enim thesauròs patris quos ille diu coacervatos & intactos reliquerat consumpsit, sompnio ut fertur admonitus, vir qui parum vixit mundo multum gloriæ, cujus Deus propicietur animæ.

Confirmatio carta regis Athelstani.

Cap. IIII. HEnricus Dei gratia rex *Angliæ*, & dux *Normannie* & *Aquitannie*, & comes *Andegavie*, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justitiariis, vicecomitibus, & omnibus ministris & fidelibus suis totius *Anglie* salutem. Sciatis nos cartam piæ memoriæ *Athelstani* regis *Anglie*, antecessoris nostri, de terris & tenuris ac libertatibus & liberis consuetudinibus ab eo abbathiæ de **Middeltone** in comitatu *Dorsetia* sitæ, ac monachis ibidẽ in divinis Deo servientibus per feofamentum datis & concessis, audisse & inspexisse in hæc verba.

In nomine Domini, Ego Athelstanus *Dei gratia rex* Brittonum, *cum assensu & voluntate totius consilii mei & episcoporum regni* Angliæ, *ductus instinctu spiritus sancti, do & concedo & hac præsenti carta mea pro me & successoribus meis regibus* Angliæ *in perpetuum confirmo Deo & sanctæ* Mariæ, *sancto* Michaeli, *sancto* Sampsoni, *& sancto* Branwaladro, *viginti & sex hidas terra cum pertinentiis suis apud* **Pulebozn**, *& quinque apud* **Wonlonde**, *& tres apud* **Fromemuthe** *apud insulam quæ dicitur* la ye, *duas in mari & unam in terra, scilicet apud* **Dre**, *& tres apud* **Clyve** *cum prato ibidem pertinente, & tres apud* **Liscombe** *& dimidiam, & unam apud* **Bozdelestone**, *& unam apud* **Litelepidele**, *& triginta apud* **Widelyng**, *& quinque apud* **Stoke**, *& sex apud* **Cumptone**, *& duas apud* **Chelmingtone**, *& sex apud* **Pyleseyld**, *& quinque apud* **Dmingtone**, *& duas apud* **Wydecombe**, *& sex apud* **Polewourthe**, *& decem apud* **Stokelonde**, *in monasterium & abbathiam de* **Middeltone**. *Et ego volo quod tota ista terra cũ pertinentiis suis & libertatibus omnibus & liberis consuetudinibus quam pro salute animæ meæ & salute animarum progenitorum & successorum meorum regum* Angliæ *monasterio & abbathiæ prædictæ de* **Middeltone** *in puram & perpetuam elemosinam do & concedo, sit adeo libera in omnibus rebus cum pertinentiis ubique in regno* Angliæ *sicut mea propria dominica terra. Et firmiter præcipio in nomine omnipotentis Dei patris & filii & spiritus sancti quod ista donatio mea concessio & præsentis pagina confirmatio illibata sit & immutabilis ac inpervertibilis dum Christianitas duraverit in ista terra* Anglicana. *Dominus Deus omnipotens, & omnes Sancti ejus omnes illos & singulos qui hoc factum meum in aliquo pervertere vel permutare voluerint, seu quocumque modo attemptaverint, socii sint* Judæ *traditoris Christi in gehennalibus cruciatibus perpetuò cruciandi. Et quod istud verum sit & stabile semper sine fine, ego prædictus rex* Athelstanus *hujus scripturæ paginam cum signo crucis Christi mea propria manu signavi cum his testibus de meo consilio qui subscripti reperientur, & cum episcopis meis.* ✠ *Ego* Wulfhelmus, Dorobernensis *ecclesiæ archiepiscopus testimonium perhibeo, & cum signo agie crucis hoc donum & hanc sententiam prædictam confirmavi* ✠ *Ego* Athelredus, Londonensis *urbis episcopus consensi & subscripsi* ✠ *Ego* Cenwaldus, *episcopus consensi & subscripsi* ✠ *Ego* Alfredus, *episcopus consensi & subscripsi* ✠ *Ego* Caynan, *episcopus consensi & subscripsi* ✠ *Ego* Egwynus, *episcopus consensi & subscripsi* ✠ *Ego* Radulphus, *episcopus consensi & subscripsi* ✠ *Ego* Brinstanus, *episcopus consensi & subscripsi* ✠ *Ego* Alla, *episcopus consensi & subscripsi* ✠ *Ego* Offerdus, *princeps consensi & subscripsi* ✠ *Ego* Alfledus, *minister domini regis consensi & subscripsi.* ✠ *Ego* Athelmundus, *minister consensi & subscripsi.* ✠ *Acta est hac nostra donatio & concessio ac presentis nostræ carta confirmatio anno ab incarnatione Domini* DCCCxliij. *in villa regali quæ dicitur* Doracestria 843. *secunda die Paschæ Domini.*

Quam quidem donationem concessionem de terris prædictis & tenuris, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus quibuscumque idem rex *Athelstanus*, dum easdem terras & tenuras in manu sua & dominico suo habuit, plenius & melius umquam usus fuit, eidem monasterio videlicet abbathiæ de **Middeltone**, ac monachis ibidem Deo servientibus, & eorum in perpetuum successori'us, nos *Henricus* Rex prædictus, hac præsenti carta nostra cum sigillo nostro eidem apposito restituimus, reddimus, & imperpetuum, pro nobis & successoribus nostris regibus *Anglie* confirmamus, & corroboramus; firmiter præcipientes quod prædictum monasterium & monachi de **Middeltone** habeant in pace & liberè & quietè omnes terras & tenuras & libertates & liberas consuetudines & aquietancias suas in mari & in terra cum **Soc** & **Sac**, & **Tol** & **Them**, & **Infangenthef**, & **Wayf** & *Assisa* panis & cervisiæ, cum furcis, pilloriis & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus & liberis consuetudinibus suis, in bosco, in plano, in pratis & pasturis, in aqua, in via, & semitis, & cum omnibus aliis rebus sicut umquam meliùs & plenius & liberiùs tempore prædicti regis *Athelstani* & successorum suorum regum *Anglie* usque ad nos & deinceps habuerunt quibus uti sunt.

MICEL-

MICELNENSE
cœnobium in comitatu
Dorsetensi.

W. Malmesb. fol. 145. b.

AUthor *Micelnensis* cœnobii idem qui *Middeltunnensis*, ubi eadem illectus causâ, similia contulit & villarum & reliquiarum xenia; eóque plus quod monachi liberius celestibus possint excubare secretis, quo minus frequentantur hominum conventiculis. Est enim aditu difficilis, permeaturque æstate pede vel equo plerumque, hieme nusquam.

POLLESWORTHENSE
cœnobium in agro Warwicensi.

De rege West-Saxonum, Ethelwlpho (*sive* Athulpho.)

Ex hist. aurea *Joh. Tinemuth.* MS. in bibl. *Bodleiana*, lib. 18. cap. 14

—HIc quoque *Athulphus* filium suum *Alnredum*, incurabili morbo languentem, ad sanctam *Modwennam*, *Hibernie* morantem, curandam transmisit; unde postmodum, vastatâ ecclesiâ S. *Modwene*, *Angliam* venienti, terram pro duobus monasteriis virginum construendis tradidit, unam in *Arderna* apud Polleswoꝛth, quæ usque hodie floret, in quo *Ositha* & *Athea* virgines, unà cum sancta *Editha* sorore regis *Athulphi* manserunt. Ipsa autem *Modwena* mansit aliquantisper in altero monasterio apud Stre-neshale, & inde *Romam* ter visitavit.

Ex rotulo pervetusto penes *Johannem Ferrers* de castro *Tamworth* armigerum, an. 1640.

IN the wolde tyme the londe of Englonde was departyde aboutt in mony kings: foꝛ ..... one kinges towaꝛd the west, that had the name Egbright, that was king of the countyes of Warwyke, Worstyttur, Colchestur, Arforte, Salysbery, Stafford, Darbyshire, Chiesturshire, Lancasturshire.

This Egbryght the kinge had on Son his Eyre that had the name Arnulfe, and a Dowhtur that had the name Edith. This Arnulfe the son of the kinge was a lepur and taken with many soꝛe syknyssez that hæ himselfe might unnethe meve: wherefoꝛe the kynge his fadur and his Loꝛds made ryght gꝛeyt soꝛꝛow and sowhton meyddissons all aboutt, and nothynge aveyled. Bott at the last there came a boschoppe from Hyrelond towaꝛds the kings cowꝛte that spake with the kynge Egbright, and cownsylde him that hæ shuld send his son Arnulfe that was taken with soe mony sicknyssys into Hyrelond to a wolly lady a nune that was the dowgtur of the kinge of Cunoke, and was callyd Modwen, that heylyd all maner of syknyssez of folke that to hur came. And the kynge Egbright, did after his consill to send his sone Arnulfe into Hyrelond to sent Modwen that him resey'vyd full gladly and hylds him with hur a yeare and moꝛe in Hyrelond, and him heylyd by the gꝛace of Gode of all maner of syknyses and send him agyne into Englond to his fadyr kinge Egbryght on the seriſt chyld in all the woꝛld. And the kinge Egbryght send to sent Modwen that and she wold come into Englond to him hæ wold gyffe to hure londs and tenements with the wech shæ hurselfe myght make an abbey foꝛ hur ond hure sisters: and sowne aftur thys sendynge the kynge of Hyrelond and thoyse of Hyrelond sowgton togedur and ich one of them dystryde and slune odur; soe that the howys of sent Modwen in Hyrelond was bꝛonyd and dystryde, and all the country about, foꝛ the wych cause sent Modwen toke with hur two of hur sisturs and came into Englond to kinge Egbryht and sonde Arnulfe that shæ hadde heyde the kyngs sone one of the seyryst knevtys of the woꝛlde, and the king Egbryght foꝛ the wolleneſſe that was in sent Modwen betoke to hure his dowgtur Edyth to noꝛych and to kepe and to inſoꝛme hur aftur the reule of sent Benett. and aftur to beyle his dowgtur of the boschoppe of Chestur, and gaffe to the seyde sent Modwen a dwellynge place in the foꝛest of Arderne, that was callyd Trensale, there where sent Edyth and sent Lyne and sent Osythe were dwellyng togedur, ledinge wolly live, and sone aftur sent Modwen send to the kynge Egbryght by Arnulfe his sone that he wold come at the leyst every ere on tyme foꝛ them to beyst, and that hæ wold gyffe to his dowgtur Edythe londez and tenements and a dwelling place woꝛthy the sche and hur sisters might be susteyned God to serve; foꝛ mony dowgters of good folke were beyled in her company, and they had not woꝛthy they might hæ susteyned. Wherfoꝛe the kynge Egbryght made foꝛ to make a dwellyng place not faꝛ from Trensale there where sent Modwyn dwelled undyr a revar that was callyd Ancur upon a depnes of watur that was callyd Poll and Worth, that is a woꝛde of wold English that is as much to say as wonyng: so that of this Poll and Worth was callyd Pollysworth, and there the kynge foundyt an abbey in the honoꝛ of our lady, and gaffe to the seid sent Edyth his dowhtur and to hur systers certyn londys and tenements foꝛ them to susteyne at all deyes and so werin in the wold tyme and yet hyn callyd in a booke that is callyd Domisdey. There were all the wolde townes of Englond hyn namyd, soe as the abbey of Pollysworth with the apurtenauns namyd the lond of seynt Edyth without odyꝛ thinge there namyd. Then made the kynge Egbryght to make his said dowhtur abbys of Pollysworth, and from that tyme the seyde sent Edyth unto the conquest of Englond of William Bastorde fro abbys to abbys were the possessions of ther howys holden fre and pure and perpetuall all deyes to them to holde.

Bot when William the Bastard came into

England and conquest the londe after that hæ had sleyne Harrold the kynge of England and the greatest party of the folke of this lond, so made hæ to seyt a parlement at London, and ordeyned there pæs to make in his londe: and to maryntene that pæs, he gaffe diverse londs and tenements to the folke that him served; among the which there were two knyghts swarne brodur, to the weche the kinge gave, that is to wytt, to sir Robert Marmyon the castyll of Tomworth and the forren londys without, and the town of Tomworth that was in the tyme of the conquest a wolrich at the watur wend; and soe hæ steyde in the grace of the kynge that hæ him granted the towne of Tomworth and all the home that is called Wyggynton-home the terme of his live. And for that that the aforeseyde abbey of Pollysworth was within the pursute of the londys that the kyng him had gyffyn, so put out the seyde sir Robarte and schasyd awey the abbys Osyth and all the ladyes of the howys of Pollisworth out of theyre abbey, so that the seyde abbys and hur nunns the went unto ther cell of Woldbyry and dwellyd there well nigh a yere. And the tothyr swarne brodyr of sir Robert Marmyon was callyd monsieur Galtere of Somervile, to whom the kinge gave Wychynore and Barton with apurtenauns, so that hit hapannyd within a yeare aftur that the seyde sir Robert Marmyon made a greyte gedyrynge at his castill of Tomworth of yourlys and barons, and made to send for his swarne brodyr monsieur Galtere of Somervile that he schulde come to him, and when the dey of the fest was passyd, and ichon went to theire reyst, and the lord Marmion was leyd in sleynge: so there came byfore him that him was avysed a nunne with a croyse in hur honde and seyde to hyme, yelde to me and to my fisturs my londys and my tenements, the wech the king Egbright my fadyr mæ gaffe, or you shall have an evill ende, soe schall you goe into hell. And for that you ne schuld this thinge forgeytt; the seyde lady him smotte undyr the side with the poynt of hur croyse, so vanished awey, and the seyde Robert cryde with a right feyrefull cry, and continually cryde as a woyde man unto they lordys that arbeyd en his castyll and his swarne brodyr of Somervyle camesunto him, and hæ seyde to them the aventure that was befallen to him by sleppynge, and they foundon his shetys blody of the syde of him that was woundyt be the croyse, as if hæ had byn at a mortall batyll, for the wich wonde he might have no rest. Wharfore they made him to be confessyd of a pryst and sethyn to avow to restore to seynt Edith and bringe ageyne to the seyd ladyes what that he had of them takynne and borne awey. And when hæ had makyn the avow his pennys seyssed, and they made him to lye in a new beyde, and he sleyd anon, and when hæ waknnyde hæ seyd no manner of grevans. And the wonde that hæ had in his side of the croyse of sent Edyth was all woll without blemych, for why the seyde sir Robert Marmyon and all the odyr greyte lordys that were at that gedyrynge leght upon their horses on the morrow betyme, and soe whent they unto the cell of Woldbyrie and brought agen the abbys Osyth and hur fisturs unto theire abbey of Pollysworth and restowryd unto them there londys and tenements that he had of them unto the leyst alpurth of godys that he had takyn from them, and preyd them of pardon and absolution: and moreover he preyed them that hæ and his sworne brodyr of Somervyle myght be bredur and mayntenars of there howys from that dey furth, and that hæ and his heyrys might be byreyd there, and his brodyr of Somervile and his heyrys, for why sir Robert Marmyon chavse his bereyng place for him and his heyrys in the chapitur of Pollisworth, & monsieure Galtere of Somervile his berryinge for him and his heyrys in the clowstur, soe that the Marmyons and the Somervyles have theire bereyinges before namyd, for there frendys byn byreyde in the quere, and in the chappyll of our lady and so indured sir Robert Marmyon and Somervyle as avowes of the howys all the tyme of the lyde of William the Baltarde. Bot aftur the deth of William the Bastard, William his sone that was kinge, after that he was cronyd kynge soe hylde hæ a parlement at London and chalynchyd dyverse of his barons there foundations, and there avowes of all the howson in England of relygion there were they had don croyses, ne that the seyde howson might not be put from the crone. Then hæ preyde to his lordys that his crone might be restoryd of that that was wrongfully talynn awey in the tyme of his fadyr William the Bastard, and grantyd was by the lordys then to the seyde kynge William and to his heyrys that all the howson of religion there where the had don croyses belongyd to the kynge and to his heyrys as avowes of the seyde howys, and that the seide kinge and his heyrys schulde have the avoydous and the vantagyis if hit were without a pleyt unto the pleyt were reseyvyd of the kinge. And soe in thys manner was the lord Marmyon put fro the foundation and the avoery of the howys of Pollelworth, and all the grettyst lordys of the lond in the same maner from there avoweys there where the haddyn croyses: but that tyme there was nothyng spokyn of the croyses of whyte monkys for that that there was not at that tyme in this lond bot few howson of that religion, and never the wodyr hytt was foundun that the were not abbotts perpetuall, bot at the will of there covynt reasonabull. And for that this law and custome is not in the croysys of whyte monkys all be they of the foundation of the kinge himselfe or of odyr lordys, nothinge ne have they to doe, ne to take awey ony thinge in the tyme when the whyte abbotts dyne or beynge put done. And in the same maner it is in the croysys of whyte chanons that the kinge ne non odyr lorde hath nothinge with them to medyll in the tyme of the avoydons of the abbot of that seyde relegyon.

Polleswoyth *Monialis.*

ROBERTUS *Marmion* fundator, & *Milisent* uxor ejus.

Leland collectan. vol. 1. pag. 53.

Verba

Verba donationis.

Notum sit omnibus nos concessisse Osanne *Prioriſſe, ad relig. inſtaurandam ſanctimonialium ibi, eccleſiam S.* Edithe *de* Polleſworda *cum pertinentiis, ita quod conventus de* Aldeberia *ibi ſit manens.*

Oldbury, *Cella de* **Polleſworth.**

Ex ipſo autographo penes *Franciſcum Netherſole de Poleſworth, equit. aurat.*

Carta *Walteri* de **Haſtinge** de **Aldburi & Stiperſhull.**

Sciant tam præſentes quàm futuri, quod Walterius *de* **Heſtinges,** *cum uxore ſua* Athawis *dedit & confirmavit jure perpetuo Deo & ſancto* Laurentio *&* Oſſannæ *Prioriſſæ, & omnibus ſanctimonialibus ſub ejus diſciplina Chriſto militantibus, & in preſentia* Rotgerii, Ceſtrenſis *epiſcopi, ſitum loci de* Aldaburia *& totam* Stiperſhullam *in plano & in nemore uſque ad medium valli ex parte* Mangeſtriæ, *& quandam partem nemoris ex* **Suteſt** *de* Aldaburia *uſque ad torrentem qui venit de* Herdredeſhulla, *& totam terram de* **Calvecroſt** *&* Birchelciam, *illam ſcilicet terram quæ jacet inter duas vias de* **Pereſtret** *&* **Birchelciaſtret** *uſque nemus* Hugonis *per circuitum. His teſtibus,* Hugo *de* Herdredeſulla. Willielmus *de* Welesburia. Petrus *ſacerdos de* Wiredela, Willielmus *ſacerdos de ſancto* Martino, *& multi alii.*

Confirmatio Rogeri *epiſcopi* Ceſtriæ *ſuper eandem conceſſionem.*

Ibidem. "ROGERUS Dei gratia *Ceſtrenſis* epiſcopus, omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ filiis "ſalutem. Noverint tam præſentes quàm futuri "*Walterum* de **Haſtinge** & *Hadeviſam* ejus uxorem in mea preſentia dediſſe & conceſſiſſe & "religioni & converſationi pauperum mulierum "deputaſſe, locum de *Aldeburia* cum omnibus "ſuis pertinentiis, ita quod nichil proprii juris "vel dominii vel advocationis terrenæ inibi ſibi "retinuerunt, præter hoc quod eundem locum "debent munire & protegere contra omnes im"portunitates ut ſuam elemoſynam. Eapropter "volo & firmiter præcipio, ut locus ille in ea liber"tate jugiter perſeveret quam *Walterus & Hade"viſa* eidem annuerunt. Et ego eorum precibus "eandem libertatem confirmavi, & ratam & con"ſtantem fore ſtatui. Si quis autem auſu teme"rario ſciens hujus meæ confirmationis & teſti"monii tenorem, prædicti pauperis loci liberta"tem minuerit vel in aliquo turbaverit, aut ma"num laicalem vel poteſtatem terrenam in ejus "poſſeſſiones exercuerit, anathematis ſententia "dampnetur, & Dei maledictionem & beatorum "apoſtolorum ejus *Petri & Pauli* incurrat. Va"lete.

Carta *Hugonis* filii *Ricardi.*

Ibidem. *OMnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ,* Hugo *filius* Ricardi *& uxor ejus* Margareta *in Chriſto ſalutem. Notum ſit omnibus quod ego cum uxore mea & filiis meis concedo & confirmo in elemoſinâ jure perpetuo pro anima patris & matris mea & pro anima patris & matris uxoris mea & omnium parentum meorum, quicquid* Walterius *de* **Peſtinges** *& uxor ejus* Ethawis *dederunt ſanctimonialibus de* Aldburia, *ſicut earum carta commemorat & teſtimonium perhibet, hoc eſt, totam* **Calvacroſt,** *ſcilicet illam terram quæ jacet inter duas vias de* **Pereſtret** *&* **Bercheliaſtret** *uſque ad nemus* Hugonis *per circuitum, & cætera omnia quæ ipſæ ſanctimoniales tenuerunt & habuerunt ex dono & conſenſu ipſius* Walterii *& uxoris ejus* Ethauuis. *His teſtibus,* Margarita *uxore* Hugonis *& filiis ejus,* Willielmo, Jordano *de ſancto* Edwardo, Roberto *de* Turbervilla, G. *de* Tutaburia, Pagano *de* **Stepſoꝛt,** *& multis aliis qui hoc viderunt & audierunt.*

Carta *Walchelini* de *Manceſtria.*

Ibid. *UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam futuris quàm præſentibus,* Walchelinus *de* Manceſtria *ſalutem. Sciant omnes tam futuri quàm præſentes, quod ego* Walchelinus *conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & ſanctæ* Mariæ *& ſancto* Laurentio *& eccleſiæ ſanctæ* Edithæ *de* **Polleſwoꝛth** *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus ſitum loci de* Aldeburia, *& totam* Stiperſhullam, *in plano & nemore uſque ad medium valli ex parte* Maneceſtriæ, *& quandam partem nemoris ex* **Suthest** *de* Aldeburia *uſque ad torrentem qui venit de* Herdredeſhulla, *& totam terram de* **Chelurecroſt** *&* Birchelciam, *ſcilicet illam terram quæ jacet inter duas vias de* **Pereſtret** *&* **Birchelciſtret** *uſque ad nemus* Willielmi *de* Herdredeſhulla *per circuitum, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & liberorum meorum & omnium anteceſſorum meorum, in liberam & quietam elemoſinam, de me & de heredibus meis jure perpetuo tenendam liberè & quietè & honorificè abſque omni ſervicio ſeculari & conſuetudine & exactione & placitis & querelis. Nam ego & heredes mei adquietabimus totam ſupradictam terram de toto forinſeco ſervitio. His teſtibus* Rogero *Can. del* **Pou.** Gaufrido *preſbytero,* Siwardo *preſbitero.* Adam *preſbytero.* Reginaldo *clerico de* Grendona, Will. *de* **Wꝺmchot,** Richerio *de* Overtona, *&* Rogero *fratre ejus,* Adam *de* Wellesberga, Helia *de* Odeſtona, Jordano *de* Poneleia, *& multis aliis.*

SANCTAE WERBURGAE *Cœnobium in urbe* Ceſtrenſi.

1. Malmesb. fol. 50. n. 30.

HAbuit exillo rege *Erconberto (Sexburga* ſcilicet, filia *Annæ* regis *Orientalium Anglorum)* duas filias, *Ercongotam,* & *Ermenildam.* De *Ercongota* ſcire volentes lectio *Bedæ* informabit. *Ermenilda Wlphero* regi *Merciorum* locata, habuit filiam *Werburgam* virginem ſanctiſſimam. Sanctæ utraque,

Digitized by Google

træque, mater scilicet sancta *Ermenilda* apud **Hes**lp, ubi post matrem *Sexburgam* abbatissa fuit, & filia apud civitatem *Legionum* pausant in monasterio ejusdem urbis, quod construxit noviter *Hugo* comes *Cestrensis*, ejectis inde paucis clericis, qui ibidem fœdo & pauperi victu vitam transigebant.

Ibid. fo. 123. b. nu. 20. ——Adventus (*Anselmi* scilicet abbatis *Beccensis*, post *Cantuar.* archiepiscopi) plures & rationabiles fuere causæ, sed hæc precipua, ut abbatiam apud *Cestriam* firmaret, quam ejusdem civitatis comes, *Hugo*, monachis potissimùm *Beccensibus* implere volebat, & ut eundem *Hugonem* jamdudum languentem visitaret.

Ibid. f. 164. b nu. 30. ——In urbe fuit ex antiquo sanctimonialium monasterium: nunc per *Hugonem*, *Cestrensem* comitem, monachis repletum. Predicatur ibi *Werburga* virgo, filia *Wlferii* regis *Merciorum*.

Cron. anonym. *Eveshom.* cœnobii. MS. in biblioth. *Bodleiana*, fo. 9 b. Hoc quoque anno (scilicet Mxciij.) venerabilis *Anselmus* abbas *Beccensis* de *Normannia* venit *Angliam*, rogatu *Hugonis Cestrensis* comitis, tribus de causis videlicet, ut monasteria quæ priùs in *Anglia* fundaverat à graui tributo regio levigaret, ut *Hugonem* comitem tunc gravitèr ægrotantem visitaret, & ut monasterium apud *Cestriam* fundaret, cui loco capellanum suum *Ricardum* primum assignavit abbatem, Canonicos seculares in monachos regulares convertendo: sed inde redeundo factus est archiepiscopus *Cantuar.*

Joan. Tinemuthen. Hist. aurea in bibl. *Bodl.* MS. c. 12. Anno Mxcv. *Ancelmus*, rogatu *Hugonis* comitis, fundavit monasterium *Cestriæ* in honorem sanctæ *Werburgæ*. Monachos de Canonicis ibidem inventis consoravit, *Ricardum* capellanum suum abbatem fecit, & in redeundo archiepiscopus *Cantuar.* consecratus est.

Leland collectan. vol 2 p. 63. *Leofricus* reparavit monasterium S. *Werburgæ Cestriæ*.

Hugo Lupus, filius ducis *Britanniæ*, & nepos *Gulielmi* magni ex sorore, factus est comes *Cestriæ*, & postea, vocato *Anselmo* mutavit collegium S. *Werburgæ* ubi erant Canonici & prebendarii, in collegium monachorum, ubi primus abbas erat *Richardus Beccensis* monachus per *Anselmum* designatus.

Carta fundationis abbatiæ *Cestriæ* per *Edgarum* regem

Ex vetusto exemplari penes *Willielmum Vernon* de *Shukeley* in com. *Lanc.* generosum. an. 1630.

OMnipotens pater, spes unica mundi, fabricator coli, conditor orbis, qui diem Titanis splendidissimè radiis flagrantibus lustrando procreavit, noctemque Cinthiæ jubaris splendore .... omnia nobis bona plus merito concedens donavit, vicemque aliis tam per Evangelii paradigma quam per aliorum seriem scripturarum rependi precepit. Quapropter ego Edigarus, *regni* Merciorum, *Christi favente gratia, sublimatus ad culmina, pro expiatione animæ meæ meorumque predecessorum,* Edmundi *videlicet, inclitæ* Anglorum *regis & genitoris mei, necnon & beatæ memoriæ* Ethelstani *ejusdem gentis regis nobilissimi, dono & libenter concedo humili familiæ Deo omnipotenti in honore sanctissimæ, semperque virginis* Werburgæ *in loco qui dicitur* Leiacestria *assiduè militanti, quandam partem agrorum, hoc est xvij. manentium, non in uno tantùm loco sed in diversis sparsim locis, quorum nomina hic tenentur inserta, qui sic vocitantur,* **Hodesnid**, & Ceolaula, & **Huntingdon**, & **Hupton**, & **Elton**, & **Barve**, *ut habeant cum omnibus bonis ad illam terram pertinentibus, & sine ulla contradictione omni tempore jure hereditario possideant, & quicquid exinde facere voluerint liberam in omnibus potestatem faciendi. Est autẽ hæc terra circumcincta terminis & metis. Etiam hoc meæ concessionis donum liberum ab omni aggregatione* * *secularis servicii & ab omni censu & expeditionis profectione pontisque constructione & arcis munitione. Si quis verò quod absit, donationis munimen frangere aut minuere voluerit, sciat se reum omni hora vitæ suæ, & tenebrosi Tartaris flammineas voragines in futuro non evadere, nisi priùs cum satisfactione pleniter emendaverit. Actum est hoc meæ concessionis donum anno dominicæ incarnationis DCCCIviij. indictione ..... anno regni mei, in loco famoso qui dicitur* **Wentric**. *His testes aderant qui hoc consenserunt & subscripserunt & cum triumphali vexillo sanctæ crucis Christi firmaverunt & corroboraverunt. Ego* Edgarius *rex* Merciorum *ceterarumque nationum consensi & scribere jussi, & cum signo sanctæ crucis firmavi & corroboravi.*

* F. aggravatione. 858.

Sanctæ Werburgæ *prædia & possessiones, ex dono* Hugonis *comitis* Cestren. *& aliorum.*

Ex ipso autographo penes decanum & capitulum ecclesiæ cathedralis *Cestrens.* an. 1640. Vide etiam cart. a. H 5. parte 1. m. 26.

" SAnctorum prisca authoritate patrum, qui in " nomine patris, & filii & spiritus sancti in " sancta ecclesia regiminis gubernacula hactenus " tenuerunt, quique suos adjutores, sanctæque " ecclesiæ fundatores, sua nobis industria, suo" rumque scriptorum longa traditione cognitos " reddiderunt, admoneri videmur, ut ea quæ à " temporaneis nostris in sanctæ ecclesiæ matris ex" altatione facta sunt, presentibus per nos mani" festentur, posterisque dinoscenda nobis scriben" tibus reserventur.

" Nos igitur, majorum imitantes exempla, jam " quædam pietatis opera referamus, quæ in *An*" *glica* terra gesta sunt à *Hugone, Cestrensi* comite, " anno ab incarnatione Domini millesimo nona- 1093. " gesimo tertio, regnante potentissimo rege *Wil*" *lielmo*, atque in archiepiscopatu *Cantuariensi* " pontificante *Anselmo*, atque in *Eboracensi* pon" tificante *Thoma*.

" Volumus verò ut religiosi atque fideles Chri" stiani cognoscant, quia iccirco nobis ista descri" bere placuit, ut qui ea relegerint vel audierint, " dominum supplicabiliori affectu pro sanctæ ec" clesiæ fundatorum salute implorent, & ut præ" sentes ad regna cœlestia tendentes etiam inter " ætatis hujus primates quos sequantur inveni" ant.

" Igitur ad honorem & gloriam summæ & in" dividuæ Trinitatis, atque incomprehensibilis di" vinitatis, jam proferamus quæ nos dicere spo" spondimus: *Hugo* comes *Cestrensis* atque *Er*" *mentrudis* comitissa, devotioni religiosè pia " mente subditi, piissimaque Dei visitatione in" spirati, in quadam ecclesia quæ constructa est in " honore sanctæ *Werburgæ* virginis in civitate " *Cestria*, monachos religiosè viventes posuerunt, " (concedente rege *Willielmo*) qui dominum af" fiduè exorarent tam pro utilitate animæ regis *Willielmi*,

" *Willielmi*, & *Willielmi* patris ejus nobilissimi " regis, & *Mathildis* reginæ matris ejus, fratrum " & sororum ejus, atque regis *Edwardi*, quàm pro " animarum suarum salute, & pro animabus pa- " trum, & matrum, & antecessorum, hæredum, " parentum & baronum suorum omniumque " Christianorum tam vivorum quàm defuncto- " rum.

" Huic verò ecclesiæ sanctæ *Werburgæ*, *Hugo* " supradictus comes, & *Ermentrudis* comitissa, " possessiones priores liberas imperpetuum & " quietas concesserunt, & de suis augmentaverunt, " habitationique monachorum habilem reddide- " runt, eamque abbatiam nulli omnino abbatiæ " subditam fecerunt. Postea in ea monachos & " abbatem, Deo donante, & supradicto rege *Willi-* " *elmo* concedente, constituerunt. Hanc etiam & " quicquid ad eam pertinet abbati & monachis " dederunt: videlicet Pnes, *Salthonam*, *Susthon-* " *nam*, *Chevelciam*, *Huntithonam*, *Bollhonam*, " Wevereſham, *Crollonam*, Trochford, *Clif-* " *thonam*, *Estonam*, Wisdleth, *Hadestciam*, " Weapzam, & dimidiam Rabbi, & tertiam " partem de *Westona*, & tertiam partem de Sal- " chale, & tertiam partem de *Stanela*, & dimi- " diam partem de Leche, & unam carucatam ter- " ræ ad Pulford, & tertiam partem de *Berewar-* " *destcia*, & Coinchale, & *Sotewica*.

" Insuper dederunt huic ecclesiæ in ipsa civitate " de suo dominico vicum à porta de Nozth " usque ad ecclesiam, & locum unius molendini " ad pontem civitatis, & duo maneria in Angleſi, " unum autem in Ros, unum in Wirhalle, *Er-* " *beriam*; & in Lindsei terram decem boum, & " post obitum comitis vel comitissæ, *Westonam* " cum appenditiis suis in *Derbesira*, & ad præsens " decimam ipsius manerii, & ecclesiam de *Estona*, " & terram duarum carucarum, & rectam doci- " mam non solùm de annona, verùmetiam de " pullis, & vitulis, de porcis & agnis, de butiro & " caseo, & de omnibus rebus de quibus debeat " decima dari in his meis maneriis, scilicet *Etho-* " *na*, Frodesham, Weverelham, Leth, *Roc-* " *ceſtra*, *Handina*, Coleshul, Billopestred, " *Uppetuna*, *Campedena*, Etcham, & rectam " decimam piscatoriarum de Frodesham, de " Rodelent, de *Anglesheia*, non solùm de dominio " suo, sed etiam de navibus ibi, & in omnibus a- " quis suis piscantibus, & decimam de piscatoria " Etthone, & de omni pisce qui accipitur in De, " & unum batellum ab omni re liberum.

" Adhuc verò dederunt ecclesiam, & terram " ecclesiæ, & decimam de molendinis, & de om- " nibus rebus quæ decimari debent in *Deneferdia*. " Quinetiam baronibus suis principalibus con- " cesserunt, ut unusquisque daret præfatæ abba- " tiæ centum solidatas terræ, alii autem secundum " suum posse & velle.

" Insuper constituerunt, ut singuli barones & " milites darent Deo, & sanctæ *Werburgæ* post " obitum suum sua corpora, & tertiam partem to- " tius substantiæ suæ. Et non solùm hæc consti- " tuerunt de baronibus, & militibus, sed etiam de " burgensibus & aliis hominibus liberis suis. Te- " ste *Anselmo* archiepiscopo, *Herveio* episcopo, " *Baldwino* monacho, *Eustachio* monacho, *Helde-* " *baldo* monacho, *Roberto* filio *Hugonis*, *Willielmo* " constabulario, *Willielmo Malbanc*, *Ranulfo* da- " pifero, *Hugone Normanni* filio, *Radulfo* dapi- " fero, *Hugone* filio *Osberni*, *Hammone*. de Pact, " *Gilberto* de Venables, *Richardo* de Vernon, *Ri-* " *chardo* de Rullos, *Bigod* de Loges, *Richardo* fi- " lio *Nigelli*, *Roberto* filio *Serli*, *Ranulfo* venatore, " *Erneiſo* venatore, aliisque quamplurimis.

" *Willielmus Malbanc* dedit huic abbatiæ san- " ctæ *Werburgæ Witebiam*, & tertiam partem " Wenpze, & ecclesiam & decimam de Tatten- " hale, & unam salinam in Wich, & terram du- " obus bobus, & decimam de Salchale, & de " *Clutona*, & de Pzabuc. Teste comitissa, *Ri-* " *cardo Banastre*, *Hugone Osberni* filio, *Bigod* de " Voge, *Richardo* pincerna & *Suardo*. *Robertus* " filius *Hugonis* dedit capellam Crinkentune, " & terram capellæ, & terram cujusdam rustici, " ipsumque rusticum, & quoddam molendinum, " terramque ipsius molendini, & chotam *Ordrici* " ipsumque *Ordricum*, & quendam campum jun- " ctum huic chote & Cryn; & quandam sali- " nam in Fulewich, & duas mansuras in civitate, " & paululum terræ juxta Botechetunestan. " Hoc donum concessit *Hugo* comes. Teste *Wil-* " *lielmo Nigelli* filio, & fratre ejus *Richardo*, *Ra-* " *nulpho* dapifero, *Biood*, *Hamone* de Pact, *Hu-* " *gone Osberni* filio, *Hugone Normanni* filio, *Ful-* " *cone* de *Bajunvilla*, *Unfrido* de Cotentin, *Wil-* " *lielmo* de Verneres, *Acardo*, multisque aliis. " *Hugo* filius *Normanni*, & *Radulfus* frater ejus " dederunt partem suam de Lostoch, & ecclesiam " de *Cotintuna*, & terram ecclesiæ, & decimam il- " lius villæ, & de Lay similiter. Teste *Willielmo* " *Malbanc* multisque aliis. *Richardus* de Ver- " non dedit decimam Estone, & Pichetone. " *Richardus* de Rullos dedit ecclesiã & decimam " *Wavertonæ*, & *Hettonæ*, & *Clotonæ*, & molendi- " ni *Clotonæ*. Item *Billeheld* uxor *Baldrici* dedit " *Peecfortunam*. Teste *Normanno* de *Arrecio*, " multisque aliis. *Radulfus* venator dedit terram " trium carrucarum in *Brochetuna*. Item *Hugo* " de *Mara*, *Redderlivam*, concedente comite. Te- " ste comitissa, *Willielmo Nigelli* filio, *Ranulfo* da- " pifero, *Gilberto Venables*, multisque aliis. I- " tem *Hugo* comes, dum habuit in suo dominio " Calders, dedit inde decimam de omnibus quæ " decimari debent, quod etiam concessit & con- " firmavit *Robertus* filius *Serlonis*, quando villa " data est ei. Item comes *Hugo*, quando habuit in " suo dominio *Stortonam* & Gravesbiri, dedit " inde decimam de omnibus quæ decimari de- " bent, sicut antea dederat in suis propriis mane- " riis. Quæ omnia confirmavit *Nigellus* de *Bur-* " *cio* veniens in hæreditatem, augens etiam ex sua " parte terram octo bobus in Gravesbiri. Teste " *Ranulfo* & *Garacino* fratre ejus, multisque aliis. " Item *Radulfus Ermivini* filius, & uxor ejus " *Claricia*, dederunt terram ad octo boves in " Wudechurche, & decimam de *Berlestona* in " *Wirhala*, & de *Werulestona* in Wirchesfeld, " de equabus omnibus ubicunque sint, & de om- " nibus quæ decimari possint. Teste *Godfrido* " mercatore, *Roberto Anglico*, *Fulberto*, multis- " que aliis. Item *Robertus* de Fremou dedit " Fivelueſtan. Teste *Radulfo* fratre suo, *Rober-* " *to* dapifero, *Richardo* de *Briceio*.

" *Walcelinus* nepos *Walteri* de Vernon dedit

" quandam agricolam, & terram quatuor boum " in *Nessa*, & decimam de omnibus rebus suis " quæ decimari possint in *Prestona* in **Lebeve-** " **sham**, & tertiam partem totius substantiæ suæ " & uxoris ejus. Teste *Gileberto*, multisque aliis. " Item *Seward* dedit capellam de **Bevintone**, & " terram quatuor boum, & decimam illius mane- " rii, & decimam de **Bromhale**, & de **Walet**, & " de **Haynes**, & de *Westona*, & de **Willne**, & " post obitum suum omnis substantiæ suæ & suæ " mulieris tertiam partem de *Cesturfira*; & de " **Haynes**. Teste *Willielmo* constabulario, *Hu-* " *gone Osberni* filio, & *Wimundo* de *Col*. Item " *Gilbertus* de **Venables** dedit Deo & S. *Wer-* " *burgæ* ecclesiam de **Cstburi** cum medietate bos- " chi, & plani, & omnium quæ pertinent ad **Meo-** " **bold**. Item *Gaufridus* de **Saxtes** dedit decimam " suam in **Withtrichestun**. Teste *Willielmo* filio " *Gud*. & ipso domino suo *Willielmo Malbane*. " *Richardus* de **Pesnilwazen** dedit decimam de " **Blachenot**, de annona, de piscatoria & de omni- " b^s de quib^s decima debet dari. Teste *Rogerio* fra- " tre suo, & *Ranulfo Bruello*, & *Ranulfo* de *Walbru-* " *no*. *Robertus Pultrel* dedit terram unius carucæ " apud **Pasclesfeld**. Teste *Waleranno* de *Baro*, " & *Nigello* de **Rapentune**, & multis aliis. I- " tem *Walterius* de **Vernon**, dedit decimam equa- " rum suarum. Item comes dedit navim unam " cum decem retibus ad piscandũ in **Anglisi** im- " perpetuum liberam & quietam. Teste comitissa, *Willielmo* Pincerna, *Hugone* Camerario. I- " tem ad festum sanctæ *Werburgæ* in æstate dedit " comes *Hugo* theoloneum omnesque redditus & " exitus nundinarum trium dierum: præcipiens " ut si aliquis forisfecerit in nundinis, omnia pla- " cita pertractentur in Curia sanctæ *Werburgæ* ad " opus monachorum. Concessit etiam ad hono- " rem virginis, ut sive latro, sive aliquis malefa- " ctor venerit ad solennitatem, habeat firmam pa- " cem dum fuerit in nundinis nisi fortè in illis ali- " quid forisfecerit.

" Hæc sunt itaque dona data abbatiæ sanctæ " *Werburgæ*, quæ omnia ego comes *Hugo*, & " *Richardus* filius meus, & *Erminutrudis* comitis- " sa, & mei Barones, & mei homines dedimus ab- " batiæ sanctæ *Werburgæ*, & concessimus ut hæc " omnia prædicta, & abbathia, & omnia ad eam " pertinentia essent libera & pacata & quieta ab " omni consuetudine, & ab omni re, nichil reti- " nentes in his omnibus, nisi orationes & benefi- " cia monachorum in hoc loco commanentium, " & tam liberum & quietum honorem sanctæ " *Werburgæ* dedimus & constituimus, pro salute " animæ regis *Willielmi*, & omnium nostrorum, " ut nullus post nos aliquid libertatis, vel quietis " addere possit. Et quando nos hanc chartam " confirmavimus, nullum opus, nullum servicium, " nullam consuetudinem, nullam omnino rem " præter orationem in terra sanctæ *Werburgæ* re- " tinuimus præter hoc solum, quod si abbas hujus " loci superbia inflatus nollet facere rectum vici- " nis suis, comes constringeret eum ad rectum fa- " ciendum, & hoc in Curia sanctæ *Werburgæ*, quia " volumus ut sancta *Werburga* habeat per omnia " Curiam suam, sicut comes suam.

" Et ut hec omnia essent rata & stabilia imper- " petuùm, ego comes *Hugo*, & mei Barones " confirmavimus ista omnia coram *Anselmo* ar- " chiepiscopo, non solum sigillo meo, sed etiam " sigillo Dei omnipotentis, id est, signo sanctæ " crucis ✠ ita quod singuli nostrum propria ma- " nu in testimonium posteris signum in modum " crucis facerent ✠. Signum *Hugonis* Co- " mitis ✠.

" Signum *Richardi* filii ejus ✠.
" Signum *Hervei* episcopi ✠.
" Signum *Ranulfi* nepotis comitis ✠.
" Signum *Rogeri Bigod* ✠.
" Signum *Alani* de **Percey** ✠.
" Signum *Willielmi* Constabularii ✠.
" Signum *Ranulfi* Dapiferi ✠.
" Signum *Willielmi Malbanc* ✠.
" Signum *Roberti* filii *Hugonis* ✠.
" Signum *Hugonis* filii *Normanni* ✠.
" Signum *Hamonis* de **Pasci** ✠.
" *Bigod* de **Loges**.

ATHELINGENSE

cœnobium in agro Somersetensi.

Delingea est non maris insula, sed ita stagnorum refusionibus & paludibus inaccessa, ut nullo modo nisi navigio adiri queat. Alnetum in ea permaximum cervos & capreas multasque id genus bestias continet. Terra solida vix duobus jugeribus lata monasteriolum & monachorum officinas habet. Ejus constructor fuit rex *Elfredus*, qui quondam à *Danis* pulsus provinciâ, tutas illic aliquandiu latebras confoverat. Mox cum per somnium restitutionis suæ vadem sanctum *Cuthbertum* accepisset, ibidem se monasterium constructurum Deo pollicitus est: fecitque ecclesiam situ quidem pro angustiâ spacii modicam, sed nova ædificandi modo compactam. Quatuor enim postes solo infixi totam suspendunt machinam: quatuor cancellis opere spherico in circuitu ductis. *Will. Malmesb.* fol. 145. a. n. 50. Al. *sustentant.*

Sunt ibi monachi pauci numero & pauperes, sed qui egestatem suam quietis & solitudinis amore vel magni pendant vel consolentur: qui hujusce patroni sui sancti *Egelwini* ferant in astra præconiis, sanctitatem sentiant continuis impensis beneficiis. Illum fratrem regis *Westsaxonum Kenewalh* fuisse, & generis magnitudinem sanctitatis indole inaltasse perseverans est opinio, languoris perpetuo detentum compede nihilo segniùs Deo serviisse, bono fine consummatum omnibus se invocantibus prestò ad remedia occurrere.

Carta *Ælfredi* Regis de amplificatione monasterii de *Æthelneia*.

Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, Omnia regna hujus vitæ labentia, regnorumque dispensatores ab initio istius sæculi cum velocitate deficientes, transeunt. Ideo fugitivis & mortalibus rebus æterna gaudia promerenda sunt. *Regnum*, Apostol. Benedict. par. 2. tract. 2. pag. 132.

sunt. Quapropter ego Ælfred, divina ordinante misericordia, occidentalium-Saxonum rex, pro remedio animæ meæ, & criminum meorum absolutione, aliquantulam agri partem, id est, decem cassatas in loco ubi dicitur Budton *ad insulam* Clitonum, *quæ,* Anglicè *usitato onomate,* Aedlingaeg *nuncupatur, ad supplementum monasterialis vitæ, monachis ibidem sub regulari exercitio Deo omnipotenti devotè servientibus, animo volenti largitus sum; hancque libertatem prædicto monasterio devota mente donavi, cum pratis, pascuis, rivulis, & omnibus rebus ad ea ritè pertinentibus, ut ab omnium regalium tributorum, & exactione operum, atque pœnalium causarum, absque expeditione sola, arcis, & pontium structura, secura, immunis, & libera perpetualiter permaneat. Et qui hoc augere voluerit, augeat Deus bona illius in regione viventium. Si autem aliquis, quod absit, superbiæ fastu inflatus, & tyrannica potestate illectus, hoc infringere, & irritum facere conatus fuerit, sciat se ab omni ecclesia Christianorum anathematizatum, & in die judicii coram Christo, & angelis ejus, nisi ante emendaverit, rationem redditurum esse. Præfata verò terra & donatio hujus agelli, his terminis circumsepta patescit.* Sperτ. (&c.) *Scripta autem est hæc scedula hujus donationis anno ab incarnatione Christi, DCCCLxxvij. indictione 4. his testibus consentientibus, quorum nomina patescunt. Ego* Elfred *Rex hanc meam donationem cum signo sanctæ crucis corroboravi.* ✠ *Ego* Ealferd *episcopus* (&c.)

878.

De fundatione cœnobiorum, & elemosinis Regis Alfredi.

Ex MS. in bibl. Cottoniana [sub effigie Neronis, D. 2.] fol. 84.

ANno Domini DCCCLxxxviij. *Athelinus* de *Wintoniensis* comes, regis *Ælfredi*, & *Westsaxonum* elemosinas *Romam* deportavit. Quo utique tempore duo monasteria fundavit, unum monachorum apud *Ethelingeiam*, id est, *nobilium insulam*, ubi idem Rex quondam cum subulco exulavit; quo in loco *Johannem* presbiterum abbatem ordinavit. Aliud quoque monasterium ad orientalem plagam Beastesbire, id habitationem sanctimonialium fabricari præcepit. In quo filiam propriam *Algivam* abbatissam constituit, virginem domino consecratam. Et hæc monasteria divitiis & possessionibus habundanter ditavit.

PERSHORENSE *cœnobium in agro* Wigornienſi.

will. Malmesb. fol. 162. a. n. 40.

PErscora fundavit, & perfecit cœnobium, tempore regis *Edgari*, *Egelwardus*, dux *Dorsatensis*, minimè parcus animo, sed effuso in largitatem studio. Verum & illud, ut cætera, quanto succubuerit detrimento miserabile, plus sui medietate diminutum, partem divitum occupavit ambitio, partem sepelivit oblivio, majusculam portionem reges *Edwardus*, & *Wilhelmus* contulere *Westmonasterio*. Habentur hic aliquanta felicis *Edburgæ* ossa, celebranturque instanti reverentia, quòd ibi frequentiori quàm alias miraculorum meruit gloria.

Anno Domini DClxxx. sancta *Hilda* abbatissa migravit. His igitur diebus monasteria *Persore* & *Glovernia* à duobus fratribus *Oswaldo* & *Ostrico*, dicti regis glorioſi *Athelredi* ministris & nepotibus, fundata fuerunt, scil. *Persora* ab *Oswaldo*, *Glovernia* ab *Hostrico*. Circa hoc tempus ab incarnatione Domini DCiiij fuerunt anni, quo tempore fundata est & constructa. 604.

Lelandi collectan. vol. 1. p. 283.

Anno Domini MII. introitus fuit *Persorensis* novæ ecclesiæ post combustionem. *Lelandi collectan. vol. 1. p. 284.*

Anno Domini 1198. obiit *Simon* abbas *Persorensis*, cui successit *Anselmus*.

Anno Domini 1223. ecclesia de Persore combusta est in die S. *Urbani*.

Anno Domini 1234. *Gervasius* abbas Persore, qui multa bona ecclesiæ suæ perquisivit, in festo Paschæ obiit, cui successit *Rogerus* vir simplex & timens Deum.

Anno Domini 1251. *Rogerus* abbas Persore obiit, cui successit *Elerius* monachus *Fiscannensis*, Eschaetor regis *Angliæ* effectus super totam *Anglium* citra ripam *Trentæ*.

Anno Domini 1241. Recepta fuit assisa de advocatione ecclesiæ sanctæ *Andreæ* de Persore, pro abbate & conventu ejusdem loci, & sic liberati sunt ab oppressionibus abbatis *Westmonasterii* & *Gulielmi* de *Bellocampo*.

Anno Domini 1255. *Elerius* abbas Persore per totam *Walliam* in expeditione & executione crucis & decimæ domino regi concessæ; susceptusque est à *Lewelino* principe *North Wallie*, & à ceteris magnatibus ejusdem terræ ubique honorificè.

Anno Domini 1259. In capella sanctæ *Mariæ* de Pershore, cũ veteribus fundamentis deturbatis, ad novam pavimentum construendum terra foderetur, inventa sunt ossa *Oddæ* comitis vel ducis, ejusdem loci quondam fundatoris, in quadam cista plumbea, quæ ibidem post secundam ecclesiæ combustionem fuerunt sepulta, & intus in quodam plumbo tale scriptum invenitur Epitaphium.

Odda *dux quondam, priscis temporibus* Ædwinus *vocatus in baptismo, cultor Dei, qui monachus effectus fuit ante mortem suam, hic requiescit. Sit ei gaudium in pace cum Christo Deo,* Amen.

Hic est *Odda*, de quo in superioribus pleniùs suo declaratur loco, qui *Delfero* consuli nequissimo jure successerat hæreditario. Hic *Delfernus*, magna usus insolencia, *Persorensem* ecclesiam, sicut & ceteras plures per *Angliam*, graviter & læsit & minuit, quod ejus exitus horribilis miserè probavit; consumptus namque vermibus quos pediculos vocamus, miserabili fine vitam miserè terminavit. *Oddo* verò dux succedens ei in hæreditatem, & intelligens illud inauditum malum quod invasori illi ecclesiasticarum possessionum contigerat, non tantum terram illam quam ecclesiæ *Persorensi* nequissimus ille abstulerat benignè reddidit, sed & virginitatem Deo imperpetuùm vovit, ne hæres suus ecclesiam Dei exhereditaret; quo apud Deorhurste monachato & defuncto, Persore allatus est, & ibidẽ in sarchophago optimo positus, anno Domini 1056. cujus ossa hoc anno videlicet incarnationis 1259. in crastino

Digitized by Google

sanctæ *Barbaræ* virginis inventa sunt, ut prædictum est.

Inventa sunt & juxta eadem, die proximo huic sequente, in alio plumbo, ossa venerabilis patris *Foldbrithi* primi quondam abbatis Persoze, quæ post prædictam combustionem, quæ fuit anno Domini 1223. dum ecclesia nova fabricaretur, ibidem cum aliis ossibus fuerunt recondita, qui, ut scripta tradunt, in vita sancti *Oswaldi* episcopi *Wigorniæ*, cum hujus *Foldbrithi* corpus exanime componeretur in feretro, astantibus qui exequiis invigilabant, revixit & erexit se, cujus à quodam in virtute fidei nihil hæsitans, in verbo domini conjurato spiritu, ut si ex Deo esset, novitatem facti & reversionis causam aperiret; inquit defunctus, *allturus gratias beato* Oswaldo *redii, cujus dignitas meritorum in conspectu domini mihi veniam impetravit delictorum, nam à beato* Benedicto *in visionem Dei perductus, cum mihi trepidaret conscientia, accusaret vita, accepi à Domino pro meritis* Oswaldi *immunitatem pœnæ, securitatem salutis.* Quibus dictis exti.... ut & accepto viatico Domini corporis dimidium diem supervixit; sicque iterato obitu obdormiuit in Domino secundo Id. Augusti.

Leland. Itinerar. vol. 5. f. 1.

Oswaldus primum instituit Canonicos seculares apud Persoze.

Postea fuit ibidem chorus monachorum, rursus Canonici inducti. Postea monachi per *Edgarum*. *Elfernus* abstulit prædia monachis. *Odda* comes ejus filius, restituit.

Monasterium conflagravit & à monachis desertum est.

Monachi *Westmonasterienses* prædia usurpabant.

Wada comes attulit reliquias sanctæ *Edburgæ*. Et per *Oswaldum* episcopum *Fulbrighus* abbas inductus.

Charta Edgari *regis.*

Autograph. in biblioth. Cottoniana

"ORthodoxorum vigoris ecclesiastici monitu creberrimè instruimur, ut illi oppidò "subiecti suppeditanter famulemur, qui totius "mundi fabricam mira ineffabilique serie disponens microcosmum, *Adam* videlicet, tandem quadriformi plasmatum materia almo "ad sui similitudinem instinctum spiramine, universis quæ in infimis formaverat, uno probandi causâ excepto vetitoque, præficiens, "paradisiacæ amœnitatis jocunditate conlaterana, *Eua* scilicet, comite decentissimè collocavit. Larvarica pro dolor! seductus cavillatione versipellis, suasibilisque tergiversatione "viraginis pellectus, anathematis alogiâ ambo "pomum momordit vetitum, & sibi ac posteris "in hoc ærumnoso dejectus seculo lethum promeruit perpetuum. Vaticinantibus siquidem "prophetis, & celitus superni regis diuturno "clandestino prælagia dogmate promentibus, nitide orthodoxis eulogium ex supernis deferens, "non ut *Judæorum* seditiosa elingue fatetur loquacitas, sed priscorum atque modernorum "lepidissimam ambiens facundiam, *Arrianas, Sabellianasque* proterendo nenias, anagogico infrustrans famine, noisque ab obtusi cæcitate "umbraminis ad supernorum alacrimoniam patrimoniorum advocans, angelus supernis elapsus liminibus in aurem intemeratæ virginis, ut "evangelica promulgant famina, stupenda cecinisse videtur carmina, cui ecclesia tota catholica consonâ voce altibohando proclamat. "*Beata es virgo* Maria, *quæ credidisti perficientur "in te quæ dicta sunt tibi à Domino.* Mirum "dictu, incarnatur verbum & incorporatur, scilicet illud de quo evangelista supereminens universorum altitudine sensuum inquit, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, "& Deus erat verbum &c.* qua videlicet sumpta de virgine incarnatione, antiquæ virginis "facinus demitur, & cunctis mulieribus nitidis "præcluens caumatibus decus irrogatur. Intactâ igitur redolente Christi divinitate, passaque ipsius humanitate, libertas addictis clementer contigit servulis. Hinc ego *Eadgar*, "altithirono ammniculante, *Anglorum* ceterarumque gentium in circuitu triviatim persistentium basileus, ut hujus libertatis althithroni "moderatoris clementia merear optinere consortium, cœnobio, loco celebri, qui ab hujus "prosapiæ sollicolis Persozan nobili nuncupatur uocabulo situm, genitricique Domini nostri semper virgini *Mariæ*, necnon beato *Petro* "apostolorum principi, ejusque coapostolo *Paulo* "dedicatum habetur, monachis regulariter degentibus monastici æternam privilegii concedo "libertatem, quatenus post decessum *Foldbrithi* "abbatis egregii, cujus temporibus hæc libertatis "restauratio Christo suffragante concessa est, "quem universa præfati cœnobii congregatio "apto elegerit concilio ..... "..... justè ex eodem fratrum "cuneo eligens constituat. Hujus privilegii libertas deinceps usu perpetuo à cunctis teneatur "catholicis, nec extraneorum quispiam tyrannica "fretus contumacia in prædicto monasterio jus "arripiens exerceat potestatis, sed ejusdem cœnobii collegium perpetuæ ut prædixi libertatis "glorietur privilegio. Sit autem præfatum monasterium omni terrenæ servitutis eodem tenore "liberum quo à precessore nostro, à rege videlicet *Cœnulpho* orthodoxæ fidei strenuissimo "fuerat, uti vetusto continetur privilegio, *Beornotho* duce optinente, solutum. Agri equidem "qui ad usus monachorum domino nostro Jesu Christo ejusque genitrici *Mariæ* priscis "moderniisque temporibus regibus & religiosis "utriusque sexus hominibus & a meipso restituendo jure concessi sunt, id est in Persconan "videlicet ..... manſi: in Bythtul, Fingtune x. manſi: in Cumbzincdun x. manſi: in "Pedneshamme v. manſi: in Cecynduune "xvj. manſi: in Byrlingahamme x. manſi: "in *Deopanforda* x. manſi: in Strengesho x. in "*Bettesforda* x. in Cromban.... in Stoce x. "in Pyrtune x. in Wadbzeohan iuj. in Clvincgtun iuj. in Bzocune iuj in Pipincetuns "x. in Snoddesbyri x. in Piwantune vij. in "Cadbzihtincgtune iiij. in Wighthafestune "v. in Fleferth v. in Cyaftune v. in Deozmodscealdtune v. in Pusantreo on Heretuna "v. in Bzocune iij. in Pleobyri ij. in Langandune xxx. in Poincgwic vij. in Beozhothsleane iiij. in Aetune uj. in Suthstoce vij. on "Pileane and on *Treshas*, and on Cyllincoro-

"tan,

" tan, and on Caldanbuzi, and Dydimeretune,
" and Badimyncgtun, & Uptun xl. in Deozham
" x. in Longahege v. on Lidanege vj. in Wig-
" gangeate vj. in Beoleane v. in Gyzdeleane
" v. in Sture x. in Bradanwege xx. in Coltune
" v. in Wictwennan x. & ad usum conficiendi
" salis duobus in locis xviij. doliorum situs, on
" Pidelwic x. and on Neodemertanwic viij. &
" duarum fornacium statio on Wictune, & vas
" quod dicitur Westrinege, cum uno manso &
" dimidium manси in loco qui dicitur Hoztun e-
" jusdem perpetualiter sint libertatis. Tempore
" siquidem quo rura quæ Domino devoto concess-
" si animo injustè à sancta Dei ecclesia ablata fu-
" erant, perfidi quique novas sibi hæreditarias
" kartas usurpantes ediderunt. Sed in patris &
" filii & spiritus sancti nomine præcipimus, ut ca-
" tholicorum nemo easdem recipiat, sed a cunctis
" repudiatæ fidelibus in anathemate deputentur,
" veteri jugiter vigente privilegio. Si quis verò
" tam epilempticus philargiriæ seductus amentia,
" quod non optamus, hanc nostræ munificentiæ
" dapsilitatem ausu temerario infringere tempta-
" verit, sit ipse alienatus à consortio sanctæ Dei
" ecclesiæ, necnon & à participatione sacrosancti
" corporis & sanguinis Domini Christi filii Dei,
" per quem totus terrarum orbis ab antiquo hu-
" mani generis inimico liberatus est; & cum *Juda*
" Christi proditore . . . . . depu-
" tatus, nisi priùs hic digna satisfactione humilis
" pœnituerit quod contra sanctam Dei ecclesiam
" rebellis agere præsumpsit, nec in vita hac practi-
" ca veniam, nec in theorica requiem apostata
" optineat ullam, sed æternis barathri incendiis
" trusus, cum *Anania* & *Saphira* jugiter miserri-
" mus crucietur.

Dir pindon da lond zemepa . . . . . londa de into Pepscopan belimpaþ . æpeſt on Punzopo on da dic (&c.)

Litere *Galfridi de* Chamuilla *de Capella de* Remerford.

Ex quod. registro ab ætate *Persoræ*, modo in curia *Augmentationum* dicta.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum perveneris, Galfridus *de* Chamuilla, *Salutem. Noverit universitas vestra me divine pietatis intuitu dedisse & concessisse pro anima patris mei* Willielmi *de* Chamuilla, *& pro anima matris mee* Albrede Marmiun, *& pro anima mea & uxoris mee* Leuciæ, *& pro animabus fratrum & sororum meorum, & pro animabus omnium antecessorum & successorum meorum, domino* Gervasio, *abbate d.* Persore, *& monachis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, capellam sancti* Nicholai *de* Remerford, *cum omnibus pertinentiis suis, in terris, in pasturis, & in decimis, & cum omnibus libertatibus ad dictam capellam pertinentibus. Habendam & tenendam imperpetuum liberè & quietè ab omni seculari servicio & demanda. Item quod fructus ejusdem capelle expendantur annuatim in vino & pitanciis dictorum monachorum in festivitatibus sancte* Marie *dum vixero & post decessum meum ad anniversarium meum faciendum. Ut igitur hec donatio & concessio mea perpetue firmitatis robur obtineat, eam presenti scripto sigillo meo communiter confirmavi. His testibus, &c.*

Testium post cœnobii Persorensis *combustionem, de loci privilegiis igne combustis, examinatorum depositiones.*

Ex autographo in bibl. *Cottonianâ.*

WALTERUS Prior *Persoræ* juratus dicit, quod habuerunt privilegia à *Romano* pontifice sibi indulta, quæ dicit esse cumbusta simul cum monasterio eorum de *Persora*.

Requisitus utrum exemplar alicujus privilegii combusti habuerint per quod constare possit de tenore alicujus privilegii igne consumpti; dicit quod sic, scilicet tantùm unum exemplar unius privilegii, prout dictum est, consumpti, quod exhibuit, quod examinatores penes se retinuerunt sub sigillis suis claudendum & principalibus judicibus transmittendum.

Requisitus utrum omnes articuli in illo exemplari contenti insererentur in Autentico igne consumpto; dicit quod sic.

Requisitus qualiter hoc sciverit, dicit, quod sæpius illud inspexit & audivit.

Requisitus utrum abbas & conventus aliquando usi fuerint privilegio illo; dicit quod sic, adiciens quod cum bonæ memoriæ *Malgerus* episcopus *Wigornensis*, ad monasterium de *Persora* aliquando accessisset, & ordinationes clericorum in eodem monasterio facere vellet, auctoritate dicti privilegii recessit idem *Malgerus* ad capellam sancti *Andreæ*, quæ sita est infra limites cimiterii dictorum monachorum. Qui tamen postmodum invitatus ab eisdem monachis, ad dictum monasterium iteratò accessit ad dictas ordinationes celebrandas. Dicit etiam quod cum jam dictus episcopus invitatus fuisset ad festum sanctæ *Eadburgæ* à dictis abbate & conventu, & ibidem accedendo missam solemnem celebraret, & post missæ celebrationem oblationem asportare vellet, ostento dicto privilegio easdem oblationes dictis abbati & monachis reddidit, & absque contradictione dimisit. Dicit etiam quod auctoritate dicti privilegii, *Gervasius* quondam abbas *Persoræ* in sinodo domini *W.* de *Bloys*, *Wigornensis* episcopi, locum à dextris petiit & optinuit.

Requisitus de sepulturis, dicit quod omnia corpora defunctorum de tota villa de Persore, de Pendesene, de Berfore, de Dessore, de Wodemoncote, de Burlingham, de Pedneſham, de Wicha, de Bythlenton, de tota Chentun, de Strengesham, de Wolhaesham, de Nepsore, de Piritone, de Stoke, de Newintun, de magna Cumbrintone, de Pipplitone, de Northpidele, de Cobrithtun, de Flavel, de Broctone, de Bertone, de Pudintreo, de Snodesbury, de Uptone, de Coulesdone, de Broctone, de Walecote, de Chibintun, de Caldewelle, de Medbrege, de Thornbone, de Harelege, de parva Cumbrinton, corpora omnium hominum terras tenentium sepelientur apud *Persoram*, alii sepelientur in cimiterio de parva Cumbrinton.

Requisitus de testamentis dictorum hominum, dicit quod principale legatum debet deferri ante corpora defunctorum ad ecclesiam de Persore, & ibi per sacristam illius monasterii & capellanos dictorum locorum æstimari, & facta æstima-

Nota.

tione medietas debet residere penes sacristam, & alia medietas penes capellanos dictorum locorum. Adjecit etiam quod in electione sacristæ est, utrum velit legatum totum retinere & capellanis medietatem æstimationis solvere, necne.

Requisitus de oblationibus, dicit quod omnes oblationes oblatæ pro corporibus defunctorum in monasterio de **Persore** residunt penes sacristam.

Requisitus, utrum corpora defunctorum dictorum locorum deferri debent ad capellas, & missa ibidem celebrari pro eorum animabus; dicit quod sic, exceptis defunctis de *Wicha*, & de parochia sancti *Andreæ* de **Persore**, & **Writhlemtun** subtus ecclesiam, & de **Pendesene**, & de **Burlinghaut**, præter homines de feodo *Walteri* de **Mepsore**.

Requisitus, cujus esse debeant oblationes oblatæ in dictis capellis pro corporibus defunctorum; dicit quod capellanorum.

Requisitus, utrum dicti articuli, scilicet de decimis, sepulturis, legatis & oblationibus, in aliquo instrumento dictorum monachorum deperdito vel igne consumpto continerentur; dicit quod sic, scilicet in carta quadam quam habebant de bonæ memoriæ *Gileberto*, quondam abbate *Westmonasterii* & ejusdem loci conventu, sicut testantur cartæ archiepiscopi *Cantuarienſis*, & episcopi dioceſis *Wigornenſis*, *Johannis* de **Pageham**, quæ exhibitæ fuerunt judicibus inspiciendæ.

Requisitus, utrum dampnificata sit ecclesia de **Persore** contra tenorem dicti privilegii; dicit quod sic, eo quod spoliati sunt ante combustionem privilegii, una thrava bladi de singulis virgatis terræ de **Snodesbiri**, de **Uptone**, de **Coulesdone**, per rectorem capellæ sancti *Andreæ* de **Persore**.

Requisitus, si libertates super quibus facta fuit mentio in privilegio igne consumpto in aliquo læsæ fuerint; dicit quod non, ut recolit. Dicit etiam quod omnes decimæ, oblationes pro corporibus defunctorum, & obventiones, modo & ordine quo inseruntur in exemplari privilegii prætaxati igne consumpti, principalibus judicibus sub sigillo eorum clauso & transmittendo, continebantur in dicto privilegio.

Requisitus qualiter hoc sciverit; dicit, quod frequenter dicti privilegii tenorem inspexit, unde omnes articulos in dicto exemplari contentos firmiter ad memoriam reduxit. Adjecit etiam, quod cum multociens inquietati fuissent abbas & conventus **Persore** super hiis quæ continebantur in dicto privilegio, & à pacifica possessione eorũ pulsi, ad singulos articulos in jam dicto exemplari contentos recursum habuerunt, & eos singillatim extrahendo ih diversis locis scripserunt, ut per eorum exhibitionem coram diversis judicibus tam ordinariis quam à domino papa delegatis, ab inquietatione liberarentur.

Requisitus, si quas alias indulgentias præter dictas de quibus mentio facta est, à curia *Romana* ibi indultas vel à dioceſano vel ab aliis aliquando habuissent, quæ casu fortuito sint modo deperdita vel igne consumpta, dicit quod sic.

Requisitus, quæ continebantur in scriptis illis & quæ libertates & quæ immunitates, dicit quod non recolit.

Test. 2. *Johannes* filius *Alani*, monachus & supprior *Persorenſis* monasterii, juratus & requisitus concordat in omnibus cum *Waltero* Priore ejusdem loci conjurato suo, excepto quod non recolit de continentia illius cartæ quam habebant de bonæ memoriæ *Gileberto*, quondam abbate *Westmonasterii* & ejusdem loci conventu, nisi in tantum in quantum mentio facta est super articulis in dicta carta contentis in confirmationibus archiepiscopi *Cantuarienſis* & episcoporum *Wigornienſium*, quas idem *J.* juratus exhibuit inspiciendas.

Test. 3. *Willelmus* de **Linderuge**, monachus **Persore**, juratus idem dicit per omnia quod *J.* filius *Alani* conjuratus suus.

Test. 4. *Robertus* monachus *Persorenſis* monasterii, & in eodem monasterio per triginta & tres annos conversatus, juratus & requisitus, concordat in omnibus cum *Waltero* Priore ejusdem monasterii conjurato suo, excepto eo quod non recolit utrum *Gervasius* quondam abbas *Persorenſis* in sinodo domini *Willielmi* de **Bleys**, *Wigornenſis* episcopi, locum à dextris optineret, vel non.

Test. 5. *Odefridus* de **Linderuge**, monachus *Persorenſis* monasterii, & in eodem per triginta annos conversatus juratus & requisitus, concordat cum *R.* conjurato suo super privilegio igne combusto, & in omnibus articulis in eodem contentis; qui scilicet articuli modo & ordine continentur in exemplari penes judices residente: & de sepulturis, & de omnibus aliis articulis requisitus vacillanter dicit.

Test. 6. *Alterus* de **Pendesen** monachus *Persorenſis* monasterii, & in eodem per triginta annos conversatus, juratus & requisitus, concordat cum *Roberto* monacho conjurato suo in omnibus, excepto eo quod non recolit de hiis quæ continebantur in carta *Gileberti*, quondam abbatis *Westmonasterii* & ejusdem loci conventus, quam aliquando habebant, nisi quatenus tenor confirmationis archiepiscoporum, & episcoporum *Wigornenſium* de dicta carta mentionem faciens ostendit, & eo excepto, quod non recolit quæ corpora defunctorum quæ sepeliri debent in cimiterio monachorum de **Persore** debent deferri in capellas quarum fuerint parochiani, & missæ ibidem pro eorum animabus celebrari, excepto etiam eo quod non recolit quod cum *Malgerus* episcopus *Wigornenſis* ad monasterium de **Persore** aliquando accessisset, ordines clericorum facturus, quod auctoritate dicti privilegii recessisset vel repulsus fuisset; audivit tamen quod recessit.

Test. 7. *Ricardus* de **Madine**, senex & valetudinarius juratus dicit, quod tam de dominico quam de omnibus aliis terris liberorum & rusticorum pertinent duæ partes garbarum ad abbatem & monachos de **Persore**, tercia autem pars earundem

earundem ad ecclesiam de Wadine.

Requisitus de minutis decimis & de oblationibus & de legatis, dicit, quod penitus spectant ad ecclesiam de Wadine.

Requisitus, utrum dicti abbas & conventus aliquando aliquod instrumentum habuerint super dictis decimis, quod sit deperditum vel igne combustum, dicit quod nescit, bene tamen scit, quod ultra memoriam hominum dictæ decimæ ad dictum abbatem & conventū de jure spectaverunt.

Test. 8. *Ilebertus* de Wadine, senex & valetudinarius, juratus dicit idem & concordat in omnibus cum *Ricardo* conjurato suo.

Test. 9. *Robertus* de *Malvernia*, senex & valitudinarius juratus dicit, quòd tota decima garbarum de dominico abbatis de Persore ad ipsum abbatem & monachos spectat, & similiter omnes minutæ decimæ. Dicit etiam quod medietas garbarum de tota villa de Persore, excepta decima de dominico abbatis *Westmonasterii* tantùm ad abbatem *Westmonasterii* spectante, pertinet ad abbatem & conventum de Persore.

Requisitus de minutis decimis de villa de Persore, scilicet ad quem de jure spectare debeant, dicit, quod nescit. Dicit etiam quod medietas decimæ garbarum, tam de liberis hominibus quàm de rusticis de *Wicha* spectant, & ultra memoriam hominum spectare consueverunt ad abbatem & monachos de Persore, & similiter de Bathlemton, & etiam de magna Cumbrinton, excepto eo quod non percipiunt de terra Sovecurt in eadem villa nisi tertiam garbam, & de Pendefene & de Pipplintune.

Requisitus de minutis decimis istarum villarum ad quem spectant, dicit se nescire. Dicit etiam quod de tota villa de Ekintun habent tertiam garbam, excepto dominico dominæ *Constantiæ* de *Lega*, de quo nihil percipiunt, & excepta decima garba septem virgarum terræ in eadem villa ad ecclesiam sancti *Petri Wigorniæ* spectante. Dicit etiam quod tertia pars decimæ de lino de tota dicta villa spectat ad abbatem & monachos de Persore. Dicit etiam, quod tertia pars decimæ garbarum de Strengesham spectat ad abbatem & monachos de Persore, etiam quod ad dictos abbatem & monachos de Persore spectat medietas garbarum de Berforde, de Deffords, de Wodemonecote.

Requisitus de minutis decimis dictarum villarum, dicit se nescire.

Requisitus, utrum dicti abbas & conventus cartam aliquam habuerint vel instrumentum vel confirmationem super dictis decimis obventionibus & sepulturis, à Domino papa vel à *Cantuariensi* archiepiscopo vel a diocesano, dicit quod sic.

Requisitus qualiter hoc sciverit, dicit, quod ex auditu.

Test. 10. *Robertus Scurel* senex juratus & requisitus super omnibus articulis super quibus assertivè dicebat *Robertus* de *Malvernia* conjuratus suus, & super alius requisitus vacillanter respondit.

Test. 11. *Ricardus* filius *Andreæ* de *Lega* juratus dixit, quod duæ partes decimarum bladi & fœni totius feodi abbatis & conventus Persore de *Lega* spectant de jure ad dictos abbatem & monachos de Persore, tertia verò pars ad ecclesiam de *Lega*.

Requisitus, utrum dicti abbas & conventus sint in possessione dictarum decimarum, dicit quod sic.

Requisitus, per quantum temporis extiterint in dicta possessione, dicit quod per continuum spacium sexaginta annorum & eo amplius.

Requisitus, utrum confirmationem aliquam super dictis decimis habeant à sede apostolica, vel à diocesano, dicit quod sic, ut audivit. Dicit etiam quod pensionem annuam unius marcæ ab antiquo de ecclesia de *Lega* consueverunt recipere.

Requisitus, utrum pensio illa contineatur in aliquo instrumento deperdito, dicit quod nescit, bene tamen recolit pensionem illam esse confirmatam abbati & monachis de Persore à domino *W.* de Mozhale quondam *Wigornensi* episcopo. Dicit etiam quod dicti abbas & conventus recipiunt primum legatum de consuetudinariis suis tanquam personæ de *Lega*.

Requisitus de oblationibus, dicit, quod ecclesia de *Lega* eas integrè percipit.

Test. 12. *Ernaldus Marescallus* juratus, idem dicit per omnia quod *Æ.* filius *Andreæ* conjuratus suus, excepto eo quod non recolit pensionem de qua mentio facta est confirmatam fuisse dictis abbati & monachis à sede apostolica vel à diocesanis.

Test. 13. *Reginaldus*, portarius de Persore juratus dicit, quod, ut audivit, abbas & conventus de Persore quædam habuerunt privilegia à *Romano* pontifice sibi indulta, quæ, ut credit, cum monasterio eorum fuerunt combusta.

Requisitus de continentia dictorum privilegiorum, dicit quod nescit.

Requisitus, utrum usi essent dicti abbas & conventus dictis privilegiis, dicit quod nescit. Dicit autem quod corpora defunctorum de tota villa de Persore, de Pendefene, de Berforde, & de omnibus aliis villis, prout *Walterus* Prior de Persore conjuratus suus deponit, sepeliuntur in cimiterio de Persore. De testamentis dictorum hominum concordat cum dicto *W.* Priore. De oblationibus etiam concordat cum eodem.

Requisitus, utrum corpora defunctorum dictorum locorum deferri debeant in capellas suas, & ibidem missa celebrari pro eorum animabus, dicit quod non. Adjecit etiam, quod de licentia dictorum abbatis & conventus corpora jam dicta in capellas suas aliquando deferebantur.

Requisitus super omnibus articulis in exemplari cujusdam privilegii contentis, super quo exemplari deponunt monasterii monachi jurati, dicit quod dictum monasterium ultra memoriam hominum fuit in usu & possessione eorum, & ipsis pacificè gaudebat, utrum autem in aliquo instrumento deperdito vel igne consumpto continerentur aliqui dictorum articulorum nescit, nisi ex auditu.

Test. 14. *Johannes* de Evesham, monachus *Persorensis*, & in eodem monasterio per sexaginta annos conversatus, juratus & requisitus super omnibus articulis

ticulis super quibus requisitus fuit *W.* Prior de Persore, cum eodem *W.* in omnibus concordat, eo tantùm excepto, quod non recolit de continentia cartæ quam quondam habebant abbas & conventus de Persore de bonæ memoriæ *Gileberto* quondam abbate *Westmonasterii* & ejusdem loci conventu, prout testantur cartæ archiepiscoporum *Cantuariensium*, & similiter episcopi diocesani *Johannis* de Pageham, quarum exhibitio facta fuit judicibus inspicienda.

Test. 15. HENRICUS, monachus de Persore juratus & requisitus dicit, quod habuerunt quædam privilegia unà cum aliis instrumentis, quæ dicit esse combusta simul cum monasterio eorum de Persore.

Requisitus de continentia eorum, dicit quod nescit.

Requisitus, utrum exemplar alicujus privilegii vel instrumenti combusti habuerint, per quod constare possit de tenore alicujus privilegii vel alterius instrumenti igne consumpti, dicit quod nescit. Adjecit tamen, quod cum *Malgerus* episcopus *Wigornensis* ad monasterium de Persore aliquando accessisset, ut ordinationes clericorum in eodem monasterio faceret, auctoritate cujusdam privilegii igne consumpti dicto episcopo ostensi & perlecti, recessit idem *Malgerus* ad capellam sancti *Andreæ*, quæ sita est infra limites cimiterii monachorum de Persore; qui tamen postmodum invitatus à fratribus, ad dictum monasterium rediit, ut dictas ordinationes celebraret. Dicit etiam, quod cum jam dictus episcopus invitatus fuisset ad festum sanctæ *Eadburgæ* à fratribus dicti monasterii, ut sic accederet & missam solempnem celebraret, & post missæ celebrationem oblationes asportare vellet, per ostensionem dicti privilegii igne consumpti easdem oblationes dictis fratribus reddidit, & absque contradictione dimisit. De omnibus aliis requisitus, dicit quod nescit.

Test. 16. HENRICUS de Ferers, monachus de Persore juratus & requisitus, in omnibus concordat cum *W.* Priore ejusdem monasterii, excepto, quod non recolit de carta *Gileberti* quondam abbatis *Westmonasterii*, nec de ejus continentia nisi de auditu.

HIDENSE *Cœnobium in agro* Hantonienſi.

Will Malmesb. fol. 140. a. n. 40.

EST etiam in eadem civitate (*Wintonia* sc.) monasteriū, qd. quondam rex *Elfredus* mente conceperat, & *Edwardus* filius edificaverat, & in eo Canonicos posuerat, *Grimbaldo* quondam *Flandrensi* suadente, qui ibidem magna gloria humatus, sanctus prædicatur & creditur. Sed beatæ memoriæ *Ethelwoldus*, Canonicis expulsis, monachos posuit, præficiens eis abbatem, *Edgarum* nomine. Ad huius monasterii officinas instituendas sufficiens terræ spatiū ab episcopo *Denewlfo* & Canonicis illius temporis mercatus supradictus rex, ad unumquemque pedem mancam auri publico pondere pensitavit. Et erant ambæ ecclesiæ sic vicinæ parietibus contiguis, ut voces canentium aliæ obstreperent alijs. Undè tum propter hoc, tum propter cætera, infelix livor plurimas effodiebat causas, quibus non modicas invicem exculperent offensas. Quapropter nuper illud cœnobium extra urbem translatum saniùs incolitur, liberiùs insignitur.

Præterea construxit rex supradictus in eadem urbe sanctimonialium cœnobium, sed posterioribus annis per beatum *Ethelwoldum* ampliatus est locus ille, quibus præposuit *Ethelditham* virginem anum, quæ ad conjecturam somnii, quod mater ejus de aquila viderat aurea, multa de ipso prophetavit. Fuerat ibi antehac monasteriolum, in quo *Edburga*, regis *Edwardi* senioris filia, conversata & defuncta fuerat, sed tunc penè destructum. (*&c.*)

Anno MCxj. Novum autem monasterium, quod infra murum *Winton.* constructum erat, agente *Willielmo Wintoniensi* episcopo, rex extra murum construi jussit. *Reg Hoved.* fol. 271. a.

Anno DCCCClxiiij. Rex *Anglorum Edgarus* *Ælfrythum*, *Ordgari* ducis *Domnaniæ* filiam, in matrimonium accepit, & monachos in *Novo-monasterio* & in Pivvelton collocavit. Annales de *Winchcumbe* in bibl. *Cottoniana.*

Anno MCxj. Novum monasterium quod erat infra murum *Wintoniæ*, agente *Willielmo Giffard* episcopo, rex *Henricus* extra murum construi fecit. Annales de *Waverle* in bibl. *Cottoniana.*

SAnctus *Ethelwoldus*, jubente rege *Edgaro*, anno Domini DCCCCLXIII. à sancto *Dunstano Dorobornensi*, episcopus *Wintoniæ* consecratus est. Erant autem tunc in veteri monasterio Canonici nephandis moribus implicati, elatione, insolenciâ, atque luxuria præventi, adeo ut nonnulli eorum dedignarentur missas suo ordine celebrare, repudiantes uxores quas illicitè duxerant, & alias accipientes, gulæ & ebrietati jugiter vacabant; quod minimè ferens episcopus, accepta à rege *Edgaro* licentia, expulit eos, & monachos de *Abendonia* introduxit, quibus ipse abbas & episcopus fuit. Misit autem rex ministros suos clericis, præcipiens ut confestim loco renunciarent, aut habitum monasticum susciperent, qui nimis pavore conterriti, & vitam execrantes monasticam, intrantibus monachis illico exierunt; sed tamen postmodum tres illorum habitum susceperunt, nam usque nunc in gente *Anglorum* non erant monachi nisi in *Glastonia* & *Abendonia*. *Johannes Tinemuthen.* in hist. aurea sub anno gratiæ supradicto. MS. in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Vitellii* E. 12.]

Hæc sunt nomina regum, fundatorum novi cœnobii Wintonienſis, *quod vocatur* Hida, *cum maneriis & privilegiis, quæ eidem cœnobio contulerunt.* Ex veteri MS. in bibl *Cottoniana* fol. 30.

ALfredus juvenis elegantissimus, à patre suo rege *Anglorum Athulpho Romam* missus, à papa *Leone* in regem, & successorem paterni regni consecrandus & coronandus, apud almum *Bertinum* gratissimo susciptur hospitio. Hic beati

ti patris *Grimbaldi*, illius cœnobii præpositi, cæterorumque fratrum caritate, aliquot diebus decenter ad famuli Christi vestigia sedere, & ab eo divina documenta percipere gaudebat. Qui jam tunc magno amore, & nobis omnibus, ad regnum *Anglicanum* transferre decrevit monitorem suum *Grimbaldum*, si Deus prosperum faceret desiderium suum. Veniens igitur *Romam*, à summo pontifice regiam consecrationem accepit, & reversus in *Angliam*, post mortem patris totius regni principatum obtinuit. Qui statim misit nuntios ad monasterium patris *Bertini*, rogans abbatem & fratres, ut sibi mitterent venerabilem virum *Grimbaldum*, suum & totius *Anglia* futurum consiliarium. Mittens ergo illum præclarus abbas cum fraternis lacrimis, susceptus est reverentissimè rege à summo, pontifice, & ab omni ecclesiastica & seculari dignitate. Rex autem tanta dilectione sanctum virum astrinxerat, ut quicquid in sua potestate optaret promptissimè concederet. Vir autem domini tantam clementissimi regis penès se attendens dilectionem, devotissimè petiit, ut in urbe *Wentana*, locum sibi competentem ad monasterium construendum tribueret, in quo cum ministris Dei divino servitio posset occupari. Rex verò munificus petitionibus libentissimè adquiescens, totum mox circa locum ad monasterium construendum animum intendit. Sed morte surripiente, propositum suum ad exequendum filio suo *Edwardo* dereliquit.

Edwardus, primus post mortem patris ad regalis solii stadium sublimatus, paterni voti non segnis executor, ad officinas monasterii supradicti construendas, tantum terræ, scilicet tres acras, & tres virgatas, quæ lingua *Anglorum* **thzeo furlange**, in aquilonari parte veteris monasterii à *Denulfo* ipsius civitatis episcopo, & Canonicis illius ecclesiæ comparavit, & pro unoquoque pede unam marcham auri contulit. Moxque in arduam monasterii structuram totam mentis diligentiam impendit, & insignem ecclesiam, quæ *Novum monasterium* appellatur ædificavit, atque totam fabricam infra biennium consummavit. Prædictam autem ecclesiam in honore summæ *Trinitatis*, genetricisque Christi *Mariæ*, atque apostoli *Petri*, benedictione pontificali devotissimè fecit dedicari. Ipsamque (congregatis in eadē Canonicis secularibus Deo servituris) sanctissimo patri *Grimbaldo* juxta votum paternum regendam commisit. Expleto autem parvo tempore, deliberavit beatus *Grimbaldus* Canonicos seculares, ob nephandos eorum mores, eliminare omnino, atque monachos Deum timentes imponere. Sed prævidet diem transitus sui appropinqnare, & ideo voluntatem suam in cōgregandis fratribus non potuit explere.

Erant autem ambo ecclesiæ parietibus contiguis innexæ, quod in illa civitate plurima in utraque ecclesia devotionis & obsequii divini frequenter emergebant impedimenta. Ita siquidem unum monasterium alteri memoratur esse contiguum, quod vix unius hominis transitus inter ipsorum fundamenta haberetur. In uno enim choro clarè resultabat quod fratres psallebant in alio. Ita quod unà voces canentium vocibus constreperint aliorum, classico nihilominus campanarum maximam generante confusionem. Ita quod vix discerni poterat quando in uno loco, & quando in alio psallebatur. Aqua etiam, quæ per devexos civitatis vicos à porta confluens occidentali, circa situm monasterii prædicti in paludem horridam congregata, & in lutum ex ſtacone * diutina condensata, fœtorem ex se intollerabilem emittens, & sua corruptione aerem vicinum inficiens, fratribus in loco memorato Deo servientibus, plurima infirmitatum gravamina frequentèr inferebat. Unde propter hæc & alia multa incommoda, illud monasterium, tempore regis *Henrici* senioris, & *Willielmi Giffard*, *Wintoniensis* episcopi, procurante illius monasterii abbate, extra urbem, in loco qui nunc *Hyda* vocatur, est translatum, videlicet anno Domini MCXXI. *Edwardus* rex liberalissimus tantū eidem ecclesiæ contulit opū, prædiorum, ornamentorumque copiam, ut ditissimorum monasteriorum æquare videretur opulentiam.

* L. *flatione.*

Dedit enim **Pucheldever**, cum suo Hundredo, & ecclesia, cum C. & VI. hydis, utramque villam de **Strattun**, cum novem hydis, **Burchet**, cum quatuor hydis, & dimidiam, **Popham**, cum duabus hydis, & dimidiam, **Northamptone** cum VI. hydis, **Wodmanchot** cum X. hydis, **Candever** cum X. hydis, **Cranneburne** cum VIII. hydis, **Draycton** juxta **Newtone** cum IIII. hydis, **Swereneton**, cum tribus hydis & una virgata, & dimidia, **Sclatstede** & **Tachbury**, cum una hyda & dimidia, libera à consuetudine regia, *Anna* cum XV. hydis, **Colingborne**, cum L. hydis, **Chesclebe** cum XL. hydis, & omnibus aliis pertinentiis & privilegiis. Cui succesſerunt tres filii, scilicet, *Adelhalstanus*, *Edmundus*, *Edredus*. *Adelhalstanus* Rex dedit **Stanebam** cum sex hydis, capellam cum pertinentiis & privilegiis, & duo anncta, cum margaritis & gemmis. *Edmundus* frater ejus Rex dedit *Peniciam* cum XXXVI. hydis, & **Liggput** cum tribus, **Bechandever** cum X. hydis, pro anima sua, & patris sui *Edwardi*, cum pertinentiis & privilegiis. *Edredus* frater ejus Rex, **Andever** cum L. hydis, & **Barwell** cum XXX. hydis, **Lecford** cum quinque hydis, **Fuglareton** cum V. hydis, & ecclesiam, & **Sweise** cum XXXVIII. hydis, & ecclesiam, **Ttlescombe** cum X. hydis, & **Winterburne** cum duabus hydis & pertinentiis, & privilegiis, scriptis aureis literis. Hujus tempore beatus *Adelwoldus*, *Wintoniensis* episcopus, annuente rege *Edgaro*, Canonicos seculares lascivè & luxuriosè viventes, de novo expulsit monasterio, illicq; monachos de **Abindone** introduxit regulariter conversantes, illis ordinans abbatem discipulum suum, nomine *Algara*, qui postmodum episcopus apud *Selsexam*, ac deinde *Cantuariæ* episcopus effectus est. *Athelsteda* uxor, & regina *Edgari* regis, mater sancti *Edwardi* regis & martyris, filia *Ordmari* comitis, dedit **Sandelstede** cum XVIII. hydis, & ecclesiam; Et **Lingedefelde** cum sex hydis, & ecclesiam; Et **Langhurst** cum duabus hydis, cum pertinentiis & privilegiis. *Ethelredus* Rex, filius *Edgari* regis, & *Elfrildæ* reginæ, dedit **Hanggefort**, cum X. hydis, & ecclesiam; **Lammere** cum tribus hydis, & ecclesiam; & insulam **Ethameton**, cum tribus hydis; **Basingburne** cum quatuor hydis; **Melokedene**, cum tribus hydis; **Ekthede** cum una hyda; & insulam de **Portesey**; **Fredington** cum quatuor

hidis; Suthingwerke cum duabus hidis; & apud Werton juxta Warewell unam hidam; & Aprincesford unam hidam, & pratū quod jacet inter Kingesmell quod dicitur Pune, & pratum de Suwetone, ob amorem *Algari* archiepiscopi, & pratum quod vocatum est Dennemarke ad quod jacet fluvius qui vocatur Ichen. *Emma* regina, uxor *Adeldredi* regis, mater sancti *Edwardi* London, dedit Pidele, cum triginta hidis, & ecclesiam cum pertinentiis & privilegiis, & scrinium auro & argento lapidibusque preciosis decenter ornatum, sancti *Valentini* martiris caput continens pretiosissimum. *Edmundus* rex, qui dicebatur *Ferrei lateris*, filius *Etheldredi* regis, dedit Wotinges cum quinque hidis cum pertinentiis, & privilegiis. *Knuthus*, rex *Anglorum* & *Danorum*, dedit Drayton juxta Biketon, cum quinque hidis, cum pertinentiis & privilegiis, & crucem nobilissimam, auro & argento lapidibusque preciosis, cum multis Sanctorum reliquiis decenter ornatam, in qua (ut dicitur) totius *Anglie* annuum redditum contulerat. Et duas imagines magnas auro, argentoque bene ornatas, & casulam unam per totam brudatam, & alias tres optimas de pauleo*. *Edwardus* sanctus London Rex, filius *Etheldredi*, dedit terram de Papeholt, & sylvam quæ vocatur Dies, cum pertinentiis & privilegiis. *Willielmus* cognomento *Bastard*, filius *Roberti* ducis *Normannie*, rex *Anglie* dedit, ecclesiam de Awlton cum capella & omnibus aliis pertinentiis, & in eadem villa quinque hidas, & ecclesiam de Clere, cum quatuor hydis, & una virgata terræ, cum capellis, & aliis pertinentiis, ab omni exactione liberas & regia consuetudine. *Henricus* senior, filius *Willielmi Bastardi*, rex *Anglie*, dedit hidam in qua monasterium situm est, & *Abbatia Wordiam*, cum septem hydis. Dedit etiam Litelwodp, in remotionem ecclesiæ extra civitatem, & libertatem viæ extra portam aquilonarem, cum multis privilegiis.

* Ita MS.

Matildis regina, filia regis *Scotie*, uxor *Henrici* senioris regis, dedit Lamerkestoke, cum decem hidis, cum pertinentiis & privilegiis. Magnates etiam *Anglie*, plurima auri, argentique donaria eidem ecclesiæ promptissima devotione contulerunt, quibus aleretur chorus ministrorum ibidem in Christo militantium. *Brygwynus* comes dedit Upwarnford, cum octo hidis, quas jure hæreditario possedit, permissione, & licentia *Adelredi* regis, cum pertinentiis & privilegiis. *Hugo Portuensis* comes, dedit Bedhampton cum decem hydis, & ecclesiam cum pertinentiis & privilegiis, permissione & licentia sancti *Edwardi* regis London. *Robertus*, dapifer *Hugonis* de *Portu*, dedit Fidlewerth, cum decem & sex hydis, cum pertinentiis & privilegiis, permissione & licentia sancti *Edwardi* supradicti.

Sequitur destructio monasterii de Hida.

DE quibus beneficiis, per prædictos fideles in Christo monasterio de *Hida* concessis & confirmatis, tantæ destructiones dictæ abbathiæ factæ sunt. Videlicet, Rex *Haraldus* habuit avunculum, nomine *Godwynum*, abbatem de *Hyda*, qui adduxit secum contra *Willielmum Bastard* in suo adventu in *Angliam* in subsidio nepotis sui *Haraldi*, de domo sua duodecim monachos & viginti milites, pro servitio: quibus occisis, & spoliatis, inventi sunt memorati abbas & monachi sub armis militaribus, in habitu monachili, & de novo *Wintonie* monasterio, videlicet de *Hida* cœnobitas esse. Rex igitur *Willielmus*, iracundia repletus, eo quod monachi processissent ad bellum, abbathiam & sua jura extorsit, & eam ferè per biennium absque pastore in manu sua tenuit. Anno verò regni sui tertio mare transiit, ducens secum ecclesiæ prædictæ thesauros, qui in brevi rediens, dicti monasterii, videlicet, pro abbate, baroniam unam, & pro singulis monachis, qui cum abbate contra dictum regem in bellum processerunt, singula feoda militum arripuit, militibus qui cum eo venerant conferendis. His dampnis sic peractis, supervenit *Henricus*, episcopus *Wintonie* tempore *Stephani* regis, nescio quo ductus spiritu, & dampna ampliora cumulavit. Nam quum *Henricus* episcopus primò tenuit abbathiã de *Hida* quinque annos & dimidium, & quatuor hebdomadas, & tres dies, sub hoc termino, unoquoque anno habuit trecentas libras ad opus suum: post illum terminum ecclesiam comburi fecit, qua combustione in officiis & ornamentis plurima ecclesiæ intulit damna. Eodem incendio nominatissima crux Christi à *Kanuto* rege *Novo-monasterio* collata, in cineres redacta est. Per hunc verò combustionem, tenens abbathiam per unum annum, & quindecim dies, unicuique fratrum binos diatim solvit denarios. Eodem anno monachi ejusdem ecclesiæ commiserunt ei bona fide, ex incenso cinere, pondera argenti quinquaginta decem, & quindecim pondera auri, & diademata tria gemmis preciosis ornata, & duas imagines, videlicet, sanctæ *Mariæ* & sancti *Johannis*, quarum una auro & gemmis excrustavit: duas patenas argenteas, auro decenter ornatas, cum duobus urceolis pretiosissimis, ex operibus *Salomonis*, & crusto aureo columnis deliciis octoginta sexdecim, à rege *Henrico* ecclesiæ donata in sua extorsit: sigillum conventus quindecim marcarum, vas argenteum ad aquam benedictam cum duobus jocis saccorum à domino rege *Kanuto* donata, asportavit. Turibulum decem marcarum nequiter substraxit; archam quoque quandam in qua supradicti ornatus habebantur, cum lintheis optimis asportavit. Imagines verò prædictas auro & argento coopertas à monachis pro centum marcis reddendis de ecclesia asportare fecit. In additamenta malorum monachum *Cluniacensem* tributa sibi annuatim, ut dictum est, persolventem, scilicet *Hugonem Schorchevyleyne*, abbatem constituit, qui monachos per diversas ecclesias, jubente episcopo, cum literis suis dispersit, adeò ut ex quadraginta monachis, domi nisi solumodo decem remansérant. In qua dispersione viduatam à propriis filiis corruens ecclesiam, manum in sanctuarium domini extendens, cruces quinque, scrinia decem, textus totidem, auro, argento, gemmisque pretiosis ornatos, cum morsibus capparum aureis excrustavit. Quo hac de causa remoto, ex præcepto domini papæ, dominus *Thomas Cantuariensis* archiepiscopus, sub apostolica protectione, & sua, suscepit ecclesiam. Episcopus autem *Henricus*, contra jussionem ipsorum, dominationem ecclesiæ vi obtinens, & contra Deum, & contra conventum

Ita MS.

ventum donavit ecclesiam de Lingefelde, ecclesiam de Sandestede, capellam sancti *Leonardi*, capellam de Wrotte, capellam sanctæ *Helenæ*, capellam de Stanhani, & decimam de Cramham, & capellam sancti *Bartholomei*, quæ est sita in cimiterio monasterii, cujus clavem super altare positam, vi abstulit & asportavit.

Ex MS. in bibliotheca *Cotton.* [sub effigie *Vespasiani.* A. 8.]

Diploma Regis *Edgari* aureis characteribus exaratum.

A'Nnuente altithroni moderatoris imperio totius Albionis *triviatim potitus regimine, non immemor ob hoc michi recidiva fore concessa ut his strenuè eterna lucrarer. Quapropter ego* Eadgar *totius* Britanniæ *basileus, quasdam villas ut nominentur* Dunketone, *habentem quinque hidas terræ & ecclesiam*; Sueise, *cum viginti octo hidis terræ & ecclesia*; Titelescumbe, *cum decem hidis terræ, & quandam ruris ij. videlicet cassatos terræ, loco qui celebri* WINTERBURNA *nuncupatur vocabulo, do & concedo in puram & perpetuam elemosinam novæ* Wintoniensi *ecclesiæ, beato* Petro *apostolorum principi dicatæ, necnon sancto* Edocio, *cujus reliquiæ inibi miraculis claresc unt, cum omnibus utensilibus, pratis videlicet, pascuis, rivulis, æterna largitæ sunt hereditate. Præcipimus etiam Canonicos qui incorrigibiles perdurarunt de ecclesia dicta ejeci, monachos de* Abindonia *loco substitui. Sint autem prædictæ villæ, ruri, mansiones, terræ, rivuli, omni terrenæ servitutis jugo liberæ, tribus exceptis, rata, videlicet, expeditione, pontis arcisve restauratione. Si quis autem hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre voluerit, privatus consorcio sanctæ Dei ecclesiæ, æternis barathri incendiis ingubris jugiter cum* Juda *Christi proditore, ejusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendaverit congrua, quod contra nostrum deliquit decretum. Anno dominicæ incarnationis* DCCCLxvj. *scripta hæc carta, concessio, & donatio. Hu testibus consentientibus. Ego* Eadgarus *rex* Anglorum *hoc donum, nostro largiente redemptore, locoque ejus sanctissimo, primus omnium regum monachorum inibi collegium constituens, manu propria signum ✠ agya crucis imprimens confirmavi. Ego* Dunstanus, Dorobernensis *ecclesiæ archiepiscopus, largifluam benevoli regis donationem venerans, crucis fig ✠ naculo corroboravi. Ego* Edmundus, *clito, legitimus prafati regis filius, crucis signaculum, infantuli ✠ florens ætate propria inlidi manu. Iterum ego* Edwardus, *eodem rege clito procreatus, prefatam ✠ patris munificentiam crucis signo consolidavi. Ego* Elfstrid, *legitima præfati regis conjux, mea concessione monachos eodem loco ✠ donum regis crucem impressi. Ego* Ediva, *prædicti regis ava, ✠ hoc donum regis crucis stamate consolidavi. Ego* Asketillus, Eboracensis *ecclesiæ archiepiscopus, donum regis confirmavi. Ego* Athelwoldus, *ecclesiæ* Wintoniensis *episcopus, donum regis confirmavi. Ego* Athelstanus, Londoniensis *ecclesiæ episcopus, donum regis confirmavi. Ego* Oswaldus, *episcopus donum regis confirmavi. Ego* Ochulfus *episcopus donum regis confirmavi. Ego* Byrthelmus *episcopus donum regis confirmavi. Ego* Aldeluius *episcopus donum regis confirmavi. Ego* Athulfus *episcopus donum regis confirmavi. Ego* Atulfius *episcopus donum regis confirmavi. Ego* Ascuynus *abbas donum regis confirmavi. Ego* Osgarus *abbas donum regis confirmavi. Ego* Albrychtus *abbas donum regis confirmavi. Ego* Alfstanus *abbas donum regis confirmavi. Ego* Algarus *primus huic loco abbas ordinatus Christo gubernante, benivoli regis donationem accepi & confirmavi. Ego* Alfhere *dux donationem regis confirmavi. Ego* Ælfeac *dux confirmavi. Ego* Ordgarus *dux confirmavi. Ego* Athelgarus *dux confirmavi. Ego* Aluuinus *comes confirmavi. Ego* Burthnotus *comes confirmavi. Ego* Wuluine *miles confirmavi. Ego* Brictfertus *miles confirmavi. Ego* Osuuardus *miles confirmavi. Ego* Ateluuardus *miles confirmavi. Ego* Wilfrerdus *miles confirmavi. Ego* Byrthancus *miles confirmavi. Ego* Wluuinus *miles confirmavi. Ego* Wlstanus *miles confirmavi.*

Charta regis Henrici.

Cartæ antiq. lit. y. nu. 19.

"HEnricus rex *Anglie* archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, ministris & omnibus fidelibus suis, "*Francis* & *Anglis* totius *Anglie* salutem. Sciatis "quod concessi & hac carta mea confirmani "Deo & sancto *Petro*, & abbati atque monachis de *Hida*, in liberam & perpetuam elemosinam, ecclesias de *Kingesclera*, & *Aweltona*, "cum capellis & decimis & omnibus pertinentiis suis, & cum quinque hidis terræ in eadem "villa Aweltone, sicut rex *Willielmus* pater "meus eis dedit in escambium pro terra illa in "qua edificavit aulam suam in urbe *Winton*. Et "volo & firmiter precipio quod eas habeant & "teneant solutas & quietas de geldo & de murdro & de placitis, & de omnibus querelis si"cut terra illa ubi domus mea sedet in *Wynton*. "fuit unquam melius quieta. T. &c.

Charta *de Inspeximus* dicta.

Cart de anno 16. *Ed.* 4. memb. 9.

REX *omnibus ad quos, &c. Salutem. Inspeximus cartam, &c. celebris memoriæ domini* H. *quondam regis* Angliæ, *progenitoris nostri, in hac verba.* H. Rex *Anglorum*, Archiepiscopis ac Episcopis ac omnibus Baronibus, *Francis* & *Anglis*, totius *Angliæ* salutem. Sciatis quod hanc conventionem fecit *Willielmus Winton.* episcopus cum *Gaufrido* abbate sancti *Petri* novi monasterii coram me & Baronibus meis. Reddidit ipse episcopus in manu mea *Hidam* in qua nunc seder abbatia sancti *Petri*, & preter hanc quandam terram que est ex parte in qua abbathia est, in qua sunt domus reddentes septem solidos per annum, & præter hanc, manerium quod dicitur Wrote; & ego dedi & concessi ipsam *Hidam* cum prædictis septem solidatis terre & ipsam terram Wrote monasterio sancti *Petri* & abbati & monachis jure perpetuo possidendam, ita liberam & quietam sicut quilibet *Winton.* episcopus melius & liberius ipsam terram unquam una die tenuit, & sicut abbathia sancti *Petri* vel abbas quilibet ejusdem loci terram in qua priùs abbathia in civitate sedit melius & liberius unquam habuit. Et *W.* episcopus prædictus concessit perhenniter monasterio sancti *Petri* & abbati parochiam harum terrarum, & quicquid pertinebat ad ecclesiam Wrote, præter

episcopalia, in vivis & mortuis, & decimis & sepulturis & oblationibus, sicut ipsa ecclesia episcopatus vel ipsius ecclesie quilibet episcopus ea melius & liberius unquam una die tenuit. Similiter abbas *G.* reddidit in manu mea ad opus predicti episcopi *W.* & ecclesiæ beatorum apostolorum *Petri & Pauli*, ubi sedes est episcopalis, terram infra civitatem, in qua priùs fuit abbathia, cum capellis & domibus & molendinis quæ sunt infra ambitum ipsius terræ; & preterea terram totam de *Durleia*; & ego easdem terras eidem episcopo & ecclesiæ suæ concessi & dedi jure perpetuo possidendas, & illam in qua abbatia erat, ita liberam & quietam ab omni consuetudine, sicut erat quando abbatia mea dedit, & terra de *Durleia*, sicut aliquis abbas eam melius unquam habuit. Et ego insuper, ex parte mea, concessi & dedi ipsi episcopo & episcopali ecclesie quinque dies in feria sancti *Egidii*, super illos tres dies quos priùs habebat, & hoc pro escambio illius hide, in qua nunc abbatia sedet. Et preter hæc ipse abbas concessit episcopo & ecclesie sue corpora mortuorum terre sue proprie quam ipse abbas ea die infra muros civitatis habebat. Si quæ verò terra post diem facte conventionis in proprietatem abbatis & monasterii sui venerit, episcopus *Winton.* in ejus sepulturis vel corporibus nil clamabit nisi priùs ecclesia episcopalis ea per consuetudinem habuit. Illi vero qui in terra mea vel baronum meorum in civitate manent libere apud abbathiam novi monasterii jacere poterant, si volunt, sicut potuerant antequâ monasterium transferrebatur. De processione in *Ramis palmarũ*, undeinter eos fuerat dissensio, hoc statutum est, quod abbas, cum duobus vel quot voluerit monachis ad episcopalem ecclesiam veniet, si processio ecclesie episcopalis ad sanctum *Jacobum* sit itura, & cum ipsa processione ad sanctum *Jacobum* ibit; processio verò abbatie cum Priore & reliquis supra castellum ei obviam veniet ante portam castelli, et cum episcopali processione apud * secundum *Jacobum* faciet stationem & redditum usque ante portam civitatis de **Weſt**, ad propinquiorem vicum qui vocatur sancti *Walarici*, & inde cum suis revertetur abbas ad monasterium suum. Si me receperit episcopus, veniet abbas cum toto conventu ecclesiæ suæ ad processionem illam. Si autem archiepiscopum vel aliam personam receperit, adducet abbas decem monachos ad minus & intererit processioni; secunda vero die Nativitatis & Paschæ & Pentecostis, & in una festivitate sancti *Petri*, quam episcopus elegerit, abbas, si episcopus eum vocaverit, ad episcopalem ecclesiam veniet cum quot voluerit monachis, & episcopo serviet in celebratione missarum, & cum eo comedet: serviet etiam ei abbas quando missam dicit episcopus. Ad curiam meam, ad sinodum quoque, veniet si episcopus eum vocaverit ad danda consilia episcopo, & judicia facienda ecclesiastica, & audienda præcepta episcopi. Hæc convencio facta & confirmata est apud *Burnam*, anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo decimo, quarto die iduum Septemb. presentibus hiis testibus, *Radulpho* archiepiscopo *Cantuariensi*, *Turstino Eborum* archiepiscopo, *Richardo Londoniensi* episcopo, *Rogero Salesbur.* episcopo, *Rodberto Lincolnie* episcopo, *Johanne Bathoniensi* episcopo, *Willielmo Exon.* episcopo, *Ranulpho Dunelmensi* episcopo, *Rodberto* comite de **Pellent**, *Henrico* comite de **Warwic**, *Waltero* Constabulario, *Willielmo* Camerario de *Tancardavilla*, *Adam* de **Port**, *Nigello* de **Diellet**, *Henrico* de **Port**, *Radulfo* de **Limesi**, *Nigello* de **Albinni**.

* Lege *sanctum.*

Inspeximus cartam quam H. *quondam Rex* Anglie *fecit abbati & monachis de* Hyda *in hac verba. Henricus* Rex *Anglie*, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, ministris, & omnibus fidelibus *Francis & Anglis* totius *Anglia* salutem. Sciatis quod concessi & hac carta mea confirmavi Deo & S. *Petro* & abbati atque monachis de *Hyda*, in liberam & perpetuam elemosinam, ecclesias de *Kyngeſclera* & *Aultona*, cum capellis decimis & omnibus pertinentiis suis, & cum quinque hydis terræ in eadem villa **Aultone**, sicut Rex *Willielmus* pater meus eis dedit in excambium pro terra illa in qua edificavit aulam suam in urbe *Wintoniæ*. Et volo & firmiter precipio quod eas habeant & teneant solutas & quietas de *geldis*, & de *murdris*, & de placitis, & de omnibus querelis sicut terra illa ubi domus mea sedet in *Wynton.* fuit unquam melius quieta, teste *Rogero*, episcopo *Sarum*, *R.* episcopo *Lincolniensi*. *W.* episcopo . . . . . *R.* comite de **Pellent**, *H.* de **Port**, apud **Windlesore** (&c.) *Nos autem cartas & terras predictas* (-) *confirmamus.* (-) *T. rege apud* Westmon. *xxviij. die Junii.*

VVINTONIENSE

Cœnobium ſanctimonialium.

ANno Domini DCCCCv *Alfswitha* regina, mater regis *Edwardi* senioris obiit, quæ monasterium sanctimonialium *Wintonie* construxit. Annales de *Winchelcumbe* in bibl *Cottoniana.*

Anno DCCCCiij. religiosa Christi famula, regina *Elfwitha*, mater regis *Eadwardi*, vita decessit, quæ sanctimonialium monasterium *Wintonie* construxit. *Reg. Hoved.* fol. 281. b. n. 50.

Alhfwida, uxor *Alfredi* regis, extruxit monasterium virginum *Wintonie*, cui præfecit *Ethelbridam*, rusque ampliss. possessionis arcis fundum contulit. Sed nec *Alfredus*, nec *Anfwitha* neuter, prohibentibus fatis, potuit opus inceptum complere. *Lelandi collectan.* vol. 1. p. 337.

Edwardus filius *Alfredi* finem novis impoſuit fundamentis.

PETRO-

PETROCENSE *Cœnobium in agro* Cornubiensi.

Leland. collectan. vol. 1. p. 71

Thelstanus rex monachos hìc posuit primùm. Postea introducti sunt Canonici seculares. Tandem verò Canonici regulares.

Leyland.

Sunt qui putant monachos immediatè translatos in Canonicos regulares.

Hæc quæ sequuntur transcripta sunt ex antiquis donationum chartis.

SAnctus *Petrocus* monasticam professus vitam, sub regula D. *Benedicti* apud *Bedeminam*, tunc temporis vocatam *Bosmana*, id est *mansio monachorum*, in vallo ubi S. *Gurmus* solitariè degens in parvo tugurio, quod relinquens tradidit S. *Petroco*; quam regulam, usque ad tempus *Athelstani*, monasticæ dicatum disciplinæ, monachi ibidem tenuerunt

926. Primus fundator *Æthelstanus*.

Mortuis tunc ibidem monachis in sortes clericorum hæredipetarum maxima pars reddituum cesserat.

Supervenientibus *Normannis* expugnata erat *Anglia*, & diadema cum jure regni victoribus translatum.

1100. Post hæc comes *Moritonie & Cornubiæ*, quod in monasterio superetat in usus proprios convertit. Tandem, ortâ inter regem *Henricum* & *Robertum* fratrem ejus discordiâ, comes incarceratus mortuus est, & tali modo ecclesiæ possessio in regis devolvitur proprium. Sed post hæc quidam *Algarus*, cum conniventia episcopi *Exoniensis*, *Gulielmi Warwest*, obtinuit licentiam à rege ut eadem ecclesia regulari dicaretur disciplinæ. Quâ optentâ, incipit ordo Canonicorum regularium, & perseveravit in hunc diem. Cui episcopo rex fundationem hujus monasterii contulit cum situ & terris vicinis.

Johannes rex dedit Canonicis S *Petroci* **Donemeyz** in *Cornubia*.

Annal. Petroburgen. in bibl. Cottoniana Anno Domini DCCCClxxxj. S. *Petroci* monasterium in *Cornubia* à *Danis* piratis devastatum est.

S. GERMANI *Cœnobium in agro* Cornubiensi.

Leland. collectan. vol. 1. p. 71

S. Germani in Cornubia Prioratus.

Octo Canonici & Prior.

Thelstanus rex primus fundator. *Bartholemeus*, episcopus *Exoniensis*, postea Canonicos regulares induxit authoritate regis.

Fuit tempore *Æthelstani* sedes episcopalis, quæ postea per *Edwardum* confessorem regem translata fuit ad ecclesiam *Exoniensem*. Et post, *B.* tunc episcopus *Exon.* hìc fundavit monasterium Canonicorum regularium.

Ex charta *B.* episcopi *Exoniensis* tempore *Henrici* secundi.

EGo *ecclesiam S.* Germani *in* Cornubia *parum ecclesiasticè & penè seculariter conversantem in vitam Canonicorum regularium, religionis & pietatis intuitu, converti.*

Balduinus archiepiscopus *Cantuar.* factum approbavit.

SCEPTONIENSE *Cœnobium (vulgò* Shaftesbury *nuncupatum) in agro* Dorsetensi.

Will. Malmesb. fol. 143. a. l. 10

SCeptonia est vicus modò, quondam urbs, locus in prærupto montium situs: vetustatis indicium dat lapis in capitulo sanctimonialium sculptus, ita à vetustissimi muri ruinis illuc translatus. Anno dominicæ incarnation. DCCCLxxx. *Elfredus* rex fecit hanc urbem regni sui viij. Ibi *Elgiva* uxor *Edmundi*, qui fuit pronepos hujus *Alfredi* monasterium sanctimonialium fecit, ibidemque carnis exuvias post fatum deposuit. Mulier bonis operibus semper intenta, pietate & dulcedine prædita, & ut reos quos tristis sententia judicum palam damnaverat ipsa occultè redimeret: preciosus amictus qui mulieribus nonnullis est leno solvendi pudoris, illi erat supellex munificentiæ, ut quamlibet caram vestem conspecto statim largiretur pauperi, speciem corporis, & artificium manuum in ea livor quoque laudaret, cum nihil reprehendere posset. (*&c.*)

Eo loci jacet, vel potius jacuit S. *Edwardus* hujus sanctæ ex filio *Edgaro* nepos, quem novercali fraude innocenter cæsum cælum excepit, & prima quidem sepultura illi apud **Warham** fuit, quod non longè a loco in quo occisus fuit, qui **Corf** vocatur, imminet mari (*&c.*) Posteriori verò tempore, pars corporis *Lesmonasterium*, pars *Abendoniam* deportata est. Ubique ipse viget, maximèque *Sceftonia*, & virtutum gratia & sanctissimo virginum choro coruscat.

Ædmundus *Rex apud* **Stokes** 11. *terræ mansas in perpetua graphii custodia dono commisit.*

Ex registro de *Shaftesbury* in bibl. *Dugdaliana*, 1648. fol. 4. b.

"IN nomine trinæ & unæ deitatis. Omnipotens supernarum temporaliumque verus arbiter rerum, ante omnia tempora & ante omnia "sidera duas originales de nichilo creaturas fieri "disposuit, angelicam videlicet lucem, & infor-

" mem materiam. Ex qua siquidem materia in-
" formi omnia quæ videntur, & quæ temporalia
" sunt, secundum temporis discretionem produ-
" cens, insuper formavit hominem. Qui spiritu
" vitæ inflatus,& ad imaginem,& similitudinē Dei
" factus,divina dispensatione potestatem super alia
" cuncta elementa dominandi habuit. Quique
" paradiso cum omnibus sede perenniter si vellet
" locatus, divinis imperus humiliter obedire no-
" lens; sed prona voluntate & serpentina suasio-
" ne inobedienter contra dominum superbire
" mallens, de superiori statu in inferiorem sortem
" cum omni sua progenie subsequente in labore
" & erumpna procreatus est. Cumque nature
" sub lege per multa tempora innumerabili prole
" nationeque erat solutus, tandem misericors au-
" thor, ne sua factura periret, misericordiam non
" judicium pensans, legem mittere, prophetasque,
" & mundo vesperascente per unigenitum filium
" suum incarnatum legem gratiæ super homines
" . . . . . Et pro multiplici hominum multi-
" tudine, humanum genus per multas gentes lin-
" guasque dividens, secundum ejusdem legis ju-
" dicium, quamvis equali origine tamen divina
" conscientia & humana solertia pro lege servan-
" da, alios in superiori gradu constituit Imperato-
" res & Reges, qui spiritu sancto gubernante, sub-
" ditorum causam modò disciplinaliter, modò mi-
" sericorditer procurarent, & divinis legibus ad-
" herentes, militum curam munera dando, humi-
" humque inopiam consolationem præstando
" sustinerent; alios in inferiori humiles subditos,
" qui aliis gubernantibus obsequium subjectionis
" ministrarent. Igitur quoniam omnes qui pro-
" sunt, propter donorum largitionem & divitia-
" rum impertitionem, ab hominibus amabilem
" laudem, & à Deo glorioſam remunerationem
" habent. Ideo ego *Ædmundus*, ex regali pro-
" genie, Deo annuente regenteque, super *Angli-*
" *genas* aliasque multas gentes in circuitu habi-
" tantes, Rex ordinatus, amabili vassallo meo
" *Ædrico*, fidelique amico, duas terræ mansas in
" perpetuam dono hæreditatem. Quatenus tem-
" poralium rerum mobili presentia utens, fidelem
" obedientiam ac pacem laudabilem erga regni
" sceptra nostri, & regale nostrum solium æterna-
" biliter impetret & benigniter servet: & post
" presentis vitæ excessum illis quibuscunque vo-
" luerit subsequentibus hoc donum commendet,
" ut in omnibus paterne obedientie exemplis cir-
" ca regiam dignitatem fideles inveniantur. Pro
" eo illam terram perhenniter ipse primus pater,
" cum suis quibus post se commendavit à proge-
" nie in progeniem, in illis terminis quibus periti
" coloni ipsius regionis proprium nomen antiquo
" proposito esse dicunt Stoke dispono, ut possi-
" deat & perpetua graphii custodia me largiente
" cum omnibus pertinentibus ipsius telluris offi
" cio, campis, pratis, pascuis, teneatur, his tribus ex-
" ceptis ad regalem dignitatem necessariis, expe-
" ditione, pontis arcisve cooperatione. His nam-
" que terminis ex omni parte sita terra dinoscitur
" esse circumgirata, &c. [*Meta Saxon. hic inserenda, sed exemplari desunt.*]

" Quicunque istam terram præsignatam cum
" mea voluntate meaque benedictione benigniter
" & humanitus sub tali decreto talique graphio
" æternaliter custodierit, & regali more terminos
" ipsius in ampliore telluris protentu dilataverit,
" auctor donorum spiritus omnem præsentem
" conversationem illius omni hilaritate & rerum
" omnium prosperitate magnificet & jocundet;
" potens in terra sit semen ejus; ipsius generatio
" benedicatur; gloria & divitiæ in domo ejus,
" & justicia ipsius maneat in seculum seculi; &
" post hanc lucem temporalem eterno lumine
" cum omnibus Sanctis in regno celi perfruatur.
" Et è contrario quisquis, me nolente,meque pro-
" hibente, invidie stimulis agitatus, & ejus exe-
" crabili livore retortus, ejusdem terræ dimensi-
" onem diminuerit, & sub tali pacto non custo-
" dierit, presens commiseratio ipsius in terris ab
" omni bonorum possibilitate diminuatur, & in
" die futuro calamitatis collocetur à sinistris cum
" Tartarorum demoniis, ubi erit fletus & stridor
" dentium, pœna eterna sine præstolatione con-
" solationis, nisi digna pœnitentia & reconciliati-
" one pura per satisfactionem in hujus lucis spatio
" hoc emendaverit & ampliùs peccare desinerit.

" Anno ab incarnatione Domini nostri Jhesu
" Christi DCCCCxlj. indictione xiiij. librata est 941.
" in hoc graphio ista terra. Hæc sunt nomina illo-
" rum testium graphium hoc attestantium cum
" nomine regis.

" Ego *Ædmundus*, *Anglicarum* aliarumque
" nationum Rex, hanc telluris donationem sub
" sigillo dominicæ crucis tradidi ✠.

" Ego *Ædred*, ejusdem regis frater, consig-
" navi ✠.

" Ego *Odo*, *Dorobernensis* ecclesiæ archiepisco-
" pus, regis traditionem tropheo crucis assignato
" benedixi ✠.

" Ego *Theodred*, *Londonensis* episcopus con-
" secravi ✠.

" Ego *Alphah*, *Wintonensis* episcopus adjuva-
" vi ✠.

" Ego *Cenwold* episcopus prædestinavi ✠

" Ego *Elstric* episcopus munivi ✠.

" Ego *Burg ic* episcopus in hoc adhesi ✠.

" Ego *Wlfhelm* episcopus hoc sigillum im-
" pressi ✠.

" Ego *Alfgar* episcopus hæc certando me esse Ita MS.
" decrevi ✠.

" Ego *Wulfgar* dux ✠.

" Ego *Elfhelm* dux ✠.

" Ego *Athelwold* dux ✠.

" Ego *Athelwin* dux ✠.

" Ego *Athelstan* dux ✠.

" Ego *Uhtred* dux ✠.

" Ego *Odo* minister ✠.

" Ego *Wullaf* minister ✠.

" Ego *Wulluric* minister ✠.

" Ego *Ordeah* minister ✠.

" Ego *Athered* minister ✠.

" Ego *Alsric* minister ✠.

" Ego *Withgar* minister ✠.

" Ego *Wudgar* minister ✠.

" Ego *Atheric* minister ✠.

" Ego *Ulfhelm* minister ✠.

" Ego *Ædmund* minister ✠.

" Ego *Ælfred* minister ✠.

" Ego *Ælffige* minister ✠.

" Ego *Ælffige* minister ✠.

Ædredus

Ibid. fol. 4 a. *Ædredus* Rex, hujus scripti testimonio, IX. mansas agelluli in loco qui à ruricolis *Purbicinga* nuncupatur, ut in presente continetur scripto, dono suo commisit.

IN nomine Dei summi & altissimi Jesu Christi. Beatorum universorum voce monemur preclarâ, ut procuremus incessanter, sine amaritudine mentis, hujus seculi ambitione, integra libertate, apertis januis intrare ad eum qui suo cruore scelera nostra detersit injusta. Idcirco ego Ædredus *Rex* Anglorum, *ceterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator & rector, secundo anno imperii mei litteratoriis apicibus roboravi, quod cum consensu heroicorum virorum tradidi cuidam religiose femine vocitate nomine* Ælfthrith. *Et pro amabili petitione patris sui viij. mansas agelluli; necnon pro placabili pecunia quam mihi in sua devotionis obsequio detulit, hoc est, lx mancusas purissimi auri, in illo loco ubi turbarum collatione jamdudum nomen illatum hoc adesse profertur pars telluris* Purbicinga, *ut terram jam prefatam in eo scilicet evante confessu tramitibus sue possideat vite; deinceps namque sibi succedenti cuicunque voluerit heredi derelinquat in aternam hereditatem. Maneat igitur meum hoc immobile donum aterna libertate jocundum, cum omnibus qua ad ipsum locum pertinere dinoscuntur, campis, pascuis, pratis, silvis, excepto communi labore & expeditione, pontis arcisve coedificatione. Si qui denique mihi non optanti hanc libertatis cartam livore depressi, violari fategerint, agminibus tetre caliginis lapsi, vocem audient examinationis die arbitri sibi dicentis:* Discedite a me maledicti in ignem aternum; *ubi cum demonibus ferreis fartaginibus crudeli torqueantur pena, si non ante mortem digná hoc emendaverint pœnitentiá. Istis terminibus predicta terra circumgyrata esse videtur, &c.* [Metæ Saxonicæ in exemplari desiderantur.]

948. *Acta est hac prafata donatio anno ab incarnatione Domini DCCCCXLVIII. indictione VI.*

Ego Ædredus *Rex* Anglorum *prafatam donationem sub sigillo sancta crucis indeclinabiliter consensi atque roboravi* ✠.

Ego Odo, Dorobernensis *ecclesia archiepiscopus ejusdem regis principatum & benevolentiam sub sigillo sancta crucis concluso* ✠.

Ego Theodred, Lundonensis *episcopus corroboravi* ✠.

Ego Alpheah, Wintonensis *ecclesie episcopus testitudine sancta crucis subscripsi* ✠.

Ego Alured *episcopus consignavi* ✠.
Ego Wlsige *episcopus comoluso* ✠.
Ego Alfgar *episcopus roboravi* ✠.
Ego Alfred *episcopus consensi* ✠.
Ego Athelstan *dux* ✠.
Ego Ædric *dux* ✠.
Ego Ealfhelm *dux* ✠.
Ego Edmund *minister* ✠.
Ego Alfsige *minister* ✠.
Ego Athelsige *minister* ✠.
Ego Elfstan *minister* ✠.
Ego Wluric *minister* ✠.
Ego Alfred *minister* ✠.
Ego Wluric *minister* ✠.
Ego Aluric *minister* ✠.
Ego Athelgard *minister* ✠.

Ætheldredus Rex istius inscriptionis firmitate, in loco noto qui nuncupatur Tillebirt, *xx. mansas ecclesie sancti* Edwardi *in perpetuum contulit.* Ibid. fo. 2. b.

"O altithroni genitoris ingenitl, ejusdem-
"que nativi divinitus uniti, cum sancti
"unione paracleti, monarchia, rebus essendi fa-
"cultatem, ac illis ne adnullenter suavem im-
"pertiente gubernationem filiis adoptionis, non
"jam vetuste configuratis ignorantiæ desideriis,
"sed secundum eum ut ait beatus apostolus *Pe-*
"*trus: qui vocavit vos sanctus est: ipsis quo-*
"*que in omni sancta conversatione fundatis* com-
"mutatione temporalium spes futurorum ac e-
"ternalitas possidendorum conceditur. Fiducia
"bonorum hujusmodi, mihi gratuitò, uti cete-
"ris, allubescente gratiâ, ego *Atheldred*, regio-
"nis *Angligenarum* rex, monasterio sanctimo-
"nialium, quod intulani ufitato Schaftesbury
"appellant onomate, xx. mansas, illo in loco
"qui noto aet Tillebirt vocatus vocamine sitas,
"quas sicut antiquis diebus omnes antecessores
"mei illuc donaverunt, ita ego quoque hiis regni
"mei temporibus eandem donationem, cum op-
"timatum meorum consultu renovando in here-
"ditatem concedo perheonem. Nam & pristinis
"ante me temporibus avus meus, *Ædmund* sci-
"licet Rex, idem pro commutatione *Buttis-*
"*canlea* adquisitum conjugi sue *Algife* in jus æ-
"ternaliter habendum concessit, & ipsa quoque
"illud ad laudem Domini & Salvatoris nostri
"Jesu Christi, ejusque genetricis semperque vir-
"ginis *Mariæ*, adque æternam sui liberationem
"præfato studuit attribuere loco. Sed patruus
"meus, *Ædmi* viz. Rex, post obitum *Alfigife*
"supradicte jus mutavit, hoc ipsum sibi viz.
"*Buccicanlea* accipiens sanctorum cœnobio præ-
"fatam terram aet Tillebirt perpetualiter
"attribuens. Quod idcirco cum optimatibus
"meis renovare studui, ut omnibus mihi hanc vo-
"luntatem inesse manifestè pateat, eandem por-
"tionem cum omnibus ad se rite pertinentibus ab
"omni mundana servitute, sicut antiquitus, li-
"beram fore, tribus exceptis, rata expeditione,
"pontis, arcisve recuperatione. Silvam sane
"Fiemyllebar appellatam, quam meorum qui-
"dam præpositorum ausu diripere conabantur in-
"festo, eidem monasterio totam integramque
"restituo, & nullus hanc invadere, nullus un-
"quam sibi aliquatenus audeat usurpare, sed uti
"olim, seu prædixi, ita nunc & in posterum ad
"inibi Deo famulantium usum, quam diu rota
"voluitur hujus seculi, libera perpetualiter existat.
"Si quis igitur hanc meam cum Dei voluntate
"renovatam præsumpserit infringere donatio-
"nem, æternis baratri incendiis cum diabolo sine
"fine crucietur, nisi in hac priùs emendaverit vi-
"ta quod contra nostrum deliquit decretum.
"Rus verò præfatum hiis metis idcirco rotatur,
"&c. [*Hic iterum meta Saxonica in exemplari*
"*desiderantur.*]

"Anno Dominice incarnationis DCCCC- 984.
"LXXXIIII. scripta est hec donationis mee car-
"tula. Testibus his omnibus unanimiter adquies-
"centibus quorum inferius onomatum stigmata
secundum

" ſecundùm competentem unicuique dignitatem
" caraxantur.
" Ego *Æthelred* Rex *Anglorum*, præfatam
" donationem renovando cum ſacre crucis impreſ-
" ſione Deo omnibuſque Sanctis ejus æternaliter
" conceſſi ✠.
" Ego *Dunſtanus* archiepiſcopus concedendo
" adquievi ✠.
" Ego *Oſwaldus* archiepiſcopus conſenſi ✠.
" Ego *Athelwold* epiſcopus conſolidavi ✠.
" Ego *Alfſtan* epiſcopus corroboravi ✠.
" Ego *Alfſtan* epiſcopus conſcripſi ✠.
" Ego *Athulf* epiſcopus conſignavi ✠.
" Ego *Alfeah* epiſcopus conſigillavi ✠.
" Ego *Alwig* epiſcopus conſenſi ✠.
" Ego *Alfric* epiſcopus corroboravi ✠.
" Ego *Athelſige* epiſcopus conſignavi ✠.
" Ego *Wlgare* epiſcopus concluſi ✠.
" Ego *Athelgar* epiſcopus confirmavi ✠
" Ego *Alfwine* dux ✠.
" Ego *Beornod* dux ✠.
" Ego *Athelwerd* dux ✠.
" Ego *Alfric* dux ✠.
" Ego *Ordulfe* miniſter ✠.
" Ego *Godwine* miniſter ✠.
" Ego *Alfward* miniſter ✠.
" Ego *Wlfſige* miniſter ✠.
" Ego *Alfric* miniſter ✠.
" Ego *Beorthwold* miniſter ✠.
" Ego *Leofric* miniſter ✠.
" Ego *Athelmer* miniſter ✠.
" Ego *Alfwine* miniſter ✠.
" Ego *Athelſige miniſter* ✠.
" Ego *Athelweard* miniſter ✠.
" Ego *Alfgar* miniſter ✠.
" Ego *Wlfige* miniſter ✠.
" Ego *Wlfric* miniſter ✠,
" Ego *Leofric* miniſter ✠.
" Ego *Leofwine* miniſter ✠.

Ibid. fol 1. *Hac eſt carta* Actheldredi *regis de* Bradefordia, *quam in perpetuum ſuccedens teſtatur tranſcriptum, eccleſiæ ſancti* Edwardi *de* Shaftisbury.

" COnditore creaturarum univerſalium, ſeu
" quæ in ſecretis celeſtibus ocellis hactenus
" latent humanis, ſeu que in terris viſibiliter pa-
" tent, ſeu que in profundis gurgitibus fluctiva-
" gis circumquaque trahuntur diſcurſibus in ſuæ
" incommunicabilitatis firmiſſima eternaliter reg-
" nante ſtabilitate, cunctaque ab ipſo & per ip-
" ſum & in ipſo condita, redempta, vivificata ſunt,
" ineffabili ſue mageſtatis regente privilegio, hu-
" jus erumpnoſe ac miſerrime vite inſtabilitas
" flebilibus querimoniis ſue defectionis jam jam-
" que ſupervenientis laborioſum prenuntiat ter-
" minum. Quippe cum veritatis præconium quæ
" in ſe poſt illam protoplaſti prevaricationem,
" carnem noſtre mortalitatis, ut eam immor-
" talem poſtmodum redderet, ex intemerato
" ſemper virginis utero pro ſalute totius huma-
" ni generis induere dignata eſt, noſtra ſuſcipiens,
" ſuaque haut relinquens, inter cetera ſue am-
" monitionis eloquia, ita dicendo omnibus pro-
" clamaret. *Cum videritis hæc fieri, ſcitote quod*
" *prope eſt regnum Dei. Amen dico vobis quia*
" *non præteribit generatio hæc donec omnia fiant.*
" *Celum & terra tranſibunt; verba autem mea*
" *non tranſibunt.* Attamen alicubi fidelium un-
" dique conſulendo ſaluti, lucrumque requirens
" quas proprio livore redemit animarum falu-
" berrimum, ut ita dixerim, ſubminiſtravit anti-
" dotum, taliter univerſos commonens: *Ven-*
" *dite quæ poſſidetis & date elemoſinam & ecce*
" *omnia munda ſunt vobis.* Talibus mandatorum
" Chriſti ſententiis à meis frequentiùs premoni-
" tus conſiliariis, & ab ipſo ſummo omnium lar-
" gitore bonorum, diriſſimis hoſtium graviter nos
" depopulantium creberrime anguſtiatus flagellis,
" Ego *Atheldredus*, Rex *Anglorum*, ut ſupradi-
" cte merear particeps fore promiſſionis, quod-
" dam Chriſto ac Sancto ſuo, germano ſcilicet
" meo *Edwardo*, quem proprio cruore profuſum
" per multiplicia virtutum ſigna ipſe dominus
" noſtris mirificare dignatus eſt temporibus, cum
" adjacente undique villa, humili devotione of-
" fero cœnobium quod vulgariter aet Bradefor-
" da cognominatur, hoc meum ſub ſapientum
" meorum teſtimonio tacitè præjudicans, ut ſu-
" pradictum donum ſancto ſemper ſubjaceat mo-
" naſterio aet Sceftesbirie vocitate, ac ditioni
" venerabilis familiæ ſanctimonialiũ inibi degen-
" tium, quatenus adverſus barbarorum inſidias
" ipſa religioſa congregatio cum beati martyris
" cæterorumque Sanctorum reliquiis ibidem Deo
" ſerviendi impenetrabile obtineat confugium. Et
" adepto, poſtmodum, ſi Dei miſericordia ita pre-
" viderit, pacis tempore rurſus ad priſtinum re-
" vertantur ſtatum, ea tamen ratione ut in loco
" quem Domino obtuli pars aliquantula ex ipſa
" remaneat familia, que divini operis ſedula mi-
" hi jugiter expleat officia; hocque an fieri poſ-
" ſit ſapienti conſilio Prioris præmeditetur indu-
" ſtria. Sin aliàs, prævideat rectoris examinatio,
" unde ibidem continuè exerceatur ordo pſalmo-
" die. Ut autem iſta noſtra donatio incommu-
" nicabilem capiat ſtabilitatem, & ut præſentes
" quid obſervent, vel ſubſequantur certius ag-
" noſcant futuri; hoc interea hac ſcedula anno-
" tari dignum duxi, quatenus præſcripta villa cum
" omnibus ad ſe ritè pertinentibus, campis, ſilvis,
" paſcuis, pratis, ita ſanè ut ego ipſe illam in uſus
" poſſederam proprios, venerabili ſupradicte fami-
" lie Chriſto ſanctoque martyri inceſſanter famu-
" lanti ſemper ſubjugetur liberrima; tribus tan-
" tummodo exceptis communium laborum utili-
" tatibus, ſi contingat expeditionem promoveri,
" arcem pontemque conſtrui. Hocque regia
" precipimus authoritate, ut nullius elatio, vel
" muſitatio altioris aut inferioris perſone, hanc
" noſtram donationem evertere ſeu minorare
" preſumat, hoc ſolummodo adverſus omnia con-
" tradicentium machinamenta noſtræ dapſilitatis
" prævalente privilegio. Preſertim, cum ego
" hoc non privatim pro remedio animæ meæ, ſed
" pro totius noſtræ genealogiæ, qui vel olim præ-
" terierunt, vel in poſterum fortè venturi ſunt,
" generali ſalute dictaverim. Nec iſtud decretum
" noſtris tantùm temporibus perduret immuta-
" bile, verùmetiam & ſucceſſorum meorum die-
" bus, quos, quales, qui, ſeu quoti futuri ſunt, Dei
" preſtet æterna prædeſtinatio. Quiſquis autem
" hanc noſtram munificentiam amplificare ſtudu-
erit

"erit, augeatur ei in presenti temporis qui-
* Al. centuplicis. "eti longevitas & in futuro * centuplicate
"retributionis celeste præmium. Qui vero
"evertere, aut in aliud quis transferre fategerit,
"adbrevietur hic dies vitæ ipsius, ut cum his qui
"Christo resistere nituntur in inferiori pro-
"longetur inferno, ni velocius recedat a per-
"versa meditatione, & eum quem offendere non
"metuit, dignis penitentie lamentis placare festi-
"naverit. His confinüs præscripta circumcingi-
"tur tellus.

"Aeneſt of ſeuen on thepe[hepepar de
"ſcbeo ſuð &c. (*cætera desunt.*)

"Scripta est siquidem hæc cartula anno Domi-
1001. "nice incarnationis millesimo primo, indictione
"xiiij. horum testimonio sapientum quorum no-
"mina inferiùs descripta esse cernuntur.

"Ego *Athelredus* Rex, hanc largitatem Chri-
"sto sanctoque martyri *Edwardo* humili obtuli
"devotione, & ne nostra oblatio oblivionem for-
"sitan in posterum sortiretur, omnia prout gesta
"sunt hac in schedula exprimi mandavi.

"Ego *Alfric, Dorobornensis* ecclesiæ archiepis-
"copus confirmavi ✠.

"Ego *Ealdulf, Eboracensis* ecclesiæ archiepis-
"copus condixi ✠.

"Ego *Adlestan, Wintanæ* ecclesiæ episcopus
"conscripsi ✠.

"Ego *Wlstan, London.* ecclesiæ episc. concluſi ✠.

"Ego *Ordbriht, Australium-Saxonum* episco-
"pus consigillavi ✠.

"Ego *Alpheah, Licetfeldensis* ecclesiæ episco-
"pus conquievi ✠.

"Ego *Liefwine, Fontanæ* ecclesiæ episcopus
"coadunavi ✠.

"Ego *Wlfige, Scirburnensis* ecclesiæ episcopus
"consensi ✠.

"Ego *Athelstan* filius Regis ✠.

"Ego *Edmund* filius Regis ✠.

"Ego *Adwig* filius Regis ✠.

"Ego *Ecgebirht* filius Regis ✠.

"Ego *Ædred* filius Regis ✠.

"Ego *Ædgar* filius Regis ✠.

"Ego *Athulf, Herefordensis* ecclesiæ episc. ✠.

"Ego *Godwine, Rovecen.* ecclesiæ episcopus ✠.

"Ego *Alwolf, Cridiensis* ecclesiæ episcopus ✠.

"Ego *Algar, Orientalium Anglorum* episc. ✠.

"Ego *Æſewig, Dorcensis* ecclesiæ episc. ✠.

"Ego *Atheldred, Cornubiensis* eccles. episc. ✠.

"Ego *Sigeferd, Lindissi* ecclesiæ episcopus ✠.

"Ego *Alwerd* abb. ✠.

"Ego *Alfsige* abb. ✠.

"Ego *Wlfgar* abb. ✠.

"Ego *Alfere* abb. ✠.

"Ego *Alfsige* abb. ✠.

"Ego *Leofric* abb. ✠.

"Ego *Godwine* abb. ✠.

"Ego *Alfric* dux ✠.

"Ego *Ælfhelm* dux ✠.

"Ego *Leofsige* dux ✠.

"Ego *Leofwine* dux ✠.

"Ego *Athelmar* minister ✠.

"Ego *Ordul'* minister ✠.

"Ego *Weltheah* minister ✠.

"Ego *Adric* minister ✠.

"Ego *Wluric* minister ✠,

"Ego *Athelric* minister ✠.

"Ego *Siwert* minister ✠.

"Ego *Sired* minister ✠.

"Ego *Wlgar* minister ✠.

"Ego *Leofwine* minister ✠.

TAVESTOCIENSE
Cœnobium in agro Devonienſi.

EST in *Domnonia* cœnobium monachorum juxta Tau fluvium, quod Tavistok vocatur, quod per *Ordgarum*, comitem *Domnoniensem*, patrem *Elfridæ*, quæ fuit uxor regis *Edgari* surgendi exordium, per *Livingum* episcopum (*Exon.*) crescendi accepit auspicium. Locus amœnus opportunitate nemorum, capturâ copiosâ piscium, ecclesiæ congruente fabricâ, fluvialibus rivis per officinas monachorum decurrentibus, qui suo impetu effusi, quicquid invenerint superfluum, portant in exitum. *Rumonus* sanctus ibi prædicatur, & jacet episcopus pulchritudine decoratus scrinii, ubi nulla scriptorum fides assistit opinioni, quòd non solùm ibi, sed in multis locis *Anglia*, invenies violentia hostilitatis abolitam omnem gestorum notitiam, nuda Sanctorum nomina, & si quæ modo prætenduut miracula sciri. Cernitur in eodem monasterio sepulchrum *Ordgari*, spectaculoque ducitur enormitas mausolei filii ejus. *Edulfus* hic vocatus est, gigantææ molis, & immanis roboris, sicut breviter demonstrare incidit animo. Viam agebat cum *Edwardo* rege, cujus erat cognatus, *Exoniam* versus. Ita cum juxta portam equis dissiluissent, offenderunt introitum forinsecùs repagulis, intùs feris damnatum. Et fortè janitor, quem latuisset eorum adventus (nam domestico adequitaverant ocio) longè discesserat. Tùm *Edulfus* ambabus manibus arripiens repagula, parvo, ut videbatur, conamine dejecit in frusta, partem etiam muri pariter evellens. Semelque calefactus, & secum infrendens secundò virtutum periculum dedit. Nam pedis impulsu valvas debilitans biforem recluſit cardinem, adeo ut etiam materiam elideret. Cæteris laudantibus, rex factum jocularitèr attenuans, diabolicæ fortitudini, non humanæ virtuti attribuit. *W. Malmesb. fo. 146. a. n. 10.*

Anno DCCCCXCvij. Ad hæc etiam *Ordulfi* primatis monasterium, quod Tauſtoke dicitur, combussit, (videlicet, exercitus *Danorum*) ingentique præda onustus, ad naves repedavit. *R. Hoved. f. 246. a. n. 10.*

Anno gratiæ DCCCCIxj. *Ordgarus* comes, cœnobium apud Thavistoke, in *Devonia* construxit, & illud religiosis monachis replevit. Erat autem comes *Ordgarus* pater *Ælfdrithæ*, reginæ regis *Eadgari*, ex qua genuit *Æthelredum*, postea regem *Anglorum*. *Math. westm. annales.*

Chartæ regum de Inspeximus *dictæ.*

R. (*&c.*) Inspeximus cartam quâ celebris memoriæ *Ædelred*, quondâ rex *Angliæ*, fecit abbati & conventui de Tavistok in hæc verba. Cart. 22. Ed. 3 n. 38 memb. 17.

" *Universitatis Creatore in eternũ regnante,*
" ac justo moderamine cuncta creata vi-
" sibilia & invisibilia miro ineffabilique
" modo gubernante ; Ego *Æthelred*
" *Anglicæ* nationis, cæteratumque gentium
" triviatim intra ambitum *Britanniæ* insu-
" læ degentium, regiæ dignitatis solio ad
" tempus, Christi mundi redemptoris gra-
" tia, subtronizatus basileus, a quodam-
" milite avunculo videlicet meo, qui secundæ re-
" generationis utero innovante gratia ineffabiliter
" editus, nobili *Ordulf* pollens floret onomate,
" humili devotione compunctus, subnixis depo-
" scens precibus efflagitare Deum compunctus
" gratiâ benivolus ceperat ut arcisterium, cui
" notabile at **Tavistoce** fulget vocabulum, ubi
" mater ejus fraterque, ava videlicet mea & avun-
" culus ceterique nostre posteritatis propapies
" mausoleis ſomate tumulati, tuba hujus caduce
" vite clangente ultima, terciam resurrectionis
" nativitatem, animâ corpori Deo faciente in ictu
" oculi mirabiliter associatâ, diem judicaturi vel
" judicandi prestolantur extremum, ut ibi loco
" celebri domino nostro Jesu Christo ejusque ge-
" netrici semperque virgini *Mariæ* dedicato, mo-
" nachos non seculares set regulares in omnibus
" sancte regule obtemperantes preceptis, licenter
" constituerer, filciſque naturalibus devotus locu-
" pletaret. Ejus igitur votis applaudendo, voti
" compos animi, & quod fides catholica popoſce-
" rat admodum libens tripudianſque concesſi.
" Admiranda namque ejus fidei constancia. Nam
" illo in tempore quo præfatus miles, sancti spiri-
" tus gratia compunctus, ad legitimos monacho-
" rum usus, ad æternæ vitæ lucrum, hoc constru-
" xerat cœnobium, cæteri quique infidelitatis ne-
" vo turpati, loca sancta dissipantes, sancte reli-
" gionis monachos insipidi, me impote nolente-
" que, infantili adhuc, ut ita dicam, etate vigente,
" atrociter, veluti pagani, ad perpetuum sui
" dampnum fugabant. Ejus igitur benivolencie
" congaudens, meorum optimatum usus consilio,
" libertatis privilegium prefato loco sancte Dei
" genitrici semperque virgini *Mariæ* dicato, ma-
" gna animi alacritate tripudians concedo, & se-
" cundum patroni nostri beati *Benedicti* traditio-
" nem, post obitum abbatis qui nunc sancto præ-
" sidet loco, abbas ex eadem eligatur congregati-
" one qui dignus sit tali fungi officio; aliorsum ve-
" rò minimè, nisi culpis promerentibus inibi in-
" veniri nequiverit qui aptus sit animabus lucran-
" dis. Quod si hoc, quod absit, miserabiliter e-
" venerit, de alio noto & familiari monasterio un-
" animi fratrum consilio eligatur, cujus vita pro-
" babilis sapientia predita, cultuque religionis ful-
" gida, fidelibus clarescat. Finitis namque diebus
" benivoli & laudabilis viri; qui specialis lucri co-
" pia sanctum dapsilis ditavetat locum, laicorum
" nemo ipsius loci dominium presumens sibi usur-
" pet. Rex verò, quæ ab eo Domino nostro Je-
" su Christo ejusque genitrici semperque virgini
" *Mariæ* ab æterno usque remunerationem con-
" cessa sunt vel concedenda, nec abbas nec alicu-
" jus persone homo licenciam habeat pro pecunia
" vendendi vel gratis concedendi vel mutandi,
" set æterno Deo maneat imperpetuum, quod ei
" concessum vel concedendum est. Regum verò
" munimine deinceps ipse locus domino prote-
" gente tueatur, ipsiusque loci abbas regi deservi-
" ens, gregem sibi commissum dirocheo, id est,
" duplici pasto foveat. Sit igitur præfatum mo-
" nasterium omni terrene servitutis jugo liberum,
" tribus exceptis, rata videlicet expeditione, pon-
" tis, arcisve restauratione. Si quis verò tam epi-
" lempticus philargyrie seductus amentia, quod
" non optamus, hanc nostre munificencie dapsili-
" tatem ausu temerario infringere temptaverit,
" sit ipse alienatus à consorcio sancte Dei ecclesiæ,
" necnon & à participatione sacrosancti corporis
" & sanguinis Jesu Christi filii Dei, per quem totus
" terrarum orbis ab antiquo humani generis inimi-
" co liberatus est, & cum *Juda* Christi proditore,
" sinistra in parte deputatus, ni prius hic digna sa-
" tisfactione humiliter penituerit quod contra san-
" ctam Dei ecclesiam rebellis agere presumpserit,
" nec in vita hac practica veniam, nec in theorica
" requiem apostata optineat ullam ; set æternis
" baratri incendiis trusus cum *Anania* & *Saphira*
" jugiter miserrimus crucietur. Anno dominicæ
" incarnationis DCCCLxxxj. indictione ix. scrip- 981.
" ta est hæc carta. Hiis testibus consentientibus,
" quorum inferiùs nomina caraxantur. ✠ Ego
" *Adelred*, rex totius *Britanniæ* præfatam dona-
" tionem cum sigillo sanctæ crucis confirmavi.
" ✠ *Dunstan*, *Dorobernensis* ecclesiæ archiepis-
" copus ejusdem regis benivolentiam consensi.
" ✠ Ego *Alfthrith* ejusdem regis mater hanc do-
" nationem confirmavi ✠.
" ✠ *Oswald* archiepiscopus triumphalem tro-
" pheum agiæ crucis impressi.
" ✠ *Adelnuold*, *Pictaviensis* ecclesiæ episcopus
" prædictum donum consensi.
" ✠ Ego *Alfstan*, *Londoniensis* ecclesiæ episco-
" pus consignavi.
" ✠ Ego *Athelgar* episcopus tropheum agiæ
" crucis imposui.
" ✠ Ego *Alfstan* episcopus jubente rege sig-
" num crucis infixi.
" ✠ Ego *Alfstan* episcopus consensum prebui
" figens crucem.
" ✠ Ego *Athulf* episcopus crucis modum
" manu propria subscripsi.
" ✠ Ego *Ælfric* episcopus.
" ✠ Ego *Ælfeah* episcopus.
" ✠ Ego *Cerdic* episcopus.
" ✠ Ego *Ædelric* episcopus.
" ✠ Ego *Wulfr.* episcopus.
" ✠ Ego *Alchere* dux.
" ✠ Ego *Athelwine* dux.
" ✠ Ego *Bryhtnod* dux.
" ✠ Ego *Athelbriht* dux.
" ✠ Ego *Athelmere* dux.
" ✠ Ego *Ædwine* dux.
" ✠ Ego *Athelweard* min.
" ✠ Ego *Ordelweard* min.
" ✠ Ego *Beorthwold* min.
" ✠ Ego *Ælfric* minister.
" Ego *Brightwold* minister.
" Ego *Ælfric* minister.
" Ego *Ordelm* minister.
" Ego *God* minister.
" Ego *Ælfric* minister.
" Ego *Leofwine* minister.
" Ego *Leofric* minister.

" Ego

" Ego *Ælmere* minister.
" Ego *Goduuine* minister.
" Ego *Ælwi.e* minister.
" Ego *Ælfric* minister.

Ibid. INspeximus etiam cartam quam dominus *H.* quondam rex *Anglie*, progenitor noster, fecit prætatis abbati & conventui in hæc verba. H. *rex* Angliæ Willielmo *episcopo* Exon. & Ricardo *filio* Baldwini *vicecomiti, & omnibus fidelibus suis de* Denelcira *& de* Cornualia *salutẽ. Volo & mando vobis, & precipio firmiter, quod faciatis venire ad dominium ecclesia mee de* Tavistoch, Rueberge & Cudelipe, *quas* Wymundus Willielmo *fratri suo injuste tradidit. Et prohibeo ne aliquis preter monachos ipsas terras amplius teneas, vel alias aliquas que de dominio ecclesie fuerunt, exceptis illis quas* Gaufridus *abbas dedit ad servicium milicie. Et precipio ut ipsa ecclesia mea habeat & teneat omnes terras & tenuras suas liberè quietè & integrè, & ne aliquis abbas ulteriùs aliquam distrahat vel alicui donet preter confirmationem meam, & assensum etiam tocius capituli. Volo etiam & precipio pro anima* Willielmi *regis & mea, hundredum de* Tavestoch *liberum esse per se & quietum, ne in aliquo hundredo* Lifton *subjaceat aut respondeat. Et concedo, sicut per aliam cartam concessi, mercatum esse omni die Veneris in villa de* Tavistoch, *& nundinas ad festum sancti* Rumoni *per tres dies. Et prohibeo ne aliquis emptor sive venditor thelonium suum ibi retineat, qui illud in vicinis burgis vel civitatibus meis juste dare debeat. Testibus* Radulfo *archiepiscopo* Cantuar. & Willielmo *filio regis, &* Roberto *comite de* Pellent *apud* Doyham. Inspeximus eciam cartam quam dominus *H.* quondam rex *Anglie* proavus noster fecit prefatis abbati & conventui in hæc verba. H. *rex* Angliæ, *dux* Normanniæ & Aquitaniæ, *& comes* Andeg. *justicar. & vicecom. & ministris & omnibus fidelibus suis* Angliæ, *salutem. Concedo quod* Walterus *abbas de* Tavistoca *habeat omnes warennas & defensa sua in bosco & plano, ita bene & in pace & honorificè sicut rex* H. *avus meus antecessori suo per breve suum concessit. Et prohibeo ne quis in eis fuget, vel leporem capiat, sine ejus licencia, super x. librarum forisfacturam. Teste* Henrico *de* Oyer, *apud* Oxenford. Inspeximus eciam quandam aliam cartam ejusdem domini *H.* quondam regis *Anglie* in hec verba. H. *rex* Angliæ & *dux* Norman. & Aquitan. & *comes* Andegav. *justiciar. vicecom. & omnibus ministris suis* Devoniæ & Cornubiæ *salutem. Precipio quod abbas & monachi mei de* Tavestocha *habeant & teneant omnes terras & tenuras suas & ministeria sua, ita bene & in pace liberè, & quietè, & justè & integrè, & honorificè, sicut predecessores sui melius & liberius habuerunt & tenuerunt tempore regis* H. *avi mei. Et prohibeo ut ipsi inde in placitum ponantur nisi coram me, nisi nominatim precepero. Teste* Gaufrido *archiepiscopo* Cantuar. *apud* Silvestonam, *(&c.)* Nos autem concessiones & confirmationes prædictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, nunc abbati & conventui dicti loci de Tavistok & successoribus suis concedimus & confirmamus, sicut cartæ prædictæ rationabiliter testantur, & prout iidem abbas & conventus & prædecessores sui terras & tenementa prædicta hactenus tenuerunt, & libertatibus prædictis rationabiliter usi sunt & gavisi. His testibus venerabilibus patribus *J.* archiepiscopo *Cantuar.* totius *Anglie* primate, *W.* episcopo *Winton.* thesaurario nostro, *Henrico* comite *Lancastr. Willielmo* de Bohun comite *North. Henr.* de Percy, *Radulpho* de Stafford, *Richardo Talbot* tenescallo hospitii nostri, & aliis. Dat. per manum nostram apud *Westmon.* xiij. die Februar.

Per finem quinque marcarum solutarum clerico hanaperii *Devon.*

RUMESIENSE
Cœnobium in agro Hantonienſi.

APud *Rumesciam*, quod cœnobium præcellentissimus rex *Edgarus* instituit, novi jacere duarum virginum corpora, *Merewinne* & *Elfreda*, quarum gesta, quòd nescio, non tam prætereo, quàm ad majorem scribendi diligentiam reservo, si fortè cognovero. *W. Malmesb.* fol. 140 b. n. 20.

Anno DCCCCvij. Rex *Angl. Edgarus* in monasterio *Rumesia* (quod avus suus Rex *Edward.* senior construxerat) sanctimoniales collocavit, sanctamque *Merwinam* super eas abbatissam constituit. *R. Hoved.* fol. 244. b.

Literæ Regis *Patentes* dictæ.

REX *omnibus &c. Salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam per dilectum & fidelem nostrum* Nicholaum *de* Turri, *& socios suos justiciarios nostros ultimò itinerantes in comitatu* Suthampton *fieri fecimus, quod abbatisse de* Romeseye *habuerunt furcas in manerio suo de* Romeseye, *& habere consueverunt à tempore* Edgari. *quondam regis* Angliæ, *qui abbaciam de* Rumeseye *fundavit, usque ad decessum* Matill. Paric. *quondam abbatisse de* Rumeseye, *que anno tercio regni nostri obiit, ut dicitur, ex concessione ipsius regis* Edgari *& successorum suorum predecessorum nostrorum Regum* Angliæ, *illis use sunt, & quod post mortem ejusdem* Matill. *furcis illis use non fuerint, & quod nullus postea fuit dampnatus in eodẽ manerio, propter quod deciderunt furce predicte, ita quod postmodum use non fuerunt furcas illas sine licentia nostra relevare. Nos* Amicie *nunc abbatisse de* Romeseye *& monialibus ejusdem loci super hoc gratiam facere volentes specialem, concessimus illis quod furcas illas in manerio suo predicto possint levare, & eis uti sicut eisdem temporibus dicti regis* Edgari *& successorum suorum progenitorum nostrorum regum* Angliæ *use fuerunt. In cujus &c. Teste Rege apud* Westmon. *xxij. die Augusti.* Patent. 47. *Hen.* 3. memb. 4. nu. 10.

Confirmatio literarum precedentium.

Par. 8. Ed. 1. membr. 27.

REx omnibus, &c. salutem. Sciatis nos inspexisse cartam quam bone memoriæ dominus *H.* Rex proavus noster fecit ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Romeseye** in hæc verba. " *H.* Rex " *Anglie* & dux *Norman.* & *Aquitan.* & comes " *Andegav.* episcopo *Wynton.* & justitiariis & vi- " cecomitibus, & baronibus, & ministris, & om- " nibus fidelibus suis *Francis* & *Anglis* de **Hamp-** " **tescire** salutem. Sciatis me concessisse ecclesiæ " sanctæ *Mariæ* de **Romeseye** totum boscum " suum de **Northwod**, sicut Rex *Edwardus* eis " dedit & carta sua confirmavit. Et prohibeo ne " ministri mei se inde quicquam intromittant nisi " per abbatissam ejusdem ecclesiæ de **Romeseye.** " Testibus *Thoma Cantuar.* archiepiscopo, & *R.* " *Eborum* archiepisc. & *R. Lincoln.* episcopo, & " *Th.* cancellario, & magistro *Alvero* & *R* co- " mite *Legrec.* & *W.* filio *Hamonis*, & *Hamone* " *Boter.* apud *Sarum.* Et hoc vobis tenore præ- " sentium significamus. In cujus, &c. T. R. apud " *Wynton.* iiij. die Januarii.

HORTONENSE *Cœnobium in agro* Dorsetensi.

W. Malmesb. fol. 146. a. n. 20.

EST præterea in *Dorseta* nemus juxta *Hortunam*, quæ modo destructa, tunc ejus (*Ordgari* scilicet, comitis *Devoniæ*, qui sub *Edgaro* rege floruit, & mortem obiit anno DCCCClxxj.) liberalitate inter abbatias numerabatur. Ibi mirandæ fortitudinis dabat spectaculum, si quando remissis curis venerat in otium. Rivulus juxta saltum venationis feracem labitur, ab una ripa ad alteram decem pedum spatio. Ille divaricatis pedibus utramque continuabat, parvoque cultro ferarum ad se actarum capita levibus & penè irritis ictibus decutiebat in amnem, sed enim tantus talisque adhuc ætatis calore pervidus cessit morti, jussitque se apud *Hortunam* sepeliri; veruntamen quia secum quedam ecclesiæ danda demandaverat, prævenit abbatis *Siltritii* violentia, datorem & data pariter transferens in sua. *Subiricius* postea sub rege *Willielmo* piraticam aggressus, religionem pollut, ecclesiam inflammavit.

Leland. collectan. vol. i. p. 78.

Hoxton *cella de* **Shirburne.**

ORGARUS, comes *Devoniæ*, primus fundator. Postea quidam *Rogerus*, episcopus de **Shirburne**, obtinuit ab *Henrico* primo, ut possessiones monasterii de **Hoxton** transferret ad monasterium de **Shirburne.**

EXONIENSE *Cœnobium in agro* Devoniensi.

ANno Domini DCCCCLXVIII. Rex *Anglorum*, *Edgarus*, monachos in **Cracanstre** collocavit. *Annal. de rebus Winchcumbe. in bibl. Cottoniana.*

De sede episcopali Exon.

ANno illo quo transacti sunt à nativitate Domini nostri *Jesu Christi* anni DCCCCV. migrat *Formosus*, pontifex apostolicus *Romanæ* ecclesiæ, in terram *Anglorum* ad regem *Eadwardum*, filium *Alfridi*, motus cum magna iracundia, & mandavit ei cum suis omnibus maledictionem contra benedictionem quam beatus papa *Gregorius* per sanctum virum *Augustinum* genti *Anglorum* antea misit, nisi cum episcopis instituisset destitutas parochias episcoporum secundum antiquam traditionem quæ tradita est genti *Anglorum* à sede sancti *Petri*; nam per septem annos plenè destituta est regio *Jeuuissorum*, vel *Uuest-Saxonum*, ab omni episcopo. Quo facto, congregavit *Eaduuardus* Rex synodum senatorum gentis *Anglorum*, in quo præsidebat *Plegmundus* archiepiscopus, regi recitans & disputans districta verba apostolicæ legationis quam misit beatus papa *Formosus*. Tunc sibi rex cum suis, & *Plegmundus* archiepiscopus salubre consilium inveuerunt, assumentes sibi dominicam sententiam, *messis quidem multa est, operarii verò pauci*; singulique tribubus *Jeuuissorum* (vel *Uuest-Saxonum*) singulos constituere episcopos, & singulis episcopia constituere, & quod dudum duo habuerunt in quinque diviserunt. Acto illo consilio, cum honorificis muneribus *Plegmundus* archiepiscopus *Romam* rediit, apostolicum *Formosum* cum magna humilitate placavit, regis decreta & seniorum regionis enuntiavit, quod & apostolico maximè placuit. Rediens ad patriam, in urbe *Dorobernia*, VII. episcopos VII. ecclesiis in uno die ordinavit: *Frythestanum* ad ecclesiam *Uuentanensem*, *Athelstanum* ad ecclesiam *Corvinensem*, *Werstanum* ad ecclesiam *Scirburnensem*, *Æthilhelmum* ad ecclesiam *Fontanensem*, *Eadulfum* ad ecclesiam *Cridiensem*. Insuper addiderunt illi tres villas in *Cornubia*, quorum nomina **Polltun, Caelling, Landuuithan**, ut inde singulis annis visitaret gentem *Cornubiensem* ad exprimendos eorum errores: nam antea, in quantum potuerant, veritati resistebant, & non decretis apostolicis obediebant; sed & aliis provinciis constituit duos, *Australibus-Saxonibus* virum idoneum *Beornelm* ordinavit, & *Merciorum Cornulfum* ad civitatem quæ dicitur **Dorcecaster**: hoc . . . . . Sicque papa apostolicus in synodis ecclesiæ sancti *Petri* concluſit, ut dampnaretur imperpetuum qui hoc salubre mutaret consilium. Ex vetusto MS. in bibl. *Bodleiana* [Mod. 76.]

Anno verò dominicæ incarnationis Mxliij. loco xj. post *Eduardum* prædictum, filium scilicet *Alfridi* regis, imperium totius *Anglorum* regni suscepit *Edwardus*, filius *Athelredi* regis, die dominico

222

Exoniensis ecclesiæ cath
facies australis.

Confirmatio literarum præcedentium.

Par. 8. Ed. 1. memb. R Ex omnibus, &c. salutem. Sciatis nos in-

EXONIENSE
Cœnobium in agro

sessiones monasterii de [illegible]
monasterium de Shirburne.

minicæ incarnationis Mxliij. loco xj. post *Eduardum* prædictum, filium scilicet *Alfridi* regis, imperium totius *Anglorum* regni suscepit *Edwardus*, filius *Athelredi* regis, die dominico

Ric. Newcourt delin. Da. King Sculp.

Confirmatio literarum precedentium.

EXONIENSE
Cœnobium in novo

tessimus monasterium de **Shirburne.**

n.
dominicæ incarnationis Mxliij. loco xj. post *Eadwardum* prædictum, filium scilicet *Alfridi* regis, imperium totius *Anglorum* regni suscepit *Edwardus*, filius *Athelredi* regis, die dominico

Exoniensis ecclesiæ cath:
facies occidentalis.
Parentalis ne pereat Pietas.
P.
Franciscus Englefield
Baronettus.
Ric. Newcourt delin. Dec. Kingsbury

minico Paſcæ id eſt iij. Non. Aprilis cum magno gaudio totius gentis *Anglicæ*, in *Uuintonia* civitate conſecratus. Tertio autem anno imperii ſui, id eſt anno Mxlvj. dominicæ incarnationis, dedit epiſcopatum *Cridionenſis* eccleſiæ, atque *Cornubienſis* provinciæ, capellano ſuo *Leofrico*, vita moribuſque modeſto; qui vir venerabilis accepto pontificatus honore dioceſim ſuam perluſtrans, populo ſibi commiſſo verbum Dei ſtudioſè prædicabat, clericos doctrina informabat, eccleſias non paucas conſtruebat, & cætera quæ officii ſui erant ſtrennè amminiſtrabat; cernens verò utramque provinciam dioceſis ſuæ, id eſt *Devenoniam* & *Cornubiam* piratarum barbarica infeſtatione ſæpius devaſtari, cepit, divina, ut credimus, inſpiratione, diligenter meditari qualiter epiſcopalem cathedram *Cridionenſis* loci ad urbem *Exonicam* transferre poſſet. Et quia ſagaci animo proſpexit, hoc abſque *Romanæ* eccleſiæ auctoritate fieri non poſſe; miſſo illuc idoneo legato, id eſt *Landberto* preſbitero ſuo, ad ſanctiſſimum papam *Leonem*, humiliter poſtulavit, quatinus, directis paternitatis ſuæ literis regem *Eduuardum* rogaret, ut de *Cridionenſi* villa ad urbem *Exonienſem* epiſcopalem ſedem tranſmigrare concederet; ubi, ab hoſtilitatis incurſu liber, tutiùs eccleſiaſtica officia diſponere poſſet. Apoſtolicus verò pontifex libenter rationabili ejus petitioni annuens, hujuſmodi literas regi *Eduuardo* direxit.

Leo *epiſcopus ſervus ſervorum Dei*, Eduuardo, Anglorum *regi ſalutem kariſſimam cum benedictione apoſtolica. Si bene habes & bene vales, inde non modicas domino* Jeſu Chriſto *referimus gratias, & hoc optamus ut ita luculenter poſſideas regni gubernacula, ut in æterna maneas tabernacula. Et quia audivimus te circa Dei eccleſias & eccleſiaſticos viros ſtudioſum & religioſum eſſe, inde multum gaudemus, & hoc ammonemus atque benignè rogamus, ut ita in Dei opere perſeverare ſtudeas, quatenus regi regum Deo placere valeas, atque cum illo in cæleſti regno permaneas. Notum itaque eſt noſtræ pietati qualiter* Leofricus *epiſcopus ſine civitate ſedem pontificalem tenet, unde multum miramur, non de illo ſolo, ſed & de omnibus illis epiſcopis qui talia agunt. Cum verò ad vos noſtrum miſerimus legatum, de aliis dicens, nunc autem de noſtro fratre jam dicto* Leofrico *præcipimus atque rogamus, ut propter domini & noſtri amoris cauſam adjutorium præbeas, ut à* Cridionenſi *villula ad civitatem* Exoniam *ſedem epiſcopalem poſſit mutare. Hæc & alia bona opera ita agere ſtudeas, ut a Chriſto domino æternum regnum adquirere valeas. Vale kariſſime ſemper in domino.*

His Rex literis cum magna devotione aſſenſum præbens, ilico dedit prædicto epiſcopo monaſterium ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Petri* apoſtoli in civitate *Exonia*, ut ibi epiſcopale ſolium conſtrueret, & poſt aliquot menſes illuc veniens Rex ipſe glorioſus, per brachium dextrum epiſcopum ducens, & nobiliſſima regina *Edgitha* per ſiniſtrum, in cathedram pontificalem in præfato monaſterio conſtituerunt, præſentibus ducibus, multiſque *Anglia* proceribus.

Sicque venerabilis vir *Leofricus*, anno dominicæ incarnationis Ml. indict. ij. cum magna gloria inthronizatus, primus epiſcopus factus eſt *Exonienſis* eccleſiæ, juſſuque regis Canonicos ibi conſtituit. Et quia locus ille terris, libris, omnibuſque ornamentis eccleſiaſticis pene deſpoliatus erat, (nam ex xxvj. terris quas rex religioſus *Æthelſtanus* illuc dedit vix una viliſſima remanſit, & tres codices, feretrumque reliquiarum) præſul ipſe de ſuis propriis multo tempore congregationem pavit, & cum maximo ſtudio, quantum potuit, locum illum reſtauravit & emendavit, datiſque illuc tribus proprietatis ſuæ terris augmentavit. Anno autem dominicæ incarnationis Mlxxj. epiſcopatus verò ſui anno xxvj. die quarto idus Februarii, ex hac erumnoſa vita ſubtractus, ſepultus eſt in cripta ejuſdem eccleſiæ, pro cujus animæ requie, pie lector non omittas orare.

De terris, ornamentis, veſtimentis, atque libris huic eccleſiæ à Leofrico *loci epiſcopo datis.*

Ex veteri MS in bibl. *Bodleiana* [Mſd. 120.] fol. 1. a.

Her ſputelaþ on þyſſere Cyrcean bec hwæt Leofric B. hæfþ geðon into Sancte Petres minſtre on Exan-ceaſtre ðæm hiw biſceop-ſtole iſ. Þ iſ Þ he hæfþ geinnod Þ ær ſeuton pæſ ðuruh godes fultum. and ðuruh hiw porſes pnæce. ⁊ ðuruh hiw ȝæſtfruma. Þ iſ æreſt Þ lande æt Culmſtoke. and Þ land æt Bpancesſcumbe. and æt Sealtcumbe. ⁊ Þ land æt Sancte Marian cirecean. and Þ land æt Stoforotune. and æt Ðrsaptan pille. and Þ land æt Morceſhille. and Stoseſullan hiwic. ⁊ Þ land æt Bpihtpiceſtane. and Þ land æt Topeſhamme. ðeaþ ðe Hapolo hit mid unlaȝe ut nam. ⁊ Þ land æt Stoce. ⁊ Þ land æt Sýðebiriȝ. ⁊ Þ land æt Nipantune. ⁊ æt Norðtune. ⁊ Þ lande æt Clift Þe pid hæfdeſ

Ðonne iſ þiſ re eaca on landum Þ he hæfð of hiw agenum Þ mynſter mid ȝeȝoodode hop hiw hlafordа ſaplum ⁊ ſop hiw agenre. þam godes þeopum to bizleoran Þe ſop heopa ſaplum þinȝian ſceolan. Þ iſ æreſt Þ land æt Bamtune. ⁊ æt Ertune. ⁊ æt Ceommenige. ⁊ Þ land æt Doſlifc. ⁊ æt Holacumbe. ⁊ æt ðuðpuda. ⁊ he ne funde Þa he to þam mynſtre cenȝ nan mare landes ðe ðider ynn ȝepylde pære ðonne tpa hida landes æt Ide. and ðapon nan ofpcýnnes nan mare butan vij. hpuþeru ſ

Ðonne ýſ hiw ſeo ontnapennit Þe he hæfþ god mid ȝenapen ⁊ ſanctum Petrum into þam halȝan mynſtre on cirichum mædmum. Þ iſ. Þ he hæfþ þider ynn ȝeðon II. B. poda. ⁊ II. mycle ȝeboneðe poda. butan oþþum litlum ⁊ ilfenum ſ pup poðum. ⁊ II. mycele Cyrtes bec ȝeboneðe. ⁊ III. ȝeboneðe ſcrin. ⁊ I. ȝeboneða altare. ⁊ V. ſilfrenes calicear. ⁊ IIII. coppopales. ⁊ I. ſilfreno pipe. ⁊ V. ſulle mæſſepeaſ. ⁊ II. dalmatica. ⁊ III. piſtel poccas. ⁊ IIII. ſubdiaconeſ handlin. ⁊ III. candelcappa. ⁊ III. candelſtapas. ⁊ V. pallene peoſod ſceattas. ⁊ VII. bpæðelpaſ. ⁊ II. tappedu. ⁊ III. bepa ſcrin. ⁊ VII. ſetl hpæȝel. ⁊ III. ſtiȝ-hpæȝel. ⁊ II. pahpæſt. ⁊ VI. mæſſene ſcrud. ⁊ II. ȝeboneðe hnæppas. ⁊ IIII. hoffnas. ⁊ II. mycele ȝeboneðe candelſticcan. ⁊ VI. læſſan candelſticcan ȝeboneðe. ⁊ I. ſilfren ſtor-cylle mid ſilfrenum ſtoſſticcan. ⁊

VIII. læxlaſ. and II. ſuþſana. and I. mepc *. and VI. mid peca †. and I. pipopæn. and I. cýſte. and þæp pæpon æp buton VII. upp-hangene bella. and nu þæp ſýnd XIII. upp-hangene. and XII. hand-bella. and II. ſulle mæſſe bec. and I. collectaneum. and II. piſtel bec. ⁊ II. ſulle ſanz bec. ⁊ I. nihт ſanz. and I. ad te leuaui. ⁊ I. tropepe. ⁊ II. ſaltepaſ. ⁊ ſe þridda ſaltere ſpa man ſingþ on Rome. ⁊ II. ýmnepaſ. ⁊ I. deoppýrde bletsing boc. and III. oðre. and I. engliſc Criſtes boc. and II. ſumes pæding bec. and I. pintes pæding boc. ⁊ regula canonicorum. and martýrlogium. and I. canon on leden. and I. ſcriptt boc on engliſc. and I. ſull ſpel boc pintepes and ſumepes. and Bostias boc on englſc. and I. mýcel englisc boc be gehpilcum þingum on leoðpisan gepohт. and he ne funde on ðam mýnſtre ða he to þeng boca na ma buton ane capitulare. and I. ſonealdoone nihт-ſanz. and I. piſtel boc. and II. ſonealdode pæding bec ſpiðe pake. and I. pac mæſſepeaſ. and ðuſſelſ leden boca he begeat inn to ðam mýnſtre. liber paſtoralis. ⁊ liber dialogorum. ⁊ libri IIII. prophetarum. ⁊ liber Boetii de conſolatione. ⁊ ſpazoze Popphiri. ⁊ I. paſſionalis. ⁊ liber Proſperi. ⁊ liber Prudentii de martýribus. ⁊ liber Ezechielis prophetæ. ⁊ Cantica canticorum. ⁊ liber Iſaiæ prophetæ on runoron. ⁊ liber Iſidori ebimologiarũ. ⁊ paſſiones apoſtolorũ. ⁊ expoſitio Bedæ ſuper apocalipſin. ⁊ expoſitio Bedæ ſuper VII. epiſtolas canonicas. ⁊ liber Iſidori de nouo et uetere teſtamento. ⁊ liber Iſidori de miraculis Chriſti. ⁊ liber Oſepii. ⁊ liber Machabeorum. ⁊ glose ðtatii. ⁊ liber officialis Amalarii. ⁊ oþer hiſ dæz he ann hiſ capellam ðiðep binnan foſtð mid him ſilfum on eallum ðam ðingum þe he ſilf oide mid zoder þeninge. on ſi zepad ſi þa zoder þeopaſ þe þær binnan beoðæpre hiſ raple zemunon mid heopa zebeorum and mæſſe-ſangum to Criſte. and to ſancta Petre. and to eallum þam halzum þe ſi halize minſtre ir fore zehalzod. ſi hiſ raple bſo zode þe anfenzne. ⁊ ſe ðe ðar zýrn ⁊ hirne unnan pille zode ⁊ ſancte Petre æcbpeodan. ri him heopna pice æcbroden. and ri he ecelice zeniperiod into helle pite ⁊

* *Fortè*, mere.

† *Fortè*, mideſca.

Idem Latinè *verſum.*

HIc oſtenditur in hoc *Chriſti* codice, quid *Leofricus* epiſcopus contulerit ſancti *Petri* monaſterio *Exceſtrenſi*, ubi ſedes ejus epiſcopalis eſt. Scilicet, quod ea recuperavit quæ antea alienabantur, Dei auxilio & ſuâ advocatione ac theſauro. Id eſt, primò fundum illum apud *Culmſtocam*, & fundum illum apud *Brancſcumbam*, & apud *Sealtcumbam*, & fundũ illum apud S. *Mariæ* eccleſiam, & fundum illum apud *Stofordunam*, & apud *Swearta* fontem *, & fundum illum apud *Morteſhillam*, & *Sideſullæ* familiam, & fundum illum ad *Brihtrici* lapidem, & fundum illum apud Toppeſhamme, quamvis eum *Haraldus* poſtea injuſtè ademerit, & fundum illum apud *Stocam*, & fundum illum apud *Sydeberiam*, & fundum illum apnd *Niwantunam*, & apud *Northtunam*, & fundum illum apud *Cliftam* quem *Wido* habuit.

* *Fortè* nigrum lontem.

Hæc autem eſt augmentatio terrarum, quâ de proprio monaſterium illud ampliavit, pro domini ipſius animâ, & ſuâ; ad victum Deo ſervientium qui pro ipſorum animabus intercederent. Id eſt, primò, fundus ille apud *Benitunam*, & apud *Eſtunam*, & apud *Ceomenſiam*; & fundus ille apud *Doſlicam*, & apud *Holacumbam*, & apud *Suthwudam*. Ipſe autem quando monaſterium ſuſcepit [*regendum*] non invenit fundi quid eidem loco ſubjecti plus duabus hidis apud *Idam*, & inibi haud plura erant pecora quam ſeptem boves.

Hæc autem eſt remuneratio, quâ Deum agnovit (*i.* honoravit) & ſanctum *Petrum* apud ſanctum illud cœnobium in eccleſiaſticis theſauris. Videlicet, quod illuc introduxit duas cruces epiſcopales, & duas magnas cruces oſſeas [*vel*, olle, ebore *fortè*, paratas] præter alias parvas cruces collares argenteas, & duos magnos *Chriſti* libros oſſeos *, [*vel*, ebore ornatos] & tria feretra [*vel*, ſcrinia] oſſea, & unum altare oſſeum, & quinque calices argenteos, & quatuor corporalia [*quibuſdam*, pulvinaria ſacroſancta, quibus *ſcilicet* panem imponunt conſecratum:] & unam fiſtulam argenteam, & quinque completa ad ſuſum miſſæ veſtimenta [*al.* veſtes ſacerdotales:] & duas dalmaticas, & tres tunicas epiſtolares [ab epiſtolas *ſc.* legentibus geſtari ſolitas:] & quatuor ſuddiaconorum mantilia [*vulgò*, manutergia, *&* manipulos:] & tres cantorum pileos, & tres cantorum baculos [*vel*, virgas:] & quinque altaris pallia, & ſeptem ſtragulas, & duo tapeta, & tria coria urſina, & ſeptem ſcamnorum [*vel* ſedilium] tegmina [*vulgò*, bancalia:] & tria dorſalia [aulæa, *ſcil.* à tergo menſæ dominicæ ſuſpenſa:] & duo vela [*vel*, cortinas:] & ſex conchas fagineas, & duos calices oſſeos, quatuor cornua, & duo magna candelabra oſſea, & ſex minora candelabra oſſea, & unum thuribulum argenteum, cum thuriaria ferula [*vel*, virgula] argentea, & octo aquiminaria [vaſa *ſc.* luſtralia:] & duo labara [*vel*, vexilla ſacra:] & unam menſam, & ſex arcas, & unum plauſtrum viaticum, & unam ciſtam. Erant autem antea niſi ſeptem campanæ ſuſpenſæ, nunc ſunt tredecim ſuſpenſæ, præter duodecim tintinnabula. Item duo [*ſunt*] completa miſſalia [divinor. *ſcil.* officiorum libri:] & unum collectaneum [collectarum *ſc.* eccleſiaſticarum liber:] & duo epiſtolarum libri, & duo completi cantionum libri, & unus cantionis nocturnalis [*vulgò*, completorii] liber, & unus [*liber*] Ad te levavi [*dictus:*] & unum troparium, & duo pſalteria, & tertium pſalterium ſecundùm *Romanum* cantandi modum, & duo hymnorum codices [*al.* antiphonaria:] & unus pretioſus benedicendi codex, & tres alii, & unus *Anglicus Chriſti* liber, & duo

* Quales erant hi, mihi ſatis eſt incertum; id autem eò magis quod hîc inter ſacra utenſilia & ornamenta locum ſint ſortiti, ubi librorum nulla quidem mentio, qui per ſe poſtea recenſentur; ubi, inter alios, talis nominis liber: qualis autem vel ibi intelligendus, (cum nuſquam antea de eo legerim) plane neſcio: judicent alii. *Fortè, de paſſione*, vel *miraculis Chriſti*: niſi quis malit, *Evangelium* ipſum. Obſtat interim idem huic ſcripturæ, ut in ejus initio, nomen datum. Doctiores adi.

duo æstivales lectionum libri, [*vulgò*, legendæ:] & unus hyemalis, & regula canonicorum, & martyrologium, & unus Canon *Latinus*, & unum confessionale [*vel*, confessionum formula] *Anglicum*, & unus completus homiliarum codex hyemalis & æstivalis, & *Boetii* liber *Anglicus*, & unus magnus liber *Anglicus* omnio metricè descriptus. Porro, non invenit in illo monasterio, quando id [*regendum*] suscepit libros plures quàm unum capitulare, & unum pervetustum cantionis nocturnalis [*vulgò*, completorii] codicem, & unum epistolarum librum, & duas pervetustas legendas viliſſimas, & unum ad usum sacrorum vile vestimentum [*vel*, vestem sacerdotalem.] Tot autem libros *Latinos* impetravit huic monasterio, [*quorum nomina hic sequuntur:*] Liber (*scil.*) pastoralis & liber dialogorum, & liber quatuor prophetarum, & liber *Boetii* de consolatione, & itagoge *Porphirii*, & unus passionilis, & liber *Prosperi*, & liber *Prudentii* de martyribus, & liber *Ezechielis* prophetæ, & Cantica Canticorum, & liber *Isaiæ* prophetæ, seorsim, & liber *Isidori* etymologiarum, & passiones apostolorum, & expositio *Bedæ* super apocalypsin, & expositio *Bedæ* super septem epistolas canonicas, & liber *Isidori* de miraculis Christi, & liber *Oserii**, & liber *Machabeorum*, & glossæ *Statii*, & liber officialis *Amalarii*. Et post dies suos [*vel*, obitum ejus] concessit suam capellam, simul cum seipso eò transferendam, & omnibus ad Dei servitium pertinentibus quorum ipse author (*vel*, donator) erat, eâ lege ut servi Dei inibi existentes, semper in suis orationibus & missis animæ ejus sint memores, apud *Christum*, & apud sanctum *Petrum*, & apud omnes Sanctos illos quibus sacrum illud monasterium consecratur, ut anima ejus Deo sit acceptior *. Et qui hæc dona, & hanc concessionem Deo & sancto *Petro* abstulerit, auferatur ei regnum cœlorum, & ad inferni cruciatus sit in æternum depulsus.

* F. *Orosii.*

* Al. *beni fit capaciæ.*

De reliquiis ab Æthelstano rege collatis.

Ibid.

Hér ſputeliaþ on ðyſum ſeaſtre be ðam halgum reliquium þe Æþelſtan ſe cuþſpulla kyning geaf into ſancta Marian and ſancte Petres mynſtre on Exanceſtre. ſode to ſope. ſop his ſaule alyſednyſſe eallum þam þe þa halgan ſtope ſeceaþ and ſeþuhſiaþ to æcene hæle.

Þiſtodlice ſe ilca kyning Æþelſtan þa þa he ærſtes his fæder Eadwarde cynelice onfenge. 7 þuruh godes gife ana geſæolde Englalandes ſe ær him manege cyningas betwix heom hæfdon. þa come he on ſumne dæl hider to Exanceſtre. ſpa ſpa his foðfæderena manna gaste gewunode wære. 7 he ongan ſmeagan 7 þeahtian hwæt him mæſte þæs to geþoftienne of his cynelicum mædmum gode to lofe and him ſilfum and his leodum to ecere heafe?

Se almihtiga god. þa he eallum þam þe þel þencaþ ſimle is fultum and ſtyrigend. gemunde þam godan kyninge hone gehanc on þe he mid þam gewytenlicum mædmum þa unateoriendlican mædmas begitan ſceolde. he wende þa oftest ſe getrume men and geſceadwiſe and his leofdon ſpa hide landes ſpa his rapon mihton. and mid þam mædmum begeaton þa deoppurhfertan mædmas þe æfre ofer eorþan begitene mihton beon. þ is þæt halig om ſe mæſta of gehpilcum ſtopum þyðan and ſyðan gegaderod. and his þam popeſæðan cyninge bnohton. and ſe cyninge mid micelre blyſſe gode þæs þancode?

He bebead þa þ man hep on Exanceſtre. hæt hæt h m æt god done nyttoſtan gedanc on begende. mynſtep apæran ſceolde. gode to ſupſmunde. and ðære heofenlican cwene ſancta Marian Cnihtes mebep. and ſancte Petre þære apoſtola ealdre. þone ſe ilca cyning him to mundbopan gecoren hæfde. and he geaf hider inn ſix and tpentig cottlifa. and done ſtyðdan ðæl þæs popeſæðan haligdomes hyder inn let don. his gaſle to ecere alyſednyſſe. and eallum þam to hylpe þe þa halgan ſtoppe ſecen ſe halgdom on ær mid gelæſan gefecaþ and ſuſdiaþ?

Nu ſille ſe eop ſetzean butan alcere leaſunge hwæt ſe halig om ær he hep on ſyrum halgan mynſtre ær. and gefyrtu ſoþ mid ðe ge ſuteliaþ butan alcere tweonunge hwæt anra gehpilc dera haligdoma beo?

Eſpoſt. of ðam ſylfan deoſpyrðan tweore þære halgan rode de Cnihte on ſtpopode and ær ealle hæton of þæt deoplef anfalde alyſde?

Of oht̃nes bypzene?

Of þam zyſlan ſe ure oht̃en ſulf on him hæfde þa þa hep on populde betpix mannum þæs?

Of þære bynne ſe ure ohtben on læg þa þa he þæs of ſancta Marian acenned?

Of lopdane ſe ure ohtben þæs on gefullod?

Of þam ſtane ſe urer ohtenes halize ryð þæs mid geopenod on hepe rode?

Of þam beode ſe ſe hælend on uppan hins geſeopdode mid his twelf apoſtolum?

Of hære dune ſynaý hæt hæt god anuppan atipde þam halgan Moyſe and him hære ða ealdan æ geſetſlode?

Of ðam ſopne-ſtele ſe ſundoplice barn 7 deah ungefemmed pæs ſpam alcere bpnninge ða ða god ſulf of hafenlican dyſigan ſpræc ſib done halgan Moyſen?

Of ðære dune ſe ure ohtben on uppan hære rode?

Of ðære candele ðe godes engel ontende mid heofenlicum leohte æt urer ohtenes ſepulchre on Eaſter æfen?

Of ðam alcaſe ſe ure ohtben ſulf gehalgode?

Of hære ſtoppe ſe ure ohtben hæs on geeacnod?

Of Olifetes dune uppan hære ſe hælend hine gebæd gebizdum cneoppum to his heofenlican fæder æt his ðrofunge 7 æft of hepe ilcan dune to heofenum ahtah?

Of ðam ſtiplan ðære heofenlican hlæfdi an ſancta Marian?

Of ðam heafode clafe ðære ilcan godes moder 7 of hire ſeaxe?

Of ſumere halignyſſe ſe ſe deah engel Michahel

Michahel on eorþan gerþutelode ⁊

Of ſanctus Iohannes lichaman þæs pullihtepes ⁊ of his gefæðum ⁊

Of ſanctus Petrus apostoles bebode ⁊

Of ſanctus Petres fexe. of ſanctus Petrus zirlan. of ſanctus Paulus apostoles ⁊ pusbane ⁊ of his clabon. of ſanctus Andreas ſtafe ðæs apostoles ⁊

Of ſanctus Iohannes clabon þæs apostoles ⁊ zodspellæres þe ure drihten tobon ſriſe luſode ſ he æt his gereorde uppan his breost hlinode. ⁊ ða ða he on ðære node for ur dropode ða betæhte he þam ilcan Iohanne his dyrlinge ſancta Marian his leofon modor ſ he hire beziman ſceolde ⁊

Eac her is of ðam heofenlican mete ðe þæs fundege on Iohannes byrzene þæs apostoles. of ſanctus Bartholomeus heafde þæs apostoles. of ſanctus Iacobes peliquion þæs apostoles ⁊

Of ſanctus ðreaxnes heafde þæs forman Cristes martyres. ⁊ of his halzan blode. and of ðam ſtane þe he þæs mid ofstorfod ⁊

Of ſancto Oslamno þam martyre ðe þæs Petrus mæz ðæs apostoles ⁊

Of ſanctus Laurentius peliquion ðæs æþelan martyres. ⁊ of ðam zlæbon þe he þæs mid for Cristes naman zebræd ⁊

Of ſancto Uincentio ðam dyacone and martyre. of ſanctus Georzies banum þæs mæran Cristes cempan ⁊ martyres ⁊ Of ſanctus Sebastiane ðam martyre manege ban ⁊

Of peliquion þæra þreza broþra ⁊ martyra Tyburtius ⁊ Ualerianes ⁊

Of ſancto Urbane ðam papan ⁊ martyre ⁊ Of ſancto Apollonare ðam B. ⁊ martyre ⁊ Of ſancte Candides banum ðæs m. of ſanctus Mauritius peliquion þæs m. of ſancto Quintino þam m. of ðam martyrum Luciane ⁊ Maximiane. of S. Quirino. m.

Of S. Cornelio ðam papan ⁊ m. of S. Marcelle. of S. Petre ðam m. of ſancto Iuliane ðam m. of peliquion S. Cyriaces þæs purþfullan diacones ⁊ martyres ⁊

Of peliquion Cirianes ðæs m. ⁊ Darian ðæs mædenes. of ſancto Gervasie ðam m. of ſancto Christofore ðam m. of S. Uite ðam m. of ðam deorþyrþum martyrum Cirine ⁊ Cirinian ⁊ Of ſanctus Nicasies peliquion ðæs m. of ſancte Iuuenales peliquion ⁊ of his earme ⁊ Of S. Tiburtio ðam m. of S. Uitalies blode ðæs m. of þam martyre Eſperie ⁊ of S. Beniznes banon þæs m. of S. Pancratio þam æþelan m. of ſancto Desiderio ðam m. of S. Iuſto ðam m. ⁊ of ſancte Ladio ⁊ of S. Felice ðam papan ⁊ Of S. Ceraries banum ðæs martyres ⁊ of his clabon ⁊ Of S. Eustachie ðam m.

Of ſanctus Eadwardes pel. ðæs cyninges þe þæs unceþþiz acquealde ac hine siþþan Crist purþode mid mænizfealdum tacnum ⁊

Eac her beoþ manezra martyra pel. þe on Hierusalem for Cristes naman þrowon zemartyrode. of ſancto Uitale ðam unoferrihtan martyre. ðe þæs ſra cucu for Cristes naman on eorþan bedolfen ⁊ ðær mid eorþan ⁊ ſtanum to deaþe ofþropen. ac he lifaþ nu mid blisse on ðam heofenlican rodene. ⁊ eallum ðam ðe her on eorðan mid zeleafan to him clypiaþ to Criste þinzaþ ælfullenolice ⁊

Her is eac ſanctus Mauricies tob ðæs eadizan martyres þe under Maximiane ðam caſere for Cristes naman þrowode. ⁊ six þuſend ⁊ six and ſixtiz martyra for his mid him ðrowedon. þe ze ealle þurh his tyhtinze to ðam fulcoþbeaze martyrdomes becomon ⁊

Ðis ſind eac ða peliquiæ þæra halizra confeſſorum. ſ is Cristes andettera. þe ze forſrezon þæs ſæcolan foroldes and mid ſtiþre oroſtnunze ſ heofenlice rice zeaznodon ⁊

Erost of S. Martynes peliquion þæs fulcoſtfullan B. ðe þe her on life betwix manezum oþrum tacnum þyſ men of deaþe to life aræride mid his zebedum ⁊

Of ſancto Siluestre ðam purþfullan papan ⁊ Of S. Gregorie ⁊

Of S. Hieronime þam æþelan lareore. ðe he betwix oþrum mænizfealdum bocum ðe he zedihte þa mycclan bibliobecan. on ðære beoc tra ⁊ hund feorentiz boca. of Ebreiſce ⁊ of Greccisce to Ledene æþelice awende ⁊

Of peliquion S. Augustines þæs biſan ⁊ þæs ſnotran B. ðe zedihte an þuſend boca Cristes to lofe ⁊ ealre Cristes zelaþunze to ecere nytwurþnisse ⁊

Of ſancte Germane þam apostolican pere. þe on ðisum lande ⁊ eac on oþrum lanoum zelæred manege ſundra þurh zod zeworhte ⁊

Of S. Basilius tobe ⁊ of his biscopa ſtafe ⁊

Of S. Euurtres lichaman þæs B. ðam atiſde dextera Dei. ſ is zodes ſriþre. þa þa he mæſſode ⁊ þa offrunze mid heofenlicre bletſunze zebletſode ⁊

Of S. Audoenes pel. of S. Medardes banum þæs B. Of ſancto Crispino. of ſancto Maurilie þam B. of S. Galle þam B. of ſancto Lupo þam B. of S. Benedicte þam halzan abbude ⁊ Of S. Remizies pel. þæs deorþyrþan B. þe ealle Francrice to Cristes zeleafan zebizde. ⁊ of his keppan. ⁊ of his tunecan. ⁊ of his hæfan þe he pered ⁊

Of S. Annianes lichaman þæs halzan B. of S. Maximines lichaman C.

Of ſanctus pulframnes pel. ðæs B. of ſancto Cristo ⁊

Of S. Nicholaus pel. þæs apoſtolan ⁊ ðæs bencyþan B. ſ durh zodes mihte manege zodnisſa zeworhte kyþ on ſæ ⁊ on lande þam þe him innerlice mid zeleafan on Godes naman to clypiaþ ⁊

Of S. Petroces banum. ⁊ of his fexe. ⁊ of his clabon ⁊

Of S. pinnaloe þam Abbode. of S. pinnoce ðam B. of S. pennoco. of S. pizenoce. of S. Tutes hæfon þæs B. of S. Oodones pel. ðæs mæran B.

Of Iuuenales earme þæs B. of S. Dyone-

tes

ᵹeſ eaſme ðæꝛ B. oꝼ S. Ipotemieſ eaſme Cꝛiſtеſ andeotеneſ. oꝼ S. Concaneſ heaꝛðe ⁊ oꝼ hiꝛ eaſms. oꝼ S. Deꝛiꝛnateſ ꝓel. oꝼ S. Auiteſ ꝓibb ðæꝛ B. oꝼ S. Melanieſ banon ðæꝛ B. oꝼ S. ꝓiꝼenoceſ licꝺaman ðæꝛ B. oꝼ Ualeꝛianeſ ꝓel. oꝼ S. Tuduale. oꝼ S. Simioneſ ꝓepulchꝛo. oꝼ þam ꝓtane þe S. Siluinuꝛ bæꝛ ðꝛiꝼa to Roms. oꝼ S. Siluineſ claꝼon. oꝼ S. Maioce. ⁊ S. Ermelane. oꝼ S. Luoᵹeꝛe þam B. oꝼ S. Siᵹebꝛane. oꝼ S. Maꝛcelle þam ðeoꝛꝛiꝛþan Cꝛiſteſ halᵹan ⁊ oꝼ S. Uiuiane?

Oꝼ S. ꝓulmaꝛe þane halᵹan Abbode. oꝼ S. Peteꝛuꝛ ꝓeliquion þæꝛ halᵹan ðÿaconeſ. þe þæꝛ S. Gꝛeᵹoꝛieſ leoꝛninᵹ cnihte þæꝛ æþelan Papan þe uꝛ Enᵹliſcum mannum cꝛiſtendom ⁊ ꝓulluhte hÿðeꝛ to lande aꝛende?

Eac heꝛ beoþ ꝓeliquiæ oꝼ manᵹum halᵹum ꝓæmnum ⁊ oꝼ þam halᵹum Cꝛiſteſ mæðenum þæ ᵹe þuꝛh ᵹoðeꝛ ᵹiꝛe þone ealðan ðeoꝼol ⁊ ealle ꝼlæꝛclice unluſtaꝛ oꝼeꝛꝛiþðon. ⁊ ꝛume þuꝛh haliᵹeſ liꝼeſ oꝛohtnunᵹe. ꝛume þuꝛh ꝛiᵹeꝼæſtne maꝛtÿꝛðome þam heoꝼanlican ᵹꝛiðᵹuman Cꝛiſte beoþ ᵹeᵹeoðe?

Eꝛoſt oꝼ ꝛancta Maꝛia Maᵹðalene ꝓmᵹeꝛliþe. ꝛeo þe heꝛ on liꝼe uſeꝛ oꝛihtneſ ꝼet mið hiꝛe teaꝛum aþþoh. þæ ᵹe uꝛe oꝛihten to þon ꝛþiꝼe luꝼoðe. ⁊ þuꝛhðe ꝼ he hiꝛe ꝼiꝛmeſt atiꝛan ſolde þa þa he oꝼ ðeaþe aꝛaſ?

Oꝼ S. Elizabeþ. oꝼ S. Aᵹaþa ꝓel. oꝼ hiꝛe toþon ꝛume IIII. ⁊ oꝼ hiꝛe ꝼaliᵹneſte?

Oꝼ S. Iuliana þam halᵹan mæðene þe on þam ᵹeꝛinne hiꝛe maꝛtÿꝛðomeſ ꝛꝛa ꝛþiꝼe ꝼæꝛ þuꝛh þa ᵹoðcundan ᵹiꝛe ᵹeſtꝛanᵹoð ꝼ heo þone ðeoꝼol bano ⁊ ꝛꝛanᵹ þe hiꝛe on þam cꝛeꝛteꝛne to com?

Oꝼ S. Ceciliа þam æþelan mæðene. oꝼ S. Aᵹneteе. oꝼ S. Pꝛaxiðe þam mæðene. oꝼ S. Eugenia. S. Felicula ꝓibb þæꝛ halᵹan mæðeneſ. oꝼ S. Maꝛᵹaꝛeᵹa. oꝼ S. Lucia. oꝼ S. Mamilla. oꝼ S. Balþilðe þæꝛe halᵹan cꝛene. oꝼ S. Leonilla. oꝼ S. Geꝛeþꝛuðe ðam æþelan mæðene. oꝼ S. Genoueꝛa ꝓel. oꝼ S. Moꝛenna. oꝼ S. Alꝼᵹiua þæꝛe halᵹan Cꝛiſteſ ðinene. ꝛeo ſolde dæᵹhamlice hiꝛe andeotnuſſe don æꝛ heo into cÿꝛican eoðe?

Oꝼ S. Satiuola þam bileꝛitan mæðene. ꝛeo þæꝛ unꝛceþþiᵹlice acquealo ꝼꝛam hiꝛe ꝼæðeꝛ mæð-mannum. ⁊ ᵹoð almihtiᵹ ꝛiþþan æt hiꝛe biꝛᵹene ᵹeſꝼuðelode mæniᵹꝼealde punðꝛa?

Oꝼ S. Siᵹebuꝛᵹa. oꝼ S. pæþburᵹa. oꝼ S. Bꝛiᵹiða hleoꝛþane ðæꝛ ðeoꝛꝛiꝛþan mæðeneſ ðe manᵹe punðꝛa heꝛ on liꝼe ðuꝛh ᵹoð ᵹeꝛoꝛht ⁊ maneᵹꝛa manna heoꝛtan onlihte ðuꝛh ða biꝛne hiꝛe halᵹan oꝛohtnunᵹe?

Id eſt.

Hîc oſtenditur in hoc ſcripto de ſacris reliquiis quas *Æthelſtanus* inclytus Rex dedit ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Petri* cœnobio apud *Exceſtriam*, ad Dei laudem, animæque ſuæ redemptionem, omniumque eorum qui ſacrum illum requirerent & honorarent locum ad æternam ſalutem.

Scilicet, idem rex *Æthelſtanus*, quando poſt patrem *Edwardum* regnum ipſe capeſſebat, & Dei gratiâ totius *Anglie* monarchiam, quam ante eum nonnulli reges inter ſe diviſam habuerant, quodam tempore huc *Exceſtriam* (quod & veracium hominũ fuerat ſuper eo vaticinium:) acceſſit, & meditari, ac conſilium inire cœpit, quid ſibi maximè conveniens, quod, de theſauris ſuis regalibus ad Dei laudem & populi ſui æternam utilitatem, erogaret.

Deus omnipotens, qui omnibus bene proponentibus ſemper eſt adjutor, & promotor, illam regi immiſit cogitationem, quâ gazis ipſe tranſitoriis indeficientes impetrare valeret theſauros. Ipſe autem ultra mare viros miſit fideles & diſcretos, qui quam latè poterant terram peragrarunt, & gazis illis pretioſiſſimos acquiſiverunt theſauros, qui, ullo tempore uſquam terrarum acquiri poſſint, id eſt, reliquias præſtantiſſimas ex omni loco longè lateque collectas, eaſque dicto regi attulerunt; rex autem multâ cum lætitia Deo propterea gratias egit.

Deinde præcepit, ut hîc *Exceſtriæ*, ubi Deus illam ſalubrem ei immiſit cogitationem, monaſterium extruerent, in honorem Dei, & cœleſtis reginæ divæ *Mariæ*, Chriſti genitricis, & S. *Petri* apoſtolorum principis, quem idem rex ſibi in patronum elegerat, & eò contulit viginti (&) ſex villas, item tertiam prædictarum reliquiarum partem illuc inferri fecit, in æternam animæ ſuæ redemptionem & eorum omnium auxilium qui ſacrum illum locum quo reliquiæ illæ inſunt, in fide requirerent & honorarent.

Nunc vobis edicere planè volumus, cujuſmodi ſint reliquiæ quæ hîc hoc ſancto inſunt monaſterio, & ſcriptum ſimul indubitanter oſtendet cujuſmodi fuerint reliquiarum ſingulæ.

Primò, de ipſo pretioſo ſanctæ crucis ligno in qua *Chriſtus* paſſus eſt, & nos omnes in ea à diaboli liberavit poteſtate.

De ſepulchro dominico.

De veſtimento quo Dominus ipſe noſter indutus eſt, quando hîc in mundo inter homines erat.

De præſepi ubi Dominus noſter jacebat quando natus erat de ſancta *Maria*.

De *Jordane* ubi Dominus noſter erat baptizatus.

De lancea quâ Domini noſtri ſacrum latus aperiebatur in cruce.

De menſa ad quam Salvator ſeipſum cibavit cum duodecim apoſtolis.

De monte *Sinai*, cujus in vertice Deus apparuit ſancto *Moiſi*, & ipſi veterem ibidem manifeſtavit legem.

De rubo qui miraculosè conflagravit, minimè tamen ab igne læſus erat, quando Deus ex eopſe rubo ſancto *Moiſi* loquutus eſt.

De monte unde Dominus noſter aſcendit.

De candelâ ab angelo Dei cœleſti lumine accenſâ apud Domini noſtri ſepulchrum in vigilia Paſchæ.

De altari quod Dominus noſter ipſe ſacravit.

De loco ubi Dominus noſter natus fuit.

De montis *Oliveti* vertice, ubi Salvator ad patrem ſuum cœleſtem flexis genibus oravit ante paſſionem, & unde poſt in cœlum aſcendit.

De veſtimento cœleſtis dominæ, ſanctæ *Mariæ*.

De capitali [*vel* velamine] ejuſdem Deiparæ, & de capillis ejus.

De re quadam ſacra quam *Michael* archangelus in terra manifeſtavit.

De ſancti *Johannis* baptiſtæ corpore, & veſtimento.

De ſancti *Petri* apoſtoli barba.

De ſancti *Petri* capillis. De ſancti *Petri* veſtimento. De ſancti *Pauli* apoſtoli collo*, & de ipſius veſte. De ſancti *Andreæ* apoſtoli baculo.

* Sax *colli eſſe*, ſpinæ ſcilicet ſpondylis collum conſtituentibus.

De veſte ſancti *Johannis* apoſtoli & euangeliſtæ, quem Dominus noſter adeo amavit, ut inter cœnandum in pectus ejus diſcubuerit; & quando in cruce pro nobis paſſus eſt, eidem *Johanni* corculo ſuo ſanctæ *Mariæ*, matris ſuæ dilectæ, curam commendarit.

Item hîc eſt cœleſtis cibi [*quid*] in ſepulchro *Johannis* apoſtoli reperti. Sancti [*etiam*] *Bartholomæi* apoſtoli capitis. Sancti [*etiam*] *Jacobi* apoſtoli reliquiæ quædam.

Capitis etiam ſancti *Stephani* protomartyris Chriſti, & ſacri ipſius ſanguinis, lapidum etiam quibus fuit lapidatus.

Sancti [*etiam*] *Oſtanni* martyris, *Petri* apoſtoli cognati.

Sancti [*etiam*] *Laurentii* nobilis martyris reliquiarum pars, carbonum etiam quibus pro Chriſti nomine torrefactus fuit.

Sancti etiam *Vincentii* diaconi & martyris. Divi *Georgii* illuſtris Chriſti militis & martyris oſſium pars. Sancti *Sebaſtiani* martyris oſſa quamplurima.

Reliquiarum [*etiam*] duorum fratrum & martyrum, *Tiburtii* & *Valeriani*.

Sancti *Urbani* papæ & martyris. Sancti *Apolinaris* epiſcopi & martyris.

Oſſium [*etiam*] ſancti *Candidi* martyris. Reliquiarum [*etiam*] ſancte *Mauritii* martyris. Sancti *Quintini* martyris. *Luciani* & *Maximiani* martyrum. Sancti *Quirini* Martyris.

Sancti *Cornelii* papæ & martyris. Sancti *Marcelli*. Sancti *Petri* martyris. Sancti *Juliani* martyris. Reliquiarum [*etiam pars*] ſancti *Cyriaci* inſignis diaconi & martyris.

Reliquiarum [*etiam quædam*] *Criſantis* martyris, & *Dariæ* virginis. Sancti *Gervaſii* martyris. Sancti *Chriſtophori* martyris. Sancti *Vitæ* martyris. Pretioſorum martyrum *Criſpini* & *Criſpiani*. Sancti *Nicaſii* martyris reliquiæ [*quædam.*] S. *Juvenalis* reliquiæ, & brachii ejus quid. Sancti *Tiburtii* martyris. Sancti *Viviani* martyris ſanguinis quid. Sancti *Ereſii* martyris. Sancti *Benigni* martyris oſſa quædam. Sancti *Pancratii* nobilis martyris oſſium & veſtium pars. Sancti *Euſtachii* martyris.

Sancti *Eadwardi* regis reliquiæ quædam, qui injuſtè occiſus fuit; Chriſtus autem eum poſtea ſignis multiplicibus honoravit.

Item hîc multorum martyrum ſunt reliquiæ qui *Hieroſolymæ* pro *Chriſti* nomine martyrium paſſi ſunt: S. *(ſcil.) Vitalis* martyris invicti, qui vivus pro *Chriſti* nomine, terrâ fuit infoſſus, ibique terra & lapidibus obrutus; veruntamen in cœleſti firmamento lætus nunc vivit, & pro omnibus eum hîc in terrâ ex fide invocantibus apud *Chriſtum* intercedit benevolè.

Hîc eſt etiam ſancti *Mauricii* beati martyris dens, qui ſub *Maximiano* Imperatore pro *Chriſti* nomine paſſus eſt, & ſex mille & ſexaginta ſex martyres ſimul cum eo paſſi ſunt, quorum ſinguli ſuaſu ipſius martyrii coronidem adepti ſunt.

Hæ ſunt etiam reliquiæ ſanctorum *Chriſti* confeſſorum, qui huic falaci mundo renunciarunt, & auſtera converſatione regnum cœleſte prometuerunt.

Primò, ſancti *Martini* glorioſi epiſcopi reliquiæ, qui dum vixit, inter alia ſigna quamplurima, tres homines de morte ad vitam orationibus ſuis ſuſcitavit.

Sancti *Silveſtri* venerabilis papæ. Sancti *Gregorii*.

Sancti *Hieronymi* inſignis doctoris, qui, inter multiplices alios quos compoſuit libros, magnam Bibliam, in qua ſeptuaginata duo continentur libri, de *Hebraico* & *Græco* in *Latinum* eximiè tranſtulit.

Reliquiæ quædam Sancti *Auguſtini* ſapientis & prudentis epiſcopi; ſcripſit ille mille libros, ad laudem *Chriſti*, & ad univerſæ *Chriſti* eccleſiæ utilitatem æternam.

Sancti *Germani*, viri apoſtolici, qui in hac, & aliis terris paſſim, multa Dei auxilio fecit miracula.

Dentis ſancti *Baſilii*, & baculi ejus paſtoralis.

Corporis ſancti *Enurtii* epiſcopi, cui dextra Dei quando miſſam celebravit apparuit, & oblationi [*vulgò*, offertorio] cœlesti benedixit benedictione.

Sancti *Audoeni* reliquiæ quædam. Sancti *Medardi* epiſcopi oſſa quædam. Sancti *Criſpini*. Sancti *Maurilii* epiſcopi. Sancti *Galli* epiſcopi. Sancti *Lupi* epiſcopi. Sancti *Benedicti* abbatis pii. Sancti *Remigii* pretioſi epiſcopi, qui univerſam *Francorum* gentem ad fidem convertit Chriſtianã, reliquiæ, quin & pilei ejus, tunicæ, & cilicii quo fuerit indutus.

Sancti *Anniani* epiſcopi pii corporis quid. Sancti *Maximini* corporis quid C. Sancti *Wulframni* epiſcopi reliquiæ quædam. Sancti [*etiam*] *Criſpi*.

Sancti *Nicholai*, pii & orandi facultate præſtantis epiſcopi, reliquiæ quædam, qui Dei adjutorio [*vel*, virtute,] plurima ubique terra marique contulit beneficia eum internè ex fide in Dei nomine invocantibus.

Oſſium capillorum & veſtium S. *Petroci*.

Sancti *Winwalci* abbatis. Sancti *Winardi* epiſcopi. Sancti *Werneci*. Sancti *Wigeneci*. Cilicii (*quid*) Sancti *Tuti* epiſcopi. Sancti *Odonis* inſignis epiſcopi reliquiæ quædam. Brachii ſancti *Juvenalis* epiſcopi. Brachii ſancti *Dyoneti* epiſcopi. Capitis & brachii ſancti *Conocani*. Sancti *Deſignati* reliquiæ. Sancti *Avitis* epiſcopi coſta. Sancti *Melanii* epiſcopi oſſa quædam. S. *Withenoci* epiſcopi corporis quid. Sancti *Valeriani* reliquiæ quædam. Sancti *Tuduali*. S. *Simeonis* ſepulchri quid. Lapidis quid à ſancto *Silvino Romam* ter delati. Sancti *Salvini* veſtimenta quædam. Sancti *Majoci* & ſancti *Ermelani*. Sancti *Luidgeri* epiſcopi. Sancti *Sigebrani*. Sancti *Marcelli*, pretioſorum *Chriſti* ſanctorum, & ſancti *Viviani*.

Divi *Wulmari* ſancti abbatis. Divi *Petri* ſancti diaconi reliquiæ quædam, *Gregorii* ſcilicet papæ magnifici (qui nobis *Anglis* Chriſtianiſmum & baptiſmum in hanc terram tranſmiſit) diſcipulus.

Hîc ſunt etiam quamplurium ſanctarum fœminarum, & ſanctarum *Chriſti* virginum reliquiæ, quæ

quæ Dei gratiâ veterem diabolum, & omnes carnales subjugarunt libidines; quarum quædam pia vitæ conversatione, quædam autem glorioso martyrio, cœlesti sponso, *Christo* conjunguntur.

Primò sanctæ *Mariæ Magdalenæ* digitus, quæ vivens Domini nostri pedes lacrymis suis lavavit, quam Dominus noster adeo amavit, & honoravit, ut ipsi primùm apparere voluerit, quando de morte surrexit.

De sancta *Elizabetha*. Sanctæ *Agathæ* reliquiæ, dentium (*scilicet*) suorum quatuor, & veli sui sacrosancti quid.

De diva *Juliana*, virgine sancta, quæ in martyrii certamine Dei gratiâ adeo erat roborata, ut diabolum ad eam carcerem inclusam accedentem ligaret & verberaret.

De sancta *Cecilia* nobili virgine. De sancta *Agnete*. De sancta *Praxide* virgine. De sancta *Eugenia*. Divæ *Feliculæ* sanctæ virginis costa. De sancta *Margareta*. De sancta *Lucia*. De sancta *Mamilla*. De sancta *Balthilda* pia regina. De sancta *Leomilla*. De sancta *Gerethruda* nobili virgine. Sanctæ *Genovefæ* reliquiæ. De sancta *Morenna*. De sancta *Algiva*, pia *Christi* famula, quæ quotidie suam absolvere curavit confessionem antequam ecclesiam intraret.

De sancta *Sativola* mansueta virgine, quæ infons occisa fuit à patris sui mercenariis: Deus autem omnipotens postea apud ejus sepulchrum multiplicia ostendit miracula.

De sancta *Sigeburga*. De sancta *Werburga*. Sanctæ *Brigidæ* pretiosæ virginis maxilla, quæ quamplurima miracula dum vixit Dei auxilio fecit, & multorum hominum corda sanctæ suæ conversationis illuminavit exemplo.

Charta Henrici *regis tertii, priorum regum chartas recensentis & confirmantis.*

Car. de a. 55. H 3 n. 3. H*Enricus* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, & dux *Aquitanniæ*, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris & omnibus ballivis & fidelibus suis, salutem. Inspeximus cartam *Æthelredi* quondam regis *Angliæ* factam Deo & ecclesiæ beati *Petri Exoniæ* in hæc verba.

Vide cart. 36 Ed. 3. memb. 12. "Rector altipolorum culmine atque architector summæ fabricæ æthereæ aulæ ex nihilo quidem cuncta creavit, cœlumque scilicet & terram & omnia quæ in eis sunt; candida quidem angelica agmina, solem, lucidaque altra & cetera quæ super firmamento sunt, mundi autem fabricam inenarrabili disponens ordine, ut *Genesis* testatur, & hominem sexto die formavit ad similitudinem suam, *Adam* videlicet, quadriformi plasmatum materia; unde nunc constat genus humanum, quæ in terris moratur, & ima terra larvarica latibula, ubi & *Lucifer* cum decimo ordine per superbiam de cœlo ruit. Sed & hoc invidet pestifer *Chelidrus*, protaplastum à Deo conditum intellexerat ut hoc impleret, à quo ipse miser cum satelliti illius de cœlo projecti sunt. Heu quidem boni creati sunt, sed miserabiliter decepti. Ideo invidus *Zabulus* totis viribus homini invidet, suadet mulieri, mulier viro; per suasionem atque per inobedientiam ambo decepti sunt fraudulenter per gustum pomi ligni vetiti, atque amœnitate paradisi dejecti sunt in hoc ærumnoso seculo, & lethum sibi ac posteris suis promeruerunt, atque in tetrum abyssi demersi sunt. Sed hoc misericors & piissimus pater indoluit perire tamdiu nobilem creaturam, sui imaginem, misertus est generi humano, misit nobis in tempore, id est, post quinque millia annorum, proprium filium suum, ut mundum perditum iterum renovaret, ut sicut mulier genuit mortem in mundo, ita per mulierem enixa est nobis vita in mundo; & sicut per delictum *Adæ* omnes corruimus, ita per obedientiam *Christi* omnes surreximus: & sicut mors per lignum introivit, ita & vita per lignum sanctæ crucis venit & antiquum inimicum superavit, & fortis fortem alligavit & in imo baratro retrusit. Justè periit qui injustè decepit, atque omnes antiquas turmas à fauce pessimi leonis eripiut, & ovem perditam in humeris posuit, & ad antiquam patriam reduxit, & decimum ordinem implevit.

"Unde ego *Æthelredus*, compunctus Dei misericordia, totius *Albionis* ceterarumque gentium triviatim persistentium basileus, dum plerumque cogitarem de hujus seculi caduci rebus transitoriis, quomodo superni arbitris examine, *cuncta quæ videntur vana sunt, & quæ non videntur æterna*, & cum transitoriis rebus perpetua præmia adquirantur. Qua de re nunc patefacio omnibus Catholicis, quod cum concilio & licentia episcoporum ac principum & omnium optimatum meorum, pro amore Domini nostri Jesu Christi, atque sancti confessoris *Germani*, necnon & beati eximii *Petroci*, pro redemptione animæ meæ, & pro absolutione criminum meorum, donavi episcopium *Ealdredi* episcopi, id est, in provincia *Cornubiæ*, ut libera sit eique subjecta omnibusque posteris ejus, ut ipse gubernet atque regat suam parochiam sicuti alii episcopi qui sunt in mea ditione, locusque atque regimen sancti *Petroci* semper in potestate ejus sit successorumque illius. Itaque omnium regalium tributorum libera sit atque laxata, vi exactorum, operum, pœnalium causarum, necnon & rum comprehensione, cunctaque seculi gravedine, absque sola expeditione atque libera perpetualiter permaneat.

"Quicumque ergo hoc augere atque multiplicare voluerit, amplificet Deus bona illius in regione viventium, paceque nostra conglutinata vigens & florens atque inter agmina beatitudinis tripudia succedat qui nostræ donationi muneri consentiat. Si quis verò tam episcopus philargyria seductus amentia, quod non optamus, hanc nostræ elemosinæ dapsilitatem ausu temerario infringere tentaverit, sit ipse alienatus à consortio sanctæ Dei ecclesiæ, nec non & à participatione sacrosancti corporis & sanguinis Jesu Christi, filii Dei, per quem totus terrarum orbis ab antiquo humani generis inimico liberatus est, & cum *Juda*, Christi proditore, sinistra in parte deputatus, ni prius hic digna satisfactione humilis pœnitueris quod contra sanctam Dei ecclesiam rebellis agere

" præsumpsit, nec in vita hac practica veniam
" nec in theorica requiem apostata obtineat ul-
" lam, sed æternis baratri incendiis trusus jugiter
" miserrimus crucietur.

994. " Anno dominicæ incarnationis DCCCCxc-
" iiij. indictione vij. scripta est hæc cartula à ve-
" nerabili archiepiscopo *Sigerico*, *Doroberneusis*
" ecclesiæ, hujus munificentiæ cyrographa.

" Hiis testibus consentientibus quorum infe-
" rius nomina decusatim domino disponente ca-
" raxantur.

" Ego *Athelredus*, *Britanniæ* totius *Anglo-*
" *rum* monarchus, hoc agyæ crucis caumate ro-
" boravi.

" Ego *Sigeric Doroberneusis* ecclesiæ archiepis-
" copus, præfati regis benevolentiæ lætus con-
" sensi. Ego *Alfuh* præsul, canonica subscrip-
" tione manu propria hylaris & triumphans sub-
" scripsi. Ego *Ealdred*, plebis Dei famulus, ju-
" bente rege signum sanctæ crucis plaudens im-
" pressi. Ego *Alfwod* pontifex, agyæ crucis testi-
" tudine intrepidus hoc donum lepidissimè robo-
" ravi. Ego *Ordbricht* legis Dei catascopus, hoc
" eulogium propria chyra devotus consolidavi.
" Ego *Ælrich* episcopus *Wiltunæ* civitatis con-
" sensi & subscripsi. Ego *Wulfrye* episcopus *Shire-*
" *burnensis* ecclesiæ consensi & subscripsi.

" Ego *Athelwerd* dux. Ego *Ælfric* dux. E-
" go *Leofric* dux. Ego *Leofwine* dux. Ego *Leo-*
" *fric* abbas. Ego *Ealfred* abbas. Ego *Ælfric*
" abbas. Ego *Brichtelm* abbas. Ego *Athelwin*
" minister. Ego *Alfric* minister. Ego *Alfwine*
" minister. Ego *Leofwyne* minister. Ego *Osulf*
" minister.

Inspeximus etiam chartam *Chnuti* quondam regis *Angliæ* factam Deo & eidem ecclesiæ in hæc verba.

" REctor altipolorũ culmine atq; architector
" summæ fabricæ æthereæ aulæ ex nihilo qui-
" dem cuncta creavit, cœlum scilicet & terram &
" omnia quæ in eis sunt, candida quidem ange-
" lica agmina, solem, lunam, lucidaque astra &
" cætera quæ super firmamento sunt; mundi au-
" tem fabricam inenarrabili disponens ordine ut
" *Genesis* testatur, & hominem sexto die forma-
" vit ad similitudinem suam, *Adam* videlicet
" quadriformi plasmatum materia. Unde nunc
" constat genus humanum & ima terra larvarica
" latibula, ubi & *Lucifer* cum decimo ordine per
" superbiã de cœlo ruit. Sed & hoc invidet pestifer
" *Chelidrus*, prothoplastum à Deo conditum in-
" tellexerat ut hoc impleret à quo ipse miser &
" satellites illius de cœlo projecti sunt. Heu qui-
" dem boni creati sunt, sed miserabiliter decepti,
" ideoque invidus *Zabulus* totis viribus homini
" invidet, suadet mulieri, mulier viro; per suasi-
" onem atque per inobedientiam ambo decepti
" sunt fraudulenter per gustum pomi ligni vetiti,
" atque æmœnitate paradysi dejecti sunt in hoc
" ærumnoso seculo, & lethum sibi & posteris
" suis promeruerunt, atque in tetrum abyssi de-
" mersi sunt. Sed hoc pissimus pater indoluit
" perire tandiu nobilem creaturam sui imaginem,
" misertus est generi humano, misit nobis in tem-
" pore, id est, post quinque millia annorum, pro-
" prium filium suum ut mundum perditum ite-
" rum renovaret, ut sicut mulier genuit mortem
" in mundo, ita per mulierem exiit nobis vita
" in mundo. Et sicut per delictum *Adæ* omnes
" corruimus, ita per obedientiam *Christi* omnes
" surreximus; & sicut mors per lignum intravit,
" ita & vita per lignum sanctæ crucis venit & an-
" tiquum inimicum superavit, & fortis fortem al-
" ligavit, & in imo baratro retrusit. Justè periit
" qui injustè decepit; atque omnes antiquas san-
" ctas turmas à fauce pessimi leonis eripuit, &
" ovem perditam in humeris posuit, & ad anti-
" quam patriam reduxit, & decimum ordinem
" implevit.

" Unde ego *Cnhut* rex *Anglorum* cæterarumq;
" gentium persistentium in circuitu, patefacio
" omnibus hanc cartulam legentibus & auscultan-
" tibus, quod *Athelredus* dux revelavit mihi, quod
" mei Præpositi in *Devena* provincia imponebant
" jugum servitutis prædiis sanctæ ecclesiæ Dei &
" ejus genitricis *Mariæ* omniumque Sanctorum
" quæ est in *Excestria*, diruto monasterio à pa-
" ganis & crematis privilegiis quæ antiqui reges
" concesserant supradicto cœnobio. Quamo-
" brem ego *Cnhut* Deo favente totius *Albionis*
" primicerius, pro petitione supradicti ducis, &
" pro remedio animæ meæ, mearumque culparum
" emendatione, atque incolumitate mei regni,
" hanc cartulam concedo *Athelwoldo* abbati, ejus-
" que fratribus ut suis successoribus in prædicto
" monasterio commorantibus, ad perpetuam li-
" bertatem, & liberum permaneat ipsum mona-
" sterium cum omnibus prædiis illi concessis, &
" cum omnibus rebus ad eum ritè pertinentibus,
" id est, campis, pratis, pascuis, silvis, venationi-
" bus, piscariis, ab omni regali & seculari grave-
" dine majori aut minori, exceptis assiduis ora-
" cionibus, nisi sola expeditione, & pontis con-
" structione. Et si aliquid pro expeditione aut
" pro aliquo regali tributo reddatur, detur mona-
" sterio.

" Quicumque ergo hoc donum vel hanc no-
" stram libertatem augere vel multiplicare volu-
" erit, amplificet Deus bona illius in regione vi-
" ventium, paceque nostra conglutinata vigens &
" florens, atque inter agmina beatitudinis tripu-
" dia succedat qui nostræ donationis muneri con-
" sentiat. Si quis verò tam epilenticus philargyriæ
" seductus amentia, quod non optamus, hanc no-
" stræ elemosinæ dapsilitatem ausu temerario in-
" fringere tentaverit, sit ipse alienatus à consor-
" tio sanctæ Dei ecclesiæ, necnon & à participa-
" tione sacrosancti corporis & sanguinis *Jesu*
" *Christi* filii Dei per quem totus terrarum orbis
" ab antiquo humani generis inimico liberatus est,
" & cum *Juda*, *Christi* proditore, sinistra in par-
" te deputatus, nisi prius hic digna satisfactione
" humilis pœnituerit quod contra sanctam Dei
" ecclesiam rebellis agere præsumpserit, nec in vi-
" ta hac practica veniam, nec in theorica requiem
" apostata obtineat ullam, sed æternis baratri in-
" cendiis jugiter miserrimus crucietur. Anno
" dominicæ incarnationis Mxix. indictione secun-
" da, scripta est hujus munificentiæ singrapha. Hiis
" testibus consentientibus quorum inferius no-
" mina, secundùm uniuscujusque dignitatem u-
" triusque ordinis decusatum, domino disponente,
" caraxantur.

" ✠ Ego

" ✠ Ego *Cnut, Britannie Anglorum* monar-
" chus hoc caumate donum agyæ crucis roboravi.
" ✠ Ego *Lyving, Dorovernensis* basilicæ primas
" huic regali dono assensum præbui. ✠ Ego *Wilf-*
" *stan, Eboracensis* basilicæ archipontifex signum
" sanctæ crucis lætus impressi. ✠ Ego *Alwig*
" episcopus consensum præbui. ✠ Ego *Godwyne*
" episcopus consensi. ✠ Ego *Edsiwyne* episcopus
" adquievi. ✠ Ego *Leofsige* episcopus annui.
" ✠ Ego *Ælsige* episcopus assensi. ✠ Ego
" *Brichtwolf* episcopus jussi. Ego *Athelstan* episi-
" copus roboravi. ✠ Ego *Athelwine* episcopus
" præbui. ✠ Ego *Eadnod* episcopus subscripsi.
" ✠ Ego *Brythwolf* episcopus impressi. ✠ Ego
" *Hurcwild* dux. ✠ Ego *Hacun* dux. ✠ Ego
" *Leowine* dux. ✠ Ego *Hasdan* dux. ✠ Ego
" *Tric* dux. ✠ Ego *Æthelred* dux. ✠ Ego *Mi-*
" *laf* dux. ✠ Ego *Godwine* dux. ✠ Ego *Haram*
" dux. ✠ Ego *Sybrod* dux. ✠ Ego *Brithrig* abbas.
" ✠ Ego *Ælfsige* abbas. ✠ Ego *Ælfstan* ab-
" bas. ✠ Ego *Ælbere* abbas. ✠ Ego *Leofric*
" abbas. ✠ Ego *Athelwold* abbas. ✠ Ego *Germa-*
" *nus* abbas. ✠ Ego *Ætheric* abbas. ✠ Ego *Ava*
" abbas. ✠ Ego *Athelwine* abbas. ✠ Ego . . . . .
" abbas. ✠ Ego *Ælnod* abbas. ✠ Ego *Filnod*
" abbas. ✠ Ego *Elwine* minister. ✠ Ego *Haldan*
" min. ✠ Ego *Swesa* min. ✠ Ego *Leofric* min.
" ✠ Ego *Ælfgar* minister. ✠ Ego *Oada* min.
" ✠ Ego *Athig* minister. ✠ Ego *Ædthig* min.
" ✠ Ego *Offerd* minister. ✠ Ego *Leofsige* mini-
" ster. ✠ Ego *Eadsith* minister. ✠ Ego *Ælf-*
" *gar* minister. ✠ Ego *Ælfrich* minister. ✠ *A-*
" *delmar* minister. ✠ *Eadwyne* minister. ✠ *Le-*
" *ofnod* minister. ✠ *Wulfsighe* minister. ✠ *Ead-*
" *wig* minister. ✠ *Wyne* minister. ✠ *Aelna*
" minister. ✠ *Asheline* minister. ✠ *Sewlf* mi-
" nister. ✠ *Aelfric* minister. ✠ *Sodda* mini-
" ster. ✠ *Athelnod* minister. ✠ *Athelmar* mi-
" nister ✠. Inspeximus etiam cartam beati *Ed-*
wardi quondam regis *Angliæ* factam prædictæ
ecclesiæ in hæc verba.

" IGitur cum universa in sapientia à Deo bene
" condita sint, videlicet, cœlum arvum & quæ
" in eis continentur, dignum quippe æquumque
" dinoscitur fore, quanquam impossibilitas æ-
" gre humanitatis humanos actus plurimis cala-
" mitatibus conturbet, quod nos qui rectos homi-
" num à Deo constituti dicimur, instinctu super-
" næ clementiæ, juxta modulum nostræ censuræ
" prudenter æquitatem civilis exquirere studea-
" mus scientiæ, atque præcipuè res ecclesiasticas
" benignè discutiendo tractare, & ea quæ cer-
" nuntur nostris non æqua obtutibus rectius con-
" stituere, sicque sancita ad perfectum innocen-
" tiæ sive utriusque vitæ corroborando gubernare.
" Equidem glorioſum est nimiumque laudabile
" destructas ædes sanctorum locorum ad divinum
" adminiculum exposcendum reædificare, sacra-
" que altaria venustis velis cum nitore pii cordis
" velare, & unamquamque nocturnam sive diur-
" nam synaxim innovatis modulis resonare. Qua-
" propter, ego *Edwardus* Dei gratia *Anglorum*
" Rex, consilio imbutus bonæ voluntatis quam
Ita MS. " promissum est mihi, juxta quod præcipitur in
" divinis decretis, cathedram pontificalem conso-
" lidare *Exoniæ* civitatis in monasterio beati *Pe-*
" *tri* apostolorum principis, quod est situm infra
" mœnia ejusdem urbis, auctoritate superni regis,
" mea meæque conjugis *Eaditha* ac universorum
" episcoporum ducumque meorum per hoc pri-
" vilegium testamenti atque cautionem chyro-
" graphi in perpetuo tempore constituo & præ-
" sulem *Leofricum*, ut sit ibi pontifex & post illum
" cæteri astuturi, ad laudem & gloriam sanctæ &
" individuæ Trinitatis, patris & filii & spiritus
" sancti, & ad honorem sancti *Petri* apostoli. Do-
" no etiam omnes possessiones ad eundem locum
" pertinentes quæcumque sint, tam in ruribus
" quàm in pascuis, pratis, silvis, aquis, liberis, servis,
" ancillis, legibus, censu, pagis, Deo sanctoque *Pe-*
" *tro* fratribusque canonicis ibi famulantibus, ut
" habeant jugiter subsidium ubertim corporis quo
" valeant Christo militare sine ulla molestia ani-
" mi. Hoc autem notum Domino in primis *Le-*
" *ovi* facio, ipsiusque attestatione confirmo, dein-
" ceps que cunctis *Anglorum* magnatibus, quod
" *Cornubiensis* diœcesis quæ olim in beati *Germa-*
" *ni* memoria atque *Petroci* veneratione episcopa-
" li solio assignata fuerat, ipsam cum omnibus
" sibi adjacentibus parochiis, terris, villis, opibus, be-
" neficiis, sancto *Petro* in *Exoniensi* civitate trado,
" scilicet ut una sit sedes episcopalis unumque
" pontificium & una ecclesiastica regula propter
" paucitatem atque devastationem bonorum &
" populorum quam piratici *Cornubienses* & *Cri-*
" *diutunenses* ecclesias devastare poterant, ac per Ita MS.
" hoc in civitate *Exoniæ* tutiorem munitionem
" adversus hostes habere visum est. Et ideo ibi
" sedem esse volo, hoc est in *Cornubia* cum suis
" ecclesiis & *Devenonia*, cum suis simul in uno e-
" piscopatu sint & ab uno episcopo regantur.
" Ita hoc privilegium ego *Edwardus* Rex manu
" mea super altare sancti *Petri* pono, & præsu-
" lem *Leofricum* per dextrum brachium ducens,
" meaque Regina *Eaditha* per sinistrum, in cathe-
" dra episcopali consisto, præsentibus meis ducibus
" & consanguineis nobilibus, necnon capellanis, &
" affirmantibus, laudantibusque archiepiscopis
" *Eadsino* & *Alfrico*, cum cæteris aliis quorum
" nomina describuntur in meta hujus cautionis.

" Enimvero si quis hoc testamentum privilegii
" affirmare post meum vitæ transitum & bona ec-
" clesiæ augere tuendo voluerit, augeat omnipo-
" tens Deus dies vitæ ejus atque centuplicato
" fructu nonodecimo coronet eum æterno præmio
" in gaudio æthereo. Si autem, quod absit, aliquis
" compilator fraudis, vel cavillator fautoris vene-
" no fomitatus inique cupidinis hanc cautionem
" seu decretum hujus episcopii destituere aut per-
" mutare contemnendo presumpserit, vel ejusdem
" minuere, vel detrahere substantiam tentaverit,
" æternis mancipatus habenis cum diabolo ejusque
" ministris sit separatus à Christo ipsinsque sanctis
" disgregationis perpetuæ anathematis hat. Ita MS.

" Anno igitur incarnationis Dominicæ ML.
" indictione tercia, epactæque xxv. & concur-
" rentes vij. hæc cautio scripta est, edictione solida
" karacterata caracteribus testium, jubente pi-
" issimo rege *Anglorum Edwardo*, gubernante
" eodem feliciter totius monarchiam majoris
" *Britannie*.

" Ego *Edwardus* Rex hoc donum cautione hac
" affirmo. Ego *Eadsinus* archiepiscopus Christi

" eccleſiæ manu mea ſubſcripſi. Ego *Ælfricus*
" archiepiſcopus *Eboracenſis* eccleſiæ confirmavi.
" Ego *Stigandus* epiſcopus dignum duxi. Ego
" *Heremannus* epiſcopus corroboravi. Ego *Ro-*
" *bertus* epiſcopus teſtis fui. Ego *Ealdredus* epiſ-
" copus conſolidavi. Ego *Godwinus* dux. Ego
" *Leofricus* dux. Ego *Sywerdus* dux. Ego
" *Swefen* dux. Ego *Heraldus* dux. Ego *Radul-*
" *fus* dux. Ego *Egelardus* abbas adjuvavi. Ego
" *Elfwinus* abbas adjuvavi. Ego *Sibricus* abbas
" adjuvavi. Ego *Ramboldus* presbyter laudavi.
" Ego *Teſti* nobilis. Ego *Odda* nobilis. Ego *Bi-*
" *rinstricus* nobilis. Ego *Ordgarus* miniſter. Ego
" *Toninus* miniſter. Ego *Elfgarus* miniſter. Ego
" *Radulfus* miniſter. Ego *Dodda* miniſter.
" Ego *Eadulfus* miniſter. Ego *Ordulfus* miniſter.
" Ego *Ormanus* miniſter. Ego *Æthelredus* mi-
" niſter.

Inſpeximus etiam chartam domini *Johannis* Regis, patris noſtri factam prædictæ eccleſiæ in hæc verba. " *Johannes* Dei gratia Rex *Angliæ*,
" dominus *Hibernia*, dux *Normannia*, *Aquitania*,
" & comes *Andegavia*, Archiepiſcopis, Epiſcopis,
" Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis,
" Vicecomitibus Prepoſitis, & omnibus ballivis &
" fidelibus ſuis, ſalutem.

" Sciatis nos conceſſiſſe & hac carta noſtra con-
" firmaſſe ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Petro Exoni-*
" *enſis* eccleſiæ & *H. Exonienſi* epiſcopo & ſucceſ-
" ſoribus ſuis has ſubſcriptas eccleſias, videlicet,
" eccleſiam ſancti *Petroci*, ſancti *Stephani*, *Pira-*
" *ni*, Thohou, Pzobos. Præter hæc autem tres
" eccleſias in *Devonia*, ſcilicet, eccleſiam de
" Plymton, eccleſiam de Braunton, & eccle-
" ſiam ſancti *Stephani* intra ipſam civitatem *Exo-*
" *nia*, necnon & eccleſiam de Culynton cum om-
" nibus terris & decimis & rebus ad eas pertinen-
" tibus, ita liberas & quietas ab omnibus geldis
" querelis & conſuetudinibus ſicut fuerunt tem-
" poribus anteceſſorum noſtrorum *H.* Regis, avi
" ac patris noſtri, ſicut charta ejuſdem *H.* Regis
" rationabiliter teſtatur.

" Conceſſimus etiam & confirmavimus prædi-
" ctis *Exonienſi* eccleſiæ, *H.* ejuſdem eccleſiæ e-
" piſcopo & ſucceſſoribus ſuis capellariam de
" Boſeham, cum terris & decimis & omnibus
" pertinentiis ſuis, cum omnibus libertatibus &
" liberis conſuetudinibus ſuis, imperpetuum te-
" nendam & poſſidendam, adeo liberè quietè &
" pacifice ſicut aliquis alius eam unquam meliùs
" & liberiùs tenuit.

" Quare volumus & firmiter præcipimus, quod
" prædicta *Exonienſis* eccleſia, & prædictus *H.*
" ejuſdem eccleſiæ epiſcopus & ſucceſſores ſui
" poſt eum habeant & teneant omnes prædictas
" eccleſias & prædictam capellariam de Boſeham
" bene & in pace, liberè & quietè, integrè, ple-
" nariè & honorificè cum omnibus libertatibus &
" liberis conſuetudinibus ſuis in omnibus locis &
" rebus ad eas pertinentibus. Teſtibus *Philippo*
" *Dunelmenſi* epiſcopo. *Galfrido* filio *Petri*, co-
" mite Eſſex. *Willielmo* de Stuteville. *Roberto*
" de Turnham. *Hugone Bardolf*. *Willielmo*
" *Brewer*. *Johanne* Marefcallo. *Willielmo* de *Can-*
" *tilupo*. *Roberto* filio *Walteri*. *Ricardo* de *Rive-*
" *riis*. Data per manum *Simonis* archidiaconi
" *Wellenſis* & *Johannis* de Gray apud *Eboracum*,
" xxvj. die Martii anno regni noſtri 1.

Nos igitur donationes & conceſſiones prædictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W. Eboracenſi* archiepiſcopo. *G. Wigornenſi. R. Coventrenſi* & *Lichfeldenſi* epiſcopis. *Rogero* de Somery, *Rogero* de Leyburn (&c.) Data per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* viij. die Maii, anno regni noſtri lv.

REX, Archiepiſcopis, Epiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus Cartam *Henrici* quondam Regis *Angliæ* progenitoris noſtri in hec verba. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego* Henricus, Willielmi Anglorum *primi regis filius, totiuſque* Angliæ *Rex ac Moderator*; *Notum facio omnibus, clero ſimul & populo tam preſentis ſeculi quàm futuri, quia Dei miſericordia compunctus, pro abſolutione peccatorum meorum. & ſalute animæ meæ, reddo & reſtituo ſanctæ* Mariæ, *& ſancto* Petro Exonienſis *eccleſiæ has ſubſcriptas eccleſias ita omnibus modis liberas & quietas ſicut eas donatas eſſe à preclaris regibus predeceſſoribus meis ipſorum carthe teſtantur: eccleſiam videlicet ſancti* Petroci, *ſancti* Stephani, Perani, Thohon, Pzobos, *cum omnibus terris & rebus ad eas pertinentibus, ita liberas & quietas ab omnibus geldis querelis & conſuetudinibus, ſicut fuerint temporibus anteceſſorum meorum. Preter hec autem tres eccleſias in* Devonia *quas pie memorie* Willielmus *rex pater meus*, Willielmo *epiſcopo* Exoniæ, *dum adhuc capellanus ſuus eſſet, dedit, eccleſiam ſcilicet de* Plintona, *eccleſiam de* Bramtona, *& eccleſiam ſancti* Stephani *intra ipſam civitatem* Exoniæ: *ipſas concedo & dono ſedi epiſcopali* Exoniæ *hereditario jure imperpetuum optinendas, pro redemptione animæ meæ & patris mei, cum omnibus terris & decimis & rebus ad eas pertinentibus, ita liberas & quietas ab omnibus conſuetudinibus & querelis ſicut pater meus prædicto* Willielmo *eas dederat. Necnon & eccleſiam de* Culitona, *quam ego prafato* Willielmo *epiſcopo dederam ſimiliter concedo & dono ſedi epiſcopali* Exoniæ *peremiſſione peccatorum meorum, cum terris & decimis & omnibus rebus ad eam juſtè pertinentibus. Et ut hec ita data inviolabiliter & inconcuſsè ſub æterno munimento permaneant, ſigno ſanctæ crucis conſignata dimitto.* ✠ *Ego* Adelidis *Regina confirmo. Ego* Willielmus, Cantuarienſis *archiepiſcopus confirmo. Ego* Turſtinus, Eboracenſis *archiepiſcopus confirmo. Ego* Ricardus, Londonienſis *epiſcopus confirmo. Ego* Willielmus, Wintonienſis *epiſc. confirmo.* ✠ *Ego* Rogerius, Saresburienſis *epiſcopus confirmo* ✠ *Ego* Alexander, Lincolnienſis *epiſcopus confirmo* ✠ *Ego* Ebrardus, Norwicenſis *epiſcopus confirmo. Ego* Herveius, Elienſis *epiſcopus confirmo. Ego* Radulfus, Ciceſtrenſis *epiſcopus confirmo. Ego* Rannulfus, Dunelmienſis *epiſcopus confirmo* ✠ *Ego* Robertus, Coventrenſis *epiſcopus confirmo. Ego* Teoldus, Wygornenſis *epiſcopus* confirmo. *Ego* Bernardus, *de ſancto* David *epiſcopus confirmo. Ego* Ricardus, Herefordenſis *epiſcopus confirmo. Ego* Godefridus, Bathonienſis *epiſcopus confirmo. Ego* Gaufridus, *Cancellarius confirmo. Ego* Gaufridus, *abbas ſancti* Petri Wynton. *confirmo. Ego* Osbertus *abbas de*

Cart. 36. Ed. 3. m. 12. n. 16.

de Tavistocha *confirmo. Ego* Turstinus, *abbas de* Sireburna *confirmo. Ego* Vincentius, *abbas* Abbendonensis *confirmo. Ego* Safridus, *abbas* Glestonienſis *confirmo. Ego* Willielmus, *abbas* Cernenſis *confirmo. Ego* Robertus *comes de* Glocestria *configno. Ego* Willielmus, *comes de* Sudreia *configno. Ego* David, *comes de* Huntendona *configno. Ego* Ranulfus, *comes de* Ceſtra *configno. Ego* Rogerus *comes de* **Warwic** *configno. Ego* Robertus *comes de* Legrecestria *configno. Ego* Hugo Bygotus *dapifer configno. Ego* Willielmus *de* **Pi**ron *dapifer configno. Ego* Willielmus *de* Albinneio *configno. Ego* Nigellus *de* Albinneio *configno. Ego* Ricardus *filius* Balduini *configno. Ego* Balduinus *de* Redveriis *configno. Ego* Johellus *de* Berdeſtapula *configno. Ego* Guido *de* **Toteneis** *configno. Ego* Robertus *de* Badentona *configno. Ego* Willielmus *filius* Odonis *configno. Ego* Goiſlinus *de* Pomereda *configno. Ego* Rainaldus *de* Valletorta *configno. Ego* Willielmus *filius* Ricardi *configno. Ego* Herbertus *de* Alneto *configno. Ego* Unfridus *de* **Bohun** *configno. Ego* Walterus *filius* Turſtini *configno.* (&c.)

RAMESIENSE

Cœnobium in agro Huntindonenſi.

De fundatione abbathiæ Rameſienſis.

Ex regiſtro de *Ramſey* in Scaccario, ex parte rememoror. Regn 1640. fol. 218. a.

ANno Domini nongenteſimo ſexageſimo nono, *Ailwinus*, dux *Orientalium Anglorum*, inſtigante *Oſwaldo Eboracenſi* archiepiſcopo, fundavit monaſterium *Rameſienſe* duodecimo die Novembris, & anno ſequenti de *Wigornia* miſit ibidem *Eduinum*, qui emendata capellâ quam invenit, fecit officinas monachorum, & quarto anno ſequenti, videlicet anno nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, miſit *Oſwaldus* prædictus ibidem duodecim monachos de **Weſtbiri**, & anno tertio ſequente, ſcilicet nongenteſimo ſeptuageſimo quarto, ſanctus *Dunſtanus, Cantuarienſis*, & *Oſwaldus, Eboracenſis*, ſexto idus Novembris, primam eccleſiam beatæ *Mariæ* & omnibus ſanctis virginibus & ſancto *Benedicto**. Poſt cujus fundationem, tam dux *Ailwinus*, quàm ſanctus *Oſwaldus*, vixerunt viginti quatuor annos. Et anno DCCCCxcviij. de hac vita temporali tranſierunt ad æternam; ſcilicet ſanctus *Oſwaldus* ſecundo calendas Martii, & dux prædictus octavo calendas Maii. [*Plura vide apud* Will. Malmesbur. *fol.* 166. *b.* Henric. Huntind. *fol.* 204 *a. num.* 40. & Roger. Hoved. *fol.* 245. *b. num.* 20.]

* Deeſt, *conſecrarunt*, aut ſimile quid.

Ibid. fol. 217. b.

Genealogia comitis Ailwini.

FUit in diebus *Æthelſtani* regis quidam dux *Orientalium Anglorum*, *Æthelſtanus* **half**kineg, id eſt, *ſemirex*: hic deſponſavit uxorem *Alfwen* nomine, quæ poſtea nutrivit & educavit regem *Edgarum*, qui poſtmodum ſorte hæreditaria totius *Angliæ* regimine ſuſcepto, eidem *Alfwen* nutrici ſuæ non ingratus, villam quæ vocatur **Weſton** dedit, quam illa poſtea *Rameſienſi* eccleſiæ pro ejus animâ donavit. Iſte dux *Ethelſtanus* genuit ex *Alfwen* uxore ſua quatuor filios, primus *Ethelwoldus*, ſecundus *Alfwoldus*, tertius *Ethelſinus*, quartus *Ailwinus*, poſteà fundator *Rameſiæ*. Horum pater prænominatus dux *Ethelſtanus*, ſagaci providentia, mundum deludens antequam deluderetur à mundo, monachus factus eſt *Glaſtoniæ*, tandemque prædictos novellos fœcunde vitis quatuor palmites in ſortis ſuæ hæreditariæ & morum ſucceſſionem relinquens, ibidem & vitæ finem ſortitus eſt, & ſepulchrum. Perſeveravit autem vir iſte chriſtianiſſimus ab *Ethelſtano* rege uſque ad nepotem ipſius ex fratre *Edmundo*, illuſtrem regem *Edgarum*, quatuor regum tempora complens.

Anno Domini DCCCClxix. ſanctus *Oſwaldus*, & dux *Ailwinus*, *Rameſiam* conſtruxerunt.

Anno DCCCClxxvij. obiit *Ethelfleda* comitiſſa uxor *Ailwini* prima; quæ dedit nobis *Saltreiam*.

Anno DCCCClxxxj. obiit *Ethelwoldus* comes, frater *Ailwini*, & ſepultus eſt apud **Rameſey**.

Anno DCCCClxxxij. obiit *Alfwen* mater comitis *Ailwini*, quæ dedit **Weſton**, & ſepulta eſt apud **Chateriz**.

Anno DCCCClxxxv. obiit *Ethelgiva* uxor *Ailwini* ſecunda, quæ dedit nobis **Stowe** & **Bzune**. Comes vero *Ailwinus* trigamus fuit, prima *Ethelfleda*, ſecunda *Ethelfgiva*, tertia *Wlgiva*.

Anno DCCCClxxxvj. obiit *Ethelſtan Manneſune*, qui dedit **Chateriz** & **Clopham**, **Gzavele**, **Wereſle**, **Elleſwozth**, & apud *Rameſiam* ſepelitur. Et anno ſequenti obiit *Ethelſinus* frater *Ailwini* & ſepultus eſt apud *Rameſiam*.

Anno DCCCClxxxviij. obiit ſanctus *Dunſtanus*, qui dedit nobis **Wardebois**, & anno ſequenti obiit *Alfelinus*, qui dedit terram de **Eccleye** & de **Potton** & ſepultus eſt apud *Rameſeiam*.

Anno DCCCCxc. obiit *Alfwoldus* comes, frater *Ailwini*, qui dedit *Rameſiæ* **Potton** & **Wit**ton, **Rippon** cum **Wenigton**, **Bithern** cum **Clinton**, & *Rameſiæ* ſepelitur.

Anno DCCCCxciij. obiit ſanctus *Oſwaldus* & eodem anno comes *Ailwinus*.

Anno DCCCCxciiij. obiit *Wlgiva* com. uxor *Ailwini* tertia, quæ dedit **Bzancester** ad pellitias monachorum, & *Rameſiæ* ſepelitur.

Anno DCCCCxcvij. obiit *Ethelfleda* comitiſſa, uxor *Ethelwoldi* fratris *Ailwini*, quæ contulit *Rameſiæ* multa beneficia, & ibidem ſepelitur in parvo locutorio.

Anno DCCCCxcviij. obiit *Ailwinus* niger, qui dedit **Clopham**, **Gerdington**, **Rembeſton** & **Cranfeld**, & *Rameſiæ* ſepelitur.

Anno Mvij. obiit *Alfwara*, quæ dedit **Hali**well & eccleſiam de **Elleſwozth**, cujus erat advocata, ac terram de *Burleya*, & multa alia ornamenta; & ſepulta eſt *Rameſiæ*.

Anno Mxiij. obiit *Godricus*, qui fuit frater *Ednoti* primi abbatis *Rameſienſis*, qui dedit terram de **Cyznington**.

Anno Mxix. obiit *Arnketel* & *Wilfrun* uxor ſua, qui dederunt terram de **Pikkeling** & de **Bul**ton,

boton, & ſepeliuntur *Rameſia*. Hujus patre & matre natus eſt *Ethelſtanus* quartus abbas *Rameſiæ*.

Anno Mxxij. obiit *Alfwinus* filius *Bricii*, qui apud *Rameſiam* comam depoſuit. iſte dedit **Lauſhutt & Palſtede**.

Anno Mxxix. obiit *Brithnotus* comes, qui dedit *Rameſiæ* **Wichington** & **Doddinton** in perpetuam elemoſinam.

Anno Mlj. obiit *Jol.* qui dedit **Querington, Holeford & Cranewell**.

Anno Mlliij. obiit *Wak.* frater noſter, qui dedit *Withliſmaram*.

Anno Mlvj. obiit *Leofwina*, quæ dedit **Stotton, Dilington, Gayele & Gillinge** & unam crucem optimam, & ſepulta eſt apud *Rameſiam*.

De ſitu inſulæ quæ Rameſia *dicitur.*

Ibidem fol. 103. a.

QUum igitur in orientali angulo territorii *Huntingdonenſis*, quē *Uſe* fluvii alveus terminus coangustat mariſcorum memorata inſula ſita eſt, paluſtrium inſularum juxta quantitatem ſui pulcherrima eſt. Quæ quia apud pleroſque ſui commendatione jam nititur, ſtili noſtri officio non indiget commendari. Attamen ne adjacentem materiam omninò intactam prætergrediamur, locum illum à parte occidentali, nam aliàs paluſtria loca humanis greſſibus haud pervia longiùs protenduntur, à tellure ſolidiori duobus ferè baliſtæ jactibus interjacentes luteæ ſalubre* dirimunt. Qui locus olim ſegni tantummodò ampne naves ſerenâ advectas aurâ placido jocundi marginis excipiens gremio, nunc gravi labore & ſumptu, lignorum arenæ pariter & lapidum congerie lutoſa obſtructa abyſſo, via publica vel calle ſolido in eadem parte pedibus aditur. Hæc autem inſula duobus fermè millibus in longum extenſa, egena latitudine pauló ſtrictior habetur. Quæ tam alneto quidem quàm arundineto cum virore calami & juncti * pulcrè in girum coronata, multo antequam inhabitaretur arborum genere, potiſſimùm autem humidanti tota veſtiebatur orno. Quæ cujus proceritatis fuerit, & quantitatis, ex trabium & tignorum quorundam ad tectum eccleſiæ exinde aſſumptorum inſpectione poterit quilibet edoceri. Nunc verò longiore temporis tractu nemoribus ex parte demolitis, terra ubere gleba arabilis cernitur & opima, fructibus & frugibus jocunda, hortis conſita, paſcuis opulenta, nonnullis adhuc arboribus nemoroſa, & pratorum gratia verno tempore ſpectantibus & arridente velut depicta floribus tota inſula vario coloratur colore. Ambitur præterea idem locus paludibus anguilloſis, maris * latè patentibus & ſtagnis multimodi generis piſcium, & avium natatilium nutritivis, de quibus maris * una eſt **Rameſmere** de nomine inſulæ dicta, quæ cæteras adjacentes aquas pulcritudine & fertilitate ſuperexcellens, ab ea parte qua major inſula ſilva denſior habetur, arenoſam ipſius horam in loco qui dicitur **Pereham** pulcre allambens, delectabile videntibus ſpectaculum præbet. In cujus vaſtis gurgitibus laxatis tam ſagenis quam alterius generis retibus, immiſſis quoque ineſcatis hamis, cum cæteris artis piſcatoriæ inſtrumentis, admirandæ magnitudinis lutei *, qui ab incolis **Pahoos** nuncupantur, per ſepe extrahuntur, & tam diebus, quàm noctibus indefinenter ibi laborat aquatilium indultria venatorum. Semper ibi multiplex aquatici generis capitur fœtus, ſemper quod capiatur, habundat. Hæc de ſitu inſulæ & adjacentibus aquis, ad notitiam ignorantium exarata ſufficiant, nunc de nominis ratione aliquid breviter ſubjungamus.

* Lege, *ſalebra*.

* Lege, *juncti*

* Lege, *mariſcis*.

* Ita MS. pro *mariſcis*.

* Corrige, *lucii*.

De ethimologia nominis & triplici ratione.

Ibid.

IGitur *Rameſia* congruè ſatis dici poteſt à duobus nominibus *Anglicis*, **Ram**, quod eſt *aries*, & **Eye** quod *inſulam* ſonat, ut inde compoſito *Rameſia*, quaſi inſula arietis nominetur. Siquidem antiqui hujus loci patres junioribus ſuis, quorum relatione & nos ſibi relata didicimus, referre ſolebant in eadem inſula olim poſtquam * ab ullo inhabitaretur homine vel domeſtico animali, arietem inter ſilveſtres feras carpentem germina reperitur. Qui, ut putatur, limoſis locis & humantibus aliqua parte inſulæ, vel gelu hiemali obduratis, vel æſtivi ſolis longo fortè calore arentibus, relicto alios grege ſuo illuc errabundus deveniens, eiſdem iterùm locis in humorem & mollitiem ſolitam reſolutis, tortis ac recurvis de naturæ artificio cornibus armatus heremita remanere compulſus, ſempiternum loco nomen temporalis inhabitator reliquit. Ut autem hoc dictum ſimilium caſuum quodam confirmemus exemplo: *Auguſtudunum* in finibus *Burgundiæ* nominatiſſimam urbem, a duobus hædis qui in initio fundandæ civitatis, omnium pecudum domeſticarum ſoli ibi inventi ſunt, alio nomine *Eduam* uſque hodiè conſtat eſſe nominatam. Poſſumus & aliter nomen ipſum de authoritate veterum à *ramis* interpretari, quaſi inſula ramorum, ob copiam videlicet arborum, quæ, ut ſupra taxatum eſt, antiquitùs ibi habebatur, ſicut reſtantes adhuc reliquiæ teſtantur. Ex divina autem, ut credimus, providentia, tale loco inditum eſt nomen, quæ ab exordio naſcentis mundi à ſanctis viris & religioſis hanc præviderit & præſciverit inhabitandum. Et proculdubio de oleaſtro ſterili mundanæ converſationis ſecuri divinæ vocationis abſciſi, verè olivæ, & tanquam boni rami ſocii intimæ pinguedinis effecti, ſolius gratiæ inſitioni adhærentes, diverſos virtutum & bonorum actuum fructus velut virentia folia protulerunt. Jam verò, ut interpretationem ipſius nominis aptiùs ad miſticum intellectum reducamus, congruè dici poteſt à *Rameſſe*, urbe quondam opulentiſſima in extremis, ut vult *Yſidorus*, *Juliacæ* regionis ſita finibus, quam filiis *Iſrael* divino monitu ab eiſdem locis poſt diuturnam duræ ſervitutis calamitatem demigrantibus, primam legimus præbuiſſe manſionem. *Rameſſes* quoque, commotio vel tonitruum interpretatur. Rectè igitur huic loco hoc congruit nomen, quod demorantes in eo viri ſancti pſalmodiæ vel lectionis divinæ ſonitu quaſi terrore tonitrui a malis compeſcuntur, & cum *Ezechiele* propheta vocem commotionis magnæ poſt ſe frequenter audiunt, dum per exhortationis verbum ad pœnitentiam concuſſi in lacrimas & gemitum plerumque erumpunt. De hujuſmodi commotione per prophetam alium dicitur, pedes ejus ſteterunt & mota eſt tetra. Quia, ut ait *Gregorius*, cum veritatis

* Lege, *priuſquam*

veſtigia

vestigia in mente audientium figuntur, ipsa mens in sui consideratione turbata commovetur. Congruè ergo *Rameſia* commotio vel tonitruum dicitur, quandoquidem peccatores quilibet in ea ad servitium Dei, de subdolè blandienti & malè pacato mundi amore conversi, ex contritione commoti & contriti sua acta condempnantes, in mœrore pœnitentiæ salubriter perturbantur. Hæc triplici jam ratione de ipsius ethimologia nominis breviter perstrinximus. Si quid rectius super hoc aut utilius dici potest, tuo, ô lector, arbitrio relinquentes, dummodò omnimodis tuæ constet prudentiæ, honestum esse de incertis honesta æstimare, & in re ambigua, de qua nulla invenitur auctoritas majorum, in meliorem semper partem deflecti debere æstimationem.

Inclitii regis Ædgari *donaria, quibus eccleſiam* Rameſiensem *insignivit.*

Ex cod. Registro fol. 110. b.

QUum igitur prima hujus basilicæ jacerentur fundamenta, illustris Rex *Ædgarus*, prece & instantia archipræsulis *Oswaldi* provocatus, in necessarios incepti ædificii sumptus quinque hidas apud **Burwell** liberalitate regali scripto suo eidem ecclesiæ perpetuò possidendas confirmavit. Itemque idem Rex, ad petitionem ejusdem sancti pontificis, in devotionis suæ memoriale æternum, dedit ecclesiæ *Rameſienſi* & fratribus ibidem Deo servientibus, & per successiva tempora servituris, ecclesiam de **Guthmuncester**, cum tribus hidis terræ, & regalis munificentiæ donum scripto quod hodiè apud nos habetur, confirmavit. Qualiter autem hæc ecclesia cum memorata ruris portione à nobis alienata sit, in sequentibus nosse cupienti curabimus indicare. Perpendens præterea jam dictus Rex Christianissimus sæpe memoratam *Rameſienſem* ecclesiam in divina religione succrescere, & gregem ibidem Deo famulantium tam merito quam numero adaugeri, ad devotionis suæ cumulum, pro pace & firmitate regni sui, dedit eis etiam unam hidam terræ, quæ fuerat cujusdam viri *Tukem.* nomine, in **Stivecle** & duas campanas viginti librarum pretio comparatas.

Donationes quædam ſancti Oswoldi.

Ibid.

DEinde vir domini *Oſwoldus*, calliditatis & malitiæ, quam hac nostra ætate contra simplicitatem veterum, & fidem turgescere videmus, præscius & judex, missis nuntiis ad *Johannem* papam qui tunc temporis *Romani* pontificatus arcem tenebat, privilegium suum in libertatem & munimentum ecclesiæ noviter constructæ & dedicatæ adquisivit : ne successoribus suis calumpniandi occasio arrideret, nihil de episcopii jure, sed quæ familiaris loculi emunctione in jus suum trantierant nevo expositа, seu quæ legitima cambitione fuerant adquisita, hæc sola ecclesiis quarum vel fundator extiterat vel patronus, liberiùs & quietiùs possidenda conferre studuit & confirmare. Emerat igitur à rege *Ædgaro* villam quæ **Hidingwoth** dicitur, competentis pretii mutatione, multis scilicet & pretiosis reliquiis, quæ in duabus crucibus de sexies viginti marcarum auri pondere fabricatis continebantur. Pro qua itidem villam de **Wystowe**, quia ecclesiæ *Rameſienſi* viciniori accessu magis competens erat & recessu, à memorato rege in escambium accepit, acceptam Deo, & sancto *Benedicto* in perpetuam solempniter tradidit hæreditatem. Provida autem antecessorum nostrorum sagacitas suspecta prudenter præcavens pericula, prædictam villam de **Hidingwoth** pro commutatione memoratæ ecclesiæ, & trium hidarum de **Cumecester** ecclesiæ *Rameſienſi* in funicularem hæreditatis perpetuæ sortem redemit ; sicque quemadmodum superiùs promisimus referendum, eadem ecclesia & terra in alienæ jus potestatis usque hodie concessit. Dedit præterea vir sanctissimus *O.* v. hidas apud **Burwell**, alias ab illis quas piissimum regem *Ædgarum* superius retulimus nobis contulisse. Hæc est illa terra quam, sicut in vetustissimis scedulis *Anglicè* scriptum reperimus, vir quidam, *Edwynus* nomine, filius *Oſulfi*, venerabili antea concesserat archiepiscopo *Odoni*, pro mercede sollicitudinis & laboris quo regem *Ædredum* ad consensum inflexerat, ut ei liceret filiam cujusdam viri *Ulfi* quam concupiverat maritali sibi fœdere copulare. Hanc autem donationem cum presbiter quidam *Æthelſtanus*, prædicti archipræsulis *Odonis* germanus, inficiari conatus, ejusdem terræ medietatem suo juri legitimè competere allegasset, pacificus Christi vernula *Aylwynus* aldorium, * facultatum suarum dispendio, semper *Rameſienſis* ecclesiæ obvians detrimento, datis ei in mutuam commutationem pro eodem agello octoginta marcis auri, sub testimonio regis *Ædgari*, & *Dunſtani* archipræsulis, & *Alferi* & *Oſlaki* comitum, omnem calumpniæ viam obstruxit, & jam dicto viro posterisque ejus perpetuum, ut putabatur, super hoc silentium induxit. Postea verò, quia rebus humanis nil solidum, nil diu quietum, piissimo rege *Ædgaro* vita præsenti exempto, quidam *Wynſigus* à præfato *Othulfo* longam consanguinitatis lineam trahens, ex sola successionis hæreditariæ fiducia, sine ulla auctoritate judiciali memoratas quinque hidas sibi vendicavit, mansumque suum in eis constituit, unde vir illustris *Ailwinus*, nobilis animi indignationem nobilis iræ stimulis urgens, tantæ temeritatis præsumptionem ferro vindice ulcisci spiravit, & profectò conceptum tumentis pectoris opus explevisset, nisi cujusdam fratrum *Rameſienſium*, *Ædnothi* nomine, prudens & provida discretio obstitisset, qui cum homicidium in dampnum ecclesiæ *Rameſienſis* factiosa contrariæ partis criminatione redundare posse manifesta affirmaret ratione, pacatum prudentis viri animum à proposito revocavit. Deinde, communicato idem frater *Ædnothus* salubriori consilio, majores & prudentiores de comitatu *Cantebrigiæ* convocavit, quorum opera & industria ad hoc memoratum *Wynſigum* induxit, ut quandam terram de **Delsingetune** in mutuam jam dictæ terræ de **Burwell** cambitionem gratanter acciperet, sicque eadem terra in jus *Rameſienſis* ecclesiæ rediit, ab omni tam ipsius *Wynſigi*, quam totius posteritatis suæ calumpnia soluta penitus & quieta. Cujus laboris proventu, quidam vir, *Alfgarus* nomine, aldermanni familiaris & à secretis, congratulans, prædictæ terræ ab omni reclamatione jam liberæ, domos suas & curiam, tres quoque hidas cum xl. acris & unam præterea virgatam, & ecclesiam de **Burwelle**,

* Corrige *aldeman.* i.e. satrapa, *vel*, princeps.

Ita MS.

well, cujus fuit advocatus, pro ſua prædeceſſorumque ſuorum animabus, mera liberalitate adjecit. Quædam quoque matrona, *Æthelgiva* nomine, aliorum provocata devotione & exemplo, dedit Deo & ſancto *Benedicto Rameſiæ*, in eadem villa lx. acras, & unam virgatam terræ quæ fuerat *Guthredi*, & octo hidas apud **Erninge**. Fratres quoq; *Rameſienſes* favorem domini, cum gratia ſancti patris arridere cernentes, plurimas ibidem terras tam in campo arabili quam in villæ manſis multotiens pretio comparaverunt. Sæpedictus etiam *Wynſigus*, læſam præcedentis temeritate facti Dei & eccleſiæ *Rameſienſis* gratiam plenius ſibi geſtiens referre, ſub teſtimonio aldermanni & uxoris ſuæ, & filiorum, dedit dimidiam hidam in **Stivecle**. Cujus occaſione doni fratres *Rameſienſes* poſtea, dato cuidam filio ejuſdem *Wynſigi* competenti pretio, aliam hidam integram in eadem villa juſto emptionis titulo poſſederunt.

Ibid. *Hic annotantur donaria quibus inclitus dux Æthelwinus ecclesiam* Rametiensem *dotavit.*

HÆC verò ſunt quæ piæ recordationis dux *Ailwinus*, tanquam pater filiæ maritatæ, dedit eccleſiæ *Rameſienſi* in jus patrimoniale perpetuò poſſidenda. Primò ſcilicet inſulam ipſam ubi xenodochium conſtructum eſt, cum adjacentibus mariſcis & ſtagnis. Deinde terram de **Upwode** quam à rege *Ædgaro* regalis munificentiæ largitate, cum vicinorum gurgitum piſcariis ad eam pertinentibus fuerat aſſecutus. Ibi tamen aulam ſuam & curiam tanti viri nobilitati in vita ſua habuerit congruentem. Quia enim locus & nemoribus conſitus, & mariſcorum paludibus erat vicinus, frequenter ibi in venatu & aucupatione vel aucupio ſpatians morabatur. Dederat ei præterea idem Rex *Ruſticum* illam quæ propinquior prædictæ villæ de **Upwode** adhæret, quam ipſe inde Deo & ſancto *Benedicto* cum dominio & debito hominum ſervitio, in perpetuam hæreditatem conceſſit. Dedit etjam totum quod juri ſuo in *Saltretha* competebat. Nam pater *Æthelfledæ* uxoris ſuæ cum adhuc viveret, & quandam ejus ruris portionem legitimo patrimonii jure poſſideret, dedit eam cuidam viro, *Æthelſtano* nomine, Aldermanno, in mutuam alterius cujuſdam terræ quæ ei erat acceptior permutationem. Poſtea verò eadem *Athelfleda*, patre ſuo prædicto & eodem *Æthelſtano* alea fatali deluſis, ſuper terra memorata calumpniam inſtruens, ordine judiciario eam in hæreditariæ ſortis ſuæ jus revocavit, revocatam deinceps Deo & ſancto *Benedicto Rameſiæ* cum funere corporis ſui conferens, in redemptionem peccatorum ſuorum. & pretium ſepulturæ. Idem præterea verus *Iſraelita*, *Ailwinus*, terram de **Pelvigeye** quæ undique aquis accincta eſt, & profunda uligine mariſcorum, dedit *Rameſiæ* cum **Snozes**, berewico ſuo, quod fortis inſulam habetur, & molendino adjacente; meditatem quoque piſcariæ ejuſdem loci dedit eccleſiæ, alteram verò partem filius ſuis. Dedit etiam v. hidas apud **Walſokne** & dimidium piſcariæ ſuæ quæ cum in *Wella* contingebat. Poſtea verò terminum vitæ poſiturus, alteram meditatem reliquæ adjiciens portioni, totam ſimul piſcariam *Rameſienſi* eccleſiæ contulit cum manſis & toftis piſcatorum. Terram quoque de **Brininton**, quæ poſt patris ſui obitum, & x. hidas quæ poſt deceſſum matris in hæreditariam ſibi ſortem ceciderunt, dedit *Rameſiæ* pro ſua & utriuſque parentis ſalute.

Hæc eſt illa terra de **Weſton**, quam ſicut ſupra in prima hujus opuſculi diſtinctione retulimus, Rex *Ædgarus* dederat eidem *Alſwen* matri comitis, pro ea quam ſibi in cunabilis impenderat ſedulitate nutrituræ. Dedit etiam idem vir Deo devotus *Alwinus* x. hidas apud **Giddinge** & **Weveton**, quas ſub regis & optimatum teſtimonio, appenſo cuidam viro *Othingaro* non modici æris pretio, juſto poſſederat titulo emptionis. Nec in hiis quoque fervori devotionis ſuæ terminum ponens, dedit ſeptem hidas apud **Stivecle**, & quandam partem decem hidarum quas habuit apud **Toſte**, pro anima jam dictæ *Athelfledæ* uxoris ſuæ: pro alia verò illarum hidarum parte, ut integrè omnes cederent eccleſiæ *Rameſienſi* in poſſeſſionem, à fratribus ejuſdem loci accepit in eſcambium terram quandam de *Lincolnia* quam vir quidam, *Wlfhunus* nomine, in liberam eis contulerat elemoſinam quandò ſeculo renuncians collegio eorum ſociatus eſt. Porro terram de *Acleia* prædictis donationibus ſuis vir fidelis adjecit, quam quidam presbiter, *Kinemundus* nomine, vivendi finem faciens, multis teſtibus ei in teſtamento reliquit. Dedit & ſex hidas in **Waminefozd**, quas poſtea fratres *Rameſienſes* per poſterorum calumpniam ablatas numerata pecunia redemerunt; pratum præterea apud **Yodun**, & molendinum quod à quodam cognato ſuo *Sirico*, dato ei non modico probatæ monetæ pretio, comparaverat, eidem eccleſiæ in jus perſeverabile conceſſit. Terram quoque de **Hemmingfozd**, quæ oppido *Huntingdoniæ* ex oppoſita parte fluminis . . . . . vicinior, eidem eccleſiæ in fidei ſuæ & devotionis monumentum contulit ſempiternum; hanc autem terram quæ acceſſu propiore ſibi erat acceptior, in publicam & legitimam acceperat permutationem à ſancto *Athelwino*, *Wyntonienſi* epiſcopo pro terra de **Hathfeld**, multis à præfato epiſcopo precibus ſolicitatus, xxx. ſcilicet hidas pro xl. fertilitatis fortè vel vicinitatis gratiâ, pluris reputans pauciores.

Charta fundationis monaſterii de **Ramſey** *in comitatu* **Huntington.** Ibid. fo. 336. a. It. Cart. 8. E. 3. n. 29. Vide etiam cart. 2. H. 5. parte 2. m. 18.

"REge regum, & domino dominantium, in "æternum & ultra omnipotente ubique "regnante, & ineffabili ſua clementia univerſa "celeſtium, & terreſtrium ac infernorum agmi"na gubernante. Ego *Edgarus*, per magnam "ipſius Dei miſericordiam, totius *Anglorum* reg"ni ſolio ſublimatus, omnibus poſt me futuris "regibus, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, "comitibus, vicecomitibus, centenariis, cæte"riſque ſanctæ eccleſiæ filiis innoteſco: quod "quidam vir dilectiſſimus mihi necnon & pro"pinquitatis conſanguinitate connexus, *Alwy"nus* **Aldzeman** nomine, inſtigante divina cle"mentia, cum benevolo meo aſſenſu, ac licen"tia, in inſula quæ nuncupativo ritu ab incolenti"bus *Ramſeya* promulgatur, in honorem beatæ "Dei genitricis, ac perpetuæ virginis *Mariæ*,

ſanctiq;

"sanctique *Benedicti*, omniumque sanctarum "virginum, arcisterium construxit, prævidens i- "taque incertum futurorum temporum statum, "omnibus posteris meis scire pro futuro decrevi, "quale omnipotentis gratia operante, ibidem mi- "raculum emicuit; sicut non incerta relatione "quorundam episcoporum meorum, imo & ipsi- "us *Aylwini* didici.

"Igitur diuturno ac laborioso cruciatu poda- "græ pedum suorum prædictus illustris vir *Ayl-* "*winus* multis laborans annis, usque quo vox af- "fuit salutifera, in qua piscator quidam ipsius, "qui *Wlfget* vocabatur, cum carinula, & assectis "suis, & lino aquam, quæ Anglico nomine **Rame- "mesmere** dicitur, ingressus est. piscem videlicet "gratia ad usum domini sui prædicti usu consueto "adquirendi. Sicut itaque noverat velle domi- "num suum, rete suum sedulo huc, & illuc pro- "jiciendo, aliquid capere nitebatur, sed ex præ- "destinatione Dei omnipotentis frustra laborans, "& tandem piscario labore nimium fagitatus, in "carinula sua soporatus obdormivit, cui sanctus "in somnis apparuit sic fando *Benedictus*: *Au- "rora spargente polum, tuum ejiciens tragum "multitudini copiosa voti compos obviabis piscium; "captorum itaque piscium majorem, quem vos* "**Haked** *nuncupatis*, Aylwino *domino tuo ex mea "parte offerens, dices ei, ut meam donationem be- "nigne assumens piæ matri misericordiæ, & mihi, "omnibusque sacris virginibus in hac insula mona- "sterium, monachorum habitationi, cum officinis "necessariis congruum sine dilatione studeat fabri- "care: ut ei igitur hæc omnia per ordinem innotescas "exhorter, sermonem addens sermoni, quatenus "scrutetur diligentius in loco prædicto, quomodo "nocte fossa terræ sua incumbant animalia, ac ubi "taurum surgentem pede dextro videris percutere "terram, ibidem proculdubio xenodochii sciat se "aram erigere debere. Et ut mente perspicatiori, "& fide constantiori, meis his credat mandatis; "hunc tuum tibi exteriorem incurvo digitum, quem "& ipse, mox a nexu podagræ solutus, & signi "certioris judicio roboratus, tibi erigat repa- "randum.*

"Prædictus igitur piscatorum didascalus his "auditis evigilans, lucisque diei spiculum in ori- "ente conspiciens, in aquam, sicut sibi jussum "fuerat, tragum suum laxare cœpit, & sicut san- "ctus pater prædixerat, copiosam multitudinem "piscium conclusit, quorum majorem eligens ex "parte sancti *Benedicti* cum domino suo obtulit, "eique omnia quæ in somnis didicerat, revelavit; "digitumque suum a sancto incurvatum, ut eri- "gat obnixè rogavit, quæ omnia mente sagaci "concipiens *Aylwinus*, digitum viri hærentem e- "rexit, piscemque suscipiens, matri domini Jesu "Christi, & sancto *Benedicto* grates innumeras "benedicendo exsolvit, surgensque vir insignis "festivus jubet mannum præparari, & in Insulam "ipsam vadens, quomodo jacent sua animalia, ut "præceptum erat, explorat. Mira res, & miran- "da, ubi vir prædictus Insulam est ingressus, ab "intractabili statim, & gemino morbo, nutu "Dei, funditus liberatus est, animaliaque sua in "modum crucis, taurum verò in medio eorum "jacere prospexit. Et sicut quondam sancto "*Clementi* agnus pede dextro locum fontis; sic "viro isti taurus terram pede percutiendo locum "mensæ futuri arcisterii significavit divinitus. Un- "de vir præfatus Deum laudans, confestim trun- "catis lignis excitari capellam ibi pulchro opere "præcepit, ac deinde scemate condecenti, sicut "mandatum sibi fuerat, regulare futuræ con- "gregationi monachorum construxit cœnobium. "Deinde revoluto quinquennio, diebusque duo- "deviginti, precibus venerabilium amicorum me- "orum *Dunstani*, *Dorobernensis*, & *Oswoldi*, *E- "boracensis* archiepiscoporum, eandem eccles- "am in honorem beatæ virginis *Mariæ*, sancto- "rumque prædictorum, sexto idus Novembris, "anno ab incarnatione Domini nongente- 974. "simo septuagesimo quarto, indictione se- "cunda solemniter, ut decebat, dedicari con- "cessi.

"Eodem verò anno, cum in natali Dominico "omnes majores totius regni mei, tam ecclesia- "sticæ personæ quam seculares, ad curiam me- "am celebrandæ mecum festivitatis gratia con- "venissent: à prædictis amicissimis meis archie- "piscopis itidem rogatus, omnes donationes ter- "rarum, vel possessionum, quas vel idem *Ayl- "winus*, vel quæcunque aliæ personæ, in dotali- "tium ejusdem ecclesiæ, & jus hæreditatis perse- "verabile, ad victuale subsidium monachorum "Christo jugiter ibi famulantium indulserant, "dando, & concedendo hoc regiæ majestatis meæ "privilegio, coram tota curia mea corroboravi, "& tam ipsas donationes quam nomina dona- "torum, literis meis ad futuræ posteritatis noti- "tiam exprimere curavi, hoc est, primitus dona "ipsius aldremanni, scilicet insulam, in qua sedet "xenodochium prædictum, cum omnibus sibi per- "tinentibus pratis, pascuis, campis, paludibus, "silvarumque densitatibus. Deinde tus illud, "quod **Upwode** nominatur, cum *Ravelega* be- "rewico suo, **Hemmingford**, *Saltreiam*, *Stive- "cleiam*, **Byminton**, **Weston**, **Hebugely**, *Wal- "socnam*, cum omnibus ad eadem villas perti- "nentibus; in **Welles** quoque viginti homines "piscatores, sexaginta millia anguillarum singu- "lis annis debentes ad usum fratrum prædicto- "rum; *Wulfina* uxor ejusdem aldremanni, "**Byancester**, cū omnibus ad eam pertinentibus; "*Dunstanus*, archiepiscopus *Dorobernensis*, "**Wardebule** cum omnibus sibi pertinentibus; "*Oswaldus*, archiepiscopus *Eboracensis*, **Ringe- "ston**, id est, **Wiston**, cum **Ravell**, & **Esti- "berewicis** suis ac omnibus sibi pertinentibus; "*Aibelstan Mannessune*, *Slepam*, & **Chaterig**, "& de **Elesworth** partem orientalem cum om- "nibus sibi pertinentibus; *Brithnot* aldremannus, "**Wythenton**, & **Pham** cum omnibus sibi per- "tinentibus; *Aylfwoldus* frater *Aylwyni* præ- "scripti, **Honaon**, **Witton**, *Ripenam*, **Clin- "ton**, & **Withernam**, cum omnibus sibi perti- "nentibus; *Hunith* vidua, **Gyavel**, **Belington**, "**Stocton**, & **Gillinger**, cum omnibus sibi per- "tinentibus.

"Hæc itaque rura, ut supradixi, pro adipiscen- "da dulcedinis divinæ misericordia, & pro stabi- "litate regni mei, libenti animo in dote perseve- "rabili annui, cum ecclesiis, cum terris cultis, "& incultis, exitibus, redditibus, viis, inviis, sege- "tibus, silvis, bruariis, secundum antiquos diu

" ſervatos confinium terminos, in pratis, paſcuis, " aquis, aquarumque decurſibus, paludibus, piſ- " cariis, mariſcis, molendinis, & theloneis, ad ſe " pertinentibus, & cum omni utilitate, quæ inde " poterit omni tempore evenire, & cum omnibus " per circuitum terminis, & metis ſuis, ab regia a- " ctione, & angaria, vel à qualibet humanæ ſer- " vitutis ſubjectione, liberrima, lege, libertate, " conſuetudine, tam benè, & tam plenè, ſicut ea " ſub mei juris dominio, ſuffragatore Deo, melius, " & liberius prænominati nobiliſſimi poſſiderunt " viri, favore & conſenſu primatum & optima- " tum meorum, prænominatæ eccleſiæ firmiter " perpetuò habenda conceſſi & confirmavi.

" Ut igitur hoc donationis meæ decretum fixi- " ori firmitate, & ſtabilitate perduret, præſentis " paginæ privilegio decerno, & ſtatuo, ut ſint li- " bera, & expedita, tam prædicta territoria ibidem " jam data, quàm ea quæ a fidelibus deinceps ſunt " danda, ab omni angaria conſtructionis pontis, " arciſve reſtaurationis, & ab omnibus ſeculari- " bus ſervitiis, & operibus : Ita quod nullus un- " quam regum, vel epiſcoporum ſeu principum, " procuratorum, ſive exactorum, ab illis paſtum, " nec opera, vel tributa exigat ; ſed omnia ſint li- " bera omnino, & quieta, quæcunque ſuperiùs " prænotantur. Præterea ex conſulto, & admo- " nitione venerabilium amicorum meorum, *Dun- " ſtani, Dorobernenſis*, & *Oſwaldi, Eboracenſis* " archiepiſcoporum, decreta utilia ſtatui, ut qui- " cunque majeſtatis regiæ reus, vel cujuſlibet al- Sanctua- rium. " terius offenſæ, ad locum illum confugerit, ejus " rei, & membrorum, ac vitæ impunitatem con- " ſequatur : ſemperque ſit habitatio monacho- " rum, ac ſecundum beati *Benedicti* traditionem, " poſt obitum abbatis, ex eadem congregatione " alter, qui dignus ſit, eligatur : aliunde verò nul- " lus ibi præficiatur, niſi nullum, quod abſit, ibi " contigerit, qui dignus tali officio ſit, inveniri ; " quod ſi contigerit, poteſtatem habeant de alio " noto monaſterio abbatem eligendi, cujus vita " ſapientia, & religione clareſcat : laicorum au- " tem, aut clericorum nemo loci illius dominium " uſurpare præſumat. Poſſeſſiones verò, quæ ibi " à quibuſcunque donatæ ſunt, non abbas, non " alia quælibet perſona licentiam habeat vendendi " extraneis, vel dandi, ſed regũ munimine locus ille " ſemper tueatur, ipſeque abbas regi Deo ſoli ſer- " viens, ſpirituali & temporali commiſſum ſibi " gregem paſtu diligenter foveat : liceatque ipſi " congregationi quod ſibi per rectam delegatio- " nem collatum eſt, perpetuò poſſidere, & pro " me, & pro ſtabilitate regni mei Deum jugiter " exorare. Poſt hujus itaque privilegii mei do- " nationem, excommunicaverunt omnes epiſcopi, " abbates, presbiteri, qui in plurima numeroſitate " eodem die affuerunt, eos qui hoc conſtitutum " infringerent, vel infringi permitterent, quantum " in ipſis eſſent.

" Et ut hæc auctoritas meis, & futurorum poſt " me regum temporibus, circa ipſum ſanctum lo- " cum firma perenniter permaneat, & inviolata, " & ut ab omnibus optimatibus meis, & judici- " bus privatis, & publicis meliùs, & certiùs creda- " tur ; manus meæ ſubſcriptione, hanc chartulam " quinto kalend. Januarii decrevi roborare, & ſi- " gilli mei impreſſione cõmunire. ✠ Signum *Ed-* " *gari*, & ſereniſſimi *Anglorum* Imperatoris. " ✠ Signum *Edowardi* ejuſdem regis filii. ✠ Sig- " num *Æthelredi* fratris ejus. ✠ Ego *Dunſta-* " *nus, Dorobernenſis* archiepiſcopus confirmavi. " ✠ Ego *Oſwaldus, Eboracenſis* archipræſul cor- " roboravi. ✠ Ego *Alfſtanus, Londoniæ* epiſ- " copus conſolidavi. ✠ Ego *Æthelwoldus, Win-* " *tonia* epiſcopus * commodum duxi. ✠ Ego * Al. *præſul wintonienſis.* " *Ælfnothus, Dorecenſis* epiſcopus concluſi. " ✠ Ego *Ælfſtanus, Roffenſis* epiſcopus conſigil- " lavi. ✠ Ego *Ælfgarus, Wintonienſis* epiſcopus Amen " dixi. ✠ Ego *Æſcwius* abbas. ✠ Ego *Oſgar* " abbas. ✠ Ego *Ælfricus* abbas. ✠ Ego *Æ-* " *thelgar* abbas. ✠ Ego *Ælfeah* abbas. ✠ Ego " *Flodbyrht* abbas. ✠ Ego *Germanus* abbas. " ✠ Ego *Ailwinus* **Aelderman** hoc meum de- " ſiderium ad perfectum, Deo ſuffragatore, uſ- " que perduxi. ✠ Ego *Ælfwold* dux. ✠ Ego " *Ethelſtan* dux. ✠ Ego *Brihtnoth* dux. ✠ Ego " *Æthelweard* dux. ✠ Ego *Wulſtan* presbiter. " ✠ Ego *Leoffa* presbyter. ✠ Ego *Thured* preſ- " byter. ✠ Ego *Sideman* presbyter. ✠ Ego " *Wulfhere* presbyter. ✠ Ego *Æthelſi* presby- " ter, cum ſupradictis & aliis quamplurimis preſ- " byteris infractores hujus firmitatis excommu- " nicavi.

Confirmatio fundationis monaſterii de **Ramſey** per S. *Edwardum*, Confeſſorem dictum.

Ibid. *IN nomine ſummi Kyrios omnia jura regnorum gubernantis, & ab alto cœli faſtigio cuncta cernentis, ego* Edowardus, *totius* Albionis, *Dei moderamine, gubernatione baſileus, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, centenariis, cunctiſque ſanctæ fidelibus eccleſiæ clericis, & laicis, inſuper & omnibus poſt me futuris regibus ſalutem, perpetuamque pacis fœlicitatem. Summum regibus, ac principibus bonum eſt, juſtitiam Dei colere, ſanctam eccleſiam ejus exaltare, & honorare, quia qui eam exaltant, & honorant, cum ea, & in ea, & per eam exaltantur, & honorantur. Prævenit cor meum gratia Dei, ut quod ab anteceſſoribus meis Regibus collatum eſt ejus eccleſiæ, mea firmetur authoritate. Eccleſia namque beatæ Dei genetricis ſemperque virginis* Mariæ, *ſanctique* Benedicti, *omniumque ſanctarum virginum, quæ* **Ramſey** *nuncupatur, quæ olim in tempore præcellentiſſimi regis* Edgari *à quodam inſigni viro* Alwyno *ornamate, utpote in ejuſdem regis glorioſi munificentia cartula, quam ibidem donaverat, data ac ſigillo regio confirmata, legitur, almipotentis Chriſti mirabilis cooperante gratia, eſt conſtructa, ac terrarum copioſis ditata muneribus. Inprimis eam ita liberam, & quietam, tam ab omni exactione epiſcopali, quam à ſeculari eſſe volo, ut neque nos, neque ſucceſſores noſtri, neque quilibet epiſcopus, nec quicunque de judiciaria poteſtate, in ipſam ſanctam baſilicam, vel in manentes in ipſa, vel in homines, qui cum ſuis terris, vel quibuſlibetcunque ſubſtantiis ad ipſam tradere vel devovere ſe voluerint, niſi per voluntatem abbatis, & omnium ſuorum monachorum, ullam unquam habeant poteſtatem, ſed ſit hæc ſancta mater eccleſia ſpecialis domina noſtra perpetua virginis* Mariæ, *ac patroni noſtri ſancti* Benedicti, *& omnium ſanctarum virginum libera, & abſoluta ab omni invaſione,*

sione, vel inquietudine omnium hominum, cujuscunque ordinis, vel potestatis esse videantur.

Preterea in perpetuum confirmo, ut monachi ejusdem ecclesiæ per successiones secundùm regulam sancti Benedicti *eligere sibi idoneos abbates habeant potestatem; & quisquis fugitivorum de quocunque loco, pro quacunque causa, cujuscunque conditionis sit, ipsum sanctum locum, vel precinctum ejus intraverit, fugiens; membrorum suorum, ac vitæ impunitatem consequatur. Possessiones verò, quæ ibi à quibuscunque donatæ sunt, non abbas, non alia qualibet persona licentiam habeat vendendi, vel extraneis dandi: sed regum munimine deinceps locus ipse tueatur: ipseque abbas regi soli serviens, atque ei soli os ad os respondens, commissum sibi gregem spirituali, & temporali pastu abundanter foveat. Concedo, & confirmo omnes donationes terrarum vel libertatum, aut aliarum rerum, quæ à regibus,* Edgaro *videlicet, &* Hardeknut, *seu aliis fidelibus ante me donatæ sunt; hoc est,* **Upwode**, *cum* Raveleya, *berewico suo & cum insula, in qua prædictum stat arcisterium, cum omnibus sibi pertinentibus;* **Hemingeford**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Walsoke**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Sautrey**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Yellingh**, *cum omnibus ad se pertinentibus: in* **Welles** *viginti piscatores ibidem singulis annis ad usum fratrum lx. M. anguillarum reddentes;* **Byancestrei**, *cum omnibus ad se pertinentibus, & cum omni maris projectu, quod nos* Anglicè **Shipwrec** *appellamus;* **Ripton**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Tinell**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Ringeston** *cum* Raffleya, *&* **Byri** *berewicis suis, omnibusque sibi pertinentibus;* **Wardebult**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Scepton**, *cum omnibus pertinentiis suis;* **Chaterih**, *cum omnibus ad se pertinentibus, & unam mansionem orientalem de* **Clesworth**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Houton**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Witton**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Clinton**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Bitherum**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Baumton**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Wichinton**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Pham**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Weston**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Grabell**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Bilinchon**, *cum omnibus ad se pertinentibus:* **Stocton**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* **Gillinger**, *cum omnibus ad se pertinentibus: necnon & illas, quas optimates mei meo tempore addiderunt, scilicet* Ethericus, Dorcensis *ecclesiæ episcopus,* **Clinton**, *&* **Bernewell**, *&* **Hemingeton**, *& unam mansionem in* **Clesworth** *occidentalem, &* **Graetton**, *&* **Therefeld**, *&* **Sucklingdon**, *&* **Westmulne** *orientalem, &* **Offerton** *in* Hoylandia, *& tres hidas in* **Broucton**, *& tres hidas in* **Bodekesham**, *& cum omnibus ad se pertinentibus;* Ethnotus *successor ejus episcopus,* **Over** *&* **Barton**, *&* **Snapwell**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* Ethnothus *filius* Godrici, Accleyam, *cum omnibus ad se pertinentibus;* Eylwynus, **Swerte**, **Cranfeld**, *&* **Remeltan**, *&* **Clopham**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* Leofius *diaconus* **Wipsinton**, **Langetehill**, *&* **Watlinworth**, *cum omnibus sibi pertinentibus;* Leofius *nepos ejus* **Peringe**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* Alfius *de* **Lamwathe**, **Burewell**, *cum omnibus ad se pertinentibus;* Johol *de* **Lincoln**, **Querinton**, *cum omnibus ad se pertinentibus:* Hardeknut *verò frater meus,* **Hemingeford**, *&* **Gilling**, *cum omnibus sibi pertinentibus.*

Postremò ego ipse, propter spem retributionis æternæ, & pro remissione delictorum meorum, & pro animabus patris, & matris meæ, & omnium parentum meorum, ad laudem omnipotentis Dei, ad usus fratrum ibidem Deo servientium, de meo jure, quod mihi soli competebat, absque ullius reclamatione, vel contradictione, ista addidi. Inprimis **Ringested**, *cum omnibus ad se pertinentibus, & cum omni maris ejectu, quod* **Shipwrec** *appellamus, &* **Wynebodesham** *cum hundredo, & dimidio infra* **Bichamdich**, *& cum* 64. Socmannis *ad hundredum pertinentibus, & cum foro de* **Bunham** *ad* **Wynebodesham** *pertinente. Relaxamus igitur istis & omnibus supra nominatis terris, consuetudines omnes, & exactiones regalium, & episcopalium ministrorum, sicut antecessores mei reges primò fecerunt, ut nullis graventur oneribus expeditionum, nec pontium, nec castrorum restructione, nec furis apprehensione, & emissione, nec sanguinis effusione, & omnia quæ ad locum ipsum pertinent sint omnino libera; cella, ecclesia, cœmiteria, terra, pascua, silvæ, venationes, aquæ, piscationes, cum redditibus, servitiis, debitis, oblationibus, luminaribus, decimis, donariis, cersu morthidis, legibus, consuetudinibus, causarum discussionibus, emendationibus, sive ecclesiasticis, sive secularibus, & cum omnibus quacunque maris procellosis tempestatibus in aquam vel in terram eorum ejecta fuerint, quod* Anglicè **Shipwrech** *promulgatum est onomate, & omnibus, quacunque scriptis, & testimoniis bonorum hominum rememorari potuerint, quæ à regibus concessa, vel concedenda sunt; & nullus ex iis subtrahere vel diminuere, aut dispergere qualibet occasione, judicio, vel potestate præsumat.*

Renovamus etiam, & confirmamus privilegia antiquorum regum, atque ob reverentiam Dominæ nostræ perpetuæ virginis Mariæ, *sanctique* Benedicti, *sanctorumque virginum, omnibusque futuris ibidem abbatibus in tota possessione monasterii,* Sacham & Socham, Theloncumque *suum in terra, & in aqua concedo, & consuetudines, ut ab omnibus apertiùs, & plenius intelligantur,* Anglicè *scriptas, scilicet,* **mundbryche**, **feardwite**, **fitwite**, **blodewite**, **miskenninge**, **frithsoke**, **hamsocne**, **forstall**, **forphange**, **thiefphang**, **hangwite**, **frithbryche**, **uflep**, **infongenthef**, **typbryche**, **tol**, & **tem**, *aliasque omnes leges & consuetudines quæ ad me pertinent, tam plenè, & tam liberè, sicut eas in manu mea habebam.*

Et, ut omnia concludam, nullus successentium regum, episcoporum, principum, comitum, vicecomitum, procuratorum, seu aliorum regum clientium, vel alia qualibet magna, vel parva persona, per vim, aut per consuetudinem, pastum, censum, vel impensionem, non opera, non tributa, xenia seu munuscula, vel aliud quidlibet ab eorum possessionibus exigat: sed omnimodam libertatem perpetualiter in terra, & in aqua, in urbe & extra, in domo & extra, in villa & extra, in via & extra, in placito, in Soca & Saca, *in* theloneo, *& in omnibus suis appendiciis habeant. Quisquis igitur fidelium*

lium hanc noſtram munificentiam amplificare propriis donis ſategeris, augmentet illi omnipotens Deus gaudium perenne ubi perpetuitas viget. Si quis verò, quod abſit, eam deſtruere voluerit, vel hujus noſtri decreti contradictor, convulſor, & temerator extiterit, perpetuo anathemati ſubjaceat, niſi Deo, & ejus gloriosæ matri digna pœnitentia ſatisfecerit.

Scripta eſt namque hæc ſcheda me jubente, & ſigillata, his teſtibus, quorum onomata infra habentur, conſentientibus, ſecundo kalend. Decemb. ✠ *Ego* Edwardus *Rex, Deo largiente,* Anglorum, *ſignum veneranda crucis impreſſi.* ✠ *Ego* Stigandus *archiepiſcopus conceſſi, & confirmando ſigno ſanctæ crucis conſignavi.* ✠ *Ego* Ethelredus *archiepiſcopus gratanter corroboravi.* ✠ *Ego* Wlfſtanus *epiſcopus vexillo ſanctæ crucis prænotavi.* ✠ *Ego* Gyſo *epiſcopus conſentaneus fui.* ✠ *Ego* Walterus *epiſcopus conſenſum præbui.* ✠ *Ego* Reinbaldus *Cancellarius conſigillando commodum duxi. Ego* Switgarius *notarius ſcripſi.* ✠ *Ego* Aelſius *abbas.* ✠ *Ego* Edwinus *abbas.* ✠ *Ego* Egelwinus *abbas.* ✠ *Ego* Baldewinna *abbas.* ✠ *Ego* Alwinus *abbas hoc meum deſiderium ad perfectum adduxi, & à Rege hilariter ſuſcepi.* ✠ *Ego* Leofricus *dux.* ✠ *Ego* Haroldus *dux.* ✠ *Ego* Leofwinus *dux.* ✠ *Ego* Edwinus *dux.* ✠ *Ego* Hugelinus *Cubicularius.* ✠ *Ego* Edgarus Stallere. ✠ *Ego* Robertus *filius* Wittman. ✠ *Ego* Wigodus *de* **Lincolne.**

Charta Regis Edwardi.

Ex eod. Regiſtro de *Rameſey* fol. 316. a.

EDwardus Dei gratia rex *Angliæ*, dominus *Hibernie* & dux *Aquitaniæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, præpoſitis, miniſtris & omnibus ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem (*&c.*) Inſpeximus cartam celebris memoriæ domini *Henrici*, dudum regis *Angliæ*, progenitoris noſtri, in hæc verba.

" *Henricus* rex *Angliæ*, epiſcopo *Elienſi* & " baronibus & juſticiariis & vicecomitibus & om- " nibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Grante-* " *bricſcira* ſalutem. Sciatis quoniam *Bernardus* " abbas de *Rameſcia* dirationavit in curia ſua " apud ſanctum *Yvonem*, coram juſtitia mea quam " illuc miſeram, terram de *Stowa* & *Griſtona* " verſus *Paganum Peverellum*, quam ipſe *Paga-* " *nus* clamabat tenere de eccleſia de **Rameſeye**, " & recognitum ibi fuit quod nullum jus in terra " illa reclamare poterat, ſed remanſit terra illa " eccleſiæ de *Ramſcia* & abbati ſolida & quieta " de tota calumnia *Pagani* & ſucceſſorum ſuo- " rum, & hoc dirationamentum warantizo & per " cartam meam confirmo, & ideo volo & præcipio " quod eccleſia de *Rameſcia* & abbas eam amodo " in pace & quietè & liberè teneant, ſicut domi- " nium eccleſiæ ejusdem, ita ne ulteriùs ei inde " reſpondeat, nec alicui de ſucceſſoribus ſuis nec " alteri qui per illum clamet. Teſtibus *R.* epiſco- " po de *Sarum* & *Pagano* filio *Johannis* & *Wil-* " *lielmo* de *Hoctona* apud *Weſtmonaſterium.*

Inſpeximus inſuper quandam aliam cartam ejuſdem progenitoris noſtri in hæc verba. " *Hen-* " *ricus* rex *Angliæ*, *Roberto* epiſcopo *Lincolnienſi*, " & *Aldwino* abbati de *Rameſeia*, & toti conven- " tui monachorum, & *Hugoni* de **Bochland**, & " omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de " *Redeforſcira* & de *Herſfordſcira* ſalutem. Sci- " atis me conceſſiſſe concordiam quam fecerunt " invicem *Aldwinus* abbas & *Renaldus* de **Ar-** " **gentuem** de molendinis de **Iclesford**, & de " terra quæ eſt de feudo abbatis & *Renaldi*, ſci- " licet unâ parte quæ ſita eſt in feudo *Renaldi*, ita " quod *Renaldus* teneat molendinum & terram " quamdiu vixerit, & poſtquam obierit reſumat " abbas molendina & terram in dominio ſuo, cum " omni augmentatione & emendatione quam " *Renaldus* faciet ſuper terram illam. Et *Gun-* " *dritus* teneat molendinum de abbate ſicuti te- " nebat de *Renaldo*, & ſi *Renaldus* morietur in " *Anglia*, ſepelietur in dicta abbathia: & prop- " ter hanc conventionem dabit *Renaldus* abbati " quoquo anno x. ſolidos. Teſtibus *Geroldo* de " **Calz** & *Roberto Gerbert*, apud *Brantonam*, " &c.

Nos autem donationes, conceſſiones, confirmationes & præcepta prædicta rata habentes & grata, ea pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto *Simoni* nunc abbati de **Rameſeye** & ejuſdem loci conventui, & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus. Datum per manum noſtram apud *novum Caſtrum* ſuper *Tynam* decimo die Julii anno regni noſtri octavo.

Ex libello donationum Rameſienſis *monaſterii.*

Leland collectan. vol. 1. pag. 837.

HEnricus primus, rex, ut liquet ex ejus donatione, inſtituit unam feriam apud S. *Ivonem* de **Selepe**, quæ incipiat in die lunæ in hebdomade paſchæ, & duret uſque in diem lunæ ſequentem, & toto illo die.

Henricus ſecundus dedit liberam warrennam monachis de **Rameſey** in terris quas habebat in **Herſtingſtan** hundred.

Johannes rex, ut patet ex charta ejus donat. inſtituit unam feriam apud *S. Ivonem* de **Slepe**, incepturam quarto die ante feſtum S. *Laurentii* & per octo dies duraturam.

Eadwardus primus inſtituit mercatum in opido S *Ivonis* de **Slepe** in die lunæ.

Henricus ſecundus dedit manerium ſuum de *Ripatona* in feodi firmam monaſter. de **Ramſey**.

Cuſtodia ferarum in **Huntindunſhire** data monaſterio de **Rameſey** à *Joanne* rege.

Ricardus primus dedit eccleſiæ de **Rameſey** 50. acras de veteri eſſarto quietas & ſolutas de reguard. in **Hnntingeſtan** hundred.

Ex charta Henrici *primi regis.*

Ib. p. 840.

GIlebertus filius *Guidonis* quietum clamavit abbati de **Rameſete**, **Kingſtedy**, & **Polm.**

Ex charta Henrici *primi.*

HAbeat abbas de **Rameſete**, **Winesbodes-** ſham cum pertinentus, & *Biriam*, quas *Gul.* de *Hoctona* camerarius meus tenuit.

Ex

Ex charta Henrici *primi.*

R*Eginaldus* abbas de Rameseie concessit *Simoni* de *Bellocampo* terram de Holewelle in Bedfordshire hac conditione &c.

Ex charta Henrici *primi.*

A*Lbreda*, quæ fuit uxor *Eustachii* de *Scyellei-a*, dedit anno MCxxxiij. Walton, cùjus hoc manerium hæreditas fuit, ecclesiæ de Rameseie, consentiu *Walteri* de Bolebec domini feodi illius, & *Hugone* filio & hærede *Gualteri*, & *Eustachio* filio & hærede *Albredæ*, consentien.

Ex charta Henrici *primi.*

R De Lubetot fuit in misericordia mea pro terra de Broctun de dominio abbatis de Rameseye.

Ex charta Henrici *secundi.*

TEneant abbas de Rameseye & monachi in pace manerium de Bradenheth, sicut *Gul.* camerarius de *Hoctona* coram *Henrico* avo meo illud eis reddidit.

lb. p. 841. *Stephanus* de *Mariseo*, & *Galfridus* ejus hæres acceperunt terras apud Walsoch de abbate *Rameseien.*

Robertus de Broy per *Walterum* ejus filium & hæredem restituit *Cranleiam* in hora mortis, quam violenter abstulerat ab ecclesia de *Rameseia.*

Oliverus Moyne monachus movebat querelam contra *Gul.* abbat. de Rameseie pro Bradenath.

lb. p. 842. 843. *Annui reddicus terrarum de* Rameseie.

DE *Sexaliduna* xl.li.
De Bertune xv.l.
De Cranefeld & Cravelcie xxv.l.
De Ferrefeld & Bradenhac xxvij.l.
De Aethelingtune xxx.l.
De Westune ix.l.
De Bremtune vi.l.
De *Bistherna* vj.l.
De *Bernewella* C.sol.
De *Saltretha* vij.l.
De Clingtune tempore *Ailsii* abbatis xvj.l.
Tempore *Reginaldi* abbatis ix.l.
De Dune, Slepe, & Halliwelle lx.l.
De Wardehuse xvij.l.
De Broctune xviij.l.
De Wistow ix.l.
De Upwodde x.l.
De Riptune xj.l.
De Stivecle vij.l.
De *Gidinga* vj.l.
De Hemingford xv.l.
De *Oura* vij.l.
De *Grettuna* ix.l.
De Knappewelle xij.l.
De *Ellesworiha* xxx.l.
De Gravelete x.l.
De Burwelle xxx.l.
De Baterieht viij.l.
De Brancestre xxiiij.l.
De *Ringesteda* & Holme xv.l.
De Brunham xl.solid.
De Lausell xxiiij.l.
De Walsocna v.l.
De Winebodesham cum hundredo viij.l.
De Dunham vj.l.
De Helingeie viij.l.
De Snoz j. marcam.
De Fordham j. marcam.
De Trikingaham viij.marc.
De Heringis x.sol.
De Cantebruge xxvij. denar. &c. de minutis redditibus, & decimis ecclesiarum multarum.

Ex libello de anniversariis in ecclesia Ramesiensi *observatis.*

GUl. de Say obiit 3. id. Januarii. Undecimo cal. Febr. obiit *Jol* frater noster, qui dedit nobis Quenton, Cranewelle, & Slefordt.

Nono cal. Febr. obiit *Ailfricus* archiepiscopus.

Septimo cal. Martii obiit *Wac* frater noster, qui nobis dedit Withlesmere.

Tertio idus Apr. *Turgunt* soror nostra obiit, quæ dedit psalterium, & philaterium aureum cujus pretium erat xij. marcarum auri.

Decimo octavo cal. Maii obiit *Ailwoldus* comes, frater *Ailwini* ducis, qui dedit Hoctun & Withon.

Nono cal. Maii, obiit *Ethelredus* rex *Angliæ*, qui dedit Brochtune.

Octavo cal. Maii, obiit *Ailwinus* comes, fundator *Ramesiensis* monasterii, qui dedit plurima ornamenta pretiosa & CC. hidas terræ.

Et *Ailwinus* niger, frater ejus qui dedit Cranfelde, & Clopham, & Kemptun, & Herdingtune, & Cherletune.

Decimo tertio cal. Junii, obiit *Reginaldus* abbas, hujus novæ ecclesiæ constructor.

Sexto idus Junii, obiit *Hardenute* rex, qui dedit Hemingford. lb. p. 844.

Decimo octavo cal. Junii obiit *Ethelstanus Mannessone* frater noster, qui dedit crucem unam de ligno Domini honorificè factam, & *Slepam* cum suo appenditio, & Chatertz.

Edgarus rex *Angliæ*, obiit vij. idus Julii, qui dedit quinque hidas terræ in Burewelle & ecclesiam de Gomecestre cum tribus hidis.

Et *Alfwen* soror nostra, mater *Ailwini* ducis, comitissa, quæ dedit Westune.

Septimo cal. Augusti, obiit *Ailwardus* aureus episcopus, qui dedit plurima dona in auro & argento, & palliis pretiosis, & vestimentis, & aliis ornamentis, & Horshoth, & Hemingtune.

Tertio idus Augusti, obiit *Brightnothus* comes, qui dedit Wichentune & Dodingtune.

Nono cal. Septemb. obiit *Osegodus* frater noster, qui dedit Orsord. *Wulgifa* comitissa, uxor *Ailwini* ducis tertia, obiit nono cal. Septemb. quæ dedit Brancestre.

Sexto idus Septemb. *Ailstid* comitissa, uxor *Oswaldi* comitis fratris *Ailwini* ducis, quæ dedit Welinctune, & Weninctune, & Witherne, & Riptun.

Tertio decimo cal. Octob. obiit dominus *Eadnothus* episcopus qui dedit Over, & Bartune, & Knap-

Bnappewelle, & plurima ornamenta.

Quinto cal. Octob. obiit *Ailwinus* monachus, & levita, qui dedit Lauſhul, Hauſted & Criſeby.

Quinto idus Octob. obiit *Ethelfleda* uxor *Ailwini* ducis prima, quæ dedit Stivecle.

Tertio idus Octob. *Ailsinus* frater *Æthelwini* ducis.

Quartodecimo cal. Novemb. obiit dominus *Eadnothus* epiſcopus, primus abbas hujus loci, qui attulit huc S. *Ivonem*, & *Wulsin.* abb.

Io. p. 845. Et *Ethelwardus* filius *Æthelwini* ducis. Omnes iſti fuerunt interfecti à *Danis* quando *Cnuto* venit in *Angliam*. Et epiſcopus *Eadnothus* ſepultus eſt apud Ely. Abbas & comes apud Rameſeie.

Pridie cal. Novembris obiit *Alwen* ſoror noſtra, quæ dedit Potton & Hattele.

Tertio idus Novemb. obiit *Seldwara* ſoror noſtra, quæ dedit unum aureum calicem qui librabat quatuor marcas & dim. & unam auream muſcam pulchrè gemmis ornatam.

Idibus Novembris obiit *Knuto* Rex, qui dedit nobis S. *Felicem*. Decimo octavo cal. Decembris obiit *Legvina* ſoror noſtra, quæ dedit Stoctune, & Wilingtune, & Gzavelele, & Gillingham & unam crucem optimam.

Sexto idus Decembris obiit *Ethelricus* epiſcopus qui dedit Shutlingdune, Therefero, Cleſwurth, Atlingtun, Bernewelle, Hemington, Stoin, Bodekeſham, Overton, Weſtmuine, Gzettune, & in Broughton, 3. hidas cum omnibus appendiciis eorum.

Inſcriptio ſepulchralis Ailwini.

Lelandi collectan. vol. 3. p. 44. HIC requieſcit *Ailwinus*, inclyti regis *Edgari* cognatus, totius *Angliæ* Aldermannus, & hujus ſacri cœnobii, miraculosè, fundator.

De Abbatibus Rameſienſibus.

Ex Regiſtro de Ramſey ſæpius memorato, fol. 218 b. AEDNOTHUS primus Abbas. Iſte venit *Rameſiam* miſsus à ſancto *Oſwaldo* de Weſtbury, quæ eſt cella *Wigornienſis*, anno DCCCClxx. dominicæ incarnationis, & tertio anno ſequenti, die decollationis S. *Johannis*, venit hic ſanctus *Oſwaldus* cum duodecim monachis de Weſtbury, quos hîc poſtea plantavit in prædicta eccleſia, quæ dedicata fuit à ſanctis *Dunſtano*, *Dorobornenſi* & *Oſwaldo Eboracenſi* archiepiſcopo, poſt duos annos elapſos, ſcilicet Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo quarto. Et iſte fuit Præpoſitus, id eſt, Prior *Rameſiæ* per viginti duos annos uſque ad annum nongenteſimum nonageſimum ſecundum, quo anno obiit comes *Ailwinus*, & ſequenti anno electus eſt in abbatem, & benedictus à ſancto *Elphego*, & *Wlfius* factus eſt Prior, & iſte fuit Abbas ſedecim annis uſque ad annum milleſimum octavum, quo anno electus eſt in epiſcopum *Dorcaſtriæ*, & fuit epiſcopus per octo annos, uſque ad annum milleſimum & decimum ſextum, quo anno fuit occiſus in guerra à *Danis* apud *Eſidonum*, cum ibi eſſet ad orandum pro exercitu *Anglicano*, & ſic fuit Prior, Abbas & Epiſcopus per triginta octo annos. Et anno iſtius in abbatia exeuntis nono fuit inventio ſancti *Ivonis* & ſociorum ejus apud Ely, & eodem anno tranſlatio eorundem ſanctorum apud *Rameſiam*.

Sanctus Ivo.

Wlfius Abbas primus poſt ipſum, factus fuit abbas anno milleſimo octavo, & fuit interfectus à *Danis* cum dicto *Edmotho* epiſcopo & *Ethelwardo* duce, filio ducis *Ethelwini*, & eodem anno quo interfecti fuerunt, *Ethericus* monachus *Rameſiæ* factus eſt epiſcopus *Dorcaſtriæ*, & vixit in epiſcopatu annis novemdecim. Iſte epiſcopus multa maneria & bona contulit eccleſiæ *Rameſienſi* & ibidem ſepelitur juxta cornu magni altaris, fuitque abbas octo annis.

Withmannus Abbas. Iſte ſuſcepit abbathiam anno milleſimo decimo ſexto. Hujus tempore tranſlatum eſt regnum de *Anglis* ad *Danos*, ſcilicet de *Ethelredo*, poſt mortem ejus, ad *Cnutonem* electum ab *Anglis*; fuitque abbas per tres annos, & quarto anno peregrè profectus eſt in *Jeruſalem*, & rediens anno ſequenti invenit *Ethelſtanum* abbatem, cui voluit *Ethelſtanus* cedere, & ipſe noluit, ſed elegit vitam ſolitariam apud Hotherye, & ibi vixit pluſquam viginti ſex annos; cujus tempore ſanctus *Edwardus* Rex & Confeſſor, filius *Ethelredi* Regis ex *Emma*, inſtinctu ipſius *Withmanni* dedit eccleſiæ *Rameſienſi* Ringſtede cum omni libertate & omni maris ejectu quod Wrec appellatur, & *Oſwaldi* monachi ſecum commorantis nepotis ſancti *Oſwaldi* Winebodeſham cum hundredo & dimidio & ix. ſocamannis & forum de Beham, ac omnibus libertatibus ſuis, & hæc donatio facta fuit anno milleſimo quadrageſimo ſeptimo.

Ethelſtanus abbas. Iſte ſuſcepit abbathiam anno milleſimo viceſimo, & ſub iſto *Edmothus* ſecundus ſive junior electus eſt in epiſcopum *Dorcaſtriæ*, ſcilicet anno Domini M. [illegible] quarto, & vixit in epiſcopatu per ſedecim annos. Iſte fuit abbas viginti tres annos, ſcilicet uſque ad annum Domini milleſimum quadrageſimum tertium, & in eccleſia occiſus eſt in vigilia ſancti *Michaelis* à quodam *Hibernico*. Tempore iſtius abbatis *Ethericus*, epiſcopus *Dorcaſtriæ*, ſanctum *Felicem* de Beham uſque *Rameſiam* cum honore fecit tranſferri, ſcilicet, anno Mxxvj.

Alfwinus Abbas ſuſcepit abbathiam anno milleſimo quadrageſimo tertio, & fuit abbas triginta ſex annos, & hujus tempore venit *Willielmus* Baſtard in *Angliam*, ſcilicet, anno Domini milleſimo ſexageſimo ſeptimo, & eodem anno obiit *Ailwardus* aureus epiſcopus.

Aielſinus Abbas ſuſcepit abbathiam anno milleſimo octuageſimo, & fuit abbas per octo annos, & eidem revelatum fuit in mari quod feſtum conceptionis ſanctæ *Mariæ* celebraretur, & per ipſum primò fuit inventum.

Herbertus Abbas factus fuit anno milleſimo octuageſimo ſeptimo, fuitque abbas per quatuor annos, poſtea factus eſt epiſcopus *Norwicenſis*, & vixit ibidem viginti novem annis, iſte tranſtulit ſedem epiſcopalem de Elmham uſque *Norwicum*.

Aldwinus abbas ſuſcepit abbathiam anno milleſimo nonageſimo primo. Iſte fecit aſſiſas *Rameſiæ*, & tenuit abbathiam per undecim annos, & tunc depoſitus eſt in concilio à ſancto *Anſelmo Cantuarienſi* archiepiſcopo, cum *Ricardo* abbate *Elienſi*, & *Godrico Burgenſi*, & permanſit depoſitus quin-

quinque annis; & factus est abbas, post depositionē per regem, *Bernardus* monachus de sancto *Albano*. Et post quinque annos recuperavit abbathiam, & tenuit eam per quatuor annos, & mortuus est, & vacavit abbathia per annum & plus, cujus tempore post assumptionem abbathiæ, scilicet, anno millesimo nonagesimo nono, rex *Anglorum Henricus* abbathiam *Elienſem* ad episcopalem mutavit sedem, & *Harvæum Bancornienſem* episcopum eidem ecclesiæ præfecit.

Bernardus Abbas. Iste fuit abbas per quinque annos, dum *Aldwinus* erat depositus, & mortuus est.

Reginaldus Abbas factus est anno millesimo centesimo decimo quarto, & elapsis duobus annis incepit ædificare novā ecclesiā, in quam intravit conventus post septem annos, scilicet, anno millesimo centesimo vicesimo tertio, fuitque abbas sedecim annos, & mortuus est.

Walterus Abbas factus est anno millesimo centesimo tricesimo tertio. Iste fuit abbas viginti septem annos, & post decem annos susceptæ abbatiæ expulsi sunt monachi *Rameſia* per *Galfridum Mandevill*, comitem *Eſſexia*.

Willielmus Abbas. Hujus tempore sanctus *Thomas* factus est archiepiscopus *Cantuarienſis*, scilicet, anno Domini millesimo centesimo sexagesimo secundo, & anno sequenti *Walterus* Prior *Rameſia* factus est abbas *Thorneya*. Iste abbas *Willielmus Rameſiensis* rexit abbathiam de **Ramsey** sedecim annos, & tunc in abbatem *Cluniacenſem* electus est, videlicet, anno millesimo centesimo septuagesimo septimo, & anno sequenti recessit a *Rameſiā* & vixit ibidem duobus annis, & vacavit abbathia *Rameſia* duobus annis.

Robertus Trianel factus fuit abbas anno millesimo centesimo octogesimo. Iste fuit Prior sancti *Andreæ Norhamtoniæ*, fuitque abbas viginti annos & mortuus est. Hujus tempore, scilicet, anno milesimo centensimo octuagesimo sexto, *Radulfus* Prior *Rameſiæ* factus est abbas sancti *Benedicti* de *Hulmo*. Item tempore istius, scilicet, anno millesimo centesimo nonagesimo secundo, ossa Sanctorum, sancti *Felicis*, *Ethelredi*, ac *Ethelbrithi* in feretris sunt collata.

Eudo abbas, iste factus fuit abbas MCC. & fuit Prior *Burgi*, vixitque per unum annum, & eodem anno *Acarius* Prior sancti *Albani* factus est abbas *Burgi*. Item anno antedicto obiit sanctus *Hugo*, *Lincolnienſis* episcopus.

Robertus de **Redinges** factus est abbas *Rameſiæ* anno MCCij. ad instantiam *Johannis* de **Grey** cancellarii *Angliæ*, postea episcopi *Norwicenſis*. Fuit abbas per quinque annos & resignavit baculum suum pastoralem in manus *Willielmi Lincolnienſis*, habuitque pro sustentatione sua manerium de **Cranfeld**. Hujus tempore *Cantuarienſis* archiepiscopus constituit tres monachos receptores omnium proventuum hujus monasterii; & ab hoc anno vacavit monasterium sine abbate per septem annos sequentes, & proximo anno suæ cessionis combusta est ecclesia Prioratus sancti *Ivonis* cum officinis suis, scilicet anno MCCvij. mortuus est apud **Redinges**, & Rex *Johannes* tenuit abbathiam in manu sua per septem annos pro eo quod monachi *Rameſiæ* ad præceptum suum noluerunt eligere in abbatem Priorem de *Frontonā*.

Sanctus Iva.

Richardus, abbas de **Selby**, electus est in abbatem *Rameſiæ*, anno MCCxiij. procurante *Nicholao Tuſculanenſi* episcopo, cardinali & legato, & eodem anno relaxatum est interdictum in *Anglia* per dictum legatum. Item eodem anno idem *Nicholaus* legatus deposuit abbates *Weſtmonaſterii*, *Eveſhamiæ* & *Bardeneæ*, & substituti sunt per eundem Prior *Frontonis* apud *Weſtm.* Prior *Wigorn.* apud **Evesham**, Prior de **Lenton** apud **Wabrney**, & anno sequenti fuit ecclesia *Rameſienſis* spoliata multis divitiis, & vixit per duos annos.

Hugo Feliot, Prior *Rameſienſis*, factus est abbas anno MCCxvj. & vixit per quatuordecim annos & in creatione sua recepit benedictionem ab episcopo *Batonienſi*. Hujus tempore, scilicet anno Domini MCCxviij. *Silveſter* primō monachus, postea episcopus *Wigornienſis*, obiit *Rameſiæ*, cujus viscera ante altare beatæ virginis sepulta sunt corpus vero *Wigorniæ* delatum est. Item istius tempore, scilicet anno MCCxx. electus est *Johannes* abbas de *Fontibus* in episcopum *Elienſem*, secundum mandatum domini papæ & vixit per quinque annos, cui successit *Gaufridus* frater *Huberti* Justiciarii, qui vixit per quatuor annos, cui successit *Hugo* abbas sancti *Edmundi*, & *Ricardus* de *Inſula*, monachus & Prior sancti *Edmundi*, postea abbas de **Burton** in abbatem sancti *Edmundi* est electus.

Ranulfus, Prior *Rameſiæ*, factus est abbas anno MCCxxxj. & tertio anno elapso venit *Henricus* Rex *Angliæ*, primus omnium regum *Angliæ* apud *Rameſiam*, scilicet die sancti *Matthiæ* apostoli, & fecit se convivari, manens ibi per quatuor dies. Et sexto anno hujus abbatis dedicata est ecclesia sancti *Ivonis*, & anno suo octavo idem abbas factus est Justiciarius apud *Norwicum*. Item hujus tempore celebratum est concilium *Lugdunenſe* per *Innocentium* quartum, anno MCCxlv. Iste fuit abbas viginti duobus annis.

Sanctus Iva.

Willielmus Acolt factus est abbas anno MCCliij. qui à domino archiepiscopo *Cantuarienſi* benedictionem accepit. Iste vixit per unum annum, & mortuus est.

Hugo de **Sulgrave** factus est abbas anno MCCliij. Iste fuit Prior sancti *Ivonis*, & anno sequenti electus est magister *Willielmus* de **Kilkenni** tunc domini regis cancellarius in episcopum *Elienſem*, qui nactâ dignitate episcopali ecclesiam *Rameſiæ* multis oppressit injuriis & eodem anno missus fuit à domino rege in *Hiſpaniam* & mortuus est ibidem; post cujus mortem conventus *Elienſis* elegerunt *Hugonem* de **Balsam** sub-Priorem suum, quo præsentato *Cantuarienſi* archiepiscopo & ab eodem malitiosè cassatus est, sed appellans *Romam* adiit. Et in eodem anno dominus papa concessit regi *Henrico* decimam cleri *Angliæ*, & obligata sunt monasteria *Angliæ* in curia *Romana* per episcopum *Hereforden ſem*, ipsis ignorantibus, *Rameſia* obligabatur in DCxxiij. marcis. Anno sequenti electio ipsius *Hugonis Elienſis* in curia *Romana* approbatur per papam *Alexandrum*, & fuit decretum quod de cætero archiepiscopus electiones poterit examinare & cassare & non aliam subrogare. Et anno sequenti *Simon* de **Luton** Prior sancti *Edmundi* eligitur in abbatem ejusdem domus, qui vocatus *Romam* adiit, & rediit confirmatus, collata sibi potestate

more episcopali benedicendi populum sibi occurrentem. Item quarto anno hujus abbatis, Dominus *Willielmus Brito* justiciarius regis, per breve regis deliberavit gaolam *Rameſie* apud **Winchobesham** in hundredo de **Clacclose**, de multis latronibus captis in libertate abbatis & extra. Item anno MCClxvij. capta est insula *Elienſis* super Barones qui in eam confugerant, per *Edwardum* filium regis *Henrici*. Item tempore hujus abbatis, scilicet anno MCClix. *Henricus* rex *Anglie* recepit à rege *Francie* CCC. M. libras *Turonenſium* parvorum, promissaque restitutione terrarum ad valorem, xx. libr. annui census, & omnibus terris in manu regis *Francie* exeuntibus, idem *Henricus* rex resignavit plenè & purè: exinde literarum suarum abbreviavit titulum, ut nec ducem *Normannie*, nec comitem *Andegavie* deinceps se vocaverit.

Iste *Hugo* abbas incepit refectorium, fecit feretrum sancti *Ivonis* & tabulam argenteam & deauratam ad magnũ altare, & perquisivit **Ozavenhurst**, & assignavit pictantiam propter cœnas conventus, & multa alia terras & tenementa perquisivit & ædificia fecit, rexitque ecclesiam suam per tredecim annos & dimidium tam guerræ quam pacis, & anno sequenti obiit.

Abbas *Willielmus*, iste electus est in abbatem & confirmatus per *Ottobonum* legatum anno MCClxvij. Iste perquisivit de *Berengario le Morgne* maneria de **Bernewell, Pemington, Cronthorpe**, & **Litlethorp**, cum advocatione ecclesiæ sancti *Andreæ* de **Bernewel** anno Domini MCClxxvj. & hoc anno intravit conventus primò in refectorium, & anno sequenti fecit conductum aquæ in *Ramesia* sumptibus propriis, & multa alia perquisita fecit ecclesiæ *Ramesienſi*. Iste fuit abbas octodecim annos, & in decimo nono anno percussus fuit paralysi, propter quod resignavit baculum, & sponte cessit ab officio suo, & vixit post per unum annum & menses duo, obiit.

Johannes abbas, iste suscepit abbathiam anno MCClxxxv. Iste transfretavit in *Gasconiam* ad regem, ut ab eo reciperetur, & solvit pro fine custodiendæ domus suæ tempore vacationis ij. M. marcas, & tempore ipsius dominus *Edwardus* Rex habuit per extorsionem de eo dimidiam partem omnium proventuum abbathiæ secundùm taxationem. Item hujus tempore, scilicet anno MCCCix. *Isabella* Regina *Anglie*, & filia regis *Francorum*, perendinavit apud **Rameſey** per octodecim dies ad magnos sumptus ipsius abbatis. Iste sustinuit infinita tribulationes & onera, & perquisivit terras & tenementa ex quibus assignavit conventui decem libras pro calceamentis. Iste vixit per triginta annos, & in anno xxxj. obiit, & fuit cæcus ante mortem suam sex annos, nec fecit cessionem.

Simon Abbas, juris canonici professor. Iste suscepit abbathiam anno Domini MCCCxvj. Iste perquisivit terram *le* **Vauber**, & contulit novo operi ecclesiæ quod incepit, & multa alia perquisivit tempore suo. Iste rexit abbathiam viginti sex annos & mortuus est, & sepultus in novo opere ante majus altare in sinistra parte altaris.

Robertus abbas. Iste suscepit abbathiam anno MCCCxlij. Iste in vita sua plura fecit mirabilia, iste fuit abbas sex annis & dimidio & mortuus est anno Domini MCCCxlix. tempore pestilentiæ, sepultus est in novo opere in dextra parte altaris.

Ricardus abbas. Iste suscepit abbathiam anno Domini MCCCxlix. tempore pestilentiæ, oneratus debitis prædecessoris sui in ij. mille & quingentis marcis, ultra onera quæ sustinuit tempore creationis suæ. Iste *Ricardus* electus est in crastino S. *Mariæ Magd.* & benedictus die S. *Bartholomei* anno MCCCxlix.

Edmundus Abbas, creatus fuit in abbatem anno Domini MCCC ..... & obiit anno suo xviij.

Thomas Botterwick Abbas, suscepit abbathiam anno Domini MCCCC. & obiit anno suo xxiiij. incipiente, circa festum omnium Sanctorum.

Johannes Tychemarsh Abbas, electus fuit in abbatem mense Octobri, octavo kalendas Novembris, anno Domini MCCCCxix. & mortuus est in vigiliis assumptionis beatæ *Mariæ* anno Domini MCCCCxxxiiij. Iste fuit nobilis pater, renovavit lapsa, construxit & posuit nova ædificia.

Johannes Crowland Abbas electus fuit xxvij. die mensis Augusti anno Domini prædicto, & postea vixit per unum annum & dimidium, & obiit decimo tertio calendas Aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto. Et quarto calendarum ejusdem mensis, anno prædicto, electus fuit dominus *Johannes Stowe* in abbatem, cujus sumptibus & industria, Regis *Edwardi* quarti obtenta licentia, perquisitum fuit manerium vocatum *le Moynes manner* cum pertinentiis in magna **Rabeley** & **Sautre**. Hic postquam præsentem ecclesiam xxxij. annis rexerat, percussus senio & invaletudine baculum pastoralem resignavit, & tribus annis postea vixit: tandem resolutus in mortem sepultus est coram altari sancti *Johannis Baptiſtæ* in boriali parte ecclesiæ.

THORNEYENSE
Cœnobium in agro Cantabrigiensi.

THORNEIA quippe spinarum insula nuncupatur *Anglicè*, quia diversarum saltus arborum copiosis aquarum gurgitibus circumluitur undique. Ibi monachile habetur monasterium in honore sanctæ Dei genetricis *Mariæ*, quod in cultu summæ deitatis grata pollet religione, & ab omni remotum est secularium cohabitatione. Illud venerabilis *Adelwoldus, Guentonienſis* præsul, *Edelredi* Regis tempore construxit, & illùc corpus sancti *Botulfi*, abbatis *Icanienſis*, cum aliis Sanctorum multis pignoribus transtulit post *Danicam* cladem, in qua beatus *Anglorum* rex *Edmundus* in confessione Christi martyr occubuit. Soli monachi cum famulis suis in opaco *Turonia* gremio habitant, Deoque

Orderic. Vitalis hist. eccl. pag. 834. D.

oque tuti fidelitèr militant. Nulla mulier insulam nisi causa orationis ingreditur, nec aliqua ididem commorari pro qualibet occasione permittitur; sed muliebris habitatio prorsus usque ad novem milliaria, religiosorum studio, elongatur. Postquàm *Normannica* virtus *Angliam* edomuit, eamque *Gulielmus* Rex suis legibus commodè subegit, *Fulcardum* sancti *Bertini Sithiensis* monachum, multa eruditione validum, *Torneia* præposuit, qui ferè xvj. annis, absque benedictione abbatis vices supplevit. Hic affabilis & jocundus fuit atque caritativis, grammaticæ artis, ac musicæ peritissimus. Unde preciosa peritiæ suæ monumenta reliquit in *Anglia* futuris generationibus. Nam plures dictatus memoria dignos edidit, & sancti *Oswaldi*, *Gnigornensis* episcopi aliorumque Sanctorum, quorum propago de *Albione* processit, delectabiles ad canendum historias suaviter composuit. Ortis postmodum quibusdam simultatibus inter ipsum & *Lincolniensem* episcopum recessit. *Cenomannensis Gunterius* de *Bello* monachus, qui *Salesburiensis* fuerat archidiaconus successit. Hic monachilem *Torneie* conventum ordine Majoris monasterii regulariter instituit, & pulcherrimâ à fundamentis basilicam cum officinis monachorum diligentèr constituxit, in qua idem post obitum à fidelibus discipulis tumulatus quiescit.

De fundatione, renovatione & dedicatione hujus Monasterii.

Ex registro abbat. de *Thorney*, penes comitem Westmorland an. 1638. fol. 11.

ANno ab incarnatione Domini DCCCCLxxij. fundatum fuit monasterium hoc *Thorneja* per sanctum *Adelwoldum*, *Wintoniensem* episcopum, tempore & assensu regis *Edgari*, ut patet in principio libri in carta fundationis.

Anno Mlxxxv. renovata fuit ecclesia per abbatem *Gunterium*, tempore regis *Willielmi* senioris, & dedicata fuit per *Herveium* primum episcopum de **Ely**, tempore Domini *Roberti* abbatis *Thorneja* primi, anno Domini MCxxviij. qui dicto *Gunterio* successit, & tempore regis *Henrici Anglia* primi, anno regni sui xxix. & fuerunt anni à prima fundatione monasterii, usque ad supradictam dedicationem per prædictum primum episcopum *Elienses*, centum & quinquaginta & sex anni, & post prædictam renovationem transierunt anni xlv. antequam dedicaretur.

Carta regis *Edgari* de fundatione abbatiæ de **Thorney**.

Ibid. fo. 1. *UNiversis sophiæ studium intento mentis conamine sedulo rimantibus, liquido patescit, quod instabilis hujus miserrimæ ac caducæ vitæ curriculus, cum marcido inanis gloriæ flosculo tabescendo lugubriter deficit, & frivola ejus gloria nunquam in eodem statu permanens, velut fumus rotatu celerrimo evanescit. Attamen annuente Christi, mundi creatoris, ac redemptoris, gratiâ, cum recidivis præsentis vitæ munusculis, futuram æterna beatitudinem centuplicato quæstu adquirere lucrando, fide vigente catholicâ prudentissimè valemus. Quamobrem ego* Edgar, *totius* Britanniæ *basileus quoddam monasterium beatæ Dei genetrici semperque virgini* Mariæ, *ad laudem & honorem ejusdem Domini nostri* Jesu Christi, *mundi salvatoris, dedicatum, in loco qui quondam* **Ancraig**, *nunc verò usitato* **Thorney** *nuncupatur vocabulo, & rura prædicto monasterio subjecta, cum omnibus utensilibus, pratis videlicet, pascuis, silvis, piscuariis, capturis, gronnis, atque culparum emendationem, quæ reatu aliquo in ipsis peraguntur ruribus, Domino nostro* Jesu Christo, *ejusque genetrici, semperque virgini* Mariæ, *octavo decimo mei terreni imperii anno, attamen primo meæ regiæ dedicationis*, Adelnuodo *mihi episcoporum dilectissimo, cum omni subjectionis humilitate impetrante, eternâ largitus sum hæreditate, ea semper interposita conditione, ut nullius alterius, vel inferioris gradus hominis reatu, à domino nostro Jesu Christo, sanctoque loco quod tam à me, quàm à prædicto episcopo, vel à cæteris catholicis, concessum, vel concedendum est, nulla occasione, diabolo instigante, privetur. Si verò crimen quod venie non sit dignum, suadente diabolo, quod absit, loci procurator comiserit, agatur rationabiliter de eo quod de regis agitur Præposito, ut videlicet, reo ritè decuriato, ac justo ordine depulso, illi qui dignus sit Christi designetur, uti regis solet præpositura, à nullo secularium Christi possessione violata. Nam in ipso prafato loco anachoretice vitæ aprissimæ, duo quondam præcipuæ sanctitatis* Germani *antistites*, Iancredus *videlicet*, & Torfredus, *cœlestis vitæ beatitudinem, alter martyrio, alter confessionis gloriâ obtinentes, cum gloriosi egregii triumphi palma migraverunt ad Christum.* Tona *vero eorum soror, non solùm carnalis propinquitatis fœdere compaginata, sed etiam imitatione virtutum, & charitatis repagulo connexa, in intima hujus insulæ parte, anachoreticam vitam ducens, agonem sanctæ conversationis decentissimè complens, ac putridam hujus fragilitatis mortem deserens, membrum tripudians perrexit ad caput quod est Christus, humani generis redemptor, qui cum cœterno patre, & spiritu sancto, utriusque sexus milites infiniti tripudii gloria beatificando coronat. Hic namque tante, & tam sacræte quietis, ac venustatis locus, peccatis promerentibus, prius a paganis vastatus, & diu postea miserabiliter a secularibus possessus sine Dei servitio, & spiritualium conversatione extiterat. Tali igitur, tantaque miseria prefatus præsul compassus, & insulam, unus, videlicet, manse quantitatem, a quadam muliere, qua voto Æthelfled vocitabatur emmate, cum quadraginta mancusis auri emendo obtinuit, & edificia monachorum habitationi convenientia inibi construens, ecclesiam ad laudem Trinitatis, qua in cœterna deitatis unitate consistit, in unitate tripertitam construens ad sanctitatis memoriam trium Sanctorum, quorum suffragiis præcipuè confidebat, Dei scilicet genetrici, semperque virgini* Mariæ, *orientalis altaris presbiterium dedicans, Occidentalem verò cleri & populi ejusdem ecclesia partem beato* Petro, *regni cœlorum clavigero, necnon aquilonarem ipsius basilicæ porticum beato* Benedicto, *omnium monachorum patrono, consecravit, multisque & diversis telluris portiunculis locupletans, ac diverso ecclesiastici juris supellectili ornans decoravit. Vita igitur regularis monachos inibi constituens, ipse abbatis vice fungens, abbatem sanctæ monachorum congregationi preferre post obitum suum instituit; ita ut deinceps abbatum electio, secundùm regulæ præceptum, ex eadem congregatione usu teneatur perpetuo: id est, ut ex eadē congregatione, qui ordinandus est, & ali-*

unde nequaquam, nisi peccatis, quod absit, promerentibus vel impediente imperitia, talis qui dignus sit in ea reperiri nequiverit, cum regis consilio eligatur. Rex autem non ad tirannidem, sed ad loci munimen & augmentum, uti mos est, super pastorem & Christi gregem dominium solerti vigilantia misericorditer custodiat. Secularium verò, nec episcoporum quispiam, ne ad magni detrimenti ruinam deveniat, ut dominium loci teneat, excepto rege, nunquam eligatur. Sunt etenim rura hæc quæ à prefato rege, & divina servitutis obsequio, cum magna humilitate obtinuit, & auro argentoque, non solùm à rege, sed etiam à diversis hominum personis comparavit, & in exordio domino nostro Jesu Christo, *ejusque genetrici semperque virgini* Mariæ, *necnon beato* Petro *apostolorum principi, ad usus monachorum inibi, sub regula patroni nostri beati* Benedicti *degentium, æterno concessi donario, id est,* **Wittlesig, Niwantun, Wydestun,** Geakesleа, & other Geakelleia, **Fearresheafod, Bearuwe, Mealfolcet** : *duas mansas juxta* **Huntandune,** *& monasteriolum sanctæ* Mariæ *extra oppidum dedicatum supradictum. Nam supradictam insulam quæ* **Wihtlesig** *nuncupatur, totam prudentissimè adquirens, ejus mediam partem ab* Leofsige *filio* Æltiges, *cum xl. meri argenti libris, & cum sex mansis* **aet Bytgrafan** *emendo obtinuit; duas verò partes alterius medietatis, cum viginti libris à* Leofwine *filio* Athulfi *comparando acquisivit; tertiam verò partem ejusdem medietatis, & duas partes illius stagni quod* **Wittlesmere** *nominatur, emit ab* Usan, *& ab ejus uterinis fratribus, cum xxx. argenti libris purissimi: has autem triginti libras prefatus miles dedit* Henrico, *& sibi ab eo rus quod* **Dzaegtun** *nuncupatur, cum ipsa argenti pecunia quam illi episcopus subvemendo ne depopularetur dederat, multis coram testibus comparavit; rursumque cum illi immutare vellent hanc commutationem, idem episcopus illis viginti libras appendit.* **Niwantun** *à quodam milite, qui* Ælfric Child *vocatur, devotissimè primò cum viginti libris, ac deinde cum prefatus miles hoc immutare disponeret, predictus episcopus illi duas mansas* **aet Kelsuan,** *duasque* **aet Pzancsaster,** *unam quoq;* **aet Tutean Mersce,** *insuper & tredecem libras pro pecunia appendit, & sic altera vice* **Niwanton** *mercando adquisivit.* Leofstan, *quidam miles, ob patrocinium sui muniminis, episcopo mansam & dimidiam in* **Tideam Mersce** *gratuitè dedit; dimidiam verò mansam à quadam vidua comparavit, unam autem mansam quam fur quidam avus possiderat, à rege cum triginta mancusis auri emit.* **Wudestan** *prefatus præsul à rege mutavit, dans villam* **Paningdun** *in commutatione, quam episcopo superstitis Ælflig post obitum ejus condixerat; viginti quoque mansas quæ* Geakesleia *nominantur, quas dedit sanctæ Dei genetrici semperque virgini* Mariæ **aet Thoznige** *mutavit à* Wulstano, *primò cum viginti quatuor mansis in* **Wassingatune** *in* **Sudseton:** *rursumq; cum ille totum hoc in aliud transferre moliretur, episcopus alteram comparationem innovans, cum sexaginta purissimi libris argenti, ab Ælfrico supranominato prædictas viginti quinque mansas* **aet twam Geakeslean,** *& aet* **Farresheafde** *comparavit, nam villam quæ* **Berwe** *in* **Lindesige** *nominatur idem episcopus a rege prefato cum quadraginta meri argenti libris, emendo comparavit, & insuper munera sibi multò hac pecunia cariora pro eadem addidit tellure: ecclesiam autem in* **Huntandune,** *cum cimiterio, & tribus agellulis mansis, Rex prefatus supradicto monasterio, ob eterna beatitudinis præmium, gratulabundus æterna largitus est hereditate; hoc excepto, supranominata rura omnia mutavit, vel emit a Rege, vel possessoribus, majori, minorique pretio: piscaria verò in circuitu villularum,* **Wyllan** *scilicet & Colum, prefatus emit episcopus cum viginti libris, ac una libra, in quibus per singulos annos xvj. millia anguillarum capiuntur. Cujus medietatem capturo, octo scilicet millia, ad* **Thoznig** *similiter; & octo millia ad* **Burch** *annuatim distribui idem concessit episcopus. Quartam quoque partem stagni quod solito* **Wittlesmere** *nominatur nomine, ac duo piscaria, decemque mutata sunt jugera de* **Thoznig,** *videlicet ad* **Burh** *pro commutatione centũ viginti porcorum pascualium, ac pro domorum, sepium, & stabulorum emendatione. Sint igitur donanti domino nostro* Jesu Christo, *ejusque genetrici, semper virgini* Mariæ, *à predicto rege, & episcopo perpetualiter representata, omni terrene servitutis jugo libera, tribus exceptis, rata videlicet expeditione, pontis, arcisve restauratione. Si quis igitur hanc nostram donationem in aliud quam constituimus transferre voluerit, privatus consortio sancti Dei ecclesiæ, æternis baratri incendiis lugubris cum* Juda *proditore Christi, ejusque complicibus puniatur, si non satisfactione emendaverit congrua quod contra nostrum deliquit decretum. Anno dominicæ incarnationis DCCCClxxiij. scriptum est hoc privilegium primo meæ regiæ dedicationis anno. Hiis testibus concordantibus, quorum infra caraxantur vocabula* ✠ *Ego* Eadgar *totius* Albionis *basileus hoc privilegium tanta roboratum auctoritate, crucis taumate confirmavi.* ✠ *Ego* Dunstanus, Dorovernensis *ecclesiæ archiepiscopus hoc idem cum trophes agia crucis corboboravi.* ✠ *Ego* Oswold, Eboracensis *archiepiscopus subscripsi.* ✠ *Ego* Adelwold *episcopus consignavi.* ✠ *Ego* Alstan *præsul favi.* ✠ *Ego* Adulf *pontifex concessi.* ✠ *Ego* Esching *abbas non renui.* ✠ *Ego* Olgar *abbas impressi.* ✠ *Ego* Adelgar *abbas concensi.* ✠ *Ego* Alfere *dux.* ✠ *Ego* Adelwine *dux.* ✠ *Ego* Beorthnod *dux.* ✠ *Ego* Oslac *dux.* ✠ *Ego* Adelward *disc'.* ✠ *Ego* Alnulfe *disc'.* ✠ *Ego* Alfsi *disc'.* ✠ *Ego* Alfward *disc'.* ✠ *Ego* Fridegist. ✠ *Ego* Tored. ✠ *Ego* Tureferd. ✠ *Ego* Alfhem. ✠ *Ego* Frena. ✠ *Ego* Ulf. ✠ Sigeferd. ✠ Trunip. ✠ Ulf. ✠ Tureferd. ✠ Wlf. ✠ Wlfric. ✠ Osferd. ✠ Wlstan. ✠ Tridegist. ✠ Ringulf. ✠ Alstan. ✠ Adelsi. ✠ Lefsi. ✠ Wlfget. ✠ Adelmund.

973.

* Fortè, dapifer. *i.* dapifer.

Heremitorium de Trokenholt,

IN libro de historia *Elyensis* insulæ literis antiquissimis scriptum invenitur quod ecclesia *Elyensis* Cxcj. annis gaudebat monialibus, & Cxj. annis, propter barbaricam irruptionem, quasi desolationi subjacebat. Deinde Cxxxix. annis abbatibus gaudebat, sub regula sancti *Benedicti* degentibus usque ad annum Domini MCvij. ex quibus unus abbas, nomine *Tedwinus*, quendam monachum suum vocabulo *Trokenolum* in loco Ely-

Ibidem.

1107.

werdwic

verdwic dicto sibi subjecto heremitare licentiavit. Et sic locus ille nomen pristinum repudiavit, & ab isto monacho nomen quod adhuc continuatum est Trokenholt mutavit. Quem quidem locum tempore regis *Henrici* secundi, *Nigellus* episcopus secundus *Elyensis*, monasterio Thorney contulit, per cartam suam & confirmavit, & ecclesiam, & cimiterium ibidem dedicavit ut sequitur.

Charta *Nigelli Elienſis* episcopi.

Ibidem. NIGELLUS *Deigratia* Elyensis *ecclesiæ episcopus, toto conventui ecclesiæ sanctæ* Ethelrede, *& omnibus baronibus, vavasoribus, & omnibus hominibus suis totius episcopatus*, Francis *&* Anglis, *salutem. Pastoralis cura nos admonet subditis nostris debitam adhibere tuitionis protectionem, illis maximè quos commendat habitus religionis, & honeste vitæ titulus claros ostendit. Hinc est quod dilectorum filiorum nostrorum abbatis & conventus de* Thorney *congaudentes opinioni, sibi & successoribus suis heremitorium quondam* Cuverdewike *dictum, nunc verò* Trokenholt *nominatum, in comitatu* Cantabrigiæ *situm, cum uno milliario circumjacente de mariseo nostro concedo & confirmo, ad ponendum ibi . . . . . si ita voluerint, qui Deo serviant sub obedientia sua; & insuper ut eorum corpora, & famulorum suorum defunctorum, vel ibi, vel apud* Thorneyam, *secundùm dispositionem abbatis & conventus, sine omni calumpnia sepeliantur. Siquæ ista possessio æterna, & libera ac quieta* Thornensi *ecclesiæ, quam quicunque inquietare quocunque modo præsumpserit, Dei atque nostram maledictionem incurrat*, Amen. *&c. Hanc cartam postmodum Rex* Edwardus *tertius confirmavit anno regni sui xxij.*

Trokenholt *in comitatu* Cantabrigiæ.

Ibidem. EST igitur quidam locus in extremis finibus comitatus *Cantabrigiæ* versus aquilonem, qui Trokholt nuncupatur, juxta ripam illam quæ incipit a loco illo qui *Anglicè* vocatur Mozmannes flond, & in mare descendit per illud castrum quod dicitur Wisebiche, septem milliariis distans monasterio illo, scilicet Thorney: Et iterum septem milliariis à præfato castro, inter quasdam paludes, quarum una versus aquilonem dicitur Grindelmere, & altera versus occidentē dicitur Trokenhee, super parvulam quandam ripam Suckedolf, protendentem se ad meridionalem plagam. Locus autem præfatus ad cœnobium *Thornienſe* semper spectare dinoscitur.

Ibidem. [HIC subsequuntur hæc:] Historia S. *Goderici*, qui per revelationem ei per *Andream* apostolum factam, capellam in honore beatæ *Mariæ* & sancti *Andreæ* apud Trokenholt ædificabat.

In comitatu Bedford. Pars sexta, fol. iiij. cap. j.

Ibid. WILLELMUS *Peverel* de Wimund, omnibus sanctæ Dei ecclesiæ filius & omnibus hominibus suis *Francis* & *Anglis*, amicis & vicinis suis salutem & dilectionem in domino. Sciatis quod ego dedi in Wilbene villa mea, in ea scilicet parte quæ vocatur Dodewic Deo & sanctæ *Mariæ Thorneiæ*, & conventui monachorum qui ibidem Deo serviunt duas virgatas terræ cum hominibus qui illas tenent, illam scilicet nominatim quam tenuit *Ailerus*, & aliam quam tenuit *Herberens* & *Paganus*, *Tedricus* & *Turgod Coc*, ita liberè & tam quietè & honorificè, ut nec mihi nec cuiquam inde respondeant de aliqua exactione nisi de orationibus fratrum & beneficiis ecclesiæ pro anima avunculi mei *Willielmi Peverel* de Doure, & pro anima patris mei *Radberti Peverel*, fratris sui & *Hamonis Peverel* avunculi mei, & pro anima matris meæ *Adelicia* & pro anima *Henrici* regis *Angliæ*, & pro animabus omnium benefactorum meorum, & pro salute vivorum & mortuorum. Hujus donationis sunt testes (*&c.*)

Pars sexta, cap. ij. fol. j.

De terra in Colmeworthe *quam* Paganus *de* Bello campo *& domina* Rohis *uxor sua dederunt prælato monasterio de* Thorney.

Ibid. "NOtum sit omnibus filiis sanctæ matris ecclesiæ me *Paganum*, & comitissam *Roheis* "quæ sponsa mea est, concessisse in perpetuam "elemosinam Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* "& fratribus de *Thorneia* ibidem Deo servienti- "bus, unam virgatam terræ & xxvij. acras & "unam rodam in Colwurthe, quam *Hugo* fili- "us *Radulfi* de Dildebof dedit eidem ecclesiæ "pro anima patris sui, & hoc requisitu & con- "cessu dominæ *Roheis* prædictæ, cujus servicii "est. Concedo etiam eidem ecclesiæ iiij. acras "quas *Petrus* de Dildebof dedit ei pro se & "pro anima fratris sui *Radulfi*, & xx. acras terræ "quas *Paganus Cosin* dedit ei pro anima *Milonis* "domini sui in Caysho & pro se. Aliunde concedo "eidem ecclesiæ xxij. acras quas *Willielmus Tirel* "dedit ei pro anima domini sui *Milonis* & pro se. "Item concedo eidem ecclesiæ x. acras & j. ro- "dam quas *Willielmus Fortin* dedit ei pro anima "patris sui & pro se & pro uxore sua. Hujus rei "testes sunt dominella *Elena*, *Robertus* de Boi, "*Ivo Taillebois*, *Nicholaus* filius *Ascelini*, &c.

Quarta pars. Cap. xxxv. Carta dominæ *Adelizæ* matris comitis *Gileberti*.

ADELIZ, *uxor* Gilberti *filii* Ricardi, & Gillebertus, *&* Walterus, *&* Baldewinus, *&* Rohaisia *pueri* Gilberti, *episcopo* Lincolnienſi, *& omnibus amicis & vicinis sparsim diffusis salutem. & hominibus suis nominatim* Francis *&* Anglis *omnibus suam benevolentiam cum salute continua. Notum sit vobis me concessisse & liberos meos, sanctæ* Mariæ *&* sancto Botolfo *de* Thorneia *in elemosina, illud quod* Tovi *dedit in vita sua in* Luffe- wyk, *videlicet dimidiam virgatam & x. acras, decem acras scilicet de dominio, & dimidiam virgatam illam quam* Adricus *habebat, & in* Randa *iij. virgatas quas* Turgisius *ibi tenebat per illud servitium quod* Tovi *mihi reddebat & antecessoribus meis, videlicet xij. s. de terra de* Randa *tantùm, & hoc per concessum omnium hæredum*, Tovi, Ra-

dulfi *filii* Nigelli, & Aviciæ *uxoris ejus, & concenſu* Agnetis *uxoris ejuſdem* Tovi, *& filii ejus quem habuit* Tovi *de illa* Agnete, *quæ* Agnes *clamabat eſſe de dote ſua. Hiis teſtibus*, Gilberto *filio* Gilberti. Galterio, Hervæo, Baldwino, *fratribus ejus. &* Rohaiſia *ſorore eorum.* Simone *de* Wadhell. Fulcone *de* Luſoriis. Stephano *de* Leghia. *De honore* Gilberti *filii* Ricardi. Adam *filio* Warini. Gilberto *filio* Reinald. Osberno *filio* Hugonis. Roberto *filio* Odelmi. Ricardo *de* Tous. Oſmund *de* Waſpria, *& eorum hæredibus, et* Galtero *capellano qui fecit cartam, cujus maledictione confundantur qui illam voluerint deſtruere in æternum.*

Pars ſexta. Cap. 1.

"SCiant tam preſentes quam poſteri quod ego "Sgo de *Bello-campo* filius *Oliveri* de *Bello* "*campo* dedi & conceſſi, & hac mea carta confir- "mavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de Thorney, redditum unius marcæ in feodo *Ricardi* de "Coſtentin in Etone, in liberam & perpetuam "elemoſinam, pro ſalute mea & patris mei & matris meæ & hæredum meorum & omnium anteceſſorum meorum. Hunc autem redditum reddent prædictus *Ricardus* de Coſtentin & hæredes ſui annuatim ad feſtum ſancti *Michaelis* eidem eccleſiæ de *Thorneia*. Hiis teſtibus, *Philippo* "filio *Reberti* de Cholleſberi, &c.

Ibid. Cap. 2.

"SCiant omnes preſentes & futuri quod ego "*Willielmus* de *Bello-campo*, filius *Johannis* "de *Bello campo* conceſſi (*&c.*) eccleſiæ ſanctæ "*Mariæ* de *Thorneia* redditum unius marcæ ſol- "vendum in feſto ſancti *Michaelis* de feodo *Re*"*ginald Coſtentin* in Etone, in liberam & per"petuam elemoſinam, illum redditum ſcilicet "quem *Hugo* de *Bello-campo* filius *Oliveri* de *Bel*"*lo-campo* dedit eiſdem monachis de feodo *Ri*"*cardi Coſtentini*, patris *Reginaldi*. Teſtibus "domino *Johanne* de *Nevile*, *Mauricio* de Audley. &c.

Pars nona, de geſtis abbatum.
Fol. 13.

D*Ominus Abbas* Gunterus *cunctique fratres* Thornenſis *cœnobii, me* Guffridũ de Trailli *una cum uxore mea* Albretha *filiiſque meis* Gefrido & Willielmo, *immo cum tota mea ſobole fraternitatis vel ſocietatis ſuæ conceſſerunt collegam fieri, & in cunctis beneficiis ſuis ſimul ſecum æque perpetuò participari: unde eis bona viciſſitudinis obnoxius, pro tanti beneficii adeptione eccleſiam de* Oiveldene, *cum omnibus oblatis vel offerendis, & unam plenariam hidam, ſanctæ & intemeratæ virgini* Mariæ, *& ſancto* Botulpho, *ceteriſque Sanctis fidelibus Domini ibidem pauſantibus, cum decimis ejuſdem villæ, in theſauro eccleſiæ, ad emptionem ornamentorum perpetua largitus ſum hæreditate &c. Hujus donationis teſtes ſunt ipſe dominus abbas* Gunterus, *quem per clavem eccleſiæ ſaiſivi de prædicta poſſeſſione.* Radulfus *de* Trailli *&c.*

Ibid. fol. xiiij.

"EGo frater *Oddo Revellus* dono in hoc mo- "naſterio *Thornenſi* Deo & Sanctis ejus pau- "ſantibus, pro fraternitate, duas partes decima- "rum omnium rerum mearum quas poſſideo "in Ceſtertune de ſegitibus & agnis & porcis "& pullis. Et hanc donationem concedunt ux- "or mea filiuſque meus *Andreas*, quem poſt "me hæredem adopto; ut & ipſi habeant par- "tem mecum in fraternitate hujus loci, ſitque "maledictus & anathematizatus à Deo quicum- "que hoc donum irritum fecerit, quod Deo & "ſanctæ genetrici ejus hic ſuper hoc altare per "hunc cultellum offero, & confirmo vobis mo- "nachi, domini *Petre, Wido, Oſberne, Benedicte,* "aſtantibus; vobiſque teſtibus laici. *Willielme* "vicinus meus de Ceſtretune & *Oſgode* & ne- "pos meus *Ranulfe* & *Ogere.*

Ibid. fol. xvj.

"NOtum ſit omnibus præſentibus & poſte- "ris, quod *Willielmus Peverel* abbati *Thor*"*neiæ* & ejuſdem loci monachis pro eccleſia de "Bolehirſt adverſabatur; ſed poſtquam domi- "nus abbas *Robertus* regimen illius eccleſiæ a- "deptus eſt, præfatum *Willielmum* ſepiùs expe- "tens ab eo impetravit, ut ſibi deinceps pro ea- "dem eccleſia minimè adverſaretur, quod hoc "modo factum eſt. Quadam die comes *David* "& *Willielmus Peverel* & *Robertus* abbas de "*Thorneia* in villam quæ vocatur Retelſtan ſi- "mul convenerunt, ubi idem abbas *Willielmum* "rogavit ut ſupradictam adverſitatem, pro ſalute "animæ ſuæ & pro animabus anteceſſorum ſuo- "rum dimitteret, quam protinus comite, & ce- "tera procerum multitudine quæ illic præſens ade- "rat, interveniente, dimiſit, atque abbati per "quandam virgam in manu tradidit. Quamo- "brem comes *David* manum ejus, deinde manum "abbatis oſculatus eſt, pro tali ſiquidem facto par- "ticeps omnium beneficiorum eccleſiæ de *Thor*"*neia* cum comite effectus eſt. Hujus rei ſunt te- "ſtes ex parte *Willielmi*, comes *David*, *Hugo* ne- "pos *Willielmi*, *Reinaldus* filius *Hereſridi*, &c. "Ex parte monachorum, dominus abbas *Rober*"*tus*. *Hugo* monachus. Alius *Hugo* monachus. "*Odo Revel. Robertus* presbyter, &c.

Ibid. fol. xix.

FULCO *filius* Guillelmi *de* Liſures, & Rogerus *de* Stibinton *venerunt* Thorneyam, *& optulerunt ſuper altare decimam ejuſdem* Rogeri *quam idem* Rogerus *ante eidem eccleſiæ dederat. Hujus rei teſtes ſunt* Ricerius & Hamun *patrui* Fulconis. Henricus *filius* Aitrici *de* Paſsingeton. Radulfus *de* Cerevell *&c.*

Ibid. fol. xx.

"SCiant preſentes & poſteri, quod *Henricus* de "Perch advocationem & dominationem "quam habebat in eccleſia de Stibenton in pre- "ſentia domini *Roberti*, *Lincolnienſis* epiſcopi, clamavit,

" clamavit liberam & quietam imperpetuum à se
" & ab omnibus hæredibus suis ecclesiæ sanctæ
" *Mariæ Thorneia*, &c.

Pars 2. fol. xciiij. cap. lxij.

VEnerabili Dei gratia T. Cantuariensi *archiepiscopo*, Anglorum *primati & apostolicæ sedis legato*, & Nigello, Elyensi *episcopo* & R. Lincolniensi *episcopo*, &c. Henricus *de* **Perch** *salutem. Noverit sanctitatis vestræ discretio, quod advocationem & dominationem quam habebam in ecclesia de* **Stibinton** *in præsentia* Roberti, Lincolniensis *episcopi* apud **Stangrund** *clamavi in perpetuum liberam & quietam, &c. Hujus rei testes*, Robertus, Lincolniensis *episcopus, & clerici ejus. De meis hominibus sunt testes*, Radulfus *frater meus*. Druelinus. Galterius *armiger meus*. Johannes *nepos meus. De hominibus abbatis testes sunt, &c.*

Ibid. fol. xciiij. cap. lxiij.

Neutone.

SCiant *præsentes & posteri quod ego* Eustachius, *filius* Henrici *de* **Perch**, *concedo & confirmo elemosinam quam pater meus* Henricus Thornensi *ecclesiæ dedit, scilicet advocationem ecclesiæ de* **Stibenton**, *& dominationem quam ipse & successores ejus habuerant in ecclesia de* **Stibinton** *cum omnibus pertinentiis suis eidem pertinentibus & meo juri servientibus, liberam & quietam ab omni consuetudine & servitio in perpetuam elemosinam. Do etiam & confirmo decimam duarum virgatarum terræ & decimam de dominio meo ad opus pauperum qui sunt in hospitali de* Thorneia, *pro salute animæ meæ & patris & matris meæ, &* Henrici *avunculi mei & omnium antecessorum & successorum. Hujus testes sunt ex parte mea* Radulphus, *avunculus meus. &c.*

Pars nona, de gestis abbatum, fol. 9. cap. 11.

Et eodem registro *Thorneiensi.*

" RObertus Dei gratia *Lincolniensis* episcopus, omnibus catholicæ ecclesiæ fidelibus " salutem. Justis monachorum *Torneiensis* monasterii petitionibus annuentes, ex dono *Baldewini*, filii *Gisleberti* ecclesias de **Deppynges** sanctorum *Jacobi* & *Guthlaci*, & quandam partem " ejusdem villæ. Ex dono *Roberti* de **Puntfort** " & *Turstini* fratris sui medietatem villæ de *Wenga*, cum medietate ecclesiæ ejusdem villæ, & " cum molendino. De dono *Radulfi* filii *Nigelli* " iij. bovatas terræ in eadem villa de *Wenga*, & " de dono *Hugonis* de *Grantemainil* unam virgatam terræ in eadem villa. Præterea de dono *Willielmi* de **Weldebof** duas virgatas terræ in **Sandele**, & de dono *Hugonis* de *Bellocampo* unam virgatam terræ *Elbodescia*. Et " ex donatione *Willielmi Peverel* de *Brunna* duas virgatas terræ in *Wildena*. Et de dono *Hugonis* de **Weldebof** iiij. acras. Et de dono " *Hugonis* de **Weldebof** unam virgatam terræ " & xxvij. acras in *Colmwerdo*. Et de dono *Petri* de **Weldebof** iiij. acras. De dono *Pagani* " *Cosin* xx. acras in eadem villa. De dono *Willielmi Fortin* x. acras. Præterea de dono *Rohesia* comitissæ xx. s. annuatim in molendino de " **Doxlete**. De dono *Willielmi Briton* de *Albiniaco* in **Stokes** manerio suo unam hidam terræ. In **Pippewelle** terram quæ fuit *Hugonis* " militis de *Bellovidere* cum omnibus quæ in parochia nostra canonicè possident, sicut cartæ " advocatorum testantur, eis confirmamus & communimus, salva tamen in omnibus *Lincolniensis* ecclesiæ dignitate. Præterea de dono *Adelidæ* de *Montemoraci* iiij. virgatas terræ in *Randa* quas *Turgisius* tenuit & *Toni* prius dederat " per concessionem & confirmationem prædictæ " Dominæ de **Denefozde**, quieta & soluta ab omni seculari servicio. Conservantibus prædictæ ecclesiæ pacem & bona illius augentibus sit salus " pax & vita æterna: adversantibus & ejus jura " diminuentibus pœna sempiterna. *Amen.*

Copthozn, fol. xxxij. cap. xxiiij. pars 2.

VVIllielmus Peverel *de* Dnura, Hugoni *de* **Lysures** *& omnibus hominibus suis salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ Thornensi *vij. acras terræ ad* **Copthozn** *& pratum ad eandem terram pertinens in* **Botultbzigg**, *sicut* Hugo *de* **Lulfurs** *eandem terram* Thornensi *ecclesiæ donavit & per cartam suam confirmavit. Et volo eandem terram esse liberam & quietam ab omni servitio tam à me quam ab omnibus hæredibus meis. Hujus concessionis testes sunt* Alanus *dapifer &* Hugo *frater ejus*, Eustachius *de* Bauns & Robertus *de* **Beiche**, &c. Ibid.

Comitatus **Hozhampton.**

Quarta pars libri, fol. j. cap. ij.

" VV*Illielmus* de *Albeneio, Brito*, omnibus hominibus suis clericis & laicis " & omnibus fidelibus suis *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me & *Ceciliam* uxorem meam " & *Willielmum* filium meum concessisse ecclesiæ " de *Thorneia* & monachis ibidem in ea Deo servientibus unam carrucatam terræ in manerio " meo de **Stokes** & j. toftum quod fuit equarii " & totam terram quam *Hugo* tenuit in **Pippewelle**, in bosco & plano & omnibus quæ ad eam " pertinent, in elemosinam pro salute nostra & " antecessorum nostrorum & omnium fidelium, " ita quod teneant solutè & quietè & absque omni consuetudine & sicut ulla ecclesia quietiùs & " liberiùs & honorificentiùs tenet elemosinas suas. " Testibus *Rogero* & *Roberto* filiis meis, &c. & *Warino Ridel*, & *Olivero*, & *Iwan*, & *Gaufrido* nepotibus meis, & *Roberto Brito* & *Godefrido Clement* & *Radulfo* filio *Willielmi*, &c. Ibid;

Folio prædicto, cap. iij.

" A*Lexandro* Dei gratia *Lincolniensi* episcopo & omnibus fidelibus sanctæ ecclesiæ, *Willielmus* de **Albeni** *Brito* salutem. Sciatis me " dedisse & hac præsenti carta mea confirmasse in " elemosinam *Thornensi* ecclesiæ terram de **Pipewell**, Ibid.

" well, quæ est de feodo de *Bellovidere*, quam " *Hugo* miles tenebat cum omnibus pertinentiis " suis, & in Stokes manerio meo unam carucа- " tam terræ de meo dominio, & hoc bene, hono- " rificè, liberè ab omni consuetudine per conces- " sionem *Cecilia* uxoris meæ, & *Willielmi* filii " mei, qui est hæres meus &c. Et hujus donationis " testes sunt *Alanus* capellanus & *Rogerus* cleri- " cus & tres nepotes mei, *Oliverus* filius *Galfridi*, " & *Iwanus*, & *Gaufridus* de Cabivin, & *Wari-* " *nus Ridell*, *Robertus Brito*, *Godefridus Clement.*

Ibidem. Folio j. cap. iiij.

RAndulfus *comes* Cestriæ *confirmat ecclesiæ sanctæ* Mariæ Thornensi *totam terram & tenuram quam* Hugo *de* Rademeld *habuit in* Pipewell *& unam carucatam terra in* Stoke *cum prato eidem terræ pertinente, & præter hoc totum toftum quod fuit* Roberti *forestarii in* Stoke, *sicut* Willielmus *de* Albeney Brito *eis concessit & carta ipsius testatur. Testibus* Rogero *de* Molbrai, *&* Baldwino *filio* Gilberti, *&* Waltero *de* Remervilla, *&* Gautrido *filio* Gaufridi, *&* Gaufrido *dispensatore*, *&* Willielmo *capellano*, *&* Hugone Wake *apud* Stanford.

Ibidem. *Folio xj. cap. ix.*

* *Adelitia de Clavomonte dicta fol. 11. cap 9. parte 4.*

" ADeliz *, mater comitis *Gilberti*, omnibus " amicis & hominibus suis *Francis* & *Angl-* " *is* salutem. Sciatis quod *Radulfus* filius *Nigelli*, " & *Amicia* uxor ejus, dederunt atque conces- " serunt ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & sancti *Botolfi* " apud *Therneiam*, me annuente, terram de " Rande quam tenebant de me & iiij.s. quos de " redditu constituto inde per annum habebant " prædictæ ecclesiæ, & omnes consuetudines & " quicquid eis inde pertinebat. Sciendum est au- " tem, hæc esse facta coram comite *Gilberto*, & " *Waltero* fratre ejus, & coram pluribus homini- " bus meis clericis atque laicis apud *Michelbur-* " *nam*. Ego autem postea eidem ecclesiæ xij.s. " cum omnibus consuetudinibus & servitiis quæ " mihi de prædicta terra pertinebant in elemosi- " nam dedi atque concessi. Testibus *Roberto* ca- " pellano meo, & *Roberto* milite meo de *Bertonia*, " *Roberto* dapifero meo, *Mabilia* puella mea. " *Aderiz Heaved.*

Ibidem. Folio iij. cap. xiiij.

UNiversis *præsens scriptum inspecturis vel audituris*, Ricardus *de* Claro, *comes* Glovernæ *&* Hereford *salutem. Noverit universitas vestra nos inspexisse cartam* Aliciæ *matris comitis* Willielmi *antecessoris nostri sub hac forma. Omnibus fidelibus sanctæ ecclesiæ*, Adeliz *mater* Willielmi *comitis salutem. Sciatis me dedisse Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* Thorney *unam hidam terræ in* Rande, *&c. & xij. solidos qui deinde mihi reddebantur, &c. per concessionem* Hervei *filii & hæredis mei, &c. Nos igitur hanc donationem confirmamus, &c. Testibus dominis* Rogero *de* Scaccario, Willielmo *de sancta* Elena, Gilberto *de* Cnesord *militibus. Data* Londoniis *xxix. Januarii xxxviij. H.* 3.

Fol. xxviij. cap. xxx. Ibidem.

" EGo *Albericus*, regis camerarius, terram de " Twiwell quamdiu vixero de domino ab- " bate *Guntero* & monachis de *Thorneya* per ta- " lem conventionem teneo ad firmam, ut per " unumquemque annum eis vj. lib. pro ea red- " dam: ante nativitatem xl.s. ante paschам xl.s. " & ad vincula S. *Petri* extremos xl.s. Insuper, " pro remissione peccatorum meorum, illis de " una mea decima, scilicet de Islep, unoquoque " anno, ad festivitatem sancti *Michaelis* x.s. red- " dam. Totum vero surplus quod miserim in ea- " dem villa ultra quam recepi, in extremo die vi- " tæ meæ, pro salvatione animæ meæ, sanctæ *Ma-* " *riæ*, fratribusque meis, simul cum terra illorum, " concedo solidum * & quietum ab omni calump- " nia. De alia terra quam pro dimidii militis ser- " vitio in eadem villa de *Willielmo* de *Blessavilla* " teneo in feodo, & de dimidio unius hidæ quam " certo emi precio, sanctam *Mariam*, meosque " fratres post me concedo esse hæredes, in quan- " tum id eis concedere possum. Hujus conven- " tionis sunt testes *Hardwine* de Escalers, & " *Radulfus* dapifer, *Willielmus* de Wittelsge, & " *Simo*, immo fratres illius loci & alii quam- " plures.

* *Forte solutum.*

Folio xxix. capite xxxj. Ibid.

Alia charta de *Roberto* filio ejusdem *Albrici*.

EGo Robertus, *filius* Albrici *camerarii regis, terram de* Twiwelle, *quamdiu vixero, de domino abbate* Roberto, *& monachis de* Thorneia, *per eandem conventionem in feods firmam teneo per quam conventionem pater meus ante me tenuit, & decimas de 5. carucis quas pater meus Deo & sanctæ* Mariæ Thorneiæ *concessit, scilicet* Islep, & Draitune, & Edinton, *Deo atque sanctæ* Mariæ *atque monachis* Thorneiensibus *concedo. Hujus conventionis sunt testes* Robertus *de* Jakesley, Ernoldus, Willielmus *de* Cestreton, Ogerus, Tirri. *De hominibus ipsius* Roberti Hugo, Waze, Adam, *immo omnes fratres ipsius loci.*

Fol. xxix. Ibid.

De terris & tenementis quondam *Johannis Hay* in Twywell.

MEmorandum, *quod* Odo *quondam abbas* Thornensis, *post mortem* Johannis Hay *cepit in manum suam omnes terras & tenementa quæ idem* Johannes *adquisierat de tenura ipsius abbatis & conventus in* Twiwell, *tanquam escaetam suam, quia idem* Johannes *habuit & tenuit dicta tenementa de dono cujusdam domini* Willielmi Hay *militis, qui manerium de* Twywell *integrè cum omnibus suis pertinentiis tenuit de abbate de* Thorneya *ad terminum vitæ suæ, in escambium manerii de* Clepton, *quod idem dominus* Willielmus *dederat abbati & conventui* Thorneiæ *tempore domini* Willielmi *de* Jakeley, *quondam abbatis dicti monasterii, in liberam & perpetuam elemosinam. Quæ quidem tenementa suprædictus*

abbas

abbas de gratia sua speciali concessit & dedit conventui ad anniversarium præfati Johannis *annuatim celebrandum. Salvis sibi & successoribus suis ij. s vj. d. annui redditus & releviis & aliis consuetudinibus sibi inde debitis & consuetis.*

Rotelanð, adhuc pars quarta.

Fol. j cap. j.

V*Enerabili Dei gratia* Rodberto, Lincolniensi *episcopo, & universis ecclesiæ filiis,* Thurstanus *de* Monteforti *salutem. Sciant tam præsentes quam futuri me dedisse & concessisse in perpetuam elemosinam Deo & sanctæ* Mariæ Thorneiæ, *& fratribus ibidem Deo servientibus medietatem villæ quæ dicitur* Wenge *& medietatem ecclesiæ & molendini ejusdem villæ cum universis earum pertinentiis, excepto feudo* Radulfi *filii* Nigelli, *& feodo* Thurstani *armigeri mei, pro salute animæ meæ & uxoris meæ & filiorum meorum, & nominatim pro anima fratris mei* Roberti *de* Monteforti *& pro animabus omnium antecessorum meorum & successorum. Quare volo & firmiter præcipio quatinus prædicta ecclesia hanc elemosinam teneat liberè & quietè & solutè ab omni calumpnia & consuetudine & servicio mihi & heredibus meis pertinentibus, excepto servicio regis & comitis* Wazwic. *Concedo etiam eis curiam suam quam habent in eadem villa. Pro hac concessione ecclesiæ* Thorneiæ *dedit* Rodberto *filio meo marcam unam auri. Hujus rei testes sunt* Robertus *filius meus.* Radulfus *Prior de* Wazwic. Radulfus *filius* Hugonis. Malgerus, *& ceteri qui continentur in carta.*

Ibidem.

Fol. j. cap. iij.

Rotell.

R*Oberto episcopo* Lincolniæ, *& omnibus sanctæ Dei ecclesiæ filiis, & omnibus hominibus suis* Francis *&* Anglis, Johannes *de* Stutavill *salutem. Sciatis me dedisse & confirmasse dimidiam villam quæ dicitur* Weng *cum omnibus pertinentiis ad prædictam terram pertinentibus canonicè, pro salute animæ meæ & uxoris meæ & patris mei & matris meæ & fratrum & antecessorum & successorum meorum & omnium fidelium Dei defunctorum, & pro fraternitate loci, sicut* Robertus *de* Montfort *dedit Deo & ecclesiæ de* Thorneia *in elemosinam. Et hæc volo & concedo, ut* Gislebertus *abbas prædictæ ecclsiæ de* Thorneia *& monachi illius loci prædictam elemosinam de* Wenge *bene & in pace & liberè & quietè ab omni servicio & calumpnia & consuetudine de me & heredibus meis imperpetuum habeant & teneant. Istius donationis sunt testes,* W. *decanus de* Saresberia. Ern. *capellanus &c. Super hanc verò donationem sciatis me accreviſſe ecclesiam de* Thorneia *de donatione & dominatione totius ecclesiæ prædictæ villæ. Testibus* Waleramo, Havenanno Papeillun, Ansg. *de* Cance, Jvone *&* Gerardo *de* Palmer.

Parte 8. fol. vj.

" *Et sciendum est quod in veteribus scriptis hujus* " *jus ecclesiæ continetur hujusmodi Memoran-* " *dum quod non continetur in* Domesday.

TErra *Juditæ* Comitissæ in Hozmancros hundred. Cuintune ix. hidæ. De hac terra fuerunt vj. hidæ de ecclesia sanctæ *Mariæ de Thorneia. Turkil* tenebat de abbate & caritatem inde reddebat, marcam videlicet auri unoquoque anno. Has autem hidas in Cuintun tenebat *Turkill* de Parmetwrth de monachis *Thorneiæ* ad firmam; sed postquam terram suam reliquid, & ad *Danos* qui ejus erant parentes transfretavit, tota ejus terra *Walteve* comiti à rege data est, qui *Walteve* cum alia terra etiam terram sanctæ *Mariæ Thorneiæ* saisivit. Quod audientes monachi, comitem adierunt, & ei qualiter prædictus *Turkill* terram illam ad firmam tenuisset apertè ostendunt. Ipse verò, ut erat vir sanctus ac totius justitiæ amator, audita rei veritate, terram illam reddidit ecclesiæ sanctæ *Mariæ Thorneiæ.* Verùm monachi timentes ne *Fulcardus* qui ea tempestate illi præerat ecclesiæ, sæpedictam terram alicui parentum suorum ad devastandum traderet, optulerunt comiti *Walteve*, ut eam ab eis teneret sicut antecessor suus *Turkil* eam tenuerat. Qui eis multas gratias agens eam lætabundus suscepit, & eandem firmam quam prædecessor suus ante reddiderat, annuatim reddidit. Quo defuncto, *Judita* comitissa terram illam habuit, sed nullam firmam monachis sanctæ *Mariæ Thorneiæ* reddidit: unde factum est ut alii qui post eam terram tenuerunt, monachis sanctæ *Mariæ* de *Thorneia* consuetam firmam reddere neglexerint.

Privilegium domini Alexandri *Papæ tertii, capite primo.* Ibid parte 9. tol. 1. a.

" ALEXANDER Episcopus, servus ser-
" vorum Dei: Dilectis filiis *Hereberto* Ab-
" bati ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & sancti *Botulphi*
" Thorney, ejusque fratribus tam præsentibus
" quàm futuris religiosam vitam professis in per-
" petuum. Justis religiosorum desideriis consen-
" tire & rationabilibus eorum petitionibus cle-
" menter annuere, apostolicæ sedis, cui largiente
" domino deservimus, auctoritas & fraternæ cha-
" ritatis unitas nos hortatur.

" Quocirca, dilecti in domino filii, vestris ju-
" stis postulationibus clementer annuimus, &
" præfatam ecclesiam in qua divino mancipati estis
" obsequio, sub beati *Petri* & nostra protectione
" suscipimus, & præsentis scripti privilegio com-
" munimus. Statuentes, ut quascunque possessi-
" ones, quæcunque bona eadem ecclesia impræsen-
" tiarum justè & canonicè possidet, aut in futu-
" rum, concessione pontificum, largitione re-
" gum, vel principum, oblatione fidelium, seu a-
" liis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci,
" firma vobis vestrisq; successoribus & illibata per-
" maneant. In quibus hæc propriis duximus expri-
" menda vocabulis. Insulam videlicet Thorney,
" in qua ipsum monasterium situm est, cum nemo-
" re & mariseo & omnibus appendiciis suis. Eccle-

" siam de Wytlesey, ecclesiam de Stangrund, " ecclesiam de Jakesley, ecclesiam de Wodes" ton, ecclesiam de Haddon, ecclesiam de " Newton, ecclesiam de Stibinton, ecclesiam " de Twywell, ecclesiam de Bollehorst & ec" clesiam de Gibelden, cum una hida terræ & " decimis ejusdem villæ & omnibus oblationibus. " Ecclesiam sancti *Gregorii* de Thetford, duas " ecclesias de Deping, ecclesiam de Tid, quic" quid juris in ecclesia de Wenge habetis. In " comitatu *Cantabrigiæ*, *Wytlesey*am, & omnes " illas rationabiles consuetudines quas habebat *E*" *liensis* ecclesia in hundredis suis de Wychesorde " de terra & de hominibus *Thornensibus*. Ecclesiã " de Witlesey, exceptis propriis regalibus con" suetudinibus quæ super terram illam evenerint, " quas *Hervæus* primus *Eliensis* episcopus, cum " assensu capituli sui, ecclesiæ vestræ in elemosinam " rationabiliter contulit in die dedicationis ejus" dem ecclesiæ.

" In comitatu *Huntingdoniæ*, Nouton, Wo" beston, Jakesley, & mercatum ejusdem villæ " cum *Soke*, & *Saka*, & Tol, & Team, & In" fangenthef, & omnibus ejusdem pertinentibus " consuetudinibus, medietatem stagni quod " Wytlesmere dicitur, Stangrund, Farshe" ved, Haddon, Sibeston, duas hidas & dimi" diam, & in Stibington v. virgatas pertinentes " ad Sibeston, & decimam unius carucæ in Si" beston. In Stibinton decimam *Rogerii*. In " villa quæ dicitur Cobinton vj. hidas.

" In prato de Stanton xxviij. acras de diversis " hominibus. In Coppedethorn xiv. acras terræ " & pratum eidem terræ pertinens. In villa quæ " dicitur Huntendon duas domos & terras in qui" bus ipsæ domus sunt. Jus quod habetis in eccle" sia *omnium Sanctorum*, de mercato ejusdem " villæ. Decimam *Widonis* filii *Goscelini* in Ce" strcton.

" In Folkesworth, duas virgatas terræ & di" midiam, & aliam terram in eadem villa viij. so" lidos annuatim reddentem. De dono *Andreæ* " *Revelli* xv. acras quas dedit in elemosinam " pro se & omnibus parentibus suis vivis & " mortuis.

" In comitatu Hampton, Twywell, duas hi" das & molendinum. Terram in Luffewyk. I" tem dimidiam virgatam terræ & decem acras de " Inland in prædicta villa, unam hidam in Rande " cum redditu ejus, scilicet xij s. Dimidiam hidam " in Charwalton. Terram de Pippewell, de " dono *Willielmi* de Albeni *Britonis*. Et in " Stoke unam carucatam terræ de dominico " ejusdem villæ cum tofta & prato & tota com" munitate in bosco & plano & pascuis. De do" no *Alberici* de Twywell, duas garbas decima" rum sex carucarum trium villarum, scilicet, Is" lep, Drayton, Adinton.

" In comitatu de Warrewick, Salebrigg " cum appendiciis suis. Unam virgatam terræ in " Wolfhamcote, & molendinum de Ricton. " Servitium *Edrici* de Flockenho, cum sua terra, " scilicet v. jugera in campo & in villa tres croftas " & dimidiam.

" In comitatu *Bedfordiæ* duas hidas & dimidiam " in Bollehorst. In Wildene duas virgatas ter" ræ cum hominibus qui illas tenent. In Bode" forð unam domum & terram ei pertinentem. " Item in *Norfolcia* in villa quæ dicitur Tua" meres unam terrulam reddentem quinque " solidos.

" Item medietatem villæ quæ dicitur Wenge " & dimidium molendini ejusdem villæ. Insuper " villanum unum, nomine *Normannum* cum terra " sua, scilicet, una virgata in prædicta villa. Item " x. solidos de redditu molendini de Tesseburge " cum dimidio augmentationis quantum cre" verit.

" Piscationem de Welle, de Clme, de Til" linga, de Trillinga. Item terram de Stan" forð. Item heremitorium de Trokenholt. " Terram quam habetis in Chelsey. Terram " quam habetis in Clme. Terram quam habetis " in Tid. Ex dono comitis de *Clara*, reddi" tum centum solidorum sub jurejurando pro" missum. Ex dono *Hugonis* filii *Radulfi* de " Wildebocf unam virgatam terræ & libertatem " quam beatus *Adelwoldus* episcopus, fundator " prædicti cœnobii, favente rege *Edgaro*, & san" cto *Dunstano Dorobernie* archiepiscopo, *Oswal*" *do Eboracensi* archiepiscopo, & omnibus aliis e" piscopis, abbatibus & baronibus totius *Angliæ*, " eidem loco concessit, & scripto proprio confir" mavit.

" Sanè novalium vestrorum, quæ propriis ma" nibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis " vestrorum animalium nullus omninò a vobis de" cimas exigere præsumat. Obeunte vero te tunc " ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet suc" cessorum, nullus ibi qualibet surreptione seu vi" olentia præponatur, nisi quem fratres commu" ni assensu, vel fratrum pars concilii sanioris, se" cundum Dei timorem & beati *Benedicti* regu" lam providerint eligendum. Decrevimus ergò " ut nulli hominum omninò liceat præfatum mo" nasterium temerè perturbare, aut ejus possessio" nes auferre, vel ablata retinere, minuere aut a" liquibus vexationibus fatigare, sed omnia inte" grè conserventur, eorum pro quorum guberna" tione & sustentatione concessa sunt usibus om" nimodis profutura. Salvâ nimirum apostolicæ " sedis auctoritate & diœcesanorum episcoporum " canonica justitia. Si qua igitur in futurum ec" clesiastica secularisve persona hanc nostra consti" tutionis paginam sciens contra eam temerè ve" nire temptaverit, secundò tertiòve commonita, " nisi præsumptionem suam congrua satisfactione " correxerit, potestatis honorisque sui careat " dignitate, reamque se divino judicio de perpe" trata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo cor" pore & sanguine Dei & Domini Redemptoris " nostri *Jesu Christi* aliena fiat atque in extre" mo examine districtæ ultioni subjiciatur.

" Cunctis autem eidem loco jura servantibus " sit pax Domini nostri *Jesu Christi*, quatenus " hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud " districtum judicem præmia æternæ pacis inveni" ant. *Amen.*

" Dat. *Turoni*, per manum *Hermanni* sanctæ " *Romanæ* ecclesiæ subdiaconi & notarii, v Idus Ja" nuarii. Indictione xj. Incarnationis Dominicæ " anno MClxij. Pontificatus vero *Alexandri* " Papæ tertii, anno quarto.

Series

Ibid. *Series abbatum de* Thorney.

20. *W.* Conq. 1085. *Unterus* abbas diruit veterem ecclesiam priùs fundatam à sancto *Athelwoldo*, & construxit novam. Hic post confirmationem electionis suæ, benedictionem obtinuit à *Remigio* episcopo *Lincolniensi*.

13. *H.* 1. 1113. *Robertus* primus abbas.

4. *Steph.* 1139. Fundatio Prioratus de Deppinge.

16. *Steph.* 1151. *Gilbertus* abbas.

1. *H.* 2. 1154. *Galterus* abbas.

5. *H.* 2. 1158. *Herbertus* abbas.

10. *H.* 2. 1163. *Walterus* abbas.

17. *H.* 2. 1170. Vacat abbathia per sex annos ad annum 1176. 23. *H.* 2.

18. *H.* 2. 1171. Obiit *Baldwinus* fundator de Depyng.

23. *H.* 2. 1176. *Salomon* abbas.

5. *R.* 1. 1193. *Robertus* 2. depositus anno 6. *R.* 1. & abbathia vacabat per 4. annos.

1. *Jo.* 1198. *Radulphus* abbas fuit Prior de Freston.

1. *H.* 3. 1216. *Robertus* 3. abbas.

16. *H.* 3. 1231. *Wido Wake* dedit Prioratum de Deping abbatiæ de Thorney.

22. *H.* 3. 1237. *Ricardus* abbas.

23. *H.* 3. 1238. *David* abbas.

39. *H.* 3. 1244. *Thomas Castre.*

46. *H.* 3. 1261. *Wilhelmus Takesley.*

21. *E.* 1. 1293. *Odo* de Witlesey.

33. *E.* 1. 1305. *Willielmus Clopton.*

16. *E.* 2. 1322. *Reginaldus* de Water-Stentō

21. *E.* 3. 1347. *Willielmus Haddon*, doctor decretorum.

39. *E.* 3. 1365. *Johannes Depyng*, Baccalarius in decretis.

20. *R.* 2. 1396. *Nicholaus Ilsep*, baccalarius in decretis resignabat anno 1399.

4. *H.* 4. 1402. *Thomas Charw*, fuit Prior de Depyng.

4. *H.* 6. 1425. *Alanus Kirketon*, baccalarius in decretis.

26. *H.* 6. 1437. *Johannes Kirketon*, baccalarius in decretis.

29. *H.* 6. 1450. *Johannes Ramsey*, baccalarius in decretis, electus quasi per viam spiritus sancti.

Abbatia de CHATERIZ *in comitatu* Cantabrigiæ.

Ex MS. quodam penes *Robertum Hewes* de *Grayes-Inne*, jurisconsultum an. 1638.

ABbas de Ramesey tenuit manerium de Chateriz in comitatu *Huntingtoniæ*, de dono regis *Edgari*, antequam fuit *Elyensis* aliquis episcopus.

In evidences de Chateriz per *Johannem Stivecle.* Ex munimentis abbat. de *Chateriz.*

ITem Alwen, *le mere* Aylwyn *founda l' abbey de nonnes de* Chatteriz *per assent de luy, come en sa toumbe mencion est fait; & l' abbesse tenoit do de Roy en chefe auxi come fait l' abbe tanq; le Roy* H. *le primier dona la patronage des dits nonein a* Henrie *eueſq; de* Ely *en peroles q' ensuent* H. Rex *Anglie*, &c. Sciatis nos dedisse & confirmasse Deo & ecclesiæ *Elienſi*, & *Hervei* episcopo in elemosinam abbathiam de Chateriz cum terris & possessionibus, & omnibus rebus eidem ecclesiæ pertinentibus. Et volo & præcipio (*&c.*)

Istæ sunt villæ & hamlettæ adjacentes parochiæ de Chateriz, aliàs Ceateriz, videlicet Sutton, Pepehale, Berenghale, Wytcham, Witchesord, Comeney, Paney, & Doddyngton.

Cronica fundationis monasterii seu abbathiæ de Chateriz. Ex chronicis de *Chateriz*, in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie *Julii*. A. 1.] fol. 71.

SEquitur *Ednedus*, vir in Christo famosus, & monasticæ religionis cultor egregius, qui à beato *Oswaldo Eboracensi* archiepiscopo & glorioso duce *Egelwino* in *Ramesiensem* ecclesiam, quam ipsi construxerant de *Wygornienſi* monachatu ad officium abbatis est assumptus. Ubi cum in omni honestate suo Christo floreret, & gregem domini fideli cura salubriter gubernaret, facta est cuidam fabro divina revelatio de corpore beati *Ivonis* & sociis ejus, simul cum ipso apud villam de *Slepa* quiescentibus. Apparens enim fabro in episcopi specie beatus *Yvo*, & se & socios suos in eadem villa, ab antiquissimo tempore jacuisse indicavit, & ut *Ednedo* id indicaret imperavit. Ac ille statim evigilans, viro Dei visionem revelavit, & de oblata suo tempore gratia nimis eum letificavit. Qui tantam sanctorum gloriam non passus est diutius in cœno latitare; sed, convocato clero & populo ad effodiendum cœlestem thesaurum, cum ecclesiasticis apparatibus properavit, & beatum *Yvonem* propriis manibus, cæteris cereos ferentibus, ipse usque in *Ramesiam* portavit; & postea in ipsa *Slepa* ecclesiam in nomine ejusdem Sancti edificavit. Nec multum postea, defuncto *Lincolnienſi* antistite, in episcopum promovetur; pro qua potestate nihil minuit de antiqua religione: sed quanto altior, tanto melior effectus, circa condendas ecclesias, & augendas congregationes, assiduus insistebat, quarum unam apud Chateriz, ob amorem sanctæ Dei genetricis *Mariæ* & *Alfwenne* sororis suæ cognomento Dominæ, ad ponendas ibi cum ipsa sanctimoniales construxit; & rebus necessariis ampliavit. Ipse quoque corpus beati *Alphegi* martiris, & archiepiscopi apud *Grenewicum* à *Danis* lapidatum, pietate succensus, & fide armatus collegit atque *Londoniis* sepelivit. Tandem verò martirii gloria, pro glorioſa conversatione decorandus, in bello quod fuit inter *Edmundum* regem, & *Canutum*, apud Assandun dum missam cantaret, à *Danis Canuti* sociis prius dextera manu, propter annulum amputata; deinde toto corpore scisso interfectus est, cum abbate *Wisio*, qui secundùm cronicam, ad adorandum dominum pro milite bellum agente commemorant. Hujus

corpus, cum ad hanc *Elyenſem* eccleſiam, à ſuis fuiſſet allatum, ut confeſtim hinc ad *Rameſeyam*, ubi abbas fuerat, deferretur. *Alfgarus* vir ſanctus, qui tunc temporis, relicto *Helmamenſi* epiſcopatu, hic ex toto ſe dederat, corpus illud, ad augendũ loci hujus dignitatẽ, inebriatis cuſtodibus, in ſecreto loco ſepelivit, tum quia illũ Sanctas noſtras valde dilexiſſe cognoverat, tum quia matrem eam eſſe credebat, qui & ipſe, de veteri ſepultura inter alios tranſlatus, magno nobis honori habetur. Paſſus eſt anno ab incarnatione Domini Mxvj. & fuit in diebus *Ethelredi* & *Edmundi* regum temporibus.

Ibid. fol. 73. b. *Quomodo* Herveus *primus epiſcopus* Elienſis *monaſterium de* **Chateriz** *optinuit, &* Elienſi *eccleſiæ jure perpetuæ poſſeſſionis de manu regia temporibus perpetuis attribuit.*

EST autem **Chateriz** circa inſulam *Elyenſem* ſanctimonialium habitatio, ubi monaſterium ſub nomine abbaciæ conſtitutum, quamdiu ſub manu regia verſabatur, graviſſimis angariis premebatur. Videns itaque vir diſcretiſſimus locum deſtructioni proximum, & pauperes Dei ancillas nimium inquietari, nec poſſe ullo modo ſine meliore patrocinio locum incolere, paterna pietate ductus, epiſcopalem ſolicitudinem ad liberandum Chriſti familiam appoſuit, & mira efficacia regium favorem ad ſui deſiderii modum aptavit. Tantoque pondere ſuſcepto negotio inſtitit, ut locum illum *Elienſi* eccleſiæ jure perpetuæ poſſeſſionis aſcriberet, & deinceps matres ibi ſtatuendi, & monachas imponendi principalem poteſtatem haberet. Egit hoc itaq; miſericors manus Domini, ut pater animarum pater eſſet & rerum, & in omnibus neceſſitatibus ſuis quibus manus fœminea non ſufficiebat, filiæ ad patrem recurrerent, & congruum auxilium invenirent. Nemo igitur tantum epiſcopum putet, rebus quidem terrenis multipliciter abundantem, aliquam ſiniſtram intentionem in hac cauſa fuiſſe ſequutum, qui non ut terreno commodo conſuleret, ſed ut ancillæ Dei de craſtino non cogitarent allaboravit. Quanto autem robore locum illum ſibi ſuiſque ſucceſſoribus vendicaverit, quanta utilitate locus ille illi ceſſerit, duæ ſequentes cartæ teſtantur quas regia largitas *Elyenſi* dedit eccleſiæ.

Ibid. fol. 74. a. Charta Regis *Henrici* de connexione eccleſiæ de **Chatriz**, quam monaſterio de **Ely** cum omnibus ad eam pertinentibus condonavit.

HEnricus *Rex* Anglorum *archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & omnibus fidelibus totius* Angliæ *ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe Deo &* Elyenſi *eccleſiæ &* Herveo *epiſcopo in elemoſinam, abbaciam de* **Chateriz**, *cum terris & poſſeſſionibus & omnibus rebus eidem abbatiæ pertinentibus. Et volo & præcipio firmiter ut bene & in pace & quietè & honorificè teneat cum* ſaca & ſocha, & **toll & theam, & infangenetheof**, & *omnibus conſuetudinibus & libertatibus ſicut melius & quietius & honorificentius tenet alias terras ſuas de epiſcopatu de* **Ely**. *Teſtibus* Gaufrido *cancellario*, Willielmo *de* Albeni *pincerna*, Gaufrido *clerico*, Pagano *filio* Johannis, *apud ſanctum* Petrum *de ſuper* Dinam.

Carta Regis *Henrici* de relaxatione pecuniæ de eccleſia de **Chatriz** quam condonarat ſanctæ *Etheldredæ*.

HEnricus *Rex* Anglorum *archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & omnibus fidelibus ſuis* Francis & Anglis *totius* Angliæ *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe eccleſiæ S.* Mariæ *de* **Chateriz**, *quam conceſſi & dedi in elemoſinam eccleſiæ de* **Ely**, *pro Dei amore & pro anima patris mei & matris meæ, & pro redemptione peccatorum meorum, & petitione* Hervei *epiſcopi ejuſdem eccleſiæ primi, ſex ſolidos & vij.d. de* **Warpeni** *quos prædicta eccleſia de* **Chateriz** *unoquoque anno dare ſolebat, ita quod modo imperpetuum ſit inde in pace & quiete.* Amen.

Per *bullam ſubſequentem, videlicet* Innocentii *quarti, qui tenuit pontificatum anno Domini MCCxlij. renovatur bulla* Alexandri *tertii, qui tenuit pontificatum anno Domini MCxlij.* Ibid. fol. 71. b.

" INNOCENTIUS Epiſcopus, ſervus
" ſervorum Dei, dilectis in Chriſto fideli-
" bus, abbatiſſæ monaſterii de **Chateriz**,
" ejuſque ſororibus tam præſentibus quàm
" futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.
" Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum con-
" venit adeſſe præſidium, ne fortè cujuſlibet te-
" meritatis incurſus, aut eos à propoſito revocet,
" aut robur, quod abſit, ſactæ religionis enervet.
" Eapropter dilectæ in Domino filiæ, veſtris juſtis
" poſtulationibus clementer annuimus & mona-
" ſterium de **Chateriz** *Elienſis* dioceſis, in quo
" divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub beati *Pe-*
" *tri* & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſen-
" tis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſi-
" quidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſe-
" cundùm Deum & beati *Benedicti* regulam in e-
" odem monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpe
" tuis ibidẽ temporibus inviolabiliter obſervetur.
" Præterea quaſcunq; poſſeſſiones, quæcunq; bo-
" na, idem monaſterium impreſenciarũ juſtè, ac ca-
" nonicè poſſidet, aut in futurũ, conceſſione pon-
" tificum, largitione regum, vel principum, ob-
" latione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præ-
" ſtante domino poterit adipiſci, firma vobis & eis
" quæ vobis ſucceſſerint & illibata permaneant.
" In quibus hæc propriis duximus exprimenda vo-
" cabulis: locum ipſum in quo præfatum mona-
" ſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis,
" eccleſiam quam habetis in villa de **Chateriz**
" cum omnibus pertinenciis ſuis. Terram & red-
" ditus quos habetis in eadem villa de **Chateriz**.
" Terram quam habetis in villa de **Forton**, cum
" medietate unius molendini & pertinenciis ſuis.
" Terram quam habetis in villa de **Warantun**,
" cum uno molendino & pertinenciis ſuis. Villam
" de *Kareſeya*, cum pertinenciis ſuis. Eccleſiam,
" terram & molendinum quæ habetis in villa de
" **Scepereye**, cum omnibus pertinentiis eorun-
" dem. Terras quas habetis in **Berele**, **Overe**,
" **Lincoln**, **Huntedunne**, & **Wazewelle** villis,
" cum omnibus pertinenciis earundem. Terram

cum

" cum molendino quem habetis in villa de Trip-
" pelowe, cum pertinenciis eorundem. Terram
" cum portu quos habetis in burgo de *Cantabri-*
" *gia* cum omnibus suis pertinenciis. Capellam de
" Honeseh, cum decimis & omnibus pertinentiis,
" cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis,
" & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molen-
" dinis, & viis & semitis & omnibus aliis liberta-
" tibus & immunitatibus suis. Sane novalium ve-
" strorum quæ propriis sumptibus colitis, de qui-
" bus aliquis hactenus non percepit, sive de ve-
" strorum animalium nutrimentis nullus à vobis
" decimas exigere, sive extorquere præsumat. Li-
" ceat quoque vobis personas liberas & absolutas è
" seculo fugientes ad conversionem accipere, &
" eas absque contradictione aliqua retinere. Pro-
" hibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum
" post factam in monasterio vestro professionem
" fas sit sine abbatissæ suæ licencia de eodem loco,
" nisi arctioris religionis obtentu discedere, dis-
" cedentem verò absque communium litterarum
" vestrarum cautione nullus audeat retinere.
" Cum autem generale interdictum terræ fuerit,
" liceat vobis clausis januis, exclusis excommuni-
" catis, & interdictis, non pulsatis campanis, sup-
" pressa voce, divina officia celebrare, dummodo
" causam non dederitis interdicto. Crisma verò,
" oleum sanctũ, consecrationes altarium, seu basili-
" carũ, benedictiones monialium à dioceſano susci-
" pietis episcopo, si quidẽ catholicus fuerit, & gra-
" tiam & communionem sacrosanctæ *Romanæ* se-
" dis habuerit, & ea vobis voluerit sine pravitate
" aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra
" fines parochiæ vestræ nullus, sine assensu dioces-
" sani episcopi & vestro, capellam seu oratorium
" de novo construere audeat; salvis privilegiis
" pontificum *Romanorum*. Ad hec novas & inde-
" bitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, ar-
" chidiaconis, seu decanis, aliisque omnibus eccle-
" siasticis, secularibusve personis, à vobis omnino
" fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius
" loci liberam esse decernimus, ut eorum devoti-
" oni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri de-
" liberaverint, nisi fortè excommunicati vel inter-
" dicti sint, aut etiam publicè usurarii, nullus ob-
" sistat; salva tamen justicia illarum ecclesiarum
" à quibus mortuorum corpora assumuntur. De-
" cimas præterea & possessiones ad jus ecclesia-
" rum vestrarum spectantes quæ à laicis detinen-
" tur redimendi, & legitimè deliberandi de mani-
" bus eorum, & ad ecclesias ad quas pertinent re-
" vocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate
" facultas. Obeunte verò te nunc ejusdem loci
" abbatissa, vel earum aliqua quæ tibi successerit,
" nulla ibi qualibet subreptionis astutia, seu vio-
" lentia præponatur, nisi quam fratres commu-
" ni consensu, vel earum major pars consilii sani-
" oris, secundùm Deum & beati *Benedicti* regu-
" lam, providerint eligendam. Paci quoque &
" tranquillitati vestræ paterna inposterum solici-
" tudine providere volentes, apostolica auctorita-
" te prohibemus, ut infra clausuras locorum ve-
" strorum nullus rapinam seu furtum facere, ig-
" nem apponere, sanguinem fundere, hominem
" temerè capere, vel interficere, seu violenciam
" audeat exercere. Præterea omnes libertates &
" immunitates à prædecessoribus nostris, *Romanis*
" pontificibus monasterio vestro concessas, nec-
" non libertates & exemptiones secularium exa-
" ctionum à regibus & principibus, vel aliis fide-
" libus rationabiliter vobis indultas, auctoritate
" apostolica confirmamus, & præsentis scripti pri-
" vilegio communimus. Decernimus ergo, ut
" nulli omnino hominum liceat præfatum mona-
" sterium temerè perturbare, aut ejus possessio-
" nes auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu
" quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia in-
" tegra conserventur, earum pro quarum guberna-
" tione ac sustentatione concessa sunt usibus om-
" nimodis profutura; salva sedis apostolice au-
" ctoritate, & diocesani episcopi canonica justi-
" cia, & in prædictis decimis moderatione consi-
" lii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesia-
" stica secularisve persona hanc nostræ constituti-
" onis paginam sciens contra eam temerè venire
" temptaverit, secundò tertióve commonita, nisi
" reatum suum congrua satisfactione correxerit,
" potestatis honorisque sui careat dignitate, re-
" amque se divino judicio existere de perpetrata
" iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore
" ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri
" Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine
" districtæ subjaceat ulcioni. Cunctis autem ei-
" dem loco sua jura servantibus, sit pax Domini
" nostri Jesu Christi, quatinus & hîc fructum bo-
" næ actionis percipiant, & apud districtum ju-
" dicem præmia æternæ pacis inveniant, *Amen.*

CERNELLENSE

Cœnobium in agro Dorsetensi.

IN *Dorsatensi* pago sunt abbatiæ: *Cernelienſis*, *Mildelinnenſis* virorum, *Sceptonienſis* fœminarum, præter aliquas, quæ vel omnino destructæ, vel multùm imminutæ sunt. *Cernelienſis* exordium ita accepimus. *Augustinum* primus Doctor *Anglorum*, post *Cantiam* Christo subditam, reliquas *Anglorum* provincias pervagabatur, quantùm *Ethelberthi* regis imperium protendebatur. Habebat enim (ut aliàs diximus) sibi subjectum, quicquid *Angli Britanniæ* incolunt, præter solos *Northanimbros*. Pagum ergo suprà nominatum *Augustinus* adorsus, crebris à diaboli damno prædis christianitatis augebat numerum. Sed loco illo virtus hæsit, dæmonis conflata invidia, qui tantis animarum lucris doleret. Aggrediuntur ergo virum & socios furiatis mentibus incolæ, & magnis dehonestatum injuriis, ita ut etiam caudas racharum vestibus ejus affigerent, impellunt, propellunt, expellunt. Patienter ille & modestè gaudensque pro nomine Jesu contumeliam pati, & ne magis miserorum irritaret insaniam, excusso pedum in eos pulvere, longè, quasi milliariis tribus, recessit. Tum verò persecutionis remoto turbine in quietem regressus animi, vidit mentis oculo divinam adesse præsentiam, exhileratoque vultu ait suis. Cerno Deum qui & nobis retribuit gratiam, & furentibus illis emendatiorem infundet animam.

W. Malmesb. fol. 142. b.

Cum dicto advenerunt illi properatis gressibus, facti poscentes veniam, fidem pollicentes suam, eventus vel potiùs verbum loco indidit vocabulum, ut vocaretur **Cernel** ex duobus verbis *Hebraico* & *Latino*, quod *Hel* Deus dicatur *Hebraicè*. Dixit *Augustinus* dominum secernere: nec veritas sermoni abfuit, quod tam citò mente mutata plebs antè lymphata credidit. Nam & ibidem cum ad baptismum deesset aqua, ad jussum pontificis ex occultis meatibus fons erupit, qui hodieq; & *Augustini* merito, & usus sui commodo incolis clarus habetur. Ibi succedentibus annis, *Edwoldus* frater *Edmundi* regis & martyris vitam heremiticam solo pane cibario, & aqua trivit, pertæsus (ut fama est) mundi deliciarum, quod se & fratrem durior excepisset fortuna. Fit enim plerumque, ut adversitatibus seculi admonitus generosus animus, ad dominum se convertat attentiùs, qui nec falli, nec fallere novit. Et prima quidèm virtus est bene per se velle, secunda cogi posse. Non minoris, ut estimo, deputatur meriti *Paulus*, qui ad bonum flagello coactus est aspero, quàm *Petrus*, qui libens & statim accurrit vocanti domino. *Edwoldus* post religiosè actam vitam, magna sanctitatis opinione ibi sepultus dedit occasionem posteriori tempore *Egelwaldo* prædivici homini, ut cœnobium eo loco sancto *Petro* construeret: non ita exiliter, (ut putatur) quinimò abundanter, si illi quorum interest non ea nebulonibus suis, sed Dei servis impertirent.

Cernelium *sive* **Cerne**.

Lelandi collectan. vol. 3. Pag. 65.

EX fundatione *Ailmeri* comitis *Cornubiæ*, tempore *Ædgari* regis, sepultus est *Egnesham* propè *Oxonium*.

Ex veteri codice.

Athelbaldus, & *Ailberhtus* reges, filii *Atulphi*, sepulti *Shireburnie* ab *Alchstano* episcopo eorum propinquo.

Fons sancti Augustini Cernelii.

Ante novam fundationem *Cernelii*, tantùm erat trium monachorum cœnobiolum ubi nunc est parochialis ecclesia de **Cernel**.

Ex libello de vita sancti Ædwoldi *fratris sancti* Edmundi *martiris*.

Eadunaldus duxit vitam heremiticam in provincia *Dorcetensi* propè fontem, cognomento argenteum.

Almarus comes *Cornubiæ*, cum *Dunstano* transtulere reliquias *Eadwoldi* ad veterem ecclesiam *Cernelien sem*, ubi nunc parochialis ecclesia.

Idem, collectan. vol 1. pag. 350.

Ex libro annalium, cui titulus, Memoriale fratris *Gualteri* de **Coventre**.

DEus *Helith* colebatur in pago de **Cernel**, tempore *Augustini*, *Anglorum* Apostoli.

Elfwoldus, frater *Edmundi* regis & martyris, heremita apud **Cernel**, cui postea succedens *Elwardus*, homo prædives, cœnobium eo in loco divo *Petro* construxit.

Carta abbatis de **Cernel**.

Carræ antiquæ, littera W. numero 16.

ANno incarnationis domini nostri Jesu Christi nongentesimo octogesimo septimo, regnante ipso cum cæterno patre & Spiritu sancto perpetua majestate, ego Æthelmer filius Æthelwerdi, satrapa regis Æthelredi, notum fore studui ipsius regia sublimitati hoc salubre meum consilium, & archiepiscopo Dunstano & Ælfeago Wintonienſi episcopo, & omnibus episcopis cunctisque sapientibus gentis Anglorum, quòd ego liberè perpetua munificentia tribui illum locum qui vulgò **Cernel** nuncupatur, cum possessionibus quas ei subjugo, cunctipotenti Deo ad almi onomatis ejus laudem, & ad honorem Mariæ genitricis Dei perpetuæ virginis, ac sancti Petri principis apostolorum, necnon & sancti Benedicti, pro meo carissimo hero basileo Æthelredo, & pro memetipso, necnon & pro dilecta mihi animula mei genitoris, & redemptione meorum præcedentium patrum, qui propria colla sponte fidei Christianæ subdiderunt, suarum possessionum me herodem haut ingratum relinquentes. Illud monasterium, videlicet **Cernel**, de quo præfatus sum, primitus ditavi, sicuti mihi largitas tunc ditavit, sed post pancorum annorum spacia majoribus illud possessionibus Dei inspirante ampliavi, largiens ei & fratribus inibi degentibus illam villam **Cernel**, cum omnibus quæ ad eam pendent, postquam ego mortali jure hoc seculum relinquam. Hac etiam ratione concedo illam villam quæ **Aescere** dicitur, cum cunctis eis adherentibus; denique me in carne, & post obitum perpetuè has possideant quas modò nomino terras; in illa villula quæ à ruricolis **Pinterne** nominatur, sex cassatos, in **Wincesburnan** decem mansas, in **Bydian** sex, in ulteriore **Bydian** duodecim, in **Premmelscumbe** tres. Hæc nostra dona augmentavit Leofricus clericus de **Poceswylle**, donans spontanea largitate suam villam de **Poceswylle**, cum possessiunculis, fratribus prædicti loci in adjutorium cum territoriis, quod postea concessit eodem jure noster basileus Æthelredus coram testibus. Ælfrithus etiam meus propinquus de **Beuncumbe** largitus est unum rus juxta **Pydelan**, quatuor cassatos, post dies Leofwini nostri propinqui. Alfwoldus quoque in **Blacewyrthe** quinque mansas post sui conjugis obitum illi monasterio concessit. Et ego mando in nomine omnipotentis Dei, ut decima totius anni redditus in **Cernel** & **Ceoſolburnan** prafato monasteriolo cum omni diligentia detur, quamdiu aura vitali alor, & aquè post metam labentis vitæ, & ex meis reliquis ruribus mellis caſei & pinguium porcorum decima similiter per omne evum incunctanter præscripto loco adducantur. Et ego valo ut illuc habitent servientes & vacantes Deo, & hiis commodis utantur qui sanctam regulam beati Benedicti vita & moribus tenant. Qui locus & ejus habitatores Deo omnipotenti sint commendati. Et sit eis liberum arbitrium seculares patronum ubi melius autumant sibi eligere. Et insuper aduro per nomen æterni judicis quemcumque superstitem derelinquo, ut nequaquam præsumat hoc privilegium temerè pervertere. Sed cavent ipse & caveant valde oppido omnes iniqui raptores,

raptores, ne nostrum donarium aut suis dominiis vendicent, aut avare minuant, ut non cum impiis avaris & sceleratis rapacibus aterna animadversione in baratri incendiis crucientur. Precor nunc obnixè ut quicumque fidelis illius loci res augmentare satagit, multiplicet ei Christus Dominus aternas divitias.

Sancti IVONIS
Cœnobium in comitatu Huntendoniæ.

Hist. autea *Joh. Tizemuthensis.* lib. 18. cap. 69.

De sancto Yvone *Episcopo.*

ANNO Domini Mj. facta est autem translatio sancti *Yvonis*, viij. kal. Maij. dieque translationis ejus quarto id. Junii consecrata perpetuò indicitur celebranda. Est autem **Slepe**, villa antiquitùs sic dicta, ubi corpus sanctissimi confessoris repertum fuisse dinoscitur, à *Ramesia* monasterio viij. distans milliaribus, à burgo **Huntindon** tribus, super fluvium *Ouse* situata; modò verò villa S. *Yvonis* est nuncupata.

Abbas quoque *Ednothus*, in loco inventionis sancti episcopi, ecclesiam construxit; ipsiusque tumbæ media pars infra parietem, & media extra protensa est, quatinus adventantibus tam obserata janua, quam aperta æque gratia non deesset, quæ jugiter in eodem loco habundans, meritis hujus Sancti multis beneficia confert sanitatum.

Confirmatio Prioratus Sancti *Ivonis.*

Ex Registro de *Ramesey* in archivis Scaccarii remanente fol. 158. a.

URBANUS *Episcopus, servus servorum Dei, Dilectis filiis* Willielmo *Priori & monachis monasterii sancti* Ivonis *tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, & ut devotionis sanctitas laudabiliter eniteſcat, ut utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus & præfatum monasterium sancti* Ivonis, *in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri *& nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundùm Domini & beati* Benedicti *regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quascunque bona, idem monasterium impræsentiarum, juste & canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc ipsis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* **Ellesworth** *cum omnibus pertinenciis suis, & cum manso* Manfredi *presbiteri ejusdem villæ. Ecclesiam de* **Chapwelle** *cum omnibus pertinentiis suis, ab abbate & fratribus* Ramesiensibus *vobis concessam & scripto firmatam. Ecclesiam de* Slepe *cum duabus capellis de* **Waldehirst** *&* **Wodehirst** *ad eandem ecclesiam pertinentibus. Sanè novalium vestrorum quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos è sæculo fugientes liberos & absolutos ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus ne ulli fratrum vestrorum post factam in eo loco professionem fas sit absque Prioris sui licentia, nisi artioris religionis obtentu, de eodem discedere, discedentem verò absque communi literarum cautione nullus audeat retinere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Libertates præterea, seu immunitates, antiquas & rationabiles consuetudines ecclesiæ vestræ concessas, & hactenus observatas, ratas habemus, ealque perpetuis temporibus illibatas manere sancimus. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, suppressâ voce, divina officia celebrare. Decernimus ergo ut nulli omninò hominũ liceat præfatum monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablata retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimmodis profutura. Salva sedis apostolicæ auctoritate, & diocesani episcopi canonica justitia, ac monasterii sancti* Benedicti *de* Rameia *debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè temptaverit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sanctissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri* Jhesu Christi *aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri* Jhesu Christi, *quatenus & hic futurum * bona actionis percipiant; & apud districtum judicium præmia æterna pacis inveniant.* Amen.

* Lege, fructum.

De sancto Ivone.

Ibid.

INquisitio facta de consuetudinibus & redditibus hominum domini abbatis in villa de sancto *Ivone*, **Wodehyrst** & **Walchyrst**, die Veneris proximo post festum sancti *Michaelis*, anno regni regis *Henrici* filii regis *Johannis* trigesimo sexto, per *Robertum* filium *Richemanni*, *Robertum Palmere*, *Robertum* filium fabri, & *Johannem* ad ecclesiam, qui dicunt super sacramentum suum, quod

36. H. 6.

quod ecclesia parochialis sancti *Ivonis* est fundata & dedicata in honorem omnium Sanctorum, ad quam pertinent duæ capellæ de **Wodehyrst** & **Waldehyrst**: & corpora defunctorum villæ de **Wodehyrst** & **Waldehyrst** solebant deferri apud tanctum *Ivonem* ad sepeliendum, quæ de novo in præjudicium matris ecclesiæ in cymeterio de **Waldehyrst** non dedicato, ut dicitur, sepeliuntur. Ad quam ecclesiam cum capella abbas & conventus *Rameſiæ* præsentant vicarium, quia Prior de sancto *Ivone* percipit nomine personæ omnes garbas decimales apud sanctum *Ivonem*, **Wodehyrst**, & **Waldehyrst**, & decimam fœni, & etiam si in curtilagio alicujus bladum seminaretur, decimam garbam illius bladi sicut in campis percipiet. Percipit etiam a vicario pro portione sua, quatuor libras tredecim solidos quatuor denarios, minores etiam decimas & omnes obventiones altarium tam ecclesiæ quam capellarum, & testamenta singulorũ recipiet vicarius, videlicet, de quolibet homine terram tenente, & vidua in villenagio apud sanctum *Ivonem*, **Wodehyrst** & **Waldehyrst**, cum contigerit ipsum decedere, melius averium domus præter equum habebit, & si mulier decesserit vivente marito melius averium sibi remanebit, & vicarius percipiet secundum. Recipit etiam vicarius nomine decimæ agnos, porcellos, aucas, pullos, & ova gallinarum, lanam, linum, curtilagium, venarium * pro pullo utriusque sexus, oboluni pro vitulo, & quolibet decimo die, dominico die non computato, decimam lactis. De qualibet caruca juncta inter Paschа & Pentecostem unum denarium, qui dicitur **plowalmes**. Recipit apud sanctum *Ivonem* pro singulis capitibus junctis eodem tempore in carucis apud **Waldehyrst** & **Wodehyrst** unum panem, cujus collectionum medietas remanet vicario & altera medietas pro voluntate parochianorum erogatur pauperibus. De qualibet etiam domo astrum habente, ad luminare ecclesiæ recipit unum obolum ad Paschа. De liberis decedentibus recipit equum, & de manentibus in vico pontis respicitur ecclesia, pro voluntate propria decedentis, de pannis, bladis & hujusmodi, & non de averiis: de quolibet etiam uxorato habente ad vincula sancti *Petri* unum averium de pretio triginta denariorum, colligit vicarius unum denarium ad opus sancti *Petri*, a viro etiam sine sponsa & vidua obolum. Pro decimis etiam totius dominicæ abbatis percipit Prior quatuor acras frumenti & quatuor avenæ, in culturis post finitium * ex liberatione Servientis & mensuratione Præpositi. Vicarius etiam habet communam cum villata & non cum abbate, &c.

* *Forte*, denarium.

* *Lege*, fœnificium.

WHERWELLENSE
Cœnobium in agro Hantonienſi.

Willelm. Malm. fol. 33 a. num. 10.

ÆLthelwoldus quidam erat, sui temporis, [scilicet *Edgari* regis] comes egregius, & à secretis, huic Rex injunxerat negotiũ, ut *Elfthridam* filiam *Ordgari* ducis *Devoniæ*, quæ forma sui oculos relatorum pellexerat, quatenus eam regiis auribus commendarent; huic, inquam, præceperat, ut illam adiret speculatum, nuptias conciliaturus, si veritas famæ conquadraret. Ille viam celerans, nihilque præter opinionem comperiens, celato apud parentes nuncio, suis potius usibus puellam applicuit. Rediens ad regem, quæ suis partibus conducerent, allegat speciei vulgaris & quotidianæ pusiolam esse, nec tanto majestati convenire. Reducto ab his animo, & aliis amoribus intento, delatores nunciant quanta illum *Ethelwoldus* astutia emunxerat. Ille clavo clavum expellens, fraude scilicet fraudem eludens, frontem serenam comiti ostendere, diem quo visitaret tam laudatam mulierem quasi joco edicere. Qui tam terribili jocò exanimatus, præcurrit ad conjugem, rogans ut suæ saluti consuleret, &, quantum posset, vestibus se deformaret, tunc primum aperiens facti sui concilium. Sed quid non præsumit fœmina? aulà est primi amatoris, & primi conjugis fidem fallere, & speculo vultum comere, nihil omittens quod ephebi & potentis lumbos pertentaret. Nec citra propositum accidit: visam enim adeo inarsit, ut dissimulato odio, comitem in silvam **Warewelle** (quæ vocatur **Harewode**) gratia venandi accitum jaculo trajiceret. Ubi cum filius occisi nothus familiari visu supervenisset, & à rege interrogatus esset, qualiter ei talis venatio placeret, respondisse fertur, *bene domine rex, quod tibi placet mihi displicere non debet*; quo dicto, ita tumentis animum mansuefecit, ut nihil chariùs in vita sua posthæc haberet, quàm juvenem illum, tyrannici facti offensam in patrem sedulitate regia in filium allevans. Ob illius sceleris expiationem, ibidem monasterium ab *Elfthrida* ædificatum, sanctimonialium frequentia inhabitatur.

——— De **Warewelle** scitur, quod *Elfrida* uxor regis *Edgari* ædificaverat illum in honore sanctæ crucis, compuncta privigni sui *Edwardi* nece indigna, cujus ipsa conscia & autor fuit. Ibid. fol. 140 b. n. 20.

——— Combusta est etiam abbatia sanctimonialium de *Warewella* à quodam *Willielmo* de *Ipra* homine nefando, qui nec Deo, nec hominibus reverentiam observaret, quod in ea quidam Imperatricis fautores se contutati essent, (tempore regis *Stephani.*) Ibid. fol. 107. b. n. 50.

Alfredus Rex *Weſtſaxonum* silvam quandam venandi gratiâ quadam vice adiit, & vocem parvuli vagientis in arbore audivit, & à venatoribus quid hoc foret diligenter inquisivit. Qui ascendentes arborem, invenerunt in summitate arboris in nido aquilæ, infantem eligantem, formæ conspicuum, habentem in corpore notam quasi regificum signum, purpureo pallio involutum, in brachiis gemellis armillas aureas nobilitatis indicium præferentem, quem Rex baptizari fecit, & à nido, *Neſtingum* vocans, nobiliter educatum in comitem provexit. Hic genuit *Witburdingum*, qui genuit *Wilhelmum*, qui ex uxore sua liberos procreans, cum conjuge sua xviij. annis, usque ad provectam ætatem, cælibem vitam duxit. Angelus autem Domini, trina visione utrumque hortatus est ut convenirent, quia sponsam Christi generarent, & de cætero propositum servarent. Nata est eis igitur infantula & *Wilhildis* vocata, ablactaque, virginibus *Wiltonia* tradita educanda, quam Hiſt. MS. *Joh. Tinemuthenſis* in bibl. *Bodleiana* lib. 21. cap. 117.

quam cum interjecto tempore *Edgarus* rex ad se non posset accersire, nec de ecclesia eam capere auderet, per ejus amitam nomine *Wenfledam* irretire temptat. Tunc illa languorem simulans, puellam ad domum suam apud **Warewelle** invitat, ut eam quasi neptem suam rerum suarum hæredem moritura constituat, quò cum perveniſſet, ecce Rex *Edgarus* sedens ad convivia, assidente sibi *Wenfleda*, non languida, sed regalibus epulis jocunda, jubetur in cubiculo puella regaliter parari, & ad regem adduci, quam Rex lateri suo assidere fecit, & ei divitias, regnum, & imperium, reginam & dominam *Britanniæ* fore pollicetur, si sibi matrimonialiter voluerit copulari. Virgo autem tacito ore, set corde clamoso, ad Christum attollit suspiria, & ut eripiatur silenter exorat, simulatâ verò infirmitate, de convivio ad paulsam in cubiculo ut defessa egreditur. Rex vero ne quoquo modo posset evadere, ad ostium cubiculi militum ponit custodiam: procedit itaq; virgo quasi ad secreta naturæ, ubi turpe erat mares sequi, & exutis pompaticis indumentis, per meatum cuniculi, angelo duce, fuga dilabitur, atque in villa de **Werwelle** cujusdam pauperculæ tugurio, ut mendica mulier hospitata est, & mane facto cum festinatione *Wiltoniam* advenit, quod Rex comperiens illuc properat, & tam per se, quàm per alios insidias apponens, fortè eam in claustro apprehendit, fugientemque in ipso ecclesiæ limine, per manticam rapuit, sed illa utcunque potuit renitente, mantica in manu regis trahentis remansit, adeo videlicet ut non sentiretur scissura, & solida vestis tanquam humana industria erat circumcisa.

Virgo igitur coram altari prostrata, pudicitiam suam cum lacrimis Deo commendabat: at Rex ad se conversus obstupuit, & accedens ad eam dixit.

Noli timere virgo Dei devota, quia nequaquam ultra molestus ero proposito tuo, sed potius adjutorem, & defensorem tibi me præbebo. Dedit igitur Rex sibi monasterium virginum de **Berkinge**, & ad antiquum statum regali munificentia reparavit, ipsiusque *Wlfhildæ* nobile patrimonium ad xxiiij. villarum mansion. auxit, prædictoque monasterio de **Berkinge** tam numero virginum, quam copia rerum coæquavit.

Charta regis De Inspeximus *dicta.*

Cart. 44. H. 3. m. 6.

REX archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus scripturas *Æthelredi* quondam regis *Anglia* monialibus de **Werewell**, super quibusdam terris redditibus ac libertatibus confectas, absque sigilli sui appositione, cum subscriptione quorundam magnatum temporum illorum conscriptas, quas pro eo quod vetustate erant attritæ, fecimus sub nostro sigillo exemplificari ad cautelam, nolentes quod dictis monialibus, per rupturas seu commissuras scripturarum illarum, periculum immineat de terris, rebus, aut libertatibus quas per scripturas prædictas habent, & hactenus justè possederunt. Tenor autem prædictarum scripturarum is est.

Charta regis Ethelredi.

Postquam prothoplastus, invida ventriferi serpentis decepeus versutia, stola immortalitatis depositâ, felicissimam paradisiaca amenitatis amiserat beatitudinem, mortis illico cunctis postmodum inevitabilem sortitus sententiam, in hanc miserrimam, & erumnis plenissimam detrusus est peregrinationem, domino sibi tale pronunciante preconium, terra es & in terram reverteris. *unde & ab ipsius stirpis origine demoniace potestatis jugum in omnes aggravatum est posteros, adeo cunctis fermè mortalibus porta paterent infernales, clausis amisse felicitatis firmissimè januis, donec unicus æterni patris verbigena creaturam suæ imaginis quam per se factam meminerat, inimico sibique ab inicio contrario subditam, & ad pœnas ruere gehennales dolens, in extrema ferè hujus caduci seculi margine carne velatus virginali, Deus immortalis hominem indueret mortalem, initaque veri Dei, & veri hominis persona, homo inter homines apparere atque conversari dignatus est. Quod misterium diabulo in tantum celebatur, ut eum eisdem modis quibus primum prostraverat hominem aggredi non dissideret, autumans se, & ipsum qui Deus in homine latebat suo posse mancipare dominio. Set ab ipso tripharia confossus responsione, abcessit inanis, & vacuus inferos petendo sua tunicle preparatos adinventioni. Hinc ipsa veritas hominem ad imaginem & similitudinem sui conditum reformare atq; ab hostili eruere disponens tirannide, viam patriæ celestis, quam primus in* Adam *perdidimus, in seipso restaurandam rectis corde & paulatim intimare curavit, ita dogmatizando.* Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. *Rursumque inter reliqua sua ammonitionis eloquia filios hominum humilitatis sequi artatur vestigia, taliter proclamans.* Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longevus super terram.

Hujusmodi sententiis multociens à meis præmonitus sapientibus, Ego Æthelred *gentis gubernator* Angligenæ, *totiusque insulæ coregulus* Britannicæ, *& ceterarum insularum in circuitu adjacentium, quoddam nobile cœnobium cum villa circumquaque sibi connexa, Christo Sanctisque omnibus humilima offero devotione, quod vulgares suapte, à vicinitate fontis* **aet Werewelle** *apellare consueverunt, cum villulis quæ vel præscripto arcisterio, vel villa, (ut prædiximus) subjacent circumpositis, quæ utriusque porcio tota pariter in unâ collecta quantitatem, in se continet mansarum septuaginta, licet diversis disjaceat in locis, ut sit prætitulatum monasterium cum omnibus quæ supra taxata sunt ad se ritè pertinentibus, omni mundiali jugo libervimus. Et hoc devotè ipse omnium largitori bonorum optuli pro remedio animæ patris mei* Eadgari, *& matris meæ* Elfdryd *vocitatæ, quod ipsa dum vixit possedit & jugi extruere aggressa est diligentia. Existimavi ètiam me participem fore vetributionis æternæ in elemosinaria partitione possessionis transitoriæ. Atque iccirco hoc egi, ne me argui pertimescerem ante districti tribunal judicis, si supra memoratam ipsius sententiam, dum scirem quid in oculis suæ majestatis esset placitum, contempsisse seu neglexisse convincerer.*

Adhuc autem, ut in illo tremendo examine misericordiam in conspectu tam justi censoris invenire, & in dextera parte inter oves ascisci merear electas, adicio munus devotionis sincerissimæ, tribuens ad adminiculum victus & vestitus sanctimonialium in prænotato monasterio Christo sedulò servientium famulatûs, quoddam aliud rus situm in provincia

Saxonum Australium, *quod loci accolæ* Ꝺelinge-ꝺene *cognominant, cassatorum sexaginta, quod & ipsa prædicta regina quamdiu spiraculo vitæ potita est sibimet in usus usurpavit proprios; ut subiciatur hujus portio telluris crebrius prescripto cœnobio, quatenus illi sanctæ familiæ ad usus sibi nil desit necessarios, tantum ut laus Christi numquam per murmurationis torpescat gravedinem, nec regulæ sanctæ frigescat observantia, prævalente qualibet naturalis inopia refocillationis.*

Ut verò istud nostrum decretum stabile capiat solidamentum, hujus curam regiminis commendo abbatissæ venerabili Heanfled *agnominatæ, quæ ad eundem sanctum locum ipsum boneris, & ut verius dicam, oneris sortita est gradum, ut ipsa hæc omnia quamdiu spiritum gesserit vitalem diligenti cura juxta Dei velle præordinet, postque sui defectum excessus, habeat ipsa religiosa congregatio, cum sui consilio metropolitani, sibi inter se arbitrium eligendi, si inter eas talis inveniri possit, cui more omnes obediant regulari. Perdures siquidem istud cœnobium villaque quam prætitulavimus cum universis appendiciis sibi jure subjacentibus, campis, silvis, pascuis, præs, aquarum decursibus, granis, piscationum hostiis, jugi securissimum libertate, sequestratis solummodo trium causis necessitatum communium, si contingat expeditionem educi, arcem, seu pontem redintegrari. Et ne fastidium faciam in multiloquii prolongatione, omnes Christum timentes per ejus adjuro crucifixionem ne quispiam elationis inflatus supercilio hoc nostrum munus quod Deo optuli evertere, seu in aliud quid transmutare, vel minuere præsumat, servata æternaliter à cunctis hujus institutione privilegii. Si quis autem hoc nostrum donum augere studuerit, augeatur ei æterna felicitas. Qui verò evertere seu in aliud transferre satagerit, duplicentur illi cum* Juda *proditore pœnæ infernales, nisi celeriùs cũ penitentiæ fingultu à sua resipiscat fatuitate.*

Scripta siquidem est hec cartula anno Dominicæ
1002. *incarnationis millesimo secundo. Hiis unanimi conspirantibus testimonio quorum inferiùs subsequuntur onomata. Ego* Athelred *Rex* Anglorum, *hoc munus Christo devotè offerens, ne forsan postero tempore oblivioni traderetur, hac scedula titulari mandavi. Ego* Athelstan *filius regis. Ego* Ecfbyrht *filius regis. Ego* Eadmund *filius regis. Ego* Eadred *filius regis. Ego* Adryc *filius regis. Ego* Eadgar *filius regis. Ego* Ealfric *archiepiscopus ut ita fieret sollicitè desudavi. Ego* Ealdulf *archiepisc. adquievi. Ego* Ealphan *episcopus annotavi. Ego* Uulfstan *episc. adsignavi. Ego* Ealfheah *episcopus adunavi. Ego* Brithric *episcopus adsensi. Ego* Saxulf *episcopus addixi. Ego* Egwine *episcopus adfirmavi. Ego* Godwine *episcopus annui. Ego* Alfwold *episcopus. Ego* Ordbyrht *episcopus. Ego* Aelfstan *episcopus. Ego* Æthelric *episcopus. Ego* Sigeferd *episcopus. Ego* Ælfweard *abbas. Ego* Wlfstan *abbas. Ego* Ælffige *abbas. Ego* Elfuric *abbas. Ego* Keanulf *abbas. Ego* Alfwold *abbas. Ego* Godwin *abbas. Ego* Wulfric *abbas. Ego* Ælfgar *abbas. Ego* Wilnod *abbas. Ego* Alfric *abbas. Ego* Leofric *abbas. Ego* Ælfric *dux. Ego* Ælfhelm *dux. Ego* Leofwin *dux. Ego* Ethelmær *minister. Ego* Ordulf *minister. Ego* Wulgead *minister.* Ego Wulfheah *minister. Ego* Wulfric *minister. Ego* Ædric *minister. Ego* Ælric *minister. Ego* Birthric *minister. Ego* Birhfige *minister. Ego* Leofwyn *minister. Ego* Siweard *minister. Ego* Sired *minister. Ego* Egwin *minister. Ego* Leofwyn *minister. Ego* Ethelric *minister.*

Viginti verò & novem prædia sunt in urbe Wentana *variis disjacentia in locis, quæ velligali servicio præfato subjacent monasterio, omnique alieno permanent extranea dominio & cunctis penalibus causis, suprascripto sancto famulantibus loco, quod vulgari usu ita Anglice dicitur:* Nigan ⁊ xx. ꝥagena ꝼynꝺon on ꝑnꝺaceaꝼꝺe ꝥ hyꝼꝺon in ꝺam mynꝼꝺe. mio eallan ꝥam ꝼopiꝼꝺum ⁊ ꝥam ꝑiꝺan ꝺe hæꝼ op aꝼiraꝺ [*i. e.* Novem & xx. domus sunt *Wincestriæ*, quæ spectant ad hoc monasterium, cum omnibus juribus & mulctis inde provenientibus.] *Anno Dominicæ incarnationis millesimo octavo, regni verò mei tricesimo* 1008.
quarto. Hoc quoque rutis additamentum prænotato sanctimonialium cœnobio libens superadicere curavi; decem videlicet mansas illo in loco sitas qui solito Bulandun *nomine solet appellari: eandemque telluris portionem, cum omnibus finibus simul & redditibus ad se ritè pertinentibus, in hoc privilegio scribere jussi, & cum Dei omnipotentis atque mea auctoritate præcipio, ut hujus munificentiæ dapsilitatem nullus sibi usurpare, vel ausu temerario hanc in aliud quid immutare, & à præfato monasterio violenter auferre præsumat. Set hæc quoque portio jugiter libera permanent, eadem felicis libertate qua reliquæ possessiones quæ in hoc privilegio conscriptæ sunt, libera existunt.*

Nos igitur scripturas prædictas dictis monialibus, ut prædictum est, exemplificari fecimus ad cautelam: nolentes quod per rupturas seu commissuras scripturarum prædictarum eis periculum immineat. Set omnia quæ per scripturas prædictas habent & justè possident eis concedimus & hac carta nostra confirmamus, sicut rationabilirer eis concessa sunt, & ea hactenus justè possederunt. His testibus venerabilibus patribus, *B. Cantuar.* archiepiscopo, *Walstero Wigorn. H. London. E. Sarum* episcopis, *Simone* de *Monte forti* comite *Leycestr. Ricardo* de Clare comite *Glouc.* & *Hereford. Humfrido* de *Bohun* comite *Hereford.* & *Essex. Johanne* de *Plessetu* comite *Warr. Philippo Basset, Hug. le Bigot, Jacobo* de *Aldithel. Johanne Manusel* Thesaurar. *Ebor. Roberto Walerand*, & aliis. Dat. per manum nostram apud *Westman.* xxvj. die Octobris.

EYNESHAMENSE
cœnobium in agro Oxoniensi.

Carta regis Æthelredi *de fundatione ecclesiæ de* Eynesham.

"DOminante per secula in-
"finita omniũ dominatore,
"Christo salvatore nostro, univer-
"sitatisque creatore, *Æthelredus*
"gratia Dei, ejusque misericordia
"Rex & Rector regni *Anglorum*,
"& devotus sanctæ Ecclesiæ de-
"fensor, humilisque adiutor, om-
"nibus ecclesiasticæ pietatis or-
"dinibus, seu secularis potentiæ dignitatibus, in
"Christo

Ex regist. de *Eynesham* penes decanum & capitulum ecclesiæ cathedralis Christi *Oxoniæ* fol. 7. a.

" Christo domino pacis & beatitudinis præmia.
" Considerans pacifico piæ mentis intuitu, cum
" bona voluntate, una cum Dei sacerdotibus, &
" consiliariis nostris, iram plus solito sævientis
" Dei in nos, cum placare cum continua bono-
" rum operum exhibitione, & ab ejus laudibus
" nunquam desistere decrevi. Et quia in nostris
" temporibus bellorum incendia, direptionesque
" opum nostrarum patimur, necnon ex vastan-
" tium crudelissima depredatione hostium bar-
" barorum, paganarumque gentium multiplici
" tribulatione, affligentiumque nos usque ad in-
" ternecionem, tempora cernimus incumbere
" periculosa: nobis, in quos fines seculorum de-
" venerunt, nimium convenit de nostrarum uti-
" litatibus animarum cura diligenti perscrutari,
" qualitèr quibusque meritis in seculo jam futuro,
" cum auctore omnium Christo sint victuræ,
" *quia non habemus, (ut apostolus ait) hic habemus*
" *mansionem, sed futuram inquirimus*; & ideo
" magna nobis incumbit necessitas, cum terrenis
" divitiis futuram totis inquirere viribus. Nostræ
" siquidem divitiæ nisi communicatæ in plures, no-
" bis prodesse nequaquam possunt; nullus enim
" tam composite felicitatis constat, ut non ea
" quæ possidet vel sponte sive nolens amittat:
" & ideo multis humanæ felicitatis dulcedo a-
" maritudinibus respersa est, quæ etsi ad tempus
" fruenti jocunda esse videatur, finem tamen a-
" maritudinis semper introducet. Duo quippe
" sunt quibus omnis humanorum actuum constat
" effectus; voluntas scilicet, & potestas, quo-
" rum si alterum desit, nihil est quod explicare
" quis queat: voluntate autem deficiente, ne
" aggreditur quidem quisque quod non vult. Ac
" si potestas desit, voluntas omnino necesse est ut
" frustra sit. Sed boni quique recta voluntate,
" & optima potestate adipiscuntur bonum quod
" adappetunt, quia per temporalia hujus evanes-
" centis vitæ negotia æterna sibi futuri calce caren
" tis seculi præmia mercantur sine fine mansura.

" Quapropter Ego *Æthelredus*, multiplici
" Dei clementia indulgente, *Angul-Saxonum* an-
" tedictus rex, ceterarumque gentium longè latè-
" que per circuitum adjacentium gubernator &
" rector, mihi insitum video & velle & posse; &
" ideò memoriæ presentium, & etiam futurorum
" sequentium post nos veracibus literarum apici-
" bus insinuare curavi; quod *Æthelmaro*, viro
" valde fidelissimo, mihi quoque dilectissimo im-
" petrante, absolutissimum libertatis privilegium
" constituo monasterio ejus in honore sancti Sal-
" vatoris, omniumque Sanctorum suorum, jure
" dedicaro, in loco celebri juxta fluvium qui vo-
" catur **Tamis** constituto, quod ab incolis re-
" gionis illius **Egnesham** nuncupatur vocabulo.
" Quod quidem monasterium *Æthelmarus* ab
" *Æthelweard* genero suo mutuando accepit,
" & pro illis triginta mansiunculis dedit triginta
" sex mansiones, tribus divisas in locis, tres vide-
" licet in **Upotari**, & decem in **Littlancumtune**,
" in **Lellincge**, & tresdecem in *Scildforda*. Vite
" igitur regularis monachos inibi constituens, ipse
" patris vice fungens viventque communiter inter
" eos, abbatem sanctæ monachorum congrega-
" tioni preferre se vivente instituit, ut ita dein-
" ceps post ipsum quem constituit abbatem, ab-
" batum electio, secundùm regulæ præceptum, ex
" eadē congregatione usu teneat perpetuo, id est
" ut ex eadē congregatione qui ordinandus est, &
" aliunde nequaquam, nisi peccatis promerenti-
" bus, vel impediente imperitia, talis qui dignus
" sit in ea reperiri nequiverit, cum regis consilio
" eligatur. Rex autem non ad tirannidem, sed ad
" munimen loci, & augmentum, uti mos est, su-
" per pastorem & Christi gregem dominium so-
" lerti vigilantia misericorditer custodiat. Secu-
" larium verò quispiam, ne ad magni detrimenti
" ruinam deveniat, ut dominium loci teneat, ex-
" cepto rege nunquam eligatur. Sunt etenim ru-
" ra hec, quæ sancto Salvatori, omnibusque San-
" ctis ejus, vir prefatus *Æthelmarus*, & divinæ
" servitutis obsequio, & magna cum humilitate,
" non solùm à Rege sed etiam a diversis homi-
" num personis nunc comparando nunc mutuando
" optinuit, quæ ad usus monachorum inibi de-
" gentium æterno concessit donario. Quinque
" videlicet manentes in loco ubi ab indigenis
" **Seeaptun** dicitur. Villam quoque quæ **Scip-**
" **forp** dicitur, dedit vir prædictus ad monaste-
" rium antedictum, quam ei *Leofwinus* suus con-
" sanguineus spiritu in ultimo constitutus dona-
" vit, quam *Birthnotus* antea dux preclarus ab *E-*
" *adgaro* patre meo, dignis præmium pro meritis
" accipere lætabatur. **Micclantun** similiter ad
" monasterium dedit, quam ille *Birthnotus* dux
" prædictus ultimo commisit dono, ab *Eadgaro*
" quoque ei antea donatam, & in kartula firmiter
" commendatam. Terram quoque quinque ma-
" nentium, quæ **Burtun** dicitur, donavit, quam
" a me promeruit, & ab *Æthelweardo* genero suo
" voluntate antea accepit, pro remedio animæ
" uxoris suæ. Emit quoque prædictus vir *Æthel-*
" *marus* a me cum triginta libris, duodecem man-
" siones de villulis quas matrona quædam, no-
" mine *Leofset*, suis perdidit ineptiis & amisit, tres
" semis videlicet manentes **aet Paranaclive**,
" quas pari modo ad monasterium dedit, duas si-
" militer mansiones **aet Beonetlege** silve com-
" munis dedit. Donavit etiam vir læpe nomina-
" tus quinque mansas **aet Stodelege** & decem **aet**
" **Ceftertune**, propinquo suo, nomine *Godwino*,
" pro decē mansionibus terræ communis quæ **aet**
" **Crointune** dicitur, quas quoque prædicto mo-
" nasterio commisit. Dedit quoque *Byrthelmus*
" quondam episcopus *Æthelweardo* propinquo
" suo, patri videlicet *Æthelmari*, viginti mansio-
" nes, ubi ab incolis **aet Aescaeron** dicitur, quas
" *Æthelwerdus* filio suo *Æthelmaro* longè ante
" mortem suam donavit, & ille supradictas man-
" siunculas ad monasterium dedit. Terram simi-
" liter quæ **Bicum** dicitur, quam a me promeru-
" it kartula confirmatam, monasterio antedicto
" donavit. Rus quoque quod **Ramerflege** dici-
" tur, & portum ad se pertinens quod illi *Wulfin*
" propinqua sua, in ultimo constituta spiritu
" commisit, monasterio prædicto concessit. Sit
" igitur monasterium prædictum ab omni humanæ
" servitutis jugo liberum cum omnibus supradictis
" villulis ad se ritè pertinentibus, expeditione
" excepta, & pontis arcisve constructione. Si
" quis igitur hoc nostræ libertatis donum confir-
" mare, & firma voluntate stabilire & amplifica-
" re satagerit, augeat amplificetque ei deus om-
" nipotens

" nipotens in ſeculo præſenti proſpera cuncta, &
" in futuro felicitatis tripudium. Qui vero in aliud
" evertere, & noſtræ libertatis munimen deſtrue-
" re voluerit, ſit ipſe alienatus à ſanctæ Dei eccle-
" ſiæ conſortio, necnon & à participatione ſa-
" croſanctí corporis & ſanguinis Chriſti, & in ma-
" gni judicii die, cum *Juda* Chriſti proditore, ſi-
" niſtra in parte condemnatus, niſi hic priùs dig-
" na ſatisfactione humilis pœnituerit, quod con-
" tra noſtra decreta deliquit.

Đyſ ſynd ða land gemæro to Eyneſham. æreſt of Ruzanlice on Buzzan broc. andlanz broceſ on Tilzareſ dic. of ðære dic on peardſtizе. of ðam ſtizе on pinburzе ſtoc. of þam ſtocce to þrim acon. andlanz pezeſ on þæt zemær tpeop. þonne andlanz pezeſ on þa Port ſtpæt. of þære ſtpæte on ſpana cropt. þanon on hæþþelo on þa ealdan dic. þanon pihte on mærbroc. andlanz broceſ innon Bladene. andlanz Bladene into Temeſe ⁊

Đyſ ſynd þæra V. hida land gemæru to Sceaptune. of Craſpylle on Humbran. andlanz Humbran on þ ſlæd. þanon on þa ſtpæt. of þære ſtpæte on Bradepyllon on þone ealdan zapan. of þam ealdan zapon andlanz þæſ ſuðu pezeſ on þa heh ſtpæte. of þære ſtpæte on þone peg þe ſcýþ to Bladene. þonne andlanz pezeſ to þam hazan. of þam hazan to Bicanbýrig. of Bicanbýrig on þa ealdan dic. of þære dic on þone peg. andlanz pezeſ to piþizleaſ zemæro. andlanz moreſ on langan hlæp. of langan hlæpe. andlanz pezeſ to þam ealdan Cniſtermæle on Cýnpylle. eſt on Humbran ⁊

Đyſ ſynd þa land gemæro to Scýppopa. æreſt of Temeſe on Ceomina laca. of þære laca on þone peg. andlanz pezeſ on Cynlaſeſ ſtan. of þam ſtane andlanz pezeſ on Kenepineſ tpeop. of þam tpeop andlanz pezeſ on þa lace. andlanz lace þ eſt on Sumerſopd. ⁊ II. peraſ. ofer buran þære lade. ofer beneoþan ⁊

Đyſ ſynd þa land gemæro to Mýcclantune. æreſt on þone ſtane. of ðam ſtane. on zrenan broc. andlanz broceſ on ða dic. of þære dic on Aþulfeſ tpeop on þa ſtpæt. ⁊ lanz ſtpæte on Hýſemanneſ hopn. of ðam ðorne on Bacelan broc. andlanz broceſ oþ ða tpicelan. andlanz broceſ on þ ſlæd. of ðam ſlæde on campſætena zemære ⁊ pærþæma. ðonne andlanz pæzeſ on Mærcumbeſpylle. of ðam pylle on Henzeſþeſ cumb. of ðam cumbe on Oppan broc. andlanz broceſ on pulfzýþe bricze. of ðære bricze on ða ſtpæte. þæt eſt on ðone ſtan ⁊

Đyſ ſynd ða land gemæro to Mapanaclive. æreſt up be þam heaſdon. of ðam heaſdon in ðone ſtoðfolð. of þam ſtoðfolð up on þ clýf. þ a dune mid clýf innon þa ea of midne ſtpeam. andlanz ſtpeameſ þ eſt on ðone pýt ⁊

Đyſ ſynd þa land gemæro to Æſceſon. æreſt on Cranmere eaſtpearðne to Lulleſſyrþe hýrnan on mela hulle eaſtpearðne. of mela hýlle on pinanbeorh midne. of pinanbeorhe on midne alaſbroc. of ðam broce to þære ealdan dic. andlanz dic to peardan holte. be pýrtpalan to peardan burnan. ⁊ lanz pæðan burnan on Æmenan. andlanz Emenan be healfan ſtpeame oþ Bulon peorþe. ⁊ of Bulan peorþe to berihtere mearce. to pepſtaneſ tpeope. to Cranemere. ⁊ ðære zebýnaþ to ſix pæſbære ⁊

Đyſ ſynd þa land gemæro to Dictune. of Cranmereſ ðorne to blacan zræfan. of þære blacan zræfan on VII. æceraſ eaſtpearðe. of ðam VII. æceron on Emenan be healfon ſtpeame innon Cýtanforde. of Cýtanforde to Tatanbroce. of Tatanbroce on Cricelmeſpýrþe eaſtpearðe ⁊

Đyſ iſ ſe riða. on ðæſ hazan ende to Býrlazade. fram Býrlazate to pýðanzate. fram pýðanzate to Cauceſhýrſtde. and to Ezceanlæa. fram Ezceanlæa to þam hapan piþe. ⁊ pulfrun becpæþ þ land æt Hrammeſloze ⁊ ða hýþe þ ðæri to zebýnaþ Æþelmeſe hiſe mæze ⁊

Ic Æþelmer cýþe minan leoſon hlaforde Æþelrede cýnze. ⁊ eallon hiſ ritan. ðæt ic an ðýſſre ape zode. ⁊ ſancta Marian. ⁊ eallon hiſ halzan. ⁊ ſancte Benedicte into Ezneſham. oſer mine dæz æfre to bricе ðam ðe Benedictuſ pezol æfre niþtlice healdaþ ⁊ And ic pille ðere beon oſer hi ealoſ ðe ðær nu iſ. ða hpile ðe hiſ liſ beo. ⁊ riþ þan. zif hit hpæt zetýmaþ. ðæt hi ceoſon heom ealoſ of heora zeferædne ealſra hæra pezol him tæcþ. ⁊ re ðe ðiſ zeice zod almihtiz him zerume heoſonan rice. ⁊ re ðe hit aſanre zod almihtiz hun ſylle ſſýlce mede ſſýlce he ðam dide ðe hine belæſde. ⁊ ic me rýlfe pille mid ðære zefellræde zemænelice libban. ⁊ ðære ape mid hun notian ða hpile þe min liſ biþ ⁊

Id eſt.

Hi ſunt fundi limites apud **Eyneſham**. Primò à *Ruga* lacu in *Bugge* rivulum; in longum rivuli ad *Tilgari* foſſam; à foſſa in *Weardi* ſemitam; à ſemita in *Winburgi* ſtipitem; à ſtipite ad tres quercus; in longum viæ ad illam terminalem arborem; tunc in longum viæ ad publicam plateam; à platea in *Swanorum* [*i.* ruſticorum *] agellum, inde in *Hathfeldam* [*i.* ericetum:] in veterem foſſam; inde rectà in *Marbrocam* [*i.* rivulum terminalem:] in longum rivuli in *Bladenam*; in longum *Bladena* ad *Themeſin*.

* Al. *ſubulcorum*.

Hi ſunt quinque hidarum terræ fines apud *Sceaptunam*. A *Craſwilla* [fonte *ſic dicto*] in *Humbram*; in longum *Humbræ* ad vallem; inde ad vicum; à vico in *Bradewillam* [*i.* latum fontem] in veterem gurgitem; à veteri gurgite in longum ſylveſtris viæ ad altam viam [viam regiam, *fortè*:] ab illa via in viam quæ ducit ad *Bladenam*; inde in longum viæ ad ſepem; à ſepe ad *Bicanbiriam* [oppidum *ſic dictum*:] à *Bicanbiria* in veterem foſſam; à foſſa in viam; in longum viæ ad *Withiglea* terminos; à longo ſaltu in longum viæ ad veterem crucem; à cruce in *Cyrnillam* [*i.* fontem ad compita:] rurium in *Humbram*.

* For. hlæw. i. *agger*, vel *tumulus*.

Hi

Hi sunt fundi limites apud *Scipfordam*. Primò à *Thamesi* in *Ceomine* lacum ; à lacu ad viam ; in longum viæ ad *Cynlafi* lapidem ; à lapide in longum viæ ad *Kenewini* arborem ; ab arbore in longum viæ ad lacum ; in longum lacus iterum ad *Sumerfordam*. Et duo septa illa piscatoria quæ *Weras* vulgò vocant, alterum [*scil.*] supra fluentum, alterum [*verò*] infra, [*hæc spectant.*]

Hi sunt terræ termini apud *Myceclantunam*. Primò in lapidem ; à lapide in viridem amnem ; in longum amnis ad fossam ; à fossa in *Athulfi* arborem in vicum ; in longum vici ad *Hysemanni* spinetum; a spineto in *Badela* rivulum; in longum rivuli usque ad *Twicelam* ; in longum rivuli ad vallem ; à valle in prælíantium * terminos & *Westhamam* ; tunc in longum viæ ad *Macumbeswyllam* [fontem *sic dictum* :] à fonte ad *Hengesti* vallem ; â valle in *Oppe* rivulum ; in longum rivuli ad *Wulfgithe* pontem ; a ponte in vicum [*vel*, plateam:] iterum ad lapidem.

* Al. *extramentaneum.*

Isti sunt fundi limites apud *Maranclivam*. In primis sursum per capita [*i. for.* montis juga, *vel* cacumina :] à capitibus in equorum admissariorum septum ; ab illo septo sursum in clivum, inde deorsum per clivum in aquam usque ad medium fluenti ; in longum fluenti iterum in puteum.

Hi sunt terræ limites apud **Aescerton**. Primò in *Crammeram* orientem versus ad *Lulleswyrthe* [*i. Lulli* curtis *vel*, prædii] angulum in farinarium montem orientem versus ; à farinario monte in *Wine* collis medium ; à *Wine* colle in medium amnis ab alnis nomen ducentis ; ab amne ad veterem fossam ; in longum fossæ ad rubeum lucum juxta plantarium ad rubeum torrentem ; in longum rubei torrentis ad *Æmenam* ; in longum *Emena* per dimidiũ fluenti usq; *Bulanweortham* [curtem *sic dictam* :] & à *Bulanweortha* ad oppidanum limitem ad *Westani* arborem, ad *Crammeram*. Et huc pertinent sex piscium septa illa piscatoria quæ *Weras* vulgò nominant.

Hi sunt fundi termini apud *Dictunam*. A *Crammera* spineto ad nigrum lucum * ; à nigro luco in septem agros orientem versus ; à septem agris in *Eminam* per dimidium fluenti intus *Cytana* vadũ ; à *Cytana* vado ad *Tatanbrocam* [rivulum *sic dictum* :] à *Tatanbroca* in *Cwicelmi* curtem orientem versus.

* For *spelucam.*

Hæc est sylva. Apud sepis finem ad *Byrlagatam* [portam *vel* januam *sic appellatam*] à *Byrlagata* ad *Wydangatam* [aliam *januam*, à latitudine fortè sic dictam] a *Wydangata* ad *Cnucesbyrstam* [*sylvulam* ita vocatam.] & ad *Egceanleam* [*campum* ita nominatum :] ab *Egceanlea* ad canam salicem. Et *Wulfwunus* legavit terram illam apud *Hrammeslegam* [*i.* arietum campum :] & portum [*vel*, crepidinem *] qui eò spectat, *Æthelmero* cognato suo.

* Al. *ſtunum.*

Ego *Æthelmerus* notifico dilecto domino meo *Æthelredo* regi, & omnibus ejus sapientibus, quod ego concedo has res * Deo & sanctæ *Mariæ*, & omnibus ejus Sanctis, & sancto *Benedicto* apud *Egneshamiam*, post dies meos semper à sancti *Benedicti* regulam perpetuò rectè servantibus perfruendas : & volo ut sit super eos præses ille qui ibi nunc est, quoad vixerit ; & postea (si quem locus produxerit) eligant sibi præsidem ex eorum collegio omnino sicut eorum regula ipsos instruit. Et is qui hoc amplificaverit, Deus omnipotens ei ampliet regnum cœlorum. Et is qui hoc diminuerit, Deus omnipotens ei det talem mercedem, qualem ei dedit qui eum prodidit. Et ego ipsemet volo cum eodem collegio vitam ducere communem, et rebus illis cum eis uti fruique quamdiu vixero.

* Vel, *hæc bona.*

"Scripta est igitur hæc præsens cartula anno "dominicæ incarnationis millesimo quinto, in- 1005.
"dictione verò tertia, eorum consilio & testi-
"monio, quorum nomina hic infra scripta esse videntur.

"Ego *Æthelredus* gratia Dei regiæ dignitatis "sublimatus honore, hoc nostræ libertatis privi-
"legium cum signaculo sanctæ crucis confirman-
"do consignavi ✠. Ego *Æthelstanus* ejusdem
"regis filius testimonium adhibeo ✠. Ego *Ecg-*
"*bribtus* clito testis assisto ✠. Ego *Ædmun-*
"*dus* clito testificans affui ✠. Ego *Eadredus*
"clito non abnui ✠. Ego *Eadwinus* clito con-
"sensi ✠. Ego *Ædgarus* clito scivi ✠. Ego
"*Ædweardus* clito non renui ✠. Ego *Ælf-*
"*gifu* regina sciens testimonium adhibui ✠. Ego
"*Wulfstanus Eboracensis* ecclesiæ archipræsul
"consolidavi ✠. Ego *Ælfricus Dorobernensis*
"ecclesiæ archiepiscopus hanc privilegii liberta-
"tem cum benedictione corroboravi ✠. Ego
"*Ælfheah* episcopus consignavi ✠. Ego *Athulf*
"episcopus corroboravi ✠. Ego *Ordbrith* epis-
"copus consolidavi ✠. Ego *Godwine* episcopus
"subscripsi ✠. Ego *Lifing* episcopus collaudavi
"✠. Ego *Æthelric* episcopus benedixi ✠. Ego
"*Ælfgar* episcopus conscripsi ✠. Ego *Godwine*
"episcopus concluſi ✠. Ego *Alfwold* episcopus
"concessi ✠. Ego *Ælfun* episcopus favi ✠.
"Ego *Ælfhelm* episcopus assensi ✠. Ego *Bus-*
"*wold* episcopus signavi ✠. Ego *Ælfweard* ab-
"bas ✠. Ego *Ælfric* abbas ✠. Ego *Wulfgar*
"abbas ✠. Ego *Kenulf* abbas ✠. Ego *Ælfric*
"abbas ✠. Ego *Leofric* abbas ✠. Ego *Wulfric*
"abbas ✠. Ego *Ælfere* abbas ✠. Ego *Byrth-*
"*wold* abbas ✠. Ego *Germanus* abbas ✠. Ego
"*Godeman* abbas ✠. Ego *Ædnoth* abbas ✠.
"Ego *Æthelnoth* abbas ✠. Ego *Ælfmer* abbas
"✠. Ego *Leofric* abbas ✠. Ego *Ælfwig* abbas ✠.
"Ego *Ælfric* dux ✠. Ego *Ælfhelm* dux
"✠. Ego *Leofwine* dux ✠. Ego *Ordulf* mini-
"ster ✠. Ego *Wulfgeat* minister ✠. Ego *Wul-*
"*feah* minister ✠. Ego *Æthelric* minister ✠.
"Ego *Ædric* minister ✠. Ego *Leofric* mi-
"nister ✠. Ego *Æthelmer* minister ✠.
"Ego *Æthelwold* minister ✠. Ego *Æd-*
"*wine* minister ✠. Ego *Æthelweard* mini-
"ster ✠. Ego *Æthelwine* minister ✠. Ego
"*Brichtric* minister ✠. Ego *Ælmer* minister ✠.
"Ego *Wulfweard* minister ✠. Ego *Brichtric*
"minister ✠. Ego *Wulfgar* minister ✠. Ego
"*Leofwine* minister ✠. Ego *Wulnoth* minister
"✠. Ego *Siward* minister ✠. Ego *Sired* mi-
"nister ✠. Ego *Brixie* minister ✠. Ego *Æd-*
"*wig* minister ✠. Ego *Wulfmar* minister ✠.
"Ego *Leofwine* minister ✠. Ego *Ælfgar* mini-
"ster ✠. Ego *Æthelstan* minister ✠. Ego *Ælf-*
"*weard* minister ✠. Ego *Ælwine* minister ✠.
"Ego *Ulfcytel* minister ✠. Ego *Morcar* mini-
"ster ✠. Ego *Godwine* minister ✠. Ego *Siverth*
"minister ✠. Ego *Leofwine* minister ✠. Ego

" *Siward* miniſter ✠. Ego *Godrice* miniſter ✠.
" Ego *Æthelwold* miniſter ✠. Ego *Leafnath*
" miniſter ✠. Ego *Thurfearth* miniſter ✠. Ego
" *Frithegiſt* miniſter ✠. Ego *Wither* miniſter ✠.
" Ego *Oſwig* miniſter ✠. Ego *Brichtric* mini-
" ſter ✠. Ego *Wada* miniſter ✠. Ego *Æthel-*
" *wine* miniſter ✠.

Stow *in agro* Lincolnienſi, *cella de* Eynesham.

Will. Malmeſb fol. 165. b. n. 30.

COenobium monachorum apud S. *Mariam* de Stou, *(Remigius Linc.* epiſcopus) ex novo fecit.

Hen. Huntind. fol. 210. a. n 10.

—— *Lefricus* quoque, conſul nobiliſſimus, *Ceſtriæ* defunctus eſt eo tempore, cujus uxor *Godiva*, nomine perpetuo digna, multa probitate viguit, & abbatiam apud Coventre conſtruxit, & auro & argento incomparabilitèr ditavit. Conſtruxit etiam eccleſiam Stow ſub promontorio *Lincolniæ*.

Reg. Hoved. fo. 255 a.

—— Eccleſiam quam *Lincolnienſis* præſul *Eadnothus* in loco famoſo qui ſanctæ *Mariæ* Stow *Anglicè*, *Latinè* verò ſanctæ *Mariæ locus* appellatur, pretioſis ditaverunt ornamentis (*Leofricus* comes ſcilicet, & *Godiva* uxor ejus.)

Charta de pacto inter Wulwium *epiſcopum*, Leofricum *comitem*, & Godivam *ejus uxorem*, *de monaſterio* Stowenſi *ordinando*.

Ex regiſtro *Eyneſhamenſi* prædicto.

HEr ſputelaþ on ðiran ȝeſſrite hu ða pope peapde ȝeporhte ſÿndon ðe plȝ B. ⁊ Leofric eorl. ⁊ Godȝifæ ðæt eorleſ pif ȝeporhtan ymbe þ mynſter æt ſanctæ Mariam ſtope. þ if æpoſt þ hiȝ bæðan ðone birceop þ hiȝ moſtan þ mÿnſter ȝodian ⁊ landæ ðider into lecȝe be hif ſullne leape. ða tÿhðe heom ſe birceop. ⁊ pæf ſpÿðe blipe þ he æniȝne ſultum hæfde ðæt him dæſto ſÿlſtan polde? Nu habbaþ hiȝ hit ȝeſette mid preoſtan. ⁊ pillaþ ðær habban ðeoſdom eallſpa man hæfþ on Pauleſ-bÿrig binnan Lundene. ⁊ ða land ðe hiȝ ðider inlecȝeaþ beon ða ðam ȝebroþran ðe ðær binnan beoþ to fodnoðe ⁊ to ſcrude. ⁊ ſe B. habbe into hif feorme alc ðæra ðinga ðe Æþelric B. ⁊ Ælfnoþ B. hæfdan æt foran him of þam he mid rihte ȝebÿraþ into hif birceoprice. þ if þa tpeȝen deleſ alc þæra þinga þe kÿmþ into þam mÿnſtre. ⁊ þa preoſtaf habban þone þriddan dæl foſ utan þam tpam mæſſan?

Ðonne habbe ſe B. eallþ þæt to kÿmþ ehta dagaſ to þære æreſte ſanctæ Mariam mæſſan ⁊ ehta dagaſ to þære æfterſtan ſanctæ Mariam mæſſan butan þam mete anum. þonne habban þa preoſtaf ða ðriddan dæl of ðam mete þ ðæt to kÿmþ. ⁊ þa land þe ſe B. ⁊ ſe Eorl ⁊ Godȝifæ ⁊ ȝode menn ðider unȝeunnaþ beon ða æreſte into ðæra halȝan ſtope þam ȝebroþran to neode ⁊ þ mÿnſtre to ȝodianne. þ nan B. þe æfter him kÿmþ ðæroſ nane feorme ne cnapize butan of ðam þe him mid rihte to ȝebÿraþ into hif B. rice. eallſpa oþer birceopaf ær æt foran him hæfdon. ⁊ þif ȝedon be Eadpeardef cÿnȝef fulna leape ⁊ on hif ȝeſtrenefſe. ⁊ on Eadȝÿfe hif ȝebeddan. ⁊ on ðrifandef ærcebif-

ceoper. and on kÿnriȝef ærcebirceoper. and on hefemannef birceoper. and on Dodika birceoper. and on Leofricef birceoper. and on Ealoredef birceoper. and on Heka birceoper. and on Æȝelmeref birceoper. and on Alfpoldef birceoper. and on pillelmef birceoper. ⁊ on Leofrinef birceoper. ⁊ on Sigpeardef eorleſ. ⁊ on Hapoldef eorleſ. ⁊ on Raulfef eorleſ. ⁊ on Ælfȝaref eorleſ. ⁊ on Mannigef abb. ⁊ on Ælfrinef abb. ⁊ on Leofrigef abb. ⁊ on Leofricef abb. ⁊ on oþþef Leofrigef abb. ⁊ on Brihtmæref abb. ⁊ on Eȝȝef ſtealref. ⁊ on Raulfef ſtealref. ⁊ on Lifingef ſtealref. ⁊ on eallra þæf kÿngef huſcarlan. ⁊ on hif mæſſepreoſtan. ⁊ on Ðurȝodef laȝen. ⁊ on Sigfeþþ. ⁊ on Goþricef. ⁊ on Orfinef. ⁊ on Sigricef. ⁊ on eallra ðæra burhþare ȝeritneſſe on Lincoln. ⁊ on ealra ðæra manna þe ſceaþ ȝeapmarket to ſtope. ⁊ ſe ða ȝefeſtrone mid ȝode ȝeece. God ælmihtiȝ ȝeece hif lif daȝaf beþ on life. ⁊ on ðam toweardan life þ he mote ponunga habban mid Godef ȝecorenan. ⁊ ſe ðe hiȝ todræfe. ⁊ ða land ut of ðære halȝan ſtope ȝeutiȝe. aðrefed þurþe he fram Gode. ⁊ fram ſanctæ Mariam. ⁊ fram eallan hir halȝan on ða mÿclan domeſdæȝ? Nu ſÿndon ðiſſe ȝeſcrifta ðreo. an if mid ðær kÿngef haliȝdome. ⁊ oþer if mid Leofrice eorle. ⁊ þ þridde if mid þam birceop on þa halȝan ſtope?

Id eſt.

HIC oſtenditur in hoc ſcripto, quomodo pactum ſe habuerit, quod *Wulwius* epiſcopus, & *Leofricus* comes, & *Godgifa* comitis uxor inierunt, de cœnobio ſanctæ *Mariæ Stowenſis*. Id eſt, primò ſupplicarunt epiſcopo, ut monaſterium illud locupletare poſſint, & fundi collatione illud augere, plenâ cum ejus veniâ. Annuit autem eis epiſcopus, & perlætus erat quod aliquorum haberet auxilium qui ſibi eâ in re aſſiſterent. Inſtituerunt itaque inibi presbyteros, & voluerunt ibi idem omnino habere ſervitium ac in ædibus habetur *Paulinis* intra *Londinum*. Terræ verò quas illuc collaturi ſunt, ſint fratrum qui inibi fuerint ad victum pariter & veſtitum. Et epiſcopus habeat ad menſam ejus omnia ea quæ *Æthericus* epiſcopus, & *Ædnothus* epiſcopus habuerunt ante eum, de eis ad ipſius epiſcopatum jure pertinentibus, duas ſcilicet partes omnium ad illud monaſterium pervenientium; & presbyteri tertiam habeant partem, duobus feſtis exceptis. Habeat autem epiſcopus quicquid per octo dies prioris ſanctæ *Mariæ* feſti, & octo dies poſterioris ſanctæ *Mariæ* feſti eò pervenerit, præter ſolummodo cibaria. Habeant autem presbyteri tertiam cibariorum eò addnctorum partem. Terræ inſuper quas epiſcopus, & comes, & *Godgifa*, atque pii viri eò contulerint, ſint ſancto illi loco ſemper annexæ in fratrum neceſſitatem [*uſus ſcilicet neceſſarios*] & monaſterii inſtaurationem; ita ut nullus epiſcopus ei ſucceſſurus, ullum inde paſtum requirat, niſi de eis quæ ad eum ritè pertinebunt jure epiſcopatus, quemadmodum alii epiſcopi ante eum habuerunt. Hoc autem actum [*eſt*]

Eadwardi

Eadwardi regis pleno consensu, ejusque testimonio [*vel*, præsentiâ] & *Eadgytha* conjugis ejus, & *Stigandi* archiepiscopi, & *Kynsi* archiepiscopi, & *Heremanni* episcopi, & *Dodiko* episcopi, & *Leofrici* episcopi, & *Ealdredi* episcopi, & *Heke* episcopi, & *Ægelmeri* episcopi, & *Alfwoldi* episcopi, & *Willielmi* episcopi, & *Leofwini* episcopi, & *Sigwardi* comitis, & *Haroldi* comitis, & *Raulfi* comitis, & *Alfgari* comitis, & *Mannii* abbatis, & *Aelfwini* abbatis, & *Leoffii* abbatis, & *Leofrici* abbatis, & alterius *Leoffii* abbatis, & *Brithmari* abbatis, & *Elgeri* stratoris, & *Raulfi* stratoris, & *Lifingi* stratoris, & omnium regis famulorum domesticorum [*i.* ministrorum palatinorum:] & ipsius sacerdotum, & *Thurgodi* laici, & *Sigferthi*, & *Godrici*, & *Oswini*, & *Sigrici*, & omnium civium *Lincolnienſium* testimonio, & omnium hominum qui forum sequuntur annuum *Stowense*. Porro, qui beneficentiâ suâ collegium auxerit, Deus omnipotens vitæ suæ dies augeat in hac vitâ, & in futurâ mansionem ei tribuat Dei inter electos; qui verò eos [*presbyteros*] expellet, fundumque sacro illo loco abalienabit, abalienetur is à Deo, & à sancta *Maria*, & ab omnibus Sanctis ejus in magno judicii die. Est autem hoc scriptum triplex, [*cujus*] una [*pars*] regis reponitur sacrario, alia est penes *Leofricum* comitem, tertia penes episcopum in illo sacro loco.

Carta comitissæ Godivæ.

Ibid. "CLarissimo ac reverentissimo *Victori* Apostolico nostro, *Godiva* uxor *Leurici Anglici* consulis, quicquid in Christo carius extat. "Cum omni Christianæ religioni universalis catholicus populus te prelatum & omni sanctitate glorioſum asserit, decet te precibus ancillæ "tuæ placabiles aures parumper accommodare. "Precor ergo te, pastor summe, quatinus dona "quæ ego pro redemptione animæ mariti mei, "meæque, beatæ Dei genetrici *Mariæ* attribui "Stou, auctoritate tua confirmes, sicut nostratum compatriotarum episcoporum atque abbatum, necnon & consulum quorum nomina subscripta habentur corroborata sunt. Possessionum nomina hæc sunt, *Newarcha* scilicet, atq; "Flatburche, cum appendiciis suis, & Bantone, & Partine-Welle cum appendiciis. Has "ergo per monile meum & murenulas aureas vermiculatas matri Domini dedi. ✠ Ego *Edwardus* rex *Anglorum* hujus donationis libertatem, "regni totius fastigium tenens libenter concessi. "✠ Ego *Aldredus* presul electus ad archiepiscopalem sedem *Doroberneſis* ecclesiæ, huic regali "munificentiæ assensum præbui. ✠ Ego *Wlfwi* "episcopus. ✠ Ego *Leofric* dux. ✠ Ego *Heraldus* comes. ✠ Ego *Tosti* comes. ✠ Ego "*Siward* dux & alii multi apostolicum ✠ signum.

"Hoc autem donum omni conamine annuo, & "*Romana* auctoritate confirmo, & cartulam signatam meo sigillo retransmitto. Si quis verò "hoc ausus evertere fuerit, cum *Pilato* & *Juda* "*Scariothen*, *Caypha* quoque, eorumque commanipularibus æternaliter acherontica combustione trudatur, nisi ante mortis articulum "satisfactione penituerit congrua.

Carta regis Willielmi.

Ibid. "VVIllielmus rex *Anglorum* episcopis & omnibus fidelibus suis per *Angliam* "salutem. Sciatis me confirmasse donationem "quæ *Leofricus* comes & *Godiva* sua conjux ecclesiæ sanctæ *Mariæ Stowensi* dederunt, scilicet "*Newercham*, & *Flaburcham*, ac Welle wapentac cum appendiciis suis. Præterea concedo "prædictæ ecclesiæ, deprecatione *Remigii* episcopi, "*Egneshamensem* ecclesiam cum terris quas modo possidet, tali pacto, ut ibi abbas per meum "consilium ordinetur, qui res ecclesiarum semper "tractet: abbatia autem in meo dominio maneat "sicut ceteræ per *Angliam*. Et ne quis illa occasione querelam adversus ipsam abbatiam habeat, concedo pro commutatione altaris de "Stou & quatuor carucarum terræ quæ pertinent ad episcopum, episcopis *Lincolniæ*, Blakforde prædium bonum. Et hoc facio consilio "& testamento *L.* archiepiscopi. Testes *E.* vicecomes & *R.* de *Oili*."

Item carta regis Willielmi.

Ibid. "VVIllielmus Rex *Anglie*, hominibus abbatiæ de *Ia* Stou salutem. Præcipio vobis omnibus, ut ita sitis obedientes domino vestro *Columbano* abbati sicut fuistis *Remigio* episcopo in omnibus rebus. Teste *Ricardo* de *Curci*.

Confirmatio Remigii *episcopi de omnibus terris nostris.*

Ibid. "✠MEdiator Dei & hominum homo *Christus Jesus* sponsam suam, sanctam vidi"delicet ecclesiam, variis enigmatibus, ab ipso "mundi exordio præfiguratam, sibique salutari "lavacro unitam, ac demum proprii lateris è "cruce manante sacramento prorsus figuratam, "ob nimiam dilectionis caritatem dilatari, ac "magnificari volens, nonnullis sanctorum præcedentium patrum exemplis qualiter id fiat, fidelibus suis hortando creberrimè insinuat. Necesse "ergo est omnes eandem agni sponsam, summique regis filiam, necnon perfectam cunctarum "gentium matrem, juxta prolata patrum exempla, animo sullimare gestientes, sic erga eam fideliter agant, ut sponsi immortalis dextræ assistens, vesteque deaurata fulgens, non eos quasi "adulterinos, vel criminum feditate circumdatos "indignanter abiciat; verùm ut filios adoptivos "ab intemerato utero productos, ac liquido sacrorum uberum nectare educatos, respiciendo "gratulanter aluisse se gaudeat. Et quanquam "hæc sollicitudinis cura cunctis fidelibus necessaria "judicatur, rectoribus tamen ejusdem matris nostræ, qui ei propagandi gratia, non tam præesse "quàm prodesse divinitus constituuntur, præ "cunctis specialius congruit, quos quidem tota "mentis integritate niti decet, ut cujus fluvialis "fecunditatis alvo renati, cujusve sacramentis salutaribus delibuti sunt, eam temporaliter dotare, "temporalibusque donariis ditare & decorare diligenter studeant, quatinus cum magni dies "examinis

" examinis repentinus ingruerit, immortalitatis
" stola decorari, atque inopinata Sanctorũ remu-
" neratione, ejusdem immortali sponso largiente,
" cum legitimè certantibus eternaliter ditari me-
" reantur. Cujus quidem inestimabilis præmii
" vasto cordis conamine consors fieri gestiens, &
" ut illud nanciscì fœliciter merear satagens, ego
" *Remigius* sanctæ *Lincolnienſis* ecclesiæ pontifex,
" ob temporalem domini mei glorioſissimi regis
" *Anglorum*, *Willielmi* videlicet secundi, proprii-
" que corporis mei, atque omnium mihi subdito-
" rum prosperitatem, necnon æternam utriusque
" domini mei, patris siquidem & filii, dominæ meæ
" quoque dulcissimæ *Mathildis* reginæ, animæ-
" que meæ egentis, ac utriusque mei parentis, &
" ut præfixum est, omnium mihi commissorum
" salutem, ecclesiam sanctæ Dei genetricis &
" perpetuæ virginis *Mariæ* in loco qui vulgò di-
" citur *Stowa*, quondam prolixo temporis spacio
" præsidentium incuria desolatam, reformare de-
" cerno; ibique memorati domini mei victorio-
" sissimi regis *Anglorum Willielmi*, filii videlicet
" præcellentissimi regis *Willielmi* præcedentis,
" necnon omnium episcoporum, & abbatum cæ-
" terorumque optimatum totius regni sui aucto-
" ritate, *Columbanum* virum venerabilem, sa-
" crisque exercitiis haut modicè eluentem, abba-
" tem cum monachis sibi regulariter subditis in-
" violabiliter constituo; cui etiam possessiones
" universas sibi olim, ob divinæ pietatis amorem
" à clarissimo consule *Leofrico*, & ab ejusdem de-
" votissima conjuge *Godgiva* collatas, *Brantonam*
" scilicet, & duas portiones **Guelleg-napentac**,
" cum omnibus sibi pertinentiis, *Newercham* quo-
" que & **Flatburch**, cum universis sibi adjacen-
" tibus, perpetuò concedo, præsentisque paginæ
" testimonio indissolubiliter corroboro. Et ut
" ipsa Dei genitrix, & unica virgo *Maria*, filio
" suo unico largiente, me fontem vitæ sitientem
" ab spe ad speciem transferat, quo regem in de-
" core suo cernere merear, quæcunque in ipso ca-
" pite prænotatæ pontificalis mansionis, in qua
" præfata sita est ecclesia, juris episcopii hactenus
" extiterant; oblationem scilicet illius ecclesiæ
" altaris, & terram ibidem quatuor aratrorum,
" cæteraque quæ, ut supra memini, episcopatui
" jure debebantur, præfatæ ecclesiæ cœlorum re-
" ginæ dudum dicatæ, ad ejusdem scilicet instau-
" rationem, & ad usum fratrum inibi Deo mili-
" tantium beneficia prolata, accumulando simili
" modo perhenniter possidenda attribuo, & attri-
" buta inviolabiliter affirmo. Et ne posteri mei
" diebus vitæ meæ finitis, animæ meæ detrahentes,
" episcopatum me temerè minuisse, vel suis quo-
" cunque modo rebus expoliasse asserant, pos-
" sessionem quandam, immanissimis à me labo-
" ribus vindicatam, **Flatfozt** scilicet pagum quen-
" dam perpulchrum, mihi nempe, mihique Chri-
" sto jubente succedentibus aptum, ac valdè ne-
" cessarium, cum cunctis ritè attinentiis, pro su-
" pra memoratis stipendiis episcopatui sublatis,
" tam mihi quam successoribus meis in episcopa-
" tum commutationem perhennẽ restituendo, fir-
" miterque stabilio.

" Addo etiam præterea eidem glorioſissimæ
" Dei genitricis ecclesiæ, sibique famulantibus mo-
" nachis, augmentum quoddam insigne *Egnesha-*
" *mensem*, cum eodem pago in quo antiquitùs
" constructur, cæteritque sibi membris adhæren-
" tibus, **Scipfozt** scilicet & **Mollendzicht**, nec-
" non *Aerdintona* atque *Micletuna*, quadam
" quoque ecclesiola sanctæ *Aebbæ* in urbe *Oxene-*
" *fordensi* consita, cum reculis sibi devotione pia
" fidelium collatis, atque etiam duobus molendi-
" nis secus ejusdem urbis aquarum decursus pri-
" dem erectis, cum universis quoque jure sibi ap-
" pendicibus, supradicto modo perpetualiter op-
" tinenda annuo, strictimque connecto.

" Hujus itaque constitutionis, atque inviolabi-
" lis meæ donationis serie taliter explanata;
" non solum à me concessa & attributa præsenti-
" que cartula jam inviolabiliter inserta; verum-
" etiam quæcunque in futuro pia fideliũ largitione
" vindicari poterunt, sepissime memoratæ Christi
" matris ecclesiæ, cui omnia prælibata sunt; nec-
" non piæ memoriæ patri supradicto, *Columbano*
" videlicet abbati, suisque successoribus, ibidem
" canonicè imperpetuum promovendis, jurè
" perhenni cum omnibus consuetudinibus præsi-
" denda, concedo; & concessa sub Christi & to-
" tius ecclesiæ testimonio, præsentisque chiro-
" graphi assertione, pontificali autoritate con-
" stanter consolido, propriaque manu consig-
" no ✠.

" Et ne antiqui hostis instinctu conscripta con-
" stitutionis meæ donaria in posterum à quoli-
" bet proditionis filio frustrentur, sed potius rata
" & solida habeantur, eidem sacratissimæ virgi-
" nis ecclesiæ talem æternaliter libertatem largior,
" ut nullus mortalium, elationis tumore debria-
" tus, dominationem in eam aliquam exerceat,
" excepto *Lindicolinensi*, nostræ videlicet ecclesiæ
" sedis antistite, cui cum suo pastore quicunque
" sit, cæteritque sibi beneficiis ob multorum fi-
" delium animarum remedium impensis, juxta
" veterum patrum traditionem, utpote domino,
" immo ut conditori in æternum subjacebit, à
" quo etiam honoris donationem, & sacri ordi-
" nis consecrationem, secundum Canonum cen-
" suram adepturus est: qui sic tamen ei piè &
" paternè præsit ut nunquam tributum vel quem-
" libet redditum inde exigat, seu tesseram neces-
" sitate aliqua ingruente sibi imponere præsu-
" mat, vel etiam consuetudinem quamlibet aliam
" ab ea extorqueat, sed potius eam ab hostium
" infestatione muniat, ut in die retributionis ar-
" biter orbis, mitissimæ genetricis suæ supplicati-
" one sibi largè retribuat. Si quis autem in futu-
" ro, quod absit, totius bonitatis inimico machi-
" nante, huic salutiferæ constitutioni nostræ men-
" te sacrilega fraudulenter obviaverit, meamque
" hanc saluberrimam donationem, tot tanto-
" rumque procerum sanctione roboratam, ava-
" ritiæ veneno repletus, minuere vel delere vio-
" lenter præsumserit, deleatur de libro viventi-
" um, & cum justis non scribatur, sed tanquam
" pulvis quem projicit ventus à facie terræ, ne
" gloriam Dei videat, cum impiis tollatur, sit-
" que juxta Apostolum, *Anathema maranatha*,
" nisi resipuerit, & Deo sanctæque ecclesiæ quam
" fraudulenter læserit dignè satisfecerit. *Amen.*

" Anno ab incarn. Christi Mxcj. indictione
" xiiij. anno quarto regni inclitissimi principis
" *Anglorum Willielmi* secundi; pontificatus au-

" tem

" tem *Remigii Lindocolinenſis* epiſcopi anno " xxiij.

De excambio S. Mariæ *de* Stowe.

Ibid. WIllielmus rex *Anglorum* R. *Line.* epiſcopo ſalutem. Præcipio ut *Columbanum* abbatem pacificè & honorificè teneas, & plenè facias ei habere excambium ſuum pro omnibus terris quas habebat apud *le* Stou, ita ut nichil inde deſit, quin habeat eorum ad valens ſicut habebat illuc. Et vide ne inde amplius audiam clamorem, quia aliter non conſenſi te facere mutationem loci. *T. W.* Cancellario apud *Ou.*

Carta Regis H. *ſenioris de omnibus terris noſtris.*

Ibid. " IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, " Patris & Filii & ſpiritus ſancti; Ego *Henricus* Rex *Anglorum*, aſſenſu & concilio pontificum & Baronum meorum, abbatiam de Egneſham ſcilicet eccleſiam Chriſti, & beatiſſimæ " Dei genitricis *Mariæ* hactenus deſolatam & " diſſipatam redintegrare & confirmare, pro ſalute animæ patris & fratris mei *Willielmi*, & " pro ſalute mea & conjugis & natorum meorum decrevi, & omnia quæ ad eam pertinent " jure perpetuo, eccleſiaſtico more, poſſidere " eam conſtitui; ſcilicet villam de Egneſham, & " omnia quæ ad eam pertinent, in pratis & aquis & ſilvis, & Rollendrith & quicquid ad " eam pertinet, & Scipford ſimiliter, & in " *Gloeceſtraſcira Mucletonam*, & omnia quæ ad " eam pertinent. Et in Drenefort eccleſiam " ſanctæ *Aebbæ* & omnia quæ ad eam pertinent. " Et duos molendinos juxta Drenefort & prata, " & *Aerdintonam*, & quicquid *Robertus Lincolnienſis* epiſcopus dedit pro commutatione *Newercha* & *Stowe*; ſcilicet *Chetleberiam* ita ſolidam & quietam ut epiſcopus *Robertus* tenuit " in ſilvis & pratis & agris & aquis. Similiter " Stoches & quicquid ad eam pertinet. Similiter Widecote cum ſilva quæ ad eam pertinet. " Et in *Cantebriggeſcyra* in *Hiſtona* xv. hidas " & tres virgatas, & decimam de *Thama*, ſcilicet in annona, in pecudibus, & lana, & caſeis, " & unum bordarium cum duabus acris. Similiter decimam de *Banneberia*, & de *Cropperia* " cum bordariis. Similiter Widetone decimam. " Similiter decimam ceræ altaris de Stou. Concedo etiam prædictæ eccleſiæ omnia quæ fideles mei pro ſalute animarum ſuarum dederunt " & dabunt. *Nigellus* de *Oleio* tenebat unam " hidam terræ ab eccleſia *Egneſhammenſi*, quam " ipſe clamavit quietam & ſolutam prædictæ " eccleſiæ pro anima ſua, conceſſu *Roberti Lincolienſis* epiſcopi, in qua etiam miſit unum monachum, & cum xl. ſolidatis terræ, ſcilicet tres " hidas & dimidiam in *Mildecumba*, tam pro " ſua quàm pro uxoris ſuæ & filiorum animabus. " *Ricardus* de *Gratio* miſit unum filium ſuum in " eodem monaſterio, & cum eo decimam de " Daſrnefort, & de Wideli & de *Cornwella*, omnium ſcilicet eorum quæ ad eaſdem villas pertinent, tam de annona quam de lana, & caſeis, " & de cæteris pecuniis. *Rogerus* de Cheſnet " dedit pro anima ſua eidem eccleſiæ decimã terræ " ſuæ de Hunſtre, & de tota lana ſua de *Oxenefordſcyra*. *Gillebertus Baſſet* dedit ſimiliter " eidem eccleſiæ, decimam ſuam de *Strattona*, " ſcilicet duas partes, & de tota lana ſua, & caſeis ſuis de tota terra ſua. *Radulfus Baſſet* dedit ſimiliter eidem eccleſiæ decimam ſuam de " una hida de Oſtelai, & de tota lana ſua ubicunque aliquid inde habet. *Robertus* filius " *Walchelini* dedit ſimiliter eidem eccleſiæ totam decimam ſuam de Wicheam. *Goſfridus* " de Croppert dedit duas partes decimæ ſuæ. " *Ricardus* de *Newarcha* duas partes decimæ " ſuæ dedit de *Cleindona*. *Willielmus* filius *Nigelli* unam domum apud Drenefort dedit. " *Hardingus* de Drenefort, qui in *Hieruſalem* " ivit & ibi mortuus eſt, duas domos apud Drenefort dedit, unam intra burgum, aliam extra. " *Gillebertus* de *Damari* unam domum dedit extra burgum, exceptâ conſuetudine regis. *Willielmus* filius *Bernardi* decimam ſuam dedit " eidem eccleſiæ.

" Hæc autem abbatia tota eſt in manu & poteſtate *Lincolnienſis* epiſcopi, conſtituendi abbatem canonicè, aſſenſu & conſilio regis. Hæc " autem omnia ſupraſcripta eidem eccleſiæ vel " abbatiæ concedo & confirmo tenenda imperpetuum regali auctoritate ſicut ulla abbatia " melius tenet in tota *Anglia*. Hoc autem confirmatum eſt anno ab incarnatione Domini " MCix. anno verò *Henrici* regis decimo, apud " *Weſtmenaſterium* in nativitate domini.

BURTONENSE

Cœnobium in agro Staffordienſi.

Charta Eadredi *regis.*

Ex vetuſto exemplari in bibl *Cotoniana.* an. 1653

✠ EADREDUS rex *Anglorum* glorioſiſſimus rectorque *Northanhumbrorum* & paganorum imperator, *Brittonumque* propugnator, quem rex regum omnipotens regali gubernatione confulgoravit; quique rex confert alacriter larga lucra lictoribus, ut deinceps accipiat charitatis chariſmata. Ejus donum dignantes ritè refert cum cæteris *Wulfric* miles, de perenni hujus ruris libertate, quod ſibi nunc atque ſuis contulerat heredibus perfruendum, in Burgetune nuncupatum, taliterque terminatum in * xij. caſſatibus.

✠ Ðiſ ſynd ðara tpentiʒer hida land ʒemæra to Burhtune. æpeſt of piþiʒpopa andlanʒ peʒes to Pippenneſpenne. of Pippenneſpenna andlanʒ ſtaðes on Tuncandene. up andlanʒ dene to ðære Speltſtope. ſwþan ſlanʒ Forſ to ðan ealdan ſice piþ Sbotepopo. andlanʒ ſtiʒes on Penniſ. andlanʒ ſtpeames eaſt on piþiʒpopo.

✠ Ðon iſ ðiſ ðara VII. hida land ʒemæra æt Mæþelʒaneſ-byriʒ de byne into Buntþtune. æpeſt of Mæþelʒaneſ-byriʒ on Deopancumb, of Deopancumbe on Cpenanbpoce.

* Forſan legendum xx. ſic enim *Saxon.* ubi nili tpentiʒer, repetendum tpelptiʒer.

up be ðam ȝeþihte to ðam beorȝan. of ðam beorȝan on Fiscpille. of Fiscpille on Wæspille. of Wæspille on Sealtespille. of Sealtespille anolanȝ broces to ðam ȝreatan ðorne. of ðam ðorne on ðornbeorh. of ðornbeorȝe on Foss. est anolanȝ foss ðæt monda ea on Pæpuc. up on stream of ðone Gapan Suþreapone. of ðam Gapan on Hoppýt. of Hoppýt est on Foss. þi þuþan ðone Gapan. anolanȝ Foss est on Wæþelȝapes býriȝ.

✠ Ðon is ðis ðapa VII. hida land ȝemæra æt Deȝeles forda ðe þiþ into Burȝtune. æpest of Blæðene on mules hlæw þ ferþ up to heortoune. ȝo Hpettanstanes pylle. of Hpettanstanespylle on Heortbroc. of þam broce on ða stiȝe. anolanȝ stiȝe on ða dic. anolanȝ dic on ða stræt to ðære oðere stræt. of ðære stræt on Beaȝan pille. ȝ lanȝ broces est on Blæðene..

Id est.

✠ Hi sunt viginti hidarum terræ termini (*vel*, fines) ad *Burtonam* (*pertinentium.*) Inprimis à *Withigforda* per longitudinem (*vel*, tractum) viæ ad **Pippenespenne**, à **Pippenespenne** per longitudinem vallis ad **Turcandene**, sursum per longitud. vallis usque ad **Spellstowe**, inde per longitndinem *Fossæ* ad veterem foveam juxta **Slohterford**, per longitud. foveæ ad **Penris**, per longitudinem fluminis iterum ad *Withigfordam*.

✠ Hi verò sunt septem hidar. terræ termini apud *Mæthelgari* burgum qui ad *Burtonam* spectant. Inprimis à *Mæthelgari* burgo ad **Deopcumbe**, à **Deopcumbe** ad **Quenebroce**, à **Quenebroce** sursum recta ad montem (*vel*, collem:) à monte ad **Fiscwille**, à **Fiscwille** ad **Waeswille**, à **Waeswille** ad **Sealteswille**, à **Sealteswille** per longitud. amnis ad magnum spinetum, à spineto ad montem spinosum, à monte spinoso ad *Fossam*; iterum per longitud. *Fossæ*, aquæ (*scil.*) illius munimenti, ad **Penric**, sursum per flumen usque ad gurgitem versus austrum, à gurgite ad **Horpyt**, ab **Horpyt** iterum ad *Fossam* ad austrum gurgitis, per longitud. *Fossæ* iterum ad *Mæthelgari* burgum.

✠ Hi verò sunt septem hidar. terræ termini apud **Waegelesford**, quæ ad *Burtonam* pertinent. Inprimis à **Wlædene** ad *Mulli* aggerem, quo ascenditur ad **Heortoune** (*& inde*) ad **Whettanstaneswylle**, à **Pwettanstaneswylle** ad **Heortbroce**, à broce (*i.* amne) ad semitam, per longitudinem semitæ ad fossam, per longitudinem fossæ ad plateam illam usque ad aliam plateam, ad plateam usque apud **Weaganwille**, per longitudinem amnis iterum ad **Wlædene**.

949. ✠ Actum est anno nongentesimo quadragesimo atque nono dominicæ incarnationis, quarto quoque quo regebat *Eadredus* rex regimina, & cum archiepiscopis ceteriſque consulibus hanc tellurem ad **Burghtune** consignavit. ✠ *Odo, Wulfstan, Theodred, Ælfhah, Ælfred, Ælfric, Wulfsig, Æthelgar, Keonwald, Wulfhelm, Cynsige, Albred*, roborabant conscribendo cum laicis. *Howal* rex *Marcam* regulus, *Osulf, Bebba, Æthelmund, Ælfhelm, Urin, Grim, Gunner, Uhtred, Ælfgar, Scule, Coll, Mercer, Wulfric, Berhtferth, Æthelgeard, Ælfnoth, Ælfheh, Clate, Wigstan*, atque *Ælfsige, Dunstan* abbas, & *Osketel* episcopus (*i.* ecclesiæ custos, *vulgo*, gardianus) triumphali signaculo sigillabant cœlolotenus titulantes (*i.* rem datam cœlo, Dei *sc.* protectioni, commendantes.)

IN his diebus quidam minister *Athelredi* regis *Anglorum*, ductus *Wulfricus Spot*, constituxit abbatiam **Burtun** vocatam, deditque ei omnem hæreditatem paternam, appreciatam DCC. libras. Et ut hæc donatio rata haberetur, dedit *Athelredo* regi, CCC. mancas auri, pro ejus confirmatione, & unicuique episcopo v. mancas, & duobus archiepiscopis x. mancas. Insuper *Alfrico* archiepiscopo *Cantuariæ*, villam *Dumbaltunam*, à prædecessoribus suis, ab ecclesia *Abbendonensi* injustè ablatam, & unicuique abbatiæ libram auri, & unicuique abbatissæ v. mancas.

Ex libro MS. *Abbendonensi* quondam penes ....., baronem de *Fenton* fol. 101. b.

Testamentum Wulfrici Spott, *cœnobii fundatoris.*

IN nomine Domini Hep spurelaþ pulfric his leofan hlafordæ his cristes ȝ eallon his speondon. þ is þ ic ȝeann minum hlafordæ tpa hund mancessa ȝoldes. and tpa selfor hiltedo sweorda. and feoper horsa. tpa ȝeradeloo. and tpa ungeradelode. ȝ ða pæpna ða ðæstro ȝebýriaþ. ȝ ic ȝeann alcum biscreope V. mancessa ȝoldes. ȝ ðam tpam ancebiscreopan heopa æȝhpon týn mancusas ȝoldes. ȝ ic ȝeann into alcum munuc pezole. I. puno ȝ alcon abbode. ȝ alcon abbatissan. V. mancusas ȝoldes. ȝ ic ȝeann Ælfsiȝe ancebiscreope ðæt landes æt Dumeltan forþ mid ðon oþþan for mine saple. þiþ ðon ðe he speond ȝ sultum ðe betere sy into ðære stope ðe ic ȝeporht habbe. ȝ ic ȝeanne Ælfhelme ȝ pulfaȝe ðæra landa betpux Ribbel ȝ Mærse. ȝ on pirhalum. þ heo hiȝ ealan him betpeonan sea hiȝ efnost mazon. butan heopa æȝhpæs his aȝen habben wille. on þ ȝerad ðonne sceaddȝenȝe sý ȝ heopa æȝhpæs sylle III. ðusend sceadda into þære stope æt Býrtune. ȝ ic ȝeann Ælfhelm Rolfestun. ȝ Heopelfestun. ȝ ic ȝeann pulfaȝe þæs landes æt Beopelfestune. ȝ æt Mepchamtune. ȝ ic ȝeann Ælfhelme þæs landes æt Cunuȝerburh. þiþ þon he heo þ þa munucas habban ælce ȝeare þriddan dæl þæs fircef. ȝ he þa tpa dæl. ȝ ic ȝeann pulfaȝe þæs landes æt Alepaldestune. ȝ ic ȝeann Ufeȝeate þæs landes æt Norhtune. on ... þ he speond ȝ sultum þe betere sy into þære stope. ȝ ic ȝeann minre eapman deh-ter þæs landes æt Ellesporde. ȝ þæs æt Aclea. mid eallon þam þe þæs nu to hýrh þa hpile ðe hire dæȝ bih. ȝ oþer hire dæȝȝa þ lande into þære stope æt Býrtune. ȝ heo hit naȝe mid nanon þinge to forþýrcenne. ac habbe heo þone brýce þa hpile þe heo hit ȝeapnian cann. ȝ ȝa hit sýþþan into þære stope æt Býrtune. forþon þe hit þæs mines ȝodfædes ȝýfu. ȝ ic pile þ Ælfhelme sý hire mund ȝ þæs landes. ȝ þ æt Tompurþin

Ex registro de *Burton* penes *mill.* dominum *Paget* anno 1650. fol. 2. a.

hire

hine to nanon þeopdome. ne nanon geborenan men butan þ heo þone ealdortom hebbe. ⁊ ic geann pulfæpe minan cnihte þæt landef æt Baltpýðe leage. ealfpa hit pæder hit him begeat. and ic becpeþe Mercane þ land æt paleyho. ⁊ þ æt Đeogendeþorpe. ⁊ þ æt Hpitepille. ⁊ þ æt Clune. ⁊ þ æt Baplebuph. ⁊ þ æt Ducemannestune. and þ æt Moref-buph. and þ æt Eccingtune. and þ æt Bectune. and þ æt Donecestre. and æt Morlingtune. and ic geann hit pipe Aloulfestreo ealfpa hit nú ftondt mid mete and mid mannum and ic geann Ælfhelme minan meage þæt landef on Paltepstune. and þæt þe Sæxþ me becæþ. and ic geann Æþelpice þ land æt pibbetopte. and þ æt Tpongan hit dæg. and ofer hif dæg ga þ lande for mine fraple ⁊ for hif modef. ⁊ for hif into Býrtone. and hit fýndo þa þe ic geann land into Býrtone. þ it æpeste Býrtone þe þ mýn tpie on ftent. ⁊ Stpæton. and Bpomleage. and Bedintune. and Gazeleage and pitepstun. and Lazanford. and Stypcleage. ⁊ Nipantun æt đæpe pic. ⁊ pæddun. ⁊ þ little land đe ic ahon ofer Nipantune. ⁊ pýnesfýlle. ⁊ Suttun and Ticenheale. and æt Scencstune. and æt picgestane. and æt Halen and æt Remesleage. and þ æt Sciples. and þ æt Suþtune. and þ æt Actune tpegra manna dæg ealfpa đa foreforo ftrecab. and Deoplafestun. and þ đæt to hereþ. þ it Rudegaro. and min litle lande on Cotepaltune. and Lege mid eallon đam þ đæt to hereþ. Acofre mid đam đe đæt to hæreþ. þ it Hilum. and Celfoum. and Cætesþurne. and þ herezeat land æt Suttune. and Morleze. and Bpæzesdale. Morton. and eal feo fócna đe đæt to hereþ. and þ land þiferno æt þýllesleage. and Oggodestun. and pinnefelo. and Snodef pic. into Morstune. and þ æt Taþapýllan. and þ land æt Æppelby þe ic zebohte mid minum feo. and æt pertune. and Burhtun. and feo hid æt Sceapnforda intó pizzestane. and þ æt Herebuzebýrize. ⁊ Ealdesburhe. ⁊ Ælfredingtune. ⁊ Ecclesdale. ⁊ æt paddune. ⁊ an hid æt Sceon. ⁊ ic geann đon hipede in Tampurom þ lande æt Langandune ealfpa hi hit me ær toleton. ⁊ habban hi done bryce healfne. ⁊ healfne đa munecas into B. ge on mete. ge on mannon. ge on ýrfe. ge on alcon dingon. ⁊ fe biscop fo tó hif lande æt Bubandune ⁊ fon þa munucas into B. to þan þe on þam land if. ge on mannon. ge on eallon dingon. ⁊ þ lande đam biscope æt đæpe fýle. ⁊ ic pille þ fe cýng beo hlaforde đæp mýnstref đe ic getumbede ⁊ đæra landara đe ic þýdef inn becpeden hæbbe. zode to lofe ⁊ to purðmýnta. for minan hlaforde. ⁊ for minre saplan. ⁊ Ælfric arceb. ⁊ Ælfhelm min brofor. þ hig ben mund ⁊ fpeont ⁊ forefpreocan into đære stope þ ælcne geborenne man. heom to nanre agenre æhta. butan into sanctus Benedictus hezole. ⁊ ic geann minre goddohtor Morcares ⁊ Ealdgýðe þ lande æt Stpætstune. ⁊ đone bule đe þær hine ealdes modef ⁊ into đan mýnstre æt Býrt. an hundra pilora hoppa. ⁊ XVI. tame hencgestas. ⁊ đæt to eall þ ic hæbbe. on libbandan. ⁊ on licgendan. butan đan þe ic becpeden hæbbe. ⁊ God almihtig hine apende of eallum godes dreame ⁊ of ealre cpistenra zemanan. fe đe đis apende butan hit min ane cýne hlaford fý. ⁊ ic hopige to him fra godan. ⁊ fra milosheortan þ he hit nýlle fýlf dan. ne eac nanum oþrum gesaþian. Valete in Christo ⁊

Đis is feo freols boc to đan mýnstre æt Býrtune. đe Æþelred cýng æpre ecelice gefreode gode to lofe ⁊ eallon his halgan toforfþunge fra fra hit pulfric gestaþelode fop hine ⁊ fop his ýlderena saple ⁊ hit mid munecon gesettte. þ đæt æpre inne đæs hades menn undep heora abbude gode đeoplan æfter sanctus Benedictus tæcincge ⁊

Quod Latinè sic interpretamur.

IN nomine Domini. Hîc declarat *Wulfricus* dilecto Domino suo testamentum suum, & omnibus amicis suis: hoc est, quod ego do Domino meo ducentas marcas auri, & duos gladios cum manubriis argentatis, & quatuor equos, duos (*scil.*) ephippiatos, & duos sine ephippiis, & arma quæ eò spectant. Item do cuique episcopo quinque marcas auri, & duobus archiepiscopis, ipsorum (*scil.*) utrique, decem marcas auri. Item do unicuique regulæ monachicæ (*vel*, monachorum ordini) unam libram, & cuique abbati, & cuique abbatissæ quinque marcas auri. Item do *Ælfrico* archiepiscopo terras illas apud **Dumeltun**, unà cum cæteris, pro animâ meâ, ut ipse amicus & adjutor eò propensior sit erga illum locum (monasterii *scilicet*) quem ego construxi. Item do *Ælfhelmo* & *Wulfago* . . .*. . . terrarum illarum inter **Ribbel** & **Paerse**, & in **Wirhale**, ut ipsi distribuant inter se maximâ quâ possint æqualitate, nisi eorum uterque suam propriam (*partem*) habere malit, eâ lege, ut quando ad squatinas capiendas itum fuerit *, uterque dec tria squatinarum millia loco illi apud **Byrtune**. Item do *Ælfhelmo* **Rolfestun**, & **Heozelfestun**. Item do *Wulfago* terras illas apud **Beozelfestune**, & apud **Perchamstune**. Item do *Ælfhelmo* terras illas apud **Cunugesburh**, dummodo ipse curet ut monachi habeant quotannis tertiam partem piscium, (*ibi scil. capiendorum*) & ipse duas partes. Item do *Wulfago* terras illas apud **Alswaldestune**. Item do *Ufegeato* terras illas apud **Northtune**, eâ lege, ut is amicus & adjutor eò propensior sit erga illum locum. Item do misellæ filiæ meæ, terras illas apud **Ellesorde**, & illas apud **Aclea**, cum omnibus quæ eo nunc pertinent, quamdiu dies ejus fuerint, (*i.e. quoad vixerit*) & post dies suos, transeant illæ ad locum illum (monasterium *scil.*) apud **Byrtune**: Ipsa autem (*ita*) possideat, ut nullo modo corrumpat; sed habeat usum fructum (*earundem*) quamdiu promereri possit: (*i.e. quamdiu benè se gesserit:*) transeat autem postea ad locum illum apud **Byrtune**, quoniam erat (*fundus iste*) susceptoris mei donum. Item volo quod *Ælfhelmus* sit ipsius patronus: terras autem illas, & illam apud **Tomtwurthin** nulli subjiciat servituti, nec cujusvis generis hominibus nisi ipsi principatum illum (*quem-*

* Aliquid hîc decidisse conjicio.

* *vel*, squatinarum capiendarum tempore advenienti.

hodie dicimus comitatum) habuerint. Item do *Wulfgaro* puero (*vel*, famulo) meo terras illas apud **Baltrytheleage** prout pater ejus ipsi illas conquisivit. Item *Morcare* terram illam apud **Maleshо**, & illam apud **Theagendethorpe**, & illam apud **Huntewille**, & illam apud **Clune**, & illam apud **Barleburh**, & illam apud **Ducemannestune**, & illam apud **Horesburh**, & illam apud **Ecclingtune**, & illam apud **Bectune**, & illam apud **Donecestre**, & apud **Horligtune**. Item do uxori tuæ **Aldulfestreo**, sicut modo constat, cum cibariis, (i. *terra fructibus*) & hominibus (*colonis scil.*) Item do *Ælfhelmo* cognato meo terras illas in **Paltertune**, & illas quas (*quidam*) *Segib* mihi legavit. Item do *Æthelrico* fundum illum apud **Wibbetofte**, & illum apud **Twongan**, in dies (i. *vitam*) tuos, & post dies tuos tranteat fundus ille pro animâ meâ, & pro matre ipsius, & pro suâ, in *Byrtonam*. Atque hæ sunt terræ quas ego do (*monasterio apud*) **Byrtone**, i.e. inprimis **Byrtone**, ubi monasterium istud fundatum constat, & **Stracton**, & **Bromleage**, & **Bedintune**, & **Gageleage**, & **Witestun**, & **Laganford**, & **Styrcleage**, & **Niwantun** apud vicum, & **Macdeodun**, & agellus ille quem habeo in altra **Niwentune**, & **Wynesfylle**, & **Sutton**, & **Ticenheale**, & apud **Scenctune**, & apud **Wicgestane**, & apud **Halen**, & apud **Remesleage**, & (*fundus*) ille apud **Scipica**, & ille apud **Suthtune**, & ille apud **Actune**, (quem teneo) in cuorum hominum dies, (*i. e. vitam*) prout pactum loquitur, & **Dezlafestun**, quoque eò spectat, id est, **Rudegard**, & agellus meus in **Cotewaltune** & **Lege**, cum omnibus eò spectantibus: **Acofre**, cum iis quæ eò spectant i.e. **Hilum**, & **Celfedum**, & **Ceteschurne**, & fundus ille hereoto (*servitute hactenus dicta*) obnoxius apud **Suttune**, & **Horlege**, & **Wraegeshals**, **Horton**, & omnis illa jurisdictio (*Normanno-Latinus* franchesia) quæ eò spectat, & fundus ille eò pertinens apud **Wyllesleage**, & **Dygodestun**, & **Winnesfeld** & **Snodeswic** ad *Mortunam* pertinens, & ille apud **Mathawylan**, & fundus ille apud **Aeppelby**, quem cum pecuniâ meâ, & apud **Westune**, & **Burtune**, & hida (*terra portio scil. alenda uni familiæ sufficiens*) apud **Scearnford** ad *Wiggestanam* pertinens, & ille apud **Hereburgebyrige**, & **Caldeswurthe**, & **Aelfredingtune**, & **Ecclesheale**, & apud **Waddune**, & una hida apud **Scton**. Item do conventui in **Tamwurthin** fundum illum apud **Langandune**, sic ut ipsi (*monachi*) illum mihi ante hac locarunt, & habeant ipsi usum fructum (*ejus*) dimidium, & dimidium monachi *Byrtonenses*, cum in cibariis, tum in hominibus, tum in pecudibus, tum in rebus omnibus. Et episcopus accipiat terram suam apud **Bubandune**, & accipiant monachi *Byrtonenses*, id quod in fundo illo exitus erit, tam in hominibus, quàm in rebus omnibus, & fundum illum episcopo exinde tradant. Item volo ut rex sit dominus monasterii illius quod ego construxi & prædiorum illorum quæ ego illi legavi, Dei in laudem & honorem, pro domino meo, & pro animâ meâ. Et *Ælfricus* archiepiscopus, & *Ælfhelmus* frater meus, (*vole*) ut sint patroni, & amici, & advocati illius loci contra omnes homines, ab eis non in propriam (*ipsorum*) possessionem (*capessendi*) nisi secundùm sancti *Benedicti* regulam. (*curam scilicet habeant ut res & bona loci nemini cedant in peculium, sed omninò pro regula S. Benedicti ratione disponantur.*) Item do filiæ meæ lustricæ (*sive* in baptismo à me susceptæ) *Morcare* & *Ealdgitha* fundum illum apud **Straettune**, & bullam illam quæ fuit aviæ suæ & monasterio illi apud **Byrtune** (*de*) centum equos feros (*vel*, indomitos) & sedecim quos domitos, (*forsan* spadones) & præterea quicquid habeo, vivum (*scil. sit*) vel mortuum, præter ea quæ (*supra*) legavi. Et Deus omnipotens eam avertat ab omni divino gaudio, & ab omni Christianorum communione, qui hoc (*testamentum*) averterit, nisi meus proprius naturalis dominus sit. Quin & spero eam adeo bonum, adeoque misericordem (*fore*) ut nec id ipse facturus sit, neque etiam ab ullo alio fieri sit passurus. Valete in Christo.

Burtonensis cœnobii prædia

Hæc est magnifica illa charta (*charta donationis scil.*) monasterii apud **Byrtune**, quod *Æthelredus* rex semper & æternum liberum fecit, Dei in laudem, omniumque Sanctorum ejus in honorem, sicut id *Wulfricus* antea stabilivit, pro suâ & pro antecessorum suorum animabus & id monachis assignavit, ut inibi semper hujus ordinis viri * sub eorum abbate Deo serviant secundùm sancti *Benedicti* doctrinam (*vel*, institutionem.)

* *Vel*, hi sacris initiati.

Locorum hic memoratorum (cum sint) nomina vetusta ex modernis illustrata.

Dumeltun.	**Dumbleton**, in com. *Glouc.*
Ribbls ⁊ Mapfe.	*Lancastriæ* pars tria (fortè) wapentachia. } **Derby. Leland. Salford.**
piphalum.	**Wyrehall**, juxta *Cestriam.* (viz foresta de **Wirehall.**
Rollfertun.	**Rollestun**, in comitatu *Derb.*
Heopelfertun.	**Harlaston**, juxta **Clifton**, in com. *Staffordiensi.*
Beonelfertune.	**Barleston**, in com. *Stafford.*
Majchamtune.	**Marchington**, juxta **Uttoxeter**, in com. *Staffordiensi.*
Cununzerburh.	**Coningesborough** juxta **Doncastre**, in com. *Ebor.*
Alpalfertune.	**Alveston**, in com. *Derbiensi.*
Nopfpetune.	**Norton**, in com. *Derb.* (in Scarsdale.)
Elleforda.	**Elleforde**, in com. *Staff.*
A lea.	**Dheley** juxta **Elleford.**
Tompurhm.	**Tamesworth**, in com. *Staff.*
Baltunyheleage.	**Balterley**, in com. *Staff.*
palarho.	**Walshall**, in comitatu *Staff.* fortasse.
Deozendehorpe.	. . . . .
Hpitepille.	**Whittwell**, in com. *Derb.*
Clune.	**Clowne**, in com, *Notting.*
Baplebupl.	**Barlborough**, } in cō. *Derb.*
Ducemannertune.	**Duckmanton**, }
Morerburh.	. . . . .
Ecclingtune.	**Ekinton**, in com. *Derb* } in Scarsdale
Bectune.	**Beighton**, in com. *Derb.* }
Donecestre.	**Doncastre**, in com. *Ebor.*
Morligtune.	. . . . .
Aldulfestreo.	**Audrey**, in com. *Warw.*
Paltertune.	**Palterton**, in com. *Derb.*

pub-

pibbetoptre.	**Wibtoft**, in comitatu *Warw.*
Tponzan.	**Tonge**, in comitatu *Leicestrienſi*, juxta **Dunnington.**
Stpætton.	**Stretton** juxta **Burton**, in comitatu *Staff.*
Bpomleaz.	**Bromley-Abbots**, in comitatu *Staff.*
Bedintune.	In comitatu *Staff.*
Gazeleaze.	
Nipantune.	
pædeðun.	
Nipantune.	
pynerhylle.	In comitatu *Staffordiæ* juxta **Tuttbury.**
Stuttun.	**Sutton**, in comitatu *Derb.* propè **Tutbury.**
Ticenheale.	**Tikenhall**, in com. *Derb.*
Scenctune.	**Shankton**, in comitatu *Leic.*
picgerstune.	**Wigston**, (cum duobus campanilibus) in com. *Leic.*
Halen.	
Remerleaze.	**Ramsley**, in paroch. de **Aveley**, in comitatu *Salopienſi.*
Sciplea.	**Shipley**, juxta **Claverley**, in comitatu *Salopienſi.*
Suhtune.	
Actune.	**Acton**, in com. *Staff.* fortaſſe.
Deoplastestune.	**Dozlaston** juxta **Stone**, in comitatu *Staffordiæ.*
Rudezapd.	**Rudyard**, in comitatu *Staff.*
Cotepaltune.	
Acopre.	**Okeover**, in com. *Staff.*
Hilum.	**Ilum**, in com. *Staff.*
Celstouu.	
Cetterhupne.	**Catterne**, in com. *Staff.*
Stutton.	**Sutton**, in com. *Derb.*
Mopleza.	**Morley**, in com. *Derb.*
Bpezerhale.	**Bredehale**, in com. *Derb.*
Moptun.	
pillerleza.	**Willsley**, in comitatu *Derb.*
Ozzodertun.	**Ogston**, in comitatu *Derb.*
pinnepelos.	**Wingfield** manerium, in comitatu *Derbienſi.*
Snoderpic.	
Moptun.	
Æppelbye.	**Appleby**, in com. *Leiceſt.*
pertune.	**Weston**, in com. *Derbienſi.*
Burhton.	**Burton** ſuper **Trent**, in com. *Staff* ubi abbatia ſita.
Sceapnporda.	**Sharnford**, in com. *Leic.*
pizzertune.	**Wigston** parva juxta **Sharnford.**
Herburzebirig.	**Harbury**, in com. *Warw.*
Ældepburh.	**Aldsworth**, in com. *Notting.*
Ælfredingtune.	**Alfreton**, in com. *Derb.*
Eccleshale.	**Eccleshall** (in **Scaresdale**) in com. *Derb.*
pavdune.	
Sceon.	**Shene**, in com. *Derb.*
Langandune.	**Longdon**, in com. *Staff.*
Budandune.	**Dubbington**, in com. *Staff.*

Charta Æthelredi regis.

Adhuc ex eodem regiſtro, de Burton. fol. 1.

"POſtquam maleſuada veneniferi ſerpentis ſuggeſtio primum generis humani parentem, invidia fraudulenti, ſeduxit edulio pomi, mortis continuò ſententia, hujuſque vitæ ærumnoſa ipſi protoplaſto opponitur peregrinatio. Unde & in poſteros mortiferæ cumulus damnationis ob multiplices iniquitatum exercitationes adeo excrevit, ut totius adinventor maliciæ diabolus, ab ipſius quã prædiximus, radice originis totam ſibi fermè hominum progeniem, divina permiſſione, & culpa exigente, ad pœnas conſociaret gehennales, ejus tumidæ ab initio ſatellitumque conſpirantium præparatas elationi, donec unicus æterni patris verbigena ſubſtantia, dolens periſſe quæ ſuæ ymaginebatur ſimilitudini miſterio ſecretiori in ultima ſeculi ætate virginea ſeſe carne velaret, ac verus Deus veruſque homo inter homines ſine peccati macula in perſonæ converſaretur unitate. Idque ſupernum concilium inimico in tantum celabatur, ut ipſum gula, vana gloria, avaritia quibus armis primum proſtraret hominem, adgredi non diffideret; autumans ipſum qui totius bonitatis fons caputque eſt laqueo iniquæ poſſe irretiri prævaricationis; ſed ſacræ Scripturæ teſtimonio tertiò ab ipſa tranſverberatus veritate, umbras denuò victus repedat infernales. Huic noſtræ auctori ſalutis mox famulatus adfuit angelicus. Eiſque omnibus, ita ut dixmus, humanitatis exactis, Jeſus ſancto refectus pneumate, ſapientia ætate proficiens & gratia medicamenta reſtaurationis humanæ tali protinus propoſuit inſtitutione, *pœnitentiam* (inquiens) *agite, appropinquabit enim regnum cælorum.*

"Hæcque & alia ſuæ documenta pietatis multiplicis dignatus eſt confirmare ſignis miraculorum, cæcos illuminando, ſurdis auditum reddendo, mutis loquendi officium, mancis manuum utilitatem, claudis gradiendi poſſibilitatem, paraliticis membrorum integritatem, leproſis corporis emundationem, lunaticis dæmoniaciſque obſenſum mentis, mortuis vitam, vivis viam vitæ hujuſmodi ſententiis celerando: *Currite dum lucem habetis ut non tenebræ vos comprehendant.* Verumtamen hoſtis inſidiis antiqui infidelium corda *Judæorum* inter hæc omnia obduraverunt, ut ipſum mediatorem Dei & hominum poſt illata probra & flagella cruci adfigere animo non metuerint cæcato. Qui tamen corpus animatum tertia die incorruptibile victor reſumpſit, & immortale, diſcipuliſque palpandum clauſis exhibuit januis, quadraginta inter eos, crebrius illis apparendo, converſatus ymeras, illiſque adſtantibus & intuentibus die quadrageſima cœli petiit habitacula, collocans ſecum noſtræ carnis ſubſtantiam in paterna dextera throni, angelis hæc verba apoſtolis pronunciantibus. *Sic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.* De quo adventus ſui die ita ipſe prophetavit, *Dies*, inquit, *ille, dies iræ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tribulationis & anguſtia,*

" *guſtia, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis*
" *& turbinis, dies tubæ & clangoris.*

" Tanti ſiquidem formidine diei adtactus, &
" tam diſtricto judici placere geſtiens, Ego *Æ-*
" *thelred* Rex *Anglorum*, offero ipſi domino
" noſtro Jeſu Chriſto, libertatem monaſterii cu-
" juſdam vulgari uſu aet Byrtun appellati, ut
" ſit ſemper cum omnibus quæ ſibi ſubjacent vil-
" lulis, prædiis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, aqua-
" rum decurſibus, piſcationum hoſtiis & cunctis
" neceſſitatis humanæ utenſilibus, æterna ſecuri-
" tate liberrimum, ut illud nobilis progenici mi-
" niſter *Wlfricus* extruxit & collegio inſtituit mo-
" nachico, dominium loci & in eo habitantium,
" meæ regali committens dominationi. Habeat-
" que abbas vocabulo *Wlfgeat* ad hoc ordinatus
" eſt primus, liberam facultatem interiùs exteri-
" ùſque ſub meæ ditione illud gubernandi poſt
" poſito cujuſlibet alterius hominis dominio.

" Hæc verò libertas hujus privilegii annota-
" tione ideo roboratur, quatinus in ipſo loco ejuſ-
" dem quo prædiximus ordinis familia jugitur re-
" gulari more ſub abbate tunc ſibi prælato juxta
" S. militans *Benedicti* adgregetur, ſpeſq; præſcrip-
" ti miniſtri qui hoc Chriſto contulit monaſteriũ,
" per puram in ipſo habitantium converſationem,
" ſanctamq; eorum interceſſionem ad cœleſtiũ re
" muneratione erigatur divitiarũ. Verùm ſi quiſ-
" piam altioris inferioriſve perſonæ hunc locũ de-
" vaſtare, vel quicquã ex eo abſtrahere ſeu minuere
" aut in ſervitutem ſtuduerit redigere, tribus tan-
" tummodò exceptis, expeditione ſcilicet, arcis
" pontiſve conſtructione, ſciat ſe à cœleſti alieni-
" genari gloria, & gehennalia ſubire tormenta, ubi
" vermis eſt non moriens & ignis indeficiens den-
" tiumque ſtridor intolerabilis, ni citiùs â ſua re-
" ſipiſcat pravitate. E contrario, ſi quis hoc do-
" num quod Chriſto offertur augmentare volue-
" rit, noverit cœleſtia ſe recipere præmia, ubi
" Chriſtus omnia in omnibus, dies ſine nocte, lux
" indeficiens, claritas ſempiterna, vita perpetua,
" gloria ineffabilis, gaudium ſine fine.

" Hæc ſunt nomina villarum quæ præfatus mi-
" niſter ipſi ſancto devotiſſimè ſubegit monaſte-
" rio.

Æreſt Byrtune þe þ mynſter on ſtent. ⁊ Stpætun. ⁊ Bromleage. ⁊ Beorntun. ⁊ Gageleage. ⁊ pirdeſtun. ⁊ Lagancroſde. ⁊ Stýncleage. ⁊ Nipantun æt ðære pic. ⁊ pædeðun. ⁊ oþer Nipantun. ⁊ þinerhýlle. ⁊ Suþtun. ⁊ Ticenhealle. ⁊ þæt æt Scenctune. ⁊ þ æt Halen. ⁊ Remeſ leage. ⁊ ðæt æt Scipleia. ⁊ ðæt æt Suþtune. ⁊ þ æt Actune þrezra manna ðæg eal; pa ða copepard ; preocaþ. ⁊ þ æt Orlaſeſtune. ⁊ Lege mid eallon ðam ðe ðærto hýrþ. Hilum ⁊ Acorne mid eallon ða ðe ðar in to hýrþ. ⁊ Bnæzdeorheale. ⁊ Mortun. ⁊ eal ſeo ſocn ðe ðærto herenþ. ⁊ þilleſ leage. ⁊ Taþa pillan. ⁊ Æppelbý. ⁊ þæt æt Burhtune. ⁊ æt peſtune. ⁊ ðæt æt pirzeſtune. ⁊ þ æt Sceapnforda. ⁊ þ æt Ealderſýnne. ⁊ ðæt æt Ælfredincztune. ⁊ þæt æt padune. ⁊ þ æt Snodeſpic. ⁊ þæt æt ſýnneſelð. ⁊ þ æt Ozzedeſtune ſoſþ in mid Mortune. ⁊ þ æt Henebunzebýrig. ⁊ ðæt æt Ecclesþale. ⁊ þ æt Suþtune. ⁊ þ æt Mopleze?

" Scripta ſiquidem eſt hujus libertas privilegii
" anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti
" Miiij. indictione ij. horum teſtimonio ſapien- 1006.
" tum, quorum nomina inferiùs annotata cer-
" nuntur.

" Ego Æþelred Rex *Anglorum* hoc donum
" perpetuâ ditavi libertate. Ego Æþelſtan fili-
" us regis. Ego Eczbýhт filius regis. Ego Æð-
" mund filius regis. Ego Æðric filius regis. Ego
" Eðzar filius regis.

" Ego Ælfric archiepiſcopus compoſui.
" Ego plſtan archiepiſcopus concluſi.
" Ego Ælfheah epiſcopus conſignavi.
" Ego Ælf'un epiſcopus conſenſi.
" Ego Lýuuinz epiſcopus condixi.
" Ego Æþelric epiſcopus confirmavi.
" Ego Ælf'helm epiſcopus corroboravi.
" Ego Oſcbýhт epiſcopus aſſenſi.
" Ego Godpine epiſcopus adquievi.
" Ego Ælfzar epiſcopus adunavi.
" Ego Godpine epiſcopus affirmavi.
" Ego Sizeþerþ epiſcopus auxiliatus ſum.

" Ego Ælpeardus abbas Ego pulfheah miniſter
" Ego Ælfricus abbas. Ego pulſtan miniſter.
" Ego pulfzarus abbas. Ego Stýr miniſter.
" Ego Keanulfus abbas. Ego Morkare min.
" Ego Ælfricus abbas. Ego Fræna miniſter.
" Ego Germanus abb. Ego Æþelric miniſter.
" Ego Godemannus ab. Ego Æþelmer miniſter
" Ego pulfricus abbas. Ego Ælfzar miniſter.
" Ego Leofricus abbas. Ego Æþelpold min.
" Ego Byrhtpoldus abb. Ego Ulfcýtel min.
" Ego Eadred abbas. Ego Eadric miniſter.
" Ego Æmer abbas. Ego Godpine miniſter.
" Ego Ælfric dux. Ego Æþelpeard min.
" Ego Ælfhelm dux. Ego Ælfzar miniſter.
" Ego Leofrine dux. Ego Lefrine miniſter.
" Ego Æþelmer min. Ego Byrtheſne min.
" Ego Oſculf miniſter. Ego Lefrins miniſter.
" Ego pulfzeat min. Ego Ælmer miniſter.

Bulla *Lucii* papæ tertii.

LUcius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis* lib. fo. 7. a.
filiis Ricardo *abbati monaſterii de* Burthonia,
ejuſque fratribus tam præſentibus quàm futuris
regulariter vitam profeſſis, imperpetuum. Pia po-
ſtulatio voluntatis effectu debet proſequente com-
pleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter eni-
teſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſ-
ſumat. Eapropter, dilecti in domino filii, veſtris
juſtis poſtulationibus vehementer annuimus, &
præfatum monaſterium de Burthonia, *in quo divino*
eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri *& noſtra*
protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privile-
gio, communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes,
ut ordo monaſticus qui ſecundùm domini & beati
Benedicti *regulam in eodem monaſterio noſcitur in-*
ſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter
obſervetur. Præterea, quæcumque poſſeſſiones,
quæcumque bona, idem monaſterium inpræſentia-
rum juſte & canonicè poſſidet, aut in futurum con-
ceſſione pontificum, largitione regum vel principum,
oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante
domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſuc-

ceſſoribus

cessoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipsum in quo idem monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis : villam de Burthonia cum ecclesia & omnibus appendiciis suis : villam de Bzantestun, Sobenhal, terram de Tatenhille, Hozniglawe, Straton, Withmere, Ansedelega ; villam de Winethull. Berstrote, Tichenhale ; villam de Stapenhille, Appelby, Aldulfestre, Caldewell ; terram de Wulfrichestun ; villam de Pilatehale ; villam de Witcstone ; villam de Derlavestun, cum omnibus pertinentiis suis ; villam de Bromlega, cum ecclesia & omnibus pertinentiis suis ; villam de Felda, & villam de Lega, cum ecclesia & omnibus pertinentiis suis, ex dono Wulfrici Spotti vestræ ecclesiæ fundatoris.

Ex donatione bonæ memoriæ Willielmi regis Angliæ, villam de Offra cum ecclesia & omnibus pertinentiis suis : villam de parva Offra cum capella : Findernam cum capella : Pothlac cum capella : villam de Wilentona cum ecclesia : ecclesiam sanctæ Mariæ de Derbeya cum duobus molendinis, & terram in eadem villa : terram de Henofra. Ex donatione quoque prædicti Wulfrici Spotti, Plum cum ecclesia & omnibus appendiciis suis : Acofram cum capella : Cathesturne & capellam de Blora cum pertinentiis suis : capellam de Grendona cum pertinentiis suis : capellam de Calfdona, capellam de Scona cum tota decima : decimam de Lintona de terra illa quæ pertinet ad feudum de Caldewella cum tota decima ; totam etiam decimam de Truelega, decimam de Posidene, decimam de Waterfale, de parte illa quæ vocatur Haselbache, cum tertia garba de alia parte. Terram quam habetis in Staffordia, decimam de Neutuna, terram de Hamtona, ecclesiam de Stapohull cum omnibus pertinentiis suis, decimam videlicet de Dzachelawe cum capella, capellam de Pescrote cum tota decima, capellam de Nova-aula cum tota decima, & totam decimam de Stantona.

Sanè novalium vestrorum quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos à sæculo fugientes liberos & absolutos ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit de ipso absque abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, discedere. Discedentem verò sine communium literarum cautione nullus audeat retinere. In parochialibus verò ecclesiis quas habet, ulicet vobis clericos vel sacerdotes eligere, & diœcesano episcopo presentare, quibus si idonei fuerint, episcopus curam animarum committat, & ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus, debeant respondere. Crisma quoque, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, à diœcesano episcopo vobis sine pravitate aliqua præcipimus exhiberi. Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis, submissa voce, divina officia celebrare. Sepulturam præterea ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salva tamen justitia illarum ecclesiarum quibus mortuorum corpora assumuntur. Prohibemus etiam, ut nullus archiepiscopus, vel episcopus, aut eorum officialis, in vos vel ecclesiam vestram excommunicationis vel suspensionis aut interdicti, sententiam sine manifesta & rationabili causa promulgare præsumat, vel novas aut indebitas exactiones imponat. Libertates insuper, & immunitates, ac rationabiles consuetudines in ecclesia vestra hactenus observatas ratas habemus, easque futuris temporibus illibatas volumus permanere.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate & diœcesani episcopi canonica justitia. Si quæ igitur in futurum, ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Ego Johannes presbyter cardinalis tituli sancti Marci subscribo (&c.) Data Veronæ per manum Hugonis sanctæ Romanæ ecclesiæ notarii, iij. Non. Septembris, indictione iij. incarnationis dominicæ anno MClxxxv. pontificatus verò domini Lucii papæ iij. anno quarto.

Historia fundatoris, & Abbatum.

Illustris & præpotens consul ac comes *Mercitorum*, Dominus *Wulfricus Spott*, regali propinquus prosapiæ, abbatem *Wulfgetum* & monachos à *Wintonia*, in monasterium suum de Burton super Trent, quod cunctis commodis copiosè condidit, primitùs induxit, anno Domini millesimo quarto, & regni *Etheldredi* xxv. In cujus claustro charissima ejus conjux domina *Elfwitha* sub arcu lapideo juxta hostium ecclesiæ inferioris venerabiliter est tumulata, cujus solamen semper cœlo fiat. *Amen.* Ipse verò sexto anno sequenti, apud Gipiswich à *Danis*, in bello letaliter contusus, die lunæ xj. kal. Novembris anno Domini M. x. & regni *Etheldredi* prædicti xxxj. feliciter migravit ad dominum, & in claustro monasterii sui antedicti, sub arcu lapideo juxta hostium ecclesiæ superioris, honorificè est tumulatus, fratre suo duce *Alwino*, & comite *Morkero*, ceterisque cognatis ejus & amicis largas terrarum tribuentibus possessiones. Quem Sanctorum solamen semper lætificet *Amen.*

Ex Chronico Abbatum Burton. penes Will. dominum Paget. an. dom. 1640.

Christi

Christi millenis transactis quatuor annis,
Est fundata domus Burtonia, cui quoque patronus
Spot Wulfricus *erat, si quis de nomine quærat.*

1. VVlfgetus monachus *Wintoniæ*, sicut supradictum est, prædicti monasterii de **Burton** super **Trent** primus abbas factus est, anno Domini Mlxj. & regni prædicti regis *Etheldredi* xxv. & præfuit monasterio xxij. annis, temporibus prædicti *Etheldredi*, *Edmundi*, & *Canuti* regum *Angliæ*, & obiit die Jovis xij. kal. Maii anno Domini Mxxvj. & regni *Canuti* prædicti x. Prædictus vero *Wulfgetus* adquisivit à rege *Etheldredo* villas de **Withmere**, & de **Rolleston** pro **Alleswath** & **Alfordington**, quæ longè erant à monasterio, pro lx. libris in auro & argento, ut patet per cartas de eisdem.

2. *Briericus* monachus *Wintoniæ* successit prædicto *Wulfgeto*, & præfuit monasterio xxiiij. annis, tempore *Canuti*, *Haraldi*, *Hardekanuti* & sancti *Edwardi*, regum *Angliæ*, & obiit die sabati xij. kal. Maii, anno Domini Ml. & dictus sanctus dedit monasterio de **Burton**, **Willington** cum ecclesia ejusdem, & **Stapynhull** cum ecclesia ejusdem.

3. *Leuricus* monachus *Wintoniæ* successit dicto *Briterico*, & præfuit monasterio xxxv. annis tempore S. *Edwardi* confessoris, *Haraldi* perjuri, & *Willielmi* primi regis *Angliæ*. Et obiit die lunæ viij. die idus Januarii anno Domini Mlxxxv. & dicti regis *Willielmi* xix. sepultus quoque est. Hic spoliavit feretrum sanctæ *Modwenæ* quod satis pretiosum erat, inflictu cujusdam aurifabri ad alendum inopes, quia fames ægra fuit, de quo dominus sumpsit vindictam, ut in miraculis dictæ virginis plenius continetur. Et anno ejus xviij. fuit conquestus *Angliæ*. Item hujus tempore dedit rex *Willielmus* prædicto monasterio manerium de *Overa* cum suis pertinentiis; videlicet parva *Overa*, *Fynderna*, *Henvera*, **Potlac**. Item in **Derby** ecclesiam sanctæ *Mariæ* cum suis pertinentus, duas sedes molendinorum videlicet **Copecastelmyln** cum insula ejusdem, *le* **Schiriſmyine**, cum ceteris terris. Et xij. acras prati, cum ceteris consuetudinibus in **Walwikstrete** ibidem, in recompensatione ceterarum terrarum quas abstulit de prædicto monasterio, ut habetur in libro de **Domusdate** apud *Wintoniam* & *Westmonasterium*.

4. *Galfridus mala terra*, monachus *Wintoniæ* successit dicto *Leverico*, & præfuit monasterio x. annis, tempore *Willielmi* primi, & *Willielmi* secundi regum *Angliæ*. Hic propter dissipationem terrarum ceterorumque bonorum monasterii, inde expulsus est, anno Domini Mxciiij. & dicti regis *Willielmi* secundi septimo. Hujus tempore idem rex *Willielmus Rufus* dedit monasterio villas de **Coton** & **Cawlowall**, &c. ut habetur in libro de **Domusdate** apud *Wintoniam* & *Westmonasterium*. Item hujus tempore, contigit illud grande miraculum, vel illa horrenda vindicta de duobus rusticis de **Stapinhull**, apud **Drakelowe**, qui confugerunt ad *Rogerium Pictavium* comitem de **Drakelowe**, ut habetur in miraculis sanctæ *Modwenæ* virginis; unde processit illud vulgare dictum, **The Devill of Drakelow**.

5. *Nigellus*, monachus & sacrista *Wintoniæ*, successit antedicto *Galfrido*, & præfuit monasterio annis xxj. tempore *Willielmi* secundi & *Henrici* primi regum *Angliæ*, & obiit die sabbati vj. nonas Maii, anno Domini MCxiiij. & dicti regis *Henrici* xiiij. Hujus tempore contigit illud miraculum, vel illa vindicta de custode nemorum comitis *Toresburiæ* de amissione oculorum ejus. In novissimis diebus ejusdem, inchoatum fuit novum opus in occidentali fine ecclesiæ.

6. *Galfridus*, monachus & prior *Wintoniæ* successit prædicto *Nigello*, & præfuit monasterio xxxvj. annis, tempore *Henrici* & *Stephani* regum *Angliæ*. Hic cessit sequenti *Roberto* anno Domini MCl, & obiit die lunæ iiij. non. Augusti anno sequenti, videlicet anno Domini MCli. & dicti regis *Stephani* xvj. Hic dictavit vitam & miracula sanctæ *Modwenæ* virginis, pro qua misit in *Hiberniam*, ut habetur in prohemio ejusdem. Item construxit speciosum campanile super chorum coopertum plumbo diversi tot..... ut habetur in miraculis dicta virginis, in fine.

7. *Robertus*, monachus *Wintoniæ* successit dicto *Galfrido*, & præfuit monasterio ix. annis tempore antedicti *Stephani* & *Henrici* secundi filii imperatricis regis *Angliæ*. Hic propter alienationem possessionum & rerum monasterii depositus & expulsus est de abbatia, anno Domini MClx. & dicti regis *Henrici* quinto. Iste *Robertus* dedit villam de **Cotes** alias **Coton** cuidam vicecomiti de **Stafford**.

8. *Barnardus*, quondam monachus *Glovernia*, postea abbas de **Cerne**, unde recessit propter magnas ejusdem domus exordinationes, successit antedicto *Roberto*, & præfuit monasterio xvj. annis tempore *Henrici* secundi, & *Thomæ Cantuariensis* archiepiscopi, & obiit die martis iij. kal. Feb. anno Domini MClxxv. & dicti regis *Henrici* xxj. Hic prosecutus est propter villam de **Cotes** sive **Coton**, & recuperavit eam.

9. *Robertus* antedictus sic antea expulsus iterum successit prædicto *Barnardo*, & præfuit monasterio uno anno & dimidio, consensu fratrum, tempore prædicti regis *Henrici* secundi, filii imperatricis, & obiit die veneris xv. kal. Decembris anno Domini MClxxvij. & dicti regis *Henrici* xxiij.

10. *Rogerus Malebraunch*, Prior *Malverniæ majoris*, successit prædicto *Roberto*, & præfuit monasterio iiij. annis & amplius, tempore *Henrici* secundi, & obiit die dominica secundo nonas Maii anno Domini MClxxxij. & dicti regis *Henrici* xxviij. Hic implacitavit *Stephanum Segrave* pro villa de **Coton** sive **Cotis** qui ejecit eum inde, & adhuc pendet placitum, quia Rex inde seisitur.

11. *Ricardus*, Prior de *Reffa*, successit dicto *Rogero*, & præfuit monasterio ferè v. annis, tempore *Henrici* secundi, & obiit die veneris xiij. kal. Maii anno Domini MClxxxviij. & regis *Henrici* antedicti xxxiij.

12. *Nicholaus*, Prior *Abendoniæ*, successit prædicto *Ricardo*, & præfuit monasterio xij. annis tempore *Henrici* secundi & *Ricardi* primi, regum *Angliæ*, & obiit die jovis idus Decembris anno Domini MClxxxxvij. & dicti regis *Richardi* viij. sepultusque est ante altare sanctæ *Modwenæ* virginis

ginis interduos fratres. Hic fecit primum Burgum de **Burton**, videlicet villam & novum vicum de **Burton**. Item dimisit coquinam conventui, & dedit ad pitanciam eidem, ut patet per cartas inde.

13. *Willielmus Melburne*, monachus de *Radingia*, successit prædicto *Nicholao*, & præfuit monasterio xvj. annis, tempore *Richardi* primi, & *Johannis* regum *Angliæ*, & obiit die Jovis viij. kal. Augusti, anno Domini MCCx. & anno regis *Johannis* xvj. Anno hujus primo facta erat revelatio Reliquiarum ecclesiæ *Burtonii*, ut patet in libro de eadem revelatione. Item hic burgum à magno ponte de **Burton** usque ad novum pontem versus **Hoxningtowe** fecit, & dedit burgensibus cartam inde, & tenuit ibidem primò forum & feriam. Item dedit capellæ sanctæ *Modwenæ* in *Anderseya* xij.d. de burgagio *Roberti* de *Pecco*, quia *Galfridus* episcopus præcepit ei in dedicatione ejusdem ut dotaret eam in aliquo. Item dedit coquinæ molendinum de **Stwardmore**, & cameræ xviij.s. de terra *Willielmi* de **Derby**, & xij.d. ad lampadem coram cruce, & x.s. ad obitum suum.

14. *Rogerus Normannus*, monachus de *Normannia*, successit prædicto *Willielmo*, & præfuit monasterio ferè duobus annis, tempore regis *Johannis* & *Henrici* tertii regis *Anglia*, & obiit die lunæ xviij. kal. Octobris, anno Domini MCCxviij. & dicti regis *Henrici* anno primo. Hic dedit coquinæ virgatam terræ, quæ fuit *Johannis* de **Lane**.

15. *Nicholaus* de **Wallingford**, monachus & Prior *Burtonii* successit antedicto *Rogero*, & præfuit monasterio vj. annis, tempore *Henrici* tertii regis *Angliæ*; & obiit die Martis quarto kal. Augusti anno Domini MCCxxij. & dicti regis *Henrici* vj. Hic dedit coquinæ unam virgatam terræ quæ fuit *Johannis Pikhull*, & decimam de **Horinglow**, & relaxavit servicium parochianorum in lapicidina, pro quodam annuo censu. Item fecit tenentibus totius parochiæ tam liberis quam nativis cartam de minutis decimis, pro quodam annuo redditu.

16. *Ricardus* de *Insula*, monachus & Prior sancti *Edmundi*, successit dicto *Nicholao*, & præfuit monasterio vj. annis, tempore dicti regis *Henrici* tertii. Et postea electus est in abbatem sancti *Edmundi*, anno Domini MCCxxix. & dicti regis *Henrici* xiiij. Iste *Ricardus* fecit capellam sancti *Edmundi* & donavit eidem certos redditus, & dedit eandem capellã Priori cum redditibus eisdem. Item dedit coquinæ conventuali molendinum superius contra **Stapinhull**, & de **Stretton** super *Dousam*, &c. in permutatione cum camerario, & vj.s.viij.d. ad pitanciam in die obitus sui, qui est iiij. kal. Septembris, & erat redditus dicti burgi ad abbatem pertinentis, (ut patet per rentale inde) xlv.s. viij.d.

17. *Laurencius*, monachus & coquinarius **Burton** successit prædicto *Ricardo*, & præfuit monasterio xxxij. annis, tempore *Henrici* tertii, & installatus est in festo translationis sanctæ *Modwenæ* virginis, & obiit die Mercurii sexto nonas Julii, anno Domini MCClx. & dicti regis *Henrici* lxv. sepultusque est sub arcu superius inter altare martyrum & capellam sanctæ *Mariæ* virginis. Hic dedit conventui molendinum de **Alvestre** & vivarium in viridario ad recreationem infirmorum & elemosinariæ illam domum lapideã juxta ecclesiam ad pauperes suscipiendos, & in die obitus sui ad coquinam x.s. & ad vinum x.s. & ad pauperes x.s. & de granario abbatis singulis monachis singulos simnellos. Et hujus tempore inchoata fuit capella beatæ *Mariæ* virginis, & erant in conventu xxx. monachi. Item habuit placitum cum villanis de *le* **Hurst** apud **Bromley**. Hujus tempore fuit redditum burgagium.

18. *Johannes Stafford*, monachus & Prior *Burtoniæ* successit dicto *Laurencio*, & præfuit monasterio xx. annis, tempore *Henrici* & *Edwardi* regum *Angliæ*. Et cessit die sabati xix. kal. Februarii anno Domini MCClxxx. & dicti regis *Edwardi* viij. & monachatus sui lx. & obiit vij. kal. Martii, sepultusque est in capella beatæ *Mariæ* sub lapide marmoreo, ferè in medio ante altare. Et hoc est epitaphium sepulchri ejusdem;

Hic jacet abbas Johannes *de* **Stafforde**, *cujus animæ propicietur Deus, & det vitam æternam.* Amen.

In hujus tempore Prior *Michael* fecit dictam capellam, qui similiter jacet ibidem sub marmore juxta altare, à sinistris ejusdem *Johannis* abbatis. Et hoc est epitaphium ejus scriptum gallicè;

Ici git dam Michel *de* **Merchinton** *a ki alme Dieu face pardon & joye pardurablement li done Dieu omnipotent.* Amen.

Anglicè.

Here lyeth dawn Michel **of** Merchinton, **to whose sole God make pardon, and joy everlasting to him give God almighty.** Amen.

Iste *Johannes* fecit burgum de **Bradwate** *a le* **Bycrelecrosse**, **Pantasie**, & **Andesleyteff**, & remisit v.d. de tenemento quod *Willielmus Davy* tenuit, pro via amplianda ibidem versus **Whytemore**, ubi prius non erat nisi modica semita. Item dedit coquinæ conventuali piscariam inter vadum de **Drakelowe** & molendinum ibidem, & contra terram de **Stretton**, & xl.s. de molendino de **Bromley**. Item fecit seldas in foro de **Burton**, & dedit easdem Elemosinario, &c. Item habuit placitum cum villanis de *Overa* pro quo obligavit C.s. capellæ de **Hallowe**, &c. Hic quoque natus est in **Stretton**. Ex bonis parentum suorum fecit pontem ibidem ultra aquam de **Dowse**, ideo vocatur *le* **Monksbrigge**. Hujus tempore videlicet anno ipsius xj. fuit redditus burgi de *Burtona* vij.l. vj.s. j.d.

19. *Thomas Pakington*, monachus & Prior *Burtonensis*, successit dicto *Johanni*, & præfuit monasterio ferè xxvj. annis, tempore *Edwardi* prædicti. Et obiit die Jovis kal. Octobris anno Domini MCCCv. & dicti regis *Edwardi* xxxiij. sepultusque est in medio ante summum altare sub lapide marmoreo cum cruce, modo ligni frondosi. Qui quidem lapis postea translatus est in **Anderseye** per *Thomam Feylde* abbatem, & jacet super tumbam sanctæ *Modwenæ* virginis. Hic

fecit burgum de *le* **Cattestrete** per medium de **Swarmore** usque **Pikenelstrete.** Et dedit coquinariæ tres acras prati ad molendinum superius. Et anno ejus sexto fuit maxima fames, ob quam fecit burgum prædictum. Et xvj. die Decembris anno ejus xij. quidam puer dictus *Willielmus Bonde* ascendit trabes ecclesiæ ante summum altare cum quodam carpentario vocato *Roberto Helcote*; & hora vespertina quando antiphona *O sapientia* incipiebatur, decidit in terram & expiravit. Et sic ejus tempore facta fuit nova fabrica cancellæ ecclesiæ superioris & consummata. Et circa festum exaltationis sanctæ crucis anno ejus xxiij. facta est dissentio inter monasterium de **Burton** & liberè tenentes de patria pro quodam fossato facto circa nemus de **Wynhull.**

20. *Johannes Piscator*, alias **Stapynhull**, monachus *Burton.* successit dicto *Thomæ*, & præfuit monasterio xj. annis, tempore *Edwardi* primi & *Edwardi* secundi, filii *Edwardi* regum *Angliæ*; & obiit die Jovis viij. kal. Julii anno Domini MCCCxvj. & dicti regis *Edwardi*, filii regis *Edwardi*, x. sepultusque est sub lapide marmoreo ante summum altare à dextris *Thomæ* abbatis. Et hoc est epitaphium ejusdem abbatis *Johannis* scriptum in parva cruce [-] & die Martis xviij. kal. Januarii anno ejus primo dedicatum fuit summum altare, & altaria de apostolis & martyribus. Iste fecit ædificium longum juxta portas abbatiæ & **Pelle**: Item ædificium inter campanile, & longum ædificium sacristariæ & anno ejus tertio Dominica in crastino post festum sanctæ *Mariæ* frater *Robertus Langdon* monachus **Burton** factus est Prior *Tutteſburiæ* per dominum *Thomam* comitem *Lancastriæ*.

21. *Willielmus* de **Bromley**, monachus & cellerarius *Burtoniæ*, successit dicto *Johanni*, & præfuit monasterio xiij. annis, tempore *Edwardi* secundi & *Edwardi* tertii regum *Angliæ*, & obiit die Mercurii xj. kal. Julii anno Domini MCCCxxix. dicti regis *Edwardi* tertio, sepultusque est sub lapide hispido sive arenario ante summum altare à sinistris *Thomæ* abbatis. Hic fecit magnam aulam juxta aquam de **le Flete**, & columbare in **le Polevert**, & magnum horreum in **le Were** de **Stapenhull** per fratrem *Robertum Britehil* celerarium ejusdem. Et dedit conventui longum illud ædificium juxta portas abbatiæ, & duo messuagia *Thomæ Russ*, & insulas ultra molendinum superius, & quinque dies ad sanguinis imminutionem à meridie dici sabbati usque ad vesperas feria quarta in loco illo circumfossato in parco de **Shapenhale**, cum augmentatione panis & cervisiæ ultra solitum corrodium. Item anno ejus sexto dominus *Thomas*, comes *Lancastriæ* removit à monasterio die Mercurii sexto idus Martii, Rege *Edwardo* superveniente.

22. *Robertus Longdone*, Prior *Tutteſburiæ*, & prior monachus *Burtoniæ*, successit prædicto *Willielmo*, & præfuit monasterio xij. annis, tempore regis *Edwardi* tertii, & obiit die Mercurii iiij. kal. Martii, anno Domini 1340. & dicti regis *Edwardi* xiiij. sepultusque est sub arcu inter altare apostolorum & confessorum. Hic fecit capellam eandem confessorum cum voluta ejusdem, & capitulum opere artificioso, videlicet à fundo usque ad medium in altitudine ejus. Iste *Robertus* remisit cameratiæ unam marcam quam abbas habere consueverat, & dedit ei vij. provenientes de decem burgagiis inclusis infra croftam coquinarii, in recompensationem xix.s. quos abbas ei solvere consueverat pro **le Hurst** assignata per *Willielmum Melbourne* abbatem prædictum.

23. *Robertus Brikhull*, monachus & cellerarius *Burtoniæ* successit dicto *Roberto*, & præfuit monasterio viij. annis tempore *Edwardi* regis iij. & obiit idus Augusti anno Domini MCCCxlviij. & dicti Regis *Edwardi* xxij. sepultusque est sub lapide marmoreo in cancella superiore in medio ante summum altare. Hic consummavit capitulum opere artificioso, & fecit magnam fenestram supra summum altare, & magnum orrium, columbare, & cætera ædificia apud **Shopinhale** &c. Hujus etiam tempore frater *Robertus Stapenhull* fecit & dedit conventui molendinum fullonicum & duo ædificia, unum quondam *Rogeri* de *Parco*, & aliud quondam domini *Ricardi* de **Asheburne** capellani. Qui quidem *Robertus* obiit die sabati, & est sub arcu inferiori juxta altare apostolorum & confessorum tumulatus.

24. *Johannes Ibstoke*, monachus & elimosinarius **Burton** successit prædicto *Roberto*, & præfuit monasterio xviij. annis tempore *Edwardi* tertii. Et obiit die lunæ 5. kal Octobris anno Domini MCCCxvj. & dicti regis *Edwardi* xl. sepultusque est ante summum altare à dextris prædicti *Roberti Brikhull* abbatis. Hic, dum esset elemosinarius, fecit altum ædificium in **foro**, videlicet **Carefes.** Item fecit boreale latus ecclesiæ parochialis, deposita priùs ibidem quadam magna synagoga. Item fecit cameram parvam abbatis inter magnam aulam & exteriorem cameram ibidem. Et acquisivit dimidium manerii de **Caldwelle.** Item dedit conventui **le Welhouse orchard**, & xx.s. de **Felde**, & addidit ad sanguinis imminutionem duos dies & dimidium, & concessit ut habeant solatium hujusmodi à sabbato ad sabbatum.

25. *Thomas Sowtham*, monachus **Burton**, capellanus abbatis successit prædicto *Johanni*, & præfuit monasterio xxxiiij. annis, tempore *Edwardi* tertii, *Ricardi* secundi, & *Henrici* quarti regum *Angliæ*. Et cessit ante festum Omnium Sanctorum, anno Domini MCCCC. & dicti regis *Henrici* secundo. Et obiit 3. idus Aprilis, sepultusque est sub lapide marmoreo in capella Martyrum. Hic acquisivit terras & redditus ad cantariam suam & obitum suum. Item hujus tempore frater *Johannes Sudburie* sacrista fudit de novo tres magnas campanas in campanili inferiori. Item emit crucem argenteam cum tribus imaginibus, & calicem cum crucifixo in pede, ad summum altare. Item hujus tempore frater *Reginaldus Ibstoke* acquisivit redditus ad obitum suum, qui quidem jacet à dextris *Roberti Stapenhul* monachi.

26. *Johannes Sudburie*, monachus & sacrista *Burtoniæ*, successit dicto *Thomæ*, & præfuit monasterio xxiiij. annis, tempore *Henrici* quarti, quinti, & sexti, regum *Angliæ*, & cessit die Martis xviij. die Januarii, anno Domini MCCCCxxiiij. & dicti regis *Henrici* secundo. Et obiit secundo idus Septembris xv. anno sequenti, videlicet anno Domini MCCCCxxxix. Hic fuit baccalarius

larius in jure canonico, sepultusque est in medio ante altare in capella confessorum sub albo lapide. Hic appropriavit rectoriam de **Aldestre**, consensu domini *Walteri Batill* rectoris. Hujus tempore frater *Ricardus Crepton* sacrista, fecit opus lapideum cancellaturæ cum novo tecto ecclesiæ inferioris. Item frater *Johannes Babe*, Prior & sacrista fecit novum opus lapideum campanilis ecclesiæ superioris, & nova stalla in choro, cum feretro novo sanctæ *Modwenæ*, portiforium, & duos textus ejusdem operis, & scripsit librum magnum & choro in juvenili * cum esset subsacrista. Idem *Johannes Sudburie* adquisivit terras & tenementa ad cantariam & obitum suum &c.

* In MS.

27. *Willielmus Mathew*, monachus & elemosinarius *Burton* successit prædicto *Johanni*, & præfuit monasterio vj. annis, tempore regis *Henrici* sexti, & cessit die Jovis idus Septembris in festo exaltationis sanctæ crucis anno Domini MCCCCxxx. & dicti regis *Henrici* viij Et obiit sexto idus Octobris proximo sequentis, sepultusque est sub lapide hispido sive arenario in capella beatæ *Mariæ* supra gradum juxta sedile in muro ibidem. Et anno ejus primo frater *Nicholaus Warde* coquinarius fecit portas fluviales apud molendinum inferius. Et anno ejus secundo dominus *Johannes Babe* Prior obiit die Lunæ x. kal. Augusti sepultusque est ad capud in medio chori sub lapide emplastro. Et vij. kal. Martii anno ejus quarto, die lunæ, dominica prima Quadragesimæ, idem abbas posuit primum lapidem australis partis portarum abbatiæ. Et mense Junii inchoatum fuit opus lapideum inter **Andrewseymeyda** & *le* **Wozseholme**. Et anno ejus quinto, die Lunæ xv. kal. Martii inceptum fuit pavimentum altæ villæ, diruto causeto, ponendo gutteram in medio. Et die Lunæ xij. kal. Aprilis proximo sequentis inceptum fuit causetum novi vici ante portas abbatiæ.

28. *Robertus Ousby*, monachus S. *Albani*, successit prædicto *Willielmo* in festo S. *Edmundi* regis & martyris, instinctu *Willielmi Heyworth, Coventriæ & Lichfeldii* episcopi, & præfuit monasterio duobus annis, tempore regis *Henrici* sexti, & cessit die sabbati ix. kal. Februarii anno Domini MCCCCxxxij. & dicti regis *Henrici* xj. Hujus tempore iij. kal. martij, die Jovis Dominica prima Quadragesimæ, anno ejus primo, positus est primus lapis novi claustri incipiendo ad angulum versus elemosinariam, & eodem anno consummatum. Item die Mercurii secundo idus Septembris, eodem anno, inceptum fuit opus lapideum fontis in foro juxta *le* **Garetts**.

29. *Radulphus Henley* monachus **Burton**, successit dicto *Roberto*, & præfuit monasterio xxij. annis, tempore regis *Henrici* sexti. Et cessit die lunæ vj. kal. Marcii anno Domini MCCCCliiij. & dicti regis *Henrici* xxxiij. sepultusque est in claustro in parte boreali ad dextram patris sui. Hic deposuit hiemalem aulam, & stabulum hospitum, & fecit alteram partem portæ abbatiæ versus boream. Et hujus tempore consummatum est campanile ecclesiæ inferioris, & campana in eo posita. Et anno ejus septimo, obiit *Johannes Sudburie* abbas. Et anno ejus xiiij. obiit dominus *Willielmus Heyworth, Coventriæ & Lichfeldiæ* episcopus iij. idus Martii anno Domini MCCCCxlvj. qui legavit huic monasterio C. l. & ultra, videlicet, ad ædificationem claustri xl. l. & pro cappis xx. l. ij. pelves argenti, ij. candelabra, & magnum thuribulum de argento, & xl. marcas ad ædificationem ij. tenementorum in villa.

30. *Willielmus Bronston*, monachus & cellerarius **Burton**, successit prædicto *Radulpho* & præfuit monasterio xviij annis, tempore *Henrici* sexti & *Edwardi* quarti regum *Angliæ*, & obiit septimo die Martii, anno Domini MCCCCLxxij. & regni regis *Edwardi* xj. sepultusque est honorificè in capella beatæ *Mariæ* sub tumba de marmore. Hic adquisivit à domino rege cartam de *les fraunches*, videlicet, quod abbas & conventus & ceteri tenentes de abbathia, sint quieti ab omni vexatione vicecomitis *Staffordiæ*, sive eorum satellitum, imperpetuum, ut patet per cartam inde. Item acquisivit terras & redditus ad cantariam suam & ad obitum suum. Item acquisivit redditus & dedit capellæ beatæ *Mariæ* ad sustentationem cantatorum. Et dedit conventui sex pecias argenteas & deauratas. Item missam de nomine *Jesu* sextis feriis celebrari instituit, ad quod continuandum redditus condonavit.

..... *Abbatis gessit qui hic requiescit*
Willielmus nomine **Branston**, *cui det Deus Amen.*
Felix, namque pia laudes reparando Mariæ
Ille decem marcas ..... procurat ad archas
Expensis propriis reddendas omnibus annis.
*Ut missa matris ditet benedictio * patris.* * MS. patris.
Dat tres cantorum marcas utriusque duorum,
Quatuor ex reliquis bis ..... benè marcis.
Dat pueris marcam sic unicuique dat unam.
Hoc in propositum qui pervertit alienum
Dampnet eos merita patris maledictio summa.
Nunc [Cætera desunt.]

31. *Thomas Feylde*, monachus **Burton** successit prædicto *Willielmo*, & præfuit monasterio xx. annis, tempore *Edwardi* quarti, *Ricardi* tercii & *Henrici* septimi regum *Angliæ*, & obiit secundo die Julii, anno Domini MCCCCxciij. & dicti regis *Henrici* octavo, & in area ante tumbam ejus juxta hostium vestibuli sepelitur. Et anno ejus secundo cecidit memoratum campanile ecclesiæ superioris, tectum ecclesiæ, voltas, muros, chorum quoque antedictum satis prætiosum & omnia ante se ad terram usque prosternens. Et anno sequenti, iste *Thomas* fecit de novo tectum ejusdem ecclesiæ, & muros reparavit; unam ex quatuor columnis juxta chorum, superiorem scilicet, versus aquilonem rædificavit, archam inter ecclesiam superiorem & inferiorem composuit, & campanile ibidem inchoavit summum altare erexit & gradus ibidem fecit. Ipsum quoque altare miro tabulatu ornavit. Capellam sanctæ *Modwenæ* in *Anderseya* deposita veteri, à fundamentis, & magnam aulam in foro extruxit. Cameram abbatis & multa alia ædificia in monasterio fecit. Item adquisivit terras & redditus ad obitum suum.

32. *Willielmus Fleigh*, monachus & coquinarius **Burton** successit prædicto *Thomæ*, & præfuit monasterio ix. annis, tempore *Henrici* septimi

timi regis *Anglia*. Et obiit in vigiliis pentecostes xiij. die Maii anno Domini MDij. & dicti regis *Henrici* xviij. sepultusque est juxta finem chori versus aquilonem, sub lapide quasi marmoreo. Fuit enim iste vir innocens, ac suorũ fratrum amator præcipuus; contemplativam namq́ vitam magis quam activam elegit. Nec aliquid ab ipso factitatum compertum habemus quod magnopere laudari aut reprehendi possit. Pascuas tamen monasterii sufficienter instauravit, & monasterium in bono statu dereliquit.

33. *Willielmus Beyne*, monachus & prior **Burton** successit prædicto *Willielmo*, & præfuit monasterio xxiij. annis, tempore *Henrici* septimi & *Henrici* octavi regum *Anglia*.

34. *Johannes Boston* abbas.

35. *Richardus Edes* ultimus abbas *Burtonæ*.

[Hactenus ex chronicis de **Burton**.]

ABBOTTESBURIENSE

cœnobium in agro Dorsetensi *circa ann. Dom.* 1026. *fundatum*, & S.* Petro *Apostolo dedicatum.*

* *Reyner. Apostolat. Benedictin. in Anglia tract. 2. sect. 6. memb. 3.* * *Eid. Reyner. Orkingus, quem patrii regii Oeconomum, appellat.*

[QUidam *Orcus* *, vir suo tempore præpotens, & *Canuto Anglo Danorum* regi, eximiè charus, simul cum Heroina quadam, *Tola* nomine, conjuge sua, *Rothomagi* in *Normannia* oriundâ, cœnobium istud fundavit. Quæ quidem *Tola* villam quandam, tunc **Piddle**, hodie vero **Mole-Piddle**, nuncupatam, in agro *Dorsetensi* pretio emit, quam cum villis istis, **Abbottesbury, Portesham, Pelton,** & **Knitte**, vulgo nominatis, & in eodem agro sitis, ipsa simul cum viro, cœnobio suo dono dedit. De cujus fundationis quam ita vocant chartâ, hæc (inter alia) olim excerpta: ----- *Et cum ea (Tola* scil.*) diu vixit (*idem *Orcus) non sine spe, sed sine possibilitate procreandæ prolis.* Ubi etiam, de ecclesiastico loci officio hæc: ----- *Et ecclesiam raro servitio ibidem ministratam invenit ab uno presbytero suam uxorem habente.* Hæc autem ex relatione viri quidem cui credatur longè dignissimi, domini *Johannis Strangewayes*, ordinis sui, equestris scilicet, magni sanè ornamenti, ac ædium istarum nunc domini nuper accepimus, unà cum duabus chartis, & quadam de tempore *Henrici* regis ejus nominis septimi, membrana, sigillo abbatis & conventus *Abbottesburiensis* communi roboratâ, *perpetuæ* quam ita nominarunt *Cantariæ* in eadem abbatia celebrandæ, progenitorum suorum quibusdam, ob eorum in locum munificentiam singularem, gratitudinis ergo, pro more seculi, concessæ, & **Strangewayes Chantery** vulgariter nuncupatæ, formam tatis prolixè descriptam continente. Chartæ verò, quas ex ipsissimis descripsimus autographis, nobis à nobilissimo equite, pro suâ erga nos humanitate & benevolentiâ, atque operis istius promovendi & exornandi studio, nuper, ut diximus, libentissimè transmissis, sequuntur. Quarum utrâque, quæ notis his inclusa [] cum in autographis, ex nimia vetustate in illis locis laceris & lacunosis, planè desint, ne claudicent, nostra qualis qualis supplevit conjectura.]

Strangewayes Chantery.

Charta Canuti *regis, de* **Portesshamme**, Orcio *ministro suo collato.*

IN Undanis cladibus ista erumpnosa vita [tam var]iis defectibus ita lacescendo tabescit ac deficit, ut inmaturæ mortis occiduis casibus, heu pro dolor! quamplurimi æternum trahantur ad interritum. Sed n[obis cu]nctis elaborandum omnibus notis extat sanè sapientibus, ut spurcitias *Belial* evitantes, theoricæ vitæ amænissima consequi mereamur contubern[ia. Quam o]brem ego *Cnut*, annuente ac favente Dei omnipotentis clementiâ, totius *Anglorum* basileus, cæterarumque nationum in circuitu degentium regens atque [gubernans, q]uandam ruris particulam vij. scilicet terræ mansas, eo in loco ubi ruricolæ terræ illius nomen indidere aut **Portesshamme**, meo ministro quem noti atque a[mici *Orcy* voc]itare solent, pro ejus amabili fidelitate libenti animo, libertate perpetuâ largitus sum, quatinus ille habeat atque perpetualiter possideat quamdiu vital[e suum sta]men * viguerit. Cumque dissolutionem sui corporis imminere cognoverit, cuicunque sibi libuerit hæredi jure hæreditario in æternam possessionem derelinqu[at. Sit autem] hæc prænominata villula libera, cum omnibus ad illam ritè pertinentibus, in campis ac pascuis, pratis, aquarumque cursibus, rebus tantummodo tribus excepti[s, expeditione] videlicet, pontis, arcisve recuperatione. Si autem tempore contigerit aliquo quempiam hominum aliquem antiquiorem librum contra istius libri libertatem produ[cere, irritum] computetur, isto per omnia in sua stabilitate permanente atque vigente. Si quis autem quod non optamus, nostræ munificentiæ donum pervertere conamine s[uo præsumpserit,] collegio privatus perpetuæ fœlicitatis, erumpnam hauriat atrocissimæ calamitatis, mortis nisi ante terminũ præsumptionem hanc temerariã legali [satisfactione] emendare studuerit. ✠ His verò vocabulis divulgari videntur termini agrorum videlicet prædictorum. ſCpeꝛt oꝛ Mylebꝛoce on Cuceleꝛhỳlle. oꝛ Cuceleꝛ [hỳlle on ꝛolun. oꝛ] ꝛolun on Motbeoꝛh. oꝛ Motbeoꝛge on þe ꝛtꝛæt. oꝛ ðæꝛe ꝛtꝛæt on ðone ealdan pæg ðuꝛh ðone gnaꝛ ⁊ ꝛꝛa on ðone ꝛmalan paþ oꝛeꝛ ða ꝛtꝛæt on þone ealdan peg ⁊ ꝛꝛa andlang peger on Atange [*. . . . . b]eaꝛh. ⁊ ꝛꝛa on æt ꝛtealleꝛ beoꝛh. oꝛ ðam beoꝛge ðuþ on ða ealdan pale. ꝛꝛa on coꝛꝛgeteꝛ peꝛtꝛan totan *. oꝛ ðam totan ðuþ be pale on ðæꝛe ðicelhỳꝛnan. ⁊ ꝛꝛa peꝛt be ðic on ohhe hỳꝛnan. ꝛꝛa ðuþ be ðic on ðæꝛe mæde hỳꝛnan. ⁊ ðæꝛ peꝛt be ðic on ohhe mæde hỳꝛnan. ⁊ ꝛꝛa ðuþ andlang ðic on halgan pỳl. oꝛ halgan pylle peꝛt be ðic on ða clæꝛan lane. oꝛ ðæꝛe clæꝛan lane on myle bꝛoc aoun be ꝛtꝛeame eꝛt oꝛ myle bꝛoce on cuceleꝛhỳlle ⁊

* For *spiramen.*

* Quædam hic fugerunt, ne conjectur*â* quidem facilè revocanda * Forte, cotan.

Id est. Primò à *Mylebroca* [amne à molendino fortè nominato] ad *Cucelishyllam* [montem

tem sic dictum:] à *Cuceliſtylla* ad cavernam: à caverna ad *Motbeorgam* [collem sic dictum:] à *Motbeorga* ad vicum, à vico ad veterem viam, per lucum; & sic ad angustam semitam ultra vicum ad veterem viam; & sic in longum viæ ad *Asange* . . . . . collem, & sic ad stationis collem: à colle Austrum versus ad veterem voraginem sic ad *Corfgetis* tugurium: à tugurio Austrum versus secus voraginem ad fossæ angulum; & sic Occidentem versus per fossam ad alterum angulum: sic Austrum versus per fossam ad prati angulum; & ibi Occidentem versus per fossam ad alterum prati angulum; & sic Austrum versus in longum fossæ ad sacrum fontem: à sacro fonte Occidentem versus secus fossam ad viculum argillaceum: à viculo argillaceo ad *Mylebrocam* per decursum fluminis: iterum à *Mylebroca* ad *Cuceliſbillam*.

✠ Acta est autem hæc præfata donatio, anno dominicæ incarnationis Mxxiiij. indictione vij. horum consilio & testimonio, quorum nomina hic infra habentur. ✠ Ego *Cnut* Rex *Anglorum* almæ crucis signaculo hanc munificentiam consignavi.

✠ Ego *Æthelnoth* archiepiscopus.
✠ Ego *Ælfsie* episcopus.
✠ Ego *Byrhtwold* episcopus.
✠ Ego *Ælfmar* episcopus.
✠ Ego *Byrhtwi* episcopus.
✠ Ego *Godwine* dux.
✠ Ego *Eglaf* dux.
✠ Ego *Hacum* dux.
✠ Ego *Byrhtmar* abbas.
✠ Ego *Æthelwerd* abbas.
✠ Ego *Æthelwold* abbas.
✠ Ego *Ælfwi* abbas.
✠ Ego *Lyfing* abbas.
✠ Ego *Eadſie* presbyter.
✠ Ego *Eadwold* presbyter.
✠ Ego *Ælfwine* presbyter.
✠ Ego *Thorth* minister.
✠ Ego *Agemund* minister.
✠ Ego *Thorth* minister.
✠ Ego *Leofwine* minister.
✠ Ego *Thurcylhoga* minister.
✠ Ego *Karl* minister.
✠ Ego *Tovihwita* minister.
✠ Ego *Byrhſie* minister.
✠ Ego *Karloca* minister.
✠ Ego *Tovircada* minister.
✠ Ego *Brother* minister.
✠ Ego *Ælfget* minister.
✠ Ego *Bovi* minister.
✠ Ego *Thurgod* minister.
✠ Ego *Æthelmar* minister.
✠ Ego *Byrhtric* minister.
✠ Ego *Sigewerd* minister.
✠ Ego *Winhus* minister.
✠ Ego *Wulfnoth* minister.
✠ Ego *Thurſtan* minister.

[*A tergo hæc.*]

Dis is ðæra VII. þinga landboc to Porteshamme ðe Cnut kyninge gebocode Oncehis ðegne on ece yrfe;

Id est.

Hic est septem hidarum *Portesbammensium* codex, quas *Canutus* Rex scripto contulit *Orco* ejus ministro, jure hæreditario [*vel*, in æternam hæreditatem.]

De fraternitate (vulgò *gyldâ*) *apud* Abbotesburiam *per* Orcium *institutâ.*

✠ Her cyþ on ðisum gewrite þ Oncy hæfþ gegyrwen ðæt gegylo healle and ðone stæðe æt Abbodesbyrig gode to lofe and sancte Petre. and ðam gyldscipe to ageme. on dæge. and æfter dæge him and his gebeodan to langsumum geniȝnde. þe ðe his ape dan fyle hæbbe him þ gode gemæne on ðam midan dome; Donne synodon ðis þa forspaco þe Oncy and þa gegyldan æt Abbodesbyrig gecoren habbaþ gode to lofe. and sancte Petre to þurhmynte. and heora saulum to heapre; þ is æfort þrym nihton æfter Petres mæssan æt ælcan gegyldan anne peninge. ofre an peninge þurh geaxsi. loc hwæþer mare neod sy into ðam mynstre and on mæsse æfen æt þam gegyldum anne bradne hlaf sell berepen and sell gesyfled to uþum ȝemænum ælmyssan. and sio þe can æfter Petres mæsse dæge sceote ælc gegylda anne gyldscerstep fulne clæner hwætes. and þ beo gelæst binnan þam dagum be fær ingange prte. þ synodon hy sestan hwætes. and se þridde beo gelæst binnan ðrym dagum æfter þam corn gesceote. æt ælcon pihte gegildan ane byrþene þudes. and tha æt þam ungyldan. ofþe gylde anne gyld sestep corner? And se ðe byrþene underfehþ. and þ gecneme ne deþ beo he his ingenges scyldig. and ðær ne beo nan gyrn. and se gylda þe oðerne mistrest innan gylde on eornoste hige gebete he þ he his ingange þi ealne gesetsædene. ⁊ syþþan þi ðone man þe he myrsrette swa swa he hit smoan mæge. and gyf he nele to bote gebugan. ðolige he ðære gesetsædene. and ælcene ofre gyldædene? And se ðe ma manna inlæde. þonne he sceole buton ðæs stiperes leafe and ðæra seofonera gylde his ingang?

And gyf enigum on uþum gesetsædene his soþ þi getide sceote ælc gegylda anne peninge æt þam lice sop hære saple ofþe gylde be ðrym gyldum. ⁊ gyf upe enig geundrumod sy binnan syxtigu[m milan ðon]ne sindon se siextyne men þ his gesecean. ⁊ gyf he sorþfaren sy. XXX. ⁊ ða hine gebringon to ðære stope þe he to gyrnde on his life. ⁊ gyf he on neapyrde sorþfaren sy. pannige man ðone stiperes to hyldepe stope þ lic sceole. ⁊ se stiperes pannige syþþan þa gegyldan ura sela sa he mæge mæst to gefremman ofþe to gefremman. þ hi ðær to cumon. ⁊ þ lic purplice bestandan ⁊ to mynstre feran. ⁊ sop ðære saple seorne gebiddan. þ byþ publice gecweden gyldædene þ se hus done. ⁊ hit gestrihþ þ sell æghwæs ge sop gode ge sop sosolde. sop-

þanþe þe nýton hþýlc upe hnaþoſt ſoþþ-
fæaþþ. Sonne ȝelýfe þe þuþh ȝoðeſ fultume
þ uſ ſpemiȝe eallon þaſ ſoþſpoſo ȝecpeðen
on æp. ȝýf þe hit ſihtlice healðaþ?

Uton biddan ȝod ælmihtiȝne ȝeopne mið
inþepðe heoptan þ he uſ miltpiȝe. ⁊ eac
ſpa hiſ halȝan apo tol ſancte Petpe þ he
uſ ȝeþinȝiȝe ⁊ upne þeȝ ȝenýme to ecepe
pertе. ſoþþan ðe þe ſoþ hiſ luſon þiſ ȝe-
ȝýlo ȝeȝaðepoðon. he hæþþ ðóne anpealo on heopenum þ he mot lætan into heope-
non ðone ðe he pýle. ⁊ ſoþþiþnan ðam þe he
nele. ſpa ſpa Chriſt ſýlf cpæþ to him on
hiſ ȝoð pelle: Petpuſ ic betæce ðe heo-
ȝenon picaſ cæȝe. and ſpa hpæt ſpa ðu pýlt
habban ȝebunðen opep eoptan þ býþ ȝebun-
ðen on heopenum. and ſpa hpæt ſpa ðu pýlt
habban unbunðen opep eoptan þ býþ unbun-
ðen on heopenum. Uton habban hýht ⁊ ho-
pan to him. þ he uſ bepitе. a hep on populoe. ⁊ æptep ſoþþriþe upe ſapla ȝehelpe he uſ
ȝebpinȝe on ecepe pertе. Amen ƿ

Idem Latinè redditum.

HIC innoteſcat ex hoc ſcripto, quod *Orcyus* dedit [vel dedicavit] ſodalitii aulam & locum apud *Abbodeſberiam* ad laudem Dei, & S. *Petri* & fraternitatis, [à ſeipſo] dum vixerit poſſidenda; & poſtea in perpetuam ſui & uxoris ſuæ memoriam; qui hoc averterit, inter Deum ſit & ipſum [rationem ſcil. ſuper eo Deo reddat] in magno [vel generali] judicio. Hoc autem eſt pactum quod *Orcyus* & contubernales apud *Abbodeſberiam* elegerunt [i. fecerunt] ad laudem Dei, & ad honorem ſancti *Petri* atque ad animarum ſuarum opus [utilitatem ſc. vel ſubſidiū.] Id eſt, inprimis, tertia ante *Petri* miſſam [i. feſtum] nocte, ſodalium unuſquiſque unum denarium, ſive ceræ quantitatem æquivalentem, utrum horum magis expediat monaſterio conferat: Et in vigilia feſti duo ſodales [pendant] unum panem amplum, bene paratum, & bene cribratum, ad noſtram communem eleemoſynam. Et hebdomadâ ante *Petri* miſſæ diem [vel feſtum] quintâ, contribuat ſodalium quiſque unum ſextarium contubernali [dictum] frumento pluro plenum, & perſolvatur id intra biduum, ſub ingreſſus mulctâ [non ſolventibus irrogandâ: mulcta fortè ſummâ vel ſymbolam à quolibet in ſodalitium admiſſo introitus nomine, ſolvendam æquivalente:] trium ſcilicet frumenti ſextariorum. Et lignum perſolvatur [i. inferatur] intra triduum poſt illam tritici collationem: unuſquiſque [ſcilicet] verus ſodalis unum (inferat) ligni onus, & non ſodales [ni fratrum album ſcil. tanquam contributarii, licet fortè indiginæ, & fratribus cohabitantes, nondum relati] ſuo ſin minus unum reddant tritici ſextarium [illum] contubernalem [dictum.] Et qui onus ſuſceperit, illud autem, uti par erit, non præſtiterit, ſit introitus ſui reus [mulctam ſcil. incurrat, ſummam vel ſymbolam, introitus nomine, ſolutam, æquivalentem] ſine ulla indulgentia. Porrò, ſodalis qui alium intra contubernium dedicâ operâ malè tractaverit, ingreſſu ſuo id redimat [vel compenſet, mulctam ſcil. de quâ ſupra, pendendo] apud univerſam ſocietatem, & poſtea apud illum quem malè tractaverit, prout poterit. Et ſi compenſare recuſaverit, ſodalitio mulctetur [i. expellatur] nec alterius cujuscunque contubernii capax ſit. Plures autem (quàm par erit) qui introduxerit homines abſque diſpenſatoris & obſonatorum licentiâ, introitu ſuo mulctetur [mulctam ſcil. de qua ſupra, ſolvendo.]

Et ſi noſtræ fraternitatis mortem quis obierit, defuncto conferat unuſquiſque ſocius denarium pro ejus animâ, [vel, in animæ defuncti remedium:] aut in triplum mulctetur. Et ſi noſtrum quis infirmetur intra ſexaginta abhinc milliaria, inveniamus [i. congregemus] quindecim viros qui eum abducant: ſi autem deceſſerit xxx. qui ad locum illum quem ipſe vivens deſideraverit, cum deferant. Si verò in vicinia deceſſerit, notificetur diſpenſatori quem ad locum corpus pertinet; diſpenſator autem poſtea tot ſodalibus quot, vel ad eos equitando vel mittendo omnino poterit notificet, hoc fine, ut eò ſe conferant, & corpori honorabiliter aſſiſtant, atque ad cœnobium deferant, ac pro anima [defuncti] ſeduló orent. Id meritò vocetur ſodalicium, ſi ita faciemus, & bene conveniet, tùm Dei tùm mundi intuitu, quoniam neſcimus quis noſtrum moriatur primus. Credimus autem, Dei auxilio freti nobis omnibus hoc pactum antedictum, id ſi rectè obſervemus profuturum.

Deum omnipotentem oremus ſeduló, intimo corde, ut noſtri miſereatur, & ſimiliter apoſtolum ejus ſanctum *Petrum*, ut pro nobis interceedat, & viam noſtram ad requiem æternam ampliet [vel, aperiat.] Amoris enim ejus intuitu hoc ſodalitium congregavimus [i. inſtituimus.] Ipſe [ſiquidem] poteſtatem habet in cœlo, ut in cœlum admittere poſſit quos voluerit, & repellere quos [ingredi] noluerit, ſicut Chriſtus ipſe dixit ei in Evangelio. *Petre, tibi regni cœlorum clavem trado, & quicquid tu ligari velis in terra, id ligabitur in cœlo; & quicquid tu ſolvi velis in terra, id ſolvetur in cœlo.* Confidamus & ſperemus in eo, ut nos, hoc in mundo, ſemper cuſtodiat, & poſt animarum noſtrarum exceſſum, auxilium nobis ferat in requie æterna. *Amen.*

[Præter hæc, monumenta quidem haud vulgaria, ſuperiùs exhibita, pauca alia à nobis, ſaltem ad præſens expectanda: quandoquidem veterem cœnobii librum mſ. (Regiſtrum vulgò vocant) in quem & fundationis hiſtoria, & donationum omnium tabulæ, cætæraque loci monumenta literaria, ſuperioris ævi curâ, relata fuerant, ab eodem equite ornatiſſimo, ejus domino, in nupera rerum *Anglicarum* adeo funeſtâ, verè ſceleſtâ commotione, aut ſubleſta manu ſurreptum, aut hoſtium igne conſumptum, magno cum ſuo ipſius & rei antiquæ diſpendio, periiſſe juſtè doleamus.]

Abbotesbury.

ORcus, œconomus *Canuti* regis, expulſis canonicis ſecularibus, introduxit monachos. Sepultus eſt ibidem cum *Thola* conjuge. *Lelandi collectan. vol. 3. pag. 254.*

Charta Edwardi *regis, confeſſoris dicti.*

REx archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpexi-
mus cartam quam celebris memoriæ domi-
nus *Charte 8. Ed. 2. nu. 5.*

nus *Edwardus*, quondam Rex *Anglie*, progenitor noſter fecit in hæc verba. ✠ Eadpard Kinz zpet Alfpold B. ⁊ Hapold eorl. and Alfpeo ſcýrzepenan and ealle mine þezener on Dorſætan ſpeondlice. ⁊ ic cýþe eop. þ Urk min hurkarl habbe hiſ ſtrand eall * F. 252. ſorne zen hýr a de * land. oſer eal þel ⁊ ſpeðlice. upp or ſæ. ⁊ ut on ſæ. ⁊ eall þ to hiſ ſtrande zeorýuen hýr be minum ſullan bebode ⁊

Id eſt.

✠ *Edwardus* rex, ſalutem dico *Alfwoldo* epiſcopo, & *Haroldo* comiti, & *Alfredo* vicecomiti, & omnibus meis *Dorſetenſis* pagi miniſtris, amicè. Et vobis notum facio, quod *Urkus* famulus meus domeſticus, habeat littus per univerſum fundum ſuum ubique, benè & liberè, tam ad mare, quàm extra mare, cum omnibus ad idem littus naufragio delatis, meo pleno mandato.

Alia ejuſdem regis charta.

Ibid. INſpeximus etiam quandam aliam cartam quam præfatus *Edwardus* fecit in hæc verba. ✠ Eadpard Kýnz zpet Hepemann B. ⁊ Hapolo eorl. ⁊ ealle mine ðezenaſ on Dorſætan ſpeondlice. ⁊ ic cýþe eop þ hit ir min ſulla unna þ Tole min man Urceſ laſe þ heo becpeþe hiſe land ⁊ ehta into ſancte Petre æt Abbodesbýrig ſra hire leoſerd ſý be minan ſullan zeleaſan. ſra ſull ⁊ ſra ſoſþ ſra ða ſoreſprecena ær zerihte pæran þ hit ſceolde æfter heora begra daze hire ⁊ Urkes hire hlaſordes ſor heora ſaule zan into ðam haligan mýnſtre ⁊ Nu pille ic þ heora cpide ſtande ſra ſra hit zeſoreſprecen per on zoðe manna zeſitnesſe ðe ðar pið ſeran. ⁊ ic pille þ ſtilc ſpeolc heo into ðam mýnſtre ſtilce ir into elcan oþre hæp ðe beſt ir on eallan þinzan. ⁊ ic me ſylf pille beon zehealo ⁊ muno þer oſer. ⁊ oſer þa ape þe ðar into hirþ. ⁊ ic nelle nanan menn zeþaſian ðe ðar zeutize æniz ðæra ðinza ðæſ ðe hiz ðider inn zedon habbaþ ⁊

Id eſt,

✠ *Edwardus* rex, ſalutem dicit *Hermanno* epiſcopo, *Haroldo* comiti, & omnibus ſuis agri *Dorſetenſis* miniſtris, amicè. Notum vobis facio, quòd *Tola* famuli mei *Urci* vidua, legare [*vel*, donare] poſſit fundum ſuum atque bona [*cœnobio*] S. *Petri* de *Abbotesburia*, eo quo ſibi magis placuerit modo, plenâ meâ cum licentiâ; tam plenè & eatenus omnino ſicut eorum erat pactum antea factum; quod [*videlicet*] poſt eorum obitum [ſuum *ſcil.* & *Urci* domini ſui *] ad ſanctum tranſirent illa cœnobium. Uolo autem ut eorum inſtitutum ſtet [*vel*, valeat] modo & formâ quibus antea inter eos coram probis hominibus in teſtimonium adhibitis pactum fuit. Uolo etiam ut idem cœnobium eildem omnino gaudeat libertatibus, ac aliud quodcunque cujus optimus eſt ſtatus. Egomet etiam cuſtos ero & protector ejus, omniumque rerum eò ſpectantium: nec ut aliquis inde abſtrahat quod illuc contulerunt, permittam.

* i. viri.

Charta Gulielmi *regis, Conqueſtoris dicti.*

Ibid. INſpeximus etiam chartam quam celebris memoriæ dominus *Willielmus*, quondam Rex *Anglie*, progenitor noſter, fecit abbati & conventui de **Abbodesbury** in hæc verba. Pillelm Kýnz zpet Hepeman birſcop ⁊ Brihtpi ⁊ Sceſine ⁊ ealle mine ðezenaſ on Dorſæton ſpeondlice. ⁊ ic cýþe eop ðæt ſe abbod æt Abbodesbýrig. ⁊ ða zebroþra. ⁊ ða land. ⁊ ða men. ⁊ alc ðara ðinza ðæt ðe hýrþ in to ſancte Petpeſ mýnſtre to Abbodes birig ðæt hit ýr eall on minre munde ⁊ on minan ſullan zehealde undeſ zod. ſra ſull ⁊ ſra ſoſþ ſra hit ðeden in ſuriþ Orc leg on Eadpardes dæze kýneges mineſ mezeſ. ⁊ ic zeann him ðæt he beo pirðe hýr race ⁊ hir ſo.me binnan poſte ⁊ butan ⁊ toll ⁊ teameſ ⁊ infangeneſ ðeoueſ. ⁊ ic nelle nanum men zeþaſian ðæt him æt æniȝon ðinzon miſbeode. zod eop zehealde.

Id eſt.

Willelmus rex ſalutem; dico *Hermanno* epiſcopo, & *Brithwio*, & *Scewino*, & omnibus miniſtris meis *Dorſetenſibus*, amicè. Et notum vobis facio, abbatem *Abbateſburienſem*, & fratres, & terras, & homines, & omnia ad cœnobium S. *Petri Abbateſburienſis* pertinentia, meâ omnino ſub Deo gaudere protectione & plenâ cuſtodiâ, adeò plenè & amplè ac ab *Orco*, tempore regis *Edwardi* cognati mei, eò fuerint collata. Eidem etiam [*abbati ſcil.*] concedo ut habeat libertates, *ſaca* & *ſoca* [*dictas*] intra portus & extra, **tol** inſuper & **theam**, & **infangentheiſe**: nec alicui permittam, ut ei in aliquo injuriam faciat. Valete.

Inquiſitio de prædiis, privilegiis, & redditibus *Abbateſburienſis* cœnobii.

Eſcheat. 53 Hen 3. nu. 40. Do ſet. INquiſitio *facta coram* Johanne le Moyne, *domini regis Eſcheatore*, & Andrea Wake *vicecomite* **Doſet**, *apud* **Uggescumb**, *die Mercurii proximo poſt feſtum apoſtolorum* Simonis & Judæ, *anno regni regis* Henrici *quinquageſimo quarto*, *per* Johannem *de* **Witefeld**, (*&c.*) *juratores, qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod abbas de* **Abbodesburie**, *& predeceſſores ſui, habent omnes libertates & liberas conſuetudines in brevi contentas, & quietantias ſuas cum* ſocâ & ſacâ & **tol** & **them** & **infangenthef**, & *eiſdem uſi ſunt in omnibus terris ſuis infra limites hundredi de* **Uggeſcumbe**. *In cæteris verò terris forinſecis, ut* **Yelton**, **Tollenidele**, * **Oth**, **Wudeton**, *non. Præterea* **Wudeton** *eſt infra limites hundredi de* **Wytchurech**. *Et prædicti abbas & predeceſſores ſui ſunt quieti de ſecta illius hundredi, per conceſſionem* Roberti *de* **Wandevil**, *quondam domini ejuſdem hundredi excepto quod villani ſui ter in anno venient ad la* **Laghedai**, *ad præſentandum placita coronæ ſine occaſione. Et idem abbas veniet per aliquem liberum hominem attornatum ſuum qualem* * L. Tidele. Pidele.

qualem præſentare voluerit, ad aſſerciamentum curiæ tantùm.

Item dicunt, quod idem abbas & prædeceſſores ſui quieti ſunt hucuſque in omnimodis exercitibus de ſervitio domini regis per ſervitium unius militis. Et quod ſemper hucuſque habuerunt omnia per mare appulſa littori pertinentia ad ipſam abbathiam, ſcilicet **Wreck**, *& quod ſemper hucuſque uſi ſunt libertatibus prædictis. Et quod prædicti jurati benè intelligunt quod dominus Rex poteſt confirmare omnes conceſſiones regum* Angliæ *priùs factas, ſine dampno vel ſui præjudicio. Item dicunt quod dictus abbas & prædeceſſores ſui nunquam tenuerunt in* Baronia, *ſed per ſervitium unius militis, & tenuerunt abbathiam, illam de domino rege in capite. Et non tenentur ei facere ſervitium baronis in ſuo exercitu, nec unquam in aliquâ ſummonitione fecerunt, nec unquam fuit dominus Rex in ſeyſina de ſervicio baronis.*

Item de terris poſtmodum adquiſitis dicunt quod dominus abbas & prædeceſſores ſui adquiſierunt ſibi & abbathiæ ſuæ in **Ozavelton** *unam carucatam terræ de dono* Euſtachii *filii* Roberti, *&* Roberti Clerk *filii* Hugonis *de* Boſco *&* Jordani *de* **Sarmevil** *de feodo* Aluredi *de* Lincoln. *Item in* **Wytheſton** *unam carucatam terræ de dono* Willielmi *filii* Roberti, *de feodo* Henrici *de* Novo Burgo; *& dimidiam virgatam terræ de dono* Henrici le Warner *de eodem feodo, & in* **Denekam** *unam virgatam terræ de dono* Rogeri *de* **Denekam** *de eodem feodo. Et in* **Pozpete** *unam virgatam terræ de dono* Philippi *de* **Pozpete**, *unde medietas de feodo* Galfridi *de* **Wrokeſhall**, *& alia medietas de feodo* Waketti *de* **Roſey**. *Et in* **Berinton** *ſervitium* Johannis le Frye, *quod valet per annum iiij.d. de dono & feodo* Henrici *de* Novoburgo. *Et in* **Shypton** *tres virgatas terræ de dono* Thomæ Marreward, Roberti *de* **Rayneſham**, *&* Thomæ *de* **Chilvecumb**, *de feodo* Galfridi Marreward. *In* **Pozton** *dimidiam virgatam terræ de dono domini de* **Pozton** *de feodo* Gilberti *de* **Dokereswull**. *Et in* **Eſtchalnedon** *unam virgatam terræ de dono* Randulfi le Sparniſſin, *de feodo* Willielmi Harang. *In* **Weſtchalnedon** *dimidiam virgatam terræ & v.s.viij. d. annui redditus de dono* Roberti *de* Boſco, *de feodo* Aluredi *de* Lincoln. *In* **Pozbathe** *unam virgatam terræ de dono* Galfridi *de* Morba. *Et dimidium ferlingum terræ de dono magiſtri* Roberti *de* **Bzidpozt**, *de feodo comitis* Devoniæ. *In* **Wrokeſhal** *unam virgatam terræ de dono* Osberti le Deneys *de feodo* Henrici *de* Novo-Burgo. *In* **Winterbern-Stapleton** *unam virgatam terræ de dono* Radulfi Belet, *de feodo* Willielmi Martel. *In* **Waram** *unum meſſuagium cum libertatibus de dono* Thurſtani *de* **Waram**, *de feodo comitis* Gloverniæ. *In* **Wape** *v.s. annui redditus de dono* Roberti *de* **Bingeham**, *de feodo* Johannis *de* **Wittfeld**. *In* **Bzodewaye** *unum meſſuagium de dono* Johannis *de* **Cruket**, *de feodo* Nicholai Poynz. *In* **Langton** *dimidiam virgatam de dono* Roberti *de* **Langeton**, *de feodo* Aluredi *de* **Lincoln**. *In* Burgo *de* **Bzidpozt** *quinque meſſuagia & xij.s. ix.d. annui redditus, & ij.li. cera, de dono diverſorum, de feodo domini regis. In burgo de* Dorceſtria *unum meſſuagium, & ij.s. annui redditus, & ij.l. cera, j.l. piperis de dono diverſorum, de feodo domini regis. In* **Bzigge** *ij. ſolidos annui redditus de dono* Philippi *de* **Sarmevil**, *de feodo* Aluredi *de* Lincoln. *In* **Pozton** *in comitatu* **Sumerſett** *xv.s. annui redditus, de dono* Walteri *de* **Bzugeo**, *de feodo* Willielmi Quarrel. *In* **Pozſinton** *x.s. annui redditus de dono* Radulphi Ruſſel, *de feodo* Jacobi *de* Novo-Mercato.

Cantaria (**Strangwayes-Chantery** *vulgò nuncupata*) *apud* Abbotesburiam, *æternum celebranda, ordinatio.*

PRæſens indentura tripartita indentata facta inter *Johannem* abbatem monaſterii de **Abbotesbury** in comitatu **Dozſet**, & conventum ejuſdem, ex una parte, & *Willielmum Milton*, abbatem monaſterii de **Milton** in eodem comitatu, & *Thomam Strangways* armigerum, executorem teſtamenti *Alianoræ*, nuper uxoris *Thomæ Strangways* ſenioris armigeri, poſteaque uxoris *Johannis Twynyho* armigeri defuncti, viduæ, unius filiarum *Walteri Tayleboys* de **Ryme**, & *Aliciæ* uxoris ejus, quæ fuit una filiarum *Humfridi Stafford* de **Yoke** cum manu argentea, parte ex altera, teſtatur, quod cum præfata *Alianora* in vita ſua, pro ſalute animæ ſuæ aliorumque infraſcriptorum, cum magnis ſuis ſumptibus labore & expenſis, appropriari fecit vicariam eccleſiæ parochialis de **Pozteſham** in comitatu prædicto ad antedictum monaſterium de **Abbottesbury**, necnon regiam licenciam optinuit quod præfatus abbas de **Abbotesbury**, & ſucceſſores ſui, perquirere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis terras & tenementa annui valoris decem marcarum ultra repriſas, prout in literis domini regis patentibus inde confectis pleniùs liquet. Et ulteriùs eadem *Alianora*, ad perquiſitionem terrarum & tenementorum annui valoris viginti ſex ſolidorum & octo denariorum per eoſdem abbatem de **Abbotesbury** & conventum nuper virtute licenciæ regiæ prædictæ perquiſitorum, viginti libras legalis monetæ *Angliæ* eiſdem abbati & conventui dedit & expoſuit.

Ex autographo penes D. *Johannem Strangeways* mil. an. 1652.

In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum conſideratione, & pro laudabili & largiflua ejuſdem *Alianoræ* erga monaſterium illud diſpenſatione præhabita, prædicti abbas & conventus de **Abbotesbury**, habitaque ſuperinde matura deliberatione, ex eorum communi conſenſu & bona voluntate per præſentes concedunt, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quod ipſi & ſucceſſores ſui annuatim imperpetuum aſſignabunt, ordinabunt & invenient ſive exhibebunt unum monachum presbyterum idoneum & honeſtum de conventu ſuo prædicto, juxta diſcretionem ipſorum abbatis & conuentus & ſucceſſorum ſuorum nominandum & deputandum, cotidie imperpetuum unam miſſam in capella beatæ *Mariæ* infra eccleſiam monaſterii illius celebraturum, immediatè poſt miſſam beatæ *Mariæ*, ut moris eſt celebraturam, videlicet die Mercurii, miſſam *de Requiem*, die Veneris, *de paſſione Chriſti*, in Sabbato, *de ſancta Maria* Dei matre, & in aliis diebus cujuſlibet ebdomadæ, miſſam ad placitum ſacerdotis miſſam celebrantis, niſi aliquod duplex feſtum in aliquo dictorum dierum intervenerit, extunc miſſa ejuſdem feſti celebretur.

Et immediatè poſt quamlibet hujuſmodi miſſam celebratam, idem ſacerdos protunc celebrans dicere

dicere tenebitur Psalmum *de profundis*, cum oratione *inclina Domine* pro animabus sequentibus. In quibus quidem missis cotidianis idem sacerdos dicere tenebitur orationem sive collectam *Deus qui caritatis dona per gratiam*, cum secreto & communione ejusdem pro felici & bono statu Christianissimi Principis & domini nostri *Henrici*, regis *Anglie* & *Francie* septimi, *Edmundi* episcopi *Sarisberiensis*, *Willielmi Arundell* de **Hautreverse** militis, & *Elizabethe* uxoris ejus, *Roberti Willoughby*, domini de **Broke**, *Edwardi Willoughby*, decani ecclesiæ cathedralis *Exonie*, *Wil. Milton*, abbatis de *Milton*, *Egidii Strangways*, armigeri, *Tho. Strangways* & *Elizabethe* uxoris ejus, *Johā. Strangways*, *Jacobi Strangways*, *Hen. Champneys* & *Johanne uxoris* ejus, & *Ricardi Elyot* servientis ad legem, & omnium aliorum viventium pro quibus prædicti *Thomas Strangways* senior, & *Alianora* uxor ejus orare tenebantur. Necnon collectam sive orationem *Inclina Domine*, aut orationem, *Omnipotens sempiterne Deus unica salus mortalium*, cum secreto & communione debitis pro animabus ipsorum omnium superius nominatorum, cum ab hac luce migraverint, & pro animabus præfatæ *Alianore* hujus missæ fundatricis, *Thome Strangways* senioris, & *Johannis Twynyho*, nuper virorum suorum prædictorum, *Walteri Tayleboys* armigeri, & *Alicie* uxoris ejus, parentum ipsius *Alianore*, *Johannis Stafford*, quondam *Cantuarienſis* archiepiscopi, *Humfridi Stafford*, nuper comitis *Devonie*, *Avicie*, nuper comitissæ *Ormond*, filiæ *Ricardi Stafford* militis, *Roberti Willoughby* militis, nuper domini de **Broke** & *Blanchie* uxoris ejus, *Joh. Willoughby* militis, & *Anne* uxoris ejus, parentum ipsius *Roberti*, *Thome Strangways* armigeri, & *Katerine* uxoris ejus, quondam duc. issæ *Norfolchie*, *Humfridi Stafford* militis, & *Alicie* uxoris ejus, *Humfridi Stafford* junioris militis, & *Elizabethe* uxoris ejus, *Willielmi Stafford* armigeri, *Ricardi Stafford* militis, *Johannis Stafford* militis, *Rogeri Strangways* armigeri, & *Johanne* uxoris ejus, *Johannis Mautereverse* militis, & *Alicie* uxoris ejus, *Johannis Colsyll* militis, & *Elizabethe* uxoris ejus, *Henrici Strangways* armigeri, & *Dorothee*, *Margerie* & *Katerine* uxorum ejus, ac pro animabus omnium antecessorum & amicorum suprædictorum *Thome Strangways* senioris, & *Alianore*; Et pro animabus omnium & singulorum pro quibus iidem *Thomas* & *Alianora* uxor ejus quomodolibet orare tenebantur. Necnon pro animabus omnium fidelium defunctorum. Et hæc missa vulgariter **Strangways-Masse** nuncupabitur. Et monachus autem qui ipsam missam cotidie, ut præmittitur, celebraverit, percipiet in fine cujuslibet septimanæ, pro salario suo, quatuordecim denarios legalis monetæ *Anglie* solvendos ac fideliter & integrè sibi liberandos apud Scaccarium ejusdem abbathiæ per manus abbatis vel receptoris sui pro tempore tunc ibidem existentis, ultra salarium proventum & emolimentum ipsi monacho à dicto monasterio seu aliter solvi tradi & liberari consueta.

Strangways-masse.

Concedunt etiam prædicti abbas & conventus pro se & successoribus suis, quod dies anniversarius ipsorum *Thome* & *Alianore* annuatim imperpetuum quolibet secundo die mensis Aprilis, in eodem monasterio solempniter observetur cum exequiis defunctorum die immediatè precedenti post prandium solempniter decantandis, & missa solempnis de *Requiem*, ut est moris, ipso secundo die ad magnum altare ejusdem monasterii, cum orationibus, suffragiis, & ceremoniis idoneis celebretur, nisi illo secundo die festum Paschæ, vel dominica in passione Domini, seu ebdomada in Passione, vel ebdomada infra octavas Paschæ illo tempore contigerit, quo casu, quamcitius postea commodè fieri poterit modo prædicto celebretur, quarum exequiarum & missarum solempnitatum abbas monasterii prædicti pro tempore existens, continuè erit executor, si justa causa non fuerit impeditus, quo casu dignior persona illius monasterii tunc præsens præmissa solempnia exequetur. Et idem abbas & successores sui annuatim in ipso anniversario quatuor cereos in illis exequiis & missa in choro ibidem ardentes, & quatuor cereos circa funerale tunc ibidem ardentes inveniet. Necnon inter pauperes tunc adesse contingentes, post missam illam finitam, decem solidos bonæ monetæ seu eorundem valorem in pane frumentario confecto distribuet seu distribui faciet imperpetuùm, & sacristæ monasterii prædicti pro luminariis prædictis inveniendis duos solidos, & pro pane vino & cereis cotidie in Missis prædictis expendendis duos solidos annuatim solvet. Et eodem die anniversario idem abbas & successores sui abbati & conventui monasterii prædicti pro eorum pictancia octo solidos deliberabit seu deliberari faciet annuatim imperpetuùm, & clericis in eodem anniversario pulsantibus quatuor denarios, & bedmanno qui obitum & anniversarium hujusmodi denunciabit annuatim quatuor denarios, & monachis junioribus sacerdotibus non existentibus, & psalterium tunc ibidem dicentibus, duodecim denarios annuatim distribuet vel distribui faciet, & cuidam pauperi homini per præfatum abbatem & successores suos juxta ordinationem *Humfridi Stafford* militis, fundatoris cujusdam missæ ibidem, vulgariter **Stafford-Masse** nuncupatæ electo, sex solidos & octo denarios, ad festa Paschæ & sancti *Michaelis* archangeli annuatim æquis portionibus persolvet imperpetuum, ut idem pauper, ut præmittitur, per abbates illos solomodo & non per aliquos hæredes ipsius *Alianore* electus, tam prædictæ missæ cotidianæ ipsius *Humfridi*, quàm ipsius *Alianore*, si commodè fieri poterit, adesse, & sacerdotes missas illas dicentes adjuvet, & ministret, si literatus existit.

Stafford-masse.

Et ulterius idem abbas & conventus & successores sui imperpetuum, de tempore in tempus, omnimoda vestimenta missalia, calices, corporalia, & cetera omnia necessaria in singulis hujusmodi missis ibidem dicendis, & omnia alia prædicto altari incumbentia & oportuna invenient. Uolunt insuper & concedunt præfati abbas & conventus pro se & successoribus suis, quod bene liceat episcopo loci illius diocesano pro tempore existenti, in qualibet visitatione sua ordinaria, necnon aliis temporibus congruis, per se aut per alium sufficientem deputatum suum vel deputatos suos, absque onere tamen ipsorum abbatis & conventus, alcultare & inquirere quotiens sibi videbitur oportunum, an præmissa omnia

nia & ſingula modo & forma ſicuti præmittitur, in omnibus & per omnia continuè ſint facta, dicta, impleta, & fideliter obſervata.

Et ſi defectum in præmiſſis vel in aliquo præmiſſorum per culpam ſive necligentiam dictorum abbatis & conventus, aut eorum ſucceſſorum vel alicujus eorundem reperiri contigerit, ipſi abbas & conventus obligant ſe & ſucceſſores ſuos per præſentes eidem epiſcopo loci prædicti dioceſano, & ejus ſucceſſoribus, necnon præfatis executoribus & ipſius *Alianore* hæredibus, ad ſolvendum pro qualibet miſſa hujusmodi omiſſa, eidem epiſcopo dioceſano pro tempore exiſtenti, tres ſolidos & quatuor denarios ſterlingorum, ſtatim & immediatè poſt hujusmodi omiſſionem ſolvendos, & de terris & tenementis dictorum abbatis & conventus ibidem levandos, & tres ſolidos & quatuor denarios præfatis executoribus, & poſt eorum deceſſum, præfatis hæredibus ſolvendos &, ut præfertur, levandos. Ita tamen & proviſo, quòd abbas & conventus prædicti & eorum ſucceſſores, propter culpam, necligentiam, defectum vel pœnam hujusmodi extra monaſterium ſuum prædictum non vocentur, trahantur vel turbentur, dummodo culpa aut necligentia illa non ſit nimium multiplicata aut continuata.

Proviſo ſemper, quod ſi monachorum monaſterii de **Abbottesbury** prædicti numerum per mortem, infirmitatem, infortunium, aliamve juſtam & rationabilem cauſam, impoſterum minui contigerit, ita quod plures quam octo monachi presbiteri non ſint in monaſterio prædicto, idonei & potentes ad miſſas dictim celebrandas, quod tunc ipſi abbas & conventus & ſucceſſores ſui, à celebratione hujuſmodi cotidianæ miſſæ vocatæ **Strangways Maſſe** exonerentur, quouſque numerus monachorum ibidem presbiterorum creverit & auctus fuerit uſque ad numerum novem monachorum, miſſas legere valentium, & ydoneorum. Et in hoc caſu, ac pro tempore quo numerus monachorum, ut præfertur, defecerit, quilibet monachus ipſorum monachorum presbiterorum infra numerum novem monachorum presbiterorum, ut prædicitur, pro tempore deficientium, dicet quolibet die in miſſa ſua per eum dicenda ſpecialem memoriam pro bono ſtatu prædictorum viventium, inter vivos videlicet collectas ſive orationes prædictas pro vivis prænotatas, & pro animabus defunctorum, inter mortuos, videlicet, orationes & collectas ſupraſcriptas pro eis ut decet ſuperiùs ordinatas: & pro ſpeciali memoria illa per eoſdem monachos ſic dicenda quilibet eorundem octo monachorum eaſdem orationes & collectas in miſſis ſuis ſic cotidiè dicentium, percipiet in fine cujuſlibet ſeptimanæ toto tempore quo numerus prædictorum novem monachorum defecerit, duos denarios per manus abbatis vel receptoris ſui pro tempore exiſtentis, fideliter perſolvendos.

Strangways Maſſe.

Concedunt inſuper prædicti abbas & conventus de **Abbottesbury** prædicto, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, quòd omnes ſupradicti, tam inter vivos nominati, quam, (ut prædicitur,) nominandi, necnon omnes ſupradicti inter mortuos nominati & nominandi, participes ſint omnium bonorum ſpiritualium tam in vigiliis orationibus, jejuniis, & aliis quibuſcunque piis operibus & elemoſinis quæ fiunt & amodò fieri contigerint in ſuo monaſterio prædicto, quàm etiam in miſſis omnium & ſingulorum monachorum monaſterii illius ubicumque infra monaſterium illud vel extra celebraturis. Et quod nomina eorum infraſcripta in martilogio inſcribi articulari *, recitari, & commemorari debeant, & animæ eorum immediatè poſt animas defunctorum ejuſdem monaſterii, & animas eorum quas idem abbas & conventus & eorum ſucceſſores recommendari priùs tenentur, nominatim recitabuntur, temporibus & locis congruis ad hæc ibidem conſuetis imperpetuum. In cujus rei memoriam & teſtimonium prædicti abbas & conventus de **Abbottesbury** prædicto, ſigillum ſuum commune, & cæteræ partes præſictæ ſigilla ſua, præſenti ſcripto tripartito indentato appoſuerunt. Data ultimo die menſis Februarii anno domini milleſimo quingenteſimo quinto.

* Anne, *matricularis?*

Epitaphium *Jacobi Strangways* armigeri.

Hic jacet corpus Jacobi Strangways *armigeri, qui obiit octavo idus Decembris, anno Domini milleſimo CCCCC..ij. pro cujus anima celebrabitur ad præſens altare imperpetuum miſſa cotidiana, ex ordinatione & fundatione domine* Katerinæ Gordan, *conſortis ſue: quorum anime perpetua pace quieſcant.* Amen. Ibidem.

HULMENSE
cœnobium S. Benedicti *in agro* Suffolcienſi.

EOdem anno [anno ultimo ſc. Regni ſui,] *Kanutus* Rex de *Roma* rediens, *Malcolmum* regem *Scotiæ* ſibi rebellantem ſicut & priùs fuerat ſubjecit, ac alios duos reges *Melbeacha* & *Jermare* in deditionem recepit. Circa idem tempus *Egelnotus Cantuarienſis* archiepiſcopus, baſilicam ſancti *Edmundi* conſecravit. Iſte rex *Kanutus*, poſtquam de *Roma* regreſſus fuerat, vitam ſuam in humilitate & devotione ducens, in honore ſancti *Benedicti* (quem ultra omnes Confeſſores ſpiritualiter dilexerat) duo monaſteria fundavit, unum in *Norwegia*, & aliud in *Anglia*, in partibus *Norfolchiæ*, quod in ſolo paluſtri infra aquas quaſi in Inſula, in quodam loco qui olim **Couholm** & **Calvescroft** vocabatur, ſitum eſt, ad quem locum antiquis temporibus ante adventum *Danorum* in *Angliam*, quidam heremita, nomine *Suneman*, adire & illum inhabitare per angelum monitus eſt in ſompnis. Qui licet dictum locum ſibi predeſtinatum penitus ignorabat, gratiâ tamen divinâ per diverſa tunc deſerta tranſiens, ad quoddam manſum cujuſdam reguli, nomine *Horn*, quod **Hoxnyng** vocabatur, prope eundem locum advenit, ubi a bubulcis & paſtoribus **Calvescroft** & **Couholm** nominantibus de dicto loco doctus, & per

Joan. Bromton MS in bibl. *Cotton.* fo 7 b.

Ecclesiæ Cœnobialis S. Benedicti de Hulmo in Agro Norfolciensi, cœnobio nondum everso delineatæ, et in quodam codice MS. in Bibliotheca Cottoniana repertæ, Figura.



per eosdem lætus ibidem perductus, unam capellam in honore sancti *Benedicti* infra paludes loco prædicto erigere incepit, ad quem alii heremitæ pro pœnitentia secum agenda confluxerunt, quos ipse benignè in socios recepit, & secum cohabitare permisit. Quod dictus regulus sive dominus percipiens, **Coulholm** & **Calvescroft** sibi & fratribus suis dedit pro perpetuo, & concessit: ubi plusquam 50. annis vixit.

Postmodum, non modico tempore transacto, Pagani *Ingwar* & *Hubbe* de *Dacia* manu forti in *Angliam* applicantes, *Northumbriâ* primò gravi depopulatione pervagatâ, & eis subjectâ, in *Est angliam*, id est, *Northfolchiam* venerunt, ubi sancto *Edmundo* Rege tunc ibidem regnante ab eis capto & interfecto, totam patriam prædaverunt, ac dictam capellam sancti *Benedicti*, heremitis omnibus occisis, funditùs destruxerunt. Post hæc, quidam vir Deo devotus, *Wolfricus* nomine, divinâ inspiratione ad dictum locum veniens, dictam capellam sancti *Benedicti* de novo incepit ædificare, & congregatis sibi septem sociis, ædificia eis necessaria construxit, quos usque ad tempus regis *Kanuti* per lx. annos rexit. Tempore autem illo, quidam præpositus regis *Kanuti*, *Maynard* nomine, in partibus illis erat, qui dictum *Wolfricum* & socios suos odio habens, eos erga regem *Kanutum* tunc propè apud **Poznyng** existentem, nequiter diffamando accusavit. Unde rex erga eos iratus, solus cum simplici familia, quasi Rex non esset, ad eos pervenit, omnes usque ad mortem in mente minans, si illud quod *Maynard* de eis dixerat verax esset. Quod *Wolfricus* in spiritu comperiens, contra eum cum sociis suis accessit dicens. *Salve Rex* Kanute; cui Rex,, *Qualiter pro Rege* Canuto *me noscis, cum ipsum nunquam agnovi?* Cui *Wolfricus*. *Angelus Dei regem hunc adventurum & nos & locum istum plurimùm ditaturum nobis infra tres dies preteritos nunciavit.* Quod Rex audiens & eos penès se maliciosè accusatos percipiens, omnes ad dictum mansum suum de **Poznyng** invitavit: quod illis illuc venientibus Rex, una cum villis de **Ludham** & **Petesherde**, cum omnibus appendentibus, per cartam suam imperpetuum à se & hæredibus suis dedit, quam citò post in Parliamento suo apud *Wyntoniam* (verius quod dictus *Maynard* Regis præpositus collum suum fregerat) coram omnibus regni sui magnatibus confirmavit & sic Rex *Canutus* monasterium sancti *Benedicti*, monachis per dictum *Wolfricum* introductis, fundavit.

Dicto vero *Wolfrico* citò postea viam universæ carnis ingresso, quidam *Alfsius* in abbatem sibi successit. Qui de duobus monachorum conventibus tunc ibidem congregatis medietatem usque **Bury** ad ecclesiam sancti *Edmundi* regis & martyris mittens, unum eorum, *Uvium* nomine, primum abbatem ibidem Rege *Kanuto* annuente, & ipsos monachos introducente, statuit & ordinavit; & sic primus abbas & monachi abbathiæ de **Bury**, primò de abbathia sancti *Benedicti* venerunt, quos Rex *Kanutus* quam plurimùm ditavit & magnis privilegiis ditavit sive decoravit.

Carta Canuti *Regis.*

Ex regi-stro S. Be-nedicti de Hul-mo, in bibl. Cotton. [Vitellius E. 1 fol. 1. a.

"CHristo omnipotenti qui est omnium regum Rex, omnino persolvendæ sunt gratiarum actiones pro omnibus indebitis beneficiis quibus hominibus, sua sola pietate intercedente, suffragatur, nullis nostris promerentibus meritis. Ne ergo simus ingrati beneficiorum tantorum ejus, eumque magno opere studendum est, nostrum ut aliquid conferamus ei cujus sunt omnia, & qui nobis non habita contulit habere, cuique non possumus dare nisi propria, & de suo prop.io tribuit nobis mercari, & in usus proprios uti, quæ minimè proprio usu potuimus habere, nisi ejus tribueret gratia, scilicet regni cœlorum cœlicolorum contubernium.

"Ejus quippe largifluâ bonitate, regia dignitate subtronizatus, Ego *Knuth* rex *Angligena* nationis, pro nanciscendo ejus immensitatis misericordiæ dono; concedo sibi de suo proprio, quæ mihi gratuitò concessit, villam noto nomine, cognominatam **Horninga**, cum pascuis, silvis atque confinibus sibi rite subter jacentibus, scilicet, **Ludham** cum pertinentiis, **Neethesherth** cum suis pertinentiis. Est denique nostrum donum à Christo nobis collatum, cui dantes fenoratum exposcimus, ut rursum suæ largitionis donationē excipere dignetur à nobis omni intentionis affectu oblatam, quatinùs possimus per sua sibi data consequi, quæ à nobis non possunt possideri nisi à se collata. Si quisquam, quod ablit, à diaboli incitatione fuerit inflatus, ut Deo omnium rerum possidenti suum temptaverit, quod nobis sibi concessit tribuere, abstrahere vi, vel fraude qualibet utinam remaneat nobis ad gratiam ejus quæ concessimus, & sit ei ad interitum æternæ dampnationis, qui pravæ mentis, aut nisu hoc aliò transferre conatur, nisi plenitudo satisfactionis ejus subveniat.

Ego *Knuth* Rex, hanc donationem Christo contuli pro consequendo præmio cœlestis hæreditatis.
Ego *Elgifu* Regina, hanc regiam donationem augendo confirmavi.
Ego *Wlstanus* archiepiscopus corroboravi.
Ego *Æthelnothus* archiepiscopus confirmavi.
Ego *Godwinus* episcopus corroboravi.
Ego *Ælwinus* episcopus assentum dedi.
Ego *Alfwinus* episcopus consignavi.
Ego *Ethericus* episcopus concluſi.
Ego *Ælfwinus* episcopus corroboravi.
Ego *Hue* dux.
Ego *Godwyne* dux.
Ego *Ulf* dux.
Ego *Eglaf* dux.
Ego *Hacun* dux.
Ego *Leofwine* dux.
Ego *Godric* dux.
Ego *Brithwaldus* episcopus consensi.
Ego *Brihtwin* abbas.
Ego *Leofric.*
Ego *Ælfward.*
Ego *Æthelstan.*

Carta Regis *Edwardi*, confessoris dicti.

Ex regi-stro abbatiæ S. Benedicti de Hulmo in bibliotheca Cottoniana [Galba E. 1 fol. 1.

✝ EDUUARDUS *Rex* Anglorum *omnibus Deum timentibus, & fidelibus suis totius* Angliæ *Salutem. Christo omnipotenti Deo, qui est omnium regum Rex, omnino persolvendæ*

sunt gratiarum actiones, pro omnibus indebitis beneficiis quibus hominibus, sua sola pietate intercedente, suffragatur, nullis nostris meritis promerentibus. Ne ergo simus ingrati tantorum ejus beneficiorum, cum magnopere studendum est, nostrum ut aliquid conferamus ei, cujus sunt omnia. Itaque ego Edwardus Angliæ *nationis, sola largiflua Dei bonitate, regia dignitate subthronizatus, pro nanciscendo ejus misericordiæ dono immensæ, de suo proprio, quod mihi concessit, gratuitò, do, & concedo sibi ecclesiæ almiflui confessoris sui* Benedicti *ecclesias, villas, terras, & libertates subscriptas, videlicet, villam de* Hoxnyngge *cum ecclesia, villis, pascuis, atque confinibus sibi ripis subterjacentibus, & cum Hundredo de* Tunstede, *ecclesias de* Nethelhyrda, *cum tota villa; ecclesias de* Hobetone *&* Belhae, *cum tota villa de* Hobertone, *& terras de* Suthwalesham, *quæ fuerunt* Radulphi Stalre; *ecclesiam de* Withestede, *cum tota villa; Ecclesiam de* Hanninge, *cum terra quæ fuit* Edrici Scirefman *in eadem villa; ecclesiam de* Purgartun, *cum tota villa; ecclesiam de* Thwert, *cum tota villa; ecclesiam de* Calethorp, *cum terra quæ fuit* Edrici; *ecclesiam de* Totinton *cum tota terra quæ fuit* Agelwini *Aldermayn; ecclesias de* Erpingham *&* Antingham *cum terra quæ fuit* Edrici Scirefman *in ipsis villis; ecclesiam de* Horthwalsham *cum ipsa villa quæ fuit* Sket; *ecclesiam de* Swaneton, *cum terra quæ fuit* Saxi *in eadem villa; ecclesias de* Scothowe, *&* Lammesse, *cum terra quæ fuit* Ægelwini *Aldermanni in ipsis villis, & in* Estone, *terram quæ fuit* Ægelwini *Alderman in* Holbesse; *ecclesiam de* Ludham *cum terra ejusdem villæ, & pertinentiis suis; ecclesiam de* Bestone *cum terra quæ fuit* Egelwini *Aldermanni in eadem villa, ecclesiam de* Stalham, *cum terra quæ fuit* Odulf; *ecclesiam de* Martonesham, *cum terra quæ fuit* Edrici Scireusman; *ecclesias de* Wintertone *&* Somertone, *cum terra quæ fuit* Godrici; *ecclesias de* Thirne *&* Askeby, *cum terra quæ fuit* Egelwini *Aldermanni in ipsis villis, & in* Rolleshy. *Ecclesiam de* Castra, *cum terra quæ fuit* Grimolfi Davi *in eadem villa. Terram de* Redham, *&* de Nortuna, *quæ fuit* Agelwini *Aldermani; ecclesiam de* Basstwick, *cum terra quæ fuit* Egelwini *Aldermani in eadem villa. Ecclesiam de* Randelwythe, *cum terra quæ fuit* Egelwardi *presbiteri. Ecclesiam sancti* Martini *de* Shotesham, *cum terra quæ fuit* Brictrictim *in eadem villa. Et in* Grenesevilla, *terram de* Tybenham *quæ fuit* Egelwini *Aldermani.*

Omnia igitur quæ predicta ecclesia in præsenti possidet, sive in futuro ex dono fidelium possidere poterit, tam in propriis vocabulis expressa, quam non expressa, liberè & quietè eidem ecclesiæ possidenda, concedo, ipsamque abbatiam integrè ab omni seculari servitio, & potestate, delibero in cujuscunque potestate, vel hundredo possessiones habet pro salute meâ, & antecessorum, & posterorum meorum. Et ideo volo & firmiter præcipio, ut ecclesia sancti Benedicti *de* Holm, *in omnibus possessionibus suis ubicunque sint, habeat* sache, *&* sokne, *&* toll, *&* theam, *&* infangenetheof, *&* grithbrithe, *&* forestall, *&* dom, *&* som, *&* wrecche *in mari, & in litore maris, & in portibus maris, &* Hamsokne, *&* Blodewite, *&* Flitewite, *&* Ferdwite, *&* Flemeneferd, *&* Haverpeni, *&* Wardpeni: *& præter hoc, omnes alias libertates & liberas consuetudines, quas ego ipse habeo in dominicis terris meis, & elemosinis, pertinentibus coronæ meæ. Et hæc habeat ecclesia prædicta in bosco, in plano, & pratis, & pascuis, & molendinis, & turbariis, & stagnis, & vivariis, & viis, & semitis, in mari, & in portibus maris, in mariscis, & in aqua, & extra aquam, in feriis, & mercatis, in civitate, & extra, in burgo, & extra burgum, & in omnibus locis. Sit etiam prænominata ecclesia libera, & quieta per totam* Angliam *de* thol, *& habeat regalem liberam licentiam ducendi, & portandi omnia sua, quocunque voluerit vel necesse fuerit; Ita ut aliquis in tota* Anglia, thol, *vel aliquam aliam consuetudinem, pro rebus suis, ab ea non præsumat exigere, seu vi extorquere. Et prohibeo ne quis super hoc scriptum, & sigilli mei protestationem, illam inquietare, perturbare, aut in servitutem deinceps redigere præsumat.*

Ego Rex Edwardus *hanc donationem* Christo *& sancto* Benedicto *pro consequendo premio cœlestis hereditatis contuli. Ego* Egeda *regina hanc regiam donationem augendo confirmavi. Ego* Edsius *archiepiscopus* Cantuariensis *confirmavi. Ego* Eluricus *archiepiscopus* Eboracensis *corroboravi. Ego* Elwinus Wintoniensis *episcopus hoc donum laudavi. Ego* Robertus London. *episcopus assensum dedi. Ego* Egelmerus Thethfordensis *episcopus consignavi. Ego* Wulfius Lichefeldensis *episcopus concluſi. Ego* Luricus *dux laudavi. Ego* Algarus *dux laudavi.* Egelwardus *abbas de* Glastonia *audivi & vidi. Ego* Lewinus *abbas de* Coventre *audivi & vidi.* Godwinus *abbas* Winchel. *audivi & vidi.* Godricus *abbas de* Evesham *audivi & vidi.* Haraldus *dux laudavi. Ego* Tosti *dux laudavi. Ego* Siwardus *dux laudavi.*

Cœnobium S. EDMUNDI *in agro* Suffolciensi.

Anguar igitur, cum de strage suis illata inconsolabiliter anxiaretur, venit ad eum apud Theodorde *Hubba* frater ejus, qui jam *Merciam* totam depopulaverat, cum x. millibus armatorum, & sic junctis viribus, ut se vindicarent, in sanctum regem *Eadmundum* castra moventes ad *Hegelesdunam* villam, ubi rex beatissimus *Eadmundus* tunc erat, celeriter pervenerunt. Tunc tyrannus *Hinguar* jussit, circumcingi regem cum turba, ne quidem unus ex omnibus elaberetur vivus. Sanctus itaque rex *Eadmundus*, cum se ab hostibus undique vallatum cognosceret, de consilio *Humberti, Helmhamensis* episcopi confugit ad ecclesiam, ut se membrum Christi ostenderet, & armis temporalibus projectis, cœlestia induit, humiliter patrem, & filium, cum sancto spiritu deprecans, ut sibi in passione constantiam largiretur: igitur a ministris iniquitatis clementissimus rex *Eadmundus* ab ecclesia truculanter extrahitur, loris dirissimis coarctatus,

Math. westmon. p. 319, 320 321.

coarctatus, & sicùt Christus ante *Pilatum* præsidem, ita ducitur *Eadmundus* ante iniquum ducem, cupiens ejus sequi vestigia, qui pro nobis immolatus est hostia. Quo jubente, ad arborem quandam, quæ non multum aberat, religatus, diutissimè flagellatur, multisque modis illuditur. Sed invictus athleta Christi *Eadmundus*, inter flagella, Christum semper invocando flebilibus vocibus, tortores suos compulit in furorem. Et ad ipsum tùnc arcubus, quasi ad signum, ludendo, totum corpus ejus telis confodiunt & sagittis. Nec erat locus in corpore martyris vacuus, cui novum posset imprimi vulnus. Nam, sicut hericius in cute densis armatur spinis, ita corpus invicti regis spiculis configitur sagittarum. Cumque nec sic *Hinguar* carnifex truculentus sanctum martyrem *Eadmundum* à fide Christi, & confessione trinitatis potuit separare, ut suis iniquis persuasionibus præberet assensum, protinus lictori mandat, ut ense cruento martyris caput præcidat: At lictor sanctum de stipite truculenter avulsum, inter verba orationis, & confessionis Christi nominis, unico ictu ipsum decapitando. xij. kal. Decemb. gratissimum Deo holocaustum, igne passionis examinatum, cum palma victoriæ, & corona justitiæ transmisit ad cœlum.

Corpus verò martyris, ministri diaboli, capite truncatum, relinquentes, & in sylvam cui Hegelesdune nomen est, asportantes, inter densa veprium fruteta projecerunt. Adhuc enim laborabant laniatæ iniqui, ne à Christianis, quos paucos superstites reliquerant, corpus martyris sepulturæ, ut decebat, cum capite traderetur. Didicerant namque *Hinguar* & *Hubba*, piratæ nequissimi, in sylva jam dicta, olim de medio sublatum fuisse *Lothbrocum* patrem suum. Undè falsa suggestione *Berni* venatoris beato regi & martyri *Eadmundo* talionem reddere cupientes, in sylva eadem caput ejus ignominiosè projecerunt, avibusque cœli tradentes & bestiis devorandum. Passus est autem cum sanctissimo rege *Eadmundo* comes ejus individuus *Humbertus Helmhamensis* antistes, qui regem eundem in regni fastigium sublimaverat, & constantia invicti regis ad martyrium animatus, cum ipso est regni cœlestis possessor effectus. Sicque rege beatissimo ad cœlestia translato, pagani nimium gloriantes hyemaverunt in regione illa, expulsis paucis indigenis, qui superstites cladi precedenti fuerunt. Eodem anno *Ceolnothus Cantuariensis* archiepiscopus, diem clausit extremum, cui successit *Æthelredus* vir venerandus, & in rebus divinis sufficienter eruditus.

Cum igitur post martyrium beatissimi regis *Eadmundi*, fratres *Hinguar*, & *Hubba*, Deo odibiles, hyemale tempus in regione *Estanglorum*, prædis vacantes & rapinis, jam pro parte expleverant, venit ibidèm ad eos *Gyrro* quidam de regibus *Danorum* potentissimus, ut cum prædictis fratribus hyemaret. Superveniente itaque tempore vernali, omnes pagani ab *Estanglia* paritèr recesserunt. Quo audito, Christiani undecumque de latibulis erumpentes, summopere satagebant, ut caput beati regis *Eadmundi* inventum, reliquo corpori uniretur, & sepulturæ corpus integrum, more regio, traderetur. Cumque omnes pari affectu ad id concurrerent, & sylvas perlustrando caput martyris diligenter quærerent, res contigit dictu mirabilis, & sæculis inaudita: Nam cum caput quærendo inter silvas, & veprium densitates, socii ad socios mutuis clamoribus patria lingua *ubi es*, *ubi es*, interrogarent, caput martyris eadem lingua respondens dixit, her, her, her, quod latinè dicitur *hic*, *hic*, *hic*. Nec cessavit eadem repetendo clamare, quousque singulos ad se perduxit. Ubi cum capite lupus ingens, & visu horribilis, repertus est, qui caput sacrum inter brachia complectens, beato martyri excubias impendebat. Assumentes itaque hominçs caput intrepidi, profusis Deo laudibus ad suum corpus detulerunt, subsequente lupo illos usque ad locum sepulturæ. Tunc caput corpori conjungentes in mausoleo competenti, illa paritèr concluserunt. Quo facto lupus dilectæ solitudinis secreta petivit. Constructa est autem in eodem loco, pauperrimo opere, à fidelibus ecclesiola, ubi postea per multa annorum curricula corpus sanctissimum requievit. Passus est autem beatissimus rex & martyr *Eadmundus*, anno gratiæ DCCCxx. anno ætatis suæ xxix. regni verò sui anno xvj. die xij. kal. Decemb. feria secunda indictione tertia, luna existente vicessima secunda.

Lapso deinde multorum intervallo annorum, sedatis penitùs bellorum incendiis, cæpit fidelium pietas respirare, qui in loco, ubi corpus martyris requievit, Doron nunc ab incolis nuncupato, visis creberrimis miraculorum signis, in villa regia, quæ lingua *Anglorum* Beodrichesworth, latinè verò *Beodrici* curtis sive habitatio nominatur basilicam permaximam construxerunt, & ad illam sanctum martyrem in magno tripudio transtulerunt. Sed mirum dictu contigit.

Nam cum corpus martyris præciosissimum, ob spacium diuturni temporis putrefactum ab omnibus putaretur, ita integrum repertum est & illæsum, ut non solùm caput corpori redintigratum & compaginatum sed omnino nihil in eo vulneris nihil apparuit cicatricis. Sicque Deo dignus martyr *Eadmundus*, viventi simillimus, ad locum memoratum est translatus, apparente in collo ejus signo martyrii per gyrum quasi filo coccineo, sicut tectari solita fuit quædam beatæ recordationis fœmina, *Osfren* vocata, quæ ad sacrum martyris sepulcrum, jejuniis sæpè vacans & orationibus per multa annorum curricula, revulso beati martyris mausoleo in cæna dominica, ejus attondendo capillos, & ungues præcidendo. Quæ omnia diligentèr colligens, & in capsella recondens, super altare illius ecclesiæ ponere consuevit, ubi usque in hodiernum diem veneratione debitâ conservantur.

Anno Domini Mxx. rex *Cnuto*, constructo regali monasterio, cum competentibus officinis in loco qui Bedericheworth nuncupabatur, ubi rex & martir, *Eadmundus* incorrupto corpore diem beatæ resurrectionis expectat, & monachos in eo instituit. Cœnobium quoque illud beati regis & martiris *Eadmundi* tot prædiis & bonis aliis ampliavit, ut omnibus fere *Angliæ* monasteriis in rebus temporalibus meritò præferatur. *Leland. collectan. vol 3. p. 73.*

——Supra corpus beatissimi *Edmundi*, quem antiquiores *Dani* interfecerant (rex *Canutus*) basilicam *Will. Malmesb. fol. 41. a. num. 40.*

basilicam, animositate regiâ, construxit, abbatem & monachos instituit, prædia multa & magna contulit, præstat hodieque donorum ejus amplitudo integra, quòd locus ille infra se aspiciat omnia penè *Angliæ* cœnobia.

Ex chron. S. *Bened. de Hulmo* in bibl. *Cottoniana.*

Anno Mxx. *Cnuth* rex *Angliam* rediit, & concilio cleri & reginæ *Emmæ*, & comitis *Turkilli*, monachos ad S. *Edmundum* constituit, clericis qui ibidem inordinatè vivebant ejectis; præfecitque eis abbatem *Uvium* quem à domo S. *Benedicti* de *Hulmo* cum xii. monachis transtulerat.

Anno Mxxj. *Alwinus*, *Est-anglorum* episcopus, cepit construere ecclesiam S. *Edmundi* regis ad quem media pars librorum, & ecclesiasticorum ornamentorum à domo S. *Benedicti* est translata.

Fundatio Ecclesiæ sancti Edmundi.

Ex registro S. *Benedicti de Hulmo* in bibliotheca *Cottoniana*, fol. 7. b.

TEmporibus primi *Knut*, magni regis *Anglorum*, & *Danorum* qui supra novem regna dominabatur, qui etiam *Romæ* scholam *Anglicam* constituit, & ad fovendam eam ex *Anglia* omni anno centum dari fecit, quod *Anglicè* dicitur **Romescot**, inventum est corpus sancti *Edmundi* regis & martyris, absque reverentia & religione condigna, in monasterio sanctæ *Mariæ* ligneo apud villam **Bedrichswrthe** dictam sub secularium clericorum custodia conditum, qui beneficia eidem martyri collata & oblationes inter se dividebant & corpus sanctum absque condigno honore dimittebant. Concilio verò archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, clericorum atque baronum totius *Angliæ* inito, præcepit rex, ut in prædicta basilica fierent monachi, qui die, nocteque ibidem Deo, & sanctæ *Mariæ*, devotè servirent, & corpus, preciosi martiris, cum majori diligentia, & reverentia observarent. Placuit autem prædicto regi, & clero, cum primatu baronum, ut, ex ecclesia beati *Benedicti* de *Hulmo*, antiquitùs constituta, illuc adducentur monachi religiosi, & tali observatione, quod conventus *Holmensis* ecclesiæ in duas partes divideretur: Et pars dimidia ad monasterium in villa *Beatrici* dirigiretur, & altra pars fratrum in ecclesia beati *Benedicti* remaneret.

Ea verò tempestate, viginti sex monachi, viri religiosi, & bonæ famæ in eadem ecclesia Deo & sancto *Benedicto* famulabantur; de illa verò parte dimidia fratrum ad *Beatrici* villam directam, vir prudens & honestus, *Uvius* nomine, Prior fuit, qui postea, in monasterio sancti *Edmundi*, abbas extitit primus; & cum eo, alius frater, *Leofstanus* nomine, qui in eodem loco post ipsum *Uvium* abbas effectus est. Hæc autem sunt nomina aliorum undecim fratrum monachorum qui cum ipsis directi sunt: *Agelwinus* monachus & auriga sancti *Edmundi*. *Ælwardus* valdè religiosus, *Leofdenus* decanus, *Alfricus*, *Bonda*, *Edricus*, *Assiwoldus*, *Leoffinus*, *Sparhavocus*, & pueri *Oswoldus* & *Ordricus*. Tota quidem supellex in domo sancti *Benedicti*, in libris & vestimentis, in vasis & ornamentis, & omnibus rebus similiter dividebatur, & pars dimidia illuc, cum eisdem fratribus, mittebatur: altera vero pars eidem domui reservabatur.

Crescente autem ibidem religione, talis observatio & familiaritas, inter utrasque ecclesias, scilicet, sancti *Benedicti*, & sancti *Edmundi* facta est, ut quicunque harum ecclesiarum, majori rerum copia videretur habundare, opulentior inferiorem opibus relevaret. Simili quidem providentia pro defunctis invicem fratribus, in utroque monasterio fieret ut quantum pro semetipsis, tantum & pro illo persolverent, in missis & elemosinis & in omnibus aliis bonis Deo placitis. Quod usque in æternum, gratia Dei, observabitur firmiter. Si vero casu accidente, quod absit, quælibet prædictarum ecclesiarum combustione, vel guerra, vel aliquo gravi infortunio impediatur, pars dimidia conventus de altera ad alteram, consilio utrorumque abbatum & conventuum migrabit ecclesiam, & donec plenariè in pristino statu reformetur, tanquam fratres ejusdem ecclesiæ per omnia & in victu & in vestitu, pars illa participetur. In tanta etiam familiaritate, & affinitate consociantur hæ prædictæ ecclesiæ, ut si quis in aliquo gravi corruat flagitio, unde vel ab ecclesia sua expellatur, aut sponte decedat, & illuc confugerit, omni remota occasione, præter proditionem monasterii sui & abbatis, in altero monasterio tanquam unus fratrum loci illius collocetur.

Nomina eorum qui debent habere mandata in cena Domini cum Monachis viventibus; Abbates omnes hujus loci, *viz.* *Alsinus*, *Thurstanus*, *Alfwoldus*, *Richerus*, *Conradus*, *Willielmus Basset*, *Anselmus*, *Hugo Danus*, *Willielmus* secundus, *Thomas*, *Radolphus*, *Johannes*, *Reginaldus*, *Sampson*, *Robertus*, *Willielmus* tertius, *Adam*, *Richardus*, *Nicholaus*. Et hi similiter, qui nobis villas & terras dederunt. *Cnut Rex*, qui dedit **Hozning**, cum pertinentiis, videlicet, **Hetsherd**, & **Irstod**, **Ludham**, & **Heccham**, **Thyrn**, & **Ashby**, & **Hurcheb** cum pertinentiis suis. *Edwardus* Rex, qui dedit **Tunsted** hundredum, *Radulphus* comes, qui dedit **Holth**, & **Southwalsham**, *Skeyh*, qui dedit **Hozthwalsham**, *Brutricus*, qui dedit **Shotsham**, *Wulfricus*, qui dedit **Hecham** juxta *Norwicum*. *Edgiva Swanfoals*, qui dedit **Thurgarton**. *Saxy*, qui dedit **Swaneton**. *Wulfricus* qui dedit **Hardeal**. *Ernaldus* qui dedit **Wichingham**. *Alfwinus* qui dedit **Scothow**. *Edwinus* & *Ingreda*, qui dederunt **Pelton**. *Osferthus* qui dedit **Felmingham**. *Leswaldus* qui dedit **Tybnam**. *Wulfricus* qui dedit **Wertonsham**. *Grimbolf*, qui dedit **Castre**; *Thurwardus* & *Edwardus*, edificatores hujus ecclesiæ.

Ex historia *Mariani Scoti* MS. in bibliotheca *Bodleiana* v. 3 7 juri

ANno Domini DCCCCxlv. hoc etiam anno rex *Eadmundus* dedit hoc privilegium sancto *Edmundo* regi & martyri.

"In nomine sanctæ Trinitatis. Quamvis de-
"creta pontificum & verba sacerdotum velut
"fundamenta montium in districtis ligaminibus
"fixa sint, tamen plerumque tempestate & tur-
"bine secularium rerum etiam religio sanctæ Dei
"ecclesiæ maculis reproborum dissipatur ac rum-
"pitur. Iccircò incertum futurorum temporum
"statum prævidentes, posteris succedentibus pro-
"futurum esse decrevimus, ut ea quæ communi
"tractu, salubri consilio, definiuntur, certis lite-
"rulis roborata confirmentur.

"Quapropter ego *Eadmundus*, rex *Anglorum*
"cæterarumq; gentium in circuitu persistentium
gubernator

" gubernator & rector, ad memoriam revoco " gesta antecessorum meorum qui terrenis opi- " bus ecclesias Sanctorum ditaverunt, quorum " exempla imitatus, ad monasterium quod situm " est in loco qui dicitur Baderichesworthe in " quo sanctus *Eadmundus* rex & martyr qui- " escit corpore, terram quæ circa illum locum " esse videtur libenter tribuo, & æternaliter per- " sistat, eatenus ut illam ejusdem monasterii fa- " milia possideat, atque suis posteritatibus ea- " dem dictione derelinquat. Sit autem prædicta " terra libera ab omni mundali obstaculo cum " omnibus quæ olim ad ipsum locum pertinere " dinoscuntur, tam in magnis quàm in modicis " rebus, campis, pascuis, pratis, silvis : & non " reddat aliquod debitum nisi ad necessitatem " familiæ ejusdem ecclesiæ. Si quis autem pro- " pria temeritate violenter invadere præsumpse- " rit nostram prænotatam donationem, sciat se " proculdubio ante tribunal districti judicis ti- " tubantem tremebundumque rationem red- " diturum, nisi prius hic digna satisfactione e- " mendare maluerit.

" Istis terminibus prædicta terra circumgyrata " esse videtur.

Ðiſ ſynden þa land gemæro þe Ædmund kyng gebocade into ſancte Ædmunde. Ðone ærſt þær æreſt ſuþ be Abte þweouuan. ⁊ þonne up be Ealmundeſ þweouuan. ⁊ ſua forþ to Oſulfeſ lea. ⁊ ſua forþ on gerihte be manige hyllan. ⁊ þanan up to Hamar loda. ⁊ ſua forð to fouuer hagaſ. ⁊ ſua æfter þem uuegeto Litlandtune. ⁊ þonan oſer þa ea æfter þam uuege to Bertune dene. ⁊ ſua on gerihte eaſt to Holgate. ⁊ ſua forþan ſuplang be eaſten Bromleaga. ⁊ þonan ſuþ to Niuuantune meaduue. *Hoc est.*

Hi sunt terræ termini, quam *Ædmundus* Rex scripto contulit sancto *Ædmundo*. Imprimis igitur austrum versùs per (cujusdam) *Abti* arborem, & inde sursum per *Eadmundi* arborem, & sic deinceps ad *Osulfi* campum ; & sic deinceps rectà per plures montes ; & inde sursum ad *Hamari* fluentum ; & sic deinceps ad quatuor sepes ; & sic per viam ad *Litlandtunam* (i. e. modicam villam) & inde trans aquam per viam ad *Bertune* (i. e. villæ frumentariæ) vallem ; & sic rectà orientem versùs ad *Holgatam* (i.e. portam ad cavum) & sic deinceps uno stadio ad orientem *Bromligæ* (i.e. myricarum campi) & inde austrum versùs ad *Niwentune* (i. e. villæ novæ) pratum.

Acta est hæc præfata donatio anno ab incarnatione Domini *Jesu Christi* DCCCCxlij. indictione 3.

Ego *Eadmundus* Rex *Anglorum* præfatam donationem cum sigillo sanctæ crucis ✠ indeclinabiliter confirmavi.

Ego *Elfgiva* regina firmiter confirmavi & corroboravi.

Ego *Odo*, *Dorobornensis* ecclesiæ archiepiscopus ejusdem regis principatum & benevolentiam cum sigillo sanctæ crucis concluſi.

Ego *Theodred*, *Londonensis* ecclesiæ episcopus corroboravi.

Ego *Ælfheah*, *Wintoniensis* ecclesiæ episcopus testitudinem sanctæ crucis subscripsi & confirmavi.

Ego *Kenwald* episcopus, prædictum donum consensi.

Ego *Ælfric* episcopus consignavi.
Ego *Ælfred* episcopus confirmavi.
Ego *Burhric* episcopus consensi.
Ego *Æthelgar* episcopus roboravi.
Ego *Æthelwold* episc. consignavi.
Ego *Athelm* dux.
Athelstan dux.
Alfgar dux.
Athelwold dux.
Alhealm dux.
Edmund miles.
Alfgar miles.
Ulfric miles.
Wihtgar miles.
Ælstan miles.
Ælfred miles.
Ælfheah miles.
Æthelgeard miles.
Æthered miles.
Æthelsige miles.
Ælfsige miles.

Charta Canuti *Regis inspecta & confirmata.* Cartæ 8. *Ed* 2. nu. 11. membr. 1. Vide etiam Cart. 7 & 8 E. 2 n. 11.

REX Archiepiscopis &c. Salutem. Inspeximus Cartam quam bonæ memoriæ *Knutus* quondam Rex *Angliæ* progenitor noster, fecit in hec verba. *In nomine poliarchis Jesu Christi Salvatoris mundi tocinsque creaturæ creatoris cujus divino dominatui queque dominationes debito servicio subnixè deserviunt, cujus eciam omnipotentatui universi potentatus obsecurdari examussim preproperant, quia bonitas ejus bonitatis est incomprehensibilis, & miseratio interminabilis, dapsilitas bonitatis ineffabilis, longanimitas quoque super pravorum nequitias quantitatis prolixitate cujuslibet longior, qui cotidianis admonitionibus religiosam conversationem ducentes monet, ut pia sectando justicia culturam, non eam deserendo linquant, quin pocius perseverabili instancia in ejus cultura ut permaneant paterno affectu hortatur, qui nihilominus eadem affectione mandat peccatoribus ut resipiscant à suis iniquitatibus convertentes, quia eorum execratur mortem.*

Ejus ameris stimulo & fide suffultus, cujus largistua miseratione ego Cnut *Rex tocius* Albionis *insulæ aliarumque nationum plurimarum in cathedra regali promotus, cum consilio & decreto archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, comitum, aliorumque omnium meorum fidelium elegi sanciendum, atque perpeti stabilimento ab omnibus confirmandum, ut monasterium quod* Badricesworde *nuncupatur, sit per omne evum monachorum gregibus deputatum, ad inhabitandum, & ab omni dominatione omnium episcoporum comitatus illius undique liberum, ut in eo domino servientes monachi sine ulla inquietudine pro statu regni dominum prevaleant precari. Placuit eciam michi hanc optionis electionem roborare privilegio isto, in quo videre precepi libertatis donum quod jam olim* Eadmundus *rex* occidentalium Saxonum *largitus est suo equivoco pro nanciscenda ejus gratiâ & mercede eterna, scilicet* Eadmundo *Regi & martyri, quod bone voluntatis voto augere cupimus, quatinus ejus promereri precibus merear porcionem ejus beatitudinis post hujus cursum vitæ.*

Tali libertate concedo fundo frui illi, in quo idem

sanctus

ſanctus panſat, ut quocies populus univerſus perſolvit cerſum Danis, *vel ad naves, ſen ad arma, perſolvant inhabitantes in ipſo fundo eadem ad uſus quos elegerint fratres illius loci. Sitque nobis remedio hoc, michi quippe eque regine mee* Alfgife, *ac filiis noſtris, omnibuſque qui pridem ei hoc contulerunt. Huic libertati concedo additamentum, ſcilicet maritimos piſces qui michi contingere debent annualiter per thelonei lucrum, & piſcationem quam* Ulfkitel *habuit in villa & omnia jura quarumcumque cauſarum in villis que monaſterio adjacent & que adiciende ſunt per gratiam Dei. Dedi quoque Regine mee aſſenſum, concedens ei, pro ſua elemoſina dare quatuor millia anguillarum cum muneribus que pertinent ad illas pro annuali cenſu in villa qua cognominatur* Lacynga-hythe.

Si quiſlibet, quod abſit, iſtam libertatem quoquolibet conatu nititur ſervitutis jugo ſubigere, vel prava intentione tranſmutare, ut rurſus clericos in eo collocet, ſit addictus captivitati eterne, carens ſempiterna libertate & mancipatus ſervicio diaboli ejuſque conſorcio ſit inextricabilibus habenis conſtrictus, niſi ſatisfactio ejus erratui ſubveniat quod prorſus optamus ✠ *Ego* Cnut *Rex gentis* Anglorum *aliarumque nichilominus hoc privilegium juſſi componere & compoſitum cum ſigno dominice crucis confirmando impreſſi* ✠ *Ego* Alfgifa *Regina omni alacritate mentis hoc confirmavi* ✠. *Ego* Uulſtanus *archiepiſcopus conſenſi* ✠. *Ego* Adelnodus *archiepiſcopus confirmavi* ✠. *Ego* Godwinus *epiſcopus corroboravi* ✠. *Ego* Alfwinus *epiſcopus aſſenſum dedi* ✠. *Ego* Alfinus *epiſcopus conſignavi* ✠, *Ego* Athericus *epiſcopus concluſi* ✠. *Ego* Alfwius *epiſcopus roboravi* ✠. *Ego* Brihtwaldus *epiſcopus* ✠. *Ego* Iric *dux* ✠. *Ego* Godwinus *dux* ✠. *Ego* Ulf *dux* ✠. *Ego* Eglaf *dux* ✠. *Ego* Hacun *dux* ✠. *Ego* Leofwinus *dux* ✠. *Ego* Godricus *dux* ✠. *Ego* Oſlacus *miles* ✠. *Ego* Thored *miles* ✠. *Ego* Thurkil *miles* ✠. *Ego* Thrym *miles* ✠. *Ego* Broſor *miles* ✠. *Ego* Alfricus *miles* ✠. *Ego* Alfwynus *miles* ✠. *Ego* Leofricus *abbas* ✠. *Ego* Alfwardus *abbas* ✠. *Ego* Athelſtanus *abbas* ✠. *Ego* Alfſius *abbas* ✠. *Ego* Leofwinus *abbas* ✠. *Ego* Wulfredus *abbas* ✠. *Ego* Ofkytelus *abbas* ✠. *Ego* Alfwinus ✠. *Ego* Alfricus ✠. *Ego* Alfricus ✠. *Ego* Leofſius ✠. *Ego* Leofricus. On alnnbyrȝeȝ (&c.) Nos autem donationes &c. confirmamus (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtmonaſterium* iiij. die Maii, per ipſum regem & per finem centum & viginti librarum. Duppl.

De lite quadam inter abbatem, & epiſcopum Tedfordenſem.

Ex hiſt. MS. *Matthæi Scoti* in bibl. *Bodleiana* v 3. 7. Jur.

ANno Mlxv. Glorioſus rex *Willielmus*, qui primus ex *Normannorum* gente prudentia ſua & fortitudine totam *Angliam* ſuo ſubjugavit imperio, hanc licentiam & facultatem *Baldwino*, abbati ſcilicet de burgo ſancti *Edmundi* contulit, ut quocumq; modo poſſet, terras eccleſiæ S. *Eadmundi* adiceret; vel pecunia eas à vicinis ſuis redimendo, vel dono ipſorum proprio & ſpontanea eorum voluntate adquirendo; unde factum eſt, ut plures liberos homines, quos *Sokemannos* vocamus, & illorum homagia adquireret, & eorum adquiſitione monaſterium ſuum locupletaret. Cum autem hiis atque aliis modis infinitis honor per eum creviſſet eccleſiæ, crevit in quibuſdam & exarſit inſatiabilis fames avaritiæ, ita ut eundem locum invaderent, & ſuo eum dominio ſubjugare temptarent.

Extitit malitie hujus exactor & princeps quidem *Erfaſtus, Tedfordenſis* epiſcopus, qui propter cupiditatem poſſeſſionum apud ſanctum Dei *Eadmundum* ſibi conſtituere volebat epiſcopatum. Orta verò tali de cauſa inter epiſcopũ & abbatem gravi contentione & gravi controverſia, dominus *Baldewinus* abbas, conſilio & auxilio famoſiſſimi regis *Willielmi* Romam profectus eſt, dominumq; *Alexandrum* papam ſecundum in ſede beati *Petri* principantem invenit, A quo benignè & diligenter ſuſceptus, maximo honori & veneratioui habitus, inſigne privilegium ad gloriam & laudem beati regis & martyris *Eadmundi* optinuit, cujus præmunitione eandem eccleſiam uſque ad finem ſeculi in maxima libertate Deo protegente collocavit. Fuit autem cum domino papa converſans aliquantis diebus, donec eum ad ordinem presbyterii promoveret, & quibuſdam dignitatibus ultra quoſdam abbates honorificè inſigniret. Dedit ei virgam paſtoralem & annulum, curamque illi delegavit animarum. Altare præterea quoddam ex porphiritico lapide pretioſum, & in honore beatæ Dei genitricis & ſanctiſſimi regis *Eadmundi* ſolenniter ab ipſo conſecratum, cum maxima dulcedine & dulci devotione, abbati *Baldewino* dominus papa dedit, eique in hæc verba denuntiavit, dicens. *Si totum regnum* Anglorum *aliqua excommunicationis cauſa à divino ceſſaret officio, quamdiu altare illud integrum & illibatum cuſtodire poteritis, nunquam à ſacris miſſarum ſolenniis pro aliqua prohibitione, niſi dominus papa hoc nominatim interdixerit, ceſſabitis.* Et ut in privilegio ſequenti patebit, ex authoritate Dei & beati *Petri* apoſtolorum principis, & ſanctorum canonum ſancivit & confirmavit, ut idem locus ſub abbatis regimine imperpetuum ordini monaſtico deſerviat, neque aliqua eccleſiaſtica aut ſecularis perſona eundem in ſedem epiſcopalem convertat.

Privilegium verò ita incipit.

Alexander epiſcopus (*&c.*) Data *Lateranis* vj. kal. Novembris anno Domini Mlxxj. indictione vij.

Anno Mlxxxj. finitis placitis, calumniis, & querimoniis, quas *Arfaſtus* epiſcopus faciebat *Baldwino* abbati, videlicet de eccleſia ſancti *Eadmundi* & de villa in qua ſanctus martyr requieſcit, die pridie kalendas Junii apud *Wintoniam* coram rege & principibus terræ dedit Rex *Willielmus* glorioſo regi & martyri *Eadmundo* hoc privilegium.

“ *Willielmus* Rex *Anglorum*, princeps *Normannorum*, atque Cynomannenſium, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, & cæteris ſuis fidelibus. Quoniam nos ad regni faſtigia Dei miſeratione provectos eſſe credimus, oportet ut de proſpera ſtabilitate plebis nobis ſubjecte, & maximè

" maximè eorum qui in Domini servicio die ac
" nocte desudant, vigilare curemus. Igitur notum
" facimus fidelibus regni nostri presentibus & fu-
" turis, quod *Arfastus* episcopus ecclesiam beati
" *Eadmundi* in qua ipse venerabilis Rex & martyr
" incorrupto corpore diem expectat beatæ resur-
" rectionis, suam episcopalem debere esse sedem,
" nobis & multis aliis referebat. Unde inter *Bald-*
" *winum* abbatem prædictæ ecclesiæ & ipsum epis-
" copum per multum temporis facta quam maxi-
" ma altercatione, concilio archiepiscoporum, epis-
" coporum, & aliorum multorum nobis fidelium,
" ut utrorumque super hiis ratio in nostra discute-
" retur curia, dignum censuimus. Qui dum die
" statuto coram adessent, episcopus suum satis
" facundè fecit clamorem, sed scriptis & testimo-
" niis omnimodo vacuum. Abbas verò econtra,
" quomodo *Canutus* Rex à prædicta ecclesia, cum
" communi consilio archiepiscoporum, episcopo-
" rum, & optimatum suorum, presbyteros qui in-
" ibi inordinatè vivebant ejecerit & monachos
" posuerit. Quodque postmodum ipsam eccle-
" siam *Ailnodus* archiepiscopus *Cantuarien-*
" *sis*, jussu prælibati regis dedicaverit, atque pri-
" mum abbatem loci illius episcopus *Londonien-*
" *sis*, secundum episcopus *Wintonienſis*, ipsum e-
" tiam *Baldwinum*, qui tertius est abbas, archie-
" piscopus *Cantuarienſis* sacraverit.

" Et quia per hujus annos, sine alicujus jam dicti
" *Arfasti* antecessoris contradictione, monachi
" prædicti loci à quibus voluerint episcopis ordi-
" nes susceperint, ex ordine luculenter enarravit.
" Ostendit denique & præcepta, videlicet *Ca-*
" *nuti* Regis atque gloriosissimi Regis *Eadwardi*,
" in quibus ab omni dominatione omnium epis-
" coporum comitatus illius funditus sæpedictam
" ecclesiam liberam perpetualiter ipsi Reges esse
" concesserunt. Quod *Cantuarienſis* archiepisco-
" pus *Lanfrancus*, & *Thomas Eboracenſis* archi-
" episcopus, & *Odo Baiocenſis* episcopus frater
" meus & comes *Cantiæ*, & plerique alii episcopi,
" *Rotbertusque* filius meus atque cæteri principes
" regni nostri qui aderant audientes, censuerunt
" tanti loci tantam auctoritatem, inviolatam us-
" que in finem seculi debere permanere. Quorum
" irrefutabili judicio, prout dignum fuit, assensi
" & consensum præbeo.

" Placuit etiam nobis, consilio archiepiscoporum,
" episcoporũ comitum, aliorumq; multorum no-
" bis fidelium, atque digna petitione *Baldwini* ab-
" batis, qui nostram humiliter requisivit serenita-
" tem, antecessorum nostrorum *Anglorum* regum,
" scilicet *Eadmundi*, *Canuti*, *Hardecanuti*, atque
" illustris *Eadwardi*, cujus, miseratione domini,
" genere & dono in regno sumus hæredes, præ-
" cepta quæ jam sæpe nominatæ ecclesiæ contule-
" runt, nostro roborare præcepto, ex hoc, ut ab
" *Arfasti* episcopi, omniumque sibi per tempora
" succedentium episcoporum dominatione ipsa
" ecclesia & villa in qua sita est eadem ecclesia, sit
" libera. Et ut hæc auctoritas nostris & futuris
" temporibus circa ipsum sanctum locum per-
" henniter firma & inviolata permaneat, manus
" nostræ subscriptione cartam hanc decrevimus
" roborare & sigilli nostri impressione firmare.

" ✠ Ego *Willielmus* Dei gratia *Anglorum* Rex
" hoc præceptum jussi scribere, & scriptum cum
" signo dominicæ crucis confirmando impressi.
" ✠ Ego *Matildis* regina corroboravi. ✠ Ego
" *Lanfrancus*, *Cantuarienſis* archiepiscopus con-
" firmavi. ✠ Ego *Thomas* archiepiscopus *Ebora-*
" *cenſis* roboravi. ✠ Ego *Odo*, *Baiocenſis* episco-
" pus assensum dedi. ✠ Ego *Gosfridus*, *Con-*
" *stantienſis* episcopus consignavi. ✠ Ego *Hugo*,
" *Lundonienſis* episcopus consensi. ✠ Ego *Wal-*
" *quelinus*, *Wintonienſis* episcopus concluſi. ✠ E-
" go *Wlstanus*, *Wigornenſis* episcopus assensum
" præbui. ✠ Ego *Remigius*, *Lindisfarnenſis* epis-
" copus non renui. ✠ Ego *Stigandus*, *Bathoni-*
" *enſis* episcopus affirmavi. ✠ Ego *Osbertus*, *Ex-*
" *oniensis* episcopus assensum dedi. ✠ Ego *Pe-*
" *trus*, *Ceſtrenſis* episcopus consensi. ✠ Ego *Ar-*
" *fastus*, *Thedfordenſis* episcopus collaudavi.
" ✠ Ego *Gundulfus*, *Rofenſis* episcopus laudavi.
" ✠ Ego *Osmundus*, *Searaberienſis* episcopus ro-
" boravi. ✠ Ego *Rodbertus*, *Herefordenſis* epis-
" copus consensi. ✠ Ego *Rodbertus*, regis filius
" assensum dedi. ✠ Ego *Willielmus*, filius regis
" collaudavi. ✠ Ego *Henricus*, filius regis con-
" firmavi. ✠ Ego *Mauricius* regis cancellari-
" us relegi & sigillavi. ✠ Ego *Bernardus*, capel-
" lanus regis. ✠ Ego *Scotlandus* sancti *Augustini*
" abbas. ✠ Ego *Wlfwoldus*, *Certesienſis* abbas.
" ✠ Ego *Vitalis* abbas de *Weſtmonaſterio*. ✠ Ego
" *Ægelnothus*, *Glaſtonienſis* abbas. ✠ Ego *Æ-*
" *gelwius*, *Eoveſhamenſis* abbas. ✠ Ego *Ægel-*
" *sinus*, *Rameſienſis* abbas. ✠ Ego *Turoldus*,
" *Burgenſis* abbas. ✠ Ego *Rogerius* comes de
" *Montegumerici*. ✠ Ego *Hugo* comes *Ceſtren-*
" *ſis*. ✠ Ego *Alanus* comes *orientalium Anglo-*
" *rum*. ✠ Ego *Albericus* comes *Nordanhym-*
" *brorum*. ✠ Ego *Rodbertus* de *Bellomonte*. ✠ E-
" go *Hugo* de *Monteforti*. ✠ Ego *Ricardus*,
" *Giſleberti* comitis filius consignavi. ✠ Ego
" *Baldwinus* frater ejus. ✠ Ego *Henricus* de
" *Ferrariis*. ✠ Ego *Hugo* de *Grentemaiſnilo*.
" ✠ Ego *Walterius Giffardus*.

" Data pridie kalendas Junii anno xv. regnan-
" te *Willielmo* rege glorioſissimo; ab incarnati-
" one autem Domini Mlxxxj. indictione iiij.
" Actum apud *Wintoniam* in palatio regio in Dei
" nomine fœliciter. *Amen.*

Inquisitio de statu Seneſcalli libertatum loci.

INquisitio facta in magna curia sancti *Edmundi*, coram escaetore domini regis citra *Trentam*, die Jovis in septimana paschæ anno regni regis *Edwardi* tricesimo, videlicet cujusmodi statum *Johannes* de *Haſtingis*, qui clamat seneſcalliam libertatis sancti *Edmundi* in feodo solebat habere, & de jure habere debet, tam tempore vacationis dictæ abbathiæ quàm in vita abbatis ibidem, per sacramentum *Willielmi Talemaſche*, *Petri* de **Talewoyth** militis, *Walteri* de **Cloptone**, *Thomæ Giffard*, *Reginaldi* filii *Jordani*, *Johannis* de **Wicham**, *Willielmi* de *Capelu*, *Sampſonis* de **Batiſforde**, *Ricardi* de **Hanvyle**, *Thomæ Underwode*, *Nicholai* de **Depeden**, *Osberti* de **Wlwham**, *Willielmi* de . . . . . *vile*, *Henrici* de **Brockelele**, & *Thomæ* atte **Goze**, juratorum. Qui dicunt super sacramentum suum quod *Henricus* de *Haſtinggis*, pater ipsius *Johannis* de *Haſtinggis*, & *Henricus* de *Haſtinggis*, avus ejusdem *Johannis*

Escaet. an 30. Edw. III. n. 19.

de *Hastingges*, & antecessores sui tenuerunt tempore suo seneschalliam libertatis sancti *Edmundi* in feodo, tam tempore abbatis ejusdem loci qui pro tempore fuerit, quam tempore vacationis ejusdem abbatiæ, capiendo ad quamlibet magnam curiam sancti *Edmundi* unam marcam, si curiam prædictam in propria persona tenuerit, de abbate sancti *Edmundi* per manus constabularii dicti abbatis, nisi abbas fuerit in villa sancti *Edmundi*, vel in maneriis de **Elmiswelle, Chenyngton,** & **Colefozde** die curie tente. Et si abbas non sit in villa sancti *Edmundi*, & sit in aliquo de prædictis maneriis, post curiam tentam seneschallus ibit ad manerium illud ubi abbas fuerit cum octo equis suis & tredecim hominibus suis, & sero capiet unam summam avene cum feno sufficienti, unum sextarium vini, & sexdecim lagenas cervisiæ, & viginti quatuor candelas cere, scilicet tempore iemali, & tempore estatis duodecim, & octo panes leporariis suis, & duas gallinas falconibus suis. Et prædictus seneschallus die prædicto habebit cum hominibus suis honorabilem sustentationem, ut in cibo & potu.

Præterea si seneschallus adeat ad comitatum *Gippewici*, vel alibi in negotiis abbatis per præceptum domini regis vel pro officio suo faciendo, capiet de abbate expensas suas idoneò prout decet. Et capiet singulis annis de abbate pro ferrura equorum suorum j. marcam. Et capiet decem solidos per annum pro hominibus suis. Preterea idem *Henricus* de *Hastinggis* & antecessores sui solebant capere, & de jure habere rationabiles expensas suas versus scaccarium singulis annis pro duobus profris faciendis, & uno compoto reddendo per annum, & ibidem morando pro debitis domini regis per summonitionem scaccarii levatis, & de dicto scaccario versus partes suas redeundo. Et dicunt quod *Johannes* de *Hastinggis* filius & hæres prædicti *Henrici* qui seneschalliam prædictam nunc de feodo clamat, & de jure hæreditatis prædicti *Henrici* dictam seneschalliam habere debet & tenere sibi & hæredibus suis imperpetuum, capiendo ipse & hæredes sui ratione seneschalciæ prædictæ totum feodum prædictum si dictum officium in propria persona sua facere voluerit. Set dicunt quod si dictus *Johannes* de *Hastinggis* dictum officium per aliquem locum suum tenentem facere voluerit, tunc idem locum suum tenens medietatem totius feodi prædicti & rationabiles expensas capiet pro officio prædicto faciendo, tam tempore abbatis ibidem qui pro tempore fuerit, quàm tempore vacationis ejusdem abbathiæ.

Et dicunt quod in ultima vacatione dictæ abbathiæ per mortem *Symonis* tunc abbatis ibidem, idem *Johannes* de *Hastinggis* fuit infra etatem, & terræ & tenementa sua in manu domini regis extiterunt, & in custodia comitis *Cornubiæ*, ex dimissione domini regis, per quod idem *Johannes* de *Hastinggis* in eadem vacatione nichil percipiebat per manus proprias, set quidam *Jordanus* de **Saketvile** tunc locum seneschalli tenens medietatem istius feodi prædicti percipiebat. In cujus, &c.

Quædam loci memorabilia.

Ex registro ejusdem cœnobii penes *Robert. Bacon* equit. aur. fol. 214.

CUM Monasterium glorioſi Regis & Martyris ſancti *Edmundi* in quo incorruptum ipſius corpus requieſcit humatũ, à prima introductione Monachorum viz. à tempore regis *Canuti*; qui monachos in eodem primo inſtituit, extitit & eſt realiter & de facto notorièque exemptum, ut in charta dicti regis *Canuti*, qui cum aſſenſu & decreto regni ſui dominorum ſpiritualium & temporalium in ſuo pleno parliamento (prout ſibi ad tunc & aliis licuit regibus quibuſcunque, Eo quod nullum pro tunc per ſummos Romanorum Pontifices editum fuerat decretum ſive decretale in oppoſitum) prædictum exemit monaſterium, aliiſque chartis Regiis & bullis Papalibus patet manifeſtè, ita, videlicet, quod nullus archiepiſcopus, ſive epiſcopus, aliave perſona eccleſiaſtica, vel miniſter regis ullam quomodolibet in eodem habere debet dominationem ſive exercere poteſtatem vel juriſdictionem.

Ac poſtea nonnulli reges & principes, aliique regni proceres, ut *Hardecanutus*, prædicti regis filius, glorioſuſque Rex ſanctus *Edwardus*, *Willielmus Conqueſtor* & alii, quorum memoria ſit in benedictione, prædicti regis *Canuti* veſtigia imitantes, dictum monaſterium bonis & poſſeſſionibus dotaverunt, ac privilegiis regiis fortiſſimè munierunt. Nonnulli tamen Sathanæ ſatellites, ſpiritu ducti ſathanico, dicti monaſterii infringere privilegia perſepe attemptaverunt, Inter quos *Arfaſtus* quidem & *Willielmus Bateman*, *Norwicenſes* epiſcopi ſpecialiter ſunt notati, qui tamen in foveam quam paraverant meritò inciderunt, ut quidem ſequens proceſſus poſtea declarabit; quia a ſeculo non eſt auditum, Quod quis ſancti *Edmundi* monaſterium leſerit vel ejuſdem monaſterii privilegia infregerit, quin cum dominus ſpiritu oris ſui aut penitentem correxit vel non correptum contriverit.

Cum ergo proverbialiter dicatur, *Jacula previſa minus ladunt*, *Willielmus Curteys* abbas ad memoriam reducens quædam gravamina nuper dicto monaſterio illata, ac ſuos volens ſucceſſores reddere cautiores, quædam privilegia dicti monaſterii exemptionem ſpecialiùs concernentia, una cum quodam proceſſu de quibuſdam gravaminibus contra prædicta privilegia per prefatos epiſcopos & alios, ut premittitur, injuſtè attemptatis, poſteros ne lateret, ſeriosè ſub certa forma decrevit regiſtrari. Et quanquam ab aquilone pandatur omne malum, ſicut cum *Petri* navicula undis periclitata divinæ manus dante gratia non periit, ſic glorioſi martyris ſancti *Edmundi* monaſterium, ipſo intercedente à cunctis ventis Aquilonaribus illeſum permanebit. Quidam enim *Williel-mus Alnwick*, *Norwicenſis* epiſcopus, tempore præfati *Willielmi Curteys* abbatis, contra privilegia & exemptionem monaſterii voces emiſit teterrimas, ventumq; Aquilonarem fortiter exuſſlavit, Sed benedictus Deus, qui non deſerit ſperantes in ſe. In nobis adimplevit miſericordiam ſuam ipſius maliciam gratioſè compeſcendo. Quidam etiam *Clemens Denſton*, ipſius epiſcopi archidiaconus, & quidam *Nicholaus Bakkot*, contra exemptionem & privilegia ventum validum commoverunt,

moverunt, sed sancti *Edmundi* monasterium super firmam fundatum petram, ut mons stetit immobilis, faciesque ipsorum confusio cooperuit. Et quemadmodum *Berith* & *Asteroth* à facie fugierunt beati *Bartholomei* apostoli, sic isti fugierunt impii nemine persequente. Deo tunc volente postea capti fuerunt & in foveam quam fecerant meritò inciderunt, &c.

Ibid. fo. 211.212. I*Ngwar* & *Ubba* apud Thetford junctis viribus ad Eglesdene venientes sanctum *Edmundum* martyrizaverunt: occubuit sanctus *Edmundus* anno Domini DCCCLxx. & anno ætatis suæ xxix. & regni sui xv. xij. kalend. Decemb. sepultus fuit vero in eodem loco ubi occubuit & jacuit ibidem in terra defossus per xxxiij. annos. Ceco igitur ibi sanato & multis jam factis miraculis, multitudo populi, non solùm vulgi, sed etiam nobilium, construxit in villa de Bedricesworth, per maximam ligneo tabulatu basilicam, ad quam cum clero & pontifice transtulit eum de loco in quo sepultus erat post martyrium: cujus corpus cum capite unito ita incorruptum est repertum acsi eodem die fuisset sepultum &c.

Tempore regis *Ethelstani* circa annum Domini DCCCCxxv. perpendentes quidam clerici martyrem magni esse meriti, sub ejus patrocinio devoverunt se Deo perpetuo famulari; fuerunt enim in principio 7. vel 8. progressu verò temporis multiplicati sunt ad numerum 19. viventes de prebendis suis & oblationibus a fidelibus eidem loco collatis. Clarescentibus igitur miraculis, multa eidem cœnobio clericorum, ob amorem sancti *Edmundi* sunt collata beneficia, inter quæ rex *Edmundus* filius regis *Edw.* primi & *Edgari* regis pater dedit sancto *Edmundo* & clericis suis villam de Bedricesworth cum charta quæ incipit, *Quamvis Decreta* &c.

Anno Domini Mx. & anno regni regis *Ethelredi* xxx. sanctus *Edmundus*, propter infestationem *Turkilli*, comitis *Danorum*, *London.* est ab *Ailwino* translatus: sed tertio anno sequente ad Bedricesworth est reversus: anno quarto regis *Canuti*, idem rex *Canutus* ad magnam solertemque instantiam *Ailwini* prælulis *Elmhamensis*, (cujus sedes episcopalis postea ad Thetford per *Arfastum*, & tandem per *Herbertum*, *Thetfordensem* episcopum usque ad *Norwicum* extitit translata) clericis, qui adtunc apud Bedricesworth, quæ nunc villa sancti *Edmundi* nuncupatur, vitam actitabant minùs regularem, ab inde expulsis & ejectis, monachos ordinis sancti *Benedicti* regulariter professos, abbatem nomine *Uvinum* eis præficiendo ibidem introduxit, per CCClxxxiij. annos postquam *Sigebertus* rex *Eastanglorum*, qui apud Bedricesworth prædictum monasterium construxerat, in quo accepta tonsurâ monachicâ eterno regi Christo per multorum annorum curricula fideliter deservivit, & tandem anno Domini DCxxxvij. a rege *Mertior. Penda* nomine, pagano & sacrilego fuerat interemptus, per CCxxxiiij. annos ante passionem glorioli regis & martyris *Edmundi* superius memorati.

Quibus verò abbati & monachis sic ad dicti prælulis instantiam ibidem introductis, idem præsul munificus adtunc exemptionem concessit specialem, omne videlicet jus suum & jurisdictionem, necnon omnibus dictum oppidum, sive in ejus circuitu per unius stadii ambitum inhabitantibus, ab ipsius episcopi successoribus, aut à quibuscunque aliis episcopis justè & legitimè creatis & ordinatis, licentiam recipiendi omnia episcopalia sacramenta liberè concedendo. Necnon idem monasterium, abbatem, monachos, & oppidum cum omnibus & singulis in eodem oppido commorantibus à sua jurisdictione episcopali & omnium successorum suorum pro perpetuis extunc futuris temporibus gratanter eximendo. Hic insuper præsul magnificus videlicet *Aldwin*, anno primo immediatè sequente post introductionem monachorum apud sanctum *Edmundum*, videlicet anno Domini Mxxj. construere cœpit ecclesiam sancti *Edmundi* regis & martyris antedicti in eodem scilicet loco in quo per *Sigebertum* regem antedictum primitus constructum erat monasterium; & in quo idem rex devotus habitu tectus monachico vitam duxit regularem, tempore *Felicis*, *East-anglorum* episcopi, prout ex cronicis *Crolandiæ* atque *Cestriæ* colligitur manifestè. Cujus constructionis sumptus populus patriæ illius videlicet *Norfolk.* & *Suffolc.* quatuor denarios annuos de qualibet carrucata terræ, quod usque hodie *Carucagium* appellatur, ad fabricam ecclesiæ antedictæ pro perpetuo unanimi assensu & consensu concessit pariter & persolvit: ex quaquidem pecunia collecta incepta fuerat ecclesia sancti *Edmundi* antedicta. Quæ anno ab inceptione ejusdem xij. videlicet anno Domini Mxxxij. ab archiepiscopo *Agelnotho* in honore Christi beatæ *Mariæ* & sancti *Edmundi* extitit dedicata, in qua ad feretrum martyris glorioli, ob ipsius reverentiam, plerique reges *Angliæ* suas transmittere coronas persepe consueverant.

Illustris Rex *Hardicanutus*, Regis *Canuti* filius hæres & successor, per chartam suam (inter alia) concessit, ut nullus archiepiscoporum aut episcoporum vel aliqua secundi ordinis eorum disciplinatui adherentium personarum audens quoquo modo suæ constitutionis violare inditium præsumeret, quicquam consuetudinis sive dominationis in prædicto monasterio & villa prædicta sive super monachos clericos aut laicos proclamare, usurpare, justitiam aliquam facere aut missas celebrare nisi a præfati loci abbate specialiter fuerat invitatus; pœnam nimiùm formidabilem incursurus, ac insuper regio fisco xxx. auri talenta persolvat, quæ in pecunia numerata reddunt & in se continent librarum decem millia. In qua pecuniæ summa quidam *Norwicenses* episcopus, prædictorum præcepti & decreti violator, temerariis suis exigentibus demeritis, quondam per placitum diuturnum ac tandem per judicium fuerat condemnatus. Extunc autem prædictorum regum nobilium successores egregii, ante decretorum sive aliorum canonum quorumcunque compilationem, præcepta & decreta prædicta benigne confirmaverunt.

Ut insuper omnium regum prædictorum præcepta & decreta per quemlibet eorum solidè confirmata perpetuis extunc futuris temporibus infringibilia & inconcussa valerent perdurare, *Alexander* papa secundus, anno pontificatus sui un-

decimo videlicet anno Domini Mlxxj. (per septingenta & octo annos ante compilationem decretorum vel aliorum canonum quorumcunque) ad instantiam præfati *Willielmi* regis & conquestoris, ipsius regis *Willielmi* ac omnium aliorum regum suorum prædecessorum prædictorum præcepta & decreta per bullam suam confirmavit, cujus successor immediatus *Gregorius* papa septimus, *Urbanus* secundus, *Calixtus* secundus, ac nonnulli alii *Romani* pontifices præfati *Alexandri* secundi præcepta per ipsorum omnium bullas confirmaverunt. Præterea *Alexander* papa tertius anno pontificatus sui 30. videlicet anno Domini MClxiij. & post compilationem decretorum 13. omnium prædecessorum suorum *Romanorum* pontificum ac etiam omnium regum prædictorum præcepta & decreta una cum regis *Henrici* secundi, adtunc apicem regni gubernantis, præcepto & decreto, firmiter roboravit & suis bullis authenticis de facto confirmavit. Processu verò temporis nonnulli ac pene omnes extunc summi *Romani* pontifices, ac omnes *Angliæ* reges nobilissimi omnium prædecessorum & progenitorum suorum præcepta & decreta in firma permanere stabilitate per suas bullas ac chartas speciales verissimè decreverunt.

Ibid. f 83. VEnerandæ memoriæ sanctus *Theodredus*, *Londin.* episcopus; qui fuit a tempore *Ethelstani* regis usq; ad tempus *Edmundi* regis fundator *Glastonberensis* cœnobii, dedit S. *Edmundo* hæc maneria, **Neuton, Horningesh, Ikeworth, Wepsted.** Item quidam *Godricus Charck* cum filio suo dedit suam partem in **Newton**, de **Horningeshe** jam dictus episcopus suam partem dedit & *Robertus le Manant* aliam partem, tertia pars de *Soccagio* fuit.

Tempore *Canuti* regis & filii ejus *Haroldi*, fuit quidam episcopus *orientalium Anglorum*, *Elricus* nomine, qui dedit sancto *Edmundo* hæc maneria **Hanestoneston**, & terram ad **Holme, Tichwel, Docking, Grimston**, & mansuram apud **Norwich**, & molendinum *Ulnothi*.

Tempore *Edwardi* regis, & primo tempore *Willielmi* regis fuit *Agelmerus orientalium Anglorum* episcopus, qui dedit sancto *Edmundo* hæc maneria **Hindringham, Langham, Hildoluc. ton, Swanton** & lx. marcas argenti.

Item *Theodredus* episcopus dedit sancto *Edmundo* unam partem de **Berton**, & *Eadwinus* aliam partem, & *Ericus* præpositus tertiam partem acquisivit tempore sancti *Edwardi* regis.

Inclitus Rex *Edwardus* dedit cognato suo beato *Edmundo*, **Hildenhall** & octo & dimidium hundreda, & **Conegeston**, & **Castre**, & **Pakenham**, quod ante habuit *Osgodus Clac.* Insuper omnes libertates quas nunc habet ecclesia sancti *Edmundi* ipse eidem ecclesiæ concessit, illas concessas inperpetuum tenendas privilegiis sancivit. Mater vero ejus *Ealfgina* regina, inter alia multa bona **Kirkeby** eidem sancto concessit. Idem rex sanctus dedit **Wilpet** quod fuit de *Soccagio*, & **Riseby** & **Staunton**.

Willielmus primus rex dedit sancto *Edmundo* prima vice qua ejus requisiverunt suffragium **Bixot** & omnia appenditia ejus, In alia vice totum feodum *Brithulfi* filii *Leomari* fratris abbatis *Baldwini*; nam ad opus ecclesiæ & fratris sui ipse abbas impetravit omnes terras prædicti viri à rege *Willielmo*, scilicet hæc maneria **Cheventon, Sayam, Dunham, Totstok**, & **Somerledeston**. Item ipse rex dedit **Hargrave** totam. *Matildis* ejus reginæ consensu & assensu ejus dedit sancto *Edmundo* **Berket** cum omnibus appenditiis ejus.

Rex *Henricus* dedit sancto *Edmundo* & *Anselmo* abbati unam mansuram in urbe *Rothomas* super *Sequanum* fluvium, & dedit **Halsted**.

Stephanus Rex remisit sancto *Edmundo* custodiam xl. militum de *Norwic.* castello & hundred. de **Stow, Beccles** & *les assarts* de **Herlaw**.

Richardus Rex dedit sancto *Edmundo* decem libratas terræ in manerio suo de **Aylsham**, ad sustentationem quatuor cereorum continuè ardentium circa feretrum beati *Edmundi*, anno gratiæ 963. temporibus & licentia *Edgari* regis, & sancti *Dunstani* archipresulis, & *Ædulfi* presulis *Elmanensis*. *Wolfstanus* comes dedit sancto *Edmundo* **Palegrave**.

Tempore *Edmundi* regis, patris sanctæ *Edithæ* virginis, & *Theodredi Londin.* episcopi, quidam comes nomine *Ealfgar* concessit sancto *Edmundo* **Corfeld**, post mortem *Ailfled* filiæ suæ, quæ postea eandem terram cum alio manerio viz. **Cherlesworth** eidem sancto per ipsam chartam per quam rex *Edgarus* eandem saisiavit devotè contulit.

Edmundus Rex dedit villam de **Bedricesworth** & minorem **Foxham**: *Almothus* præpositus regis *Edwardi* dedit majorem **Foxham**, *Edwinus* rex dedit **Benkis**.

Alfricus, episcopus *Elmensis* cognomento *Bonus* dedit tertiam partem in **Palegrave, Wirlingworth**, & **Saltaun** & **Rungton** & **Thorp** & **Wellie** & **Sichwold** & partem de **Brockford** & **Bradfeld**.

Walterus filius *Roberti* dedit molendinum apud **Pemenhall**.

Warinus filius *Geroldi* dedit **Sabricesworth**.

Thirketell nobilis heros dedit sancto *Edmundo* **Palegrave** & dimidiam **Witingham**.

Uffketil comes, tempore *Etheldredi* regis, dedit sancto *Edmundo* **Redgrave** totum, & **Rikenhall** totum, **Wilpet**, & **Ruchan**, & **Hilderel** & **Bedkarestborp, Bradfeld, Falstian** & **Hegesete**.

Thirkeel Dreing inclitus dedit **Culford** & **Bridwel** & **Irworth** cum ecclesia & **Castre, Thorp** & **Anhouse**.

Vir gloriosus *Lanerd Edwinus* dedit sancto *Edmundo* **Cokerestborp** & item aliud **Thorp**. Et sancto *Benedicto* de *Hulmo* **Hideton** majorem & minorem.

Osulf le Sire & domina *Leverana* uxor ejus dederunt sancto *Edmundo* **Brisingham**.

Wlfius procer dedit sancto *Edmundo* **Wiken**, cum silva adjacente.

Wlfgat Barun notus tempore *Stigandi* dedit sancto *Edmundo* **Fakenham** & **Gislingham**.

Walter dedit dimidium de **Horho**.

Stigand Lanerd dedit **Playford**, tempore *Alfrici* episcopi & *Unii* abbatis.

Leofgina inclita matrona, cognata *Alfrici* filii *Withgari*, dedit sancto *Edmundo*, tempore *Alfwardi* presulis **Pinclesham** & **Grislingthorp**.

Sifleda

Sifleda virago famosa dedit **Wernigthorp** quando mare transiit.

Tempore regis *Edwardi* fuit quidam vir strenuus *Hering*, *Thurstanus* filius *Wine*, qui dedit sancto *Edmundo* **Herlaw** & **Schoulham** ad **Northall** & *Cantuariæ* ecclesiæ **Wimbish**. Et sanctæ *Etheldredæ* **Wetheringset**, **Cnapwell**, **Weston**, & **Henham**.

Alfricus modercopp nobilis heros tempore *Edwardi* regis dedit sancto *Edmundo* **Loune** & **Thirwehole**, & sanctæ *Etheldredæ* **Beoxch**.

Leofgina inclita matrona tempore *Willielmi* regis & *Baldwini* abbatis dedit sancto *Edmundo* **Blinham**.

Tempore *Etheldredi*, *Canuti* & *Edwardi* regum *Alfricus* comes famosus, filius *Withgari* dedit sancto *Edmundo* **Melesord** & ecclesiam sancti *Johannis* Baptistæ apud *Claram* construxit & Clericos ibidem collocavit, & manerium eidem ecclesiæ dedit & sancto *Edmundo* & *Leofstano* abbati dimidium ejusdem ecclesiæ tradidit in perpetuum, & *Withgarum* filium suum idem concedere compulit.

Tirkill & *Ethelget* dedit sancto *Edmundo* **Wigorham**.

Quidam languidus apud **Staplesord**, qui hospitio recepit corpus sancti *Edmundi*, pro sanitatis gratia consecutæ illud manerium sancto dedit in perpetuum.

Idem apud **Aungre** hospitabatur ubi in ejus memoria lignea capella permanet usque hodie. *Manning*, *Swartingi* **Done** dedit sancto *Edmundo* **Chebenhall**; & *Ulf* filius ejus abstulit cum sponte congressus ipsum interemit, sed gutta veneni in timorem versus, cum mori se viderit, fratres vocavit, & apud eos penituit, & optionem dedit utrum manerium prædictum vel **Dilham** recipere vellent, sed ipsi prius datum elegerunt.

De *Leofstano* dapifero *Leofstani* abbatis & de *Stannardo* cognato ejus **Welnetham**, **Halsted**, **Greenfeild** & **Rothing** ecclesia sancti *Edmundi* obtinuit.

Ad **Borsted** sanctus *Edmundus* ab antiquo tempore habuit sex carucatas terræ.

Swardus monachus, quem *Leofstanus* abbas decanum fecit à suis parentibus **Titeshall** procuravit, & sancto *Edmundo* reliquit.

Fuit & quidam monachus de *Westmonasterio*, qui hereditatem parentum suorum **Pemegreth** consecutus fuerat, ubi delectandi causa residebat. Cujus cum infamiam quidam monachus *Edridus* præpositus sancti *Edmundi* multoties erubesceret, accessit ad eum inquiens, *nunquam congruum est ut vita monachi laicalis fiat, hinc discede, nec amplius infra hundreda sancti* Edmundi *aliquam villam vendicare, nec hanc reposcere quia sancti* Edmundi *est, præsumas.* Ita monachus alterius auctoritate pertesus discessit, & villa hactenus in possessione sancti *Edmundi* permansit.

Leofgiva nobilis matrona tempore *Baldwini* abbatis pro *Siredo* nepote suo & suo victu dedit sancto *Edmundo* **Blunham**.

Quædam alia matrona dedit **Semer**, & quædam alia dedit **Lacford**. Monachi adquisiverunt **Pemegred**.

Ulfricus, vir dives, dedit sancto *Edmundo* **Peringeswell**.

Erat quidam vir strenuus *Reynaldus sans nase*, sic vocatus, quia nasum in bello cum *Willielmo* seniore amiserat, cui rex multa pro suis laboribus, ac inter cetera **Lidgate** dederat, qui pro remedio animæ suæ dum *Jerusalem* adire vellet sancto *Edmundo* prædictam villam dedit, sed *Baldwinus* abbas, quo viam dispositam melius complere posset, plusquam xl. libras argenti ei beneficio largitus est.

Testes corporis S. Edmundi *incorrupti.*

Leland collectan. vol 1. p. 247.

O *Swenne* devota fœmina, prima vice vidit ejus incorruptum corpus apud **Bedericheworth**.

Secunda vice *Egelwinus* monachus, præpositus sepulchri sancti *Edmundi* xxx. annis, tempore clericorum.

Tertia per S. *Theodredum* episcopum & diocesanum.

Quarta per abbatem *Leofstanum*.

Quinta per abbatem *Baldewinum*, qui corpus sancti *Edmundi* à capella rotunda in novam basilicam ab eo constructam transtulit, ubi hodiè requiescit.

Sexta per abbatem *Sampsonem*, hic invenit unum angelum de auro optimo fabricatum, cubiti longitudine, jacentem supra pectus martyris, & dextra gladium habentem; sinistra verò scriptum sic dicens.

Martyris ecce zoma Michaelis *servat agelma.*

Septima comes quidam *Leofstanus*.

Chronica aurea. Chronicon Jocelini.

Circa annum Domini DCCCCxxv. & secundo regis *Athelstani*, quidam clerici, numero septem vel octo, cœperunt servire Deo, & sancto *Edmundo* tanquam patrono. Processu temporis creverunt ad numerum xx. viventes de præbendis suis & oblationibus.

Edmundus Rex, filius *Edwardi* primi, & pater *Edgari* regis, dedit S. *Edmundo* & clericis villam de **Bedericheswoxth** anno Domini DCCCCxlv. 945. & anno ante introductionem ibi monachorum lxxvj.

Idem Rex *Edmundus* dedit sancto *Edmundo* **Foxnham** minorem. Circa hoc tempus fuit *Theodredus Elmhamensis* episcopus, & postea *Londoniensis*. Anno regis *Ethelredi* vij. descripta fuit vita & passio sancti *Edmundi* ad instantiam ejus & sancti *Dunstani* ab *Abbone* monacho *Floriacensi*, *Ramesiæ* tunc commorante.

Circiter tricessimum annum *Ethelredi* regis anno Domini Mx. sanctus *Edmundus*, propter infestationem *Turchilli*, comitis *Danorum*, *Londoniam* ab *Ailwino* monacho translatus est; sed tertio anno ad **Bedericheswoxth** est reversus.

Languidus quidam apud **Staplesord** hospitio recepit corpus sancti *Edmundi* in redeundo de *Londoniis*, &, pro sanitate recepta, dedit sancto *Edmundo* manerium suum de **Staplesord**.

Ailwinus monachus à diœceano, propter insolentiam & irregularitatem clericorum, deputatus fuit ad custodiam corporis sancti *Edmundi*, cui officio præfuit annis xxx. ante ingressum monachorum.

Anno Domini Mxiiij. *Swenus* Rex *Angliæ* ab *Ailwino* monacho admonitus est, ne à populo

ſancti *Edmundi*, hoc eſt de Northfolk, & Southfolk, tributum exigeret; ſed *Swenus* cum non exoravit. Nocte purificationis ſanctæ *Mariæ* ſanctus *Edmundus Swenum* regem apud Gainesburg lancea ſua interfecit.

Northfolcienſis & *Southfolcienſis*, audito miraculo, & nece *Sweni* regis, dederunt ſancto *Edmundo* de qualibet carucata terræ in toto epiſcopatu quatuor denarios annuos; quod uſque modo, ea de cauſa, *Carucagium*, eſt appellatum; quodque poſtea tempore monachorum per *Herebertum* epiſcopum *Norwicenſem*, fraudulenter ab eccleſia ſancti *Edmundi* eſt alienatum, & eccleſiæ *Norwicenſi* appropriatum.

1020. Anno Domini Mxx. & à paſſione ſancti *Edmundi* CCx. Rex *Canutus* filius *Sweni* regis, anno regni ſui quarto, ad inſtantiam *Ailwini* præſulis *Elmanenſis*, ejectis clericis, monachos apud ſanctum *Edmundum* induxit, & libertatem quam Rex *Edmundus* pater *Edgari*, clericis contulerat, monachis confirmavit.

Idem epiſcopus dedit omne jus ſuum & juriſdictionem infra idem oppidum, & in circuitu ejus per ambitum vnius ſtadii.

Idem epiſcopus deſtructa antiqua eccleſia clericorum, cœpit conſtruere novam ſumptibus ſuis propriis, unà cum prædicto *Carucagio*, & oblatione proveniente, quam archiepiſcopus *Ethelnotus* anno xj. ſequente perfectam dedicavit in honore *Chriſti*, ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Edmundi*, anno Domini Mxxxij.

Donationes.

Edmundus Rex, pater *Edgari* regis, dedit S. *Edmundo* villam de Wodziceſworth.

Theodredus primò *Elmanenſis* dein *Londonenſis* epiſcopus, dedit Newton, Thepſted, & partem ſuam in Wozningeſherth, Ikeworth, quod monachi commutaverunt pro Elvedene, cum quodam milite, & una parte de Bertun magna & Suthereie.

Edwinus Rex, frater *Edgari* regis, dedit Becles, & Elmeiſwell, cum libertatibus & feodis militum, & ferè omnes terras, quarum incertus collator.

Stephanus Rex confirmavit donationem villæ de Becles, & quicquid habuit in dominio ejuſdem villæ, exceptis placitis coronæ.

Wulſtanus comes & *Turkitill* dederunt Palgrave. *Alfgarus* comes & *Ailfleda* ejus filia, dederunt Cokefeld & Chelmeſworth.

Ulfketel comes *eſt-Angliæ* dedit Hilvercle, Redgrave, Rigenhale, Wulfpitte, Rougham, & partem de Bradfeld, Fulleſham & Pegſete.

Alfricus ſecundus epiſcopus *Elmanenſis* dedit aliam partem.

Dominus de Stapilfozd languidus, qui corpus ſancti *Edmundi*, rediens a *Londonia*, hoſpitio accepit, dedit Stapleforde manerium ſuum pro recepta ſanitate.

Alfricus epiſcopus *eſt-Anglorum* dedit Wirlingwurth, Hunſtantune cum Holm, Tichewelle, Docking, Cermeſtune & manſionem in *Norwico*, ubi modo eccleſia ſancti *Laurentii*, quæ reddit annuatim unum laſt de heringes. Alius *Alfricus* epiſcopus *eſt-Anglorum* dedit Hapham, Thorpe, Rungetun, Southwold, & partem ſuam in Bradefeld, & Weſteloe:

Turketel Tyreing, alias *Dreing* inclytus, dedit Culford, Worpewelle, & Irewozth cum eccleſia.

Ailmerus, epiſc. *eſt-Anglorum*, dedit Langham, Dwantun. & lx. marcas argenti, vir ſtrenuus *Henig. Thurſtanus* filius *Wina* dedit Berlaw & Northale.

Alfricus filius *Wigari*, comes famoſus, dedit Peleford.

Siwardus monachus manerium de Titeſhale à parentibus ſuis acquiſivit, & ſancto *Edmundo* dedit.

Edwinus quidam dives dedit ſecundam partem de Bertun magna.

Brithricus dedit tertiam partem; poſtea acquiſivit Manninge. *Swartinglone* dedit Chebenhale.

Prior *Edmundus Brundicti* reliquum ibi perquiſivit.

Alfricus Kempe dedit Warbenaſe. *Wulfricus* quidam dives dedit Peringeſwelle.

Almarus, præpoſitus ſancti *Edwardi*, dedit majorem Foxnham.

Odo & . . . . . ſua dederunt Pauſted.

Mathildis regina dedit Werketun.

Quædam matrona inclita dedit Seniere.

Quædam matrona dedit Lacford. *Edricus* Prior acquiſivit Hemgrave.

Reginaldus Stanclere dedit Lidgate.

Robertus Hoo dedit *parvam* Bertun.

Matheus de Fraers, & *Hugo* filius *Pincerna* dederunt Wainſlete, cum nundinis in feſto S. *Petri* ad vincula.

Hildredus dedit terram in Karſoul xx. ſol. per annum.

Robertus de Panaunt dedit partem de Peringeſherth. Tertia pars fuit de *Scotagio*.

Algiva regina mater S. *Edwardi* confeſſoris dedit Kirkeby.

Godricus Clerk, cum filio ſuo, dedit partem ſuam in Newton.

Elfleda famoſa virago dedit Worinthorp.

Stephanus, comes *Britanniæ* dedit terras in Cambrige, pro anima *Alani* fratris ſui, comitis *Britanniæ*, qui jacet ad oſtium auſtrale in eccleſia S. *Edmundi* coram altare S. *Nicholai*.

Henricus, comes *Lincolniæ* dedit feretro S. *Edmundi* tres cruces aureas & carbunculum; dedit etiam cupam argenti deauratam, quam adfirmabat fuiſſe S. *Edmundi*. Dedit etiam partim & partim vendidit manerium de Bradenham.

Gulielmus primus, Rex *Anglorum* dedit Broke cum appendiciis.

Alfridus, ſecundus epiſcopus *Elmanenſis*, dedit partem ſuam in Brokford.

Leofgiva nobilis matrona dedit Blunham.

Oſulphus le Syr & domina *Laverina* . . . . . ejus dederunt Bilſingham.

Turketil Hayng dedit S. *Edmundo* & S. *Benedicto* de *Hulmo*, in communi, Caſtre, & Thorpe.

S. *Edwardus* confeſſor confirmavit donationem de Caſtre. Idem dedit Congeſtun.

Baldewinus, abbas S. *Edmundi*, impetravit à rege *Gulielmo* primo Chaventun.

Henricus primus dedit terras in Cantabrige.

Galfridus

Galfridus sacrista emit partem de **Dunham** de *Illano* filio *Frodonis*.

Baldewinus abbas partem aliam impetravit.

Laverd Edwinus dedit **Eskerthorp**, & post aliud **Thorp**, post mortem *Wulfrici* & *Kesel Alder* &c.

Wulgeat Barum dedit **Fakeham**.

Leofgiva nobilis matrona dedit **Gyllingthorp**.

Wulgeat Barum nothus dedit **Gillingam**.

Leofstanus, dapifer *Leofstani* abbatis, & *Stavardus* ejus cognatus dederunt **Genefeld**.

Wulwardus de **Hastings** dedit ceteras in *Germuta*.

Leofgiva matrona dedit **Pinlesham**.

Almerus episcopus dedit **Pendringham**, & **Pilbolveston**.

Stephanus rex dedit **Perwik**.

Walterus filius *Roberti* dedit duo molendina apud **Hemenhale**.

Ælfricus Modercoppe, nobilis heros, cum licentia S. *Edwardi*, dedit **Lodne**.

S. *Edwardus* confessor dedit **Pilvenhale** cum octo hundredis & dimidio.

Stephanus rex dedit **Punhale**.

Quot, & qui, & quot annis singuli fuerunt abbates sancti Edmundi.

Ex registro *Joh. Lakingheth* ejusd. losi monachi, penes eund. *Reg. Bacon.* fol. 1.

I. ANno Domini 1120. *Canutus* Rex *Anglie*, cum consilio & decreto archiepiscoporum, episcoporum, & optimatum suorum, expulit clericos inhoneste viventes ab ecclesia sancti *Edmundi*, monachos in illa constituit, quibus præfecit in abbatem quendam monachum de *Hulmo*, nomine *Uuium*, qui rexit ecclesiam sancti *Edmundi* 24. annis, confirmatus ab episcopo *Londoniensi*, & obiit 1044.

2. Anno 1044. *Leofstanus* abbas successit, & rexit ecclesiam 21. annis, confirmatus ab episcopo *Wintoniensi*, obiit 1065. kalend Augusti.

3. Anno 1065. successit *Baldwinus*, professus in nobili monasterio sancti *Dionisii*, confirmatus ab archiepiscopo *Cantuariensi*, qui rexit ecclesiam sancti *Edmundi* 32. annis, & obiit anno Domini 1097. 4. kalend, Januarii . . . . . ut putabat plus . . . . . octoginta annorum.

4. *Robertus*, filius *Hugonis*, comitis *Cestrensis*, & monachus sancti *Ebrulfi*, recepit ex dono regis *Henrici* primi nonas Augusti die dominico, in die videlicet consecrationis ipsius regis, anno Domini 1100. Sed tertio anno sequente, in generali consilio per beatum *Anselmum* archiepiscopum *Cantuariensem London.* celebrato, fuerat depositus & ejectus, eo quod ecclesiam illam absque electione monachorum canonica præsumpserat acceptare, anno Domini 1102. Vide ibidem *Marianum* in cronicis.

5. Anno Domini 1102. *Robertus*, Prior *Westmonasterii*, electus est abbas sancti *Edmundi*, confirmatus ab archiepiscopo *Cantuariensi*, & rexit ecclesiam quinque annis, & obiit anno Domini 1107. 16. kalend. Octobris, & vacavit abbatia septem annis.

6. Anno Domini 1115. *Alboldus*, Prior sancti *Nicholai* de **Pelent**, factus est abbas sancti *Edmundi*, confirmatus ab archiepiscopo *Cantuariensi*. Hic rexit ecclesiam sancti *Edmundi* quinque annis, & obiit anno Domini 1119. kal. Martii. Iste primo dedit *Mauritio* de **Windesore** officium seneschalsiæ in feodum, & quinque feoda militum.

7. *Anselmus*, nepos beati *Anselmi* archiepiscopi *Cantuariensis*, qui fuit abbas sancti *Saba* in *Roma* & apostolicæ sedis legatus in *Anglia*, factus est abbas sancti *Edmundi* anno Domini 1121. confirmatus ab archiepiscopo *Cantuariensi*. Postea, anno Domini 1138. electus est in episcopum *Londoniensem*, & ibidem solemniter receptus. Sed quia hoc processit sine consensu decani à *Londonia* semotus est, & vix in ecclesia sua sancti *Edmundi* receptus est, & rexit ecclesiam 28. annis, & obiit iij. nonas Januarii 1148.

8. Anno Domini 1138. *Ordingus* Prior sancti *Edmundi* successit *Anselmo* abbati, sed *Anselmus* expulsus à *Londonia* iterum receptus est abbas. Quo defuncto iterum successit *Ordingus* anno Domini 1148. qui rexit ecclesiam sancti *Edmundi* novem annis & obiit ij. nonas Februarii anno Domini 1156. anno vero suo quarto omnes officinæ sancti *Edmundi*, præter ecclesiam sunt combustæ.

9. Anno Domini 1157. *Hugo*, Prior *Westmonasterii*, electus & confirmatus est abbas sancti *Edmundi* ab episcopo *Wintoniensi*, & rexit ecclesiam 24. annis & obiit 17. kalend. Decembris anno Domini 1180. & vacavit ecclesia annis duobus & mensibus tribus, secundùm cronicas *Jocelini*.

10. Anno Domini 1182. *Samson* monachus sancti *Edmundi* factus est abbas, confirmatus ab episcopo *Wintoniensi Richardo*, ij. kalend. Martii, & xij. kalend. Aprilis à fratribus est susceptus, qui rexit ecclesiam 30. annis & obiit 3. kalend. Januarii anno Domini 1211.

11. Anno Domini 1213. *Hugo* monachus S. *Edmundi* electus est in abbatem, propter cujus electionem postea in conventu scisma factum est. Sed per judices à domino papa delegatos confirmatus anno Domini 1215. & eodem anno 8. idus Martii accepit benedictionem à *Roffensi* episcopo, *Benedicto*, rexit ecclesiam S. *Edmundi* 14. annis & anno Domini 1229. consecratus est episcopus *Eliensis* quarto idus Junii, & obiit anno Domini 1254. octavo idus Augusti, anno consecrationis suæ in abbatem xliij. anno vero pontificatus sui 26.

12. Anno Domini 1229. *Richardus*, abbas de **Burton**, postulatus est abbas sancti *Edmundi*, nonas Junii confirmatus ab *Hugone* episcopo *Eliensi*. Hic rexit ecclesiam 5. annis, & obiit quarto kalend. Septembris 1233.

13. Anno Domini 1233. *Henricus* Prior S. *Edmundi*, electus est in abbatem in die sanctorum *Cosmæ* & *Damiani*, & suscepit benedictionem ab *Hugone Eliensi* episcopo, in die purificationis beatæ *Mariæ* anno Domini 1234. Qui rexit ecclesiam 15. annis & obiit anno Domini 1248.

14. Anno Domini 1248. *Edmundus* de **Walpole**, monachus S. *Edmundi* & doctor in decretis, anno suo secundo à susceptione habitus, electus est in abbatem, confirmatus est ab *Hugone* episcopo *Eliensi*, & rexit ecclesiam 9. annis & obiit 2. kalend. Januarii anno Domini 1256.

15. Anno

15. Anno Domini 1257. 19. kalend. Februarii, *Simon*, Prior S. *Edmundi*, electus est in abbatem, confirmatus à papa *Alexandro* 4. undecimo kal. Novembris. Hic rexit ecclesiam 23. annis. Hic erat primus exemptorum in *Anglia* ad curiam *Romanam* pro sua confirmatione vocatus.

16. Anno Domini 1279. In vigilia sancti *Johannis* ante *Portam Latinam*, *Johannes* de **Boxwold**, monachus S. *Edmundi* & Hostilarius, electus est in abbatem, confirmatus à papa *Nicholao*, & rexit ecclesiam 22. annis, & obiit quarto kalendas Novembris 1301. & anno regni regis *Edwardi* primi post conquestum 29.

17. Anno Domini 1301. *Thomas* de **Tottington**, monachus S. *Edmundi*, & Supprior, electus est in abbatem, confirmatus à papa *Bonifacio* 8. & rexit ecclesiam undecim annis & obiit septimo idus Januarij, anno Domini 1312.

18. Anno Domini 1312. *Richardus* de **Draughton**, monachus S. *Edmundi*, & postea Prior, electus est in abbatem, confirmatus à papa *Clemente* quinto, & rexit ecclesiam 23. annis, & obiit anno Domini 1335. quinto nonas Maij & anno regni *Edwardi* tertii post Conquestum nono.

19. Anno Domini 1335. octavo kalend Junij. *Willielmus* de **Bernham**, Subprior S. *Edmundi*, electus est in abbatem, confirmatus est à papa *Benedicto* 12. & rexit ecclesiam S *Edmundi* 25. annis, mensibus 9. & 5. diebus, & obiit ultimo die Februarii anno Domini 1361.

20. Anno Domini 1361. vj. idus Martii, *Henricus* de **Hunstanton**, utriusque juris bacalarius & inceptor monachus sancti *Edmundi*, electus est in abbatem. Sed eodem anno, nono kalend. Augusti ante confirmationem suam obiit in provincia in *Bastida* de *Farges*; quæ quidem *Bastida* est locus inhabitatus distans ab *Avinione* per duo milliaria, ubi pestilencia tunc extitit excessivè.

21. Anno Domini 1361. quarto die mensis Augusti, papa *Innocentius* sextus contulit abbatiam sancti *Edmundi* fratri *Johanni* de **Brinkele**, commonacho de **Bury**, utriusque juris bacalario, & eodem anno in die Dominica, viz. decimo nono mensis Septembris, de mandato papæ *Innocentii* sexti, facto vivæ vocis oraculo, Consecratus fuit à *Petro Castrensi* episcopo in capella domini *Nicholai* sanctæ *Mariæ*, & duodecimo die mensis Novembris, Rex *Edwardus* tertius concessit sibi temporalia sua *Londoniis* in sua secreta capella, & decimo sexto Novembris conventus recepit eum, cum processione ipsum installando, & sibi, ut moris est, in capitulo obedientiam faciendo, & rexit ecclesiam annis septemdecim, & obiit anno Domini 1379.

Iste abbas, anno suo primo, vocatus fuit ad incipiendum *Oxoniis* in utroque jure, ut patet per literas dictæ vniversitatis *Oxoniæ* in Registro ipsius abbatis scriptas, & eodem anno in capitulo provinciali electus fuit in Presidentem, & fuit Presidens decem annis.

Abbatia vacavit per sexennium.

Johannes **Lymouth** creatur 7. *R.* 2. obiit 13. *R.* 2.

Willielmus de **Cratfeild** abbas creatur 13. *R.* 2.

Willielmus **Creter** abbas 5 *H.* 6. 1427.

Willielmus Curteys abbas 7. *H.* 6. 1429.

Johannes Boone creatur abbas 1457.

Richardus **Bengham** abbas 15. *Ed.* 4. 1475.

Thomas **Macleden** abbas 18 *Ed.* 4. 1478.

Johannes Reeve, alias **Pelfoyd** ultimus abbas resignavit, creatur 5 *Hen.* 8.

De manerio de **Mildenhall**, *à sancto* Edwardo *rege abbatiæ concesso.*

NOveritis nos ab antecessoribus nostris didicisse, quod beatus *Edwardus* primo anno regni sui, orationis gratiâ veniens apud sanctum *Edmundum*, circumibat officinas ecclesiæ, & tandem in refectorium intravit, qui videns ibi juvenes monachos ante prandium conventus reficientes pane vesci hordeaceo, quæsivit cur hoc fieret? Cui responsum est à Priore & monachis; Quia bona ecclesiæ non sufficerent ut bis in die vel ter pane triticeo vescerentur. Tunc sanctus Rex ait: *Et ego do beato* Edmundo *Manerium meum de* **Mildenhall** *hic vobis proximum, & cavete ne pueri mei consanguinei sancti* Edmundi *deinceps panem comedant hordeaceum*: (Sic enim solebat vocare sanctum *Edmundum.*) Et hoc donum nobis quam habemus confirmavit. Succedente tempore, *Stigandus* ejusdem sancti Regis capellanus, factus est *east Anglorum* episcopus; erat enim tunc sedes apud **Helmham**, à cujus jurisdictione tunc temporis plenè non eramus exempti: Qui frequenter ad nos divertens, & graviter expensis & aliis exactionibus onerans, petiit à nobis ut villam de **Mildenhall** ei ad tempus accomodaremus: Cui propter potentiam quam tunc habuit in tota *Anglia*, & maximè in nobis nondum per Curiam *Romanam* plene exemptis, contradicere non audebamus.

Ille ergo tenuit dictum manerium de nobis omni tempore quo fuit tam episcopus quàm archiepiscopus *Cantuariensis*. Quem archiepiscopatum vi & dolo invasit, expulso *Roberto* archiepiscopo. Anno igitur *Willielmi Bastardi* quinto, concilium *Wintoniæ* celebratum est per episcopum *Sedunensem*, & *Johannem* & *Petrum* presbiteros, cardinales, Apostolicæ sedis Legatos, presidente & jubente eodem rege *Willielmo*. In quo concilio *Stigandus* archiepiscopus degradatur pluribus de causis, maximè, quia vivente archiepiscopo *Roberto*, non solùm archiepiscopatum invasit, Sed ipso *Roberto* injustè expulso, Pallio ejus quod *Cantuariæ* remansit ultus est, & postea à *Benedicto*, quem sancta *Romana* ecclesia excommunicavit, eò quod pecunias sedem Apostolicam invasit, dictum pallium accepit. Quo degradato, Rex omnia maneria quæ tenuit in manu sua cepit, quorum unum erat manerium nostrum de **Mildenhall**, quod postea Rex *Richardus* nobis per chartam suam reddidit, tanquam jus sancti *Edmundi* & confirmavit, & insuper Chartæ S. *Edwardi* Sigillum suum apposuit.

Ex lib veteri MS. ejusd. cœnobii penes eund. *Reg. Bacon*, fol. 120.

De Testamento Hamonis Blundi.

HAmo *Blundus*, unus ex ditioribus hominibus istius villæ agens in extremis, vix aliquod Testamentum voluit facere. Tandem fecit Testamentum ad pretium trium marcarum, nullo audiente nisi fratre suo & uxore sua & capellano. Quod

Ex chronico MS *Johan. de Buckland* hujus cœnob. monachi, penes eund. *Reg. Bacon* fol. 144.

Quod cum abbas recognovisset, post mortem ejus illos tres convenit & acriter corripuit super hoc quod frater ejus, qui heres erat, & uxor ejus, non sustinuerunt aliquem alium accedere ad infirmum, cupientes omnia capere. Dixit quoque abbas in audientia. *Ego fui episcopus ejus & curam habui animæ ejus, nec mihi vertatur in periculum sacerdotis & confessoris ejus insciția, qui infirmo viventi consulere non potui absens. Quæ mea interest faciam saltim tardè. Præcipio ut omnia debita ejus & catalla mobilia quæ valent CC. marcas, sicut dicitur, reducantur in scriptum: & una portio detur hæredi, & alia uxori, & tertia pauperibus consanguineis suis & aliis pauperibus. Equum autem qui ductus est ante feretrum defuncti & oblatus est sancto* Edmundo *jubeo reverti & reddi; non decet enim ecclesiam nostram coinquinari munere ejus qui decessit intestatus, & quem fama accusat quod ex consuetudine solebat pecuniam suam ad usuram dare. Per os Dei si alicui de cætero tale quid contigerit diebus meis, non sepelietur in cimiterio.* His dictis recesserunt cæteri confusi.

Nota.

Ex registro abbatiæ S. *Edmundi* in officio ducatus *Lanc.* fol. 84.

Carta de divisione portionum abbatis & conventus.

EDwardus Dei gratia Rex *Anglie* dominus *Hibernie* & dux *Aquitannie*, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, Prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, & omnibus ballivis & fidelibus suis salutem. Inspeximus conventionem factam inter dilectos nobis in Christo fratrem *Johannem* de **Northwod** abbatem S. *Edmundi*, pro se & successoribus suis ex parte unâ, & Priorem & conventum ejusdem loci ex alterâ, in hæc verba.

"Ad æternam rei memoriam placuit religiosis "viris, domino *Johanni* Dei gratia abbati S. *Ed-* "*mundi*, & ejusdem loci conventui pro se ac eo- "rum successoribus in perpetuum futuris, quod "subscripta ordinatio & divisio pro communi "utilitate utriusque & pacis tranquillitate, unani- "mi providentia voluntate & consensu, sicuti ha- "ctenus à tempore à quo non extat memoria ab "utraque parte divisim optenta, habita, dinosci- "tur & observata; firma sit & stabilis, ac in per- "petuum perseveret; Ita videlicet ut de posses- "sionibus ac rebus ad monasterium sancti *Ed-* "*mundi* pertinentibus certæ portiones certaque "maneria cum omnibus suis exitibus consuetu- "dinibus fortunis & perquisitis ad ipsa regaliter "spectantibus, necnon redditus qui dicuntur *bi-* "*dagium* & **foddercorn**, unà cum sectis libero- "rum hominum ad prædicta hundreda, necnon "in placitis magnæ curiæ sancti *Edmundi*, eorum "videlicet qui ad hoc occasione tenementorum "suorum ex antiquo jure tenentur, & eorum ho- "magiis & releviis, pariter cum homagiis, releviis, "wardis, maritagiis, & escaetis de feodis mili- "taribus, ecclesiarum quoque advocationes & "ad easdem præsentationes cum ipsas vacare con- "tigerit, Sed & sergentiarum infra curiam sancti "*Edmundi* secundùm antiquam ecclesiæ consue- "tudinem collationes, in perpetuum abbatibus "designentur.

"Cætera omnia & singula ad portionem baro- "niam & dignitatem dicti domini abbatis spe- "ctantia eidem suisque successoribus absque ullo "clameo seu contradictione aliqua Prioris & "conventus ejusdem loci, integra pacifica perma- "neant & illibata. Pari etiam modo consimili- "que providentia certa maneria cum omnibus "suis exitibus, proventibus, & emolumentis; red- "ditibus, sectis curiarum, auxiliis, querelis, con- "suetudinibus, fortunis, relevis, & escaetis & "omnibus aliis undecumque & qualitercumque, "justitia tamen mediante, provenientibus, adeo "liberè & integrè, sicuti abbati sua, (salvis tamen "domino abbati qui pro tempore fuerit; in sui "nova creatione homagiis liberorum hominum "& recognitione de hominibus in maneriis præ- "dicti conventus prout antiquitus fieri consue- "vit) conventui supradicto in perpetuum depu- "tantur. Videlicet.

"Ad usus *Celeraria*, quæ ad victum conventus *Celraria.* "hospitumque susceptionem, necnon ad quasdam "pitantias annuas, servientum etiam liberationes, "& alia conventui facienda. In comitatu *Suffol-* "*chiæ* grangia celerarii apud sanctum *Edmundum* "cum terris, redditibus, boscis, pratis, pasturis, "molendinis, aquis, fortunis, consuetudinibus, & "omnibus aliis pertinentiis suis. In villa de **Kusse** "by duæ carucatæ terræ cum omnibus suis per- "tinentiis. Item manerium de **Hoxingewelle-** "magna, cum terris & omnibus aliis suis pertinen- "tiis. Item manerium de **Wepsted** cum terris "& omnibus aliis suis pertinentiis. Item mane- "rium de **Peutone** juxta sanctum *Edmundum* "cum terris & omnibus aliis suis pertinentiis. Item "manerium de magna-**Berton** juxta sanctum "*Edmundum* cum terris cum ecclesia in proprios "usus conventui deputata & omnibus aliis suiis "pertinentiis. Item manerium de **Pakeham** "cum terris cum ecclesia in proprios usus con- "ventui deputata & omnibus aliis suis pertinen- "tiis: salva tamen abbati præsentione ad vicarias "utriusque ecclesiæ prænominatæ cum eas vacare "contigerit. Item manerium de **Ruthum** cum "terris & omnibus aliis suis pertinentiis. Item "manerium de **Bradefeud**-monachorum cum "terris & omnibus aliis suis pertinentiis. Item "in villa de **Foxnham**-sancti-*Martini* duæ caru- "catæ terræ cum omnibus suis pertinentiis. Item "manerium de **Wildenhale** cum terris, mariscis, "aquis cum ecclesia in proprios usus conventui "deputata & omnibus aliis suis pertinentiis. In "villa de **Berton**-parva juxta **Wildenhale** tres "carucatæ terræ cum omnibus aliis suis pertinen- "tibus. Item manerium de **Heringewelle** cum "terris & omnibus aliis suis pertinentiis. In "villa de **Elvedene** duæ carucatæ terræ cum bru- "aria, pastura, & omnibus aliis suis pertinentiis. "Item manerium de **Cokefeud** cum terris & aliis "suis pertinentiis secundum tenorem cartæ *Simo-* "*nis* quondam abbatis ejusdem loci quam dictus "conventus inde habet. In villa de **Gyotene** duæ "carucatæ terræ cum aliis suis pertinentiis. Item "manerium de **Semere** cum terris & aliis suis "pertinentiis. Item de manerio de **Thelefwyth** "duæ firmæ per duas ebdomadas in anno ad con- "ventus sustentationem. Item manerium de "**Ingham** cum terris & omnibus aliis suis perti- "nentiis. Item in parochia de **Freflingfeud** in "hameletto de **Thebenhale** quatervigenti acræ "terræ cum xj. acris bosci & omnibus aliis suis

" pertinentiis. Item in comitatu *Norfolchiæ* ma-
" nerium de **Suthereye** cum terris aquis piſcariis
" & omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item in comi-
" tatu de *Hertfordia* una carucata terræ in villa de
" **Hebzicheſwyth** in hameletto de **Tevenhee**
" cum omnibus aliis ſuis pertinentiis. Item in co-
" mitatu *Norhamptona* manerium de **Werke-**
" **tone** cum terris & omnibus aliis ſuis pertinen-
" tiis. Præterea in comitatu *Suffolchiæ* de annuo
" redditu in villa de **Weſtle** iiij. ſolidi. In **Gna-**
" **teſhale** v. s. De eccleſia ſancti *Petri* in parva
" **Yoznigewelle** xiij. s. iiij. d. In **Bentefozd** v. s.
" viij. d. In **Toſtoke** vj. s. viij. d. In **Barwe**
" v. s. Item in comitatu *Norfolchiæ* de annuo
" redditu in *Gernemuta* ix. s. In **Schelfhangre**
" xx. s. In **Walſingham** x. s. De **Peptrumelle**
" xiij. s. iiij. d. In *Lennia* vj. s. viij. d. De eccleſia
" ſancti *Laurentii* in *Norwico*, unum laſtum de
" allece. In comitatu *Eſſexiæ* de annuo redditu
" in **Wrabeneſe** x. marcæ. In **Eumſted** xv. s.
" In comitatu *Cantabrigiæ* de annuo redditu in
" **Saham** ix. s. In *Cantebrigia* xxij. s. iiij. d. In
" comitatu *Lincolniæ* de annuo redditu in **Seil-**
" **holm** in villa de **Wapneſlet** lxvj. s. & viij. de-
" narii. In civitate *Londonii* x. s. de quodam meſ-
" ſuagio in parochia ſanctæ *Mariæ* quæ vocatur
" **Eldemariechyrche.**

Sacriſtia. " Ad uſus *Sacriſtiæ* quæ ad luminare eccleſiæ vi-
" num & oblatas ad miſſas in ipſa eccleſia & per
" totam libertatem ſancti *Edmundi per annum* in-
" veniendum, & ad liberationem de cera ſingulis
" ſeptimanis abbati & aliis ſecundum quod fieri
" conſuevit faciendum; Necnon ad reparatio-
" nem eccleſiæ & aliorum ædificiorum, & maximè
" ædificiorũ ad abbatem infra curiam pertinenti-
" um præter Lardarium & alias domos verſus gar-
" dinum, & omnes alias domos in futuro con-
" ſtruendas, necnon & ſervientum eccleſiæ libera-
" tiones, ornamentorum eciam eccleſiæ reparati-
" onem, pitancias & præſentas & alia onera ſe-
" cundum antiquam conſuetudinem eccleſiæ ſu-
" ſtinendum deputatur, villa ſancti *Edmundi* infra
" iiij cruces cum terris, pratis, nundinis, merca-
" tis, foris, & feriis, redditibus, fortunis, rele-
" viis, eſchaetis, & omnibus aliis ſuis libertatibus,
" tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus, una
" cum cuneo & ejus profectu, Salva tamen abba-
" ti qui pro tempore fuerit in ſuæ creationis no-
" vitate burgenſium villæ ſancti *Edmundi* recog-
" nitione, quam recognitionem domino abbati
" faciunt pro homagio præſtando. Item in co-
" mitatu *Suffolchiæ* in villa de **Weſtle** iuxta ſan-
" ctum *Edmundum* duæ carucatæ terræ cum
" aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de **Ihe-**
" **lingham** cum terris, piſcariis, & aliis ſuis liber-
" tatibus pertinentibus. Item in villa de **Dun-**
" **ham** unum meſſuagium cum ſuis pertinentiis. I-
" tem in parochia de **Ruthum** apud **Aldehawe**
" unum meſſuagium cum duabus carucatis terræ
" boſco paſturis & aliis ſuis pertinentiis. Item in
" comitatu *Norfolchiæ* **Iherlham** in **Apleſham**,
" cum ſuis pertinentiis quod per felicis recordati-
" onis dominum *Ricardum* quondam illuſtrem
" Regem *Angliæ* ad inveniendum iiij. cereos circa
" ſanctum *Edmundum* die noctuque ardentes ex-
" titit deputatum. Præterea deputantur eidem
" Sacriſtiæ ad ſupradicta invenienda xvij *l.* xj *s.* x *d.*
" de redditu forinſeco infra libertatem ſancti *Ed-*
" *mundi* per diverſas villas & loca in diverſis hun-
" dredis capiendi, id eſt, iiij. l. xiij. d. extra li-
" bertatem prædictam, per diverſas villas & loca
" in diverſis hundredis capiendæ. Item xxix. s. j. d.
" in comitatu *Norfolchiæ* per diverſas villas & lo-
" ca in diverſis hundredis capiendæ. Item iij. s. j. d.
" in comitatu *Eſſexiæ* per diverſas villas & loca in
" diverſis hundredis capiendi. Item xxxiiij. s. vj. d.
" in epiſcopatu *Lincolniæ* per diverſas villas & lo-
" ca in diverſis hundredis capiendi.

Cameraria. " Ad uſus *Cameraria* quæ deputatur ad veſtu-
" ram & ad calciamenta fratrum, In comitatu
" *Norffolchiæ* manerium de **Wyoch** cum terris
" & eccleſia in proprios uſus conventui deputata
" cum aliis ſuis pertinentiis. Salva præſentati-
" one abbati ad vicariam dictæ eccleſiæ. Item
" duo molendina apud **Yemenhale** videlicet
" unum ad ventum & aliud aquaticum. Item
" in villa de **Caſtre** juxta *Norwycum* una caru-
" cata terræ cum omnibus ſuis pertinentiis. Item
" in comitatu *Suffolchiæ* manerium de **Werlis**
" cum terris & ſuis pertinentiis. Item juxta
" **Werlis** *Seka Lupilli* cum homagiis redditibus
" & aliis ſuis pertinentiis. Item manerium de
" **Pilbercle** cum terris & omnibus ſuis pertinen-
" tiis. Item in villa de **Stantone** duæ carucatæ
" terræ cum ſuis pertinentiis. Præterea in villa
" de **Ruthum** de annuo redditu xx. s. xj. d. ob.
" Item in eadem villa de eccleſia ejuſdem villæ
" nomine penſionis annuæ vj. marcæ. Item in
" dicta villa iij. l. de cimino & iiij. gallinæ annui
" redditus.

Elemoſinaria. " Ad uſus *Elemoſinariæ* quæ ad ſuſtentationem
" pauperum & egenorum deputatur. In villa S.
" *Edmundi* grangiæ elemoſinariæ cum terris deci-
" mis redditibus. Unum molendinum ad ven-
" tum cum aliis ſuis pertinentiis. Item in hamelet-
" to de **Cloptou** inparochia de **Wlpet** in comi-
" tatu *Suffolchiæ* ſepties viginti acræ terræ arabilis.
" Item ibidem vij. acræ de prato, & duæ acræ boſci,
" & de redditu annuo ix. s. ix. d. ob. Item in **Red-**
" **grave** in eodem comitatu duo ſolidi de annuo
" redditu & tercia garba decimarum de antiquis
" dominicis abbatis ſancti *Edmundi* in eadem vil-
" la. Item in parochia de **Watliſdene** duæ gar-
" bæ decimarum de antiquis dominicis au-
" læ pitanciarii ſancti *Edmundi* in Hameletto de
" **Cloptone.**

Pitancia. " Ad uſus *Pitanciariæ* ad certas pitancias diver-
" ſas per annum faciendas in villa de **Cloptone**
" ſepties viginti & decem acræ terræ cum boſcis
" pratis & aliis pertinentiis. Præterea in villa
" ſancti *Edmundi* de annuo redditu vj. marcæ x. s.
" x. d. Item de redditu forinſeco centum & ij. s.
" ix. d. Item de eccleſia de **Wlpet** nomine
" annuæ penſionis ix. marcæ.

Infirmaria. " Ad uſus *Infirmariæ* ad neceſſaria infirmis
" fratribus ibidem invenienda deputantur xij.
" marcæ viij. s. xj. d. in villa ſancti *Edmundi* ca-
" piendæ, & de annuo redditu ſexaginta ſexdecim
" ſolidi vj. d. Item de eccleſia de **Wlpet** nomine
" annuæ penſionis ix. marcæ.

Hoſtillaria. " Ad uſus *Hoſtillariæ* ad utenſilia ibidem ne-
" ceſſaria, focale mappas manutergia pannos alia-
" que hoſpitibus neceſſaria invenienda deputan-
" tur iiij. l. xiiij. s. ij. d. ob. quæ in villa ſancti

Ed-

" *Edmundi* & alibi capiuntur. Item de ec-
" clesia de Wilpet nomine annuæ pensionis ij.
" marcæ.

Practor. " *Præcentori* assignantur duo molendina a-
" quatica in villa de Westowe ad parcamenum
" & incaustum prædicto conventui invenienda.
" Deputatur eciam curæ custodiæ & tuitioni præ-
" dicti conventus hospitale sancti *Nicholai* extra
" portam orientalem villæ sancti *Edmundi*, cum
" suis pertinentiis. Hospitale sancti *Petri* extra
" portam de Risebi, ejusdem villæ cum suis per-
" tinenciis. Hospitale sancti *Johannis* Evangelistæ
" extra portam australem ejusdem villæ cum suis
" pertinentiis quod appellatur *domus Dei*. Ho-
" spitale sancti *Salvatoris* quod est situm infra iiij.
" cruces villæ S. *Edmun.* extra portam aquilonarē
" cum omnibus suis bonis temporalibus & spiritua-
" libus ad sustentationem quorundam capellanorū
" fratrum & sororum & aliorum egenorum ibi-
" dem degentium & Deo famulantium dinoscitur
" esse deputatum. Hujus Hospitalis custodiam
" monachus per abbatem in pleno capitulo consti-
" tutus habere debet sicut hactenus fieri consueve-
" rit. Ita quod nec dictus monachus custos nec
" aliqua sæcularis ecclesiasticave persona fratrem
" vel sororem in dicto hospitali inconsulto domi-
" no recipiat vel admittat, nulla tamen pecunia
" ratione receptionis cujuscumque personæ inter-
" veniente. Item in Refectorio ad ciphorum u-
" tensilium ibidem necessariorum reparationem
" xiiij. s. assignantur in villa sancti *Edmundi* & a-
" libi capiendi & recipiendi.

" Cætera autem omnia & singula cum supra-
" dictis perquisita seu per regum licentiam per-
" quirenda ad portionem conventus spectantia seu
" in posterum per licentiam eorundem spectanda
" eisdem suisq; successoribus absq; ullo clamio seu
" contradictione aliqua domini abbatis & succesſo
" rum suorum integra pacifica permaneant & illi-
" bata, Salvis tamen domino abbati & ejus suc-
" cessoribus homagiis omnium liberè tenentium
" in maneriis ipsius conventus & extra corporaliter
" præstandis.

" Præterea cedente vel decedente ejusdem loci
" abbate inveniet conventus sumptibus suis Ele-
" cto & familiæ suæ expensas & omnia necessaria
" versus curiam *Romanam* & in ipsa curia usque ad
" electionis confirmationem & electi benedictio-
" nem. Omnia etiam alia ad baroniam dicti do-
" mini abbatis quoquo modo hactenus spectantia
" sive in posterum spectanda, in præsenti instru-
" mento tam specificata quàm inspecificata eidem
" abbati suisque successoribus integra & illibata
" suæque baroniæ in perpetuum remaneant anne-
" xa. Defendet siquidem abbas qui pro tempore
" fuerit omnia maneria conventus cum omnibus
" suis pertinentiis & libertatibus obtentis & obti-
" nendis redditus possessiones & omnia bona se-
" cularia & ecclesiastica usibus conventus deputa-
" ta in foro seculari & ecclesiastico ubicumque &
" coram quocumque Judice seculari seu ecclesia-
" stico sumptibus suis & expensis sicut sua. Ita
" tamen quod si abbas in foro ecclesiastico agat vel
" conveniatur pro aliquibus portionem conven-
" tus contingentibus, & contigerit eo prætextu
" aliquam fieri condempnationem, ipsam acquie-
" tabit conventus, dicto abbate tota lite penden-
" te omnes, ut supradictum est, expensas de sua
" portione faciente. Si verò abbas pro ipsius
" conventus portione in foro seculari inplacitet
" vel inplacitetur, omnes expensas circa placitum
" de sua propria acquietabit portione.

" Quod si aliquando contigerit in aliquibus
" maneriis possessionibus vel rebus supradictis,
" conventui deputatis vel in posterum deputandis,
" aliquid vel aliqua fieri pro quo sive quibus abbas
" in misericordia domini regis contingat, finis
" misericordiæ à conventu eorumque portione
" persolvatur. Nullus eciam abbas qui pro tem-
" pore fuerit nullusque ejus ballivus vel a-
" lius quicumque præter ballivos pro conven-
" tu constitutos in maneriis rebus vel possessioni-
" bus conventui deputatis se intromittat; salvo
" abbati & suis successoribus quod eorum ballivi
" exerceant & faciant in prædictis maneriis & locis
" omnia quæ ad coronam regis pertinent, eo modo
" quo temporibus retroactis facere consueverunt.
" Præterea idem abbas existens in villa sancti *Ed-*
" *mundi* cum familia sua omnes hospites tam pe-
" dites quam equites suscipere debet & exhibere,
" præterquam viros religiosos & eorum famulos,
" quos omnes semper conventus recipere tenetur.
" Omnes enim seculares tam equites quam pedi-
" tes ad abbatem præsentem de jure semper perti-
" nent antiquo, quo absente, omnes pedites uni-
" versique equites cum xiij. equis vel paucioribus
" pertinent ad conventum: Cum xiiij. equis vel
" pluribus sive præsens fuerit sive absens, semper
" pertinent ab abbatem ubi fuerint religiosi vel à
" Priore specialiter invitati. Ut igitur prædicta
" ordinatio & portionum divisio stabilis firma in-
" concussa & in perpetuum illibata perseveret,
" præsenti scripto tam supradicti domini abbatis
" quam ipsius conventus sigilla unanimi consensu
" & voluntate eorundem sunt appensa. Data a-
" pud sanctum *Eadmundum* in festo nativitatis
" sancti *Johannis* Baptistæ anno Domini MCC- 1281.
" octogesimo primo, regni verò domini Regis
" *Edwardi* filii regis *Henrici* ix.

Nos autem prædictas conventionem & divi-
sionem ratas habentes & gratas, eas pro nobis &
hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem
priori & conventui concedimus & confirmamus
sicut conventio prædicta rationabiliter testatur,
volentes pro nobis & hæredibus nostris, quod
prædicti prior & conventus & eorum successores
in singulis vacationibus abbatiæ prædictæ habe-
ant & teneant prædicta maneria tenementa &
cuneum cum pertinentiis sine impedimento no-
stri & hæredum nostrorum & omnium minist-
rorum nostrorum, juxta formam conventionis præ-
dictæ, salva nobis & hæredibus nostris custodia
baroniæ & omnium terrarum & tenementorum
ejusdem abbatis & successorum suorum sicut
idem abbas ea nunc tenet & successores sui, ab-
bates loci illius, ea tenebunt in futurum, & qui-
buscumque exitibus de eisdem baronia terris &
tenementis ejusdem abbatis pertinentibus, toto
tempore vacationis prædictæ abbatiæ. Et salvo
nobis & hæredibus nostris jure nostro si quod
nobis alia occasione competit in maneriis terris
tenementis & cuneo dictorum prioris & conven-
tus. Salvo etiam nobis & hæredibus nostris jure
nostro si quod nobis competat in maneriis, hun-

dredis, terris, & tenementis quæ prædicto abbati & successoribus suis remanent per conventionem prædictam, si inde loqui voluerimus. Hiis testibus, venerabilibus patribus *R. Batonienſi* & *Wellenſi*, *W. Norwycenſi* & *Thoma Menevenſi* episcopis. *Gilberto* de Clare comite *Glovecestriæ* & *Hertfordiæ*, *Humfrido* de Boun comite *Herefordiæ* & *Essexiæ*, *Rogero* de *Mortuo Mari*, *Roberto* de Tibotot, *Reginaldo* de Grey, *Luca* de Tany, *Hugone* filio *Ottonis*, *Thoma* de Weyland, *Ricardo* de *Bosco*, *Petro* de Puntingfeud, *Elya* de Pauuill & aliis. Data per manum nostram apud *Westmonasterium* xvj. die Novembris anno regni nostri ix.

Ne cedat in præjudicium libertatis villæ sancti *Edmundi* quod dominus rex assignavit dominum *J.* de *Vallibus* & socios suos ad videndum quod ballivi sancti *Edmundi* fideliter se haberent ad quædam enormia emendanda.

Ibid. *Nomina Sacristarum abbatiæ de* Burgo *cum gestis eorum.*

TEmporibus *Baldwini* abbatis, primò *Thurstanus* & postea *Tolinus* fungebantur officio. Hi duo, temporibus prædicti abbatis, ecclesiâ lignea & veteri complanatâ, ecclesiæ nostræ fundamenta jecerunt, parietes erexerunt, presbyterium ad plenum confirmaverunt, & beati martyris translationem procuraverunt: feretra etiam beati martyris & sanctorum *Botulfi* & *Firmini* laminis argenteis exculpserunt.

Hos secutus est, tempore domini *Roberti* abbatis, in eodem officio vir staturæ ferè giganteæ, *Godefridus* nomine, magnus corpore, sed major animo. Hic refectorium, capitulum, domum infirmorum, & abbatis aulam consummavit ad plenum. Iste & magnam companam non levi pretio comparavit:

Subsecuti sunt eum viri totius prudentiæ *Radulphus* & *Harveus*, sacristæ temporibus domini *Anselmi* abbatis, qui murorum ambitum circa atrium ecclesiæ fecerunt, ecclesiam beatæ *Mariæ* cum turri sua, clocarium, & deintus cimbala bene sonantia, & turrim sancti *Jacobi*, valvas etiam duplices in fronte ecclesiæ insculptas digitis magistri *Hugonis*. Qui, cum in aliis operibus omnes alios vicerit, in hoc opere mirificè vicit seipsum, murorum & ambitum circa villam sancti *Edmundi*: quia liberè tenentes de Honore sancti *Edmundi* ad *Harveti* comparationem in murorum ædificationem quasi rivuli fuerint, ille fons fuit. Redditus quos ex antiquo jure sacrista habet in villa sancti *Edmundi Harveus* comparavit & terram *Thomæ Noel* de Pauſted. Iste *Harveus*, frater *Talebosi* Prioris, omnes expensas invenit fratri suo Priori in scribendo magnam bibliothecam, & manu magistri *Hugonis* incomparabiliter fecit depingi. Qui cum non inveniret in partibus nostris pelles vitulinas, in *Scotiæ* partibus parchamentum comparavit. Pitantias etiam quas habemus annuas in anniversariis eorum, ipse instituit, & pretio dato redditus comparavit.

Secutus est eum *Helias* Sacrista, nepos *Ordigi* abbatis, natus apud Bilderci, cognomento *Widenell*. Iste *Elias* conflagratis omnibus officiis domus sancti *Edmundi* abbatis aulam, refectorium, dormitorium, & domum infirmorum vetustam, & capitulum reformavit ad plenum, & omnes alias officinas in curia inchoavit ille, & primâ manum apposuit, quod successores feliciter consummaverunt. Tabulam etiam argenteam pretii C. marcarum ad magnum altare fabricari fecit, & festum Reliquiarum instituit, Erogationem autem factam per manus diebus festivis, per manum Sacristæ ipse constituit; crucem in choro & *Mariam* & *Johannem* per manus magistri *Hugonis* incomparabiliter fecit insculpi. Idem etiam *Helias* avunculum suum, cum ei sua non sufficerent tempore turbatæ pacis, de bonis Sacristiæ, assensu conventus devotè & piè adjuvavit.

Huic successit *Frodo* sacrista qui quingentas marcas terræ infodit: cui successit *Willielmus* cognomento *Schuch* de quo nil in veteri memoria dignum.

Huic successit *Willielmus* cognomento *Wardel*, qui non sine causa à domino *Samsone* abbate amotus fuit ab administratione.

Huic aliquando ministravit dominus *Radulphus*, quondam elemosinarius in sancta sacristia. Qui translationem sanctorum *Botolphi* & *Firmini* procuravit. Quo in brevi moriuo, ministravit & eidem in eodem officio magister *Samson* postea abbas, qui tempore officii sui pro majori parte chorum consummavit & unam istoriam in majori turre occidentale.

Domino *Willielmo Wardell* successit dominus *Hugo* sacrista, qui turrim magnam versus occidentem tecto oppositio & plumbato consummavit, domino *Samsone* laquearia & tigna & quicquid ibidem ligneum est impendente. Turrim etiam juxta capellam sanctæ *Fidis* plenè quoad opus lapideum consummavit. In alia turri juxta capellam sanctæ *Catherinæ* unâ istoriâ consummatâ. Infirmarium novum temporibus *Willielmi* sacristæ, procurante magistro *S.* & capellam sancti *Andreæ* pro majori parte edificavit & consummavit prædictus *Hugo*, domino abbate *Samsone* de boscis suis tigna & quicquid ibidem ligneum est ministrante. Pulpitum in ecclesia edificavit, magna cruce erecta cum imaginibus beatæ *Mariæ* & sancti *Johannis* sibi . . . . . sedem abbatis in choro, manu *Simonis* pictoris ad hoc desudante. Reddidit conspicuè capas bruslatas quilibet ad valentiam lx marcarũ, & calicem auream 5. marearũ pondere. Idem sacrista aulam hospitum & balneatorium plenarie perfecit, domino abbate *S.* affluenter, largiente de boscis suis quæ necessaria erant ad prædictarum domorum contignationem. In aidis tamen suis prædictis sacrista de receptis & expensis neminem voluit habere conscium, cum dominus abbas in pleno capitulo id præcepisset, set solus quæ agenda erant fideliter & fœliciter consummavit.

Successit ei magister *Walterus* de Banham: *Henrico* primo elemosinarius fuit, factus vero sacrista, aulâ domini abbatis antiquâ dirutâ novam innovavit, & plene consummavit. Aquæductum à capite & fonte distantem duobus milliaribus plumbo inclusit, & usque ad claustrum per occultos terræ meatus derivavit. Lavatorium morte preventus ad plenum non consummavit: sed tamen quicquid ibi vidimus in marmore aut imaginibus deauratis & in opere cementario factum totum

tum fecit, quia in vita sua expensas omnimodas erogavit. Centum marcas de plata & eo amplius, & duas marcas auri ad tabulam faciendam dedicavit, & ecclesiæ fabricam innovavit, ut patet omni transeunti. Turrim magnam quæ est juxta capellam sanctæ *Fidis*, quam dominus *Hugo* sacrista quoad cementariam consummaverat, hic culmine suprapositio plenius consummavit. Quinque capas sericas auro bruslatas, & unam casulam bruslatam devotè contulit. Tabulam magnam super altare in choro cum mole illa lapidea cui trabes innituntur consummavit ad plenum, magno candelabro deaurato & laminis aureis innovato, decies viginti tignis relictis in cemiterio quæ dictus dominus *Samson* abbas contulit, videlicet quater xx. de bosco de **Mirbugwrth**, & sexies xx. de bostis de **Belefort** ad innovationem ecclesiæ satis accomodis.

Waltero de **Banham** successit *Willelmus* de **Diss**, qui cum modo debito electus fuisset ad illud officium, & in illo à die sancti *Thomæ* martyris usque ad circumcisionem Domini, per quatuor videlicet dies, stetisset, interim somnum oculi sui capere non potuerunt, qui videns se ibidem proficere non posse, suam ab abbate *Sampsone* petiit cessionem.

Post hunc venit *Robertus* de **Gyanele**, qui locum vineæ emit & muro lapideo inclusit, ad solatium infirmorum & amicorum. Navim ecclesiæ de novo contignavit, & celuram ultra sanctum *Edmundum* fecit, & picturæ varietate decoravit. Mortuo autem abbate *Sampsone*, à quibusdam *Hugo* de **Northwold**, a quibusdam *Robertus* prædictus ad abbathiam fuerat electus. Hic vero *Robertus*, durante inter ipsos non modico tempore controversia memorata, utrique parti expensas invenit sufficientes. Cum autem contra eundem *Robertum* processu temporis processum fuisset, & in officium sacristæ aliquanto tempore post definitivam sententiam stetisset, electus fuit ad abbatiam de **Thorney**.

Huic successit *Ricardus* de *Insula*, qui cum ibidem non multo tempore stetisset, electus est in abbatem *Burtonie*, qui, abbate *Hugone* ad episcopatum *Eliense* electo, electus fuit iterum ad abbathiam sancti *Edmundi*.

Cui successit dominus de **Newport**. Hic vetus capitulum destruxit, & novum a fundamentis construxit: piscariam de **Ikelingham** non modico pretio comparavit. Magnam etiam campanam in majori campanario, quæ dicitur **Newport**, sumptu non mediocri fieri fecit. Hic in maremio ab abbate *Hugone* secundo, in manerio de **Belefort** comparato, omnia edificia, pariter aulam & solarium de lapide apud **Banhale** construxit. Idem xx.s. annui redditus in **Banhale** & xx.s. annui redditus in **Ikelingham** acquisivit pro conventus & pauperum in diem anniversariis suis, videlicet duas marcas pro conventu & unam marcam pro paupertibus secundum martirologium.

Huic ad preces suas appositò successit *Gregorius* precentor natus in patria sancti *Albani*, qui cum ibidem non diu stetisset, electus est ad prioratum sancti *Edmundi*, meritis sanctitatis suæ exigentibus. Nam ad sacrum ejus tumulum, prout vidimus, nonnulli à diversis infirmitatibus per merita viri dicti curantur.

Post hunc factus est sacrista *Nicholaus*, natus in patria de **Warewick**, qui inter multa alia bona quæ fecit, fundi fecit campanam optimam in choro, quæ dicitur campana sacristæ. Ab isto primò ablata fuit pixis oblationum & assignata thesaurariis. Hic in ultimis diebus suis paralysi percussus, sponte cessit, & in Infirmaria multos transigens annos de sacrista annuatim dum vixit xl.s. ad . . . percepit.

Cui successit *Simon* de **Luyton**, vir prudentissimus & circumspectus, qui modicam ibi faciens moram, ad altiora non immerito provectus, factus est Prior sancti *Edmundi*. In ipso officio stans, fundi fecit campanam in choro, quæ dicitur **Luyton**. Post non multum vero temporis vocatus est ad abbatiam sancti *Edmundi*.

Huic successit *Richardus* de **Horningshe**, qui cum ibidem aliquanto tempore stetisset, abbate & Priore & conventu hoc volentibus, sponte cessit vel invitus, erat enim senio affectus, & vir agriculturæ & non libertatibus servandis deditus.

Cui successit *Richardus* de **Colecester**. Hujus tempore, pacificata lite inter comitem *Richard. Gloverniæ* & nos, concessum est eidem comiti pro bono pacis manerium de **Banhall** cum **Brenge**, terra apud **Casely** ad elimosinarium pertinens, & manerium de **Southwold** spectans ad cellerarium. Hujus tempore consideratum fuit per conventum quod in ruinis ecclesiæ reparandis xij.l. poneret per annum & non amplius, veruntamen ultra prædictas xij.l. fecit novam aulam quæ dicitur **Spane**, ad recreationem conventus. Hic per duos annos habuit de conventu omnia maneria cellerariæ firmario faciendo plenas firmas. Sed conventus interim per annum respondebat illi de xx.l. tunc verò temporis cellerarius fuit frater *Willelmus* de **Beches**.

Cui dictus sacrista in omnibus tanquam firmarius de hisce quæ ad coquinam & ad celerariam pertinet respondebit, &c.

Huic successit *Simon* de **Kingston**, natus in comitatu *Cantabrigiæ*. Qui prius cellerarii, postea verò camerarii functus est officio, qui sponte cedens vel invitus nihil dignum memoria egit ibidem.

Cui successit *Willelmus* de **Luyton**, à camerario ad officium assumptus memoratum. Hujus tempore concessum est regi medietas omnium bonorum temporalium & spiritualium tam religiosorum quam prelatorum & ecclesiasticarum personarum, in subsidium guerræ suæ contra regem *Franciæ*. Hic primò cultum Dei in ecclesia & circa sanctum *Edmundum*, sanctum *Botulphum* aliaque sanctuaria in cereis & luminaribus diminuit, & plusquam dimidiavit. Quod sibi prosperum cessisse non arbitror. Et quamvis in aliis honestus homo fuit & modestus, in hisce verò quæ conventui facere tenebatur, utpote pitantiis, misericordiis & hujusmodi, prærigidus fuit & austerus. Stetit per multos annos ante obitum suum, nec aliquid de his nisi pro voluntatis suæ arbitrio poterat extorqueri. Maneriorum tamen edificia, & redditus in villa utiliter reparavit & decenter ornavit. Moriens ferè nullam reliquit pecuniam, in magna tamen pecunia diversis creditoribus & maximè servientibus ecclesiæ tenebatur. Statura

siquidem & instauramenta maneriorum maximè in bidentibus ampliavit.

Cui successit *Richardus* de Byun de comitatu Gantbrig, in villa de Byun oriundus.

Jura Cellerarii.

Ibid. ANtiquæ consuetudines celerarii quas vidimus tales fuerunt. Celerarius habebat messuagium & horrea sua juxta fontem Scurum, ubi solemniter curiam suam solebat tenere de latronibus & omnibus placitis & querelis, & ibi solebat ponere homines suos in plegios & irrollare & renovare singulis annis & inde lucrum capere, sicut præfectus faciebat ad Portmanatt. Quod messuagium cum orto adjacente quem nunc infirmarius tenet, fuit mansio *Beodrici*, qui fuit antiquus dominus istius villæ, unde & villa dicta fuit Beodricsworth, cujus campi dominici nunc sunt in dominio cellerarii. Quod autem nunc vocatur Averland fuit terra rusticorum ejus. Erat autem summa tenementi ejus & suorum trecies triginta acræ terræ, quæ adhuc sunt campi istius villæ. Quorum servitia, cum villa fuit facta libera, dividebantur in duas partes. Sacrista sive prefectus acciperet liberum censum videlicet de qualibet acra duos denarios: celerarius habebat araturas & alia servitia videlicet araturam unius rodæ pro qualibet acra sine cibo, quæ consuetudo adhuc observatur. Haberet & faldas, ubi omnes homines villæ, preter seneschaldum qui propriam faldam habet, tenentur ponere oves suas, quæ consuetudo adhuc observatur. Haberet & Averpeni, scilicet pro singulis triginta acris duos denarios, quæ consuetudo mutata fuit ante mortem *Hugonis* abbatis, *Gilberto* de Alveden existente cellerario. Solebant etiam homines villæ, jubente celerario, ire apud Laginheth & reportare averagium de anguillis de *Southreye*, & sæpe vacui redire, & ita vexari sine aliquo emolumento celerarii, unde convenit inter eos, ut singulæ triginta acræ de cætero darent unum denarium per annum & homines remanerent domi. Terræ autem illæ nunc temporis divisæ sunt, quod vix scitur a quo ille census dari debet, ita quod vidi celerarium in uno anno capere inde xxvij. denarios, sed nunc non capit unum denarium.

Item celerarius solebat habere potestatem in viis ex villa, ita quod nulli licuit fodere cretam vel argillam sine licentia ejus. Solebat etiam summonere fullones villæ ut ei accommodarent pannum ad sal suum ducendum, alioquin ipse prohiberet eis usum aquarum & caperet telas quas ibidem inveniret. Quæ consuetudines adhuc observantur. Item quicunque emerat à celerario bladum vel aliud solebat esse quietus de theoloneo ad portam villæ quando exiret, unde cellarius rem suam carius vendebat, quod adhuc observatur. Item solus cellarius debet vel solebat habere liberum taurum in campis hujus villæ & non alius. Item quando aliquis delegabit terram burgagii in elemosinam conventus, terra illa solebat de cætero esse quieta de * Padgonel & maximè cellario propter dignitatem officii, quia secundus pater est in monasterio, vel propter reverentiam conventus, quia favorabilior debet esse conditio eorum qui victum nostrum procurant. Item cellarius liberè solebat capere omnia sterquilinia ad suum opus in omni vico, nisi ante ostia eorum qui habebant Averland. Item cellerarius in foro istius villæ tale privilegium solet habere, quod ipse vel emptores sui primam emptionem habebunt de omni cibo ad opus conventus, si abbas domi non fuerat. Emptores abbatis vel cellerarii qui prius veniunt in foro prius ement, sive isti sine illis sive illi sine istis: si autem hinc & inde presentes fuerint, deferendum est emptoribus abbatis. Item tempore quo venduntur alleciæ ement emptores semper abbatis centenarium de allec minus quàm cæteri uno obolo, similiter celerarius & sui emptores, &c.

* In alio manuscripto *Hoggecell.*

COVENTRENSE
Cœnobium in agro Warwicensi.

ERat in *Cestrensi* diœcesi cœnobium, *Coventria* nomine, quod comes magnificentissimus *Leofricus* cum uxore *Godiva*, constituerat, tanto auri & argenti spectaculo, ut ipsi parietes ecclesiæ angusti viderentur thesaurorum receptaculis, miraculo porro magno visentium oculis. Hoc *Robertus* ejusdem provinciæ episcopus inhians non episcopaliter involavit, ex ipsis ecclesiæ gazis surripiens undè datoris manum suppleret, undè Papæ occupationes falleret, unde aviditati *Romanorum* irrideret, pluresque ibi annos moratus nihil probitatis exhibuit. (*&c.*) *Will. Malmesb.* fol. 73. a. nu. 10.

—— Ex una enim trabe quingentas marcas argenti corrasit, quæ scrinia sustentabat. Ibid. fol. 165. a.

Coventria habetur brachium magni *Augustini* theca inclusum argentea, cernunturque in cælatura hujusmodi literæ. Hoc brachium S. *Augustini*, *Egelnodus* archiepiscopus rediens à *Roma* ad *Papiam* emit centum talentis argenti, & talento auri. (*&c.*)

In ambabus porticibus *Coventriæ* jacent ædificatores loci præcellentissimi conjuges, quorum maximè prædicatur fœmina: quæ cum thesauros vivens ibi totos congessisset, jamjamque moritura, circulum gemmarum quem filo insuerat, ut singularum contactu singulas orationes incipiens numerum non prætermitteret; hunc ergo gemmarum circulum collo imaginis sanctæ *Mariæ* appendi jussit. Sed quàm preciosarum putas gemmarum? profectò à quaris centum marcis argenti æstimantur. Ibid.

Excellentis vir memoriæ, laudabilis comes *Leofricus*, *Leofwini* ducis filius, in propria villa quæ dicitur Bromleage ij. kal. Sept. in bona senectute decessit [anno Mlvij.] & *Coventriæ* sepultus est honorificè, quod monasterium, inter cætera bona opera, quæ in sua vita gessit, ipse & uxor illius Dei cultrix, & sanctæ *Mariæ* semper virginis amatrix devota, nobilis comitissa *Godiva*, de suo patrimonio à fundamentis construxerunt, & id terris sufficienter locupletaverunt, ornamentis *Rog. Hoveden* fol. 254. b.

mentis variis ita ditaverunt, ut in nullo monasterio totius *Anglie*, tanta copia auri, argenti, gemmarum, lapidumque pretiosarum inveniretur, quanta tunc temporis habebatur in illo.

Ibid. fol. 405. num. 20. Anno MCxcj. *Hugo Covent.* episcopus expulit monachos *Coventrenses* ab ecclesia cathedrali, & in ea instituit canonicos seculares.

Ibid. fol. 440. num. 50. Anno MCxcviij. venit archiepiscopus *Cantuariensis* [*Hubertus Walterus*] & per mandatum *Celestini* summi pontificis introduxit monachos in ecclesiam ejusdem villæ cathedralem, quos *Hugo* de Pubant ejusdem loci episcopus ab eadem ecclesia vi & armata manu expulerat.

Joban. Tinmuthe. Hist. aur. MS. in Bibl. *Bodleiana lib.* 20. *cap.* 3. Anno Domini MCxc. Rege *Ricardo* in transmarinis demorante, *Willielmus Heliensis* episcopus, regni procurator, ac apostolicæ sedis, mediante pecunia, in *Anglia* legatus, clerum oppressit, plebem depressit, cum mille equis procedebat, monasteria contributionibus, & hospitalitatibus gravabat, regni majores sibi affines faciebat, utramque sedem metropolitanam, ad libitum suum prosternebat, appulsumque *Galfridum* regis fratrem *Eborum* electum, direptis rebus de monasterio sancti *Martini* extrahi, & turri regia trudi fecerat, apud *Westmonasterium* concilium celebravit, ubi complex suus *Hugo Novant* episcopus *Cestriæ* querelam deposuit, quod monachi *Coventria* sanguinem suum coram altari fudissent, undè decrevit *Willielmus*, monachos de Coventre eliminandos fore, & clericos præbendarios instituendos, undè *Hugo* prædictus ad sedem apostolicam direxit responsales, cum literis episcoporum attestantibus, Quod monachi de Coventre deserta Christi militia ad seculum essent relapsi. Unde petiit liberam de ordinatione monasterii facultatem. Anteà enim monachos manu armata tanquam criminum enormium reos expulerat: *Romanus* verò pontifex sub cauta expectatione, si fortè aliquis ex parte monachorum adveniens in contrarium allegaret, per menses sex sententiam suspendit: Sed sumptus inopia monachos retardans votum episcopi confirmavit. Monachi tandèm vel serò venientes licet violenter expulsionis injuriam diutiùs deplorarent, prævalente tamen episcopi potentia, per annos plurimos latè dispersi monachi, rebus eorum ad clericorum præbendas redactis, prout poterant victitabant. Quamobrem de isto *Hugone* in extremis laborante tradit fama; quod cum neminem sibi penitentiam imponere volentem reperisset, dixisse fertur, & ego adjudico me pro male erratis meis pœna Purgatoria usque ad diem judicii cruciandum: Sed & de quodam *Coventria* monacho tradunt, quod causam domus suæ instanter sed infructuose diutiùs in curia *Romana* agitabat, quod cum ad fores papales jugiter incumbentem papa egrediens sic alloqueretur; *Cur miser fores nostras sic indefinenter observas. Pater*, inquit, *expecto mortem vestram, nam te defuncto, bonus forsàn succederet qui nobis obtritis justitiam exhiberet.* In hoc verbo compunctus Pontifex, qui indè exulcerari putabatur, causam jussit ad plenum agitari.

[Vide *Mathæi Parisiensis* historiam ad annum 1198 quem exhibet *Clemens Reinerus*, apostolatus *Benedictini* in *Anglia*, Tract. 2. Sect. 6. Memb. 3. Pag. 139.]

Anno MCxxxiij. post Pentecosten dedit rex episcopatum *Elien. Nigello* (&c.) *Cestrensem* verò *Rogero* archidiacono *Lincolniensi* nepoti *Ganfridi* de *Glintona*, decessor ejus fuerat *Robertus* cogn. *Peccatum*. Prædecessor verò *Robertus Normannus* de *Limesia*. Hic secularibus intentus magis quam divinis à rege *Henrico Coventrense* cœnobium optinuit, ibique capitalem cathedram *Mercierum* constituit. Habet itaque ille episcopatus usque hodie tres sedes *Lycefeldensem*, *Cestrensem*, *Coventrensem*. Chron. MS. *Sigeberti Gimblacen.* in bibl. *Dunelmensi.* f. 159 b.

Carta fundationis monasterii beatæ *Mariæ* de *Coventria*.

EGO Leofricus *Comes*, *consilio & licentia regis* Edwardi *& Alexandri Papæ qui mihi literas suas infra scriptas misit, cum sigillo & testimonio aliorum religiosorum virorum tam laicorum quam clericorum, ecclesiam* Coventrensem *dedicari feci in honorem Dei & sanctæ Mariæ genitricis ejus, & sancti Petri apostoli, & sanctæ* Osburgæ *virginis & omnium sanctorum. Has igitur viginti quatuor villas una cum medietate villæ in qua fundata est ipsa ecclesia eidem ecclesiæ attribui ad servicium Dei & ad victum & vestitum abbatis & monachorum in eodem loco Deo servientium, videlicet,* Donington, Newenham, Chaddesshunt, Ichenton, Dilouston, Sutham, Ozenesburgh. Burtingbury, Merston juxta Avonam, Herdwike, Wasperton, Chesterton, Sutham, Kuyton, dimidium Bow, Merston *in* Glocestriæ-schira, Salewarpe *in* Wigornensi *provincia*, Eaton *juxta aquam quæ dicitur* De *in* Cestriæ *provincia*, Bydesby *&* Wynwyke *in* Hamptonensi *provincia*, Burbagh, Barwell, Seraptofte, & Palyngton *in* Leicestrensi *provincia*. *Has autem villas cum medietate prædictæ villæ trado huic monasterio cum* Saca & Socna & Tolonco *& cum* Themo, *cum libertate & omnibus consuetudinibus ubique sicut eas à rege* Edwardo *meliùs unquam tenui.*

Ex Regist. de *Coventre* in scaccario, ex parte Rememoratoris Regis fol 75. a.

Hujus ergo rei testes extiterunt Inprimis Rex Edwardus, Edsi *archiepiscopus* Cantuariensis, *&* Alredus *episcopus* Wigornensis, *&* Wolfyus *episcopus* Lichfeldensis, Manni *abbas* Evesshamensis, *&* Godwinus *abbas* Winchelcombensis, Alfricus *abbas* Pershoverensis, Godwinus *comes*, Araldus *comes*, Siwardus *comes*. Ordgarus Devenensis, Alfwardus *de* Winfarton, Wagene *de* Wotton, *& multi alii primates in* Anglia *quorum hic nomina notare fastidiosum est. Cum his ergo omnibus rex* Edwardus *& ego libertatem hanc monasterio dedimus, ita ut abbas ejusdem loci soli regi* Anglorum *sit subjectus, necnon & maledictionem Dei & omnium sanctorum in hæreditatem illis statuimus quicumque hoc monasterium libertate sua & donatione nostra privaverint, aut in aliud jus & ditionem contra legem Dei transmutaverint. Quo statuto omnes una voce diximus* Amen, Amen.

Carta confirmationis sancti Edwardi *Regis & Confessoris, ratificans donum Cartæ prædictæ.*

"PAx regnans largiflua *Christi* omnipotentis bonitas semper ab omnibus est laudanda "omnique laude præferenda, qui nullo bonita- "tis Ibid.

" tis termino valet concludi in seculorum secula, " utpote quia idem Deus ipse sit suæ propriæ " bonitatis bonitas, distribuens gratis non tan- " tum dignis verum etiam indignis participium " suæ bonitatis, ut ipsi sua sufficientia & bono- " rum habundantia, illorum relevare & sustentare " debeant inopiam, qui minus secularibus habun- " dant negotiis, ut pro hoc major illis merces à " Deo possit donari. Unde ego *Edwardus Anglorũ* " rex, omnibus post me futuris regibus, archie- " piscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, omni- " busque Christi fidelibus notum fieri volo, quod " venerabilis dux *Leofricus*, divina inspirante " gratia, monitisque glorioſi ac Deo dilecti sum- " mi pontificis *Alexandri*, monasterium sanctæ " Dei genitricis *Mariæ* sanctique *Petri* & om- " nium sanctorum in villa quæ dicitur **Coventre** " extruxit, largisque muneribus decoravit, atque " subscripta maneria ad victuale subsidium abba- " tis & monachorum in eodem loco Deo per- " petuè servientium larga donatione & con- " cessione ibidem contulit, videlicet medieta- " tem ejusdem villæ in qua fundata est ipsa ec- " clesia, deinde **Southam** &c. Pro reverentia " itaque & honore sanctæ Dei genitricis *Mariæ* " sanctique advocati mei apostoli *Petri*, do & " concedo abbati *Leofwino*, & omnibus futuris, " ibidem post eum assistentibus, in tota possessi- " one monasterii *Sakam* & *Socnam* & thelonium " suum in terra & in aqua, in urbe & extra, & " omnes leges & consuetudines tam plenè quam " liberè sicut eas præfatus dux honorificentius & " liberiùs de me tenuit.

" Precipio itaque ut omnia quæ ad ipsam ec- " clesiam pertinent sint omnino libera, terræ " cultæ & incultæ, cum exitibus atque reddi- " tibus prædictorum. Necnon maneria, & eccle- " sias, cimiteria, decimas, redditus, & servicia de- " bita, oblationes, luminaria, causarum discus- " siones, emendationes ecclesiasticas vel secula- " res, & quicquid illi loco collatum est sub " integra inmunitate concedimus & perpetuò " firmamus. Et ne quis præsentium vel magis " futurorum ambiget quæ sit illa libertas quam " amabiliter & firmiter concedo omnimodis, " cuncta illius ecclesiæ possessio nullis sit un- " quam gravata oneribus, nec expeditionis nec " pontis & arcis edificatione, furium apprehen- " sione. Et ut omnia simul comprehendam, nil " debet exolvi nec regi nec regis præposito vel " episcopo vel ulli homini, sed omnia exolvan- " tur jugiter quæ in ipsa ditione fuerint, ad su- " pradictum sanctum locum secundùm quod or- " dinaverint fratres ejusdem cœnobii. Ut au- " tem cunctis hæc transgredientibus ad damna- " tionem suam possint ostendi, literas summi " pontificis papæ *Alexandri* quas ab eo suscepi- " mus directas, tam posteris quam præsentibus " hîc manifestari curabimus.

Bulla domini *Alexandri* papæ confirmans char- tam prædictam.

Ibid. ALexander *episcopus servus servorum Dei, dilecto filio* Edwardo *regi* Anglorum *salu- tem & apostolicam benedictionem. Scripturæ ve- strarum eloquia incolumitatem vestram significan- tia læti suscepimus. Gratias itaque omnipotenti Deo retulimus qui cordis vestri sinceritatem ad omnia utilia sanctæ matris ecclesiæ compungit. Proinde juxta scripta vestra monasterio sanctæ* Mariæ *de* Coventria, *ubi servorum Dei constituta est congregatio, à reverendæ memoriæ* Leofrico *duce nuper extructo, hujusmodi privilegia præsentis au- thoritatis vestra indulgemus concedimus atque confirmamus; statuentes ut ipse locus regiis præ- ceptis & privilegiis apostolicis fulciat, per omnia tempora sine vexatione cujuscumque diocesani episco- pi aut alicujus judiciaria potestatis cujuscumque ordinis vel dignitatis sit, & semper, sicut præoptat & expetis benevolentia tua regalis futuro tempore permaneat. Fratres igitur ejusdem loci idoneos ex se vel ex qua voluerint congregatione abbates sive decanos sibi per successiones eligendi habeant potesta- tem, & ne impediantur authoritate apostolica pro- hibemus. Præterea quicquid illi loco contulerunt, vel collatum est, vel conferetur, divina & nostra authoritate roboramus. Necnon privilegia vestra ad honorem Dei pertinentia quæ ibi instituere voluerit, gratanti affectu animus confirmamus, & confirmando imperpetuum stare decrevimus. Et infractores eorum æterna maledictione damnamus. Acta anno Dominicæ incarnationis millesimo qua- dragesimo tercio.*

Genealogia fundatoris.

1. LEofricus comes *Leicestriæ*, tempore *Ethelbaldi regis Merciorum* genuit filium nomine *Algarum*, & tunc comes **Lincoln**, dictus erat *Egga*. Ad calcem *Fluretii* origg. MS. penes archiep. *Armachanū* an. 1649.

2. *Algarus* primus, vel senior, tempore *Offæ*, *Kenulfi* & *Wishlafi* regum, genuit filium nomine *Algarum*, & mortuus sepultus est apud **Croyland**.

3. *Algarus* secundus, tempore *Bernulfi* & *Burredi* regum *Merciorum* genuit *Leofricum* secundum, & occisus est à Danis *Ungar* & *Ubba* in **Re- steven** apud **Strekingham**, sepultus erat apud **Croyland**.

4. *Leofricus* secundus genuit *Leofwinum*, po- stea comitem tempore *Alfredi* & *Edwardi* primi, regum totius *Angliæ*.

5. *Leofwinus* comes *Leicestriæ* genuit *Leofri- cum* postea comitem, & *Edwinum* occisum per *Walenses* & *Normannum* occisum cum *Edrico* du- ce *Merciorum*, per *Cnutonem* regem. Iste *Leof- winus* fuit in tempore *Ethelstani*, *Edmundi*, *Edredi* & *Edgari* regum *Angliæ*.

6. *Leofricus* tertius nobilis fundator multorum cœnobiorum, tempore *Edwardi* secundi, *Ethelre- di*, *Cnutonis*, *Haroldi*, *Hardicanuti* & *Edwardi* tertii regum *Angliæ* genuit *Algarum* postea co- mitem. Iste *Leofricus* jacet apud *Coventream*.

7. *Algarus* tertius, tempore regis *Edwardi*, sepiùs exlegatur, & toties strenuissimè cum rege reconciliatus, genuit *Edwinum* & *Morcarum*, po- stea comites, & filiam nomine *Luciam* postea co- mitissam.

Edwinus comes **Warwike**, & *Morcarus* co- mes *Eboracensis* ambo fratres dimicabant contra *Willelmum* Conquestorem, & tandem suorum insidiis occisi sunt; obtinuitque *Lucia* soror co- rum terras paternas, quæ nupta est primo *Yvoni Taylboys*,

Taylboys, è qua nullam suscepit sobolem, tempore *Willielmi* Conquestoris & *Willielmi Rufi*.

Lucia comitissa, tempore *Henrici* primi nupta *Rogero* filio *Geroldi Romara* peperit filium nomine *Willielmum* postea comitem de terris paternis, & *Lincoln.* comitatus; nupta etiam tertio viro, tempore regis *Stephani*, id est *Ranulfo* comiti *Cestriæ*, peperit filium *Ranulfum* postea comitem *Cestriæ*. Ista *Lucia* jacet apud **Spalding**.

Willielmus de *Romara*, frater *Rogeri* de *Romara* fundator de **Revesby**, genuit *Willielmum* de *Romara*, qui ante patrem obiit, & sepulcus est apud **Revesby**; pater etiam in extremis factus monachus, jacet apud **Revesby**: post cujus obitum *Willielmus* de *Romara* filius *Lucia* comitissæ ex *Rogero*, de *Rogero* de *Romara*, obtinuit à rege *Henrico* secundo omnes terras quondam *Willielmi* de *Romara* patrui sui, & fundavit monasterium de *Cliva*, & moriens sine sobole jacet apud **Revesby**; *Ranulfusque* comes *Cestriæ* frater ejus obtinuit à Rege *Johanne* omnes terras suas.

Placita cor. Rege *Hillar. an.* 14. *Ric.* 2. *rot.* 50. *Warw.*

Loci à Pensionibus immunitas asserta.

IN Placito inter Regem & Priorem ecclesiæ de **Coventre** *de annua pensione unî clericorum regis, ratione novæ creationis ejusdem Prioris, quousque, &c. Prior venit & defendit vim, & injuriam, & quicquid est in contemptu domini regis &c. non cognovit, ecclesiam suam beatæ Mariæ de* **Coventre** *fore ecclesiam cathedralem, nec ipsum Priorem tenere aliquid de domino Rege per Baroniam, prout pro domino rege, in narratione sua, proponitur. Et dicit quod tenet Prioratum predictum ex fundatione cujusdam* Leofrici *quondam* comitis Cestriæ, *qui Prioratum predictum fundavit tempore sancti* Edwardi, *dudum Regis* Angliæ *progenitoris domini Regis nunc, per Chartam suam in hæc verba.*

Anno Dominicæ incarnationis millesimo quadragesimo tertio, Ego *Leofricus* comes *Cestriæ*, consilio & assensu Regis, qui literas suas infrascriptas, sub sigillo milit, & testimonio aliorum religiosorum virorum, tam laicorum quam clericorum, ecclesiam **Coventre** dedicari feci, in honore Dei, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* genitricis ejus, & sancti *Petri* apostoli, & sanctæ *Osburgæ* virginis, & omnium sanctorum; Has igitur viginti quatuor villas, eidem ecclesiæ attribui, ad servitium Dei, & ad victum & vestitum abbatis & monachorum in eodem loco Deo servientium, videlicet, **Homton, Newenham, Chadeleshunt, Ichenton, Ulston, Southam, Ozenesburgh, Burthenburg, Perston**, *juxta Avonam*, **Herdewik, Wasperton, Ceasterton, Sotham, Rugton**, dimidiû **Sowe, Herston** in *Glocestriæ* provincia, **Salewarpe** in *Wigornienſi* provincia, **Eton** juxta amnem qui dicitur **Dee** in *Cestriæ* provincia; **Neldesbye**, & **Windwyk**, in *Hamptoniensi* provincia, **Bozbach, Barewell, Scrapstofte, Pakinton** & **Pottereshurston** in *Leycestrensi* provincia. Has autem terras dedi huic monasterio, cum *Soca*, *Saca*, cum *telonio & theme*, cum libertatibus, & omnibus consuetudinibus ubique, sicut à rege *Edwardo* melius unquam tenui. Cum his omnibus, Rex *Edwardus*, & ego libertates huic monasterio dedimus, ita ut abbas ejusdem loci, soli regi *Angliæ* sit subjectus.

Ibidem recitatur Charta ejusdem regis Edwardi *quas donationes, & concessiones diversi alii reges confirmaverunt, & dicit quod postea, per processum temporis, nomen Abbatiæ prædictæ diverterabatur in nomen Prioratus, eo quod* Leofwinus *adhunc abbas ibidem creatus fuit in episcopum Cestriæ. & ordinavit per assensum monachorum ibidem, quod abbatia prædicta extunc foret Prioratus; & quod superiores ejusdem ecclesiæ forent Priores successi. è imperpetuum. Et dicit quod de ipso* Leofrico, *quia obiit sine herede de corpore suo descendente, advocatio ecclesiæ prædictæ, tempore* Wil. *Conquest.* Angliæ, *cuidam* Hugoni *comiti* Cestriæ, *ut consanguineo, & heredi ipsius* Leofrici, viz. *filio* Erminildæ, *sororis ejusdem* Leofrici, *& de ipso* Hugone *cuidâ* Richardo *ut filio & heredi, & de ipso* Richardo *cuidam* Ranulpho *ut consanguineo & heredi*, viz. *filio* Matildis, *sororis prædicti* Hugonis, *& de ipso* Ranulpho *cuidam* Ranulpho *ut filio & heredi, & de ipso* Ranulpho *filio* Ranulphi, *quia obiit sine herede de corpore suo descendente, advocatio prædicta simul cum comitatu* **Cestre** & **Huntingdone**, & *aliis diversis Castris, maneriis, terris, & tenementis cum pertinentiis in* Anglia & Wallia, *quibusdam* Matildæ, Mabilliæ, Ceciliæ, & Margeriæ, *ut sororibus & heredibus prædicti* Ranulphi, *inter quas propertia facta fuit, de prædictis comitatibus, advocationibus, & castris, maneriis, terris & tenementis, cum pertinentiis suprascriptis. Et prædicta advocatio simul cum toto prædicto comitatu* Cestriæ, *cum percinentiis, allocata fuit prædictæ* Matildæ, *pro proparte sua, in allocationem diversorum aliorum castrorum, maneriorum, terrarum & tenementorum, cum pertinentiis, prædictis* Mabilliæ, Ceciliæ, Margeriæ, *seperatim allocatorum, & de ipsa* Matilda *descendebant prædicta advocatio simul cum prædicto comitatu* Cestriæ, *cum pertinentiis post propertiam prædictam, cuidam* Johanni Scott, *ut filio & heredi prædictæ* Matildæ; *Qui quidem* Johannes Scott *advocationem prædictam simul cum prædicto comitatu* Cestriæ, *cum pertinentiis, dedit* Henrico *quondam Regi* Angliæ, *filio Regis* Johannis, *& heredibus suis imperpetuum, &c. Prædictus Prior sine die.*

PEYKIRKENSE
Cœnobium in agro Northamptonienſi.

ANNO Domini millesimo quadragesimo octavo, Dominus *Wigatus* abbas de **Peykirke**, amissâ sede abbatiæ suæ, cum omnibus maneriis dicto monasterio quondam pertinentibus, per judicium curiæ Regis *Hardecanuti*, contra *Kenulphum* & *Kinsini* abbates *Burgi*, ipsum monasterium de **Peykirke** suam possessionem esse calumpniantes.

Annales de *Peterborough* in hist. *Cottoniana*.

SPALDINGENSE *cœnobium in agro* Lincolnienſi, *cella (primò)* Croylandenſis, *poſtea ſancti* Nicholai Andegavenſis.

Annales de Peterborough in bibl. Cottoniana.

ANno Mlij. Hoc tempore, *Thoroldus* vicecomes & frater germanus *Godivæ* comitiſſæ *Leyceſtriæ*, aſſumptis ſecum de domino *Wigaro* abbate *Croylandiæ* vj. monachis, Prioratum de Spaldyng inchoavit, terris & tenementis ſufficientibus ad eorum ſuſtentationem, cum ſuo manerio in eorum cellam commutando liberè aſſignatis.

Anno Mlix. *Wiſketulus*, abbas *Croylandiæ*, inſtigante inclito comite *Algaro*, ad hoſpitalitatem, more monaſteriali, in cella ſua de Spaldyng adventantibus Chriſti fidelibus exhibendam, ligneam capellam ſuam ejuſdem villæ, cum certis redditibus in eadem villa ſituatis, dedit monachis ſuis *Spaldyngenſibus*; & dictus comes portionem eorundem in multis ampliavit.

Anno Mlxxiij. *Edwinus* & *Morcarus*, filii *Algari*, filii *Leofrici* comitis *Leiceſtriæ*, ſæpius capti, ſed ſemper miſeratione regis, & gratia ſuæ nobilitatis impune demiſſi, poſtremò, non vi nec dolo hoſtium, ſed ſuorum perfidiâ trucidati, regem etiam ad lachrymas coegêre, quorum ſororem nomine *Luciam* cum omnibus terris eorum *Yvoni Taylboys*, tunc *Andegavenſi* comiti, maritavit.

Anno Mlxxiiij. *Yvo Taylboys*, comes *Andegavenſis* dominus *Spaldyngæ* & totius *Holandiæ*, monachis ſancti *Nicholai Andegaviæ*, *Natale* tunc abbate, cellam Spaldyng primò dedit. Ille *Yvo*, maritus *Luciæ* comitiſſæ, decimas ac donationes quas *Toraldus* avunculus ejuſdem *Luciæ*, filiæ *Algari* comitis *Leiceſtriæ*, monachis *Spaldyngiæ* dederat evidenter fecit confirmari; donavitque eiſdem monachis decimam thelonei, & ſalinarum de Spaldyng, & piſcariam de Weſtlove cum uno piſcatore, & decimam piſcium quæ in tota ejus terra caperentur, ac decimam beſtiarum ſuarum ſilveſtrium ubicunque eſſent. Donavit etiam dictis monachis de Spaldyng decimas particulares in Totteneye, Alkebarowe, Nozmanby, Weltyſoſo, & Bolyngbroke, & in qualibet earundem unum ruſticum pro hujuſmodi decimis colligendis. Et ad inſtanciam prædicti *Yvonis Taylboys*, *Willielmus* Rex *Angliæ* conqueſtor, *Willielmus*, & *Henricus*, reges & filii dicti *Willielmi* conqueſtoris, confirmarunt monachis de Spaldyng manerium de Spaldyng cum omnibus appenditiis & pertinentiis ſuis quibuſcunque, & omnia quæ in regno *Angliæ* tunc habebant.

Ingulphi hiſt. *croyland.* fol. 510. a. n. 30.

Charta *Thoroldi* de Bukenhale de fundatione cellæ de Spaldyng.

EGo Thoroldus *de* Bukenhale *coram nobiliſſimo domino meo* Leofrico *comite* Leiceſtriæ, *& nobiliſſima comitiſſa ſua domina* Godiva *ſorore mea, cum conſenſu, & bona voluntate domini & cognati mei comitis* Algari, *primogeniti & hæredis eorum, donavi & tradidi deo & ſancto* Guthlaco Croilandiæ *in manibus domini* Wulgari *abbatis dicti* Croilandenſis *monaſterii ad fundationem cellæ* Croilandenſium *monachorum in honorem ſanctæ Dei genitricis, ſemper virginis* Mariæ, *in villa de* Spaldinge *totum manerium meum ſitum juxta parochialem eccleſiam ejuſdem villæ, cum omnibus terris & tenementis, redditibus, ſervitiis, averiis & utenſilibus, quæ habui in dicto manerio, & in dicta villa, & in campis ejus tam in parte orientali fluminis quam in ejus parte occidentali, cum omnibus appendiciis ſuis, ſcilicet,* Colgrinum *præpoſitum meum, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Hardingum *fabrum, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Leſtanum *carpentarium, & totam ſequelam ſuam cum omnibus bonis, & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Ringulphum *primum, & totam ſequelam ſuam cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque aliquo de omnibus retinemento. Item* Eſtanum *piſcatorem, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & in mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Gunterum Liniet, *& totam ſequelam ſuam cum omnibus bonis & catallis, quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Outy Grimkelſon, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & campis ejus & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Turſtanum Dubbe, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Algarum *nigrum & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Edricum *filium* Siwardi, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Oſmundum *molendinarium, & totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Beſy Tuke, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis, & mariſcis ejus, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Elmerum *de* Pinchebecke, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento. Item* Gouſe Gunnelſon, *& totam ſequelam ſuam, cum omnibus bonis & catallis quæ habet in dicta villa, & in campis ejus, & mariſcis, abſque ullo de omnibus retinemento.*

Iſtos ſervos meos, & omnia bona & catalla eorum, cum omnibus cotagiis quondam meis, ſituatis in orientali parte fluminis circa ligneam capellam ſanctæ Mariæ *in villa de* Spaldynge, *ab antiquo*

Croi-

Croilandensi *monasterio pertinentem, cum omnibus*

" donationem recognoscant. In qua ecclesia tres
nachi, electione abbatis, totiusque conven-
assiduè erunt, cui ecclesiæ *Spaldingi*, ab-
: & monachis, decimas quas *Toraldus*, sui-
homines dederant, beato *Nicholao* conces-
int. Si autem domino largiente ecclesiæ
stantia copiosissimè multiplicata fuerit,
achorum numerus augmentetur, de cujus
antia, in unoquoque anno, fratribus cœ-
ii sancti *Nicholai Andegaviæ*, charitatem
n poterant reddent.
Hanc conventionem fecit *Ivo* cum *Natali*
ate, & monachis sancti *Nicholai Andegaviæ*
d *Gloucestriam*, concedente *Willielmo* rege
glorum testimonio *Remigii* episcopi *Lincol-*
sis, *Willielmi* episcopi *Dunelmensis*, *Hu-*
ii, *Walderici* & *Normanni* Crassi, *Johannis*
itis ipsius abbatis, & *Nigelli* militis, *Ivonis*
itis, *Hermeri* presbiteri. Post hæc dedit
loncum *Spaldingiæ* & salinas, & quandam a-
m quæ vocatur **Westelade**, cum piscariis.
dit etiam eis de suis propriis piscationibus
expensis fratrum, unoquoque anno duo
lia anguillarum, & decimam piscium mari-
um, qui in omni terra sua capientur, deci-
n pullorum equarum suarum silvestrium
cunque fuerant. In **Tatenaya** unum ru-
um, in **Weldesord** unum rusticum ad custo-
ndum decimas, ad lucernam monasterii, &
mitorii. Et pascua pecoribus monachorum,
it suis propriis annuatim, & unam carucа-
n terræ in **Obthorp**, cum tribus rusticis, &
ucatam boum cum ceruo.
In dedicatione quoque ecclesiæ sanctæ &
rioſissimæ Dei genetricis, semper virginis
aria Spallinguis, accrevit omnes decimas,
is tenebant cui .... capellano de suo domi-
, *Laurentius*, & *Henricus* de suo dominio de
illinbrok, & cum omni quod adjecit. Ec-
iam quoque **Hun** ... cum decima sua,
um una carucata terræ. Testibus his, *Thomâ*
hiepiscopo *Eboracensi*, *Remigio* episcopo
scolniensi, *Roberto* episcopo *Herefordiensi*,
idone de **Credone**. *Galfrido* de **Garham**,
ringario de *Thorneio*, *Hugone* de **Bacnone**,
suam decimam **Clasquebeye** tribuit.

irmatio Regis Willielmi *Conquestoris*, & *Willielmi* & Henrici *filiorum suorum facta eo & sancto* Nicholao *& monachis ejus de Lanerio de* **Spalding.** Ibid.

WILLIELMUS Rex *Anglorum*, *Roberto* episcopo *Lincolniæ*, & omni-
s Baronibus & fidelibus suis Salutem. Scia-
s omnes, quod ego concedo Deo, & sancto
icholao, ac monachis ejus omnia quæ in regno
o adquisierunt, vel adquisituri sunt legaliter,
nominatim donum quod eis *Ivo Taleboys*
"dedit, scilicet, manerium vocatum **Spal-**
" **ding** cum omnibus ei pertinentiis, cum *Saca* &
" *Soca*, & **Tol**, & **Theam**, & **Infangentheof**,
" & in omnibus aliis consuetis suis & consuetudi-
" nibus; ita liberaliter, pacificè & quietè sicut un-
" quam aliquis ante eos meliùs, liberaliùs, & qui-
" etiùs illud habuit, & tenuit. Similiter, & ego
" alius *Willielmus* filius suus *Anglorum* Rex, post

" etiam in villa sua quæ *Spaldingia* vocatur, 60
" cum una carucata terræ, & bobus & omnibus
" quæ ecclesiæ pertinent, pro *Willielmi* regis, ac
" *Matildæ* reginæ uxoris suæ animabus, necnon
" pro sui ipsius, & conjugis suæ *Lucia*, & ante-
" cessorum *Toraldi*, scilicet uxoris ejus, requie:
" Tali pacto, ut monachi sancti *Nicholai*, sub
" manu regis ab *Ivone* hujus elemosinæ primam

SPALDINGEN
cœnobium in agro Lincolnie
cella (primò) Croylandensis, *postea sancti* Nicholai Andegavensis.

Annales de *Peterborough* in bibl *Cottoniana.*

ANno Mlij. Hoc tempore, 2 *dus* vicecomes & frater g nus *Godiva* comitisse *stria*, assumptis secum mino *Wigoto* abbate C *die* vj. monachis, Prio de Spalding inchoavit & tenementis sufficientibus ad eorum susta onem, cum suo manerio in eorum cellam tando liberè assignatis.

Anno Mlix. *Wlfketulus*, abbas *Croyland* stigante inclito comite *Algaro*, ad hospitalit more monasteriali, in cella sua de Spalding ventantibus Christi fidelibus exhibendam, am capellam suam ejusdem villæ, cum cerei ditibus in eadem villa situatis, dedit monach *Spaldyngensibus*; & dictus comes portione rundem in multis ampliavit.

Anno Mlxxiij. *Edwinus* & *Morcarus*, fil *gari*, filii *Leofrici* comitis *Leicestriæ*, sæpius sed semper miseratione regis, & gracia sua litatis impune demissi, postremò, non vi nec hostium, sed suorum perfidiâ trucidati, regem am ad lachrymas coegêre, quorum sororem mine *Luciam* cum omnibus terris eorum *Taylboys*, tunc *Andegavensi* comiti, maritav

Anno Mlxxiiij. *Tvo Taylboys*, comes *Anv vensis* dominus *Spaldyngæ* & totius *Holandiæ*, nachus sancti *Nicholai Andegavia*, *N* tunc abbate, cellam Spalding primo dedit. *Tvo*, maritus *Luciæ* comitissæ, decimas ac d tiones quas *Toraldus* avunculus ejusdem *L* filiæ *Algari* comitis *Leicestriæ*, monachis *dyngia* dederat evidenter fecit confirmari; vitque eisdem monachis decimam thelonei, & narum de Spalding, & piscariam de Wel cum uno piscatore, & decimam piscium q tota ejus terra caperentur, ac decimam bestiæ suarum silvestrium ubicunque essent. Do etiam dictis monachis de Spalding decimas ticulares in Totteneye, Alkebarowe, Mor by, Weltysford, & Bolyngbroke, & in qua earundem unum rusticum pro hujusmodi de colligendis. Et ad instanciam prædicti *T Taylbois*, *Willielmus* Rex *Anglie* conquestor, *helmus*, & *Henricus*, reges & filii dicti *Will* conquestoris, confirmarunt monachis de S bing manerium de Spalding cum omnibu penditiis & pertinentiis suis quibuscunque, & nia quæ in regno *Anglie* tunc habebant.

Ingulphus hist. *Croyland.* fol. 510. a. n. 30.

Charta *Thoroldi* de Bukenhale de fundatione cellæ de Spalding.

EGo Thoroldus *de* Bukenhale *coram nobilissimo domino meo* Leofrico *comite* Leicestriæ, *& nobilissima comitissa sua domina* Godiva *sorore mea, cum consensu, & bona voluntate domini & cognati*

mei comitis Algari, *primogeniti ejus hæredis*

meos, & omnia bona & catalla eorum, cum omnibus coragiis quondam meis, situatis in vicenali parte fluminis circa ligneam capellam sanctæ Mariæ *in villa de* Spalding, *ab antiquo*

Croi-

Croilandensi *monasterio pertinentem, cum omnibus juribus, & aliis rebus appendentibus, dedi Deo, & sancto* Guthlaco *ad constructionem predictæ cellæ, una cum omnibus piscationibus meis tam in mariscis adjacentibus, quàm in mari ad dictam villam accedente, in liberam & perpetuam eleemosynam meam, pro salute animæ meæ, & animarum omnium progenitorum & parentum meorum. Istud meum chirographum apud* Leicestriam *in præsentia multorum Christi fidelium, ibidem in die sancto Pentecostes collectorum, anno dominicæ incarnationis Mlj. Ego* Thoroldus *signo sanctæ crucis confirmavi* ✠. *Ego* Wulfinus, *episcopus* Dorcacestrensis *ratificavi* ✠. *Ego* Wulgarus, *abbas* Croilandiæ *gaudens acceptavi* ✠. *Ego* Lefwinus, *abbas* Thorneiensis *collaudavi* ✠. *Ego* Leofricus *comes concessi* ✠. *Ego* Godiva *comitissa diu istud desideravi* ✠. *Ego* Algarus *comes consensi* ✠. *Ego* Turnerus *capellanus domini mei* Wulfini *episcopi* Dorcacestren. *præsens affui* ✠. *Ego* Wulvarus, *capellanus ejusdem domini mei* Wulfini *episcopi auscultavi* ✠. *Ego* Sitricus, *capellanus dicti domini mei* Wulfini *aspexi* ✠. *Ego* Stanardus, *minister domini mei comitis* Leofrici *interfui* ✠. *Ego* Falco *monachus* Croilandiæ *applausi* ✠. *Ego* Pigotus, *monachus* Thorneiensis *conspexi* ✠. *Ego* Livingus, *clericus istud chirographum manu mea scripsi. & domino meo* Thoroldo *vicecomiti tradidi, predicto* Wulgato *abbati* Croilandiæ *de manu in manum donandum.*

1051.

Ex ver. apographo penes .... *Oldfield* armig. hodiernum loci dominum, anno 1648.

Charta regis Willielmi, *conquestoris dicti,* Ivoni Taleboys *concessa*

"WIllielmus rex *Anglorum*, R. *Lincolniensi* episcopo & omnibus baronibus, "& fidelibus suis salutem. Sciatis omnes quod "ego concedo, quod *Ivo Taleboys* manerium, "quod vocatur **Spalding**, donet sancto *Nicholao*, de civitate *Andegavensi*, ita scilicet quod "ecclesia quæ in eodem manerio est, & servitores "ejus, manerium habeant, cum omnibus apendiciis suis, cum *Saca*, & *Soca*, & **toll**, & **theam**, "& **infangthef**, & omnibus aliis consuetudinibus, sicut aliquis antecessorum suorum melius "illud habuerit; ita tamen ut habeant, post obitum ipsius *Ivonis*, vel ante obitum suum, si "ipse *Ivo* voluerit. Testibus *W.* episcopo *Duelmensi*, *Roberto* filio *Hamonis*, *Willielmo* cancellario, *Eudone* dapifero & *Rogero Bigoto*. a"pud **Yow**.

Charta Johannis Taleboys, *de* **Spalding** *cum una carucata terræ, ecclesiæ S.* Nicholai Andegavensi *collatis.*

Ibid.

1085.

"ANno incarnationis Domini millesimo "octogesimo quinto, concessit *Ivo Taleboys* ecclesiæ sancti *Nicholai Andegavie*, ec"clesiam in villa sua quæ *Spaldingia* vocatur, "cum una carucata terræ, & bobus & omnibus "quæ ecclesiæ pertinent, pro *Willielmi* regis, ac "*Matildæ* reginæ uxoris suæ animabus, necnon "pro sui ipsius, & conjugis suæ *Lucia*, & ante"cessorum *Toraldi*, scilicet uxoris ejus, requie: "Tali pacto, ut monachi sancti *Nicholai*, sub "manu regis ab *Ivone* hujus elemosinæ primam "donationem recognoscant. In qua ecclesia tres "monachi, electione abbatis, totiusque conven"tus, assiduè erunt, cui ecclesiæ *Spaldingi*, ab"bate & monachis, decimas quas *Toraldus*, sui"que homines dederant, beato *Nicholao* conces"serunt. Si autem domino largiente ecclesiæ "substantia copiosissimè multiplicata fuerit, "monachorum numerus augmentetur, de cujus "substantia, in unoquoque anno, fratribus cœ"nobii sancti *Nicholai Andegavie*, charitatem "quam poterant reddent.

"Hanc conventionem fecit *Ivo* cum *Natali* "abbate, & monachis sancti *Nicholai Andegavie* "apud *Gleucestriam*, concedente *Willielmo* rege "*Anglorum* testimonio *Remigii* episcopi *Lincol*"niensis, *Willielmi* episcopi *Dunelmensis*, *Hu*"gonis, *Walderici* & *Normanni* Crassi, *Johannis* "militis ipsius abbatis, & *Nigelli* militis, *Ivonis* "militis, *Hermeri* presbiteri. Post hæc dedit "tholoneum *Spaldingiæ* & salinas, & quandam a"quam quæ vocatur **Westelade**, cum piscariis. "Dedit etiam eis de suis propriis piscationibus "in expensis fratrum, unoquoque anno duo "millia anguillarum, & decimam piscium mari"norum, qui in omni terra sua capientur, decimam pullorum equarum suarum silvestrium "ubicunque fuerant. In **Catenaya** unum ru"sticum, in **Weldefojd** unum rusticum ad custo"diendum decimas, ad lucernam monasterii, & "dormitorii. Et pascua pecoribus monachorum, "sicut suis propriis annuatim, & unam caruca"tam terræ in **Obthorp**, cum tribus rusticis, & "carucatam boum cum ceruo.

"In dedicatione quoque ecclesiæ sanctæ & "gloriosissimæ Dei genetricis, semper virginis "*Mariæ Spallinguis*, accrevit omnes decimas, "quas tenebant cui .... capellano de suo domi"nio, *Laurentius*, & *Henricus* de suo dominio de "**Bullinbjok**, & cum omni quod adjecit. Ec"clesiam quoque **Hun** ... cum decima sua, "& cum una carucata terræ. Testibus his, *Thoma* "archiepiscopo *Eboracensi*, *Remigio* episcopo "*Lincolniensi*, *Roberto* episcopo *Herefordiensi*, "*Guidone* de **Credone**, *Galfrido* de **Carham**, "*Beringario* de *Thorneio*, *Hugone* de **Brenone**, "qui suam decimam **Clasquebeye** tribuit.

Confirmatio Regis Willielmi *Conquestoris*, & Wilhelmi & Henrici *filiorum suorum facta Deo & sancto* Nicholao *& monachis ejus de Manerio de* **Spalding.** Ibid.

"WILLIELMUS Rex *Anglorum*, "*Roberto* episcopo *Lincolniæ*, & omni"bus Baronibus & fidelibus suis Salutem. Scia"atis omnes, quod ego concedo Deo, & sancto "*Nicholao*, ac monachis ejus omnia quæ in regno "meo adquisierunt, vel adquisituri sunt legaliter, "& nominatim donum quod eis *Ivo Taleboys* "dedit, scilicet, manerium vocatum **Spal**"**ding** cum omnibus ei pertinentiis, cum *Saca* & "*Soca*, & **Tol**, & **Theam**, & **Infangentheof**, "& in omnibus aliis consuetis suis & consuetudi"nibus; ita liberaliter, pacificè & quietè sicut un"quam aliquis ante eos meliùs, liberaliùs, & qui"etiùs illud habuit, & tenuit. Similiter, & ego "alius *Willielmus* filius suus *Anglorum* Rex, post

" cum, concedo omnia authorizo & confirmo " Deo & sancto *Nicholao* & monachis ejus sicut " ipse pater meus ante me concesserat, authori- " zaverat & confirmaverat. Ego *Henricus* Dei " gratia Rex *Anglorum*, concedo, authorizo & " confirmo Deo & sancto *Nicholao* & monachis " omnia quæ in regno meo habent vel habituri " sunt, sicut pater meus *Willielmus* Rex, & fra- " ter meus *Willielmus* Rex concesserunt, autho- " rizaverunt & confirmaverunt, & ubicunque in " dominio meo aliquid habent tam in *Anglia* " quam in *Normannia*, pro pace nostra, & salute, " necnon requie animarum nostrarum, parentum- " que nostrorum, & omnium fidelium defuncto- " rum. Testibus *Roberto* episcopo *Lincolnienſi*, " *Willielmo* episcopo *Dunelmenſi*, *Roberto* filio " *Hamonis*, *Willielmo* Cancellario, *Eudone Dapife-* " *ro*, *Reginaldo Bigote*, & aliis multis de curia Regis.

Ibid. *Carta* Ivonis Taliboys *facta monachis de* Spalding *de decimis telonii salinarum & piscium marinorum, & de aqueductis de* Westlade, *& multis aliis.*

NOtum sit omnibus tam futuris quàm presentibus, quod ego *Ivo Taleboys*, post decessum *Willielmi Anglorum* regis, donavi Deo, & sancto *Nicholao*, pro animabus ipsius regis *Wil.* ac Reginæ *Matildæ* uxoris ejus, ad augmentum victus monachorum sanctæ *Mariæ* de Spalding, decimam Thelonii & Salinarum de Spalding, & unum ductum aquæ, nomine Westlade, cum uno piscatore, & de suis propriis piscationibus, constituit unoquoque anno ad victum monachorum duo millia Anguillarum, & decimam piscium marinorum, qui in tota terra sua capientur, ad lucernam monasterii & dormitorii monachorum; quinque solidos per annum de suo expleto de *Spaldingia*, decimam pullorum equarum suarum silvestrium, ubicunque erunt. De suis hominibus donavit ad custodiendum decimas monachorum in *Tataneya*, unum rusticum in *Altobaro*, unum rusticum in Bulinbroke, unum rusticum in Weltisforde, unum rusticum in *Normanbeia*, unum rusticum in *Spaldingia*, unam bercheriam & pascua pecorum per totum, sicut suis propriis. Et quando ecclesia sanctæ *Mariæ* de Spalding dedicata est, decrevit ad victum monachorum omnes decimas, quas habuerunt sui capellani, *Laurentius*, & *Henricus*, de suo dominio de Bolingbroke, & de Weltisforde, & de omni hoc quod eis adjacet, & etiam Hundington cum decima sua, & cum una carucata terræ. Hujus rei testes sunt *Thomas* archiepiscopus *Eboracenſis*, *Remigius*, episcopus *Lincolnienſis*, *Robertus*, episcopus *Herefordienſis*, *Wido* de *Credona*, *Alfridus* de Guarham, *Berengarius* de Thoeneye, *Hugo* de Brayboef, qui dedit monachis decimam *Claqueseye*.

Ibid. *Carta concessionis* Luciæ *comitissæ monachis de* Spalding, *de manerio ejusdem villæ, cum* soka & saka, toll & theam, *& aliis libertatibus.*

" IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, " notum sit omnibus, tam presentibus, quàm " futuris quod ego *Lucia* comitissa *Cestriæ*, con- " cedo & dono ecclesiæ, & monachis sanct *Ni-* " *cholai* de *Spaldinga*, manerium de Spalding " cum *socha* & *sacha*, & toll & them, cum om- " nibus consuetudinibus suis, & libertatibus, cum " quibus meliùs tenuit & liberaliùs, tempore *Ivo-* " *nis* de Taleboys, & *Rogeri* filii *Geraldi*, & co- " mitis *Ranulfi*, in elemosina animæ meæ, pro re- " demptione animæ patris mei, & matris meæ, & " dominorum meorum & parentum meorum. " Quare volo ut bene, & in pace teneant cum " omnibus appendiciis suis. Teste Priore *Mar-* " *tino* de *Pontefracto*, & *Gilberto* de *Laceyo*, *Ri-* " *chardo* de *Feliot*, & aliis.

Donum domini Thomæ *de* Pulton *de ecclesia de* Weston. Ibid.

" THomas de Pulton omnibus hominibus su- " is, *Francis* & *Anglis*, & omnibus eccleſiæ " catholicæ fidelibus, salutem. Noticat universitas " vestra me, in exequiis patris mei apud Spal- " ding, capitulum sancti *Nicholai* ingressum, co- " ram fratribus meis, & matre mea, & sororibus, " & amicis meis, & hominum multitudine, tunc " ibidem collocata, ecclesiam de Weston; cum " omnibus pertinentiis suis Deo, & sanctæ *Mariæ*, " & sancto *Nicholao* & monachis ibidem Deo ser- " vientibus, pro animâ patris mei, & pro anima- " bus predecessorum meorum in perpetuam ele- " mosinam dedisse, & *Galfrido* Priori, *Nigelli* præ- " nominatæ ecclesiæ persona per manum com- " mendasse. Postea inde egressus, ut quod sic ver- " bo fuerat sancitum, opere cunctis pateret cer- " tificatum, eandem ecclesiam cum decimis, & ele- " mosinis, terris, & omnibus eidem pertinentibus, " super altare Dei, & sanctæ *Mariæ*, & sancti *Ni-* " *cholai*, cultello meo proprio obtuli, qui super " eodem altare oblatus, in secretario repositus est. " In cujus rei testimonium observandum, deinde " in ecclesiam rediens, & in capitulum introiens " fui frater & particeps beneficiorum totius ec- " clesiæ, his videntibus & audientibus, abbate " *Everard* de Croyland, *Galfrido* Priore, *Richar-* " *do Lumbard*, & aliis.

Hugonis *primi comitis* Cestriæ *&* Lincolniæ, *usque ad* Aliciam *comitissam* Lincolniæ *anno regni Regis* Edwardi *tertii a conquestu septimo, prosapia.*

ANno Domini Mlxxxix. venit dominus *Anselmus* abbas ecclesiæ *Uticensis* in *Anglia*, qui rogatu *Hugonis* primi comitis *Cestriæ*, *Cestriam* venit, ibique abbathiam, in honore sanctæ *Werburgæ*, fundavit, & monachis ibidem congregatis *Richardum* monachum *Uticensem* primum abbatem instituit; quo facto, eodem anno, in reditu suo à *Cestria* archiepiscopus *Cantuariensis* factus est. Sexto kalendas Augusti obiit *Hugo* primus comes *Cestriæ*, qui jacet in capitulo erga austrum extremum. Post cujus mortem *Richardus* filius ejus, puer septem annorum, comitatum suscepit, septimo kalendas Decembris, cum uxore sua, & multis aliis submersus est apud Warfiet. Post quem successit *Ranulfus* de Meschines, nepos prædicti *Hugonis* comitis, qui moriens sexto kalendas

A.D 1089 De hoc quædam supra in S. *Werburg. Cestren.* ex *Malmesb.* & aliis.

lendas Februarii, jacet erga austrum juxta *Hugonem* primum; Post quem successit *Ranulfus* de **Gernons** filius ejus, qui moriens decimo sexto kalendas Januarii, jacet juxta patrem suum. Post hunc successit *Hugo* filius ejus, qui moriens secundo kalendas Julii, jacet juxta patrem suum. Post quem successit *Ranulfus* filius ejus, qui moriens vij. kal. Novemb. jacet juxta patrem suum. Post hunc successit *Johannes* de *Scotia*, nepos ejus, qui moriens septimo idus Junii, jacet juxta prædictum comitem. Idem verò *Ranulfus* habuit quatuor sorores, primogenita nomine *Matilda*, secunda *Mabilia*, tertia *Agnes*, quarta *Havisia*. *Matilda* prima desponsata fuit comiti *Davidi*, & habuit filium *Johannem*, cognominatum de *Scotia*, qui fuit comes *Cestriæ*, & habuit quatuor filias; *Margareta* prima nupta *Alano* de **Sulweye**, Al. *Sallye.* & habuit filiam *Derbogillam*, quæ erat uxor *Johannis Baylioll*; *Isabella* secunda, nupta *Roberto* de **Bzus**, & habuit filium, *Robertum* de **Bzus**. *Matilda* tertia, moriebatur sine filiis; *Alda* quarta, nupta *Henrico* de **Hastings**, & habuit filium *Henricum Hastings*.

Mabilia secunda soror comitis *Ranulfi* desponsata fuit comiti de **Arundell**, & habuit quatuor filias (videlicet) *Mabiliam* nuptam *Roberto* **Tatelhall**, & habuit filium *Robertum* de **Tatelhall**. *Nicholaa* soror secunda nupta *Rogero* de **Somerye**, & habuit filium *Radulfum*, qui obiit ante patrem, & quatuor filias (videlicet) *Margareta* nupta *Radulfo Basset* juniori, *Johanna*, secunda, nupta *Johanni* de **Estrang**; *Elizabetha*, tertia, nupta *Waltero* de **Suley**; & *Matilda*, quarta, nupta *Henrico* de **Erdington**: *Cecilia*, tertia filia comitis *Arundelia* nupta *Rogero* de *Montealto*. *Isabella*, quarta filia ejusdem comitis, nupta fuit *Johanni* filio *Alani*, & habuit filium *Johannem*. *Agnes* tertia soror *Ranulfi* comitis desponsata *Willielmo Ferrers* seniori, & habuit filium *Willielmum* juniorem, qui fuit comes *Derebeia*. *Willielmus* junior habuit filium *Robertum*. *Havisia*, quarta soror *Ranulfi* comitis, desponsata fuit *Roberto* de **Quincy**; & habuit filiam *Margaretam* comitissam *Lincolniæ*, quæ nupta fuit *Johanni* de **Laci** Constabulario *Cestriæ*; Ex qua idem *Johannes* genuit *Edmundum*, qui quidem *Edmundus* genuit *Henricum Lacy*, comitem *Lincolniæ*, & idem *Edmundus* obiit ante matrem suam. Dictus autem *Henricus*, ex filia comitis *Sarum*, genuit *Edmundum* qui obiit antem parentem suum, & filiam, *Alesiam* nomine, quæ nupta fuit domino *Thomæ* comiti *Lancastriæ* & *Leicestriæ*, & post ejus mortem domino *Ebuloni le* **Strange**.

Carta concessa abbathiæ sancti Nicholai Andegavensis, & Priori de **Spalding**.

Chartæ antiquæ Ir. B. n. 5.

Johannes Dei gratia Rex *Angliæ*, *&c.* Sciatis nos concessisse, & hac presenti carta nostra confirmasse Abbati sancti *Nicholai Andegavensis*, & Priori & Monachis de **Spalding** ibidem Deo servientibus, omnes donationes, & concessiones rationabiles, terrarum & hominum eis factas, videlicet, Prioratum de **Spalding**, cum omnibus pertinentiis suis, tam in rebus ecclesiasticis, quam in possessionibus secularibus in perpetuum. Ecclesiam scilicet de **Weston**, cum omnibus pertinentiis suis, & omnes possessiones terrarum, quas in eadem villa habent & possident, & ecclesiam de **Suleton**, cum omnibus pertinentiis suis, & omnes possessiones terrarum & hominum quas in eadem villa habent & possident; Et terram quam habent in villa de **Quapelade**, videlicet, **Wrangbenethwith**; & omnes possessiones terrarum & hominum quas habent in villa de **Sutton**. Et ecclesiam de **Pinchebec**, cum omnibus pertinentiis suis, & omnes homines, terras & possessiones quas in eadem villa habent; Et ecclesiam de **Surfleet**; cum omnibus pertinentiis suis, & omnes terras, & decimas, & homines quas habent in **Obbethorp** & **Wineluuithorp**, & manerium de **Lentorp** cum omnibus hominibus, & terris sibi adjacentibus, & ecclesiam de **Sibetof**, cum omnibus pertinentiis suis, & duodecim bovatas terræ in eadem villa cum omnibus hominibus & sectis eorum; Et ecclesiam de *Stikeneia* cum omnibus pertinentiis suis; Et ecclesiam de **Bullingbroc** cum hominibus, & toftis, & boscis, & omnibus aliis pertinentiis suis; Et medietatem ecclesiæ de **Estrecales**, cum omnibus pertinentiis suis, & tervitium duarum carucatarum terræ in villa de **Spoddingesby**, & ecclesiam de **Harvelthorp**; cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de **Lee**, cum omnibus pertinentiis suis; Et ecclesiam de **Gaitburton** cum omnibus pertinentiis suis; Et medietatem ecclesiæ de **Welchesford**, cum omnibus pertinentiis suis; Et in eadem villa omnes decimationes de dominico comitis *Cestriæ*; Et in **Scamelesby** unum molendinum aquaticum; Et in eadem villa omnes decimas de domincio comitis *Cestriæ*; Et in * **Staninghoge**, omnes decimas de dominico comitis *Cestriæ*; Et in **Dunington** omnes decimas de dominico comitis *Cestriæ*; Et in * **Thereleu** omnes decimas de dominico comitis *Cestriæ*; Et in **Estreby** unum molendinum, cum uno tofto sibi adjacente; Et in villa **Horluuby** omnes decimas de dominico, quod fuit *Willielmi* de *Rumara*, & unum hominem, cum una bovata terræ, & tota secta, & familia sua, in eadem villa, & decimas quas habent in villa de **Clingthon** de Baronia *Willielmi* de *Rumara*. Et terram quam habent in villa de **Wyum**. Et decimas quas habent in **Clachesbey**. Et decimas quas habent in **Haburne**. Et manerium de **Hatteberge**, cum ecclesia ejusdem villæ. Et capellam de **Walreote**, & cum omnibus hominibus, & terris, & decimis sibi adjacentibus. Et manerium de **Wilketon**, cum omnibus hominibus, cum aliis pertinentiis, & Herbergagium quod habent in *Lincolnia* juxta fossatum castelli, cum omnibus pertinentiis, & cum aliis omnibus possessionibus & libertatibus infra civitates, Burga, & extra, in Ecclesiis, in decimis, in Hominibus, & Terris, in Redditibus, in Servitiis, in mensuris, in Pratis, in Pasturis, in Communiis, in Stagnis & Aquis, in Vivariis, & Piscariis, in Molendinis, in Salinis, in Marisis, in Turbariis, in liberis introitibus, & exitibus, & in omnibus aliis rebus, sicut rationabiles cartæ donatorum, & concessorum suorum testantur, de possessionibus quas ipsi habent, vel quas in posterum rationabiliter adquirerent, de cujuscunque feodo sint.

Quare volumus & firmiter precipimus, quod predicti abbas, & Prior, & monachi omnia predicta

* vulgo, *Stanigate* juxta *Louthe*.

al. *Thellisford*.

dicta habeant, & teneant, benè, & pacificè, integrè, & honorificè, in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam, soluta & quieta, de omnibus *Geldis*, & *Danegeldis*, *Scutagiis*, *Hidagiis*, *Carrucagiis*, *Schiris*, *Excercitibus*, *Sectis*, & *Misericordiis*, *Comitatibus*, *Wapentakis*, & *Hundredis*, & *Tridingis*, & de omni misericordia & communi Assisa, & de pecunia quæ ad *Murdrum*, & latrocinium pertinet, & auxiliis vicecomitum, & ballivorum suorum, & de omnibus ad eos pertinentibus, & de omnibus aliis auxiliis, & custodiis, & operationibus castellorum, murorum, wallorum, vivariorum, stagnorum, pontium, calcearium, & aliarum clausurarum, & de Warpeni, & Haverpeni, Tethingpeni, Hengwithe, Flemenwite, Blodwithe, Leirwith, Flemenesfirmth, Fithwithe, Guthhzich, Forstall, Hamsochn, Hamfare, & *Francoplegio*, & de Horhnewing, & *lastagio*, & *stallagio*, & *carriagio*, & *pannagio*, & de omnibus occasionibus quæ ad nos pertinent; concedimus etiam eis quod ipsi abbas, & Prior & monachi habeant libertatem curiæ suæ, de omnibus tenementis suis, cum *Soka*, & *Saka* & toll, & theam, & infangenthef & utfangenthef. Quia volumus quod ipsi omnes res & possessiones suas ita liberè & quietè teneant, sicut aliqua ecclesia in tota terra nostra liberius & quietius tenet.

Et precipimus quod predicti abbas & Prior, & monachi liberi sint, & quieti de omni *theoloneo*, *passagio*, *pontagio*, & omni alia consuetudine, quæ ad nos pertinet, ubique in potestate nostra de omnibus rebus quas ad proprios usus emerint, vel venderint, vel per terram, vel per aquam ducere, vel portare fecerint. Et prohibemus ne de aliquo tenemento suo ponantur in placitum, aut respondeant, nisi coram nobis, vel coram capitali justiciario nostro, vel per speciale mandatum nostrum, & quod nullus eos, aut res, aut possessiones, aut homines eorum, contra libertatem cartæ nostræ, gravet, aut inquietet, vexet, aut disturbet, super forisfacturam decem librarum, sicut carta regis *Richardi* fratris nostri rationabiliter testatur. Testibus *Willielmo* marescallo, comite *Penbrochiæ*, *Galfrido* filio *Petri*, comite *Essexiæ*, *Roberto* de Turnham, *Willielmo Briwer*, *Hugone Bardulfe*, *Hugone* de Nevill, *Simone* de Patishull. Data per manum *Huberti Cantuariensis* archiepiscopi cancellarii nostri, apud Fullebam xxi die Aprilis regni nostri anno primo.

[Vide plura infra in abbatia S. *Nicholai Andegaven.* inter cœnobia *Gallica*.

Cœnobium de BELLO,

[*vulgo* BATTELL] *in agro* Sussexiensi, * *fundatum An. Dom.* 1067.

* Cron. *Joh.* de *Oxinedes* monachi S. *Benet.* de *Hulmo* in bibl. *Cotton.* *Will. Malmesb.* fol. 174. a.

SAncti *Martini* de *Bello*, [monasterium] quod rex *Wilhelmus* fundavit & provexit in loco ubi *Angliam* debellaverat; multa ibi & pretiosa tum vivus tum mortuus delegans. Altare ecclesiæ est in loco, ubi *Haroldi* pro patriæ charitate occisi cadaver exanime inventum est.

Hen. Huntind. fol. 211. b.

— Quo in loco rex *Will.* abbatiam nobilem postea pro defunctis suis construxit, & eam dignè nomine *Belli* vocavit.

Matt. westm. p. 440.

Fundata est igitur ibidem domus religiosorum, ubi cædes ac strages crebrior fuit occisorum, pro eorundem animabus, Deum imperpetuum deprecatura, quam dux & alii devoti Deo nobiles, possessionibus ampliarunt, & religionis custodia munierunt. Quæ propter bellum ibidem consummatum, nomine *Belli* usque hodiè intitulatur.

Abbatia de Bello *construitur.*

Ibid. p. 442.

Rex *Gulielmus*, exultans de victoria, dedit laudem Deo. Eodem anno idem Rex construxit abbatiam, quam appellavit pro bello ibi commisso, *Bellum*, in qua, in perpetuum, Deo gloria; & laus, & gratiarum actio pro victoria obtenta solverentur, necnon & pro ibidem mortuis excquiæ à sanctis monachis ibi constitutis, cum salutaribus hostiis, Deo redderentur; Ipsamque ecclesiam possessionibus & libertatibus dotatam & ditatam commisit patronatui & tutele regum qui post eum forent in *Anglia* regnaturi.

Lelandi collectan. vol. 3. fol. 73.

Anno Mlxvij. Rex *Willielmus* Conquestor *Anglie* Abbathiam de *Bello* construxit, & monachos instituit, ut pro occisis in bello ab ipsis in perpetuum hostiæ salutis Deo redderentur.

Rob. de Glouc. MS. in bibl. *Bodleiana* fol. 98. a.

King William bithought him also of that
folke that was forlorne
And slayn also thorugh him
in the batalle bi forne.
And ther as the batalle was,
an Abbey he lete rere
Of Seint Martin, for the soules
that there slayn were.
And the monkes wel ynoug
fetted without fayle,
That is called in Englonde
Abbey of Batayle.

Historia fundationis cœnobii.

Ex Historia MS. abbathie de *Bello* in bibliothe-

QUoniam dispensationis nutu quo omnia volvuntur secularia ex insigni *Normannorum* ac magni Principis *Rollonis* stemmate piissimus

ca *Cottoniana.* [Sub effigie *Domitiani* A. a.] fol. 1. b.

mus dux *Willielmus* pater patriæ & limes ducatus & regni merito nominandus, ipso in mundi climate prout lucifer exortus, cum mira industria per Dei gratiam propria liberalitate, cum *Gallica* nobilitatis favore auctus, principatum proprium hæreditario sibi jure à patre relictum feliciter optinuit, post multos & innumeros calamitatum turbines, illud potenter tandem ad manum pacificavit. Interea verò & *Anglica* regnum monarchiæ eidem duci *Willielmo*, à suo consanguineo rege *Edwardo* è mundo migrante, hæreditario jure delegatum relinquitur. Quod cum hostiliter à suo perjuro quodam *Haraldo* invasum memoratus dux resciret, ad id vi vel arte obtinendum, suorum consilio & auxilio fultus, animum & vires convertit. Classe igitur parata ingenti, plerique comites multi nobiles multi illustres, multi etiam non suæ ditionis proceres vel barones, sed & ex circumjacentium finibus provinciarum innumeri sese ejus comitatui pro sibi innata clementia adjunxerunt. Dux ergo cum incredibili exercitu, divino comitante favore, navigationem aggressus, prosperè tandem prope castrum **Pevenesel** dictum applicuit, exercitu per litoris spacia latè . . . . . exilientes *Anglis* nonnulli gaudenter terere i . . . . . dere, contigit ducem è navi exire . . . . . in faciem corruisse, litoreque naso vulnerato aliquantum cruentato, terram protensis primò comprehendisse manibus. Verum cum hinc plerique infausti auspicii fortunam mussitantes pertimescerent, intererat & dapifer ducis, *Williel.* filius *Osberti* cognominatus, vir miræ probitatis & præpollens ingenio; qui mox animos nutantium dejectos hujusmodi audacter relevavit oraculo. "Definite, "inquid, viri hæc in adversum interpretari, quia "profectò hinc prosperitatis datur auspicium. "Hic enim *Anglium* utrisque palmis complexam conquisivit, propriaque progenie hæreditandam suo cruore signans dicavit, hancque ex "divinæ dispositionis præsagio potenter optinere meruit.

Sicque pro voto cedentibus causis, dux ibidem non diu moratus, haut longè situm, qui **Pastinges** vocatur cum suis adiit portum, ibique opportunum nactus locum, ligneum agiliter castellum statuens providè munivit. Navium vero parte maxima dispensatorie jam combusta, ne scilicet repatriandi spe aliqui forsitan negligentiùs cæptis instarent, dux post modicum rex futurus, sollicitius circumjacentia sibimet subjugare festinabat. Quo agnito, regni invasor *Haraldus*, collecto maturiùs exercitu, ad eum expellendum, vel potiùs cum suis omnibus exterminandum, ad locum qui nunc *Bellum* nuncupatur temerariè festinans, venire non formidavit. Occurrit audacter & dux, equitum cuneis circumseptus. Pervenienque ad locum collis qui **Hethelande** dicitur, à parte *Hastingarum* situm, dum sese invicem armis munire contendunt, ac eidem duci lorica ad induendum porrigitur, ex improviso inversa ipsi oblata est. Quod advertentes qui aderant, dum uti infortunii præsagium execrarentur, mox memorans ducis dapifer solita cunctos constantia compescuit, protestatus & hinc quoque prosperitatis collatum indicium, quod scilicet ea quæ ante restabant, ut postposita secuniter illi cessura forent. Sed dux nichil motus, vultu placido loricam induens, digna memoriæ concionatus dixit. "Scio "karissimi quod si sortibus crederem bellum hodie nullatenus inirem, sed ego me in omni negotio creatori meo fiducialiter committens, nec sortibus credidi, nec umquam "sortilegos amavi. Unde & nunc de ejus auxilio "securus, ad vestras qui mei gratia hoc initis certamen corrobandas manus ac mentes, votum "facio, me in hoc certaminis loco pro salute "cunctorum & hic nominatim occumbentium, "ad honorem Dei & sanctorum ejus quo servi "Dei adjuventur, congruum cum digna libertate fundaturum monasterium, quod ita ut "mihi conquirere potero, liberum vel oblatum "universis propitiabile fiat asilum.

Cumque multi auditores, & quidam *Majoris-Monasterii* monachus *Willielmus Faber* cognominatus adessent, qui quondam ipsius ducis servions hinc fabri nomen obtinuit, quod cum sodalibus venatum aliquando profectus, sagittis fortè deficientibus, cum quendam faurum hujusmodi operis ignarum adisset, ipse malleis arreptis mox sagittam artificioso ingenio compegit, postmodumque voluntate mutata ad *Majus-Monasterium* quod tunc quam maximè religionis fama scatebat, sese contulerat, tunc verò divulgato ipsius ducis in *Anglium* adventu, gratia commodi ecclesiæ suæ, cum reliquis exercitui sese immiscuerat, mox ut votum audivit procedens, quatinus ut ei pro voto cederent omnia, idem monasterium in venerationem beati pontificis *Martini* nominatim fundaretur suggessit. Cujus cum votis & dux annuens devotus ita fieri benignè spopondisset, post pacem conditionalem à duce per internuncios tertiò oblatam & ab hostibus refutatam, denuo juxta *Merlini* vaticinium, gente *Normannica* in tunicis ferreis *Anglorum* audacter deiciente supercilium, armis viriliter decertatum est. Verùm cum *Anglis* indissolubiliter cum rege suo collem quo nunc ecclesia consistit præoccupantibus . . . . . entur cederet, tandem strenuissimus *Bolonie* comes *Eustachius* clam callida præmeditata arte, fugam cum exercitu, duce simulante, super *Anglos* sparsim agiliter insequentes cum manu valida à tergo irruit, sicque & duce hostes ferociter invadente ipsis intercluſis utrinque prosternuntur innumeri; dispergitur, deprimitur, labitur, laniatur ac necatur inermis ac pedes misera gens *Anglica*, regeque suo belli fortuito ictu prostrato, per diversa dissiliens latebras quærit. Innumeris itaq; in campo vel potius in fuga prostratis, oculis cunctorum suprema patebat calamitas. Siquidem & inter hostiles gladios miserabile quoddam in proximo spaciosè protentum ex naturali telluris hiatu vel forsan ex procellarum concavatione præcipitium vastè patens, licet uti in vastitate dumis vel tribulis obsitum oculis minus prævideretur, innumeros & maximè *Normannorum Anglos* persequentium suffocavit, nam dum insci cum impetu dissilirent, ibidē in præceps acti flebiliter contriti necabantur. Quod quidem barathrum, sortito ex accidenti vocabulo, **Malfosse** hodieque nuncupatur.

Has inter miserias lugubre patebat spectaculum, arva cadaveribus operiri, nec in girum obtutibus aliud quam sanguinis ruborem offerri; convalles

Convalles undique defluens cruoris rivus replesse ad instar fluvii procul vid. batur. Quanta putas illic tunc strages facta est de victis, cum & de victoribus decem millium in brevi, ut fertur, supputationem excesserit? O quanta humani cruoris inibi effusa est unda, ubi infortunati non tantùm labebantur, sed & necabantur. Quantus armorum fragor, quantus ictuum stridor, quantus morientium clamor, quantus dolor, quanta suspiria, quot gemitus, quot supremæ calamitatis diræ voces personuerunt digne quis æstimabit! Verè stupenda proponitur ac deflenda infelicitatis humanæ misera conditio. In horum ergo contemplatione succumbente calamo, subjungendum jam videtur, quod tandem finito certamine, *Normannis Anglia* cessit cum triumpho. Designato igitur loco quo hostilis temerariæ invasionis cecidit signum, dux ulteriùs properè progrediens quæcumque adire valebat suo juri mancipari festinabat. Tandem ergo ad regni metropolim perveniens *Lundoniam*, rationisque ac pacis confœderatione civibus oblata, ac demum ab his etsi ægrè susceptâ, gaudenter ut hæres & dominus excipitur. Denuo autem & regni parte nonnulla sagaciter pacificata, cum favore procerum ac nobilium regni ad natale domini intrante anno incarnationis ipsius Mlxvij. regni insignitus solio *Anglica* monarchiæ obtinens coronam digno diademate redimitur.

Quo facto, quia multis & innumeris præoccupatus negotiis, regnum in brevi unire ac pacificare nullatenus quiverat, plura diutius necessario omisit, quæ maturius exequenda proposuerat. Perplurimum enim temporis ad municipiorum expugnationem atque ad rebellium subjugandam cervicositatem sollicitus animum occupavit & vires. Unde factum est, ut quemadmodum à Deo electo & promoto regi cedentibus pro voto prosperis, nec compatriotarum hostilis astutia, nec malignorum versuta machinamenta, nec alienigenarum incursus minaciter propositus obessent, sed ipso ubique in auxilio celesti confiso, hinc regni gloria magnificè roboraretur. Et merito; Erat enim moralitate præcipuus, liberalitate munificus, mansuetudine spectabilis, ingenio præpollens, animo constans, armis strenuus, in inchoandis magnanimus, in adquirendis efficacissimus, in regendis pacificus, in legum statutis reformandis ac servandis studiosus, divinitatis cultor assiduus, totus ecclesiarum utilitati deditus, & quod magis mirari necesse est, cum tot gentibus imperaret, adeo ei fomes virtutum discretio dominabatur, ut aliàs invictus, rationis facili ultroneus suggestione oportunè vinceretur. Quocirca & potenter imperii sui fines adauxit, & contra spem omnium suo tempore strenuè pacificatum gubernavit, hæredibusque suis feliciter possidendum reliquit. Sed hæc hactenus.

Nunc verò quia minus necessariè propositi textus exordium protendisse ex accidenti videmur, jam arctius stilo inchoati opusculi materiam sulcando rimante, libet loci nostri prima rudimenta ex amussim, ut promisimus, explanare. Igitur præclarissimo Rege *Willielmo* pluribus, ut meminimus, intento, inter alia & voti prætaxati efficatiam etsi animo non amisit, diutius tamen temporis illius præoccupationibus intermisit. Verum conscia interiùs instante conscientia, exterius quoque non facilè supradicto monacho *Willielmo Fabro* horum mentionem studiosiùs inculcante sepositò, tandem eidem monacho ut optaverat rex quia ad manum habebatur operis fabricam committens, præcepit quatinus in antefacto congressionis loco, accitis secum suæ ecclesiæ aliquibus fratribus, oportunũ festinaret fundari monasterium. Quod is alacriter excipiens, *Majus monasterium* ocius adiit, hincque quatuor monachos, scilicet, *Thedbaldum* cognomine *Vetulum*, *Willielmum Coche*, *Robertum* de *Bolonia*, *Robertum Blancard* viros personalitate ac religione præcipuos, secum in *Angliam* adduxit, Qui memoratum belli locum considerantes, cum ad tam insignem fabricam minus idoneum, ut videbatur, arbitrarentur, in humiliori non procul loco versus ejusdem collis occidentalem plagam aptum habitandi locum eligentes, ibidem, ne nil operis agere viderentur, mansiunculas quasdam fabricaverunt. Qui locus hucusque **Herste** cognominatus, quandam habet spinam in hujus rei monumentum.

Igitur, cum inter hæc regis animus sollicitus de fabricæ provectu quæreret, ab isdem fratribus ei suggestum est, quod locus, ille ubi ecclesiam fieri decreverat, uti in colle situs arenti glebaficus & aquarum foret indigus, atque ob hoc oportere tanto operi aptiorem locum in proximo, si placitum haberetur delegari. Quod cum Rex percepisset, indignatus refugit, ociusque jussit in eodem loco quo hoste prostrato sibi cesserat triumphus, basilicæ fundamenta jacere. Cumque obniti non præsumentes aquarum penuria causarentur, verbum ad hæc memoriale magnificus Rex protulisse fertur, *Ego* inquid, *si Deo annuente vita comes fuerit, eidem loco ita prospiciam, ut magis ei vini abundet copia quàm aquarum in alia præstanti abbatia.* Denuo quoque illis de loci conquerentibus inopportunitate, eo quod scilicet per vicinia latiùs uti per silvestre solum nusquam ad ædificium apti lapides reperirentur; Rex de thesauro suo ad omnia sufficientiam proponens sumptuum, delegavit etiam naves de proprio, quibus à *Cadomensi* vico lapidum copia ad opus propositum transveheretur. Cumque statutum Regis exequentes aliquantam de *Normannia* lapidum portionem advexissent, interim, ut fertur, matronæ cuidam religiosæ revelatum est, quatinus in designato sibi per visum loco fodientes, ibidem ad opus præmeditatum lapidum invenirent abundantiam. Non longe itaq; à præsignato ecclesiæ ambitu, ut jussum fuerat, quærentes, tantam ac talem lapidum reperierunt copiam, ut manifestè pateret inibi divinitus ad prædestinatum opus lapidum ab ævo reconditum thesaurum. Jactis ergo tandem fundamentis præstantissimi, ut tunc temporis habebatur, operis, secundum regis statutum altare majus in eodem loco quo regis *Haraldi* signum quod **Standard** vocant corruisse visum est, providè statuunt. Et licet peritissimi non vili commercio asciti operi præessent artifices, tamen exactoribus plus propriis quam Jesu Christi deditis, negligentius cœpti fabrica ut specie tenus ad hoc magis quam studio intendentium proficiebat. Interim quoque & infra designatum monasterii ambitum sibimet idem fratres insumptuo-

sas

sas quidem quo degerent domunculas ædificant. Sicque interdiu sævo exemplo in exorsis, die diem recraftinante, & regiæ opes quæ ad fabricæ accelerationem pro libitu cedebant pro libitu & dispensantur, multaque ex ejusdem regis devota liberalitate illuc collata indiscretè distrahuntur.

Hæc ad declarandum magnifici regis studium nos interseruisse nulli sit onerosum, quia licet, ut supra meminimus, innumeris irretitus negotiis nec locum præ dolore intimo adire, nec de eodem quæ propoluerat hujusmodi forte dilationibus circumventus exequi valuerit, tamen ut in his etiam revera probari potest, tantam initians suis proposuit sufficientiam, ut ipsius quoque devotio perpetim digna sit memoria.

Præterea, sicut meminimus, sese tum rebus habentibus, regi suggestum est quatinus ex his unum qui asciti fuerant fratribus cui cæteri intenderent abbatem inibi præficeret. Electus igitur ad hoc prænominatus *Rotbertus Blancard* perniciter ecclesiam suam, *Majus* videlicet *monasterium*, devotione ductus adit, atque cum omnium congratulatione regrediens, cum jam oceani prope persulcasset æquora, *Angliam* intraturus, divino quo ignoratur commotis fluctibus judicio, sævis absorptus gurgitibus, regimen propositum è mundo sublatus, ad alium divina dispositione prædestinatum, transmisit. Quo comperto & tandem regiis auribus exposito, communicato itidem consilio misit prædictus *Willielmus Faber* qui totius loci curam administrabat, & a *Majori-Monasterio* alterum fratrem ad ejusdem abbatiæ regimen suscipiendum ascivit *Ganshertum* nomine, virum religionis, summæ mansuetudinis ac multiplici virtutum insignitum dote. Quem ad designatum festinantem locum quatuor ex confodalibus secuti sunt fratres, *Johannes* scilicet, *Hamelinus*, *Ainardus*, *Leffelmus*, qui simul cum eo prosperè *Angliam* appulsi ad destinatum hilares locum pervenerunt.

Hinc autem eodem venerabili viro *Ganshertо* regiæ nutu majestatis circa Mlxxvj. dominicæ incarnationis annum in abbatiæ regimen fœliciter promoto, & coram altare sancti *Martini* de *Bello* benedicto, & in sedem suam locato, cœpit sub eo & ecclesiæ fabrica & fratrum paulatim numerus proficere.

Rex igitur magnificus inchoati operis non indevotus, ad victoriæ sæ perpetuandam memoriam, ipsum locum *Bellum* memoriter per succedentia tempora nominari censuit. Cui in primis leugam circumjacentem penitus ab omni exactione vel subjectione episcoporum, & aliarum quarumlibet personarum dominatione, ac consuetudine terrenæ servitutis liberam & quietam pro voto, sicut & cartarum ejus comprobatur testimonio, concessit & dedit, ipsumque locum ut regiæ signum coronæ, non tam multimoda prædiorum dignitatum ornamentorum variarumque opum largitione, quàm & religionis carismate fratrumque numerositate ultra quam exequi, morte, proh dolor! præventus valuit, multipliciter ditari disposuit. Leugæ verò illius spacia his terrarum, ut in libro regis continetur, componuntur portionibus.

Ecclesia itaque de *Bello* tenet circa se unam leugam. Ipsa tenet **Bocchain**, & habet ibi dimidiam hidam. De ista dimidia hida est una virgata foris extra leugam, & pertinet ad **Croherste**, quam *Walterus* filius *Lamberti* excambiavit pro quadam silva quæ erat infra leugam, & hac ratione tenet illam. In **Bece** quam tenet *Osbernus* de comite *Angi* tres virgatas. In **Wasingate** dicit liber regis quod ecclesia habet unam virgatam, sed non habet nisi dimidiam. In **Wilmunte** dicit liber regis quod ecclesia habet sex virgatas, sed non habet nisi quinque. In **Pireseld** habet sex virgatas. In **Penecherste** habet dimidiam hidam. In **Pou** habet dimidiam hidam. In **Phitlesham** habet unam virgatam. In **Cattesselde** habet tres virgatas. In **Bulintune** habet duas hidas unæ virgata minus. In **Croherste** habet unam virgatam. In **Wiltinges** habet unam virgatam. In **Polintune** habet unam virgatam.

Summa. Sex hidæ & dimidia virgata.

Omnes istæ terræ sunt infra leugam sicut dictum est: & de his terris composita est ipsa leuga quam ecclesia de *Bello* possidet, quam etiam Rex *Willielmus* liberam & quietam ab omni consuetudine terrenæ servitutis, & ab omni subjectione episcoporum, & maximè episcoporum *Cicestrensium* seu aliarum quarumlibet personarum dominatione & oppressione vel exactione, sicut supradictum est, fecit, & carta sua confirmavit.

Octo itaque virgatæ unam hidam faciunt.

Wista verò quatuor virgatis constat.

Leuga autem *Anglica* duodecim quarenteinis conficitur.

Quarenteina verò quadraginta perticis.

Pertica habet longitudinis tredecim pedes.

Acta habet in longitudine quadraginta perticas & quatuor in latitudine. Quod si habuerit viginti in longitudine, habebit octo in latitudine, & sic per reliqua.

Deforis **Bodeherste** ad orientem est terminus leugæ juxta terram *Roberti Bovis*, & transit juxta terram *Rogerii Moin* usque ad **Herilande**, & includit **Herilande** juxta terram *Willielmi* filii *Radberti*, filii *Widonis*, & terram de **Croherste** ad meridiem. Inde transit juxta terram de **Catesselde** & per **Puchehole** usque ad **Westbece** juxta terram de **Bodeham** ad occidentem.

Deinde pertransit juxta terram de **Itintune** usque ad aquilonem. Inde est terminus juxta terram de *Westlingetuna* & terram de **Wicham**, & juxta **Setlescumbe**, & sic revertitur ad primum terminum scilicet deforis **Bodeherste** ad orientem, *(&c.)*

Incipit liber de situ ecclesiæ Belli, *& de possessionibus sibi a Rege* Willielmo *& ab aliis quibuslibet datis.* Ibid.

ANno ab incarnatione Domini Mlxvj. dux *Normannorum* nobilissimus *Willelmus* cum manu valida pugnatorum in *Angliam* transnavigavit, ut regnum *Angliæ* sibi à suo consanguineo rege *Edwardo* dimissum, de manu *Haraldi*, qui illud tirannica fraude invaserat, abstraheret, sibique illud jure hæreditario possidendum obtineret. Hoc audito, *Haraldus* cum exercitu contra illum advenit, duce strenuissimo *Willielmo* audacter itidem ei cum exercitu ad locum qui nunc *Bellum* vocatur, occurrente. Dux igitur devotus in procinctu 1066.

cinctu bellico jam armatus, convocatis baronibus & militibus suis, universos exortatione sua & spe promissionum fiducialiter monet pugnæ insistere, atque ad eorum corda roboranda coram eis cum favore omnium votum Deo fecit, ut si divina pietas illi victoriam de suis adversariis concederet, eundem Deo locum sicut sibi conquirere posset, liberum & quietum omnino offerret, ibique cœnobium quo Dei servi congregarentur pro omnium illorumque nominatim qui in eodem bello occumberent salute construeret, qui locus refugii & auxilii omnibus esset quatinus jugi bonorum operum instantia commissa illic effusi cruoris redimerentur. His animosiores effecti pugnam constanter ineunt, deoque auctore tandem pridie idus Octobris hoste prostrato exercituque fugato triumpho potiuntur. Tirannide itaque hostili undique prostrata, in brevi etiam tota pene *Anglia* pacificata, eodem anno dux armipotens regio diademate insignitus apud *Lundoniam* mirificè ut nobilem decebat coram regni primoribus, in regem totius *Anglia* elevatur, atque à viro venerabili *Aldredo, Eboracensi* archiepiscopo sacra unctione linitus coronatur, electo ad archipræsulatum *Cantuaria, Stigando* regi contraire conanti.

Rex itaque collatæ sibi gratiæ non ingratus memor fuit Dei, & in bono proposito delectatus est, opereque votum gestiens prælibatum efficere, in prædicto certaminis loco tantæ victoriæ condignum præcepit fabricari monasterium. Et quia illud in honorem sanctæ Trinitatis & beatæ *Mariæ* necnon & beati *Martini* confessoris Christi sanxerat consecrandum, ejusdem sancti *Martini* quosdam accivit de *Majori-monasterio* monachos qui operi præessent, religionisque monachicæ fundamenta jacerent, ut simul cum ecclesiæ fabrica religionis ibidem norma proficeret, eisque ad opus accelerandum pecuniarum expensas pro nichilo ducens thesauraria sua pandi faciebat quotiens voluissent. Sed filii alieni non tam *Jesu Christi* quàm quæ sua sunt quærentes negligentius operi insistebant. Ecclesiæ igitur structura in dies proficiente, cum eam devotus rex magnis opibus & regiis dignitatibus mirificè ditare disponeret, eo quod ibidem tonantis gratiâ victoriam & regnum sibi suisque hæredibus obtinuisset, ob victoriæ ejusdem memoriam perpetuandam ipsum locum *Bellum* appellari voluit, statuitque conventum ad minus lx. monachorum ibidem congregari, proponens eandem ecclesiam cum dedicari faceret, in tantum ditare, ut conventus ejusdem omni tempore numero septies viginti monachorum existeret. Sed homo proponit Deus autem disponit, nam id perficere proh dolor morte, quæ regi æquè imperat ut mendico, præventus nequivit. Tamen suæ dilectionis memoriam suis monachis reliquit, constituens in primo monachis ejusdem ecclesiæ ad cotidianos usus panem regiæ mensæ aptum, qui simenel vulgò vocatur, habere pondere lx. solidorum, & in quadragessima de quartario majorem ut elemosinæ pars sibi cederet. Huic ergo ecclesiæ sancti *Martini* de *Bello* hanc inprimis regali auctoritate dignitatem concessit & dedit, ut habeat curiam suam per omnia & regiam libertatem & consuetudinem in omnibus possessionibus suis tractandi de suis rebus & negotiis & justitiam per se tenendam, & ut sit libera & quieta inperpetuum ab omni subjectione & exactione episcoporum & ab omni calumpnia *Majoris-monasterii* & quarumlibet personarum dominatione, sicut ecclesia Christi *Cantuaria*. Et si quis latro, vel homicida, vel aliquo crimine reus, timore mortis fugiens, ad hanc ecclesiam confugerit, in nullo lædatur, sed liber omnino dimittatur. Abbati quoque per totum regnum *Anglia* latronem vel furem aut alio crimine damnatum à supplicio liberare liceat si fortè supervenerit. Thesaurus etiam inventus in terris ejusdem ecclesiæ totus illius sit, similiter & murdre si acciderit, & omnes homines illius ubique à theloneo liberi sint & omni consuetudine terrenæ servitutis, sicut cartæ ipsius testantur.

Dedit autem eidem ecclesiæ in possessionem æternam leugam circumjacentem liberam & quietam in perpetuum ab omni geldo, & scoto, & hidagiis, & denegeldis, & opere pontium, & castellorum, & parcorum, & clausuris, & exercitibus, & omnibus placitis, & auxiliis, & querelis, & siris, & hundredis, & lestagiis, cum *faca*, & *socna*, & toll, & theam, & infangenthjeof, & warpeni, & hamsone, & forstal, & blodwite, & Childwite, & latrocinio, & omni consuetudine terrenæ servitutis, & ab omni exactione & subjectione episcoporum *Ciceſtria*, & quarumlibet personarum dominatione, ita ut nullius prætet abbatis & monachorum ejus ditioni subjaceat, nec in ipsa vel in aliqua ejusdem ecclesiæ possessione quisquam placitari aut venari, vel quodlibet negotium exercere sine permissione præsumat, super forisfacturam regiam; nec eciam si casu quicquam captum fuerit efferatur, sed ecclesiæ sit.

Interea nonnullis illuc religionis desiderio confluentibus, quam pluribus etiam liberos suos in Dei instruendos servicio offerentibus, ecclesiæ utilitati per singula intendens rex, ex his quos à *Majori-monasterio* acciverat, quendam monachum equidem strenuum & religioni maximè deditum, *Gausbertum* nomine, prædictæ ecclesiæ abbatem præfecit, ea tamen conditione ut nullatenus ipse vel successorum ejus aliquis *Majori-monasterio* subjaceret, sed ut religionem ibidem adhuc novellam sua prudentia ad perfectum perduceret, atque post ipsum omni tempore quem sibi concors congregatio fratrum regulariter elegerit de eadem congregatione, ecclesiæ *Belli* cum regis voluntate abbas succederet, (*&c.*)

Dedit etiam idem inclitus Rex *Willielmus* eidem ecclesiæ de *Bello*, in *Cantia* regale manerium quod vocatur Wilt, cum omnibus appendiciis suis septem swulingarum, id est, hidarum, ex sua dominica corona, cum omnibus libertatibus & regalibus consuetudinibus, ita liberum & quietum sicut ipse liberius & quietius tenuit, vel ut rex dare potuit, scilicet, ab omni geldo & scoto, & reliquis quæ suprascripta sunt, & ab omni consuetudine terrenæ servitutis. Quod cum ecclesiæ eidem conferret, verbum memoriale & merito recolendum ipse ter prædicandus princeps dixisse memoratur. Siquidem quibusdam tantæ largitatis causa mirantibus, ego ait, *istud corpore meo aufero & animæ meæ confero. Quæ dere* (inquit) *si corpus illud*

illud liberè & quietè tenere prævaluit, multo dignius est ut anima quæ melior pars hominis est hoc si fieri potest liberiùs atque quietiùs possideat.

Hujus itaque manerii ab antiquitate hæc præ cæteris dignitas semper extitit, ut cum suo hundredo viginti duobus hundredis & dimidio ad *socnam* illius pertinentibus præesset, de quibus omnibus quotiens ad comitatus vel ad alias consuetudinales collectiones convenire debent, vicecomes de **Chent** præposito de **Wi**, vel ministro ejus loco & termino designato literis suis sigillatis mandare debet, & ipse deinde consuetudinaliter summonere. Quibus collectis, de omnibus placitis & forisfacturis prædictorum hundredorum præpositus de **Wi** vel minister ejus vadimonia accipiet & duos denarios similiter. Hundredum verò de **Wi** liberum est & quietum propter istam summonitionem ab omni consuetudine, & sicut olim Regi, ita nunc ecclesiæ sancti *Martini* de *Bello* proprium permanet.

Consuetudinaliter autem per totam *Angliam* mos antiquitus pro lege inoleverat, comites provinciarum tercium denarium sibi optinere, inde enim comites dicebantur, unde quia tunc episcopo *Bajocensi*, *Odoni*, fratri scilicet suo, Rex *Cantiæ* comitatum totum dederat liberum & concesserat, iccirco ecclesiæ suæ de *Bello* duos quos ipse habebat in dominio suo denarios dedit, tercio ab episcopo cui comitatus cesserat retento.

Succedente verò tempore postquam prædictus episcopus propriis infortuniis subactus comitatum prædictum amisit, idem tercius denarius in redditibus regiis computatus remansit.

In **Dengemareis**, quod est unum membrum de **Wi**, concessit & dedit idem nobilis Rex *Willielmus*, omnes maritimas consuetudines quas illic habuit. Quod si piscis qui vocatur **Craspeis** illic appulerit, abbatis & monachorum sit totus. & si in terra vicinorum infra terminos scilicet de **Hozsmede** usque **Withburne** quod pertinet ad *socnam* de **Wi** advenerit, duas partes illius cum lingua dedit ecclesiæ de *Bello*, & ut abbas & monachi illud tam liberè semper habeant & possideant sicut ipse liberiùs possidere potuit. Eodem modo & **Wiret** quod illuc contigerit habere concessit.

In his verò quam maximè quanti pendebat rex utilitates ecclesiæ de *Bello* propalabatur, dum quotiens edicta regalia vicecomitibus sive justiciariis vel ministris eorum *Cantiæ* constitutis de ejusdem ecclesiæ negotiis destinarentur, hoc præcipuè regii continebant apices, ut omnes de manerio de **Wi** libertates regiasque consuetudines illibatas observarent, ut ecclesia & monachi sui de *Bello*, sicut ipse rex melius potuit ea omnia in pace manentes absque inquietudine possiderent.

Item dedit unum manerium in *Sudsexia* quod vocatur *Alsistona* cum omnibus appendiiis suis quadraginta iij. hidarum & dimidiæ, quod antea in dominium suum idem rex redegerat, cum omnibus libertatibus & regalibus consuetudinibus prædictis.

Aliud etiam manerium in *Surreia* simili modo prædictæ ecclesiæ suæ de *Bello*, **Limesfeld** nomine cum suis appendiciis xxv. hidarum ex sua dominica corona contulit, cum omnibus libertatibus & regalibus consuetudinibus suprascriptis.

Hou verò nomine in *Essexia* manerium aliud cum omnibus quæ sibi adjacebant, pacto eodem prædictæ ecclesiæ dedit & confirmavit. Hoc itaque trium hydarum & trium virgarum divisione dimensum est.

Bristwoldistuna autem decem hidarum ex corona sua idem piissimus rex suæ ecclesiæ in *Bearrocsira* situm pro anima sua obtulit, & Carta sua cum prædictis libertatibus & regalibus consuetudinibus confirmavit.

Craumareis quoque quinque hidarum quod est in *Oxenfordsira* eadem regali auctoritate qua suprascripta eidem ecclesiæ suæ de *Bello* concessit & dedit.

Ecclesiam etiam in villa de *Radingis* ex dominio suo cum possessionibus & terris & decimis illi pertinentibus prædictæ ecclesiæ suæ concessit & dedit.

Sub lege quoque eadem dedit eidem ecclesiæ memoratus Rex in *Devenesira* ecclesiam quandam dominii sui de villa de *Culuntuna*, cum præbendis quinque ad eandem pertinentibus.

De Exonia.

VErum quoniam in ejusdem provinciæ eximia civitate *Exoniensi* magni nominis & famæ ab antiquitate pro miraculorum ibidem frequentia, sancti *Olavi* Regis & Martyris exstabat capella, illam quoq; rex merito præconandus uti cum devotione munificus suæ ecclesiæ liberam possidendam delegavit, cum terra quadam *Sireſordia* & *Cheneberia*, & aliis terris vel decimis ad eandem pertinentibus.

Ad quæ omnia recipienda illuc ab ecclesiæ *Belli* conventu quidam frater *Gunterus*, vir strenuus primò directus est. Qui ibidem paululum remoratus cum curæ sibi injunctæ utiliter operam daret, revocatus & pro summæ religionis industria *Turoldo* abbas effectus est, Ad prædictarum verò curam ecclesiarum alius quidam monachus cum efficacia magnanimus, *Cono* nomine, adjuncto etiam sibi quodam fratre nomine *Roberto* destinatus mox quemadmodũ intimum decebat ecclesiæ filium ad augendum & extollendum sibi locum commissum utiliter in posterum prospiciens, animum convertit. Pecunias siquidem reddituum vel oblationum seu etiam cum Reliquiarum quo idem insignitur locus circumlatione, prædicationũ, vel aliunde pro posse adunatas, terrarum vel ecclesiarum sive decimarum adquisitione cis citraque urbem *Exoniensem* ecclesiæ loco scilicet sibi commisso perpetuabat, indeque tonantis gratia favorem quoque compatriotarum quam maximum obtinebat. Cumque & infra urbem quoque nonnullas mansiones vel terras emptione seu devotorum largitione jam possideret, deliberavit tandem vir sagax ingenio, eò quod eadem sancti *Olavi* ecclesia modica foret, monasterium in honorem sancti *Nicholai* Confessoris Christi, ad fratrum habitationem accommodum, penes eandem fabricare. Quo cum superstitis regis *Willielmi* Conquestoris licentia & authoritate animum spe in

Deo quam maximè magnanimum inopia non angustante mirificè inchoato, pro posse diatim proficiebat. Paulatim ergo opere ad effectum tendente, & eodem jam aliquantum loco habitabili existente, accitis aliquot ab ecclesia *Belli* fratribus, cœpit ibidem regulariter divinum celebrari officium, ad eorundem fratrum stipendia, cum omnibus ad ecclesiam sancti *Olavi* pertinentibus; ecclesia quoque prædicta de *Columna* ubi prius habitaverant monachi cum quinque terris prærbendarum scilicet *Uppetona*, **Colebzothe**, **Pinelande**, **Waevre**, **Esse** & omnibus ad eam pertinentibus, ab abbate & conventu ecclesiæ sancti *Martini* de *Bello* eidem ecclesiæ sancti *Nicholai* delegatis, ea tamen conditione ut pro subjectionis recognitione ecclesiæ sancti *Martini* de *Bello*, portio census definita, sexaginta solidi scilicet persolverentur.

Hæc igitur ab ordine digredientes succinctè dixisse sufficiat. Cæterùm ut omissis se calamus applicet. Magnanimus ecclesiæ suæ prospiciens Rex mercatum in villa *Belli* dominico die liberum omnino & quietum ac ecclesiæ & monachis absque ullius exactione jure perpetuo ut proprium ad disponendum constituit, & regia auctoritate confirmavit.

De libertatibus.

ECclesiam itaque suam de *Bello* excellentissimus princeps & merito nominandus rex, *Willielmus*, ut supra texuimus, cum leuga & omnibus maneriis suis vel possessionibus ad eam pertinentibus, ab omni consuetudine terrenæ servitutis liberam & quietam inperpetuum esse constituit & regia auctoritate confirmavit, scilicet ab omni *geldo*, & *scoto*, & *hidagio*, & *denegeldo*, & *firis*, & *hundredis*, & omnibus placitis & querelis, & omnibus auxiliis & *lestagiis* & *sartis* & clausuris, & omnibus operibus castellorum & parcorum & pontium & exercituum; cum *saca*, & *socna*, & **tholl**, & **theam**, & **infangenetheof**, & **warepeni**, & **hamsocne**, & **forstal**, & **blodwite**, & **cildwite**, & latrocinio, si in terris ecclesiæ illius acciderit. Quod si *murdre* inventum fuerit in aliquo loco super terram illius ecclesiæ sancti *Martini* scilicet de *Bello*, in leuga, in maneriis vel in membris eorum, nullus se intromittere debet nisi abbas & monachi ejus. Et si thesaurus in prædictis terris ecclesiæ illius repertus fuerit, ut ecclesiæ, abbatis atque monachorum sit totus, concessit. *Warennam* etiam in ipsa leuga vel in maneriis ipsius ecclesiæ ubique constituit. Præcepit verò idem nobilis princeps quatinus ecclesia illa cum omnibus terris & possessionibus suis libera sit & secura ab omni dominatione principum & baronum & episcoporum seu aliarum quarumlibet personarum exactione, & ut homines illius omnes liberi sint & quieti ab omni theloneo, & omnia mercata sua per totum regnum suum ubique absque theloneo faciant, & ne quis eis super hoc molestus sit super forisfacturam regiam. Insuper etiam & hoc addidit, ut si quis baronum vel hominum suorum illi ecclesiæ aliquas terras vel possessiones aut de suo aliquid aliquando dederit, eandem per omnia libertatem vel regalem dignitatem, sicut supra diximus, in iisdem sua quoque habeat ecclesia, ut servi Dei undique quieti & liberi Deo in pace omnimodis intendant. (*&c.*)

EO etiam tempore quidam Baronum regis, vir magnificus, *Bernardus*, cognomento de *Novomercato*, cujusdam prædictæ ecclesiæ *Belli* monachi, nomine *Rogerii*, apud eum aliquamdiu fortè commanentis, importuna suggestione, eidem ecclesiæ sancti *Martini*, apud *Waliæ* provinciam, cum quadam possessione quæ *Veins-villa* dicitur, ecclesiam eidem contiguam sancti *Johannis* evangelistæ extra munitionem castri sui de *Brecchennio* sitam, liberam cum omnibus ad eam pertinentibus donavit. Quam prædictus frater *Rogerius*, ut novus valebat colonus, cum summo studio & labore à fundamentis restaurans, associato sibi quodam alio suæ ecclesiæ monacho magnæ sagacitatis viro, *Waltero* nuncupato, ibidem ad habitandum ædificia construebat, prece vel munere nonnullas interim à vicinis terrarum vel decimarum possessiones eidem loco adquirens, ac pro posse utpote in commisso fidelis, sibi creditum talentum possessiunculæ multipliciter accumulatum matri suæ ecclesiæ impiger reportare satagens. Procedente verò tempore, fratribus ad loci commoda omnino intendentibus, ejusdem *Bernardi* uxor, *Agnes* nomine, fortè invalitudine tacta, eidem loco ex viri sui assensu de propria hæreditate quandam villulam extra *Waliam* in *Anglia* sitam, quæ **Berinton** vocatur, liberam omnino & quietam in possessionem æternam contulit. Sicque paulatim ex ipsius quoque *Bernardi* largitione, in terris molendinis ecclesiis sive decimis, ejusdem ecclesiæ possessionibus auctis, & eodem loco cum suis omnibus, cum regiæ auctoritatis & præfati *Bernardi* confirmatione, in jus ecclesiæ *Belli* delegato, Ab abbate & conventu ejusdem ecclesiæ sancti *Martini*, prædicto *Waltero* Priore jam constituto, decretum est ibidem, Ex ejusdem ecclesiæ monachis, Dei servos ad divinum regulariter peragendum officium adunatos degere, atque pro recognitione subjectionis, per annum census partem, viginti scilicet solidos ecclesiæ de *Bello* persolvere, (*&c.*) Ibid. fol. 10. b.

Prioratus de *Breccennio* cella abbatiæ de *Bello*.

De Willielmo Rufo.

MAnerium quadraginta librarum eidem ecclesiæ in *Wiltesira* vocabulo **Wyombam** ex regia corona in possessionem æternam, cum membris omnibus eidem manerio delegatis, donavit. Et illud cum membris suis, ecclesiamque de *Bello* cum omnibus ad eam pertinentibus, ab omni exactione & consuetudine terrenæ servitutis, secundùm patris sui cartas regia auctoritate, secundùm quod supra commemoravimus, in libertate & quiete manere constituit, & carta sua confirmavit, (*&c.*) Ibid. fol. 14. b.

De ecclesiis datis.

IN dotem verò eidem ecclesiæ magnificus contulit princeps quasdam ex suo dominio ecclesias in *Sudfolchia* & *Norfolchia* & *Essexia* sitas, in episcopatu videlicet *Londoniensi* & *Norwicensi*. In *Essexia* quæ est in episcopatu *Londoniensi*, dedit ecclesiam de *Sanford* omnino liberam & quietam Ib. f. 15 a.

etam cum plenaria decima & terra ad eam pertinente. In *Sudfolchia* & *Norfolchia*, videlicet in episcopatu *Norwicensi*, dedit ecclesiam de **Crelynges**, ecclesiam de **Trilawe**, ecclesiam de *Middehala*, ecclesiam de *Nortuna*, ecclesiam de **Bzantham** cum capella de **Bercholt** & **Selfelege** & **Benetlege** & **Scotlege**. Ecclesiam de **Benolesham** cum **Andreestou**, ecclesiam de **Bzandfozd** cum **Burstale**, & **Aeilbzichtestou**, ecclesiam de **Cilesham** cum capellis **Stevechaie** scilicet cum ij. partibus decimæ & **Scipdene** cum ij. partibus decimæ, & **Bzundele** similiter, & **Banningeham** similiter, & cum medietate ecclesiæ de **Ingewerthe**, & cum feudo quod *Brithericus* presbiter tenebat, terram scilicet unius sochemanni in eodem manerio de **Cilesham**, ita liberè & quietè possidendam sicut omnes alias terras suas possidet. Similiter & capellæ ecclesiæ de **Bzantham** suprascriptæ ij. partes decimæ de dominio domini habent. Has igitur ecclesias cum terris & decimis & possessionibus atque hominibus, illis pertinentibus, idem Rex, ut prædictum est, liberas & quietas ab omni exactione & consuetudine, ecclesiæ de *Bello* concessit & dedit, (*&c.*)

Charta Gulielmi *Regis, conquestoris dicti.*

Ex ipso autographo penes eosdem *Winchelseyenses*, ann. 1640. Vide etiam cart. 2. H. 5. m. 24.

" IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, " Ego *Willelmus* Dei gratia Rex *Anglorum* " notũ facio omnibus tam posteris quam præsen- " tibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comi- " tibus, baronibus, & omnibus fidelibus *Francis* " & *Anglis*. Quod cum in *Angliam* venissem & " in finibus *Hastingi* cum exercitu applicuissem " contra hostes meos qui mihi regnum *Anglie* in- " justè conabantur auferre, in procinctu belli jam " armatus coram baronibus & militibus meis cum " favore omnium, ad eorum corda roboranda, vo- " tum feci, ecclesiam quandam ad honorem Dei " construere pro communi salute, si per Dei gra- " tiam obtinere possemus victoriam. Quam cum " essemus adepti, votum Deo solvens, In honorem " sanctæ Trinitatis, & beati *Martini* confessoris " Christi, ecclesiam construxi pro salute animæ " meæ & antecessoris mei regis *Edwardi*, & uxo- " ris meæ *Mathildis* reginæ, & successorum meo- " rum in regno, & pro salute omnium quorum " labore & auxilio regnum obtinui, & illorum " maximè qui in ipso bello occubuerunt. Et quia " in hoc loco ubi sic constructa est ecclesia Deus " mihi victoriam præstitit in bello, ob victoriæ " memoriam ipsum locum, *Bellum* appellari " volui.

" Huic igitur ecclesiæ sancti *Martini* de *Bello* " hanc imprimis dignitatem, regali auctoritate " concedo, Ut habeat curiam suam per omnia, & " regiam libertatem, & consuetudinem tractandi " de suis rebus vel negotiis, & justiciam per se te- " nendam. Sitque libera & quieta in perpetuum " ab omni subjectione episcoporum, & quarum- " libet personarum dominatione, sicut ecclesia " Christi *Cantuariæ*. Et si quis latro, vel homici- " da vel aliquo crimine reus, timore mortis fugi- " ens, ad hanc ecclesiam pervenerit, in nullo læda- " tur, sed liber omnino dimittatur. Abbati verò " ipsius ecclesiæ liceat ubique latronem vel fu- " rem de suspendio liberare, si fortè supervene- " rit. Concedo etiam eidem ecclesiæ leugam " circumquaque adjacentem liberam & quietam " ab omni *Geldo* & *Scoto*, & *Hidagiis*, & *Dene-* " *geldis*, & opere pontium, & castellorum, & par- " corum, & clausuris & exercitibus, & omnibus " auxiliis, & placitis, & querelis, & *scyris*, & *hun-* " *dredis*, cum *saca*, *soca*, & **toll**, & **theam**, & **in-** " **fangenetheof**, & **warpeni**, & *Lestagiis*, & " **hamsocne**, & **fozestall**, & **blodewite**, & " **childwite**, & latrocinio, & liberam ab omni " consuetudine terrenæ servitutis, & ab omni ex- " actione episcoporum.

" Huic iterum ecclesiæ sancti *Martini* de *Bello*, " do regale manerium, quod vocatur **Wi**, cum " omnibus appendiciis suis, ex mea dominica co- " rona cum omnibus libertatibus & regalibus " consuetudinibus, ita liberum & quietum, sicut " liberius & quietius tenui, vel ut rex dare potui, " scilicet ab omni *Geldo*, & *Scoto*, & *Hidagiis*, & " *Denegeldis*, & opere pontium & castellorum, " & clausuris parcorum, & exercitibus, & omni- " bus auxiliis, & placitis, & querelis, & *scyris*, & " *hundredis*, cum *saca*, & *soca*, & **toll**, & **theam**, " & **infangenetheof**, & **Warpeni**, & *Lestagiis*, " & **hamsocne**, & **fozstall**, & **blodewite**, & **child-** " **wite**, & latrocinio si acciderit. Similiter do duos " denarios de omnibus forisfacturis & placitis " omnium hundredorum quæ pertinent ad sum- " monitionem de **Wi**. In **Dengemaris** verò, " quod est unum membrum de **Wi**, concedo " eidem ecclesiæ omnes maritimas consuetudines " quas illic habui, cum omni **Werec**. Et si piscis " qui **Craspeise** vocatur, illic advenerit, abbatis " & monachorum sit totus: Si vero intra terminos " de **Blachewase**, & **Hozsemede**, & **Bzadelle** " usque **Withiburne** appulerit, duas partes ejus- " dem piscis & linguam habeat ecclesia, sicut ego " semper habui.

" Do etiam eidem ecclesiæ hæc maneria, *Alfi-* " *stona*, **Lymenesfeld**, **How**, **Crawmareis**, " *Briswaldintona* cũ omnibus appendiciis suis, libe- " ra & quieta, cum supradictis libertatibus, & rega- " libus consuetudinibus. Si infra leugam vel in " maneriis ecclesiæ **murdre** evenerit, vel thesau- " rus inventus fuerit, abbatis & monachorum sit " utrumque; *Warrennam* propriam in ipsa leuga " habeat ecclesia & in omnibus suis maneriis. Do " etiam eidem ecclesiæ sancti *Martini*, ecclesiam " de *Radingis*, & ecclesiam de *Culintuna*, & ec- " clesiam sancti *Olavi* de *Exonia*, cum terris & de- " cimis, & omnibus ad eas pertinentibus. Et si ali- " quis ex baronibus meis, vel hominibus aliquid " de suo eidem ecclesiæ, in elemosinam dederit, " eisdem libertates quas concessi rebus quas ego " eidem ecclesiæ dedi, eis concedo, & præsenti " scripto ut supradicta, regali auctoritate confir- " mo.

" *Wille* ✠ *lmus* Rex. *Lanfr* ✠ *ancus* archie- " piscopus *Cantuar*. *Tho* ✠ *mas* archiepiscopus " *Eborum*. *Mauricius* episcopus ✠ *London*. " *Walkelinus* ✠ episcopus *Winton*. *Osbernus* ✠ " episcopus *Exon*. *Gundulphus* ✠ episcopus *Roff*. " *Hugo* ✠ comes *Cestriæ* ☞ ✠. *Rogerus* ✠ " comes de **Huntgumeri**. *Willielmus* ✠ co- " mes de *Warr*. ☞ ✠. ☞ ✠ *Willielmus* ✠ " filius *Osberni*. ☞ ✠ *Willielmus* ✠ de **Eyai**. " ☞ ✠ *Bern* ✠ *ardus* de *Novo-mercato*.

Alia ejusdem regis charta.

Pat. 2. E. 4. par. 2. m. 15. per inspex.

WIllielmus, *Dei gratia Rex* Anglorum, Lanfranco *archiepiscopo* Cantuariensi, Stigando *episcopo* Cicestrensi *omnibusque successoribus suis regnum* Angliæ *obtinentibus & cunctis fidelibus salutem. Notum vobis facio, quod locum victoriæ meæ, sicut Deo juvante mihi conquisivi, & Rex liberum possedi, ita illum liberum, & ab omni exactione omnium hominum quietum obtuli Deo; ibidemque ecclesiam in honorem sancti* Martini, *quam* de Bello *appellari volui, eo quod mihi Deus, in eodem loco, tantam victoriam attribuit, ut de adversariis meis mihi injuste resistentibus triumpharem, regnumque mihi debitum & successoribus meis jure hereditario perpetualiter possidendum acquirerem. Votum itaque, quod Deo, & sancto* Martino *vovi, implere festinans, idem monasterium monachuæ religionis dedicans, ex ordine & religione* Majoris-monasterii *fundavi, & inde primum abbatem* Gausbertum, *ad hoc tantum ut religionis ibi normam fundaret, constitui, ita tamen ut libera, & quieta, in perpetuum ab omni subjectione & dominatione, & querela* Majoris-monasterii, *& aliarum personarum exactione permaneat, sicut ecclesia* Christi Cantuariensis, *& sicut mea dominica capella, & signum* Angliæ *corona per quam ego regno, & successores mei reges regnum* Angliæ *debent obtinere.*

Statuimus itaque, tam ecclesiastica, quam & regiæ prospectu potestatis, ut decedente abbate de Bello, *omnis possessio monasterii, ubicunque fuerit, libera & integra, cum omni jure & consuetudine sua remaneat in manu & dispositione Prioris, & Monachorum capituli de* Bello. *Hoc autem ideo statuimus statutumque perpetuò servandum confirmamus, quia abbas de* Bello *proprios redditus non habet, sed communes cum fratribus. Qui igitur, Deo annuente canonica fratrum electione, abbas substitutus fuerit, ibidem absque venalitate omni benedicatur sicut primum abbatem* Gausbertum *in eodem monasterio de* Bello Stigandus *episcopus* Cicestrensis *benedixit. Abbas itaque de* Bello *non cum suis secularibus consanguineis, seu quibuslibet aliis, elemosinas monasterii male utendo, disperdat: sed pauperibus, & peregrinis, & hospitibus suscipiendis, sed fraternam curam gerat; Terras censuales non ad feudum donet, nec milites, nisi in sacra veste Christi faciat, nec de possessionibus ecclesiæ quisquam teneat aliquid feudaliter absolutum, sed ad censum annuum & servitium abbati & monachis debitum. In abbatis de* Bello *& monachorum domo, & possessione nullus intus vel extra, per hereditatem officium teneat; sed in arbitrio abbatis & monachorum consistat de transmutandis præpositis, seu quibuslibet aliis officiariis.*

Hanc igitur monasterio libertatis meæ de Bello, *& omnibus ad ipsum pertinentibus in perpetuum dono, & confirmo liberam immunitatem, & immunem libertatem; quam etiam pro signo coronæ regni nostri regibus post me in* Anglia *regnaturis, causa Dei commendo servandam ut eis Deus conservet æternam: Teste* Petro *episcopo* Cestriæ: Hermano *episcopo* Sarisberiæ, Willielmo *comite* Warennæ; Bernardo *de* Novo-mercato, *& Gausberto nunc ejusdem loci abbate, cum monachis suis, qui ad hanc cartam faciendam præsentes fuerunt, apud* Winton.

Carta Regis Willielmi Rufi.

" WRex *Anglorum* omnibus hominibus Ibid.
" . suis *Francis* & *Anglis*, Salutem. Sci-
" atis me concessisse Deo & ecclesiæ sancti *Marti-*
" *ni de Bello* in dedicatione ipsius ecclesiæ, pro ani-
" ma patris mei regis *Willielmi*, & matris & om-
" nium parentum nostrorum qui ibi in bello ceci-
" derunt, & aliorum omnium, ecclesiam de **Sa-**
" **forde** cum plenari decima & terra ad ipsam ec-
" clesiam pertinente, & ecclesiam de **Crelingis**
" similiter cum terra & decima ad eam pertinente
" de annona & omni pecunia, & ecclesiam de
" **Trilaune** similiter, & ecclesiam de *Middel-*
" *hala* similiter, & illam de *Nortuna*, set & illam
" de **Cilesham** cum berewicis ad illam pertinen-
" tibus, scilicet **Stenehale**, & **Stipdene**, &
" **Brundele**, & ecclesiam de **Wendle-**
" **sham** cum **Andreeston**, & ecclesiam de **Brame-**
" **for** cum berewicis ad eam pertinentibus, vide-
" licet **Bustele** & **Albrihteston**, & ecclesiam
" de **Branthan** similiter cum terra & decima, &
" berewicis de **Bercold**, **Scotlege**, & **Peele-**
" **slege** & **Benetlege**.

" Has ecclesias cum decimis & terris, & om-
" nibus consuetudinibus ad eas pertinentibus &
" redditibus, ecclesiæ sancti *Martini* de *Bello* con-
" cedo perpetuo jure possidendas *T.* baronum
" meorum & episcoporum qui ad ipsam dedicati-
" onem mecum affuere, *Walkelino Wentano* episcopo, *Radulfo Cicestria*, *Osmundo Saresberiensi*,
" *Johanne Bathon*: *Willielmo Dunelm*: *Rogero*
" *Constantiensi*, *Gundulfo Rofensi*, qui omnes, me
" presente & omnibus baronibus meis, excommu-
" nicaverunt & dampnaverunt, quicunque quod
" concesseram illis præsentibus ecclesiæ de *Bello*
" abstulisset, vel ut auferetur auxilio vel consilio
" essent. Et quod nos omnes qui in ipsa dedica-
" tione affuimus concessimus & confirmamus.

Carta regis Henrici *primi.*

" HEnricus Dei gratia rex *Angliæ Radulpho* Ibid.
" episcopo *Cicestriæ* & omnibus baronibus
" suis *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me
" concessisse & confirmasse Deo & ecclesiæ S.
" *Martini* de *Bello* & monachis in ea Deo ser-
" vientibus, omnia dona & omnes venditiones
" terrarum quæ factæ sunt eis in rapo de **Pa-**
" **ttingis**, concedente hoc & confirmante *H.* co-
" mite de *Ango*, scilicet terram de **Dudilande**,
" & de **Bregeselle** quam *Anselmus de Fraxi-*
" *villa* eis vendidit, & terram de **Clesham**, quam
" emerunt de *Geroldo Normanvill.* & totam ter-
" ram atque mariscum ultra **Winteleseg** quæ
" *Willielmus* de sancto *Leodegario* & *Clarem-*
" *baldus* eis concesserunt, tenendum de se & hæ-
" redibus suis. Et terram de **Bocstepe** quam
" *Willielmus* filius *Wiberti* eis dedit in elemosi-
" nam. Volo itaque & præcipio ut benè &
" quietè & honorificè & in pace teneant & ha-
" beant prædictas terras cum pertinentiis suis,
" sicut eis concessæ sunt & à comite *H.* confir-

" mate

" mate liberas ab omni consuetudine terrenæ
" servitutis. Et prohibeo ne aliquis eis inde mo-
" lestus sit super forisfacturam meam. T. *Rogero*
" episcopo *Saresberiæ*, & *Eudone* dapifero &
" *Roberto* de Ver, apud Wlnodesfoze.

Alia carta ejusdem regis.

Ibid. " H Dei gratia rex *Anglia Radulfo Ciceſtren-*
" *si* episcopo, & *Willielmo* filio *Augeri*, &
" omnibus baronibus *Francis* & *Anglis* de *Mud-*
" *sexia* salutem. Scias me concessisse & dedisse ec-
" clesiæ S. *Martini* de *Bello* & monachis ejus-
" dem loci pro excambio de Raving, manerium
" quod vocatur Apeldreham, cum omnibus ei-
" dem pertinentibus, in bosco & in plano, &
" in terra & in aqua, ita liberum & quietum ab
" omnibus omnino consuetudinibus sicut fuit
" quando erat in mea dominica manu. Insuper
" & xl. Sol. quos priùs retinueram in eodem
" manerio de Apeldreham, cum firma de Bose-
" ham eisdem monachis in elemosinam dedi &
" concessi, & præcipio ut amodo quietè & benè &
" liberè in pace eos habeant & retineant imper-
" petuum. Concedo etiam illis ut absque omni
" calumpnia habeant in bosco de Bocsalde; & in
" illo de Betlesparrioc hanc consuetudinem, sci-
" licet ut si ego ponam in illis tres porcos in Pes-
" sun, monachi semper mittant quartum, & reci-
" piant liberè; Et insuper habeant de Pasnage
" quartum denarium; Et si Ego tres quercus ac-
" cepero, monachi quartum accipiant ad domos
" suas emendandas, & de terra eisdem boscis per-
" tinente quartum denarium habeant, & ad nati-
" vitatem Domini quartam gallinam, & de Pan-
" gesmed quartum denarium; & ad Pascha vi-
" ginti & quinque ova. Præcipio etiam super fo-
" risfacturam meam, ut nullus vicecomes vel mi-
" nistri eorum, vel aliquis eisdem monachis su-
" per hiis molestus sit, set ita liberè & quietè ea
" habeant & possideant sicut ego melius &
" quietius tenui in mea dominica manu; sintque
" liberi & quieti monachi & homines illius mane-
" rii eorum de Apeldreham ab omni consuetudi-
" ne cum *faca* & *soca*, & *tol* & theam & Infan-
" gentheof, & *geld* & scottagio & hidagio & dan-
" geldo & opere pontium & castellorum & parco-
" rum & clausurarum & exercituum, & omnibus
" auxiliis & firis & hundredis, & Warpeni &
" lestagio, & latrocinio & murdro & thesauro, &
" warenna & omnibus aliis rebus & placitis &
" querelis. T. *Rogero* episcopo *Saresberia*, & *Ada*
" de Port. apud *Portesmudam*.

Altera Carta dicti Regis *Henrici*.

Ibid. H *Dei gratia Rex* Anglorum, *omnibus vice-*
" *comitibus in quorum vicecomitatibus sancti us*
Martinus *& monachi de* Bello *terras habent salu-*
tem. Mando & præcipio quatinus abbas & mona-
chi de Bello *benè & honorificè & quietè & in pace*
terras suas & omnia sua teneant, scilicet Wi, Al-
frestone, Limeneskelo, & Hou, Brithwol-
dington, Bromham, Craumers *cum omnibus*
appendiciis suis, & Apeldreham *quod eis dedi in*
escambio pro Radinge, *cum* lacha & soca (&c.)
secundum cartam regis Willielmi *patris mei*; *nec*
præsumas quisquam de his violentiam eis inferre
super forisfacturam meam. Teste Rogero *episcopo*
Salesberiæ *apud* Wintoniam.

BREKENOCHENSE

Cœnobium in Wallia, *Cella Abbatiæ de* Bello.

Quædam de loco, & dominis ejus historica.

Ex bibliotheca Cotoniana, [Vitellius F. vii. D. 11.] fol. 26. a.

Le premer conquerur des treys kantrefs de la tere de Brekenoch *estoyt* Bernard *de* Neſmarche, Norman, *al tens le Roy* Henry *fiz* Willame Bastard *conquerur, e Roy de* Engleterre. *Ceci* Bernard *de* Neſmarche *espoſa* Neste *qe fut apele* Agnes, *la file* Griffin *le fiz* Lewelin, *qui out este cruel tirant de* Gales. *E de cele* Neste *engendra* Mael *ke pus estoyt noble chivalir. Mes le heritage de* Brekenoch *en cete manire perdi. Sa mere* Neste *fins son baron ama un chivalir, e a partir de sa mere le bany & ledement le defola. Dunt sa mere grevement a ly se corusa. E apres la mort* Bernard *de* Neſmarche *son baron a la curt* Henry *le veyl sen ala, e devant le Roy e tut son Baronage apertement jura. qe ceti* Mael *nestoyt pas le fiz* Bernard *de* Neſmarche, *mes de un autre chivalir qe ele proama le aveyt consu. Dunt le Rey* Henry *plus per volunte qe per dreyture, a lavandit* Mael *le heritage de* Brekenoch *toliſt, e le dona a la file lavandite* Neste, Sibile *per nun apele, pur ceo qe la mere temonia qe ele fut de son baron* Bernard *de* Neſmarche *engendre, a un noble chivalir de sa meynee* Miles *per noun fiz* Watir *le Conestable de* Gloucestre *e de* Hereford, *of tut le honur de* Brechenoch *dona en mariage.*

Enapres Maud *file lavandit Roy* Henry *emperice de* Rome *dona a lavandit* Mile *le conte de* Hereford *enapres tote la foriſte de* Dene. *Cesty conte* Mile *engendra de lavandite* Sibile *le Conte* Roger *de* Hereford, Henry *le conestable*, Watir *le conestable*, Mael *le conestable e* Willame *le conestable, & treys files*, Margerie, Berte & Lucie. *Des avandites v. fiz nul ne fut apele conte, fors le conte* Roger, *mes les autres quatres se firent apeler conestables, e checun apres autre aveyt la seynurie de* Brechenoche, *e sans heir de sey de ces ſicle sen partirent. Le dreyn de ces sink* Willame *le conestable estoyt le plus felons des autres, & pursuis le eveske de seynt* David, David *le secund, qui nul repos pur ly aver ne pout en sa eveschie, mes sen fui en* Engleterre *la ou il pout de luy en luy. Eschey endementirs qe levandit* Willame *estoyt herbege a* Brentles *en fire* Watir *de* Clifford *un chaſtel, & per mesaventure arderent les mesons de meme cely chaſtel, si chey une pire de la haute tour sur la teſte* Willame *le avandit seygnur de* Brekenoch *& grevement le estona.*

Mentenant envoia il ses messagirs la ou le Eveske de seynt David *estoyt, e hastivement le fiſt a ly venir, e pitusement ly dist. E beu pere Eſveske cruelement se venge de moy nostre seynur, & ne*

ment

ateint pas la converſion al pecheur mes haſte la mort a perdition. Entre cete paroles le premer an de ſa ſeynurie nemye del tut finy le eſperit de ſa qualete rendi. Apres ces ſink fiz qe morirunt tus ſans heyr de ſey, eſchey le heritage al tres files avant nomes, a Margerie Berte *&* Lucie. Margerie *ſe eſpoſa a* Hunfry *de* Boun *ou ſa partie qe eſtoyt le conte de* Pereſoꝛd. Berte *ſe marie a* Willame *de* Brewes *ou tote ſa tere de* Bꝛekenoch. Lucie *ſe maria a* Hereberd *le fiz* Hereberd *ou tote la foreſte de* Dene *& autres teres. Mes ceſti* Hereberd *pur treſpas qe fet aveyt au Roy de* Engletere, Henry *le ſecund fiz le Emperice, le an cely Roy quart, tote la foreſte le rendi & quite clama.*

Apres la mort lavantdit Rey Henry *&* Hereberd, *les heirs Sire* Willame *de* Breuſe, *peyſſiblement ont tote la tere de* Bꝛekenoch *a tut le tens lavantdit Rey* Henry *le ſecund & per tut le tens le Rey* Richard *& al tens le Rey* Johan, *dekes cel tens ke le Rey* Johan Willame *de* Breuſe *& ſes eyrs ſanz acheſon & per ſa volunte & ſanz jugement engeta de* Engletere, *ceo fu le dime an apres ceo ke lavantdit* Willame *de* Brewſe *ont deſconſio* Gwewayn *en* Elveyl *ou eſteynt ocis plus ke MMM.* Waleys. *Le an del incarnation noſtre ſeygnur MCCviij. eſteyt tote* Engletere *entredite & Gales la nevime kalende de* Averil, *& la ſecunde kalende de May apres, ſi priſt le Roy* Johan *les teres & les chateus le avantdit* Willame *de* Brewſe *per ſa volunte demeyné, & le engeta de* Engletere *ou les ſens. E quant il eſtoyt engets en exil, Peres le fiz* Hereberd *pria le Roy* Johan *qe il le grantaſt la terce partie de la tere de* Bꝛekenoch, *ceo eſt a ſauer* Blenteveny *&* Talgar *&* Walecheris *ou les apurtenances a ſa volunte. E apres ceo vint le Eveske* Giles *le* Pereſoꝛd *cum gardayn & plus prechen le avantdit* Willame *de* Brewſe, *e engeta le avantdit le fiz* Hereberd *des avantdite teres pur ceo ke nul dreyt en aveyt. E toſt apres ſi eſtoyt le avantdit Eveske* Gile *reconcile au Roy* Johan. *E le Roy reconit a ly touz ces dreys qe il clama en tote cetes avantdites teres de* Bꝛekenoch, Reynaud *de* Brueſe *ſon frere. Le an apres la mort le Eveske* Gile *ſi morut le Roy, e les teres enapres la mort Eveske* Gile *ſi reſut le avantdit* Reynaud *de* Bruele *& eſpoſa la file* Willame *de* Bruele, *de ke il engendra* Willame *de* Bruele *qe fut apele le jefne.* Reynaud *de* Brueſe *ont la ſeynurie de* Bꝛekenoch *xiij. anz. E apres ſa mort ont la ſeygnurie* Willame *ſon fiz. En meme cel an ſi fut il pris en* Berry, *e apres le ters an fu mene celi* Willame *convive de* Lewylyn *ſeygnur de* Gales *a ſeſte, & per treyſon ocis.*

Ceci Willame *eſpoſa* Eve *la ſeur le Conte* Ricard *le mareſcal & engendra de luy quatre files,* Iſabel, *qe fut eſpoſa a* David *le fiz* Lewelyn *coſyn germayn le Roy de* Engletere Henry, *e* Maud *ke fut eſpoſe a* Roger *de* Mortemer; Eve *ke fut marie a* Willame *de* Kantelez. Elianore *ke fut marie a* Hunfray *de* Boun *fiz fire* Hunfray *de* Boun *Conte de* Pereſoꝛd. *La tere de* Bꝛekenoch *ou tut le Honur demura a* Hunfray *de* Boun *& a* Elianore *ſa femme, dunt* Lewelin *enont grant envie & ou le aielle Conte* Richard *le mareſcal aſeia le chaſtel de* Bꝛekenoch, *Mes confus ſen party. E toſt apres morut* Iſabel *la ſeor eyne ſanz eyr de ſey. Ceo ſige entour* Bꝛekenoch *fut fet le v. an apres la mors fire* Reynaud *de* Bruele *le an del incarnation MCCxxx. e del conqueſt de* Engletere *le an Centime ſeſſante ſetime.*

Charta Bernardi *de* Novo-mercato.

Cart. 15. E. 2. n. 8. per *Inſpeximus.* Vide etiam Pat. 13. H 4. part. 1. m. 5.

"REx archiepiſcopis *(&c.)* Inſpeximus cartam *Bernardi* de *Novo-mercato* in hæc "verba. Sciant omnes præſentes & futuri quod "ego *Bernardus* de *Novo-mercato*, conceſſu do- "mini mei *Henrici* regis, teſtimonioque baro- "num ſuorum, dedi eccleſiæ S. *Martini* de *Bello* "quandam eccleſiam meam apud caſtrum meum "quod eſt ſitum in Walis in *Brecheuio*, quam "ego dedicari feci in honorem S. *Johannis* evange- "liſtæ, pro ſalute & anima ejuſdem domini mei "*Henrici*, & pro anima *Willielmi* regis patris "ejus & matris; & pro ſalute animæ meæ & "uxoris, & filiorum filiarumque & omnium pa- "rentum noſtrorum vivorum & defunctorum. "Hæc autem ſunt quæ ego eidem eccleſiæ dedi, "concedentibus uxore mea & filiis. Dedi enim "eidem eccleſiæ ſuper flumen quod dicitur *Uſ-* "*cha* molendinum unum, & duas partes alterius "molendini ſuper flumen Hodeni, & quinque "burgenſes in caſtro meo; & terram ad u- "nam carucam, juxta caſtrum meum, & duas "alias terras, quarum una vocatur Londeweine, "altera *Coſtinie*, cum ceteris terris circum adja- "centibus, partem quarum dedi eccleſiæ pro e- "ſcambio de Lannuhangel, alteram partem pro "anima *Philippi* filii mei. Præter hæc dedi "quandam vaſtam civitatem quæ voca- "tur Carnoys, & circa eam unam caruca- "tam terræ, & decimam denariorum theo- "lonii & molendinorum meorum, & decimam "panis mei. Hæc omnia quæ nominavi ſunt in "Walis. In *Anglia* verò dedi quatuor eccle- "ſias cum omnibus terris & decimis ad eaſdem "pertinentibus, ſcilicet eccleſiam de Patynge- "ham, eccleſiam de Bodcham, eccleſiam de "*Burchella*, eccleſiam de *Hardintona* & decimam "de Brunethope. *Agnes* verò uxor mea, me "concedente, dedit unum manerium quod voca- "tur *Berintona*. Item in *Gualis* dedi eccleſiæ S. "*Johannis* eccleſiam meam de Talgarth, & ec- "cleſiam de Langoys & capellam meam. Hæc "ſunt autem quæ homines mei dederunt. *Picar-* "*dus* dedit tres carucatas terræ & decimam ſuam "de annona & de omnibus animalibus in *Wallia*. "*Ricardus Cenomannicus* unam carucatam terræ, "*Haroldus* unam carucatam terræ, *Walterius* de "*Crepus* decimam ſuam de Lanſefred, & in *An-* "*glia* eccleſiam de *Cliberia*, & quicquid ad eam "pertinet. *Wlgerius* decimam ſuam rectam in "*Gualis*. *Walterius* de *Linthalla* unum burgen- "ſem. *Rogerus* de *Baſchevilla* unum burgenſem. "*Willielmus* filius *Giroldi* unum burgenſem. *Ro-* "*bertus* de *Eurois* unum burgenſem. *Ricardus* "filius *Radulfi* dedit eiſdem monachis terram *Fir-* "*mini*, & terram *Radulfi Cornuti*. Hæc omnia "quæ hic continentur ſcripta confirmo ego *Ber-* "*nardus*, & concedo ut eccleſia teneat & mona- "chi ita benè & quietè & honorificè cum omni- "bus conſuetudinibus ſicuti ego de domino *Hen-* "*rico* rege teneo.

Charta

Charta Rogeri *comitis* Herefordiæ.

Ibidem. "SCiant presentes & futuri quod ego *Rogerus*, "comes *Herefordiæ*, dedi & concessi Deo & "ecclesiæ sancti *Johannis* de Brechnoch, & mo- "nachis ibidem Deo servientibus, pro salute ani- "mæ meæ, & omnium antecessorum & successo- "rum meorum, Inprimis hanc libertatem, ut Prior "& conventus habeant curiam suam per omnia "& omnes libertates quas habere debent ex dig- "nitate suæ matris ecclesiæ. Dono etiam eis to- "tam terram sancti *Peulini* apud *Maram*, & in "*Mara* piscationem per tres dies singulis septima- "nis, & singulis diebus in Adventu et in Quadra- "gesima liberè et quietè sine alicujus impedimen- "to vel contradictione. Dono etiam prædictis "monachis omnes decimas pullanorum meorum, "et vitulorum et agnorum, et caseorum, et lanæ "et lini et omnium rerum unde decimæ proveni- "re poterunt, de omnibus foretis meis per totum "Honorem totius *Brechoniæ*, et totam decimam "totius villæ meæ de *Brechonia*, et decimam to- "tius expensæ in dominicis meis sive assim sive "absim; Et decimam lardarii de *Haya*. Dono "etiam ad augmentum donorum meorum deci- "mam omnium vaccarum de donis *Wallensium*, "& decimam prædarum quas super inimicos meos "accipere potero, & communem pasturam per "totam terram de *Brechonia*. Omnes etiam do- "nationes quas *Bernardus* de *Novo mercato* eidem "ecclesiæ contulit, concedo et hac præsenti carta "mea confirmo, scilicet molendinum unum situm "super flumen quod dicitur *Husca*, & duas partes "alterius molendini super flumen *Hotheni*. Præ- "ter hæc quandam vastam civitatem quæ vocatur "*Chaer* cum omnibus ad eam pertinentibus, in "boscо et plano, in pratis, in pascuis, in viis, in "semitis, in aquis & in piscationibus, et flumine "Hesekyr usque ad Glendi per magnam viam "quæ tendit versus *Brechoniam*, & inde sicut "Glendi descendit in moram & amnim qui ex al- "tera parte descendit in moram de subtus per me- "dium cacumen montis usque ad sursam alterius "rivi qui est in latere montis versus *Huscam* et "inde sicut idem rivus descendit in *Huscam*, & du- "as carucatas terræ cum bosco ad eam pertinente, "& ecclesiam de Bodeham, et ecclesiam de Pa- "tingeham et ecclesiam de Talgar, et ecclesiam "de *Mara*, et omnes alias donationes quas idem "*Bernardus* avus meus prædictæ ecclesiæ donavit, "in hominibus, in terris, in ecclesiis et in cæteris "possessionibus, Sigilli mei et baronum meorum "testimonio confirmo. His testibus *Waltero* "fratre meo, *Jordano* archidiacono, *Davide* de- "cano, *Banderun*, *Waltero* de Cliffozd, *Roberto* "de Candos, *Humfrido* filio *Odonis*, *Hugone* "Forestario, *Radulfo* de *Baskevilla*, et *Roberto* "fratre ejus, *Rogero* de *Chinlet*, *Olivero* de Bune- "sope, *Reginaldo* de Weldebef, *Thurstano Bret* "et *Roberto* fratre ejus, *Seer Hagurner*, (&c.)

Alia ejusdem comitis Charta.

Ibidem. "NOtum sit omnibus, quod ego *Rogerus*, "comes *Herefordiæ*, pro salute animæ "meæ (*&c.*) confirmavi monachis meis de *Bre-* "*chonia* curiam suam de omnibus hominibus suis "& terris & possessionibus, et omnibus rebus "suis liberam & quietam, & decimam totius pa- "nis et potus expensæ de castello *Brechonia* et "de *Haya*, & de ceteris dominiis meis per totam "*Brechoniam*. Et si pro subtractione, vel dilatio- "ne ministrorum nostrorum melius solverint lo- "co prædictæ decimæ, concedo eis decimam to- "tius bladi mei ad hostia grangiarum apud castel- "lum de *Brechonia* et apud *Talgar* et *Hayam*, et "omnium leguminum post primam decimatio- "nem, quæ ecclesiis quibus prius data fuerat in pa- "ce firma maneat; Et si quæ terra vel maneria, "de Honore de *Brechonia* in meum dominium "aliquo casu devenerint, hoc idem in eis mona- "chi mei prædicti habeant. Si verò summagium "portatum fuerit in terram meam de *Brechonia* "de dominiis meis ab *Anglia*, decimam habeant "inde undecumque fuerit. Præterea dono & con- "cedo sepedictis monachis meis has ecclesias, sci- "licet ecclesiam de *Talgar*, & ecclesiam de *Mara*, "et ecclesiam de *Haya*, et ecclesiam de S. *Ethon*, "et ecclesiam de Langelen, et illam de Kethe- "vin, quæ omnes sunt *Wallias*. In *Anglia* verò "dedi eisdem monachis meis quatuor ecclesias, "scilicet illam de Patingeham, et illam de Bo- "deham, et illam de Burchulle, et illam de "*Hardintuna* cum omnibus ad omnes prædictas "ecclesias pertinentibus. Dono etiam eis omnes "decimas omnium placitorum, tolnetorum, do- "norum, lucrorum, redditum de *Brechonia* "provenientium, & omnium rerum et bonorum "quæ ego adquisiero in *Wallias*, & piscationem "trium dierum in *Mara* per ebdomadam, & om- "nibus diebus in *Adventu* & *Quadragesima*. "Concedo etiam dictis monachis meis liberã pa- "sturam omnibus animalibus suis in foretis meis "per totum Honorem de *Brechonia*, & decimas "vaccarum de donis *Wallensium*, similiter cum "omnibus libertatibus, & liberis donationibus, & "liberis consuetudinibus quas antecessores mei e- "is dederunt, cum omnibus etiam libertatibus "quas habet ecclesia sancti *Martini* de *Bello* in "omnibus rebus, sicut carta domini mei regis "*Henrici* testatur. His testibus *Waltero* fratre "comitis, *Waltero* de Cliffozd, *Radulfo* & *Roberto* "de *Baschervilla*, *Osberto* filio *Hugonis*, *Willielmo* de *Bealchamp*, *Reginaldo* de Oldebef, *Ro-* "*gero* de *Burchull*, *Hugone* de *Hesla*, *Waltero* "de *Ferna*, *Willielmo* clerico, *Jestin Trahern* & "multis aliis.

Tertia ejusdem comitis Charta.

"NOtum sit omnibus presentibus & posteris, "quod ego *Rogerus* comes *Herefordiæ*, con- "cedo (*&c.*) ecclesiæ sancti *Johannis* de *Brecho-* "*nia* (*&c.*) liberam curiam suam in omnibus, "cum quadã vasta civitate quæ vocatur Carneys "scilicet de Aberheskir usque Kilinot & Lan- "wern usque Pantsilidin. Præterea concedo "eis omnia molendina de parochia de *Brechonia*, "cum tota multura, & cum omnibus consuetu- "dinibus & libertatibus & pertinentiis suis. Te- "nendum & habendum liberè & quietè sicut ego "eam unquam liberiùs & meliùs in meo dominio "habui, & ita scilicet quod non liceat alicui mo-

" lendinum facere vel habere infra fines de paro-
" chia nisi ipsis monachis. Concedo etiam eis ter-
" ram *Osmundi* de *Travelia* totam, & juxta illam
" unam aliam terram quæ fuit *Ricardi Gulafre* to-
" tam, scilicet usque Wennitersin, & totam ter-
" ram quæ vocatur Mont, & terram illam quæ
" fuit *Walkelini Vis* de Lu, scilicet de Pentena-
" vel usque ad castellum *Weinardi*, in bosco &
" plano, & omnibus ad eas pertinentibus. Dono
" insuper dictis monachis has ecclesias, scilicet ec-
" clesiam de Talgar, & ecclesiam de *Mara*, &
" ecclesiam de *Haya*, & illam de sancto *Egion*, &
" ecclesiam de Langelen & illam de Bethedi,
" quæ omnes sunt in *Wallia*.

" In *Anglia* verò dedi eis ecclesiam de Patinge-
" ham, & ecclesiam de Bodeham, & illam de
" Burchulle, & illam de *Hardintona* cum omni-
" bus pertinentiis suis, & decimas omnium pro-
" ventuum placitorum, tolnetorum, donorum,
" lucrorum, & redditurum meorum, & totius
" panis & potus expensæ de castello *Brechoniæ* &
" de *Haya*, & de cæteris dominiis mei per totum
" Honorem *Brechoniæ*, sive assim sive absim, & de-
" cimam omnium rerum quas adquisiero in *Wal-*
" *lia*, & piscationem trium dierum in *Mara* per
" ebdomadam, & omnibus diebus in *Adventu*,
" & *Quadragesima*, & liberam pasturam omni-
" bus animalibus suis in forestis per totam *Bre-*
" *choniam*, & decimas vaccarum de dono *Wallen-*
" *sium*.

" Has, & omnes donationes & concessiones,
" quæ in hac carta, & in aliis cartis meis vel an-
" tecessorum meorum continentur, eis concedo
" liberè & quietè in puram & perpetuam ele-
" mosinam. Testibus *Francigenis*, *Anglicis* &
" *Wallicis* curiæ meæ de *Brechonia*.

Quarta ejusdem comitis charta.

Ibid. " NOtum sit præsentibus & futuris quod
" ego *Rogerus*, comes *Herefordiæ*, dedi &
" hac carta confirmavi monachis de *Brechonia*, pro
" salute animæ meæ & omnium antecessorum
" & successorum meorum Lanwerne usque
" Peristidyn, & usque Yetleye & Baher, à flu-
" mine Yeskir usque Glendi & inde usque
" Rilemut, & terram quæ fuit *Walkelini Vis* de
" Lu de Pentenavel usque ad castellum *Way-*
" *nardi*, & terram *Ricardi Gulafre* de Travele
" usque Wennitersin, & inde usque Lattewre-
" chin, & xl. acras quas *Stephanus* de *Benin* me
" præsente eis dedit, liberas & quietas ab omni
" exactione & terreno servicio. Concedo etiam
" prædictis monachis decimas reddituum & pla-
" citorum & donorum meorum, & liberam pa-
" sturam animalibus suis in forestis meis, & deci-
" mas porcorum de panagio meo & vaccarum de
" donis *Wallensium* apud Talgar, apud *Brecho-*
" *niam*, & decimas molendinorum meorum &
" omnium lucrorum per totum Honorem totius
" *Brechoniæ*. Concedo etiam eis liberam curiam
" suam cum omnibus libertatibus quas habet ec-
" clesia sancti *Martini* de *Bello* sicut carta do-
" mini mei regis *Henrici* testatur. (*&c.*)

Charta *Maiheli* de Hereford.

Ibid. NOtum sit omnibus tam clericis quam laicis *præsentibus & futuris, quod ego* Maihelus *de* Hereford *pro salute animæ meæ, & pro animâ patris mei & matris meæ, & fratrum & antecessorum meorum, dono & concedo ecclesiæ sancti* Johannis *de* Brechonia *& monachis ibidem Deo servientibus, & hanc præsenti carta confirmo, quicquid* Bernardus *de* Novo-mercato *avus meus & homines ipsius eidem ecclesiæ contulerunt, & quæ* Milo *pater meus dedit, & quicquid fratres mei* Rogerus *comes*, & Walterus *constabularius*, & Henricus *& homines eorum eidem ecclesiæ concesserunt, & cartis suis confirmaverunt, in ecclesiis, in decimis, in terris, in hominibus, in molendinis, in aquis, in bosco, & plano, in libertatibus, & liberis consuetudinibus, quæ omnia confirmavi cum sigilli mei munimine in carta* Henrici *fratris mei.*

Præterea concedo eidem ecclesiæ capellam de castello Brechoniæ *quam avus meus* Barnardus *priùs eis concessit, cum domibus illis & dignitatibus quæ pater meus* Milo *comes eidem capellæ dedit in dedicatione ipsius; videlicet duos solidos ad luminare in capella, & corredium capellani cum clerico suo, & scolam de* Brechonia *quæ propriè pertinet matri ecclesiæ. Et insuper tres solidos de feria annuatim ad festum sancti* Johannis Baptistæ *ad lumen ecclesiæ emendum; ita quod cum illis duobus solidis quos pater meus* Milo *comes ad luminare ejusdem ecclesiæ similiter dedit, sint quinque, & hoc pro* Godefrido Coco *quem* Henricus *frater meus fecit monachum, qui nostris antecessoribus honorificè servivit usque ad monachatum. Hujus concessionis testes sunt* Thomas *Prior de* Lantoeni *de* Elwias, & Radulphus *Colerarius*, Humfridus de Bulun *nepos meus*, Walterus *de* Cliffort, Radulfus *de* Batchevilla, Rogerus *dapifer de* Burchell, Willielmus *de* Pinters, Willielmus Torel, Reinaldus Crocun, Robertus *de* Baschevill, Willielmus Loemer, Radulfus *de* Matin, Rogerus Bret, Will. Picart, Will. Weldeboet. (*&c.*)

Charta *Willielmi* de *Braiosa.*

Ibid. SCiant omnes *presentes & futuri, quod ego* Willielmus *de* Braiosa, *pro salute animæ meæ & antecessorum meorum, inprimis do corpus meum ecclesiæ sancti* Johannis *apostoli & evangelistæ de* Brechonia, *quocunque loco sive in* Anglia *sive in* Wallia *Deo disponente finiero, quia hæc est ecclesia quam pra cæteris diligo, & in sanctum* Johannem *post Deum & sanctam* Mariam *majorem fiduciam habeo. Cum donatione corporis mei concedo eidem ecclesiæ sancti* Johannis *& monachis ibidem Deo servientibus, quicquid antecessores mei* Bernardus *de* Novo-mercato *fundator ipsius ecclesiæ, & homines ipsius, &* Milo *comes, & avunculi mei* Rogerus *comes* Herefordiæ, Walterus, Henricus, Maielus, *& homines eorum huic ecclesiæ sancti* Johannis *dederunt & cartis suis confirmaverunt, in ecclesiis & pertinentiis earum, in decimis, in terris, in hominibus, & possessionibus, in bosco & in plano, in molendinis, in piscationibus, in libertatibus omnibus & liberis consuetudinibus, quas ex se debet habere, vel ex dignitate sua matris ecclesiæ*

secundum

secundùm cartam domini mei regis Henrici *& antecessorum suorum. Hæc omnia ecclesiæ sancti* Johannis *& conventui ipsius concedo & perpetuo jure sibi possidenda.*

Hanc cartâ confirmo, & ipsam cartam sic confirmatam, multis testibus tam clericis quàm laicis, cum corpore meo super altare sancti Johannis *represento, & ejus custodiæ me vivum & mortuum fiducialiter ex hac hora committo. Unde omnes rogo qui mihi fidem debent & amorem, ut hanc ecclesiam libenciùs diligant, & manuteneant, & rebus ipsius ubique pro Dei amore consilio & auxilio diligentiùs subveniant. Et notum sit omnibus quod ex proprio dono concedo cum corpore meo hanc libertatem, quod omnes homines ecclesiæ sancti* Johannis, *tam burgenses, quàm alii, sint liberi & quieti de shiris & hundredis, & placitis & omnibus querelis; & si aliquis deprehensus fuerit latrocinio, vel aliquo modo convictus, catalla ipsius sint ecclesiæ & monachis, & sola justicia mortis & membrorum sit michi & ministris meis. Testibus his,* Waltero *de* Clifford, Will. *de* Wellebuf, & Roberto *de* Vascavill, (&c.)

Charta Herberti *filii* Petri.

Ibid. "SCiant præsentes & futuri, quod ego *Herbertus* filius *Petri* concessi & hac præsenti "carta mea confirmavi, pro me & hæredibus meis "& pro salute animæ meæ, & antecessorum & "hæredum meorum, in liberam puram & perpe"tuam elemosinã, Deo & ecclesiæ sancti *Johannis* "*Evangelistæ* de *Brechonia*, & monachis ibidem "Deo servientibus & servituris, piscationem in "*Mara* tribus diebus in ebdomada, & cotidie in "quadragesima & cotidiè in Adventu cum una "cimba. Concessi etiam totam terram de Pen"tenabel, & totam terram sancti *Penlini*, quæ "annuatim eisdem monachis unam marcam red"dere solebat, & purprestruram terræ juxta vil"lam *Walkelini*, quam iidem monachi assartave"runt, liberas & quietas, unde fuit dissensio inter "patrem meum & ipsos monachos, & postea con"cordia facta fuit. Præterea concessi & confir"mavi eisdem monachis redditus quinque mar"carum quas recipere debent annuatim nomine "decimarum proventuum & expensarum ca"stri mei de Blayni. ad tres anni terminos; sci"licet ad festum S. *Michaelis* xxij.s, iij.d. & ad "carnipricium viginti & duos sol. & tres denar. "& ad festum sancti *Ethelberti* xxij.s. ij.d. Con"cessi etiam spontanea voluntate mea quod meus "ballivus in partibus meis de *Brecenia*, quicunque "ille fuerit, absque omni contradictione senten"tiam excommunicationis incurrat si à solutione "dictarum quinque marcarum in toto vel in par"te ad prædictos tres terminos cessaverit. Con"cessi etiam & confirmavi pro me & hæredibus "meis triginta acras terræ cum pertinentiis quas "*Isabella*, filia *Gileberti*, quondam uxor *Laurentii*, dictis monachis dedit & confirmavit, & sex "acras terræ cum pertinentiis quas *Matill.* de Pas"gurner eisdem monachis dedit & confirmavit, "Et quinque acras terræ cum pertinentiis quas "*Margareta* filia *Segeri le Hagurner* eisdem "monachis dedit ad sustentationem paupe"rum. Et sex acras terræ quas *Alicia* de "Putangle eisdem dedit ad sustentationem pau"perum, & quatuor acras terræ quas *Matillis* "*le Hagurner* eisdem cum corpore suo legavit, "& duas acras terræ quas *Willielmus le Surdival* "eisdem cum corpore suo legavit. Concessi eti"am dictis monachis triginta & novem acras ter"ræ cum pertinentiis quas *Margareta* filia *Se*"*geri le Hagurner* eisdem dedit, quas salvo jure "cujuslibet eisdem monachis confirmavi. Et quia "volo quod hæc mea concessio & cartæ meæ con"firmatio firma & stabilis imperpetuum perma"neat, præsentem cartam sigilli impressione con"firmavi. His testibus domino *Reginaldo* filio "*Petri*, & domino *Roberto le Wafre*, domino *Re*"*gero Pycard*, domino *Petro* de Wacevil, do"mino *Johanne* de Waldesef, domino *Willielmo* de Turbervill, domino *Nicholao* filio *Ar*"*naldi*, domino *Johanne* de Gynes, domino "*Matheo Croc*, *Galfrido* clerico (*&c.*)

Charta Johannis *filii* Reginaldi.

Ibid. "SCiant præsentes & futuri, quod ego *Johannes* filius *Reginaldi*, dominus de Blamlo"veny & de Dynas, concessi & hac præsenti "carta mea confirmavi, pro me & hæredibus meis, "(*&c.*) Deo & beatæ *Mariæ* & ecclesiæ sancti "*Johannis evang.* de *Brecenia* & monachis ibidem "Deo servientibus & servituris, quod habeant "liberam curiam suam de omnibus hominibus "suis de omnibus querelis & attachiamentis qua"litercunque contingentibus; hoc excepto, quod "nos & hæredes nostri habeamus attachiamenta "& placita de venatione in curia nostra de Mal"garth, & de viridi bosco de hominibus dicto"rum religiosorum, dum tamen infra bundas "forestæ nostræ de Talgarth attachiari possint "per forestarios nostros juratos, secundùm quod "consuetum & usitatum fuit temporibus ante"cessorum nostrorum. Concedo etiam pro me "& hæredibus meis supradictis monachis & eo"rum successoribus, quod habeant communem "pasturam omnimodis animalibus suis propriis "per totam forestam nostram de Talgarth, ex"ceptis parcis nostris clausis. Concedo etiam su"pradictis monachis duas acras terræ ad ædifi"candum & ad recectandum dicta animalia sua "apud Cronewaur juxta Frundlas. Concedo "etiam dictis monachis pro me & hæredibus meis "decimam pullanorum nostrorum & hæredum "nostrorum de equitiis nostris ubicunque in terra "de Talgarth existentibus. Et quia volo quod "hæc mea donacio, & cartæ meæ confirmatio "rata & stabilis imperpetuum permaneat, huic "præsenti scripto sigillum meum apposui. His "testibus domino *Lewelino* de *Pola*, domino *Re*"*gero Pycard*, domino *Johanne le Brut*, domino "*Ricardo le Brut* militibus, *Galfrido Clement* (&c.)

ARMETHWAYTENSE
cœnobium in comitatu Cumbriæ.

Carta fundationis.

Pat. 20 E. 4. part. 1. m. 4. per Inspex.

WIllielmus Dei gratia Rex *Anglorum* & dux *Normannorum* omnibus suis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem. Sciatis quod nos, ex mero motu nostro, & intuitu caritatis fundavimus construximus & imperpetuum ordinavimus in puram & perpetuam elemosinam unam domum & monasterium nigrarum monialium ordinis S. *Bened.* in honore *Jesu Christi* ac beatæ *Mariæ* virginis pro animabus progenitorum nostrorum & omnium Christianorum, prout situatur juxta aquam vocatam **Croglyn** in comitatu *Cumbriæ*. Etiam dedimus & concessimus monialibus ibidem duas acras terræ super quas prædicta domus & monasterium situantur. Et etiam dedimus & concessimus eisdem monialibus tres carucatas terræ & decem acras prati cum omnimodis communiis, boscis, & vastis eisdem tribus carucatis terræ quovismodo pertinentibus, jacentibus juxta monasterium prædictum.

Etiam dedimus & concessimus eisdem monialibus & successoribus suis imperpetuum ducentas & sexdecem acras terræ existentes infra forestam nostram de **Ingilwode**, jacentes ex parte boriali cujusdam aquæ vocatæ **Carnwadelyn** cum omnibus boscis profituis & commoditatibus super easdem existentibus sive unquam postmodum crescentibus. Etiam concessimus eisdem monialibus communiam pasturam cum omnibus animalibus suis pro se & suis ibidem tenentibus per totam forestam nostram de **Ingilwode**, capiendis ibidem sufficientem maeremium pro omnibus suis ædificiis quandocunque & quotiescunque necesse fuerit, per deliberationem forestariorum nostrorum, sive eorum unius, ibidem existentium. Et etiam concessimus & confirmavimus eisdem monialibus & successoribus suis quendam annuum redditum xl.sol. annuatim percipiendorum imperpetuum de tenementis nostris in villa nostra de **Karlile**, solvendorum eisdem monialibus & successoribus suis per manus custodis nostri villæ de **Karlile** prædictæ ad festa *Pentecostes* & sancti *Martini* in yeme per equales portiones. Et etiam concedimus pro nobis & hæredibus nostris quod prædictæ moniales, tenentes, & sui servientes liberi sint de tolneto pacando per totum regnum nostrum *Angliæ* pro aliquibus bestiis sive rebus quibuscunque per eas sive eorum aliquem tenentem seu servientem imposterum emendo. Et etiam concedimus & confirmavimus quod monasterium & domus prædicta cum prædictis tribus carucatis, duabus acris terræ, cum decem acris prati, in omnibus libera sint & habeant omnes libertates suas simili modo sicut conceditur nostro monasterio de **Westmynster**, absque vexatione molestatione sive aliqua inquietatione, seu lesione aliquorum vicecomitum, escaetorum, ballivorum, sive aliquorum ministrorum seu ligeorum nostrorum quorumcunque. Et etiam concedimus eisdem monialibus communam pasturæ cum animalibus suis infra villam & communiam de **Aynstaplyth** cum liberis introitu & exitu. Necnon concedimus quod prædictæ moniales liberæ sint per totam terram suam pro quibuscunque tenentibus, & liberam habeant warennam tam pro lectis curiarum nostrarum quàm in aquis boscis, terris, planis, seu metis suis eidem monasterio spectantibus seu quovismodo pertinentibus. Habenda tenenda & occupanda omnia & singula prædicta recitata præfatis monialibus & successoribus suis imperpetuum de nobis & hæredibus nostris in puram & perpetuam elemosinam spontanea ita voluntate & concessione **As hert may it thynk or ygh may it se**. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud *Westm.* sexto die mensis Januarii anno regni nostri secundo.

Carta regis Edwardi *tertii.*

REx omnibus ad quos &c. salutem. Volentes dilectis nobis in Christo, Priorissæ, & monialibus de **Ermitwait**, in comitatu *Cumbriæ*, quarum terræ, tenementa, & redditus, per querram *Scociæ* multipliciter destructæ existunt, & vastatæ, gratiam facere specialem, pardonavimus eisdem Priorissæ, & monialibus, illas decem libras, quas nobis reddere tenentur, pro victualibus tempore domini *Edwardi*, nuper regis *Angliæ* patris nostri, per ipsas ad *Karliolum* emptis, & ipsas de eisdem decem libris, tenore præsentium, quietamus. In cujus rei testimonium (*&c.*) Teste rege apud *Westmonasterium* sextodecimo die Octobris. Paten. an. 5. E. 3. memb. 5.

Carta Regis Edwardi *quarti de hujus cœnobii possessionum ratificatione.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Sciatis qd. nos ex lamentabili insinuatione Priorisse monialiũ domus sive prioratus de **Armythwhayte**, in comitatu *Cumbriæ*, prope marchias *Scotiæ* situati & edificati, accepimus qualiter domus sive prioratus prædictus, quæ de fundatione inclitorum progenitorum nostrorum quondam regum *Angliæ* & nostro patronatu existit, per inimicos & adversarios nostros *Scotiæ* in domibus, clausuris, & aliis edificiis totaliter destructus & devastatus, ac de rebus, reliquiis, ornamentis ecclesiasticis, libris, & aliis jocalibus spoliatus extitit, & quod deterius est, omnia carta, scripta, donationes, literæ patentes, aliaque evidentiæ & munimenta dictum prioratum & possessiones ejusdem, per dictos progenitores eidem prioratui antiquitus datæ & collatæ concernentia, per dictos adversarios nostros combusta asportata & alias elongata fuerunt, sicque magna pars possessionum prædictarum ab eadem domo, sive prioratu substracta alienata & detenta existit, eoque pretextu status & proventus ejusdem domus sive prioratus adeo diminuuntur, quod nunc Priorissa, & moniales in domo sive prioratu prædicto existentes non habent unde vivere, ac divina officia Pat. 13. E. 4. part. 1. memb. 13.

cia

cia, & obsequia, ac hospitalitatem aliasque pietatis opera ab olim ibidem laudabiliter instituta fundata & stabilita sustinere facereque valeant aut supportare, quinimo oportebit easdem Priorissam & Moniales domum sive prioratum prædictũ egestate causante infra breve relinquere, ac divina officia, & alia opera prædicta ibidem penitus cessare, ac vota dictorum progenitorum nostrorum fundatorum suorum totaliter effectu destitui & defraudari, nisi per nos caritativè subveniatur eisdem. Unde eedem Priorissa & Moniales nobis humillimè supplicarunt, ut nostram munificentiam regiam eis in hac parte gratiosè exhiberi voluimus.

Nos præmissorum consideratione, earumque inopiam & egestatem, pio compatientes effectu, in augmentationem divini cultus, & ut eedem Priorissa & moniales pro bono statu nostro, & *Elizabethæ* consortis nostræ, *Edwardi*que præcarissimi filii nostri primogeniti, ac pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, & pro animabus dictorum progenitorum nostrorum apud altissimum specialiùs deprecentur, & exorent; Ac etiam, ut vota & intentiones ipsorum progenitorum nostrorum debitum sortiantur effectum, de gratia nostra speciali volentes securitati, & quieti dictarum priorissæ & monialium, & successorum suarum gratiosè providere, titulum, statum, possessionem, quos eadem nunc priorissa & moniales habent in domo, sive prioratu prædictis, ac in terris, tenementis, redditibus & possessionibus, & cæteris suis pertinentiis quibuscunque, quæ habent ex donatione, concessione, & fundatione, confirmatione, sive ratificatione aliquorum progenitorum nostrorum, seu aliorum quorumcumque, & specialiter cujusdam antiqui clausi vocati le Connecloſe; pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est, acceptamus, approbamus, ratificamus & confirmamus. Et ulterius Prioratum prædictum & cætera præmissa cum pertinentiis eisdem Priorissæ & Monialibus, & successoribus suis, quantum in nobis est, damus & concedimus. Habendum sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum; cum suis juribus & pertinentiis quibuscunque, juxta primariam fundationem earundem.

Nolentes quod eedem priorissa & moniales, vel successores suæ prædictæ super possessione suæ domus sive prioratus prædictæ, & cæterorum præmissorum, cum pertinentiis per nos, vel hæredes nostros, justiciarios, escaetores, vicecomites, seu alios ballivos & ministros nostros quoscunque futuris temporibus occasionentur, impetantur, inquietentur, vexentur, perturbentur, molestentur in aliquo, seu grauentur, aliquo statuto, actu sive ordinatione in contrarium facto, non obstante; Absque fine seu feodo, nobis pro literis nostris prædictis, aut aliqua alia causa præmissa quovismodo concernente aliqualiter capiendis faciendis sive solvendis. In cujus &c. T. R. apud *Westmonasterium* ix. Aprilis.

BELLI-LOCI
cœnobium in agro Bedfordiensi, *cella sancti* Albani.

Prima charta Prioratus de Bello-loco, Roberti *scil. de* Albencio.

Ex regiſtro abbatiæ S. *Albani* in bibl. *cottoniana.* fol. 128. b.

"HÆc est donatio & confirmatio cellæ de Hoddy. *Robertus* "de *Albencio* gratia Dei, & "assensu consilioque *Secilia* "matris suæ, necnon suorum "fidorum hominum, & amico- "rum, dedit Deo & sancto "*Albano* ecclesiam sanctæ *Mariæ*, quam *Ra-* "*dulfus* heremita constituerat in heremitorio "de Hoddy; dedit, inquam, & confirmavit "ipsam ecclesiam sancto *Albano* in cellam, cum "omnibus ad eam pertinentibus quæ videlicet, "hic scripta sunt.

"Imprimis heremitorium de Hoddy totum, "in assartis, & bosco, & cæteris quæ ad illud "pertinebant die qua *Henricus* de *Albineio*, pa- "ter hujus *Roberti* fuit vivus & mortuus, cum "bosco, quod ipse *Robertus* & mater sua *Secilia* "dederunt supradictæ ecclesiæ quando dedicata "est, in dotem, cum molendino de Turnehale "cum terra & prato ad illud pertinentibus, & "cum bosco quod postea addiderunt, & una "insula prati, quæ est inter prædictum molen- "dinum, & domum quæ ad illud pertinet; "Item ecclesia de Helebyc, quam priùs dede- "rat *Nigellus del* Walle, & postea *Henricus* "de *Albineio* concesserat, cum una hida terræ, "& dimidia virgata; ista libertate, quod pecu- "nia viva campestris de propria curia monacho- "rum de Helebyc pascentur cum dominica "pecunia domini, & habebunt quietum pasnagi- "um porcorum suorum illinc; Item decem a- "cræ terræ de Stepehell quas ipse *Robertus* "obtulit super altare memoratæ ecclesiæ de "Hoddy in die festi sancti *Machuti*. Item ec- "clesia de *Rinethella* cum omnibus ad eam perti- "nentibus. Item ecclesia de *Clophella*, cum "duabus virgatis terræ & cæteris omnibus quæ "ad eam pertinent, præter illa quæ sunt mona- "chorum de Warengefoyd, id est, duæ partes "totius decimæ de dominio domini; & in bos- "co de *Clophella* pastio quadraginta porcis, sine "pasnagio. Item in *Clophella*, sive Caenho, pastura "decem bobus cum dominicis bobus domini, & "centum ovibus cum dominicis ovibus domini, "& communis pastura cæteræ pecuniæ mona- "chorum, si quam habuerunt, vel ipsi, vel homi- "nes illorum; necnon mansio quædã de dominio "domini juxta monasterium de *Clophella*, quam "monachi sibi ipsis ædificent. Item quindecim "acræ terræ propter servitium capellæ de Caen- "ho, tribus diebus in hebdomada. Item una vir- "gata terræ, cum dimidia unius cotlandi tota, "sicut fuerat *Walteri* Fabri, quam *Radulfus* fi- "lius *Roberti* vendidit monachis pro quatuor "marcis argenti, & una marca auri, & una "suc, & sex summis bladi, & juraverunt super

" altare ipſe, & filius ejus *Richardus*, quod nun-
" quam deinceps pro illa terra aliquid à mona-
" chis requirerent. Item dimidia virgata terræ
" quæ fuit *Wincardi*, cum ipſo *Wincardo*.

" Et ſi aliquando, Dei aſpiratione, ipſe do-
" minus *Robertus*, vel aliqui ex hominibus ejus
" Honoris, dederint prædictæ eccleſiæ, ſive de
" terris ſuis, ſive de aliis rebus, hac eadem con-
" firmatione firmum erit & ſtabile. Et ipſe qui-
" dem *Robertus* & *Nigellus* frater ſuus, & *Secilia*
" mater eorum effecti ſunt fratres eccleſiæ ſancti
" *Albani* pleniter ut monachi ejuſdem eccleſiæ.
" Hoc etiam ſciendum, quod homines mona-
" chorum **Hodzienſium**, erunt quieti ab ope-
" ribus tam regis quam domini, niſi ipſi mona-
" chi ſponte voluerint eos præſentare. Hæc om-
" nia, cum omnibus ad ea pertinentibus dedit
" & confirmavit ipſe dominus *Robertus* Deo
" & ſancto *Albano* in capitulo ſancti *Albani*, &
" poſt capitulum obtulit ſuper magnum altare,
" per unum cultellum, ſoluta & quieta ab om-
" nibus conſuetudinibus & ſervitiis regis & ſuis,
" & ſucceſſorum ſuorum, & omnibus aliis rebus,
" præter ſervitium Dei pro anima ſua, & pro ani-
" mabus patris & matris, & aliorum parentum
" ſuorum, coram abbate *Galfrido*, & monachis, &
" teſtibus his, ſcilicet *Willielmo* filio *Nigelli*, *Willi-*
" *elmo Travaill* dapifero, *Richardo* Scriptore, *Ra-*
" *dulfo Malſerus*, *Radulfo* filio *Roberti*, & *Ri-*
" *chardo* filio ejus, *Rogero* de *Standena*, *Rogero*
" de **Pelacheſhell**, *Ailberto* de **Cleneſtou** ex
" parte ejuſdem *Roberti*. Ex parte autem ſancti
" *Albani*, *Thoma* preſbitero de **Langele**, *Ro-*
" *gero* de *Crocaſtea*, & *Richardo* filio ejus, *Johan-*
" *ne* de **Chidwic**.

Alia charta Roberti *de* Albenio.

Ibidem fo. 129.

" NOtum ſit omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis &
" fidelibus tam futuris, quàm preſentibus,
" quod ego *Robertus* de *Albenio* Deo inſpirante,
" conceſſi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de
" *Bello-Loco*, quam in parco meo de **Turne-**
" **hall** conſtitui, & monachis quos ibi ad ſervi-
" endum Deo collocavi, pro ſalute animæ meæ,
" & animæ patris & matris meæ, & fratrum &
" ſororum, & parentum & amicorum meorum,
" liberè, & ſolutè, & quietè ab omni ſæculari ſer-
" vitio & exactione, in feodo, & perpetua ele-
" moſina, terram quæ vocatur **Guhardeſlete** &
" boſcum de *Haſeldena*, ſicut parcum antea fuit
" clauſum, vel ad boſcum ipſorum monachorum
" de *Bello-Loco*, & totum dominium meum
" de **Walhege**, & totam terram juxta *Eugene-*
" *ram*, & nemus eorum uſque ad terram *Ailwi-*
" *ni Bolt*, ſcilicet uſque ad caput foſſati terræ ip-
" ſius, & totam terram *Ailwini Bolt*, & manſio-
" nem & domos ejus, & decem acras in excangio
" pro virgulto meo de **Clopbell**, & totam
" **Treubzuge** croftam in omnibus, ſicut *Aco* preſ-
" biter eam melius tenuit, & communem paſtu-
" ram villæ; & iterum ex altera parte aquæ ſecus
" boſcū de **Caelp**, totam terram à terra *Oſmun-*
" *di* uſque ad inciſionem, & viginti acras, quas
" habui in meo dominio de terra **Canelton**, &
" pratum quod adjacet, & totam terram *Warini*
" de **Wary**, quam mater mea eis ante dederat, &
" meſſuagium ejus, cum duobus iffletis circumja-
" centibus.

" Item reſumpto ab eis eodem meſſuagio *Wa-*
" *rini*, quia mihi neceſſarium erat, dedi eis, in
" exchangiam *Cornecroftam* vicinam ſuis ædificiis.
" Item pro duodecim acris boſci quas recepi ab
" ipſis monachis in **Walteſhou** dedi eis in ex-
" changium xii. acras terræ colendæ, ſcilicet, præ-
" dictum meſſuagium *Warini* pro ſex acris &
" alias ſex acras in campo meo de *Clophella*;
" Item in **Pelebzok** terram à boſco, uſque ad
" eccleſiam & aquæ quæ ab curia deſcendit ad
" eandem eccleſiam uſque ad *Sibbewram*, &
" totum ab eodem boſco extra cloſum, uſque
" ad culturam quæ eſt juxta eccleſiam,
" & croftam *Sigodi* filii *Samari*, & croftam
" *Ubteredi*, & croftam *Alwardi* de *Broma*, & ve-
" teres terras, & montem veterem iuxta, & pra-
" tum quod fuit *Richardi* filii *Radulfi* ad *Bromam*,
" & pratum quod preſtitum fuit *Turgodo* de do-
" minio domini quod adclauſit, & xvj. acras de
" terra *Warini* & unam acram terræ quam *Her-*
" *bertus* de *Amethulla* dedit, & ſeptem acras de
" dominio ad **Cotes**, quas *Edwardus* tenet, &
" dimidiam virgatam quæ fuit *Ailmari Ruffi* in
" terris, & pratis, & *Torncroftam*. Hæc omnia
" dedi & confirmavi Deo & ſancto *Albano*, &
" monachis de *Bello loco* in feudo, & elemoſi-
" nam libera, & quieta, & ſoluta, ab omni ſervi-
" tio & omnibus conſuetudinibus regis, & meis
" & ſucceſſorum meorum, & ab omnibus aliis e-
" xactionibus præter ſervitium Dei. His teſtibus
" *Nichelao* archidiacono, *Simone* capellano, *Ri-*
" *chardo* de *Merſton*, *Willielmo Travail*, *Radulfo*
" *Piroi*, *Stephano* de **Pulletheſhell**, *Roberto*
" preſbytero de *Clophella*, *Willielmo* de ſancto
" *Celeri*, *Hugone* filio *Nigelli*, *Willielmo* de *Fli-*
" *te*, *Radulfo* filio *Roberti*, & *Richardo* filio
" ejus.

WALENGFORD

(*Cella ſancti* Albani) *in agro* BERROCENSI.

Math. Pariſ in vitis abbat. num p. 50. n. 50.

EJuſdemque abbatis tempore (ſcilicet *Pauli* xiiij.) data eſt huic eccleſiæ (ſancti *Albani*) eccleſia ſanctæ Trinitatis de **Warengeford**, [& dimidia alia, in honorem ſanctæ *Mariæ*, & dimidia hida extra eandem civitatem] ad quam eccleſiam ſanctæ Trinitatis, idem abbas *Paulus* quoſdam monachos hujus eccleſiæ direxit, atque eorum ædificia conſtruens, ordinem eccleſiæ ſancti *Albani* ibidem conſtituit, cum ſubjectione debita, de conſilio *Lanfranci* archiepiſcopi, inviolabiliter obſervari.

Pat. 15. R. 2. parte 2. m. 3.

REx (*&c.*) Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Priori & conventui de **Walyngford** ordinis ſancti *Benedicti Sarum* dioc.

dioc. quod ipsi ecclesiam parochialem de Ovesyngdon in comitatu *Oxonie*; *Lincoln.* dioc. quæ de patronatu suo proprio existit, & cujus advocatio de nobis tenetur in capite, ut dicitur, appropriare, & eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint, tibi & successoribus suis imperpetuum, sine occasione, vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum, justitiariorum, escaetorum, vicecomitum aut aliorum ballivorum, seu ministrorum nostrorum quorumcunque, statuto, de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, edito, seu eo quod dicta advocatio de nobis tenetur in capite, non obstante, Ita semper quod quædam competens summa argenti, de fructibus & proficuis ecclesiæ prædictæ, per prædictos Priorem & conventum, pauperibus parochianis ejusdem ecclesiæ, annuatim solvatur, & distribuatur, & quod vicaria dictæ ecclesiæ, secundùm valorem ejusdem sufficienter dotetur, juxta ordinationem loci illis diocesani, in hac parte faciendam, ac formam statuti in ultimo parliamento nostro inde editi & provisi. In cujus, &c. T. rege apud *Westm.* ix. die Febr.

Pat. 13 H. 6. part. 2. memb. 7.

Rex omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod nos ob finceram & internam devotionem quam ad sanctam & individuam Trinitatem, in cujus laudem & honorem Prioratus de Malyngfozd *fundatus est, & erectus, gerimus & habemus, & ut dilecti nobis in Christo* Henricus *de* Valletis, *nunc Prior Prioratus prædicti, & conventus loci illius, & successores sui, ad exorandum pro salubri statu nostro, ac carissimæ & prædilectæ consortis nostræ* Margaretæ *reginæ* Angliæ, *dum agimus in humanis, & pro animabus nostris cum ab hac luce substracti fuerimus, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, specialius teneantur, de gratia nostra speciali, ac per considerationem magnæ gratitudinis, quam in dictis Priore & conventu invenimus, ac in relevamen Prioratus prædicti, & specialiter ad intentionem quod numerus monachorum ibidem magis solito augeatur, & accrescat, indeque summæ Trinitati, horis noctturnis pariterque diurnis honorificentiùs, melius, & devotiùs poterit deserviri, concessimus dictis Priori & conventui octo libras percipiendas annuatim sibi & successoribus suis prædictis de feodi firma villæ nostræ de* Malingfozd, *per manus receptoris Honoris & dominii de* Malingfozd *pro tempore existentis, ad terminos paschæ, & sancti* Michaelis, *per equales portiones.*

Et insuper ad intentionem supradictam concessimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dictis Priori, & conventui, quod ipsi, & successores sui ecclesiam parochialem sancti Andreæ *de* Chunoze, Lincoln. *dioc. quæ est de advocatione & patronatu suis propriis, ut dicitur appropriare, & eam, sic appropriatam, in proprios usus tenere possint sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum, aliquo mandato, seu restrictione, in contrarium facto non obstante. In cujus, &c. T. rege apud* Westm. *vij. die Maii.*

BELVERENSE

cœnobium in agro Lincolniensi, *cella sancti* Albani.

Fundatio cellæ de Belvero.

Ex regist. contratum abbatiæ de S. *Albano* in bibl. *cottoniana.* fol. 120.

Hæc est conventio inter abbatem *Paulum*, & *Robertum* de Belvedeir. *Robertus* inceperat ecclesiam sanctæ *Mariæ* juxta castellum suum, quam quia ipse, sæculi curis obitantibus, ad perfectum pro velle suo producere non poterat, consilio domini *L.* archiepiscopi, concessit illam ecclesiæ sancti *Albani*, *Anglorum* protomartiris, in cellam, tali pacto, quod abbas *Paulus* eam perficeret, & post ibidem quatuor ex conventu monachos statueret, qui, susceptо beneficio, pro animâ *Roberti* comitis & *Willielmi* regis, ejusdemque *Roberti* & uxoris suæ *A.* necnon & filiorum & parentum suorum dominum exorarent.

Quæ ex re effecti sunt uterque *Robertus* & *A.* ejus uxor in capitulo, fratres ecclesiæ sancti *Albani*, pleniter ut monachi; concedentes, ut post obitum eorum apud sanctum *Albanum*, corpora illorum sepelirentur, si in *Anglia* morerentur, vel apud ecclesiam sanctæ *Mariæ*, quam juxta castellum suum fundaverunt; & hoc tamen non nisi licentia abbatis ecclesiæ sancti *Albani*. Dederunt etiam, & concesserunt singuli post mortem eorum ubicunque morirentur, vel sepelirentur portionem totius suæ substantiæ ecclesiæ sancti *Albani*, & sanctæ *Mariæ* in potestate abbatis & fratrum.

Beneficium autem quod *Robertus*, concedente *A.* uxore sua, prafatæ ecclesiæ sanctæ *Mariæ* tunc ad præsens donavit, hoc est; sed postea plura se daturum ex conventione spopondit, nam omnium terrarum quascunque per Dei adjutorium, & concessum regis, in suum dominium adquirere quoquomodo posset, dedit & concessit decimas eidem ecclesiæ sanctæ *Mariæ*. Imprimis itaque dedit ad præsens villam unam quæ vocatur Wozingwald, cum omnibus ad eam pertinentibus, tam liberè, & quietè sicut ipse habebat illam à rege. Juxta castellum etiam suum concessit & dedit quatuor carucatas terræ, cum pratis ad illas pertinentibus, & viginti acras terræ juxta ecclesiam, ad construendas officinas, cæteraque domos monachis necessarias, & hominibus eorum, quietas & solutas ab omni consuetudine sicut ipse tenebat eas à rege. Dedit etiam & concessit decimas vinearum suarum omnium, & sedem molendini in proxima aqua, & concessit decimas decem villarum ad præsens, ex suo videlicet dominico, annonæ omnium rerum, de quibus decima danda est, & datur, semota quidem tertia parte presbiteri villæ.

Hæ sunt villæ, quarum decimas tunc ad præsens dedit, & concessit, & sicut dictum est, postea se daturum spopondit. In *Hortuna* itaque dedit decimam, & unum hominem cum suo orto & terram & unum bovem. In *Frantuna* verò & *Sa-*

pertuna

pertuna dedit decimas & unum hominem tantum, cum suo orto, & terram ad unum bovem. In *Risenduna* dedit decimam, & unum hominem, cum suo orto & terram ad unum bovem. In *Stochis* autem & *Wibertestona* dedit decimas, & unum hominem, cum suo orto, & terram ad unum bovem. In *Segetuna* dedit decimam, & octo aeras terræ, quatuor ex una parte, & quatuor ex altera parte villæ, & hortum tantum. In *Medburna* dedit decimam tantum. In *Wiwella* dedit decimam, & terram decem boum, & unum hominem, cum suo orto; in Wlstanestorp decimam.

Has terrulas dedit, & concessit esse liberas & quietas ab omni consuetudine, præcipiens, & concedens, ut in unaquaq; villa habeat ecclesia prata adjacentia supradictis terrulis, & pasturam sicut ipse dominus *Robertus* habet, ad suum opus. Hujus doni & conventionis testes sunt isti, *Beringerius* domini *Roberti* filius, *Robertus* de *Aquila*, *Ivo* de *Tigerivilla*, & filius ejus *Beringerius*, *Ascelinus* de *Vals*, *Willelmus* de Boisrohard, *Rogerus Calvus*, *Richardus* de Linton, & *Willelmus* filius ejus. *Odardus* de Pottot, *Walterus* filius *Willelmi* de *Walterivilla*. Ex hominibus *Beringeri Radulfus* de *Tuito*, *Reginaldus* de *Astona*, *Gilbertus* de Branstona, *Odardus* de Linton. Ex hominibus sancti *Albani*. *Turstanus* dapifer, *Wlbaldus*, *Amalgerus*, *Aschetillus* Cocus. *Hugo* de Lasp, *Serlo* camerarius, *Willelmus Longus*.

Mortuâ verò *A.* uxore *Roberti*, concessit *Robertus* ecclesiæ sanctæ *Mariæ*, pro anima uxoris suæ unam carucatam terræ in *Sapertuna*, eadem conventione, & quietudine qua dederat alia superius, consensu & voluntate filiorum suorum *Willelmi* & *Galfridi*, coram supradictis testibus.

Defuncto etiam post aliquantum temporis intervallum Roberto, *Willelmus filius ejus, & hæres Honoris renovavit apud sanctum* Albanum, *in capitulo fratrum conventionem patris & matris suæ, & confirmavit, & concessit ecclesiæ sanctæ* Mariæ, *& sancti* Albani *omnia quæcunque pater & mater ejus antea dederant & concesserant, desiderans & postulans dari & concedi sibi, in ecclesia sancti* Albani, *eandem societatem, quam pater ejus & mater habuerant.*

Quâ devotè susceptâ, donum parentum pariter, & suum confirmavit, priùs in capitulo, deinde super altare sancti *Albani*, & postea super altare sanctæ *Mariæ* posuit, concedens seipsum ecclesiæ sancti *Albani* plene fratrem, & monachum, dans & concedens ecclesiæ sancti *Albani* & sanctæ *Mariæ* suam porcionem totius suæ substantiæ, post suum obitum, ubicunque moriretur, & si in *Anglia* contigisset eum mori, delegit apud sanctum *Albanum*, vel apud ecclesiam sanctæ *Mariæ* juxta castellum suum sepeliri, & hoc licentia abbatis ecclesiæ sancti *Albani*, erat enim frater ecclesiæ eadem conventione, qua pater ejus fuerat. Postea *Willelmus* concessit ecclesiæ sanctæ *Mariæ* terrulam illam, quam tenebat *Walrannus* prebendarius suus in *Hungretona*, & decimam omnium denariorum suorum qui sibi reddentur de terra sua, quoquomodo reddantur sibi vel suis hæredibus semper in posterum.

Nomina fundatorum, ac etiam advocatorum, nec non & benefactorum.

Ex quodam regiſtro prioratus de *Belvero* penes *Thomam* dominum *Bradaill*.

MEmorandum quod in capitulo de *Belvero* jacet *Robertus* de *Toteneyo* fundator illustris, & juxta eum *Willelmus* de *Albeneio* primus, scilicet *Brito*, in parte boreali. Item ante hostium capituli, jacet *Symon* de Hopsley, & juxta eum *Oliverus* de Dencurth jacet in parte australi. Item in veteri ecclesia, ante crucem, jacet *Willelmus* de *Albeneio* secundus, scilicet *Meschines*, & juxta eum *Adelica* uxor sua in parte australi, & secunda uxor sua, nomine *Cecilia*, jacet sub pariete veteris ecclesiæ. Item *Willelmus* de *Albeneio* tertius, jacet apud *Novum-locum*, & cor ejus sub muro contra summum altare de Belver, à parte boreali decenter reconditum. Item *Willelmus* quartus jacet ante magnum altare ejusdem ecclesiæ, & cor ejus apud Croxton. Item in parte occidentali, prope capitulum, jacet *Odinellus* de *Albeneyo*, & juxta eum, jacet *Matildis* de Umframbill mater ejus, & juxta eum versus borealem, jacet *Albreda Biseth*, uxor *Willelmi* quarti, & inter eam, & murum capituli jacet *Richardus* de Staunton rector ejusdem ecclesiæ. Item *Robertus* de Roos jacet apud Byrkham, & viscera ejus ante summum altare de Beuver, juxta corpus *Willelmi* quarti de *Albeneio*, ex parte australi, qui obiit xvj. die kalendas Junii anno MCClxxxv.

Item *Isabella* de Roos, uxor *Roberti* de Roos, jacet apud *Novum-locum* juxta Stamford, obiitque anno MCCCj. Item *Willelmus de* Roos, filius ejus, jacet apud Birkham. Item *Matildis* de Maus, uxor dicti *Willelmi*, jacet apud Pentaney, & viscera ejus in capella sanctæ *Mariæ*, scilicet in pariete. Item *Matildis*, uxor *Jacobi* Roos jacet in pariete inter capellam beatæ *Mariæ*, & presbyterium sumptuosè sculpta. Item jacet dominus *Rogerus* de Crabele rector ecclesiæ de Wolstrop sub fenestra dictæ capellæ, in parte australi honorificè. Item jacet *Thomas Wante* inter claustrum sanctæ *Catherinæ* & dictæ capellæ. Item in medio dictæ capellæ versus gradum, jacet dominus *Willelmus* de Beuver Prior egregius. Et juxta eum dompnus *Willelmus* frater ejus, ac ejus successor, ex parte boreali, & juxta eum dominus *Lambertus*, quondam subprior de Beuver. Item ad ostium capellæ sanctæ *Catherinæ* jacet *Rogerus*, frater dicti Prioris, ac etiam infra, nepos ejus. Item *Gilbertus Suttere* jacet ad finem altaris summæ ecclesiæ parochialis de Beuver, ex parte australi. Item *Margeria* uxor ejus jacet sub fenestra præfatæ ecclesiæ parochialis ex parte australi.

Carta Radulfi *de* Raynes.

Ex autographo in bibliotheca *Hattoniana*.

R*Adulfus* de Raines, & *Walterus*, & *Willelmus* fratres ejus, omnibus fidelibus tam præsentibus, quàm futuris, Salutem. Notum sit universitati vestræ, nos, pro salute propria, nec non & pro salute omnium parentum, & amicorum nostrorum, tam vivorum, quàm defunctorum, concessisse, & præsenti carta confirmasse

Deo

Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Belveer**, & monachis ibidem Deo servientibus, quatuor bovatas terræ, & in liberam dedisse elemosinam, cum toftis, & pratis ad easdem bovatas pertinentibus in eisdem locis, & culturis, quibus dimensæ, & sicut dimensæ in nostra præsentia fuerant, & prædictis fratribus nostro assensu assignatæ in villa de *Stachederna* imperpetuum. Proinde volumus quatinus prædicti monachi possideant totam memoratam terram, liberam & quietam ab omnibus querelis, consuetudinibus, & exactionibus, & ab omni seculari servitio. Nos autem eam, sicut liberam elemosinam nostram, contra omnes homines warantizabimus, & defendemus, nihil inde nobis reservantes nisi orationes fratrum, & beneficia loci. In cujus rei memoriam, hujus scilicet donationis, & libertatis, supradicti monachi, mihi *Radulfo* pellicium monachi, cum botis quibusdam sex denariorum singulis annis persolvent. Præterea sciendum, quod memorati fratres dederunt mihi quinque marcas argenti, ut liberiùs & libentiùs fieret ista donatio, & unam loricam. Testibus *Willielmo* de *Albenceio* seniore & *Cicilia* uxore ejus, *Willielmo* juniore filio eorum, *Rogero Bigot*, *Roberto* de *Totenceio*, *Radulfo* de *Albenceio*, *Roberto* de *Repesleia*, *Eudone* de *Albenceio*, & *Gaufrido* fratre ejus, *Roberto Britone*, *Gamaliele* presbitero, *Roberto* clerico, *Rogero* de *Burgo*, *Waltero Herdebi*, *Hugone* filio *Godefridi*, *Gaufrido* janitore, *Thoma* de **Yozningewaid**, *Henrico* de **Botesford**, & *Waltero* fratre ejus.

Carta Johannis *de* **Daiencourt**.

Ex autographo in bibliotheca *Hattoniana*.

Johannes de **Daiencurt** omnibus fidelibus, tam præsentibus quàm futuris, salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti carta mea confirmasse, in puram & perpetuam elemosinam, Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Belveer** & monachis ibidem Deo servientibus, pro salute propria & uxoris meæ, & pro salute animarum patris mei *Walteri*, & *Oliveri* fratris mei, necnon & pro animabus omnium parentum & amicorum meorum, unam carucatam terræ in **Ozenebi**, cum omnibus pertinentiis suis, in toftis & croftis, in pratis, & pascuis, & chavescis, & in augmento acrarum, in villa, & extra, ita plenariè, & integre possidendam, sicut pater meus *Walterus* eis dederat, & ego, & sicut meliùs vel plenariùs habuerunt tempore patris mei *Walteri*, vel die quo *Henricus* tertius fuit coronatus, liberam & quietam ab omni sæculari servitio, consuetudine & exactione, nihil mihi inde reservans impositerum, vel hæredibus meis, nisi orationes fratrum prædicti loci. His testibus, *Daniele* decano de . . . . . *Richardo Furmento*, *Radulfo* de **Daiencourt**, *Fulcone del Alvei*, *Richardo Paterie*, *Roberto* filio *Galfridi* de **Stanton**, *Rogero* de **Daiencourt**, *Jordano* de sancta *Maria*, *Serlone* de **Ploselethe**, *Symone* filio *Ricardi*, *Eustachio* de . . . . . *Mauritio* de **Crenivele**, *Richardo* de *Hertona*, *Adam* de sancta *Maria*, *Radulfo* filio . . . . . *Roberto* de **Frumenton**, *Radulfo* de **Barthelton**, *Benedicto* de *Flamestada*, *Henrico*, *Richardo* dispensatore.

Carta Thomæ *domini de* **Ros**.

Ex registro de *Belvoir* penes *Matheum Hales* de hospitio *Lincolniensi* armigerum, 1629 fol. 3. b.

Vide cart. 7. E. 3. n. 36.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptū pervenerit, *Thomas* dominus de **Ros**, de **Hamelake**, de **Trusselbout**, & de **Beavoir** salutem. Sciatis quod per nos inspectis cartis, scriptis, donationibus, collationibus, confirmationibus, ac quietis clamationibus, factis Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ* de **Beauvoire**, & monachis ibidem Deo servientibus, per nobiles progenitores, & antecessores nostros, videlicet, *Robertum* de *Totenceio*, *Willielmum* de *Toteneyo* filium suum, *Agnetem* de *Totencio*, filiam dicti *Roberti* de *Toteneyo*, *Henricum* de *Rya*, filium *Huberti* de *Rya*, *Agnetem* de *Toteneyo*, *Willielmum* de *Albencio* primum, *Willielmum* de *Albencio* secundum, *Willielmum* de *Albencio* tertium, *Willielmum* de *Albencio* quartum, *Twynum* de *Albeneyo*, *Heliam* de *Albeneyo*, & uxores eorundem, *Isabellam* filiam domini *Willielmi* de *Albencio*, quæ fuit uxor domini de **Ros** (*Roberti* de **Ros**) domini de **Beauvoire** & de **Hamelake**, de certis parcellis feodi & dominii de **Beauvoire**, prout in eisdem chartis, &c. parcellatim plenius continetur: Nos dictus *Thomas* dominus de **Ros** (*&c.*) omnia premissa confirmamus, (*&c.*) His testibus *Thoma Chaworth*, *Johanne Cressy*, *Hugone* de **Anesay**, militibus (*&c.*) Dat. in castro nostro de **Beauvoire** 23. Aprilis anno octavo *H.* 6.

Charta Roberti *de* Totencio.

Ib. fol. 27.

NOtum sit omnibus, tam præsentibus, quàm futuris quod ego *Robertus* de *Totencia*, concedo Deo, & sanctæ *Mariæ* de **Belvoir** & monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ & patris & matris meæ & fratrum meorum, cæterisque amicorum meorum, & pro animabus omnium predecessorum meorum, triginta sticcas anguillarum in *Aburna*, villa mea, de redditu anguillarum molendini mei, quas recipient singulis annis, die sancti *Mathiæ*. Et hanc donationem concedit & sua carta confirmat *Willielmus* de *Albencio* frater meus, & dominus. Et sunt testes hujus donationis hii, *Galfridus* clericus de *Aburna*, *Willielmus* de *Albencia*, *Rogerus Bigot*, cum aliis, &c.

Agnes *de* Totencia *confirmat donationes patris sui* Roberti *de* Toteneyo.

Ibid. fol. 34. b.

NOtum sit omnibus filiis sanctæ Dei ecclesiæ, quod ego *Agnes* de *Totencio* confirmo donationem elemosinarum quas pater meus *Robertus* de *Totencio*, & mater mea *Adelais* dederunt ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Belvoir**, & nominatim testimonium perhibeo & confirmo donationem de una bovata terræ in **Asclakheby**, & duabus partibus decimæ de dominio, scilicet, in bladis, in vitulis, in agnis, velleribus, caseis, in porcellis, in apibus, & pomis, & in omnibus rebus de quibus decima solet dari. Hoc autem specialiter confirmo quia sit de matrimonio meo.

Charta Henrici *de* Rya.

lb. f. 34 b. HEnricus de *Rya* karissimo amico, *Reginaldo de Warena* salutem, & amorem. Mando vobis, & obnixè precor, quatinus pro amore Dei, & sanctæ *Mariæ*, & omnium sanctorum, & mei, monachos de Belveer in omnibus locis manuteneatis. Sciatis bene, me concessisse, & warentizasse donationem *Roberti* avi mei, & *Agnetis* matris meæ, & mei, decimæ de dominio de Allacheby, monachis de Belveer, Deo, & sanctæ *Mariæ* servientibus, scilicet, duas partes in bladis, in vitulis, in agnis, in velleribus, in caseis, in porcellis, in apibus, in pomis & in omnibus rebus de quibus decima solet dari; Valete, & faciatis illis monachis habere decimas quietas, ne amplius deteriorentur inde.

Carta W. *de Albeneio.*

lb. fol. 37. WIllielmus de *Albeneio Brito*, omnibus fidelibus, clericis, & laicis, salutem. Sciatis, me concessisse, & confirmasse ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Bellovidere*, & monachis ibidem Deo servientibus, mansuram illam, quæ fuit capellæ meæ, cum domibus, & terris quæ ad eam pertinent, pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & puerorum meorum, & omnium antecessorum meorum, & hoc idem concessit fœmina mea, & filii mei. Testes, *Robertus Brito*, *Iwarinus Ridel*, & *Godefridus Clement*, & *Iwainus* de *Albineio*, & *Gaufridus* de *Chaluennio*, & *Radulfus* de Arches, & *Ursellus* de Crasmoze, *Rogerus* Capellanus, & *Alanus* Capellanus, & *Radulfus* filius *Osur*.

Carta Willielmi *de* Albineio *tertii.*

lb fol. 39. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, *Willielmus* de *Albiniaco* tertius salutem. Ad universitatis vestræ notitiam volo pervenire, me pro salute animæ meæ & anima *Agathe* uxoris meæ & precipuè pro anima *Margeriæ* quondam uxoris meæ (*&c.*) dedisse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Belvero* & monachis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, de qualibet acra terræ totius dominii mei in omnibus territoriis de *Belvero*, de Wilstorp, de Botelsford, de Oskinton, & Stokes, unam garbam de quolibet genere bladorum tam frumenti quàm siliginis, ordei, & avenæ, fabarum & pisarum, sive alterius leguminis (*&c.*) His testibus, *Willielmo* de *Albinio* quarto, *Odinello*, *Roberto*, & *Nicholao*, filiis meis.

HATFEILD-PEUERELL *in agro* Hertfordensi, *cella* S. Albani.

Charta W. Peverelli, *loci fundatoris.*

RObertus Domino suo venerabili *Londinensi* episcopo, omnibusque archidiaconis suis, & canonicis, & nominatim *W.* Decano, *W. Peverellus* salutes. Sciatis me dedisse ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Hatfelda*, meam propriam mansionem, & omnes domos meas, ad componenda habitacula monachorum, quos ibidem constituo, cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, & quæ ab antecessoribus meis, & patre meo, eidem ecclesiæ collata, & data fuerunt, & *Drogo* Capellanus tenebat, & *Radulfus*. Adauxi etiam super hæc tres campos juxta prædictam ecclesiam, & *Alvelwedam*, & *Haiedam*, & terram *Aschitilli* venatoris, videlicet Copuncho; & Colingas, & molendinum, cum molendinario, & terram ejus de Aichaham, & duos rusticos, *Sigar* & *Olviel*, & *Edricum* fabrum de nemore, & decimam denariorum meorum de *Meldena*, & rectam decimam de Done, de omnibus rebus de quibus rectè datur decima; & ecclesiam de Achaton, cum terra, & decima, & ecclesiam de *Aselena* cum terra & decima; & ecclesiam de Chrilleslate, cum terra & decima; & decimam de *Westona*. Ego autem pro recognitione de meo proprio, do ecclesiæ sancti *Albani*, duas marcas argenti, in die ejusdem festivitatis, per unumquemque annum. Hæc omnia constitui pro anima regis *Willielmi*, & regis *Henrici*, & patris mei, & matris meæ, & pro anima mea, & antecessorum meorum. Quam donationem, & constitutionem precor, ut dominum, & amicum quatinus benignè concedatis, & monachos Dei amore & mei, manuteneatis, & adjuvetis.

Ex registro abbatiæ S. *Albani* in bibl. *Cottoniana* fol. 117.

Carta Andreæ *de* Pevill.

SCiant præsentes, & futuri, quod ego *Andreas* de Pevile miles, remisi, & quietum clamavi de me & heredibus meis inperpetuum, abbati & conventui sancti *Albani* & suis successoribus, ac Priori & monachis de Hatfeld-Peverell, & eorum successoribus, totum jus & clamium quod habui vel habere potui, seu aliquo modo mihi jure accidere poterit, in advocatione seu patronatu ecclesiæ de Assinton in comitatu *Suffolc.* unde dictum Priorem in curia domini regis per breve *de recto*, unde magna assisa implacitavi apud *Westmonasterium*, coram justiciariis domini regis in banco. Ita quod nec ego *Andreas*, nec heredes mei seu aliquis nomine meo, vel heredum meorum aliquid juris, vel clamii in dicta advocatione, seu patronatu de cetero aliquo modo exigere, seu vendicare poterimus inperpetuum. Pro hac autem remissione, & quieta clamatione, prædicti abbas & monachi receperunt me, uxorem meam, & liberos nostros in fraternitate, & commemoratione omnium orationum

Ibidem.

tionum & beneficiorum, quæ in dictis ecclesiis fient in perpetuum. Et ut ista remissio, & quieta clamatio firma, stabilis, & inconcussa in perpetuùm perseveret, huic presenti scripto sigillum meum apposui. His testibus, dominis, *Willielmo* de **Pakenham**, *Godefrido* de **Beumond**, *Johanne* de **Beumond**, *Roberto* de *Bosco*, *Richardo* de **Cokefeld**, *Richardo* de **Comberde**, militibus; *Richardo* de **Gosefd**, *Rogero* de **Coldesozd**, *Johanne Gernun*, *Rogero* de **Peham**, & aliis. Dat. apud **London**, mense Maii, anno regni regis *Edwardi* filii regis *H.* xviij.

Transactio judicialis, finalis concordia *vulgò dicta*.

Ibid. HÆC est finalis concordia facta in curia domini regis apud **Chelmeresfozd** in crastino animarum anno regis *Edwardi* filii regis *Henrici* tertiodecimo, coram *Salomone* de *Roffa*, *Waltero* de **Hopton**, *Richardo* de **Boyland**, *Roberto* . . . . . , magistro *Thoma* de **Sothinton**, & *Waltero Scirtheſl.* justitiariis itinerariis, & aliis domini regis fidelibus, tunc ibi presentibus, inter *Umfridum* de **Bohun** comitem *Herefordiæ* & *Essexiæ*, petentem, & *Rogerum* abbatem de sancto *Albano* deforciantem, per *Rogerum* filium *Thomæ* de **Wacheſworthe** positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, de advocatione Prioratus de **Hatfeld-Peverell**, unde placitū fuit inter eos in eadē curia, scilicet qd. prædictus comes recognovit advocationē prædicti Prioratus esse jus ipsius abbatis, & ecclesiæ suæ de S. *Albano*, & illam remisit, & quietam clamavit de se & hæredibus suis prædicto abbati, & successoribus suis, & ecclesiæ suæ prædictæ imperpetuum. Et idem abbas recepit prædictum comitem, & hæredes suos in singulis beneficiis, & orationibus, quæ de cætero fient in ecclesia sua prædicta in perpetuum.

HERTFORDENSE *Cœnobium, cella* S. Albani.

Ex quodam regiſtro sancti *Alnani* in bibliotheca *Cottoniana*. RAdulfus de **Limesey** donavit ecclesiam, quam exstruxit apud **Hertfozd**, ecclesiæ sancti *Albani* in cellam, non pro quolibet munere, vel mercede terrena sed purè, pro redemptione animæ suæ, & uxoris suæ *A.* & filiorum suorum, & pro amicitia abbatis de sancto *Albano*, & Prioris & omnium ibi Deo servientium, concedente uxore sua, & concedentibus filiis suis, & laudantibus hominibus suis, cum amicis, *Francigenis*, & *Angligenis*, Tali pacto, ut ecclesia prius dicta ædificetur, & in nullo penitus minuatur. Et Abbas *P.* de sancto *Albano*, & sui monachi debent eam extruere, & honorare, & exaltare, in quantum meliùs potuerint, secundùm illud beneficium, quod ipse *Radulfus* de **Limesey** donavit priùs nominatæ ecclesiæ: beneficium autem hoc est, quod dedit illi ecclesiæ, scilicet unam bonam hidam terræ apud **Hertfozd**, ubi illa ecclesia ædificata est, & ecclesiam de **Piriton**, cum tota decima sua, & hominum suorum, intra & extra villam manentium. Et duas hidas terræ, & dimidiam ibidem, molendinum etiam unum, & pasturam bobus de carucis monachorum, pariter cum bobus dominicarum carucarum prædicti *Radulfi* in **Piritone**; & porcis eorum pastionem pariter cum dominicis porcis prædicti *Radulfi* in quemcunque boscum suum illos pascendos miserit; & duas partes omnium decimarum de dominico suo in **Cavendish**, & **Boccetun**, & duas partes decimæ suæ de **Pchentune**, & unam carucatam terræ, cum bobus & servis ibidem; & decimas suas de **Hulverlete**, in bosco & in plano, & decimas hominum suorum, scilicet de **Ichetune**, & decimas *Anſgoti* de **Calvecote**, & decimas *Walteri* de **Bibbesurd**, & de terra sua juxta **Piriton**, & decimas *Hugonis Samſon* de **Apertone**, & de **Tozp**, in perpetuam elemosinam, honorificè, liberè, & quietè in omnibus, & per omnia. Debet etiam prædictus *Radulfus* de **Lymeſi**, & omnes posteri sui, cellam de **Hertfozd**, cum omnibus rebus, quas donavit, defendere contra omnes homines, & protegere, & diligere, & promovere, sicut puram & liberam elemosinam, & concessum regis facere habere, qui confirmet suam donationem prænominatæ suæ ecclesiæ de **Hertfozd**.

Sciendum est autem quod, pro hoc beneficio, debet abbas sancti *Albani*, post primum annum providere sex monachos, de sua congregatione, ad serviendum Deo, & sanctæ *Mariæ* in præfata ecclesia de **Hertfozd**, pro anima *Radulfi* de **Limeſy**, & uxoris suæ, & omnium posterorum suorum. Si verò, Deo inspirante, *Radulfus* ibi plus donaverit, secundùm illud & abbas plures inveniet ibi Deo servientes. Pro qua re abbas *P.* & monachi sancti *Albani* susceperunt *Radulfum* in fratrem, & monachum, & uxorem suam, similiter in sororem, filium verò eorum in beneficio ecclesiæ. Sciri etiam debet quod ipse *Radulfus* debet jacere ad sanctum *Albanum*, & pariter uxor ejus, nisi prefata eorum ecclesia ad tantum honorem perveniat quod ibi meliùs velint jacere: ubicunque tamen jacuerint, licentia abbatis jacebunt, & tantum facient monachi pro eis, quantum facere debent pro monacho suo. Hujus donationis testes sunt, *Radulfus* Prior, *E.* dapifer regis, *W. Marminn*, *W.* Camerarius. Testes verò *Radulfi* de **Limesey** sunt, *Fulco* de **Bulkervell**, *R.* filius *Turoldi*, *Hugo*, *Sampſon*, *Oilardus*, *Angotus*.

Ibid. R*Adulfus* de *Limesia* concessit *Hadwisiæ* uxori suæ, ut daret terram *Nigelli* de *Bradewella*, quæ est ex dote sua, illam videlicet quam habuit in dominio suo, ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Hertfozd**, hac conventione, ut, dum illa vixerit, habeat tres præbendas in illa ecclesia, quando illi placuerit, aut aliis tribus quibus voluerit dare. Post obitum autem ejus, monachus unus recipietur in illa ecclesia, pro anima mariti sui, & pro sua; & quando ille morietur, alius loco illius recipietur, & sic usque in finem. Huic donationi est conventus sancti *Albani* assentiens, & testificans. Ex alia parte Testes sunt, *Turgistus*, & *Levinus* presbiteri, & *Rierus* filius Domini, & *Robertus* de **Statfozd**, nepos domini, & *Radulfus le Manans*, & *Hugo Saman*, & . . . . . de *Flamenville*.

& *Roll.* de **Essel**, & *Robertus le Manant*, & *Gilbertus Niger*, & *Gaufridus Parvus*, & *Columbanus* de **Graé**.

Charta Alani *de* **Limesy**.

Ibid. SCiant omnes homines mei, *Franci*, & *Angli*, presentes & futuri, quod ego *Alanus* de **Limesy** concessi & confirmavi, in perpetuam elemosinam, Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Hertford**, & monachis sancti *Albani*, qui Deo serviunt ibi, omnem donationem omnium rerum, quas pater meus *Radulphus* de **Limesy** illis dedit pro salute animæ suæ & pro anima uxoris suæ *Haewisæ*, matris meæ, scilicet, totam terram quam possident monachi prædicti apud **Hertford**, in bosco, in plano, in pascuis, in pratis, & ecclesiam de **Amwelle**, cum omnibus decimis & pertinentiis suis, & totam decimam pannagii de bosco meo qui est ibidem, & ecclesiam de **Piritone**, cum omnibus decimis dominii mei, & hominum meorum ibidem, & duas hidas terræ ibidem, & dimidiam; Molendinum insuper unum, & pasturam bobus monachorum, cum bobus carucarum dominii mei ibidem, & pastionem porcis eorum, cum porcis dominii mei, in quemcunque boscum missi fuerint ad pascendum; & duas partes omnium decimarum in dominiis meis, videlicet, de **Bavenedithe**, & **Poctetune**, & **Pkentune**, & preterea unam carucatam terræ ibidem, & dimidiam hidam terræ apud **Bradewelle**, & duas partes decimarum terrarum mearum, quæ sunt exultæ, & erunt excolendæ apud **Hulverley**, & duas partes pannagii de toto bosco meo ibidem.

Dono etiam, & confirmo libertatem curiæ prædictis monachis, ita ut nullus ministrorum, vel hominum meorum quicquam in eorum rebus, aut possessionibus, contra ipsorum voluntatem, agere præsumat. Insuper etiam concedo eis, & confirmo ecclesiam de **Pbentone**, cum omnibus libertatibus suis, & pertinentiis, in liberam elemosinam possidendam. Hanc verò donationem, & omnium aliarum rerum confirmationem, feci Deo, & prædictis monachis, apud **Hertford** commanentibus, laudantibus hominibus meis, *Francis*, & *Anglis*, pro animabus patris mei, & matris meæ, & pro salute mea, & filii mei, & ideo volo & precipio ut monachi sancti *Albani* prædicti omnes elemosinas patris mei, & meas hic nominatas, liberas, & ab omni servitio seculari quietas, possideant in æternum. Quia ego *Alanus*, & hæredes mei pariter protegemus omnia quæ sunt donata prædictis monachis, & confirmata defendemus, contra omnes homines, sicut bonam & liberam elemosinam nostram. Et ad testimonium hujus donationis & tuitionis has presentes literas sigillo meo signavi, & communivi. Illi sunt testes, *Radulfus* Prior, *Gabriel*, *Dunstanus*, *Robertus*, *Dionisius*, monachi, cum militibus meis, *Rodberto Manant*, & *Anscoto* de **Baldecote**, *Waltero* filio matris suæ, *Johanne Heyrune*, cæterisque hominibus meis, videlicet, *Willielmo Blanchefluv*, *Toxegaro*, *Radulfo* de **Bosherville**, *Quailer*, & aliis pluribus *Francis* atque *Anglis*.

Charta Gerardi *de* Limesey.

GERARDUS de *Limesey* universis sanctæ matris ecclesiæ filiis, Salutem. Notum sit universitati vestræ me dedisse, & præsentis scripti attestatione confirmasse, Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Hertford**, & monachis sancti *Albani* ibidem Deo servientibus, ecclesiam de *Ichentuna* cum omnibus pertinentiis suis, in liberam & quietam elemosinam, pro salute animæ meæ & uxoris meæ *Amiciæ* & *Johannis* filii mei, & omnium parentum meorum, tam vivorum quàm mortuorum, Et dimidiam virgatam terræ in *Piritona* quam *Marcherus* tenuit, similiter in liberam elemosinam. Et hæc donatio facta est concessione *Johannis* heredis mei. Volo autem & firmiter precipio, ut hæc predicta omnia teneant monachi omni exactione & inquietudine soluta & libera: His testibus, *Halen.* de *Bidun*, *Amicia* uxore mea, *Trianno* fratre meo, *Malerba*, *Radulfo* filio *Willielmi*, *Willielmo* de **Pountpincun**, *Roberto Blanchefluv*, *Radulfo* de *Rivera*, *Willielmo* de **Pinchtun**, & aliis. Ibid.

Charta Johannis *de* **Limesi**.

JOHANNES de **Limesi** omnibus hominibus suis & amicis *Francis* & *Anglis*, clericis & laicis, & omnibus fidelibus sanctæ Dei ecclesiæ tam presentibus quàm futuris, Salutem. Notum sit universitati vestræ me pro salute animæ, & omnium parentum & amicorum meorum, pro animabus quoque patris & matris meæ & omnium anteccessorum meorum, concessisse, & presenti scripto confirmasse, Deo & ecclesiæ sancti *Albani* & monachis ejusdem monasterii apud **Hertford** manentibus totas terras & redditus & decimas & quascunque possessiones *Radulfus* de **Limesi**, avus patris mei, dedit & concessit, & quecunq; *Alanus* de **Limesei** avus meus postmodum auxit. Preterea concedo & confirmo eis dimidiã hidam apud *Bradwellam*, & apud **Cavendis** xxx. acras, & apud *Tchentonam* quandam terram quæ vocatur **Grasecroft**, quas terras pater meus *Girardus* eis dedit, & concessit, Et ecclesiam de *Tchentona*, cum integritate omnium ei pertinentium, quam *Alanus* avus meus dedit eis, & pater meus *Girardus* eis concessit, & confirmavit. Confirmo etiam eis duas virgatas terræ in **Hiclesord**, quas *Gerardus* pater meus eis dedit, cum *Roberto* filio *Angeri*, & dimidiam virgatam terræ in *Piritona*, quam *Marcherus* tenuit, quam pater meus *Girardus* eis dedit. Confirmo iterum eis decimas pagnagii de nemore meo de *Bibesurra*, quas *Radulfus* de **Limesi** avus patris mei eis dedit, & *Alanus* de **Limesi** avus meus, & *Girardus* de **Limesi** pater meus eis dederunt, & confirmaverunt. Et si casu aliquo contingat novalia fieri in prædicto nemore, dono & confirmo eis plenariè decimas & cæteras omnes obventiones ex illis novalibus. Confirmo etiam eis duas partes decimarum pagnagii mei de *Huverleya* provenientes, ut sicut eis in primo soluta fuit decima pagnagii illius nemoris, sic postmodum si . . . . . obvenerint eis reddantur decimationes novalium. Confirmo etiam eis duas partes decimarum pagnagii mei de *Huverleya*, & etiam Ibid.

& etiam duas partes dominii mei in eadem villa, ut in decimis & aliis obventionibus quæ Deo solent pervenire.

Confirmo autem eis duas partes manipulorum & aliarum decimarum dominii mei de Cavenedis, & duas partes decimarum virgulti mei in eadem villa. Volo etiam & precipio ut boves dominicorum maneriorum suorum de *Piritona* cum bobus diffusè & averiis meis pascant in herbatis meis ex quo boves mei pascere cœperint, & quamdiu pascent. Cum his omnibus prædictis dono eis libertatem scutagii de toto tenemento eorum de Hertford, & de toto tenemento eorum in toto feodo meo. Et si contingeret quod terra mea de *Hertfordsira* forisfacturam incurreret pro defectu meo, vel dapiferi mei ad comitatum post festum sancti *Michaelis*, quietos illos clamo in perpetuum de forisfactura quæ spectat ad terram suam. Unde volo, & concedo, & omnibus hominibus meis firmiter precipio, ut prædicti monachi & eorum homines quæcunque eis vel à me vel ab antecessoribus meis concessa seu donata sunt, teneant, & habeant in bosco & in plano, in pratis, & in aquis, in pascuis, & in herbatis.

Et insuper libertatem curiæ suæ eis concedo, ita ut nullus ministrorum vel hominum meorum quicquam in eorum rebus vel possessionibus contra ipsorum voluntatem agere presumat, nec eorum homines alibi quam in sua curia pro qualibet causa quæ ad me vel homines meos spectare possit ire vel respondere cogantur. Sed quæcunque de feodo meo in quolibet loco ad eos pertinent, per ipsos vel eorum ministros nullo contradicente liberè disponantur.

Hæc igitur omnia quæ prædicta sunt concessi eis & confirmavi in perpetuam elemosinam quieto jure possidenda, bene & liberè, & honorificè, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, cum quibus aliqua elemosina meliùs, & liberiùs, & honorabiliùs debet possideri. Testibus his, *Nigello* Priore de Hertford, *Waltero* Sacrista, *Ernisio* Subpriore, magistro *Adamo* de Wareuic, *Willielmo Britone*, & aliis fratribus monachis. Testibus etiam his militibus, *Johanne* de Baron, *Alano* de Limeisi fratre meo, *Hugone* de Colingeham, *Waltero Hacun*, *Radulfo* filio *Willielmi*, *Richardo* de *Puteo*, *Willielmo* de sancto *Michaele*, *Simone Doisell*, *Roberto* monacho, *Woodman*, *Baldewino* fratre ejus. Item testibus *Johanne Manant*, *Waltero* de *Bibesworra*, *Girardo* filio *Willielmi*, & multis aliis. Valete.

TINUMETENSE *cœnobium in agro* Northumbrensi, *cella de S.* Albano.

Lel. coll. vol. 3. p. 177.

Ex libro cujusdam monachi sancti Albani *de vita sancti* Oiwini.

OSricus rex *Deirorum* pater *Oswini*.

Oswinus propinquus *Edwini* clarissimi regis *Northumbrorum*.

Mortuo *Edwino* rege *Northanhumbrorum* successerunt ei duo reges, quorum unus filius patrui sui *Elfrici*, erat *Osricus* nomine.

Alter filius *Ethelfridi*, qui ante *Edwinum* regnaverat, dictus *Enfridus*. Hii *Northanhumb.* gentem, secundùm quod antiquitùs erat, in duas provincias dividentes, *Osricus Oswini* pater regis *Deirorum*, & *Enfridus Berniciorum* sibi gubernacula quasi successionis jure vendicarunt.

Oswinus adolescens interfecto à *Ceadwallo* rege *Osrico* exulavit per decem annos apud occiduos *Saxones*, *Ceadwalla* tyrannicè uno anno *Northumb.* reg. gubernavit.

Oswaldus Enfridi frater, ex *Ascha* sorore regis jam dicti *Edwini*, progenitus, devicto *Ceadwalla* exercitu apud *Denisburnam* non solum fratris *Enfridi* successor fuit in regno *Berniciorum*: sed quasi *Edwino* avunculo suo ab intestato succedens, per ix. annos, utramque in unam *Northanhumb.* redigens, summa cum æquitate rexit.

Interfecto *Oswaldo* à *Penda* rege apud Maserfelde: successit ei frater ejus nothus, *Oswi* juvenis, xxx. agens annum, regnumque per annos xxviij. laboriosissimè rexit.

Oswinus, teste *Beda*, aspectu venustus, statura sublimis, affatu jucundus, moribus civilis, & manu largus.

Oswinus regno *Deirorum*, vij. annis max. rerum omnium affluentia præfuit. *Aidanus* pont. *Lindisfarn.* familiarissimus *Oswino*. Divisio reg. *Northumbr.* causa odii inter *Oswi* & *Oswinum*.

Sanctus *Aidanus* episcopus studebat conciliare animos *Oswi* & *Oswini*. lb. p. 178.

Exactis in regno 7. annis quietis duos postremos inquietos habuit. Nam *Oswi* omnibus modis agebat, ut extincto *Oswino*, solus in *Northanhumb.* regnaret.

Oswinus, cum exercitu occurrit *Oswio* in Wilfaresdune: sed postea volens declinare effusionem sanguinis, noctu solo comitatus *Tondhere Tilfii* filio in *Gethlingum* secessit ad domum *Stuwaldi* ducis, cui prædictum vicum, & multa alia prædia donaverat, atque ob hoc fidum sibi autumaverat.

Hunwaldus Oswinum prodidit *Oswio*.

Oswius, clam noctu *Ethelwinum*, domus suæ procuratorem, ad *Hunwaldi* domum cum armata manu misit; qui eo veniens *Oswinum* interfecit.

Tilfius, *Tondheri* pater, *Oswinum* impotem juvenem in domo sua nutrivit & docuit.

Oswinus, à latere perfossus lancea, obiit, anno regni ejus nono, 13. kal. Septemb. in loco qui dicitur *Gethlingum* anno Domini 651.

Tondhere Tilfii filius, obtulit se pro *Oswino* percutiendum, & postea cum rege suo occisus est.

Sic *Lilla* regis *Edwini* miles, sicarii dolum prævidens, sese mucroni fideliter oppositit, dominum suum liberans, viriliter occubuit.

Regina *Eanfleda* propinqua *Oswini*, postulavit à rege *Oswi*, ut donaret ibi locum monaster. construendo.

Quo concesso, constructum est in *Gethlingo* monalterium, cui præfuit *Trumbere* jure abbatis, vir natione *Anglus*, sed ordinatus, & edoctus à Scottis qui & propinquus erat regis occisi. Qui verò postea sub rege *Wulphero* rege in provinciis *Merc. Lindisfaranorum*, & Mediterraneorum *Anglorum* episcopus effectus est.

Corpus *Oswini*, ab eis qui truncaverant, delatum lb. p. 179.

tum est ad ostium *Tinæ* fluvii ibique in oratorio sanctæ *Mariæ* sepulturæ traditum.

In quo loco virorum illustrium magna multitudo congregata erat, qui sub ordine regulari, divino cultui serviebant: Qui quidem in tantam excreverat honoris eminentiam, ut si quis per infra-jacentem provinciam in fata concessisset, ad eundem locum, pro reverentia & honore religiosæ gentis tumulandus deferetur.

Hinguar & *Hubba* hoc monasterium destruxerunt. Monachi metu persecutionis fugerunt ad quandam ecclesiolam in fundo suo, quam sanctus *Cuthebertus* dedicaverat. Quo comperto, *Dani* ipsam ecclesiam, & omnes qui in ea erant, igni succenderunt, & omne loci nobilis ædificium in campi planitiem redegerunt.

Sanctus *Aidanus* episcopus non plus quàm duodecim dies post occisionem regis *Oswini*, quem amabat, superfuit, id est prid. cal. Septemb. de seculo sublatus.

Ex libello de translatione sancti Oswini.

OStium *Tine* flu. locus, ab incolis regionis, ob eminent: rupis securitatem ab hostibus celebriùs frequentatus. Jacuit penè neglectum corpus *Oswini* regis, usque ad tempora *Tostii* comitis, & *Egelwini* episcopi.

Erat autem *Tostius*, dueis *Cantiæ Godwini* filius, comes *Northanhumb.* *Sywardo* comiti succedens, non testamenti beneficio, sed sancti *Edwardi* regis dono.

Oswinus martyr apparuit in somnis *Eadmundo* ædituo veteris ecclesiæ S. *Mariæ* de Tinemuth.

Juditha uxor *Tostii* comitis, persuasit *Egelwino*, ut quæretet *Oswini* corpus.

Inventio coporis S. *Oswini* martyris, anno ab ejus passione CCCCxiuj. anno Domini Mlxv. quinto idus martii.

Ibid. p. 180. Anno eodem ix. corpus S. *Oswini* translatum est.

Thostius comes, *Angliæ* regnum expulsus, apud *Baldwinum Flandrensem* comitem cujus filiam sibi matrimonio copulaverat, exulavit.

Et sequenti anno *Haroldi* regis *Ang.* & fratris sui gladio, cum *Norreganorum* rege *Haroldo*, in loco qui tunc Stanforobrig, nunc verò *Pons Belli* dicitur, occisus est.

Thostio comite proscripto, hæreditas ejus ad fiscum devoluta est.

Gulielmus rex dedit comitatum *Northumbr.* *Rodbertò* de Mulbray, viro stemmatum longa serie generoso, statura quidem procero, & militaris probitatis elegantia glorioso.

Rodbertus Mulbray cœpit *Oswinum* excolere, & eccl. in qua ejus corpus requiescebat, quia infra ambitum ejus castri de Tinemuth erat fundata, & prædiorum copia donavit, & monachos de S. *Albani* monasterio assumptos inibi collocavit. Cujus tamen monasterium de *Tinemutha* ut dicitur, comes *Thostius* jecerat à fundamentis.

Corpus *Oswini* translatum in novum monasterium de Tinemuth, anno Domini millesimo. 13. kal. Septemb.

Insula *Coquedi* flu. ostiis præjacens, distat 20. pass. mil. à Tinemuth. *Novum Castellum* olim Monkecester dicebatur.

Rodbertus tribunus militum *Gul.* bastardi regis. *Nigellus* de *Albaneio* unus ducum *Gul.* regis, cum esset in partibus *Northumb.*

Nigellus de *Waft* miles in eodem comitatu, propinquus, & charus *Nigello Albeneio.*

Leowricus puer, regnante *Stephano*, piscator in monasterio sancti *Oswini*, in piscandum Scardeburge captus, quo tempore *Ranulfus* comes *Cestrensis* summo mane superveniens die quadam, villam ipsam de Scardeburg armata manu confregit, & rapinis vastavit, ac inter ceteros captivos *Leowricus Malionam* in vinculis ducitur, &c. ut *Leowricus* opere sancti *Oswini* liberatus sit à vinculis.

Ruelendus Prior de Tinemuth. Ibid p. 181.

Robertus de Gozham abbas sancti *Albani.*

Faramannus institutor *Novi Castelli.*

Potentum de *Northumb.* potentiss. *Odinellus* de *Umframvilla* ad castelli sui resartienda tecta, indebitè exactionibus vicinos suos compellebat, & in cæteros colonos maximè S. martyris *Oswini.* Ausum autem tanti sceleris fovebat impunitas, hinc, quia *Odinellus* præpotens erat: hinc quia filiam ejus matrimonio sibi copulaverat, qui magistratus regios in *Angl.* gerebat, cujus autoritate talia præsumebat.

Erat autem in *Colebrigia* civitate satelles regius, qui nec Deum timebat nec sanctum martirem *Oswinum* reverebatur. Hunc jussit *Odinellus* rusticorum de Wilum possessiones invadere, erant enim coloni Sancti martyris *Oswini* de Tinemuth, & non longe distabant à castello, ut vel sic eos compelleret venire ad ædificationem castelli.

Gervasius abbas *Westmonaster. Stephani* regis *Angliæ* filius.

Sleveleia villa.

Wolvune villa.

Villa de Edenesburc.

[*Scilicet* Pauli xiiij. *abbatis.*]

Math. Paris. in vit. abbat. p. 51. —EJusdem quoque tempore; *Robertus* de Pumbray, vir illustris, comes scilicet *Northanhimbrorum*, de religione ecclesiæ S. *Albani* certificatus per abbatē *Paulum*, in ecclesia sanctæ *Mariæ* de Thynemue, (in qua corpus beati *Oswini* regis & martyris requiescit) monachos ecclesiæ sancti *Albani* fecit collocari, & ipsam cum omnibus pertinentiis, regis & archiepiscopi *Lanfranci* benevolentia, cellam fore sancti *Albani* constituit.

Cella de Tynemutha, *de fundatione.*

Ex regist. quodam S. Albani in bibl. cottoniana fol. 106. ANtiquum scriptum non signatum reperi inter vetustissimos rotulos, cujus tenor talis est. *Willielmus* rex *Anglorum*, *T.* archiepiscopo, & *W. Dunelmensi* episcopo, & omnibus baronibus suis *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & sancto *Albano* ecclesiam de *Tynemuda* & omnia quæ ad eam pertinent in terris & decimis, & aquis, & consuetudinibus in *Nort* de Tine, & in *Suth* de Tine, & in *Anglia*, cum omnibus quæ *Robertus* comes de Northumberland & sui homines dederant

derant sancto *Oswino*, antequam mihi forisfactus esset. Et volo & præcipio ut sanctus *Albanus* habeat prædictam ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus & teneat cum pace & honore & omni consuetudine jure perpetuo. Testibus *Eudone* dapifero, & *P.* de *Valoniis*, apud *Novum-Castrum*. *Illud scriptum melius est omnibus antedictis, quia dat ecclesiam de* Tynemuda *abbati de sancto* Albano, *& omnia ad eam pertinentia. Et si omnia, ergo advocationem sive patronatum ut videtur, Istud scriptum habetis signatum apud vos, quia memini me vidisse tale scriptum signatum apud vos, & credo firmiter. Plures alias cartas habemus apud nos tangentes spiritualia & temporalia, sed quia specialem sive singularem mentionem non faciunt de abbate de sancto* Albano, *non mitto vobis transcripta earum quia in placito nostro, super patronatu vobis valere non poterunt.*

Carta regis Henrici *primi.*

Ibidem. HEnricus Rex *Anglie R.* episcopo *Dunelmensi*, & omnibus baronibus suis, *Francis & Anglis* de Northumbreland salutem. Sciatis me dedisse Deo & sanctæ *Mariæ*, & sancto *Oswyno*, & abbati de sancto *Albano*, & monachis de Tynemuth, omnes decimas suas per Northumbreland, quas *Robertus* comes, & homines ejus donaverant eis; scilicet, decimas de Colebrige, & illas de Dvinton, & de Wylum, illas etiam de Neuburn; & illam de Dissington; & de Calverdon; & de Elstwyc, & illas etiam de Bothall, & de Werkworth; & de Anebell, similiter & de Rouby, & de Mullour. Et volo ac præcipio quatenus supradictus abbas & monachi de *Tynemuda* bene & integrè habeant illas & liberè teneant in mea pace, & quod nullus eis inde aliquid auferat super meam forisfacturam. T. *Nigello* de *Albinco* apud *Brantenam*.

Alia carta ejusdem regis *Henrici.*

Ib.fol.107 HEnricus *Rex* Angliæ, *vicecomitibus suis de* Everwykshyre, *& de* Northumberland, *salutem. Sciatis me concessisse sancto* Oswino *de* Tynnemutha *curiam suam & consuetudines suas sicut unquam* Robertus *comes melius habuit tempore fratris mei, antequam forisfactus esset. Præcipio ut illam ecclesiam, habitationes, homines & omnes suas res manuteneatis & defendatis ab omni injuria, sicut me diligitis, quia mea propria elemosina est. Teste* Petro *de* Valoniis, *apud* Westmonasterium *in Pentecoste.*

Carta Davidis Scotorum *regis.*

Ib.fol.108 DAvid Rex *Scotorum*; episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, & omnibus probis hominibus suis totius terræ suæ *Francis & Anglis, & Scotis, & Galwensibus*, salutem. Sciatis me concessisse & dedisse ecclesiæ sanctæ *Mariæ*, & sancti *Oswini* martyris de *Tynemutha*, & fratribus ejusdem loci & dominicis hominibus, & rebus ad prædictam ecclesiam pertinentibus, & omnibus illis hominibus, qui in pace sanctæ *Mariæ*, & Sancti ejusdem loci in die sancti *Barnabæ* apostoli in millesimo centesimo & tricesimo octavo anno ab incarnatione Domini fuerunt, meam pacem in perpetuum de me & omnibus hominibus meis, pro anima patris & matris meæ, & Regis *Alexandri* fratris mei qui pacem Dei & suam firmiter prædictæ Ecclesiæ concessit, & pro anima *Matildæ* reginæ *Angliæ*, sororis meæ, & animabus antecessorum & successorum meorum, *Henrico* filio meo hanc pacem annuente. Ideoque volo & firmiter præcipio, ut hanc pacem firmiter possideant, & vos eandem eis teneatis, quandiu ipsi nobis & hominibus nostris pacem tenere voluerint. Et prohibeo, quod nullus eis, aut hominibus vel rebus suis super nostram firmam defensionem, injuriam vel contumeliam, aut vim ullo modo facere præsumat. Et quicunque hanc pacem tenere noluerint sicut ego concedo confirmante de me, & *Henrico* filio meo, & nostra familiaritate & nostra amicitia sit omnino alienatus. Præsentibus testibus, *Gospatritio* comite, *Hugone* de Mowbill, & *Mansero Marmiun*, & *Roberto Foliot*, & *Hugone* de *Anco*, & *Hugone Briton.* apud sedem de Mowbam in junio.

In quodam registro monimentorum & cartarum abbatiæ sancti Albani, *& quarundam cellarum eidem abbatiæ spectantium, in bibliotheca* Cottoniana.

Ib.fol 114 Vide etiam cart. 9. E. 2. n. 39. Et Pat. 3. R. 2. part. 2 memb. 14. HEnricus rex *Anglie*, dux *Normannie*, & comes *Andegavie*, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, & omnibus ministris & fidelibus suis totius *Anglie*, salutem. Sciatis me reddidisse, & hac carta mea confirmasse Deo & sancto *Albano*, & sancto *Oswino*, & abbati & monachis sancti *Albani* qui apud *Tynemutham* morantur, terram illam quam ceperam in manu mea propter fugam *Adgari* in *Scotiam* & werram regis *Scotie*, scilicet Eglevingeham & Welwicke, & Lilleburn cum suis pertinentiis, quam idem *Adgar* tenuerat de abbate sancti *Albani*, & de monachis suis de *Tynemutha* in vita sua ad firmam, quod inquisitum fuit per liberos homines de visneto per præceptum meum, & recognitum quod erat eorum escaitum & dominicum. Concessi præterea, & hâc cartâ mea confirmavi hoc quod abbas & conventus de sancto *Albano* providerunt & statuerunt de ecclesiis suis de prædicta Eglevingeham & de *Apeltona* ad usus hospitum in perpetuum, sicut carta abbatis & capituli testatur. Testibus *R. Wintonienſi*, & G. *Elyensi* episcopis, *Richardo* de Lucy, *Willielmo* filio *Audel* . . . . dapifero, *Alureda* de sancto *Martino*, *Roberto Marmyon*, *Hugone* de Cressy, *Randulpho* de Glanvilla, *Roberto* de Stutevill. Apud *Gaisitenam*.

Carta regis Johannis.

Ib.fol.113 Vide etiam Rot. cart de an. 2. E. 3. memb. 20. num 75. JOhannes Dei gratia Rex *Anglie (&c.)* Notum facimus vobis nos concessisse, & præsenti carta nostra confirmasse Deo & ecclesiæ sancti *Oswini* de *Tynemutha* & monachis sancti *Albani* ibidem Deo servientibus, omnes homines suos, & omnes terras suas, & omnes possessiones suas, videlicet villam de *Tynemutha* cum omnibus pertinentiis suis, Seton, & Preston, & Churton, & aliam

& aliam *Chirtonam*, Hillington, Whyteley, Croston, Backworth, & aliam Bacworth, Heyhall, Hoxton, Bebellete, Dillington, & aliam Dillington, Wilsington, Betwyck, Egelingham, Lilleburn, Anibell, Hadekeslaw, Clistwyk, Wylum, Weltedene, & dimidiam villam de Copun, Carleberrye, & Hoxton in Haliwerkestock, Helleshow, & terram de Hoyeley & *Denum*. Hæc omnia concessimus jam dictis monachis in redditibus & homagiis, in pratis & pascuis, in nemoribus, & turbariis & omnibus aliis rebus ad jam dictas villas & terras pertinentibus, cum *foca* & *saca*, on strond, on stream, on wode & feld, tol, & theam, grithbreche, Hamsoke, & pecunia quæ pertinet ad murdrum, *Forstall*, Danegeld, infangenetheof, utfangenetheof, blodwyth, wrech, *Cornagio*, ut habeant super omnes terras suas, & super omnes homines suos ubicunque sint intra burgum & extra, in tantum & tam plenè sicut proprii ministri nostri exquirere debent ad opus nostrum. Præterea concessimus eis ecclesiam de *Tynemutha*, & Wodehorn, & de Whalton, & de Bolum, & de Betwyk, & de Egelingham, & de Hertburne, & de Cunekline cum capellis & omnibus aliis rebus ad eadem ecclesias pertinentibus.

Concessimus etiam eis Herestorn super Blyth, & decimam de Hertnes & decimas de Middelton super *Theyssam*, & decimas de Cotburgg, & de Rouber, & de Warkeworth, & de Wollouere, & de Newburn, & omnia molendina sua cum prædictis libertatibus possidenda. Et nolumus ut aliquis hominum nec *Francus*, nec *Anglicus*, de terris eorum, neque de hominibus eorum ullo modo se intromittat, nisi ipsi, & ministri sui quibus ipsi committere voluerint. Et quoniam concessimus Deo & ecclesiæ sancti *Oswini* de *Tynemutha*, & monachis sancti *Oswini*, & sancti *Albani* ibidem Deo servientibus, pro redemptione animæ nostræ, & parentum nostrorum, omnes libertates & liberas consuetudines quas regia potestas liberiores alicui ecclesiæ conferre potest, prohibemus super forisfacturam nostram, ne aliquis eas aliquo modo infringere præsumat.

Prohibemus etiam ne in ipsorum tertis, vel domibus minister, dapifer scilicet, vel pincerna, camerarius, dispensator, janitor, vel præpositus, contra ipsorum voluntatem & assensum, tempore nostro, vel successorum nostrorum per manum alicujus Principis, vel justiciarii quocunque tempore ponatur, sicut carta regis *Richardi* avunculi nostri, rationabiliter testatur (*&c.*) Datum per manum S. præpositi *Beverlaci* apud *Eboracum*. vigesimo quinto die Februarii, anno regni nostri quinto.

Ib fo. 218. OMnibus Christi fidelibus has litteras inspecturis, *Richardus Bertram* salutem. Noveritis me pro salute animæ meæ & uxoris meæ, & antecessorum & hæredum meorum, confirmasse & confirmando dedisse Deo & ecclesiæ sancti *Oswini* de *Tynemutha*, & monachis ibidem Deo servientibus, duas garbas, quas habent ex dono antecessorum meorum, & in præsenti ex me, de dominicis meis de Bothall liberè percipiendas, & sicut puram eleemosinam nostram pacifice inperpetuum possidendas, sicut continetur in transactione inter ecclesiam de *Tynemutha*, & ecclesiam de Bothall super eisdem decimis confecta, & per judices a Domino papa delegatos formata, & eorum sententia diffinitiva & sigillis roborata. Et ut hæc mea confirmatio & donatio stabiles inperpetuum perseverent, eas sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus, domino *Rogero Bertram*, *Roberto* de *Wirceistræ*, *Thoma* de *Oggell*, *Daniele* de *Nove-Castro*, *Waltero Graffard*, *Simone* de *Tynemutha*, *Jordano* de Bacwost, *Radulpho* de *Morton* & multis aliis.

Carta de anno 2. E. 3. *n.* 3.

Cart 2. E. ... n. 31.

Vide etiam Par. 3. R. 2. parte 2. m. 13.

REX archiepiscopis, &c. Salutem. Sciatis quod cum dilectus nobis in Christo Prior de Tynemuth que est cella abbatiæ de sancto *Albano*, per cartas progenitorum nostrorum quondam regum *Anglia* coram nobis in curia nostri nuper clamasset habere omnia placita infra libertatem suam de Tynemuth, tam de corona quam alia placita communia de hominibus suis & terris & tenementis infra eandem libertatem qualitercumque emergencia, per justic. suos proprios ibidem placitanda & terminanda, Ita quod justiciarii aut alii ministri nostri, libertatem prædictam intrare non debeant ad aliqua hujusmodi placita ibidem tenenda vel officium aliquod de aliquibus libertatem illam tangentibus exercendum, Necnon & quasdam alias libertates, & liberas consuetudines, quibus idem Prior & predecessores sui Priores ejusdem loci à tempore confectionis cartarum prædictarum sine temporis interuptione usi fuerunt rationabiliter ut dicebat. Quæ quidem libertates pro eo quod compertum fuit in curia nostra prædicta quod prædictus Prior & predecessores sui prædicti aliquas libertates coronam nostram tangentes, super nos & coronam nostram prædictam occupaverant minus justè, nobis per considerationem ejusdem curiæ tanquam forisfactæ fuerunt adjudicatæ & cum aliis libertatibus & liberis consuetudinibus quas clamabant infra libertatem prædictam, ad ipsos per cartas prædictas pertinere, in manum nostram captæ:

Nos ob specialem devotionem, quam erga glorioſos martires beatos *Albanum* & *Oswynum*, cujus quidem *Oswyni* corpus in quodã feretro infra ecclesiam de Tynmuth requiescit, gerimus & habemus, necnon ob salutem animæ nostræ & animæ celebris memoriæ *Alianoræ* quondam reginæ *Anglie* consortis nostræ & etiam animarum progenitorum nostrorum prædictorum, volentes dilectis nobis in Christo abbati de sancto *Albano*, & prædicto Priori ac monachis sancti *Albani* in prædicta ecclesia de Tynemuth Deo servientibus gratiam in hac parte facere specialem, omnes libertates & liberas consuetudines prædictas, sic nobis adjudicatas & in manum nostram captas, prædictis abbati Priori ac monachis pro nobis & hæredibus nostris restituimus & reddidimus, habendas & tenendas sibi & successoribus suis abbatibus de sancto *Albano*, Prioribus de Tynemuth, & monachis in prædicta ecclesia de Tynemuth Deo servientibus & servituris imperpetuum, adeo integrè tam in terris & aquis quam locis aliis quibuscunque

cunque sicut ipsi eas ante dictam captionem per cartas prædictas habuerunt & tenuerunt.

Volentes & concedentes pro nobis & hæredibus nostris prædictis, quod iidem abbas Prior & monachi et successores sui prædicti libertatibus et liberis consuetudinibus prædictis adeo plenè utantur de cætero sicut ipsi libertatibus et liberis consuetudinibus illis rationabiliter uti et gaudere consueverunt à tempore confectionis cartarum earundem usque ad diem captionis dictarum libertatum et liberarum consuetudinum in manum nostram, sicut prædictum est. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum nostram apud *Westm.* xx. die Februar. per breve de privato sigillo, et dupplicatur.

WIMUNDHAMENSE
cœnobium in agro Norfolciensi, *cella S.* Albani, *fundat.*
anno Dom. * MCxxxix.

* Chron. *Joh. de Oxinedes* monachi S. *Bened. de Hulme*, MS. in bibl. *Cottonian.*

Ex Regist. de *Wymūdham* penes *milk.* le *Neve* eq. aur. & armor. tit. *Clarenciex*, regem an. 1640. fol. 84. b.

MEmorandum, quod *Willielmus* de *Albaneio*, pincerna regis *Henrici*, fundavit ecclesiam monachorum de **Wymundham**. Qui quidem *Willielmus* habuit unum filium *Willielmum*, comitem *Arundelie*; qui *Willielmus* comes habuit unum filium *Willielmum*, comitem *Sussexie*; qui *Willielmus* comes habuit unum filium *Willielmum*, comitem *Sussexie*; qui *Willielmus* habuit unum fratrem *Hugonem*, comitem *Sussexie*; qui *Hugo* moriebatur sine herede de corpore suo, & quatuor sorores fuerunt propinquiores heredes ejus, & diviserunt totum comitatum *Sussexie* inter eas: Quarum unam desponsavit dominus *le Fitz-Allen*, & aliam dominus de *Montealto*, & aliam dominus *Robertus* de *Tatheſale*, & aliam dominus de **Somerie**, & advocatio ecclesie de **Wymundham** allocata fuit Domino *Roberto* de **Tatheſhale**, & uxori ejus, tenenda de se & heredibus suis in puram & perpetuam elemosinam; Qui quidē *Robertus* de *Tatheſale*, habuit filium & heredem *Robertum* de *Tatheſale*, cujus erant tres filie, quarum unam desponsavit dominus *Johannes Orby*, aliam dominus de *Dryley*, & tertiam dominus *Thomas Caily* qui habuit unum filium & heredem, scilicet *Thomam Caily*, qui obiit sine herede de corpore suo, cujus sororem duxit *Rogerus* de **Clyſton** armiger predicti *Thome*. Iste *Rogerus* habuit unum filium & heredem, scilicet, dominum *Adam* de **Clyſton**, qui habuit filium & heredem *Constantinum* de **Clyſton**, qui habuit filium & heredem dominum *Johannem* de **Clyſton**, qui habuit filium & heredem *Constantinum de* **Clyſton**, qui quidem *Constantinus* habuit unum filium & heredem dominum *Johannem* de **Clyſton**, qui nunc est dominus de **Wymundham**.

Charta Willielmi *de Albineio*, *de ecclesia de* **Wymundham.** Ex Miscel. G. in CCC. p. 276.

NOtum sit omnibus hominibus tam præsentibus quàm futuris, quod Ego *Willielmus* de *Albeneyo*, pincerna domini regis *Henrici primi*, do, concedo, & hac presenti Carta mea confirmo Priori & Conventui de **Wymondeham**, in liberam puram & perpetuam elemosynam, pro salute animæ meæ & uxoris meæ, patris mei & matris meæ, & omnium parentum meorum, totam ecclesiam de **Wymondeham**, cum omnibus pertinentiis suis, universas viz. decimationes de dominio meo in bladis, pratis, harraciis, molendinis, vivariis, & omnibus aliis rebus unde decimationes provenire debent, cum reliqua tota decimatione totius villæ, & in eadem villa curiam propriam cum pomeriis, alnetis, vivariis ipsam curiam cingentibus, & molendinum de curia, & molendinum de **Mekwade**, cum triginta aeris terræ arabilis, & pastura eidem molendino adjacentibus, & nemus de **Biskelmis**, & parvum nemus de **Suthwode**, vivarium de **Dyſſord**, **Wicam** & decem homines lancetos in **Suthwode**, juxta prædictam **Wicam**, & xiij. libratas terræ arabilis jacentes in diversis peciis in eadem villa, videlicet in **Northfild** liij. acras, in **Eſtfeld** octoginta acras, in **Filfeld** octoginta acras, cum quadraginta lancetis, & tenementis eorum in eadem villa, & xviij. liberos homines cum servitiis & tenementis eorum in eadem villa.

Volo etiam & concedo quod prædicti Prior & conventus habeant curiam propriam in eadem villa, & omnia amerciamenta hominum suorum tam liberorum quam lancetorum in leta mea in foro in curia & in quocunque loco amerciati fuerint: In **Yukehame** decimam herraciі mei, & in nemoribus meis habere porcos sine pasnagio, & in **Nelond**, & in **Noleſſen**, & in **Wzakne** xl. solidatas terræ, In **Wramplingham** terras **Gzym**, **Elſey**, & *Ribaldi*. In **Colton** terram quæ fuit **Ulf** presbyteri cum suis pertinentiis, & ecclesiam ejusdem villæ cum suis pertinentiis, & in eadem villa terram *Adelstani* & terram *Colemanni le Kinge*. Totum manerium de **Happesburgh** excepta terra *Ansgoti* camerarii, & ecclesiam & forum cum omnibus pertinentiis suis videlicet **wzech**, **thol** & **theam**, & omnibus aliis libertatibus & consuetudinibus. In **Wzunham** duas carucatas terræ & unum faldagium & unum molendinum & xiij. homines quos habeo in eadem villa, duas partes decimarum dominii mei in eadem villa, ecclesiam de **Snetisham** cum pertinentiis suis, unam carucatam terræ cum falda propria in eadem villa: In **Gzimſtone**, in **Fliſcham**, & in **Pykeham** duas partes omnium decimarum mearum, & facultatem piscandi in vivariis meis. Hæc omnia supradicta concedo & hac carta mea confirmo Deo et ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Wymundham** et monachis ibidem Deo famulantibus, libera et quieta ab omni consuetudine et servitio seculari et omnibus redditibus absoluta: Si verò ecclesia illa Priorem non habuerit, monachi qui ibidem morabuntur eligent sibi Priorem de conventu suo, qui cum electus fuerit mihi præsentabitur, quem reculare non potero nisi aliquam causam rationabilem ostendero quare esse non debeat.

Abbas verò, si apud **Wymundham** venerit honorificè suscipiatur, qui singulis annis in primo festo sancti *Albani* unam marcam argenti debet recipere à monachis pro recognitione subjectionis quam ei debent; reliqua verò ad usum monachorum ejusdem loci remanebunt. Quod autem *Richardus* abbas et capitulum sancti *Albani* concessit mihi abbatiam facere, ita tamen quod abbas ibidem constituendus à rege vel à me eligatur de illis qui apud **Wymondham** morantur; Et hoc liceat mihi facere cum voluero, et tunc libera erit abbatia et à marca argenti absoluta:

Hujus confirmationis sunt quam plures testes *Anglia*, *Rogerus Bigoth* & filii ejus *Ingulphus Merley*, et *Ingulphus* Prior *Norwic. Stephanus* Prior **Thetford**, *Radulphus* filius *Godrici* et frater ejus *Eudo*, *Willielmus Veltre*, *Albertus Francigena*, *Willielmus Revel*, *Willielmus* de *Curtiona*, *Willielmus Myliers*, *Radulphus* de **Estre**, *Alwardus* de **Wymondeham**, et filii ejus *Ricardus*, *Hugo* et *Paganus*, *Edricus* de **Wymundham**, *Marellus* de **Perlai**, et alii multi.

Alia ejusdem Willielmi Charta *de manerio de* **Yapesburg.**

Ex regi-stro quo-dam S. *Albani* in bibl. *Cot-toniana.*

WILLIELMUS de *Albineyo* pincerna *Henrici* Regis *Anglorum*, assistens ad exequias uxoris sue *Matildis*, filie, scilicet, *Rogeri Bigot*, gemens, & plorans, & ad salutem ejusdem defuncte prospiciens, pro spe retributionis eternæ, pro salute regis *Henrici* & uxoris sue *Adeliz* regine, pro anima regis *Williel.* patris sui, & *Matildis* matris suæ, & *Matildis* uxoris suæ, fratris quoque ejus, & antecessorum suorum, & pro anima *Rogeri Bigot*, & filiorum venerabilis *Ebrardi*, *Norwicensis* episcopi, contradidit ecclesie sancte Dei genetricis & perpetue virginis *Marie* de **Wymundham**, & Monachis ibidem Deo servientibus, manerium quod vocatur **Yapesburg**, in elemosinam sempiternam, excepta duntaxat terra *Ausgoti* Camerarii, & excepta una mansiuncula, que vocatur **Eccles.** Porro cum hoc idem manerium contigerat uxori suæ de patrio jure, &, ut creditur, divinitus inspiratus, hoc sibi & posteris in futurum prodesse prospiciens, Deo & genetrici ejus, sicut dictum est, contradidit. Hanc donationem confirmavit ipse *Willielmus* de *Albineyo*, ipso die sepulturæ ejus, per crucem argenteam, in qua reconditæ sunt reliquiæ de ligno Domini, & de presepio ejus, & de sepulcro sancte genetricis ejusdem Domini nostri *Jesu Christi*, & per annulum ejus aureum, per cifum quoque argenteum, in modum sphæræ, mira arte fabricatum, & ad Eucharistiam proprie conservandam. Que omnia super Altare posuit, per manum supradicti episcopi, facta supplicatione, & completa Letania, jam missam celebraturi.

Hujus Donationis Testis est Dominus & antistes supradictus. Sunt etiam testes hujus rei religionis viri venerabiles, *Nigellus* Prior ejusdem loci, *Ingulfus* Prior *Norwici*, *Stephanus* Prior *Tetfordie*, *Hugo* Prior *Acrie*, & monachi alii, *Willielmus Lucas*, *Wybertus*, *Gregorius*, *Thomas*, *Johannes*, *Silvester*, *Paulinus*, *Florentius*, *Hugo*, *Eudo*, *Stephanus*. Sunt & alii Testes complures, filii scilicet ejusdem *Willielmi*, *Nigellus* & *Oliverus*, *Willielmus* capellanus, & *Valerianus*, & *Johannes* capellani, *Galfridus* de **Perlay**, *Radulfus* filius *Godrici*, & frater ejus *Eudo*, *Willielmus Veltre*, *Albertus Francigena*, & frater ejus *Reginaldus*, *Willielmus Revel*, *Willielmus* de *Curciona*, qui & ipsa hora dedit eidem ecclesie de **Wymundham** viginti acras terræ, & decimam suam de **Stanfeld**, de omnibus rebus de quibus solet decima dari. Testes sunt adhuc hujus donationis *Willielmus* de **Villiers**, *Radulfus* de **Estre**, *Morellus* de **Perlay**, *Alwardus* de **Wymundham**, & filii ejus *Ricardus*, *Hugo*, & *Paganus*, *Adricus* & *Dunham*, *Adeliz*. *Bigot* mater ejusdem defuncte, *Agnes* de *Bellasago*, & filia ejus *Almud*, & *Muriel* neptis ejus & alii.

Carta Regis Henrici.

lb. f. 45. b. Pat. 16. H. 3. parte 1. memb. 8.

EGO *Henricus* Dei gratia Rex *Angl.* & dux *Norman.* ad consummationem magis, quàm ad presentiam rerum respiciens, &, cum electis agminibus Sanctorum portionem habere desiderans, pro spe retributionis eterne, pro animabus etiam patris & matris mee, fratris, & antecessorum meorum, & pro anima mea, & uxoris mee *Matildis*, et prolis nostre, concedo Deo, et sancto *Albano*, et ecclesie sancte *Marie* de **Wymundham**, & monachis ibidem Deo famulantibus, in elemosinam sempiternam omnia que *Willielmus*, Pincerna meus, eidem Celle, munificentia liberali donavit.

Ipsam videlicet ecclesiam de **Wymundham**, et decimas dominii sui, & hominum suorum in eadem villa. Et in eadem villa curiam propriam, et duo molendina, et duo nemora, et vivarium de **Tyssord**, et duo prata, et unum pomerium, et unum alnetum, et unum sokemannum, et decem libratas terræ, & omnes homines quas tenebat sub comite de *Warrenna* in eodem manerio, et in *Habilla* quadraginta solidatas terræ, et in **Buchenham** terram ad unam vakariam faciendam, cum pastura ville, et decimam equorum suorum, et porcos suos habere sine pannagio in nemoribus suis, et in **Redham** unum mariscum, et in *Elyngeya* duo millenorum Anguillarum, et ecclesiam de **Yapesburg**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, et totum manerium de **Yapesburge**, cum omnibus pertinentiis suis, excepta terra *Ausgoti* Camerarii, et forum in villa de **Yapesburge**, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, et liberis consuetudinibus ad forum pertinentibus, et totum **Wrec** in eadem villa, à divisa que est inter villam de **Eccles**, et de **Yapesburge** juxta mare, in longum versus occidentem, usque ad divisam inter Hundredum de **Yapesburge** et **Tunstede**.

Ecclesiam quoque de **Snetesham**, cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, et in eadem villa unam carucatam terre de laico feodo, cum una Faldfoca ad eandem carucatam terre pertinente, et in **Brunham** duas carucatas terre, et tresdecim homines ad opera, et unum molendinum, cum omnibus libertatibus, et liberis consuetudinibus, quibus predictus *Willielmus* tenuit de me. Et in eadem villa, et in **Flicham**, et in

Pykeham,

Pykeham, et in Gzimmestun, et in Bangham, et in Risinges duas partes omnimodarum decimarum de dominico predicti Pincerne.

Hec omnia concedo eis & confirmo, et volo et firmiter precipio, ut ea habeant et teneant, bene et in pace, liberè et quietè, integrè et honorificè, in bosco in plano, in terris et aquis, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in urbe et extra urbem, & in omnibus locis, in quibus mea regia potestas illis libertatem dare potest, cum *soca & saca*, tol, & theam, infangetheft, utfangetheft, flemthe, framth, bloduyt, forestal, danelð, wzec, murðze, cum pecunia quæ ad murðze pertinet. Et volo & concedo, quod illi & homines sui emant, & vendant in omnibus urbibus, & in omnibus cæteris quibus possum libertatem dare, ita liberè, & quietè quod nullus exigat ab eis, vel accipiat tol, vel aliquam consuetudinem aliam de aliqua re, quam emant, vel vendant ad opus proprium.

Prohibeo etiam super forisfacturam nostram, ne aliquis ministrorum meorum, aliquo modo se intromittant, aut aliquam potestatem exercere audeant, vel exactionem facere in terris, vel hominibus, vel libertatibus suis, nisi ex concensu & voluntate eorum. Et habeant & constituant proprios ministros suos, qui homines, & terras, & libertates suas custodiant, & accipiant omnia ad ea pertinentia, ita liberè, & quietè, ad opus suum sicut proprii ministri mei debent ea inquirere, & accipere ad opus meum. Testibus *Rogero*, episcopo *Sarum*. *Alexandro*, episcopo *London*. *Galfrido* cancellario, & *Milone* de Glouc. apud London.

Carta Willielmi *comitis de* Albemelo *pincerne regis* H. *de nemore de* Sintswude *& de vivario de* Tipton, *& de prato ante portam prioratus adjacente.*

Ib. fol. 28. POstquam piissimus rex *Anglorum Henricus*, auctoritate & carta sua confirmavit, donationem terræ, & aliarum rerum, quas dedit *Willielmus* de *Albineio*, videlicet pincerna ejus ecclesiæ sanctæ Dei genetricis *Mariæ* de Wymundham, idem *Willielmus*, in augmentum elemosinæ suæ, dedit eidem ecclesiæ, pro salute regis, & sobolis suæ, & pro anima patris sui, & matris suæ, & pro anima fratris sui *Willielmi* regis, quoddam nemus in eodem manerio, quod nemus vocatur Sintwde, & vivarium de Tipton, & pratum, cum terra ante portas prædictæ ecclesiæ adjacens, & omnes homines quos tenebat, sub comite *Willielmo* de *Waremna* in eodem manerio. Et ne monachi ibidem Deo servientes, incursu viatorum aliquam molestiam paterentur, transmutavit viam regiam juxta domum suam, quæ prius erat juxta ecclesiam, permissu regis. Teste *Waltero* de *Gloecestria*, apud Waltham.

Confirmatio *Willielmi* comitis *Sussexiæ* de donationibus avi sui & patris sui.

Ib. f. 30. b. WIllielmus *comes* Sudsexiæ, *omnibus fidelibus presentibus & futuris salutem. Noverint universitas vestra me, pro salute domini mei Regis* H. *& hæredum suorum & pro animabus patris & matris meæ, & omnium parentum, & amicorum meorum, necnon & pro salute mea propria, & uxoris meæ, & hæredum meorum concessisse & præsenti carta confirmasse, in liberam & perpetuam elemosinam, Deo, & monachis sancti* Albani *in monasterio de* Wymundham *Deo servientibus, omnia tenementa, sive donationes quæcunque bonæ memoriæ avus meus* Willielmus *de* Albineio, *pincerna regis, seu pater meus* Willielmus *comes de* Arundell, *vel aliquis hominum suorum & meorum de jure suo munificentia liberali prædictis monachis contulerunt.*

In primis, ipsam ecclesiam de Wymundham *cum omnibus pertinentiis suis universis, videlicet & decimas de dominio suo, de pratis, de bladis, parcis, haratiis, molendinis, & de vivariis, & de omnibus aliis rebus unde decimæ pervenire debent, cum tota decimatione ejusdem villæ. Concedo etiam eis & confirmo donum patris mei: à vallatione videlicet vivariorum meorum, & in anniversario avi mei facultatem piscandi in ipsis vivariis, per unam diem & noctem. Quod si memorata diè tempus piscandi opportunum non fuerit, in aliam quamcunque maluerint diem, piscationem differre poterunt, & tunc liberam, ut supradictum est, piscandi habeant facultatem, & quicquid captum fuit cedet in usus eorum.*

Præterea concedo eis, & confirmo in eadem villâ curiam propriam, cum pomeriis, alnetis atque vivariis curiam ipsam circumgentibus, & molendinũ de curia, & molendinum de Westwade, *cum xxx. acris ridem molendino adjacentibus, de terra arabili, & pasturâ & vivarium de* Typton. *Boscum quoque de* Biskelund, & Wica, *& essarta, & homines quos habent in* Suthwda, *cum minori bosco qui extenditur versus* Morleyã, *& totam terram quam habent in dominio in* Northfeld, *& in* Elsfeld, *& in* Silefeld, *cum omnibus lancetis suis, & tenementis eorum, & terram* Ricardi *filii* Ade *de* Dunham, *& in* Zzantesiund *terram* Bondæ *&* Oschetel *& totum feodum quod tenebat avus meus, de comite de* Warenna *in eadem villa, & totam terram quam habent de feodo* Rogeri *filii* Ansgoti *in eadem villa, & in* Parpesburhe, *& tres acras in* Popiland *ex feodo* Reginaldi *forestarii, & in eadem cultura* Godesacra, *ex dono* Nigelli Rustendene, *& in* Teldebotes Smethe, *terram ad unã vaccariam faciendam, cum communitate pasturæ, & in* Tuchcham *decimam aratii sui, & in nemoribus suis habere porcos suos sine pasnagio; & in burgo de* Bukeham, *ex dono* Alexand. *soci. vj. denaratas redd ins. Præterea concedo & confirmo prædictis monachis advocationem ecclesiæ de* Bestorp, *& ipsam ecclesiam cum suis pertinentiis, quam habent ex dono patris mei.*

In eadem quoque villa de Bestorp, *ex dono* Roberti *de* Bathwant *culturam, quæ vocatur* Sparwestoft: *ex dono* Roberti *filii ejus quatuor acras & dimid. de frutetto, & tres acras de terra arabili. Quadraginta etiam solidatas terræ in* Nortland, *& in* Poilseffen, *& in* Winchene, *quas avia mea contulit prædictæ ecclesiæ de* Wymundham. *Necnon & in* Wramplingham, *terras quas tenent* Robertus Grim, Elli, *&* Ribald. *in* Colethun; *& terram quæ fuit* Ulf *presbiteri, cum suis pertinentiis, & ecclesiam ejusdem villæ similiter, cum suis pertinentiis. In eadem villa terram,*

quæ fuit Turchilli *preſbiteri, cum eccleſia in eodem feodo fundata, & in* **Kerebyhe** *tenementum quod* Johannes, & Lucas *filius ejus de prædictis monachis tenuerunt.*

Præterea concedo eis & confirmo totũ manerium de **Papesburc**, *excepta terra quæ fuit* Anigoti, *& eccleſiam & forum cum univerſis regiis dignitatibus & conſuetudinibus quas avus meus habuit in eodem manerio. Et in* **Buruh** *duas carucatas terræ in dominio, cum uno faldagio, & molendino : & omnes homines cum tenementis eorum quos habent de feodo meo, & cum duabus partibus decimarum omnium, totius dominii, quod fuit avi mei in eadem villa. In* **Snetesham** *unam carucatam terræ cum falda propria, & omnes homines quos habent de feodo meo cum tenementis eorum : eccleſiam quoque ejuſdem villæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & decimis, tam de molendinis, quam de bladis, & de aliis rebus omnibus quæ decimari debent. Et in* Utchuna, *ex dono* Ricardi Noth, *de quadam ſulina redditum duorum ſolidorum.*

Porro in **Flicchesham**, *in* **Grimestun**, *& in* **Pikeham**, *duas partes omnium decimarum totius dominii quod fuit avi mei, tam de molendinis, quam de aliis rebus, & omnibus quæ decimari debent, cum uno meſuagio, & una acra ex dono* Rogeri *de* **Uerli**. *In* Helingeta *tenementum, unde eis duo millenaria, & dimidium anguillarum annuatim eis perſolvuntur, & unum mareſcum in* **Reddesham**, *& quinque acras, quæ vocantur* **Lenedeland**, *unam acram & unam rodam juxta crucem* Levedu, *& unam acram, & unam rodam juxta* **Pepparderhou**. *Tres acras & dimidiam juxta* **Langheg**. *Eccleſia quoque* **Northwuttun**, *cum omnibus ſuis pertinentiis, & advocatione ipſius.*

Volo igitur & præcipio quatinus prædicti monachi omnia ſupradicta tenementa cum omnibus dignitatibus, libertatibus, & conſuetudinibus, & omnibus rebus cum quibus Willielmus *avus meus ea unquam meliùs, & liberiùs in vita ſua tenuit, habeant & teneant benè & in pace imperpetuum. T.* Rogero Bigod, Godefrido *fratre comit.* Radulpho *de* Munchanesi, *& cæteris.*

Parent. 27 H 6. par 2 num. 12.

Prioratus de **Wymondham** *in abbatiam mutatus.*

REx omnibus ballivis & fidelibus ſuis ad quos preſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis quod cum nos per quandam ſupplicationem nobis ex parte dilecti & fidelis noſtri *Andreæ Ogard* militis, nunc patroni Prioratus beatæ *Mariæ* de **Wymondham** preſentatam, intelligentes, qualiter quidam *Willielmus Daubeney*, pro ſalute animæ inclyti progenitoris noſtri *Henrici* primi, quondam regis *Angliæ*, & hæredum ſuorum, ac pro ſalute animarum ipſius *Willielmi* & uxoris ſuæ, necnon omnium conſanguineorum ſuorum, fundabat Prioratum prædictum, ac ordinavit quod quandocunque contigeret Prioratum illum de Priore fore deſtitutum, monachi ibidem commorantes quendam de conventu ſuo ſibi in Priorem eligerent, & ipſum fundatori ſuo, pro conſenſu ſuo electionis illius habendo præſentarent, & ipſum fore perpetuum, niſi cauſam rationabilem demonſtraret quare taliter eligi non deberet; Idemque fundator ordinavit, quod abbas de ſancto *Albano* pro tempore exiſtens, annuatim in primo feſto ſancti *Albani* a præfatis monachis ibidem unam marcam argenti ſolummodo recipiet in ſignum obedientiæ eidem abbati faciendæ, quouſque Prioratus prædictus abbatia factus foret, & quod omnes alie res, & commoditates Prioratus illius ad uſum monachorum ibidem remanerent, quodque dictus fundator poteſtatem habuit per conceſſionem *Ricardi* nuper abbatis & conventus monaſterii ſancti *Albani*, abbatiam de Prioratu prædicto, tempore quo ſibi placeret, facere et ordinare, & quod primus abbas ibidem conſtituendus per regem, vel per fundatorem prædictum, de monachis apud **Wymondham** inhabitantibus eligeretur, ad quod tempus Prioratus ille, cum abbatia ſic factus fuerit, à ſubjectione & obedientia, ac à dicta marca argenti liber foret & exoneratus, prout per cartam fundatoris prædicti, ac per literas noſtras de exemplificatione inde confectas, pleniùs poterit apparere.

Prædictuſque *Andreas* metuebat per frequentem ammotionem bonarum, honeſtarum, & bene regulatarum perſonarum ab occupatione Prioris ibidem, ac per conſtitutionem aliarum perſonarum in occupatione illa, prout per diverſa tempora preterita, contra formam intentionem & ordinationem fundatoris prædicti uſitatum extitit, bona Prioratus prædicti devaſtari, & de veriſimili Prioratum illum ac divina ſervitia ibidem quod abſit, adnihilari penitus, & diminui, Decimo die Aprilis ultimo preterito, premiſſorum conſideratione, de gratia noſtra ſpeciali conceſſerimus & licentiam dederimus præfato *Andreæ*, quod ipſe bullas à ſanctiſſimo patre noſtro tunc papa, ad abbatiam de Prioratu prædicto, juxta intentionem dicti primi fundatoris, faciendam, impetrare valeret, & quod quandocunque abbatia illa de abbate deſtituta foret, conventus ejuſdem loci pro tempore exiſtens, quandam habilem perſonam de ſe ipſis in abbatem ibidem, quotiens opus fuerit, & neceſſe, eligere poſſet, & ipſum præfato *Andreæ* & hæredibus ſuis preſentare, ad aſſenſum ſuum electioni illi prebendum, abſque hoc, quod ille, vel illi cauſam rationabilem demonſtrare poſſet vel poſſent, qd. taliter eligi non deberet, prout tenor carte dicti primi fundatoris plane declarat.

Quodque prefatus *Andreas*, ac conventus de **Wymondham**, bullas prædictas, cum impetrate forent, cum omnibus clauſulis legitimis hujuſmodi promotioni expedientibus recipere, legere, pronunciare, declarare, & in execucionem ponere poſſent, abſq; impetitione, perturbatione vel gravamine quocunq; noſtri vel hæredum noſtrorum, juſticiariorum, vicecomitum, Eſcaetorum ſeu aliorum officiariorum, ſeu miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorumcunque, aliquo ſtatuto, actu, ordinatione, reſtrictione, proclamatione, ſeu aliqua alia re, materia, vel cauſa in contrarium facta vel facienda non obſtante, prout in literis noſtris patentibus inde confectis pleniùs continetur. Jamque idem *Andreas* nobis monſtraverit certas bullas papales, quarum tenor ſequitur in hæc verba.

NIcholaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. *Romanus* pontifex,

ſuper

super universales orbis ecclesias, monasteria, beneficia secularia & regularia, divina obtinens miseratione primatum, ecclesiarum & beneficiorum hujusmodi statum quandoque immutat, Honores auget, & illis salubriter providet, prout rerum & temporum qualitate pensata id in domino conspicit salubriter expedire. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri *Andree Ogard* militis, *Norwicensis* dyocesis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim quidam *Willielmus Daubeney*, aliàs de *Albineio* ejusdem diocesis, cupiens terrena in celestia, et transitoria in æterna felici commertio commutare, de bonis sibi a Deo collatis, ad laudem omnipotentis Dei et beatæ Dei genetricis virginis *Marie*, Prioratum de Wymundham, ordinis sancti *Benedicti*, prefate dyocesis, suis sumptibus fundavit, et illum sufficienter dotavit, et in hujusmodi fundatione voluit et ordinavit, quod si Prioratus ipse, ullo unquam tempore ad monasterium sive abbatiam deduci contingeret, tunc abbatia ipsa à solutione unius marcæ argenti abbati & conventui monasterii sancti *Albani*, dicti ordinis, *Lincoln.* dyocesis, juxta hujusmodi fundationem debite libera & immunis foret, prout in literis autenticis desuper confectis, quarum tenores haberi volumus pro sufficienter expressis plenius continetur.

Cum autem, sicut eadem petitio continebat, in præfato Prioratu numerus monachorum satis habundet, ac inibi in divinis laudabiliter deservitur, pro parte dicti *Andree* veti ejusdem prioratus patroni, nobis fuit humiliter supplicatum, ut dictum Prioratum in monasterium erigere, necnon Conventum & Abbatialem dignitatem inibi instituere, ac de persona dilecti filii *Stephani London.* ipsius Prioratus prioris, magistri in Theologia, ad nominationem dicti *Andree* prefato erigendo monasterio providere, ipsumque illi in abbatem preficere, aliasque in premissis oportunè providere, de benignitate apostolica dignaremur: Nos igitur, qui divinum cultum ubique vigere & augeri, summis affectibus desideramus, hujusmodi supplicationibus inclinati, prioratum ipsum ad laudem Dei & beate *Marie*, hujusmodi ad monasterium pretentium tenore reducimus, ac conventum, & abbatialem dignitatem instituimus. Ita quod Prioratus ipse, monasterium beate *Marie* de Wymundham, perpetuò nuncupetur.

Et nihilominus personam dicti *Stephani* de prefato monasterio beate *Marie* eadem autoritate providemus, ipsumque illi preficimus in abbatem; curam, regimen & administrationem dicti monasterii beate *Marie* sibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo. Mandantes dilectis filiis conventui prefati monasterii, quatinus eidem *Stephano* obedientiam & reverentiam, necnon vasallis & aliis subditis suis, ut consueta servitia & jura teneantur & debeant exhibere, alioquin sententiam sive penam quam ipse *Stephanus* abbas ritè tulerit in rebelles, ratam habebimus & faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiter observari. Et insuper eidem *Stephano*, ut à quocunque maluerit catholico antistite gratiam & communionem sedis apostolice habente, munus benedictionis recipere, ipsiq; antistiti, ut illud sibi liberè & licitè impendere possit, concedimus per presentes. Per hoc autem venerabili fratri nostro episcopo *Norwicensi*, cui monasterium ipsum ordinario jure subesse volumus, nullum intendimus imposterum prejudicium generari, [illegible].

Preterea dictum monasterium beate *Marie* à solutione ejusdem marcæ, necnon ab omni jurisdictione, superioritate, dominio & potestate abbatis & conventus dicti monasterii S. *Albani* prorsus & omnino eximimus et perpetuò liberamus. Ita quod abbas & conventus predicti, nullam ponendi, aut removendi Priorem, aut monachos dicti monasterii beate *Marie*, prout antea consueverunt, habeant potestatem, nec marcam hujusmodi petere, vel exigere quoquomodo presumant. Volumus autem quod tam *Stephanus*, quàm successores dicti monasterii beate *Marie* abbates pro tempore existentes, omnibus prerogativis, privilegiis, honoribus, immunitatibus & insignis, quibus aliqui dicti ordinis monasteriorum abbates, in partibus illis in genere gaudent, & utuntur, uti valeant pariter & gaudere.

Et insuper dicto *Andree* & heredibus & successoribus suis, quotiens & quando ipsum monasterium beate *Marie* vacare contigerit, jus presentandi personam in abbatem per conventum dicti monasterii prius electam, loci ordinario, qui ipsam absque rationabili causa recusare non potest, set illam confirmare perpetuò debeat & teneatur, eadem auctoritate reservamus, concedimus & assignamus; decernentes irritum & inane, quicquid in contrarium à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus premissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon privilegiis indultis & literis specialibus, vel generalibus monasterii *Albani* seu illius abbatibus & conventui sub quovis tenore, per sedem Apostolicam, vel ejus legatos, & presertim per *Othonem* & *Ottobonum* olim in partibus illis prefate sedi Legatos, seu alios quomodolibet concessis, etiam si de illis specialem & expressam oporteret facere de verbo ad verbum mentionem, & quibus in genere non intelligitur esse derogatum nisi in specie derogetur, ac statutis & consuetudinibus monasteriorum, & ordinis predictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscunque. Quibus omnibus, illorum tenores, atque formas presentibus pro expressis habentes, specialiter & expresse hac vice dumtaxat derogamus.

Et insuper ut presentes litere ad debitum perducantur effectum, venerabili fratri nostro *Norwycensi* episcopo & dilectis filiis abbatibus *Westmonasterien.* & sancti *Edmundi* de *Burgo*, *Eboracensi.* & *Norwycens.* dyocesis, mandamus, quatinus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel per alium seu alios, abbati et conventui monasterii beate *Marie* prædicti cum efficacis defensionis presidio assistentes, eos non permittant, per abbatem & conventum dicti monasterii sancti *Albani*, aut quoscunque alios quavis autoritate fungentes, super præmissis, quomodolibet molestari; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus omnibus supradictis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum

reductionis, inſtitutionis, proviſionis, perfectionis, comiſſionis, conceſſionis, intentionis, exemptionis, liberationis, voluntatis, reſervationis, conceſſionis, aſſignationis, conſtitutionis, derogationis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome*, apud ſanctam Pontentianam * anno incarnationis dominice mileſimo, quadringenteſimo octavo xvj. kalendas Octobris anno pontificatus noſtri ſecundo, prout in bullis prædictis plenius continetur.

* *Alias* Pontiniacum

Quas quidem bullas prædictus *Andreas* de eodem ſanctiſſimo patre noſtro papa, virtute, ac vigore licentiæ noſtræ prædictæ optinuit. Quarum bullarum pretextu, prioratus prædictus in monaſterium reducitur, ac prædictus *Stephanus London.* nuper Prior ejuſdem loci, in abbatem ibidem, cum omnibus in hac parte neceſſariis, & dependentibus efficitur. Noſque pium, & meritorium opus prædictum conſiderantes, ac pacem, & tranquillitatem ejuſdem monaſterii ac conventus, & aliorum, qui manus ſuas ad præmiſſa peragenda porrexerunt adjutrices, deſiderantes, ex gratia noſtra ſpeciali, & ex mero motu noſtro, perdonavimus, remiſimus, & relaxavimus, tam præfatis *Andreæ* & conventui loci prædicti, quàm prefato *Stephano* nunc abbati, & nunc conventui ejuſdem loci, necnon ſingulis monachis ejuſdem loci, ac *Waltero* epiſcopo *Norwycenſi*, loci illius dioceſano, abbati beati *Petri Weſtmon.* ac abbati de Bury ſancti *Edmundi*, & eorum cuilibet, quibuſcunq; nominibus cenſeantur, ſeu aliquis eorum cenſeatur, ac eorum dioceſanis, & ordinariis, ac etiam omnibus & ſingulis procuratoribus, notariis, nunciis, manutentoribus, fidejuſſoribus, abbettatoribus, attornatis, deputatis, actoribus ſive factoribus prædictorum *Andreæ* & conventus de Wymundham prædicti ac nunc abbatis, & nunc conventus ejuſdem loci, quibuſcunque nominibus cenſeantur, ſeu eorum aliquis cenſeatur, necnon omnibus aliis, quorum intereſt, ſeu intereſſe contigerit in hac parte quoviſmodo, omnimodas trangreſſiones, miſpriſiones, offenſas, proviſiones, acceptationes bullarum apoſtolicarum, & contemptus nobis, ſeu contra nos, ac ſtatuta ac ordinationes de proviſoribus regni noſtri *Anglie*, de *Proviſoribus*, aut contra *Proviſores* quoviſmodo edita, ſeu alia ſtatuta quecunque per ipſos, aut eorum aliquem ante datam preſentium qualitercunque facta, profecuta, ſive perpetrata, ac omnimodas foriſfacturas, & fines nobis, ante datam illam qualitercunque occaſione premiſſorum, ſeu eorum alicujus pertinentia ſeu nobis pertinere debentia, ac etiam omnimoda impriſonamenta perſonarum ſuarum, & cujuſlibet earum, que ſubirent, aut ſuſtinere poſſent, ſeu ſubire deberent, aut eorum aliquis ſuſtinere aut ſubire poſſet aut deberet, ratione proviſionis predictæ, aut alicujus alterius proviſionis, ſtatuti, ordinationis, cauſe vel materie cujuſcumque, aut alicujus alterius rei cujuſcumque, que exinde ſequi poſſet aut deberet, necnon acceptationem, receptionem, lectionem, pronunciationem, publicationem, declarationem, & executionem dictarum Bullarum, ſeu earum alicujus de *proviſoribus*, ſeu contra *proviſores* editorum, & aliarum Bullarum apoſtolicarum quarumcumque contra aliqua ſtatuta, ſeu ordinationes, necnon omnia & ſingula, una cum omnibus & ſingulis in eiſdem contentis per ipſos *Andream* & conventum de Wymundham, vel per dictos nunc abbatem & conventum de Wymundham predictum, aut dictum epiſcopum, abbates ſancti *Petri* & ſancti *Edmundi* de Bury, dioceſanos, ordinarios, procuratores, notarios, nuncios, manutentores, fidejuſſores, abbettatores, attornatos, deputatos, actores ſive factores, ſeu eorum aliquem, aut aliquos alios quoſcumque ſimiliter ante datam predictam qualitercunque factis ſive perpetratis, ſive impoſterum faciendis, ſive perpetrandis. Nolentes quod predicti *Andreas* & conventus vel dicti nunc abbas & nunc conventus, epiſcopus, abbates, dioceſani, ordinarii, procuratores, notarii, nuntii, manutentores, fidejuſſores, abbettatores, attornati, Deputati, actores ſive factores, aut eorum aliquis, ratione alicujus premiſſorum, aut vigore ſeu virtute aliquorum ſtatutorum, ſeu ordinationum, de aut ſuper premiſſis aut aliquo premiſſorum ante hec tempora factorũ ſeu editorum quoviſmodo in perſonis, rebus, bonis, catallis, terris, tenementis, aut poſſeſſionibus ſuis temporalibus, aut ſpiritualibus quibuſcumque, per nos, heredes vel ſucceſſores noſtros, juſticiarios, eſcaetores, vicecomites, aut alios ballivos, ſeu miniſtros noſtros, vel heredum noſtrorum quoſcunque occaſionentur, moleſtentur, inquietentur, vexentur, perturbentur, impriſonentur in aliquo, ſeu graventur: occaſionetur, moleſtetur, inquietetur, vexetur, perturbetur, impriſonetur in aliquo, ſeu gravetur.

Et ulteriùs de uberiori gratia noſtra conceſſimus et licentiam dedimus, tam præfatis *Andreæ* et conventui de Wymondham prædictis, quam dictis nunc abbati, et conventui ejuſdem loci, ac epiſcopo *Norwycenſi*, abbati beati *Petri Weſtmonaſterienſis*, et abbati de Bury ſancti *Edmundi* prædictis, et eorum cuilibet, per ſe ac per procuratores, notarios, nuntios, attornatos, deputatos, actores, factores, et conciliarios ſuos, tam bullas prædictas quàm alias quaſcunque bullas apoſtolicas, premiſſa, aut aliqua premiſſorum concernentia, aut eorum aliquod oportuna, vel quomodolibet neceſſaria, impetratas, aut impoſterum impetrandas, conjunctim, et diviſim, recipere, admittere, acceptare, legere, pronuntiare, publicare, et declarare, ac eas omnes, et ſingulas exequi, et in executionem ponere in omnibus, juxta vim formam et effectum earundem, eiſque et qualibet earum in omnibus, juxta vim et effectum earundem uti et gaudere poſſint, et poſſit liberè, et impune, ſine occaſione et impedimento noſtri vel hæredum noſtrorum, juſticiariorum, eſcaetorum, vicecomitum, aut aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum, vel hæredum noſtrorum quorũcunq; Aliquibus ſtatutis, ordinationibus, proviſionib', reſtrictionibus, factis, editis, ſive emanatis, aut eo quod expreſſa mentio de vero ſeu annuo valore premiſſorum aut aliorum proficuorum, rerum, & commoditatum, nobis in hac parte, aut ratione alicujus proviſionis prædictæ pertinentium ſive ſpectantium, aut de nominibus procuratorum, notariorum, nunciorum, manutentorum, fidejuſſorum

fidejussorum, abbettatorum, attornatorum, deputatorum, actorum sive factorum, & consiliariorum supradictorum, aut eorum alicujus, sive de integris materiis, vel rebus in bullis prius memoratis, ut supradictum est, aut de aliis donis, & concessionibus, prefato *Andreæ*, aut dictis nunc abbati & conventui de **Wynumdham** prædictis, vel dictis episcopo, abbati beati *Petri Westmonasteriensi*, & abbati de **Bury** sancti *Edmundi* prædictis, vel eorum alicujus antecessori, vel prædecessori, per nos seu progenitores nostros, ante hæc tempora factis, in presentibus facta non existit, non obstante. In cujus rei, &c. T. R. Apud *Westmon.* xvj. die Marcii:

per ipsum regem & de data prædicta autoritate Parliamenti.

BINHAMENSIS

Prioratus in agro Norfolciensi, *cella cœnobii S.* Albani.

Charta Petri *de* Valoniis *&* Albredæ *uxoris suæ de fundatione Prioratus de* Binham.

Ex regist. Priorat. de Binham penes autorem an. 1648. fo. 1.

NOtum sit omnibus tam futuris quàm præsentibus, quod ego *Petrus* de *Valoniis* & *Albreda* uxor mea, concedentibus filiis meis *Willielmo* & *Rogero*, consilio etiam nepotis mei *Walteri*, & cæterorum hominum & amicorum meorum, assensu etiam & licentia & per breve *Henrici* regis domini mei, & *Matildis* reginæ, dono & concedo Deo & sanctæ *Mariæ* & sancto *Albano* ecclesiam sanctæ *Mariæ* de **Binham** totumq; manerium meum, cum pratis, & silvis, & mareisco, & homagio, ita plenè sicut tenueram illud manerium à rege, nihil mihi vel successoribus meis in eodem manerio retinens & reservans nisi divinæ pietatis retributionem sed volo & concedo, ut hæredes & successores mei sint tutores & defensores ejusdem ecclesiæ & villæ, & non destructores aut aliquo modo vastatores. Quod beneficium & elemosinam specialiter facio pro anima domini mei *Willielmi* regis qui *Angliam* adquisivit, qui mihi dedit illud manerium. Cujus etiam assensu & licentia hoc opus incepi, & pro anima *Matildis* reginæ uxoris suæ & *Willielmi* regis filii sui, & pro salute *Henrici* regis domini mei & *Matildis* reginæ uxoris suæ, quorum nutu & licentia istam elemosinam facio & filiorum suorum, & pro meipso & uxore mea & filiis & fratribus & propinquis meis, pro animabus etiam patris & matris meæ, & omnium antecessorum meorum, ex quorum progenie ego exortus sum, & pro *Albreda* uxore mea & *Eudone* fratre suo, & *Rohaysia* uxore, & pro animabus antecessorum illorum ex quorum progenie exorti sunt, & pro salute hominum meorum & animabus antecessorum illorum quorum decimas, eorundem nutu, ecclesiæ S. *Mariæ* de **Binham** tribuo. Concedo etiam eidem ecclesiæ duas partes decimarum mearum in **Derlingham** & **Ingulnesthorp** de meo dominio. Et duas partes decimarum militum meorum qui de me terras tenent in **Horsulch**, assensu quidem & voluntate eorundem. Hæc sunt maneria quorum decimas supradictæ ecclesiæ concedo: **Biburg**, quod tenet *Radulphus Facatus*. Et *Snaringa* & **Tolles**, quod tenet *Ricardus* de *Spineto* ab eodem *Radulpho*, & *Testurtuna* & **Biburg**, & *Wodedallinga*, & **Bateslyngham**, quæ tenet *Thuraldus*: **Walsingham**, quod tenet *Humfridus*: *Berneya*, quod tenet *Walterus Dapifer*. *Babingleya*, quod tenet *Willielmus* de **Rudham**, & **Apeltons**, quod tenet *Turgisius*: *Paresleya*, quod tenet *Rogerus*.

Quæ omnia dono & nominatim concedo ad servitium ecclesiæ S. *Mariæ* de **Binham**. Sciendũ est etiam quod prædicti mei milites, cum mortui fuerint, si tamen in *Anglia* moriantur, apud **Binham** debent sepeliri, & à monachis honorificè corpora eorum suscipi, & pro eis debet servicium sicut pro fratre devotè fieri, & pars eorum totius suæ substantiæ illorum tantùm maneriorum de quibus eadem ecclesia habet decimas, ecclesiæ sanctæ *Mariæ* reddi & offerri debet. Ubicumque etiam moriantur sive sepeliantur, prædicta pars totius suæ substantiæ pro singulis eorum supradictæ ecclesiæ per conventionem redderur, & à monachis debitum servitium sicut pro fratribus persolvetur, & pro uxoribus & hæredibus eadem conventio ab utraque parte semper inposterum implebitur. Quæ ecclesia sanctæ *Mariæ* de **Binham** eo tenore subjicietur ecclesiæ sancti *Albani* in cella, quo tenore ecclesia sancti *Pancratii* de **Lewis** ecclesiæ sancti *Petri Cluniacensis* est subjecta, redditura per annos singulos ecclesiæ sancti *Albani* unam marcam argenti & non amplius, & hoc in die festi sancti *Albani*. Quinimmo, talem libertatem habebit hæc ecclesia per omnia sub ecclesia sancti *Albani* qualem habet ecclesia sancti *Pancratii* sub ecclesia *Cluniacensi*. Abbas etiam ecclesiæ sancti *Albani* semel in anno apud **Binham** cum treidecim equis tantùm & non plus per octo dies immorari poterit nisi à Priore diutius decenter vel sepiùs advocatus fuerit ob ædificationem loci & emendationem monachorum. In qua ecclesia sanctæ *Mariæ* debent ab abbate sancti *Albani* ad servitium dei faciendũ octo fratres & non minus jugiter institui. Quod si aliquando quilibet fidelis, sive clericus sive laicus, in eadem ecclesia converti voluerit, & Prior illud ecclesiæ expedire aut facultatem posse sufferre persenserit, receptus ad ecclesiam sancti *Albani* benedicendus & professionem facturus conducatur, & postea ad ecclesiam unde venerat revertatur, nisi instruendus & edocendus aliquandiu ab abbate & favente Priore retineatur.

Hujus beneficii donationem & oblationem fecit *Petrus* de *Valoniis* & *Albreda* uxor ejus hominesque sui Deo & sanctæ *Mariæ* & sancto *Albano* super altare sanctæ *Mariæ* de **Binham**, præsente *Ricardo* abbate ecclesiæ sancti *Albani*, & tunc ibidem missam celebrante, præsentibus etiam abbate *Roberto* de sancto *Edmundo*, & *Ricardo* abbate sancti *Benedicti* de **Holme**, & *Lamberto* Priore de *Acra*. Corã subscriptis testibus *Nigello*, & *Radulfo*, & *Ricardo* Capellanis, *Petro* de *Valoniis*, *Harmanno* clerico abbatis de **Holme**, *Edmundo* clerico abbatis de sancto *Edmundo*, *Rogero*

presbytero

presbytero de Derſingham. *Alſio* presbytero. *Leuvel* presbytero de Warham. *Alverico* presbytero de Hoſcham, & *Asketel* & *Alwald* & *Wimundo* presbyteris de Walſingham. *Oſgod* presbytero de Binham. *Oſgoto* presbytero de Gunthorp. *Edwin Pinbon* de Wicton. *Iketel* presbytero de Welles. *Albrico* presbytero de Stri-nekey. *Radulfo Facato*, *Waltero* dapifero. *Humfrido* comite. *Hunfrido* Calvo, *Turoldo* de *Dallinger*. *Godrico* presbytero de Stutelthorp, & Dlfinc filio ejus, Walfo presbytero de Barſam, & ejus filio *Reynaldo*. *Ricardo* de *Spineto*. *Willielmo* de *Babingelia*. *Hugone* de Derſingham & *Pictore* fratre ejus. *Stangrin* presbytero de Ingul-neſthorp. *Godwino* & *Radulfo* & *Azor* de Snete-ham. *Alberto Francigena*, *Willielmo* le *Veltre*, *Gaufrido* de *Fabrica*. *Herveo* de *Docinga*. *Algar* de *Wyſtone*. *Wirchmaro* de *Walſingham*. *Yvone* de *Stinekey*. *Iketel* de *Warham* & *Orulfo* fratre ſuo. *Roberto* fratre abbatis de *Holme*, & *Waltero* nepote ejus. *Petro* de *Werenga*. *Wucerico*. *Grimbaldo*. *Osberno* de *Byntre*. *Willielmo* filio *Rogeri*. *Willielmo Picot*. *Finta*. *Gilberto* de *Spineto*. *Adelardo*. *Rogero de ſancto Salvatore*. *Hamone* nepote *Petri* & *Ricardo* fratre ſuo, & *Ricardo* de Sanetham, *Willielmo* filio *Theodorici*, *Gaufrido* filio *Rogeri*. *Roberto* monacho. *Ranulfo* fratre *Fulconis*, *Willielmo*, *Wygero*, & aliis.

Confirmatio Rogeri de Valoniis *de omnibus quæ* Petrus *de* Valoniis *pater ejus contulit eccleſiæ de* Binham.

Ex cod. Regiſtro de Binham f. 1. a.

NOtum ſit omnibus fidelibus tam futuris quàm præſentibus, quod ego *Rogerus* de *Valoniis* patris mei *Petri* de *Valoniis* inhærens veſtigiis, conceſſi & confirmavi hac mea carta Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis ſancti *Albani* apud Binham manentibus, conſilio amicorum & hominum meorum, ipſam eccleſiam de Binham, totumque manerium, in terris, pratis, ſilvis, mariſcis, paſcuis, & homagiis, & terram totam quam pater meus dedit eiſdem monachis in Egesfeld, & nemora & warennam quam ipſe habuit ex dono regis in eadem villa. Volo etiam & concedo, ut ipſi monachi habeant omnimodas decimas duarum partium dominiorum meorum & omnium militum meorum in Horthfolch, quas pater meus eis dedit & conceſſit, aſſenſu quidem & voluntate eorundem militum, videlicet de Derſingeham, & de Hingelneſthorp de meo dominio, & Ryburge, & de alia parva Ryburg, & Snaringe, & Toftes, & *Geſtretuna*, & Woodhall, & Saxingeham, & Bereneya, & Egesfeld, & Babingeles, & Barebrunne, & Rudham, & Appletone, & Pateſle, & *Ripetuna*.

Concedo inſuper prædictis monachis ex meo dono eccleſiam de Derſingeham cum omnibus ad eam pertinentibus, et medietatem eccleſiæ de Walſingham cum cantaria quæ habet *Robertus Godchild* de monachis ſancti *Albani*, & totam terram quam *Humfridus* miles meus tenuerat de me in Walſingeham cum toto homagio & cæteris omnibus pertinentiis, & totam terram meam de Gunesthorp & totam terram de Welles de feodo meo quam tenuit *Robertus Godchild*. Hæc omnia concedo ad ſervicium eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de Binham & monachorum illius loci, pro anima *Willielmi* regis qui *Angliam* adquiſivit, & memoratum manerium patri meo dedit, & pro anima *Matildis* reginæ uxoris ſuæ, & pro anima *Henrici* regis & *Mathildis* reginæ & prolis ſuæ, & pro anima *Petri* de *Valoniis* patris mei qui eccleſiam de Binham fundavit, & pro me ipſo & pro animabus omnium anteceſſorum meorum ex quorum progenie exortus ſum, & pro animabus hominum meorum & anteceſſorum eorum concedo & præſentis ſerie ſcripti confirmo, nichil mihi vel ſucceſſoribus meis reſervans niſi divinæ pietatis retributionem. Sed volo & præcipio ut hæredes mei & ſucceſſores ſint tutores ejuſdem eccleſiæ & omnium pertinentium & defenſores & non deſtructores aut aliquo modo vaſtatores.

Sciendum eſt etiam quod omnes milites mei de Horthfolch cum mortui fuerint, ſi tamen in *Anglia* moriantur, apud Binham debent ſepeliri, & a monachis honorificè corpora eorum ſuſcipi, & pro eis debet ſervicium ſicut pro fratre devotè fieri, & pars eorum totius ſuæ ſubſtantiæ illorum tantùm maneriorum de quibus eadem eccleſia habet decimas, eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* reddi & offerri debet. Ubicumque etiam moriantur ſive ſepeliantur, prædicta pars totius ſuæ ſubſtantiæ pro ſingulis eorum ſupradictæ eccleſiæ per conventionem reddetur, & à monachis debitum ſervicium ſicut pro fratribus perſolvetur, & pro uxoribus & hæredibus omnibus poſt futuris eadem conventio ab utraque parte ſemper in poſterum implebitur. Hujus confirmationis ſunt teſtes *Agnes* de *Valoniis* uxor mea. *Petrus* & *Robertus* & *Gaufridus* & *Johannes* filii mei. *Robertus* dapifer. *Fulqui* de *Murpincun*. *Philippus* de Snaringes. *Alanus* de *Bux*. *Gaufridus* de Babingele. *Thuraldus* de Dallinges. *Adam* filius *Aluredi*. *Yvennus* Capellanus. *Willielmus* Capellanus. *Petrus* Clericus. *Nicholaus* de Dallinges. *Jordanus*. *Lambertus* Piſtor. *Alanus* de Turbe-ville. *Walterus* de *Valoniis*. *Petrus* de Stine-kepe. *Gaufridus* de Snaringes, & *Alanus* Clericus frater ejus, & *Burnardus* de Stodhete.

Confirmatio Petri *de* Valoniis *junioris de omnibus quæ anteceſſores ſui contulerunt eccleſiæ de* Binham. Ibid.

NOtum ſit univerſis ſanctæ eccleſiæ tam futuris quàm præſentibus fidelibus, quod ego *Petrus* de *Valoniis* anteceſſorum meorum inhærens veſtigiis, conſilio amicorum meorum hominumque aſſenſu, concedo & confirmo eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de Binham omnes teneturas quaſcunque prædeceſſores mei, *Petrus* ſcilicet de *Valoniis* avus meus & poſt ejus deceſſum pater meus *Rogerus* in liberam elemoſinam dederunt & conceſſerunt, ita bene & quietè & honorificè eidem eccleſiæ poſſidendas ſicut unquam meliùs & liberiùs & honorificentiùs una die vel hora ipſi tenuerunt vel poſſederunt, Scilicet manerium totum de Binham & eccleſiam cum terris & pratis in ſilvis & mareſco & homagio, nichil mihi vel ſucceſſoribus meis in eodem manerio reſervans niſi divinæ retributionem pietatis. Sed volo & concedo

&

& præcipio, ut hæredes mei & successores sint ejusdem manerii tutores & omnium pertinentium & defensores & non destructores aut aliquo modo vastatores. Concedo etiam & confirmo, sicut avus meus & pater dederunt & concesserunt, duas partes decimarum mearū de Dersingeham, & de Hingulvesthorp de meo dominio, & duas partes decimarum militum meorum qui de me terras tenent in Northfolch, assensu & voluntate eorum.

Hæc sunt maneria quorum decimas antecessores mei supradictæ ecclesiæ concesserunt, & ego concedo. Ryburg, & aliam parvam Ryburgh, Snaring, & Toftes, *Cestrenam*, & Wodedallingham, Sarelingeham, Walsingeham, *Berneiam*, Babbingele, *Sernebrunam*, Rudham, & *Appletunam*, *Patesleiam*, & *Ripetunam*. Concedo etiam & confirmo ecclesias & terras quas eidem ecclesiæ *Rogerus* meus pater dedit & concessit, scilicet ecclesiam de Dersingeham cum pertinentiis suis omnibus, & medietatem ecclesiæ de magna Walsingeham & cantariam & omnem suam terram ejusdem villæ cum totis homagiis & libertatibus, & omnem suam terram de Gunethorp, & terram de Welles quæ fuit *Roberti Godchild*, & dimidiam *Berneiam* cum ecclesia tota quam ego prædictæ ecclesiæ de Binham dedi & concessi. Concedo etiam & confirmo sexaginta acras quas mater mea in *Westeleia* donavit pro anima patris mei *Rogeri* de *Valoniis* eidem ecclesiæ. Quæ omnia concedo ad servitium sanctæ *Mariæ* de Binham pro anima *Willielmi* regis qui *Angliam* adquisivit, & memoratum manerium avo meo dedit, & pro anima *Matildis* reginæ uxoris suæ & anima *Henrici* regis & *Matildis* reginæ uxoris suæ: necnon & pro incolumitate & salute domini mei *Henrici* secundi regis & *Alienoræ* reginæ & prolis suæ, & pro anima *Petri* de *Valoniis* avi mei qui ecclesiam de Binham fundavit: Et pro animabus patris mei & matris & pro me ipso, & pro animabus omnium antecessorum meorum ex quorum progenie exortus sum, & pro animabus hominum meorum & antecessorum meorum concedo inquam & præsenti serie scripti confirmo, ne ab aliquo in posterum immutetur.

Hujus confirmationis sunt testes, *Agnes* de *Valoniis*, *Robertus*, & *Gaufridus*, & *Rogerus*, & *Johannes*; & *Philippus* de *Valoniis*, *Adam* filius *Aluredi*, *Ricardus* de *Chalna*, *Philippus* de Snaringes, *Rogerus* filius *Hunfredi*, *Ricardus* de Snaringes, *Walterus* de *Nova-villa*. *Radulfus* de Dull, *Willielmus* de *Boxa*, *Hugo* filius *Alani*, *Robertus* filius *Radulfi* de Wyton, *Willielmus* de *Bosco*, *Ambrosius*, *Willielmus* de *Mandevilla*, *Robertus* de *Insula*, *Robertus* de Herford, *Robertus* de Pandevill, *Willielmus* filius *Enclois*, *Petrus* de *Mara*, *Rogerus Tessun*, *Ricardus* de Holeburne, *Gervasius* clericus, *Ricar.* frater ejus, *Ranulfus Bas*, *Robertus* monachus, *Petrus* clericus, *Hugo* clericus, *Willielmus* clericus, *Alanus* clericus, *Radulfus* sacerdos, *Willielmus*, *Lambertus*, & multi alii.

Ibid. *Carta confirmationis* Roberti *de* Valoniis *de donationibus antecessorum suorum & de sepulturis militum suorum.*

NOtum sit omnibus fidelibus tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Robertus* de *Valoniis*, consilio dominæ *Agnetis* matris meæ, & *Hadewisæ* uxoris meæ, & omnium hominum & amicorum meorum, concessi Deo & sanctæ *Mariæ* & sancto *Albano* & monachis apud Binham Deo servientibus, & hac mea præsenti carta confirmavi, totam donationem quam *Petrus* de *Valoniis* avus meus, & *Rogerus* pater meus, & *Petrus* de *Valoniis* frater meus & domina *Agnes* mater mea vel aliqui hominum fecerunt ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Binham & monachis ejusdem loci, videlicet ipsam ecclesiam de Binham, totumque manerium, in terris, pratis, silvis, marisco, & homagio, & ecclesiam de Dersingeham cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam de *Westleia* cum omnibus pertinentiis suis; & ecclesiam de *Berneia* cum suis omnibus pertinentiis, & dimidiam *Berneiam*, in terris, pratis, silvis, bruerio, turbario, & homagio, & dimidiam ecclesiam de Walsingeham cum omnibus ad eam pertinentibus, & cantariam ejusdem ecclesiæ, & duas carucatas terræ in dominium in eadem villa, quæ carucatæ continent in se nonies viginti acras, & totum homagium quod pertinebat ad dominium *Hunfridi*, & molendinum, & prata, & totum homagium, & terram, & mariscum quod est in villa de Welles & in villa de Gunethorp, & totum dominium de feudo meo in Egesfeld & homagia, & nemora, & alneta, & warennam ejusdem villæ, & duo mesuagia in Lundon.

Concessi etiam dictis monachis & confirmavi donationes quas fecerunt mei milites ecclesiæ de Binham, videlicet ex dono *Agnetis* de Punpincun & *Radulfi* filii ejus duas annuas marcas de molendino de magna Ryburg; ex dono *Radulfi* filii *Thuroldi*, ecclesiam de Wodedallingam cum omnibus ad eam pertinentibus & totum tenementum quod fuit *Willielmi* fratris *Petri* in eadem villa, quod clerici de Wodedallinge, *Rogerus* & *Paganus* tenuerunt tantum in vita sua de prædictis monachis pro tribus annuis solidis, & tres acras terræ in Baitricheserost, & totum molendinum de Dallinge, & ecclesiam de parva Ryburg, cum omnibus pertinentiis & decimis molendinorum ejusdem villæ. Et octo acras terræ cum mesuagio & cæteris omnibus aliis liberis terris, & in eadem villa de Ryburg quadraginta acras terræ quas *Petrus* filius *Radulfi* tenuit in vita sua tantum de ecclesia de Binham pro duobus solidis per annum; & ex dono *Adæ* filii *Aluredi* septem acras terræ arabilis & unum prati in Ingulvesthorp.

Præter hæc concessi eisdem monachis meis & confirmavi duas partes decimarum omnimodarum dominii mei & dominii militum qui de me terras tenent in Northfolch, assensu quidem & voluntate eorum, videlicet, de Dersingham, & Ingulvesthorp, & Ryburg, & Snaring, & Toftes, & Cestretun, & parva Ryburg, & Wodedalling, & Sarlingeham, & Walsingeham, & *Berneis* & Babbingle, & Rudham, & Appletone, & *Patesleia*. Hanc igitur concessionem & confirmationem facio ego nominatim ad servicium ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Binham, pro salute Domini mei *Henrici* Regis secundi, & liberorum ejus, & pro salute propria & uxoris meæ & matris meæ & omnium parentū & amicorum meorum, & pro animabus omnium parentum

& anteceſſorum meorum, in liberam & perpetuam elemoſinam ſolutam & quietam ab omni ſeculari ſervicio, erga me & heredes meos & erga omnes omnino homines, nichil mihi vel ſucceſſoribus meis reſervans vel retinens niſi ſolummodo devotas orationes & divinæ pietatis retributionem. Sed volo & in virtute D.i præcipio, ut heredes & ſucceſſores mei, ſicut ſalvari ante Deum volunt, ſint tutores & defenſores ejuſdem eccleſiæ de **Binham**, & omnium pertinentium, & non deſtructores, aut aliquo modo vaſtatores.

Sciendum eſt etiam, quod omnes milites mei de *Northfolchia*, cum mortui fuerint, ſi tamen in *Anglia* moriantur, apud **Binham** debent ſepeliri, & à monachis honorificè corpora eorum ſuſcipi, & pro eis debet ſervicium ſicut pro fratre devotè fieri, & pars eorum totius ſuæ ſubſtantiæ illorum tantùm maneriorum de quibus eadem eccleſia habet decimas, eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* reddi & offerri debet. Ubicumque etiam moriantur ſive ſepeliantur, prædicta pars totius ſuæ ſubſtantiæ quæ eos continget pro ſingulis ſupradictæ eccleſiæ per conventionem reddetur, & à monachis debitum ſervicium ſicut pro fratribus perſolvetur. Pro uxoribus verò & hæredibus eorum omnibus poſt futuris eadem conventio ab utraque parte ſemper inpoſterum implebitur. His Teſtibus, *Roberto* capellano de *Benituna*. *Johanne* clerico de *Valoniis*. *Gaufrido* clerico de **Lanvalei**. *Radulfo* de **Lattimer**. *Radulfo* de **Lanvalei**. *Willielmo* de **London**. *Gaufrido* filio *Alani*. *Ricardo* filio *Gilberti*. *Andrea* diſpenſatore. *Henrico* de **Weſtle**. *David* filio **Gunman**. *Milone* Camerario. *Fulcone* Venatore. *Reginaldo* Piſtore. *Rogero* filio *Adæ*. *Johanne* filio *Iſabel*. *Willielmo* Coco. *Radulfo* de Stabulo. *Adam* de *Waldane*. *Willielmo* filio *Remeri*. *Willielmo Paſſelewe*. *Radulfo* filio *Willielmi*. *Radulfo Hein*. *Matheo* Diacono. *Rogero Facato*. *Willielmo Sot*. *Ranulfo* filio ejus. *Michaele* Janitore & *Hamone* filio ejus. *Lamberto* Piſtore. *Turchillo* & *Reinaldo* filio ejus. *Ricardo* filio *Turchil*, & *Milone* filio ejus. *Rogero* filio *Jordani*. *Beomundo*, *Clemente* filio *Goſſi*, & *Radulfo* & *Willielmo* filiis ejus. *Urbano* de **Chantune**. *Adam* de **Schoders**. *Nigello* filio *Willielmi*.

lb. f. 43. a. *Confirmatio* Johannis *Epiſcopi* Norwicenſis, *de eccleſiis & terris, & omnibus ad eccleſiam de* **Binham** *pertinentibus*.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, *Johannes* Dei gratia *Norwicenſis* epiſcopus ſalutem in Domino. Licet univerſos nobis ſubjectos in his quæ ad nos ſpectant, ex epiſcopalis officii ſolicitudine, in jure ſuo favere & protegere debeamus, viros tamen religioſos, qui arctioris vitæ viam elegerunt, in ſuis juſtis poſtulationibus benigniùs audire, propenſiùs eorum indempnitati proſpicere, & ipſorum juſta deſideria effectu ſubſequente complere tenemur. Eapropter omnibus notum eſſe volumus, quod nos dilectorum filiorum monachorum de **Binham** religionem & honeſtatem attendentes, ad eorum petitionem eis confirmavimus poſſeſſiones elemoſynas & beneficia quæ juſtis modis adquiſita in epiſcopatu *Norwicenſi* poſſident.

Hæc autem propriùs duximus exprimenda vocabulis. Ex dono *Petri* de *Valoniis*, & *Rogeri* filii ejus, totum manerium de **Binham**, in terris, pratis, mariſcis, & eccleſiam de **Binham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & nemora de **Egesfeld**, & terram & homagia omnia; & eccleſiam de **Derſingham**, cum omnibus pertinentiis ſuis; & medietatem eccleſiæ ſancti *Petri* de magna **Walſingham**, & omnem terram ejuſdem villæ, quæ eſt de illorum feodo, & homagia, & totam terram de **Gunthorp**, & de **Welles**, & homagia, & mariſcum. Ex dono *Petri* ſecundi de *Valoniis*. eccleſiam de *Berneia*, & dimidiam *Berneiam* cum totis pertinentiis ſuis. Ex dono *Radulfi* filii *Theraldi*, & *Rogeri* filii ejus, eccleſiam de **Wodedallinge** & eccleſiam de parva **Riburg**, cum omnibus pertinentiis earum, & quadraginta acras in eadem villa de **Riburg** & molendinum totum de **Wodedallinge** & totum tenementum *Willielmi* fratris *Petri* in eadem villa, & tres acras in **Butrikeſcroft**, & decimas molendinorum de **Riburg**. Ex dono *Agnetis* de **Punpinſon** & *Radulfi* filii ejus duas annuas marcas de molendino de magna **Riburg**. Ex dono *Bartholomei* de **Crek** & hæredum ſuorum totam terram de *Berneya* quæ fuit de feodo ſuo. Ex dono *Adæ* filii *Alueredi* quinque acras & turbariam & paſturam in communa in villa de **Ingulveſthorp**. Ex dono *Johannis Extranei* totam terram ſuam de **Egesfeld**, quæ fuit de feodo ſuo. Ex dono *Howardi* de **Wilcton** & *Alexandri* filii ejus, duo meſſuagia in *Lunna*. Ex dono *Radulfi* de **Canvos** tres acras terræ in **Hindringham**. Ex dono *Sparhavec* & *Bartholomæi* filii ejus tertiam partem decimæ dominii ſui de **Wilcton**. Præterea duas partes omnimodarum decimarum de **Derſingham** & de **Ingulveſthorp** de dominio *Petri* de *Valoniis*, & duas partes decimarum eorum militum qui terras tenent de feodo prædicti *Petri* in *Northfolchia* videlicet de **Riburg** & de parva **Riburg**. **Snaringe**, **Toſtes**, **Treſtretun**, **Wodedallinge**, **Sarlingham**, **Walſingham**, *Berneya*, **Egesfeld**, **Balbingle**, **Sarneburn**, **Apeltun**, **Patriſle**, **Ripetun** & de **Bermere**. Vide ent. 25. E. 3. num. 25.

Hæc autem omnia memoratis monachis rationabiliter collata, ſicut cartæ donatorum teſtantur, quæ in præſenti poſſident vel quæ futuris temporibus, annuente Domino, juſtis modis in epiſcopatu *Norwicenſi* adquirere poterunt, eis auctoritate epiſcopali confirmamus. Et ne quis contra hanc confirmationis paginam temerè venire, vel eam ex malicia aliquatenus infringere præſumat, ipſam ut perpetuæ firmitatis robur optineat ſigilli noſtri appoſitione communimus. Teſtibus magiſtro *Alexandro* de ſancto *Albano*. Magiſtro *Ranulfo* de **Herpeſle**. Magiſtro *Roberto* de **Lyme**. *Alano* de **Gray**. *Willielmo* de *Sancta Cruce* Capellanis. *David* de **Ruddeby**. *Germano* & *Alano* clericis. Data per manum *Roberti* de *Dunelmo* apud **Thornedik**. v. nonas Marcii, pontificatus noſtri anno ſexto.

S. MARIÆ

S. MARIE *DE* PRATO
juxta S. Albanum *Cœnobium, in agro* Hertfordensi.

Ex regist. S. Albani in bibl. Cotton. fol. 84.

GArinus Dei gratia abbas sancti *Albani*, & conventus ejusdem loci, omnibus fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem. Opera pietatis quæ fient intuitu divinis esse signata thesauris, & fœlicem a domino mercedem habitura, devotio fidelium non ignorat. Quod nos diligenti consideratione pensantes, communi voluntate & assensu concedimus & confirmamus hoc scripto præsenti infirmis fœminis sanctæ *Mariæ* de *Prato*, locum ipsum in quo ecclesia earum constituta est, simul cum officinis ex utraque parte publicæ stratæ, simul cum via in fine agri arabilis & prati de **Ringesberi**. Et ad earum sustentationem omnes procurationes, quæ pro abbatibus defunctis dari solent, &, in perpetuum, morituris dabuntur.

Charta monialibus leprosis beatæ Mariæ *de Prato juxta S.* Albanum *concessa.*

Cartæ antiquæ M. m. 18.

JOhannes Dei gratia Rex *Anglia*, dominus *Hibernia*, dux *Normannia* & *Aquitaniæ*, comes *Andegaviæ*, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, præpositis, ministris, & omnibus ballivis & fidelibus suis, salutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, dedisse & concessisse & hac præsenti charta confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Prato* juxta sanctum *Albanum*, & monialibus leprosis ibidem Deo servientibus, xxx. acras de essarto in bosco de **Esbyoc**, scilicet xij. acras juxta essartum *Willielmi* filii *Alani* ex una parte chimini qui tendit ad **Hamelstede** versus sanctum *Albanum*, & xij. acras ex altera parte chimini illius, & sex acras juxta essartum *Roberti* filii *Alani*: Habend. & tenend. in liberam puram & perpetuam elemosinam. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædictæ moniales leprosæ habeant & teneant prædictas xxx. acras de essarto bene & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè in liberam puram & perpetuam elemosinam, in omnibus locis & rebus cum omnibus pertinentiis suis libertatibus & liberis consuetudinibus suis sicut prædictum est. T. *H. Sarum* episcopo, *G.* filio *Petri*, comite *Essex.* primo die Maii anno regni nostri quinto.

SOPEVVELLENSE
Cœnobium in agro Hertfordensi, *Cella etiam S.* Albani.

EJus quoque tempore (*Gaufridi* scilicet xvj. abbatis sancti *Albani*) anno dominicæ incarnationis circiter M. xl. duæ sanctæ mulieres, facta quadam pauperrima mansione ex ramis arborum & palis corticatis, & virgis concraticulati, juxta silvam quæ *Eiwoda* dicitur, non longè à rivo, qui ibidem dilatatur, vitam ducere cœperunt vigiliis & orationibus sub mirabili abstinentia, & irreprehensibili castitate novellam religionem suam fœliciter continuarunt, in pane & aqua corpora sua macerantes. Quarum conversatio commendabilis, & per plures annos præcognita incommutabilis, cum abbati *Gaufrido* innotuisset, construxit ibidem cellam, divino oraculo persuasus, mansiunculas ibidem mulieribus construi jussit oportunas. Ubi easdem prædictas mulieres, additis aliis more sanctimonialium velatas, & sub ordine sancti *Benedicti* victuras, constituit. Inspirante igitur Dei gratia fœlix susceptit incrementum in spiritualibus & temporalibus cellula memorata. Et patrocinante beata Dei genetrice *Maria* (à qua intitulatur) odore bonæ famæ vicinas partes illustravit. Contulit igitur prædictus abbas, memorati fundator domicilii, quasdam possessiones & redditus, quibus vitam valerent honestam, (etsi exilem) sustentare. Domus igitur memorata, à fonte qui vicinus est illi loco in quo offas facere consueverant mulieres primitivæ, nomen sortitur appellationis, & *Sopwella* nuncupatur. Abbas insuper famæ & saluti sanctimonialium præcavens, ibidem mansionem facturarum, easdem sub clave, & sera, ac sigillo abbatis qui pro tempore erit, decrevit ibidem includendas. Nec aliquam ibi, nisi virginem, in earum collegium sub castigato & limitato numero, suscipiendam. Assignavitque eis cæmiterium, & fecit dedicari, in quo, nullus nisi de eisdem sanctimonialibus sepelietur, sicut carta super his confecta, testificatur, quam præsenti paginæ duximus inscribendam.

Matth. Paris in vitis abbat. S. Albani p. 58 n 30.

lb. fol. 59.

Notum sit omnibus fidelibus sanctæ ecclesiæ, Ipsa die qua benedictum est cœmiterium virginum de Sopwella, *videlicet, vij. idus Octobris perpetua conventione statutum & definitum esse, quod in illo cœmiterio nullus habebit sepulturam, neque vir, neque fœmina, nec clericus, neque laicus, neque serviens, nec forinsecus, præter virgines tantum quæ inclusæ fuerint. Virgines autem illius loci nullam penitus possunt intus, vel debent per se suscipere, nisi abbas & conventus præceperit. Et numerus inclusarum tresdecim debet esse, & non amplius. Teste* Alexandro *episcopo, & clericis ejus, &* Gaufrido *abbate, & monachis* Hamone & Alquino, & Michaele *cantore*, & Radulph Goberti, & Roberto *decano*, & Petro *decano. & multis aliis.*

Carta Henrici *de* Albineio *&* Ceciliæ *uxoris ejus de duabus hidis terræ in* Cotes.

Ex registro abbatiæ S. *Albani* in bibl. *Cottonian.* fol. 198.

IN honore *Jesu Christi* domini nostri, & sanctæ *Mariæ* virginis genitricis ejus, hoc noscat Christianitas, quod *Henricus* de *Albineio*, & domina *Cecilia* uxor ejus, dant in manerio de **Cotes** duas hidas terræ sanctæ *Mariæ*, & cellulæ illius propè sanctum *Albanum*, videlicet, illi cellulæ quam frater *Rogerus* solitariùs priùs instauravit, & nominatim ad opus illius cellulæ, & illis ancillis Dei & servis Dei, qui nunc præsentialiter, ibi Deo devotè familiantur, & illis ancillis Dei vel servis Dei qui post illos ibi secundùm dominum vixerint, & hanc terram dant ita solutam, & quietam ab omnibus rebus, ut suam dominicam terram, quam propriis atatris suis lucrari faciunt, & de nemore ejusdem manerii sumant necessaria, & ad domos suas, & ad ignem, & ad clausuram; & per forestarium, ad proprios porcos sibi nutritos & hominum suorum in nemore sine pasnagio. Et hoc donum factum est pro anima regis *Willielmi* qui *Angliam* adquisivit, & filiorum suorum, & pro patribus & matribus nostris & filiis vel filiabus eorum, & propriis filiis nostris quos Deus dabit nobis, & nunc dedit. Hujus doni testis est *Radulfus Pirote*, & *Nigellus* filius *Erfasti* & *Gaufridus* de *Clitnum*, & *Robertus* filius *Anali*.

Carta Roberti *de* Albineio *&* Ciciliæ *matris suæ, de duabus hidis terræ & una virgata in* Cotes.

Ib fol. 198

ROBERTUS de *Albineio* & *Cecilia* mater sua, quando *Amiciam* puellulam, sororem ipsius *Roberti*, & *Ceciliæ* filiam posuerunt in Cella sanctæ Mariæ, juxta sanctum *Albanum* sita, ad serviendum Deo jugiter, illic dederunt pariter cum illa, Deo & sanctæ *Mariæ* & ancillis Christi de Cella eadem, unam virgatam terræ in **Cotes**, quam *Salidus* tenuit, cum ipso *Saldo* ita liberam sicut *Henricus* de *Albineio*, pater *Amiciæ*, dederat eidem Cellæ, duas hidas terræ in prædicto manerio, scilicet, in **Cotes**. *Hujus* rei testes sunt *Gaufridus* abbas, *Patricius* de *Chaureis*, *Radulfus* de *Garham*, & alii.

Confirmatio Roberti *de Albinio de donatione patris sui* Henrici.

Ibid.

NOtum sit universis, tam præsentibus, quàm futuris, quod ego *Robertus* de *Albineio* concedo dominabus de Cella *Sopwellæ*, habere terram suam de **Cotes**, quam pater meus *Henricus* de *Albineio*, memorato loco, cum *Amicia* sorore mea dedit, liberam & quietam, & absolutam ab omni sæculari servitio & exactione, ita quod amodo de prefata terra, sive de hominibus eam tenentibus, nullum penitus servicium requiram nisi tantummodo, quantum propriè Regi pertinet. Hujus existunt testes *Radulfus Pirot* senior, *Radulfus Pirot* junior, *Richardus* filius *N. Willielmus Travaill*, *Stephanus* de **Pull**, & alii.

Confirmatio Cartæ Roberti *junioris de* Albeneio *de donatione* Henrici *avi sui.*

SCiant omnes, præsentes & futuri, ad quos præsens scriptum pervenerit, quod ego *Robertus* filius *Roberti* de *Albeneio* concessi, & hac mea carta confirmavi omnes donationes in terris, & redditibus, & homagiis, quas *Henricus* avus meus sive *Robertus* pater meus ecclesiæ de **Sopewelle** sanctæ *Mariæ*, & monialibus ibi Deo servientibus, aliquo tempore contulerunt, scilicet, in manerio de **Cotes** duas hidas terræ arabilis in dominio, & de nemore ejusdem manerii necessaria ad domos suas reficiendas, & ad ignem, & ad clausuram per visum forestarii percipient, & porcos proprios & hominum suorum habebunt in nemore illius manerii sine pasnagio. Ex dono etiam *Roberti* patris mei in eodem manerio quadraginta solidatas terræ, cum hominibus, & omnimodis eorum sectis, qui eisdem terras tenent. Concessi preterea unam virgatam terræ in prædicto manerio de **Cotes** quam pater meus dedit eis, ita liberam, sicut duæ hidæ, quas avus meus dedit, cum hominibus, & eorum sectis qui eandem virgatam tenent. Concessi etiam sex denariorum reditum, ad faciendum mandatum in die absolutionis, quem pater meus dedit eis. Has terras ego & hæredes mei acquietabimus erga regem, de *Scutagio*, & *Hostagio*, & omne auxilio & alio servitio ad regem pertinente, preter *murdrum*, & *Danegheldum*, & *pentagium* de **Wedefozd**, & auxilium vicecomitis, & prepositi hundredi. His testibus *Radulfo Pirat*, *Nigello* de *Albineio*, *Willielmo* fratre ejus, & aliis.

Ibid.

Carta Richardi *de* Tany *de terra in* Blakebida.

SCiant presentes & futuri, quod ego *Richardus* de **Tany**, assensu & voluntate hæredis mei concessi & presenti carta mea confirmavi Deo, & sanctæ *Mariæ* & monialibus de **Sopwelle**, in puram, perpetuam, & liberam elemosinam, totam terram illam quam *Robertus Niger* tenuit in *foca* de **Tidenhang**, quæ terra appellatur *la Blakbida*; tenendam liberè, quietè, pacificè, solutam & quietam ab omni servitio & consuetudine & exactione. Ego & hæredes mei warantizabimus dictis monialibus memoratam terram sicut liberam elemosinam contra omnes homines & fœminas. Testibus his *Reginaldo* filio & hærede meo, & *Petro* filio meo, & aliis.

Inciplunnt quædam consuetudines regulæ monialium beatæ *Mariæ* **Sopewell**, ab antiquo usitatæ, & per dominum *Michaelem* abbatem renovatæ & approbatæ, quas inantea statuit districtiùs observari.

Ex registro quodam cœnobii S. *Albani* in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Neronis* D. 1.] fol. 189. a.

MIchael *par la soeffrance de Dieu, abbe de seint* Auban, *a nos chieres filles en Dieu la Priouresse & le convent de* **Sopewell** *salutz eue la grace Jhesu Crist, & nostre benyson. Purce que nous avons entendu par inquisition faicte entre vous en nostre visitacion, & apres, que aucunes custumes bones & honestes avant ces hures uses entre vous, sont par negligence entrelessez, & autres usages qui sount*

soient abusions, gardes & usez, les queux sont contre lestat de vestre religion. Et pur ceo que as nous attient par la reson de la cure que nous avons tiels defautes amender, vous comandons enchargeantz en vertue de obedience en laquelle vous nous estes tenuz, que les custumes & les amendementz dabusions avantdites desore enavant gardez si come elles sount desouz escriptes, issint que vous puissez avoir merit de Dieu par vestre obedience, & estcheure grevouce penaunce, si nous vous trouvons desobeissauntes a cestes noz ordinaunces, que Dieu defend.

1. *La custume de la commemoration de seint Auban soit garde sicome il soleit estre. Cest assavoir que vous chanterez de lui un jour en la symaigne, cest a dire le ?eofdy si voide soit, ou autre jour que sera void, & ceo ne soit lesse forsque en Advent, & Quarreme & deins les Octaves des principales festes, & por feste de treis lessons que avera propre estorie.*

2. *Pur mals oscheure & quiete & charite norir, & tener, nous comaundons que en chapitle ne soient forsque treis voyz; cest assavoir de icelle qui sera president & de la suppriouresse ou de une autre gardiene de lordre, & de icelle qui sera challengee ou clame par sun trespas, & si nulle soit rebelle en chapitle a la . . . . Priouresse ou autre gardeyne del ordre presidant, soyt celle rebelle par celle gardeyne del ordre qui est prochaine apres celle gardeyne de l' ordre presidont, & soit celle rebelle a payn & eawe sans relees a la jornee, & mesme la penaunce eit celle gardeyn del ordre qui serra clamer une tiele rebelle.*

3. *Purce que vous estes tenuz par la reule seint Beneyt a la silence tenir en lesglise en le cloistre en le Refeytour, & en le Dortour, vous commandons que la silence soit tenue en les lieus avauntditz, & si nulle enfreigne la silence prenge sa veyne en chapitle, & preigne discipline regulere reconissaunte sa coulpe. Et si tiele que enfreyne silence ne voille de gree prendre sa veyne, soit clame par gardeyne del ordre, & mise a plus dure penaunce. Et si aveygne que ausenne tense ou autre desordonnement, soit celle mise en silence par tut, & tiegne la penaunce treis jours.*

4. *Auxi avons ordine que checun jour matyn, quant temps sera de lever, la suppriouresse, ou autre gardeyne del ordre, soune le petit seyn qui pent pres del Lueere, & nulle isse le dortour avaunt cel soyn, sauuz especial conge del gardeyne del ordre, & a cel soyn, levent touz & faites les treis orisones usueles, soient touz a la messe nostre dame; & apres cele messe, sesent touz en lencloistre jesque au prime entendauntes soulement a lour psalter, orisons & autres devocions, ou a recorder le divin* service, & quant temps sera, soit prime soue, & a prime soient touz horspris les malades & les seynes: & prime chantee entrent touz en chapitle, & facent ceo que apent, & apres chapitle soient occupez jesques a houre de manger en bones occupacions issint q. que celles qui sont tenuz soyent a la graunt messe & a les houres de jour.*

* Divin melius.

5. *Auxi avons ordine que les huz devers le gardyn, ne soit pas desbore enavant overt devaunt prime: & en este en temps de la May riene soient les huz de le parlour & de le gardyn, & les fenestres devers la cuysine clos, & ne soient pas overtes taunque home sonne a hour e de nonze qui serra chaunte apres la Mereine, & que les avauntditz huz de le parlour & de le gardyn checun nuyt parmy lan taunt tonst apres cuvorefeu sont en labbeye soient closes, sil ne seit par resonable encheson, laquelle nous volons estre a la consideracion de . . . . . confessour.*

6. *Et purce que covenable chose est dames de religion en presence de seculers se tient ordinement en habite & en porture, nous volons & ordinons que nulle de vous des ore enavaunt viegne a parlour a parler ove seculers si ele neyt son cool & son visage covers de couverchiefs & de veil ordine come apent a vostre religion. Et nulle persone soit suffert dentrer forsque honestes, & si tiele persone voille demorir a manger, mange en le parlour demeyne par congie le confessour, & nemie en chambres, sauns conge de nous especial, ou de nostre Priour, si nous seions absentes.*

7. *Des overours des queux vous aures mester pur voz necessares, cest assavoir tailors & pelletzers, volons que pur tiels overours soit une lieu ordine pres de lencloistre, ou tiels overours facent lours overaignes, & que tiels overours ne soient mes appellez en chambres, ne en lieu prive. Et soient les overours tiels des quey suspecion de mal ne puisse estre.*

8. *Et pur ceo que nous avons entendue que une abusion est entre vous, que si une de vous soit mise en silence, pur sa culpe, elle ne devereit lire ne chanter, ne veer le sacrement de la messe, nous reprovens celle abusion, & commandons que quant nulle de vous sera en cel cas, qele lise & chante ove les autres & voie le sacrement de la messe sicome est graunte a Chrestien deveer.*

9. *Une autre custume soleit estre garde entre vous, que si nulle de vous feust malade elle deust entre en lenfermerie & nemye en autre chaumbre; & pur ceo volons que ceste custume soit tenue, & que la priouresse ne puisse congie donner dautrement faire. De ceste observaunce volons que la priouresse & la suppriouresse soient horsprises.*

10. *Auxi avons ordine que desore enavaunt la . . . . priouresse ne donne congie a nulle de vous a demourer hors de la dortour en chaumbres de nuyt ove hostes que vendront, & que nulles hostes seculeres ne reguleres ne gisont en la dortour ove vous, mes soulement vous qui estes del convent, & checune soule en son lyt, sicome apent a vostre estat.*

11. *Une autre custume soleit estre entre vous, que le chapelleyn que vous appelleyz nostre dame deverois lever a matynes en xij. lessons, & eider le confessor, lire les quatre lessons del exposition del evangelie, & checune Symaigne un. ton chauntet la messe nostre dame a note, a laquelle Messe vous deusses tous estre, & mesme celuy chappelleyn soleit lire le evangel en chacun principal feste a la grande Messe. Laquelle custume voullons que desore enavant soit tenue.*

Edita & publicata sunt hæc per dominum *Michaelem* abbatem, apud domum de **Depewelle** visitationis officium exercentem, die sanctæ *Fidis* virginis, anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo octavo.

MERGATENSE

Cœnobium in agro Bedfordiensi, *Cella etiam de* S. Albano.

Math. Paris. hist. p. 63.

Aufridus abbas de sancto *Albano* ecclesiam sanctæ *Trinitatis* de *Bosco*, cæteraque ædificia bis a fundamentis ex sumptibus hujus ecclesiæ construxit, & totam decimam nostram de *Caiso* & duas partes decimæ garbarum de tota parochia de Watford eidem ecclesiæ, absque consensu conventus, violenter concessit.

De Gaufrido *abbate.*

De sanctitate & actibus Rogeri *heremitæ.*

Ex historia abbatum S. *Albani* in bibl. *Cotton.* [sub effigie *Claudii* E. 4 fol. 104 b.

HUjus abbatis tempore, floruit *Rogerus* monachus hujus ecclesiæ (S. *Albani*) gradu levita, devotione, heremita; sanctitatis speculum, maturitatis exemplum, par habitus antiquis patribus meruit comparari. Qui noster quidem fuit monachus, set vivebat in heremo, obedientiam servans abbati suo. Porro, locus heremi quem colebat gradientibus de nostro monasterio versus *Dunstapliam* apparet à dextris secùs viam prope vicum qui Markate isto tempore appellatur. Acceperat autem noster *Rogerus* hunc locum divino munere, angelico perductus illuc tam ministerio quàm revelatione. Nam cum rediret de *Jerusalem* acceperunt eum apud *Wyndelesshoram* sancti tres angeli, niveis vestibus & stolis amicti, qui singuli singulas cruces ferebant in manibus, & desuper totidem non solùm ardentes cereos, sed fulgore mirabili choruscantes.

Jnde cum eo visibiliter ambulantes usque ad præfatum locum heremi, velut consortem deducunt, & ibidem statuunt in Dei servicio permansurum, ubi postea multa mala perpessus, multas temptationes expertus, magna vicissim consolatione meruit divinitus sublevari, nunquam nempe puto callidus hostis alicui, vel acriores temptationes immisit, vel plures tetendit insidias. Set ille virtute crucis armatus, & has gratiosè devicit, & discretissimè illas cavit. In carnem suam nullus umquam crudelior extitit, set & illud insistebat toto conatu perficere, quo se novit Deo melius complacere. Et erat ei tanta super afflictis compassio, ut illorum tam egrè ferret injurias sicut suas. Spiritu prophetiæ claruit, & in contemplativis egregius habebatur. Ipse quoque tanta intentione solebat orare, ut cum diabolus olim visibiliter incensus, & totus igneus orationem suam interrumpere niteretur, igneque visibili cucullam orantis dorso inhærentem incendisset, non eum ab intentione remissiorem reddidit, nec orationem valuit resecare. Hujus *Rogeri* discipulatui adhæsit beata *Christina*, virgo de *Hentyngdona* oriunda, quæ propter amorem castimoniæ, amplas reliquerat possessiones domumque paternam diviciis opulentam. Non tamen consensit ipse faciem videre virginis, quamvis apud eum quatuor annis & eo amplius recluſa fuisset.

Erat nempe oratorio dicti *Rogeri* domus contigua, quæ cum illo fecit angulum conjunctione sua. Is ante positam habens unam tabulam poterat ita celari ut deforis aspicienti nullum interiùs haberi persuaderet, ubi tantum plus paulo semis inesset. In hoc carcere *Rogerus* gaudentem *Christinam* posuit, & admovit pro hostio conveniens ligni roboris, quod fuit tanti ponderis ut ab inclusa nullatenus admoveri sive removeri poterit. Hic ancilla Christi coartata super duram petram sedit & frigidam, usque ad *Rogeri* obitum, per annos quatuor & amplius, ut prefertur, latens heremitas quinque, & omnes qui cum *Rogero* pariter habitabant. O quantas illuc sustinuit incommoditates æstus & frigoris, famis & sitis, jejuniique cotidiani. Angustia loci non paciebatur eam habere tegumentum necessarium cum algeret, integerrima clausula cum æstuabat, nullum refrigerium indulgebat, longa inedia contracta sunt, & aruerunt sibi intestina, quandoque pro sitis ariditate frusta sanguinis coagulati ex ejus naribus bulliere; exire foras non nisi serò licebat ad ea quæ natura poposcit, quia nequibat, licet justaret necessitas, sibi ipsa aperire, & *Rogerus* de more tardabat; itaque necesse fuit eam immobiliter in loco sedere, torqueri, et tacere, quia si *Rogerum* habere voluerit, voce vel pulsu vocari eum oportebat: sed qualiter faceret hoc abscondita, quæ nec ausa fuit trahere vel semisuspiria, metuebat namque ne quis præter *Rogerum* adesset, qui vel anelitu spirantis audito latebras suas deprehenderet, & illa quidem in carcere mori mallet quàm tunc temporis cuiquam externo patefieri. Talia patientem corripuit dira morborum varietas, set omnes anxietates equanimiter tolerabat amore Christi. Verùm amicus Dei *Rogerus* eam nunc doctrinâ nunc exemplis informabat, et docebat incredibilia penè de secretis cœlestibus, qui se talem exhibebat, ut solo corpore videretur in terra, cum tota mente in cœlestibus versaretur. In tantumque profecit *Christina Rogeri* doctrinis, ut speciosus forma præ filiis hominum, dominus *Jesus Christus*, sedenti in Cella appareret, crucem ferens auream, quam sibi tradens confortavit, præcipiens ne timeret, & dicens, necesse fore hanc portare crucem omnibus qui *Jerusalem* ire volunt, promisitque, quod ipsam crucem post modicum tempus ab ea resumeret, quibus dictis ab oculis ejus disparuit.

Quam visionem cum *Rogero* retulisset, cœpit flere præ gaudio, ita dicens, *letare mecum* (ait sermone vulgari) Wyn gode Sonendayes doghter, id est, *mea bona dominica dies filia*, quia vestra tribulatio est in proximo terminanda; eveniteque sicut homo Dei locutus est. *Rogerus* igitur collecta spe ex multitudine gratiarum quas noverat inesse *Christina*, illam sui hæredem heremi post se relinquere cogitabat, illa verò per visum monita, & à beata *Maria* confortata, cognovit quod ad incolatum habitaculi *Rogero* succesura foret.

Miraculum

Ibid. *Miraculum factum per* Rogerum *heremitam.*

EO tempore venit ad partes *Thurstanus* archiepiscopus *Eboracensis* amator & fautor castorum studiorum, & *Rogero* propter sanctitatem suam, fidus & devotus amicus. Huic *Rogerus* nunciavit *Cristine* propositum, rogans ut illi impendere dignaretur adjutorium. Episcopus verò mandavit, ut mitteret ad eum virginem, volens cum ea de suo proposito secretum habere colloquium. *Rogerus* ergo ad eum fecit accersiri *Godescalcum* de *Caddendonia*, & uxorem ejus, homines sibi familiarissimos, & rogavit eos, ut revertentes in crastino *Cristinam* deducerent ad *Redburnam*, quia illuc archiepiscopus fuerat accessurus. Quibus votis suis gratanter annuentibus, dixit homo Dei, *Ite domum securi, quoniam orabo pro vobis, & fortasse non penitebit vos laboris quem suscipitis pro ancilla Dei.*

Abierunt ergo uno tantum equo super quem venerant ambo contenti, nitentesque jumento contra ascensum per devia nemoris, sella solutis cingulis, ad terram labitur cum sessoribus. Nox erat, equus aufugerat, ipsi sine comite, ac gravati senio, nec si dies esset sequi valentes, quid facerent? tandem derelicta ipsa sella, quia nequibant eam tollere, pedites & palpirando per tenebras prout potuerunt cœperunt progrediendo ambulare, contristatique de infortunio ita conquesti sunt, *ubi nunc est promissio viri Dei?* Vix verbo dicto, ecce equus frenatus & sellatus astitit juxta illos mansuetus, prope quendam præcisum truncum, qui videbatur illic præparatus, ut servis Dei commodaret ministerium ascendendi; quo viso, Deo & famulo suo *Rogero* gratias egerunt uberes, & ascenso jumento ad domum suam profecti sunt, & mane facto revertens *Godescalcus* ad *Rogerum* *Cristinam* duxit ad archiepiscopum, qui *Redburnæ* hospitabatur. Postque data monita salutis virgini, præsul remisit eam ad *Rogerum*, quæ cum eo permansit in heremo usque ad ejus obitum, serviens Deo in castitate & innocentia, in humilitate, & patientia, juxta doctrinam suam, donec culmen virtutum omnium attigisset.

Tandem, vocante Deo cui serviebat, *Rogerus* mundum deserens, viam universæ carnis ingressus est, corpusque ejus delatum est ad monasterium sancti *Albani*, ubi honore condigno est humatum in arcuato locello qui fit in muro ecclesiæ versus austrum prope chorum fratrum dicti loci. Post cujus obitum cum *Cristina* multa temptamenta & penè inportabilia sustinuisset, tam humana quàm diabolica, & semper fortiter restitisset: Apparuit sibi Dominus Jesus Christus in specie parvuli veniens, inter brachia sponsæ suæ, ac per diem integrum manens cum illa sensibilis & visibilis, & extunc omnis temptatio ab illa sic evanuit, ut nunquam ullam temptationem aliquantenus formidaret; deinde cœpit virtute divina, spiritu prophetiæ claresceere, miraculorum patratrix existere, in tantum ut fama virtutum ejus totam patriam pervolaret.

De virtutibus Christianæ *Priorissæ de* Markgate. Ibid.

EO tempore *Galfridus* abbas sancti *Albani* proposuerat unum quid se grande facturum, unde Deum intelligebat offendi, non sine sui capituli perturbatione: propositum suum tamen nondum cuiquam communicaverat; vixerat autem in ecclesia sancti *Albani* sub præfato abbate, vir quidam magni testimonii, *Aluredus* nomine, notus *Cristinæ* in vita sua, qui jam mundum deserens vitam non amiserat, sed mutaverat; hic apparens *Cristinæ* visibiliter candelam in manu gestans ait. *Dominus abbas* Gaufridus *absque capituli sui consultu, tale quid, expressitque causam, disposuit statuere, & quidem non sine peccato, si id fecerit, denum offendet: per te ergo quæso denunciêtur ei, ne illud faciat: hoc nempe ex Dei judicio tibi mandatum.* His dictis disparuit. *Christina* verò nunquam abbatem viderat, nec abbas *Cristinam*: exequitur tamen jussum, mittens abbati per familiarem nuncium quæ viderit vel audierit, & ne propositum faceret dissuasit. Abbas, *Normannorum* more, ad hoc inturuit & anicle Christi ne somnianti crederet remandavit, admirabatur tamen esse virgini revelata quæ ipse solo tantum corde conceperat. Abbate nichilominus persistente in obstinacia, ipsa nocte in cujus crastino cœptum complesse voluerat, prima noctis vigilia vidit plures nigras horridasque personas se circumstare, qui facto impetu cumlecto excuciunt, impellunt, suffocant, & modis diversis excruciant. Cumque jam expiraturus videretur, divertens obtutus vidit prædictum *Aluredum* vultu similem indignanti, Cui abbas *Quid* (inquit) *jubes domine?* Cui *Aluredus* quasi fremebundus? *Tu* ait *nosti, mandatum enim habuisti, nec à malo cessare disposuisti.* At abbas, *Sancte* (inquid) Aluerede *miserere mei mandatis abhinc promptius obtemperaturi.* Quibus dictis, disparuit *Aluredus*, tortoribusque remotis tormenta cessarunt. Mane facto, quia flagella vera fuerant, abbas, convocatis personis familiaribus, rem pandit ex ordine, & propositum spondet dissolvere. Abbas igitur per seipsum jam cognoscens sanctitatem *Cristinæ*, illam videre festinat, cui promittit se loci sui futurum efficacissimum promotorem; & abhinc in dubiis responsum *Cristinæ* pro divino susciplebat oraculo. *Cristina* igitur tanto studio abbatis invigilabat saluti, ut, quod dictu mirum est, vix vel propius abbas deg ns vel remotius, si facto vel verbo Deum offendisset, illa per spiritum in momento cognosceret, nec dissimulabat cum terrore præsentem arguere, quotiens senciebat abbatem deliquisse.

De causis & fundatione domus de Markgate. Ibid.

HIis & aliis miraculis abbas incitatus locum monialium de Markgate construxit à fundamentis, dans eidem loco redditus atque decimas in diversis locis ad sustentationem *Cristinæ* sue dilectricis, & sororum congregatarum ibidem ad militandum sub regimine doctrinaque *Cristinæ*, quamvis conventus sancti *Albani* pro talibus expensis & collationibus murmuraret. Et cum lapsu temporis eadem cella monialium de Markgate

gate ignis sensisset extrema dispendia, abbas nichilominus totam Cellam cum domibus necessariis reparavit. Accidit abbatem in antelucano vigilantem in lecto suo sedere, & quibusdam profuturis intendere, et circumducens oculos vidit manifestè virginem Christi, neque enim erat somnium, suo assistentem capiti, velut esset sollicita qualiter abbas se erga Deum haberet. Mane facto, abbas advocat quandam parentem *Christinæ*, *Leiciam* nomine, profecturam ad virginis heremum, quæ et ipsa sanctimonialem ducebat vitam, et dicit ei, *Vade, dicito dilectæ domina mea* Christinæ, *quia manifestè novi sollicitudinem suam erga me, vere enim vigilando, vidi quod hac nocte me visitaverit* ; annexuitque locum tempus et horam. Estimabat enim hæc *Cristinam* latere. Adveniens *Leticia* injunctum mandatum cœpit exsolvere. Itaque ad primum verbum non amplius respondit *Cristina*, vocansque sororem *Margaretam*. Dic, ait, audiente *Leticia*, quid ego tibi dixi primo diluculo de abbate. Et illa, dixisti domina quod hac nocte pro certo tali loco & hora ad eum visendum veneris. Et dixisti insuper quod si tale quid in tempore beati *Gregorii* accidisset, mandasset illud memoriæ, quamvis res parva sit et memoria parum digna ; Ego respondi, non parum quid esse, set mirabile, et posteris memorabile. Audiens hæc *Leticia* Deum in sanctis suis glorificavit.

EXONIENSIS
Prioratus S. Nicholai, *Cella Abbatiæ de* Bello.

Carta Regis Willielmi Rufi.

Cart. 11. E 3 n. 29. per Inspex Et. Pat. 18. H 6. parte 3. m. 13.

WILLIELMUS Rex *Anglorum Baldewino* vicecomiti de *Devenesira*, & omnibus baronibus suis & ministris, ejusdem provinciæ, Salutem. *Sciatis* me concessisse monachis meis de *Bello*, ecclesiam sancti *Olavi* in *Exonia*, cum terra de Hirefode, & Cheneb. & cum omnibus aliis terris & rebus ad ipsam ecclesiam pertinentibus ; unde volo & præcipio quatinus eam liberè & in pace teneant, & ut libera sit ab omni consuetudine terrene servitutis, & ab omnibus placitis & querelis & firis & hundredis, & ab omni geldo & scoto, & auxilio, & dono, & Denegeldo, & exercitibus, cum saca & soca, & Thol & Infangenetheof, et omnibus operibus Castellorum & pontium sicut dominica elemosina mea. T. *Thoma Eboracensi* archiepiscopo, & *Willielmo* filio *Osberti*, apud *Wintoniam*.

Alia carta ejusdem Regis Willielmi.

Ibidem.

WILLIELMUS Rex *Anglorum Willielmo* vicecomiti, filio *Baldewini*, & omnibus baronibus suis et ministris qui habitant in *Devenescira*, Salutem. *Notifico* vobis quod mea condonatione ecclesia beati *Olavi* regis & martyris à Monachis *Belli* ædificata, in honore beati *Nicholai*, quam cum omni terra quæ pertinet ad ecclesiam suprascripti martyris, meo privilegio, videlicet literis, et sigillo, liberam facio, & ita liberam & quietam per omnia cum *saca & soca*, & thol & theam, & infangenetheof, & Warpeni, & murdro, & omnibus consuetudinibus, et operibus, et auxiliis, sicut pater meus liberam fecit ecclesiam sancti *Martini* de *Bello* ubi hostem devicit, & ubi coronam regni hæreditariam sibi bellando adquisivit. T. *Walchelino Wintonienſi* episcopo, et *Rogero Bygot*, apud *Wintoniam*.

Carta Regis Henrici *primi*.

Ibid.

HENRICUS Rex *Anglorum*, episcopo *Exoniensi*, et *Ricardo* de *Retvers*, & *G.* de *Magna villa*, et omnibus baronibus et fidelibus suis *Francis* et *Anglis* in *Devoneſetra* Salutem. Sciatis me dedisse et concessisse ecclesiæ sancti *Nicholai* de *Exonia*, et monachis ejusdem ecclesiæ, terram *Heraldi* de *Exonia*, illam quam ad firmam tenebant pro xxv. sol. per annum, infra burgum et extra ; terram scilicet de *Reliſdona*, et quod ei pertinet, solutam et quietam ab omnibus rebus, pro anima mea, et patris, matris, & fratris mei & antecessorum meorum. Et prohibeo ne eis aliquis inde injuriam faciat, set cum honore et in pace teneant. T. *Roberto* episcopo *Lincolnienſi*, et *W.* Cancellario, et *W.* de *Warelwaſt*, et *Gisleberto* de *Aquila*. apud London.

Carta Regis Johannis.

Ibid.

JOhannes Dei gratia rex *Angliæ (&c.)* Sciatis nos dedisse, concessisse, & præsenti carta nostra confirmasse Deo & ecclesiæ S. *Nicholai* de *Exonia* & Priori & monachis ibidem Deo servientibus, in dotem ejusdem ecclesiæ, terram de Bradeham, de qua nobis reddi solebant per annum quinquaginta solidi blanci. Habendam eis & tenendam in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari servicio & demanda, salvo nobis & hæredibus nostris homagio & servicio, & terra *Morini* de Bradeham & hæredum suorum. Quare volumus *(&c.)* Dat. per manum *Hugonis* de Welle archidiaconi *Wellensis*, apud *Exoniam* xiij. die Julii anno regni nostri sexto.

MALLINGENSE
Cœnobium in agro Cantiano.

Charta regis Eadmundi.

Ex Textu Roffenſi fol. 143.

IN nomine Dei summi & salvatoris nostri Jesu Christi, ipso quoque in perpetuo regnante disponenteque suaviter omnia. Quapropter ego *Eadmundus* rex *Anglorum*, necnon & *Merciorum*, meo amabili episcopo nomine *Burhric*, concedo aliquantulum mei telluris, ubi dicitur, *Meallingas*, trium videlicet aratrorum, pro remedio animæ meæ in sempiternam

sempiternam hæreditatem, ad augmentum monasterii ejus, quod est dedicatum in honore sancti *Andreæ* apostoli; qui fuit germanus *Petri* & socius in passione, cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, cum campis, silvis, pratis, pascuis necnon & aucupiis, & hoc quoque cum consilio optimatum & principum meorum quorum nomina infra scripta reperiuntur. Unde adjuro in nomine Domini Dei Jesu Christi, qui est omnium justus judex, ut terra hæc sit libera ab omni regali servitio imperpetuum. Si quis vero minuere vel fraudare presumpserit hanc donationem, sit separatus a consortio Sanctorum, ita ut vivens benedictione Dei sit privatus, & sit damnatus in inferno inferiori, nisi satisfactione ante ejus obitum emendaverit quod inique gessit; manente tamen hac cartula nichilominus in sua firmitate. Qui vero tunc augere voluerit dona nostra, augeat illi dominus cœlestia dona, & æternam vitam tribuat.

Dir pindon ða land ze mæro ðæt burgan cpedenan lander; fæpeꝛ on þuh healfe oþ cinezer pirhfe. oþ cinezer pirfe on Oꝛꝛahameꝛ zemæꝛe. ðanan on hoꝛeꝛtoꝛæt. andlanz ꝛtoꝛæte oꝛep Lyllebuꝛnan oþ eaꝛt Mealling zemæꝛe. ⁊ ꝛꝛa piꝛt ꝛuþ be eaꝛtan ðam epyllan oþ þ ða pyde ꝛtoꝛæte. ꝛuþ ⁊lanz ꝛtoꝛæte on zeꝛihꝛt oþ cinezer pirfe ⁊ Ðænne pindon ðir ða clenhæꝛd. eaꝛt Linohyꝛcz. ⁊ Otanhyꝛꝛt xxx.p. ⁊ Fꝛæcincꝛhyꝛꝛt. ⁊ Scoꝛꝛpeꝛtede xxx.p. ⁊ pihtheꝛmeꝛ. Falaꝛꝛto. Gaꝛol. ⁊ Holanꝛpic xxx. hoꝛda. ⁊ Pætlanhyꝛcz ⁊

Id est. *Hisjunc fundi supradicti fines. Primò ex australi parte usque ad regis planiciem; à regis planitie ad* Offchamæ [villæ] *fines, deinde ad viam militarem; per longitudinem* [vel, *tractum*] *viæ trans* Lilleburnam [a] *usque* Meallingæ *orientalis fines: & sic rectà austrum versus ab oriente crucis* [vel, *patibuli*] *usque ad amplam viam, austrum versus per longitud. viæ in directum usque ad regis planitiem. Sunt autem hæc porcorum pascendorum loca* [*valles* scil. *nemorosæ & glandiferæ:*] *orientalis* Lindhyrcg, & Otanhyrst *xxx. p.* [b] & Fraecinghyrst, & Scerfestede *xxx. p.* [c] & Wihthermeg, Falasto, Gasol, & Holanwic *xxx. bordæ* [d] & Paetlanhyrcg.

[a] Cujusd. *Lille* vocantem.

[b] c For. peapnucaj. [c] *fagineta.* [d] *Cellaria* forte, vel *Penaria.*

✠ Ego *Eadmundus* Rex *Anglorum* signo crucis confirmavi. ✠ Ego *Eadred* frater regis roboravi. ✠ Ego *Eadgife* mater regis adfui. ✠ Ego *Oda* archiepiscopus subtripsi. ✠ Ego *Ælfeh* episcopus consensi. ✠ Ego *Theodred* episcopus. ✠ Ego *Wulfstan* archiepiscopus. ✠ *Cenwald* episcopus. ✠ Ego *Ælfred* episcopus. ✠ Ego *Ælfric* episcopus. ✠ Ego *Æthelgar* episcopus. ✠ *Ælfgifu* concubina regis affui. ✠ *Wulfgar* dux. ✠ *Æthelstan* dux. ✠ *Eadmund* dux. ✠ *Scula* dux. ✠ *Sigferth* minister. ✠ *Wulfric* minister. ✠ *Ealdred* minister. ✠ *Ælfstan* minister. ✠ *Ordeah* minister. ✠ *Eadward* minister. ✠ *Wulfric* minister. ✠ *Odda* minister. ✠ *Ælla* minister. ✠ *Ælfgar* minister. ✠ *Osferth* dux. ✠ *Wihtgar* minister. ✠ *Wulfige* minister. ✠ *Birhtwald* minister.

Charta Gundulfi *episcopi confirmata.*

Cart. de an. 21 Ed. 3. nu. 22.

REx archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus cartam quam dominus *Willielmus*, quondam Rex *Anglia*, progenitor noster fecit in hæc verba. *Willelmus* Rex *Anglia* omnibus baronibus suis & omnibus hominibus *Francis* & *Anglis* de comitatu *Cantie* salutem. Sciatis quod ego concedo opus, & elemosinam quam *Gundulfus* episcopus de *Rouecestria* fecit apud *Mallingas* manerium suum, & placet mihi multum, quod facit, & pulchrum est mihi. Teste *R.* episcopo *Dunelmense*, apud *Londoniam*. Inspeximus etiam cartam *Henrici* regis *Anglie* in hæc verba. *Henricus* Rex *Anglorum*, *Haimoni* vicecomiti, & *Gilberto* de Tunebrigge, & omnibus baronibus suis, *Francis* & *Anglis* de *Cantia*, salutem. Sciatis quod ego concedo, & confirmo donum illud quod *Anselmus* archiepiscopus dedit sanctimonialibus quæ in parochia *Rofensis* episcopi, Domino Christo famulantur. Scilicet manerium quod juxta illud situm est, nomine parvas *Meallingas*, ad victum illarum eternaliter possidendum, testimonio *Roberti Lincolnienſis* episcopi, & *Roberti* filii *Hamonis*, & *Willielmi* de *Albigneio*.

Vide etiam *Text. Roffen.* fol. 163.

Inspeximus etiam aliam cartam quam idem progenitor noster fecit in hæc verba. *Henricus* Rex *Anglie A.* archiepiscopo *Cantuarie*, & *Herberto* episcopo *Norwicensi*, & *Rogero Bigoto*, & abbati de sancto *Edmundo*, & omnibus baronibus *Francis* & *Anglis* de Suffolch salutem. Sciatis me concessisse S. *Marie* de Mellinges, *Corugerdæ* manerium, quod *Robertus* filius *Hamonis* dedit sanctæ *Mariæ*, cum filia sua, ad victum monialium. Et volo & firmiter precipio, ut bene in pace, & quietè, & honorificè teneant, sicut *Robertus* filius *Hamonis* honorabilius tenuit, cum omnibus consuetudinibus suis, in tempore fratris mei *Willielmi* regis, & meo. Testibus *Waltero* cancellario, & *Hamone* Dapifero, & *Willielmo* de *Albineio*, & *Willielmo Peverello* de *Doura*, apud *Rotomagum*, in festo sancti *Andreæ*, &c. & aliæ carte testes *Mathildis* Regina, *Robertus Lincolnie* episcopus, & *Robertus* filii *Hamonis*, & *Alanus* filius *Flathaldi*, & *Willielmus* de *Albineo*. Apud *Cantuariam*.

De subjectione & fidelitate abbatissæ de Mellingis.

Ex eod. *Roffen.* fol. 191.

DIe illa qua *Gundulfus*, *Rofensis* episcopus abbatiam de *Mellingis* dedit sanctimoniali *Avicie*, eadem sanctimonialis eidem episcopo, ejusque successoribus, & sancte *Rofensi* ecclesiæ, juravit fidelitatem & subjectionem, & quod nec per se, nec per aliam personam prædictam subjectionem dissolvere temptaret; Hoc autem facto sacramento, prædicta *Avicia* episcopo, firma & stabili conventione promisit, quod sine ejus consilio & licentia, in abbatia sibi data, Priorem nec poneret, nec deponeret, nec ullam sanctimonialem reciperet, nec terram inde daret, aut auferret. Hujus rei testes fuerunt isti audientes & videntes. *Radulfus* abbas *Belli*, *Ordivinus* Prior, *Paulinus* Secretarius, *Alueredus*, *Andreas* medicus, *Arnulfus* capellanus episcopi, *Johannes*, *Goisfridus*, *Albericus*, *Odo*, *Beringarius*, *Willielmus* subprior, *Humfridus*, *Ernegrinus*, *Hugo* nepos episcopi, *Willielmus* juvenis, *Radulfus* clericus, *Ansfridus* clericus, *Godardus* clericus. *Rod-*

bertus Camerarius, *Hugo* Camerarius, *Ansfridus* Dapifer, *Humfridus* portarius, & alii plures.

Cart 7. *Joh* n. 11. m. 2.

JOHANNES Dei gratia, &c. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute nostra, & pro animabus omnium antecessorum & successorum nostrorum concessisse & hac Carta nostra confirmasse Deo & ecclesiæ de **Hallinges**, & monialibus ibidem Deo servientibus ecclesiam de **Est-Hallinges**, cum omnibus ad eam pertinentibus, quam dominus *Hubertus Cantuariensis* archiepiscopus eis reddidit, & in proprios usus earum convertit, sicut Carta ejusdem archiepiscopi quam inde habent rationabiliter testatur. Quare volo (*&c.*) Datum per manum *Hugonis* de **Welles** archidiaconi *Wellensis*, apud *Rumenell*, v. die Aprilis anno &c. vij.

TUTBURIENSE
Cœnobium in comitatu STAFFORDIE.

Charta Henrici *de* Ferariis *cœnobii fundatoris.*

Ex codice MS. sub effigie *Vitellii* F. 4. in bibl. *Cotton.* fol. 1.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Ego *Henricus* de *Ferariis* fundavi ecclesiam in honore sanctæ Dei genetricis *Mariæ* apud Castellum meum **Tuttesbury**, pro anima *Willielmi* Regis, & *Matildis* Reginæ, & pro salute animæ patris mei & matris meæ, & uxoris meæ *Bertæ*, & filiorum meorum *Eugenulphi*, *W. Roberti*, ac filiarum mearum, & omnium prædecessorum & amicorum meorum. In usibus autem hujus ecclesiæ & monachorum ibi Deo servientium dedi villam, quæ dicitur *Mersbtona*, præter xj. bovatas & quartam partem pratorum. Et uxor mea *Berta* villã quæ dicitur **Dubbrigge**, cum omnibus consuetudinibus & benevolencia mea. Dedimus etiam villam quæ dicitur parva *Brocstona*, quæ adjacet eidem **Dubbrigge**, cum omnibus consuetudinibus quas ego in eisdem tribus villis hactenus habueram. Adhuc autem donavimus parochiam castelli mei & decimam Tolonei mei de eodem Castello, & decimam vini mei, & totius venationis meæ, & pannagii mei, & in nemore meo ligna ad focum & ad maeremium quantum opus fuerit. Et in aqua mea voluntariam piscationem, & decimam de melle meo, decimas quoque dominii mei **Tuttesbury**, **Scropton**, **Rollesson**, **Barton**, **Sapirton**, **Hoginton**, **Overton**, cum uno villano, & **Pyry**, cum uno villano. Decimam quoque de **Stapilford**, cum uno villano. Decimam quoque de *Canstona*, cum uno villano, De **Scropton**, cum uno villano, excepta tercia parte quæ adjacet ecclesiis earundem villarum. De **Duffelo** quoque decimam, cum uno villano, excepta tercia parte ecclesiæ, Et ecclesiam de **Hatherfelo**, cum decima, & quicquid ad ecclesiam pertinet, cum homine uno. Ac de **Horburie** eodem modo. Et decimam de **Brassinton**, & de **Tissinton**.

Hanc autem ecclesiam & quicquid huic ecclesiæ vel jam præbui, vel deinceps præbere voluero, per concessionem & auctoritatem *W.* junioris Regis *Anglorum* dono ecclesiæ meæ **Tutesbury**, & monachis meis ibidem Deo servientibus, sicut constitutum est apud *Merlebergam* ante præfatum regem *Willielmum*.

Anno Millemo Domini quater atque vicemo
Tuttsburieque *novo Domus est fundata patrono,*
Anni trecenti septem cum mille fuerunt
Quando recesserunt Normanni *lege recenti.*

Carta Roberti *comitis junioris de* Ferariis. Ibid.

EGo *Robertus* comes junior de *Ferariis*, domino *T. Cantuariensi* archiepiscopo, totius *Angliæ* primati, & apostolicæ sedis legato, & domino *W. Cestrensi* episcopo, & domino *R. Lincolniæ* episcopo, & omnibus fidelibus sanctæ matris ecclesiæ salutem. Sciatis me concessisse, huic ecclesiæ meæ *Tuttesbiriæ*, quæ est constructa in honore sanctæ virginis Dei genetricis *Mariæ*, quicquid avus meus *Henricus*, sive *Egenulfus* patruus meus, seu *Robertus* pater meus, seu uxores, seu barones, seu milites, vel homines eorum donaverunt vel concesserunt, huic præfatæ ecclesiæ; videlicet, parrochiam castelli mei *Tuttesbiriæ*, & decimam telonei mei de eodem castello, & decimam totius venationis meæ, & pasnagii mei, & in nemore meo quantum opus fuerit ligna ad focum, & ad maremeum, & in aqua mea voluntariam piscationem, & decimam de melle meo: decimas quoque dominii mei de **Scropton**, & de *Ronstona*, & de *Sapertona*, & de *Muginsona*, & de *Bertona*, & de *Bracintona*, & de *Tiscintona*, & de *Holintona*, & de *Norberia*, & de **Duffelo** cum uno villano, & de **Overton** cum uno villano, & de **Pery** cum uno villano, & de **Stanford** cum uno villano, & de **Stapilford** cum uno villano. Cujus terra est apud **Sareby**. Excepta tertia parte decimarum, quæ adjacent ecclesiis. De **Caston** quoque quinque partes decimarum dominii, cum uno villano, & de **Wimundeham** & de **Torp**, cum omnibus pertinentiis, & cum uno villano. Concedo etiam villam, quæ *Mersiona* dicitur, & *Dubbrigia*, & parvam *Brocstonam*, cum omnibus pertinentiis suis, & **Hatherfelo**, cum omnibus pertinentiis suis, quæ eidem villæ adjacent, & omnes consuetudines & libertates quas *Henricus* avus meus in eis unquam melius habuit, qui cum *Berta* uxore sua eas in elemosinam ecclesiæ beatæ *Mariæ* contulit. Eodemque modo concedo villam quæ **Broston** vocatur, & *Norberiam*, & *Edelvestonam*, quas pater meus præfatæ ecclesiæ propter villam quæ dicitur **Stanford** dedit. Concedo etiam decem & novem bovatas terræ in **Burcavestun**, quas pater meus solutas & quietas huic ecclesiæ dedit. Et decimam dominii mei de **Hertishorn**. Concedo etiam villam quæ **Osmundestun** dicitur, quam *Alfinus* de **Bzelesord**, concedente patre meo *Roberto* de *Ferariis* domino suo, & *Nicolao Alfini* filio, solutam & quietam huic ecclesiæ dedit.

Concedo quoque, & mea autoritate confirmo omnes

omnes donationes subscriptas, scilicet, ecclesiarum, terrarum, decimarum, quas homines & fideles avi mei, & patris mei & mei, usque in præsens, huic ecclesiæ sanctæ *Mariæ Tuttesburiæ* dederunt. Ita ut deinceps nulli liceat eas minuere, vel ab ista ecclesia detrahere. *Nigellus* de *Albiniaco*, & *Amicia* filia avi mei, dederunt ecclesiam de **Catton**, cum decima & pertinentiis suis. Et de **Wibaldeston** ecclesiam cum duabus virgatis terræ & pertinentiis suis. *Sewallus* dedit duas partes dominii sui de *Hoga*, & quatuor acras terræ contiguas villæ **Herstone**. *Radulphus* de **Baketuz** duas partes decimæ suæ de **Esseden**, & de *Orlestona*. *Johannes* duas partes dominii sui & decimarum de *Suberia*, & de **Elton** & de **Oslaweston**. *Elfinus* duas partes decimæ dominii sui de **Turwardestow** & de **Dimondestou**, & quatuor bovatas terræ in *Holintona*. *Robertus* filius *Sarle* duas partes dominii sui de **Esse**. *Willielmus* de **Kolveston** duas partes decimæ dominii sui de **Swyneseu**. *Robertus* de **Dun** duas partes decimæ dominii sui de **Dalebiry**. *Hugo le* **Arbalester** duas partes decimæ dominii sui de **Trusselai**, & duas bovatas terræ. *Rogerus* de **Livet** duas partes decimarum dominii sui de **Sumeresdeby** & de **Daleby**. *Robertus* Venator duas partes decimarum dominii sui de *Burtona*. *Henricus* de **Fitdre** dedit duas partes decimæ dominii sui de **Hynge**, & de *Bumonestona*. *Ricardus* frater ejus dedit duas partes decimæ dominii sui de **Berwavescote**. *Vasalinus* dedit duas partes decimæ dominii sui de **Herburburi**, & de *Cestretona*. *Ernulfus* de **Bec** dedit duas partes decimæ dominii sui de **Hilton**, & de **Sumerdeston**. *Ulfius* dedit duas partes decimarum dominii sui de **Tuisord** & de **Steinestou**. *Robertus* filius *Widelini* dedit duas partes decimarum dominii sui de **Seeyle**. *Herfastus* dedit duas partes decimarum dominii sui de **Bakelai**. *Radulfus* de **Instanval** dedit dimidiam carucatam terræ in **Holinton**. *Tole* duas partes decimarum dominii sui de **Syzle**. *Chetell* duas partes decimarum dominii sui de **Sterton**. *Gulielmus* duas partes decimarum terræ suæ de **Perston**. *Ormus* dedit duas partes decimarum dominii sui de **Prton**. *Anscelin* de **Yeginton** dedit dimidiam carucatam terræ in eadem villa, concessu *Gaufridi Anselini* domini sui, quæ terra est apud **Herdewike**. *Robertus* de sancto *Quintino* duas partes decimarum dominii sui de **Turwardestow**. *Stephanus* duas partes decimarum dominii sui de *Fisidia*. Sciatis me etiam concessisse sanctæ *Mariæ* & monachis *Tuttesburiæ* donationem quam *Henricus* filius *Sewalli* dedit ecclesiæ prædictæ, Scilicet unam carucatam terræ quæ **Neuton** dicitur, & duas bovatas terræ quas *Radulfus* filius Venatoris dedit pro anima uxoris suæ, & pro animabus antecessorum suorum in **Holinton**, me præsente, liberas ab omni servitio. Concedo etiam huic ecclesiæ decimam de *Novo-burgo*, quod pater meus accrescere fecit. Et de hoc quod ego accrevi vel accrescere faciam, & de feria mea ac totius villæ telonei, in quibuscunque reddiderit, sive in denariis, sive in cera, seu in aliis quibuscunque redditibus. Ita quod si prædicta villa, & theloneum ejus creverit, secundùm augmentum eorum & decima crescat. Præterea concessi Priori & monachis facere unum **Trenchæ** in mora de **Huttoshall** ad campos suos salvandos, & rameam de salicibus & oseris quæ super aquam pendent, ad emendationem camporum humidorum.

Hæc & omnia alia quæ avus meus, & pater meus, & omnes homines eorum, sive ego vel homines mei huic ecclesiæ dedimus, concedo & autoritate mea confirmo, tam in villis, quam in terris, tam in decimis, quam in redditibus, tam in molendinis, in pascuis, in nemoribus, in planis, in pratis & in piscinis, cum omnibus consuetudinibus quas illi in eis meliùs unquam habuerunt, sive ego habeo, nominatim ad **tol**, ad **teme**, ad **sache**, ad **infangenthef**, ita ut supradictam ecclesiam de nullis his rebus, per querimoniam vel per minas, vel per placitum, nemo commoveat vel inquietet amplius. Concedo etiam duodecim acras terræ in **Cheyhull** ecclesiæ sanctæ *Mariæ*, quas *Gilbertus* de **Folton** dedit. Concedo quoque pratum de *Mara*, & tres acras de *Fracticio*, quas *Jordanus*, nepos *Henrici* filii *Sewalli* accrevit donationi patrui sui de *Neutona*. Hoc autem facio pro anima mea, & patris mei & matris meæ, & omnium parentum meorum: & ut Deus mihi indulgeat omnia mala quæ feci.

Carta le Roy de ministralx.

Ex registro de *Tutbury* penes *Henricum Agard* militem.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hiberniæ* omnibus ad quos præsentes litere pervenerint salutem. Inspeximus literas patentes *Johannis* nuper regis *Castellæ* & *Legionis* ducis *Lancastriæ* proavi nostri factas in hæc verba. Johan *par la grace de Dieu Roy de* Castille *& de* Leon *Duke de* Lancastre *a touts ceux qui cestes nos letres verront ou orront saluz. Sachez nous avoir ordenez constitut & assignez nostre bien ame le Roy des ministralx deins nostre Honour de* **Tutteburi** *quere est, ou qui pur le temps serra, pur prendre & arrester touts les ministralx deins meisme nostre Honour & franchise queux refusont de faire lour services & ministralcie as eux appurtenants a faire de ancient temps a* **Tutteburi** *suisdit avnualment les jours del assumption de nostre dame. Donants & grantants au dit Roy des ministralx pur le temps esteant plein poiar & mandement de les faire resonablement justifier & constrener de faire lour services & ministralcies en maner come appeint & come illonques ad este use & de ancient temps accustome. En testimoignance de quel chose nous avons fait faire cestes noz letres patents, don souz nostre privie seal a nostre Castell de* **Tutteburi** *le xxij. jour de August le an de regne nostre tresdulces le Roy* Richard *second quart.*

Nos autem literas prædictas ad requisitionem dilecti nobis in Christo *Thomæ Gedney* Prioris de **Tutteburi** duximus exemplificandas per præsentes. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Datum sub sigillo nostri ducatus *Lancastr.* apud palatium nostrum de *Westmonast.* xxij. die Februar. anno regni nostri vicesimo primo.

Item est ibidem quædam consuetudo quod histriones venientes ad matutinas in festo assumptionis beatæ *Mariæ* habebunt unum taurum de

Priore de **Tuttebury** si ipsum capere possunt citra aquam **Done** propinquiorem **Tuttebury**, vel Prior dabit eis xl.d. pro qua quidem consuetudine dabuntur domino ad dictum festum annuatim xx.d.

EYENSE *Cœnobium in agro* Suffolciensi.

Ex registro de *Eya* penes *Thomam Dove* generosum an. 1630 fol. 58.

Carta Roberti Malet *fundatoris ecclesiæ conventualis de* Eya.

CUm pro animarum suarum salute multa bona opera fideles viri ac Deo devoti operentur: Hoc precipuum estimatur quod in constructione, & edificatione sanctæ matris ecclesiæ impenditur. Nam in sancta ecclesia virorum religiosorum precibus illorum peccata qui eam edificant, Dei misericordia diluuntur; pauperes elemosinis, sive aliis beneficiis sustentantur, cæteraque caritatis officia, cum tempus exigit, humiliter ministrantur: Et quia Dei misericordiam per opus simile spero me posse adipisci, ego *Robertus Malet*, assensu Domini mei *Willielmi* regis *Anglia*, pro anima ipsius & uxoris ejus *Matildis* reginæ, pro memetipso, & pro animabus patris mei *Willielmi Malet* & matris meæ *Hesilia*, & pro animabus omnium antecessorum & parentum meorum, ad usus monachorum apud *Eyam* monasterium construo, & monachorum conventum in eo pono.

Et ut ipsi Deo liberè & quietè servire possint, eidem monasterio, de meis propriis terris, ecclesiis & decimis, ad eorum sustentamentum confero, presentis scripti attestatione confirmo. Inprimis ecclesiam **Eye**, quæ in honore sancti *Petri* fundata est, concedo cum omnibus terris & decimis eidem pertinentibus. Do eis etiam partem de burgagio meo in *Eya*, cum vivario uno. Do eis etiam decimam fori **Eye**, & omnes ecclesias de *Donewico* quæ factæ sunt & faciendæ: Necnon & decimam totius villæ, tam in denariis quàm in allecibus, & unam feriam ad festum sancti *Leonardi* per tres dies. Scolas etiam ejusdem villæ. Do eis insuper ecclesiam de **Larfeud**, cum omnibus terris & decimis eidem ecclesiæ pertinentibus: & ecclesiam de **Badingham** cum terris & decimis & pertinentiis. Et in eadem villa do eis unam carucatam terræ: Præterea ecclesiam de *Benseya* do eis, cum omnibus terris & decimis sive aliis possessionibus eidem pertinentibus. Ecclesiam de **Benehale** cum terris, & decimis & pertinentiis. Ecclesiam de **Bergebi**, cum capellis, & terris, & decimis ad eam pertinentibus, sive aliis possessionibus. Ecclesiam de **Seckebroc**, cum capellis, & terris, & decimis, & pertinentiis. Ecclesiam de **Weleburne**, cum capellis, & decimis & pertinentiis: Et de terris meis do eis villam quæ dicitur **Stoke**, cum omni integritate sua, scilicet ecclesiam, cum terris & decimis, sive aliis possessionibus, cum omni tenemento quod *Benedictus* capellanus meus de me tenuit. Et petitione *Osberti* de **Cuncheville**, do eis totam terram quam habebat in **Acolte**. Do eis etiam ecclesiam de *Tharendona*, cum omnibus terris decimis & pertinentiis, & villam quæ dicitur **Wadefeild**, cum ecclesia et pertinentiis. Et assensu *Walteri* filii *Grip*, do eis totam terram quam habuit in **Frasingefeld** cum molendino. Et decimam de **Playsoze**, et ecclesiam ejusdem villæ, cum terris et decimis et pertinentiis. Et *Alfricum* de **Fen** cum tota terra sua. Et decimam *Oyn Campayn* de **Illeye**. Confirmo eis donum *Walteri* Arbelestarii, qui dedit eis duas partes decime sue de **Halegestowe** et de **Gosewelde**, Et ecclesiam sanctæ *Margaretæ*, cum terra quæ ei pertinet. Do eis ecclesiam de *Helegleya*, cum terris et decimis, sive aliis possessionibus eis pertinentibus. Et ecclesiam de **Denenetune**, cum terris et decimis, et omnibus pertinentiis, Ecclesiam de **Burendys**, et ecclesiam de **Thatingetune** cum terris et decimis, et possessionibus. Ecclesiam de **Suttune** cum pertinentiis. Ecclesiam de **Stradebroc**, et ecclesiam de **Wyngefeld** cum terris et decimis et pertinentiis: Do eis etiam piscarias omnes de **Welles**, et in **Elyn**; et totam decimam de omnibus silvis meis de pasnagio, tam in denariis, quam in porcis, tam in garbis quam in agris, vel vitulis, sive in omnium forestarum decimis, et de omnibus essartis; in caseis, in velleribus, et in omnibus aliis decimis. Et de dominio meo horum maneriorum meorum, do eis decimas. Totam decimam de dominio **Eye**, et de **Stradebroc**, et de **Redelingfeud**, et de **Dinnenetune**, et de **Thatingetune**, de **Badingham**, de **Beletune**, de *Heletheya*, de **Laxtone**, de **Larfeud**, de **Bergebi**, de **Seckebroc**, de **Weleburne**, de **Oxburne**, de *Cava*.

Quare volo, concedo, et firmiter precipio ut teneant liberè et quietè omnia sua ab omni exactione: Habeantque *sacham* et *sacham*, et **toll**, et **theam**, et **infangenetheof** in *Eya*, in *Donewyco*, sive in aliis locis ubicunque terras habuerunt. Habeantque omnes alias libertates, quas dominus meus *Willielmus* Rex *Anglia* mihi concessit, quando Honorem mihi dedit. Do eis etiam ecclesiam de **Peleroth** cum terris et pertinentiis suis. Ecclesiam de **Thoxnham**, et ecclesiam de **Welles** cum terris et decimis et omnibus pertinentiis suis. Preterea donationes quas barones et milites mei, me annuente, eis fecerunt, prefato monasterio concedo et confirmo. Quorum nomina hæc sunt. *Rog.* de **Huntingefeud** dedit eis ij. partes decime sue de dominio de **Huntingefeud**, et de **Linestede**, et de **Benges**. *Ric. Honel* dedit eis duas partes decime sue in **Winerdestune**. *Willielmus Gulafre* dedit duas partes decime sue de **Yukenholle**. *Ogerus* dedit duas partes decime sue de **Bedingfeud**, et de terra sua quam habuit in **Framlingham**. *Ernaldus* filius *Rogeri* dedit duas partes decimæ sue de **Wytingeham**, et de *Wasketona*. *Radulfus Groffus* dedit eis duas partes decime sue de **Cratinges**, et ecclesiam sancti *Botulphi* de *Tea*, cum appendiciis, quam *Willielmus* de *Roville* dedit, et duas partes decime sue de **Clakestoxpe** et de **Glemham** et soxemannum quendam in **Petlegh**. *Hugo* de **Aviers** dedit duas partes decime sue de **Bjont** et **Selfhangre**, et

hoc

hoc quod *Ailwinus* presbiter tenuit de eodem *Hugone* in *Beria*, et ecclesiam ejusdem ville cum terris, et decimis sive aliis possessionibus, Et decimam de triginta acris terræ de feodo comitis *Britannie*. *Odo* de **Charune** dedit eis duas partes decime sue de **Giselingham** et *Reydona*. *Godardus* de **Giselingham**, & uxor ejus dederunt Deo & sancto *Petro* dimidiam ecclesiam de **Giselingham**, & terram & omnia que ad eandem pertinent medietatem. *Hubertus* de **Kikinghale** dedit duas partes decime sue de **Kikingehale**. *Hubertus* de *Montecamiso* dedit Deo & sancto *Petro* suam terram apud *Jakesleiam*, scilicet hospitium suum cum tenura ejus. *Ranulphus* de *Glanvillis* optulit super altare sancti *Petri* hospitium quod habuit in *Jakesleiam*. *Robertus Malus nepos* dedit Deo & sancto *Petro* decimam suam de **Huntingefeud**. *Joselinus* de *Heleseia* dedit decimam C. acrarum in **Huntingefeud** ecclesiæ sancti *Petri*. *Galfridus* de *Briseworda* dedit Deo & sancto *Petro* ecclesiam de *Briseworda* cum libera terra ejus & cum propria decima domus sue. *Fulcredus* de **Pesenhale** dedit duas partes decime sue in eadem villa, & decimam *Unfridi* filii *Unuey* i Do monachis de *Eya* ecclesiam de *Jakesleia* cum omnibus pertinentis suis. *Jordanus* dedit eis decime sue duas partes in **Withebegge**, & ecclesiam ejusdem ville, cum terris & decimis eidem ecclesie pertinentibus. Do eis omnes ecclesias, & omnes decimas propriorum manteriorum Castello *Eye* pertinentium. Et aliis viris, militibus, Sokemannis meæ jurisdictionis concedo, & præcipio ut monasterio meo & conventui de *Eya* de beneficiis benefaciant pro facultatibus suis.

Volo etiam & firmiter precipio, ut quedam feria, quam monachis meis dedi quatuor diebus teneatur kalend. augusti, & ut venientes, & redeuntes in his quatuor diebus pacem meam & protectionem domini mei regis *Willi.* habeant, ne aliquis eos disturbet, nec eis injuriam, vel malum faciat super forisfacturam decem librarum. Hujus donationis & confirmationis meæ testes sunt *Hubertus* de *Montekenesi*, *Rogerus* filius *Walteri* de **Huntingefeud**, *Willielmus* de *Revillis*, *Willielmus Gulafre*, *Robertus* filius *Walteri*, *Robertus* filius *Erefridi*, *Odo* de **Charimer**, *Hervens* de **Glanville**, *Osbertus* de **Cunteville**, *Benedictus* Capellanus, *Galfridus* filius *Urselli*, *Arnulphus* de **Wydevill**, *Walterus* de **Conovill**, *Egger* Prepositus, *Fulcredus* de **Pesenhale**, *Hubertus Malus Nepos*. *Robertus* Roiator, *Godebertus* de **Witsand**, *Walterus* Arbalestarius. Hæc omnia illis concedentibus, testimonio Dei & sancti *Petri*, super altare sancti *Petri Eye*, ego *Robertus Malet* optuli ecclesiæ monachorum meorum, & hac carta mea inperpetuum confirmavi.

Carta Beatricis *sororis* Roberti Malet.

lb. fol. 59. EGo *Beatrix* soror *Roberti Malet* concedo Deo, & sancto *Petro* apostolo de *Eya*, & monachis ejusdem loci villulam quandam *Radingefeldiam* nominatam, quietam & liberam ab omnibus querelis & calumpniis contra omnes homines, sicut meum dominium scilicet pro redemptione animæ meæ, & patris & matris mei, necnon & fratrum meorum *Roberti Maleth* & *Gilberti Malet*, aliorumque amicorum vivorum & defunctorum. Testibus *Francigenis*, & *Anglis Roberto* Presbitero, *Rogero* Diacono, *Radulpho de Belticia*. *Alfredo* de *Combia*, *Mayno* de *Saldechero*, *Edrico*, *Alfrico* Coco, *Ansgodo* de *Cantuar*. & *Gaufrido* Coco.

Carta Regis Stephani.

QUoniam divina misericordia providente cognovimus esse dispositum, & longe lateque prædicante ecclesia sonat omnium auribus divulgatum, quod eleemosinarum largitione possunt absolvi vincula peccatorum & adquiri celestium præmia gaudiorum: Ego ✠ *Stephanus* Dei gratia *Anglorum* Rex, partem habere volens cum illis qui felici commercio celestia pro terrenis commutant, Dei amore compunctus, & pro salute animæ meæ ✠ & patris mei, matrisque meæ, & omnium parentum meorum ✠ & antecessorum meorum Regum ✠ *Willielmi* scilicet Regis avi mei, ✠ & *Willielmi* avunculi mei, ✠ & *Henrici* Regis avunculi mei, ✠ & *Roberti Malet*, & consilio barohum meorum concedo Deo & ecclesiæ sancti *Petri* de *Eia*, & monachis ibidem in Dei servicio congregatis, ut habeant omnes res suas quietas & liberas ab omni exactione. Et teneant eas in terris, in decimis, in ecclesiis, in omnibus possessionibus sicut unquam melius & honorabilius tenuerunt tempore *Roberti Malet*, et tempore meo antequam rex essem; cum *Sona* vel *Sacca*, & **Tol** et **Tem**, & **infanganthef** ✠.

Autographum penes prænobilem dominum *Willielmum Howard Nawarthocastiensem* an. 1630.

Vide Pat. 7. E. 2. parte 1. memb 19. in dorso. Et cart. 20 *R.* 2. num. 4.

Præcipio etiam ut teneant de quocunque tenebant (et non mittantur in placitum) sicut tenebant die qui ad Regni coronam pervehi. Sit etiam ipsa ecclesia in meo dominio cum rebus subscriptis. Concedo ecclesiam de **Polesle**, de **Dinevet**, de **Wordenis**, de **Sutton**, de **Stavebyrc**, de **Wingefel**, et mercatum et thelonium de **Oreforp**, præter navium quæ pertinent ad firmam de *Donewico*, videlicet xxx. solidos; Ecclesiam ipsam ubi monachi habitant cum terris suis, decimam de *Eya*, xij. solidos de foro, unam feriam per quatuor dies ad festum sancti *Petri* kal. Augusti. Nullusque in feria habeat potestatem nisi monachi & homines eorum. Et omnes illuc venientes et inde redeuntes habeant meam firmam pacem, nullusque eos in aliquo disturbet super decem libras forisfacture ✠. Habeat eciam ecclesia eandem libertatem de episcopo, de archidiacono, de decano quam habuit à tempore Regis *Eadwardi*, et à tempore *Eadrici* de *Lexefelda* et Regis *H.* ✠. sitque de Priore ponendo & removendo sicut constitutum fuit in tempore *Roberti Malet*.

✠ Habeat eciam omnes decimas de maneriis sicut habuit in tempore *Roberti Malet*, scilicet de *Eia*, **Stavebyrc**, *Radingefeldia*, **Dinevet**, **Matinget**, **Bedingham**, **Beletun**, *Olesia*, **Leell**, **Donewic**, **Lessefelo**, **Bergebi**, **Willeburn**, **Segebyrc**, **Colum**, **Cave**, ✠ Concedo eciam ecclesias has, De *Beweseia*, **Segebyrc**, **Bergebi**, & ecclesias de *Donewico*, quæ factæ sunt, & faciendæ, de **Bedingham**, **Lessefelo**, & presbiterum ejusdem villæ, Et de omnibus meis silvis decimam pasnagii. Piscariam eciam de **Wiello**, atque totam *Benefeldiam*, *Storas*, **Pelecot**, **Fraxingefelo**. Hæc eciam terræ quod habebant tem-

pore *Roberti Malet* In **Bedingham**, & omnia inconcussa teneant. Concedo etiam ecclesiam sancti *Botulfi* de *Ica* cum appendiciis suis quam dedit *Willielmus* de *Rovil* & *Beatrix* uxor ejus, & terram *Godem Jakl*, & ea quæ habebant in *Donewico* eodem *Roberto* vivente.

✠ Horum igitur supradictorum *socam* & *sacam* in omnibus concedo, & nominatim in *Donewico*, & decimas meorum hominum *Walteri*, scilicet, Arbalestarii. Et ecclesiam sanctæ *Margaretæ* de **Walgestowe** & terram quæ ei pertinet. Decimam quoque *Rogeri* filii *Walteri* de **Huntingfeeld** & de **Benges**, *Richardi Hoveel* de **Wiverdest**, de **Gesingesh**, **Richingehall**, **Reindun**, decimam *Hugonis* de *Alvilario* in **Bzom**, & in **Belfhangers**, Et hoc quod *Alwinus* presbiter tenet de eo in *Beria*, decimam *Willielmi* de *Rovilla* in **Clakestozp** & in **Glemeham**, & de triginta acris quas tenet *Willielmus Bole* de feudo Comitis *Britanniæ*. Decimam *Willielmi Gulafri* **Uncheveil**. Decimam *Petri* de **Bedingefeld**, decimam de **Pleesozd**, et ecclesiam villæ, & *Alluricum Delphen* cum sua terra. Decimam *Hernaldi* filii *Rogeri* in **Witingeham** & **Ascheton**. Terram *Osberti* de **Cratevill** in **Acolt**, et hoc quod dictus Capellanus tenebat de *Rotberto Malato* in decimis & rebus aliis. Decimam *Willielmi* de **Pesersale**. Decimam *Jordani* de **Willebeke**, v. solidos de **Pentenhake** quos *Willielmus* de *Rovilla* dedit. Tres solidatas quas tenet *Johannes* filius *Roberti*, Terram *Alwini* filii *Wulstan* in **Bedefeld**. Septem solidatas quas tenet *Wulmer* presbiter de **Codenham**. Decimam *Humfridi* filii *Unvei*. Decimam *Radulphi Grossi* de **Gretinges**. Duodecim solidos de aquitancia in **Alvesen**. Terram *Wulmari* in *Akesleia*.

Et præter hæc supradicta concedo eis quod decima eorum de *Donewico* crescat quoquo anno in denariis & harengis & in omnibus aliis rebus secundum hoc quod redditus mei ibidem crescent. Teste *Nigello Eliensi* episcopo, & *Rogero* Cancellario. *Henrico* nepote regis *Stephani*. *Galeranno* comite de *Mellento*. *Rotberto* filio *Richardi*. *Willielmo Mart*. *Adam* de **Beln**. *Johanne* Marescallo. *Huberto* de **Pune**. *Johanne* filio *Rotberti* vicomitis. *Gaufrido* filio *Walteri*. *Willielmo* filio *Rogeri*. *Herv*.... de **Glavill**. *Ricardo* de **Alent**. *Rogero* de *Hosa*, anno ab incarnatione Domini MCxxxviij. apud *Ela* secundo anno regni mei in tempore *Edwardi* episcopi *Norwicensis* & *Gaufteni* Prioris *Elæ*. Ipse rex subscripsit. *Eustacius* filius ejus subscripsit. *Matildis* regina subscripsit. *Willielmus*, *Cantuariensis* archiepiscopus subscripsit. *Turstanus* archiepiscopus subscripsit. *Alexander Lincolniensis* episcopus subscripsit. *Johannes*, *Rossensis* episcopus subscripsit. *Enerardus*, *Norwycensis* episcopus, *Simon*. *Wigornensis* episcopus, & *Robertus*, *Hereferdensis* episcopus, & *Robertus*, *Badonensis* episcopus, & *Gislebertus Londonensis* episcopus subscripserunt.

Quicunque aliquid de eis quæ in hac continentur auferre, aut minuere, aut disturbare scienter voluerit, auctoritate domini omnipotentis, patris & filii & spiritus sancti & sanctorum apostolorum & omnium sanctorum sit excommunicatus, anathematizatus, & à consortio domini & liminibus sanctæ ecclesiæ sequestratus donec recipiscat, & regiæ potestati triginta libras auri persolvat. *Fiat, fiat, fiat. Amen, amen, amen.*

Carta Willielmi, *filii regis* Stephani.

Ex regist. de *Eye* fol. 59.

Willielmus filius regis *Stephani*, comes *Bolonie* & *Warrenne* & *Moretonie*, omnibus baronibus, militibus, & ministris suis, &c. salutem. Universitati vestræ notum facio, me concessisse ecclesiæ beati *Petri* de *Eya* (*&c.*) omnes donationes quas eidem ecclesiæ contulerunt antecessores mei, & præcipuè **Acolt** & **Stoke**, sicut pater meus eis confirmavit cartâ suâ, tanquam ejusdem ecclesiæ protector, & advocatus (*&c.*) Teste *Reginaldo* de *Warrena*, *Roberto* de **Wenevall**, *Willielmo Martelle*, *Ranulpho* de **Glanvill**, & *Willielmo Gulafre* (*&c.*)

De Janitore ad portam Prioratus admittendo.

Claus 17. E. 2. m. 29.

Vide Pat. 7. E. 2. part. 1. m 19. in dorso.

Rex dilecto clerico suo *Johanni Walewayn* escaetori suo ultra *Trentam* salutem. Cum nuper comperto per inquisitionem quam per dilectos & fideles nostros *Johannem* de **Thorpe**, & *Willielmum* de **Boxewode** clericum fieri fecimus quod *Robertus Malet* dudum fundavit Prioratum de **Eye** de certis terris & possessionibus Priori & conventui ejusdem loci in puram & perpetuam elemosinam possidendis; & quod Prioratus ille abbatiæ de *Berniaco* in *Normannia* tanquam cellæ ejusdem abbatiæ est subjectus, ita quod neque Prior neque monachus in dicto Prioratu sine voluntate & assensu abbatis abbatiæ prædictæ perfici debet, nec à tempore fundationis prædictæ perfici consuevit; & etiam quod prædictus *Robertus Malet* seu heredes sui, tempore vacationis ejusdem Prioratus, nichil de bonis seu de rebus ad Prioratum illum spectantibus perceperint, set tantummodo quendam janitorẽ, seu custodem ad portam dicti Prioratus, qui de bonis ejusdem, durante vacatione, sustentationem habuit competentem, in signum dominii apponere consueverunt. Qui quidem janitor ad installamentum novi Prioris percipere debet quinque solidos tantum vel unum bovem. Et quod dominus *H.* quondam Rex *Anglie* avus noster, ad cujus manus advocatio Prioratus prædicti tanquam escaeta sua per forisfactum *Normannorum* in *Anglia* devenit, seu *Edmundus* comes *Cornubie* qui advocationem prædictam de dono ejusdem avi nostri postmodum habuit, nichil in Prioratu illo tempore alicujus vacationis ejusdem perceperunt nisi simplicem seisinam, ratione dominii, constituendo janitorem prædictum ad portam prædictam sicut prædictum est, Mandaverimus *Johanni Abel* tunc escaetori ultra *Trentam* ad cujus officium pertinuit de hujusmodi custode intromittere, quod janitorem seu custodem hujusmodi ad portam Prioratus prædicti nomine nostro in signum dominii in forma prædicta prout ad officium suum pertinuit apponeret, ibidem moraturum quousque aliud à nobis super hoc haberet in mandatis. Ac Prioratus prædictus per cessionem fratris *Durandi* ultimi Prioris ejusdem loci jam vacet, & frater *Robertus Morpayn* monachus dictæ abba-

tiæ

tiæ de *Berniaco* per abbatem loci illius in Priorem Prioratus prædicti præfectus sit, ut dicitur, nobisque ex parte ipsius præfecti, & monachorum dicti Prioratus sit supplicatum ut janitorem seu custodem hujusmodi ad portam ejusdem prioratus in forma prædicta poni, aliaque onera & gravamina, si quæ fuerint abinde amoveri faciamus. Nos nolentes ipsos contra tenorem inquisitionis prædictæ indebitè prægravare, vobis mandamus quod janitorem seu custodem hujusmodi ad portam Prioratus prædicti in præsenti vacatione ejusdem, in signum dominii, prout ad officium vestrum pertinet in forma prædicta apponatis; de aliis ad Prioratum prædictum pertinentibus vos in nullo intromittentes. T. rege apud Notingham xv. die Novembris.

Quod hujusmodi Prioratus, de cætero, sit indigena.

Pat. 8 R. 2. part. 1. m. 3. REX omnibus ad quos, &c. salutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Christo Prior & conventus Prioratus de Eye alienigenæ, in manu nostra occasione guerræ inter nos & adversarios nostros *Franciæ* motæ existentis, per quandam petitionem suam nobis per carissimam consortem nostram *Annam* reginam *Angliæ*, de cujus patronatu dictus Prioratus jam existit exhibitam, ut cum Prioratus prædictus retroactis temporibus sub tam debili gubernatione Priorum & monachorum *Francigenarum* extiterit, quod idem prioratus penè destructus & possessiones suæ ad prolixos terminos pro plurimis chevanciis alienatæ existunt, sic quod divinum obsequium in eodem Prioratu fieri consuetum multipliciter diminuitur; Et quamvis Prior & integer conventus ibidem fuisse consueverunt antiquitus, in præsenti tamen unus Prior & tres seu quatuor monachi illuc vix sustineri valent, qui pauperimam vitam de proficuis dicti Prioratus ducere poterunt ultra xx. libr. quas ipsi ad scaccarium durante guerra prædicta nobis reddunt annuatim, dictusque Prioratus pro defectu boni regiminis in tam magnis debitis pro firma ejusdem de tempore domini *E.* nuper regis *Angliæ* avi nostri existat, quod debita prædicta absque destructione finali ejusdem Prioratus persolvi, seu Prioratus ille relevari non possint nisi eis per nos de gratiosis auxiliis succurratur; velimus eis ex benignitate regia, sanctæ caritatis intuitu in hac parte misericorditer subvenire. Nos ad supplicationem dictorum Prioris & conventus, & ad specialem instantiam & requisitionem dictæ consortis nostræ; Et pro eo quod ex credibili relatione accepimus, quod si pro relevatione dicti Prioratus in premissis juxta supplicationem prædictam providere dignemur, tunc duntaxat certe gentes de elemosinis suis magnos cursus in auxilium relevationis & reparationis Prioratus prædicti apponere intendunt & proponunt. Volentes pro relevatione dicti Prioratus, & pro divinis obsequiis in eodem augmentandis providere benigniter & devotè, ut iidem Prior & conventus & successores sui pro statu nostro & dictæ consortis nostræ dum vixerimus, & animabus nostris cum ab hac luce migraverimus specialiùs exorare teneantur, De gratia nostra speciali, & pro lx. lib. quas præfati Prior & conventus nobis solverunt, pardonavimus pro nobis & hæredibus nostris, eisdem Priori & conventui & successoribus suis, omnia debita quæ per ipsum Priorem et conventum debentur aut exiguntur, seu exiguntur de Prioratu prædicto ex quacunque causa de tempore dicti avi nostri.

Et concessimus ulteriùs pro nobis et hæredibus nostris quod prædictus Prioratus exnunc indigena imperpetuum habeatur, & quod iidem Prior & Conventus & successores sui ut indigenæ & *Anglici*, & de eadem conditione sicut veri *Anglici* & non ut alienigenæ reputentur & perpetualiter teneantur; Et quod prædicti Prior & Conventus, eundem prioratum terras tenementa & redditus, servitia, feoda militum, advocationes ecclesiarum, libertates & omnia alia ad prioratum prædictum qualitercunque spectantia, que eis tenore presentium restituimus, exnunc integrè habeant & teneant sibi & successoribus suis imperpetuum, absque hoc quod prædictus Prioratus seu aliqua parcella ejusdem in manus nostras seu hæredum nostrorum occasione alicujus guerræ motæ vel movendæ exnunc capiantur vel seisiantur quovismodo, seu quod aliquod auxilium, impositio, taxa, aut aliud subsidium de ipsis ut de alienigenis quocunque modo exigatur in futurum, set quod ipsi de quibuscunque finibus firmis subsidiis, oneribus, impositionibus & demandis impositis, vel in futurum imponendis, quæ de ipsis ut de alienigenis occasione præsentis guerræ seu alicujus alterius motæ vel movendæ exigi poterunt, exonerati quieti & absoluti existant imperpetuum, sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum seu ministrorum nostrorum, & ipsorum hæredum nostrorum quorumcunque.

Volentes insuper & pro nobis & hæredibus nostris concedentes, quod iidem Prior & Conventus & successores sui liberam electionem habeant, & quod nullus eligatur in Priorem, seu Prior existat ibidem, nisi verus *Anglicus*, & de natione *Anglicana* fuerit. Et quod Prioratus prædictus, ac Prior & monachi ejusdem de natione *Anglicana* amodo omnino existant, et quod ipsi de eadem natione, & non alia existentes, adeo liberè exnunc sint in omnibus sicut Prior & monachi de Theford, seu aliqui alii in regno nostro *Angliæ* existunt de patronatu nostro qualitercunque existentes. In cujus rei. T. Rege apud *Westmonast.* xiij. Julii.

HELENSTOWENSE
cœnobium in agro Berrocensi.

Helenestow, *id est*, Helene *statio*.

Ex Hollandi collectan. vol. 1. f. 49.

IUDITH Comitissa *Waleri* Comitis sponsa fundavit ecclesiam in villa de **Helenestow**, tempore *Gulielmi* primi, & sanctimoniales ibi constituit. Testes donationis, *Henricus* de *Ferrariis*, *Henricus* de *Bellomonte*, *Robertus* comes de *Mellent*. Ecclesia dicata *Trinitati*, *Mariæ*, & *Helenæ*.

Elnestowe.

lb. p. 54.

Elnestowe.

Juditha comitissa fundatrix } fuit uxor *Waldevi* comitis *Huntendune*, & neptis *Gulielmi* Conquestoris.

Milo de *Bray* inter benefactores.

Charta Regis Henrici *secundi.*

Cart. 11. E. 2. n. 88. per inspex.

HENRICUS Rex *Anglie*, Archiepiscopis, episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, & omnibus Baronibus, & fidelibus suis, *Francis*, & *Anglis*, Salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Helenestow**, & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, ecclesiam sancti *Andreæ* de **Hiche**, cum terris & decimis, & universis libertatibus eidem pertinentibus, liberè & absolutè, ab omnibus consuetudinibus etiam episcopalibus, & archidiaconalibus, excepto quod archidiaconi semel in anno, cum septem equis ibidem recipiuntur hospitio; & ecclesiam de **Westuna**. Et ex dono *Juditha* Comitissæ villam de **Helenestowe**, & villam **Wilsamestede**, & in *Meldona* quinque hidas terræ & dimidiam. Ex dono *Richardi* de *Langecota*, duas hidas in **Pulesho**, cum filia sua. Ex dono *Radulfi* filii ejus, tres virgatas cum filia sua in eadem villa. Ex dono *Nigelli* de **Stafford**, decem virgatas terræ & dimidiam cum filia sua in **Crendesby**. Ex dono *Nicholai Basset* quatuor marcatas terræ in **Orinesford**, & duo molendina in *Risenduna*. Ex dono *Richardi Basset*, & *Jeve* terram *Jvonis Fridai* in *Avintona*, & unum molendinum in *Dentuna*. Ex dono *Matildis* Comitissæ terram *Willielmi* Medici de *Burua*.

Quare volo, & firmiter præcipio, ut hæc omnia habeant, & teneant bene, & in pace, liberè, & quietè, & honorificè; quieta de omnibus auxiliis, & geldis, & danegeldo, & assisis, & murdris, & placitis, & omnibus occasionibus, & querelis, & scutagiis, & **Warpeny**, et omnibus consuetudinibus, et omni terreno servitio, & habeant *saca* et *soca*, **toll** et **team**, et **Infangeneþefe**, et omnes libertates quas habent liberæ ecclesiæ terræ meæ, quæ meliùs, et liberius et quietius tenent. Teste Rege, et *T. Eboracensi* archiepiscopo, et *R. Sarisburiensi* episcopo, et *Johanne* filio *Johannis*, et *R.* de **Brus**, apud *Wintoniam.*

PENWORTHAMENSE
cœnobium in agro Lancastrensi, *cella de* Evesham.

Carta fundationis per Richardum Bussell.

Ex registro de *Evesham*, penes *Richardum Fleetwood* armig.

NOverint presentes & posteri quod ego *Richardus Bussell*, concedo, & scripto meo & sigillo meo confirmo ecclesiæ de **Evesham**, omnem donationem, & totam elemosinam quam fecit pater meus *Warinus* prædictæ ecclesiæ, videlicet, ecclesiam de **Peneverham**, cum decimis & omnibus pertinentiis suis, & **Farington**, cum omnibus pertinentiis suis, & in *Langetona* duas bovatas terræ, & de ecclesia *Leilandia*, tres solidos, & duas partes decimæ de dominio, & de capella de **Poles** duos solidos, & duas partes de dominio de **Frecheiton**, & **Wartinton**, piscationem unius retis liberam, & quietam, & totam decimam coutedii domus sue; & quod abbas habeat curiam suam in **Penverham** in omnibus tam liberam, sicut pater meus habuit suam, vel ego meam; Hæ sunt donationes quas ego postea donavi, videlicet, ecclesiam de *Leilandia* cum omnibus pertinentiis suis. De tota piscatione mea, excepta piscatione duarum retium, quartum piscem. In *Langetona* quatuor bovatas terræ. In **Penvertham** unam bovatam; capellam de **Poles** cum omnibus pertinentiis suis.

Has prædictas donationes quas pater meus *Warinus* contulit prædictæ ecclesiæ de **Evesham**, et quas ego postea contuli, ego *Richardus Bussell* concedo et presenti scripto atque sigillo meo confirmo, ut ecclesia de **Evesham** possideat, et pacificè teneat, liberas, et quietas, et ab omni seculari servitio & exactione solutas, in pratis, in pascuis, in aquis, in stagnis, in sabulonibus, in piscariis, in bosco, in plano, in pannagio, et omnibus libertatibus, et liberis consuetudinibus, in puram, et perpetuam elemosinam, pro salute mea, et hæredum meorum et pro anima patris mei et antecessorum meorum. His testibus, *Waltero* Presbitero de *Prestona*, *Lidulfo* de *Crostona*, *Ealwardo* presbitero de *Langetona*, *Ganfrido*, *Osberno*, *Radulpho* capellanis, *Roberto* diacono, *Osberno* filio *Edmundi*, *Ormo* filio *Magni*, *Warino* filio ejus, *Sweni Child*, *Willielmo* filio *Alani*, *Huctredo* filio *Sweni*, *Arkura* de *Arston*, *Sweni* de **Peneverham**, *Ada* fratre ejus, et *Sibilla* et *Matilde* sororibus ejus, et multis aliis.

Confirmatio chartæ per *Hugonem Buissel.*

Ex Regist. de *Evesha* in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Vespasiani* B. 24.] fol. 71. a.

SCiant *presentes, & futuri quod ego* Hugo Buissel *concedo & scripto atque sigillo meo confirmo ecclesiæ de* **Evesham** *omnes donationes, & elemosinas quas dedit & confirmavit avus* Warinus Bussel, *& postea* Ricardus *avunculus meus, & postea pater meus* Albertus *prædictæ ecclesiæ, videlicet, ecclesiam de* **Penvertham**, *cum omnibus pertinentiis suis, &* Farintonam, *cum omnibus pertinentiis suis, totam ecclesiam de* **Leilonde**, *cum omnibus pertinentiis suis, & in eadem villa duas bovatas terræ, quas tenet* Rodbertus *filius* Galfridi; *capellam de* **Poeles**, *cum omnibus pertinentiis suis. Et in* Longetuna *sex bovatas terræ, quas tenet* Rodbertus *filius* Galfridi *de ecclesia de* **Evesham**. *Duas etiam alias bovatas terræ in eadem villa, quas tenet* Reinerus *filius* Steinulfi, *& duas bovatas terræ de* Euchestona, *& Raleiam cum pertinentiis suis, & piscationem unius retis in* **Ribel**, *liberam & quietam, & quartam partem piscaturæ suæ, & totam decimam contredii domus suæ, duas partes decimæ de dominio de* Frecheltona, *&* Wartona.

Has prædictas donationes omnes, quas avus meus Warinus, *&* Ricardus *avunculus meus, & pater*

& pater meus Albertus *ecclesiæ de* Evesham *confirmaverunt, Ego* Hugo Bussel *filius* Alberti *Bussel concedo atque sigillo meo confirmo, ut jam dicta ecclesia de* Evesham *possideat, & pacificè teneat liberas, & quietas, & ab omni seculari exactione solutas, in pratis, in pascuis, in aquis, in stagnis, in sabulonibus, in piscariis, in bosco, in plano, in pasnagio, in geldo, & in omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus; Præter has donationes Ego do, & concedo, & sigillo meo confirmo Deo & sanctæ* Mariæ, *& monachis in* Penwortham *Deo servientibus totam decimam totius pannagii mei, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute meâ, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & animâ patris mei, & antecessorum meorum. His testibus,* Warino Buissel *herede meo.* Henrico Buissel *fratre meo.* Antigonia *uxore meâ.* Ada de *Salopesshire.* Roberto *filio* Galfridi. Willielmo *dapifero.* Willielmo *fratre abbatis.* Eluredo *de* Burchelle. *Magistro* Stephano. Rogero *de* Tanewozth. Willielmo *de* Capes. Albino *fratre suo.* Willielmo *filio* Henrici, *& multis aliis.*

Carta Abbatis Evesham. *de* Yakewike *ad Cellam* Penworthæ *spectante.*

DOminus Abbas *M.* omnisque congregatio *Evesham.* talem conventionem cum hiis quatuor fratribus, *Wolfgeate, Sweine, Radulfo, Linlfo,* de terra quæ Yokewike dicitur, fecerunt, scilicet, quod dominus abbas dedit supradictis quatuor fratribus, xxviij. sol. ex conventione, ut clament quietam omnem calumpniam quam habuerunt super illam terram semper & in perpetuum. *Linlfus* verò unus ex illis devenit homo proprius abbatis, ea conventione, ut teneat de illo unam partem ipsius terræ, & per singulos annos in nativitate sanctæ *Mariæ,* centum Salmones, pro ipsâ terra, bonos reddat. Hii verò sunt testes hujus conventionis, Dominus Abbas, Prior. *Benedictus. Alnredus.*

Alia Carta de eadem.

RANULPHUS Consul *Cestriæ,* Constabulario, Dapifero, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Ministris, & Ballivis quicunque fuerint inter *Ribbam* & *Mersam,* & omnibus hominibus suis *Francis* & *Anglis,* Salutem. Sciatis me concessisse Deo & sanctæ *Mariæ,* & monachis de Evesham, elemosinam suam de Yocwice, ita bene & libere, & quietè & honorificè, sicut melius tenuerunt tempore Comitis *Rogeri Pictavienſis,* & tempore *Ranulphi* comitis patris mei, & sicut decet elemosinam habere sanctæ ecclesia. Ita quod nullus super monachos prædictos se intromittat de prædicta elemosina, nec de operatoribus, nec de aliis exactionibus, nec de occasione aliqua aliquis eos, vel eorum elemosinam, super timorem Dei, & super meum forisfactum inquietet, sed honorificè teneant in terris & decimis, & pasturis, & in bosco & in plano, & in aquis & molendinis, & piscariis, & in omnibus aliis locis. Testibus *Eustachio* Constabulario *Cestriæ,* & *Hugone Ostvero.* Et *Serlone* venatore, & *Ricardo Buissel, Ricardo Pinc.* apud *Molas Warini.*

Willielmus Bastard.

WArinus *Bussel* dedit ecclesiæ de Evesham ecclesiam de Penewrtham, & ecclesiam de Leiland, & capellam de Poles, cum pertinentiis. Item *Warinus Bussel* dedit Farinton, cum pertinentiis suis. Ex registro de *Evesham,* penes *Ricardum Fleetwode* de *Penwortham,* an. 1618. fol. 58.

Ricardus Bussel dedit ecclesiæ de Evesham sex bovatas terræ in Longton. Item dedit totam ecclesiam de Leiland, quæ reddit duas marcas, & capellam de Poles, quæ reddit iij. sol. *Albertus,* frater ejus, duas bovatas terræ in Leiland. Idem *Albertus* dedit assartum de Blakesaw. Item prædictus *Ricardus Bussel* dedit quartam partem piscationis suæ. *Rogerus Pictavienſis* dedit Yocwike.

Willielmus Rufus.

Ricardus Fossard dedit ecclesiam de Huntingdon.

Placita apud Preston, 17. E. 3. *coram* Willielmo *de* Shareshull, Rogero *de* Hungerford, Henrico *de* Hamburg, Symone *de* Pakeman, & Rogero *de* Pillary. Ex. f. 131.

JOhannes de Radecliffe, seneschallus libertatis de Penwortham, attachiatus fuit ad respondendum abbati de Evesham de placito, &c. *Johannes* clamat unam puturam in Prioratu de Penwortham, qui est quædam cella abbatiæ de Evesham, pro se & ministris, equis, & garcionibus suis, per unum diem & duas noctes, de tribus septimanis in tres septimanas, videlicet, de victualibus, ut in esculentis & poculentis, ad custus Prioratus prædicti, indebitè.

KYLBURNENSE

cœnobium (monialium) in comitatu Middlesexiæ; *cella abbatiæ de* Westmonasterio.

Prima fundatio monialium de Kylburne *per abbatem* Westmonasterii Herebertum.

OMnibus hominibus tam futuris, quàm presentibus notum sit, tempore *Henrici* regis, qui tertius ex *Normannis* regnavit in *Anglia, Herebertum* abbatem *Westmonasterii,* & Priorem *Osbertum* de *Clara,* una cum omni venerabili ejusdem sanctæ ecclesiæ conventu, domino *Gilberto Universali Londoniæ* sanctæ ecclesiæ præsule annuente, dedisse tribus puellis, *Emmæ* videlicet, & *Gunilde* & *Cristinæ,* heremitorium de *Cuneburna,* quod edificavit *Godwynus,* cum omni terra illius loci, & omnibus illis quæ inibi eadem sanctitatis vitæ norma fruendi causa futuræ sunt. Concessu tamen, atque precatu illius *Godwyni* heremitæ, quatinus eundem locum qui ad illum pertinet in elemosina pro redemptione animarum totius prædicti conventus fratrum possideant; eadem conditione Ex registro quodam *Westmonasteriensis* cœnobii in bibl. *Cottonian.* fol. 333. b.

ditione atque libertate qua *Ethelredus* rex *Anglorum*, pater *Edwardi* regis, ad prædictam *Westmonasterii* ecclesiam dedit *Hamstedam*. Post cujus obitum etiam, prædictus *Edwardus*, qui regni gubernacula suscepit, illud idem confirmavit. Ad cujus ville possessionem ille prenotatus locus, antequam hec fierent pertinebat; ut Deus, omnium redemptor, omnes illorum animas in celis inter sanctorum consortia, perseverare jubeat. Sit tamen semper locus ille sub custodia fratrum, ne temeratio quolibet jure pejoretur, aut sinistra regatur. Huic ergo loco concessit dari dominus abbas *Herebertus*, & totus conventus duo perpetuè beneficia: unum videlicet pro requie omnium animarum illius ecclesiæ fratrum, & pro omnibus fratribus de *Feschampa*, tam pro vivis, quam pro defunctis; & aliud quod dederant *Ailmaro*, omni tempore vitæ suæ, ut omnipotens Deus, ab omni peste & clade omnes prædictorum fratrum animas eripiat; & sit ille prescriptus Heremita *Godwynus*, magister loci, illarumque puellarum quamdiu vixerit custos. Et post ejus obitum eligat conventus puellarum seniorem ydoneum, qui earum ecclesiæ presit, abbatis tamen concilio. Et non habeat potestatem aliquam abbas, Priorve aut quilibet alter aliquam intrare faciendi absque illarum voluntate & licentia que infra claustra fuerint. Capellanus verò qui in monasterio prefuerit de possessionibus, vel ecclesie rebus, non se intromittat, nisi illarum jussu, & omnes possessiones quas eis Deus donaverit, habeant liberè, sicut sanctus *Petrus* habet suas. Et in principio omnium beneficiorum dedimus eis, & concessimus imperpetuum xxx. s. de illa elemosina, quam *Sweno* pater *Roberti* de *Estsexa* dedit Deo & sancto *Petro*, scilicet, lx. sol. Quorum solidorum altera medietas, in cœna Domini ad mandatum pauperum Christi faciendum constituta est. Hanc autem donationem fecimus illis ancillis Dei, pro statu ecclesiæ nostræ in bonum, & pro incolumitate, & pace omnium seniorum abbatum, & fratrum, & benefactorum nostrorum vivorum, & pro redemptione animarum à penis ex quorum beneficio descenderunt, & pro animabus omnium abbatum nostrorum & fratrum ecclesie nostre defunctorum. Huic loco etiam *Cuneburnie* scilicet, dedit *Ailmarus* sacerdos unam terram in caritate in **Southwerch**, que reddit per annum ij. s. His testibus, &c.

Carta *Hereberti* abbatis de terra in **Knyghtsbrigg** monialibus de **Kylbourne** concessa.

Ibid. HErebertus *abbas ecclesiæ sancti* Petri Westmonasterii, *& totus ejusdem ecclesiæ conventus, tam futuris, quàm presentibus salutem. Notum sit vobis nos communi assensu totius capituli & consilio dedisse in elemosina, pro anima regis nostri* Edwardi *fundatoris ecclesie nostre, & pro animabus omnium fratrum & benefactorum nostrorum, ancillis Dei, que sunt in ecclesia beati* Johannis Baptistæ *de* Keneburna, *& omnibus que ibidem ad serviendum Deo futura sunt, quandam terram ad sartandam in tenetura manerii nostri quod dicitur* Cnihtebruga *in loco qui* Gara *appellatur. Volumus etiam & firmiter precipimus, ut in pace, & quietè, liberè, & sine omni servitio teneant illam prædictam terram. Et si quis eis super hanc donationem, & donationis libertatem aliquam inde violentiam, vel dampnum, vel contumeliam, aut torturam aliquam fecerit, & elemosinam nostram violare, vel auferre a prædicta ecclesia presumpserit, nisi illis ancillis Dei citam & congruam satisfactionem fecerit, ab omni conventu ecclesiæ nostræ excommunicetur, & a Christo, pauperum suorum defensore, perpetuo anathematis gladio feriatur.* Amen. *Hii sunt testes*, Gregorius *dapifer*, Radulfus *de* **Puntfret**, Ricardus *cocus, & multi alii.*

De jurisdictione in cella monialium de **Kylebourne** *per episcopum* Londonien*sem* *abbati* Westmonasterii *concessa.* Ex Codice MS. in bibliotheca *Cottoniana* [sub effigie *Vespasiani* A 19] fol. 406.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit *Gilbertus* Dei gratia *Londonien*sis episcopus salutem. Noverit universitas vestra quod cum inter nos & abbatem *Westmonasterien*sem & conventum quæstio verteretur super subjectione & jurisdictione cellæ de **Kilebourne** cum suis pertinentiis, Attendentes eandem cellam à fundatione sua cum pertinentiis suis dicto conventui & abbati *Westmonasterii* pertinere, concedimus & præsenti carta nostra confirmavimus eidem Abbati & successoribus suis in perpetuum jurisdictionem & subjectionem in spiritalibus prædictæ cellæ cum suis pertinentiis; ita quod memorata cella cum pertinentiis suis à jurisdictione & subjectione *Londonien*sis ecclesiæ in perpetuum penitus sit exempta. Et quod abbas *Westmonasterii* & conventus & successores eorum omnem habeant potestatem ordinandi & disponendi per se & procuratores suos quod eidem cellæ viderint expedire, absque ulla contradictione *Londonien*sis ecclesiæ in perpetuum. Et ut hæc nostra concessio & confirmatio firma sit & stabilis, præsens scriptum sigilli nostri appositione roboravimus. Ad majorem verò securitatem sigillum capituli nostri de assensu ipsius fecimus apponi, &c.

Contentio cellæ de **Kylebourn** *terminata inter capitulum sancti* Pauli *& ecclesiam* Westmonasterii.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *R.* Dei gratia *Londonien*sis episcopus, & *R.* Dei gratia abbas *Westmonasterii* salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum inter nos super jurisdictione cellæ de **Kilebourn** auctoritate apostolica quæstio mota fuisset, tandem ita amicabiliter convenit de consilio peritorum, Videlicet, quod dominus *Londonien*sis episcopus qui pro tempore fuerit ad cellam de **Kilebourn** accedet quoties voluerit & quando voluerit, & cum processione & campanarum pulsatione & omni solempnitate & reverentia à Priorissa & monialibus admittetur. Ingredietur etiam dominus episcopus capitulum monialium cum suis ad prædicandum verbum Dei, & audiet confessiones secretas & injunget pœnitentias monialibus volentibus confiteri. Nullam tamen dictus episcopus exiget procurationem. Custos verò secularis sacerdos canonicè prædictæ domui ab abbate & successoribus suis præficiendus, episcopo Ibid.

episcopo præsentabitur, & nisi aliquid canonicum obstiterit, sine difficultate admittetur, & eidem faciet canonicam obedientiam, qui à dicto abbate poterit sine contradictione ammoveri prout viderit abbas expedire, & alius ydoneus forma simili præsentari. Prioriſſa verò dictæ domus ab abbate & successoribus suis instituenda canonicam faciet obedientiam episcopo memorato in his quæ præsentem tangunt compositionem, salva in omnibus reverentia & obedientia debita abbati sæpedicto canonica & antiqua. Tota verò ordinatio dictæ domus de rebus & personis tantùm intra septa dictæ cellulæ contentis, & correctio excessuum & reformatio status in institutionibus & destitutionibus Prioriſſæ & monialium & cæteris omnibus, ad abbatem & successores suos pertinebit in perpetuum. Si qua tamen in dicta domo fuerint corrigenda in personis monialium & regularium & secularium personarum ibidem existentium, & fama deferente, ad noticiam episcopi hoc pervenerit, & dictus abbas à tempore denunciationis sibi factæ per episcopum, si abbas præsens fuerit, vel Prior *Westmonasterii*, abbate in remotis partibus agente, circa dictam correctionem & reformationem per mensem negligens fuerit, & de ejus negligentia canonicè constiterit, extunc licebit episcopo ea circa quæ abbas ea vice negligenter se habuerit corrigere & reformare prout secundùm Deum viderit expedire. Ita videlicet quod circa personam dictæ Prioriſſæ contra præsentem compositionem nichil attemptetur per eundem. Nullus verò monachus excepta persona abbatis & Prioris vacante abbacia vel abbate in remotis partibus agente, vel etiam ipso ægrotante, poterit audire confessiones & injungere pœnitentiam monialibus prænotatis. Dictus etiam episcopus cum fuerit ab abbate rogatus monialibus dictæ domus munus benedictionis seu consecrationis inpendet, nullo alio episcopo ad aliquod officium episcopale dicto loco inposterum introducendo vel admittendo. Ratione verò præsentis compositionis episcopus *Londoniensis* vel capitulum suum in dictum abbatem vel monachos *Westmonasterii* vel in ipsum monasterium nullam jurisdictionem vel subjectionem poterunt vendicare, nec etiam hujus compositionis prætextu prædictæ cellæ monialium seu ipsis monialibus suo jure in aliquo derogabitur. Acta in capella apud Fulham, anno gratiæ MCCxxxj.

HURLEYENSE *Cœnobium in agro* Berrocensi, *Cella* Westmonasterienſis.

Carta Fundationis.

Ex regist. de *Walden* penes comitem *Suffolciæ* an. 1650. fol. 51. b.

SCiant presentes & futuri, universi sancte matris ecclesiæ fideles, & filii, quod Ego *Godefridus* de *Magnavilla* concessi, & mea liberali donatione donavi Deo, & sancto *Petro*, & ecclesiæ *Westmonasterienſi*, necnon & sancte *Marie* de *Hurleia*, pro salute & redemptione anime meæ, & uxoris mee *Leceline*, cujus concilio, gratia divina providente, hoc bonum inchoavi, & pro anima *Athalaiſe*, primæ uxoris meæ, matris filiorum meorum, jam defuncte, necnon & heredum meorum omnium mihi succedentium, eandem ecclesiam sancte *Marie* de *Hurleia* in *Berrochſira*, cum tota prædicta villa de *Hurleia*, et cum toto circumjacente nemore, eidem ville adjacente, sine participatione et divisione cujuscumque hominis in ipsa parochia manentis aut aliquid tenentis, excepta terra *Audrici* prepositi, & excepta terra rusticorum de parva Waltham, quam in manu mea ad me hospitandum retinui.

Concessi quidem dico & firmiter donavi ecclesie eidem de *Hurleia*, cum toto dominio meo, liberè, quietè, & in campis, & in silvis, pratis, pascuis, pasturis, molendinis, aquis & piscar i; atque piscationibus, & cum omnibus appenditiis suis, id est, ecclesiam de Waltham, cum una hida terre, & dimidia, que sibi subjacent, & cum *soca* capelle de Remenham, Et cum omnibus aliis rebus, decimis & possessionibus in vivo & mortuo, sine parte & divisione, cum omnibus consuetudinibus & libertatibus illi antiquitus debitis ita liberè & quietè ab omni hominum inquietudine, & exactione, sicut dominus meus Rex dedit & concessit.

Dedi etiam predicte ecclesie, cum supradictis, ea die qua feci eam dedicare, *Osmundo* episcopo *Sarisburiensi* presentibus tunc multis aliis viris magne autoritatis & personis, terram *Audwardi* de *Watecumba*; in dotalicium libere & quiete cum omnibus sibi pertinentibus. Qua vero die supradictus episcopus venerabilis, pontificali auctoritate, assistentibus secũ magne autoritatis & dignitatis personis, confirmavit omnes donationes meas quas eidem sancto loco pro animæ meæ & omnium heredum meorum salute eterna libere contuli, scilicet, in omnibus maneriis que in dominio meo tempore erant eo, tertiam partẽ decime totius annone meæ, & duas partes decimæ totius . . . . . omnium maneriorum meorum, sine parte in vivo & mortuo, & totam decimam panagiorum meorum in porcis & denariis sine parte, & totam decimam caseorum sine parte, & totam decimam lini, & lane sine parte, & totam decimam pullorum, equorum & vitulorum, pomorum & vinearum sine parte, & totam decimam aliarum rerum mearum de quibuscunque justè & rectè debet Deo decima reddi.

Insuper igitur in unoquoque manerio totius dominii mei, dedi prenominate ecclesie meæ de Hurlee unum rusticum, qui octo acras terræ habeat, libere & quiete ab omni consuetudine, & in parco meo unam porcariam cum terra porcarii. Hiis etenim addidi adhuc in Insula de Ely, ur am piscariam que reddit unum millenarium lticarum anguillarum, unum pesentum anguillarum xl. valet grossas anguillas. Et in villa que *Mosa* vocatur, tria concessi extra prenominata millearia sticarum allecium. *Turoldus* quidem Dapifer meus concessit eidem ecclesiæ, & dextra sua super Altare confirmavit, cum oblatione *Radulfi* filii sui duas partes decime totius annone sue de *Wokendena*, & totam decimam totius pecunie sue, in vi-

vo & mortuo, sine parte; & in Bordesdene, totam decimam totius annone sue, & totius pecunie sue, sine parte. *Audricus* prepositus meus totam decimam annone sue, & totius pecunie sue ibidem donavit in vivo & mortuo sine parte.

Ego vero ad expletionem hujus tanti boni, ad sustentationem solummodo conventus monachorum in eadem ecclesia Deo imperpetuum deservientium, gratia disponente divina impetravi à domino meo rege *Willielmo* hæc omnia ad honorem Dei & salute animæ meæ & omnium heredũ meorum mihi succedentium, pro loci integritate eterna, & stabilitate confirmari, & quod locus ille, locus quoque regio munimine insignitus in protectione mea & defensione semper sit præcipuus, & mei caput Honoris, ab omni inquietudine liber & quietus feci, itaque in eadem die qua dedicata est ecclesia ab eodem episcopo, & ab abbate *Westmonasterii*, *Gilberto*, cum multis aliis magnæ autoritatis viris & personis, omnes infractores, seu diminutores hujus mee elemosine excommunicari, ut habitatio illorum perpetua cum *Juda* maledicto proditore Domini & viventes descendent in eterne proditionis baratrum, cum *Sathan* & *Chore*, cum maledictione eterna, nisi emendaverint digna satisfactione.

Conteſtor igitur omnes filios meos heredes, videlicet, & omnes posteros meos, per tremendum Dei judicium, & per omnem potentiam ejus, in cœlo & in terra, ne ipsi faciant aut facere sinant ullam infractionem huic donationi meæ, immo augeant & stabiliant illam, ita ut Deus augeat, & stabiliat dies & vitam illorũ in eterna beatitudine, & habeant partem in illa mea elemosina mecum in celesti requie. Testes idem episcopus *Osmundus*, *Gilbertus* abbas *Westmonaster*. *Lecelina* domina uxor mea. *Wilielmus* de *Magnavilla*, *Hugo* Marescallus, *Turoldus* de Wokindon, *Galfridus* de Wokindon, *Walterus Maschevell*, *Ascelinus* capellanus, *Agamundus* persona de Ozenefozd, *Robertus* nepos ejus, *Engeram* Pincerna, *Richerius* miles, *Rogerus Blundus*, *Wymundus* de Blangeo, *Audricus* prepositus, *Alfricus* Sementarius, cum aliis multis inenarrabilibus magne autoritatis & dignitatis viris & personis in eadem die apud *Hurleiam* assistentibus. Ex hac vero donatione mea, & institutione, concilio proborum sumpto virorum tria acta sunt brevia, unum apud *Westmonasterium*, aliud apud eandem ecclesiam de *Hurleia*, tertium mihi & heredibus meis succedentibus, pro loci integritate eterna & stabilitate reposui.

Carta Gaufridi *de* Magna-villa.

Adhuc ex eodem regiſtro de *walden.*

Gaufridus de *Magnavilla* domino suo *Stephano* regi *Anglia*, cunctis archiepiscopis, abbatibus, cæterisque fidelibus & ministris sanctæ ecclesiæ, necnon & comitibus, baronibus & universis amicis suis & omnibus hominibus suis, tam *Francis*, quam *Anglis* salutem. Noscat vestra dilectio me dedisse in escambium monachis de *Hurleia* centum solidatas mei proprii redditus, pro anima patris mei & matris meæ, & omnium amicorum meorum, & anteceſſorum. Insuper pro salute mea & uxoris meæ, & universorũ mihi benevolentium, & pro universa decima sua, quam habebant in *Edelmetuna* in *Emfelda*, tam in hominibus, quam in decimis & omnibus redditibus, excepta decima padnagii & excepto padnagio porcorum de *Hurleia* quæ monachis pertinent pro me in sua manu. Et hii sunt de quibus habebunt suum escambium in *Hurleia*, de *Ernulpho*, & *Aluredo* fratre suo xx. sol. in Waltham. De *Alfrico* de Byntenursh xxx. sol. in *Westuna*, quæ est berewica de *Comptona* l. solid.

Has decimas hiis rebus escambiatas reddidi prænominatis ecclesiis pro redemptione animæ meæ, & pro salute omnium amicorum & successorum meorum, ut unaquæque ecclesia suam habeat libertatem omnino ad victum sacerdotum ibidem Deo servientium: de reliquo fratribus de *Hadlega* canonice viventibus victum & vestitum. Testes *Royses* uxor ejusdem *Gaufridi*, *Walterus capellanus*. *Gaufridus* de *Tyretexa Dapifer*. *Adelardus* Coneſtable, *Gaufridus* de Querendon Camberleyn, *Ranulfus* filius *Arnulphi*, & *Willielmus* frater ejus, & multi alii.

Carta Willielmi London. *episcopi.*

OMnibus Christi fidelibus ad quos presens carta pervenerit, *Willielmus* Dei gratia *London.* episcopus salutem in domino. Opus pietatis est, & episcopali dignum officio, illorum securitati & quieti imposterum prospicere, qui a seculari tumultu elongari cupientes ad claustrales angustias & artioris vitæ religionem se transtulerunt. Ea propter attendentes honestatem & necessitatem dilectorum nobis in Christo Prioris & conventus de *Hurleia*, beneficia quæ ex donatione *Gosfridi* de *Magna-villa* & successorum suorum, quantum ad laicam pertinet potestatem, & sicut ex inspectione cartarum quas super hoc habent, cognovimus in dioceſi nostra sunt assecuti, eis autoritate pontificali imperpetuum confirmavimus, ita ut eadem beneficia integre quiete & pacifice, sicut anteceſſorum nostrorum temporibus ea possiderunt, imperturbatum, & sive diminutione possideant. l. id.

Quæ etiam propriis nominibus duximus designanda, videlicet in villa de Walden de toto dominico tertiam partem decimarum de blado. Preterea & omnes minutas decimas de dominico ejusdem villæ, in lino, lana, pullis, caseo, vitulis & porcis, cum integra decima totius pomagii & in omnibus quæ decimantur in ortis, gardinis & vineis de eodem dominico, exceptis decimis de agnis ejusdem dominici, de quibus monachi de *Hurleia* habent duas partes & ecclesia de Walden tertiam partem. Simili modo eisdem monachis confirmamus decimas de dominico de Sabrichworth, & de *Therleia*, & de *Wyggesfossa*, & de Pose, Waltham juxta Plesset, & de *Estra*, & de Pymmes, de *Senleia*, do *Bissexa*, & de Northale, tam in blado quam in minutis decimis, & totam decimam pomagii tam in parco, quàm in denariis de parco de Enefelo, & decimum nummum ejusdem parci, sicut in supramemoratis cartis dominorum fundi continetur, ut ratum sit & firmum autoritatis munimine duximus confirmandum, salvis tamen in omnibus jure auctoritate & dignitate ecclesiæ nostre & nostra & successorum nostrorum. Datum apud Padham sexto kalendas

to kalendas Decembris anno pontificatus nostri vicesimo.

Carta Godefridi *Prioris de* Hurleia.

Ibid. UNiversis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris *Godefridus* Prior de *Hurleia* & ejusdem loci conventus salutem in domino. Perpendentes ex communione posse multotiens materiam oriri contentionis; ac cupientes paci & tranquillitati nostre & successorum nostrorum prospicere, cum servos Dei non deceat materiâ fovere discordie, aut litigii. Hinc est quod convenit inter nos ex una parte, & dominum *Abbatem* Dei gratia abbatem de *Waledena* & ejusdem loci conventum, ex altera, videlicet quod nos dedimus & concessimus nomine permutationis eisdem abbati & conventui omnes decimas, tam majores quam minores, scilicet in garbis, agnis, vitulis, pullis equinis, porcellis, aucis, lanis, linis, lacte, caseo, curtilagiis, pomis, piris, columbariis, herbagiis, pannagio & venationibus, assartis & assartandis cum nucibus ex eorum parochiis provenientes, videlicet, **Waleden** cum **Wlyggefolle**, magna-**Waltham**, *Plesseto*, *Alta Estra*, *Thurleia*, **Enefelu**, & magna-**Pymmes**, & quicquid nomine decimarum qualitercunque, & quantumcunque ad nos vel successores nostros aliquo jure spectare posset, seu accrescere, sine aliquo retinemento decimarum de prædictis locis proventium nobis, vel successoribus nostris retento, eis & successoribus eorum in perpetuum possidendas.

Et propter hoc dederunt, & concesserunt nomine permutationis, idem abbas & conventus ecclesiam de *Stratleya* quam in usus proprios habuerunt, cum omnibus ejus pertinentiis & omni re quod in eadem habuerunt, sine aliquo retinemento eisdem aut eorum successoribus retento nobis & successoribus nostris imperpetuum possidendam. Et si contingat aliquo tempore prædictos abbatem & conventum vel eorum successores, super prædictas decimas per quoscunque inquietari, aut molestari, nos & successores nostri instrumenta & munimenta nostra ad eorum defensionem & liberationem, quotiens & quandocunque necesse fuerit, exhibebimus. Dederunt etiam & concesserunt idem abbas & conventus nobis & successoribus nostris jus patronatus in ecclesia prædicta: Ita scilicet, quod cum vacaverit vicaria in eadem, ad eam possimus, pro nostre voluntatis arbitrio, clericum ydoneum loci diocesano presentare, & hoc quotienscunque eam vacare contigerit imperpetuum.

Insuper ne occasione dictæ permutationis aliqua ecclesiarum prædictarum pregravetur, convenit inter nos & eosdem, quod quotienscunque tallagium, vel aliud onus extraordinarium ecclesiæ *Anglicanæ* fuerit impositum, prædicti abbas & conventus & eorum successores, juxta concurrentes estimationes prædictarum decimarum & ecclesiæ memoratæ illud sustinebunt, & in eo in quo dictarum decimarum estimatio ecclesiæ præhabitæ taxationis excedit, nos, & successores nostri dictos abbatem & conventum, & eorum successores, ab omni onere extraordinario relevabimus & exonerabimus. Ut autem omnia & singula preterita utreque ecclesiæ perpetue firmitatis robur obtineant, presens scriptum in modum cirographi confectum alterno signorum nostrorum munimine corroboravimus. Acta anno Domini milesimo ducentesimo quinquagesimo octavo.

MALVERNENSE *cœnobium in agro* Wigornensi, *cella* Westmonasterii.

Prioratus ordinis S. Benedicti *de* **Malverne** *majori, cella est* Westmonasterii

Leland. coll. vol. 1. p. 62.

CApella S. *Johannis Baptistæ* vicina Prioratui, ubi S. *Werstanus* martyrium pertulit.

Quidam *Aldwine* heremita, cum suis fratribus, incœpit edificare domum de **Malverne** xviij. anno *Gulielmi* conquestoris. *Gulielmus* conquestor & *Henricus* ejus filius adjecerunt possessiones.

* *Henricus* de **Clare** comes de *Gloecestria*, *Osbernus Pontius*, & *Richardus Pontius* benefactores hujus domus. * *Gilbertus.*

Alvicot in comitatu *Warwici* cella, ubi sunt quatuor monachi.

De episcopis Wigornensibus.

W. Malm. de vitis pontificum fol. 159. a. & 160. b.

WLstanus in sanctitate nostro sæculo nominatissimus, de quo de se amplior porrexerit sermo, nullum quæso tædeat *(&c.)*

——*Aldwinus* erat quidam ab eo factus monachus, sicque in vastissimo illo saltu quod *Malvernum* vocatur eremiticam vitam cum *Guidone* socio exercebat. *Guidoni* post longos agones compendiosius ad gloriam visum, ut *Jerosolymam* iret, ubi labore itinerario vel domini sepulcrum videret, vel fœliciter manu Sarracenorum mortem anticiparet. *Aldwinus* eidem sententiæ inductus consilium tamen cum patre *Wlstano* quæsivit. Dissuasit pontifex, & ardentem refrigeravit, dicens. Noli sodes *Aldwine* quoquam ire, sed in loco mane: crede mihi, mirareris si scires quod scio; quantum in illo loco per te Deus operaturus est. Discessit hoc audito monachus, firmoque jam durabat in proposito, leviabatque spe prophetiæ omne genus erumnæ. Nec multo post vaticinium properavit impleri: veniebantque ad *Aldwinum* alter post unum, tertius post alterum, & ita usque ad tricenarium numerum; affluebatque eis imprimis victualium copia, vicinis beatos se judicantibus, qui aliquid Dei famulis impertirentur. Quod vero eis deerat, fide supplebant, dum parvi facerent, si carerent carnali cibo, qui spirituali pinguescebant gaudio.

Charta regis Henrici *primi.*

Pat. 50 H. 3. par. 1. m. 15. per inspex.

HRex *Anglie* archiepiscopis, episcopis, abbatibus, vicecomitibus, & baronibus, & omnibus fidelibus suis *Francis*, & *Anglis*, & *Walensibus* totius *Anglie* & *Wallie* salutem. Sciatis me

atis me concessisse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Malverna* & monachis ibidem Deo servientibus unam virgatam terræ de *Baldehala*, & omnia quæ super terram sunt, pro animæ meæ & parentum meorum salute, sicut pater meus *Willielmus* rex eam eis dedit & concessit pro remedio animæ suæ. Et illi quatuor solidi qui inde de redditu accipiebantur antequam monachi eam habebant, ponantur in tallia mea, & ipsi inde sint quieti, sicut pater meus eis concessit. Et concedo eis & dono illas duas solidatas terræ, id est, *Achiseiam* quæ pertinet ad *Scottesdunam*, unde *Wido* filius *Helgoti* solebat reddere duos solidos per annum de firma. Et concedo eam eis quietam de illis duobus solidis & de omnibus aliis serviciis, pro salute animæ meæ. Et concedo eis duas hidas terræ omnino quietas de *geldis* omnibus & omnibus aliis querelis & *scotis*, quarum una est in **Wirecestrescire**, & altera in **Staffordscire**, apud *Quatam*. Et concedo eis illas terras de *Wrdesfelda* & de *Limberga* illa nova essarta, sicut *Gislibertus* abbas *Westmonasterii* communi concessu capituli ecclesiæ concessit & dedit, & sicut *Hugo* & *Warnerus* monachi illa perambulaverunt, & ipsis monachis ex parte abbatis sui liberaverunt. Et concedo eis ecclesiam de castello *Ricardi* filii *Pontii* in **Cantarabohan**, & duas carucatas de terra illa, & omnes decimas *Ricardi* de omnibus redditibus suis de illa terra. Et ecclesiam de *Lefken* & unam hidam & virgatam terræ in eadem villa, & omnem decimam *Ricardi* de eadem villa & decimam de domino *Ricardo* de terra de *Estradel* quæ vocatur **Becchen**, sicut prædictus *Ricardus* & *Matildis* conjunx sua & *Simon* filius suus dederunt & concesserunt eis pro redemptione animæ suæ. Et concedo eis terram de *Hatfelda* quam escambiaverunt *Rogero* de **Candos** pro terra sua de *Strada*, concessu meo, ita ut eam de me in capite teneant in elemosinam, ita solutam & quietam ab omni servitio sicut tenebant aliam, excepto hoc solo quod inde reddent *Gelda* mea quæ non solebant reddere de terra sua de *Strada*.

Et concedo eis terram de **Lambespidic**, cum omnibus quæ ei pertinent, & terram quandam in **Chelem**, & ecclesiam de **Berelcht**, cum omnibus decimis & aliis quæ pertinent, & ecclesiam de **Marteconot**, cum decimis & omnibus aliis quæ pertinent sicut *Milo Gloucestr.* eas eis dedit & concessit. Et concedo eis piscariam desuper *Savernam* quæ pertinet terræ **Lungenedic**, cum hominibus & terra eorum qui eam custodiunt sicut *Osbertus* filius *Poncii* eis eam dedit & concessit. Et concedo eis illam virgatam terræ in *Martuna*, quam *Landricus* de **Clifford** reddidit *Gisliberto* abbati *Westmonasterii*, quam *Gisleb.* dedit monachis de *Malverna*, sicut ipse *Gislebertus* abbas consensu communis capituli eam eis dedit & concessit. Et concedo eis ecclesiam sancti *Germani* de **Lanrisragh**, sicut *Robertus* filius *Willelmi* dedit & concessit, & sicut *Robertus* comes *Gloucestriæ*, de cujus feodo ecclesia illa est, concessit. Et volo, & firmiter præcipio ut ipsi ea omnia sicut prædicta sunt ita bene teneant, & in pace & quietè & honorificè, sicut domini superius enumerati eas eis concesserunt & dederunt. Testibus *Ricardo* episcopo *Herefordensi*, & *Bernardo* episcopo de sancto *David*, & *Simone* episcopo *Wygorniæ*, & *Willielmo* Camerario de *Tancardi* villa, & *Briencio* filio comitis, & *Willielmo* de Albineio Pincerna, & *Milone Gloucestriæ*, & *Adam* de **Port**, & *Pagano* filio *Johannis*, & *Gaufrido* filio *Pagani*, & *Rogero* de **Candos**, & *Waltero* de *Belle-campo*, apud *Herefordiam*.

Carta Regis Henrici *secundi*.

HENRICUS Dei gracia rex *Anglorum* & Dux *Normannorum*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, vicecomitibus omnibusque Baronibus & Ministris suis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ* salutem. Sciatis communiter, me non tantum modernitatis, verum etiam antecessorum meorum & posteritatis meæ utilitati providentem, In nomine sanctæ & individuæ trinitatis, ob honorem & amorem glorioſe virginis *Mariæ* genetricis Dei, ecclesiam *Malvernie* ipsius nomine dedicatam, & monachorum habitationi perpetuo deputatam, cum omnibus ad illam pertinentibus, pro redemptione animæ meæ, pro animabus patris & matris & fratris mei, & pro successorum meorum salute, in regiæ potestatis meæ manutenemento & defensione suscepisse. In primis itaque locum ipsum in quo prefata ecclesia constructa est, cum terris & possessionibus ab antecessoribus meis Regibus, bonæ videlicet memoriæ Rege *Edwardo* & *Willielmo* patre meo, vel etiam à meipso sibi collatis, sicut in omnipotentis Dei & beate virginis obsequio, pro remissione peccatorum meorum, pro pace regni & stabilitate indesinenter occupatum manere desidero, ita enim ab omni seculari servicio cuntis temporibus liberum & quietum clamo & firmiter esse precipio. Assarta denique quæ à fratribus ejusdem monasterii vel eorum sumptu in foresta *Malvernie* licentia patris mei vel mea facta sunt, cum una virgata terræ in **Baldeh**, de feudo de **Hanley** quam rex *Edwardus* dedit, sicut pater meus rex *W.* concessit libera esse precipio; et de iiij. sol. qui de prædicta virgata ad scaccarium reddebantur antequam monachi eam haberent, ipsos in perpetuum quietos esse concedo. Novam quoque terram cum **Windell** et **Limberg** sitam inter *Porwicam* & *Bald.* sicut *Walterus* de *Gloucestr.* et alii barones mei ex parte mea et *Gisleb.* abbas *Westmonaster.* & conventus per *Hugonem* & *Warnerium* monachos suos ex parte sua prenominatis fratribus liberaverunt & dederunt, ab omni seculari servicio liberam esse concedo & confirmo.

Huic eciam Regali munificentiæ aucmentum dono, villam scilicet de **Langen** sitam in **Glouceſterſire**, cum ecclesia & cuntis pertinentiis suis, quam *Osbertus* filius *Poncii* predictis fratribus apud *Wintoniam*, in presencia mea dedit, set ut eam futuris temporibus honorabiliùs possiderent, in manu mea illam sicut quam non parentum successione, set patris mei gratuito dono habuerat, ab omni sui vel heredum suorum reclamatione solutam & quietam reddidit, et ego eam prefato monasterio & ejusdem loci fratribus manu propria dedi, & in perpetuam elemosinam regia auctoritate confirmavi, ut ipsam de cetero cum omni libertate & quietudine secularis servicii de me & successoribus meis in capite teneant. Hoc autem determi-

determinatè obſervandum conſtituo, ut nec abbas *Weſtmonaſterii*, nec quelibet alia perſona ſecularis vel eccleſiaſtica, de hoc beneficio noſtro jus vel poteſtatem habeat aliud ſtatuendi, vel illud ad alium locum transferendi. Dono inſuper eis duas hidas terre quas *Wido* filius *Holgodi* in manu mea reddidit, quarum una eſt in Wyzeceſterſire, & altera in Staffozdeſire, nomine *Quata*, quietas omnino de omnibus *geldis* & omnibus aliis querelis & *ſcotis*, predicto modo de me & ſucceſſoribus meis in capite tenend.

Concedo quoque eis & confirmo villam de Fuleſozd ſitam in Staffozdeſire, quietam & liberam ab omni ſeculari ſervicio, ſicut unquam eam tempore patris & fratris mei melius tenuerunt. Dono etiam eis terram de Hozthw. ad ſartand. inter Hanekesbyz & Lindrugeſithe ab *Heneduneia* in *Sabrinam*, quiete & libere imperpetuum poſſidendam; & ex altera parte *Sabrine* dono eis duas ſolidatas terræ, id eſt *Hakieſheia*, cum quadam parte ſilve quæ pertinuit ad Stotteſd. per terminos illos quos *Fulco* vicecomes perambulare fecit, qui eos inde per preceptum meum feciſvit; & de illis duobus ſolidis & de omnibus aliis ſerviciis eam liberam eſſe concedo. Dono quoque eis & confirmo villam de Hathelo ſitam in Herefozdeſire, cum ſuis pertinentiis, quam conceſſu meo excambiaverunt *Rogero* de Chandos pro terra quam prius dederam illis in valle de Strade, in liberam elemoſinam de me & ſucceſſoribus meis in capite tenendam. Volo igitur & firmiter precipio quatinus prenominati fratres terras omnes preſcriptas cum ſuis pertinentiis, ſicut dominicam elemoſinam meam puram & liberam, bene & in pace & honorifice, cum libertatibus quæ ſake, ſokne, tol, & team, & infangenetheof nominantur, perpetualiter teneant, quia eas ab omni regia conſuetudine & ab omni collectione cenſus quæ Geld, vel Denegeld, ſeu Scot anglicè vocatur, ab omnibus placitis & querelis & ſciris & hundredis & auxiliis vicecomitum, & ab omnibus rebus & occaſionibus, & ab omni caſtelli ſeu quocumque opere ſervili, vel etiam ſervicio ſeculari, quietas imperpetuum clamo, & liberas eſſe concedo. Et ne aliquis ſuper hoc eis vim vel violentiam vel injuriam aliquam inferat, vel inferre præſumat, poteſtate regia defendo. Conteſtor itaque omnes hæredes meos & reges omnes qui poſt me in *Anglia* regnaturi ſunt, per tremendum judicium Dei, ut hanc meam & illorum elemoſinam manuteneant & defendant ut Deus regnum ipſorum gubernet, & adaugeat, proſperet, & defendat, & ipſi poſt temporale regnum habere mereantur eternum. Quicumque autem eam infregerint vel infringere tentaverint ſeu diminuerint niſi factum ſuum digna ſatisfactione correxerint, in preſenti, fame & clade pereant, & cum *Juda* traditore domini partem habeant in futuro. Ego *H.* Dei gratia *Anglorum* Rex hanc donationis meæ cartam ſigno ſancte crucis confirmavi. Facta eſt autem anno verbi incarnati MCxxvij. indictione v. *Wintonie*. Signum ✠ Regis *Henr.* Signum ✠ Reginæ *Adeleiæ*. Signum ✠ *Rogeri* epiſcopi *Sareſb.* Signum ✠ *Bernardi* epiſcopi de ſancto *David*. Signum ✠ *Gaufridi* cancellarii. Signum ✠ *Willielmi* de *Tancarvilla*. Signum ✠ *Pagani* filii *Johannis*. Signum ✠ *Milonis* de *Gloucestria*. Nos autem donationes (&c.)

AUCOTENSE *cœnobium in agro* Warwicenſi, *cella de* Malverne *magna*.

Conventio inter Priorem Malverniæ & Willielmum Burdet, *de cœnobio inſtituendo.*

Ex veteri exemplari penes *Simonem Archer* de Tanworth in com. Warr. eq. aurat. an. 1650.

HÆc eſt conventio inter *Rogerum* Priorem *Malverniæ* & *Willielmum Burdet*. *Willielmus Burdet* concedit liberè & quietè Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Malvernia* ac monachis ibidem Deo regulariter ſervientibus totam terram quam habuit in *Avecota* cum molendino, & Schetinton cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut carta illius teſtatur. Et hæc conventio diffinita eſt in preſentia *Laurentii* abbatis *Weſtmonaſterii*, *Roberti* abbatis ſancti *Albani* & *Gregorii* abbatis *Malmeſberiæ*, & multorum aliorum, anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo nono. A primo feſto ſancti *Michaelis* ejuſdem anni uſque ad annum revolutum erunt ibidem duo monachi ad ſerviendum in eccleſia, & anno ſequenti eodem termino addentur alii duo monachi ad ſerviendum Deo; deinde loco edificato & inſtaurato, juxta facultatem loci, conſilio abbatis *Weſtmonaſterii* & virorum religioſorum illius provinciæ adjicientur ibi monachi perpetuò Deo ſerviturí: Priorem autem loci illius conſtituet Prior *Malverniæ*, conſilio abbatis *Weſtmonaſt.* Abbati vero *Weſtmonaſterii* vel Priori *Malverniæ* non licebit aliquid de ſubſtantia illius loci auferre quo locus inde gravetur. Hæc conventio fideli polliceratione ab utraque parte coram prædictis perſonis confirmata eſt. Hiis teſtibus *Roberto* comite *Leceſtriæ*, *W.* de Bell, *Hugone Barre*, *Lauren.* Priore *Coventr.* *Ricardo Dalmari*, *Galfrido le Abbe*, *Radulfo* fratre Abbatis *Weſtmonaſterii*, *Roberto* de Craft, *W. Canon*, *Ricardo* de Pirplinton, *W.* fil. *Warr.* *Petro* de *Wicha*.

1159.

SUDBURYENSE *cœnobium in agro* Suffolcienſi, *cella de* Weſtmonaſterio.

Pat. 35 E. 3 part. 2. membr. 25.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum nos nuper per literas noſtras patentes de gratia noſtra ſpeciali conceſſiſſemus & licentiam dediſſemus pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis fuit dilectis nobis in Chriſto abbati & conventui *Weſtmonaſterii*, quod ipſi terras tenementa & reditus ad valorem decem marcarum per annum tam de feodo ſuo proprio quam alieno, exceptis terris

terris tenementis & redditibus quæ de nobis tenentur in capite adquirere possunt. Habendum & tenendum sibi & successoribus suis inperpetuum in relevationem pauperis Cellæ suæ sancti *Bartholomei* juxta **Sudbury**, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in literis nostris prædictis plenius continetur. Nos volentes dictam concessionem nostram effectui debito mancipari, concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Ricardo Roke* de villa *Westmonasterii* seniori, quod ipse sexaginta & sexdecem acras terræ & dimidiam, & tres acras prati & dimidiam, cum pertinentiis in **Sudbury** & **Polesgate**, quæ de nobis non tenentur, & quæ valent per annum in omnibus exitibus juxta verum valorem eorundem, ultra servicia inde debita & consueta, viginti & octo solidos, sicut per inquisitionem inde per dilectum nobis *Rogerum* de *Wolfreton*, Escaetorem nostrum in comitatu *Suffolchiæ*, de mandato nostro factam, & in Cancellaria nostra retornatam est compertum, dare possit & assignare præfatis Abbati & Conventui; Habendum & tenendum sibi & successoribus suis in relevationem Cellæ prædictæ imperpetuum, (*&c.*) T. Rege apud *Westm.* primo die Maii.

S. NEOTI *Prioratus*,

In comitatu Huntingdoniæ, *primò Cella Abbatiæ de* Becco, *in* Normannia, *deinde verò factus indigena.*

Lelandi collectan. vol. 3. p. 10.

SAnctus *Neotus* Monachus *Glesseburgensis*, translatus à **Neotestoke** in *Cornubia*, olim monasterio nunc verò parochiali ecclesia, ad **Arnulphesbury**, in provincia *Huntingdunensi*, in quo oppido palatium erat *Elfridi* comitis, quod postea versum est in usum cœnobii, in quo fuerunt ad multos annos monachi nigri, donec *Anselmus* archiepiscopus *Cantuariensis* introduxit *Gallos*, monachos albos.

Ibid. *Barrius*, *Neoti* servus, ibidem sepultus.

Monasterium sancti *Neoti* à *Danis* spoliatum, & incensum, quod reparavit domina *Rosa* tempore *Henrici* primi; Quo tempore forsan ab. *Anselmo* primùm ex *Gallia* in *Anglia* monachi albi evocati, qui alius professionis sunt quam *Barnardini*.

Ib. p. 11.

Ex libro de vita sancti Neoti.

NEOTUS filius *Adulphi* Regis *Cantiorum*, & frater *Aluredi* regis, qui Academiam *Oxoniensem* fundavit instigante fratre.

Neotescensis in *Cornubia* à *Neoto* sic dicta, nunc lingua vulgari **Neotstoke**.

* Nepoti. S. *Neotus Aluredo* * fratri apparuit, promittens illi victoriam de *Danis*.

Sunt tamen (si recte memini) qui hoc divo *Cuthberto* tribuunt.

Vidi tunicam interiorem sancti *Neoti* ex panno villoso, more *Hibernico*, pecten sancti *Neoti* ex ossiculo duos digitos lato, insertis piscium denticulis instar maxillæ lupi fluviatilis,

De Cynolvesberi.

Ex regist. *Eliensis* cœnobii in bibl. *Bodleiana* lib. 2. fol. 9. a.

REstat igitur enarrandum de **Henulvesbiry** quem sanctus *Neotus* primùm monachili ordine instituit, sed iniqua *Danorum* pervasione jacuit diu miserabiliter desolandus. Post plurimorum autem temporum curricula venerabilis pater * *Ædelwoldus* locũ eundem sicut cætera per *Angliam* loca veneranda relevare, & ad pristinum decorem divini obsequii reformare studuit, monachos adducens de **Ely**; denuo illuc regulariter sub Priore collocavit. Cum enim ad præfatæ basilicæ dedicationem consisteret vir Deo devotus *Leofricus* & uxor ejus *Leofleda* nomine, consilium habuerunt cum eo & cum Abbate *Brithnodo*, rogantes eos obnixè ut monachos illic constituerent; At illi votum eorum multipliciter amplectentes, quosdam de **Ely**, quosdam verò illic de *Torneia* destinaverunt. Deinde, coram omnibus episcopum atque abbatem humiliter postulabant, quatinus pro Dei amore, & sanctæ religionis reverentia, eis; tanquam suis providerent atque consulerent, ut vitam religiosam dignè observarent, & esset locus ipsi abbati & cunctis successoribus suis, ecclesiæ de **Ely** semper subjectus, sed & Prior illic jugiter de ecclesia de **Ely** haberetur, nisi ex ipsis talis posset inveniri, & hoc assensu atq; consilio fratrum de **Ely** qui ipso officio dignus existeret. Ad victum verò eorum & vestimentum decem & octo hydas continuò statuerunt necessitati illorum utiliter providentes; duas videlicet in prædicta villa de **Henulvesburi**, & vj. apud **Wobereste**, & novem apud *Gamingeia*; unde testes fuerunt *Æscuuinus* episcopus qui ecclesiam tunc dedicavit, *Ægelwinus Alderman*, *Ædricus Pape*, *Ædelmus Polga*, & cæteri qui ad dedicationem illam fuerant congregati; Atque hoc tribus scriptis Anglicè constat esse firmatum, unum habuit episcopus *Ædelwoldus*, quod in ecclesia pro testimonio hactenus servatur; aliud *Æscuuinus* episcopus, tertium ipsimet sibi retinuerunt. Locus autem ille ad **Ely** diu pertinuit, donec *Anglia* subjugatur à *Normannis*; sed ecclesia gemens in suis oppressionibus, illud, cum multis & magnis injustè sibi ablatis calumpniatur, & continuè ad Deum cum Psalmista quærimoniam facit adversus eos, qui dixerunt. *Venite & disperdamus eam de gente, & non memoretur in ea nomen* Israel *ultra*; nam postea *Normannis Angliam* optinentibus, unus illorum *Gilebertus* de *Clara* eundem locum sibi vendicavit, fratresque de **Ely**, uti in proprio illic degentes, fugavit. Tres vero non fame, non verbere depellere valens, apud *Becum* in custodiam ultra mare delegavit, ac monachos inde adducens ibi locavit, expulsis violenter indigenis, ut in sequentibus dicetur.

Quam violenter locus de **Cnolvesbyri** *abstractus sit* Elyensi *ecclesiæ.* *Ib. f. 32. b.*

INter hæc namque tempestivæ commotionis incendia jus & debitum virginis Dei *Ædhel-*

Ædreda

dredæ diripiunt omnes transeuntes viam, questumque piratis estimant, gaudent & manu plaudunt, quotquot prævalent inferre lesionem bonis illius multiplicant, ex quibus extitit unus ille *Gilebertus* de *Clara*, genere ac dignitate carnis præclarus, sed tota anima atque virtute sanctæ *Ædheldredæ* dominatrici *Elyensi* ecclesiæ in cunctis adversarius, cui locum de **Cynolvesbiry** subripiens sibi vendicare præsumpsit, indeque nostros, violenter ejectos, recedere compulit, nonnullos verò jugi inedia maceratos & diu afflictione gravatos de loco nequivit pellere, tamen sic domare illorum constantiam postremò cogitans, jubet eos pertrahi foras, & ultra mare apud *Beccum* perpetuò custodiæ mancipandos transmisit; Sicque monachis nostris à loco depulsis atque proscriptis, monachos inde adducens apud **Cnulvesbiri**, contra rationis ordinem, & injuriè pro nostris locavit, quem, illi licet indebitè usque ad hunc diem pro voto optinent, & nos super hujusmodi infestationis molestia judiciali disceptatione frustramur.

De sancto Neoto.

Hist. aurea Johan. Tinemuthensis MS in bibl. Bod leiana lib. 18. cap. 63.

—— Anno Domini DCCCCxcj. tandem populi frequentiam ac favorem declinare affectans, divino prænonitus oraculo, inter *Cornubia* confinia, remota quæsivit solitudinis loca, unius clientis nomine *Barii*, quem sui fecerat secreti conscium, contentus comitatu. Sicque, ipso ducente quo prænonente, ad locum sibi à Deo præparatum devenit. Distat enim heremus illa à sancti *Petroci* in *Cornubia* monasterio, milliaribus ferè decem; &, tracto ab ipso viro Dei nomine, ab incolis locus ille **Neotstoke** appellatur. Erat autem locus ille nemorosus, fluviis perspicuus, & mari affinis. Transactis autem in illo loco feliciter annis vij. *Romam* profectus, à Papa *Martino* honorificè susceptus, utroque alterius recreato solamine, postulata cum benedictione assecutus, domum rediit, & monasterium construxit, & monachos congregavit (*&c.*)

Anno Christi Mlxxvij. venerabilis quædam matrona, nomine *Lewina*, **Cnolvesbiri**, quæ nunc villa S. *Neoti* dicitur, domina, ubi quondam ejusdem sancti corporis glebam sive reliquias discipulus ejus *Barri*, divinitus admonitus, detulerat ad monasterium *Croylandiæ*; cui frater suus *Osketellus* præfuit, barbarorum metuens hostilitatem, amore fraterno compulsa, reliquias sancti *Neoti* adduxit; sed scriptum in eodem monasterio palam ostenditur, unde, postea, dubitantibus de hoc quibusdam fratribus abbatiæ, cum devotione accensis cereis, loculum cum timore frangens, invenit testam capitis, & ossa de collo & de scapulis, & de thorace, & insuper nonnulla ossa tibiarum & coxarum; has enim secum domina præfata reliquias attulit, in priori loco ossibus quibusdam cum cineribus dimissis. Translata postea fuerunt ossa illa ab abbate *Henrico*, & juxta altare, in honore ejus constructum collocata anno Domini MCCxiij. Diebus tamen nostris, in monasterio S. *Neoti*, à fratribus monasterii *Beccensis* occupato, scrinium satis pretiosum adventantibus ostenditur.

Anno ab incarnatione Domini MCxiij. *Henrico* regnante Dei gratia rege *Anglorum*, *Rohesia* uxor *Ricardi* filii comitis *Gisleberti*, dedit Deo & sanctæ *Mariæ Becci*, sanctoque *Neoto*, **Cnulfiberie** & monachis ibidem Deo famulantibus totum infimul idem manerium *Eimulfiberiæ*, & quicquid ad illud pertinet, sicut ipsa tenebat, pro salute regis *Henrici*, uxorisque ejus *Matilas*, atque filiorum suorum, & pro anima *Willielmi* regis patris sui, & *Matildis* matris suæ fratrumque suorum & pro anima *Ricardi* mariti sui, & salute animæ suæ filiorumq; & filiarum, atque omnium parentum suorum. Hoc donum concessit *Gisleberus* filius suus, uxorque ejus *Aeliz*, & filii sui, rogatu & petitione ejusdem *Rohesiæ*, matris suæ, fratrumque suorum, *Rogerii* scilicet, *Walterii*, *Roberti*, sororumque suarum, necnon parentum & amicorum suorum. Testibus, &c. Ex registro S. *Neoti* in bibliotheca *Cottonianâ* [ab effigie *Faustinæ* A 4. fol. 44.] Vide Pat. 16 H 6. part. 2. m. 23.

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, *Johannes* Dei gratia *Norwicensis* episcopus salutem in domino. Licèt universis nobis subjectis, in hiis quæ ad nos pertinent sua jura conservare & protegere debeamus; propensius tamen & attentius justas possessiones eorum qui arctioris vitæ viam elegerint, ex officii nostri debito tueri & defendere tenemur; ut injuria temeritatis exclusa, vacare divinis liberius possint obsequiis. Eapropter omnibus notum esse volumus, nos confirmasse dilectis filiis monachis *Beccensibus*, apud sanctum *Neotum* Deo servientibus, omnes possessiones, & beneficia ecclesiastica quæ in episcopatu *Norwicensi* canonicè sunt adepti. Hæc autem propriis duximus exprimenda vocabulis. Scilicet, ecclesiam de **Cratefeld** ex concessione *Willielmi* de *Abenni*, & *Matildis* matris ejus; ecclesiam de **Overton** ex donatione *Walteri* filii *Roberti*, ecclesias de *Bertona*, & de **Welle**, ex donatione comitis de *Clara*, & tenementum *Herlewini* presbiteri de *Bertona*, ex donatione ejusdem comitis *Rogeri*; salvis in prædictis ecclesiis vicariis debitis, & salvo jure sanctæ *Norwicensis* ecclesiæ per omnia. Hæc itaque & cætera quæ in episcopatu *Norwicensi* canonicè sunt adepti, vel annuente domino justis modis potuerint adipisci, ipsis firma constare, & confirmata fore volumus. Et ut hæc nostra confirmatio perpetuam optineat firmitatem, eam presenti scripto, & sigilli nostri appositione corroboravimus. Testibus, &c. Ib fo 43. a.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, *Johannes* Dei gratia *Norwicensis* episcopus salutem in domino. Noverint universi nos canonicè concessisse, & hac presenti carta nostra confirmasse monachis de *Becco* apud sanctum *Neotum* Deo servientibus ecclesiam de **Bevelingham** cum omnibus pertinentiis suis, ex donatione nobilis viri *Walteri* filii *Roberti*. Concedimus etiam & confirmamus canonicè eisdem monachis religiosis, annuam pensionem xx. solidorum de eadem ecclesia perpetuò percipiendam. Præterea ecclesiam de *Birtona-Binnedic* cum omnibus pertinentiis suis, ex donatione comitis *Rogeri* de *Clara*; & annuam pensionem xl. solidorum de eadem perpetuò percipiendam; duas quoque partes decimarum de dominio *Ricardi* filii *Symonis* in **Eudone**, ex ip- Ibidem

fius *Ricardi* donatione. Hiis Testibus, &c.

lb. f. 36. a. OMnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, *Hugo* Dei gratia *Lincolnienſis* episcopus salutem in domino. Ne ea quæ locis religiosis conferuntur beneficia, maligna pravorum machinatione possint retractari, aut per temporum vetustatem oblivione sepeliri, solers antiquorum cavit prudentia ad posterorum cognitionem prædicto modo collata beneficia, per scripturæ subsidium longeva perpetuare memoria. Nos igitur veterum pia vestigia sequentes, dilectis nobis in Christo filiis Priori de S. *Neoto*, & monachis ibidem Deo servientibus donationes, & concessiones sibi rationabiliter factas episcopali auctoritate duximus confirmare, & attestatione presentis scripti communire, Quas propriis vocabulis censuimus subsequenter exprimere, Videlicet, ecclesiam sanctæ *Mariæ* parochialem de villa sancti *Neoti*, cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Eversam*, cum omnibus pertinentiis suis, & concessionem ecclesiæ de *Auca*, cum pertinentiis suiis prafatis monachis rationabiliter factam a nobilibus viris *Gileberto* de Gunſichet, & *Ricardo* hærede ipsius, sicut ex inspectione cartarum ipsorum nobis innotuit. Supradictas itaque donationes, & concessiones eis rationabiliter factas, ratas habemus & presentis scripti testimonio, ac sigilli nostri patrocinio confirmamus. Huis testibus, &c.

lb. f. 57 a. ROgerus *Burnard* omnibus amicis, hominibus & fidelibus suis salutem. Notum sit vobis me concessisse, & carta mea confirmasse monachis de sancto *Neoto* ecclesiam de Boscumbe, & ecclesiam de *Cheldretona*, & ecclesiam de Godsfen, & ecclesiam de *Eddesertha*, cum omnibus ad easdem ecclesias pertinentibus, in perpetuam & liberam elemosinam, pro animabus patris & matris meæ, quorum corpora ibi requiescunt, & pro salute mea & hæredum meorum. Quare volo & firmiter precipio quod prædicti monachi præfatas ecclesias habeant & teneant liberè, & quietè, & honorificè. Hiis testibus, &c.

lb. f. 79. a. VVIllielmus de *Albenetio* filius *Matildis* de *Scint-Liz*. universis sanctæ matris ecclesiæ filiis salutem. Notum sit vobis quod ego, consilio prudentum hominum & militum meorum, concessi & hac mea carta confirmavi monachis *Becci* apud sanctum *Neotum* Deo famulantibus ecclesiam de Cratesfeld, cum omnibus eidem ecclesiæ pertinentibus, in puram & liberam elemosinam, (*&c.*)

lb. f. 79. b. M*Atildis* de sancto *Lizio* filia *Roberti* filii *Ricardi*, Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis & fidelibus salutem in domino. Noverit universitas vestra & omnes ad quos præsens scriptum pervenerit, me dedisse & præsenti carta confirmasse Deo & ecclesiæ sancti *Neoti* & monachis *Becci* ibidem Deo servientibus totam tertiam partem totius manerii mei de Cratesfeld quod est liberum maritagium meum, sicut tunc fuit in manu mea quando hæc carta facta fuit, (*&c.*) Præfati autem monachi, ad petitionem meam, receperunt duos presbiteros ad habitum monachilem in domo sua inperpetuum, de prædictis elemosina victuros, pro salute animæ meæ, & animæ patris mei cujus corpus ibi requiescit; & animabus omnium antecessorum & successorum meorum. Quare volo (*&c.*) Facta est autem hæc elemosina anno ab incarnatione Domini MC.

C*Elestinus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri* Lincolnienſi *episcopo salutem & apostolicam benedictionem. Sacrosancta* Romana *ecclesia devotos & humiles filios ex assueto pietatis officio propensiùs diligere consuevit, & ne pravorum hominũ illicitis gravaminibus molestentur, eos protectionis suæ munimine, tanquam pia mater solita est confovere. Unde quia singulis ad nos clamantibus apostolicum tenemur presidium impertiri; Intuitu pietatis & misericordiæ, Priori & conventui sancti* Neoti, *ecclesiam de* * Esnebiria, & Torneia, *de quibus jam annuam pensionem acceperunt, presenti pagina confirmamus. Siquidem prædicti Prior & conventus in transitu viarum, & strata celeberrima constituti, omnibus transeuntibus cibum & potum petentibus pro Dei misericordia largiantur. Et redditum prædictarum ecclesiarum proprio usui hospitum se expendere profitentur.* Autographum in bibl. *Cottoniana*. * Eynesbury.

Eapropter fraternitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus pro reverentiâ beatorum apostolorum Petri & Pauli *& nostra, præmunitis Priori & conventui prædictas ecclesias, sicut eas justè & rationabiliter possident, & presentis scripti testimonio sunt communiti, appellatione remotâ, & nullis literis obstantibus, in pace possideri permittatis, & à decanis, ab archidiaconis & ab omnibus hominũ officialium insolentiis, auctoritate beati* Petri, *& nostra præmunitos defensetis, & si quis hujusmodi confirmationi & prædictis Priori & conventui in hac presumpserit contradicere, auctoritate nostra excommunicatum publicè denuncietis. Datum* Romæ *apud sanctum* Petrum *xiij. kalend. Decembris pontificatus nostri anno quarto.*

Charta Rogeri, *filii* Rogeri, *&c.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Rogerus* filius *Rogeri*, filii *Fulconis*, dedi, & hac presenti charta mea confirmavi Deo & ecclesiæ sancti *Neoti*, & monachis ibidem Deo servientibus servitium quod mihi debet *Willielmus* de *Hauvilla* de terra illa quam tenet de feodo meo in *Bertona*, quam *Fulco* avus meus dedit *Willielmo* de *Auvilla* patri præfati *Willielmi* in francum maritagium cum *Avicia* amita mea, scil. duodecim denarios annui redditus, &c. Ex regist. S. *Neoti* in bibl. *Cotton.* [sub effigie *Faustinæ* A 4 f. 78

[*Quod hujusmodi Privatus sit indigena, vide Pat.* 10. H. 4 *part.* 2. *memb.* 23. *& Rot. parl.* 2. H. 5. *num.* 25.]

SELBIENSE

Ex regiſtro de *Selby* nuper in cuſtodia *Thome Holme-ley* armig.

SELBIENSE *Cœnobium in agro* Eboracenſi.

Carta Willielmi Conqueſtoris *de prima fundatione Abbatiæ de* Salebi.

Carta R. 3 m. 11. n. 7.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, Filii & Spiritus Sancti, *Amen. Willielmus* fortiſſimus immo potentiſſimus Rex omnium Regum illorum à quibus eo tempore Sceptra regalia ſub divo gubernantur, maximum imperium *Anglicæ* terræ regens, quod permiſſione atque voluntate Dei primum ſignis, mirabilibuſque prodigiis, ac deinde magnis viribus belliſque debellando *Anglos*, tandem adquiſitum gubernans, viris tàm eccleſiaſticis, quàm ſuis comitibus, baronibuſque atque miniſtris omnibus, Salutem. Divina providente Dei miſericordia, & mea bonitate, divina clementia inſpirata, devotè poſtulanti, *Benedicto* abbati devotiſſimo, Cœnobium in honore Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & beatiſſimæ ejus genitricis & virginis *Mariæ*, & ſancti *Germani*, *Antiſiodorenſis* epiſcopi in *Salebya* fundare conceſſi. In quo fundamine conjeci, & regali libertate poſui & dedi, de propria mea menſa ipſam *Salebiam*, videlicet, unam carucatam de terra Snaith, & ſex bovatas de Flarley, & Rodcliffe, & dimidiam carucatam terræ in Bratone, & unam piſcariam in Whitegift; & terras à *Thoma* archiepiſcopo eidem eccleſiæ datas, videlicet *Friſtunam*, & *Salebiam*-minorem, tam ſecundùm vivam vocem quàm juxta brevis ejus tenorem.

Eodem modo Crull, ſcilicet, una Hundreda quæ jacet in vicecomitatu *Lincolnienſi*, & Stanſoꝛd, quæ eſt in vicecomitatu *Hamptonia*, quas dederunt *Gaufridus* de la *Wirchi*, & *Wido* de Rainecourt, ſine ullo retentu confirmavi; et dando conceſſi, & cuncta cum his undecunque tam in terris, & poſſeſſionibus, quam in aliis oblationibus quæ inſtinctu ſancti Spiritus à devotis benefactoribus offerri & quaquaverſum jure, prece & precio adquiri poſſint, ſub regali munere, ab omni exactione & moleſtia, & vexatione ſolutè & quietè, & liberè, prout decet elemoſinam Regiam, & propriam abbatiam interminabili & perpetua pace tenere, & curiam ſuam, cum *ſaca* & *ſoca*, & Tol & Team, & Infangenetheſe, & cum omnibus conſuetudinibus, quas meliores habet eccleſia ſancti *Petri Eboracenſis* habere & perpetuò poſſidere; Ad teſtimonium, & ad confirmationem hujus elemoſinæ donationis, pro ſalute animæ meæ, & tam precedentium meorum, quam ſubſequentium Data carta hac & confirmata apud *Lundonias*, in preſencia illorum, ſcilicet, *Odonis Bajocenſis* epiſcopi, *Edwardi* de *Saleſburia*, *Hugonis* de *Portu*, *Hugonis* de *Monteforti*, *Roberti* de *Oilcy*, *Ricardi* filii comitis *Gilberti*, *Baldwini* fratris ejus, *Remigii* epiſcopi, *Radulphi Talebois*, *Roberti* de *Tany*, *Gaufridi* de la *Wirchi* & totius curiæ Regis.

Carta Guidonis *de* Raincourt, *de villa de* Stanſoꝛd, *in comitatu* Northamtoniæ.

WIDO de *Rainecurt* omnibus hominibus & amicis ſuis Salutem. Notum ſit vobis omnibus audientibus has literas quod ego pro amore Dei, & anima domini mei *Willielmi* Regis, & pro remiſſione peccatorum meorum, & uxoris meæ, filiorum & omnium parentum meorum, dedi Stanſoꝛd, villam meam, cum omnibus quæ ei adjacent, Abbati *Benedicto*, & eccleſiæ ſancti *Germani* de Selby, ſolutam & quietam imperpetuum, ab omnibus conſuetudinibus & ſervitiis ad me pertinentibus, concedente & confirmante hanc elemoſinam domino meo Rege, & hærede meo *Richardo*. His teſtibus, *Remigio* epiſcopo, & *Hugone* de Monteſoꝛd, *(&c.)* Ibid.

Carta *Gaſfridi* de la *Wyrce* de Hundredo de *Crull* in inſula de *Axibulm*.

NOtum ſit meis amicis, *& omnibus hominibus, quod ego* Gaufridus *de la* Wyrce *pro ſalute Regis & Reginæ, & eorum liberorum, & pro ſalute animæ meæ, uxoris meæ, & amicorum meorum conceſſi, nutu Regis*, Benedicto *abbati ſancti* Germani *de* Selby, *& fratribus ibidem habitantibus* Crull, *ſcilicet, Hundredum terræ, cum tota ſoca & ſaca, ut in vicecomitatu* Lincolniæ *jacet, abſque ullo retentu, ſolutam, & quietam ab omnibus conſuetudinibus, & ſervitiis, quæ ad me pertinent imperpetuum, eo tenore ut pro vobis monachus unus ſemper in eccleſia habeatur, & unus pauper paſcatur. Hanc confirmationem feci apud* Londonias *in ſolario domus* Waleranni, *coram* Odone *epiſcopo* Bajocenſi, *&c.* Ibid.

Carta Hilberti *de* Laſcy, *de manerio de* Hamelton.

NOtum ſit omnibus has literas legentibus, quod Ego *Hilbertus* de Laſcy, pro ſalute animæ meæ, & pro ſalute omnium parentum meorum, Manerium de Hamleton, cum omnibus ſibi adjacentibus quod dedit avus meus *Hilbertus* eccleſiæ ſancti *Germani* de Selby, & monachis ibidem Deo ſervientibus in puram elemoſinam, confirmo & concedo, eodem modo tenere in perpetuum. Et volo & confirmo ut teneant elemoſynam meam puram, bene, honorificè & quietè, ut tenuerunt die quo receperam Honorem meum. Ibid.

Carta Thomæ *archiepiſcopi de* Friſton & Selby *minori*.

NOtum volo fieri omnibus ſancte matris eccleſiæ cultoribus, quod Ego *Thomas Eboracenſis* eccleſiæ, Dei gratia, archiepiſcopus, de ſalute animæ domini mei Regis *Willielmi*, parentis mei, necnon omnium in Chriſto fidelium in futurum previdens, has eccleſias Friſton & *Salebiam* ab omni conſuetudine liberas & quietas, clericorum conſenſu conſilioque communi, eccleſiæ, quæ in honore beatiſſimi confeſſoris *Germani* in dioceſi mea fundata eſt, donaverim, ita libere, ſicut ſuperius dixi, excepta Chriſtianitatis cauſa, & ce- Ibid.

lebratione anniversarii quod celebraturi sunt ejusdem ecclesie fratres, per singulos annos, pro peccatorum meorum remissione. Hoc autem rogo & humiliter meos successores admoneo, ne hanc caritatis donationem violare, vel adnullare aliquatinus presumant, sed imperpetuum sacrosanctæ ecclesiæ, ejusque servientibus pro remunerationis ecclesie cœlestis gloria adjacere permittant. Hujus Donationis Testes sunt *Odo Bajocensis* episcopus, &c.

Carta Gilberti Tison *summi vexillatoris* Angliæ.

Ibid. OMnibus Christi fidelibus de **Polethorp**, dominus *Gilbertus Tison*, domini regis *Anglie* summus vexillator, salutem. Constet vobis, ad instantiam nobilis reginæ *Angliæ*, *Matildis* nomine, pro animabus regis sancti *Edwardi*, & *Willelmi* Bastardi, Parentum & successorum meorum, & pro anima nostra, nos concessisse, dedisse, & hac presenti pagina confirmasse, Deo nostro, & ecclesiæ de **Seleby**, monachis ibidem Deo servientibus ad sustentationem elemosyne, duas carucatas terræ in **Polkerthorp**, quas *Hainus* nativus noster tenet, cum sequela ipsius; & duas carucatas terræ in **Bobewith**, in loco qui dicitur **Gunelby**. Et unam carucatam terræ in villa de **Lund** in campo de **Writtelow**, juxta manerium nostrum ibidem, quam *G. unket* filius *Thorin* ballivus pro quodam excanio de nobis tenuit, pro omni alio servitio seculari, cum dicto servitio, & omni jure competituro. Tenendum & habendum eidem ecclesiæ terras prædictas, cum omnibus ubique appenditiis adeo liberè sicut alicui ecclesiæ potest liberius conferri. Volumus & concedimus pro nobis & successoribus nostris, neminem a prædictis terris, vel inhabitantibus *soccam*, vel *saccam* aut team vel scutagium reclamare. Sed sint quieti in civitatibus, burgis, foris, & nundinis, per totam *Angliam*, de quolibet *theolonio*, *tallagio*, *passagio*, *pedagio*, *lastagio*, *bydagio*, *wardagio*, & omnibus *geldis*, *fengeldis*, *horngeldis*, *forgeldis*, *pengeldis*, **tendpenigs**, **hunderpenigs**, **inskemelig**, & omni terreno servitio, & seculari exactione: Similiter de sectis curie comitatus, hundredorum, wapentagiorum, tridingiorum, & de murdro & latrocinio, escapio, & **Pamfolne**, **Grithbreges**, **Bloodwit**, **Leprwith**, & **Brenalpeninge**, & de omnibus auxilus vicecomitis & ministrorum regis, & nostrorum secundum quod dicti reges nobis & nostris prædictas libertates dederunt, & confirmaverunt. Quod istas verò largitates, in puram & perpetuam elemosinam, contra omnes warrantizabimus & imperpetuum defendemus, presenti scripto signo nostro roborato nos, & successores nostros firmiter ligamus. His testibus, *Alredo* archiepiscopo *Eborac.* *Ranulpho Silvest.* comite, &c.

Ibid. NOtum sit omnibus fidelibus, quod ego *Gilbertus Tisun*, concessu uxoris mee, & filiorum meorum, dedi ecclesiæ sancti *Germani* de **Seleby**, pro anima domini mei *Willielmi* regis, & liberorum meorum, duas carucatas terræ quæ **Gundeby** dicitur, cum omnibus quæ illi adjacent, & illam decimam quam habeo in *Maigruna*, & in **Alvelay**, & octo bovatas terræ in villa quæ **Lund** dicitur. Hoc autem ea conditione feci ut in eadem ecclesia sim plenarius frater. Quidam etiam ex hominibus meis nomine *Swanus*, dedit memorate ecclesiæ unam carucatam terræ in **Duffeld**, quod ego concessi, & concedo. Testibus, *Thoma* archiepiscopo, domino *Ada* filio meo, &c.

Carta Gauleranni *comitis de* **Pellent**.

Ex regist. de *Selby* in custodia *Thomæ Walmesley* armigeri 1620. fol. 202. a. GComes de **Pellent** karissimo fratri suo *R.* comiti *Leyrecestr.* & omnibus baronibus, amicis & fidelibus suis totius *Anglie* salutem. Sciatis me concessisse abbati & monachis sancti *Germani* de *Salebya* villam de **Stanforth**, cum omnibus quæ ei adjacent, ut bene & in pace, honorificè, liberè, & quietè eam teneant, sicut illam quæ est de dominica elemosina mea, & sicut dirationata fuit in curia regis *Stephani* apud *Northampton*, per breve regis *Willielmi*. Et precor vos quatinus pro amore & honore Dei, & prece mea, illam custodiatis & manuteneatis & defendatis, ubi opus & necesse eis inde fuerit, ut grates inde vobis sciam. Test. *Philippo* de **Belmes**.

Carta Gaufridi *de la* **Wyre**.

Ib. fol. 209 NOtum sit meis amicis, & omnibus hominibus quod ego *Gaufridus de la* **Wyre**, pro salute regis & reginæ, & eorum liberorum, & pro salute animæ meæ, uxoris meæ & amicorum meorum concessi, nutu regis, *Benedicto* abbati sancti *Germani* de **Seleby**, & fratribus ibidem habitantibus **Crull**, scilicet, hundredum terræ cum tota *soca* & *saca*, ut in vicecomitatu *Lincolnie* jacet, absque ullo retentu, solutam & quietam ab omnibus consuetudinibus & servitiis quæ ad me pertinent imperpetuum, eo tenore, ut pro nobis monachus unus semper in ecclesia habeatur, & unus pauper pascatur. Hanc confirmationem feci apud *Londonias* in solaro domus *Waleranni*, coram *Odone* episcopo *Baiocensi*, (&c.)

Carta *Nigelli* de *Albini*.

I. fol. 211 ROberto Lincolniæ *episcopo vicecom.* & *baronibus* Lincolniæ & Willielmo *fratri suo & omnibus amicis & hominibus suis* Francis & Anglis, Nigellus *de* Albini *salutem. Notum sit omnibus vobis quod ego, pro redemptione animæ meæ dedi sancto* Germano *& monachis de* **Seleby**, *ad luminare ejusdem ecclesiæ, unam carucatam terræ in* **Amcotes**, *cum omnibus quæ ei adjacent, in puram elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari servitio. Test.* R. *episcopo* Dunelmensi.

Carta de manerio de **Hamelton**.

Ib. fol. 92. NOtum sit omnibus has literas legentibus, quod ego *Hilbertus* de **Lasey**, pro salute animæ meæ & pro salute omnium parentum meorum, manerium de **Hamelton**, cum omnibus sibi adjacentibus, quod dedit avus meus *Hilbertus* ecclesiæ sancti *Germani* de **Seleby** & monachis ibidem Deo servientibus, in puram elemosinam confirmo & concedo, eodem modo tenere imperpetuum. Et volo & confirmo ut teneant elemosinam meam puram, bene, honorificè, & quietè

quietè ut tenuerunt die quo recuperavi Honorem meum.

rei testes sunt *Hugo* Decanus, *Willielmus* Thesaurarius, *Gilbertus* Cantor &c.

372

bat præd
terra : H
Argelli filio,
duas alias carucatas terræ in **Wetewange**, in
excambio, ea causa ut libenter concederet dona-
tionem patris sui ; & libenter concessit. Hujus

per dominum *Johannem le*
Fraunceys, tunc rectorem ecclesiæ de **Athe-**
lingfleet in cimiterio prædicto. Tenendum & ha-
bendum prædictum cimiterium in liberam ele-
mosinam, in forma prædicta, sine reclamatione

lebratione anniversarii quod celebraturi sunt e-
jusdem ecclesie fratres, per singulos annos, pro
peccatorum meorum remissione. Hoc autem ro-
go & [illegible] admoneo, ne
hanc ea
aliquati
sanctæ
rationi
tant. I
fis epis

Carta

Ibid. O
summi
iollant
ne, pr
mi Ba
& pro
hac pr
eccles
entibu
catas
vus n
rucat
Gun
Lun
noste
livus
omn
omn
cide
ubiq
fiæ
mus
a pr
face
sint
nis,
nall
dag
forg
mu
lari
tuq
&
fol
25;
mi
du
lib
ist
m
pe
ne
te
E

Ibid. I
ri
Selvey, pro [illegible] & monachorum
& liberorum meorum, duas carucatas terræ quæ
Gundeby dicitur, cum omnibus quæ illi adjacent,
& illam decimam quam habeo in *Maigrun*, & in
Alvelay, & octo bovatas terræ in villa quæ Lund
[illegible] elemosinam
nam confirmo & concedo, eodem modo tenere
imperpetuum. Et volo & confirmo ut teneant
elemosinam meam puram, bene, honorificè, &
quietè

quietè ut tenuerunt die quo recuperavi Honorem meum.

Carta *R.* de *Laceio* de eodem.

Ibid. *Cognitum sit omnibus ecclesiæ filiis, quod ego* Rodbertus *de* Laceio *concedo & confirmo donationem & elemosinam, quam pater meus* Hilbertus *dedit ecclesiæ sancti* Germani *de* Seleby, *& monachis ibidem Deo servientibus, pro salute sua, & matris meæ, & pro anima fratris mei* Hugonis, *cæterorumque amicorum suorum; Scilicet,* Hamelton *cum omnibus quæ ei adjacent. Et hæc concedo & confirmo pro salute mea, & omnium parentum meorum, ut monachi ejusdem ecclesiæ liberè, quietè, & in pura elemosina jure perpetuo habeant.*

Carta Thomæ *primi archiepiscopi* Eboraci.

NOtum volo fieri omnibus sanctæ matris Dei ecclesiæ cultoribus quod ego *Thomas Eboracensis* ecclesiæ, Dei gratia, archipresul, de salute animæ domini mei regis *Willielmi* pariterque mei, necnon omnium in Christo fidelium, in futurum providens, has terras, *Friskonam* & *Salebyam*, ab omni consuetudine liberas, & quietas clericorum consensu, consilioque communi, ecclesiæ quæ in honorem beatissimi confessoris *Germani*, in diœcesi mea fundata est, donaverim, ita liberè, sicut superius dixi, excepta Christianitatis causa & celebratione anniversarii mei, quod celebraturi sunt ejusdem ecclesiæ fratres, per singulos annos, pro peccatorum meorum remissione. Hoc autem rogo, & humiliter meos successores admoneo, ne hanc caritatis donationem violare, vel adnullare aliquatinus præsumant, sed imperpetuum sacrosanctæ ecclesiæ, ejusque servientibus, pro remunerationis ecclesiæ gloria, adjacere permittant. Hujus donationis testes sunt, *Odo Baiocensis* episcopus (*&c.*)

Carta de duabus carucatis terræ in Hillum.

Ib. fol. 56. OMnibus videntibus & audientibus has literas *Thomas* Dei gratia *Eboracensis* archiepiscopus, cum omnibus canonicis suis salutem, & Dei benedictionem. Noverint tam moderni quam posteri, & successores nostri, quod *Nigellus*, cognominatus *Præpositus Archiepiscopi*, cum fieret monachus in ecclesia sancti *Germani Salebiensis*, dedit eidem abbatiæ duas carucatas terræ & dimidiam, & quicquid ad illas pertinet, quas tenebat de feudo sancti *Petri Eboraci*, & meo in Hillum: quam donationem ego, scilicet, *Thomas* archiepiscopus *Eboraci*, consentiente toto capitulo canonicorum meorum, concessi Deo & sancto *Germano*, & *Hugoni* abbati, & monachis ejus, videlicet, eandem terram & partem decimæ suæ de Hodlestan, perpetuo possidendam; cum *saca* & *soca*, in pura elemosina, dimisso quidem omni terreno servitio, quod solebat prædictus *Nigellus* facere mihi pro eadem terra: Dedi etiam *Gilberto* ejusdem *Nigelli* filio, duas alias carucatas terræ in Wetewange, in excambio, ea causa ut libenter concederet donationem patris sui; & libenter concessit. Hujus rei testes sunt *Hugo* Decanus, *Willielmus* Thesaurarius, *Gilbertus* Cantor &c.

Carta Willielmi Paganelli *de terra infra villam de* Dar *in loco qui dicitur* Nesse *super ripam de* Hare.

NOtum sit omnibus qui has literas legerint, vel audierint quod ego *Willielmus Paganellus* concedo firmiter, & confirmo donationem & elemosinam, quam pater meus *Radulphus* concessit & dedit ecclesiæ sancti *Germani* de Seleby. Quam donationem ut prædixi, firmiter concedo, & super altare pono sancti *Germani*. Scilicet, terram & pratum, nemus & aquam, quæ sunt sita & posita contra Roudecliffe ex altera parte Eyre, per divisas quas ego ipse feci in terra & in aqua, coram multis testibus ex meis hominibus, monachorum & abbatis *Durandi*. Cujus donationi affuerunt abbas præfatus *Durandus*, & monachi plures. Hi sunt testes hujus donationis, *Guarinus* miles de sancto *Patricio*, *Robertus* de *Lascels*. Ib. fo. 155.

Carta *Giraldi* archiepiscopi *Eboraci* de ecclesia de Snaith.

G *Dei gratia* Eboracensis *archiepiscopus* H. *abbati & congregationi sancti* Germani *salutem. Ecclesiam de* Snayth *vobis & monasterio vestro possidendam dedi. Et ut eam liberè, & quietè, ab omni consuetudine teneatis his literis concedo atque precipio. T.* Gilberto . . . . . & Hugone *dapifero. Valete.* Ib. fol. 158

Carta H. *comitis* Lincolniæ *de capella de* Whitgift.

OMnibus hoc scriptum visuris, vel audituris *Henricus* de Lasey comes *Lincoln.* & constabularius *Cestriæ* salutem in domino. Noveritis nos, pro salute animæ nostræ, & antecessorum nostrorum concessisse abbati & conventui de Seleby, quod ipsi, & successores sui habeant & teneant cimiterium in villa de Weytegift olim dedicatum, Sicut fossatis includitur, usque ad quandam placeam, ubi feria nostra annuatim tenetur ad festum beatæ *Mariæ Magdalenæ* juxta cimiterium prædictum, in villa prædicta versus boream, ad construendam ecclesiam, sive capellam in eodem cimiterio, in honore beatæ *Mariæ Magdalenæ*: in qua quidem ecclesia sive capella, homines nunc habitantes, & in posterum inhabitaturi, in villa de Dustete, Weytegift, Eskeltoft, Reedneese, & Swyneflætes; & etiam tenentes undecim bovatas terræ in Folquardby, & tresdecim bovatas terræ in Haldenbye, quæ quidem villæ prædictæ sunt infra limites parochiæ de Snayth, divina officia audient, & sacramenta ecclesiastica percipient, & habebunt, prout aliquo tempore plenius, melius, liberius & honestius percipere & habere consueverunt in ecclesia quæ super prostrata fuit per dominum *Johannem le* Fraunceys, tunc rectorem ecclesiæ de Athelingflæt in cimiterio prædicto. Tenendum & habendum prædictum cimiterium in liberam elemosinam, in forma prælicta, sine reclamatione Ib. fol. 161

nostra vel hæredum nostrorum in perpetuum. In cujus rei testimonium has literas nostras, sigillo nostro signatas, eisdem abbati & conventui fieri fecimus patentes. Datum apud *Clistonam* juxta *Eboracum* die jovis proxima ante festum apostolorum *Simonis* & *Judæ* anno gratiæ 1304.

Carta 1. E. 3. m. 21. n. 77. per i. ip. ximas & cartæ 5. R. 2. m. 21.

RIcardus *Dei gratia* Angliæ *Rex, & dux* Normanniæ & Aquitanniæ (&c.) *salutem. Sciatis nos confirmasse hac nostra presenti carta ecclesiæ sanctæ* Germani *de* Selceby, *& monachis in illa Deo servientibus quicquid fundator ejusdem ecclesiæ, venerabilis Rex* Willielmus *proavus noster, in elemosinam illis dedit, & illustris Rex* Henricus *pater noster carta sua illis confirmavit, scilicet, ipsum manerium de* Selceby, *videlicet, unam carucatam terræ de* Snetth, *& sex bovatas terræ de* Flarley, *&* Royeclive, *& dimidiam carucatam terræ in* Bzeitune, *& unam piscariam, scilicet,* Witegist. *Et præterea terras à* Thoma *archiepiscopo eidem ecclesiæ datas, scilicet,* Fristunam *&* Selebciam *minorem; & præterea* Crul, *scilicet, unum hundret in vicecomitatu* Lincolniæ; *&* Stanfozd, *cum pertinentiis ejus quæ est in vicecomitatu* Hampton, *quas eis dederunt* Gaufridus de la Wirche, *&* Wido *de* Reinecurt: *& terram de* Barewiche *& terram de* Histretune, *& præterea alias tenuras suas, à quocunque fideli illis datas, scilicet, ecclesiam de* Stallinburc, *cum pertinentiis ejus, ecclesiam de* Redburna, *& ecclesiam de* Ascheby, *& ecclesiam de* Elveslai, *& ecclesiam de* Botnesfozd, *cum pertinentiis earum; & ecclesiam de* Snetth, *cum pertinentiis suis, quam* Gerardus *archiepiscopus eis in elemosinam dedit, liberam & quietam ab omni consuetudine, sicut sunt præbendæ canonicorum sancti* Petri, *& sicut carta* Girardi *&* Thomæ *archiepiscoporum, illas confirmant. Et* Hameltonam, *quam* Gilbertus *de* Lacy *eis in elemosinam dedit; &* Pillum *&* Gunnebi, *cum pertinentiis suis; & terram de* Duffeld; *&* Acaltram, *cum pertinentiis ejus, quam* Osbertus *vicecomes eis dedit, &* Pillum *cum pertinentiis suis quam secundus* Thomas *archiepiscopus eis dedit, &* Staintuna *in* Crabene, *quam* Hugo *filius* Everardi *eis dedit, & terram de* Chelchesels, *quam* Hermerus *eis dedit. Et unam carucatam terræ in* Amecotes, *quam* Nigellus *de* Albencia *eis dedit, & terram de* Elvestueyth *quam* Rogerus *de* Powbzay *eis dedit, & terram de* Bzamwith, *& terram de* Buttrewic, *& terram de* Angotebi, *scilicet duas bovatas quas* Wido *de* Ver *senior eis dedit; & terram de* Holm, *scilicet, duas bovatas, & terram de* Arnesnest, *& terram de* Doncastre; *& unam carucatam terræ in* Useburne, *& decimam de* Wilgeton *de dominio quod fuit* Augeri *de* Cancy, *& molendinum de* Stillington, *& omnes alias terras suas & tenuras earum in elemosinas eis datas. Quare volo* (&c.) *Data per manum* Willielmi *cancellarii nostri, &* Eliensis *Electi apud* Westm. *anno regni nostri primo xj. die Novemb.*

Ex regist. abbat. de *Selby* in archivis ducatus *Lancastriæ* fol. 49.

Processus pro rationabili auxilio ad primogenitum regis filium in militem creandum.

Introitus termino S. *Hillarii* an. 11. regis E. tertii a conquestu.

DOminus rex mandavit hic breve suum de magno sigillo suo quod est inter Communia de hoc anno in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia rex *Angliæ & Franciæ &* dominus *Hiberniæ*, thesaurario & baronibus suis de Scaccario salutem. Ex parte dilecti nobis in Christo abbatis de Selceby per petitionem suam coram nobis in præsenti parliamento nostro exhibitam nobis est supplicatum, ut cum ipse per cartas progenitorum nostrorum quondam regum *Angliæ*, quas per cartam nostram confirmavimus, teneat, ipseque & prædecessores sui abbates loci illius, à tempore confectionis cartarum & confirmationum prædictarum hucusque tenuerunt omnia terras & tenementa sua in singulis comitatibus regni nostri *Angliæ* in liberam puram & perpetuam elemosinam, de omnibus auxiliis regum quieta, absque eo quod ipsi auxilium aliquod nobis seu eisdem progenitoribus nostris pro primogenitis filiis ipsorum progenitorum nostrorum militibus faciendis seu filiabus suis maritandis seu aliquod hujusmodi servicium pro eisdem terris & tenementis à tempore prædicto hucusque facere consueverunt, velimus demandæ quam collectores auxilii nobis ad primogenitum filium nostrum militem faciendum concessi in quibuscumque comitatibus regni nostri *Angliæ*, eidem abbati pro hujusmodi auxilio ad opus nostrum pro terris & tenementis suis prædictis præstando faciunt superseder, & ipsum inde jubere omnino exonerari:

Nos, ipsum abbatem contra formam cartarum & confirmationum prædictarum nolentes in hac parte indebitè onerari, Vobis mandamus, quod visis dictis cartis confirmationum, si per inspectionem earundem vobis constare poterit, prædictum abbatem terras & tenementa sua prædicta in liberam puram & perpetuam elemosinam in forma prædicta tenere, tunc demandæ quam iidem collectores præfato abbati pro hujusmodi auxilio nobis ratione terrarum aut tenementorum suorum prædictorum ad opus nostrum præstando faciunt superseder facientes, ipsum abbatem de quibusdam pecuniarum summis ab ipso occasione præmissa exactis ad dictum scaccarium exonerari & quietum esse faciatis, & districtionem, si quæ ei ea occasione facta fuerit, sine dilatione relaxari faciatis eidem. Teste me ipso apud *Westmonast.* xj. die Februarii anno regni nostri *Angliæ* xxij. regni verò nostri *Franciæ* ix.

Et modo videlicet ad crastinum purificationis beatæ *Mariæ* venit hic prædictus abbas per fratrem *Walterum* de Haldenby commonachum & attornatum suum, quærendo ipsum graviter districtum esse per collectores auxilii prædicti in comitatu *Northamptoniæ, Leycestriæ*, ac partibus videlicet de Westriding & Estriding, in comitatu *Eboracum*, & de Lyndesey in comitatu *Lincolniæ* pro diversis pecuniarū summis Regi solvendis de auxilio prædicto, ratione videlicet terrarum & tenementorū suorū in hundredo de Stanfozd super Avene in dicto comitatu *Northamptoniæ*, villa de Stozmesworth in dicto com. *Leicestriæ*, villis de *Selebya*, Roucliff, *Fristuna*, & *Selebya* minore, Hameltona & *Acastria* & Pillum, in dictis partibus de Westriding. De Gumby & Holm, cum pertinentiis in dictis partibus de Estriding, & in hundredo de Crull in dictis partibus de Lindesey: Et hoc minus justè, quia dicit

eit quod ipſe in preſenti tenet, ipſeque & prædeceſſores ſui à tempore confectionis cartarum & confirmationum prædictarum hucuſque tenuerunt omnia terras & tenementa ſua in comitatibus & partibus prædictis ſita in ſingulis comitatibus *Anglie*, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, de omnibus auxiliis regum quieta. Et inde exhibuit curiæ dictam cartam de confirmatione, cujus data eſt apud *Weſtmonaſterium*. quinto die Marcii, anno ſecundo Regis hujus. Qua quidem carta viſa compertum eſt, inter cetera, contineri in eadem quod Feoffatores ſubſcripti dederunt *Benedicto* quondam abbati de **Seleby**, & monachis ibidem Deo ſervientibus terras tenementa & loca ſubſcripta, videlicet, *Willielmus* Conqueſtor fundator abbatiæ de **Seleby** *Selebyam* & **Rou**tlyf. *Thomas* quondam archiepiſcopus *Eboracenſis Friſtunam* & *Selebyam* minorem. *Gilbertus* de *Lacy*, *Hameltonam*. Osbertus quondam vicecomes *Eboracenſis*, *Acaſtriam*. *Thomas* ſecundus quondam archiepiſcopus *Eboracenſis*, **Pilum**. Quidam *Gilbertus Teyſon*, **Cumby**, cum pertinentiis & **Holm**. Quidam *Gnido* de **Rencourt**, hundredum de **Stanſoꝛd** ſuper **Pavene**. *Gaufridus* de *la* **Werchy**, hundredum vocatum **Crull**. Tenendum & habendum ab omni exactione & moleſtia ac vexatione ſoluta & quieta, prout elemoſinam regum in perpetua pace decet tenere, prout pleniùs patet in dicta Carta de confirmatione, cujus tenor irrotulatur in memorandis anni xxj. Regis hujus inter Recorda de Termino ſanctæ *Trinitatis* ex parte alterius Rememoratorum. Et petit dictus abbas quod de hujuſmodi diſtrictione indebitè ſibi facta in terris & tenementis prædictis, ac eorum pertinentiis quæ ſic tenet in liberam puram & perpetuam elemoſinam ſupersedeatur, & quod de ſummis ſic ab eo exactis de auxilio prædicto ratione terrarum & tenementorum exoneretur, & quod hoc fiat juxta formam brevis Regii & Cartæ prædictorum.

Et quia in dicta Carta non fit mentio de aliquo loco ſeu villa de **Stoꝛmeſwoꝛth**, in quo ut in ceteris diſtringitur pro auxilio prædicto ut ſuperius ſuggeſtum eſt, queſitū eſt ab eodem abbate qualiter velit informare curiam inde. Qui dicit, quod locus de **Stoꝛmeſwoꝛth** eſt parcella & de pertinentiis dictæ villæ de **Stanſoꝛd**, aſſerens ipſum abbatem ſeu aliquem prædeceſſorum ſuorum non adquiſiviſſe poſt dictum quintum diem Marcii anno ſecundo aliqua terras & tenementa in dicto loco de **Stoꝛmeſwoꝛth**, neque in aliis villis ſeu locis prædictis. Et hæc omnia prætendit verificare qualitercumque Curia, &c. Super quo habita deliberatione, &c. quia viſum eſt Curiæ legitimè procedi non poſſe ad finalem exonerationem dicti abbatis in hac parte faciendam, quouſque dicti Collectores auxilii in comitatibus & partibus prædictis computaverint &c. Concordatum eſt quod mandetur eiſdem collectoribus, quod demande quam faciunt præfato abbati pro auxilio prædicto ratione terrarum & tenementorum prædictorum ſupersedeant uſque ſuper compotum ſuum, &c. Proviſo ſemper, quod ſi idem abbas ſeu prædeceſſores ſui quicquam perquiſierint poſt dictum quintum diem Marcii, in villis & locis prædictis hujuſmodi auxilium inde levetur, &c. Et mandatum eſt eis per diverſa Brevia xiij. die Februarii hoc anno.

De tranſitu ultra fluvium de *Uſe*.

Ceſte endenture ſait perentre Geffray, *abbe de* Seleby, *dune parte, & monſieur* William *de* Aton *chevaler, fitz & heir monſieur* Gilbert *de* Aton *de auter parte, teſmoynge, que cũ il y avoit debate entre eux du ſoille ou dit Abbe ad fait planter vne eſtachez de pere & de merȝme en* Selbywater *huſes en* Bardeloy, *pur la revaill en paſſhege le dit Abbe illeqes outre leve de* Uſe, *le dit monſieur* William *eaunt regard al eſe de ly & de ſoens & du peple illoque paſſant, voet & graunt pur ly & pur ſes heyres, que le dit Abbe & ſes ſucceſſures eyent & tenent la dit eſtache perpetuement quites de ly & de ſes heyres, & que ils puſſent reſair & reparayler la dit Eſtache toteꝛ foiz quam meſter ſerra, ſance deſturbance ou chalange du dit monſieur* William, *ou de ſes heyres; ſauvant au dis monſieur* William *& a ſes heires franc paſſage cum ils ount en devant la feſaunce de ceſtes. En temoignance de quex choſe les parties avandites enterchangeablement a ceſtes endentures ount mys lour ſeauls. Done a* Seleby *le ſamady en la primere ſepmayne de quarreme, lane de noſtre Segnur mill & ires cente quarant & neefiſme.*

Ex regiſt. de *Seleby* in archiv. ducatus Lancaſtriæ fol. 51.

SALOPIENSE
cœnobium in ejus nominis comitatu.

Crobeſberienſe monaſterium, recens eſt à *Rogero* comite de *Monte-Gomerico* conſtitutum, ibi monachos locavit, ex *Sagio*, anguſto victu & amictu, ſed qui has erumnas, ipſe futuræ mercedis, lætis animis, parvi pendant.

W. Malm. fol. 164. a.

—— Cœnobium quoque novum ad orientalem portam propriæ urbis, id eſt, *Scrobiſbiæ*, in honore ſancti *Petri* principis apoſtolorum cœpit ædificare (*Rogerius* comes ſcilicet) ſuper fluvium qui *Mola* dicitur, ibique in *Sabrina* dilabitur. Illic nimirum lignea capella priſcis temporibus à *Siwardo* conſanguineo condita fuerat, quam tunc *Odilirius*, *Aurelianenſis*, *Conſtantii* filius, vir ingenio & facundia & literarum eruditione prepollens, ejuſdem conſulis dono poſſidebat. Hic ſine amator equitatis fervidus, utiliſque jam dicti comitis erat auricularius, ipſumque benigniter exhortans ad conſtruendum monaſterium. Nutantique qualiter vel quo tantum opus inciperet, hujuſmodi dans conſilium.

Orderic. Vitalis, eccl. hiſt. p. 579. C. D.

—— Anno igitur ab incarnatione Domini Mlxxxiij. indictione quarta, *Rogerius* comes, ut hortatus fidelis conſiliarii commodos eſſe comprobavit, *Guarinum* vicecomitem, & *Picotum* de *Saia* cæterosque proceres ſuos quinto kal. Martii feria ſexta convocavit. Manifeſtâ verò cauſâ, & ab omnibus collaudata, cum eis ad eccleſiam *B. Petri* apoſtoli adiit, ibique ſe abbatiam conſtructurum palam teſtibus multis devovit, totumque ſuburbium, quod extra portam orientalem ſitum eſt, ſancto *Petro* donavit, & ſuper aram per ci-

Ib. p. 581. a. vide etiam p. 594. D.

rothecas

rothecas suas donationem posuit.

Eodem anno *Sagienses* monachi *Reinaldus* & *Frodo* primitus illuc convenerunt, & monachiles officinas *Odelerio*, & *Guarino*, aliisque multis adjuvantibus condere cœperunt. Primus abbas illius monasterii, *Gulielmo Rufo* regnante, eloquens *Fulcheredus* fuit, (*&c.*)

Fundationis & dotationis historia.

Ex registro abbatiæ *Salop.* penes *Ricard Levesum* de *Trentham* equit. de baineo, an. 1638.

CUm providenti dispensatione Dei, in cujus manu sunt potestates & jura regnorum, *Normannorum* dux *Willielmus*, ingenti *Angliam* navigio petens, eam debellasset, regnoq; jure hæreditario potitus diversas imperii sui provincias diversis secum advectis baronibus suis contulisset, *Rogero* de *Monte-Gomeri* hanc provinciam, scilicet, *Salopesiriam* contradidit; Qui illam suscipiens, ut justus & Deo plenus, quæ Dei erant omni solicitudine priùs curare, & quæ violata erant redintegrare, & ad D.i servitium reformare studuit. Et quoniam animæ suæ providus custos fuerat, & uxor illi, non minoris erga dominum devotionis erat, *Adelaisia* nomine, concedente rege *Willielmo*, & archiepiscopo *Lanfranko*, & patriæ præsule *Petro*, posuerunt monachos Deo servituros in quadam ecclesia in honore sanctorum *Petri* & *Pauli* constructa, in suburbiis *Salopesbiriæ* civitatis, qui domino exorarent assiduè pro animarum suarum salute, & pro animabus omnium antecessorum suorum, & hæredum, qui ante eos ipsum Honorem rectè possederunt, vel possessuri sunt.

Hanc autem ecclesiam memoratus comes, & comitissa, de suis propriis facultatibus à fundamentis instaurantes, habitationi monachorum congruam efficere incœperunt, sed morte interveniente non perfecerunt. Huic verò ecclesiæ ea quæ infra continentur, tam pro animarum suarum, quàm pro omnium Christianorum salute donaverunt, perpetuoque concesserunt.

Primò, scilicet, dederunt, congregatis illuc fratribus vicum quendam juxta eandem ecclesiam positum, cum tribus molendinis, cunctisque redditibus qui ad eam pertinere noscuntur. Hic autem vicus dividitur à civitate *Salopesbiria*, solummodo alveo fluminis intercurrentis, cui nomen est *Sabrina*. Vicus autem ipse *Biforietta* vocatur, quod nos lingua gallica, *ante portam* dicimus; Addideruut quoque supradictis donis quasdam ecclesias cum omnibus pertinentibus ad eas, tam in terris, quàm hominibus, universisque aliis possessionibus, quas hic nominatim annotare commodum duximus, scilicet, Ecclesiam sancti *Gregorii*, ecclesiam de *Stottesdona*, & illam de *Dudelembia*, illamque de *Covedoura*, & illam de *Walintona*, & illam de *Recordina*, & illam de *Edmundona*, & illam de **Hodenet**, & illam de **Archalon**, & illam de *Tonga*, & illam de *Domintona*, illam etiam de **Cassecherche**, & illam de **Pesse**.

Et super hæc omnia concessit comes, ut primates sui atque milites quicunque in elemosinam conferre vellent huic ecclesiæ aliquam partem terrarum suarum, non quæsita licentia à comite, vel ab alio aliquo, libera mente donarent, ex eo tempore liberum remaneat ab omni servitio ejusdem terræ in perpetuum. Monachi verò eadem libertate illas suscipientes nunquam de his, sicut nec de aliis suis terris geldum communem darent, nisi comes de dominio suo daret geldum, tamen milites nunquam ullo modo darent. Quod omnibus audientibus valde placuit, totaque sua curia laudando, & Deo gratias referendo confirmavit.

Addiderunt etiam comes, & comitissa supradictis donis, quasdam villas, quarum nomina hic habentur. *Aitonam*, scilicet, *Alminstram*, & *Burtonam*. Et cum his omnibus concesserunt monachis tributum de lignis quæ in civitatem afferuntur per portam urbis orientalem. Addiditque comes ut totius provinciæ mercatus omni anno, ad honorem apostolorum *Petri* & *Pauli*, in festivitate sancti *Petri*, quæ dicitur *ad vincula*, conveniret, & tribus diebus solutus esset & quietus ab omni incursione ministrorum comitis, solummodo monachi omnia, quæ inde exirent, & omnes reditus haberent. Testibus *Godebaldo*, & *Oilerio* sacerdotibus, *Herberto* archidiacono, *Warino* vicecomite, *Roberto* filio *Theobaldi*, *Rogero* filio *Corbeth*, *Roberto* pincerna, multisque aliis nobilibus, atque popularibus, qui hæc audierunt, & confirmaverunt.

Hæc autem omnia acta sunt anno ab incarnatione Domini Mlxxxvij. Locus autem ille in quo supradicta ecclesia fundata est, fuit de hæreditate cujusdam militis, cui nomen *Siwardus*. Et quia comes *Rogerius*, in illius hæreditate, eo invito, ecclesiam fundare noluit, dedit ei quandam villam nomine *Langafeldam*, ut ipse cum bona voluntate in prædicto loco ecclesiam sibi fundare concederet, ejusdemque ecclesiæ idem *Siwardus* particeps existeret. Postea autem memoratus *Siwardus* eandem villam, quam comes ei dederat, ecclesiæ sanctorum *Petri* & *Pauli* post mortem suam concessit, fraternitatemque ejusdem loci recepit. Teste *Godebaldo*, & *Richardo* de *Belmesio*, & *Richardo* de *Monte Warelt*: Hoc etiam filii *Siwardi*, *Edwardus* & *Aldredus* concesserunt, Teste *Richardo*, *Londonensi* episcopo & multis aliis. Quam villam postea monachi, concensu, & confirmatione regis *Henrici*, & consilio baronum provinciæ mutuo dederunt *Henrico* de **Say** propter aliam villam, nomine *Brantonam*, quæ eis vicinior & decentior erat.

Post ipsa autem supra memorata dona, quidam barones & milites ipsius provinciæ, pro animarum suarum salute eidem ecclesiæ de suis possessionibus contulerunt, scilicet *Warinus* vicecomes dedit duas hidas terræ in villa quæ dicitur **Tugfort**, & decimam *Opetonæ*, quam, & semper eadem ecclesia habuerat à tempore regis *Edwardi*; ecclesiam quoque de *Beritona*, cum decima ipsius villæ; uxor vero illius, post ejus obitum, dedit pro anima mariti sui, domum quam habebat in civitate, de propria dote, concedentibut filiis suis, eo pacto, ut manens in eadem domo inveniret ceram ad illuminandam ecclesiam per singulas noctes totius anni.

Herbertus de **Furches**, dedit domum unam & terram in agro quæ reddit per annum duos solidos; *Reginaldus*, frater *Warini* vicecomitis, dedit villam quæ vocatur *Lega*. *Aluricus* concessit *Edburtoniam*, & quicquid ad eam pertinet. *Girardus* de **Turnay**, dedit villam unam quæ vocatur

tur *Betona*. *Helgotus* dedit hidam unam juxta *Savernam* fluvium, quæ ex adjacenti silvula, *Mora vocatur*, & piscariam in eodem flumine. *Oilerius* sacerdos dedit hidam unam in *Cherletona*. *Tochi* aliam hidam in villa quæ *Cota* dicitur. *Odo* quoque miles dedit villam *Hordeleiam* nomine. Decimam de *Cambristona*, & ecclesiam de *Itheſala*, dedit *Rotbertus* vicecomes, filius *Tedbaldi*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, & cum decima ipsius Manerii, scilicet, in nummis, & animalibus, & messe. Et quia eandem ecclesiam tunc Clerici habebant, præcepit ildem *Rotbertus*, ut cum illi morerentur, Ecclesia in dominio sancti *Petri* veniret. Teste *Ricardo Londinensi* episcopo, *Geifridus* dedit dimidiam hidam in villa quæ dicitur *Herleia*.

Sciendum quoque est, quod sanctus *Petrus* habet dimidiam hidam in *Britona*, de ecclesia de *Covedoura*. Hæc omnia concessit, atque firmavit venerabilis comes *Rogerius*. Testibus filiis ejus, & cum patre firmantibus *Hugone*, *Rogero*, *Arnulpho*, cum Baronibus plurimis. Defuncto autem Comite, cum corpus ejus in ecclesia sancti *Petri* sepulturæ traderetur, *Rogerus* filius *Corbeth* dedit Monachis ecclesiam de *Nutenora*, cum decima ipsius villæ, decimamque de *Jochehulla*; Post obitum autem venerabilis comitis *Rogeri*, *Hugo* filius ejus (digna proles tanti Patris) ei in honorem successit, quo tempore *Reinaldus*, qui post mortem *Warini* vicecomitis uxorem illius, cum honore suscepit, & *Hugo* filius eiusdem *Warini* dederunt monachis ecclesiam sancti *Oswaldi*, & illam de *Mutla*, cum omnibus quæ ad eas pertinent, & decimas de *Nessa* & de *Serravdina*, concedente Comite & testimonium perhibente, cum pluribus aliis.

Quodam verò die, cum idem venerabilis Comes sepulturam patris invisere venisset, Divina inspiratus gratia, motusque pietate paterna, juxta ipsam sepulturam convocavit dominum *Fulcheredum*, primum loci hujus abbatem, & coram cunctis Baronibus qui aderant, resolutus in lachrimas, dixit. Pacem & quietem volo esse in hoc loco. Et ideo constituo hanc Abbatiam, & omnia ad eam pertinentia ab omne consuetudine hujus terræ, quam ego possum condonare, esse libera imperpetuum, & pacata, & quieta; homines monachorum nulla comitis negotia exerceant, nulla castellorum, seu vivariorum, sive pontium vel viarum, nec aliqua omnino opera faciant, sed quieti, & immunes sint ab omnibus shiris, & hundredis, & placitis, & ab omni vicecomitum incursione, & exactione, & fiscali redditione. Et qui aliquam adversus hominem sancti *Petri* querelam habuerit in curia abbatis conqueratur, & ibi rectum habeat.

Et hoc sciant omnes mei fideles, quia nihil retineo in honore sanctorum *Petri* & *Pauli* nisi orationes, & beneficium monachorum in hoc loco manentium, & tam liberum hodiè hunc honorem constituo, ut nullus sit qui post me libertatis, vel quietis aliquid possit addere. Hoc tantum retineo, quod si abbas hujus loci, superbia inflatus, noluerit rectum facere vicinis suis, Ego, vel hæres meus, post me, constringemus eum ad rectum faciendum; Et si falsus monetarius de alterius terra adventitius in terra sancti *Petri* captus fuerit, corpus cum pecunia reddatur Comiti. Si verò falsarius de terra sancti *Petri* fuerit, corpus solummodo reddatur Comiti, pecunia autem erit abbatis. De latronibus autem justiciam sibi concedo, & pecuniam, si abbas, vel per se, vel per suos, ipsam justiciam facere voluerit; sin autem corpus tantum reddatur comiti, & pecunia erit Abbbatis: Hoc tantummodo retineo & nil aliud.

Decimam verò venationis meæ de toto comitatu *Salopesiriæ* concedo perpetuò esse in hoc loco, præter silvas sanctæ *Milburgæ*. Hæc autem omnia facio pro animabus patris, & matris meæ, & mea, & fratrum meorum, & omnium ad me pertinentium, & pro anima regis *Willielmi*, & *Matildis* reginæ, & filiorum suorum. Si quis autem, vel meo tempore, vel post obitum usque in finem sæculi, aliquid ex iis voluerit infringere, vel auferre, vel minuere, altissimus, qui dominatur in regno hominum, auferat eum de terra, & deleat nomen ejus de libro vitæ, & perpetuo anathemate multatus, vermibus consumptus intereat;

Barones autem qui tunc præsentes aderant, videntes tantam compunctionem domini sui, tantamque audientes libertatem honoris hujus monasterii, pedibus ejus provoluti, gratias egerunt Deo, & tam piissime venerabili comitis voluntati. Hi quippe fuerant *Arnulphus* frater ejusdem comitis. *Richardus* de *Belmesio*, qui postea *Londonia* episcopus factus est; *Rothbertus* vicecomes, *Rainaldus* vicecomes, *Robertus Corbeth*, & *Rogerus* frater ejus, *Picotus* de Say, *Hamundus Peverell*, *Fulco* vicecomes, & omnes ferè hujus comitis barones. Defuncto autem pio comite *Hugone*, cum *Robertus* de *Belismo* frater ipsius post eum comitatus suscepisset honorem, dedit ecclesiæ sancti *Petri*, & monachis ejusdem loci, villam quæ dicitur Wascherch, cum omnibus ad eam pertinentibus. Omnia quoque dona quæ, vel pater ejus, vel barones monachis contulerant, & totam libertatem, quam frater suus eis concesserat, ipse & concessit, & Sigillo suo confirmavit.

Post eum verò glorioſus Rex *Henricus* comitatum in proprio tenens dominio, & audiens de pace, & libertate, & quietudine quam prædictus comes *Hugo* ecclesiæ sancti *Petri* dederat, ut erat vir natura benignus, & ecclesiarum Dei cultor devotus, Inprimis benignitatem & devotionem comitis admirans laudavit, & prompta voluntate, & alacri animo omni tempore deinceps tenenda mandavit. Præcipiens & constituens omnia illa pacis & libertatis privilegia, quæ comes *Hugo* sancto *Petro* concesserat imperpetuum inviolata permanere, addens omnibus anathema qui aliquid ex his infringere vel minuere presumpserint; adjecit etiam ex una parte, ut monachi sancti *Petri* seu homines quocunque irent per totam *Angliam*, seu mercandi, seu alicujus negotii causa, immunes essent ab omni theoloneo & passagio, & omni consuetudine, & ut monachi sancti *Petri* accipiant in silvis ubicunque voluerunt per totum comitatum, ea quæ necessaria fuerint ad opus ecclesiæ sine vastatione & assarto.

Eo tempore *Toraldus* de *Verleio* dedit ecclesiæ sancti *Petri* unam hidam in minore *Draitoria*, &

Robertus filius ejus, qui & hæres ipsius est, villam nomine *Wichewicam*. Teste *Richardo, Londonia* episcopo, *Hamone Peverel, Johanne* filio *Grip, Toreth*, & multis aliis.

Odo quoque de **Berneles** dedit unum **ferndendel** in **Bradeston**; aliam partem ejusdem villæ dedit *Guarinus* vicecomes; *Herbertus* filius *Helgoti* dedit quandam villam nomine *Nortonam*, & ecclesiam de *Stantona*, cum decimis suis omnibus, & omnium militum suorum, & cum omnibus quæ ad eandem ecclesiam pertinent. Postea uxor ejus, se concedente, dedit quandam terram in eadem villa quæ per annum reddidit quatuor solidos. *Normannus* venator dedit villulam unam, nomine *Boleleiam*. *Hugo* de *Constantino* dedit dimidiam hidam in *Petona*. *Azo Bigot* aliam dimidiam in *Langanara*, & unum **ferndendall** in *Abetona*. *Robertus* filius *Wigerii* dedit domum patris sui quæ est in castello. *Picotus* de **Say** dedit decimam de *Brantona*, & de *Fitesso*. *Hunaldus* dedit decimam de *Prestona*, & de *Lustaford*, & decimam equarum suarum agrestium. *Hamo Peverell*, rogatu suæ uxoris, dedit villam nomine *Wiveruntoniam*. Teste *Richardo, Londoniæ* episcopo cum aliis pluribus.

Theodericus de **Say** juxta eandem villam ex altera parte vicini fluminis dedit terram quandam in manerio suo de *Stoka*, de dominio suo, solutam, & quietam ab omni geldo, & aliis consuetudinibus. *Robertus Corbeth* dedit villam, nomine *Lochetonam*, & filius ejus *Robertus* concessit. Teste *Richardo, Londoniæ* episcopo cum baronibus totius comitatus. *Rogerus Corbeth* dedit aliam villam, nomine *Wenelegam*, concedentibus filiis suis, *Willielmo* & *Everardo*. *Fulcoius* vicecomes ad sepulturam uxoris suæ dedit *Punelegam*, *Henrico* filio ejus concedente. Uxor *Azonis Bigot* dedit terram quandam in civitate, pro anima filii sui *Reinaldi*, quæ reddit per annum decem denarios. In campis de civitate *Alnothus* dedit unam terram, & *Reinerius* Præfectus aliam, pro filio suo, quem fecit monachum; Et *Eilricus Rufus* aliam similiter pro filio suo. *Rothbertus* presbiter filius *Andreæ* clerici cum moriretur dimisit monachis terram suam in campis, ita ut mater sua quamdiu viveret eam teneret, & post mortem ejus in dominio monachorum veniret, teste *Rogero* archidiacono, & *Reinero* Præfecto. *Gilbertus* archidiaconus dedit unam terram in campis in civitate, & decimam de *Opetona*. *Alanus* filius *Fladaldi*, qui honorem vicecomitis *Warini*, post filium ejus suscepit, libenti animo concessit omnia quæ antecessores, vel barones sui dederant ecclesiæ sancti *Petri*, & in suo tempore, & ante, & ab omnibus quæ ad se pertinebant, excepto *geldo* regis, libera & quieta condonavit, testibus *Richardo, Londoniæ* episcopo, *Hamone Peurell, Rogero Corbeth*, cum toto ferè comitatu. Hoc etiam *Willielmus* filius ejus, & hæres, coram omni comitatu concessit, & proprio sigillo confirmavit.

Alanus filius Fladaldi fuit dominus de Clun & Oswestre.

Comes autem *Rogerus*, cognomine *Pictaviensis*, supradicti *Rogeri* comitis filius, dedit ecclesiæ sancti *Petri* piscariam de *Tarewalla*, & duas villas parvas, scilicet *Pultonam*, & *Occitonam* juxta ipsum piscariam, & aliam villam, nomine **Estropeham**, pro salute sua, & uxoris suæ, & patris & matris suæ. *Godefridus* verò vicecomes ejus, qui in eadem ecclesia filium habebat monachum, concedente sibi comite, dedit monachis ecclesiam de **Malleton**, & illam de **Cherchebam**, cum quadam villa quæ dicitur **Garstan**, & hæc omnia idem comes in perpetuo firmavit quieta, & libera ab omni hominum invasione; addens, quod qui hæc disturbaret, vel auferret, anathema esset. Teste *Roberto, Cestriæ* episcopo, & *Hugone* ejusdem civitatis comite.

Omnia illa suprascripta glorioſus Rex *Henricus* coram omni consilio suo apud *Londoniam*, suo proprio signo & sigillo confirmavit, & archiepiscopis suis, episcopis, comitibus & aliis baronibus ad confirmandam tradidit, & sicut comes *Hugo* concessit ecclesiæ sancti *Petri*, totam libertatem quam potuit, ut nullus post eum plus addere posset; Ita ipse Rex concessit eidem ecclesiæ, & omnibus ad eam pertinentibus, quicquid potuit libertatis, & quietis, ut nullus, post se, plus concedere posset. Interminatus est etiam suum, & archiepiscoporum, episcoporum, & omnium baronum suorum æternum anathema omnibus qui de suprascriptis donis vel de ipsa libertate aliquid subtraherent vel infringerent. Concessit quoque monachis molturam totius civitatis *Salopesbiriæ*, præcipiens, ut nullus in toto circuitu civitatis, nec in uno ponte, nec in alio, molendinum faceret, nisi monachi, vel cui ipsi concesserunt. Testibus *Richardo, Londoniæ* episcopo, *Hamone Peurell, Fulcoio* vicecomite, & multis aliis.

Defuncto autem rege *Henrico*, cum venerabilis nepos ejus *Stephanus* in regno successit, supradictus *Hamo Peurell*, concedente rege, dedit ecclesiæ sancti *Petri* duas villas, id est, *Crugeltonam*, & *Selepam*, & Sibilla uxor ejus aliam villam, quæ vocatur *Chinardesia*, concedente viro suo, & dono super altare ponente. Testibus *Willielmo* filio *Alani*, *Willielmo* de **Moreton**, *Alano* filio *Willielmi* de *Hedlega*, *Roberto* filio *Nigelli*, *Radulfo* de *Tirona*, *Richardo* filio *Baldwini* de *Lintrga*, & pluribus aliis.

Rogatus autem Rex *Stephanus* ut confirmaret omnia suprascripta, dixit, *Cum avunculus meus, Rex* Henricus, *baronum suorum prece, ista confirmaret, presens aderam, & testis advocatus fui, & eum omnia concedere, & confirmare audivi, & vidi, quæ comes* Hugo *concesserat, & eadem verba dicere quæ predictus comes dixit, quando ecclesia sancti* Petri *libertatem constituit, videlicet quod tam liberum ipsius ecclesiæ honorem constituebat, ut nullus, post eum, aliquid libertatis vel quietis addere posset. Et ideo ego pro salute animæ meæ, & pro pace regni concedo & confirmo omnia suprascripta, & eandem libertatem & quietem quam ecclesia sancti* Petri *comes* Hugo *dedit, & Rex* Henricus *confirmavit, ego quoque concedo & confirmo, & ita liberam & quietam ipsam ecclesiam constituo, ut nullus sit, qui, post me, aliquid libertatis, vel quietis addere possit. Qui verò aliquid ex his minuere presumpserit, æterno anathemate puniatur.* ✠ *Ego* Stephanus *Rex confirmavi & subscripsi. Ego* Henricus, Wintoniensis *episcopus subscripsi. Ego* Rogerus, Salesbiriensis *episcopus subscripsi. Ego* Nigellus, Eliensis *episcopus subscripsi. Ego* Robertus, Herefordiensis *episcopus subscripsi. Ego* Seifridus, Cicestriensis *episcopus subscripsi. Ego* Ricardus, Abrincacensis *episcopus subscripsi.*

Ego

Ego Gervasius *abbas* Westmonasterii *subscripsi*. *Ego* Gaufridus, *abbas sancti* Albani *subscripsi*. *Ego* Rogerus *Cancellarius subscripsi*. *Ego* Ranulphus *Comes* Cestriæ *subscripsi*. *Ego* Willielmus *Comes* Warenniæ *subscripsi*. *Ego* Willielmus Martell *subscripsi*. *Ego* Albricus *de* Vere, *subscripsi*. *Ego* Gaufridus *de* Magnavilla *subscripsi*.

Ex regist. abbatiæ S. Petri Salop. penes Ric. Lee equit. aurat. 1638. Pat. 1. H. 6 part. 5. m. 18. & 19.

Carta fundationis Abbatiæ de Salop.

ROGERUS, comes *Salopesberie*, filiis suis & hæredibus, & baronibus, & hominibus, & omnibus amicis suis, *Francis* & *Anglis*, Salutem. Sciatis me construxisse monasterium in suburbio civitatis *Salopesberie*, in ecclesia sanctorum apostolorum *Petri* & *Pauli*, quæ antiquitus ibi fundata erat, & concessisse eidem vicum illum totum qui dicitur Wifoziete, cum tribus molendinis & omnibus redditibus, & tota terra quæ est inter duo flumina; scilicet, inter *Sabrinam* fluvium, & *Meolam*, & ex alia parte fluminis *Meole* terrulam quandam quæ vocatur Aldefeld. Et quia monachi *Sagiensis* cœnobii de mea possessione erant in *Normannia*, & boni testimonii viri, de illis quosdam accepi, & ad edificationem prefati monasterii constitui, nulla illis ejusdem loci donatione concessa, sed ut elemosinas meas, & aliorum fidelium susciperent & colligerent, & de beneficiis collatis constructionem prefati Monasterii festinarent.

Postea vero per consilium regis *Gulielmi*, & *Roberti* episcopi, & uxoris meæ *Adalasiæ*, & filiorum meorum, unum illorum abbatem ibi posui, & locum illum liberum feci, nulli omnino alteri loco per subjectionem obnoxium. Dedi etiam eidem loco maneria *Ettonam*, & *Eiministram*, cum omnibus suis appenditiis, & *Burtonam*, & ecclesiam quoque de Humerfeld, cum tota terra quam clerici tenebant, concessi in dominium monachorum, cum ceteris suis appenditiis, & ecclesiam de *Stotesdona*, & ecclesiam de *Duddeleburia*, cum omnibus quæ ad eas pertinent, & ecclesiam de *Donitona*, & illam de *Tonga*, & illam de *Egmendona*, & illam de *Woolkingtona*, & illam de *Worgordina*, & illam de *Chenedoura*, & illam de *Archelona*, & illam de Hovenet, & illam de *Nessa*, & illam de Wassecherche, cum omnibus ad easdem ecclesias pertinentibus. Et constitui, ut monachi ecclesias & terras earundem quas vellent, post mortem clericorum suorum, in dominio retinerent, & ceteras ad utilitatem monasterii ordinarent, & de redditibus earum victum & vestitum haberent.

Dedi etiam eis domum unam in civitate ad sabulonem ad opus ecclesiæ, & Moltam totius civitatis, & curiæ meæ quando in civitate manerem, & Theoloneum de lignis quæ per orientalem portam in civitatem deferuntur. Precepi etiam ut in festivitate sancti *Petri* in kalendis Augusti, totius provinciæ populus in eodem loco ad nundinas tribus diebus, per singulos annos conveniret, & monachi Theoloneum, totumque proficuum inde haberent. Concessi etiam ut barones mei, vel burgenses, vel milites quodcunque vellent, de terris, & facultatibus suis eidem loco largirentur, absque ulla mei, vel meorum hæredum licentia. Ita ut de data elemosyna mihi nullum alterum servitium facerent vel dantes, vel recipientes. Totam quoque terram monachorum à *geldo* militum imperpetuum liberam esse statui, & à geldo etiam communi, nisi ego ipse de dominio meo illud darem. *Guarinus* vero vicecomes dedit eis villam quæ dicitur Tugford, cum suis appenditiis, & ecclesiam de *Biritona*, cum decima ejusdem villæ, & decimam de *Oppetona*, & ecclesiam de *Mutla*, cum decima ejusdem villæ, & ecclesiam sancti *Oswaldi*, cum decima ejusdem villæ, & unam domum in foro in civitate, ad lucernam altaris *Innocentium*. *Reinaldus*, frater ipsius *Guarini*, dedit eis villam quæ dicitur *Lega*. *Oilerius*, sacerdos, unam hidam in *Cherletona*. *Gerardus* de *Tornaco*, *Britonam*. *Goiffridus* dimidiam hidam in *Herlega*. *Odo* miles dedit eis *Hordelegam*, & *Aberius*, & *Burtonam* cum suis appenditiis. *Robertus* filius *Theobaldi* dedit eis ecclesiam de *Itcshale*, cum decima ejusdem villæ.

Quæ omnia ego eis concessi, & Sigilli mei auctoritate confirmavi. Precepi etiam filiis meis, ut locum illum dil gerent, & carum haberent. Et si forte contingeret ut ego in *Anglia* morirer, ibi me ponerent, & deinde fratribus loci illius necessaria providerent. Testibus his, *Roberto* episcopo *Cestriæ*, *Hugone* & *Roberto* de *Belisno*. *Arnulpho* & *Philippo* filiis meis. *Richardo* de *Belmesey*, *Reinaldo* de *Bailloc*. *Rogero Chorbet*. *Roberto Chorbet*, & multis aliis.

Charta Hugonis *comitis* Salop.

Adhuc ex eod. regist. Carr. 5.

HUgo, comes *Saloppessirie*, universis baronibus suis, vicecomitibus, & ministris, tàm *Francis*, quàm *Anglis* ejusdem comitatus, & cunctis Christi fidelibus, salutem. Sciatis quod cum una dierum ad tumbam patris mei, scilicet *Rogeri* comitis de *Monte Gomeria*, starem in monasterio, quod ipse in honore apostolorum *Petri* & *Pauli* in *Salopesberia* fundaverat, dominum pro salute animæ meæ, & ipsius, deprecaturus, venit ad me *Fulcheredus* abbas, & conventus ejusdem loci, rogantes ut pro salute mea, & antecessorum meorum, decimas dominiorum meorum in *Salopessiria*, ad constructionem ecclesiæ suæ (quam pater meus, cum in fata cessit, imperfectam reliquid) eis conferrem: Quarum precibus, tam pro utilitate mea, quam sua adquiescens, quod rogabant, hilari animo, concessi. Silicet, decimam dominii mei de *Stotesdona*, & decimam de *Estteleia* juxta *Brugiam*, & decimam dominii de *Weluntona*, & de *Worecordina*, & decimam dominii de *Optona*, & de *Prestona* supra, & decimam dominii de Oswaldestre, & de Nesse, & de Wulde, & de Lokelthulla, & de *Bolelea*, & decimam dominii de Hodeneth & de *Peopelawa*, & de Lokeslozd.

Quidam verò baronum meorum eadem hora, ad tumbam prædictam, mecum stans, silicet *Hamo Peverel*, rogatu meo, decimas dominiorum suorum, prædicto abbati, & monachis contulit. Silicet, decimam dominii de Wuton sub *Lima*, & Wulrunton, & decimam dominii sui de *Arkalona*, & de *Heitona*, & de Willipeland, & decimam dominii de *Cleya*, & de *Brugeltona*, & de *Kinardeseia*, & quia volo quod nullus successorum

cessorum meorum, in posterum de prædictis decimis, nullam molestiam inferat; tam concessionem *Hamonis Peverel* quàm meam, ipso *Hamone* presente, sigilli mei impressione, dignum duxi roborare. Hiis testibus, *Godebaldo* & *Oilerio* presbiteris, *Warino* vicecomite, *Roberto* filio *Throbaldi*, *Richardo* de *Belismo*, *Rogero Corbet*, & multis aliis.

Ib.char.6. UNiversis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris, *Matildis* de **Lungespe**, filia & heres domini *Walteri* de **Cliffozd** salutem in domino sempiternam. Noveritis me inspexisse cartas bonæ memoriæ domini *Walteri* de **Cliffozd**, patris mei confectas Deo & abbatiæ sancti *Petri* de **Salopesberie**, & monachis ibidem Deo servientibus, in hæc verba. Sciant presentes & futuri quod ego *Walterus* de **Cliffozd** filius *Walteri* de **Cliffozd**, & *Angnetis* de **Cundy** dedi & concessi & hac presenti carta mea confirmavi, in puram, & perpetuam elimosinam Deo & abbatiæ sancti *Petri* de **Salop** sexies viginti acras de bosco dictorum abbatis & conventus de **Luhtone**, cujus boscus, & situs terræ est eorumdem, ad assartandum & ad fossandum, & ad sepem superedificandum, & ad disponendum pro voluntate sua, de eisdem acris & suis pertinentiis liberè & quietè, ita quod bestiæ de Foresta nostra liberum habeant ingressum & egressum secundum consuetudinem foreste, silicet, quod acre prenominate propinquiores erunt villæ de **Luhtone** de terra frisca, & de bosco inter assartum *Rogeri* de **Ondeslawe** & de **Sichet** versus **Burwartone**, &c. Test. *Egidio* de **Cliffozd** fratre meo, *Richardo Tirel*, *Johanne* de **Ebzoc**, *Thoma* de **Basterville**, *Thoma* de **Constantin**, *Symone* de **Læg** clerico, *Willielmo* de **Cliffozd**, constabulario castri de **Cozsam** & aliis. Quas quidem cartas ratas & gratas habeo &c. Test. *Rogero Tirel*, *Thoma Boterel*, *Willielmo* de **Ponkyton** tunc senescallo.

De donis Godefridi & Rogerii *vicecomitum.*

Ex cod. regist. ca. 371. NOtum sit tam presentibus, quàm posteris, *Godefridum* vicecomitem ecclesiam sanctæ *Mariæ* de **Waleton** dedisse monachis sancti *Petri Salop* in die dedicationis ejusdem ecclesiæ sanctæ *Mariæ*, cum omnibus ipsius villæ, & ecclesiam quæ habebat in dominio sancti *Michaelis*, **Chercheham**, cum sacerdotibus, & terram quæ ad eos pertinet. Adjecit etiam ipse *Godefridus* donis supradictis, villam quæ dicitur **Gerstan**, & omnia perpetuò concessit in elemosina supradictis monachis, pro anima sua, & suæ conjugis, & parvulo filio nostro *Achardo*, quem monachum fecit in ecclesia sancti *Petri*, testibus episcopo *Roberto* de *Cestria*, & *Hugone* comite ejusdem civitatis, & *Richardo* abbate. Comes autem *Rogerius* qui *Pictavienſis* dicitur, dedit ecclesiæ sancti *Petri*, & monachis ejusdem loci piscariam de *Terawella* pro anima sua, & suæ conjugis & pro salute animæ patris & matris suæ, & cum ipsa piscaria *Oscitonam* & *Poltonam*, & hæc omnia confirmavit quieta, & libera ab omnium hominum invasione. ✠ *Rogerius.* Et quæ *Godefridus* dedit, *Rogerius* comes concessit & perpetuò confirmavit. Qui hæc disturbat anathema sit. Amen. Teste *Roberto* filio *Walteri* & *Hugone Bernard*, & *Walchelino*, & *Rainaldo* famulo, & *Radulfo* coco, & *Rogerio* coco. Pro his donatis, concessis, atque firmatis, redditur cotidiè una missa *Rogerio* comiti, uxori suæ, & filio, & patri suo, & matri a monachis sancti *Petri*.

Carta *Willielmi* archiepiscopi *Eboraci* de restitutione ecclesiæ de **Birkham**, in comitatu *Lancastriæ*.

WIllielmus *Dei gratia* Eboracensis *archiepiscopus, omnibus fidelibus salutem & benedictionem Dei & suam, Notum sit vobis quod monachi* **Salop**, *in tempore antecessorum meorum sæpius querimoniam facientes quod ecclesia illorum injustè careret ecclesia de* **Birchaham**, *eo quod à comite* Pictavienſi Rogerio, *ei legitime data fuerat, & à* Thoma *archiepiscopo literarum & sigilli sui auctoritate confirmata. Tandem presentiam nostram adierunt, querimoniam suam deponentes; nos verò clamoribus eorum molestati, & precepto Domini* Henrici *sedis apostolice legati constricti, causam illorum in synodo apud* Eboracum *nobis presidentibus, ventilandam commisimus; lectis verò literis de donatione comitis, & auditis privilegiis de confirmatione archiepiscopi, unanimi consensu totius synodi judicatum est, ut prefata ecclesia de* **Birkeham** *ecclesia sancti* Petri *de* **Salop** *restitueretur, de qua injustè & sine judicio viduata erat. Hujus rei testes sunt* Radulphus *episcopus de* Orchadibus, & Benedictus *episcopus de* **Witebi**; & Helias *abbas de* **Salebi**, *& totius synodi nostre conventus, cum capellano ecclesiæ sancti* Petri Eboracensis. *Valete.* Ib.ca.372.

Carta ejusdem archiepiscopi de eadem re.

VVIllielmus Dei gratia, *Eboracensis* archiepiscopus, omnibus sanctæ ecclesiæ fidelibus salutem & Dei benedictionem. Testificamur nos presente synodo apud *Eborum* literas illas quas monachi de **Salop** habebant, sigillo *Thomæ* archiepiscopi sigillatas, de confirmatione ecclesiæ de **Birkeham**, quodam infortunio combustas vidisse; quæ combustio apud *Pontem-fractum* facta fuit. Et quoniam pro certo habemus predictum predecessorem nostrum predictam ecclesiam eis concessisse & confirmasse, nos, eadem autoritate eandem ecclesiam eis concedimus & presenti cartula confirmamus. Valete. Ib.ca.375.

Carta Regis Willielmi.

SAnctorum patrum monemur exemplo possessiones quas nostris temporibus sanctæ ecclesiæ à fidelibus collatas noverimus, literarum memoriæ diligenter assignare, tum propter conferentium utilitatem quoniam eorum exemplo posteri ad bene agendum provocentur: tum propter malignorum perversitatem qui ad diripiendas possessiones ecclesiasticas toto conamine inhiare noscuntur. Nos itaque majorum imitantes industriam, posteriorum notitiæ scribendo transmittere curavimus quoddam pietatis opus quod venerabilis comes *Rogerius* & devota ejus conjux *Adelaisia* Par. 1. H. 6. part. 1. m. 19. p. 8 inspex.

Adelaisia nomine, nostra ætate Deo obtulerunt. Erat in suburbio civitatis **Scropesbery** parva satis ecclesia in honore beatorum apostolorum *Petri* & *Pauli* constructa, cujus situs ad collocanda servorum Dei habitacula congruus videbatur. Comes ergo fretus licentia & auctoritate regis *Willielmi* & *Cantuariensis* archiepiscopi *Lanfranci*, necnon & *Cestrensis* episcopi *Petri*, ad cujus diocesim isdem pertinebat locus, monachos illuc pro sua suorumque salute domino exoraturos aggregavit anno ab incarnatione Domini millesimo 1087. octogesimo septimo. Quibus ad victus subsidia ipse & veneranda ejus uxor possessiones subscriptas imperpetuum donaverunt. Inprimis scilicet vicum unum eidem ecclesiæ contiguum, cum tribus molendinis cunctisque redditibus ad eum pertinentibus; qui vicus anglicè dicitur **Bisopzeta**, quod latinè significat, *ante portam*. Deinde contulerunt eis quasdam ecclesias cum universis possessionibus ad eas pertinentibus, quas hîc nominatim expressimus. Ecclesiam scilicet sancti *Gregorii* de **Damerfelo**, cujus hæ sunt possessiones; *Estleia*, *Nordleia*, alias *Estleia* crofta, *Halchtonia*, *Chinsetleia*, **Harpesozd**, *Billingaleia*, *Niewtona*, **Tugafozt**, *Fertecota*, *Westona*. Ecclesiam quoque de *Stotesdona*, cujus possessiones istæ sunt. *Dodelmutha*, *Himetona* & *Prestecota*. Ecclesiam etiam de *Dodeleberia* cujus possessio est **Sperte sozd** & dimidia hida terræ in *Corstona*. Ecclesiam quoque de **Edmundon**, & illam de *Toengia*, & illam de *Domintona*, & illam de *Welintona*, & illam de *Werecordina*, & illam de **Ercalow**, & illam de **Hodeneth**, & illam de *Cuedouera*, & illam de *Nessa*, & illam de **Wassecherch**. Cujus possessiones sunt *Prestcota*, *Noveleia* & *Bageleia*. Cum hiis omnibus dederunt comes & comitissa eidem cœnobio tres villas cum omnibus appendiciis earum *Eitonam* videlicet, *Eiminstriam* & *Burtonam*. Theoloneumque de lignis quæ per orientalem portam in civitatem deferuntur concesserunt monachis. Præceperunt etiam ut in festivitate sancti *Petri* in kalendis Augusti totius provinciæ populus in eodem loco ad nundinas tribus diebus per singulos annos conveniret, & monachi theoloncum totumque proficuum inde haberent. Postea concessit comes ut barones vel milites sui, quicumque vellent, de terris & facultatibus suis eidem loco largirentur absque ulla sui vel suorum licentia, ita ut de peracta elemosina nullum sibi ulterius servicium facerent vel dantes vel recipientes; totam quippe terram monachorum à geldo militum imperpetuum liberam esse statuit, & à geldo etiam communi nisi ipse de dominio suo illud daret. Hæc autem comitis pia munificentia omnibus audientibus valde placuit, eosque ad amorem loci illius quamplurimum incitavit. Tunc *Warinus* vicecomes dedit ipsis monachis duas hidas terræ in villa quæ dicitur **Tugafozt**, & decimam de *Opetona*, & ecclesiam de *Biritona* cum decima ejusdem villæ. *Rainaldus* frater ipsius *Warini* dedit eis villam quæ dicitur *Lega*. *Girardus* de *Turneto Bertonam*. *Goffridus* dimidiam hidam in *Herleia*. *Odo* miles *Hardleiam*. Hæc omnia venerabilis comes *Rogerius* cum filiis suis *Hugone* scilicet, *Roberto*, *Rogero* & *Arnulpho* concessit atque fieri fecit. Testesque fuerunt *Herbertus* archidiaconus, *Godebaldus* & *Oilerius* sacerdotes, *Warinus* vicecomes, *Robertus* filius *Teobaldi*, *Rogerius Corbeth*, *Robertus Pincerna* & multi alii. Locus vero in quo cœnobium ipsum constructum erat, de hæreditate cujusdam militis, *Sivardi* nomine, fuit. Et quia nolebat piissimus comes quod aliqua imposterum calumpnia monachis inde emergeret, mutuo dedit eidem *Sivardo* villam nomine **Longa feld**. Postmodum verò cum fraternitatem monachorum reciperet, concessit quod eadem villa quam à comite acceperat, post suum obitum in eorum dominio deveniret. Testibus *Godebaldo*, *Ricardo* de *Belmesio*, & *Richardo* de *Monte-waroldi*. Hæc omnia ego *Willelmus* Rex *Anglorum* concessi & sigillo meo corroboravi.

Genealogia dominarum Bellismontium.

YVO de *Belismo* genuit *Guiliel.* de *Belismo*, & idem *Guillelmus* genuit *Guliel. Talavatium*, patrem *Mabiliæ*, quem *Rogerus* de *Montegomerici*, cum tota hæreditate sua quam, sive in *Bebimensi* pago, seu *Suoviensi* ultra fluvium *Sarce* habebat, duxit in uxorem. Qui *Rogerus*, vir dictæ *Mabiliæ*, *Anglicano* bello interfuit, & à *Willelmo* Rege *Anglorum* comitatus duos, scilicet *Arundelli* & **Salopesbere** dono accepit, & etiam Honorem **Peye** possedit. Ipse verò *Rogerus* de prædicta muliere *Mabilia* quinque filios & quatuor filias habuit quorum nomina hæc sunt. *Robertus* de *Belismo*, & *Hugo*, *Rogerius Pictavinus*, *Philippus* & *Arnulphus*: *Emma*, *Mathildis*, *Mabilia* & *Sibilla*. *Rogerius Pictavinus* comitatum *Lancastriæ*, *Arnulphus* quippe comitatum de **Pembroch** tenuerunt. *Rober.* verò de *Belismo* maximas possessiones & terras patris sui adeptus est. Qui *Robertus* ex filia *Guidonis* comitis *Ponthivii* genuit *Guillelmum Talavatium*, qui *Willielmus* ex *Hela* uxore sua genuit *Guidonem* comitem *Pontivii*, & *Johannem*. Qui *Johannes* ex *Beatrice* filia *Helie* comitis *Cenomannensis* genuit *Robertum* comitem *Alencbeii*. Qui *Robertus* ex *Joanna* uxore sua, filia domini *Josberti* de *Guirchia* genuit *Joannem* & *Matildem*. Qui *Joannes* accepit in uxorem *Aaliz*, filiam domini *Bartholomæi* de *Roye*. Quo *Joanne* absque liberis defuncto, pater ipsius comes *Robertus*, filiam suam dictam *Matildem*, comiti *Blesensi*, *Theobaldo*, matrimonio conjunxit, quæ, ut frater suus dictus *Johannes*, absque liberis defuncta est. Præfatus verò comes *Robertus*, *Johanna* præfata uxore sua defuncta, *Emmam* filiam *Guidonis* domini de *La Val* in uxorem duxit, qui ex ea filium genuit, qui *Robertus* vocatus est; sed antequam puer nasceretur, sæpefatus *Robertus* comes, apud quoddam manerium suum quod vocatur *Mortevaille*, prope *la val*, diem clausit extremum.

Ex veteri MS. cœnob. S. *Martini*, *Segusiensis*.

Carta Walchelini **Maminot** *de villa de* Lega *juxta* **Ellesmere**.

VV *Alchelinus Maminot* omnibus parentibus & amicis suis, & vniversis fidelibus sanctæ ecclesiæ salutem. Scitis quod homines de *Ellesmera* confessi sunt coram me & militibus meis, quod avunculus meus *Willielmus Peverel* injustè abstulit terram de *Lega* à monachis de *Salopesberia*. Quod ego audiens, per consi-

Ex regist. abbat. de *Salopia* penes *Ric. Levesa* de Balmo militem, ann. 1638. Ca. 15.

conſilium hominum meorum, ſtudui liberare animam avunculi mei, & animas eorum qui hoc ei conſilium dederunt, de pœna iſtius peccati. Reddidique ſancto *Petro* & monachis eandem terram ita ſolutam & quietam, ut nullus ſucceſſorum meorum amplius de ea calumpniam habeat. Et ideo precor omnes qui poſt me venturi ſunt, ut hanc terram nulla unquam calumpnia impediant, quia pro certo didici ab hominibus meis quod avunculus meus malum inde conſilium habuit.

Ca. 25. VVIllielmus *Peverellus* de *Douria* omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ Salutem. Sciant omnes illi qui nunc ſunt & qui venturi ſunt, me conceſſiſſe plenariè totam illam terram quam *Hamo Peverell* patruus meus dedit Deo & eccleſiæ ſancti *Petri Salopeſberiæ*, ſcilicet, *Wlurunton*, *Einardeſcham*, *Crugelton*, pro ſalute animæ meæ, & pro animabus amicorum meorum. Et volo atque præcipio ut mei hæredes ſicut ego conceſſi concedant. Hujus rei ſunt teſtes *Walchelinus Maminot*, & *Stephanus* de la *Leia*, & *Brientius* de *Valle Rodelli*, & *Alanus* filius *Teoldi*, & *Baldwinus* de ſancto *Georgio*, & *Radulfus* filius *Teoldi*, & *Hamo* filius *Herfredi*, & *Willielmus* de *Muſca*, apud Harleberg.

Carta Ricardi *filii* Alani, *Comitis* Arundel *de eccleſia ſancti* Oſwaldi *de* Albo-monaſterio.

Ca. 275. UNiverſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris vel audituris, *Ric.* comes de *Arundell* & Dom. de *Albo-Monaſterio* Salutē in Domino. Noveritis Nos inſpexiſſe Cartam bonæ memoriæ *Wil.* filii *Alani* anteceſſoris noſtri (*&c.*) in hæc verba. Notum ſit tam preſentibus quam futuris, quod ego *Willielmus* filius *Alani* dedi, conceſſi, & pro me & hæredibus meis confirmavi Abbati & Monachis ſancti *Petri Salopeſburie* in puram & perpetuam elemoſinam quandam partem terræ meæ in villa de Iſelham, (*&c.*) & donationem eccleſiarum ſubſcriptarum videlicet eccleſiæ de *Optona* & *Trohford*, & eccleſiæ ſancti *Oſwaldi* cum capella de Martineſcherk, & aliis capellis & rebus omnibus ad dictas eccleſias ſpectantibus. Et ego verò dictus *Willielmus* & hæredes (*&c.*) warantizabimus (*&c.*) Teſtes *Johannes Extraneus*, *Ivo Paulf*, *Willielmus Truſſel* (*&c.*) Quas quidem conceſſiones confirmamus (*&c.*) Teſtibus domino *Petro Corbet*, *Fulcone* filio *Warini*, *Bogone* de *Knogvill*, *Roberto Corbet*, *Fulcone Glas*, *Petro* de *Eyto*, militibus. Data apud Shreve-worthin die Martis in feſto Annunciationis beatæ *Mariæ* anno regni Regis *Edwardi* viceſimo.

Carta Regis Henrici *tertii.*

Carta 37. HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normaniæ* & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prioribus, Comitibus, baronibus, juſticiariis, foreſtariis, vicecomitibus, præpoſitis, miniſtris & omnibus ballivis, & fidelibus ſuis Salutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & beatis apoſtolis *Petro* & *Paulo* & abbati & monachis *Salopeſbirienſis* eccleſiæ has ſubſcriptas terras & decimas & eccleſias. De dono comitis *Rogeri* vicum unum juxta eandem abbatiam ſcilicet aet Wiſoxegatam cum omnibus molendinis & redditibus ad vicum illum pertinentibus. Eccleſiam quoque de Pomerſeld cum appendiciis ſuis in terris & aliis rebus. Et eccleſiam de Stoteſdon cum omnibus ad eam pertinentibus. Et eccleſiam de *Dodelebera* & eccleſiam de Condover & dimidiam hidam terræ in *Biritona* quæ pertinet ad eandem eccleſiam. Et eccleſiam de *Eirmentona*, & illam de *Welintona*, & illam de Archalow, & illam de Holvenet, & illam de *Tenga*, & illam de *Donintona*, & illam de *Worocerdina*, & illam de Waſcherche, & illam de *Neſſa*, & illam de *Nova-burgo* cum omnibus terris & decimis & appenditiis ad prædictas eccleſias pertinentibus. Et præter hæc maneria *Eitonam*, *Eiminiſtram* & *Burtonam*. Et theoloneum lignorum quæ intrant ad vendendum in *Salopeſberia* per *Eſtgatam* & *Sudgatam*. De dono *Siwardi Groſſi* manerium de Longaſeld. De dono *Warini* vicecomitis duas hidas terræ & dimidiam in Tugaſord, & decimam de *Uptona*, & eccleſiam ejuſdem villæ cum una virgata terræ, & eccleſiam de *Biritona* cum decimis ejuſdem villæ. De dono *Reginaldi* fratris *Warini* unam hidam ſcilicet aet Legham. De dono *Saerii Edburtonam*. De dono *Hugonis* filii *Warini* eccleſiam ſancti *Oſwaldi*, & eccleſiam de *Mudla* cum decimis & terris & appendiciis ad ipſas eccleſias pertinentibus. De dono eorundem decimas de *Neſſa* & de *Sera-Wordina*, & unam domum in foro *Salopeſberiæ* ad luminare eccleſiæ. De dono *Gerardi* de *Tornaco Beitonam*. De dono *Hamonis Peverell* & *Sibillæ* uxoris ejus *Whirentonam*, & *Chinardeſcham* & *Crugeltonam*, & *Selepam*. De dono *Theoderici* de *Say*, terram unam in manerio Stoch, ſcilicet, in *Burhulla*, quietam ab omni geldo. De dono *Helgoti* unam hidam, ſcilcet, *Moram*, & unam piſcariam. De dono *Herberti* filii ejus *Nortonam*, & eccleſiam de *Stantona* cum decimis militum ſuorum ad ipſam eccleſiam pertinentibus, & unam hidam terræ in eadem villa. De dono *Murieldis* uxoris ejus unam carucatam terræ in eadem villa. De dono *Normanni Venatoris Bolelegam*. De dono *Hugonis* de *Conſtantiis* dimidiam hidam in *Pertona*. De dono *Azonis Bigot* dimidiam hidam in *Longavalra*. De dono *Oylerii* presbiteri, unam hidam in *Cherletona*. De dono *Ganfridi* dimidiam hidam in *Helega*. De dono *Thoki* duas hidas in *Cota*. De dono *Odonis*, *Hordelegam*. De dono *Theraldi* unam hidam in minore *Creitona*. De dono *Roberti* filii ejus *Wichewicam*. De dono *Roberti Corbet Lochetonam*. De dono *Reineri* Præfecti unam manſuram in *Salopeſbiria*. De dono *Roberti* filii *Theobaldi* eccleſiam de *Iteſhala*, cum omnibus quæ ad eam pertinent, & decimam de *Cambriſtona*. De dono *Rogeri Corbet* eccleſiam de *Wantenovera* et decimam ejuſdem villæ, & decimam de *Tocheſhulla* & *Wineſlegam*. De dono *Ebrardi* & *Simonis* filiorum ejus unum ferndelum terre in *Wantenovera*. De dono *Picoti* de *Say*, decimam de *Fiteſhod*. De dono *Henrici* filii ejus *Brantonam* per eſcambium de *Langefeld*. De dono *Humaldi* decimam de *Preſtona* & de *Locheford*, & decimam equarum ſuarum agreſtium. De do-

no

no *Roberti* de *Belismo* **Walcherche**, & quicquid adj manerium illud pertinet. De dono *Fulconis* vicecomitis *Pimelegam*. De dono *Yvonis Paisulf* sedem molendini subtus *Sudtonam* ex utraq; aquæ ripa. De dono *Alani* vicecomitis decimam de *Opetona*. De dono *Gilberti* archidiaconi terram quatuor solidorum in **Derfald**. De dono *Rogeri* archidiaconi quandam terram in **Chingesland**. De dono *Thereti* de **Wrotheceſtre** unam terram in **Salop** ad ortum faciendum quæ vocatur **Rumaldsham**. De dono *Herberti* de *Furcis* tres manſuras in **Salop**, & quandam terram in campis ejuſdem urbis. De dono *Alnoti* aliam terrã. De dono *Reimeri* Præpoſiti aliam terram in eiſdem campis. De eccleſia de *Condenouera* tres manſuras in præfata urbe. De manerio de *Eimsiſtra* unam manſuram. De dono *Roberti* filii *Wigerii* unam manſuram in caſtello. De dono *Roberti* Presbiteri filii *Andreæ* totam terram quam habebat in campis. De dono *Wanyeti* unam manſuram. De dono *Turgari* aliam. De dono *Rogeri* comitis unam manſuram ad ſabulum. De dono *Elmerici* Presbiteri filii *Ruellonis* tres acras terræ. De dono *Drugonis* unam acram in campis civitatis. De dono *Wulfwini* Fullonis unam manſuram verſus pontem ſancti *Georgii*. De dono *Rogeri* comitis cognomine *Pictavienſis Pultonam* & *Oxitonam* & dimidiam piſcariam de *Thelewella*. Et eccleſiam de *Waletona* & **Biſchopham**. De dono *Godefridi* vicecomitis ejus **Gerſtan**, & eccleſiam de **Birkham** cum appendiciis ſuis. De dono ejuſdem *Rogeri* comitis decimam de *Newetona*. De dono *Pagani* de *Villers* decimam de **Laton** & de **Wardebzech**. De dono *Willielmi* conſtabularii *Ceſtriæ* tertiam partem de *Thelewella* cum omnibus appendiciis ſuis in boſco & plano & aqua. De dono *Willielmi* de *Berneris* unum ferndell terræ in *Brumptona*. De dono *Ranulphi Venatoris Ceſtriæ* unum ferndendell in *Cudintona*. De dono *Hugonis* comitis totam decimam venationis de *Solopeſiria* niſi de ſilvis ſanctæ *Milburgæ*. De dono ejuſdem ut homines monachorum liberi ſint & quieti ab omni operatione caſtellorum & vivariorum. Nec aliqua comitatus negotia exerceant, ſed immunes ſint ab omni exactione & incurſione vicecomitum & miniſtrorum, nec compellantur adire ſhiras vel hundreda. De dono *Azonis Bigot* unam virgatam terræ in *Abbetona*. De dono uxoris ejus terram quandam in civitate quæ reddit per annum decem denarios. De dono *Henrici* de **Say** decimam de *Galidona*. De dono *Ricardi* de *Pertona* unam virgatam terræ in **Stoch**. De dono *Odonis* de *Berneris* & filiorum ejus unam virgatam in **Wadeſtan**. De dono *Elrici Ruffi* quandam terram in campis. De dono regis *Henrici* avi *H.* regis avi noſtri piſcariam unam ſubtus pontem *Salopeſberiæ*, & totam molturam ejuſdem civitatis. Et quod nullus faciat molendinum in *Saverna* & territorio ipſius urbis niſi per monachos præfatos, & feriam ad vincula ſancti *Petri* tribus diebus durantem. Et quietantiam per totam *Angliam* & portus maris ab omni theloneo. Et ut habeant rectum in curia ſua de omnibus foriſfactis hominum ſuorum, & ibi rectum teneant aliis & juſtitiam habeant ſicut comes *Hugo* ante eis conceſſerat. De dono *Matildæ* Imperatricis matris *H.* regis avi noſtri *Eſtonam* cum pertinentiis ſuis. De dono *Ranulphi* comitis *Ceſtriæ* duas manſuras in **Chindredetwich**, & quantum poſſunt ibi congregare de ſale, ſine theloneo. De dono *Willielmi Malban* unam manſuram in alio *Wico*, & quantum poſſunt ibi congregare de ſale. De dono *Hugonis* patris ejus quindecim ſummas ſalis unoquoque anno in eodem *Wico*. De dono *Willielmi* filii *Alani* dimidiam ſalinam in *Wico Wigornienſi*, & ripam *Saverne* in foreſta ſua ad tenendum excluſam piſcariæ vel molendini de *Etrona*, & decimam de **Dunham** & quatuor bovatas terræ in **Trochſozo**. De dono *Richardi* capellani ejus eccleſiam ejuſdem villæ. De dono *Radulfi Craſſi* eccleſiam de **Alverbtam** cum pertinentiis ſuis. De dono Roberti dapiferi *Ceſtriæ* habitationem heremiticam in ſilva de *Sudrona*. De dono *Fulconis Pincernæ* dimidium heremum in ſilva de *Seraurdina*. De dono diverſorum civium *Sulopeſberiæ* terram in divezo civitatis juxta *Savernam* ad plantationem vineæ, & ſex manſuras ad culturam illius. De dono *Recheldis* uxoris *Gilberti* de *Codenovetu* unam hidam in *Betteheberia*. De dono *Baldwini* filii eorum unam hidam in *Tibritbtona*. De dono *Radulphi* de *Erletona* dimidiam hidam in *Cherimona*. De dono *Wlvverici Poncii* unam domum in foro *Sulopeſberiæ* in qua ipſe manebat, & aliam domum in *Biſorgata* & tres acras terræ in **Aloefeld**. De dono *Roberti* de *Brintona* eccleſiam de **Longaſozo**. Quare volumus (*&c.*) Data per manum venerabilis patris *Radulfi Ciceſtrenſis* epiſcopi cancellarii noſtri, apud *Weſtmonaſterium* xxv. die Junii anno regni noſtri undecimo.

S. MARIE EBORACI
cœnobium.

De fundatione abbatiæ ſanctæ Mariæ *virginis* Eboraci *anno ab incarnatione Domini* MLxxxviij.

Ex veteri MS in bib. *Bodleiana*, authore *Simone ſua ut videtur* [S. W. 46.] 92. a.

QUamvis ſancta & una & univerſalis mater eccleſia per univerſum orbem longè latèq; diffuſa, à filiis ſuis quos ſibi virgo mater per aquam baptiſmatis generat, honoretur & prædicetur, multæ tamen eccleſiæ in unitate fidei catholicæ ex eo tempore quo ex latere *Jeſu Chriſti* in cruce dormientis fabricata eſt ſecundùm devotionem fidelium ædificantur, atque à fundamentis jacuntur, ut quos unius eccleſiæ ſinus propter ampla ſpacia terræ & maris nequit comprehendere, in multis eccleſiis fidem rectam tenentes operari ſtuderint, quæ poſt hanc vitam venientes cum exultatione à domino centuplicata recipiant.

Unde ego frater *Stephanus*, hujus ſanctæ matris eccleſiæ filius, nullis meis precedentibus meritis, ſed ſola Dei gratia fratrumque meorum unanimi mihi favorum electione abbas conſtitutus, qualiter ad hunc gradum pervenerim, vel qualiter eccleſia ſanctæ *Mariæ Eboraci* cui, Deo auctore, primus abbas datus ſum, fundata ſit, ad poſterorum memoriam literis mandare curavi, ut ſciant præſentes

præsentes & futuri posteri nostri, qui vel quales hujus nostræ ecclesiæ fundatores, & quantas invidorum turbinibus impulsa sustinuerit perturbationes. Anno Domini Mlxxviij. regnante *Anglorum* rege, prudentia & armis strenuissimo viro, *Willielmo*, qui *Angliam*, ditioni subjecit suæ, anno duodecimo regni ejus Pontificante apud *Eborum* domino *Thoma* archiepiscopo, Ego *Stephanus*, abdicatis pro Christo voluptatibus carnis, atque abjectis secularibus curis, de naufragio hujus seculi vix evasi, atque habitum monachicæ religionis apud *Wyttebeiam*, sicut postea declarabitur suscepi. Eo namque in loco quidam fratres, tunc temporis heremiticam vitam ducentes, ipsum locum in melius renovare cupiebant, qui priscis temporibus religiosorum virorum ac feminarum conversatione, ac prædiorum ampla possessione, fuit honorabilis, modò verò pene ad nichilum redactus erat, barbarorum ac prædonum incursionibus diversis, vel aliis fortè, quas nescio, malis causis.

Hiis verò fratribus quibus sociatus sum, præerat quidam *Renfridus*, bonis pollens moribus, virtutum cœlestium dote insignitus, qui cujus meriti apud Deum fuerit testantur ejus opera, multis ejus vestigia sequi volentibus in evum profutura.

Is quippe apud locum qui *Gerva* dicitur, in *Northumbrorum* partibus, prius aliquanto tempore commoratus, ibique divinæ contemplationi vacans solitarius extitit, necnon postea multis sibi sociatis fratribus, qui ejus desiderio ad eum confluxerant, Deo nostro sub districtione regulæ viriliter aliquandiu deservivit. Locus autem ille, quamvis ad ejus introitum fuisset ferarum & avium habitatio, olim tamen in eo extitit servorum Dei inibi degentium fertilis constipatio, inter quos etiam venerabilis presbiter *Beda* floruit, qui multa scripturarum sacramenta per Spiritum Sanctum diserens ad edificationem fidelium imperpetuum dereliquit,

Prædictus ergo *Renfridus*, desiderii sui non immemor, cum fratres qui cum eo morabantur in disciplinis regularibus instructos vidisset religionis monasticæ præceptis inhærere, deputans labores vitæ præsentis parvissimos ad comparationem æternæ retributionis, ipsius merentibus valedicens, solitariam vitam ducendi gratiâ *Wyttebeiam* venit, sed ibi quoque, auditâ ejus fama, plures ei sociati sunt, cum eo perpetualiter manere cupientes, quibus ego quoque conjunctus habitum sanctæ religionis soli Deo vacare cupiens, sub ejus magisterio & prioratu in eodem loco suscepi. Evolutis autem paucis diebus, totius monasterii procurationem *Renfridus* pariter omnisque congregatio ipsius annuens consilio & imperio, mihi imposuerunt, ac demum, nescio quo Dei judicio, me invitum diuque repugnantem, tam regis præcepto quam archiepiscoporum venerabilium, *Lanfranci* videlicet *Cantuariensis*, *Thomæ* quoque *Eboracensis* obedientia sibi elegerunt.

Electus igitur ego abbas, cum vellem locum illum noviter inceptum nullisque rerum mundanarum redditibus refertum, auxiliante domino, in pristinum honorem renovare, cœperunt multa adversa hujus mundi contra me excrescere, & desiderium meum à cepto opere retardare. Nam quidam ex baronibus regiis, nomine *Willielmus* de **Percy**, qui locum ipsum nobis donaverat, videns locum nostrum nuper desertum in multis meliorari, multa adversa, tam per se quàm per suos nobis ingerebat, ac boni penitens si quo modo nos ab eo effugare posset, arte qua poterat laborabat. Ex altera verò parte, piratæ maris, ac latrones regionis, quorum multa tunc habebatur copia, longè latèque discurrentes, nobis vim inferebant, quæ habere poteramus rapiebant, atque ad ultimum una nocte conglobati, facto impetu, omnes nos in fugam convertentes, omnia nostra diripuerunt, ac sublatis omnibus, quosdam ex nobis captos, ad ignotas terras perduxerunt. Ob quam rem usque ad mortem contristati, imminens periculum aliquo modo vitare cupientes, quæcunque nobis molesta erant regi intimare decrevimus, qui benigno satis ut erat miserationis affectu, necessitatibus nostris propter Deum compatiens, promptum se ac voluntarium nobis ad subveniendum exhibuit.

Erat verò non longè à *Wyttebeia* in ipsius Regis dominio locus quidam, qui vocatur **Lestingham**, tum nimirum vacans, sed olim monachorum in eo habitantium frequentia & religione egregius. Hunc ergo locum, à Rege nobis datum, paulatim restaurare, & quæ habitationi monachicæ erant necessaria, cœpimus ædificare, quatinus scilicet predictus *Willielmus* de *Percy* in cujus prædio morabamur, vel alii eo minus nobis adversa aliqua inferre præsumerent, quo nos refugium aliquod professioni nostræ congruum sub ipsius Regis manu & ditione habere agnoviscent.

Cumque post hæc oportunitatis tempus adesset, quo manus pontificalis impositionem & abbatis benedictionem susciperе deberem, subiit animo ut ad **Lestingham** irem, quia sub sola Regis potestate erat Monachus professus, ejusdem quoque loci abbas consecrarer. Quæ res pariter etiam congregationi nostræ & ipsi Regi, dominoque *Thomæ* archiepiscopo nostro, necnon & omnibus quorum inde consilium querebam, bona & utilis visa est, ac tandem auctore Deo, illis volentibus usque ad actum perducta. At verò sepe dictus *Willielmus*, sicut antea consueverat, & postea quoque, molestus nobis & adversus vehementer existebat, atque ut dictum est, de prædio suo in quo adhuc conventiculum nostrum degebat, modis omnibus expellere laborabat. Unde ego nimio dolore perculsus, Justiciarios regni hujus frequenter adire, miseriam nostram & oppressionem multorum auribus insinuare & auxilium adversùm opprimentes nos flagitare compulsus sum; sed neque ita quicquam proficiens, tandem usque in *Normanniam*, in qua Rex simul & *Willielmus* de *Percy* tunc fortè morabantur, transfretare, & qualiter nostra in pace ulteriùs habetemus, precibus apud Regem, & modis quibus poteram, satagere curavi, & ita demum, accepto pacis chirographo, ad propria reversus, non longo tempore, cum nostris, & de nostris pacem optinui. Exarsit quippe, ex eo tempore multo vehementius adversum nos, animus & ira *Willielmi*, & quoadusque penitus nos de *Wittebeya* effugasset, pacem diuturnam vel quietem habere non permisit. Quid multa? hus namque exigentibus causis,

postremò

postremò tam ingruentium pressurarum longa molestia attriti, quam inevitabili totiens memorati *Willielmi* violentia coacti, jam quidem publicè & injustè ablata nobis *Wyttebeya*, ad prædictum locum qui dicitur **Lestingeam**, ibi saltem manere cupientes, per jussionem Regis transmigravimus. Sed quia *non est via hominis in manu ejus*, aliter de nobis omnipotens Deus disponebat, & quæ corporibus animabusque nostris profutura imperpetuum erant, salubriter preparabat. Nam ibi quoque, nescio quo Dei judicio, latrones circumquaque debacantes nos persecuti sunt, & res nostras sepè rapientes, merore irradicibili corda nostra perfuderunt.

Erat eo tempore quidam comes, nomine *Alanus*, nobiliorum *Britanniæ* prosapia exortus, *Eudonis* videlicet nobilis comitis *Britanniæ* filius, cum essem in seculo familiariter mihi in amicitiis conjunctus; qui morum probitate ac divitiis hujus seculi valdè pollebat, atque quandam ecclesiam in honore S. *Olavi* constructam juxta civitatem *Eboraci* habebat; cui cum omnes nostræ persecutionis actus anxius enarrarem, nostræ pusillanimitati compassus, præfatam ecclesiam cum quatuor acris terræ, ad construendas officinas, nobis se daturum promisit; atque ut in ipsa ecclesia, inprimis licentia à rege accepta, sedem abbatiæ nostræ propter loci munitionem transferemus, dulciter persuasit, promittens se nobis, in multis, auxilium daturum, asserens etiam cives urbis ad quæque nobis agendà prope in auxilium fore. De qua re letus effectus, cum bonam voluntatem ac promissionem comitis regi referrem, libenter rex assensum præbuit, ut, quia in eadem civitate iniquitas super habundaverat, multusque sanguis plus quam in cæteris *Anglorum* civitatibus effusus erat, divinæ lumen religionis in ea in eternum spendescceret, atque ut homines barbari religiosorum virorum, qui in ea nostris, & multis post nos temporibus futuris erant, humilima conversatione & exemplis assueti, fidem veram cœlesti domino ac terrestri regi servare discerent, & ut bonis operibus insistentes animas suas crebra visione eorum & allocutione servare valerent. His itaque secundum quod rex disposuerat, & prædictus comes promiserat, peractis, adversarius noster diabolus etiam nos ex hoc loco expellere animum archiepiscopi nostri *Thomæ* adversum nos in iram accendit, atque super quatuor acras terræ, quas nobis comes ad construendas officinas dederat, calumpniam movit, dicens eandem terram esse de beneficio suæ ecclesiæ, nosque eam per secularem potestatē injustè possidere. Quam calumpniam cum comiti *Alano* retulissem apud **London**, postea, coram rege & multitudine episcoporum, abbatum, atque baronum regis, prefatus comes *Alanus* eandem terram sui juris esse dirationavit, atque adhuc contradicenti archiepiscopo rex aliam terram in excambium, ut deinceps nobiscum pacem firmissimam haberet, se daturum esse promisit.

Post non multum verò temporis, mortuus est *Willielmus* rex *Anglorum*, cui successit *Willielmus* filius ejus in regnum, pietatem ac devotionem paternam retinens erga nos ac locum nostrum; Qui cum non multò post ordinaturus de statu regni sui, magna procerum palacii multitudine vallatus *Eboracum* veniisset, ecclesiam nostram, in qua tunc temporis morabamur, adiit, vidensque quod brevis & angusta nobis ad habitandum esset, terram ad jaciendum fundamentum alterius (ecclesiæ) primus aparuit; terras etiam (quas hic inserere non est necessarium) ad sustentationem monachorum ecclesiæ nostræ, liberas & quietas ab omni regali exactione perpetualiter possidendas tradidit, atque ipsam ecclesiam nostram, cum omni possessione sua, regalis precepti pagina, sigillo etiam regali, sicut moris est, cartæ impresso, liberam & quietam esse, in æternum confirmavit.

Comes etiam *Alanus* burgum quem extra civitatem, juxta ipsam civitatem habebat, libenter, annuente rege, nobis in perpetuum donavit, atque advocationem abbatiæ nostræ in manus Regis tradens, ut deinceps defensor & advocatus noster existeret, ipsum postulavit & postulando impetravit.

Actum est hoc anno incarnationis Dominicæ Mlxxxviij. 1088.

Paucis admodum diebus transactis, mortuus est amicus noster Comes *Alanus*. Atque Rex, pro ejus anima, villas quæ dicuntur *Clistona* & *Overtona* nobis dedit, quæ erant de beneficio ejus.

Interfuerunt fundationi etiam nostræ multi ex primoribus palacii, quorum ista sunt nomina. *Thomas* archiepiscopus. *Odo Bajocensis* episcopus ipsius Regis patruus. *Godefridus Constantiensis* episcopus, qui eo quoque tempore *Northanhumbrorum* consulatum regebat, *Willielmus Dunelmensis* episcopus, Comes *Alanus*, *Odo*, Comes de *Campania*, *Willielmus* Comes de *Warrenna*, *Henricus* Comes de *Bello-Monte*, & multi alii nobiles quos hic inserere longum est.

Posthec *Thomæ* archiepiscopus videns nos magis ac magis de die in diem proficere, invidorum, ut plerique testantur, consilio impulsus, pro quatuor acris terræ supradictæ semper calumpniam movebat, nec ab intentione animum revocans nos quiescere in ullo permittebat.

Cumque super hæc *Willielmum* Regem, senioris regis *Willielmi* filium consulerem, postulans etiam ut quod pater ejus de hoc archiepiscopo olim promiserat, ipse diutius reddere non differret; tandem in nativitate Domini, in concilio apud *Gloucestriam*, ecclesiam sancti *Stephani* sitam in *Eboraco*, & quicquid ad eam pertinebat, Rex *Thomæ* archiepiscopo, pro illis quatuor acris terræ, in excambium imperpetuum possidendam tradidit, atque calumpniam supradictæ terræ coram omnibus *werpivit** fecit. Et ne hoc aliquo modo oblivioni traderetur, Rex scriptum regali sigillo signatum, tam archiepiscopo *Thomæ*, quàm nobis fecit, quatinus non solum archiepiscopus *Thomas*, verùm etiam successores ejus ecclesiam sancti *Stephani* sitam in *Eboraco*, cum rebus suis, pro illis quatuor acris terræ perpetuo jure possideant.

Actum est hoc in consilio apud *Gloucestriam*, audientibus istis & videntibus quorum nomina hic inserta sunt. *Anselmus*, *Cantuar.* archiepiscopus, *Thomas*, *Eboraci* archiepiscopus, *Willielmus*, *Dunelmi*

* For. *werpivit*, abdicere.

nelmi episcopus, *Robertus*, *Cestriæ* episcopus, *Robertus*, *Herefordiæ* episcopus, *Osmundus*, *Salesbiriæ* episcopus, *Walchelinus*, *Wintoniæ* episcopus, *Mauritius*, *London.* episcopus, *Herbertus*, *Tedfordiæ* episcopus, *Johannes*, *Sumbresetæ* episcopus, *Gundulfus*, *Rofeceſtriæ* episcopus, *Robertus*, *Lincoln.* episcopus, *Hervæus*, sancti *David* episcopus, *Radulphus*, *Ciceſtriæ* episcopus, *Thorſtanus*, *Glaſtoniæ* abbas, *Gilbertus*, *Weſtmonaſterii* abbas, *Willielmus*, *Cernæ* abbas, *Ingolfus*, *Croilandiæ* abbas, *Rainaldus*, *Abbendoniæ* abbas, *Godefridus*, *Malmeſbiriæ* abbas, *Serlo*, *Glouceſtriæ* abbas, *Walterus*, *Eveſham.* abbas, *Hugo* comes de *Monte-gomerii*, *Ernulphus* filius ejus, *Bernardus* de *Novo-mercato*, *Normannus* de *Arecy*, *Durandus* archidiaconus, *Hugo*, decanus *Eboracenſis*, *Gilbertus*, archiepiſcopi *Thomæ* capellanus, *Oſmundus* archiepiſcopi *Thomæ* dapifer.

Ego autem *Stephanus* abbas, perpendens quàm magnum malum ſit Chriſtianos & maximè divinæ religionis lumine inſignitos, abinvicem diſcrepare, volens archiepiſcopi animum noſtri *Thomæ*, modis omnimodis placabilem facere, dedi ei ſponte adhuc duas carucatas terræ, unam in **Clifton**, aliam in **Helſington**, quatinus archiepiſcopus *Thomas*, ejuſque canonici deinceps pacem firmiſſimam nobiſcum habeant, & ut nullam amplius nobis, ſummo regi Deo in quiete militare volentibus, de hac re calumpniam moveant. Volens verò poſteris noſtris notum facere, de quantis tribulationibus nos liberavit omnipotens dominus, ſcripturam hanc ad omnium memoriam componere ſtudui, quatinus preſentes & futuri hujus loci noſtri habitatores pro me precibus indefeſſis Deum noſtrum exorent, & ut ſciant qualiter eccleſia noſtra fundata ſit, vel quantis turbinibus impulſa, divina nos protegente gratia, magis ac magis aucta & multiplicata ſit per Chriſtum Dominum noſtrum.

Anno MCClxx. eodem anno ſcilicet ix. kal. Apr. in vigilia annuntiationis *Mariæ*, dominus *Symon* abbas beatæ *Mariæ Eboraci* aſſedit cum calce, dataque benedictione, conventu circumſtante, primum lapidem in fundo novi chori ejuſdem monaſterii, cujus fundum erat novem pedum in altitudine & in aliqua parte xxiiij. pedum, & xxvj. pedum.

In feſto vero *Cathedræ* ſancti *Petri* ejuſdem anni accidente per diem cinerum, dictus abbas aſſedit ſuper terram primam petram modo quo ſupra.

* Legend. fol. 1276. Et eodem anno, ſcilicet anno lxxvj. idem aſſedit cum calce primum lapidem de columpnis ejuſdem chori corporis.

Anno MCClxxiij. ſcilicet ad Pentecoſten empta eſt villa de **Euton**, de domino *Hugone* de *Neville* per prædictum *Simonem* abbatem. Cujus manerium combuſtum fuit iiij. nonas Aprilis, anno Mlxxv. * unde remotum eſt manerium in alium locum à dicta villa remotiorem. * Legend. for. 1275.

De conſtructione eccleſiæ, & fundis eò collatis.

Ex vetuſta memb. in Turri S. *Mariæ Eboraci*, an. 1618. ANno Domini milleſimo octogeſimo nono, *Willielmus Rufus* Rex *Angliæ* & filius *Willielmi* regis & conqueſtoris *Angliæ*, anno regni ſui ſecundo, tenuit Parliamentum ſuum apud *Eboracum*, ubi tunc, ad rogatum preclariſſimi viri, *Stephani* comitis *Richmundiæ*, in propria perſona, cum magnatibus, & proceribus ſuis ad monaſterium ſanctæ *Mariæ Eboraci* acceſſit (quod quidem monaſterium, prefatus comes prius inchoaverat) videnſque ipſum nimis eſſe anguſtum, eccleſiam mutavit, & nomen eccleſiæ; ipſeque primum lapidem poſuit, & pro nomine ſancti *Olavi*, ſanctæ *Mariæ* nomen contulit, & multa beneficia, ac predia dedit, & donationes *Willielmi* conqueſtoris patris ſui, & aliorum dominorum ſuorum, cum libertatibus, & liberis conſuetudinibus, cartâ ſuâ regali confirmavit. In qua (inter cætera) talis habetur mentio, ſcil. *Comes verò* Alanus *poſt me, & patrem meum hujus abbatiæ inceptor, &c. dedit, &c. eccleſiam* Caterici *& decimas caſtellariæ ſuæ per totam caſtellariam, & per totum* **Yorkſhire**, *preter partem eccleſiarum* Francigenarum *ſuarum, de illis terris, quas ab illo tenent in preſcripta caſtellaria, &c.* Caterici.

Ribaldus, fratet comitis *Richmundiæ*, & dominus de **Middelham**, qui ſimul cum ipſo comite venit ad conqueſtum, inter cætera, dedit monaſterio ſanctæ *Mariæ* de *Eboraco*, & *Stephano* primo abbati in puram, & perpetuam elemoſinam, &c. aliquas terras & manſuras juxta **Richmond**, videlicet tres bovatas terræ in **Coby**, cum pertinentiis. Et in inquiſitione facta per dominum *Johannem* de **Kyrkby**, & ſocios ſuos juſticiarios, de *quo warranto*, abbas ſanctæ *Mariæ Eboraci* clamat habere terras & libertates, &c. Juratores, &c. Ibid.

Item canonici de ſancta *Agatha* tenent immediate de *Realdo* conſtabulario, fundatore ſuo, & ipſe *Realdus* de comite *Richmundiæ*, & comes de rege, ut in libro vocato **Domeſday**, & in **Kirkbyes inqueſt.** Item ſecundum cronicos autenticos, anno Domini MCxlij. ordo *Premonſtratenſis* habuit initium. Et anno Domini MCxlvij. idem ordo primo venit in *Angliam* (videlicet) ad **Anwick** in **Northumberland**, anno regni *Stephani* quarto: & ſic poſſumus preſcribere per quinque annos. Item *Eugenius* tertius papa, inter cætera, confirmat cellam ſancti *Martini*, cum ſuis appenditiis, & eccleſiam *Caterici*, cum ſuis capellis, cujus datum eſt tertio idus Auguſti, indictione decima, incarnationis Domini MCxlvj. pontificatus pape octavo. 1146.

Item *Eugenius* tertius Papa 1147. confirmat eccleſiam de **Richmond**, & capellam de *Caſtello*, cum omnibus quæ ad eas pertinent per totam Caſtellariam.

Item inquiratur qualiter dicti canonici Capellam ſive Heremitorū de **Boxdelbi** primitus obtinuerunt, & utrum ante Conqueſtum dictum **Boxdelbi**, pro Lupanari habebatur. Poſt Conqueſtum dicta Capella, ſive Heremitorium per abbatem ſanctæ *Mariæ Eboraci* dictis canonicis propter fratres ſuos leprоſos, intuitu caritatis fuerat collatum, ut creditur.

Memorandum, quod dominus *Galfridus* de **Hudwell** dedit monaſterio S. *Mariæ Eboraci*, & Priori ſancti *Martini* juxta *Richmondiam*, quandam culturam, de dominio ſuo, vocatum vulgariter **Ramhelridding**, prout includitur, &c. Ibid.

Et *Johannes* filius dicti domini *Galfridi* dat, & concedit, per Cartam ſuam, *Roberto* de *Stocia*, totum vaſtum ad capitalia dominia terrarum quondam

quondam patris sui, domini *Galfridi* predicti, tam in bosco, quàm in plano, tam in bovatis quàm in dominicis, exceptis culturis sancti *Martini*.

Item Prior sancti *Martini* habet predictam culturam de Rambelridding ut supra, de dono patris sui. Unde patet quod omne vastum, ad capitalia ejusdem culturæ versus boream & alibi, ac ad omnia capita culturarum suarum, pertinet ac pertinere debet dicto Priori ut patet per Cartam dicti domini *Galfridi* cum clausa *warranti*.

Item in Carta Regis *Henrici*, filii *Willielmi* Regis, habetur talis clausula: *Ut ne alicujus hæres vel successor quærat relevamen, vel dominium aliquod, præter Elemosinam, de elemosinis quas aliquis dedit predictæ Abbathiæ.* Et nos habemus omnes terras, & tenementa nostra, datas in puram & perpetuam elemosinam. Unde patet quod omnia vasta in terris nostris, & in fines earundem, nostra sunt & non alterius cujuscunque dominii.

Carta regis Henrici *secundi.*

Ex registro cartarum abbatiæ S. *Mariæ Eboraci* in bibliotheca *Dunelmiana* an. 1646. fol. 6. b.

HEnricus Dei gratia rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, Omnibus archiepiscopis (*&c.*) per *Angliam* salutem. Sciatis quod ego *Henricus* rex *Angliæ* pro salute animæ meæ (*&c.*) concedo & dono in puram elemosinam *Savarico* abbati & successoribus ejus, & abbatiæ beatæ *Mariæ Eboraci* & monachis ibidem Deo servientibus, terras, &c. ecclesias, (*&c.*) liberas & quietas ab omni terreno servicio, in perpetuam possessionem, cum soch & sach & tol & theam & infangenthef, cum eisdem legibus & dignitatibus & libertatibus & consuetudinibus quas habet ecclesia sancti *Petri Eboraci* vel ecclesia S. *Johannis Beverlaci*: & nominatim quando *Eboracscira* fuerit summonita ire in exercitu regis, tunc inveniet prædictus abbas unum hominem tantum in exercitu regis cum vexillo S. *Mariæ*, sicut faciunt supradictæ ecclesiæ. Et ne eant homines S. *Mariæ* ad shiras vel tridingas vel wappentac. vel hundred. si etiam vicecomites vel ministri eorum habeant querelam contra homines S. *Mariæ*, dicant abbati & statuto die veniant in curia S. *Mariæ*, & ibi habeant rectum de capitali placito suo, & S. *Maria* habeat quicquid pertinet ad curiam suam. Et ne alicujus hæres vel successor quærat relevamen vel aliquid dominium præter orationes & preces & elemosinam animæ suæ de beneficiis & elemosinis quas aliquis dedit prædictæ abbatiæ. Qui subscribuntur hic. *Willielmus* itaque proavus, rex *Angliæ* dedit abbatiæ supradictæ in *Appultona* quatuor carrucatas terræ, in Bezmanby tres, in *Spauntona* duas, in Lestingham tres, in *Eboraco* ecclesiam S. *Michaelis* & quatuor mansuras terræ, & hoc quod *Hernegrinus* monachus tenuit, hoc est *Paveschcria*, & quicquid habuit in Birkeby & Hunkelbye, quatuor carrucatas terræ & sex bovatas, & in *Eboraco* duas mansuras terræ, & ecclesiam S. *Salvatoris*, in *Huntyngtona* i. carrucatam terræ, & ad Buntabrige unam carrucatam terræ.

Willielmus quoque rex filius ejus qui etiam abbatiam illam in loco ubi modo sita est propria manu fundavit, dedit in *Grymstona* quatuor carucatas terræ & dimidiam carucatam & villam de Elmeswelle.

Henricus verò rex avus meus dedit Ufflet & quicquid ei pertinet, & hoc quod est inter Ufflet & Ayrmyn, & in Yaldenby quantum habuit. *Alanus* comes *Rufus*, ecclesiam S. *Olavi* & burgum in quo ecclesia sita est, ubi à *Willielmo* rege abbatia competentiùs fundata est, quam apud Lestingham fuit, & in *Hoylanda* ecclesiam sancti *Bothulphi* & quod pertinet ad unam carrucatam terræ in Skyrbeck, & sedem molendini, & ecclesiam *Catricii*, & ecclesiam de Richemund & capellam de castello, & decimas de dominio castellariæ suæ quam tenet in *Eboracscbira* præter partem ecclesiarum; Necnon etiam dedit tertiam partem decimarum hominum suorum de illis terris quas sub eo tenent in prædicta castellaria.

Alanus comes *Niger* ecclesiam de Gillinge, & unam carucatam terræ, & quicquid eidem ecclesiæ pertinet, & decimam suam de Valyngburgh, & in Yeselyngfeld, duas hydas terræ, & in *Skeltona* duas carucatas terræ.

Stephanus (de *Albemarla*) *Fulfordam* cum tota soca sua, & *Fostunam*, & in *Hiepetuna*, & Cheddesthorp, & in Aseryk, duas carucatas terræ. in *Acastra* quinque bovatas, & in alia Fulsord undecim bovatas terræ, in Thornton duas carucatæ terræ, in *Flaxtona* undecim bovatas, in Fulsord tres carucatas terræ, in Alwaldethorp, unam carucatam terræ.

Odo, Comes (de *Campania*) & *Stephanus* filius ejus, manerium Hornethay, & ecclesiam ejusdem villæ, & Parram ejus piscaturam & Thorp ibi juxta.

Berengerius de *Todenye* in Lestingham unam carucatam terræ, in Spaunton sex. in Ryrkeby-Pisperton octo & dimidiam, in Dalby tres, in *Skakeldena* sex bovatas terræ. in Lyndesey in Bek unam carucatam terræ, in Brnburc quatuor viginti acras terræ.

Hugo Baldrici filius, in Potona octo carucatas terræ, in Normanby tres carucatas terræ; & in Ryrkeby-Pisperton tres.

Osbernus de Arches in Populton tres carucatas & dimidiam. In Apilton tres & sedem molendini. In *Hesteicia* duas carucatas terræ & dimidiam, & in *Eboraco* duas mansuras terræ.

Odo Balistarius in *Grimstona* quatuor carucatas terræ & dimidiam & decimas suas de Scarpinbek & de Bugathorp.

Gilbertus de Gaunt in Fereby decem bovatas terræ.

Gilbertus Tisun in Runthorp tres carucatas terræ.

Alanus comes cellam de Romburgh cum pertinentiis suis.

Normannus de Arcy in Brunnum tres carucatas terræ.

Lewinus monachus in Japum quatuordecim bovatas terræ, in *Eboraco*, i. mansuram terræ.

Wulstanus presbiter in *Canuda* unam bovatam terræ.

Willielmus de Yestois ecclesiam de Banham, & j. carucatam terræ, cum ecclesia de Wylveby,

& decimis de dominiis. *Oſtredus* in *Midletona* unam carucatam terræ, in **Dibe** unam carucatam terræ.

Bareth filius *Corby* in *Semera i.* car. terræ.

Ilbertus de *Laci* in *Mertona* & in **Gerfozd** quinque carucatas terræ & dimidiam & eccleſiam quæ in eadem terra de **Gerfozd** ſita eſt.

Odo camerarius quatuor carucatas terræ in **Langthozp** & unam in *Fingala*.

Dunwald dimidiam carucatam terræ in **Ryſewyk**.

Bardulfus eccleſiam de **Paterykebrumpton**, & *i.* carucatam terræ & eccleſiam de **Ravenſwath**, & unam carucatam terræ.

Hervy, **Perſk**, & **Flet**.

S. Martini de Richmond cella S. Mariæ Eboraci.

Wymarus dapifer capellam ſancti *Martini* de **Richemond** & *i.* carucatam terræ; in **Edelyngthozp** quatuor carucatas terræ, & eccleſiam de **Thozpton**, & dimidiam carucatam terræ. In *Forſeta i.* carucatam terræ, & in *Mitona* quatuor carucatas terræ & decimam ſuam de *Wera*.

Robertus de *Stutevilla* in **Edelyngthozp**, *i.* carucatam terræ. In **Harton** duodecim carucatas terræ, & decimas de dominio ſuo de **Cukewald** & **Yoningham**, **Kirkeby**, **Buttercram**, & **Strayngham**, & *Langtuna*; & unam bovatam terræ, in quaqua villa, in **Cucewald** autem duas.

Robertus de **Patſnil** & *Robertus* de *Stutevilla* octo carucatas terræ in *Mitona*.

Et *Robertus del* **Patſnil** in *Suttona* duodecim bovatas terræ.

Galfridus Mardac in eadem villa duodecim bovatas terræ.

Oclemannus duas carucatas terræ in **Knapton**.

Eniſant Muſard eccleſiam de **Croft**, & quartam partem ejuſdem villæ, id eſt, quatuor carucatas terræ.

Willielmus de la Mara, *i.* carucatam terræ in **Danby**.

Hardwyn des Eſchalers in **Smethton** quatuor carucatas terræ, & eccleſiam ejuſdem villæ; & **Bernald** unam carucatam terræ in eadem villa.

Hernegrinus monachus **Kyrkeby** in **Hundelvesdale**, eccleſiam ejuſdem villæ.

Berengerius de *Todenei* novem carucatas terræ, & dimidiam in *Finmara*, & quatuor carucatas terræ in **Hunkleby** & decimam ſuam de **Dalton** & juxta **Chevermunt** dimidiam carucatam terræ.

Willielmus Peverell octo carucatas terræ in **Rudſtan**.

Hugo duodecim bovatas terræ in **Scamſton**.

Robertus de *Inſula* & uxor ejus *Albreda* in eadem villa alias duodecim bovatas terræ.

Walding i. carucatam terræ in *Sproxtona*.

Radulphus Painel ſex carucatas terræ & unam bovatam in *Millingtona*, & in **Hugeth** eccleſiam & decimam ſuam, & terram eccleſiæ, & ſeptem bovatas terræ in **Howald**.

Gilbertus duas carucatas terræ in **Folkewarethozp**.

Rogerus Hovechel in *Gartuna* dimidiam carucatam terræ & decem acras & decimam ſuam.

Robertus de **Veſcy** duas bovatas terræ in **Suthferiby**.

Ivo de **Veſcy** duas carrucatas terræ in **Gilling** in **Ridale**.

Petrus de **Ros** duas carucatas terræ in eadem villa, & eccleſiam ejuſdem villæ.

Humfredus i. carrucatam terræ in **Watton**.

Rogerus de *Sumeri* dimidium hidæ terræ in **Yeſelingfeld**, & eccleſiam & decimam ſuam.

Sefredus novem acras terræ in eadem.

Goſfridus Bainard eccleſiam de **Burton**, & eccleſias & terras quæ ad eam pertinent, id eſt, de **Arpham**, & de *Foxhola*, & de **Butterwyk**, & decimam ſuam de *Burtuna*.

Wydo de **Baillol** eccleſiam & unam carucatam terræ in *Stocalea*, & eccleſiam de *Skaintuna* & duas bovatas terræ, & eccleſiam de **Gaynſozd** cum ſuis pertinentiis.

Robertus de **Muſters** quatuor carucatas, & eccleſiam de **Bunnaton**.

Ribald quatuor carucatas terræ in eadem villa, & aliquas manſuras juxta **Richemonde**.

Nigellus Foſſard eccleſiam ſanctæ *Crucis* in *Eboraco*, & eccleſiam de *Doncaſtre*, & quicquid ei pertinet, & ſexdecim manſuras terræ in eadem villa, & unam carucatam terræ in **Kinermundeſhale**, & decem bovatas ad moras & *i.* carucatã terræ in *Wermeſwricha*, & in **Cottyngwyth** duas carucatas. Et eccleſiam de **Yoton**, & unam carucatam terræ, in *Thorntuna* tres carucatas terræ, & eccleſiam de **Waynetun**, & unam carucatam terræ & decimas ſuas, & in *Doncaſtre*, & circa *Doncaſtrum* decimam ſuam, & in **Carthozp** quatuor carucatas terræ.

Gilbertus Tiſun duas bovatas terræ in **Yelmelei**.

Robertus Andegavenſis decimam ſuam in **Yeſet** & unam bovatam terræ.

Goſelinus unam carucatam terræ in *Watſanda*: In *Eboraco* quatuor manſuras terræ; In *Lincolia* octo manſuras; In **Huldelvesdale** quatuor carucatas terræ & dimidium.

Gamel de *Grymſtuna* decem bovatas terræ in **Kyrkeby**.

Willielmus epiſcopus *Dunelmie* unam carucatam terræ in **Roudaclive**.

Ulfe Forneſſon unam carucatam terræ in **Skertenbek**. In **Hawkeſwell** eccleſiam & unam carucatam terræ.

Alwredus quatuor bovatas terræ in *Wintringtuna*; & *Rompharus* ſeptem bovatas terræ & decem bovatas de *ſoca* regis, pro quibus debent reddi quoquo anno xv. ſol. & nihil omnino aliud ſed quietas haberi.

Rompharus in **Oſoldby** quatuor bovatas, in **Oſgodby** quatuor bovatas terræ.

Picotus in **Lincoln** eccleſiam ſancti *Petri*.

Normannus unam culturam terræ juxta *Lincolniam*.

Wygotus totam terram quam habuit in *Eboraco* in **Uſgate**.

Robertus de *Brus* **Apilton**, & quod ad idem manerium pertinet, & **Yozneby**, & totam terram illam quæ eſt inter prædictum manerium & regiam viam per quam itur de *Eboraco* ad *Dunelmiam*, quæ terra fuit de manerio quod **Pidelton** vocatur.

Et in **Sunderlandwic** duas carucatas terræ, & unum molendinum.

Wigans de **Yozneby** eccleſiam ejuſdem villæ & unam carucatam terræ.

Bertramus de *Verduno* eccleſiam & duas hidas

hidas in Bolward.

Robertus de Bridesshale ecclesiam ejusdem villæ, & quod ei pertinet, & duas carucatas terræ in Steresby.

Ivo Tallebois tres carucatas terræ in *Claxtuna*, & ecclesiam de Kirkby-Stephan, & tres carucatas terræ & decimam suam. In *Wintona* duas bovatas terræ, & decimas suas, & ecclesias de Kirkby in Kendal, & terras quæ ad easdem ecclesias pertinent, & villam quæ vocatur Potonrosit & ecclesiam de Bethum, & terram ejus quæ vocatur Haverbek, & ecclesiam de *Burtuna* cum pertinentiis suis, & unam carucatam terræ, & ecclesiam de Clapham & unam carucatam terræ.

Willielmus Aschetilli filius unum molendinum juxta Bunebroc. Colegrim duas carucatas & dimidium in *Beltona*, & dua molendina.

Alanus de Croun dimidiam carucatam terræ in eadem villa.

Walterus de *Daincourt* ecclesiam ejusdem villæ, & tres carucatas & dimidiam, & duo molendina, & decimas suas de Hanawarda, & de Blankanaie, & de Cozeby, & de Coten, & de Turgatton, & de Gzeneby, & de *Hikalinga*, & de Cnapthorp, & de *Cartuna*. *Matildis* uxor ejus unam carucatam terræ quæ fuit *Brunine* in Cozby, & silvam quæ pertinet ad eandem terram. Decimam de dominio de *Abbingtuna*, & de Lins, & de Thudesham, & decimam *Ribaldi* de Pitheuham de altera Lins, & decimam de Herunthorp, decimam *Normanni* de Flixeaburh, decimam *Gerardi* in Apelby & Gamelthorp, & terram quæ vocatur *Northunda* juxta *Burtunam* in *Lincolschira*.

Rompherus in *Lincolnia*, terram suam & domos & unum croftum & unam mansuram terræ.

Anca unam mansuam terræ in comitatu *Lincolniensi*.

Osbertus Goldrun unam mansuram, & terras & decimas infra murum *Lincolnia* & extra quas *Ermetrude* uxor *Ricardi* & filii eorum dederunt.

Picotus filius *Colsuani* in *Lincolnia* duas mansuras terræ & quatuor acras in campis & *lo* Heved-land.

Rompharus, totam terram quam habuit in campis *Lincolnia*, & pratum quod vocatur *Inglanda*.

Ascatillus Swata unam mansuram in *Lincolnia*, Suaneburg tres mansuras & *Alexander* filius ejus unam, & in *Lincolnia* terram quam *Gerardus* tenuit & eam quam *Gostardus* tenuit in *Lincolnia*, & duas terras quas *Hugo* nepos *Rompheri* tenuit, & unam mansuram quam *Girardus* frater ejusdem *Hugonis* dedit in *Lincolnia*, & duas mansuras quas *Ailricus* frater eorum dedit in *Lincolnia*, & unam mansuram terræ quam *Rodni* dedit & unam terram quam *Alanus* filius *Wigoti* dedit, quæ videlicet jacet inter terras, & omnes terras quas habent in *Lincolnia* & in *Eboraco*. In Dunsforp unam carucatam terræ & dimidiam, in *Bramtona* duas carucatas,

Gosfridus de *Stutevilla* insulam de Wreth & piscarias.

Gosfridus de la Wyzch, insulam de Santoft.

Willielmus de *Waremna* insulam de Henes, & piscarias ejus.

Robertus filius *Mescbin*. manerium de * Wederhal, & ecclesiam ejusdem villæ, cum molendino & piscaria, & boscis, & ceteris pertinentiis, capellam de Warthwyk, terram quæ camera sancti *Constantini* dicitur. In Cozeby duas bovatas terræ. Aquam de Edene versus Cozeby, nec non & ripam versus Cozeby in qua stagnum firmatum est, omnino videlicet liberas & quietas sine diminutione.

Radulphus Meschin ecclesias de Apelby, scilicet sancti *Michaelis* & sancti *Laurentii* & terras earum cum decimis de dominiis ejusdem villæ ex utraque parte aquæ.

Adam filius *Snoni* heremum S. *Andreæ*.

Utredus filius *Ligolfi* tertiam partem Crogelie cum ecclesia & ceteris pertinentiis, & duas bovatas terræ in *Elstuna* & molendinum de Stotby.

In *Cunquintina* dimidiam carucatam terræ. In Saurby decimam de dominio. *Enisam* filius *Walteri* unam carucatam terræ quæ fuit *Durandi* in Colby.

Ketellus filius *Elredi* ecclesiam de Poyland, & tres carucatas terræ.

Waldef, filius *Gospatrici* ecclesiam de Bzounfeld & corpus ejusdem manerii.

In Dalchild decimam de dominio in Compsland.

Willielmus Meschin, Chirkbibecoch, hoc est septem carucatas terræ cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam * S. *Bega* & quicquid ad eam pertinet, sicut Carta prædicti *Willielmi* testatur. * S. Begæ cella S. Mariæ Ebor.

Radulphus filius ejus villam de Snanerdale & dimidiam carucatam terræ in Egermond. *Reginaldus* faber aliam dimidiam carucatã terræ in eadem villa.

Ketellus filius *Elredi* ecclesiam de *Wirchintuna* & duas carucatas terræ, & unum molendinum in eadem villa, & villam de Preston cum bosco & ceteris pertinentiis.

Waldef filius *Gospatrici* villam de Stainburn.

Gospatricius filius eorundẽ villam de Saltergh, & communam in bosco & pastura sua de *Whyrkingtona* illis qui manent in terra monachorum in eadem villa.

Rogerus filius *Gilberti* in Hilfingham duas bovatas terræ.

Willielmus filius *Gilberti* totam terrã de Snaeheved.

Rainerus dapifer, duas bovatas terre in *Retingtuna*.

Godardus dapifer, ecclesias de Botle, & de Whitingham, cum tota parochia quæ est inter Usk & parochiam de Hillum.

Matildis uxor ejus villam de *Amersetа* cum omnibus quæ ad eam pertinent.

Willielmus filius *Duncani* libertatem pannagiorum, & salinarum infra divisas terræ quæ pertinet ad ecclesiam S. *Bega* in commune foreſtæ suæ, tam porcis monachorum quam hominum suorum & terram de Hothneth.

Alanus filius *Waldevi* duas bovatas terræ in Cosefozd, & quatuordecim Salmones unoquoque anno in Quadragesima, scilicet de piscaria sua de *Cockermutha*.

Radulphus de Lindesai ecclesiam de Lovenswater.

Patricius de *Gaurges* dimidiam carucatam terræ in Kykeby-Piserton.

* *wederhall* cella S. *Mariæ Ebor.*

In *Suttona*, juxta pontem de *Nortuna*, duas carucatas terræ, & duas bovatas. In *Brideshala* unum molendinum. In *Mortuna* tres carucatas terræ.

Turgisius de *Rodeham* tres carucatas terræ **Nunnington.**

Walterus de **Kenningwold** viginti duas bovatas terræ in **Onlonelby.**

Petrus de *Walins* unam mansuram terræ in *Lundonia.*

Berengerius de *Todeni* ecclesiam de **Bunibuc.**

Ulfredus Ulfsor ecclesiam de *Middeltona* in *Richmondschira.*

Hæc itaque omnia subscripta Deo & ecclesiæ prædictæ imperpetuum optinenda, Regia autoritate & regali sigillo confirmo sicut hæc presens Carta testatur. Testibus his *Thoma Cantuariensi* archiepiscopo, *(&c.)*

Charta Willielmi *regis exemplificata,*

Pat. de an. 35 Ed. 1 m. mb. 41.

REx omnibus ad quos &c. Salutem. Inspeximus cartam bonæ memoriæ domini *Willielmi* quondam regis *Angliæ*, progenitoris nostri, in hæc verba. Willielmus Anglorum *rex, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, justiciariis, & omnibus hominibus suis & ministris per* Angliam *salutem. Sciatis, quod ego* Willielmus Anglorum *rex filius* W. Anglorum *regis, &* Normannorum *ducis, pro salute animæ meæ, pro salute quoque animarum* Edwardi *regis, &* Willielmi *regis patris mei, matrisque meæ,* Matildis *reginæ, necnon pro statu regni mei, consilio & assensu* Eboracen. *archiepiscopi, qui aliquando inde movit quæstionem, autorizo sanctæ* Mariæ Eborac. *cœnobii ecclesiam & totum loci ipsius cœnobii, quantum est de extra civitatem, à* **Galmon** *usque ad filum aquæ* Usæ, *cum fede molendini. Et confirmo & concedo in puram elemosinam, & deo* Stephano *abbati, & successoribus ejus, & prædicto cœnobio, terras, ecclesias, decimas, silvas, plana, stagna, molendina, & alias possessiones suas possidendas liberas & quietas ab omni terreno servicio in perpetuam possessionem, cum eisdem legibus, libertatibus, & dignitatibus, & consuetudinibus, quas habet ecclesia sancti* Petri Eboraci, *vel ecclesia sancti* Johannis Beverlaci, *aut sicut aliqua ecclesia in tota* Anglia *magis est libera, sit & hæc libera, & omnes terræ ad eam pertinentes, quas nunc habet, vel quas rationabiliter adquirere poterit: unde quedam hic subscribuntur.*

Willielmus *itaque pater meus dedit abbatiæ supradictæ in* **Apilton** *iiij. carucatas terræ, in* **Nozthmanby** *tres, in* **Spanton** *duas, in* **Lessingham** *tres, in* Eboraco *ecclesiam sancti* Michaelis, *& sex mansuras terræ & quod* Hernegrinus *monachus tenuit, hoc est,* **Paines Thorp**, *& quicquam habuit in* **Kirkeby**, *& in* **Punkelby**, *& in* Eboraco *duas mansuras terræ, & ecclesiam S.* Salvatoris. *Ego quoque ex augmento doni mei addidi in* **Gzimiston** *iiij. carucatas terræ & dimid. comes vero* Alanus, *post me & patrem meum hujus abbatiæ inceptor & institutor, dedit ecclesiam S.* Olavi, *in qua caput abbatiæ in honorem sanctæ* Mariæ *melius constitutum est, & burgum in quo ecclesia sita est, a* **Galmon** *versus* Clifsonam, *& versus aquam ix. carucatas terræ in* **Clifton** *& dimid. & villam de* **Sutton** *in* Holandia: *Ecclesiam sancti* Botulphi *& quod ei pertinet, & unam carucatam terræ & sedem molendini: ecclesias* **Gillyng**, Katricii, *& decimas de dominio castellaria suæ.* Berengerus *de* **Todeni** *dedit in* **Lessingham** *unam carucatam terræ, in* Spantona *sex, in* **Pisperton-Kirkeby**, *viij. carucatas terræ & dimid. in* **Dalby** *iij. in* **Stakelden** *sex bovatas, in* **Lyndeshay** *unam carucatam terræ, & in* **Winnebzok** *ecclesiam, & iiij. vinæ aræ.* Hugo Baldrici *filius, in* **Yoton** *viij. carucatas terræ, in* **Nozthmanby** *iij. In* **Pisperton** *iij.* Osbertus *de* Arches, *in* **Popelton** *iiij. carucatas terræ, in* **Apilton** *iij. & sedem molendini. In* **Yeslet** *ij. & dimidiam.* Odo *balistarius in* **Gzimiston** *iiij. carucatas terræ & dimid.* Gilbertus *de* **Gant** *in* **Fereby** *x. bovatas.* W. *de* **Stois** *ecclesiam & unam carucatam terræ in* **Banham.** Ilbertus *de* Lacy *in* Strettona *& in* **Gerefozd** *v. carucatas terræ & dimid. & ecclesiam.*

Omnes iste terræ, vel quas imposterum rationabiliter adquirere poterit prædicta abbacia, vel maneria, vel Cellæ, vel quecunque possessiones, sint quiete de placitis & querelis, & murdro, & latrocinio, & scutagio, & geldis & Danegeldis, & hidagiis, & de operationibus Castellorum, & pontium, & parcorum, & de Ferdwyta. *Concedo insuper eidem abbatiæ pacis fracturam & pugnam in domo factam, & domus invasionem, & omnes assultus hominum suorum, & sac & sac & tol & them & infangthef & utfangthef. Concedo insuper, ut post obitum abbatis ejusdem ecclesiæ, ex eadem congregatione eligatur alius. Et si vicecomites vel ministri eorum habent querelam contra homines sanctæ* Mariæ, *dicant abbati* Eboraci, *& statuta die veniant ad hostium sanctæ* Mariæ, *& ibi habeant rectum de omnibus querelis. Et non eant homines sanctæ* Mariæ, *nec ire cogantur ad comitatus, vel* schiras, *vel* **Trydinges**, *vel* **Wapintakes**, *vel* **Hundrez.** *Testibus comite* Alano, Milone Crispin. Quam quidem cartam propter vetustatem ejusdem & debilitatem sigilli eidem carte appositi exemplificandam duximus per presentes, quas sigillo nostro fecimus consignari. Teste rege apud **Lanrecost** primo die Januarii. Dupp.

Charta Stephani *comitis* Britanniæ.

Pat. 10. E. 2. part. 1. m. 11. per Inspex.

STephanus Dei gratia comes *Britanniæ*, omnibus audientibus & videntibus literas has, tam presentibus quàm futuris, salutem. Notum sit vobis me dedisse & concessisse ecclesiæ sanctæ *Mariæ Eboraci* & monachis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, villam quæ vocatur *Fusaforda*, cum tota *soca* sua, quietam & liberam ab omni terreno servicio. Non solum autem hanc prædictam elemosinam, set & omnes tenuras & beneficia, scilicet in ecclesiis, terris, decimis, stagnis, aquis, pratis, molendinis, & foris, silvis, quæ antecessores mei, comites, vel ego ipse vel hæredes de feodo nostro prædictæ abbatiæ dederunt, concedo ab omni terreno servicio quieta & libera, preter orationes & elemosinas, imperpetuum eidem abbatiæ possidenda, pro anima domini *Willielmi* regis, & pro salute domini mei *Henrici*

Henrici regis, & pro anima mea & comitisse meæ, & liberorum meorum, & omnium fidelium defunctorum. Quæ subscribuntur hîc.

Ecclesiæ de *Ricamunda* & capella de *Castello*, cella sancti *Martini*, ecclesia de *Cateris*, & de *Boletona*, ecclesia de *Gillinga*, & una carucata terræ, & ecclesia de *Forseta*, & capella de *Curtuna* & de **Argum**: ecclesia de **Raſweſwaht**, & una carucata terræ: ecclesia de **Croſt**, & quarta pars ejusdem ville. In *Sivituna* quinque carucatas terræ, & ecclesia ejusdem villæ: ecclesia de *Patricbruntuna*, & una carucata terræ: ecclesia de *Torentuna*, & una carucata terræ: ecclesia de **Houceſwell**, & una carucata terræ: in *Scottana* quatuor carucatæ terræ: parvam **Daneby** cum pertinentiis: quatuor carucatæ terræ in **Langathorne**, & in *Finagala* una carucata terræ; in **Riſelwicke** dimidium carucatæ terræ: villa quæ vocatur *Bringeſtuna*, & ecclesia ejusdem villæ: ecclesia de **Hoznabi**, & una carucata terræ: ecclesia de *Middeltona*. Præterea, decime de dominiis meis sive hominum meorum castellarie meæ de *Ricamonda*, præter partem ecclesiarum. In *Hoilandia* ecclesia sancti *Botulphi* & quod ei pertinet, & una carucata terræ in **Scirebec** & sedes molendini.

Concedo etiam præfatis monachis, ut in tempore nundinarum in cimiterio prædictæ ecclesiæ sancti *Botulphi*, & extra cimiterium suum in tota terra sua ejusdem villæ, commodum suum sine aliquo impedimento mei vel meorum pro libito suo faciant in perpetuum. In *Grantabrigeſcira*, in **Heſelingfelt** duas hidas terræ, & decima mea de **Waſingburg**, & de *Abiltona*, & de *Lintona*, & de *Witrena*: & in Norfolcia decima de **Lins**. Hæc itaque omnia cum pertinentiis suis, & si quæ alia vel prædecessores mei comites, vel ego postea, vel homines de feodo nostro abbatiæ sanctæ *Mariæ Eboraci* dederunt, confirmo & presentis chartæ testimonio corroboro, & illibata prædictis monachis & eorum usibus inperpetuum fore censeo, sicut aliqua abbatia in tota *Anglia* meliùs vel liberiùs aliquas elemosinas possidet.

Hanc verò chartæ auctoritatem, & sigilli mei confirmationem, si quis hæredum meorum, vel quilibet alius, diabolico furore instigatus, violare vel infirmare presumpserit, nisi citò emendaverit, maledictionem Dei & mei & omnis cœlorum militiæ, & totius catholicæ ecclesiæ possideat. Hæc omnia in die sepelicionis *Johannis* episcopi nepotis mei, in capitulo ejusdem ecclesiæ, coram abbate *Galfrido* & omnibus fratribus concessi, dedi, & perhenniter confirmavi, testimonio *Conani* archidiaconi, *Richardi* de *Rullos*, *Radulphi Talebos*, *Scotlandi*, *Acharie*, *Wigani*, *Landrici* filii *Radulphi* Canonici **Lington** cognati mei, *Goffridi* de *Silli*, *Bruſſelli* capellani prædicti episcopi, *Gocebini*, magistri *Thomæ*, *Fattegarl*, *Hervei Ribaldi* filii.

Charta *Conani* Ducis *Britanniæ*, &c.

Ibid. NOtum sit omnibus legentibus & audientibus literas has quod ego Conanus, *dux* Britanniæ, & *comes* Richmondiæ, Alani *comitis filius*, *conceſſi & dedi & presenti charta confirmavi eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Eboraci, & *monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro meipſo & pro ſalute patris & matris meæ, & pro animabus avunculorum patris mei, comitum videlicet* Alani Rufi & Alani Nigri, *quicquid ipſi avunculi patris mei, comitis, & avus meus, comes* Stephanus, & *pater meus* Alanus *dederunt ſive confirmaverunt, & quicquid barones mei & vavaſores & milites & drenges dederunt eidem eccleſiæ, & in terris, & in eccleſiis, & in decimis, in foris, in ſilvis, in planis, & in aquis, in pratis, in paſcuis, in piſcariis, in ſtagnis, in molendinis, & nominatim villam de* **Fulefozd**, *cum tota ſoca ſua, & omnes tenuras & beneficia quæ anteceſſores mei comites prædictæ abbatiæ dederunt; concedo ab omni terreno ſervitio quieta & libera, preter oraciones & elemoſinas, inperpetuum eidem eccleſiæ poſſidenda. Quæ ſubſcribuntur hic.*

Eccleſias de **Richemund**, & *capellam de Caſtello, cellam ſancti* Martini, *eccleſiam de* **Cateriz**, & de Boletona, *eccleſiam de* Gillinga & *unam carucatam terræ, & eccleſiam de* Forſeta & *capellas de* Curuma & de **Argum**: *eccleſiam de* **Ravenelſwath**, & *unam carucatam terræ. Eccleſiam de* **Crofth** & *quartã partem ejuſdem villæ. In* Sivituna *quinque carucatas terræ & eccleſiam ejuſdem villæ. Eccleſiam de* Patrichbruntuna, & *unam carucatam terræ, eccleſiam de* Torentina, & *unam carucatam terræ, eccleſiam de* Hocheſwella, & *unam carucatam terræ. In* Stocuna *quatuor carucatas terræ, in* **Daneby** *unam carucatam terræ, in* **Langhetoin** *quatuor carucatas terræ. in* Finagala *unam carucatam terræ; in* **Riſelwyth** *dimidiam carucatam terræ, villam quæ vocatur* Brimmingſtona *cum eccleſia ejuſdem villæ. Eccleſiam de* **Hozneby** & *unam carucatam terræ, eccleſiam de* Middeltona: *preterea decimas de dominiis meis ſive hominum meorum caſtellarie meæ de* **Richemund**, *preter partem eccleſiarum. In* **Hoiland** *eccleſiam ſancti* Botulphi *cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam carucatam terræ in* **Scirebec** & *ſedem molendini. Concedo etiã prefatis monachis ut in tempore nundinarum in cimiterio prædictæ eccleſiæ ſancti* Botulphi, & *extra cimiterium in tota terra ſua ejuſdem villæ, commodum ſuum ſine aliquo impedimento mei vel meorum pro libito ſuo faciant imperpetuum. In* Grantebriggeſcira, *in* **Heſelingafelð** *duas hidas terræ, & decimam meam de* **Waſſingbur**, & *de* Abbittona, & Lintona, & *de* **Witre**: & *in* Norfolcia *decimam de* **Lins**, & *cellam de* **Romburgh**, *quam pater meus eidem eccleſiæ dedit, cum omnibus pertinentiis ſuis.*

Hæc itaque omnia, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſi qua alia vel predeceſſores mei comites, vel ego poſtea, vel homines de feodo noſtro prefate abbatiæ dederunt, confirmo, & preſentis charte teſtimonio corroboro, & illibata prædictis monachis & eorum uſibus in perpetuum fore cenſeo, ſicut aliqua abbatia in tota Anglia *meliùs vel liberiùs aliquas elemoſinas poſſidet. Hiis teſtibus,* Roberto de **Gant**, Petro Boterell, Roberto *camerario*, Hamelino *cancellario*, Herveo *filio* Acheris, Gaurnerio *filio* Summari, David *Lardenario*, Willielmo *vicecomite*, Wigano *filio* Cadet, Gaufrido Boniface, Willielmo *filio* Roaldi, Arnaldo *clerico*, Eudone le mareſchall, & *aliis multis apud* Eboracum.

Dimiſſio

Dimissio Abbatis & Conventus monasterii beatæ Mariæ Eboraci, pro ecclesiis, pensionibus & portionibus suis.

Ex archivis archiepisc. *Ebor.* libro *Zouch.* fol 9.

IN Dei nomine Amen. Cum nos, *Willielmus*, permissione divina *Eboraci* archiepiscopus, *Angliæ* primas, sedis Apostolice Legatus, in nostræ visitationis progressu, quam in & de dioceſi nostra nuper exercuimus, & adhuc eandem visitationem continuamus, comperimus, quod Religiosi viri, Abbas & Conventus monasterii beatæ *Mariæ Eboraci*, nostræ dioceſis, ecclesias parochiales & capellas, Portiones, & Pensiones, & decimas parochiales infrascriptas, videlicet in Archidiaconatu *Eboraci*, eccleſiam, sive capellam sancti *Olavi*, cum capelli de **Fulford**, de **Popilton**, de **Askam-Bryan & Knapton**, Item eccleſiam de **Donecaster**, pensiones, portiones, & decimas parochiales, videlicet, de eccleſia sancti *Michaelis* ad pontem *Use Eboraci* xxxvj. solidos, de eccleſia sancti *Salvatoris Eboraci* x. solidos, de eccleſia sancti *Wilfridi Eboraci*, dimidiam marcam, de eccleſia sanctæ *Crucis Eboraci* xx. solidos, Item infra parochiam de **Gganneby** duas partes decimæ garbarum de dominicis terris domini *Edmundi* de **Daincourt**, domini dictæ villæ.

Item infra parochiam de **Hykelinge**, duas partes decimæ garbarum, de terris dominicis de **Hykelinges**, Item infra parochiam de **Harewood**, duas partes decime garbarum, de terris dominicis domini de **Harewood**, Item infra parochiam de **Newton** in le **Wylighes**, decimas proventus de terris dominicis, & pratis, ac molendini & manerii domini *Simonis* de **Byme**, domini ejusdem villæ. pensiones in eccleſia de **Gerford**, xxx. solidos, Item in archidiaconatu **Est-Riding**, eccleſiam de **Burton Anneys**, in proprios usus, pensiones de vicaria in eadem, xvj. marcas. pensiones de eccleſia de **Rudstane**, xxx. sol. & duas partes decimæ garbarum de terris dominicis Abbatis & Conventus monasterii prædicti infra dictam parochiam de **Rudstane** existentibus. de eccleſia de *Hornsey*, C. solidos, de eccleſia de **Hugates**, xl. solidos, de eccleſia de **Hykeby** in **Hundol'dale**, xx. solidos, ac medietatem decimæ garbarum feni, & agnorum dictæ parochiæ, ac decimam quatuor bovatarum terræ in eadem parochia. Et decimas majores, & minores quatuor carucatarum terræ & dimid. in eadem parochia, quas iidem religiosi colunt, ac decimam lanæ & agnorum eorundem religiosorum in eadem parochia.

Item infra parochiam de **Langton**, prope **Walton**, decimam garbarum de septem carucatis terræ, de dominicis terris domini de **Uescy**, Item infra parochiam de **Skirpenbeck** duas partes decimæ garbarum domini de **Skirpenbek**, & de xvij. bovatis terræ & decimam de tribus culturis per baronem & dominum de **Skirpenbek**, predicta ad culturam redactis, Item duas partes decimæ garbarum de terris dicti domini de **Skirpenbek** infra parochiam de **Bugthorp**, Item duas partes decimæ garbarum de terris dominicis domini de **Scraingham**, infra parochiam de **Scraingham**, Item duas partes decimæ garbarum de terris dominicis domini de **Buttercramb**, infra parochiam de **Buttercramb**, Item duas partes decimæ garbarum de terris dominicis . . . . . Abbatis & Conventus monasterii prædicti de **Elmeswell**. Item pensiones in eccleſia de **Forholl**, xij. marchas, Item pensiones in prædicta eccleſia de **Langton**, prope **Walton**, duos solidos, Item in archidiaconatu **Cliveland** eccleſiam de **Overton**, eccleſiam de **Lestingham**, eccleſiam de **Pitton** in proprios usus, pensiones in eccleſia de **Kirkby-Pisperton**, x. solidos.

Item in eccleſia de **Normanby**, decem solidos, in eccleſia de **Foston**, dimidiam marcam, Item in eccleſia de **Scherikhoton**, xx. marcas, Item in eccleſia de **Gillinge** in **Rydall**, quatuor marcas, Item in archidiaconatu *Notinghamiæ* pensiones in eccleſia de **Cowton**, xx. quatuor solidos, Item in eccleſia de **Hikeling**, xxvj. solidos & octo denarios, Item in eccleſia de **Gganeby**, viij. marcas, Item in eccleſia de **Stratton** in *le* **Clay**, dimidiam marcam, Item in eccleſia de **Kirtlington**, Item in archidiaconatu *Richmundiæ* Cellam sancti *Martini* juxta **Richmond**, & S. *Begæ* in **Coupland**, cum suis juribus, & appenditiis. Item eccleſias de **Bzington**, de **Katerike**, de **Gillinge**, de **Kirkby-Kendall**, & **Kirkby** in **Le[illegible]dale**, cum capellis de **Boulton**, **Hippes[illegible]**, **Hudeswell**, ab eccleſia de **Katerike**, & capellis de **Foxette**, & **Yoton**, **Barton**, **Cowto[illegible]**, **Berford**, **Crgham**, **Norham**, ab eccleſia de **Gillinge**, prædictis dependentibus, necnon portiones seu decimas parochiales in parochiis eccleſiarum, videlicet, de **Wells**, duas partes decimæ garbarum de terris dominicis. In **Eastwitton**, & **Hulton**, in parochia de **Middleton**, duas partes decime garbarum. In **Carleton** in **Coverdale**, in parochia eccleſiæ de **Coverham**, duas partes decimæ garbarū. In **Spenningthorne**, in **Thornton Watlous**, duas partes decimæ garbarum de dominicis quondam *Ribaldi*.

Item in **Leyburne** in parochia de **Wendesly**, in **Dalton**, super **Teese**, in parochia de **Crofts**, de duabus carucatis terræ, In **Hatlow Cowton**, de dominicis quondam *Wymari* Dapiferi, duas partes decimæ garbarum. In **Flethan**, in **Stuandbrige**, in parochia de **Kirkby**, in dominicis quondam *Odonis* Camerarii, duas partes decimæ garbarum, In **Londe**, in parochia de **Kirkby Ravenswath**, In **Wycliffe**, duas partes decime garbarum, In **Scotton**, de octo carucatis terræ omnes decimas garbarum, cum medietate feni de dominicis quondam *Hillarii*. In **Aynderby**, In **Norton**, duas partes decimæ garbarum, In **Warlowby**, in **Thirnoft** tertiam partem decimæ garbarum de dominicis quondam *Asketelli*. In **Croft Barton**, **Halnathby**, **Stapleton**, **Clesseby**, **Aldburgh**, **Caldewell**, **Brumpton**, **Skyteby**, **Burton** constabularia & **Bellerby**, tertiam partem decimæ garbarum de dominicis quondam *Nisardi Musard*. In **Langeton**, tertiam partem decimæ garbarum; de dominicis quondam *Hugonis Jarnegam*. In **Birkam**, in **Aske**, in **Bretanby**, **Carleton**, **Berford**, tertiam partem decimæ garbarum de dominicis. In parochia de **Scurbeton**, & **Westanfeld** de dominicis, tertiam partem decimæ garbarum. In **Est-tanfeld** & **Aynderby**, in parochia de **Kirtlington**, & de **Pichehale**, duas partes decimæ

decimæ garbarum, de dominicis. In Stuanoby, de duabus carucatis terræ, de decimis in dicta parochia in Pikehale, tertiam partem decimæ garbarum de dominicis *Roberti* & *Willielmi* de ..... et in Widleton, in parochia de Wath, duas partes decimæ garbarum, & tertiam partem decimæ garbarum de dominicis *Eliæ* filii *Merkeri*. In Helmoxby, in magna Crakhale, duas partes decimæ garbarum in dominico Domini ....

In Scoxton de minutis decimis de domo *Henrici* filii *Johannis*, duas partes, de domo *Gilberti* de Walton tertiam partem, de molendino ejusdem villæ, nomine decimæ, quinque solidos, scilicet, de domo dicti *Henrici* filii *Johannis* duas partes, de domo dicti *Gilberti* tertiam partem, de molendino de Colburne duos solidos, & sex denarios, & duas partes minutarum decimarum de domibus, vel maneriis *Johannis* de Bzeton, & *Ade* de Wanughby in dicta villa de Colburne. In villa de Ellerton, de domo *Hugonis Malebys* duas partes minutarum decimarum, & de domo *Alani* filii *Briani* de Kilvardby tertiam partem. In *Couplanda*, de dominicis domini *Couplanda* omnes decimas per totã *Couplandam*. Decimas quas hactenus rector ecclesiæ de Eggermond percipere consuevit, duntaxat exceptis mortuariis in Godeby. & decimas de Holme, & de piscariis de Egnoze & de Eske.

Pensiones autem annuas in partibus *Richmundiæ*, de ecclesia de Richmond, centum solidos, & xx. libras ceræ, de ecclesia de Kyrkby-Kavensmath xl. & duos solidos, de vicaria ecclesiæ de Gillinge centum solidos, de vicaria ecclesiæ de Katericke unam marcam, de vicaria ecclesiæ de Widleton quinque marcas, & dimidiam, de ecclesia de Croste decem libras, de ecclesia de Smythton centum solidos, de ecclesia de Patrick-Bzumpton septemdecim solidos, & quatuor denarios, de Hawkswell viginti solidos; de vicaria ecclesiæ de Bzimston unam marcam, ultra moras sepedicti archid. de ecclesia de Whitenetham decem solidos, de Whitewikes quinque solidos, de Botill quatuor solidos, de Cozney duos solidos, de Egremounde viginti duos solidos, de Haverington duos solidos, de Wirkington quatuor marcas, de capella de Clifton duos solidos, de vicaria de Kirkby-Kendall quatuor libras, de capellis de Gzesmere & Winandermers quinque marcas, de Oversham quatuor solidos, de Bethome quatuor solidos, de Burton viginti tres solidos: in & de dicta nostra dioceſi existentes, contra jus commune detinent, fructus proventus & obventiones de ipsis ecclesiis & capellis provenientes de facto percipiunt, & de eisdem disponunt pro suæ libito voluntatis.

Nos verò de titulis suis, & juribus (si qui, vel quæ sibi competant, vel ostendere valeant) quare dictas ecclesias capellas, portiones, & pensiones, & decimas parochiales, contra juris communis tenorem, sicut premittitur percipiunt, & detinent occupatas, volentes effici certiores, dictos abbatem, & conventum certis die & loco ad ostendendum hujusmodi titulos, & jura (si que habeant, vel sibi competant) coram nobis mandavimus, & fecimus evocari. Quibus quidem Religiosis per procuratorem suum legitimè constitutum coram nobis die & loco assignatis comparentibus, ac quasdam literas apostolicas, literasque quorundam predecessorum nostrorum, & decani, & capituli ecclesiæ nostræ beati *Petri Eboraci*, nec non alia instrumenta & munimenta nonnulla, cæterasque probationum generalium evidentias manifestas, coram nobis exhibentibus, cum effectu: Ipsisque literis, instrumentis, munimentis, & aliis probationibus, & evidentiis, per nos, & consilium nostrum, recensitis, examinatis diligenter, & discussis, datoque die ipsis Religiosis, ad proponendum, ostendendum, & probandum omnia, & singula jura sua, quibus uti vellent ad eorum defensionem in hac parte: Nos *Willielmus, Eboraci* archiepiscopus supradictus, advertentes jura, & bonam fidem ipsorum Religiosorum, habitis deliberatione, & consilio nobiscum, & cum juris peritis: Dictos abbatem & conventum, tanquam de dictis ecclesiis, capellis, portionibus, pensionibus, ac decimis parochialibus legitimè munitos, & earum canonicos possessores, ab officio nostro & omni impetitione, seu fatigatione ejusdem, salvo jure cujuscunque alterius, ad totam vitam nostram, & pro toto tempore nostro, dimittimus in his scriptis: Dignitate, jurisdictione, & honore nostris, & ecclesiæ nostræ *Eboraci*, omnibus semper salvis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Calwod, xxj. die mensis Augusti anno Domini MCCCxlviij. & pontificatus nostri tertio.

Carta Hugonis *filii* Baldrici.

EGo *Hugo* filius *Baldrici*, omnibus fidelibus, tam presentibus, quàm futuris salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse Deo, & abbatiæ sanctæ *Mariæ Eboraci*, & *Stephano* abbati & monachis ibidem Deo servientibus, in puram, & perpetuam elemosinam, quatuor carucatas terræ in Kirkebi-Pispertun, & tres carucatas in Nozmanebi, in Hotun, octo carucatas terræ, in bosco & in plano, in moris, & in pascuis, in stagnis, & in aquis, & in omnibus pertinentiis suis, ab aqua Dune, usque ad divisam quæ est inter Swantun, & Hotun, & in mora usque ad divisam quæ dividit eandem terram à *Cliflandia*. Hanc elemosinam dedi, ut sit libera & quieta ab omni terreno servitio, pro anima domini mei regis *Willielmi*, & pro memetipso, & pro animabus omnium parentum meorum; Testibus his *Berengario* de *Theneio*, *Willielmo* filio *Tirri*, *Roberto* capellano. *Richardo* milite, & aliis multis. Ex autographo nuper in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

Charta Bernardi *de* Baillol.

BErnardus de Baillol omnibus literas istas videntibus atque audientibus, tam clericis quàm laicis, tam præsentibus quam futuris, salutem. Sciatis me concessisse & carta mea confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ Eboraci* & monachis ibidem Deo servientibus ecclesiam de Gainford cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam de castello *Bernardi* cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam de Widelton cum omnibus pertinentiis suis, & in eadem villa de Widelton duas bovatas terræ cum tofto & crofto. Sciendum est autem, quod ecclesiæ prænominatæ Ex autographo in bibliotheca *Haltoniana*.

scilicet de castello *Bernardi* & de Hdeltun fuerunt capellæ in tempore patris mei. His testibus, domino *Huberto Eboracensi* decano. Magistro *Bartholomeo* decani clerico. Magistro *Thoma* de *Melsa*. *Rogero* filio *Hugonis*. *Willielmo* filio *Willielmi*. *Rogero* de sancto *Germano*. *Johanne* persona de Bolum. *Nicholao* de Hedun. *Gilberto* de Hetun. *Roberto* clerico *Bernardi* de Baillol. *Widone* de Beaureim. *Hugone* de sancto *Germano*. *Petro* de Wimbis. *Reginaldo* de Hozner. *Thoma* filio *Nicholai*; & pluribus aliis.

Carta Odonis *camerarii comitis* Richmundiæ.

Ex fragmento registri S. *Mariæ Ebor.* in bibl. *Hattoniana.*

Odo Camerarius, universis sanctæ matris ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quàm futuris salutem. Sciatis me dedisse, & hac carta mea confirmasse Deo, & abbatiæ sanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, quatuor carucatas terræ in Langethozne, & unam in *Fingala*, & duas partes decimationum de dominio meo in Flethам, pro salute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium parentum meorum tam presentium, quàm futurorum. Testibus hiis, *Roberto* filio meo, *Picoto* de Lascels, *Bardulpho* & *Bodino* fratre ejus, &c.

Carta Roberti *Camerarii*,

Ibid. *ROBERTUS* Camerarius Comitis, omnibus legentibus, & audientibus literas has Salutem. Notum sit vobis quod ego concedo, & do ecclesiæ sanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo servientibus, in puram elemosinam quatuor carucatas terræ in Langethozne, & unam in *Fingala*, quas pater meus dedit eidem ecclesiæ, in pura elemosina. Et hoc concedo pro anima mea, & parentum meorum, & volo ut fratres prædicti possideant ita quietè, & ita honorificè hanc patris mei & meam elemosinam, sicut debet possideri elemosina, & sicut quietiùs & honorificentiùs possident quamlibet elemosinam parium meorum, Valete.

Carta Ribaldi *domini de* Midelham.

Ibid. OMnibus videntibus vel audientibus literas has, *Ribaldus* frater Comitis, Salutem. Sciatis me dedisse Deo & sanctæ *Mariæ Eboraci*, & *Stephano* Abbati, & monachis ejus in elemosina pro anima *Alani* Comitis, & *Beatricis* uxoris meæ, & omnium parentum meorum, & pro salute mea, & omnium dominorum, necnon liberorum, & omnium amicorum meorum, quatuor carucatas terræ in *Brinistona*, liberas & solutas ab omni terreno servitio. Et sciatis me clamasse quietam *Gosfrido* Abbati *Eboraci*, & monachis ejusdem ecclesiæ, unam carucatam terræ quæ est una de illis, quæ pertinent ad *Brinistunam*, quam videlicet, tenebam de predictis monachis, & que est juxta divitam que est inter Suenehy, & *Brinistonam* ab australi parte viæ quæ ducit de Suenehy, versus *Brinistonam*. Et iccirco clamavi illam quietam, ne elemosina mea per posteros meos aliquo modo impediretur. Et concedo ut predicti monachi amodo faciant de eadem carucata proficuum suum juxta voluntatem suam, (*&c.*)

Carta Nigelli Fosard.

EGO *Nigellus Fossard* omnibus fidelibus, Salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo servientibus, in puram, & perpetuam elemosinam, ecclesiam sanctæ *Crucis* in *Eborace*, & ecclesiam de *Donecastra*, & quicquid ei pertinet, & xvj. mansuras terræ in eadem villa, & unam carucatam terræ in Rymundesale, & quinque bovatas terræ ad moras, & unam carucatam terræ in Wermeswozth, & in Cottingwith, duas carucatas terræ, & ecclesiam de Hoston, & unam carucatam terræ, & in Thozneton, tres carucatas terræ, & ecclesiam de Waynton, & unam carucatam terræ & decimas suas, & in *Donecastra*, & circa *Donecastram*, decimam meam totam, & in Carthozp, quatuor carucatas terræ. Hanc donationem feci pro anima mea, & uxoris meæ, & omnium parentum meorum, & omnium fidelium defunctorum, liberè & quietè ab omni terreno servitio in perpetuum. Hiis Testibus *Roberto Fossard*, *Aschetillo* de Bulmere, *Waltero Fossard*, *&c.* Ibid.

Carta Wigani *filii* Landrici *de* Hozneby.

NOtum sit omnibus videntibus, vel audientibus literas has, quod ego *Wiganus* filius *Landrici*, concessi, & dedi in puram & perpetuam elemosinam, Deo & abbatiæ sanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo servientibus ecclesiam de Hozneby, cum omnibus pertinentiis suis, pro anima patris & matris meæ, & omnium parentum meorum & pro salute animæ meæ. Volo itaque, & omnibus hæredibus meis precipio, ut prefati monachi hanc elemosinam quietam, & ab omni terreno servitio liberam in perpetuum possideant. Hiis testibus, *Hugone* Decano, *Petro* Canonico nepote ejus, &c. Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Eboraci*.

Carta Enisant Murdake.

SCiant omnes tam presentes, quam futuri, quod ego *Enisant Murdake* dedi, concessi, & hac presenti Carta mea confirmavi, Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo servientibus, ecclesiam de Croft, & quatuor carucatas terræ in eadem villa, scilicet, quartam partem villæ, cum omnibus pertinentiis suis, & ayisamentis, infra villam & extra, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & animabus omnium amicorum meorum, liberam & quietam ab omni terreno servitio. Et ut hæc mea donatio & concessio rata & stabilis & inconcussa permaneat inposterum, Sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus *Radulfo Taylboys*, *Wigano Landrici* filio, & aliis. Ibid.

Series quorundam abbatum sanctæ Mariæ Eboracensis.

ANno 1088. fundata fuit abbatia sanctæ *Mariæ* virginis *Eboraci* per *Alanum* comitem, Ex vetusto MS. in bibl. *Bodleiana*, authore *Sim. Warwicen.*

mitem, *Gudonis*, nobilis comitis *Britanniæ* filium.

1112. *Stephanus Wittebienſis* abbas primus obiit, qui prefuit 24 annis.

* Electus. 1112. *Richardus* abbas ſecundus, * ob. pridie kal. Jan. 1131.

1131. *Godfridus* abbas tertius electus. Tempore iſtius, viz. 2. non. Octobr. 1132. egreſſi ſunt duodecim monachi presbiteri & unus ſubdiaconus de abbatia prædicta.

Eodem anno fundata eſt abbatia de *Fontibus* per prædictos monachos 6. kal. Jan.

De his tredecim octo fuerunt abbates. De *Fontibus* duo, *Richardus* Prior, & *Ricardus* ſacriſta. De Byrkſted duo, *Robertus* de Stutevyll, & *Walterus* elemoſinarius. De *Parco* duo, *Gervaſius* ſubprior, & *Ranulphus* de *Norwegia*. De Byrkſtall, *Alexander*. *Galfridus* abbas de *Melſa*.

Variæ non nihil epiſtolæ *Thurſtini* archiepiſcopi.

Eodem anno facta eſt abbatia *Rievallis* per *Walterum* de Spek anno 1131.

Godfridus abbas ob. 16. kal. Aug. 1132.

1132. *Savaricus* electus . . . . ob. 3. non. Apr. 1161.

1161. *Clemens* electus fuit lupus rapax omnia vaſtans quæ alii impetrarunt. ob. 15. kal. Septembr. 1184.

1184. *Robertus* de Harpham electus. ob. 13. kal. Maii 1189.

1189. *Robertus* de *Longo-campo* electus ob. 3. idus Jan. 1239.

1239. *Willielmus Randele* electus ob. 3. kal. Dec. 1244.

1244. *Thomas* de Warterhille electus ob. 16. kal. Jan. 1258.

1258. *Simon* de Warwik electus die nat. ſancti *Johannis* baptiſtæ ob. 4. non. Julii 1296.

1296. *Benedictus* de Penton (potius Walton.) electus poſtridie feſti ſancti *Jacobi* reſignavit 7. kal. Aug. 1303.

1303. *Johannes* de Gillyngs electus 6. id. Aug. ob. 9. kal. Junii. 1313.

1313. *Alanus* de Pette electus 4. non. Julii.

S. BEGE *Cœnobium in agro* Cumbrenſi, *cella ſanctæ* Mariæ Eboraci.

Ex vita S. Begæ *velate virginis.*

Lelandi collectan. vol. 3. p. 36.

Bega nata in *Hibernia*.

Bega primùm humile monaſteriolum conſtruxit in *Cumbalandia* (verſus *Carlelm* in extremis *Angl.* finibus) ubi nunc ſunt aliquot monachi *Mariani* urbis *Eber.* & vulgò vocatur ſaint Beges.

* *Greveſon.* Eſt humilis eccleſia inter oſtia *Tini* & *Deæ*, D. *Hildæ* dicata. 3. leugis diſtat a *Vedra*, nam a *Tina* ſita eſt ut eſt in quadam prominentia quam vulgus *Sower* vocat. Forſan hic olim fuit *Bega* monaſteriolum.

Deindè ad ſeptentrionalem partem *Wire* fluminis monaſterium conſtruxit.

Tertio * Herutey, qui locus latinè ſonat *Cervi inſula*, commigravit, cœnobiumque virginum ibi condidit, pauleq; poſt, *Hildæ* ſacræ virgini ceſſit, quæ poſt victoriam *Oſwi* regis accepit *Eanfledam* virginem ejus filiam, voto promiſſam cum annuo agrorum cenſu, undè poſteà animos ſumpſit ædificandi monaſterium in Strenesſhale, & poſito ibidem cœnobio, monachos induxit, & ſacras virgines, quibus ipſa abbas præfuit.

* Vulgo jam *Herpoole* appellatur in ore *Teſe* fluminis. *Heleprior* non longe a *Tadcaſter*, in quo nomine antiqui nominis veſtigia. *Saxonicè Helecaſter* dicebatur latine *Calcaria*.

Bega autem, relicta inſula de Herutey, contulit ſe *Calcariam* quæ a *Saxonibus* vocatur Helcacester & novum ſibi monaſterium condidit. [*Leiland*] ubi ſit *Calcaria* civitas hactenus à nemine potui diſcere. Tamen ſi *Antonini* itinerarium rectè ſcriptum eſt, dubio procul eſt in provincia *Eboracenſi*.

* Ex autographo in turri bibl. æ *Mariæ Ebor.*

* *Bega* tandē à *Calcaria* peregrè proficiſcens, obiit apud *Hacanos* monaſterium velatarum virginum [*Leyland*] *Hacanos* eſt tertio à *Scardoburgo* miliario.

Carta fundationis cellæ ſanctæ Begæ, *in comitatu* Cumbriæ *per* Willielmum Meſchines *filium* Ranulphi *dominum de* Couplandia.

VVIllielmus * filius *Ranulphi*, *Turſtino*, *Eboraci* archiepiſcopo, & omnibus ſanctæ matris *Eboraci* eccleſiæ parochianis, tam clericis, quàm laicis, preſentibus, & futuris, ſalutem: Pium eſt ut ſancta Dei eccleſia, & filiis & filiabus ſuis, dilatetur & amplificetur. Eapropter dedi & præſenti chartula confirmavi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboracenſis* cœnobii, eccleſiam ſanctæ *Begæ* quæ eſt ſcita in *Cunpalandia*, & ſeptem carucatas terræ, quietas & ſolutas ab omni ſeculari ſervitio. Reddidi etiam, & dedi eidem eccleſiæ, parochiam ſuam ſicut teſtimonio proborum virorum in dedicatione ejuſdem eccleſiæ, probata eſt, videlicet, quicquid continetur a *Witobona* uſque ad Chechel, & ſicut eadem Chechel cadit integrè, & egrè in mare; & nominatim capellam de Egremund quæ eſt ſita inter predictos terminos; & decimas dominii mei & omnium hominum meorum, qui manent in Egremunt, & decimas piſcariarum mearum de *Cunpalandia*, necnon & decimam porcorum, & carnis venationis meæ, per totam *Cunpalandiam*, & decimam pannagii mei, & decimam vaccariarum mearum per totam *Cunpalandiam*. Et ſi quis ex mea permiſſione, vel donatione, infra foreſtam meam pecuniam ſuam habebit, ex ea, ſicut ex mea, monachi habebunt decimationem; Et inſuper unoquoque anno viginti ſolidos de decima cenſus mei de *Cunpalandia* ſive creſcat, ſive decreſcat; Concedo etiam donum quietum quod *Walleſ* dedit eidem eccleſiæ, videlicet, *Stainburnam*; & quod *Chatellus* donavit, videlicet *Preſtonam*; Et quod donavit *Raynerus*, videlicet duas bovatas terræ in *Ratingtona*, & unum ruſticum manentem in eadem villa; Et quod donavit *Godardus*, videlicet, eccleſias de Witingham, & *Bothla*, cum duabus manſuris, & totis parochiis, & decimas eiſdem eccleſiis pertinentes; Et quod donavit *Willielmus* filius *Gilberti* de *Lancaſtria*, videlicet, Swartahef, omnia quieta in elemoſinam; & ſine omni terreno ſervitio. Et ſciendum, quod omnes has elemoſinas, dedi prædictæ abbatiæ *Eboraci*, conſilio *Turſtini* archiepiſcopi, & uxoris meæ *Cecilia*, & hominum meorum, & conceſſione *Ranulphi* filii mei, tali conventione, & pacto, ut ibi ſit cella monachorum. Et abbas *Eboraci* & capitulum ſemper mittant, & habeant in eccleſia ſanctæ *Begæ* Priorem, & cum eo ſex monachos ad minùs reſidentes, & ſervientes ibidem domino. Concedo etiam quicquid ho-

mines mei impoſterum ibi, conſilio meo vel hæredum meorum dabunt. Hanc autem elemoſinam feci pro ſalute domini mei *Henrici* regis *Angliæ*, & pro anima *Matildis* reginæ, & *Willielmi* filii eorum, & pro ſalute *Turſtini* archiepiſcopi, & pro remedio anteceſſorum meorum, & meo & uxoris meæ, & liberorum meorum, & fidelium meorum : Teſtibus hiis, *Turſtino* archiepiſcopo, & *Willielmo* archidiacono, *Aufredo*, & *Richardo* capellanis ejus, *Rainaldo* capellano meo, *Siwardo* presbitero, *Godardo*, *Rainero*, *Wallef*, *Chetello*, *Odardo*, *Richardo*, & multis aliis.

Carta Willielmi le Meſchin.

Ibid. WVIllielmus *le Meſchin*, omnibus hominibus, & amicis ſuis, *Francis* & *Anglis*, tam futuris, quàm preſentibus, ſalutem. Sciatis me dediſſe, & preſenti carta mea confirmaſſe, Deo & ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & ſanctæ *Begæ*, & monachis ibidem ſervientibus, omnes boſcos qui ſunt infra diviſas ſuas, & quicquid in eiſdem boſcis continetur, exceptis cervo & cerva, apro, & ancipitre, & nullus in eis niſi Priore concedente, poſſit ſuccidere. Preterea dedi prædictis monachis, & conceſſi, habere ubique infra terminos ſuos, tam in terra, quam in aquis dulcibus, & ſalſis, omnes libertates & conſuetudines, quas habeo in *Caupalandia*. Hæc autem omnia dedi & conceſſi prædictis monachis liberè & quietè in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute domini mei *Henrici* regis *Angliæ*, & pro anima *Matildis* reginæ, & pro ſalute mea, & uxoris meæ, & liberorum meorum, & fidelium meorum. Teſtibus hiis *Ranaldo* capellano meo, *Siwardo* presbitero, *Godardo*, *Rainero*, *Wallef*, *Chetell*, *Odardo*, *Richardo*, & multis aliis.

Carta fundationis Prioratus ſanctæ Begæ.

Ibid. RAnulphus *Meſchinus*, filius *Willielmi*, filii *Ranulfi*, omnibus videntibus, vel audientibus literas has, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & preſenti carta confirmaſſe abbatiæ ſanctæ *Mariæ* de *Eboraco*, eccleſiam ſanctæ *Begæ* quæ eſt in *Couplandia* & ſeptem carucatas terræ, & totam Parochiam ſuam, & quicquid pater meus eidem eccleſiæ dedit vel conceſſit, ſicut carta ipſius teſtatur, in puram & perpetuam elemoſinam, liberè, & quietè ab omni terreno ſervitio. Et nominatim, Capellam de **Egremunt**, & decimam dominii mei in tota *Couplandia*, & omnium hominum meorum qui manent in **Egremunt**, & decimas piſcariarum mearum de tota *Couplandia*, necnon decimas porcorum meorum, & carnis venationis meæ per totam foreſtam meam in tota *Couplandia* ; & decimam pannagii mei, & decimam vaccariarum mearum per totam *Couplandiam* ; Et ſi quis ex mea donatione vel conceſſione, infra foreſtam meam, pecuniam ſuam habebit, monachi habebunt decimationem de ea, ſicut de mea. Et inſuper dedi, & preſenti carta mea confirmavi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*, & ſanctæ *Begæ*, manerium quod vocatur **Anenderdale**, in puram & perpetuam elemoſinam ſolutam & quietam ab omni terreno ſervitio. Conceſſi etiam donum quietum quod **Walthef** dedit eidem eccleſiæ, videlicet, **Steinburn**, & quod *Chetellus* dedit, videlicet **Preſton**, & quod dedit *Rainerus* videlicet, duas bovatas terræ in **Rotungtun**, & unum ruſticum manentem in eadem villa. Et quod donavit *Godardus*, videlicet eccleſias de **Wittingam**, & *Botela*, cum duabus manſuris, & totis parochiis, & decimas eiſdem eccleſiis pertinentes, & quod dedit *Willielmus* filius *Gilberti* de *Lancaſtria*, videlicet **Swarthoft**. Concedo etiam prædictis monachis omnes boſcos qui ſunt infra diviſas, ſuas, videlicet, à **Cuningthow** uſque ad rivulum inter **Preſton** & **Penſingam**, & deſcendit uſq; ad **Witheſhaven**, & ibi cadit in mare, & quicquid in eiſdem boſcis capere potuerint, exceptis cervo, & cerva, apro, & ancipitre. Omnes verò alias dignitates, & libertates quas habeo in *Couplandia* dono eis & concedo habere infra diviſas ſuas ſicut & pater meus dedit & conceſſit eiſdem : Concedo etiam quicquid homines mei in poſterum ibi conſilio meo, vel heredum meorum, dabunt. Hæc omnia conceſſi, & preſenti carta mea confirmavi in puram & perpetuam elemoſinam ſolutam & quietam ab omni terreno ſervitio, pro ſalute animæ meæ, & pro anima patris mei, & omnium parentum meorum, necnon & dominorum meorum, per conſilium & teſtimonium hominum meorum, videlicet *Fulconis* Avunculi mei, & *Reineri* Dapiferi, & *Godardi* & *Ranulfi* vicecomitis, *Siwardi* presbiteri, *Willielmi* Capellani, & *Willielmi* de *Archis*.

Carta Willielmi Forz, *Comitis de* Albemarlia.

Ex ipſo autographo in bibl. *Hattoni.* WILLIELMUS de *Forz*, Comes *Albemarlia*, Omnibus hominibus has literas viſuris vel audituris, Salutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Begæ* de **Coupland**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, omnes donationes quas habuerunt præfati monachi de anteceſſoribus meis in feodo meo de **Allerdal** & de **Coupland**. Scilicet, quatuordecim Salmones, quos habent de dono *Alani* filii *Waldef*, & de eadem donatione dimidiam carucatam terræ in villa de **Aſcpatric**, & ſex acras terræ in alio loco in eadem villa, ſicut continetur in carta ipſius *Alani*. Et ſex Salmones quos habent de dono dominæ *Aliciæ* de **Romely**, & dimidiam marcam argenti de eadem donatione, ſcilicet, in molendino fulonum de *Cokermutha*, & unam manſuram in eadem villa, illam ſcilicet quam dudum tenuit *Hutredus* de **Dekham**, ſicut continetur in carta ipſius *Aliciæ*. Præterea, dedi conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ beatæ *Begæ* de **Coupland**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, unam marcam argenti in dicto molendino *Fulonum*, in puram & perpetuam elemoſinam ſingulis annis reddendam, ſcilicet medietatem ad Pentecoſten, & aliam medietatem ad feſtum ſancti *Martini* recipiendam per manum ballivorum meorum de eadem villa. Volo etiam ut hæc omnia predicta habeant prefati monachi de me & heredibus meis, in puram & perpetuam elemoſynam ſicut predictum eſt. Hiis teſtibus,

testibus. Domino *Galfrido* de **Chandeber.** Domino *Thoma Keret.* Domino *Willielmo* de *Ineby. Willielmo* de *Driffeld* tunc seneschallo de *Cokermuthu. Alano* persona de **Caldebec.** *Hugone* de *Mauicebi. Ada* de **Haverington.** *Galfrido* de **Talentir.** *Johanne* de **Brigham**, & multis aliis.

Pat 8 H 4 memb. 21. REX (*&c.*) Sciatis quod cum xxviij. die Novembris, proximo preterito, dederimus & concesserimus dilecto nostro *Rob. Hunte* custodiam liberæ capellæ de **Staynburne** tunc vacantis & ad nostram donationem spectantis: Habendam ad totam vitam suam (*&c.*) Ac monstrante nobis *Thoma* Abbate monasterii beate *Marie Eboracensis*, quod cum tempore *H.* filii Regis *Willielmi*, quondam regis *Anglie*, progenitoris nostri, quidam *Willielmus Meschyn* filius *Ranulphi Meschyn* tunc dominus de **Coupeland**, per Cartam suam dedisset & confirmasset predicte ecclesiæ beate *Marie Eboracensis*, per nomen ecclesiæ sancte *Marie Eboracensis* Cœnobii, ecclesiam sancte *Bege* in *Coupelandia*, ac certas terras in *Coupelandia*, ad intentionem & effectum quod esset ibidem quædam Cella monachorum Deo servientium, prout extat in presenti. Concedendo etiam per eandem Cartam suam predicte ecclesiæ beate *Marie Eboracensis* illud donum quietum, quod quidam *Walthef*, filius *Gospatricii*, per nomem *Wallef*, tantum dedit eidem ecclesie beate *Marie Eboraci*, videlicet, *Staynburnam*. Postmodùmque dominus *Stephanus* quondam Rex *Anglia* progenitor noster, per Cartam suam recitando in eadem quod prefatus *Walthef* dedit predicte ecclesiæ sancte *Marie Eboraci*, ecclesiam de **Bunfeld**, & corpus ejusdem manerii, et tres carucatas terre in **Stainburne**, hoc est totam villam in **Staunburne**, donationem illam confirmaverit. Subsequenterque diversi alii progenitores nostri quondam Reges *Anglia* donationes (*&c.*) predictas (*&c.*) confirmaverunt prout (*&c.*) Virtute quarum donationum (*&c.*) Prior dicte Cellæ S. *Bege*, pro tempore existens, ut in jure predicte ecclesiæ beate *Marie Eboraci*, ac nominibus Abbatum ejusdem, pro tempore existentium, predictam villam de *Staynburnam*, ut villam suam propriam à tempore earundem donationum, concessionum & confirmationum semper hactenus tenuit & occupavit pacificè & quietè. Et licet predicta villa de **Staynburne**, in dictis literis nostris specificata, ac dicta villa de **Staynburne**, predictaque villa de *Staynburnan* una & eadem villa existant, & non diverse, ac aliqua capella libera sive alia apud villam predictam preterquam quoddam oratorium duntaxat, ac per quendam Priorem Cellæ predicte, pro consolatione spirituali ipsius nuper Prioris & monachorum suorum, ex ejus pia devotione jam tardè erectum & constructum minimè fuerit situata, sive aliqualiter fundata, prout prefatus nunc Abbas, viis & modis quibus convenit paratus est edocere; Idem tamen nunc Abbas per prefatum *Robertum* colore dictarum literarum nostrarum sibi ut premittitur confectarum indebitè vexatus & inquietatus (*&c.*) exilit (*&c.*) & nobis supplicante ut dictas literas nostras eidem *Roberto* sic factas revocari & adnullari jubere vellemus: Per breve nostrum preceperimus vicecomiti nostro *Cumbria* quod scire faciat prefato *Roberto* quod esset coram nobis in Cancellaria nostra, ad certum diem jam preteritum, ubicunque tunc foret, ad ostendendum si quid pro nobis, aut pro scipso haberet, vel dicere sciret, quare literæ nostræ predicte, sibi ut præmittitur factæ, revocari & adnullari non deberent (*&c.*) Ad quem diem tam predictus *Robertus* (*&c.*) quam prædictus nunc Abbas (*&c.*) comparuerunt, & prædictus *Robertus Hunt* nichil scivit dicere in effectu, quare dictæ litere nostræ sibi ut præmittitur factæ revocari & adnullari non debeant (*&c.*) Nos volentes consideracionem predictam effectui debito mancipari, dictas literas nostras, prefato *Roberto Hunte* ut præmittitur factas, tenore præsentium, duximus revocandas (*&c.*) Teste Rege apud *Westmonasterium* xxx. Aprilis.

WETHERHALENSE

Cœnobium in Comitatu Cumbriæ, *Cella Abbatiæ Sanctæ* Mariæ Eboraci.

Carta Willielmi *Regis, Conquestoris dicti.* Ex collectionibus *Augustini Vincent* è registro de *Wedderhale*

WIllielmus Rex *Anglie* archiepiscopo *T. Eboraci*, & justitiariis vicecomitibus & omnibus baronibus & fidelibus suis *Francis* & *Anglis* de **Eboracte** scire & de *Carleoli* salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Marie Eboraci*, & abbati *Ricardo* & monachis ibidem Deo servientibus cellam S. *Constantini* cum manerio de **Wedderhale**, & cum capella de **Warwic**, & cum excusagio & stagno & piscaria, & molendino de **Wedderhale** quod est fixum & firmatum in terra de **Cokeby**, quas quidem terras habuerunt de dono *Ranulphi Meschine*, comitis *Cumbria*, in puram & perpetuam elemosinam. Et confirmo eis ex dono meo totam pasturam inter **Eden** & regiam viam quæ ducit de *Karliolo* ad **Appelby**, & à **Wedderhale** usque ad **Dribehe**. Quapropter prohibeo ut nulli alii perturbent nec violent hanc nostram confirmationem sive donationem prædictis monachis factam. Testibus hiis, uxore mea *Lucia*, & *Henrico* fratre meo, & *Odero*, & *Huddredo* militibus & *Eneſaunt Muſerdde*, cum aliis.

De tempore fundationis cœnobii S. Mariæ *& ejus fundatore.* Ex regist. de Wederhall, penes Dom. Will. Howard, de Naworth, an. 1618.

ANno Domini Mlxxxviij. Fundata fuit abbatia sanctæ *Mariæ* per dominum *Stephanum*, primum abbatem ejusdem, anno regni regis *Willielmi*, filii regis *Willielmi* Conquestoris primo, tempore domini *Thomæ* archiepiscopi *Eboracensis*. Qui quidem *Stephanus* abbas prefuit prædicto monasterio viginti quatuor annos.

1112. Anno Domini MCxij. & coronationis regis *Henrici* primi duodecimo, electus fuit in abbatem dicti monaſterii, *Richardus*, qui præfuit eidem octo annis, & quaſi quinque menſibus.

1131. Anno Domini MCxxxj. & coronationis regis *Henrici* primi 31. electus fuit in abbatem dicti monaſterii *Godfridus* qui prefuit vj. annis & vj. menſibus.

Carta prima de **Wetherall.**

Ibid. R De **Meſchin**, *Richerio* vicecomiti *Karleoli*, & omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis*, qui in poteſtate *Karleoli*, habitant, Salutem. Sciatis me dediſſe in pura elemoſina, & ſine omni terreno ſervitio, quietum & liberum, manerium quod vocatur *Wederhala*, & cum aliis terris ad manerii illud pertinentibus *Stephano* abbati, & abbaciæ S. *Marie Eboracenſis* in perpetua poſſeſſione, pro anima domini mei regis *Henrici*, & pro animabus patris & matris meæ, & *Richardi* fratris mei, & pro anima mea, & uxoris meæ *Luciæ*, & pro animabus omnium fidelium defunctorum. Teſtibus *Oſberto* vicecomite, & *Walteof* filio *Coſpatricii* comitis, & *Forno Sigulfi* filio, & *Chetello Eſtredi* filio, & *Hervico Morini* filio, & *Silef* de **Penred.**

Ib.fo.147. *Hæc ſunt meta & bunda territorii & villæ de* **Wederhall,** *ac proprium ſolum ejuſdem dominii de* **Wedderhall.**

PRima meta ejuſdem territorii incipit ad mediam partem aquæ de **Eden**, Subtus pontem, vulgariter vocatū **Warwykbrig**, ſicut in eadem prædicta aqua de **Eden** ibidem decurrit verſus occidentem, & ab inde aſcendit uſque ad unum torrentem vocatum **Dawbeke**, uſque ad quandam crucem quæ vocatur **Wodhalgarthcroſſe**, verſus occidentem, & ſtantem ſupra prædictum torrentem prius nominatum, & abhinc percurrit ad **Holmesmire**, verſus **Carſike**, ſicut **Gyth-croſſis** de **Woodhall** extenditur, & abhinc aſcendit uſque ad **Scotbybek**, & ab eadem foſſa uſq; ad **Cumwhyntyngbek**, & ab inde aſcendit uſque ad mariſcum, quæ vocatur **Wragmyre**, & ab eodem percurrit, uſque ad **Pereſike**, & hoc ex parte auſtrali, & ab indè uſque ad **Sandewath**, & ab eodem uſque ad **Takingake**, & abinde percurrit per ſtratam regiam quæ vocatur **Hæſtrete**, quæ ducit de **Barlil** uſque ad **Apilbyway**, & abinde uſque ad **Dyrybek**, & à **Dyrybek** deſcendit uſque ad mediam aquæ de **Eden**, & hoc ex parte orientale & ſic deſcendit per mediam aquæ de **Eden** uſque ad prædictum pontem vocatum **Warwykbyrg** verſus boream.

Carta Ranulfi Meſchyn *de excluſagio ſtagni, piſcarie, & molendini de* **Wederhall.**

Ibid.fol.7. NOtum ſit omnibus legentibus, vel audientibus literas has, quod ego *Ranulfus Meſchines* conceſſi & dedi in puram, & perpetuam elemoſinam Deo, & ſanctæ *Marie*, & ſancto *Conſtantino* de **Wederhalle**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, excluſagium & ſtagnum de piſcaria, & molendino de **Wederhale**, quod factum eſt & firmatum in terra de **Thorkeby**. Quapropter prohibeo ut nec dominus de **Thorkeby**, nec aliquis alius violet ipſum ſtagnum, nec diſturbet illud firmari in terra de **Thorkeby**. Prohibeo etiam ne aliquis piſcetur infra ſtagnum, & munchewat præter monachos. Teſtibus hiis, *Meſchino*, *Willielmo* archidiacono, *Odardo*, *Hulredo* milite, *Weſtribit*, *Goardo*, & aliis.

10 *Carta* Ranulphi Meſchyn *ſuper fundatione de* **Wederhall,** *anno primo regis* Willielmi, *filii regis* Willielmi, *conqueſtoris.* Ibid.f.26.

MEmoriæ merito commendandum, quod anno Domini Mlxxxvj. fundata fuit abbatia ſanctæ *Mariæ* juxta *Eboracum* per dominum *Stephanum* primum abbatem ejuſdem anno regni regis *Willielmi*, filii *Willielmi* conqueſtoris primo, & eodem anno *Ranulphus Meſchynes* fundavit, & 20 dedit in pura elemoſina, & ſine omni terreno ſervitio quietum & liberum manerium ſuum quod vocatur *Wedderhala*, prædicto *Stephano* abbati, & abbatiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci* in perpetua poſſeſſione. Hiis teſtibus, *Oſberto* vicecomite, **Walstheof** filio *Coſpatricii* comitis, & *Forno Sigulfi* filio, & aliis. 1086.

Charta Willielmi *filii* Udardi.

30 NOtum ſit omnibus, &c. quod ego *Willielmus* filius *Udardi*, & dominus de **Thorpby**, conſilio, & aſſenſu domini mei *Roberti* de **Mala**, & *Oſanne* uxoris meæ, & *Johannis* filii mei, quietum clamavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & ſancti *Conſtantini* de **Wederhale**, totam terram illam quæ jacet inter **Wederhal**, & **Warthewic**, quæ vocatur *Camera Conſtantini*, & duas bovatas terræ in **Thorkeby**, & concedo quod non licebit mihi vel hæredibus meis impedire prædictos monachos firmare ſtagnum ſuum, in 40 ripa de **Thorkeby** (*&c.*) Teſtibus, *Chriſtiano* epiſcopo *Candidæ Caſæ*, *Waltero* de **Wyndleſhouer**, *Roberto* juvene de **Mala**, *Richardo* de **Perize**, *Simone* de **Tyliol.** Ib.fol. 29.

Carta Davidis *comitis.*

OMnibus videntibus vel audientibus literas has *David* comes, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & abbatiæ *Eboraci* 50 in pura elemoſina, villam quæ vocatur **Barkarevil**, & eccleſiam ejuſdem villæ, quam dedit *Robertus Brus* prædictæ abbatiæ, pro ſalute mea & uxoris meæ, & pro ſalute animarum patris, & matris meæ, & pro animabus omnium fidelium defunctorum. Valete. Ib.fol. 57.

Charta Willielmi *di* **Crogelin.**

60 OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Willielmus* de **Crogelin** ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra me, divinæ charitatis intuitu, pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum ſucceſſorumque meorum, dediſſe, conceſſiſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* de *Eborato*, & beato *Conſtantino* de **Wederhal**, & monachis ibidem Ex autographo in curia *Augmentationum*

ibidem Deo servientibus, duas bovatas terræ in villa mea de **Crogelin**, cum tofto, & crofto, & cum prato, quod jacet inter terram *Ybri*, & terram *Walteri Portarii*, descendens usque ad rivulum, qui cadit in rivulo molendini ejusdem villæ, versus orientem ; illas scilicet bovatas terræ quas *Elvina* vidua quondam tenuit ; habendas & tenendas, in puram, liberam & perpetuam elemosinam, cum omnibus communis, libertatibus, & asiamentis infra villam & extra, adeo liberè, honorificè, & integrè, sicut aliqua elemosina liberius possit dari, vel possideri. Ego vero *Willielmus*, & hæredes mei, hanc elemosinam prædictis monachis, sicut prædictum est, contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus, & defendemus inperpetuum. Et ut hoc scriptum perpetuæ firmitatis robur obtineat, ego illud sigilli mei impressione corroboravi. His testibus, *Roberto* de **Vaulton** tunc vicecomite *Cumberlandiæ*, *Roberto* filio *Willielmi*, *Willielmo* de **Ulsiby**, *Ada* de **Cumcuhe**, *Michaele* de *Valle*, *Johanne* de *Ermin*, *Thoma* de **Kasnewic**, *Waltero* Janitore, *Johanne* filio *Willielmi*, *Johanne* de **Agulunbie**, *Johanne* Clerico, & aliis.

Carta A. *episcopi* Carleolensis.

Ex autographo nuper in turri beatæ *Mariæ Eboraci*.

A Dei gratia *Carleolensis* episcopus, omnibus legentibus vel audientibus literas has salutem. Notum sit vobis me, intuitu pietatis, & Religionis, concessisse & confirmasse monachis sanctæ *Mariæ Eboraci* & usibus eorum, ecclesias quæ in dioceſi nostra noscuntur possidere, videlicet, Cellam de *Wederhala*, cum parochia de **Warthwic**, & tota decima de **Scottebi**, & ecclesias sancti *Michaelis*, & sancti *Laurentii* de **Apelbi**, & ecclesias de **Kirchebi-Stephan**, & de **Dunesheved**, & de **Hoxlund**, & de **Cliburn**, & de **Bunefeld**, & de **Crogelin**, & Heremitorium sancti *Andreæ*, cum omnibus pertinentiis suis. Prædicti verò fratres de beneficiis ecclesiarum talem proportionem presbyteris provideant, unde decenter sustentari queant, & Sinodalia jura persolvi valeant.

Carta Davidis *Regis* Scotiæ.

Ibid.

DAVID Rex *Scotiæ*, Comitibus, Justiciariis, Baronibus, Vicecomitibus, Ministris, omnibus probis hominibus suis totius *Cumberlandiæ*, *Francis* & *Anglicis* & *Cumbrensibus*, Salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse, in Elemosinam, Deo, & sanctæ *Mariæ* de **Wederhal**, & monachis ibidem Deo servientibus, unam marcham argenti per annum, de redditu molendini mei de **Scotebi**. Volo itaque, & firmiter ministris meis præcipio, quatinùs marcham istam, dictis monachis, sine disturbatione habere faciant ad terminos de firma molendini statutos. Præcipio etiam, ut habeant decimã villæ de **Scotebi**, sicut ab antiquo data eis fuit, ita nè aliquis eis illam injustè detineat. Testibus *Eustachio* filio *Johannis*, *Hugone* de **Barball**, *Radulfo* . . . . *Hosberto* Camerario. *Jordano* Clerico. Apud *Carliolum*.

Carta Henrici *Comitis*, *filii Regis* Scotiæ.

HENRICUS comes, filius Regis *Scotiæ*, Justiciæ suæ, Baronibus, Vicecomitibus, ministris & omnibus probis hominibus suis, Salutem. Sciatis me dedisse monachis de **Wederhal**, suum tolneum de suis propriis rebus, per totam terram meam. Quare prohibeo ut nullus vestrum illos inde injuste disturbet, nec de suis propriis rebus tolneum ab eis exigat. Testibus, *Gileberto* de **Umfraull**, & *Willielmo* de **Perij**. Apud *Carl.* Ibid.

Carta Alexandri *de* **Crevaquer**.

NOtum sit omnibus legentibus, vel audientibus literas has, Quod ego *Alexander* de **Crevaquer** concessi & dedi monachis de **Wederhale** ibidem Deo servientibus **Kircandreas**, cum omnibus libertatibus suis, & pertinentiis, quæ sunt in terris, sive in sylvis, sive in aquis, in liberam & perpetuam elemosinam, pro me & pro uxore mea, & liberis meis, & pro animabus antecessorum meorum. Insuper & molendinum de **Culgaith** illis pariter concessi, scilicet illam medietatem quæ ad me pertinet. Si vero contigerit commutationem illis fieri pro prædicto molendino, fiet illis ad oportunitatem eorum, etiam quod æquè valeat, & compendium suum reddetur quod posuerunt in alleviacione ipsius molendini, videlicet quinque marcas, & octo solidos & quatuor nummos. Testibus his, *Ada* de **Montebegun**, *Roberto* vicecomite, *Warino* presbitero, *Simone* de **Crevaquer**, *Jacobo* presbitero, *Ada le* **Bretun**, *Rogero* de *Planea*, *Warino* de **Scacargil**, *Roberto* de **Thoresbi**, *Rainero* filio *Ulf*, *Willielmo Walegrim*, *Ramero* clerico, *Gamello Hoystino*, *Simone* de *Rotvilla*, *Herveo* Magno, *Ada le* **Brun**, *Alexandro* de sancto *Andrea*. Ibid.

Alia carta *Alexandri* de **Crevaquer**.

Ex regist. de *Wederhall* penes dominum *Will. Howard.* de *Naworth* castro an. 1638. fol. 97.

NOtum *sit omnibus legentibus vel videntibus literas has*, *Quod ego* Alexander *de* **Crevequer** *concessi & dedi monachis de* **Wederhal** *ibidem Deo servientibus*, **Kirc-Andreas**, *cum bosco, usque ad locum qui dicitur* **Perc-Rythoc** *cum terris, & cum omnibus libertatibus eidem loco pertinentibus in perpetuam elemosinam. Insuper & molendinum meum de* **Culgait** *illis pariter dedi & concessi in perpetuum ; scilicet illam medietatem quæ ad me pertinet in perpetuam elemosinam sine omni terreno servitio, cum tota sequela pertinente. Et volo quod prædicti monachi habeant cum prædicto loco liberam communam ubique in campo & bosco de* **Culgait**, (&c.) *Teste* Ada *de* Montebegonis, Simone *Warino de* **Crevequer**, Roberto *de* **Thoresby**.

Carta Ranulfi Meschines.

Ibid. f. 17.

R. *Meschines* omnibus catholicæ fidei cultoribus salutem. Notum sit omnibus quod ego *Ranulfus* dedi abbatiæ sanctæ *Mariæ Eboraci* ecclesiam sancti *Michaelis*, & ecclesiam sancti *Laurentii* castelli mei de **Apelby** cum omnibus quæ ad eas pertinent, sicut *Radulphus* capellanus meus

gnized by Google

meus tenuit quietas & liberas ab omni terreno servicio. Teste uxore mea *Lucia*, & *Willielmo* fratre meo, & *Gilberto Tyson*, & *Godardo*.

Cronicon Cumbriæ.

Adhuc ex registro de *Wederale.*

REx *Willielmus* cognomine *Bastardus*, Dux *Normanniæ*, Conquestor *Anglie*, dedit totam terram de comitatu *Cumbriæ Ranulpho* de *Meschines*, & * *Galfrido* fratri ejusdem *Ranulphi* totum comitatum *Cestriæ*. & * *Willielmo* fratri eorundem terram de **Copland**, inter **Duden** & **Darwent**. *Ranulphus* de *Meschines* feoffavit *Hubertum* de *Vaux*, de baronia de **Gilleland**, & *Ranulphum* fratrem ejus de **Sowerby**, **Carlaton** & **Yabburghtly**, & *Robertum* fratrem eorundem de baronia de **Dalston**, & feoffavit *Robertum* de **Strivers**, de baronia de *Burgo*, & *Richeram* de **Boyvile**, de baronia de **Lemyngton**, & *Odardum* de *Logis*, de baronia de **Staynton**, & feoffavit *Waldevum* filium *Cospatricii* de **Dunbar**, comitem in *Scotia*, de tota baronia de **Allerdale**, inter **Wathenpole** & **Derwent**. Prædictus *Willielmus* de *Meschines*, dominus de **Coupland**, feoffavit *Waldevum* filium *Cospatricii* de tota terra inter **Cocar** & **Derwent**, simul cum quinque villis, scilicet, **Brigham**, **Eglysfeld**, **Dene**, **Branthwaite**, **Gisothon**, & duo **Cliftons**, & **Stainburne**, & feoffavit *Odardum* le *Clerke* de quarta parte de **Crosthwait** pro custodia alturcorum suorum. * *Galfridus* de *Meschinis* Comes *Cestriæ* obiit sine hærede de corpore suo & *Ranulphus* de *Meschinis* fuit comes *Cestriæ*, & reddidit domino Regi totum comitatum *Cumbriæ*, tali conditione ut singuli feoffati sui tenuissent terras suas de domino Rege in capite. Prædictus *Waldevus* filius comitis *Cospatricii* feoffavit *Odardum* de *Logis* de baronia de **Wygton**, **Dondragt**, **Waverton**, **Blencogo**, & **Birkebrid**, qui fundavit ecclesiam de **Wigton**, & dedit *Odardo* filio *Liolfe*, **Talentire**, & **Castlerige** cum foresta inter **Caltre**, & *Greca*; & Priori & conventui de **Gisburne**, **Appleton** & **Brigkirke** cum advocatione ejusdem ecclesiæ. Et dedit *Adæ* filio *Liolfe* **Ulvell**, **Gilcruce**. Et dedit *Gamello* filio *Brun* **Bothill**. Et dedit *Waldeve* filio *Gileminii* cum *Ethreda* sorore sua **Broughton**, **Kibton**, & parvam **Broughton**, & **Dunwaldoke** ac **Bowaldoke**, ad unam logeam. Et dedit *Ormo* filio *Ketelli* **Seton**, **Camberton**, **Flemingby**, **Craikfothon**, cum *Gurwelda* sorore sua; & *Dolfino* filio *Alwardi*, cum *Matilda* sorore sua, **Applethwaite**, & parva **Crosby**, **Langrige** & **Brigham**, cum advocatione ejusdem ecclesiæ. Et dedit *Melbeth* medico suo villam de **Brontesfeld**, salva sibi advocatione ejusdem ecclesiæ. *Alanus* filius & hæres ejusdem *Waldevi* dedit *Ranulpho* **Lyndesey**, **Bleaberhasset**, & **Ackmanby**, cum *Etheldreda* sorore sua. Et dedit *Ughredo* filio *Fergus*, domino *Galwediæ*, cum *Guynolda* sorore sua, **Torpenhow**, cum advocatione ecclesiæ. Et dedit *Catello Dispenser* **Threpland**. Et dedit *Hereberto* villam de **Thorsby** pro tertia parte unius villæ. Et dedit *Cospatricio* filio *Ormi* altam **Ireby** pro tertia parte unius villæ. Et dedit *Gamello le* **Brun Rughthwaite**. Et dedit *Radulpho Engaine* **Illaell**, cum pertinentiis, **Blencrakern**, cum servitio de **Newton**.

Et idem *Alanus* habuit unum fratrem bastardum, nomine *Cospatricium*, cui dedit **Bolton**, **Baskinthwaite**, & **Osterholme**. Et dedit *Odardo*, **Newton** cum pertinentiis. Et dedit tribus venatoribus suis scilicet **Sleth** & sociis suis **Hayton**. Et dedit *Ughredo* unam carucatam terræ in **Aspatrike** ut esset summonitor in **Allerdale**. Et dedit *Dolfino* sex bovatas terræ in alta **Crosby**, ut esset serviens domini regis in **Allerdale**. Et dedit *Simoni* de **Skelfelynge** medietatem de **Derom**, & *Dolfino* filio *Cospatricii* aliam medietatem. Et dedit *Waldevo* filio *Dolfini* **Brakanthwaite**. Et dedit Prioratui S. *Bege* **Stainburne**, & dedit Prioratui *Karlioli*, cum corpore *Waldevi* filii sui, crucē sanctam quam adhuc possident, & **Crosby** cum advocatione ejusdem ecclesiæ, & cum servicio *Ughredi* & advocatione ecclesiæ de **Aspatrike**, cum servicio *Alani* de **Brayton**, cum advocatione ecclesiæ de **Ireby** cum servicio *Waldevi* de **Longthwaite**: Idem *Alanus* filius *Waldevi* dedit domino *Henrico* regi landas forestæ de **Allerdale**, una cum venatione quando hospitavit apud **Holmcoltrane**: Cui *Alano* successit *Willielmus* filius *Doncani*, comes de *Murrayse*, nepos ipsius *Alani*, & hæres, procreatus ex *Ethreda* sorore *Waldevi* patris sui. Idem *Willielmus* filius *Doncani* disponsavit *Aliciam* filiam *Roberti* de **Romeney**, domini de **Skipton** in **Craven**. Qui *Robertus* quondam desponsaverat filiam *Willielmi* de *Meschinis*, domini de **Coupland**. Idem *Willielmus* procreavit ex eadem *Alicia* uxore sua, *Willielmum* puerum de **Egremund**, qui infra ætatem obiit, & tres filias. Quarum prima nomine *Cecilia* maritata fuit cum Honore de **Skipton** *Willielmo le Grossus*, comiti *Albemarliæ* per dominum *Henricum* regem *Anglie*. Item secunda nomine *Amabilla* maritata fuit *Reginaldo* de **Lucy**, cum Honore de **Egremund**, per eundem regem. Et tertia, nomine *Alicia*, maritata fuit *Gilberto Pipard* cum **Aspatrike**, & baronia de **Allerdale**, & libertate de **Cokermouth** per eundem regem; & iterum per reginam *Roberto* de **Courtenay**, & obiit sine hærede de se. *Willielmus Grossus* comes *Albemarliæ* genuit ex ea *Cecilium*, & *Hawysiam*. Cui successit *Willielmus* de *Fortibus* comes *Albemarliæ*. Cui successit alter *Willielmus* de *Fortibus*. Cui successit *Avelina*, quæ fuit desponsata *Edmundo* fratri domini regis *E.* & obiit sine hærede &c. *Reginaldus* de **Lucy** genuit ex *Amabilla Amabillam*, & *Aliciam*, & successit *Amabillæ Lambertus* de **Pulton**. Cui successit *Thomas* de **Pulton** de **Egremond**. Et successit *Aliciæ Thomas* de **Lucy**, cui successit *Thomas* filius ejus, cui successit *Antonius* frater ejus.

* Rectius *Hugoni.* * Fundator de *Wederhall.*

* Rectius *Hugo.*

SANCTI

SANCTI MARTINI Richmundensis *cœnobium, cella* S. Mariæ Eboracensis.

Carta Wymari *dapiferi comitis* Richmundiæ.

Ex fragmento registri S. Mariæ Ebor. in bibl. Hattoniana.

SCiant omnes tam presentes quam futuri, legentes vel audientes literas has, Quod ego *Wymarus* dapifer dedi, & concessi, Deo, & beatæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo servientibus capellam sancti *Martini* de *Richmundia*, & unam carucatam terræ, & in **Colingthorp** quatuor carucatas terræ, & ecclesiam de *Thoretuna* & dimidiam carucatam terræ, & in *Forseta* unam carucatam terræ, & in *Scottona* quatuor carucatas terræ, & decimam de dominio meo de *Wicra*, in puram & perpetuam elemosinam, liberè & quietè ab omni terreno servitio, vel consuetudine, pro anima patris mei, & matris meæ, & omnium parentum meorum, necnon & pro salute meâ & hæredum meorum. Testibus hiis, *Warino* filio meo, *Landrico* de **Horneby**, *Roberto* capellano, &c.

Carta Roaldi, *filii* Roaldi, *filii* Alani.

Ibid. OMnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, *Roaldus* filius *Roaldi*, filii *Alani* constabularii *Richmundiæ* salutem. Sciatis me dedisse concessisse & hac presenti carta mea confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ Eboraci* & Prioratui sancti *Martini* juxta **Richmund**, & monachis ibidem Deo servientibus homagium & totum servitium *Willielmi* filii *Hamonis* dispensatoris de **Hudeslwell** de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Hudeslwell**, & homagium & totum servitium *Arnaldi* filii *Huberti* de **Hudeslwell** de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Hudeslwell**, & homagium & totum servitium *Matildis* filiæ *Haraldi* de **Hudeslwell** de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Hudeslwell**, in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Habendum & tenendum dictis Prioratui & monachis in liberam puram & perpetuam elemosinam, quietè, honorificè & pacificè, cum omnibus libertatibus, aisiamentis, releviis, wardis, & escaetis, & cum omnibus aliis pertinentiis suis, infra villam de **Hudeslwell**, & extra in omnibus locis, integrè, absque aliquo retinemento ad dictam terram pertinentibus imperpetuum.

Et ego *Roaldus* & hæredes mei prædicta homagia, & omnia prædicta servitia, sicut prædictum est, dictis ecclesiæ sanctæ *Mariæ Eboraci* & Prioratui sancti *Martini* juxta **Richmund**, & monachis ibidem Deo servientibus, warantizabimus, acquietabimus, & defendemus contra omnes gentes imperpetuum. Et ut hæc mea donatio, concessio, & cartæ meæ confirmatio rata & stabilis imperpetuum permaneat, hoc scriptum sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus, *Thoma* de **Lascelles**, *Petro* de **Crakhale**, *Wymero* de **Layburn**, *Willielmo* de **Thoresby**, *Henrico* de **Preston**, &c.

Ex rotulo pervetusto in turri bercæ *Mariæ Ebor.*

ITem *Eugenius* tertius papa, inter cætera, confirmat cellam sancti *Martini*, cum suis appenditiis, & ecclesiam *Caterici*, cum suis capellis, cujus data est iij. idus Aug. indictione x. incarnationis dominicæ MCxlvj. pontificatus papæ tertio.

Item *Eugenius* tertius papa anno Domini MCxlvij. confirmat ecclesiam de **Richmond**, & capellam de castello, cum omnibus quæ ad eam pertinent per totam castellariam.

Ex quod. lib. MS. penes *Christopher. Potter* de *Richmund* armig. an. 1619.

Rentale possessionum pertinentium cellæ sancti Martini *juxta* Richmundiam, *factum per fratrem* Johannem Ledell, *monachum ac custodem dictæ cellæ, ad terminum pentecostes A. D. MDiiij.*

Ubi (inter alia) ut sequitur.

Registratio decimarum & portionum decimarum pertinentium cellæ sancti Martini *juxta* **Richmund**, *& aliorum fundatorum nostrorum anno regni regis* Hen. *septimi* 20 *A. Christi MDiij.*

STephanus comes dedit cellæ prædictæ duas garbas de omnibus dominiis suis in *Wittona*, in *Muletona*, in **Baterick** & **Fozcet**.

Wymarus dapifer dedit duas garbas de omnibus dominiis suis in **Thornton** super **Poze**, in **Layburn**, in **Colburn**, in **Argum**, in *Daltona* super **Theyse**, in **Athelow Culton**, in **Ellerton** super **Swale**.

Ribaldus dedit duas garbas decimarum de omnibus dominiis suis in **Snape**, in **Well**, in **Crakall**, in *Carletona*, in **Spenithorne**, in **Thornton Watlous**, in *Cliftona*.

Odo camerarius dedit duas garbas de dominiis suis in **Fletham**, in **Birkby**, & in duabus **Fencotes**.

Acharias dedit duas garbas de dominiis suis in **Raveneswath** in **Scroxtonn**, in **Patrickbrumton**, in **Chichelschoche**.

Scotlandus dedit tres garbas de dominiis suis in **Bedehale**, in **Kilverteby**, in **Shotton**, in **Alwyngton** super **Telse**, in **Helsamby** de quatuor carucatis terræ.

Emsandus Musard, tertiam garbam de dominiis suis de **Croste**, in **Barton**, in **Stapleton**, in **Cleseby**, in **Alnathby**, in **Caldwel**, in **Aldburgh**, in **Riplinge**, in **Brumpton**, in **Scytheby**, in **Burton**, in **Stodehagh**, in **Bellegherby**.

Robertus filius *Radulphi* dedit omnes decimas, tam de mobili, quam de bladis de **Well**, de **Snape**, de **Crakehale**, de **Spenithorne**, & de **Barletonn** de terris suis provenientes.

Wymarus dapifer similiter in **Laburn** dedit omnes decimas & de quatuor *Cultonis*, & de duabus *Hutonis*, & de **Fletham** de terris suis provenienter.

Asketellus de **Furneys** dedit duas garbas in **Aynderbye**, in **Poxton**, & in **Thyntoste** tertiam garbam.

Ex cod. MS. penes Jared Cutbert Pepper q. aur. an. 1620.

Charta *Petri Capell*, rectoris de **Richmond**, de pensione 5. librarum ecclesiæ beatæ *Mariæ Eboraci*, & 20. librarum ceræ cellæ sancti *Martini* de **Richmond** debitâ.

Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, Petrus Capell *persona ecclesiæ de* **Richmond** *salutem in domino*; *Noveritis quod ego teneor annuatim solvere ecclesiæ sanctæ* Mariæ Eboraci *v. lib. nomine pensionis ecclesiæ de* **Richmond**, *medietatem ad festum sancti* Martini *in hieme, & medietatem ad* Pentecosten, *& xx. libras cere cellæ sancti* Martini *de* **Richmond**, *solvendas ad eosdem terminos. Preterea in tribus solemnitatibus principalibus anni, videlicet, in natali domini, in pascha, & pentecoste, monachis sanctæ* Mariæ Eboraci *omnes oblationes quas de capella castelli percipient, si comes, vel constabularius, ibidem fuerint. Ego vero episcopalia persolvam, & omnia onera sustinebo. His testibus* Gilberto de **Ryxton**, *tunc seneschallo*, Willielmo *de* Longavilla, Galfrido *de* Cruce, *&c.*

Decimæ molendinorum castelli concessæ monachis sancti *Martini*.

Ibid. COnanus *dux* Britanniæ, *& comes* Richmundiæ *dapifero suo, & constabulario, & vicecomiti, & cæteris ministris suis, salutem. Sciatis quod volo & firmiter precipio quod monachi mei de sancto* Martino *plenariè habeant decimam molendinorum meorum quæ sunt* Richmundiæ. *Quare mando vobis quod sicut me, & salutem predecessorum meorum diligitis, faciatis eis ad statutos terminos sine omni occasione predictam decimam reddi quocunque modo voluerint, sive in bladis, sive in denariis xx. s. qui ad predictam decimam pertinent, cum de molendinis decem libras recipio. Quod si decimam dare noluerint qui molendina in firma tenent, tunc precipio quatenus eos per catella sua decimam reddere compellatis, ne ego & predecessores mei periculum animæ incurramus, Testibus his.*

Ibid. *Rentale spiritualium possessionum, atque temporalium prioratus sancti* Martini *juxta* **Richmund** *in agro* Eboracensi.

Pensio de *Richmund*

IMprimis rector ecclesiæ de **Richmund**, reddit per annum ultra 100. sol. solutos officio granatoris ad terminum Paschæ } 20. l. ceræ

Decimæ molendini castelli.

Willielmus Burgh armiger tenet molendina de **Richmond**, & reddit ad terminos *Paschæ* & *Michaelis* nomine decimarum } 20. s. 0. d.

Infra castrum.

Georgius Perkinson tenet herbagium infra castellum & reddit ad festum sancti *Marci* } 00. 04.

Bordelbanck.

Johannes Mason viridarius tenet per conventionem decimas agnellorum & lanæ, cum decimis feni super **Bordelbanck** & infra **Erlemchard**, & reddit ad terminos *Paschæ* & *Michaelis* } 10. 00.

Colburne.

Thomas Fulthorp tenet decimas garbarum, & feni de **Cozburn**, & reddit ad terminos annuntiationis beatæ *Mariæ*, & sancti *Johannis Baptistæ* } 66. 08.

Scoton.

Christoferus Fulthorp & *Johannes Stevinson* tenent in *Scotton* decimas garbarum & lanæ, ut infetius specificabitur, & reddunt ad terminos purificationis beatæ *Mariæ* & *Inventionis sanctæ crucis* } 66. s. 8. d.

Ellappleton

Idem *Christoferus* tenet decimas garbarum & feni de **Ellappleton** & reddit ad terminos *Purificationis* & *Inventionis sanctæ crucis* } 46. 08.

Catrick.

Vicarius de **Caterick** tenet decimas minutas in **Ellerton**, **Skoxton** & **Coleboyne** & reddit ad *Pascham* } 40. 00.

Bromton, Skubby, Aske.

Abbas S. *Agathæ* tenet in **Bromton**, **Skythby**, & **Aske** tertiam partem decimarum de dominicis *Nisardi*, alio nomine *Emsandi Musard*, & reddit ad terminos sancti *Martini*, & *Pentecostes* } 13. 04.

Clesseby, Bretanby, Barsnaith, Barton.

Idem abbas tenet in **Clesseby**, **Bretanby**, **Barsnaith**, & **Barton** tertiam partem decimarum de dominicis & reddit ad terminos *Martini*, & *Pentecostes* } 13. 04.

Libera firma.

Hæredes *Willielmi Colvel* tenent in **Aynderby in the Pyre**, aliàs **little Aynderby** unum totum unum croftum & unam bovatam terræ quæ concessa fuerunt cellæ sancti *Martini* per *Walterum* filium *Arnaldi* in perpetuam elemosinam & solebant reddere } 00. 01. modo nihil

Multon.

Willielmus Potter & alii tenent in **Multon** duas partes decimarum de dominicis comitis *Richmundiæ*, & reddunt ad terminos purificationis *Mariæ*, & sancti *Johannis Baptistæ* } 13. 04.

Attelowcowton, & Hervely.

Robertus Clarevaux tenet in **Athowcowton**, aliter **Ellcoultonn**, duas partes decimarum de dominicis quondam *Wymari* dapiferi, & solet reddere } 03. 04. modo nihil inde ad cam primum

Langton.

Robertus Prate tenet in **Langton** tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Hugonis Jarnagan*, & reddit ad festum nativitatis sancti *Johannis* } 02. 06.

Fleth.

Robertus Johnson & alii tenent in **Fletham**, & **Struardbrigg** in parochia de **Kirkby**, duas partes decimarum de dominicis quondam *Odonis* camerarii, et reddunt ad festum purificationis beatæ *Mariæ* ex integro } 27. 00.

Aynderby, Morton, Thornton, Worlaghby.

Abbas *Jervaux* tenet in **Ainderby** et **Moxton**, duas partes, et in **Worlaghby**, et **Thornton** tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Asketelli* et reddit ad terminos *Martini*, et *inventionis sanctæ crucis* } 60. 00.

Erghome vel Erchome.

Infirmarius monasterii tenet in **Erghome**, aliter **Erghome** duas partes decimarum de dominicis, et reddit ad festum *Paschæ* pro Priore sancti *Martini* ad scolares 13. s. 4. d. et ad *Martinum* } 20. 00.

tissum 6.s. & 8.d. & in toto

Croste. Dalton. Stapleton. Hanatby

Rector de **Croste** tenet tertiam decimarum 12ᵉ. & 18. acrarum de dominicis terrarum, quondam *Emsandi Musard*, vocatis **Densoland** in **Croste**. & tertiam garbam de 6. acris & tribus rodis in eadem villa vocatis **Martinlond**. Item tenet duas garbas decimarum de 8. bovatis terræ de dominicis terris in **Dalton**, ac etiam tertiam garbam terræ dominicalis de **Anathby**, quondam ad 50.s. sed modo reddit ad terminos *Martini* & *Pentecostes* } 30.s. 0.d.

Caldwell.

Idem tenet tertiam decimarum in **Stapelton** & reddit } 00. 00.

Hugo Turner tenet in **Caldewell** tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Nisardi Musard* & reddit ad festum sanctæ *Mariæ Magdalenæ* } 12. 00.

Alburgh.

Robertus Denam tenet in **Alburgh** tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Nisardi Musard* & reddit ad terminum sive festum prædictum quondam 8.s. modò } 04. 00.

Wydcliff.

Radulfus Wicliff armiger tenet in **Wicliff** duas partes decimarum de dominicis quondam *Acharis*, quondam ad 5.s. modò nihil quia ut dicit sunt inclusæ in parco suo, ideo ad consilium } 00. 00.

Raven-wath. Kerkam.

Prioriſſa de **Marrick** tenet in *Londo*, in parochia de **Kirkby-Ravenswath** duas partes decimarum de dominicis quondam *Akaris*, & in **Barkam** tertiam partem de dominicis, & reddit ad terminum *Martini* } 06. 06.

Well & Snape.

Magiſter hoſpitalis de **Well** tenet in **Well** & **Snape** duas partes decimarum de dominicis quondam *Ribaldi*, & reddit ad terminos *Martini*, & *Pentecoſtes* } 40. 00.

Thornton. Watlosse. Clifton. Thurne.

Rector de **Watlosse** tenet in **Thornton** in **Watlosse** & **Clifton** duas partes decimarum de dominicis, & in **Thurne** tertiam partem & reddit ad feſtum *Paſchæ* } 06. 08.

Burton Constable.

Rector de **Fingall** tenet in **Burton Constable**, tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Nisardi Musard*, & reddit ad feſtum *Paſchæ* } 06. 00.

Spenythorne. Bellerby.

Radulfus filius Randulfi miles tenet in **Spenythorne** duas partes decimarum de dominicis quondam *Ribaldi*, & in **Bellerby** tertiam partem decimarum de dominicis quondam *Nisardi Musard*, & reddit ad feſtum *Paſchæ* } 10. 00.

Carleton. Stanton.

Abbas de **Coverham** tenet in **Carleton**, in **Coverdale** duas partes decimarum de dominicis quondam *Ribaldi*, & in **Stanton** juxta **Downome** duas partes decimarum & reddit ad terminos *Martini* & *Pentecoſtes* } 06. 08.

Abbas de **Jervaux** tenet duas partes de dominicis quondam comitis **Richmund** infra parochiam de **Estwitton**, & reddit ad feſtum ſancti *Martini* in yeme ex integro } 12. 00. *Estwitton.*

Lamburne

Dominus *le Scroope* de *Boltona* tenet in **Layburne** duas partes decimarum de dominicis quondam *Wymari* dapiferi & reddit ad feſtum *Paſchæ* } 32. 04. *Lamburne*

Liberæ firmæ.

Downome

Henricus dominus *le Scroope* de *Boltona* tenet in **Downome** ex curia domini *Symonis* abbatis unum meſſuagium, & quatuor acras terræ cum paſtura ad octoginta oves, cum ſequelis unius anni & 20. porcos & quinque equos & ad 12. capras, & reddit ad terminos *Martini*, & *Pentecoſtes* per cartam } 06. 00. *Downome*

nihil.

Johannes Doddeſworth tenet ibidem, ex conceſſu *Willielmi* Prioris ſancti *Martini*, unum toftum cum crofto & medietatem alterius crofti, cum aſſarto, & unam acram & dimidiam terræ, & reddit per annum 12.d. ſed modò nihil, quem diſtringebam per ſupellectilem tenentis ſui, & penes me diſtrictum retinebam } nihil.

Ereth. Heſelton. Hunton.

Abbas & conventus de **Jervaulx**, tenet in **Erethorn**, **Heſelton**, & **Hunton** 7. acras terræ &c. quæ fuerunt conceſſæ *Willielmo* de **Whytwell** & hæredibus ſuis per *Robertum* de *Longocampo* abbatem *Eboraci*, cum aliis terris in **Patrick-Brumton**, & reddit ex integro } 00. 12. *Erethorne, Heſelton, & Hunton.*

Ereth. Hunton.

Dominus *Willielmus Conyers* tenet in **Erethorne**, & **Hunton** vj. acras, quondam vocatas **Ellertonland**, poſtea **Wicliffeland**, quæ datæ fuerunt cellæ ſancti *Martini* per *Rogerum* filium *Gamelli* in puram elemoſinam & confirmatæ per *Nicholaum* de **Gereſthorne** dominum de **Erethorne** & **Hunton**, cum vardis releviis et eſcaetis, &c. & ſolet reddere per annum 8.d. modò nihil. } 00. 00. *Erethorne, Hunton.*

Prædictus, & primus dominus de **Conyers** tenet in **Langthorne** toftum, cum crofto, & unam bovatam terræ, ut patet per cartam *Willielmi Laſcels* factam *Richardo* filio *Willielmi Langthorne* anteceſſoris *Willielmi Langthorne*, qui illas alienavit *Willielmo Aſcogh* juſtitiario domini regis, pro aliis terris in **Aynderby** cum campanili, & nuper fuerat in tenura filii *Roberti Alaur*, & ſolet reddere per cartam prædictam 12.d. poſtea 6.d. & unam libram cumini, ut patet per rentale, modò nihil. } 00. 09.

Robertus Chambre tenet in **Langton**, toftum cum crofto, & duas bovatas terræ, quondam *Hugonis* de **Coltingham**; Cujus *Hugonis* toſt ũ & ſervitium fuerant conceſſa cellæ S. *Mar-*

tini per *Walterum* de **Collington** dominum dictæ terræ, & fratrem dicti *Hugonis*, cum wardis, releviis, escaetis, &c. & postea fuerunt *Willielmi Foxton*, qui maritavit *Agnetam* filiam *Johannis Collingham*, postea uxor *Johannis Chamber* prædicti, cujus tenens modo est uxor *Edwardi Brode*, & solebat reddere per annum unam libram cere, sed modo ad terminos sancti *Martini* & *Pentecostes* reddit } 00. 07.

Johannes Plaice tenet in **Burton**, toftum cum crofto, & 13. acras terræ, quæ quondam fuerunt concessæ in Rodo *Roberto* filio *Sywat*, & hæredibus suis per *Robertum* abbatem & conventum monasterii *Eboraci* per 12.d. per annum, & nuper fuerant *Willielmi Sanderson* modo dicti *Johannis Plaice*, & nihil reddit. } nil.

ROMBURGHENSE *cœnobium in agro* Cantabrigiensi, *cella S.* Mariæ Eboracensis.

Charta Everardi Norwicensis *episcopi.*

Ex rotulo quodam vetusto in biblioth. *Cotton.*

Everardus Dei gratia *Norwicensis* episcopus, omnibus tam presentis quàm futuri temporis fidelibus, salutem. Sciatis me concessisse, & hac carta mea confirmasse Deo, & sanctæ *Mariæ*, & monachis abbatiæ *Eboracensis*, cellam de **Romburg**, cum pertinentiis, quam *Alanus* comes de **Richmund**, me presente, eis dedit, cum omnibus ad illam pertinentibus, in puram, liberam, & perpetuam elemosinam, cum ecclesia de **Wilfet**, & ecclesia de **Spetchale**, & ecclesia de **Holton**, & ecclesia de **Coue**, cum terris, & decimis, & silvis, & omnibus beneficiis, & pertinentiis, quæ dicta cella de **Romburg** possidebat, quando abbatiæ *Eboraci* donata fuit. Preterea concessi, & hac carta mea confirmavi prefatæ abbatiæ ecclesiam de **Wanham**, & ecclesiam de **Wilgheby**, cum decimis, & omnibus ecclesiasticis bonis, & pertinentiis, quæ præfata abbatia in diocesi nostra possidebat antequam cella de **Romburg** ei in elemosinam collata fuerat.

Hæc autem omnia, cum omnibus pertinentiis suis, & omnia bona ecclesiastica, quæ in diocesi nostra præfati monachi devotione fidelium possident, & quicquid amodo dictæ cellæ suæ de **Romburg** adquirere poterunt, concedimus & confirmamus, ipsorum omnino usibus & sustentationi in perpetuum profutura. Volo ergo, & concedo, quod dicta cella de **Romburg** sit libera in perpetuum ecclesiæ & monachis sanctæ *Mariæ Eboraci*, ita quod abbates *Eboraci* pacificè & liberè inde disponant & ordinent, Priores & monachos apponentes, & ammoventes per assensum sui capituli. Et ut hæc concessio et confirmatio rata sit in perpetuum, eam, et episcopali authoritate, et sigilli mei appositione confirmo. Testibus, *Ingulfo* Priore, *Willielmo Turbervile*, *Willielmo* Cancellario *Norwicensi*, *Willielmo* archidiacono, *A.* de **Caine** clerico, et aliis.

Confirmationis charta Theobaldi, Cantuariensis *Archiepiscopi.*

T Dei gratia *Cantuariensis* Archiepiscopus, *Anglorum* primas et apostolicæ sedis legatus, universis sanctæ ecclesiæ fidelibus, salutem. Ad officium nostrum spectat religiosorum nostrorum utilitati providere, et eorum bona augere et fovere: Ea propter notum vobis facimus, nos *Savarico* abbati, et successoribus ejus, et monachis sanctæ *Mariæ Eboraci*, confirmasse cellam de **Romburg**, cum omnibus pertinentiis ejus, et beneficiis quæ possidebat, antequam præfatis monachis in elemosinam data erat; similiter confirmamus eis ecclesiam de **Wanham**, et de **Wilgehebi**, cum pertinentiis suis, et ecclesiam de **Yeselingfeld**, et ecclesiam sancti *Petri* in *Lincolnia*, et ecclesiam sancti *Botulphi* in **Hoyland** et ecclesiam sanctæ *Mariæ* de **Winebyc**, et ecclesiam de **Belton**, et ecclesiam de **Boseworth**, cum omnibus quæ ad eas pertinent; necnon & omnia ecclesiastica beneficia quæ præfatum monasterium in diocesi *Cantuariensi*, donatione fidelium justè possidet, eidem monasterio confirmamus. Prohibentes sub anathemate, ne quis in bona illa manum violentam mittat, nec prædictis fratribus injuriam faciat, vel inquietudinem moveat. Testibus *Thoma* archidiacono, *Ricardo* monacho, magistro *R.* spe. Ibid.

Charta Gaufridi *episcopi* Elienſis *exemplata.*

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quorum noticiam litere presentes pervenerint, officialis curiæ *Eboraci* salutem in omnium salvatore. Vobis pro certo innotescimus per presentes, quod nos quoddam instrumentum originale, cujus tenor de verbo ad verbum inferiùs scribi fecimus, vero sigillo sigillatum, non concellatum, non abolitum, nec in aliqua sui parte vitiatum, veracitèr vidimus, & inspeximus in hæc verba. Gaufridus *Dei gratia* Helienſis *episcopus, omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis salutem. Ex suscepti regiminis officio quietem religiosorum virorum elevata tenemur pietate confovere; & non solum numerum Deo famulantium augmentare, verumetiam ad roborandum ordinis dignitatem, exteriora eorum beneficia tenemur amplificare, ut eo devotius divino cultui famulentur, quo minus ad emendicanda victualia foris eos vagare contigerit.*

Ex autogr. in bibl. *Hatton.*

Eapropter, cum ex relatione nobilis viri Conani, *Ducis* Britanniæ, *& comitis* Richmundiæ, *necnon &* Clementis *tunc abbatis beatæ* Mariæ Eboraci, *& aliorum virorum probate estimationis, & integri fructus, nobis inoteſceret*, Stephanum *ducem* Britanniæ, *& comitem* Richemundiæ *concessisse, & dedisse cellam de* **Romburg** *cum omnibus pertinentiis suis, Deo, & abbatiæ sanctæ* Mariæ Eboraci, *& monachis ejusdem loci: cum, inspectis instrumentis quæ prædicti monachi habent, manifestis nobis constaret, de jure quod habent*

bent in ecclesia de **Heselingfeld**, *quæ in diœcesi* Helienſi *est constituta, Ad instantiam & petitionem memorati nobilis viri* Conani *ducis, & comitis, & abbatis* Clementis, *& monachorum* Eboracensium, *memoratam ecclesiam de* **Heselingfeld** *Deo, & abbatiæ memoratæ, & monachis ibidem Deo famulantibus, præsenti scripto, cum sigilli nostri appositione, confirmavimus, in eorum usus proprios in perpetuum omnimodo profuturam, & ad sustentationem fratrum suorum apud* **Romburg** *degentium convertendam, salvis episcopalibus consuetudinibus quæ debentur matrici ecclesiæ* Helienſi *in synodalibus annuis, & auxiliis debitis diœcesano episcopo.*

Cætera vero bona omnia, quæ in diœcesi nostra oblatione fidelium, Deo largiente, justis modis sunt adepti aut in futurum Deo propitiante poterunt adipisci, ut liberè possideant, & de eis pro voluntatis suæ arbitrio, sicut justum fuerit, disponant, præsenti scripto permittimus, & confirmamus. His testibus Salomone *tunc Priore* Helienſi, Richardo *Archidecano*, Willielmo *de* **Duze**, *magistro* Gaufrido Coſtentin, *magistro* Andrea Groſſo, *magistro* Andrea *de* **Rodingham**, *magistro* Richardo *de* **Stotesord**. In cujus rei teſtimonium ſigillum officii curie *Eboracenſis* præſentibus eſt appenſum. Dat. *Eboraci* decimo kalend. Martii anno Domini MCCLxxx. quarto.

1284.

SANTOFT & HEPES, *in agro* Lincolnienſi, *cellæ* S. Mariæ Eboracenſis.

Charta Rogeri *de* Mubray *exemplata.*

Ibid. UNiverſis præſentes literas inſpecturis vel audituris, *R.* Decanus & Capitulum beati *Petri Eboraci*, ſalutem in Domino. Noveritis nos inſpexiſſe & vidiſſe, & de verbo ad verbum examinaſſe cartas religioſorum virorum Abbatis & Conventus beate *Mariæ Eboraci* tangentes locum ſuum de **Santetoft**, & de **Henes**, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte viciatas, in hæc verba. Notum ſit omnibus videntibus, vel audientibus literas has, quod Ego *Rogerus* de *Moubray*, cum conſilio hæredum meorum, & amicorum meorum conſenſu, pro ſalute animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & omnium parentum meorum, conceſſi & dedi, & hac mea carta confirmavi eccleſiæ beatæ *Mariæ Eboraci*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, Inſulam quæ vocatur **Santoft**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum piſcariis que vocantur **Sikker** & **Carleſlet**, & cum **Heſelholm**, & **Hunbeholm**, & **Hailwaldholm**, & **Calvecroft**, & totam terram & paſturam inter **Calvecroft** & **Carleſlet** uſque ad **Heſelholm**, & uſque ad aquam quæ vocatur **Pool**, libere & quietè. Et concedo eis ad opus monachi de **Santoft** ſex ſceppas ordei de hominibus meis de **Appewyt** omni anno in die *Omnium Sanctorum*, & medietatem decimarum omnium ciborum meorum ubicumque fuero in **Yarolm**, & quindecim porcos habeant per totum annum ſine pannagio in boſco meo qui vocatur **Rog**, & paſturam decem vaccarum in eodem boſco, & quicquid inde capere voluerint de mortuo boſco ad comburendum & de viridi ad ædificandum, ſine vaſto & venditione. Inſuper concedo monacho de **Santoft**, ut habeat unum Maſtivum ad cuſtodiendum domum ſuam & croftum ſuum de exteraneis animalibus, & quicquid poterit lucrari de cõmuni palude, & de rebus ſuis venditis ad utilitatem ſuam ſine impedimento hominum meorum. Si quis hæredum meorum, inſtigante diabolo, hanc confirmationem violare preſumpſerit, maledictionem Dei, & mei, & omnium parentum meorum habeat, quia ſicut didicimus, anteceſſores noſtri hæc omnia eis conceſſerunt, & plurima alia eis contulerunt. Teſtibus hiis, *Roberto* de *Alneto*, *Sampſone* de *Albino*, *Radulfo* de **Belum**, *Roberto* de **Dabil**, & multis aliis.

Alia ejuſdem *R.* de *Mubray charta.*

Ibid. SCiant omnes tam preſentes quàm futuri, quod *Ego* R. *de* Mubray *totum forense ſervitium & quicquid ego ſolebam habere de* **Wroth**, *ſive in una re ſive in alia, liberum & quietum reddidi Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis* Eboracenſibus, *pro amore Dei & pro ſalute mea & filiorum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, omniumque parentum meorum. Volo itaque ut* **Wroth**, *cum omnibus rebus quas inde ſolebam habere, quieta & libera in puram elemoſinam in perpetuum eiſdem monachis permaneat, eorundem uſibus modis omnibus profutura. Teſtibus hiis,* Thoma *de* Colevila, Roberto *de* Davila, Radulfo *de* **Belwere**, Roberto *fratre ejus*, Johanne Eruequer, Willielmo *filio* Ingeler, Willielmo *de* **Langetoft**, Roberto *capellano.*

Charta. Thomæ *de* **Arcy**.

Ibid. UNiverſis ad quos literæ iſtæ pervenerint, *Thomas* de **Arcy**, filius *Roberti* de **Arcy**, ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & abbati ſanctæ *Mariæ Eboraci*, & monachis qui ibidem Deo ſerviunt, donationem & conceſſionem quam *Robertus* de **Arcy**, pater meus, & *Normannus* avus meus eis dederunt & conceſſerunt, ſcilicet unam carucatam terræ in **Eyum**, & eccleſiam de **Moketon**, & eccleſiam de **Dunesson**, & duas partes decimarum de dominio meo in **Fiſceburre**, cum omnibus pertinentiis ſuis, pro anima patris mei *Roberti*, & *Normanni* avi mei, & omnium anteceſſorum meorum, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Edmundo* Priore de **Moketon**, *Radulfo* de **Conigby**, *Germano* de **Normanby**, *Roberto* de **Nevill**, & multis aliis.

Alia ejuſdem *Thomæ* Charta.

Ibid. SCiant omnes tam *præſentes quàm futuri, quod Ego* Thomas, *filius* Roberti *de* **Arcy**, *conceſſi, & præſenti carta confirmavi abbatiæ ſanctæ* Mariæ Eboraci, *& monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & liberam & perpetuam elemoſinam, terras*

& poſſeſſiones quas de feodo meo tenent, ſcilicet, in Bzunum *&* Wyntrington, *& duas partes decimarum de dominio meo de* Flikeburre, *& omnia tenementa quæ à prædeceſſoribus meis eis data ſunt, & quæ de feodo meo tenent & tenuerunt, pro ſalute animæ meæ, & animæ* Roberti *patris mei, & pro animæ* Normanni *avi mei, & omnium parentum meorum. Hujus autem conceſſionis & confirmationis teſtes ſunt* Robertus *de* Arcy *frater meus, &* Gervaſius *filius* Ronmundi, *&* Michael *frater ſuus,* Thomas *frater ſuus,* Willielmus *de* Pontefracto, *& multi alii.*

Charta Hamelini, *comitis* Warennæ.

Ibid. NOtum ſit omnibus tam preſentibus quàm futuris, quod Ego *Hamelinus*, comes *Warenne*, concedo Deo & eccleſiæ ſanctæ *Marie* de *Eboraco*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, xxx. *Breiſnas* ſingulis annis habendas ad tres terminos, ſcilicet, ad Annunciationem beatæ *Marie*, & ad Aſſumptionem, & ad Nativitatem ejuſdem glorioſæ virginis *Marie*, in perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & pro anima patris mei, & Comitum de *Warenna* predeceſſorum meorum, ad ſerviendum in loci ejuſdem Conventum. Teſtibus hiis *Radulfo* de Pleiz, *Dod. Bardolf*, *Roberto Pachenot* Conſtabulario de Tikehill, *Henrico Pichot* Conſtabulario de Conigbzoc, *Jordano* filio *Aiſſolfi* Conſtabulario de Wakefeld, *Otone* de Tyly Seneſcallo Comitis de Conigbzoc, *Hugone* Capellano, *Hugone* clerico de Yeitfeld, *Roberto* de Roſſevill. Et quod Cuſtos de *Santoft.* cuſtos de Santoft debet mittere prædictas *breiſnas* ad Conventum ad præfatos terminos.

Charta *Willielmi* comitis de *Warenna*.

Ibid. WIllielmus *comes de* Warenna, *omnibus hominibus ſuis* Francigenis *&* Anglicis *tam preſentibus quàm futuris. Notum ſit vobis quod conceſſi & dedi pro ſalute animæ meæ & animarum omnium amicorum meorum abbatiæ ſanctæ* Mariæ Eboraci, *& monachis ibidem Deo ſervientibus* Hemes, *cum* mora *&* marais *quæ circa ſunt* Hemes. Hemes, *ad faciendum inde commodum ſuum tam in* mora *quàm in terra lucrabili &* marais *&* Hunkeſlete, *cum omnibus piſcariis ſuis. Et inſuper ad aſſumptionem ſanctæ* Mariæ *tres lupos in* Bzadenars . . . . . *& duodecim* Breiſnas. *Et prohibeo ex parte Dei omnipotentis ne aliquis poſterorum meorum hanc elemoſinam meam minuere, vel auferre præſumat. Teſtibus* Roberto *de* Weſtrenal, Baldewino *de* Wagnavill, Roberto *de* Frevill, Willielmo *filio* Radulfi, Aluredo *clerico.*

HEREFORDENSIS *Prioratus, Cella Abbatiæ S. Petri de Glouceſtria.*

ANno Domini MCj. *Hugo* de Lacy eccleſiam ſancti *Petri Herford*, quam pater ſuus *Walterus* à fundamentis conſtruxerat, dedit monachis ſancti *Petri Glouceſtriæ*, cum præbendis, & omnibus, quæ ad eam pertinent. Tempore *Serlonis* abbatis, rex *Willielmus* ſenior conceſſit & confirmavit, de terris *Walteri* de Lacy, ad eccleſiam ſancti *Petri*, quam ipſemet conſtruxit in Herford, quantum pertinet ad quatuor carucas. Et de x. villis x. villanos. unum villanum in Stoke in Hereforbſchire, unum in *Webbleya* in Hereforbſhire, unum in Bzicmori-frome in eadem ſchira. Quinque autem villanos de quinque villis in Glouceſtreſchire, unum in Guytyng, unum in Quennyngton, unum in Strattone, unum in Wyke *(&c.)* Ex cronic S. Petri Gloucſtr. in bibl. cottoniana.

Quod hujuſmodi Prioratus in manum regis capiatur.

REx vicecomiti *Herefordiæ* ſalutem. Cum Prioratus *Herefordiæ* pro elemoſinis certis & operibus pietatis, pro animabus anteceſſorum noſtrorum & noſtra faciendis, ſit fundatus, & abbatiæ *Glouceſtriæ*, quæ eſt de fundatione anteceſſorum noſtrorum prædictorum, annexus; Ac jam intellexerimus quod inter fratrem *Willielmum* de Irby, Priorem prioratus prædicti, recognoſcentem prioratum prædictum, de elemoſinis progenitorum noſtrorum prædictorum ſic eſſe fundatum, & ſe prioratum illum de advocatione noſtra tenere, ut prædictum eſt, ac fratrem *Thomam* de Burghull, qui ſe in prioratum illum intruſit, eundem prioratum, de advocatione & fundatione alterius quam dictorum progenitorum noſtrorum, & noſtra, clamat tenere, tam gravis contentio mota exiſtit, quod per contentionem illam prioratus prædictus, in tantum deſtructus eſt & depauperatus, quod bona ejuſdem ſufficere non poſſunt ad dicta onera & pietatis opera manutenenda, per quod dicta onera & opera, pro parte, ceſſant, & totaliter adnullari formidantur, niſi per nos remedium ſuper hoc citius apponatur: Nos ſuſtinere non valentes, ſicuti nec debemus, onera, & pia hujuſmodi opera, pro animabus anteceſſorum noſtrorum & noſtra ordinata, taliter adnullari, tibi præcipimus, quod dictum prioratum, cum omnibus ſuis poſſeſſionibus & pertinentiis tam mobilibus quam immobilibus ſine dilatione capias in manum noſtram, & ea ſalvo cuſtodias quouſque de cuſtodia eorundem ordinaverimus, vel aliud à nobis inde habueritis in mandatis. *T.* rege apud *Wygorn.* vj. die Jan. Claus. 15. E 2. m. 22.

NORWI-

NORWICENSE

cœnobium in agro Norfolciensi, *fundatum anno Dom.** 1096.

* Annal. eccl. Norw. in bibl. Cotton.

Leland collectan. vol. 3. p. 73.

ANno Domini Mxciiij. vj. idus Aprilis, episcopatus de **Thetford** translatus est in *Norwicum*, ibique monachorum congregationem numero & religione percelebrem instituit *Herebertus* cognomento *Losenge*, omnia eis necessaria sumptu mercatus domestico. Qui *Herbertus* ab abbate *Rameseia* episcopal præsulatu, factus est *Theodfordensis* episcopus. Sed postmodum pœnitentia ductus, *Romam* profectus est, & simoniacum baculum, & annulum papæ resignavit, verumtamen, sedis apostolicæ indulgentia propiciante, restitutus est, & deinde sedem suam ad *Norvicum* transtulit, ut prædictum est. Preterea idem *Herbertus* monachos *Cluniacenses* instituit.

Fundationis historia.

Ad ecclesiæ registri de Rameseia, penes autorem.

ANno ab incarnatione Domini millesimo sexagesimo sexto, *Willielmus* dux *Normanniæ*, & conquestor *Anglorum*, die nativitatis Domini coronatus fuit, qui anno sequenti promovit clericum suum *Willielmum Bewfewe* ad episcopatum *Estanglia*, post mortem *Arfasti*, qui sedem episcopalem de **Elmham** transtulit ad **Thetford**. Postea *Willielmus* Rex & conquestor *Anglorum* viam universæ carnis ingressus est anno xxij. regni sui & sepultus quievit apud **Chanye** in *Normannia*, post quem regnavit *Willielmus Ruffus* filius ejus, qui duxit secum de *Normannia* in *Angliam* unum de capellanis suis *Herbertum* Priorem de **Fischampe**, quem multum diligebat, cui conferebat Rex abbatiam de **Rameseye**, & anno iij. post hæc, *Willielmus* episcopus de *Estanglia* mortis debitum solvit, in loco cujus *Willielmus Ruffus* Rex substituit *Herbertum* abbatem de **Rameseye**, & sic episcopus *Estanglia* factus est. Postea verò præfatus *Herbertus* episcopus disponens stabilire sedem cathedralem in aliquo certo loco imperpetuum, comparavit ac emit quendam locum apud *Norwicense* castrum vocatum **Cowholme**, pasturam pertinentem ad manerium de **Thorpe**, cujus loci habitatores omnia sacramenta ecclesiastica ac etiam sepulturam habuerunt apud **Thorpe**, & cunctis diebus, cum hominibus hundredi de **Blowselve**, coram justitiariis domini regis cum eis de **Thorpe** responderunt, unde via adjacens prædicto loco ex parte aquilonari habet nomen **Polmistrete**. Et infra prædictum eundem locum vocatum **Cowholme** fuit sita una ecclesia beatæ *Mariæ* quæ multo tempore ante conquestum fuit fundata, quam homines adhuc vocant hiis diebus ecclesiam beatæ *Mariæ* de *Mariseo*; Et in hujus rei probationem omnes rectores ecclesiarum decanatus de **Blowselve** cum suis parochianis fecerunt solempnem processionem de anno in annum & venerunt ad ecclesiam beatæ *Mariæ* de *Mariseo* processionaliter die lunæ in ebdomada Pentecostes. Præfatus igitur *Herbertus*, comparato loco apto & per regem *Willielmum Ruffum* sibi carta sua confirmato, cujus autem tenor sequitur in hæc verba. *Willielmus* Rex *Anglie*, *Umfrido* cametario, & *Radulfo* de *Passelewa*, & *Odberto*, & omnibus fidelibus suis *Francis* & *Anglis* de *Norfolchia* & *Suffolchia* salutem. Sciatis me dedisse *Herberto* episcopo terras illas omnes quas viderunt & determinaverunt & amensurari fecerunt *Willielmus* episcopus & *F.* capellanus & *Rogerus Bigotus*, ad ecclesiam suam faciendam & ad domos suas & monachorum suorum faciendas apud *Norwicense* castrum, & hoc cum *sacâ* & *sokâ* & aliis consuetudinibus omnibus, Ita quidem quod episcopus ibi constituat monachos qui ibidem Deo serviant usque in finem seculi perseverantes. Et vos *Umfride*, & *Radulfe*, & *Odberte*, fasite episcopum inde. Testibus *W.* episcopo, & *Rogero N.* capellano, apud *Saltesberiam*. Fundo igitur per prædictam cartam *Herberto* dato, & eidem confirmato, præfatus dominus *Herbertus* episcopus, anno Domini millesimo nonagesimo sexto, & anno x. dicti regis *Willielmi Ruffi* cœpit ædificare ecclesiam matricem in prædicto loco vocato **Cowholme**, in nomine sanctæ Trinitatis; & primum lapidem posuit, in quo sic scriptum reperitur. *Dominus* Herbertus *posuit primum lapidem in nomine patris & filii & spiritus sancti, Amen.* Quam quidem ecclesiam cathedralem sibi & successoribus suis instituit & ordinavit, ac & *Paschali* papa matricem ecclesiam de **Norffolk** & **Suffolk** stabiliri & confirmari procuravit, ac impetravit imperpetuum duraturam. Et posuit palacium episcopi ex parte aquilonari ipsius ecclesiæ, mansiones verò monachorum ex parte australi. Et pro habendo libero egressu & ingressu super solum suũ proprium ad ecclesiam suam & mansiones monachorum, per excambium comparavit ante portas monasterii sui versus occidentem palacium *Rogeri Bygote*, comitis de **Norffolk**, & terram sancti *Michaelis* pertinentem ad idem palacium, quæ illis modernis temporibus vocatur **Tumlonde**, jacens versus occidentem ante portas monasterii. In qua terra sita fuit aliquando una capella nomine sancti *Michaelis*, quam quidem capellam venerabilis *Herbertus* episcopus transtulit ac removit & poni fecit in quodam colle versus orientem dicti monasterii ex parte aquilonari ecclesiæ suæ sancti *Leonardi*, quæ nunc appellata est capella sancti *Michaelis* de *Monte*; & in memoriam illius capellæ venerabilis *Herbertus* episcopus in eodem loco ubi dicta capella fundata fuit, erigi fecit unam crucem lapideam, & in summitate ejus poni procuravit imaginem sancti *Michaelis*, pro bunda & termino inter villam & franchesiam ecclesiæ suæ, & fuit illa crux vocata crux sancti *Michaelis*, & adhuc sic vocatur usque in hodiernum diem. Quam quidem terram sancti *Michaelis* cum terra in **Tanerham**, *Willielmus Ruffus* Rex dedit venerabili *Herberto* episcopo, & carta sua eidem episcopo confirmavit, cujus tenor sequitur. *Willielmus Ruffus* Rex *Anglorum*, *Herberto*, *Norwicensi* episcopo, & omnibus baronibus suis de **Norffolke** & **Suffolke** salutem. Sciatis me dedisse ecclesiæ sanctæ *Trinitatis Norwici*,

wici, rogatu *Rogeri Bygot*, terram sancti *Michaelis* de monasterio, & terram de **Tanerham**, quæ ad eandem terram pertinet, quietam semper & liberam ab omnibus sectis & geldis & omnibus aliis consuetudinibus. Teste *Eudone* dapifero. Apud *Westmonasterium*.

Quæ quidem terra sancti *Michaelis* incipit ad capud cujusdam venellæ quondam vocatæ **Bewgate**, quæ quondam jacuit inter cimiterium sancti *Cuthberti* ex parte australi, & mansum fratrum *Minorum*. Quæ quidem venella modò includitur infra mansum fratrum prædictorum. Quæ quidem venella abbuttabat super communem viam ducentem de **Cunsfozthe** ad **Fybzigge**, & ab illo capite per medium regiæ viæ versus aquilonem tendentis ad ligneam crucem stantem ex opposito carnarii, quæ ad presens vocatur *le* **Tomlonde**. Pro qua terra & manerio de **Tanerham**, quod tunc fuit comitis *Rogeri Bigoti*, venerabilis episcopus *Herbertus* dedit in excambium unam carucatam terræ in **Sulham** & alteram carucatam terræ in **Wykes**, quas comes *Rogerus* dedit monachis suis de **Thetfozde**, & de prædicto palacio comitis prædicti remanet una domus ante portas monasterii vocata *le* **Stonhowse**. Et ut monachi majus securè tenerent illam placeam, scilicet palacium comitis, terram sancti *Michaelis* cum terra de **Tanerham**, comes *Rogerus Bigot* illud palacium, terram sancti *Michaelis* quæ modo appellatur **Tomlonde**, cum terra de **Tanerham**, reddidit in manus Regis *Willielmi Rufi* prædicti, & idem Rex feoffavit dominum *Herbertum* episcopum & ecclesiam *sanctæ Trinitatis* per cartam suam, de palacio, terra sancti *Michaelis*, & terra de **Tanerham** prædictis, in puram & perpetuam elemosinam, & ea privilegiavit in omnibus francheſiis sicut pro prius monasterium privilegiatum fuit, & totum alterum procinctum dictæ ecclesiæ, id est à ponte sancti *Martini* versus orientem per filum aquæ in circuitu usque ad **Lovells ſtathe** versus austrum, & sursum per venellam ducentem usque ad communem viam de **Methir Cunsfozthe**, & per illam communem viam usque ad mesuagia quæ quondam fuerunt *Johannis* de *Marisco* & *Hawyse* uxoris suæ & postea fuerunt *Petri* de **Strumpſatne**, quæ modò sunt infra clausuram fratrum *Minorum*. Et ab illis mesuagiis per unam venellam appellatam **Bewgate**, quæ olim jacebat inter cimiterium sancti *Cuthberti* & fratres *Minores*, quæ modò inclusa est infra procinctum fratrum *Minorum*, sicut patet evidenter clarè intuenti. Et ab illa venella abbuttante super communem viam versus occidentem ducentem de **Cunsfozthe** usque ad **Fybzygge**, quæ via includit versus orientem illam placeam quæ quondam fuit palacium *Rogeri Bygott* comitis ex parte una, & modò appellatur **Rattonrowe**, & prædictam terram sancti *Michaelis*, quæ modò appellatur *le* **Tomlonde**, & seperat seu dividit illa via francheſias ecclesiæ à francheſiis villæ. Quæ quidem via dividitur ante magnas portas ecclesiæ, & terminat terram S. *Michaelis* versus austrum, quæ est *le* **Tomlonde**, & terram villæ versus aquilonem, & tendit per cornerium muri monasterii usque ad pontem sancti *Martini*, & includit illam vacuam placeam terræ jacentem ante portas palacii episcopi versus aquilonem. Quem quidem procinctum dictus venerabilis *Herbertus* episcopus francheſiis regiis ac papalibus privilegiis muniri fecit, apostolici anathematis mucrone feriendum optineus, si quis mõnachos expellere, vel temeritate nephanda fatigare, vel eorum bona auferre minuere vel retinere moliretur. Et est advertendum, quod extra muros monasterii præfatus venerabilis *Herbertus* episcopus de procinctu prædicto dimisit non inclusam versus austrum dicti monasterii parochiam sanctæ *Mariæ* de *Mariſco*, quæ fuit appellata in antiquis cartis *Soka* episcopi, cujus major pars est infra clausuram fratrum *Minorum*, & deorsum usque ad aquam & mesuagia magistri *Hervei* de **Faltenham**, quæ postea fuerunt domini *Petri* de *Roscelyn*, & totam viam usque ad **Lovel ſtathe** : Et ulterius illi non sunt de villa *Norwici*, nec cum eis respondent in **Iott** nec in **Ihott**, sed solummodo tenent de ecclesia *sanctæ Trinitatis*, cui solvunt *langabulum*, quamvis illi de villa per intrusionem & usurpationem se intromiserint, sicut in *le* **Rattonrowe** præantea fecerunt. Quæ quidem **Rattonrowe**, cum aliis, ante combustionem ecclesiæ pertinebant ad ecclesiam parochialem sancti *Ethelberti* super portas monasterii, Et post combustionem ad ecclesiam parochialem sanctæ *Mariæ* de *Mariſco*, & omnibus diebus fuerunt & adhuc sunt infra jurisdictionem decani maneriorum Prioris & conventus, & non sunt intendentes decano *Norwici* nec alicui ministro episcopi forinseco. Sed ad *letas* curias & conventiones cum illis de **Holmecrete** infra procinctum francheſiæ ecclesiæ *sanctæ Trinitatis* respondent & semper responderunt, & non ballivis villæ *Norwici*. Postea casu accidit, quod Rex *Willielmus* occisus fuit xiiij. anno regni sui in nova foresta, & post ipsum regnavit *Henricus* frater ejus, qui omnia & singula ecclesiæ *sanctæ Trinitatis* prius concessa per fratrem suum *Willielmum Ruffum* confirmavit, & plures francheſias eidē ecclesiæ concessit, sicut patet per cartas Regis ejusdē. Igitur *Henrico* primo viam universæ carnis ingresso, anno regni sui xxxvj. *Stephanus* nepos ejus, scilicet filius comitis *Blesensis*, gubernacula regni post ipsum *Henricum* susscepit, qui omnia & singula quæ antecessores sui, scilicet *Willielmus Ruffus*, & *Henricus* frater ecclesiæ *sanctæ Trinitatis* dederunt, carta sua confirmavit, scilicet prædictum locum **Cowholme** & omnia alia contenta ac inclusa infra procinctum prædictum in circuitu, cum omnibus francheſiis, sicut Rex *Willielmus* secundus tenuit in manu sua. Et postea anno regni regis *Stephani* xvij. qui fuit annus Domini millesimus centesimus quinquagesimus secundus, communitas villæ *Norwici* finem fecerunt & concordaverunt, sicut dicunt, cum prædicto rege *Stephano* pro coronatoribus & ballivis de seipsis habendis, sed de hoc cartam non habent, nec tempore necessitatis protulerunt, quia nunquam ante conquestum nec post per centum & plures annos habuerunt coronatores nec ballivos de se ipsis, sed solummodo unum ballivum qui nomine regis curias tenebat & amerciamenta colligebat, sicut fuit in **Weccles** seu in **Bungey**, sive in aliis villis ubi merchandiæ venduntur. Et prædictus ballivus villæ *Norwici* nunquam exercuit officium suum infra procinctum prædictæ terræ de **Couholme**, neque aliarum

rum terrarum pertinentium ad libertates & franchesias ecclesiæ *sanctæ Trinitatis Norwici.* Sed postea, regnante *Ricardo* primo, prædicta communitas *Norwici* ad firmam ceperunt de manu dicti regis *Ricardi* primi civitatem *Norwici* cum franchesiis & proficuis universis, sicut & ipse rex in manu sua tunc habebat, & sicut carta dicti regis *Ricardi* testatur, cujus dat. est v. die Maii, anno regni sui quinto, qui fuit annus Domini millesimus centesimus nonagesimus quartus.

Et postea, sexaginta annis transactis, scilicet anno xxxvij (qui fuit annus Domini MCCix.) regni regis *Henrici* tercii, habuerunt licentiam communes *Norwici* includendi eandem villam cum fossis. Quod nullo modo facere potuerunt absque præjudicio aliorum, includendo terras feodorum aliorum, & aliarum franchesiarum, & in diversis hundredis jacentium, scilicet præfatum procinctum de **Cowholme** & terram sancti *Michaelis*, quam perquisivit *Herbertus* episcopus pro ecclesia sua fundanda in hundredis de **Blofelde** & **Tanerham**, & terram de **Thedwardescrofte**, quæ modo appellata est **Newgate**, pertinentes ad manerium de **Lakenham** in hundredo de **Lunnitzerde**, quas terras *Willielmus* rex secundus, & *Henricus* frater ejus reges *Angliæ* concesserunt ecclesiæ *sanctæ Trinitatis Norwici*, & privilegiis & franchesiis dotaverunt, sicut cartæ eorum testantur, tenendas cum omnibus franchesiis liberè & quietè sicut ipsi reges tenuerunt in manibus suis. Et præterea incluserunt communes *Norwici Gosshill*, terram pertinentem prioriſſe de **Carhowe**, jacentem a **Cunsforthgates** usque ad **Westretegates**, & procinctum prædictum de **Newgate**, & croftum sanctæ *Mariæ* in campis, & croftum sancti *Augustini*, ubi ballivus hundredi de **Tanerham** tenet curiam suam usque in præsentem diem, & alias terras incluserunt cum fossis usque ad portas de **Fybrigge**, & fossas fecerunt super terram Prioris *Norwici* a prædictis portis de **Fybrygge** usque ad **Barrygatis**, de istis portionibus terrarum quæ ante quintum annum regis *Ricardi* primi fuerunt privilegiatæ, & diversis franchesiis dotate, à villa *Norwici* prædicta totaliter separatæ & in puram & perpetuam elemosinam ecclesiæ *sanctæ Trinitatis* datæ sunt, sicut in cartis regum *Willielmi* secundi, *Henrici* primi, ac *Stephani* evidenter poterit apparere, sicut *Herbertus* episcopus impetravit & donavit ecclesiæ suæ *sanctæ Trinitatis* imperpetuum, cum aliis terris adtunc in manu regis existentibus. Villa autem *Norwici* collecta & cum fossis inclusa, illas terras non privilegiatas nec franchesiis dotatas ante quintum annum regis *Ricardi* primi, idem rex *Ricardus* primus ad firmam concessit burgensibus *Norwici*, quas tunc, diebus illis habuit in manu sua, & non illas quas progenitores sui donaverunt, & ad impetrationem venerabilis *Herberti* episcopi, ecclesiæ *sanctæ Trinitatis* cartis suis confirmaverunt. Et postquam Communes ceperunt villam *Norwici* de manu regis *Ricardi* ad firmam, ut prædictum est, inceperunt placitare contra Priorem & conventum ecclesiæ Cathedralis *sanctæ Trinitatis* pro communi pastura habenda in communa de **Lakenham** versus **Herforthrigges**, & in communa versus **Eton**, ubi nunquam prædicti communicaverunt, ut in communa sua propria, exceptis solummodò illis qui morabantur in **Thedwardescrofte**, hoc est in **Newgate**, qui adtunc fuerunt tenentes manerii de **Lakenham**, & ad *Letas* & curias ejusdem manerii respondentes. xj. verò anno postquam communes ceperunt villam *Norwici* ad firmã, qui erat sextus annus regni regis *Johannis*, redacti sunt ad concordiam monachi & communes, prout patet per finalem concordiam factam apud **Mondestok**; sicque cessavit ipsa controversia, quæ fuit prima controversia inter ecclesiam matricem & communes *Norwici*. Vos igitur omnes qui non habetis in vera & certa noticia modum seu processum fundationis ecclesiæ vestræ matricis *sanctæ Trinitatis Norwici*, sic succincte, sine fraude & defectu poteritis audire, ac veram noticiam habere, prout invenimus in bullis papalibus cartis regum & episcoporum cronicis ac aliis evidentiis fide dignis & satis auctenticis.

Charta *Herberti* episcopi.

IN nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Herbertus *episcopus, infirmitatis & impuritatis propriæ conscius, ante justum & clementem judicem Deum mores & vitam expono meam, & revelans juventutis meæ ignorantias & scientiæ prævaricationes anxias, cujus oculis omnia sunt nuda & aperta, cujus sermo pertingens ad divisionem animæ & spiritus, omnium cordium contemplator. Interiora ei inquam confiteor mala mea, quia nulla fecit michi nisi bona sua, præsumens de abundantia Dei mei miserationum, qui poteram & debueram diffidere de multitudine mearum turpitudinum; sed diffidere de spiritu sancto impium, confidere verò Christianum & catholicum. In eo enim cognoscenti & pœnitenti anima omnia delicta remittuntur, à quo totius ecclesiæ pulcritudo interior infunditur & fovetur. Ut igitur sunt, & ne ipse Deus judicet, sic peccata condemno mea, & ante tribunal justitiæ & misericordiæ Christi confiteor remittenda. Ago pœnitentiam, sed Deus pœnitentia requirit fructus: Arbor arida succisione & igne digna, quos dabit fructus? immunda tua quibus mundabis fletibus? Quid retribues Deo tuo pro omnibus quæ tribuit tibi? O utinam salutaris tui calicem biberes, & tui sanguinis effusione indulgentissimum creatorem tuum infirmitati tuæ reconciliares. Hoc si posses deberes retribuere, sed quia hoc non potes, minimè debes negligere. Igitur pro redemptione vitæ meæ mearumque omnium peccatorum absolutione, apud* Norwicum, *in honore & nomine sanctæ & individuæ Trinitatis ecclesiam primus ædificavi, quam caput & matrem ecclesiam omnium ecclesiarum de* **Northfolke** *& de* **Southfolke** *constitui & consecravi.*

Præceptis igitur & concessionibus Willielmi *regis, &* Henrici *regis fratris sui, & consilio* Anselmi, Cantuariensis *archiepiscopi, & omnium episcoporum & primatum totius regni* Angliæ, *in ecclesia eadem monachos ordinavi, ea auctoritate ut ibi in æternum permaneant, & à nullo successore meo inde eiciantur: ante Deum & ante cœlestem* Jherusalem *hoc constituo, hoc confirmo, ut in ecclesia*

Ibid.

officio & obsequiis quos constitui permaneant & perseverent monachi quo modo constituerim, nullis viribus eliminandi, nullis consiliis mutandi, nullis temporibus eiciendi, periculose presumat nullus sui antecessoris mutare sententiam qui de domo Dei ante ipsum Deum expectet reddere rationem. Absit ut ex tanta rei violatione alius incurrat anathema, unde ex ejusdem constitutione alius colligitur in vita sempiterna. Omnia igitur que hactenus & erant & dicebantur episcoporum, deinceps & sint & dicantur ecclesie sanctæ Trinitatis, tam in terris quàm in hominibus, tam in consuetudinibus quàm in omnibus aliis redditibus, omnia sint Dei & ecclesiæ sue, usus & fructus nostri & successorum nostrorum. De hiis rebus divido, & ad alia opera ecclesia necessaria, videlicet ad victum & ad vestimenta monachorum, tribuo ea que subscribuntur. Oblationes que fiunt in ecclesia omnino sunt monachorum, & sepultura similiter. Feriæ, quas donavit Willielmus *Rex in ebdomada pentecostes, fratribus concedo, cum decimis manerierum meorum (exceptis eis quas meis dederam capellanis.)* Lakenham *cum omnibus rebus que ad eandem pertinent villam, prater terram* Osberti *archidiaconi* Ambrymghale, *similiter medietatem silve de* Thorpe, *ita quod nulli monacho liceat quicquam inde vendere vel dare sine licentia episcopi, sed custodiatur silva per ministros episcopi & ministros monachorum ad necessaria episcopi, & monachorum suorum. Venatio silve & warenna predictarum villarum sunt in custodia episcopi & defensione.* Pinbringham, *quam modo habebam in dominio meo:* Landolneston *similiter. Apud* Norwicum, *molendinum terra & pratum quod antiquitus ad episcopatum pertinebat. De pratis de* Thorpp *medietatem tam citra aquam quam ultra aquam. Apud* Helyngeyam *mansionem quæ ibi est episcopi & mariscum & anguillas que ad idem pertinent.* Partham *in* Flegge *quicquid inde in dominio meo erat.* Hempsthye, *& quicquid pertinet ad dominium ejusdem ville. Ecclesiam sancti* Nicholai *de* Jernemutha, *cum omnibus rebus que ad eandem ecclesiam pertinent. Ecclesiam sancti* Leonardi, *quam ego à primo fundamento in quodã colliculo silve de* Thorpe *edificavi.* Cattonam, *cum omnibus pertinentibus ad eandem villam.* Newtonam, *quam donavit* Godefridus *dapifer, & uxor ejus* Ingreda, *& filius eorum* Radulphus, *acceptis inde ab eodem* Radulpho *decem libris pro confirmatione & perpetuitate hujusmodi donationis. Quicquid* Herbertus Ros *habuit in* Plumstede & Beecham. *Ecclesiam de* Horon *cum capella sancti* Edmundi *ejusdem ville, ubi idem martyr interfectus est. Ecclesiam de* Lynne, *& omnes salinas meas de* Gaywode, *exceptis que ad firmam ejusdem manerii pertinebant, ita quietas & absolutas ab omnibus consuetudinibus predicti manerii sicuti ego, vel* Arfastus, *vel* Willielmus *unquam melius habuimus in dominio nostro. Molendinum meum quod in paludibus* Gaywod *edificare precepi concessi eis, & ecclesiã de* Helingham *cum omnibus appendiciis suis. Ecclesiam de* Langham, *que fuit* Alani, *& decimas ejus. Hæc autem predicta omnia donavi Deo & ecclesiæ ad victum & vestimenta monachorum, & ad alia necessaria eorum, ita firmè quod nullus successorum meorum mutandi vel minuendi habeat potestatẽ, sed in æternum reserventur usibus monachorum. Et ne cui successorum meorum gravis videatur minoratio episcopalis dominii, restitui illud hoc modo. Apud* Norwicum *reparavi domum de viginti libris de dominio de* Thorpp, *quod retinui in manu mea. In* Suffolchia *de* Elmham, *quam emi à* Willielmo *de* Neverys: *de* Eccles, *quam redemi à rege* Henrico *sexaginta libris: manerium de* Colneyke. *Has donationes & ordinationes confirmaverunt* Henricus *Rex &* Matilda *Regina. Signaverunt etiam subscripti.*

Ego Henricus *Rex concessi confirmavi & cruce signavi* ✠. *Ego* Matilda *Regina concessi confirmavi & cruce signavi* ✠. *Ego* Anselmus, *archiepiscopus* Cantuariensis *subscripsi* ✠. *Ego* Gerardus, Eboracensis *archiepiscopus subscripsi* ✠. *Ego* Gundulphus, Rowcestrensis *episcopus subscripsi* ✠. *Ego* Mauricius, Londoniensis *episcopus subscripsi* ✠. *Ego* Robertus, Lincolniensis *episcopus subscripsi* ✠. *Ego* Sampson, Wygrecestrensis *episcopus subscripsi* ✠. *Ego* Johannes, Bathoniensis *episcopus subscripsi* ✠. *Ego* Osbernus, Exoniensis *episcopus subscripsi* ✠. *Ego* Robertus, Cestrensis *episcopus subscripsi* ✠. *Ego* Radulphus, Cicestrensis *episcopus subscripsi* ✠. *Ego* Johannes, Tusculanus *episcopus, legatus papæ subscripsi* ✠.

Ego comes Henricus *de* Warwyke *subscripsi* ✠. *Ego* Simon, *comes de* Northamptona *subscripsi* ✠. *Ego* Willielmus *comes de* Warenna *subscripsi* ✠. *Ego* Rogerus Bigotus *subscripsi* ✠. *Ego* Eudo *dapifer subscripsi* ✠. *Ego* Hamo *dapifer subscripsi* ✠. *Ego* Robertus Maleth *subscripsi* ✠. *Ego* Nigellus *constabularius subscripsi* ✠. *Ego* Alanus, Flaaldi *filius subscripsi* ✠. *Ego* Willielmus Maleth *subscripsi* ✠. *Ego* Willielmus *pincerna subscripsi* ✠.

Ego Gilebertus, *abbas* Westmonasterii *subscripsi* ✠. *Ego* Saerlo, *abbas* Glouceſtrensis *subscripsi* ✠. *Ego* Henricus *abbas de* Bello *subscripsi* ✠. *Ego* Stephanus, *abbas* Eboracensis *subscripsi* ✠. *Ego* Aldewynus, *abbas* Rameiensis *subscripsi* ✠. *Ego* Ricardus, *abbas sancti* Albani *subscripsi* ✠. *Ego* Ricardus, *abbas de* Elye *subscripsi* ✠. *Ego* Rogerus *cancellarius subscripsi* ✠. *Ego* Herbertus, *regis camerarius subscripsi* ✠. *Ego* Everardus *capellanus subscripsi* ✠. *Ego* Rogerus *capellanus subscripsi* ✠.

Facta est hæc donatio anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo primo, mense Septembris, ordinatione beati papæ Gregorii, *apud* Wyndesores, *regnante Domino nostro* Jesu Christo, *cui est consubstantialis & coæterna æqualitas, honor, & gloria cum patre in unitate spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amen.*

Paschalis papæ diploma.

PAschalis *episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri* Herberto, Norwicensi *episcopo salutem & apostolicam benedictionem. Officii nostri nos hortatur auctoritas pro ecclesiarum statu nos sollicitos esse, & que rectè statuta sunt stabilire. Proinde, frater charissime, constitutionem tuam decreti presentis auctoritate firmamus, ut monachorum regulariter viventium congregatio semper in* Norwicensi *ecclesia conservetur, quam in sancta*

Trinitatis

Trinitatis *nomine strenuitas tua ab imis fundaminibus stabilivit. Constituimus etiam ut sicut hactenus apud* Theofordense *opidum fuit, ita in futurum quoque, tam tibi, quàm successoribus tuis apud* Norwicensem *ecclesiam episcopalis cathedra conservetur, nec cuiquam omnino successorum tuorum liceat monastica disciplina viros ab ecclesia removere, aut ejus possessiones & bona cætera à te provisa auferre, vel quæ per industriam tuam aut à rege* Anglorum Henrico, *aut cæteris fidelibus ad monachorum sumptus oblata & temperata sunt, vel in futurum offerri Deo disponente contigerit. Porro iidem monachi semper sub episcopi* Norwicensis *obedientia maneant, & in ipsa episcopali ecclesia divinorum officia debita peragant, prout* Cantuariensi *ecclesia per beatum* Augustinum *novimus institutum, & sanctissimi patris* Gelasii *doctoris ecclesiæ catholicæ assertione sancitum. Ad hæc adicientes decernimus, ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut oblatas retinere, vel minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conserventur, eorum quorum sustentationi & gubernationi concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si quæ sane secularis ecclesiasticæve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, temerè contra eam venire tentaverit, secundò tertiòve commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque divino se judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & sanctissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri* Jesu Christi *aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco jura servantibus sit pax Domini nostri* Jesu Christi, *quatinus & hic fructum bonæ actionis & apud districtum judicem præmium æternæ pacis inveniant.* Amen.

Carta Regis Henrici *primi.*

Reyner. Apostolat. Benedictin. in Angl. tract. 2. sect. 6. pag. 146.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, amen. Dei filius, amator & redemptor hominum, *Jesus Christus*, adeo sanctam dilexit ecclesiam, ut eam suo sanguine redimeret, & suo spiritu insigniret, suæque carnis alimento satiaret. Expoliavit eam erroribus, & peccatis, & induit eam innocentiæ purpura, & omnium virtutum ornamentis: ditavit etiam muneribus, & invisibilibus thesauris, & stola immortalitatis consecratam sibi in matrimonium copulavit, donavit ei divitias spirituales & æternas, & decoravit eam cœlesti & immortali corona. Fœlix sponsa tali conjuncta viro, ubi pudor vernat, & fœcunditas conceditur, impletur liberis domus, & virginitas non violatur. Hujus reginæ speciem spiritus sanctus admirans exclamat: *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata:* & propheta: *Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Et post pauca: *Adducentur regi virgines post eam, proximæ ejus afferentur tibi.* Juste igitur ad tantæ dignitatis obsequia convenit, & conjuravit orbis, & omnis humana altitudo humiliata est: exultant in ejus obsequiis reges & dignitates totius orbis, & fœlici commercio de temporalibus æterna, de terrenis mercantur cœlestia bona. Abundanter terreni reges sanctæ ecclesiæ largiuntur temporalia bona, & exemplo summi imperatoris, qui eam interius illustrat, exteriora præparant necessaria, Quod ego *Henricus* Rex, filius *Willielmi* regis considerans, ipse quoque matri meæ sanctæ ecclesiæ servire studui; eamque rebus, quas ab antecessoribus meis jure hæreditario acceperam, honoravi; Igitur in ecclesia sancta civitatis de *Nordovico* donavi Deo, & *Herberto* episcopo, & successoribus suis, & monachis qui in eadem ecclesia Deo serviunt, & servituri sunt, manerium meum de **Thorpe**, cum omnibus appendiciis suis, cum *sacca* & *socca* mea, & omnibus aliis meis consuetudinibus, sicuti vel ego, vel pater meus, in manu nostra melius unquam habuimus. Hoc autem feci pro anima mea & anima patris & matris meæ, & *Willielmi* regis fratris mei, & omnium antecessorũ, & successorum meorum, presente Regina *Matilda*, filia regis *Scotiæ*, & viris illustribus totius *Angliæ* ecclesiasticis & sæcularibus quorum nomina infra scripta sunt. Et ut in æternum permaneat mea donatio, sanctæ crucis presente signo eam confirmavi, & meæ regiæ dignitatis sigillo eam corroboravi.

Facta est igitur hæc donatio anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo primo, indictione nona, epacta 18. concurrente 1. luna. 6. tertio nonas Septembris, regnante Domino nostro *Jesu Christo*, cui est consubstantialis & coæterna æqualitas, honor, & gloria cum patre in unitate spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum. Amen. Ego *Henricus* Rex donavi & confirmavi ✠. Ego regina *Matildis* concessi & confirmavi ✠. Ego *Robertus* dux *Normannorum* frater regis *Henrici* concessi, & hoc signo crucis confirmavi ✠ Nomina archiepiscoporum & episcoporum. Ego *Anselmus*, archiepiscopus *Cantuariensis* subscripsi ✠. Ego *Gerardus*, archiepiscopus *Eboracensis* subscripsi ✠. Ego *Gundulfus*, *Roveceſtrensis* episcopus subscripsi ✠. Ego *Mauritius*, *Londoniensis* episcopus subscripsi ✠. Ego *Johannes*, episcopus *Bathoniensis* subscripsi ✠. Ego *Osbertus*, *Exoniensis* episcopus subscripsi ✠. Ego *Rotberius*, *Cestrensis* episcopus subscripsi ✠. Ego *Robertus*, *Lincolniensis* episcopus subscripsi ✠. Ego *Radulfus*, *Ciceſtrensis* episcopus subscripsi ✠. Ego *Samson*, *Wigreceſtrensis* episcopus subscripsi ✠. Ego *Ranulfus*, *Dunelmensis* episcopus subscripsi ✠. Ego *Johannes*, *Tusculanus* episcopus, legatus papæ, subscripsi ✠. Ego *Tiberius*, camerarius *Paschalis* papæ subscripsi: mense Septembris, ordinatione beati papæ *Gregorii*. Apud **Windsore.** Confirmet hæc Deus qui operatur omnia in sanctis, cui reges offerunt munera incipientes ab *Hierusalem* ✠. Nomina primatum & principum ✠. Ego *Robertus* de *Pontinio* comes s. ✠. Ego *Stephanus*, comes *Britanniæ*, s. ✠. Ego *Rotbertus*, comes **Rutland** s. ✠. Ego *Eustachius*, comes *Bolonie* s. ✠. Ego *Henricus*, comes de **Warwick** s. ✠. Ego *Simon*, comes de *Northamptuna* s. ✠. Ego *Willielmus*, comes de *Warrena* s. ✠. Ego *Willielmus*, comes de *Moritenis* s. ✠. Ego *Rogerius*, comes *Pictavensis* s. ✠. Ego *Eudo* dapifer s. ✠. Ego *Haimo* dapifer s. ✠. Ego *Willielmus* pincerna s. ✠. Ego *Richardus* de **Rotbers** s. ✠. Ego *Robertus*, filius *Haimonis* s. ✠. Ego *Alanus*, *Haraldi* filius s. ✠. Ego

Gislibertus, filius *Richardi* ſ. ✠. Ego *Robertus Maleth* ſ. ✠. Ego *Rogerus*, filius *Richardi* ſ. ✠. Nomina abbatum & clericorum. Ego *Gislibertus*, abbas *Weſtmonaſterienſis* ſ. ✠. Ego *Serlo*, abbas *Gloceſtrenſis* ſ. ✠. Ego *Henricus*, abbas de *Bello* ſ. ✠. Ego *Stephanus*, abbas *Eboracenſis* ſ. ✠. Ego *Alanus*, abbas *Rameſeyenſis* ſ. ✠. Ego *Odo* abbas *Certeſienſis* ſ. ✠. Ego *Richardus*, abbas ſancti *Albani* ſ. ✠. Ego *Richardus*, abbas de **Heli** ſ. ✠. Ego *Rogerius* cancellarius ſ. ✠. Ego *Everardus* capellanus ſ. ✠. Ego *Robertus Peſchal* capellanus ſ. ✠. Ego *Thomas* capellanus ſ. ✠. Ego *Winfridus* capellanus ſ. ✠. Ego *Robertus* capellanus ſ. ✠. Ego *Oſbernus* capellanus ſ. ✠. Ego *Herbertus*, regis camerarius ſ. ✠. Ego *Waldricus* capellanus ſ. ✠ Ego *Petrus Walonenſis* ſ. ✠. Ego *Willielmus* de **Warelwaſt** ſ. ✠.

Carta regis H. j. *de manerio de* Eatona *&c.*

Par. 2. R. 2 part. 1 m. 7 per inſpex.

HEnricus rex *Anglie* omnibus baronibus & fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* de *Norf.* & *Suff.* ſalutem. Sciatis me dediſſe Deo & eccleſiæ de **Norwyc** & *Herberto* epiſcopo, & monachis ejuſdem eccleſiæ manerium meum de *Eatona* quod ante donaverat *Alanus* filius *Flaaldi* ſanctæ *Trinitati* & monachis; & hoc cum *ſoca* & *ſaca*, **tol** & **team**, & omnibus aliis conſuetudinibus, ſicut erat in meo dominio. Et de hoc confirmabo eis cartam quando *Alanus* veniet ad curiam meam. Præter hoc dedi eis de burgo meo de **Norwic** partem à terra epiſcopi uſque ad aquam & a ponte ſancti *Martini* uſque ad terram ſancti *Michaelis*, & hoc cum *ſoca* & *ſaca*, & **tol**, & **team**, & **infangeteof**, & omnibus aliis conſuetudinibus meis, ſicuti habebam in manu mea. Item dedi eis prolongationem feriarum apud **Norwyc**, ab ortu ſolis in vigilia pentecoſtes per totam hebdomadam uſque ad occaſum ſolis in ſecunda feria poſt octavas pentecoſtes, & hoc cum *ſaca* & *ſoca* & **tol** & **team** & **infangentheof**, & aliis conſuetudinibus omnibus quæ pertinent ad jus feriarum, & hoc per totam leugam circa **Norwyc**; Item unam feriam apud *Linnam* in feſtivitate ſanctæ *Margaretæ* per tres dies cum *ſaca* & *ſoca*, & aliis conſuetudinibus quæ pertinent ad jus feriæ. Item unam feriam apud *Hoxiam* in feſtivitate apoſtolorum *Petri* & *Pauli* per tres dies, ſimiliter cum *ſaca* & *ſaca*, & omnibus conſuetudinibus quæ pertinent ad jus feriæ. Teſtibus epiſcopo *Rogero Sareſberiæ*, & *Giſleberto* de *Aquila*, & *Willielmo* de *Albini*, & *Radulpho* de *Bello-fago* apud ſanctum *Edmundum*.

Alia carta regis Henrici *de confirmatione terrarum eccleſiæ* Norwicenſi.

Cart. 2 E. 3. n. 30. per inſpex.

HEnricus Rex *Anglorum*, & dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſtitiariis, vicecomitibus, & omnibus hominibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & eccleſiæ *Norwycenſi* & monachis in ea Deo ſervientibus omnes donationes & libertates quas prædeceſſores mei reges *Anglia*, *Willielmus* & *Henricus* avus meus, & *Herbertus*, & *Ebrardus*, & *Willielmus* epiſcopi dederunt, & conceſſerunt eidem eccleſiæ, & cartis ſuis confirmaverunt; videlicet omnes oblationes quæ fiunt in eccleſia *Norwycenſi*, & ſepulturas; terias quoque ab ortu ſolis in vigilia pentecoſtes uſq; ad occaſum ſolis in ſecunda feria poſt octabas pentecoſtes, cum *ſaka* & *ſoka* & **toll** & **team** & **infangenthef**, & omnibus aliis conſuetudinibus quæ pertinent ad jus feriarum, & hoc per totam leugam circa **Norwyc**. Item unam feriam, apud **Linnam**, in feſto ſanctæ *Margaretæ* per tres dies cum *ſaka* & *ſoka* & aliis conſuetudinibus omnibus quæ pertinent ad jus feriæ. Item unam feriam apud **Horam** per tres dies in feſto apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, cum *ſaka* & *ſoka*, & aliis conſuetudinibus omnibus quæ pertinent ad jus feriæ. Manerium de **Lakeham**, **Ambrynghall**; medietatem ſilvæ de **Thorp** & omnium exituum ejuſdem ſilvæ. Ita quod inde non liceat monachis aliquid vendere vel dare abſque licentia epiſcopi. **Hyndringham** cum pertinentiis ſuis. **Hynuldeſton**; **Hartham** in **Fleg**, quicquid inde in dominio epiſcopi erat. **Hemmesby** & quicquid pertinet ad dominium ejuſdem villæ. **Plumſted**, **Catter**, **Neutun**, **Etune**, **Gnatington**, **Freyng**, cum bruerus & faldagus ſuis apud *Norwicum*. Molendinum & terram & pratum quod antiquitus ad epiſcopatum pertinebat, & de burgo *Norwic.* partem a terra epiſcopi uſque ad aquam, & a ponte ſancti *Martini* uſque ad terram ſancti *Michaelis*, cum *ſaka*, & *ſoka*, & **tol**, & **team**, & **infangenthef**, & omnibus aliis conſuetudinibus meis. Medietatem pratorum de **Thorp**, tam citra aquam quam ultra aquam, Apud **Clingeye** manſionem quæ ibi eſt epiſcopi, & mariſcum, & anguillas quæ ad idem pertinent. Eccleſiam ſancti *Nicholai* de *Gernemutha* cum redditibus & pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſancti *Petri* de *Hoxa* cum pertinentiis ſuis, & capella ſancti *Edmundi* in eadem villa. Eccleſiam & *ſokam* de *Lynna*, & omnes ſalinas epiſcopi de **Geywode**, exceptis quæ ad firmam ejuſdem manerii pertinebant, & molendinum, ſicut continetur in cartis epiſcoporum. Eccleſiam de **Elmeham** cum pertinentiis, & libertatibus ſuis, & feriam in feſto ſanctæ *Mariæ* & vivarium. Eccleſias de **Geywude**, & **Creſſingham**, de **Heithesford**, de **Thorneth**, de **Bliding**, de **Bladfeld**, de **Hartham** & ſanctæ *Mariæ* de **Langham**. Eccleſiam de **Audeby**, & terras & homines ſicut *Agnes* de *Belſo* conceſſit, & Rex *Henricus* avus meus carta ſua confirmavit. Eccleſiam ſancti *Sepulchri*, & ſancti *Nicholai* de *Norwyco*, capellam ſanctæ *Mariæ* in curia epiſcopi. Eccleſias ſancti *Egidii* & ſancti *Stephani*, ſancti *Johannis* ante januam caſtelli, ſancti *Johannis* de **Cunesford**, ſanctæ *Crucis*, ſancti *Benedicti*, ſanctæ *Margaretæ*, ſancti *Gregorii*, ſancti *Jacobi*, ſancti *Cuthberti*. Medietatem eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Mariſco*, & medietatem eccleſiæ ſancti *Vedaſti*. Terram ſancti *Michaelis* in *Norwico*, & in **Tanerham** cum pertinentiis & libertatibus ſuis. Terram de **Betham** & **Emſter**, & **Cocheſter**, ſicut *Ebrardus* epiſcopus conceſſit. Terram de **Hintling** cum eccleſia, & eccleſiam de **Thorpham**, & terram quæ fuit *Thurſtini* diaconi ſicut in cartis epiſcoporum continetur. **Capeton** in **Luthingland** ex dono *Willielmi* regis. Terram quæ fuit *Aky* de **Walton** quam *Ricardus* filius *Herimerii*,

meriis eidem ecclesiæ dedit. Hospitalem domum sancti *Pauli*. Confirmo quod omnes qui morantur in crofto ejus sint liberi & quieti ab omnibus scottis & geldis & langablis, & omnibus aliis consuetudinibus, & hoc cum *soka*, & *saka*, & tol, & team, & infangenthef, sicut carta regis *Henrici* testatur.

Dono etiam prædicto hospitali ecclesias meas de Ormesby, & beneficia earum, & decimam de aula mea & de ovibus meis, & de omnibus terris ad ipsius aulæ dominium pertinentibus. Terras & homines de Parpeleya. Terram & tenuram *Johannis* filii *Aslathi*, de Flothesthorp, & molendinum & terram in eadem villa quam *Galfridus* de Ber eidem ecclesiæ dedit & Carta confirmavit. Sexaginta acras terræ in brueriis de Heplesdune quas *Walterus Halteyn* eidem ecclesiæ dedit & Carta confirmavit. Manerium etiam de Sechesford tenendum in perpetuam feodi firmâ per redditum viginti librarum, sicut *Willielmus* episcopus eis concessit & Carta sua confirmavit. Molendinum juxta pontem de Tryuffe, de dono *Herberti* episcopi. Sokam suam de *Norwyco*, & terram de Thedwaresceroft, cum omnibus libertatibus & consuetudinibus quas habuerunt tempore *Henrici* Regis avi mei. Hæc omnia concedo & confirmo cum *soka* & *saka*, & tol & theam, & Infangenthef, & omnibus aliis consuetudinibus, sicut Cartæ *Henrici* Regis avi mei, & Cartæ donatorum testantur. Testibus *Roberto Exoniensi*, *Nigello Elyensi*, *Willielmo Norwicensi*, *Hillario Cicestrensi* episcopis, *Thoma* Cancellario, Comite *Hugone Warwicensi* Camerario, *Manesserio Byset* Dapifero, *Willielmo Martell*, *Richardo* de *Humez* apud *Norwicum*.

Carta Regis Willielmi Rufi.

Ibid. WILLIELMUS Rex *Anglorum* *Herberto Norwicensi* episcopo, & omnibus baronibus suis de Norfolc & Sutfolc, salutem. Sciatis me dedisse sanctæ *Trinitati Norwicensi* ecclesiæ, rogatu *Rogeri Bigoti*, terram sancti *Michaelis* de *Ut-monasterio*, & terram de Tanerham, quæ ad eandem terram pertinet, quietam semper & liberam ab omnibus scotis & geldis & omnibus aliis consuetudinibus, Test. *Eudone* Dapifero apud *Westmonast.* (*&c.*)

EVVYASENSIS

in agro Herefordensi *Prioratus.*

Vide supra in *Gloucestr.* PRioratus de Ewyas dotatur & fundatur per *Haraldum* dominum de Ewyas anno domini MC. & confirmatur per *Robertum* filium ejus, ut patet in cronicis abbathiæ de *Gloucestria*.

Robertus confirmavit donum patris sui *Haraldi*; Insuper dedit ecclesiam de Burnham Prioratui de Ewyas, ut Conventus ibidem inveniatur, quod concessum est, sed non prosecutum. Insuper dedit eisdem decimas omnium maneriorum suorum de quibus Christiani decimare debent. *Theobaldus* archiepiscopus *Cantuarienſis* confirmat, *Johannes* episcopus *Sarisburienſis* confirmat, ut ostitat in cronicis prædictis.

MIDLESBURCENSE

cœnobium in agro Eboracensi, *cella de* Whitby.

Robertus *de* Brus *de* Midelesburg.

Ex regist. de Whitby penes *Hug. Cholmondeley* eq. aur. an. 1640. fol. 23. ROBERTUS de *Brus*, omnibus sanctæ matris ecclesiæ fidelibus, salutem. Scitote quod ego & *Agnes* uxor mea, filiusque noster *Adam* de *Brus*, pro salute domini nostri *Henrici* Regis *Anglia*, animarumque nostrarum, & heredum nostrorum remedio, ecclesiam sanctæ *Hyldæ* Abbatissæ de Midelesburg, cum omnibus rebus quæ ad eandem ecclesiam pertinent, & duas carucatas & duas bovatas terræ in Pethuham, in perpetuam elemosinam, ecclesiæ & fratribus sancti *Petri*, & sanctæ *Hyldæ* de Whitby dedimus, concessimus & confirmamus, ea conventione, ut in prefata ecclesia de Midelesburc, quidam monachi sint, qui Deo & sanctæ *Hyldæ* de Whitbi deserviant, & qui de stipendiis prefatæ ecclesiæ largè & sufficienter vivere valeant, & ut mater ecclesia de Whitby de ea semper valeat habere proficuum. Hii sunt Testes, *Willielmus* capellanus, *Arnaldus* de *Perci*, *Umfridus* de Clthot, *Willielmus* de *Fugeris* & multi alii.

Carta W. Malebysse *de* Midelesburg.

Ib. fol. 28. OMnibus sanctæ matris filiis *Willielmus Malebisse*, salutem. Notum sit universitati vestre me dedisse & concessisse, & hac Carta mea confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Hyldæ* de Midelesburc, & monachis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, totas terras & pasturas de feudo meo de Brachanhoc, quas *Hugo Malebisse* pater meus, & *Hugo* frater meus *Malebisse*, prædictæ ecclesiæ, & monachis concesserunt. Scilicet, hiis metis. Sicut forera *Radulfi Longi* vadit in fletum de Caldecotes, & inde per medium fletum, usque in fletum molendini versus Felebrige, usque proximam metam terre *Thome* de Parton, & inde surlum usque Foreram predicti *Radulfi Longi*. Et ego & heredes mei warentizabimus & defendemus predictas terras & pasturas prenominatis monachis erga omnes homines imperpetuum de omnibus rebus. Hiis testibus *Ricardo Malebisse*, *Hugone* fratre suo, *Gunfrido* de Thornton, *Alano Malekake* & aliis.

HAKENESSENSIS
Prioratus in agro Eboracensi.

De translatione monachorum de Whitby *ad* Hakenas.

Ex registro *Whitbiensi*, penes D. *Hug. Cholmley* equit. aurat.

TEmpore *Willielmi* regis *Anglorum* secundi, filii *Willielmi* Nothi regis *Anglorum*, exorta est monasterio de Whiteby & *Serloni* priori, & fratribus ejusdem loci magna tribulatio, & angustia, & persecutio, quales habuerunt annis transactis, in diebus *Rainfridi* Prioris nostri de Whitby. Veniebant namque latrones & raptores, die, nocteque de nemoribus, & de latibulis, in quibus latitabant, & deripiebant omnem substantiam eorum, & depopulabant eum sanctum locum. Ita similiter & pirate veniebant & devastabant illum locum, ita ut nullius miserebantur. Qua de causa *Serlo* prior, & monachi de Whitby ostenderunt *Willielmo* de Percy calamitatem suam, & miseriam, & petierunt illum, ut daret eis locum manendi apud Hackenas, qui dedit eis ecclesiam sanctæ *Mariæ* de Hackenas, ut ibi construerent monasterium, (quia in eadem villa sancta *Hilda* abbatissa monasterium construxerat:) Concessit verò eis libenter petitionem eorum, ut pace facta, iterum ad *Whitbeam* redirent ad prædictum monasterium. Cœperunt itaque monasterium construere ad prædictam ecclesiam sanctæ *Mariæ*, & ibi aliquandiu remanserunt, & religiosam valde vitam duxerunt. Deinde exortâ discordiâ maximâ inter prædictos duos fratres *Willielmum* de Percy, & *Serlonem* de Percy fratrem suum, priorem de Whitby, quia *Willielmus* de Percy dederat villas de Scarby, & de Everley *Radulpho* de Everley armigero suo, qui ei annis multis serviebat. Voluit verò *Willielmus* de Percy auferre *Serloni* fratri suo omnes terras, & villas, quas dederat prefato monasterio de Whiteby. Cum *Serlo* Prior hæc comperisset, festinanter venit ad regem *Willielmum Angliæ*, quia familiaris ejus, & socius amantissimus, cum ipsi juvenes milites essent in domo, & in curia *Willielmi* regis patris ejus, & hæc illi omnia demonstravit. Mandavit autem & precepit *Willielmus* rex *Willielmo* de Percy, & *Serloni* fratri suo, priori de Whitby, & de Hackenas, & monachis ibidem Deo servientibus, suam omnimodo firmâ pacem teneret, nec eis ullam molestiam inferret. Et cupiens itaque *Serlo* prior elongare se à fratre suo *Willielmo* de Percy, & manere in feudo domini regis, ne aliquam injuriam, & contumeliam ei frater suus posset inferre; petiit *Willielmum* regem, ut ei & monachis suis daret in elemosinam perpetuam sex carucatas terræ, quæ erant in dominio ejus, duas in Hackenas, & quatuor in Northfeld cum pertinentiis suis.

Gliscens ultorem regi fert Serlo merorem
In fundatorem sumens hunc posteriorem.

Scarbesbi.

Prioratus de HORSHAM *in agro* Northfolciensi, *primò cella abbatiæ de* Conches *in* Gallia, *deindè verò factus indigena.*

Fundationis historia.

Ex antiqua membrana penes *Sampsonem Ledna d* ecclesiam an. 1598. fol. 185.

IN the time of King Henry the first, the sixth yeare of his raigne, That Robert Fitzwalter and Sibill his wife, with one assent, moved with goodly charitie, purposed them to visit the places of Peter and Paul, that by them and other holy saints ther, which they were disposed to visiten with a great devout mind, that they, by there merrits might have remission of there sins, and after that they might deserven to come to the blisse of heaven: it befell that ther pilgrimages so done, as they turned home againe, it came to there minds, by counsell, that they should visit an holy place of saint Giles in France with other holy saints in the way: And so they, joyfull and merrie, by the helpe of God and of the saints, as they turned home againe into ther owne countrith, it befell upon a day by an infortune, when they should come from the said holy place of saint Giles, they were espied of Brigants, and thæves that layne in caves and denns with strength, and waited upon them; and forasmuch as they were stronger then the said pilgrims, they fell upon them and robbed them and put them in prison, and fettered them with strong irons: And after it was shewed to the lords and barons of the said countrith, that such a dæde was done to the pilgrims that went to Rome, anone they raised a certaine people, and went with strength to the castell, and laid siege thereto, and made a promise that they should not goe thence unto time they had taken the said thæves, and that the said pilgrims were restored againe to all there goods. And in the meane time, as they were, they prayed devoutly to God and to the holy virgin saint Faith, to helpe them out of prison: And anone after by a vision saint Faith appeared unto them and through helpe of God lowsed their fetters, and brought them out of prison and there fetters with them, which remaine within this place at this day, and sith set them in the right way to the abbey of Counches in Fraunce, where saint Faith lieth shrined: And when the abbot of Counches hard of this greate miracle, and that they were comminge towards the place, he and his bretheren with procession & greate solemnities received them into the said place, and ther they made ther praiers, and offered up there fetters with greate devotion to God and to saint Faith, and weare had into the place, and the said abbot and his bretheren refreshed them

them with greate cheare, and there they rested by the space of twelve dayes and reade the life of saint Faith and the miracles that God shewed for her ther daily and hourely. And anone came tidings unto them that they should send againe into the countrie there as they were robbed, and they should be restored againe to all there goods that were had from them; and so they weare: whereof they were both glad and merry. And so then the made a faithfull promise and a vought to God and to saint Faith, That as soone as they came into England into there owne countrieth unto there owne manner of Horsford, that they should do edify there a monastery in the worship of God & S. Faith, and that it should be a cell to the said abbey of Counches and by the assent of th'abbot and bretheren there the foresaid Robert Fitzwalter brought with him twayne monkes of the said house, of the which one was cleped Barnard, and the other was cleped Girard. And soone after that they were come home they began there first foundation upon a certaine ground called at this day Kirkelcrofte, and the worke that was made on the day fell down on the night, and then it was thought that God and saint Faith were not pleased it should stand there; wherefore they thought, by there better advise to edifie the said monastery upon the ground and place where it is now at this day. And when it was finished and ended and endued with certaine livelyhode and intitled to her name, the foresaid monks weare set in this said house, here to serve God and saint Faith, to pray for them and all there heires without endes. And the foresaid Robert Fitzwalter wrote a letter to bishop Herberd, that time being bishop of Norewich, to have it confirmed and dedicate in the worship of God and of the glorious virgin and martir saint Faith; and so it was done indeed, and afterwards the heires of the said founders given more livelyhode thereto. And so it was increased by them and other devout people: on whose soules almighty God have mercy. Amen.

Genealogia Fundatorii.

Ex antiquo pergameno quodam penes *Samsonem Leonard* feciale.

DOmina *Sibilla* soror *Johannis* de *Cayneto*, filia *Radulfi* de *Cayneto*, qui venit ad Conquestum *Angliæ*, maritata fuit domino *Roberto* filio *Walteri* fundatori domus sanctæ *Fidis* de Horsham, qui genuit ex ea filium nomine *Rogerum*, & *Johannem* vicecomitem, & *Willielmum* de *Caineto*. *Rogerus* & *Johannes* vicecomites obierunt sine prole de se. *Willielmus* verò accepit uxorem, & genuit ex ea tres filias, videlicet, *Margaretam*, *Clementiam* & *Saram*. *Clementia* & *Sara* obierunt sine liberis; *Margareta* autem maritata fuit cuidam *Normanno*, *Hugoni* de Cresey, qui genuit ex ea filium nomine *Rogerum*. *Rogerus* de Cresey accepit uxorem nomine *Isabellam* de My, & genuit ex ea quatuor filios, videlicet, *Hugonem*, *Rogerum*, *Johannem* & *Stephanum*, qui omnes mortui sunt sine prole. Predicta *Margareta* (mortuo viro suo *Hugone* Cresey) maritata fuit alio nobili viro, nomine *Roberto* filio *Rogeri*, qui genuit ex ea *Johannem* filium *Roberti*. *Johannes* genuit filium nomine *Rogerum*. Idem *Rogerus* genuit filium nomine *Robertum*, filium *Rogeri*, nunc patronum, qui post obitum *Stephani* de Cresey successit in hæreditate Baroniæ de Horsford, quasi hæres dominæ *Margeriæ* de Cheny, quæ duobus nupsit viris, ut prædictum est. Prædictus verò *Robertus* duxit uxorem nomine *Margeriam* de la Souche, de qua genuit multos filios & filias, videlicet, *Johannem*, *Alexandrum*, *Rogerum*, *Robertum*, *Alanum*, *Henricum*, & *Edmundum*. *Johannes* duxit uxorem nomine *Hawisiam*, de qua genuit filiam nomine *Evam*, cujus cognomen Rex *Edwardus* filius *Henrici* fecit vocari Clavering, à principali manerio suo, de qua genuit filiam nomine *Evam*, quæ nunc se clamat advocatricem Domus de Sibeton, de Langley, sanctæ *Fidis*, & de Wilburg; & hoc jure hæreditario. Quæ quidem *Eva* nupsit cuidam nomine *Thomæ* de Audele, qui mortuus est sine prole de se. Item nupsit cuidam militi *Radulfo* de Afford, qui genuit ex ea tres filios, videlicet, dominos *Johannem*, *Robertum*, & *Edmundum*, milites. Prædicto *Radulfo* mortuo, nupsit *Jacobo* de Audele, qui genuit duos filios, & duas filias; videlicet, *Jacobum* & *Petrum*, *Annam* & *Hawisiam*. Mortuo prædicto domino *Jacobo* viro, predicta *Eva* nupta fuit *Roberto* Benhalle militi, qui obiit sine hærede. Defuncta prædicta *Eva* & sepulta in Monasterio de Langley, successit *Edmundus Ufford* miles, ut filius & hæres dictæ *Evæ*, qui quidem *Edmundus* maritatus erat *Sibillæ* filiæ *Simonis Perpoint* militis, qui genuit ex ea *Robertum Ufford* militem & alios filios & filias, qui obierunt in pueritia. Et dictus *Robertus Ufford* maritatus fuit *Elionoræ* filiæ *Thomæ Felton* militis, qui genuit *Elam*, *Sibillam*, & *Joannam* filias, quæ dicta *Ela* desponsata fuit *Ricardo Bowes* armigero, quæ obiit sine hærede, & *Sibilla* monialis de Berkinge, & prædicta *Johanna* nupta *Willielmo Bowes* armigero, fratri *Ricardi Bowes* prædicti, qui genuit ex ea filiam, nuptam domino *Dacres*, & genuit ex ea filiam nomine *Johannam* quæ nupta fuit *Ricardo Fines* militi, Camerario domini Regis *Edwardi* quarti.

Carta fundationis Abbatiæ de Horsham. Indigena. 15 fol. 1 & 2

IN nomine Domini nostri *Jesu Christi*, *Amen*. Notum volumus fieri omnibus fidelibus Christi, tam presentibus quàm futuris, quod Ego *Robertus Walteri* filius, & uxor mea, nomine *Sibilla*, Edificavimus ecclesiam de Horsham, in propria terra nostra, in honore Dei & sanctæ *Fidis* virginis & martyris, pro remedio & salvatione animarum nostrarum, & filiorum nostrorum, & omnium fidelium viventium sive defunctorum. Concedimus eandem ecclesiam Deo & monachis de Conchis de ecclesia sanctæ *Fidis* virginis & martyris. Et huic à nobis edificate ecclesiæ concedimus ecclesiam de Horsford, ecclesiam de Keydone, ecclesiam de Hoy, ad faciendum anniversarium *Sibillæ* uxoris meæ; Decimam de Alreton, & de Wibetone, & de Wilverdeston, & de Helmingham, & de Flemesworth, & de Wimbetone, & de Semer, & de Bikebyrom, & de Kesham,

Kesham, & de Fozle, & de *Walingo*, & de Shanton, & de Surlingham, & de Stoke, & de Wertham, & de *Hoa*, & de unoquoque Manerio unum agrum terræ ad congregandam decimam. Et concedo de omnibus procurationibus meis, quas fecero in *Anglia*, semper decimas huic ecclesiæ. Sciatis insuper quod predicta *Sibilla* eisdem concessit terram suam de Rudham, quam pater suus dedit in liberum maritagium. Sciatis insuper quod Ego *Robertus* filius *Walteri*, *Sibilla* uxore mea, *Rogero* & ceteris filiis meis volentibus, & in hoc bono operantibus, predictam ecclesiam de Horsham, & supradicta omnia Deo, & beate *Fidei*, & Conchis, & monachis ejus concessimus, & dedimus, ut a Deo, ipsa beata virgine intercedente, peccatorum nostrorum nobis detur venia, & illa quæ promisit fidelibus suis, que nec oculus vidit, nec auris audivit assequamur gaudia. Hec carta facta fuit permissione & affirmatione domini *Anglorum* Regis *Henrici*, & ordinatione, & consensu * *Herberti* episcopi. Si quis autem generis vel successionis mee, vel aliquis alius huic donationi voluerit obesse, Noverit se Deo & sanctis suis, & *Anglorum* regi contrarium, nec Christianum sed ante-Christum esse.

* Ob. 19. H. 1.

Bulla *Alexandri* Papæ.

Ex ipso autographo in bibl Cottoniana.

ALEXANDER *episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis* Bernardo *Priori monasterii sanctæ* Fidis *de* Horsham *ejusque fratribus, tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre Religionis infringat. Quocirca dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri, *& nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona, idem monasterium impresentiarum juste, & canonicè possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Villam de* Horsham *cum hominibus, terris, nemoribus, pascuis, & pertinentiis suis, quemadmodum* Robertus *filius* Walteri *& filii ejus vobis dederunt, & hospitale ejusdem villæ quod habetis à fratribus hospitalis* Jerusalem, *cum nemore & omnibus pertinentiis suis. Terram de* Rudoaham *cum omnibus pertinentiis suis, quam* Sibilla *uxor præfati* Roberti *vobis dedit. Ecclesiam de* Horsforda, *& ecclesiã de* Hoz. *In* Lundoniis *ecclesiam sanctæ* Margaretæ, *cum omnibus terris quas in eadem villa* Robertus *filius* Walteri *vobis in helemosinam dedit. Decimas quoque de* Alretuna, *de* Sibetuna *de* Gulwerstunia, *de* Colerbo, *de* Helmigaham, *de* Colostunia, *de* Flemewrda, *de* Wdetuna, *de* Semera, *de* Tikebzon, *de* Dersham, *de* Fozlei, *de* Cranesforda, *de* Benges, *de* Framingaham, *de* Ludaham, *de* Dalingaho, *de* Stantuna, *de* Surlingaham, *de* Sutburna, *de* Adelingetuna, *de* Hoz, *de* Filibi, *de* Stocos, *de* Hoa, *de* Hotesham, *de* Wituella, *& terram de* Odetuna, *& omnes terras & domos quas vobis in* Norwico, *&* Gernamuta *in helemosina rationabiliter sunt concesse. Molendinum de* Baldrusella *& tresdecim solidos in* Karesceia, *& in* Buccheshala. *Molendinum* Dalraforda. *Terram quam* Symon Pecchi *vobis in helemosinam dedit. Terram* Radulfi *de* Berveswrda. *Terram quam vobis dedit.* Willielmus *de* Chozzo *in* Bischele. *Terras quoque quas* Willielmus Bardulfus *vobis dedit in* Frecaham, *& in* Spicafurda. *Terram quã* Baldwinus *filius* Guidonis *vobis dedit in* Huchingaham. *Terram quam* Hugo *de* Millers *vobis dedit in* Halaxuforda. *Terram de* Hunterston, *quam* Ricardus *filius* Gaufridi *vobis dedit, & salinas quas* Willielmus Strabo *vobis dedit in* Rimnaham. *Redditum quem* Radulfus *filius* Baldwini *vobis dedit, & terram de* Hendringlat, *quam* Willielmus *de* Gisnei *vobis dedit. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur eorum prò quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate, & dyocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre consecrationis paginam sciens contra eam temerè venire temptaverit, secundò, tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei, & Domini redemptoris nostri* Jesu Christi *aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri* Jesu Christi, *quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum judicem premia eterna pacis inveniant.* Amen.

✠ *Ego* Alexander, *catholice ecclesiæ episcopus subscripsi.* ✠ *Ego* Stubaldus, Hostiensis *episcopus s.* ✠ *Ego* Bernardus, Portuensis *& sanctæ* Rufine *episcopus, s.* ✠ *Ego* Gualterus, Albanensis *episcopus, s.* ✠ *Ego* Hubaldus, *presbyter cardinalis tit. S.* Crucis *in* Jerusalem, *s.* ✠ *Ego* Henricus, *presbyter cardinalis tit. sanctorum* Nerei *&* Achilei, *s.* ✠ *Ego* Johannes, *presbyter cardinalis tit. S.* Anastasiæ, *s.* ✠ *Ego* Gulielmus, *presbyter cardinalis tit. sanctæ* Petri *ad vincula, s.* ✠ *Ego* Jacinctus, *sanctæ* Mariæ *in* Cosmydyn *diac. card. s.* ✠ *Ego* Oddo, *diaconus cardinalis sanctæ* Nicolai *in carcere* Tulliano, *s.* ✠ *Ego* Ardrico, *diac. card. sanctæ* Theodori, *s.*

Datum Turon. *per manum* Hermanni *sanctæ* Romane *ecclesiæ subdiaconi & notarij vij. kal. Jun. indictione xj. incarnationis dominice anno MClxiij. pontificatus verò domini* Alexandri Pp. *iij. anno quarto.*

[Quod hujusmodi prioratus sit indigena vide par. 14. *R.* 2. part. 2. *memb.* 39.]

RADING-

RADINGFELDENSIS

Prioratus in agro Suffolcienſi.

Cart. an. 13. Ed. 1. m. 16. nu. 51.

REX Archiepiſcopis &c. Inſpeximus Cartam quam *Manaſſes, Giſnenſis* Comes, & *Emma* uxor ejus, fecerunt ſanctimonialibus de *Radinfeld*, in hec verba. Notum ſit omnibus, tam preſentibus quàm futuris, tam Clericis, quam Laicis, quod Ego *Manaſſes*, Dei gratia *Giſnenſis* Comes, & uxor mea *Emma* Comitiſſa, filia *Willielmi* de *Arrai*, ſancto *Andreæ* apud *Radyngfeld* & ſanctimonialibus ibidem ſervitio Dei & ſancti *Andreæ*, die noctequo diligenter inſiſtentibus, pro ſalute noſtrorum anteceſſorum animarum, ipſum manerium jam dictum *Radingfeld*, quod eſt hereditas uxoris mee, una cum appenditiis ſuis, & *ſoca* & *ſaca*, & Tol, & Team, omnibuſque conſuetudinibus quibus ſupra commemoratus *Willielmus* de *Arrai* ipſum tenebat, perhenniter poſſidendum damus & concedimus. Ne hoc donum, quod abſit, ab emulis inquietari valeat, ſed ut firmum & immobile maneat, ſigna nominum teſtium veridicorum, qui hoc vident, & audiunt in hoc volumine ſtipulare facimus. Signum *Widonis* fratris mei. Signum *Roſe* filie mee. Signum capellani mei *Alodi* monachi. Signum capellani noſtri *Rogeri* Presbiteri (*&c.*) Actum eſt hoc anno incarnationis Dominice MCXX. 1120.

READINGENSE

Cœnobium in agro Berrocenſi.

W. Malm. fol. 144. a. num. 40.

Adingis fuit quondam Cœnobium ſanctimonialium, ſed jam multis annis abolitum. Illud Rex *Henricus* pro indictâ ſibi pœnitentiâ reſtaurare intendens, duo olim diruta monaſteria Leſuinſtre & Celſi adjunxit, conſtituitque illud inter duo flumina, *Kenetum* & *Tamenſem* in honorem matris Domini & *Joannis* Evangeliſtæ loco, ubi ad populoſiores urbes *Angliæ* omnium penè itinerantium poſſet eſſe diverſorium.

Hen. 1. Ib. fol. 92. a.

——Hoc * ille Cœnobium inter duo flumina *Kenetam* & *Tameſim* conſtituit, loco ubi penè omnium itinerantium ad populoſiores urbes *Anglie* poſſit eſſe diverſorium, poſuitque ibi monachos * *Cluniacenſes*, qui ſunt hodie preclarum ſanctitatis exemplum, hoſpitalitatis indefeſſæ & dulcis indicium. Videas ibi, quod non alibi, ut plus hoſpites totis horis venientes, quam inhabitantes, inſumant.

Quanquam hic *W. Malm.* monachos *Cluniacenſes*, primo poſitos fuiſſe aſſerit; Inter Benedictinos, nihilominus, tum in eorundem taxationibus, tum in capitulis, hoc Cœnobium allocari, continuo reperitur, ſicut ex Rot. Pat. de anno 22 E. 1. m. 8. & codice MS. (ſub effigie *Vitellii* E. 12.) in bibl. *cotton.* aliaſq; manifeſte liquet.

Anno 1126. Rex *Anglia Henricus*, præ gaudio manus beati *Jacobi* apoſtoli, fundavit nobilem Abbatiam de Reddinges, & eam bonis multis ditavit, & in eam manum beati *Jacobi* apoſtoli poſuit.

Anno 1135. Rex *Henricus* primus obiit apud caſtrum *Leonis*, & ſepultus fuit apud Reddingas, ubi Cœnobium 200 monachorum in honore ſanctæ & individuæ *Trinitatis* condiderat. *Robertus* de *Vere* & alii milites de *Anglia*, & ſatellites & miniſtri regis apud pontem *Audomari*, atque *Bonam villam*, feretrum Regis apud *Cadomum* adduxerunt. Ib. p. 101. b.

Carta fundationis.

Ex regiſtro Cartarum abbatiæ de *Reading* in bibliotheca *Cottoniana* [ſub effigie Veſpaſiani, A. 1. fol. 1. a.]

HENRICUS Dei gratia Rex *Anglorum* & Dux *Normannorum*, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus ſuis, & omnibus Chriſtianis tam præſentibus quam futuris, ſalutem perpetuam. Sciatis quod tres Abbatiæ in regno *Anglia*, peccatis ſuis exigentibus, olim deſtructæ ſunt, *Radingia*, ſcilicet, atque *Chelſeya* & *Leominſtria*, quas manus laica diu poſſedit, earumque terras & poſſeſſiones alienando diſtraxit. Ego autem conſilio pontificum & aliorum fidelium, pro ſalute animæ meæ, & *Willielmi* Regis patris mei, & *Willielmi* regis fratris mei, & *Willielmi* filii mei, & *Matildis* reginæ matris meæ, & *Matildis* reginæ uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, edificavi novum apud *Radingiam* monaſterium, in honore & nomine Dei genitricis ſemperque virginis *Marie*, & beati *Johannis* evangeliſtæ; Et donavi eidem monaſterio ipſam *Radingiam*, *Chelſeyam* quoque, & *Leominſtriam*, cum appendiciis ſuis, cum ſilvis, & agris, & paſturis, cum pratis & aquis, cum molendinis & piſcariis, cum eccleſiis quoque & capellis, & cimiteriis & oblationibus, & decimis, cum moneta, & uno monetario apud *Radingiam*. Dedi etiam præfato monaſterio Tacheam, & eccleſiam de Wetegrave, ita ut quomodo ea in manu mea fuere, ſic libera ſint & abſoluta & plena in manu Abbatis & monachorum *Radingiæ*. Nulla autem perſona parva vel magna, per debitum ſeu per conſuetudinem, aut per violentiam, aliquid ab hominibus & terris & poſſeſſione *Radingenſis* monaſterii exigat. Non equitationem, ſive expeditionem, non pontium vel caſtrorum ædificationem, non vehicula, non ſummagia, non vectigalia, non navigia, non opera, non tributa, non xenia, ſed ſint monachi *Radingia* & familia eorum & res ipſorum abſoluti ab omni geldo, & theloneo, & alia qualibet conſuetudine, in terris & aquis, in tranſitibus pontium, & maris portuum per totam *Angliam*; Sintque Abbatis & monachorum ejus de hominibus ſuis, & de tota poſſeſſione ſua, & de alienis in ea forisfacientibus, vel ibi cum forisfacto interceptis, Hundreda & placita omnia, cum *ſoca* & *ſacca*, & Tol & Theam, & Infangenthef, & hutfangenthef, & hamſoena, infra burgum & extra burgum, in viis & ſemitis, & in omnibus locis, cum omnibus cauſis quæ ſunt vel eſſe poſſunt. Habeantque abbas & monachi *Radingiæ*, in tota poſſeſſione ſua, omnem juſticiam de aſſaltu & furtis, & murdris, de ſanguinis effuſione,

Vide etiam Cover. antiq X. n 9.

sione, & pacis infractione quantum ad regiam pertinet potestatem, & de omnibus forisfactis. Quod si abbas & monachi de hiis justiciam facere neglexerint, Rex fieri compellat, ita ut in nullo libertatem *Radingensis* ecclesiæ minuat. Veniantque ad hundreda de *Radingia*, & de *Leominstria* homines circumjacentium maneriorum, secundùm consuetudinem temporum præcedentium; Qui, si quando vocati fuerint, ad justiciam venire contempserint, Rex inde forisfactum accipiat, & venire, & satisfacere compellat. Statuimus autem tam ecclesiasticæ quam regiæ prospectu potestatis, ut decedente abbate *Radingensi*, omnis possessio monasterii ubicunque fuerit, remaneat integra & libera, cum omni jure & consuetudine sua in manu & dispositione Prioris & monachorum capituli *Radingensis*. Hoc autem ideo statuimus, statutumque perpetuò servandum firmavimus, quia abbas *Radingiæ* non habet proprios redditus sed communes cum fratribus. Qui autem Deo annuente, canonica electione abbas substitutus fuerit, non cum suis secularibus consanguineis, seu quibuslibet aliis, elemosinas monasterii malè utendo disperdat, sed pauperibus & peregrinis & ☞ hospitibus suscipiendis curam gerat. Terras censuales non ad feudum donet, nec faciat milites nisi in sacra veste Christi, in qua parvulos suscipere modestè caveat. Maturos autem seu discretos, tam clericos quam laicos suscipiat. Nemo de possessione *Radingensis* monasterii aliquid teneat feodaliter absolutum, sed ad censum annuum & servicium abbati & monachis debitum. In abbatis & monachorum domo *Radingiæ* & possessione, nullus, per hæreditatem, officium teneat, sed in arbitrio abbatis & monachorum de transmutandis præpositis, seu quibuslibet aliis officiariis causa consistat. Hanc monasterio *Radingiæ* & omnibus ad ipsam pertinentibus imperpetuum dono & confirmo liberam immunitatem, & immunem libertatem quam regibus post me in *Anglia* regnaturis, causa Dei commendo servandam, ut eis conservet Deus æternam. Si quis autem hoc nostræ donationis decretum infringere, seu mimuere, vel transmutare scienter præsumpserit, summus Judex omnium contrahat cum, & eradicet eum cum sua posteritate, ut permaneat sine aliqua hæreditate in clade & fame: Quisquis verò *Radingense* monasterium cum præfata libertate & possessione servaverit, altissimus qui dominatur in regno hominum, bonis omnibus stabiliat eum, & servet in evum.

Ego *Henricus* Dei gratia Rex *Anglorum* & Dux *Normannorum*, dono & subscribo. Signum *Adelidis* Reginæ. Signum *Johannis* presbiteri Cardinalis Apostolicæ sedis legati. Signum *Willielmi* archiepiscopi *Cantuariensis*. Signum *Thurstani* archiepiscopi *Eboracensis*. Signum *Galfridi* archiepiscopi *Rotomagensis*. Signum *Willielmi* episcopi *Wintoniensis*. Signum *Willielmi* episcopi *Exoniensis*. Signum *Bernardi* episcopi S. *David*. Signum *Gyfredi* episcopi *Cicestrensis*. Signum *Simonis* episcopi *Wigornensis*. Signum *Johannis* episcopi *Luxoviensis*. Signum *Odonis* episcopi *Ebroicensis*. Signum *Tragisi* episcopi *Abricatensis*. Signum *Anselmi* Abbatis sancti *Eadmundi*. Signum *Warneri* Abbatis sancti *Martini* de *Bello*. Signum *Bosonis* Abbatis *Beccensis*. Signum *Gilleberti* Abbatis *Sagiensis*. Signum *Ricardi* Abbatis sancti *Michaelis* de *Monte*.

Signum *Roberti* Comitis *Gloceſtriæ*. Signum *Willielmi* Comitis *Surreiæ*. Signum *Rogeri* Comitis *Warwichensis*. Signum *Stephani* Comitis *Albemarle*. Signum *Willielmi* Camerarii de *Tancarvilla*. Signum *Brientii* filii Comitis de **Warrengefozd**. Signum *Humfridi* de *Bubun*. Signum *Roberti* de *Haia*. Signum *Willielmi* filii *Oddonis*. Signum *Hugonis Bigoti*.

Actum anno verbi incarnati MCxxv. Papa *Honorio* 2. *Romanorum* imperatore Augusto *Henrico* iiij.

Carta regis Henrici *secundi.*

Carr. antiq X. num 181.

HRex *Anglie*, dux *Norm.* *Aquit.* comes *Andeg.* archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti carta nostra confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de **Reading** in perpetuam elemosinam omnes terras & tenuras & elemosinas quas Rex *H.* avus domini regis *H.* patris nostri, & omnes alii donatores eis concesserunt & dederunt; videlicet ipsam *Radingiam*, & *Cealfciam* & *Leominstriam* cum omnibus appendiciis suis, cum silvis & agris, & pasturis, cum pratis & aquis, cum molendinis & piscariis, cum ecclesiis & capellis, & cimiteriis, & oblationibus & decimis, cum moneta & uno monetario apud **Reading**, vel apud **London**; & **Tatheam**, & ecclesiam de **Weregrave**, & ecclesiã de *Haneberga*, & *Rokintonam* in **Warwicscire**, cum ecclesia ejusdem villæ; Et *Wigestanam* quæ fuit terra *Willielmi Elemosinarii*. Et in **Wiltescire** **Wicheberiam** cum ecclesia ejusdem villæ. Et in **Wedefordscire** terram *Albodi* de **Pocun**, & terram *Roberti* sacerdotis de **Hamtone**, & terram quam *Robertus* de *Ferrariis* habuit in villa *Radingiæ* & etiam quam *Amalricus* eis dedit in *Karsewella* & in **Burghefeld**. Et terram quam *Willielmus* comes de *Mandavill* eis dedit in **Retendene**. Et terram de *Witeleia* quam *Petrus* de **Cosham** eis concessit & carta sua confirmavit. Et *Hestonam* in **Hertfordscire**, cum ecclesia ejusdem villæ, & omnibus appendiciis suis. Et parcum quem dominus Rex pater noster eis dedit & confirmavit. Et unam feriam apud **Reading** in die S. *Jacobi* & per tres sequentes. Et unam feriam apud *Leominstriam* in die *sanctorum Petri & Pauli*, & per tres dies sequentes. Et terram quam *Willielmus* comes de **Sussex** eis dedit in **Quindenham**. Et terram quam *Willielmus* comes de *Ferrariis* eis dedit in **Stanford**. Et terram quam *Henricus* filius *Geroldi* eis dedit in **Sebrihteswurth**. Et terram quam *Michael* de **Vasevill** eis dedit in **Lechebroc**. Et terram quam *Laurentius* . . . . *stanus* de me tenet in **Rantebrig**. Et terram quam *Radulfus* de **Offentone** eis dedit. Et ecclesiam de **Englefeld** cum pertinentiis suis. Et terram quam *Stephanus* de *Mortona* eis dedit in suburbio de **Warevic**. Et quæ domina *Matill.* Imperatrix avia nostra eis dedit & concessit, scilicet *Bleebiriam* cum omnibus pertinentiis suis, & *Henredam*, & ecclesiam de **Werkelei**, cum ecclesiis & capellis, & omnibus appendiciis suis. Et ecclesiam de *Stantona* cum omnibus appendiciis suis. Et ecclesiam de **Tacheam**

am cum omnibus pertinentiis suis, & forum in eadem villa dominicis diebus. Et hidam de **Underege** cum omnibus pertinentiis suis. Nulla autem persona parva vel magna per debitum seu per consuetudinem, aut per violentiam aliquid ab hominibus & terris & possessionibus *Radingensis* monasterii exigat. Non equitationem, sive expeditionem, nec pontium vel castrorum edificationem, non vehicula, non summagia, non vectigalia, non navigia, non opera, non tributa, non xenia, non lestagia, non **Tethinpeni**, non **Tinpeni**, & habeant quietantiam de waltis nemorum, & de essartis. Nullus verò de forestariis regis quicquam se intromittat de boscis abbatis & monachorum qui sunt in foresta; sed omnem libertatem & potestatem quam habet Rex in boscis suis, habeant abbas & monachi in omnibus boscis suis ubicunque fuerint. Et sint monachi *Radingiæ* & omnes homines eorum, & res ipsorum absoluti à *Denegeldo*, & omni geldo, & hidagio, & pontagio, & theloneo, & omni alia exactione & consuetudine in nundinis & foris quorumcunque sint; in terris & aquis in transitibus pontium & maris portuum per totam *Angliam* & *Normanniam* per totam terram nostram [&c. *sicut in carta regis* Henrici *primi.*]

Carta *Hugonis* abbatis & conventus de capella sancti *Laurentii*, & de constructione hospitalis.

Ex præfato registro de Reading in bibl. Cottoniana fol. 3. b.

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Frater H. Radingensis *ecclesiæ minister humilis, & ejusdem loci conventus unanimis in domino salutem. Ad universitatis vestræ noticiam volumus pervenire, excellentissimum quondam regem* Anglorum Henricum *primum, dominum* Radingiæ *fundasse ad sustentationem monachorum ibidem Deo devotè ac religiosè servientium. & ad susceptionem hospitum transeuntium, præcipuè tamen pauperum Christi ac peregrinorum, sicut ex ipsius carta, penes nos habita, satis dilucidè perpendi potest. Verùm divitibus ut ipse eorum timor exigis splendidè ac honorificè ex more receptis, paupores & peregrini minus reverenter quam decuit, & longè aliter quam regia devotio disposuit, in retractis temporibus susceptisunt; unde cum ipsius elemosinæ non solum participes, verùmetiam procuratores simus, ut in conspectu Dei illam fideliter dispensemus, eam in quantum sufficimus, etiam pauperibus, volumus esse communem. Cujus rei causa, ad relevandum inopiam pauperum, & subsidium peregrinorum, hospitale quoddam extra portam construximus, ut qui admissus non fuerit in hospicio superiori, ibi saltem, quam reverenter poterit, suscipiatur; unde assensu & consensu dyoc. episcopi domini* H. Walterii, *ut carta ipsius super eodem negotio apud nos habita testatur, ecclesiam beati* Laurentii *præfato hospitali in perpetuam elemosinam concessimus, ad sustentationem xiij. pauperum in victu & vestitu & in aliis necessariis, aliis xiij. pauperibus fratribus consimilia alimenta ex cotidiana & consueta elemosina nostra subministrantes. Ad usum verò peregrinorum transeuntium concessimus omnes exitus molendini* **Fulerey** *de* **Leominstre**. *Et ne hæc donatio nostra lapsu temporis apud posteros in dubium veniat, aut alicujus ausu temerario infringi, & irritum attemptetur, eam sigillorum nostrorum appositione communire dignum duximus. Omnes autem quicunque prædictæ donationis fautores, & defensores extiterint, concedimus participes esse omnium bonorum quæ fiunt in domo nostra, & in præfato hospitali. Si autem quis in contrarium venire præsumpserit, conterat eum dominus in æternum.*

Ib. f. 22. a.

Dominus abbas *Aucherius* constituit domum leprosorum, ex devotione sua in confinio *Radingensis* ecclesiæ, quæ dicitur *Hospitale sanctæ Mariæ Magdalenæ*, ad quorum sustentationem dantur singulis diebus, singuli cantelli dimidiū panis habentes, & dimidiū galonis servisiæ mediocris. Præterea singulis mensibus cuilibet eorum dantur ab elemosinario quinque denarii ad companagium emendum. Præterea duæ carectatas fœni cum uno equo cariandas, & pro eodem equo sustentando, à camerario habent unam apud **Estmed**, & aliam apud **Nobney**. Capellanis autem ejusdem loci dantur ad festum *Michaelis* vj. ulnæ de russeto. Loco sol. habent omnes oblationes pro leprosis oblatas, nàm aliæ oblationes dividuntur cum leprosis. Habent etiam omnia emolumenta ex missis petitis & tricenariis ibidem provenientia.

Carectarii eorum habent à granetario singulis diebus unum panem, de* orto avelenum verò. Habent xxxij. denar. per annum ad duos terminos. Mulier ibidem serviens panem habet sicut carectarius ab elemosinario ij. s. per annum.

* *Lege* hordeo.

In quibus tenemur Leprosis ad sustentationem eorundem. Ib. fol. 22.

Fratribus leprosis de hospitali sanctæ *Mariæ Magdalenæ*, dantur singulis diebus singuli cantelli plenum dimidium panem habentes, & in quadragesima semper in una ebdomada duo barilli cervisiæ, in alia tres, alternatim. Præterea singulis mensibus cuilibet eorum dantur ab elemosinario quinque denarii ad companagium emendum, & ad opus servientium ipsorum vij. denarii. Ad vestiendum autem suscipiunt, quicunque annum ibi compleverint, capam, tunicam, & pallium, duo etiam langeola, & omnia lanea. Deinceps verò quotiens, & quantum opus habuerint, de hiis quæ præmissa sunt, scilicet ad capam tres ulnas, ad tunicam tres ulnas, ad pallium duas ulnas & quarterium, ad langeolum duas ulnas & quarteriū. Accipiunt etiam singuli eorum omni anno decem virgas lineæ telæ, & unam virgam de sargio ad caligas. Ad mensis verò operiendas semper secundo anno xij. ulnas majores vel xv. virgas. De lineis accipientes nova, reddunt vetera; quo facto solent ex gratia elemosinarii restitui eis tunicæ duæ ad opus duorum servientium quos ipsi voluerint. Capellano autem ejusdem loci qui tertius decimus est in illis, dantur ad festum sancti *Michaelis* tantum sex ulnæ de russeta, & decem virgæ de lineâ tela, sed de nulla re, vetera reddit. Loco solidorum habet omnes oblationes per manus fratrum oblatas, Nam reliquas oblationes dividit cum fratribus. Habet etiam omnia emolumenta ex missis petitis, & ex tricenariis provenientia. In festino etiam omnium solemnitatum, in quibus oblatæ ad cœnam deferuntur, mittit elemosinari-

u- singulis eorum, sicut singulis monachis apponi solet, hoc est quatuor oblatas. Domos autem ipsorum novas edificat elemosinarius, & veteres reficit quotiens opus fuerit. Infirmantibus ministrat granetarius singulis diebus duos panes armigerorum ad opus unius servientis. Ministrat etiam omni tempore singulis eorum singulos panes armigerorum, & singulos galones cervisiæ mediocris, ita quod duæ partes sint de cervisia militum, tertia de dolio conventus. A sartrinario accipiunt, qui annum compleverunt ad festum sancti *Michaelis*, singulas pellicias veteres de mediocribus. Similiter ad pascha de sotularibus. Carettarius eorum habet à granetario, singulis diebus unum panem de orto, & unum panem armigeri. Ab elemosinario vero habet xxxij. denarios per annum ad duos terminos. Mulier ibidem serviens panem habet sicut carettarius. Ab elemosinario autem duos solidos in anno. Equum cum fœno & præbenda, carettam, & omnia ad carettam pertinentia à camerario habent; & ab eodem quatuor vaccarum de mediocribus lac & vitulos, & ad opus illarum quatuor carectatas fœni, duas apud **Estmede**, & duas apud **Hobbeneye**.

Quid & quantum & à quibus obedientiariis accipere debeant converſi.

DE fratribus conversis in monasterio servientibus, statutum est, ut ab elemosinario singulis annis singulas tunicas novas, & scapulare novum accipiant. Supertunicas autem staminias de sargio, & femoralia linea accipiunt ab eodem quotiens opus habuerint. A sartrinario autem habebunt pellicias vetustas ad festum sancti *Michaelis* & lectisternia quotiens necesse fuerit. Calciaturam verò & capam à camerario accipiunt vel ab illis qui solidatas ministrare consueverunt servientibus illis quorum vices supplent dicti fratres in ministeriis suis. De omnibus autem prædictis, accipientes nova reddunt vetera in præsenti. Et ad subprioris pertinebit officium, si necesse fuerit de hiis curam agere ut secundum formam prætaxatam omnia debitè compleantur.

De ordine leproſorum.

Ex. f. 23. a. AUdite fratres karissimi, quomodo & qualiter ordo & regula domus sanctæ *Mariæ Magdalenæ*, nostri conventus, sunt tenendæ atque observandæ, & quæ sunt peccata pro quibus quisque frater, si forisfacit, pati debet justitiam. Hoc est primum & maximum.

Si aliquis facit adulterium, & probari possit, inde domum & præbendam omnino amittet, & nullo modo potest reconciliari nisi per dominum abbatem vel per Priorem concessumque nostræ congregationis. Secundum simile est huic. Si aliquis percutit fratrem suum superbia, vel ira, vel odio, similiter domum suam amittet. Item debes parare te ad surgendum ad primam campanam pulsantem, ita ut sis paratus ad tertiam turbam pergendi in ecclesiam. Item si lis sit inter fratres, & aliquis dementiatur alium, ira, vel superbia, jejunet per unam diem in pane & aqua, & cantellus suus & cervisia sua eadem die debet poni super mensam magistri, & sic distribuetur pro amore Dei. Et jejunans debet sedere in aere ante mensam & commedere bisum panem suum super scamnum sine panno. Et si habet indignationem inde, debet similiter facere, & jejunare in secunda die. Si habet indignationem in tertia die, deponatur à caritate per xl. dies. Item si aliquis movet litem, & magister domus præcipit aliquem tacere, ni taceat ad tertium justum, jejunet per unum diem in pane & aqua ut supradictum est. Item si aliquis detegerit consiliũ capituli, & possit percipi vel probari, deiectur foris à caritate per xl. dies. Item non debet aliquis extra claustrum ire sine socio, nec moram facere ad crucem sine socio. Item si invenerit aliquis inventum, non debet celare sed monstrare fratribus & debet poni in communi bursa. Item si invenerit aliquid extra claustrum erit proprium si vult. Item si aliquis homo dat tibi aliquid per viam pro infirmitate tua, erit commune. Si aliquis homo dat aliquid pro parentela; vel pro noticia, proprium erit si vult. Item si aliquis invenerit aliquid de rebus fratrum nostrorum & si celet & possit percipi, deponatur foris de caritate per xl. dies. Item si aliquis vult ire in negotio suo & moram facere per unam noctem, vel duas vel tres noctes, oportet habere licentiam totius conventus. Item si aliquis vult ire in negotio suo longè vel prope, non debet ire sine licentia magistri, nec sine socio. Item non debet quis intrare in domum lotricis sine socio. Item non debet quis mittere servientem domus longè sine licentia, nisi ad propinquas domus.

LEOMINSTERENSIS *Prioratus in agro* Herefordenſi *cella* Readingenſis *cœnobii.*

Carta Ricardi *epiſcopi* Herefordiæ *de pertinentiis eccleſiæ* Leominſtriæ.

Ex regiſt. abb. de *Reading* in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Domitiani* A. 3.] fol. 37. b.

EGO Dei gratia *Herefordenſis* epiſcopus *Ricardus*, manu mea propria conceſſi & confirmavi eccleſiæ *Radingiæ* & ejus Abbati primo, domino *Hugoni*, eccleſiam ſancti *Petri* de **Leominſtre**, cum omnibus ad ipſam pertinentibus parochiis, ſcilicet de *Bradeforda*, & de **Ach**, & de *Leona*, & de *Diliga*, j. & ij. quæ ambæ magis proxime ſunt *Leomenſtriæ*, & de *Lunthalega*, & *Chinardeſlega*, & de **Wlmeſtone**, & de utraque *Serneſfelda*, & de *Titellega*, de *Hopa* quoque, & de *Waverlona*, & de *Nimetuna*, & de *Gatredehopa*. De **Stokes** quoque, & de utraque **Hethfeld**, & de *Riſebiria*, & *Humbra* & *Gederſenna*, & *Butterlega*, & **Wadeffeld**, & utraque *Hamtona*, & *Forda*, & *Heamora*, & *Eatuna*, & **Perntun**. De *Stocbtuna* quoq; & *Eſſertuna*, & *Bremelfelda*, & *Upſuna*, & *Miclatuna*, & *Dreituna*, & **Hamenelle**, & **Whiale**, & **Putleſdune**, & **Wacmanstuna**, & *Forda*. De *Luſtuna* quoque & *Heya* & *Croſta*. Hæc antiqui & autentici viri in præſentia mea atteſtati ſunt, & plurima quæ antiquitus de parochia **Leominſtre** fuerunt,

runt, pro vetustate nimia se tacuisse dixerunt. Nos verò ea quæ suprascripta sunt ecclesiæ *Radingensi*, & ejus abbati confirmamus, salva justicia quam unicuique servare debemus. Actum anno Domini
1124. MCxxiij.

Ib. f. 64. b. Carta *Hugonis*, *Herefordensis* episcopi, & ejusdem loci capituli, de instituendis, & amovendis decanis & fratribus apud **Leominstre**.

Omnibus, &c. Cum in fundatione Radingensis *monasterii, manerium de* **Leominstre** *cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesia ejusdem loci, cum omnibus ad eam spectantibus, ad sustentationem dicti monasterii de* Radingia *essent collata, & abbates* Radingiæ, *ab ipsa fundatione monasterii sui, liberam habuerunt facultatem ordinandi & disponendi de omnibus quæ ad ordinem monachicum spectant apud* **Leominstre**, *necnon pro arbitrio suo decanos & monachos quoscunque ad custodiam manerii & ecclesiæ deputatos, prout eis & monasterio* Radingiæ *visum fuerit expedire, constituere, & amovere consueverant: Volentes jura eorum in omnibus illesa conservari, auctoritate pontificali de concensu totius capituli nostri unanimi, ad perpetuam confederationem inter ecclesiam de* **Hereford** *& monasterium* Radingiæ, *concedimus & confirmamus, quod abbas & conventus* Radingiæ, *in perpetuum possessione sua in dictis dispositionibus & consuetudinibus pacificè gaudentes liberam habeant facultatem constituendi & amovendi monachos quoscunque ad custodiam manerii & ecclesiæ de* **Leominstre** *deputatos, & alios secundùm antiquas & usitatas consuetudines suas, substituendi, & ordinandi, & disponendi de omnibus quæ ad ordinem monachicum spectant ibidem. Salva in aliis dignitate* Herefordensis *ecclesiæ. Et ut hæc nostra confirmatio perpetuam firmitatem optineat, eam præsenti scripto, & tam sigilli nostri quàm sigilli capituli nostri appositione communire curavimus. Testibus, &c.*

Leland. coll. vol. 2. p. 156. *Eadredus* è *Northumbria* apostolus missus ad *Merwalam* regem *Merciorum*, ubi ergo regis conversio per leonem, ut dictum est, viro Dei divinitus præsagitur, locus fundandæ domus regio liberatori, regni cœlestis janitori, eligitur; unde locus ipse postea vertitur in *Leonis-Monasterium*.

Lelandus.

Apparuerat leo *Eadfrido*, apud *Mercios* cenanti, cui cum panem manu porrexisset, mitis accepit. Leo autem ad *Merwalam* alludit, qui paganus ferox, adveniente *Eadfrido*, mitis per fidem factus est.

Domus autem fundata regaliter solidatur, rebusque & opibus regiis opulenter ditatur, cui beatus præficitur *Eadfridus*, cujus doctrina veræ lucis gratia primò refulsit.

Lel. itinerar. vol. 4. fol. 177. The towne of Leominster is mostly large, and hath good buildings of tymbre. The antiquitie of the towne is most famous by a monastery of Nunnes that Merwaldus King of the Merches built there, and endowed it with all the land thereabout, saving only the lordship now called Kingesland. And it is supposed of clerkes that the old name of the towne tooke beginning of the Nunnes, and was caullid in welch Llanlienny, *id est*, locus, *vel* fanum monialium, and not of a lyon that is writtin to have appeared to K. Merwald, upon which vision he began (as it is sayd) to build this Nunnery. Other Kings of the Merches immediatly following King Merewald were benefactors onto it.

Som say that the nunnery was aftir, in the Danes warrs destroyed, and that after a college of Prebendaryes sett there. The certeinty ys known that the abbay of Shaftesbury had rule at Lemster, and possessed much lands there, and sent part of the reliques of S. Edward the martyr to be adored there.

King Henry the first annexed the landes of Lemster to his abbay of Reading, and ther was a cell of monks instituted at Lemster by the abbots of Reading.

Ther is but one paroch chirch in Leominster, but it is large, somewhat darke and of antient building, insomuch that it is a greto lykelyhod, that it is the church that was somwhat afore the conquest. The church of the priorie was hard joyned to the est end of the paroch chirch, and was but a small thing.

Som say that the monks of the priorie sayd that they had the scullis of Merewald and Ethelmund Kinges of Merches, but maister Helvit told me that the body of King Merewald was found in a wault of the old chirch of Wenlok.

Id est. Oppidum *Leominstrense* est mediocriter amplum, ac bellis ex ligno ornatum ædificiis. Quod ad rem antiquam attinet, præcipuum loci decus sanctimonialium debetur cœnobio à *Merwaldo*, *Merciorum* Rege, ibidem exstructo, quod fundis omnibus adiacentibus (pago hodie Kingsland dicto duntaxat excepto) locupletavit. Doctorum est opinio, vetus oppidi nomen, à *Cambro-Britannis* **Llanlienny** nominati, *i.* locus vel fanum mulierum, originem à monialibus sumpsisse: non autem à leone quem *Merwaldo* Regi apparuisse scribunt; unde hoc cœnobium (ut fertur) inceperit. Alii *Merciorum* Reges, *Merwaldum* proximè sequentes, erga locum erant benefici.

Narrant quidam cœnobium postea inter arma *Danica* fuisse pessundatum, & præbendariorum collegium ibi postea constitutum. In concesso est, abbatum *Sceptoniensem* in *Leominstriam* jurisdictionem exercuisse, fundique nonnihil ibidem possedisse; reliquiarum denique sancti *Edwardi* martyris ibi adorandarum partem eò transmisisse.

Henricus Rex primus terras *Leominstrenses* abbatiæ suæ *Readingensi* annexuit. Cella quoque monachorum *Leominstriæ* per abbatem *Readingensem* instituta fuit.

Una solummodo ecclesia parochialis habetur *Leominstriæ*, ampla tamen, tenebrosa licèt, & ex antiqua structura: unde veri satis est simile hanc eandem esse ecclesiam aliquanto ante conquestum [*Normannicum*] erectam. Ecclesia prioratus, non magna, parochiali fuit ab oriente contigua. Quidam narrant Prioratus monachos affirmasse se *Merwaldi* & *Ethelmundi*, *Merciorum* Regum calvarias possedisse. Mihi tamen retulit dominus

Helvius, Merewaldi Regis corpus intra veteris ecclesiæ *Wenlocensis* parietem inventum esse.

RINDELGROSENSIS *Prioratus in* Scotia *cella* Radingensis *cœnobii.*

Carta 35. *E.* 1. n. 31. per Inspex.

DEi gratia Rex *Scotiæ* venerabilibus fratribus & amicis *E.* abbati & domino *Brientio*, totique conventui de *Redingis* salutem & dilectionem. Animæ meæ, meorumque saluti providens, & vestris necessitatibus caritatis intuitu subveniens, dono & concedo Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & conventui de *Redingis*, Rindalgros, per illas divisas, per quas ego ipse, scilicet & *Willielmus Giffard, Herbertus Camerarius*, cæterique homines mei perivimus, ad vestrum opus. Hanc itaque prædictam villam, pro salute animæ meæ antecessorum & successorum meorum, vobis & successoribus vestris in perpetuam elemosinam dono & concedo, ita liberam & quietam, & ab omni hominum calumpnia absolutam, in terris aquis & piscariis, sicut aliquæ abbatiæ in regno meo, donationes suas & possessiones, liberius & quietius tenent & habent; hac demum consideratione, ut si ego vel hæredes mei, prædictæ donationi tantum, divina inspiratione addemus, unde conventus posset sustentari, prædicto loco conventum destinetis, qui de beneficiis illis necessaria habeat. Reliquum verò utilitati & dispositioni vestræ concedimus. Præsentibus testibus. Fratre *Willielmo Giffardo, Gaufrido* abbate de Dunfermelin, *Edwardo* cancellario, *Waltero* de Byoun, *Nicholao* clerico, *Dunecano* comite, *Hugone* de Pozevill, *Herberto* camerario, *Waltero* de Lindesete, *Leodegario* de Bzethin. Apud Dunfermelin.

Prioratus de May *in* Scotia *cella* Radingensis *cœnobii.*

Ibid.

DRex *Scotiæ* omnibus probis hominibus totius terræ suæ salutem. Sciatis me concessisse & dedisse ecclesiæ de May, & Priori & monachis ejusdem loci ibidem Deo famulantibus, quandam plenariam toftam in Berulvic in perpetuam elemosinam, pro anima mea & animabus antecessorum & successorum meorum. Quare volo & precipio quod ipsi præfatam toftam teneant adeo liberè & quietè, sicut aliqui vel abbates, vel Priores in terra mea elemosinas suas liberius & quietius tenent, & homines qui in tofta illa manebunt liberi sint ab omni servitio & exactione *T. Ernaldo* abbate de Calchoh. *Osberto* Priore de Jedeworth, *Waltero Cancellario, Hugone* de Pozevill, *Waltero* filio *Alani, Gilberto* de Umframvill, *Waltero* de Volebec. Apud Byngor.

Alia carta ejusdem regis.

D. *Rex* Scotiæ *episcopis, abbatibus, comitibus, justiciis, baronibus, vicecomitibus, & omnibus hominibus totius terra suæ salutem. Sciant tam posteri, quam presentes, me pro salute animæ mea dedisse & concessisse Deo & ecclesiæ omnium sanctorum de* Mai, *& fratribus ibidem Deo servientibus dimidium* Balegallin, *sicut* Gillecolin, Macchinbethin, *&* Machet Mactozin, *&* Malmure Thein *de* Chellin, *eis prædictam terram periverunt, liberè & quietè, ad tenendum de me & hæredibus meis, sicut ulla elemosina in terra mea tenetur melius & liberius, quam diu conventus monacorum in* Mai *fuerit. Præterea do eis & concedo communem pasturam in fira de* Chellin, *& in fira de* Cherel, *& per totam terram meam, ita ne ullius pro pastura eos, aut pecuniam eorum super meum forisfactum labores aut disturbet. Test.* (&c.)

Alia carta dicti Regis.

D. Rex *Scotiæ* omnibus hominibus totius vicecomitatus de Pert salutem. Mando vobis & firmiter præcipio quatinus detis monachis de Rindelgros decimas vestras in blado & caseo, & in rebus omnibus, in quibus decimas dare debetis, ne illas, super meam defensionem detineatis. Testibus *Duncano* comite, & *Waltero* cancellario. Apud Scone. Ibid.

Carta *Willielmi* regis *Scotiæ.*

WIllielmus *Rex* Scotiæ *episcopis* (&c.) *salutem. Sciant præsentes & futuri me concessisse & hac carta mea confirmasse Deo & ecclesiæ omnium sanctorum de* Mai, & Willielmo Priori *& successoribus ejus & fratribus ibidem Deo servientibus & ordinem* Cluniacensem *ibidem tenentibus, in liberam & perpetuam elemosinam donationes quas Rex* David *avus meus pia memoriæ & prædecessor meus Rex* Malcolmus *frater meus, eis dederunt & concesserunt, scilicet, ex regis* David *donatione* Pecnetweme & Inverin, *quæ fuit* Averin, *per rectas utriusque villæ divisas, & dimidium de* Balegallin, *quia reliquam partem ejusdem villæ dedi ex donatione mea eis, per rectas utriusq; partis illius villæ divisas. Concedo etiam eis communem pasturam in schira de* Kelbyn *& in schira de* Barat, *sicut carta regis* David *testatur. Et unum plenarium toftum in burgo meo de* Berewych. *Ex donatione verò regis* Malcolmi *v. marcas singulis annis de cano meo, de navibus venientibus apud* Pert, *Sicut carta regis* Malcolmi *fratris mei testatur, & confirmat. Precipio etiam ut omnes qui piscantur circa insulam de* Mai, *rectas decimas suas Deo & prædictæ ecclesiæ sine occasione solvant. Prohibeo etiam & firmiter precipio ne quis decimas suas eis injustè detineat sicut habuerunt in tempore regis* David *super meum forisfactum, & ne quis in aquis eorum piscari præsumat, nec ædificia construere in insula de* Mai, *nec terram de* Mai *fodere, nec in ea herbam capere nisi per eorum licentiam. Præterea concedo eis & confirmo unam* Ibid.

man-

mansuram cum tofto in Dunbar *& applicationem unius navis ad necessaria domus suæ transportanda, sicut comes* Gospatricius *eis dedit & concessit, & Rex* M. *frater meus eis carta sua confirmavit. Quare volo* (&c.) *Nos autem donationes & confirmationes predictas ratas & gratas habentes, &c. Dat. apud* Cambor *quarto die Martii.*

SHIRBURNENSE
cœnobium in agro Dorsetensi.

Leland. Itinerar. vol. 2. fol. 47.

The Bishops of Sarum sete was a long time at Shirburne. Syns monks were set there for chanons. The body of the abbay chirch dedicate to our Lady servid ontille a hunderithe yeres syns for the chife parochе chirch of the town. This was the cause of the abolition of the paroch chirch there: The monks and the tounes menne felle at variaunce because the tounes men toke privilege to use the sacrament of baptime in the chapelle of Alhalowes, whereupon one Walter Gallor a stout bochor dwelling in Shirburne defacid clene the font stone, and after the variaunce growing to a playne sedition, and the townes menne by the mene of an erle of Huntendune lying in those quarters and taking the tounes mennes part, and the bishops of Saresbyri the monks part; a prest of Alhawlois shot a shaft with fier into the toppe of that part of S. Mary chirch that devided the est part that the monks usyd from that the tounes menne usid: and this partition chancing at that tyme to be thakkid in the rosse was set a fier, and consequently al the hole chirch, the lede and bells meltid, was defacid. Then Bradeford, abbate of Shirburne, persecutid this injurie, and the tounes men were forcid to contribute to the reedifying of this chirch. But after this time Alhalowes chirch, is not S. Maries was usid for the paroche chirche. Al the est part of S. Mary chirch was reedifyed yn abbate Bradefords tyme, saving a chapelle of our Lady an old pece of worke that the fier came not to by reason that it was of an elder building.

There were of antient time buried two Kings, sonnes to Ethelwolphe King of West-Saxons, yn a place behinde the highe altare of S. Marie chirche, but ther now be no tumbes, nor no writing of them sene.

A noble man caullid Philip Fitzpayne was buryid and his wife with hym, under an arch on the north side of the presbyterie. This tumbe was of late defacyd.

Peter Rameiunne, nert abbate savinge one to Bradeforde, building . . . . . à fundamentis at the west part of S. Marie chirche. The porche of the south side of the body of S. Mary chirch was an ancient pece of worke and was not defacid with fyer because it stode with a far lower rose then the body of the chirch did.

The cloyster of the abbay on the north side of the chirch was buildyd by one abbate Frithe. This abbate was not very long afore Bradefords tyme. Myer, the last abbate of Shirburne saving one, made the fair castel over the conduit in the cloister and the spouts of it. The heede of this water is in a pere of the towne, and is caullid New-Welle. The chapiter house ys ancient, and in the volte of it be paintid the image of bishops that had ther sete at Shirburne. One saint John a nobleman lyith in the chapitre house. Rameiune Abbate sette a chapele caullid our Lady of Bow hard to the south side of the old Lady chapelle. Ther is an old arch of a gate at the est southest end of S. Mary chirch, as a tokyn that of old tyme the close of chanons or monks was enwallid about.

Id est. Sedes episcopalis nunc *Sarisburiensis*, olim diuque erat *Shirburnie*. Postea monachi canonicorum loco ibi substituebantur. Ecclesiæ cœnobiticæ navis D. *Mariæ* sacra, ad annum usque centesimum ultimò elapsum, præcipuæ parochialis ecclesiæ oppidi loco erat. Hæc parochialis ibidem ecclesiæ abolendæ occasio fuit: Monachi & oppidani altercabantur super eo quod oppidani baptizandi jus in capella *Omnium Sanctorum* sibi vendicarent. Unde quidam *Walterus Gallor*, ferocis ingenii lanius *Shirburnensis*, baptisterium penitus deturbavit; & postea, lite in seditionem ingravescente, & oppidanis, comitis cujusdam *Huntendunensis*, in illis partibus agentis, & ab oppidanorum causâ stantis, auxilio fretis; episcopis autem *Sarisburiensibus* à monachorum partibus; quidam *omnium Sanctorum* [ecclesiæ] sacerdos in illius ecclesiæ sanctæ *Mariæ* partis fastigium quæ partem [ejusdem] orientalem à monachis occupatam, ab illa ab opidanis usurpatam divisit, sagittam jecit ignitam. Hac autem parte tunc temporis, ut contigit, culmo tectâ accendebatur, & deinceps ecclesia integra cum tecto plumbeo & campanis igne liquefactis periit. *Bradfordus* itaque abbas *Shirburnensis*, hanc persecutus est injuriam, ita ut oppidani ad ecclesiæ restaurationem contribuere cogerentur. Postea verò, *Omnium Sanctorum* ecclesia, non autem Dominæ *Mariæ* tanquam parochialis ecclesia usurpabatur. Integra ecclesiæ sanctæ *Mariæ* pars orientalis reædificata fuit *Bradfordi* abbatis tempore, præter D. virginis capellam, veterem [scil.] ædificii partem, ad quam, quod vetustioris fuerit structuræ, ignis non pervenit.

Erant ab antiquo Reges ibidem sepulti, filii viz. *Ethelwolphi*, *Occidentorum Saxonum* regis, à tergo summi altaris ecclesiæ sanctæ *Mariæ*. Hodie tamen, nullæ extant tumbæ, nec aliquæ visuntur inscriptiones.

Nobilis quidam, *Philippus Fitzpaine* [*i.* filius Pagani] unà cum conjuge suâ, sub fornice ad aquilonem presbyterii sepeliebatur. Tumba hæc nuper destructa.

Petrus Rameſunne, secundus post *Bradfordum* abbas, ad occidentem ecclesiæ sanctæ *Mariæ* . . . . . à fundamentis erexit. Porticus ad austrum navis ecclesiæ sanctæ *Mariæ*, vetus est structura, ab igne illæsa, eo quod tectum ejus navis ecclesiæ

cleſiæ tecto multò erat humilius.

Abbatiæ clauſtrum, ad aquilonem eccleſiæ ſitum, à quodam abbate, *Frith* nomine, extruebatur. Abbas iſte *Bradforde* paululum præceſſit. *Myerus*, abbas *Shirburnenſis* penultimus, pulchrum ſuper aquæductum in clauſtro fundavit caſtellum, cum epiſtomiis. Aquæ iſtius caput in quadam oppidi petrâ, & vulgo vocatur **Newwell**, [*i.* fons novus.]

Domus capitularis antiquitatem præfert, cujus in crypta epiſcoporum *Shirburnenſium* icones depictæ. Quidam vir nobilis S. *Johannes* dictus in domo capitulari ſepultus jacet.

Rameſunus abbas capellam Dominæ *Mariæ de arcu* dictam prope auſtralem veteris Dominæ *Mariæ* capellæ partem, fundavit. Quædam eſt cujuſdam portæ fornix ad orientalem (ab auſtrino latere) eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* angulum, in ſignum quod ab antiquo vetus canonicorum vel monachorum ſeptum muro cingeretur.

Carta regis *Henrici* ſecundi.

Cart. 20. E. 1. n. 3. per Inſpex.

H. *Rex* Angliæ, *& dux* Normanniæ & Aquitanniæ, *& comes* Andeg. *archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & præſenti ſcripto confirmaſſe compoſitionem factam inter* G. *abbatem* Sireburnæ, *&* Ricardum *filium* Hildebrandi *de terris de* **Wadefozd**, *&* Coriſcumba, *quas dictus* Ricardus, *ſicut præcipuus hæres* Humfridi *de* Prato, *clamabat; ſcilicet quod idem* Ricardus, *quam diu vixerit, totam* **Wadefozd** *præter duas hidas & dimidiam in pace teneat, & totam* Coriſcumbam, *& duas hidas prædictas & dimidiam, quietas eccleſiæ* Sireburnenſi *clamavit*; Ricardo *verò defuncto, tota* **Wadefozd** *cum tota* Coriſcumba *in dominium eccleſiæ* Sireburnæ *redeat, ſicut carta* Rogeri Saresburienſis *epiſcopi teſtatur, ſe illas injuſtè ab eccleſia abſtuliſſe, &* Humfrido *fratri ſuo preſtitiſſe, & poſtea eas eccleſiæ ſupradictæ, cum omni integritate reſtituiſſe. Quare volo (&c.) T. R. comite* Leircestriæ, Willielmo *comite de* Arundel, Ricardo *de* Camvill, *magiſtro* Waltero *de* Inſula, Willielmo *filio* Hamonis. *Apud* **Windeſtoc.**

Alia carta ejuſdem Regis.

Ibid.

H. Rex *Angliæ*, & dux *Norm. & Aquit. &* comes *Andeg.* archiepiſc. *(&c.)* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & preſenti carta confirmaſſe ſacriſtariæ de **Sireburne** eccleſiam de **Stapelbzig** imperpetuum. Habendam poſt deceſſum magiſtri *Walteri* de *Inſula* clerici mei, cui *E.* abbas & totus conventus *Sireburnæ*, illam pro Dei amore & mei prece & petitione mea conceſſerunt & dederunt in perpetuam elemoſinam, & ſub tali conditione ut de cætero à ſacriſtaria prædicta illa non auferatur, ſet ſemper ſacriſtariæ remaneat. Et ideo (*&c.*) T. *Ricardo* archidiacono *Pictavie*, *Johanne* de *Oxonia*, *Ricardo* de *Camvilla*, *Willielmo* de *Cainero*, *Willielmo* filio *Hamonis*, *Willielmo* de *Haſtingis*, & *Radulfo* filio *Stephani*, cameterio. Apud **Wodeſtoc.**

CADWELI *in dioc.* Menevenſi, *cella* Shireburnenſis *cœnobii.*

Ex veteſto rotulo in curia Augmentationum.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, preſentes literas viſuris, vel audituris, *David* permiſſione divina *Menevenſis* epiſcopus, & ejuſdem loci capitulum ſalutem, in omnium ſalvatore. Noveritis nos inſpexiſſe, & diligenter examinaſſe, diverſa monumenta, & ſcripta, ac etiam confirmationes, contingentes abbathiam de **Shyreburne**, & Prioratum de **Cadwelle** non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua ſui parte viciatas, de verbo in verbum, in forma ſubſequenti.

1301. *In nomine Domini* Amen, *anno ejuſdem milleſimo trecenteſimo primo quintodecimo die menſis Octobris, indictione quintadecima, pontificatus ſanctiſſimi patris ac domini, domini* Bonifacii *divina providentia, pape octavo anno, in preſentia mei notarii infra ſcripti, & teſtium ſubſcripterum, ad hoc ſpecialiter vocatorum, religioſus vir dominus* Galfridus *de* Coker, *Prior de* Cadweli, Menevenſis *diœceſis, in eccleſia beati* Pauli **London**, *in ſcriptis interpoſuit, & legit quandam donationem, & conceſſionem per dominum* Rogerum *Dei gratia quondam*, Sarisbirienſem *epiſcopum, factam beatæ* Mariæ *de* **Shereburne** *eccleſiæ, &* Turſtano *Priori ejuſdem eccleſiæ, ac ſucceſſoribus ſuis ſibi regulariter ſuccedentibus, ſecundum formam & tenorem, in fundationi textu beatæ* Mariæ Shyreborn: *eccleſiæ, contentos, cujus tenor donationis talis eſt.*

Carta fundationis de Cadweli.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Egò* Rogerus *Dei gratia*, Salesbirienſis *epiſcopus pro ſalute, & incolumitate domini mei* Henrici *Regis, &* Matildis *Regina, & filiorum ſuorum, cum conſenſu eorundem, & pro ſalute animæ meæ, & parentum meorum, & anteceſſorum meorum, Do ſanctæ* Shyrbornenſi *eccleſiæ, &* Turſtino *Priori, & ſucceſſoribus ſuis, ſibi regulariter ſuccedentibus, unam carucatam terræ apud* **Cadweli**, *ſicut perambulavi eam; ſcilicet à novo faſſato novi molendini, per rivulum qui illuc yeme defluit, uſque ad domum quondam* Balbe, *& inde ad rivulum, currentem per medium alnetum, uſque ad viam, & à via, ſicut rivulus idem currit in mare. Et totum montem, qui dicitur mons* Salomonis, *uſque ad mare porrectum ex alia parte, ſicut quadam pulla vadit uſque ad prædictam viam, ſolutam, & quietam, & liberam ab omni famulorum impedimento, & ſæculari exactione, & ſervitio, & omnes decimas, in annona, in vitulis, in porcis, in agnis, in caſeis, & in piſcibus, & in pannagio porcorum. Et concedo ut ſuos proprios porcos quietos a pannagio habeant, & boſcum in boſco meo, & paſturam animalium ſuorum, cum meis dominicis habeant, videntibus, & audientibus pluribus clericis & laicis, quorum nomina hic ſubnotantur.* Radulfus *capellanus*, Rogerus *ſubdiaconus*, Umfridus *frater epiſcopi*, Oſmundus *dapifer*, Ayliricus *de* **Walver**, Richardus Latimerus, Hyldebrandus, Cornaldus *pincerna*, Willielmus *de* **Lund**, Rogerus *de* Reigni, Richardus Foliot, Robertus *vetus dapifer*; & Robertus *filius ejus*, Willielmus *conſtabularius*; Willielmus **Iſhurmyt**, Radulfus *filius* Warini,

Robertus

Robertus *de* Sagio, Robertus *de* Mayei, & Walterus *frater ejus*, Picotus, Gaufridus Rufus, Robertus *Niger*, Philippus *de* Beaufo, Osmundus *filius* Everardi, Rogerus Foliot, Henricus *filius* Walteri *de* Poterna, Albericus *de* Felgeriis, Edmundus *qui tunc castellum de* Cadweli *custodiebat*, Alwinus *Presbiter villæ. Hæc donatio facta fuit* 14. *kalendas Augusti, in domo Castelli de* Kadweli, *testimonio istorum, & aliorum multorum quorum nomina ignoro: Post tertia die; dominus* Rogerus *episcopus, licentia & consensu* Wilfridi *episcopi de sancto* David, *dedicavit Cymiterium in eodem loco, & in eadem dedicatione, predicatione & consensu ejusdem episcopi, dederunt omnes Burgenses, &* Franci & Angli, & Flandrenses, *decimas suas de* **Penbray**, *& de* **Pennalth**, *testimonio omnium illorum supradictorum. Interposita & lecta fuerunt hæc, die & loco supradicto, presentibus* Thoma *de* Beverlaco, Waltero *de* Chyam *clericis*, Richardo Dunning & Johanne Welewe *testibus ad hoc vocatis specialiter & rogatis.*

Carta Richardi *filii* Willielmi.

Ibidem. BERNARDO Dei gratia, episcopo de sancto *David*, omnibusque sanctæ ecclesiæ filiis *Richardus* filius *Willielmi* salutem. Noverit universitas vestra me, pro remedio animæ meæ, & antecessorum & successorum meorum, & pro amore *Henrici* filii mei, *Schyrborn.* ecclesiæ monachi, dedisse & concessisse prædictæ ecclesiæ *Schyrborn.* abbati & conventui ejusdem loci, in elemosinam, ecclesias meas quæ sunt in parochia vestra. Ecclesiam scilicet, sancti *Ismael* apud **Pennalt**, & ecclesiam omnium sanctorum in teritorio de *Cadweli*, & ecclesiam sancti *Elthuti* apud **Penbray**, cum capellis, terris, decimis & omnibus earum adjacentiis, perpetuo jure possidendas; & ne (quod absit) ego, vel aliquis heredum meorum aliquid juris, vel dominationis, excepta advocatione in his ecclesiis, vel pertinentiis earum possit vendicare, & ut prædictæ ecclesiæ *Schirborn.* dilecti fratres nostri in perpetuum liberè & quietè eas possideant, hanc donationem nostram Cartæ nostræ attestatione, & Sigilli nostri munimine roboramus.

Carta *Mauritii de* **London**.

Ibidem. DAVID *Dei gratia* Menevensi *episcopo, sicut Domino, & Patri spirituali, & omnibus sanctæ ecclesiæ pastoribus*, Mauritius *de* **London**, *suus ubique obediens salutem, & sincere dilectionis exhibitionem. Notum sit vobis & omnibus Dei cultoribus, me dedisse & concessisse Deo & sanctæ* Mariæ *de* Kedweli, *& monachis de* Schyrborne, *duodecim agras circa ecclesiam sancti* Cadoci, *quæ adjacent terræ ecclesiæ prædictæ sanctæ* Mariæ *rea ad ream. Hæc autem Donatio facta est pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum meorum, audiente* Willielmo *de* **London**, *filio meo, & concedente, & mecum donante. His testibus*, Owano *milite, &* Elia, & Roberto *de* **Pennard**, & Waltero *de* Reigni, & Paen, & Willielmo *de* **Panner**, & Nicholao *de* Almaro, Runcino & Osmundo *Rectoribus*, & Galfrido Longo, & Randulfo *clerico, & aliis quampluribus. Valeat vobis vestra sublimitas.*

Bulla *Alexandri* tertii.

ALexander *Episcopus servus servorum Dei, Dilecto filio* Clementi *abbati beatæ* Mariæ *de* Sherborne, *ejusque fratribus, tam presentibus, quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus, Apostolicum convenit adesse presidium ne fortè cujuslibet temeritatis incursus aut eos à proposito revocet, aut robur, quod absit, sacra religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri, *& nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quecunque bona, idem monasterium in presentiarum juste & canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus, exprimenda vocabulis. Ecclesiam scilicet, parochialem sanctæ* Mariæ *de* Shyrborne, *quam idem abbas tenet in prebendam à* Sarisburiensi *ecclesia, cum capellis, terris, decimis & adjacentiis suis, terras, hospites & domos censuales, in eadem villa* **Shirborn. Stapelbrigg**, *cum ecclesia ejusdem villæ, capellis, terris & omnibus adjacentiis suis* Westonam, *cum omnibus pertinentiis suis.* Hortonam, *cum ecclesia ejusdem villæ, & capella de* **Cnolton**, *eidem ecclesiæ adjacenti, cum terris, decimis & omnibus pertinentiis suis. Capellam sanctæ* Trinitatis *de* **Warham**, *& domos censuales in eadem villa, cum terris, decimis & omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sanctæ* Mariæ *de* **Wymborne**, *& domos censuales in eadem villa. Partem terræ, & capellam quam habetis in Manerio de* **Bingeston**. *Ecclesiam sanctæ* Mariæ Magdalenæ *sitam juxta castrum* Sherborne, *cum capellis sancti* Michaelis *& sancti* Probi, *& omnibus pertinentiis suis; Molendinum in villa* Shyrborne *juxta capellam sancti* Andreæ, *& vivarium proximum eidem molendino, & decimas omnium vivariorum tam de Anguillis quam de ceteris piscibus, & decimam vini, de vinea ejusdem villæ* Shyrborne. *Manerium de* **Woborne**, *cum capella ejusdem villæ, & terris, decimis & omnibus pertinentiis suis.* Comptonam, *& aliam* Comptonam, *cum capellis, decimis & omnibus pertinentiis suis. Manerium de* **Thorncford**, *cum capella, terris, decimis, et omnibus pertinentiis suis. Manerium de* **Bradford**, *cum ecclesia ejusdem villæ, et capellis, terris, decimis, et omnibus pertinentiis suis.* **Wycam** *et* **Loscumbe**, *cum omnibus pertinentiis suis.* **Halthestoke**, *cum ecclesia ejusdem villæ, et capellis, terris, decimis, et omnibus pertinentiis suis.* Corundonam, *et* **Pitherstoke**, *cum omnibus pertinentiis suis.* Corelcumbam, *et ecclesiam ejusdem villæ, cum capellis, terris, decimis, et omnibus pertinentiis suis.* **Stoke**, *cum ecclesia ejusdem villæ, & capellis, terris, decimis & omnibus pertinentiis suis.* Bromlegam, *et* Laverstokam, *cum*

Confirmatio terrarum Prioratus de Shyborne.

omnibus pertinentiis suis. **Lym,** *cum ecclesia ejusdem villa, et capellis, terris, decimis, et omnibus pertinentiis suis.* Setonam, *cum ecclesia ejusdem villa, cum capellis, terris, decimis, salinis, et omnibus pertinentiis suis.* Beram, *cum omnibus pertinentiis suis.* **Lyteleham,** *cum ecclesia ejusdem villa, et terris, decimis, et omnibus pertinentiis suis.* Corswillam, *cum ecclesia ejusdem villa et terris, decimis et omnibus pertinentiis suis.* Bromlegam & **Fiswike,** *cum omnibus pertinentiis suis. ecclesiam sancte* Marie de Cadweli, *cum capellis, terris, decimis & omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti* Ismaelis *de* **Pennalt,** *cum terris, decimis, & omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti* Eltwyci *de* **Penway,** *cum terris, decimis, & omnibus pertinentiis suis. Obeunte te verò, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars concilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati* Benedicti *regulam, previderint eligendum. Sepulturam quoque illius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justicia parochialium ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumentur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonica justitia. Si qua ergo in futurum ecclesiastica, sæcularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, terciove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Domini Redemptoris sui* Jesu Christi *aliena fiat, atque in extremo examine, districte ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri* Jesu Christi, *quatenus hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia æterna inveniant.* Amen. *Datum* Turon. *per manum* Hermanni, *sancte* Romane *ecclesie Subdiaconi & Notarii. Non. Junii, Indictione decima, Incarnationis Dominice Anno millesimo centesimo sexagesimo tertio. Pontificatus vero domini* Alexandri *Papæ tertii, Anno quarto.*

Nos vero Episcopus Menevensis, *& ejusdem loci capitulum predictas Donationes, Collationes, & Approbationes ratas habentes, & gratas, eas auctoritate ordinaria, in quantum possumus, & in nobis est, Ratificamus, Approbamus & Confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus. In cujus rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum apud* Lantefey, *die sanctorum* Tiburtii *&* Valeriani. *Anno Dominii millesimo tricentesimo tertio.*

1163.

CARHOUENSIS *Prioratus, in agro* NORFOLCIENSI.

MEmorandum quod Rex *Henricus*, filius *Willielmi* Conquestoris, dedit civibus *Norwici* eandem francheſiam & libertatem ſicut civitas *Londoni* habuit. Et poſtea *Stephanus* Rex, nepos prædicti *Henrici*, dedit & conceſſit in perpetuam elemoſinam, Deo & eccleſiæ S. *Mariæ* & S. *Johannis* de *Norwico*, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, de dominio ſuo, totam illam terram exultabilem quam habuit apud *Norwicum* in campis, videlicet xxv. ſol. terræ, & pratum ad terram illam adjacens, in qua terra fundavit eccleſiam de **Carowe.** Et prædicta terra & pratum extendit ſe à **Weyſtrecheyates,** per viam regiam uſque ad medietatem & pontis & aquæ de **Trousbrigge,** prout patet per cartam Regis *Stephani*

Ex veruſto MS. rotulo penes *Joh. Ivbiting* generoſum an. 1650.

Confirmationis charta per Regem Stephanum.

Pat. de an. 26 *Hen.* 6. par. 2. memb. 10. per Inſpex.

Vide etiam Pat. 1. *R.* 2. part. 6. m. 26.

S. Rex *Anglie*, Archiepiſcopis, *(&c.)* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Johannis* de *Norwico* & monialibus meis ibidem Deo ſervientibus, illam terram exculcibilem quam habeo apud *Norwicum* in campis, videlicet xxv. ſolidatas terre, & pratum ad terram illam adjacens. Et volo quod in ipſa terra fundent eccleſiam ſuam. Et preterea concedo eis & firmiter precipio, quod bene, & in pace, & liberè, & quietè, teneant hæc omnia predicta, & omnes res ſuas alias, & tenedutas, & homines, infra Burgum & extra, de quocumque teneant, ſicut unquam melius & honorificenciùs tenuerunt, & ſicut ego ipſe liberiùs terram predictam tenui dum in manu meâ eſſet, cum *ſoca* & *ſaca*, & **toll** & **team,** & **infangenetheef,** & cum omnibus libertatibus cum quibus ego ipſe meliùs tenui. Et preter hoc, ſi quis eis aliquid contulerit beneficii a Deo retributionem accipiet, & a me dignas gratias. Et prohibeo, ne ſuper hoc aliquis eis aliquam preſumat inferre moleſtiam. T. epiſcopo *Sarum* per *Hugonem Biged*, & *R.* filio *Ricardi*. Apud **Drenefeud.**

Carta Regis *Johannis.*

JOHANNES *Dei gratia Rex* Angliæ (&c.) *Archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis Nos, intuitu divini amoris, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum patris noſtri* H. *& fratris noſtri* R. *Regum, & pro animabus omnium anteceſſorum noſtrorum, conceſſiſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Carhou,** *& Monialibus ibidem Deo ſervientibus feriam ſuam de* **Carhou,** *quatuor diebus duraturam vigilia, ſcilicet Nativitatis beatæ* Mariæ *virginis, & die Nativitatis beatæ* Marie, *& duobus diebus proximè ſequentibus, cum omnibus libertatibus quas Monachi de* Norwico *habent in feria ſua in villa* Norwici. *Quare volumus*

(&c.)

(&c.) Dat. per manum H. Cantuar. *Archiepiſc. Cancellar. noſtri apud* Northampton, *ix. die Junii regni noſtri Anno primo.*

Alia confirmationis Charta.

Cartæ de an. 13. Hen. 3. memb. 12.

REX Archiepiſcopis, Epiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & heredum noſtrorum, dediſſe, conceſſiſſe & hac Carta noſtra confirmaſſe, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Kairo*, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, viginti quinque ſolidatas terre in campis de *Norwico*, cum prato ad terram illam pertinente, quas predeceſſores noſtri, Reges *Angliæ* tenuerunt, & terram illam in qua eccleſia ſua de Kairo fundata eſt. Habendas & tenendas, de nobis & heredibus noſtris, ſibi & ſucceſſoribus ſuis, in liberam, puram & perpetuam elemoſynam. Quare volumus & firmiter precipimus, quod predicte moniales & earum ſucceſſores, habeant & teneant predictas viginti quinque ſolidatas terre, cum prato predicto, ſicut predictum eſt, & cum omnibus aliis rebus, & tenuris, & hominibus ſuis, quas habent infra Burgum, & extra, ita bene & in pace, liberè, quietè & integrè, ſicut anteceſſores noſtri, Reges *Angliæ*, meliùs & liberiùs eas, in manibus ſuis tenuerunt, dum fuerant in manu ſua. Teſt. *J. Bathon. L. Dunelm. W. Karliel.* Epiſcopis. *Huberto* de Burgh, comite *Kancie*, juſticiario *Angliæ*, *Stephano* de Segrave, *Nicholao* de Moles, *Hugone Diſpenſer*, *Bartholomeo Peche*, *Richardo* filio *Hugonis*, & aliis. Dat. per manum *R. Ciceſtrenſis* epiſcopi apud *Weſtmonaſterium*, xiij. die Februarii.

Inquiſitionis Charta.

Ex inquiſitionum tabulis, *ad quod dampnum* vocat. in turri *Londin* an. 10. Ed. 3. nu. 3. *Norf.*

INquiſitio capta apud *Norwicum* in comitatu *Norfolchie*, coram Eſcaetore Domini Regis, octavo die Aprilis, anno regni Regis *Edwardi* tertii decimo, juxta tenorem Brevis domini regis, huic Inquiſitioni conſuti, per Sacramentum *Henrici* de Rysinges, *Ricardi* de Retene, *Johannis* de Colne, *Willielmi Fynche*, *Johannis Clerk*, *Johannis* ad capud ville, *Rogeri Pye*, *Ricardi* de Halle, *Johannis Requiem*, *Symonis* de Partyn, *Bartholomei Attelyngh*; Qui dicunt ſupra Sacramentum ſuum, quod non eſt ad dampnum nec præjuditium domini Regis, ſeu aliorum, Si dominus Rex concedat Prioriſſe & Monialibus de Carhowe, quod ipſæ triginta & quatuor meſſuagia, quater viginti acras terræ, ſex acras prati, & duodecim acras turbarie, cum pertinentiis, in Wrotham, Rakheythe, Croftweyt. Boſton, Baſtwyke, Bloſeld & Randworth, que de *Johanne* de Vecham, poſt publicationem Statuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi, eiſdem prioriſſe & monialibus, & ſucceſſoribus ſuis in feodo adquiſierunt licentia domini *Edwardi*, quondam Regis *Angliæ*, patris Regis, aut Regis nunc, ſuper hoc non optenta, retinere poſſint, Et habere ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum. & dicunt quod dicta meſſuagia, terre, pratum & turbaria tenentur de eadem prioriſſa ut parcella manerii ſui de Wrotham, per ſervicium lxviij. ſol. per annum. Et quod dicta prioriſſa tenet predictum manerium ſimul cum predictis terris & tenementis de *Eva*, filia & herede *Johannis* de Claveringham, per ſervitium unius feodi militis. Et prædicta *Eva* tenet predicta tenementa de *Roberto* de Vozle, per ſervitium unius feodi militis. Et predictus *Robertus* ea tenet de domino Rege, in capite, ut parcella Baronie de Hokeryngham. Et dicunt quod predicta triginta quatuor meſſuagia valent per annum ultra redditum reſolutum xj. ſol. iiij. den. & non plus, quia non ſunt niſi cotagia. Et predicte quaterviginti acre terre valent per annum xiij. ſol. iiij. den. & non plus, quia eſt terra ſabuloſa, & predicte ſex acre prati valent per annum ix. s. & duodecim acre turbarie valent per annum ij. s. In cujus rei teſtimonium prædicti Juratores huic Inquiſitioni Sigilla ſua appoſuerunt. Datum die & loco ſupradictis.

GRENDALENSIS
Prioratus in agro Eboracenſi.

Carta Prioriſſæ de Grendale.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Eboraci.*

Vide de fundatore hujus cœnobii in *Whitby.*

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod ita convenit inter *Aviciam* Prioriſſam, & conventum ſanctimonialium eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de Grendale, ex una parte, & *Radulfum* Priorem & Conventum de Giſeburn ex altera; videlicet, quod prædicta Prioriſſa, & ſanctimoniales dimiſerunt ad firmam perpetuam prefatis Priori & Conventui, unam bovatam terræ, & duo tofta cum ejus pertinentiis, in campis, & villa de Warton, videlicet, illam bovatam terræ quam predictæ ſanctimoniales habuerunt ex dono *Engerami* de Bovington, & que jacet propinquior quatuor bovatis terræ *Willielmi Toſti*, & quam dictus *Engeramus* emit de *Roberto Galicien*, & unum, ſcilicet, toftum quod dictæ ſanctimoniales habuerunt ex dono dicti *Engerami*, & in quo *Robertus Galicien* quandoque manſit, & quod dictus *Engeramus* de eodem *Roberto* emit, & aliud quoque toftum cum crofto quod prædicte ſanctimoniales habuerunt ex dono *Thomæ* de Scaling, & quod eiſdem predictus *Engeramus* confirmavit, reddendo annuatim predictis ſanctimonialibus, quatuor quarteria frumenti rationabiliter purgati, & communi modio patrie menſurati, in grangia dictorum Canonicorum apud Warton, ad duos terminos, videlicet, duo quarteria ad feſtum ſancti *Martini* in Hyeme, & duo quarteria ad Pentecoſten, ſolummodo pro omnibus; predicti verò Canonici tenebunt, & habebunt predictam bovatam terre, & predicta tofta liberè, quietè & integrè, cum omnibus libertatibus, liberis conſuetudinibus, aiſiamentis, ac pertinentiis omnibus & ſingulis ad predictam bovatam terre, & prefata tofta qualitercunque ſpectantibus. Et

predicte sanctimoniales, & successores earum memoratis Canonicis, & eorum Successoribus, predictam bovatam terre, & prefata tofta, cum suis pertinentiis universis tantummodo pro firma bladi predicta, contra omnes homines warantizabunt, adquietabunt, & defendent, ut liberam, puram & perpetuam elemosinam, Et si contingat dictos Canonicos, pro defectu warantie, adquietationis, & defensionis hujusmodi, jacturam vel dampnum incurrere, licebit eis tam de firma bladi prefata abstrahere, quantum pro defectu ejusmodi rationabiliter poterunt ostendere se taliter amisisse. Et ut hec Conventio stabilis & illibata permaneat, predicte sanctimoniales Sigillum capituli sui ex parte una, & prefati canonici Sigillum capituli sui ex altera huic scripto cyrographato apponi fecerunt. Teste utroque capitulo.

Carta *Ricardi* de Percy,

OMnibus ad quos presens scriptum perveneriit, Ricardus *de* Percy, *salutem. Sciatis me dedisse, concessisse, & hac presenti Carta mea confirmasse* Ricardo *Malebisse, pro homagio & servitio suo, & haredibus suis, advocationem domus religionis sanctimonialium de* Pandale, *in perpetuum, jure hereditario. Habendam & Tenendam, liberè, honorifice & quietè ab omni exactione & consuetudine. Reddendo per annum ad* Pentecosten *unam libram incensi pro omni servitio predicte domui, cui assignavi, per hanc Cartam predictum* Ricardum *& heredes suos predictam libram incensi solvere ad predictum terminum. Hanc vero concessionem & donationem* Ego Ricardus *de* Percy, *& heredes mei, warantizabimus predicto* Ricardo, *& heredibus suis in perpetuum. Testibus* Willielmo *de* Stotevill, *tunc Vicecomite,* Rogero *del Meinill,* Rogero *de* Badbent, Nigello *de Plumtona,* Willielmo *de* Percy *de* Bernetby, Willielmo *de* Percy *de* Bilbale, Waltero *de* Bovingtona, Ada *de* Bovingtona, Alexandro *de* Baiocis, Alano *de* Wiltona, Andrea *de* Pagnebi, Gaufrido *de* Torregni.

CLERKENWELLENSIS
Prioratus in agro Middlesexiæ.

Carta prima, de quatuordecem acris in Clerkenwell, *in quibus domus fundata fuit.*

Ex Regist. de *Clerkenwell* in bibl. *Cottoniana* fol. 16. a.

NOtum sit omnibus sanctæ ecclesiæ fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod ego *Jordanus* filius *Radulphi*, filii *Briani*, dedi Deo & sanctæ *Mariæ*, & omnibus Sanctis, & *Roberto* capellano in elemosinam, pro me & uxore mea, & pro anima patris mei & matris meæ & fratris mei, omniumque parentum meorum, & amicorum vivorum & defunctorum, quatuordecem acras, de terra in campo qui juxta fontem *Clericorum* situs est, liberas, & de omnibus rebus quietas, ita videlicet, ut hii, qui de Hospitali sunt nihil in eis clamare possint, nec calengium imponere, sed omnino seperatas ab acra quam eisdem hospitalibus in eodem campo dedi, pro tresdecem denariis quos Hospitularii de Jerusalem, per singulos annos in elemosina me daturi promiserant. Dedi etiam *Roberto*, locum & sedem ad molendinum faciendum, salva & retenta propria multura mea, & primo loco molendini, Hec *Roberto* dedi quatenus super easdem acras domum orationis edificare, & religionem, quam placuerit, ad serviendum Deo, atque supplicandum, imponat. Hii sunt testes, *Alanus, Bernardus, Hugo,* Canonici.

Alia Carta ejusdem *Jordani.*

ROBERTO *Dei gratia* Londonensi *episcopo, &* Radulpho *Decano, & toti capitulo sancti* Pauli, *omnibusque fidelibus, presentibus & futuris,* Jordanus *filius* Radulphi, *filii* Briani *salutem. Noverit Karitas vestra quoniam dedi & concessi* Roberto *capellano, quatuordecem acras in elemosina, juxta* Fontem Clericorum, *eo tenore quod meo concessu in elemosina eas concederet monachis grisiis, vel sanctimonialibus. De his autem prefatis decem acr. quas* Robertus *in elemosina sanctimonialibus concessit, ego eis concedo, & confirmo pro anima mea, & patris & matris mea, &* Briani *fratris mei, &* Alani *Dapiferi mei, & omnium parentum meorum; Ita tamen quod sanctimoniales de ipso* Roberto, *quam diu vixeris teneant, & ipso* Robertus *de me, eo autem defuncto, de meipso, & haredibus meis teneant, liberè & quietè & honorificè, & solutè ab omni exactione, preter orationes, quas promiserunt mihi, & prefatis parentibus, & amicis meis. Hujus concessionis & confirmationis Testes sunt* Richardus *Archidiaconus,* Walterus *frater,* Willielmus *Archidiaconus.* lb. f. 16. b.

Carta Matildis *de* Ros.

SCiant presentes & futuri quod ego *Matildis* de Ros, filia *Ricardi* de *Camvilla* concessi & dedi, & hac Carta mea confirmavi Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Clerkenewell, & monialibus ibidem Deo servientibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam, & quietam ab omni seculari consuetudine & exactione, pro animabus predecessorum meorum, & pro animabus *Willielmi* de Ros, viri mei, & *Willielmi* filii mei, & pro salute animæ meæ & hæredum meorum, cum *Beatrice* filia mea, unam marcatam redditus de molendino de Hilderikesham de maritagio meo deferendam & reddendam apud Clerkenewell, eisdem monialibus, duobus terminis anni, scilicet, dimidiam marcam infra Octab. Paschæ, & dimidiam marcam infra octab. S. *Michaelis*, & reddendam per manum illius qui habebit illum molendinum ad firmam vel per manum meam aut hæredum meorum, si habuerimus illud molendinum in dominico nostro. Et ego, & hæredes mei adquietabimus & warantizabimus illud redditum præfatis monialibus versus omnes homines & feminas. Et si prædictum molendinum, aut redditus ipsius molendini aliquando defecerit, nos dabimus prædictis monialibus suam marcatam redditus, de redditu de Hilderikesham. Et ego affidavi hanc donationem, & hanc confirmationem tenendam a me & hæredibus meis imperpe- lb. f. 11. b.

perpetuum. Hiis *Testibus Hugone* de *Bosco* constabulario de *Reveceſtria*, (&c.)

Carta *Girardi* de Camvill.

Ibid. GIRARDUS *de* Camvilla *omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe, & hac mea Carta confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* **Clerkenewell**, *Deo ibidem ſervientibus, unam marcatam in molendino de* **Yildrikeſham**, *quam* Matildis *de* **Camvill**, *ſoror mea eis dedit in elemoſinam, cum filia ſua* Beatricia. *Teſt.* (&c.)

Confirmatio Comitis Albrici.

Ibid. COmes *Albricus* univerſis ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac Carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkenewell**, & monachis ibidem Deo ſervientibus donationem quam *Matildis* de **Ros**, filia *Ricardi* de **Camvill** fecit eiſdem monialibus, ſcilicet, de una marcata redditus quam dedit eis de molendino de **Yildrikeſham**, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, & quietam ab omni ſeculari ſervitio, & ſeculari exactione, & ſeculari conſuetudine, cum *Beatrice* filia ſua facienda moniali. Et ſi forte idem molendinum aut redditus illius molendini defecerint, tunc concedo ut predicta *Matilda* & heredes ejus adquietent & warantizent & reddant prædictis monialibus ſuam marcatam redditus de redditu de **Yeldrichesham**, ſicut Carta ejuſdem *Matildis* teſtatur. Præterea concedo ut prædicta *Matildis* & hæredes ejus adquietent & warantizent predictum redditum prefatis monialibus, verſus omnes homines & feminas, & ut predictæ moniales habeant ptedictum redditum adeo liberum & quietum, ut carta ejuſdem *Matildis* teſtatur. Teſte *Ricardo* filio *Baldewini*, *Rogero* filio *Roberti*, *Roberto* de **Campes**, *Willielmo* de **Welchamp**, *Willielmo* Seneſchallo, *Michaele* clerico, *Radulfo* filio *Roberti*.

Ibid. Carta *Henrici de* Eſſexia *de eccleſia de* **Walde**.

SSciant *preſentes & futuri quod ego* Henricus *de Eſſexia, dedi & conceſſi, & preſenti Carta confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Clerkenewell**, *& monialibus ibidem Deo ſervientibus in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, & quietam ab omni ſeculari ſervitio, eccleſiam de* **Walde**, *& jus patronatus illius eccleſiæ, cum omnibus pertinentiis ipſius eccleſiæ in terris & decimis, & obventionibus & omnibus aliis rebus ad ipſam eccleſiam pertinentibus; Quam* Cecilia *mater mea prius conceſſerat eiſdem monialibus in perpetuã elemoſinam. Teſt.* Matheo *de* Francheterre, Galfrido **Cfealdlont**, Willielmo *de* **Dunham**, Willielmo *filio* Aluredi, Adam *de* Dunham, *Magiſtro* Henrico *de* **Rothamton**, Johanne Witer, Pagano *Camerario meo.*

Ibid. Hugo *frater dicti* Hen. de **Eſſet**, *confirmat prædictam donationem, T.* Ricardo *tertio epiſcopo Lond.*

Carta R. *London. epiſcopi.*

Ibidem. OMnibus Chriſti fidelibus, preſentibus & futuris *Ricardus* divina permiſſione *Londonenſis* eccleſiæ miniſter æternam in divino ſalutem. Univerſitati veſtræ notum fieri volumus *Hugonem* de *Eſſexia*, filium *Henrici* ratam & acceptam habuiſſe donationem quam fecerant *Cecilia* mater ejus, & *Henricus* frater ipſius *Hugonis*, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkenwell**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus ſuper eccleſiam de **Walde**, jure patronatus ipſius eccleſiæ (&c.) Facta ſunt autem hæc in præſentia noſtra *Londen.* apud ſanctum *Paulum*, Anno ab incarnatione Domini Milleſimo centeſimo nonageſimo quarto in feſto ſancti *Benedicti* in Martio.

Carta *Hugonis* de **Nevill**.

lb.fol. 17. *SCiant preſentes & futuri, quod ego* Hugo *de* **Nevill**, *dedi & conceſſi* (&c.) *monialibus de* **Clerkenewell**, *in perpetuam elemoſinam eccleſiam de* **Totham**, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & advocationem ipſius eccleſiæ pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum & hæredum meorum* (&c.) *Hiis Teſtibus*, Ricardo *epiſcopo* London. (&c.)

Carta Willielmi *de S.* Georgio.

lb f.33 b. WILLIELMUS de ſancto *Georgio* cunctis fidelibus ſanctæ eccleſiæ filiis (&c.) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe (&c.) ſanctimonialibus eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Clerkenwell** *Londoniarum*, pro ſalute animæ meæ (&c.) cum ſorore mea *Albreda* in elemoſinam perpetuam terram, videlicet de **Paſelingfeld**, quam *Robertus Ruffus* tenuit, cum managio, ſcilicet unam hydam, liberè & quietè de me & hæredibus meis (&c.) Sciatis vero hanc donationem fieri ſponţaneã voluntate *Roberti* domini mei de **Beche**, qui capud eſt feodi. Teſt. (&c.)

Carta *Aluredi* de *Lincolnia*.

lb f.42. b. NOtum ſit univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, quod Ego Aluredus de Lincolnia, *dedi & conceſſi, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum Deo & ſanctæ* Mariæ *de* **Clerkenwell**, *& monialibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, cum* Albreda *ſorore mea facienda moniali xx.s. annuatim percipiendos de redditu molendini mei de* **Yarford**, (&c.) *donec capella de* **Wair** *vacet de* Laurentio *de* **Engleskevill** *perſona ejuſdem capellæ, & cum capella de illo vacaverit ipſa moniales recipient xx. ſol. annuatim de capella illa per manus perſonæ, ſicut continetur in Carta mea quam ipſa inde habent* (&c.) *Teſtibus* Gaufrido *filio* Petri, Rogero *filio* Remfridi, (&c.)

Carta Malcolmi *Regis* Scotorum.

lb.f.10. b. MALCOLMUS Regis *Scotorum*, Seneſcallo ſuo & omnibus probis hominibus ſuis de honore **Huntendone**, ſalutem. Sciatis

me concessisse & dedisse, & hac mea Carta confirmasse *Roberto* filio *Sewini* de *Northamtona*, illas leptem viginti acras terræ in Yangre de Toteham, quas *Uctredus* de *Londonia* tenuit, & dimidium holmum, quem & *Engelramus* prius de eo tenuerat, & quatuor truncos ad ignem suum de bosco meo de Toteham, & decem porcos quietos de pasnagio. Tenendum de me & de heredibus meis, sibi suis in feodo & hæreditate, liberè & quietè ab omnibus ad me inde pertinentibus, cum *sacca* & *socca*, & toll & tem, & sicut prædictus *Uhtredus* melius idem feudum tenuit. Reddendo inde singulis annis unam marcam ad festum sancti *Michaelis*. Hoc idem feodum ut superius determinatum est ei concedo si ipse sufficienter monstrare possit quod hæredes præfati *Uhtredi* ei prorsus quietum clamaverint illud. T. *Engeler.* cancellario, *Waltero* dapifero, *Nicholao* camerario, *Rand.* de *Solero*, *Will. Burdet.*

Carta *Roberti* filii *Sewini*.

Ibid. RObertus *filius* Sewini *de* Northamton *omnibus filiis sanctæ matris ecclesiæ tam presentibus quam futuris salutem. Sciatis me concessisse & dedisse in perpetuam elemosinam monialibus ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* Fonte Clericorum *illas septem viginti acras terræ in* Yangre *in* Toteham *quam* Malcolmus *Rex* Scotiæ *dedit mihi, quas* Uhtredus *de* Londonia *tenuit & dimidium holmum quem &* Engelramus *de eo tenuerat, & quatuor truncos ad ignem suum in bosco de* Toteham, *& x. porcos quietos à pasnagio. Tenendum libere & quietè ab omni servitio ad me pertinente, & cum omni libertate quam Rex* Malcolmus *mihi concessit in eadem terra, salvo servitio regis* Scotiæ, *scilicet reddendo ei inde singulis annis unam marcam argenti ad festum S.* Michaelis. *Hanc autem donationem feci assensu* Hugonis *primogeniti filii & heredis mei. His testibus,* Hugone *filio meo,* Edwardo Albo, Willielmo *clerico nepote* Roberti *filii* Sewini, Radulfo Malerbe, Nicholao *de* Falewesleia, W. *de* Peri, Will. *filio* Gaufridi, Gaufrido *de* Huntedon.

Carta W. *de* Mandevill, *comitis* Essexiæ.

Ib. f. 14. a. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis *Willielmus* de *Mandevilla*, comes *Essexiæ* salutem. Sciatis me dedisse in liberam & puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ & pro animabus patris mei & matris meæ & antecessorum meorum Deo & sanctimonialibus de *Fonte Clericorum* centum solidatas terræ in Edelmeton in loco competenti. Tenendas bene & in pace liberè & quietè ab omni servitio terreno & ab omni consuetudine & exactione seculari. Testibus, *Willielmo* abbate de Poztemer, *Hugone* & *Ricardo* capellanis, *Henrico* de Ver, *Radulfo* de *Mandevilla.*

Carta *Margaretæ* de Redevers.

Ib. f 54. b. O*Mnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit* Margareta *de* Redeveris *salutem in domino æternam. Noveritis me dedisse & concessisse, & hac presenti carta mea confirmasse in ligia potestate & viduitate mea pro salute animæ meæ, & patris mei & matris meæ &* Baldewini *filii mei primogeniti & aliorum puerorum meorum Deo & beatæ* Mariæ *de* Clerkenwell, *& monialibus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam quinquaginta solidatas quieti redditus in auxilium ad vestiendum conventum ejusdem loci, unde eisdem teneor de testamento* Aliciæ *de* Churci *matris meæ, annuatim percipiendas, videlicet, in manerio meo de* Newenham (&c.) *Test.* Rogero *tunc* London *episcopo*, Rob. *tunc* Sarum *episcopo*, Galfrido *tunc decano sancti* Pauli Lond.

Confirmatio Henrici Foliot, *&* Leciæ *uxoris suæ.*

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ fidelibus ad quos presens Carta pervenerit, tam presentibus quam futuris, *Henricus Foliot*, & *Lecia* uxor ejus salutem. Sciatis nos concessisse, & hac Carta nostra confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Clerekenewell & monialibus Deo ibidem servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, & quietam ab omni seculari servitio, & seculari exactione, & seculari consuetudine, omnes terras, & redditus & possessiones quas ipsæ habent de feodo nostro in villa de Clerekenwell scilicet x. acras terræ in quibus fundatum est monasterium & officinæ, & edificia earundem monialium, quæ decem acræ jacent in curia earundem infra muros & extra muros undique in circuitu ejusdem curiæ, & terram quæ est inter curiam earundem monialium, & vallem in qua fuit vivarium magnum, in qua valle est, Shinneresswelle, & tres perticatas terræ ultra illam vallem versus aquilonem secundùm longitudinem vallis, usque in Yoleburne, & ipsam vallem & vivarium, si ibi fuit vivarium, & terram quæ est inter illam vallē & Codewelle, subtus viam usque in Yoleburne, & supra viam versus orientem usque ad fossatum, & tres perticatas terræ ultra Codewell, subtus viam & super terram viam versus aquilonem, & v. acras terræ juxta prædictam vallem, quæ jacent secundùm longitudinem versus meridiem & versus aquilon. & terram & pratum quæ sunt inter Yoleburne & fossatum quod vadit de Yoleburne ad molendinum prædict. monialium, & ipsum fossatū & licentiam trahendi aquam de Yoleburne per illud fossatum ad prædictum molendinum & iedem ipsius molendini, & curtillum juxta illud molendinum, & terram & pratum & gardina quæ sunt inter prædictum molendinum, & gardinum *Hospitalariorum*, quod est super Yoleburne, & terras & mafagia, & redditus, & gardinum quæ sunt inter prædictum gardinum Hospitalariorum, & barram de Smethefeld, super rivulum de Faggesswelle, versus aquilonem, & terram & mafagia quæ ipsæ habent de feodo nostro inter eundem rivulum, & Chikenelane, & unum mafagium ante domum quæ fuit *Roberti* de Fulham, & duas acras terræ juxta stratam quæ vadit de barra extra Aldredesgate, versus Pfeldone, juxta gardinum Hospitalariorum de Smethefeld, & totum campum qui est inter Witewellebechs & Farncroft, & totum Farncroft & parvam vallem juxta Farncroft versus aquilonem secundùm longitudinem de Farncroft, & fossa-

Ib. f. 26. b.

tum

tum ultra illam vallem versus aquilonem : Et totam terram quam *Willielmus* clericus de **Smethefeld** tenuit de nobis juxta curtillum earundem monialium versus orientem. Et totam terram quam *Wigar Kitse* tenuit de feodo nostro in **Newenton**, & quatuor acras terræ de feodo nostro in **Steple**. Et unam marcatam redditus de tertia parte de **Wanstede**, & servitium de eadem parte, ad quam pertinet capitale masagium de **Wanstede**, faciendo nobis & hæredibus nostris servitium sextæ partis unius feodi militis. His testibus, *Othone* filio *Willielmi*, vicecomite *Essexiæ*, *Willielmo* filio ejus, *Symone* fratre ejus, *Rogero Bataille*, *Willielmo* de **Puntegni**, *Willielmo* de **Puntfratt**, *Willielmo* filio ejus, *Symone Foliot*, *Roberto Foliot*, *Rogero Dne*.

Confirmatio Reginaldi *de* **Cinge**, *&* Emmæ *uxoris suæ filiæ fundatoris.*

lb. f. 27. a. SCiant presentes & futuri quod ego *Reginaldus* de **Cinge**, & *Emma* uxor mea, concessimus & hac carta nostra confirmavimus Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Clerkenwelle**, & monialibus ibidem Deo servientibus in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam, & quietam ab omni seculari servitio gardinum & masagia quæ sunt inter barram de **Smethefeld**, & gardinum Hospitulariorum **Jerusalem**, quod est super **Holeburn**, & inter rivulum de **Fagelwelle**, & viam quæ vadit de **Smethefeld** versus prædictam ecclesiam, & terram quam eedem moniales tenent de feodo nostro in **Chikenesiane**, & masagium unum ante domum *Willielmi* clerici de **Smethefeld**, & ante domum *Roberti* de **Fulcham**. Testibus, &c.

Carta Lecie de **Puntenei** *filiæ fundatoris.*

lb. f. 25. b. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit *Lecia* de **Munteigni** salutem. Noverit universitas vestra, quod ego *Lecia* in viduitate mea dedi & concessi & hac presenti carta mea confirmavi Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Clerkenwell** & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, in liberam, & perpetuam elemosinam, & quietam ab omni seculari servitio & seculari exactione, & seculari consuetudine, pro Dei amore & pro salute animæ meæ, & heredum meorum, & pro animabus patris, & matris meæ, & antecessorum meorum, omnes terras, redditus & possessiones & omnia quæ *Henricus Foliot* vir meus, & ego eisdem sanctimonialibus concessimus & dimisimus & cartis nostris confirmavimus. Præterea omnia quæ *Jordanus* pater meus, eis dedit & concessit, & omnia quæ sorores meæ eisdem dederunt & concesserunt, scilicet, *Emma* & *Matilda*, & omnia quæ de feodo meo tenent in villa de **Clerkenwell**, vel extra, in terris, & redditibus, in pratis & in pascuis, in aquis & aquarum decursibus, ut habeant hæc omnia prædicta & teneant & possideant, bene & in pace, liberè, quietè, honorificè, integrè, finabiliter, faciendo mihi vel heredibus meis tantummodo servitium sextæ partis unius militis, scilicet, de tertia parte de **Wanstede**. Concessi autem eisdem sanctimonialibus unam virgatam terræ in *Strebenbia*, quam videlicet, *Salomon* tenet, quietam ab omni servitio, salvis, forinsecis serviciis. Concessi autem eisdem sanctimonialibus, quod possint emendare conductum suum cum opus fuerit emendari super terram meam, liberè, quietè. Has autem terras prædictas & redditus, & possessiones & omnia alia, ego *Lecia* præfata & heredes mei warantizabimus & adquietabimus prædictis sanctimonialibus finabiliter, contra omnes homines & feminas. Pro hac igitur donatione & concessione & warantizatione & præsentis cartæ meæ confirmatione dederunt mihi prædictæ sanctimoniales x. marcas sterlingorum. His testibus, *Rogero* filio *Alani*, *Rogero Duce*, *Petro* filio *Newalonis*.

Carta W. *filii* Galfridi Martel.

lb. f. 14. b. SCiant presentes & futuri, quod Ego *Willielmus Martel*, concessi, & hac presenta Carta mea confirmavi Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Clerkenwell**, & monialibus ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam & quietam ab omni seculari servitio & seculari exactione, pro animabus patris mei & matris meæ & antecessorum meorum, & pro salute animæ meæ & hæredum meorum, parvam **Blenfort**, cum advocatione ecclesiæ ejusdem villæ, quam *Galfridus Martel*, pater meus, dedit eis, cum *Albreda* matre sua facienda moniali, cum omnibus pertinentiis suis, in terris & aquis, in hominibus & homagiis, in redditibus & servitiis, & in molendinis, in pratis & pasturis, in viis & semitis, in bosco & plano, & omnibus aliis rebus eidem terræ adjacentibus. Præterea concessi & hac Carta mea confirmavi prædictis monialibus, in liberam & perpetuam elemosinam, & quietam ab omni seculari servitio, & seculari exactione unam marcatam redditus in *Wintonia*, de terra quam *Johannes* filius *Martini* tenuit de patre meo, Testibus huis *Johanne Martel*, *Johanne* de **Butelleg**, *Roberto* de **Milers**.

Carta G. *filii* Willielmi Martel.

lb. f. 15. a. SCiant presentes & futuri, quod Ego *Galfridus Martel* dedi & concessi Deo & sanctæ *Mariæ*, & monialibus de *Fonte Clericorum*, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & pro anima *Philippæ* uxoris meæ, & salute hæredum meorum, unam marcatam redditus apud *Wincestriam*, quam *Johannes* frater *Willielmi* filii *Martini* tenuit de me, & idem *Johannes* tenebat de prædictis monialibus totam terram quam ipse tenuit de me apud *Wincestriam*. Volo itaque & concedo quod prædictæ moniales habeant & teneant bene & in pace liberè & quietè præfatum redditum sicut liberam & puram & perpetuam elemosinam ; Et ego & hæredes mei warantizabimus contra omnes homines prædictum redditum præfatis monialibus. Testibus *Eustachio Martel*, *Johanne Martel*, *Gilleberto* de **Montot**.

Carta

Carta Mauritii *de* Gant.

Ib. f. 15. b. OMnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, *Mauritius* de Gant, salutem. Noveritis me pro salute animæ meæ, & *Matildis* uxoris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, dedisse & concessisse, & hac presenti Carta mea confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* & sanctimonialibus de Clerkenwell, ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam totum redditum meum quem habui in manerio de Dersleta, videlicet quem emi de *Margareta* matertera mea, quæ fuit uxor *Othonis* filii *Willielmi*, retento tamen in manu mea bosco meo, quem ibidem habeo, & ejusdem bosci custodia. Ita scilicet, quod in dicto redditu alibi in terris meis præfatum redditum, quantum ad custodiam præfati bosci pertinet, prescriptis sanctimonialibus plenariè perficiam. Et ego *Mauritius* & heredes mei warantizare debemus prædictum redditum, dictis monialibus, contra omnes homines & fœminas. Ut autem hæc mea donatio & concessio firma & inconcussa permaneat, præsens scriptum sigilli mei appositione roboravi. His Testibus *Roberto* filio *Walteri*, *Sacro* de Quenci comite *Wintoniæ*, *Henrico* de Boun.

Ib. f. 54. b. OMnibus sanctæ matris Dei ecclesiæ filiis, tam prelatis quam subditis, presentibus & futuris *Ernaldus Jerosolimitani* Hospitalis servus & sancti *Egidii* Prior, in domino salutem. Sicut accepimus super x acras inter domum & monasterium sanctimonialium *Fontis-Clericorum Londoniæ*, lis & controversia exstitit. Ad hanc igitur litem sopiendam *Jordanus*, utriusque fundi dominus, dedit domui nostræ *Londoniæ* v. acras perpetuò possidendas, unde & *Gualterus* Prior fratrum qui in *Anglia* sunt, ex debito religionis & pietatis intuitu, controversiam istam religiosorum virorum, & fratrum suorum concilio penitùs dimisit, & remisit. Hanc igitur compositionem & concordiam ratam habentes, statuimus, & præsentis scripti attestatione firmamus quatinus præfatum monasterium & sanctimoniales ibidem Deo servientes, prænominatas x. acras ab omni domus nostræ & successorum nostrorum Hospitalis *Jerosolimitani* reclamatione, vexatione & inquietatione liberas & quietas perpetuò habeant & possideant. Testes sunt hii, *(&c.)*

Confirmatio Regis Henrici *secundi.*

Ib. fol. 9 a. HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis me concessisse, & presenti Carta confirmasse, ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Fonte clericorum* & monialibus ibidem Deo servientibus omnia subscripta quæ eis rationabiliter data sunt, in perpetuam elemosinam, Scilicet, ex dono *Jordani* de *Briseta*, & *Murialis* uxoris ejus, locum in quo habitant infra ambitum muri earum, & terram quam extra habent circa muros earum in eodem campo, & Gardinum quod erat *Saunardi* & aliud gardinum quod erat *Alnurici* in Holebuc, & pratum juxta Holeburne, & vivarium cum gardino in valle juxta domos earum, & hortum cum incremento terræ ad mensuram horti, & agellum qui juxta hortum est: vallem etiam cum alio vivario, & tres perticatas terræ juxta vallem in parte boriali, ad longitudinem vallis, à via quæ dividit terram monialium & terram *Turstani* usque in ripam Holeburne, & terram totam quæ est inter illud idem vivarium & ecclesiam monialium. Ex dono *Willielmi Martelli* & filii ejus *Galfridi*, & *Albereda* matris ejusdem *Galfridi*, Blenesord; de ultra aquam, cum omnibus pertinentiis suis præter terram illam quam *G. Martell*, pater *Willielmi Martelli* dedit ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Wintonia*, cum filia sua. Ex dono autem *Galfridi Martelli*, filii *Willielmi Martelli* unam marcatam redditus apud *Wintoniam*, quam *Johannes* frater *Willielmi* filii *Martelli* tenuit de ea. Ex dono *Roberti* filii *Sewini*, illas cxl. acras terræ in *Hangre* de Totenham, quas *Malecolmus* Rex *Scotiæ* ei dedit, quas *Ulfredus* de *Londoniis* tenuit, & dimidium holmum quem *Engelramus* prius de eo tenuerat, & quatuor truncos ad iguem suum de bosco de Totenham, et x. porcos quietos à pasnagio. Ex dono *Reginaldi* de *Warrenna* xxx. solidatas redditus sui de *Soberia*, quem *Simon* de *Rocheford* tenuit de eo in *Soberia*. Ex dono *Eustacii* de *Bauchis* terram & mansionē *Leveseve* quæ est sub nemore, & quater xx. acras colendas in uno tenente prope Puttheheſuualle, & ix. acras in prato in eadem villa de Bingestuna, & pascua animalibus suis de communi pastura. Ex dono *Willielmi* de sancto *Georgio* terram de Heselingefeld, quam *Roberius Ruffus* tenuit, cum managio, scilicet, unam hidam. Ex dono *Bertramii* filii *Theoderici*, & matris ejus *Matildis*, quater viginti acras de Newetona. Ex dono *Walteri* filii *Humfridi* & *Agnetis* uxoris ejus, & *Roberti Delamare* & *Ælicia* uxoris ejus, & *Galfridi* de *Amblia* & *Constantiæ* uxoris ejus xxx. solidatas redditus de redditu de Langeford. Quare volo, & firmiter præcipio quod prædicta ecclesia sanctæ *Mariæ* de *Fonte Clericorum* & moniales ejusdem loci habeant & teneant omnia hæc supradicta, cum omnibus pertinentiis suis in bosco & plano, in pratis in pasturis, in aquis & molendinis, in vivariis & piscariis, in viis & semitis, & in omnibus aliis locis & aliis rebus ad ea pertinentibus, bene & in pace, liberè & quietè, plenariè integrè & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis, sicut cartæ donatorum testantur. T. R. *Wintoniæ*, *G. Elicensi* episcopis, *Ricardo* de *Luci*, comite *Will.* de *Mandevilla*, *Gilberto Malet* dapifero, *Hugone* de *Creissi*, *Will.* de Lanuall, *Hugone* de *Bello-campo*.

De confirmatione Regis H. *Regis* Angliæ *de loco nostro in quo manemus & de omnibus aliis terris subscriptis.*

Ib. fol. 9. b. HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, & dux *Normaniæ*, & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & presenti carta mea confirmasse ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Fonte Clericorum* juxta *Londoniam*, & monialibus ibidem Deo servientibus, locum in quo ipsæ manent, & omnia subscripta quæ eis rationabiliter data sunt in perpetuam elemosinam,

ſnam, ſcilicet. Ex dono *Roberti* capellani x. acras
uper quas fundata eſt earum eccleſia, conceſſu
Jordani filii *Radulphi* filii *Briani*, de cujus feodo
erant illæ x. acræ. Ex dono *Ricardi* epiſcopi *Lun-*
doniæ terram de **Poſewelle**. Ex dono *Gaufridi*
de *Eſſexia* & *Euſtachiæ* uxoris ſuæ, totam deci-
mam totius victus & procurationis illorum, & do-
mus & familiæ ſuæ ſicut carta ejuſdem comitis di-
ſtinguit. Ex dono comitis *Willielmi* de **Eſſex** red-
ditum aſſartorum ſuorum de *Hethlea*. Ex dono
Randulfi comitis *Ceſtriæ* tranſpontem *Ceſtriæ* de
Betha de **Bureſwelles** uſque ad viam quæ venit
de *Pulfordia*, & de hac eadem via, uſque ad viam
quæ venit de **Pulfordia**, & de hac eadem via,
uſque ad aquam, et de aqua uſque ad domos fi-
liorum *Huniæ*. Ex dono *Rocæ* uxoris *Oſberti*
Witdevers x. ſolidatas redditus apud *Lundoniam*,
de feodo *Willielmi* comitis *Gloucęſtriæ* & ejus con-
ceſſu. Ex dono *Jordani* filii *Radulphi* & *Muriel-*
lis uxoris ejus, eccleſiam de **Fuchelburna**, cum
decimis et omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex do-
no *Gaufridi* filii *Mariæ* xx. ſol. cenſus quos red-
dent eis ſingulis annis Abbas et Conventus ſanctæ
Mariæ de *Hamma*, de terra et de domo, quæ fu-
erint ejuſdem *Gaufridi*. Ex dono *Aliciæ Cappre*
terram et domos quas ipſa emit de domina *Ada*
in **Philippeſlane**. Ex dono *Roberti* filii *Radul-*
phi terram quam *Ernaldus* de *Cranelega* tenuit de
ipſo quæ eſt ante domum *Johannis* filii *Weri*. Ex
dono *Reginaldi* de **Ginges** & *Emmæ* uxoris ejus,
duas acras terræ in ſuo dominico de **Steple**. Ex
dono *Willielmi Cappræ* et *Ælicię* uxoris ſuæ, et
Willielmi eorum filii, dimidiam marcatam reddi-
tus in villa de **Gyatelai**. Ex dono *Michaelis Ca-*
præ et *Rocię* uxoris ejus, conceſſu *Willielmi Cap-*
præ eorum heredis, terram illam quam *Bonefa-*
cius medicus tenuit ante portam **Ludgate**. Ex
dono *Reginaldi* de **Ginges** & *Emmæ* uxoris ejus
jus parochiale in terris ſuis, quas habent et te-
nent de epiſcopo *Lundoniæ* juxta **Ludgate**, & in
hominibus in eiſdem terris exiſtentibus, & in ex-
teris quæ ad parochiam pertinent. Ex conceſſu
Mauritii de **Totham**, et *Murielis* uxoris
ejus jus parochiale in terris ſuis quas habent et te-
nent de epiſcopo *Londoniæ*, juxta *Londoniam*, et
in hominibus in eiſdem terris exiſtentibus, et in
cæteris quæ ad parochiam pertinent. Ex dono
Mauritii filii *Roberti* de **Totham**, xv. acras ter-
ræ in **Totham**, in **Bradefeld** propinquiores do-
mui *Syrici*. Ex dono *Roberti* de *Muntinni Ail-*
wardum hominem ſuum & tenementum ſuum
in **Ginges** quod eſt juxta domum *Radulfi* filii
Rocæ. Ex conceſſu *Murielis* de *Muntinni* ter-
ram quam emerunt de *Martino* de **Wodeſtrete**,
quæ eſt de feodo ejuſdem *Murielis*. Ex dono
Gaufridi Cappre redditum molendini de **Title-**
ſhale ſcilicet, xv. ſol. & duos den. quos reddent
eis canonici de **Reinham** ſingulis annis. Ex do-
no *Murielis* de *Muntinni Wigar Kiſte*, cum to-
to tenemento quod tenet de illa in *Neutona* de
maritagio ſuo. Ex dono *Willielmi Culni* ter-
ram quam ipſe habuit inter boſcum *Willielmi* de
Baucis & domum *Ailmari* foreſtarii, ſcilicet, ix.
acras, vel ferè, ix. acras. Ex dono *Abrahæ* de
Wancſtede, molendinum de **Wanſtede** &
Pelegrave juxta idem molendinũ. Quare volo,
&c. Teſtibus *G. London*, *R. Winton*, *G. Elyen.*
epiſcopis, *Willielmo* comite *Gloucęſtriæ*, *Ricardo*
de **Luci**, *Reginaldo* de **Curtenai**, *Alwredo*

WROXHALENSIS
Prioratus in agro Warwicenſi.

How the place of *Wroxhale* was firſt foundid, and by whome.

THis place, with the demeanſes, cam out of the Lordſhip of Hatton, which is helde of the erledom of Warewick, and like as the Lordſhip of, that is to ſey, Hatton is returned and annexid to the ſtok that it cam out of, that is to ſey, Warewick. Likwiſe is our patronage and foundacioun: and therfore, as now we take the erles of Warwik as for our founders. *Ex codice MS. in pergamena penes Johannem Burgoine de Wroxhall armig. an. 1630.*

Avowt the Conqueſt time Richard lord of Hatton and of Wroxhale was for his tenure homager to Herry erle of Warwik. This forſeyd Richard, by Alice his wife had two ſonnes, Hewe and Reginald. This Hewe had two wives in his tyme; and by Margaret had he a ſonne and heire, called William, and two daughters, whoſe names, as it is demed, were called Cleopatra and Edithe.

This knight Sir Hewe, the ſon of Sir Richard, was a man of grete ſtature, and bear the ſame Armes that the Mountforts of Henley beare, with the difference of a feſſe of gules in the Mountforts ſcochin that is of pieces bendye, by the which it is to deme, that Richard lord of Hatton aforeſeid ſhould be to name of Montford and come lyneally of the Montfortes of Normandy; and at ther commyng into England be promotid to divers lordſhipes, as ſome to Henley, Charlecote, Wellesburn. And this Richard, by the erle of Warwik's gift to Hatton and Wroxhale with their appurtenances, and for lak of iſſu, or by forfeyt, or ſuch other cauſe, all is returned again to the erles of Warwik.

In this Sir Hewes dayes was the Holy-land conquered by chriſten people out of hethen mens domination by fore werres, in the which this Sir Hewe was takin priſoner and kept among hethen people with gret durance of priſonment, the ſpace of ſeven yeres: he there wery of his tribulacioun, remembrid himſelfe how his parish church was of ſaint Leonard; and alſo calling to minde the grete miracles that God had ſhewid monye time and ofte for the merites of that glourious confeſſour, made his complaynt piteouſly to ſaint Leonard leying fore him, that he had of tender age had grete devotion unto him, and bound him wilfully unto his ſervise the deyes of his life, and as for a homage to him cuſtomable on his day with grete gladneſſe ſpiritually and bodily fede people plentuouſly both powre and riche, marveyling therefore, ſeying he was takyn priſoner in Gods quarell, whether he that was ſo gret

with God wold not as well pray that good lord that is allmighty, to deliver him as well as other, promitting as of his part to continewe, if he might safely come home in the good dedes afore rehersyd. This done, in short space after, in his slepe saint Leonard apperid to him in blak-monks habite full plesantly comforting him, and bidding him rise and goe home, and to Gods worship found at his chirche a place of nunnes of saint Benets order: With that the seynt vanished away, and the knight wakened and remembred his vision, and toke it for a dreme. In short space after, he had another vision, according in all pointes to the same, whereof he studied greatly and increased his devotion to God and saint Leonard, with a full hope of deliverance: And not long to but saint Leonard apperid to him waking under the manner aforesayd. The knight joyfull with weping and spirituall gladnes, made his vow to God and the seynt there present, to fullfill the charge enjoyned to him at his power, and sodenly with his cheyns he was set in Wroxhale-wood, at the est end of the chancell that now is, fast by his owne manner; he beyng there bound and forgrown the thick of the wood, merveyld where he was: and as it hapned, there came by him a herde or a shephord of his own, and of the griesly sight of him the man was sore feard, and charged him in Gods name, to tell him what he was. The knight of the English spech gretely comforted, seyd he was a man as he was, and bade him not fear of him, but come bodily to him. By this meanes eyther of them comforted by other, fell in talkyng togedyr: The knight askyd him what lordshipp that was that they were in; he seyde, Wroxhale. Then askyd he him, how his lord and lady fared and their children and of their gyding. Then he answerid and seyd, The lord was and long time had byn prisoner in Hethens, and saving only his disease that could not be remedyed but only by Gods help; both his lady and his children fared well, and well worthyre were for their vertues conversation both to God and the world. Then told he him what almes was done daylie with devout prayers for the lords welfare in hope of specialll succour, to be had of God and of our Lady and other Saints to whome many vowes were made. The knight hering this was gretely rejoysed in his heart, and heartily thanked God, our Lady, and saint Leonard: Then bade he the man bid the lady come to him with her children. The man went to the lady, as he desired, and informed her of such an unknown man there lying and desiring to speke with her: She, without any strangenesse, with her children, came to him and feared of the grisly sight of him, and knew him not. He then, as sone as he might come to it, drew out half a ring and took it to the lady, and seyd he was her lord, and at their departyng broke that ryng betwene them and bad her put it to her part: that done, both parts closyd togedyr, and by miracle fastned togedyr as well as ever it was. Then for joy the lady swouned, the children wepyd, and other servants losed him, and some cherred the lady and her children, and soe by processe they entred into the chirche, and there thanked God, our lady, and saint Leonard; and there openly he declared the manner of his delivery, and what his charge was, and how he had made his vowe to fulfill it. After that, he went to his manner with his lady and his children, which manner as the days was on the knap by the pole southwest from our place. And not long to, he purposing to fullfil his vowe and promise, desired heartily of God, our lady, and saint Leonard, to know by revelation the setting of the place. His prayer was heard, and stones without mans hand were pitched in the ground; and there as the Altar stands now, was the place where he by miracle was sett on the first. And in the same churche, among our reliques, is the ringe afore rehersyd, and part of the cheynes that he was bound with; the other part is in the bells and the bells are hallowed. And this good lord our founder made two of his daughters nunnes in this same place, that were Cleopatra and Edithe; and the first prioresse she hight Ernborow. She dyed the ..... day of .....

And for to have good information of religion, our founder had hither to teach us, a lady of the house of Wilton besides Salisbury, whose name was Edithe; and she dyed xb. Martii. Our founder himselfe dyed the xix. of Marche, and he lyeth buryed in our quire, under a marble stone, under the east dore of our close quier.

His mother Alice dyed the fourth day of June, and is buryed in our church-yard. And his wife Margaret made her nunne with us, and dyed the xb. of May: she had a broder hight Reginald.

And after our founders decese, his sonne and heire hight William did inherite his livelihode. He had a broder callid Richard; and this William dyed the ..... day of ..... And he by his wife Margerie or Milesent; for he had two wives and two sonnes Hewe and Richard.

This Hewe was lord after his fadir, and had two wives, Hawise and Milisent, & dyed xxviij. of December. His second wife hight Milisent, and she dyed the .... day of ..... And for lake of issu the heritage after his decesse fell to his broder Richard, who dyed the ... day of ...., of whose blood, as some writing within us sheweth, the Clintons, lords of Maxstoke, were descended.

Item, In one place we have prioresse names set togedyr, likely to deme, that after that forme of writing they succeded eche other, and under this order they be written, Ernborow, Helin, Sabin, Helin, Mawd, Emme, Mawd, Cecelie, Ide, Amice, Abtot, Annis, and Sibill Abtot, she was made prioresse the b. day of Aprill, the xviij. yere of the consecration of Godfrey Giffard, Bishop of Worcester, the yere of our Lord 1284. This I see in the Bishops Register.

Dame Cleopatra, the founders daughter, lady of this place, dyed the xxvj. day of Feverel.

Dame Alice Craft, sometime nunne and lady

of

of this place, poꝛe of woꝛdly goods, but riche of vertues, desired heartily of God & our Lady, that she in her dayes might seꝛe here a chapell of our Lady. To that intent she pꝛayed oft time: And on a night time there came a voice to her, and bad her in the name of God and our Lady, begin and peꝛfoꝛme a chapell of our Lady. She remembꝛed her thereof, and thought it but a dreme, and toke noe heꝛde thereof. But not long to, another night following, came the same voice to her againe, and gave her the same charge moꝛe sharplye. Then she wakened and bethought her, and fell in a grete weping, foꝛ she had not where with to make it; and as soone as she might she came to her pꝛioꝛesse dame ..... and enfoꝛmed her of all the pꝛocesse, but she set little by it, and seyd it was but a fantasye, and she drive it off as foꝛ the tyme. But at last our Lady appeꝛid to the same dame Alice Craft, blaming her why she was negligent in fullfilling her commandement, and soe vanished away from her. Then she in grete feaꝛe came and told her pꝛioꝛesse: Then askyd she what she had towards it; And she seyd nay. Then seyd the pꝛioꝛesse, though it be little our Lady may encrease it full well: and then she gave her leave to set upon it.

Then this dame Alice Craft gave her to pꝛayers, & besought our Lady to give her knowledge where she should build it, and how much she should make it. Then she had by revelation to make it on the noꝛth side her churche, and there she should finde markyd the quantity. This was in harvest betwene the two feasts of our Lady: And on the moꝛrow earlye she went unto the place assigned her, and there she found a certeyne ground covered with snow, and all the church-yard else bare without snow; and there the snow abidde from foure of the clocke in the moꝛning untill noone. She glad of this, had Masons ready and marked out the ground, and built the chappell and perfoꝛmed it up. And every saturday whilst it was in building she would say her pꝛayers in the alleyes of the church-yard, and in the playne pathe she should and did finde weekely, sylver sufficient to pay her woꝛkmen, and all that was behouvull to her woꝛke, and no moꝛe.

This good lady, Dame Alice Craft, dyed the viij. calends of Feverell, on the moꝛrow after the conversion of saint Paul; and she is buryed under a stone in the same chappell afoꝛe the doꝛe, entring into the quier. She, as beseeming of her bones, was a woman of grete stature. There was a young lady buryed in the same grave, and there we seꝛe her bones.

Cart. de an. 1. E. 3. num 1.

REX archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus cartam quam dominus *H.* quondam Rex *Anglie* progenitor noster fecit monialibus de Wrocheshale in hæc verba. *H.* Dei gratia Rex *Anglie*, dux *Normannie*, *Aquitannie*, comes *Andegavie*, archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me dedisse & presenti carta mea confirmasse Deo & S. *Leonardo*, & monialibus apud Wrocheshale Deo servientibus pro anima mea, & pro anima patris mei, & antecessorum meorum in puram & perpetuam elemosinam decem marcas argenti annuatim percipiendas ad scaccarium meum apud *Westm.* per manum thesaurarii mei, donec eis prædictam pecuniam in ecclesiastico vel alio assignaverim, beneficio. Quare volo (&c.) T. *Gocelino Sarum* episcopo, *Ricardo* de Luci, *Ric.* archidiacono *Pictavie*. Apud *Wodestochiam*.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noster fecit eisdem monialibus, in hæc verba. *H.* Rex *Anglie* (&c.) Sciatis me concessisse & presenti carta mea confirmasse ecclesiæ sancti *Leonardi* de *Wrocheshala* & monialibus ibidem Deo servientibus totam terram quam *Radulfus* filius *Wigani* marescalli mei eis dedit & carta sua confirmavit, videlicet terram de *Kaldecota* cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus, & terram illam quæ vocatur *Burheya*, cum pertinentiis suis & libertatibus, & omnes croftas quæ sunt inter *Killecotam* et *Burheyam*, et totum boscum et planum quod est inter *Killecotam*, et hayam *Hugonis* filii *Ricardi*. Quare volo (&c.) T. *Rotrodo Ebroicensi* episcopo, *Johanne Oxm. Ricardo* capellano, *Henrico* filio *Geroldi*, *Joscelino* de Baliol. Apud Wodestoc, (&c.) Nos autem donationes (&c.) prædictas necnon fundationem quam *Hugo* filius *Ricardi* per cartam suam fecit in feodo suo de *Hattona* in loco qui vocatur Wrocheshale de ecclesia sancti *Leonardi*. Et donationem (&c.) quas fecit in liberam et perpetuam elemosinam prædictis sanctimonialibus ibidem Deo servientibus de ecclesia prædicta, & de ecclesia de *Hattona*, cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis; Et de tota terra quæ fuit *Aytropi* in *Hattona*, cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, Et de toto dominio quod idem *Hugo* habuit inter duos rivulos qui illic currebant, Et de tota terra quæ fuit *Ordrici* et *Arnw* ....; Et de octo acris quæ sunt inter duas culturas ejusdem terræ. Et de tota braeria quam prædictus *Hugo* illio habuit prædictæ terræ proxima, sive ..... arandi, sive ad pascua cum pratis & pascuis præfatis terris pertinentibus. Et de *Willielmo Frere* et ejus uxore, *Willielmo Fiton* et ejus uxore, *Radulfo* fratre ejusdem *Willielmi* ..... et *Pirote*, *Willielmo* filio *Botildæ*, et *Ingaldo* fratre *Baldrici*, hominibus præfati *Hugonis*. Et de tota terra loci de *Wrocheshala*, et toto bosco de via quæ ducit à *W*..... usque ad Bernet, et usque ad divisas *Rochintunie*. Et de una virgata terræ in *Hattona* quam *Aluredus Hunche* et *Willielmus Buch* tenuerunt. Et de ..... *Killecota* cum omnibus pertinentiis suis, et de tota *Nonneleya* cum pertinentiis, in bosco et plano, pratis et pascuis, et nominatim de toto plano usque ad altum nemus ..... arum prædicti *Hugonis*, Et de toto quod ambitu sepium includebatur, et usque ad divisas tunc ductas et signatas; donationem etiam et concessionem quam præfatus *Hugo* per eandem cartam suam præfatis sanctimonialibus fecit, ut ipsæ habeant curiam suam, et omnes consuetudines, et libertates suas liberè et quietè et integrè, sicut præfatus *Hugo* curiam suam, et consuetudines et libertates meius et liberius habuit, ex concessione regis et comitis Warrewyk, cum *foca* et *saca*, et toll et theam, et omnibus tenuris earundem sanctimonialium quas de feodo præfati *Hugonis* tenuerunt. Et ut

habeant pasturam et communionem pecudibus suis et pecudibus hominum suorum ubique in bosco et plano, liberè et quietè et sine omni perturbatione. Et ut proprii porci ..... in pessun bosci præfati *Hugonis* parci et hayarum ubique sine padnagio. Et ut habeant clausturam ad sæpes *Nonneleia* sufficienter in haya prædicti *Hugonis* sine vasto. Concessionem insuper & confirmationem quas *Rogerus* quondam comes Warewic per cartam suam fecit dictis sanctimonialibus in liberam puram et perpetuam elemosinam de ecclesia de *Suchebergia* cum pertinentiis suis, et quatuor virgatis terræ, et xx. acris de inlanda in eadem villa de *Sucheberga* cum pertinentiis suis, quas *Robertus* quondam dominus de *Sucheberga* dedit monialibus supradictis. Et de una virgata terræ et ..... acris de inlanda in *Burtona* cum pertinentiis suis quas *Robertus* quondam dominus de *Burtona* dedit monialibus supradictis. Et de una virgata terræ et dimidia in Radeford cum pertinentiis suis et cum omnibus libertatibus et quietanciis, de scutagiis et tailagiis et pannagiis et de omnibus aliis ..... onibus, quæ ad præfatum comitem et hæredes suos pertinuerunt. Concessionem insuper et confirmationem, quas præfatus comes per eandem cartam suam fecit dictis sanctimonialibus de omnibus terris et tenuris et dominationibus tam ecclesiasticis quam laicalibus quas *Hugo* filius *Ricardi* dedit et concessit prædictis sanctimonialibus, et cartis suis confirmavit. Donationem etiam et confirmationem quas *R. Felyot* per cartam suam fecit prædictis sanctimonialibus in perpetuam elemosinam de xxiiij. solidatis redditus in villa *Wardona*. Donationem insuper quam *Robertus* quondam comes *Leicestriæ* per cartam suam fecit prædictis sanctimonialibus in perpetuam elemosinam de decem solidatis reddictus percipiendis singulis annis infra focham de Winchelay ad festum sancti *Michaelis*. Notificationem etiam quam frater *Ricardus* de Hastynges quondam magister militiæ templi in *Anglia* per scriptum suum fecit quod ipse tenebatur solvere annuatim prædictis sanctimonialibus unam marcam argenti ..... na quam *Robertus Camerarius* eis dedit, scilicet pro quinque acris terræ, et pro una ortolagio, et nona garba totius lucrationis de dominio ..... de *Rechia* percipiendum prædictam marcam apud Beleshale per manus præceptoris domus de Beleshale, ratas habentes et gratas (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Apud Notingham ..... Januarii.

Per ipsum Regem pro Deo & per finem xx. sol. ob paupertatem domus.

COLNE *in agro* Essexiensi *cella de* Abindon.

Ex codice MS. in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Vespasiani* B. 15]

Albericus *filius primi fundatoris Prioratus de* Colne.

ALbericus de Veer regis camerarius omnibus hominibus suis & amicis *Francis* & *Anglis*, præsentibus, & futuris salutem. Scitis universi me concessisse & hac charta mea confirmasse, in perpetuam elemosinam, donationes patris mei, & matris meæ, & hominum meorum, quas fecerunt Deo & beatæ *Mariæ* monachis de *Abendonia* apud Colne Deo ministrantibus; scilicet in meo Colne ecclesiam S. *Andreæ* apostoli & totam terram *Randulfi* presbiteri in bosco, & plano, & prato; & totam decimam de dominio & de villa & de parco, de omnibus rebus quæ decimari debent, & sexies viginti acras de dominio, & virgultū quod est ultra vivarium cum vivario, & molendinum de Colesford cum omnibus pertinentiis, & ultra pontem de Colesford pasturam quandam quæ dicitur Pers, & unam acram prati & unam rodam in Wademede, & pratum suum quod habent in Kinburne, & Liniand, & superius ibi juxta dimidiam acram prati: & unam rodam, & duas silvas scilicet Donespollesho, & *Littlehesa*, cum viginti acris terræ; & terram *Godæ* & terram *Eadwini* Braciatoris, & terram *Elmari Longi*, & terram Wulurichmurche, & omnes alias tenuras ejusdem villæ quas prædicti monachi, vel homines eorum, extra parcum habent, in bosco & plano, & prato liberè & quietè ab omni seculari servitio mihi vel meis pertinente, salvo tantummodo regis servitio; scilicet quod monachi cum omnibus suis facere debent quartam partem regis servicii quod villa de Colne regi debet. Et ecclesiam de *Bello-Campo* & terras pertinentes cum tribus acris prati, & totam decimam de dominio, & de virgulto, & de villa, de omnibus rebus quæ decimari debent, et commutatio pasturæ pecoribus dominicis monachorum cum pecoribus meis liberè et quietè imperpetuum; et ecclesiam de Dunrecourt et terras pertinentes et totam decimam de dominio, et de villa, et de piscaria, et de omnibus rebus quæ decimari debent, et C. ovium pasturam in marisco, et unum hominē cum v. acris liberè et quietè imperpetuum, et ecclesias de *Campis* et de *Benteleia* cum omnibus pertinentiis suis quas pater meus cum supradictis ecclesiis in primis fundamentis ecclesiæ in liberam et perpetuam contulit elemosinam, et in Roinges *Grimbaldi* totam decimam de dominio, et ecclesiam cum omnibus pertinentiis et ecclesiam de Colne-Blanc cum omnibus pertinentiis in maneriis scil. Haingham, Lanrcham, Aldeham, Roinges, duas partes decimæ de dominio de omnibus rebus quæ decimari debent. In Walde et Wadoho, medietatem decimæ de dominio de omnibus rebus quæ decimari debent, et apud Haingham tertiam partem decimæ de terra *Ranulfi Mengin*, & de terra *Roberti Balci*, & de terra *Guinmari*, et de terra *Willielmi Grosvassal*, de omnibus rebus quæ decimari debent; Et molendinum de Haingham cum pertinentiis suis: et apud Burgate decem solidatas terræ. et apud Cripping tres solidatas terræ, et apud Roinges terram quam *Hargar* tenet unde debet annuatim monachis duos solidos et octo denarios. Et apud *Colecestriam* unum mesuagium quod *Ascetinus* tenet unde debet annuatim monachis sexdecim denarios. Hæc omnia pro salute animæ meæ et patris mei et matris meæ et omnium parentum meorum vivorum et defunctorum cum omnimoda libertate quam pater meus, vel ego, melius habuimus, concedo et confirmo in perpetuam elemosinam, Deo et beatæ *Mariæ* et monachis

chis præfatis, ita liberè et quietè sicut elemosina debet esse et potest. Hiis testibus, *Rogero* de Ver, et *Roberto* de Ver, fratribus meis, *Bernardo* dapifero, *Lancelino* capellano; *Adam* filio *Warini*, et *Radulpho* filio ejus, *Roberto* de Merchesthale, *Picoto* præposito de Colun, *Pagano* forestario, *Tedbaldo* clerico, *Godwino Putisan*, et *Ricardo* filio ejus, *Ricardo Pinet* et aliis multis.

De Ecclesia de Kinsintuna.

Ex regist. in bibl. *Cottoniana* fol. 135.

GODEFRIDUS de Ver, *Albrici* senioris filius, *Albrici* junioris frater, suorum fratrum in nascentia primus, ac ideo in hæreditate paterna successor futurus, tam morum quam parentum generositate admodum inclitus, abbatem medendi se gratia ad *Faricium* contulit. Erat enim gravi correptus morbo. Tribus ergo ab abbate ei cura mentibus impensa, ea qua pullabatur convaluit molestia. Sed quia contra mortem nulla est medicina, alius morbus hunc occupat, cogens decedere vita. Itaque instante temporis ipsius articulo, idem eger ecclesiam sui patrimonii de villa *Kinsintuna*, patrefuo *Albrico*, et matre sua *Beatrice*, una cum fratribus suis, idem concedentibus, perpetua donatione *Abbendonensi* monasterio contulit, cum duarum hidarum duodecies xx. acris terræ, disterminata, et insuper unius virgatæ portione. Cujus doni auctoritatem Regis quoque hujusmodi confirmavit edictum.

Carta Regis *Henrici primi* de Ecclesia de Kinsentune.

Ibid.

HENRICUS *Rex* Anglorum, Mauritio Londonensi *episcopo*, Gilberto *abbati* Westmonasterii, *& Hugoni de* Bochelanda, *& omnibus baronibus suis & ministris* Francis *&* Anglis *de* Lundonia *&* Middlesexia, *salutem. Sciatis me concessisse in tempore* Faricii abbatis, *ecclesiæ sanctæ* Mariæ *in* Abbendonia, *ecclesiam de* Chensnetuna *& quicquid ad eam pertinet. Et terram in ipsa villa inter ecclesiam & terram aliam duarum hidarum de duodecies xx. acris quam* Albricus *de* Ver *dedit predictæ ecclesiæ pro anima* Goisfredi *filii sui defuncti, ut eam ecclesiam in pace inperpetuum & quietè teneat. Testibus* Matilde *Regina*, Eudone *dapifero, &* Willielmo *de* Curceio, *&* Nigello *de* Cileio, Urſone *de* Abbetot, Roberto Malet, *apud* Corneberiam.

De Ecclesia de Colum.

Ibid.

PRædictus itaque *Godefridus* mundo demigrans in hujus monasterii cultiori loco sepelitur. Quare ejus parentes eundem locum diligere, seque Deo et fratrum beneficiis ibidem præcipuè postea commendare. Et quia in Cattsere regione, quæ ab *Abbendonia* pluribus distat miliariis, frequentiori commoratione degere solebant, nec istic ideo tociens adesse, quotiens id affectabant, ubi sui nati memoria continetur, poterant, communi consilio eorundem quem tunc sibi hæredem substituerant. Abbatis quoque *Faricii*, et Conventus fratrum sibi commissi concensu, monasterium in proprio fundo, cui Colas vocabulum est, construere delegerunt, quod loco *Abbendonensi* in omnibus foret perpetuo summissum, et monachi inde assumpti illic locarentur. Ibi enim ad opus cohabitantium copiosè de suis rebus se collaturos, ibi se suosque posteros post decessum requieturos corpore promittebant. Itaque deliberatum consultum regia auctoritate et episcopi *Mauritii*, ex cujus dioceſi locus ille habebatur confirmantes, *Abbendonenses* fratres ad se venire rogant, et locum ipsum eis designant; Cui rei indicium carta Regis inde pretendit, quæ, ea tempestate, talibus annotata est apicibus.

Carta Regis Henrici *primi de Ecclesia de* Colum.

OMnibus Ecclesiæ Dei fidelibus sub regimine meo, notum fieri volo, quod ego *Henricus*, Dei gratia *Anglorum* Rex, pro peccatorum meorum remissione et animæ meæ salute, Deo et beatæ *Mariæ* in *Abbendonensi* ecclesia, et sancto *Andreæ* in *Colensi* ecclesia, quæ ut filia matri, ut membrum capiti subjecta et coherens est ecclesiæ *Abbendonensi*, concedo, et in æternum permanere auctorizo, omnes illas donationes quas *Albericus* de Ver et uxor ejus *Beatrix*, et eorum filius *Albericus* cum fratribus suis, eorumque homines, jam fecerunt, vel facturi sunt, supradictæ ecclesiæ, tam in ecclesiis, quam in terris, hominibus, et decimis, molendinis, silvis, et pratis, pascuis, et exitibus, quarum nomina rerum subnexa leguntur. Scilicet in *Cola*, ecclesiam sancti *Andreæ* cum terra *Ranulfi* presbyteri. Et cum omnibus ad ecclesiam pertinentibus, & sexies xx. acras de dominio & viridarium quod ultra aquam, cum vivario, Et terram quam *Serlo* habuit, sicut melius & largius unquam habuit ipse vel aliquis antecessorum illius in pascuis, & silvis, & campis. Et duas silvas scilicet *Dodepoliſo*, & Rodewde, & terram *Godæ* decem solidorum de gablo, & terram *Eadwini* quinque solidorum de *Gablo*, & viginti acras de dominio quæ cambitæ fuerant pro terra *Blachemanni*, & unum hominem cum quinque acris, & terram *Ælmari* longi, & terram *Wlfmini* forestarii, & molendinum; Grangias & ecclesiam de Duuercurt cum triginti acris terræ, et cum omnibus sibi pertinentibus, In maneriis, scilicet Pethigaham, Belcheam, Laurehaw, Sanc-ham, Duuercurt, *Bonecleida*, *Bodingas*, duas partes decimæ de omnibus rebus, et unum hominem cum quinque acris. In Walber et *Waldana* medietatem decimæ, et unum hominum cum quinque acris. In Pethingeham, duo molendina que *Aldwinus* molendinarius tenebat de terra *Aabelelmi* de *Burgata* decem solidatas. Dimidiam decimam de Wiblanc, de *Cola*, et terciam partem decimæ *Ranulfi* magni. Et ecclesiam de *Campis*, Et ecclesiam de *Boneclera*, Et ecclesiam de *bello Cambo*, cum omnibus eis pertinentibus, Et silvam de *Litchaia*, cum viginti acris terræ. Hæc donationum concessio facta est a serenissimo rege *Anglorum Henrico* anno Dominicæ incarnationis MCxj. indictione quarta, anno verò regni sui undecimo, coram his testibus, *Roberto Lincolniensi* episcopo, Et *Johanne* de *Bajocis*, et *Gilberto* capellano, et *Goisfrido* de *Dina*, et *Hamone* dapifero, et *Ranulfo Meschino*, et *Willielmo Peverello*, de Notingeham, et *Hugone* de *Bochelanda* apud *Radingas*. 11 H. 1.

Item de **Colun.**

OMnium verò rerum quæ per cartam iſtam notantur, abbas *Faritius* apud *Colas*, quadrageſimali tempore, et die feſta ſancti *Cuthberti* conſtitutus inveſtituram, id eſt ſaiſitionem accepit, per manum *Picoti* dapiferi *Albrici* jubente eodem Albrico juniore et uxore ejus *Beatrice*, concedentibus id *Albrico* juniore, et cæteris eorum filiis, cum ſuis univerſis militibus qui huic donationi interfuerunt idem videntes et annuentes. Quorum nomina hæc fuerunt filiorum; jam nominatus *Albricus*, *Rogerus*, *Rotbertus*, *Willielmus*. Militum verò; *Alfredus* vicecomes, *Goisfredus* filius *Haimonis*, *Haimon* de *Lamara*, & multi alii. Item *Adelelmus* de **Burgette**, qui, eo die, coram his omnibus teſtibus, ſeſe, per manum abbatis prædicti, in eodem loco Deo, & ſancto *Andreæ*, optulit ut ibi poſt mortem ſepeliretur. Et quia de ſua terra decem ſolidatorum provideret, ſicut & fecit, et de ea monachos ibidem commanentes ſaiſivit *Thihelo*, et *Willielmo* hoc id concedentibus. Item affuit *Goisfredus* de **Ruelent**. Ex parte abbatis affuerunt, *Warnigerius* Prior, *Benedictus*, et *Rotbertus*, et *Godwinus*, et *Willielmus* monachi. Milites verò, *Bernerus*, et *Rotbertus* de **Sams fuzo**, *Radulfus* camerarius abbatis, *Rogerius* clericus.

De Albrico *de* **Ver.**

HIs ita determinatis, non multorum poſt decurſum annorum, idem *Albricus* ſenior ante ſui obitus diem religionis habitum in eodem loco recepit et defunctus ſepulturæ traditur: Ubi et *Willelmus* filius ejus, ſuorum junior fratrum, parvo tempore ſuperſtes patri effectus, tumulatur. Pro cujus memoria frater ejus *Albricus*, ſcilicet junior, terram duarum carrucarum in *Scaldulacon*, et ſancto *Andreæ*, perpetua largitione contulit, præſente prædicto abbate *Faritio*. Aderat enim ibidem et funeris defuncti exequias agebat. Horum itaque ſepultorum epitafium hic anneximus.

Cedunt è vita votis animiſque cupita:
Barbarus & Scita; gentilis & Iſraelita,
Has pariter metas habet omnis ſexus & ætas,
En puer, en ſenior, pater alter, filius alter,

Legem, fortunam, terram, venere ſub unam:
Non juveni tete quas ſporavit athene
Non vetulo note vires vel opes valuere,
Sed valuere fides, & prædia quæ commemoramus,
Ut valeant valeant, per ſecula cuncta precamur.

Cum autem vicini eundem, orationis gratia, locum frequentarent, ad uſum inhabitantium ſua beneficia reſpectu præmiorum ſupernorum largiri cœpere. Eorum, ea tempeſtate aliquos hic ſubnominamus. *Hubertus* enim de *Monte Caneſi* acram unam prati. Item *Goisfredus* et *Robertus*, fratres et filii *Odelinæ* alteram acram prati; ad hos et *Walterus* cognomento *Macerell* decimam totius ſuæ pecuniæ villæ ſuæ *Celis* de feudo *Euſtachii* comitis *Bolonenſis*, pratumque ſimul contiguum molendino illius loci permultum. *Ricardus* quoque de *Buris* de eadem ſua villa id eſt *Buris* decimam tam mobilium quam immobilium rerum totam Deo et ſancto *Andreæ* illic contulerunt.

Compoſitio inter Abbatem de **Abyngdon** *& Priorem de* **Colne.**

Pat. 15. E. 2. part. 1. m. 14. per Inſpex.

UNiverſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris, vel audituris, *Ricardus* Dei gratia abbas monaſterii **Abyndon**, et ejuſdem loci conventus *Sarum* dioc. ac frater *Johannes* de **Campeden** Prior de **Colun**, et ejuſdem loci conventus, **London** dioceſ. ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra quod cum inter nos abbatem et conventum **Abyndon**, ex parte una, et nos Priorem et conventum de **Colun** antedictos ex altera, ſuper monachorum tranſmiſſione ad dictum Prioratum de **Colun**, qui ad monaſterium de **Abyndon** prædictum, tanquam membrum, ſive cella ejuſdem pertinere dinoſcitur, et revocatione eorumdem, ac ſuper modo creandi Priorem in vacationibus Prioratus prædicti, et aliis ſubjectionis articulis, quorum occaſione, variis dicebatur deprimi diſpendiis, et modo intereſſendi electioni abbatis monaſterii prædicti; necnon ſuper eccleſia de **Benſington**, **London** dioc. diſſentionis ſive litis materia ſuborta fuiſſet; tandem ad inſtantiam, et petitionem nobilis viri domini *Roberti* de **Ver** comitis *Oxon.* prædicti Prioratus patroni, lis ſive diſſenſio hujuſmodi amicabili compoſitione, et realiter facta, in hunc modum conquievit; Videlicet quod nos abbas et conventus **Abyndon** prædicti, pro nobis et ſucceſſoribus noſtris, pro bono pacis, utilitate religionis, ac honeſtate, dedimus et conceſſimus prædictis Priori et conventui de **Colun** et ſucceſſoribus eorum, licentiam, et liberam facultatem, ut clericos apud **Colun**, de quibuſcunque partibus, de quibus eligendis duxerint, nobis inconſultis, ad habitum monachalem recipere valeant, illuc perpetuo moraturos et quod nullus de conventu **Abyndon** ad prædictum Prioratum, pro mora ibidem facienda, ut monachus ejuſdem Prioratus, de cætero tranſmittatur, nec ibidem admittatur ſed quod monachi de **Abyndon** ad dictum Prioratum, prius miſſi, nunc exiſtentes ibidem, qui ad domum ſuam de **Abyndon** redire voluerint, infra lapſum triennii, à tempore affirmationis dicte compoſitionis computandum, ad dictam domum ſuam admittantur, et in eadem, ut convenit, recipiantur, juxta ſtatuta regularia pertractandi, cæteris apud dictum Prioratum extunc ſuo perpetuo manſuris. Et quod pro profeſſione monach. de **Colun** exegerit apud prædictum Prioratum, per ipſius loci Priorem requiratur, abbatis dicti loci de **Abyndon**, qui pro tempore fuerit, licentia, (quam teneatur benignius concedere) vel ſuper hoc Priori domus de **Colun** prædictæ committere vices ſuas. Et quod in vacationibus Prioratus ſupradicti liceat conventui dicti Prioratus, eligere unum de fratribus commonachis ſuis ſibi in Priorem nominandum, & mittend. dicto abbati, quē idem abbas, ſtatim ſine moræ diſpendio, ſervata tamen gravitate, ſi evidenter inidoneus

non

non extiterit, tam dicti Prioratus patrono, quam loci episcopo presentabit sub modo circa presentationem hujusmodi antea observato, alias dictum electum, si inydoneus fuerit, ut premittitur, pro ydoneore eligendo ad domum suam, sine difficultate remittet, sumptibus tam mittendo, presentando, quam etiam remittendo in omnibus dicti Prioratus. Salvo semper nobis abbati *Abyndon.* prædicto, & successoribus nostris, jure visitandi ibidem, & debitam procurationem postquam ad dictum Prioratum declinaverimus, de bonis ejusdem Prioratus pro ipso visitationis actu necessario, ut convenit exigendi, quæ nobis tunc & successoribus nostris, sine difficultate aliqua liberetur.

Nos verò prædicti Prior et Conventus de **Colun** deliberatione et tractatu, qui in hac parte requiruntur, præhabitis, pro bono pacis, et dicti Prioratus evidente utilitate id fieri suadente, de voluntate etiam, et consensu prædicti domini *Roberti* de **Veer**, Patroni nostri, totum jus quod in predicta ecclesia de **Kensington**, et suis pertinentiis, et etiam ad eandem habuimus et habemus quodque vendicavimus, et clamicum quod habuimus in ea, necnon omnimodam actionem, nobis ad ipsam ecclesiam quam dicti Abbas et Conventus, sibi, et monasterio suo predicto canonicè ab antiquo optinuerunt, et adhuc optinent, appropriatam dicti Prioratus nomine aliqualiter competentem, pro nobis et successoribus nostris imperpetuum, prædictis Abbati et Conventui **Abyndon**, et successoribus eorundem purè, sponte, et absolutè remittimus, et quietum clamamus per præsentes. Et si quod scriptum amodo inveniatur per quod liquere poterit predictam ecclesiam de **Kensington**, seu aliqua pertinentia ad eandem, ad nos seu dictum Prioratum aliquatenus pertinere, volumus, quod pro nullo prorsus habeatur, et omni careat firmitate, nobisque commodum afferre non valeat, seu dictis Abbati et Conventui aliquod nocumentum, processibus nihilominus quibuscunque tam judicialibus, quam extrajudicialibus ad nostri instantiam habitis, sive factis, coram quibuscunque judicibus ordinariis, delegatis, vel eorum commissariis, aut quibusvis aliis personis, super ecclesia de **Kensington** prædicta, contra Abbatem et Conventum predictos, eorumque processuum usui, penitùs et expresè renuntiantes. Tenore etiam præsentium concedentes, pro nobis, et successoribus nostris, ut monachi in dicto monasterio **Abyndon** comorantes, futuris et perpetuis temporibus, quotiens opus fuerit, liberè ad electionem abbatis ipsius monasterii procedere valeant, ac omnia, & singula quæ hujusmodi electionis negotium contingunt exercere, Priore dicti Prioratus, seu monachis ibidem commorantibus aut ipsorum aliquo non vocatis, seu vocato, requisitis, aut aliqualiter requisito; Quodque dicti monachi *Abyndon.* Priorem ipsius Prioratus de **Colun**, seu aliquem monachum ejusdem ad hujusmodi electionem, seu aliqua ipsam contingentia, deinceps admittere nullatenus teneantur. Et ut hæc compositio, inter nos facta firma, & stabilis, & realis, permaneat in futurum, huic scripto, in modum cirographi quadripartiti confecto cujus una pars penes nos abbatem & conventum *Abyndon.* sub communi nostro Prioris & conventus de **Colun**, ac etiam domini de **Veer** patroni, & altera penes nos Priorem & conventum de **Colun** sub communi nostro abbatis & conventus *Abyndon.* ac etiam patroni, tertia penes patronum, sub communibus utriusque nostrum, & quarta in ecclesia sancti *Pauli London.* sub communibus utriusque nostrum, & patroni predictorum sigillis remanebunt, alternatim appoluimus sigilla nostra, & dicti patroni Sigillum apponi procuravimus, ut supra scriptum est, in robur & testimonium premissorum. Datum apud **Colun**, per nos *Robertum* de **Veer**, comitem *Oxonie* patronum supradictum pridie kalendas Aprilis anno Domini millesimo trecentesimo undecimo incipiente. Datum etiam apud **Abyndon**, per nos abbatem & conventum ejusdem, in capitulo nostro ibidem pridie nonas Aprilis anno Domini supradicto.

CANEWELLENSE
cœnobium in agro Staffordiensi.

Carta fundationis.

UNiversis sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus, *Geva*, filia *Hugonis* comitis *Cestriæ*, & uxor *Galfridi Ridelli*, salutem. Noverint tam posteri quàm presentes, quod ego *Geva*, concilio religiosarum personarum, et autoritate *Rogeri* episcopi *Cestriæ*, et assensu *Ranulfi* comitis *Cestriæ*, cognati mei, pro salute animæ meæ, et omnium antecessorum, et parentum meorum, fundavi quandam ecclesiam in honorem sanctæ *Mariæ*, et sancti *Egidii*, et omnium Sanctorum, in locum qui dicitur *Canewella*, ad opus monachorum ibidem Deo servientium & concedo eis in elemosinam terram de *Stricheſleia*, & unum pratum quod vocatur *Litemerſia*, & molendinum de *Fareſleia*. Preterea concedo eis in *Duntona* manerio meo, quatuor virgatas terræ, & unam virgatam, ex dono *Osberti* capellani mei, cum omnibus quæ ad eas pertinent, & in eadem villa unum molendinum quod dicitur *le* **Cozre**. Et volo & concedo ut prædicti monachi teneant hæc omnia bene, & in pace, liberè & quietè ab omni servitio seculari, ad me vel ad hæredes meos pertinente, & habeant omnes consuetudines, & libertates suas, in nemore, & plano, pratis & pascuis, ita quod nullus eis, neque pro panagio, neque pro aliqua occasione molestiam vel injuriam faciat. Hanc quoque donationem feci concessione hæredum meorum, scilicet *Ganfridi Ridelli*, & *Radulfi Basset*. Hujus donationis testes sunt, *Radulfus* decanus de *Blabi*, & *Ganfridus* decanus de *Batuesſwella*, & *Gubertus* canonicus de *Legerc.* & ..... de **Bracon**, & *Hugo* sacerdos de ....., & *Ailfi* sacerdos de **Dunton**, & *Radulfus Basset* de **Petling**, & *Thomas* de *Sais*, & *Godwin* de **Dunton**, & *Frene*, & *Ordricus*, & *Robertus le Turnur* de *Legerc.* & *Osmundus* de *Legerc.* *Ricardus Ald.* *Ler.* *Osbertus* capellanus, *Ricardus* diaconus de **Dunton**, *Ganfr.* sacerdos, *Robertus* vicecom, *Willelmus* de *Sris* de **Eyrth**, *Radulfus*

Ex ipso autographo penes *Will. Pelbale* equit. aur. an. 1640. Vide Pat. 12. H. 4. parte 1. m. 27. per Inspex.

Radulfus de *Occie*. *Rogerus J*....., *Ricardus* filius *Roberti*.

Alia ejusdem Gevæ *Charta*.

Ex autographo penes eundem *Willielmum Pesshale* equit. aur.

UNiversis sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus, *Geva* filia *Hugonis* comitis *Cestriæ* salutem. Notum sit omnibus tam presentibus quàm futuris, quod ego *Geva* pro salute animæ meæ, & pro animabus omnium antecessorum meorum, concilio religiosarum personarum, & auctoritate *Rogeri* episcopi *Cestriæ*, fundavi quandam ecclesiam in honorem sanctæ *Mariæ*, & sancti *Egidii*, & omnium Sanctorum, in loco qui dicitur **Canewell**, & in latitudine à veteri fossato usque ad ipsam ecclesiam. Et in *Draitona* unam mansuram quæ fuit *Clementis* Presbiteri, cum terra quæ ad eam pertinet, & in eadem villa unum pratum quod vocatur **Litlemers**, & molendinum de *Farisleia*. Et hoc concessu *Ranulfi* comitis *Cestriæ*, in cujus feodo prædicta ecclesia fundata est. Et concedimus eidem ecclesiæ ecclesiam de *Duntona*, & ecclesiam de *Rachadala*, & in *Duntona* v. virgatas terræ cum prato adjacente, & unam culturam terræ pro tribus toftis quæ defuerant tribus virgatis de v. supradictis, & in eadem villa unum de duobus molendinis quod est in parte occidentali. Hanc autem concessionem feci assensu hæredum meorum *Gaufridi Ridelli* & *Radulfi Basset*. Et volo & firmiter constituo ut predicti monachi teneant hæc omnia bene & in pace & honorificè, liberè & quietè ab omni servicio seculari, ad me vel ad heredes meos pertinente, & habeant curiam suam & omnes libertates suas & consuetudines in bosco & plano, pratis & pascuis & pannagiis, & sicut meliùs & liberius ego habeo res meas, sic liberè & res suas habeant. Hujus donationis sunt testes *Willielmus* abbas de **Radinges**. *Ricardus* abbas *Legecestriæ*. *Osbertus* capellanus. *Aisi* presbiter de *Duntona*. *Clemens* presbiter de *Draitona*. *Tomas* de *Sais*. *Willielmus* de Sais. *Walterus* de *Cuilli*. *Adam* de **Tamworth**. *Ranulfus le Bret*. *Ivo* de *Gorges*. *Rodbertus Bagot*. *Ricardus Bassat*. *Matildis* de **Stafford**. Valete.

Carta Radulfi Basset.

Ibid.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis & amicis & hominibus suis *Francis* & *Anglis*, *Radulfus Basset* salutem. Notum sit vobis me dedisse & concessisse, pro salute animæ meæ & omnium antecessorum meorum, & *Aliciæ* uxoris meæ, & filiorum meorum, in perpetuam elemosinam Deo & ecclesiæ sancti *Egidii* de *Canewella*, & monachis ibidem Deo servientibus, ecclesiam de **Rachebene**, cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam de *Duntona*, cum rebus ei adjacentibus, & in eadem villa iiij. virgatas terræ de meo dominico, & unam virgatam terræ ex dono *Osberti* capellani, & in eadem villa duo molendina. Preterea concedo eis terram de *Stichesleia* & partem nemoris quæ extenditur in longitudine à loco qui dicitur **Calewehull**, usque *Birchelciam*, & in latitudine à veteri fossato usque ad ipsam ecclesiam, & in *Draitona* unam mansuram quæ fuit *Clementis* presbiteri, & terram quæ ad eam pertinet, & in eadem villa unum pratum quod vocatur **Littlemers**, & landam quæ vocatur *Langaleia*, cum terra & prato usque *Burniam* è parte *Leulfi* de *Farisleia*, & molendinum in eadem villa cum toftis et terra pertinente, & molendinum de *Draitona* apud **Budescote**, cum omnibus liberis consuetudinibus ei adjacentibus, scilicet, xxx. solidos unde me adquietavi pro animabus filiorum meorum & residuum .....cum corpore meo. Volo igitur & firmiter constituo ut predicta ecclesia & monachi hæc omnia supradicta bene & in pace liberè quietè & honorificè absque omni seculari servicio teneant, & habeant omnes libertates suas et consuetudines in bosco et plano, pratis et pascuis et pannagiis sicut ego meliùs et liberiùs habeo. Testibus *Hugone* archidiacono, Canonico *Legrecestriæ*. *Roberto* fratre abbatis *Leicestriæ*. *Ricardo* capellano. *Ricardo* capellano. *Radulfo* capellano. *Roberto* filio *Gregorii* medici. *Rogero* scriptore. *Gaufrido Ridell*. *Alicia* uxore mea. *Willielmo Basset*. *Thoma* de *Sais*. *Willielmo* de *Sais*. *Simone* de *Ouuilla*. *Roberto Bagod*. *Hugone* fratre suo. *Simone Malaherbe*. *Roberto* filio *Seher*. *Roberto* de *Seie*. *Willielmo* de *Pesslingest*. *Gaufrido* de **Neun**.

Alia ejusdem *Radulfi* Carta.

Ibid.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis (&c.) Radulfus Basset *salutem. Noverit universitas vestra me concessisse, & presenti Carta mea confirmasse Deo & ecclesiæ sancti* Egidii *de* **Canewell**, *& monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum, & Ysabelle uxoris meæ, & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemosinam, omnes donationes & res & possessiones quas* Geva Ridel, *& pater meus* Radulfus Basset *& antecessores mei eis dederunt & confirmaverunt, sicut eorum Carte protestantur. Et ut hæc mea confirmatio robur optineat, eam præsentis scripti mei munimine corroboravi. His testibus* Thoma *abbate de* **Crokesden**. H. *abbate de* Miravalle. Johanne *priore de* **Canewell**. *Magistro* Roberto *de* Peneriz. Roberto Marmion. Willielmo Marmion *filio suo*. Ricardo *filio* Willielmi. Willielmo Basset. Willielmo *de* Diva. Johanne *de* **Clopton**, *& aliis aliis*.

Carta Radulfi Basset, *filii* Isabellæ.

Ibid.

OMnibus *(&c.) Radulfus Basseth* filius *Isabel* salutem. Noverit *(&c.)* me dedisse et concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesiæ sancti *Ægidii* de **Canewelle** *(&c.)* pro salute animæ meæ, et antecessorum meorum, et *Margaretæ* uxoris meæ, et hæredum meorum, in perpetuam elemosinam omnes donationes *(&c.)* quas *Geva Ridel* et *Radulfus Basseth*, et alii antecessores mei et ego eis dederunt et confirmaverunt, scilicet de dono *Gevæ Ridel* terram de **Stichesley** et partem nemoris *(&c.)* ut supra, et ex dono *Radulfi Basseth* in *Farisleia* landam quæ vocatur **Langeleys** et molendinum in **Buttriscote**. Et de dono meo ut capiant terram ad reparationem stangni molendini inter viam de **Buttriscote** et molendinum usque ad pontem de **Thame** *(&c.)* His testibus

testibus, magistro *W.* de **Manecester** decano de **Lichelfeud**, *Nicholao* canonico de **Thamworth**, *W.* capellano de **Thamworth**, *Alexandro* capellano de **Coten**, *Johanne* de **Stanford**, *Thoma* de **Clinton**, *Roberto* de **Grendon**, *Stephano Tunstal* et multis aliis.

Carta Walerani *comitis* Warewici.

Ibid. WALERANUS comes **Warewic** omnibus (*&c.*) salutem. Notum sit (*&c.*) me concessisse et hac præsenti carta mea confirmasse in elemosinam Deo et ecclesiæ sancti *Ægidii* de *Canewella* (*&c.*) pro anima patris mei et matris meæ et omnium antecessorum meorum et hæredum meorum futurorum, tres virgatas terræ in *Hulla* cum pertinentiis, quas comes *Rogerus* pater meus dedit Deo et prædictæ ecclesiæ de **Banewell** (*&c.*) Quare volo (*&c.*) Hujus concessionis et confirmationis sunt testes *Thomas* Prior sancti *Sepulchri* de **Warewic**, *Jordanus* decanus, *Henricus* capellanus de *Sutona*, *Radulfus Basset*, *Thomas* de *Ardena*, *Ranulfus* de **Munbevill**, *Willielmus* de *Ardena*, *Willielmus* de **Bray**, *Willielmus* de **Tikebrom**, *Henricus Revel* cum multis aliis.

Carta Radulfi Basset *tertii*.

Ibid. UNIVERSIS sanctæ matris ecclesiæ filiis (*&c.*) *Radulfus* filius *Radulfi* filii *Radulfi Basset* domini de **Drayton Basset** salutem (*&c.*) Literas *Gevæ* filiæ *Hugonis* comitis *Cestriæ*, primæ fundatricis ecclesiæ monachorum de *Canewella*, *Coventrensis* et *Lichfeldensis* diocesis, progenitricis nostræ vidimus et inspeximus in hæc verba. Universis (*&c.*)[*sicut in secunda carta prædicta.*] Quas quidem literas et omnia et singula in eisdem contenta pleniùs recensentes, ea (tenore præsentium) ratificamus et approbamus, et eisdem monachis pro nobis et hæredibus nostris concedimus, et contra omnes mortales warantizabimus et in perpetuum defendemus. Hiis testibus dominis *Baldwino* de **Frvbill**, *Johanne* de **Clinton**, *Johanne* de **Fresorde**, *Fulcone* de **Birmingham** militibus. *Johanne* **atte Lee**, *Johanne le* **Archer**, *Hugone* de **Alton**, *Johanne* de **Lile**, et aliis. In cujus rei testimonium huic præsenti confirmationi sigillum meum apposui. Data apud **Draitone Basset** vij. die mensis Maii xxvj. *Edwardi* iij.

FARWELLENSE
cœnobium in agro Staffordensi.

Autographum penes decan. & capit. ecclesiæ *Lichfeldens.* an. dom. 1640. Vide Par. 49. E. 3. part. 2. m. 17.

IN *nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti*, Amen.

Notum sit omnibus tam præsentibus quàm futuri temporis Dei fidelibus, quod ego Rogerus *Dei gratia* Cestrensis *episcopus, petitione & rogatu Domini* Rogeri & Gaufridi & Roberti *heremitarum & fratrum de* **Faurwelle**, *& consensu capituli nostri, scilicet fratrum & Canonicorum matris ecclesiæ de* **Lechefeld**, *dedi & concessi & presentis paginæ sigillo confirmavi sanctimonialibus & Deo devotis mulieribus ecclesiam sanctæ* Mariæ *de* **Faurwelle** *in perpetuam elemosinam cum omnibus appendiciis suis, scilicet cum molendino & bosco & pasnagio & plano & quicquid interjacet inter rivũ de* Chistalea *&* **Blacheliche**. *Dedi præterea & concessi prædictis sanctimonialibus in Dei servicio juvandis & sustentandis vj. colonos & eorum tenuras & mansos & quicquid servitii de eisdem habebam, perpetuo jure in elemosinam. Dedi præter hac & concessi, rogatu & devota petitione* Hugonis *capellani & canonici nostri eidem ecclesiæ sanctæ* Mariæ *& eisdem sanctimonialibus de* **Faurwelle** *totam terram & tenuram & laborem suum quem de bosco extraxerat ipse* Hugo *& quicquid apud* Pipam *de me idem* Hugo *tenebat: Dedi inquam & concessi liberè & quietè eidem ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* **Faurewelle** *totum in perpetuam elemosinam. Dedi etiam & concessi eidem ecclesiæ sanctæ* Mariæ *& eisdem sanctimonialibus de* **Faurwelle** *servitium & totam tenuram* Haminch *de* **Hameruth**, *& hoc rogatu & petitione ejusdem* Hamminh, *& Deo serviendi id ipsum efflagitante devotione. Hac tamen conditione quod de dimidia hida quam prædictus* Haminh *tenebat, habebit ecclesia dimidium in dominio, & hæres ejus tenebit de ecclesia alterum dimidium, faciens inde prædictæ ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* **Faurewelle** *servitium institutum. Concessi etiam eidem ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* **Faurwelle** *elemosinas in dedicatione ejusdem ecclesiæ, & in nostra præsentia anno beneficio ubicumq; à Dei fidelibus institutas, unde dilatandæ caritatis zelo & episcopalis officii debito, præfatam ecclesiam sanctæ* Mariæ *de* **Faurewelle**, *cum incolis sanctimonialibus in perpetuam ecclesiasticæ libertatis censuram episcopali auctoritate confirmamus, & confirmando nostri capituli testimonio autorizamus. & omnibus parochianis nostris tam clericis quàm laicis, ut eidem ecclesiæ benefaciant, & eundem locum diligant & manutenean. præcipiendo monemus: & omnibus eidem loco pacem servantibus & aliquod beneficium Dei caritate exhibentibus fiat pax summa quæ hominibus bonæ voluntatis est promissa. Hujus donationis & concessionis sunt testes viri subscripti,* Richardus *archidiaconus*, Gulielmus *archidiaconus*, Rogerus *archidiaconus, & alius* R. *archidiaconus*, Gulielmus *decanus*, Odo *Tesaurarius*, Hugo *capellanus, magister* Ricardus, Gulielmus *filius* Osberti, Rogerus, Gulielmus, Hugo Can. Robertus *Præpositus, magister* Alurcdus, Gilbertus *de* Lisc. ✠ *Ego* W. *Dei gratia* Cestrensis *episcopus, omnes donationes domini* Rogeri *episcopi prædecessoris mei in hac carta depictas ecclesiæ sanctæ* Mariæ *& monialibus de* **Faurwelle** *concedo, concessionem auctoritate sigilli mei confirmo. Teste Domino* Frogerio ..... *monacho, & magistro* Zacharia, *& magistro* Rainaldo. *Dedi præterea in consecratione earundem sanctimonialium tenuram & servitium* Alurichi *de* Quadraria, *cum filiis suis, scilicet solidos sex per annum, eisdem prædictis testibus hoc factum.*

Carta Rogeri, Cestrensis *episcopi.*

Ibid. ROgerus Dei gratia *Cestrensis* episcopus, omnibus filiis sanctæ ecclesiæ tam futuris quàm præsentibus. Notum vobis sit me dedisse ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Fagrovella* & canonicis fratribus conversis ibidem domino servientibus locum in quo ecclesia fundata est, & terram quam assartavere, & quantum de nemore assartare poterint ipsi & eorum sequaces, & *Chirstalleiam*, ita liberè & quietè ab omnibus querelis & cultumis cum pasturis & pasnagiis & aliis consuetudinibus ut ipse à Deo & Rege teneo. Et volo & concedo ut bene & honorabiliter teneant ea in meo tempore & in temporibus successorum meorum, & in burgo & extra burgum & in plano & in bosco. Testibus clericis & laicis, *Francigenis* & *Anglicis* (*&c.*)

Charta regis *Henrici.*

Ibid. H *Rex* Angliæ, *dux* Normanniæ, & Aquitaniæ, & *comes* Andegaviæ, *episcopo* Cestriæ & *justitiariis & baronibus & vicecomitibus, & ministris & omnibus fidelibus suis de* Staffordscire *salutem. Sciatis me dedisse & in puram & perpetuam elemosinam confirmasse Deo & sanctæ* Mariæ *& monialibus de* Fagereswella *ibidem Deo servientibus, locum & fundationem abbatiæ suæ de* Fagereswella, *cum omnibus eidem abbatiæ pertinentibus, scilicet tres carucatas terræ apud* Fagereswellam, *& unam carucatam terræ apud* Pipam, *& unam carucatam terræ apud* Hamerwich. *Præterea do eis & confirmo in elemosinam quadraginta acceras terræ de assartis de wasto forrestæ meæ de* Canoc, *ad mensuram pertica regia, cum homagiis eisdem terris & tenuris pertinentibus. Quare volo & firmiter præcipio quod predicta moniales hæc omnia predicta habeant & teneant in bosco & plano, in pratis & rivis, & pasturis, & in pasnagiis, in aquis & molendinis, in viis & semitis, bene & in pace, liberè & quietè, & integrè & honorificè solutas & quietas ab omni seculari servitio & exactione, & de murdris, & hundredis, & sciris, & de geldis, & danegeldis. Concedo etiam eis, & confirmo quicquid eis rationabiliter datum est vel in futurum poterint adipisci. Testibus* Manneſero Biset *dapifero, &* Frog. & Ricardo Peccato *archidiaconis, &* Petro *de* Bermingaham, & Falcheio *forestario. Apud* Rademoram.

Alia Carta dicti Henrici.

Chart. antiq. littera C num. 22 HENRICUS Rex *Anglie*, dux Normannia, *Aquitanie*, comes *Andegavie*, Archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me dedisse & concessisse, & in puram & perpetuam elemosinam confirmasse Deo, & sanctæ *Mariæ* de *Fagerwella*, & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, locum & fundationem abbathiæ suæ apud *Fagerwellam* in foresta mea de Canoc, cum omnibus eidem abbathiæ pertinentibus, scilicet, tres carucatas terræ in Dominium apud *Fagerwellam*, cum omnibus homagiis, & molendinis eidem terræ pertinentibus, Et nominatim octo acras de dono *Roberti* prepositi, quas idem *Robertus*, & *Thomas* filius ejus predictæ ecclesiæ, reddentes duos solidos per annuum servitiũ in perpetuam elemosinam dederunt, & carta sua confirmaverunt, & moras ad facienda prata que inter sepes ejusdem terræ de *Fagerwella* continentur, Do etiam eis et confirmo in perpetuam elemosinam unam carucatam terræ apud Pipam de essartis Forestæ meæ de Canoc, & unam carucatam terræ apud Hamerwith, cum villanis, & franchilano, nomine *Hamone vielario*, & cum tenuris eorum, & pasturam sicut fuit pertinens ad eandem terram, anno & die quo Rex *Henricus*, avus meus, fuit vivus & mortuus. Et præter hæc, do & confirmo in elemosinam omni tempore permansuram, quadraginta acras de assartis de wasto forestæ meæ de Canoc, ad mensuram perticæ Regis, apud locum nomine Lanhurst, de terra pertinente ad manerium meum de Alrewas, ut predictæ sanctimoniales eandem Lanhurst, & quicquid habebam in eodem wasto, per metas quæ inter terram meam & *Cestrensis* episcopi terram, videlicet, rivam nomine *Pipam*, & fossatum sancti *Cedda*, & cæteras metas, quæ à forestariis regiis perambulate sint, & a rusticis constitute, habeant & teneant, cum omnibus consuetudinibus, & libertatibus pertinentibus ad Alrewas, in bosco & plano, & pasnagio, in pasturis, & rivis, & ceteris pertinentiis suis; Concedo etiam & confirmo quicquid eis datum est, vel in futurum rationabiliter adipisci poterint. Quare volo (*&c.*) Testibus *Manstro Biset* dapifero (*&c.*)

PINLEYENSIS *Prioratus in agro* Warwicensi.

ALUREDUS Dei gratia *Wigornienſis* episcopus, Universis (*&c.*) salutem. Noverit (*&c.*) nos ad inspectionem literarum fœlicis memoriæ *S.* & *I.* prædecessorum nostrorum concessisse, & auctoritate episcopali confirmasse Deo & sanctimonialibus de *Pineleia*, totam terram de *Pineleia*, sicut *R.* de *Pilardinton*, assensu *Roberti Pincernæ* de *Overscia*, eam eis dedit, & jam dicti episcopi confirmaverunt. Statuimus autem & nos, ut ordo sanctimonialium inibi constitutus perpetuis temporibus ibi inviolabiliter observetur. sub interminatione Anathematis interdicentes, ne quis contra hanc donationem & confirmationem temerè venire, aut aliquam, contra illius loci libertatem, subjectionem sibi vendicare, seu servitutem exigere præsumat. His Testibus *Godefrido* archidiacono, *Radulfo* Priore de Warwich, *Fromundo* Priore de *Stodleia*, *Clarebaldo* decano de Elton, *Osberto* capellano, *Tedelino* clerico, *Pagano* capellano.

Ex ipso autographo penes.... *Cookes de Pinley* an. 1637.

Ibid. SCiant presentes & futuri, quod ego *Johannes* filius *Galfridi* de Langele, dedi, concessi, & hac presenti Carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* de *Pineleia*, & monialibus ibidem Deo servientibus *Robertum* filium *Galfridi* de Langele, fratrem meum, & hominem meum, cum homagio

magio & servitio & redditu sex denariorum, quos *Margeria* Comin emit de me, ad lumen beatæ *Mariæ* de *Pineleia*, (&c.) Teste *Symone* de Stoke (&c.)

Ibid. NOtum sit omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis quod ego Willielmus de Curli, dedi concessi & hac præsenti carta mea quietum clamavi, Prioriſſe de Pinneleia & monialibus ibidem Deo servientibus, & hominibus eorum de Langele sectam curiæ meæ de Langeleya villa de Noxton (&c.) Testibus domino Henrico Pippard, Johanne de Curli, Roberto de Vastang (&c.)

STRATFORDENSIS
Prioratus in agro .....

Cart. 14. H. 3. num. 1. per Inſpex. STephanus Rex *Angliæ* epiſcopo *Elien.* juſtic. vicecomitibus, baronibus miniſtris & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe monialibus de Stratford in perpetuam elemoſinam illam donationem quam *Criſtiana* de *Sumeri* & filii ejus fecerunt de terra de *Haſelingefelda*, & quicquid ad illam pertinet. Quare volo (&c.) T. *Willielmo* de *Ipra*, & *Ricardo* de Lucy, & *Rogero* de *Fraxino*. Apud *London*.

Ibid. RIcardus Dei gratia Rex *Angliæ*, dux *Normanniæ* (&c.) Sciatis nos pro amore Dei & pro ſalute noſtra & *A.* reginæ matris noſtræ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Leonardi* de Stratford & monialibus ibidem Deo ſervientibus eccleſiã de *Northim.* quam habent de donatione *Galiena* & filii ejus *Bartholomei* de *Daumartin* ipſius eccleſiæ patroni. Quare volumus (&c.) Hiis teſtibus *H. Dunelm.* epiſcopo, *R. London.* (&c.) Dat apud *Weſtm.* primo anno regni noſtri ix. die Octob. (&c.)

FRESTONENSIS
Prioratus in agro Lincolnienſi, *cella de* Croyland.

Carta *Alani* de Creun de fundatione Prioratus.

Ex Vetuſto exemplari MS. penes *Richard. Townley* de *Noſton Parke* in com. *Lincoln.* armig. NOtum ſit omnibus videntibus & audientibus hæc ſcripta, quod ego Alanus de Creun, & uxor mea Muriel, filiuſque meus Mauricius, pro animabus patrum & matrum noſtrorum, Parentum quoque predeceſſorum noſtrorum, & pro redemptione animarum noſtrarum, conceſſimus, & ſuper altari ſancti Guthlaci, Croiandiæ, donationem in elemoſina de hiis rebus fecimus; Eccleſiam ſcilicet Freſtonie, cum omnibus ſuis decimis, & conſuetudinibus, & terram eccleſiæ, & croftum juxta eccleſiam, & v. toſta in Freſtona, & iiij. bovatas terræ de meo dominio, de quo quintã, cum prato addidimus etiam poſt liberationem Regis Stephani, preſente domino Godfrido abbate, ſolutas, quietas & liberas ab omni ſervicio, geldo, conſuetudine, & ab omni exactione, & paſturam pecoribus ſuis, cum noſtris in omnibus locis. Eccleſiam de Butterwyke, cum omnibus ſuis decimis & conſuetudinibus; eccleſiã verò de Toft, cum omnibus ſuis decimis, et conſuetudinibus, et cum toſto Elaucardi, & cũ duabus bovatis terræ, quietis & liberis, ſicut prediximus conceſſimus, poſt Reinaldum, quocunque modo eam dimiſerit, ſive morte, ſive aliqua occaſione. Eccleſiam verò de Warneburna, cum omnibus ſuis decimis & conſuetudinibus, & cum terris, & boſco ad eccleſiam pertinente. Eccleſiam etiam de Stonesbya, cum terris eidem eccleſiæ pertinentibus, & cum omnibus ſuis decimis & conſuetudinibus. Eccleſiam de Burtona, cum omnibus ſuis decimis, & conſuetudinibus, & cum terris eccleſiæ, ſcilicet, tribus bovatis terræ, cum prato, & unam de noſtro dominio, cum prato & paſturam ſicut prediximus; & in eadem villa totam terram que fuit Adæ clerici noſtri, ſcilicet totam terram Odbe clerici; & totam terram que fuit Hardingi filii Ælmeri, & totam terram que fuit Osberti filii Gippi, & totam terram que fuit Godrici filii Alurune, proſex bovatis terræ, cum croftis & pratis eiſdem terris pertinentibus, & ſervicium & terram Johannis de Abervilla, quam de nobis tenuit in Dembelby, ſcilicet, ſex bovatas terræ. Conceſſimus etiam preterea decimam omnium redditurum denariorum totius terre noſtre, & decimam denariorum de Feria de Botelveſtan. Has omnes eccleſias, cum decimis, & redditibus, & conſuetudinibus eccleſiaſticis, & terris predictis, concedimus eſſe ſubjectas eccleſiæ S. Jacobi Freſtonie, Cellæ S. Guthlaci, libertate qua prenotavimus, jure perpetuo. Horum omnium preſcriptorum donationem in elemoſinam fecimus. Inprimis, pro animabus patris & matris Henrici Regis Angliæ, & pro redemptione anime ſue, & pro vita, & incolumitate heredum ſuorum, Regnique illorum pace et ſtabilitate, cum emendationibus, et incrementis que facimus, Deo annuente, & divina gratia nobis inſpirante. Et quicquid homines mei de feodo meo dederint, vel dabunt in elemoſina conſenſu meo concedimus & confirmamus; Et ſi quiſpiam has oblationes, vel donationes, ſuadente Diabolo, minuere vel deſtruere preſumat, perpetuo anathemate feriatur, niſi digne ſatisfecerit. Hujus rei Teſtes ſunt Robertus abbas Thorneye, (&c.)

Carta Alani de Creon, *de tribus hidis terræ in* Crudeſhale, *cum eccleſia de* Southwarburne.

Ibid. DOmino ſuo et patri *Henrico* Dei gratia *Wyntonienſis* epiſcopo, *Alanus* de Croun, quicquid domino & patri ..... Notum ſit venerabili Primatui veſtro, & omnibus, tam preſentibus quàm futuris, has literas audientibus, quod ego *Alanus* de Croun, conſilio, & conceſſione *Mauricii* filii mei, et *Willielmi* filii *Rogeri*, nepotis mei, conceſſimus et dedimus tres hidas terre in elemoſina, in Crudeſhale, cum eccleſia de Warnburne, et cum una virgata terræ quas

antiquitus dedimus. Ecclesie sancti *Jacobi* Apostoli *Holandie*, et monachis meis ibidem Deo servientibus, dimidiam hidam, scilicet que fuit **Blakemon**, quam *Emma* soror mea habuit, et duas hidas et dimidiam hide propinquiores jacentes, circa hidas *Blakemon*; Excepta terra *Godfridi*, cum hominibus, mansuris et edificiis, sine retenemento alicujus rei, vel consuetudinis, et boscos et pasturas eisdem hidis pertinentibus, solutas, quietas et liberas sicut decet et debet elemosina dari, et constitui, et nominatim pasturam de **Pare appultre** concessimus et dedimus predictis monachis in elemosinam, et harum siquidem donationem rerum, ecclesie, scilicet, *Warneburne*, et virgatæ terre, et trium hidarum terre de *Crudeshala*, et pasturam versus *Habburnam*, confirmavimus per chartam nostram, presentibus viris religiosis, *Edwardo* abbate de *Crolandia*, *Davide* abbate de *Brunna*, &c. et multis aliis tam clericorum quam laicorum : Si quis igitur in diebus nostris, vel post mortem nostram (suadente Diabolo) hanc elemosinam patrimonii nostri impedire, vel minuere, sive destruere voluerit, anathema sit, et cum *Dathan* et *Abiram* sit pars ejus in inferno, nisi resipiscat, et ad dignam satisfactionem veniat. *Amen, Amen, fiat, fiat, fiat.*

Genealogia fundatoris.

Ibid. *Monsieur* Alan *de* **Croune** *le primer fondour de* **Friston**, *et* Muriele *sa femme, des queux vient*

Nota quod claus. 17. *Joh.* membrana 24 Rex reddidit *Petro de Croun* terras quæ fuerunt *Mauritii de Croune* patris sui in *Hamma, Walton & Ewill*, in comitatu *Surriæ*, tenendas de nobis sicut *Mauricius* pater suus de nobis tenuit.

Monsieur Maurice *de* **Croune** *ki espousa une* Clarice, *dez queux vient*,

Monsieur Wythe *de* **Croune**, *ki espousa une* Isabell*e*, *des quex vient*,

Dame Petronil *de* **Croune** *fille et heir a Monsieur* Withe *son pier, qe priſt a baron monsieur* William Longechaumpe. *Le quel monsieur* William *engendra de meisme la* Petronill

Et idem *Henricus* filius & hæres domicæ *Petronillæ de Croun* obiit die Martis proxima post festum Nativitatis beatæ *Mariæ* virginis anno gratiæ MCCLxxiiij. Et legavit corpus suum abbatiæ de *Swineheved*. Et cor suum ecclesiæ de *Burton-Pedwardyn* ad sepeliendum in capella ante altare beatæ *Mariæ* virginis.

Monsieur Henre de Longechaumpe, *et puis la dit* Petronill *priſt autre baron monsieur* Oliver Vaux : *le quel engendra de dit* Petronill John *de* Vaux *a qi il dona le manoir de* **Frecton** *en taile, pur ceo que* Henre *son primer fitz per* William *son primer baron fuiſt heir del emier.*

Et Monsieur Henre *de* Longechampe *ſuſdit priſt a femme* Sibile *la fille mounſieur* Thomas Heringande, *et de lui engendra dame* Alice Longechampe *ſanz autre iſſeu, perount el fuiſt droit heyr a monsieur* Henri *son pier. La quel dame* Alice *priſt a baron monsieur* Roger Pedwardin, *come apiert per la genealogie de lez aunceſtres de* **Pedwardin.**

Quæ quidem *Alicia* de *Longo campo* obiit xv. die mensis Martii anno Domini MCCCxxx. & jacet in boriali parte capellæ beatæ *Mariæ* in ecclesia de *Burton-Pedwardyn*.

Monsieur Roger Pedwardyn *de qi vient Monsieur* Wauter *fitz et heir a Monsieur* Roger *ſuſdit, le quel monsieur* Wauter *espoſa deux femmes.*

Wautier Loyd, anglice, *Thesaurarius*, alias dictus, *Walter Pedwardyn.*

Lune femme Thaugharat *ſoer a* Thelwell : *lautre femme* Maude *la filie monſieur* John Lyngayne. *De quel il engendra*

Monsieur Roger Pedwardin *la ſecunde, qi priſt a femme* Alice *fille a monsieur* Henri Longechampe *de quel il engendra*

Qui quidem *Rogerus* ecclesiam de *Burton-Pedwardyn* cum capella beatæ *Mariæ* integerrimè construxit, excepto *le South-ile* cum capella sancti *Nicholai* episcopi constructa per parochianos ejusdem villæ

Monsieur Roger Pedwardyn *le tierce. Quel priſt a femme* Augnes *filie a monsieur* Philipp Darcy. *De quel il engendra*

Qui quidem *Rogerus* obiit x. die Februarii anno Domini MCCCLxviij. qui perquisivit quandam bullam centum-mem 500. & 10. dies indulgentiæ benefactoribus ecclesiæ & capellæ de *Burton*, ut in dicta bulla conspicientibus plenius apparebit.

(a) Alice *la filie. Et puis* (b) *Monsieur* Wauter Pedwardyn *fitz et heir. Qi priſt a femme* Isabell *filie monſieur* Robert Hilton, *et de lui engendra*

(a) Le quel *Alice* fuit le dit *Wauter* priſt a baron *John de Warbelton.* (b) Qui quidem *Walterus* obiit xi. die Junii anno Domini MCCCCv.

Monsieur Robert Pedwardyn *et* Wauter *ſon frere, et meſme monſieur* Robert *priſt a femme* Elizabeth *filie a monsieur* Edmond Pierpoint, *et de lui engendra*

Qui quidem *Robertus* obiit xxvj. die *Aprilis* an. Dom. MCCCCxxxij an. 10. *H.* 6.

Wauter Pedwardyn *eſquier fitz a* Robert Pedwardyn *chivaler eſpouſat* Katerine *fille a* Johan Ingilby *de* **Kippeley** *pres a* **Knaresburgh** *en le counte* **Deverwyke** *fitz et heir a* Thomas Ingilby *chivaler et juſtice de la leye* Dengleter. *Sur la quele* Katerine Ingilby *levamdit* Wauter *engendrat* Roger, Thomas, Margaret, Katerine, Joane, Anne, *Et lavantdit* Katerine *la mere morust.*

Et apres la mort del dit Katerine *levantdit* Wauter *eſpouſat* Katerine *la fitz de* John Markham *de le counte de* **Notingham**, *juſtice de la ley* Dengleterre. *La quele* Katerine *juſt primerment eſpouſe a* Mathew *de* **Locke** *eſquier, et apres a* John *de* **Flete** *de* **Frampton** *home de la ley* Dengleterre.

Qui quidem *Walterus* obiit xiiij. die Augusti an. Dom. MCCCCxxix.

Et le dit Roger *eſpouſat* Bettrice *la file as dite* Mathew *et* Katerine Markham. *Et* Aliſaundir *fitz as meſmes* Mathew *et* Katerine *eſpouſat* Margarete *la file as avantdits* Wauter *et* Katerine Ingilby.

Prioratus S. DOGMAELIS *in comitatu* Pembrochiæ *cella cœnobii* Tyronensis.

Sancti *Dogmaelis* abbatia ordinis sancti *Martini Turonensis*. Profitentur regulam sancti *Benedicti*. Leland. coll. vol. 1 p. 96

Eludus præcentor ecclesiæ sancti *Davidis* dixit mihi, *Martinum* de *Turribus* primo inter *Normannos Kemesiam* bello acquisivisse & hoc monasterium fundavisse, ac ibidem, in medio chori, sepultum fuisse.

Carta

Carta regis Henrici *primi.*

Cart. 5. E. 3. nu. 80. m. 30. per Inspex.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, ego *Henricus* rex *Anglie*, & dux *Normannie*, pro redemptione animæ meæ & predecessorum meorum, concessi monachis de Tyron, uxore mea *Adelide* etiam concedente, quæcumque *Robertus Martini* filius eisdem monachis, vel dedit, vel daturus est, quieto jure ac perpetuo possidenda, sicut infra in præsenti membrana subscriptum est.

Vide etiam pit. 20. R. 2 part. 3. m. 12. Et par. 19. H. 6. part. 1. m 4 Et Cart. 18 E. 1. n. 3.

Ego *Robertus*, *Martini* filius, de superna cogitans retributione, uxore mea *Mathildi* concedente, vel potius monente, pro sanctæ ecclesiæ exaltatione, in terra mea de *Gualis Tirentensium* monachorum paupertati compatiens, monasterium in honore sanctæ Dei genitricis semper virginis *Mariæ* constituens, nonnullis ibi fratribus religiosè conversantibus, abbatem eis preponi à domino abbate *Willielmo* & omni conventu *Tyronensi* Deo auxiliante tandem multis precibus impetravi, quorum necessitatibus, juxta possibilitatis meæ vires, concurrere cupiens, venerando *Anglorum* rege *Henrico* adhortante, ac pariter & quæ dedi & quæ daturus sum, quieta ac libera jure perpetuo abbati ac ejus monachis eorumque successoribus possidenda concedente: ita ut in eadem abbatia nichil ab aliqua potestate seculari possit contra canonicam auctoritatem institui; scilicet nec ab ipso rege nec ab ejus quolibet principe aut eorum aliquo successore, dedi eis antiquam ecclesiam sancti *Dogmaelis* cum possessione terræ eidem ecclesiæ adjacente, cujus nomen est Landodog in provincia Dames juxta ripam fluminis Thevi. Dedi quoque eis totam terram in confinio ejusdem prædictæ ecclesiæ & loci sitam, quam in dominio meo tunc tenebam, cujus divisiones istæ sunt. Ab amne quodam cui nomen est Bruan qui in partibus illis inter Pemelyn & Cames dividit, sicut descendit in proximum flumen Thevi, & inde sicut idem flumen decurrit in proximum mare. Item quæ ab eodem amne prædicto versus meridiem usque ad terram *Roberti* de Langueterh, & inde secus terram *Rogerii* de Wathone contra occidentem donec perveniatur ad terram *Willielmi* filii *Rogerii*, & inde usque ad divisiones *Hugonis* cognomento *Gualensis*, scilicet usque ad annem qui terram ipsius & Landbloden manerium, quod eorum est, dividit. Omnis autem terra illa quæ infra divisiones istas habetur, tam vacua quam arboribus obsita monachorum est. Dedi quoque eis quendam de militibus meis nomine *Aleni* cum terra sua quæ etiam intra divisiones prædictas continetur, tet & in montanis quorum nomen est Pyeselech, à terra *Huberti* de *Vallibus* usque ad ortum cujusdam rivuli qui dicitur Combkaro, atque inde donec defluat in annem cui nomen est Clevi, & inde contra ejusdem Clevi ortum donec ad modicum rivulum ascendatur qui de cacumine dextri montis descendit, & inde per summitatem ejusdem montis sicut in longum distenditur, donec iterum ad terram *Huberti* de *Vallibus* perveniatur, monasterio jam dicto concessi. Quicumque verò de meis hominibus pro remissione peccatorum suorum de terra sua eidem monasterio dederit, omnino concedo. Dedit denique eisdem monachis mater mea insulam Pyz quæ alio nomine *Caldea* noncupatur, quam à domino meo rege michi datam matri meæ dederam, quod utique libens concedo. Concessi insuper illis ut in propriis nemoribus meis ubicumque porci mei pascerentur, porci eorum pastum haberent, & ligna ad ædificanda ædificia sua inde sibi absque ulla contradictione assumerent quantum vellent. Dedi verò illis & piscariam sancti *Dogmaelis*, & concessi illis ut per totam aquam quamdiu terra eorum protenditur alias piscarias sive molendinum facerent, sive cum sagenis piscarentur, vel quicquid utilitatis fieri potest in aquis vel excogitari sibi facerent si vellent. Dedi quoque illis omnium cervorum sive bischarum qui in venationibus meis caperentur omnia coria, præter illa quæ ad venatores pertinent. Et in *Anglia* dedi eis quoddam manerium nomine Katreu, cum omnibus consuetudinibus suis. Hæc igitur omnia quamvis in diversis temporibus dederim, tamen in ordinatione Abbatis solenniter donatio hæc facta est ea die qua primus ejusdem loci Abbas, *Fulchardus* nomine, à domino *Bernardo Menevensis* ecclesiæ episcopo intronizatus in sede sua est, concedente eodem episcopo quicquid de decimis meis eidem abbati dederam, tam de frugibus, quam de animalibus, sive ovibus, seu pullis equarum, aut vitulis, & quibuscumque pecoribus unde decimatio reddi debeat, de lana, de caseis, ac butiro in *Gualis*.

Hæc ergo data sunt iiij. idus Septembris, præsentibus atque testificantibus eodem episcopo *B.* atque domino abbate *Tyronense W.* necnon & *Ricardo G.* filio, & *Hunfredo Gosmero* filio, & *Stephano* dapifero, *Rich. Alveredo* de *Benevilla*, cæteris subscribentibus in hac carta.

Signum *Henrici* ✠ Regis. Signum *Adelidis* ✠ Reginæ. Signum ✠ *Roberti*. Signum ✠ *Bernardi* episcopi. Signum ✠ *Matill.* Signum ✠ *Ricardi* filii *G.* ✠ *Stephani.* ✠ *Alueredi.* ✠ *Hunfridi.*

WALDENSE *Cœnobium in agro* Essexiensi, *fundat. an Dom.* 1136.

Fundationis historia, fundatoris etiam et benefactorum præcipuorum genealogia, et res gesta.

Ex MS. quodam cartaceo in bibl. *Ashmol.* A. D. 1647. & *X* 29. annotato. fol. 17. a.

GAUFRIDUS de *Mandevilla*, comes *Essexiæ*, primus fundator Abbathiæ de Walden.

Gaufridus de *Mandevilla*, comes *Essexiæ*, filius prædicti *Gaufridi.*

Willielmus de *Mandevilla*, comes *Essexiæ*, frater et hæres prædicti *Gaufridi.* Idem *Willielmus* obiit in *Normannia*, anno Domini MClxxxj. et ex desponsata sibi uxore nullum post se reliquit hæredem.

Beatrix de *Mandevilla*, domina de May, soror *Galfridi* primi, fundatoris, & amita *Willielmi*

mi prædicti, totam de jure sibi vendicavit hæreditatem, de qua duo nobiles filii procedebant, videlicet, *Willielmus* de Say, filius suus primogenitus, & *Gaufridus* frater ejus; qui *Willielmus* primogenitus filiam suam nomine *Beatricem* genuit, cuidam domino *Galfrido* filio *Petri* desponsatam. Obeunte *Willielmo* prædicto filio suo primogenito, domina *Beatrix*, mater sua jam decrepita & plena dierum, filium suum *Gaufridum* de Say juniorem, virum magnum & militarem, vice sua transmisit ad Regem, qui suffultus consilio matris suæ ac aliorum magnorum virorum, apud Regem scriptis autenticis Regio sigillo signatis Baroniam comitis *Willielmi* avunculi sui, mediante septem millium marcarum conventione fixis terminis domino Regi solvendarum sub rata etiam magnorum virorum fidejussione, gratiosè obtinuit.

Galfrido filio *Petri*, cum suis, illam Baroniam ad filiam *Willielmi* de Say, fratris primogeniti uxorem suam de jure pertinere debere asserente, sed apud Regem nichil obtinuit, *Galfridus* de Say, sicut antedictum est, totam illam Baroniam quæ fuerat comitis *Willielmi* adeptus, et non solutis pecuniis terminis fixis, à fidejussoribus solutio exigitur, coguntur uti solvant. At ille non multùm sapiens Baroniam illam in manus jam episcopi *Elienſis* tenendam contradidit, donec illam denariorum massam ex eadem fixis terminis dinumeratam regio thesauro intulisset, sicque solutione peracta, denuo eam sibi liberè possidendam reconsignaret.

Videns autem *Gaufridus* filius *Petri*, cujus superiùs mentionem fecimus, vir ille nummosus & locuples valde, quod factum fuerat, statim episcopum illum Regis justiciarium precio maximo cum prece data, convenit, Baroniam illam quam vice uxoris suæ hereditario jure sibi vendicabat, interpellando expostulavit; pecuniam insuper ab eodem *Galfrido* fixa pactione nominatim regi in brevi conferendam repromisit. Ille verò rege annuente ad hoc authoritatemque præbente, in plenariam totius Baroniæ seisinam illum admisit, pecuniam repromissam exegit, quam in brevi integram plenariamque Regiis thesauris inferendam ab eo recepit, sic admissus sicque in illa baronia scriptis regiis confirmatus.

Fuerunt enim prædicto domino *Galfrido* filio *Petri*, duo filii & una filia inter ipsum & *Beatricem* filiam *Willielmi* de Say, filii *Beatricis* de *Mandevilla* sororis domini *Galfridi* primi fundatoris procreati, videlicet, *Galfridus* filius suus primogenitus, ut antea patet, *Willielmus* cognomine *Mandevilla*, filius suus junior, et *Matildis*, *Humfrido* de Bohun, comiti *Herefordiæ* maritata.

Obeuntibus prædicto domino *Galfrido* filio *Petri* & *Galfrido* filio primogenito suo, *Willielmus* de *Mandevilla* filius suus junior tota gaudebat hæreditate. *Matildi* dominæ predictæ per predictum dominum *Humfredum* de *Bohun* filium domini *Henrici* de *Bohun*, comitis *Herefordiæ* tres nati sunt filii nobiles, & una filia, scilicet, *Matildis* filia sua, *Humfredus* filius suus primogenitus, *Henricus* & *Radulfus* fratres ejus.

Humfridus primogenitus erat comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, & Constabularius *Angliæ*. Et concordia facta fuerat inter ipsum & Abbatem de Walden, anno regni regis *Henrici* filii regis *Johannis* xlvij.

Obiit iste *Humfridus* de Bohun, anno domini MCCxcviij. cujus corpus apud Walden jacet humatum; cui *Humfridus* de Bohun, filius suus, successit in hæreditatem, *Elizabetha* illustris Regis *Angliæ Edwardi*, filii Regis *Henrici*, filiæ in matrimonio copulatus; de quorum sobole isti processerunt *Margareta* promogenita sua apud Tunebruge sibi fuit nata; apud Bnaresburgh, *Humfridus* filius suus primogenitus; apud Pleshet *Johannes*; apud Longmaban, in *Scotia Humfridus*; apud Caldecot duo gemelli nobiles *Edwardus* & *Willielmus*; apud ..... *Eneas* & apud Quenden, quædam filia de qua prædicta nobilis domina *Elizabetha* Comitilla in puerperio mortua apud Walden sepulta est.

Mortuo verò *Humfrido* filio primogenito & patre suo domino *Humfrido*, comite *Herefordiæ* & *Essexiæ*, ad pontem de Burrowbrigge, crudelissimè interfecto, *Eboraci* tumulato, *Johannes* de Bohun, eidem in hæreditate successit, & erat comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, & constabularius *Angliæ*. Iste *Johannes* defunctus sine hærede, apud abbatiam de Stratford humatus est. Et *Humfredus* de Bohun frater ejus in hæreditatem successit, & iste fuit nobilis armiger, & fuit comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, & seigneur de Brekennock. Mortuus iste *Humfridus Londini* in ecclesia fratrum sancti *Augustini* humatus est.

Humfredus filius domini *Willielmi* de Bohun, comitis Northampton, & fratris *Humfridi* de Bohun, armigeri supradicti, in hæreditatem de jure successit, & erat comes *Herefordiæ* & *Essexiæ* & *Northampioniæ*, & Constabularius *Angliæ*, & vixit anno *Edwardi* tertii xxxviij. Iste *Humfridus* nobilem dominam *Johannam* filiam comitis *Arundellæ* desponsavit, de qua duas filias procreavit, scilicet, *Alianoram* nobili viro domino *Thomæ* de Woodstock, illustris regis *Angliæ Edwardi* tercii filio, duci *Glocestriæ*, & comiti *Buckinghamiæ* maritatam, & *Mariam Henrico* comiti de Derbi, domini *Johannis* de Gant, ducis *Lancastriæ* filio, copulatam. Obiit autem iste *Humfredus* de Bohun, anno domini MCCClxxij. vij. die Januarii: Et sic divisio hæreditatis taliter fuit ordinata, videlicet prædicto domino *Thomæ* duci *Glocestriæ*, de jure consortis suæ, filiæ senioris, comitatus Essex & constabularia *Angliæ*, & *Henrico* comiti de Derebi, comitatus *Herefordiæ*, de jure uxoris suæ filiæ junioris.

Vide etiam chron. de *Walden* in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Titi* D. 20 fol. 71 a.

Grandevus & dierum antiquorum Conquestor nobilis dux *Normannorum Willielmus*, cum militibus electis insulam appetiit *Anglicanam*, inter quos præ ceteris emicuit miles quidam *Galfridus* qui de villa magna jure hæreditario sibi obtingente nomen sibi sumpsit. Erat enim in bello contra *Haraldum*, qui ut gigas ferocissime laminas duas scindebat in partes, dextra levaque prosternens rebelles, unde sibi nomen insignius non inmerito ampliavit. Post cujus mortem reliquit filium suum hæredem, cui firmitas Turris *Londoniarum* custodienda committitur. Nobilis iste cum Rege magnificè plura gessit, patri non inmerito in rebus agendis coæqualis. Cui successit miles mag-

Walden cœnobium.

magnificus *Galfridus* de **Mandevill**, filius ejus, cujus bonitate & industria, monasterium de **Walden** favente altissimo fundatum stetit. Erat enim vir militaris, ac Deo devotus, cujus cordis area virtutibus nunquam erat vacua, sed omni tempore repleta. Postquam gladio comitis accinctus erat, arma progenitorum cum carbunculo nobilitavit, qui duxit in uxorem *Rosam* sororem *Albredi* de **Orenford**, de qua reliquit filium *Galfridum* hæredem futurum. Obiit nobilis iste fundator noster xvj. kal. Octobris anno Domini MCxliiij. cujus animæ propitietur Deus. *Amen.*

Galfridus de **Mandevill**, comes *Essexiæ*, & filius primogenitus fundatoris nostri, confirmavit & ratificavit monasterium sancti *Jacobi* de **Walden**, ubi elegit sibi sepulturam in presbyterio nostro, qui obiit anno Domini MClxv. xij. kal. Novembris.

Willielmus de **Mandevill**, comes *Essexiæ*, & filius secundus nostri fundatoris confirmavit omnia nobis à progenitoribus collata, qui in morte plura nobis donavit & assignavit. Qui in signum mutuæ dilectionis cor suum de partibus transmarinis ad nos transmisit, quod jacet in capitulo nostro humatum, qui obiit anno Domini MClxxxix. xviij. kal. Decembris, cujus animæ propitietur Deus. *Amen.*

Beatrix de **Say**, soror fundatoris nostri, & uxor *Willielmi* de **Say**, sepulta est in capitulo nostro de **Walden**, quæ obiit anno Domini MCC. Hæc enim nobilis matrona lege conjugali *Willielmo Say* erat copulata, de quo duos suscepit filios, *Willielmum* & *Galfridum*. Horum primogenitus *Willielmus* de uxore sibi disponsata duas reliquerat filias, primogenitam nomine *Beatricem*, *Galfridus* filius *Petri* duxit in uxorem, alteram nomine *Matildam*, *Willielmus* de **Bokeland** suscepit in uxorem, bona paterna inter se partientes.

Galfridus de **Say**, secundus filius *Beatricis* sororis nostri fundatoris, vir erat in armis strenuus, sed in mundanis rebus minùs sapiens & incircumspectus. Baroniam *Essexiæ*, mediante septem millium marcarum conventione à Rege hæreditariè suscepit tenendam. Terminis solutionis advenientibus pecuniarum summa à fidejussoribus erat exacta sed minimè persoluta. Videns enim vir nummosus *Galfridus* filius *Petri* qui jacet apud **Soldham**, baroniam illam vice uxoris suæ filiæ videlicet *Willielmi* de **Say** sibi jure hæreditario devolvendam, vendicabat, & instabat oportunè & importunè penes regem & ejus ministros. Qui admissus erat, & pecuniam postulatam pro jam dicto *Galfrido Say* in brevi persolvebat.

Galfridus filius *Petri*, comes *Essexiæ*, plura nobis abstulit, & suis tradidit tenenda, & ideo nihil novimus alicujus boni operis sibi ascribendi, qui obiit anno Domini MCCxiiij. qui jacet apud **Soldham**.

Willielmus Mandevill, comes **Eſſex** ex parte matris, & filius *Galfridi Petri* jacet apud **Soldham** juxta patrem suum cum *Crisiana* uxore sua comitissa *Essexiæ*, qui omnia & singula à patre suo injustè ablata restituit, & à suis prædecessoribus nobis collata ratificavit & confirmavit, & in signum intimæ dilectionis cor suum nobis transmisit & delegavit in capitulo nostro humandum, qui obiit anno Domini MCCxxviij.

Humfridus primus de **Bohun**, filius *Henrici* de **Bohun**, comes *Herefordiæ*, primus comes *Essexiæ* & *Herefordiæ* desponsavit *Matildem* filiam *Galfridi Petri*, & sororem *Willielmi Mandevill* comitis *Essexiæ*, cujus cor jacet apud *Lundonias*. Obiit anno Domini MCCxxxiiij.

Humfridus de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, ac constabularius *Angliæ*, & dominus *Breconiæ*, obiit anno Domini MCClxxv.

Humfridus de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, & constabularius *Angliæ* jacet in capella beatæ *Mariæ* de **Walden**, cum serenissima uxore sua, *Matilda* de *Fenis*, qui obiit anno Domini MCCxcviij. secundo kal. Januarii.

Humfredus de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, & constabularius *Angliæ* apud **Burrows brigge** interfectus est, eodem anno quo *Thomas Lancastriæ* martyrizatus est.

Iste *Humfridus* duxit in matrimonium *Elizabetham* filiam primi *Edwardi* Regis *Angliæ*, & comitissam *Hollandiæ*, cui in junctura Baronia *Essexiæ* concessa est, de qua nobilissima domina suscepit v. filios, qui in eorum temporibus in militia favente fortuna fœliciter floruerunt. Quæ comitissa apud **Quenden** peperit filiam, de qua mors amara matrem cum filia ad finem duxit naturæ. Quorum filiorum nomina propter eorum nobilitatem duximus annotanda. Primus *Johannes* de **Bohun**, secundus *Humfredus* de **Bohun**, tertius *Edwardus* de **Bohun**, quartus *Willielmus* de **Bohun**, qui auctoritate regia comes *Northamptoniæ* est effectus. Quintus *Æneas* uterinus & gemellus ejusdem. Horum filiorum tres cum matre in monasterio de **Walden** simul cum filia de qua mortem suscepit, sepulturam elegerunt. Obiit iste *Humfredus* anno Domini MCCCxxj. *Johannes* de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Essexiæ* ac constabularius *Angliæ* quievit apud **Stratford at Bowe** anno Domini MCCCxxxv.

Humfredus de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Essexiæ* & constabularius *Angliæ Londoniæ* quievit in ecclesia fratrum *Augustinensium*, qui claustrum nostrum & illorum ibidem honorificè construxit æterna gaudia reddat ei altissimus qui singulis secundùm vitæ meritum confert diversa stipendia meritorum. Obiit autem anno Domini MCCCxj. xviij. kal. Novembris.

Humfredus de **Bohun**, filius *Willielmi* de **Bohun**, comitis *Northamptoniæ*, comes *Herefordiæ*, *Essexiæ*, *Northamptoniæ*, & constabularius *Angliæ* quievit à labore in monasterio suo de **Walden** cum nobilissima conjuge sua *Johanna*, qui *Humfredus*, obiit anno Domini MCCCxxij. xvj. kal. Februarii.

Ad mentis memoriam fidelibus in scriptis relinquere volumus quanta bona ista nobilissima *Johanna* filia comitis **Arundell**, post mortem viri fecerit, & quot monasteria Prioratus & loca sacra relevaverit diruta & fere annihilata reparaverit. Ipsa enim pietatis opera testimonium perhibent, & loca ipsa sic misericorditer visitata. Nimio enim affectu monasterium sancti *Jacobi* de **Walden** præ omnibus tenerrimè diligebat, & sæpe manu larga & charitatis ministerio muneribus honorabat; navem enim ecclesiæ ibidem opere cementario cum celaturis variis in esse produxit, & tectum cum plumbo empto decenter cooperuit.

operuit. Campanile de novo erexit, ac vestimentis preciosis locum sacrum, cum ornamentis variis altaria decenter perornavit, crucem etiam auream cum magna parte ligni dominici signatam monasterio contulit, & in singulis operibus promovendis semper nobis manus porrexit adjutrices, frequens in festivitatibus sanctorum confratres reficiebat pane corporeo, & vino sæpe corda eorum lætificans. Insuper compassivis oculis monasterii pependit penuriam, in ejus relevamen à Rege *Henrico* quarto, duo dolia vini impetravit prece benigna. Erat enim forma mulierum Deo devotarum, decus matronarum, meditans ac vigilans in templo Dei, vivens castè cum *Anna* vidua, à morte viri omnibus diebus vitæ suæ. Sibi semper olivæ more retinens radicis amaritudinem, ac aliis infundens odoris suavitatem, mente enim sana prævenit faciem Dei in confessione, atque per satisfactionem condignam, cum virginibus aptavit lampadem suam, & veniente Domino introivit cum eo ad nuptias, vij. idus Aprilis, anno Domini MCCCCxix. exspectans resurrectionis diem cum viro suo in monasterio de **Walden**. Et reliquit post se duas filias, *Elianoram* & *Mariam*, quæ *Elianora* nupta fuit *Thomæ Woodstokeis*, duci *Gloucestriæ*, & comiti de **Buckingham**. *Maria* verò soror ejus nupta fuit domino *Henrico* comiti de **Derby**, filio ducis *Lancastriæ*, postea regis *Angliæ*, nomine *Henrici* quarti.

Anno Domini MCxxxvj. *Galfridus* de **Mandevill**, comes *Essexiæ* fundavit hoc monasterium de **Walden** in honorem beatæ *Mariæ* & beati *Jacobi* apostoli in præsentia *Rosæ* consortis suæ, filiæ *Alberici* de **Ver**, comitis *Oxoniæ*, ac in præsentia *Roberti*, *Londonensis*, *Nigelli*, *Eliensis*, *Willielmi*, *Norwicensis* episcoporum, & totius sui honoris majorum.

Anno Domini MCxliiij. sexto kal. Octobris obiit *Galfridus* de **Mandevill**, comes *Essexiæ*, fundator primus hujus monasterii de **Walden**, cujus corpus jacet *Londoniis* humatum apud **Temple-bar** in porticu ante ostium ecclesiæ occidentale.

Anno Domini MClxij. xij. kal. Novembris obiit *Galfridus* de **Mandevill**, comes *Essexiæ*, primogenitus *Galfridi* nostri fundatoris, cujus corpus jacet humatum in presbyterio nostro. Eodem anno terræ motus factus est (*&c.*)

Anno Domini MClxxxix. xviij. kal. Decembris obiit *Willielmus Mandevill*, comes *Essexiæ*, secundus filius *Galfridi* nostri fundatoris, cujus corpus in monasterio de *Mortue-mari* in *Normannia* sepelitur, & cor ejus in capitulo monasterii de **Walden** jacet humatum.

Anno Domini MCCvij. xiij. kal. Maii obiit *Beatrix* de **Say**, soror *Galfridi* fundatoris nostri uxor *Willielmi* de **Say**, cujus corpus in capitulo nostro sepelitur.

Anno Domini MCCxxvij. sexto idus Jan. obiit *Willielmus* de **Mandevill** secundus comes *Essexiæ*.

Anno Domini MCClxxv. octavo kal. Octobris obiit *Humfredus* de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, qui despontavit *Matildem Mandevill*, sororem *Willielmi Mandevill* primi, quæ obiit anno Domini MCCxxxvj. sexto kal. Septembris.

Anno Domini MCCxcviij. pridie kal. Januarii obiit *Humfredus* de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, cujus corpus sepelitur in boreali parte capellæ beatæ *Mariæ* ad gradus altaris ejusdem cum uxore sua *Matilde* de *Fenis*. Iste *Humfredus* fecit multa bona nostro monasterio.

Anno Domini MCCCxiij. x. kal. Martii obiit *Elianora* comitissa **Derbi**, cujus corpus juxta magnum altare in parte boreali jacet humatum.

Anno Domini MCCCxvj. tercio nonas Maii *Elizabetha* comitissa *Herefordiæ* peperit filium apud **Queneden**, & eodem tempore obiit puerperio. Cujus corpus jacet in capella beatæ *Mariæ* ad gradus altaris, & corpus pueri jacet in pariete in parte australi.

Anno Domini MCCCxxj. xvij. kal. Aprilis *Humfredus* de **Bohun**, comes *Herefordiæ*, & *Essexiæ*, apud **Burbrigge**, crudeliter interfectus est, cujus corpus *Eboraci* in conventu fratrum prædicatorum jacet humatum. Eodem anno *Thomas* comes *Lancastriæ* xi. kal. Aprilis, apud *Pomfret* capitalem sententiam accepit.

Anno Domini MCCCxxiij. x. kal. Julii obiit *Eymerus* de **Valence**, comes de **Penbroke**, in partibus transmarinis & sepultus est *Londoniæ* in ecclesia sancti *Pauli*. Et anno Domini MCCCxxiiij. xvij. kal Aprilis obiit *Maria* Comitissa *Pembrochiæ*, cujus corpus apud **Denny** jacet humatum.

Anno Domini MCCCxxxj. circa festum sancti *Michaelis* obiit *Æneas* de **Bohun** apud **Lymbolton**, & sepultus est apud **Walden**, in capella beatæ *Mariæ* ad caput *Elizabethæ* matris suæ, à Domino *Stephano* de **Gabelend**, *Londinensi* episcopo.

Anno Domini MCCCxxxiij. *Edwardus* de **Bohun** miles, ad castrum de **Low-Walden**, in transitu cujusdam aquæ inopinatè submersus interiit, cujus corpus in capella beatæ *Mariæ* apud **Walden**, in parte australi cum uxore sua *Margareta* le **Roos**, sepelitur.

Anno Domini MCCCxxxv. xiij. kal. Februarii, obiit *Johannes* de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, cujus corpus sepelitur apud **Stratford at Bowe**. Et *Alicia Arundell* uxor ejus sepelitur apud **Walden**, in medio capellæ beatæ *Mariæ*.

Anno Domini MCCClxj. xvij. kal. Novembris, obiit *Humfridus* de **Bohun**, comes *Herefordiæ* & *Essexiæ*, cujus corpus sepelitur *Londoniæ* in ecclesia fratrum sancti *Augustini*. Iste *Humfridus* claustrum nostrum fecit.

Anno Domini MCCClxix. vij. kal. Octobris, obiit *Elizabetha* filia *Humfredi* de **Bohun**, comitis *Herefordiæ*, *Essexiæ* & *Northamptoniæ*, cujus corpus in presbyterio nostro ad gradus altaris in parte australi jacet humatum.

Anno Domini MCCClxx. obiit *Willielmus* de **Bohun**, comes *Northamptoniæ*, cujus corpus sepelitur in parte boreali presbyterii nostri. Et *Elizabetha* uxor ejus sepelitur *Londoniæ* in ecclesia fratrum predicatorum ante majus altare.

Anno Domini MCCClxxij. iij. idus Januarii, obiit *Elianora Lancastriæ*, Comitissa *Arundeliæ*.

Anno Domini MCCClxxii. xvj. kal. Februarii, obiit *Humfredus* de **Bohun**, comes *Herefordiæ*, *Essexiæ* & *Northamptoniæ*, cujus corpus in boreali parte

li parte presbyterii nostri, ad pedes patris sui jacet humatum.

Anno Domini MCCClxxv. ix.kal. Febr. obiit *Ricardus* comes *Arundell.*

Anno Domini MCCCCvij. v. nonas Octobris, *Thomas* Wodestoke, dux *Glouceſtriæ*, apud Calis crudeliter interfectus est, cujus corpus sepelitur apud *Weſtmonaſterium.*

Anno Domini MCCCCix. quarto nonas Septembris, obiit *Humfridus* de Bown, filius *Thomæ Wodeſtoke*, ducis *Glouceſtriæ*, cujus corpus sepelitur in presbyterio nostro in parte australi. Eodem verò anno v. nonas Octobris obiit domina *Elianora* ducissa *Glouceſtriæ*, cujus corpus sepelitur apud *Weſtmonaſterium.*

Anno MCCC. obiit domina *Johanna* filia *Thomæ Woodſtoke*, ducis *Glouceſtriæ*, cujus corpus sepelitur in capella beatæ *Mariæ*.

[*Capitula quinque istius libri priora & pars sexti penitus desunt; sextum capitulum de fundatione cœnobii sancti* Jacobi *apostoli de* Waldena *tractans, sic incipit.*]

Ex altero MS. cartaceo in bibl. *Arundeliana* anno Domini 1647. n. 43. anno tato. fol. 43. a.

—PRovisione contempta, voluntate usus est propria. Quomodo igitur apud regem *Stephanum*, ac totius regni majores tanti erat, ut nomine comitis (scilicet *Galfridus* de *Mandevilla*) & re jam pridem dignus haberetur, Apud *Waldenam*, quam insignire monasterio cupiebat, & jam castello nobilitaverat, magis quam alibi cordis sui propositum adimplere disponebat; ita siquidem ut totius honoris sui & comitatus quem post antecessores suos primus meruerat, caput, & sedem sibi suisque ibidem constitueret, crebrius solito suos convocando, festivitates celebrando adveniret, negotia multoties emergentia promovendo tractaret. Hoc itaque in loco, convocatis tribus episcopis, *Roberto* scilicet, *Londinensi*, *Nigello*, *Elyensi*, *Willielmo*, *Norwicensi*, cemiterium benedici fecit anno verbi incarnati MCxxxvj. Erat autem cum episcopis comes ipse præsens cum uxore sua *Rohesia*, & totius honoris sui majoribus, cum multitudine copiosa diversi generis hominum, ad consecrandum in parte villæ occidentali locum in quadrivio magnarum viarum in angulo duarum aquarum, aquæ scilicet de Neupot decurrentis, & aquæ à parte castelli descendentis. Hunc ideo maxime locum elegisse refertur, ut monachis ibidem perpetuo cum prelatis consistentes, quasi necessitate quadam constringeret ad misericordiam transeuntibus impendendam & gratiam hospitalitatis necessario sectandam. Erat igitur locus jam benedictione sacratus, in superficie angustus & brevis, planus necnon & quadratus, mundus satis à sordibus, inhabitantibus aere salubris, aquis irriguus, quæ inibi jugiter manantes oriuntur, nullo tempore deficientes. Solis orientis radios tardiùs recipit, occidentis verò citiùs amittit, montibus ex utraque parte objectis. Fuit autem locus idem ad tanti propositi opus peragendum brevis & angustus, viis & semitis ac possessionibus alienis undique coarctatus, gleba admodum sterilis, & pratis, pascuis, nemoribus, civitatibus insuper vel emporiis mercimonia habentibus valde remotus, unde liquido omnibus dabatur intelligi, quod solius castelli gratiâ domus religionis, licèt incompetenter, à fundatore ibidem extiterat locata.

De redditibus eidem loco assignatis. Cap. 7.

COnsecrato, ut jam dictum est, cimiterio, in audientia quidem & assensu episcoporum, uxoris etiam suæ *Rohesiæ* & omnium honoris sui capitaneorum, nominavit fundator quæ conferre disponebat monasterio & conventui monachorum, instituendo omnes scilicet ecclesias tam de dominio suo quam de emptis & purchasiis suis inferius nominatas. Inprimis autem, ut ordo poscebat, ecclesiam beatæ *Mariæ* de *Waldena* parochialem assignavit, deinde reliquas, videlicet de Walthām, de *Eſtra*, de *Sabrichesworda*, de *Thorleia*, de *Gedeleſtuna*, de *Eneſelda*, de *Edelmeſtuna*, de Ptumes, de *Senleia*, de *Northala*, de *Chisbella*, de Chippeham, de *Digeneſwella*, de Almodesham, de *Stratleia*, de Bangeham, de Ainho, de *Cumtuna*. His itaque ecclesias assignavit comes *Galfridus* domui suæ, cum omnibus ad eas pertinentibus & liberis earum consuetudinibus, sicut ullus eas meliùs unquam habuit vel liberiùs tenuit, (*&c.*)

De Rege Stephano *& comite* Galfrido. Cap. 9.

REgnante igitur piæ recordationis rege *Stephano*, *Henricus* dux *Normanie* & comes *Andegavie* à rege *Scotorum*, *David nomine*, Regis dignè jam miles factus supervenit (&c.) multis ex *Anglia* potentioribus circumfultus auxiliis, unde grandis altercatio favore partium & motus intollerabilis in regno *Anglie* tunc temporis ortus est (*&c.*) His itaque sic se malè habentibus, *Galfridus Eſſexie* comes, miles in armis probatus partes Regis contra æmulum suum fideli satis obsequio aliquandiu fuit. Tandem verò à quibusdam regni majoribus stimulante invidia iniqua loquentibus, quasi Regis proditor ac patriæ dilator erga Regem mendaciter clanculo accusatus est. Post modicum verò temporis coadunato apud sanctum *Albanum* consilio, vir iste nobilis, ceteris in pace recedentibus, solus, Rege jubente, fraudulenter comprehensus, & ne abiret custodibus designatis detentus est. Et licet multi amicorum suorum, talia ei injustè illata egrè ferentium, pro eo Regem interpellarent, nequaquam tamen evadere poterat, suas licèt invitus redderet munitiones. Turrim *London. Waldenam* & *Plaſſetum*, cum immenso animi rancore reddidit, & sic omnino castellis carens continuo exivit. Vir autem iste magnanimus subdola malignantium fraude, ut jam dictum est, delusus, statim milites numero pares in armis potentes donis ac promissis sibi illiciens, associavit, sagittarios insuper ac ceteros hujusmodi servientes in malefactis famosos undecumque collectos aggregare maturavit. Quo facto, velut equus validus & infrænis, morsibus, calcibus quo libet obvios dilaniare non cessavit, maneria, villas, ceteraque proprietatem regiam contingentia primitus invalit, igni combussit, prædasque cum rapinis non minimas inde sublatas commilitonibus suis larga manu distribuit.

In illis itaque diebus ſororem ſuam nomine *Beatricem Normannia Hugoni Talebot* matrimonialiter nuptam, divortio prius facto, in *Angliam* tranſtulit, eamque *Willielmo* de *Saye*, ferocis animi viro & bellicoſo, nuptiali fœdere conjunxit; cujus deinceps auxilio fretus, ac militum ſuorum numeroſitate inmanior factus, per totam circumcirca diſcurrendo provinciam nulli cuicunque pecuniam poſſidenti parcere vovit, locis ſacris vel ipſis de eccleſiis nullam deferendo exhibuit reverentiam. Exploratores verò illius, habitu mutato, more egenorum oſtiatim oberrantes, villanis & ceteris hujuſmodi hominibus pecunia à Deo data abundantibus inſidiabantur, quibus taliter compertis intempeſtæ noctis ſilentio, tempore tamen primitus conſiderato, Sathanæ ſatellites à comite tranſmittebantur, qui viros innocuos alto ſopore quandoque detentos raperent raptos verò quaſi pro magno munere ei preſentarent. Qui mox inmani ſupplicio, per intervalla tamen, vexabantur, & tamdiu per tormenta varia viciſſim ſibi ſuccedentia torquebantur, donec pecuniæ eis impoſitæ ultimum ſolverent quadrantem.

Inter hæc autem, ira humanum excedente modum, ita efferatus eſt, ut procurantibus *Willielmo* de Saye & *Daniele* quodam falſi nominis ac tonſuræ monacho, navigio cum ſuis ſubvectus *Rameſiam* peteret, eccleſiam Deo ac beato patri *Benedicto* dicatam, ſummo mane auſu temerario primitus invadendo ſubintraret, monachoſque omnes poſt divinum nocturnale officium ſopori deditos comprehenderet, & vix habitu ſimplici indutos expellendo ſtatim perturbaret, nullaque interveniente mora, eccleſiam illam ſatis pulcherrimam, non ut Dei caſtrum ſed ſicut caſtellum ſuperiùs ac inferiùs, intus & extra fortiter munivit, vaſa autem altaris aurea & argentea Deo ſacrata, capas etiam cantorum lapidibus precioſis ac opere mirifico contextas, caſulas cum albis, & cæteris eccleſiaſtici decoris ornamentis rapuit, & quibuſlibet emere volentibus vili ſatis precio diſtraxit, unde militibus & ſatellitibus ſuis debita largitus eſt ſtipendia. Poſt, hujuſmodi tandem exceſſibus aliiſque multis his ſimilibus publicam anathematis non inmerito incurrit ſententiam, In qua apud quoddam oppidulum in *Burwella* lethaliter in capite vulneratus eſt. Pœnitens itaque valde & Deo cum magna cordis contritione pro peccatis ſuis ſupplicans, quantum taliter moriens poterat, Deo & hominibus ſatisfecit, licet à preſentibus abſolvi non potuiſſet. Illo autem in diſcrimine mortis ultimum trahente ſpiritum, quidam ſupervenere Templarii qui religionis ſuæ habitum cruce rubea ſignatum ei impoſuerunt, ac deinde jam mortuum ſecum tollentes & in pomerio ſuo veteris ſcilicet templi apud *London*. canali incluſum plumbeo in arbore torva ſuſpenderant. Poſt aliquod verò tempus, induſtria & expenſis *Willielmi*, quem jam pridem in *Waldena* conſtituerat Priorem, à Papa *Alexandro*, more taliter decedentium meruit abſolvi, inter Chriſtianos recipi, & pro eo divina celebrari. Cumque Prior ille corpus defunctum deponere & ſecum *Waldenam* transferre ſatageret, Templarii illi cantè præmeditati, ſtatim illud tollentes, & in cimiterio novi templi ignobili ſatis tradiderunt ſepulturæ (*&c.*) tranſiit autem comes iſte *Galfridus* cœnobii ſancti *Jacobi* de *Waledena* fundator de hoc ſeculo anno verbi incarnati MCxlviij. (*&c.*)

De Rege Henrico *& Comite* Galfrido *juniore*. Cap. 12.

REgno igitur majeſtate propria orbato, dux *Normannorum Henricus* invitatur ut veniat, venit pace omnium in Regem unctus (*&c.*) plures extollendo erexit, plures verò opprimendo dejecit. Caſtella etiam plurima ſeditionis tempore per patriam conſtructa ſolo tenus confregit, confracta verò in nihilum redegit.

Rex itaque *Galfridi* fundatoris noſtri primogenito familiaritatis prærogativa ei ſatis noto paternum cum comitatu reddidit honorem. Dedit etiam ſummæ ingenuitatis uxorem generis nobilitate ſibi conſanguineam. Cum autem aliquamdiu non tam naturali ut decebat carnis conjunctione commaneret, conqueſta eſt mulier quod debitum à viro nequaquam ei ſolveretur, unde Rex plurimùm indignatus, facto divortio, ablatiſque ei duobus maneriis, *Waldena* videlicet, & Waletham, feminam dedit viro *Anſelmo* de Campdanene, cum duobus maneriis illis. Monaſterium tamen ſancti *Jacobi* nequaquam illi contulit, ſed cum omnibus ad illud pertinentibus in manu propria retinuit.

De bona opinione monaſterii. Cap. 17.

FAma itaque longè lateque perſtrepente, ſcilicet *Reginaldi* Prioris, & in auribus multorum reboante, vicini pariter cum remotis admirati ſunt, & venerunt ut diem in qua facies loci hujus majori cœpit gloria veſtiri videant. Venerunt, in quam, ſolito frequentiùs, veſcendi aut habitandi gratiâ multi, qui pleniore extunc beneficio ſunt ſuſcepti, plures pluribus ex cauſis, quas dinumerare præſenti nil confert operi.

Primogenitus etiam fundatoris noſtri comes ſcilicet *Galfridus* multotiens venit, & ut eccleſia parva & officinis minimis contenta foret Priori conſilium dedit. Credidit ille male conſulenti, & ſecundum hoc aliquandiu ſtuduit operari. Intentio autem illius, de radice ſubdola procedebat, unde conſilium tam inæquum nobis etiam tam inutile ignorante Priore formabatur, radix enim mala veteri mulieris veneno toxicata fuit. Illa *Rohesia* quondam uxor fundatoris noſtri, ſoror videlicet comitis *Alberici*, quæ toto quo poterat conamine filiorum ac familiarium ſuorum animos à nobis ac domo noſtra alienavit, ut eos ad amorem domus ſuæ de Chiksand, quam jam fundaverat, liberiùs inclinaret, & illos coadjutores haberet. Prior autem licet hoc tardius animadverteret, omnia tamen ædificia inferiùs prope ſtagnum conſtructa, excepto molendino & piſtrino, longè ſuperius in partem ſcilicet eccleſiæ auſtralem tranſtulit, ibique clauſtrum novum & capitulum magis apte fecit, cum officinis cæteris ſibi & nobis pro tempore ſufficientibus. Ad inordinatam verò Prioris & monachorum inſtantiam, comes ille omnia eccleſiæ noſtræ à fundatore noſtro patre ſcilicet ſuo aſſignata liberè conceſſit, & ſcripto autentico ſigilli ſui appoſitione roborato confirmavit.

confirmavit. Et quamvis hoc solum bonum non precio sed sola prece fecerit, tamen apud *Edelmetunam* campum unum magnum atque peroptimum ecclesiæ parochiali eatenus adjacentem, authoritate usus propria, violenter abstulit, unde dominium suum illicitè augmentavit.

De obitu comitis Galfridi *junioris.* Cap. 18.

IN illo tempore comes *Galfridus*, lingua satis facundus, & in negotiis secularibus consilio pollens, cum Regis justiciario *Ricardo* de Lucy vocitato, excercitum coadunaverat grandem contra *Wallenses* apud *Cestriam*. Qui cum paulo ante infirmitate corporis tactus aliquantulum molestaretur, contigit, ut ibidem moram faciens, de die in diem magis augmentaretur. Cumque una die hora jam prandii fortè solus in conclavi super stratam resideret, suis extra necessaria procurantibus & mensis jam ponentibus, morte inopinata præventus est. Post paululum verò redeuntibus cubiculariis, inventus est jam solvisse debitum carnis. Quod cum cæteris jam prandentibus occultari non posset, omnes pariter mensas deserunt, cibaria repellunt, clamoribus & ejulatu triclinia replent. Advenerant autem illuc cum comite milites quidam, ætate jam provecti, fide ac genere præclari, qui patri suo ecclesiæ nostræ fundatori scilicet *Galfrido*, tempore pacis simul ac dissensionis obsequium fidelium præstaverant, qui etiam terris & redditibus ab eo collatis prædivites erant, qui fidem cum patri merito debebant, etiam filio inviolatam conservare studebant. Consilio cum cæteris sapientia præditis inito, clamant omnes, consulunt universi quatinus ad cœnobium sancti *Jacobi* de *Waledena*, cujus ipse comes advocatus post patrem primus extiterat, corpus deferatur, ibidemque in sua proprietate dignæ commendetur sepulturæ. Qui statim viscera cum cerebro à corpore projicientes, in loco sacro, cum honore & elemosinis recondunt. Reliquum verò totius corporis, cum corde portione salis impositio, optimoque involuto corio diligenter insuentes, tabulis undique abiegnis fortiter claudunt, & sic tapetis involutum vehiculo imponunt, equis trahentibus, & turbis suorum comitantibus cursu veloci iter arripiunt.

De inopinata capellani proditione. Cap. 19.

MIlites igitur & cetori quique fideles cum corpore partibus nostris appropinquantes, nec quenquam comitantium in aliquo suspectum habentes, rapido cursu incedebant, capellanus quidam comitis, nomine *Hasculfus*, præmeditatam complere volens proditionem, clamque ceteris nocturnam solvens quietem, Palefridum comitis peroptimum ascendit, & sic festinus viator, immò proditor, aurora diei jam clarescente, *Chikgandum* pervenit mortem filii nunciaturus matri, quæ illis diebus ibidem manebat, & ecclesiam cum officinis perpulchram ad habitationem sanctimonialium ædificabat. Hanc itaque mulierem, comitissam scilicet *Rohesiam* convenit sacerdos, quatinus omni dilationis occasione postposita, militibus ceterisque corpus filii deducentibus, cum manu valida undecunque collecta inopinatè occurrens, illud violenter rapiat, raptum verò ad ecclesiam propriam ubi sepeliatur, secum perducat, ut sic postea omnes illius consanguineos ac familiares, in promotione Cœnobii sui semper habeat coadjutores. Mane autem facto, & proditione presbyteri jam comperta, milites, cum ceteris per omnia sibi faventibus, arma arripiunt, & gladiis exertis vehiculum, quo corpus ferebatur, undique circumdantes, impigro incessu ferebantur, attamen manu divina protegente illos non tetigit aliquis neque contristavit neque quicquam molestiæ intulit, sed ad locum super omnia desideratum citiùs pervenerunt.

Chikesandensis cœnobii fundatio.

De Comitis sepultura Cap. 20.

UT autem comitissæ suorumque dolori solatium conferre videremur, statim unum ex fratribus nostris ad illam direximus, cui ut eam ad filii sui obsequium citiùs adduceret injunximus. Quæ statim comitante etiam sorore sua, *Alicia* scilicet de *Essexia*, cum aliis multis, advenit, pro filio tristis, ut mater & lachrimosa, contra nos verò plena murmure, ut inimica. Ne itaque tanti viri sepultura nos in aliquo tangere videretur si minùs honestè vel quasi sub negligentia occulè celebrata notaretur, Prior noster de nocte consurgens Bathham pervenit, dominumque *Gilbertum* episcopum *Londonie* secum adduxit. Affuerunt insuper duo abbates de sancto *Edmundo* & *Tiletcia* præsentes, cum aliis multis authoritatis magnæ personis. Missa autem ab episcopo solenniter celebrata, inter majus altare & chorum collocatum est corpus in sarcofago novo in quo nondum quisquam positus fuerat. Procurante verò Priore & jubente convivium celebratum est magnum; epulabantur quidem splendidè universi, & sic recesserunt satiati. Tanta etiam elemosinarum die illo distributio est benedicta, unde gaudens abibat maxima pauperum multitudo. Notandum est itaque, quod nec terra, nec redditus aliquis licet minimus, sive aliud quid nobis vel domui nostræ cum tanti hominis corpore collatum fuerat, præter equum meliorem, dextrarium scilicet suum cum armis solummodo militaribus. Capellam autem in libris, vestimentis & vasis preciosis triplicem, necnon alia perplura diversis locis recondita mater ejus perscrutans abstulit, & nobis nihil omnino inde accipientibus, partem potiorem *Chikesandam* transtulit, de reliqua verò sint ei placuit ita factum est. Igitur comes iste *Galfredus*, filius, videlicet, *Galfredi* fundatoris nostri transiit ex hoc mundo anno verbi incarnati MClxvij. xij. kal. Novembris.

De Willielmo *de* Mandevilla *Comite* Essexiæ. Cap. 1.

COmiti igitur *Galfrido* successit *Willielmus* in hæreditatem patris. Vir acer ingenio, consilio providus, in armis nomine magnus. Ipsum autem eadem complexio, similis facundia, par corporis proceritas, fratri satis assimulavit. In *Anglia* verò inter suos minùs quam expediret conversatus, sed cum comite *Flandrensi Philippo* juveniles annos agens aliquandiu mansit, à quo etiam arma militaria suscepit Audito autem fra-

tris deceſſu, ſtatim aſcenſa navi *Angliam* repetivit cum literis comitis *Flandrenſis* illum commendantibus, cum multis etiam regni capitaneis regem *Henricum* adiit, à quo favore ſuſceptus eſt ſatis benigno. Conſiderato autem tempore opportuno, hæreditatem quæ ei de jure contingebat à Rege poſtulavit. Et ſtatim exauditus eſt. Gladio itaque comitatus accinctus, maneria & cætera quælibet omnia integrè ſuſcepit, atque plenariè, cuſtodia turris *Londonenſis* ſolummodo excepta. Poſt modicum vero, matre nobis inimicâ primitus viſitata, ad nos veniens, ad tumbam fratris oravit; oculis torvis vultum minacem Priori ac nobis prætendit. Poſt oſculum corde arido nobis oblatum, minis promiſſa miſcendo extorſit à nobis multiplicem ejus aſtutiam ignorantibus, equum dextrarium optimum & fratris arma cum corpore ſolummodo relicta, pro quibus omnibus nihil ab eo recepimus, immo contrarius erga nos extitit atque verſutus. Matris autem aliorumque adulatorum verbis exacerbatus, ſæpiùs conquerebatur, quod pater ſuus omnes feodi ſui eccleſias monaſterio noſtro confirmaſſet, quarum nec unam ſolam clericis ſuis conferre potuiſſet. Multa ab ipſo in talibus audivimus opprobria, multas ab aliis ſibi obſequentibus ſuſtinuimus injurias. Ex hac ergo majoris contra minores oblocutione factum eſt, ut equos electos, cupas, ciphos, ſcutellas & cætera quæque hujuſmodi argentea auro primo intus & foris inſignita, illi ſuiſque ſæpiùs daremus, ut quorum benignitatem bonis noſtris operibus excitare nequivimus, ſaltem muneribus ſæpe datis placare poſſemus. Turpe nobis videtur replicare per ſingula quæ, maximè domino, à nobis fuerint collata; talia igitur ſub ſilentio prætereuntes, ad alia tranſeamus.

De peregrinatione Comitis Willielmi *& de itinere Priorus.* Cap. 4.

DIvino ſiquidem inſtinctu contigiſſe credimus quod comes *Willielmus*, cruce Domini more peregrinantium inſignitus, ſacra loca, paſſionis videlicet & reſurrectionis Domini noſtri *Jeſu Chriſti* viſitare diſponeret. Omnibus itaque procuratis hujuſmodi negotiis neceſſariis, Prior noſter dominus *Reginaldus* illum interpellando convenit, obnixiùs obſecrans quatinus aliis ſecum peregrinatis eum aſſociaret, ac ſpecialem præ cæteris in officio divino habere dignaretur capellanum ſui. Talia poſtulanti comes aſſenſum præbuit, quotidianam etiam menſæ participationem repromiſit. Quo impetrato, epiſcopum *Londonienſem*, dominum ſcilicet *Gilebertum* mox adiit à quo abeundi licentiam cum benedictione percepit. Muniens igitur ſe apparatu ſatis honeſtè, ſolatium itineris ſibi aſſociavit quendam ex fratribus noſtris, nomine *Rogerum* (*&c.*) Proficiſcente igitur comite profectus eſt & Prior, ſimulque mare, *Galliam*, *Burgundiam* cum alpibus tranſierunt. Cumque ad burgum ſancti domini in *Italia* pariter perveniſſent, conſiderans comes Prioris ſenectutem ac corporis debilitatem, & quod cruce domini, ſicut cæteri, nondum eſſet inſignitus, conſilio accepto, ad dominum papam *Alexandrum* ibidem jam diutius commorantem, illum tranſmiſit, ipſe autem faciem retinuit euntis Jeruſalem. In vigilia autem apoſtolorum *Petri* & *Pauli* perveniens Prior *Venetiam*, ibique uſque ad prothomartyris beati *Stephani* inventionem moram fecit, quoniam petitiones ſuas quæ multæ erant & magne paucis diebus ad perfectum ducere non valuit, repleta etenim erat civitas illa ſpecioſa valde ac ſpacioſa multitudine populi maxima, ibique completa eſt multis jam annis expectata inter ſummum ſacerdotium & imperium deſiderata pacis lætitia. Tandem verò Prior negotiis ſuis magna ex parte expeditis, benedictione ſancti patris percepta, inde receſſit, clericum quendam nomine *Mauricium* ibidem relinquens; dans etiam illi ad negotia pleniùs peragenda & ad remeandum neceſſaria. Ipſe vero cum monacho & aliis navem aſcendens, *Mantuam*, *Italiæ* civitatem, ubi equos & quælibet cætera dimiſerant, navigio petivit; Inde recto itinere multis terrarum tractibus poſt ſe relictis, *Giſortium* pervenit, ubi *Galfridum* de Saye cum cæteris comitis *Willielmi* familiaribus inveniens, aliquot diebus ibidem honeſtè quievit. Deinde ad natale ſolum ſcilicet *Magna-villam* divertit, ſuos viſitans, relicto ibi quodam nepote ſuo, *Hamo* nomine, qui clericum illum quem in curia *Romana* reliquerat expectaret; ipſe verò inter duas tempeſtates quæ multos dederunt fluctibus, illeſus transfretavit. Circa ſancti *Michaelis* feſtum monacho ſolo cum uno garcione cum comitante domum pervenit, & ſic poſtea uſque ad natale domini quartana laboravit (*&c.*)

De reditu comitis de terra Jeroſolimitana. Cap. 5.

CUm igitur comes *Willielmus* votum quod voverat Deo *Jacob* reddidiſſet, adoraſſetque in loco ubi ſteterunt pedes ejus, revertens cum ſuis, & loca quæque ſacra ſibi in itinere offerentia orationibus pariter & oblationibus viſitans honoravit, & ſic mari tranſito *Angliam* pervenit. In ſua autem cum pace omnium & gaudio receptus, ad omnes in feodo ſuo eccleſias pannos ſericos, caſulas faciendas, vel altaria honoranda, nobis verò mirandi operis unum cæteris meliorem tranſmiſit. Caſulam inſuper bonam, pannos etiam ſericos plures cum tapetis ante peregrinationis ſuæ tempus in decorem eccleſiæ nobis donavit.

De adventu Comitis ad nos. Cap. 6.

IGitur cum comes *Willielmus* poſt votum peregrinationis ſuæ jam reditum vice primâ ad nos dignatus eſt, proceſſione ordinata, albis & capis induti ei occurrimus, cantantibus omnibus, ore ſimul & corde dicentibus *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Venienti quoque cum omni lætitia ad majus uſque altare & proſtrato dedit Prior benedictionem. Quâ perceptâ, ſurgens & genua flectens obtulit reliquias in pixide eburnea precioſiſſimas quas in terra *Hieroſolimitana* acquiſierat, ac de dono imperatoris *Conſtantinopolitani* comitiſque *Flandrenſis* ſuſceperat. Eo autem ſurgente & coram altari aſtante, vote excelſa incipit Prior himnum cæteris ſubſequentibus *Te Deum laudamus.* Exiens inde, capitulum mox intravit ut ibi ſalutaretur ab omnibus, acciperet daretque ſingulis oſculum pacis. Celebrato itaque dulciſſimæ

simæ jocunditatis & familiaritatis colloquio, ducitur ad hospitium, ubi sibi & suis est administrata splendidæ refectionis abundantia. Abiens inde consanguineos & familiares prosperitati ejus congaudentes visitavit, sua omnia investigando solicitè consideravit, considerata verò ut prudens sapienter omnia disposuit. Deinde statim *Hatvisiam* filiam comitis de *Albamarla* cum tota patris hæreditate desponsavit. Erga Priorem & nos sic se habebat, ut omnia nostra in pace quadam non tamen perfecta possidere permitteret, sua verò sibi reservata nobis non largiretur; attamen injusta nobis facere volentibus quandoque resistendo obviabat; possessiones etiam ecclesiæ nostræ cum libertatibus sæpiùs tuendo fovebat. Erat autem vir fortis, & in armis potens, in oculis omnium magnus, idcirco in *Anglia* inter suos minus morabatur, in *Normannia* verò munitiones & castella à Rege *Henrico* ei tradita custodiebat, cæteris fortiora & in marginibus sita (*&c.*)

De obitu regis Henrici *& filio ejus* Ricardo *in regem uncto.* Cap. 17.

REgi itaque *Henrico* secundo in partibus transmarinis degenti, à majoribus provinciarum finitimarum, maximè autem à filio proprio, scilicet *Pictavensi Richardo* ingens satis guerra ex dissensione partium varia est aborta. Rex igitur viriliter se habens nunc victor victos insequendo repellit, nunc verò victus, à victoribus fugiendo repellitur. In talibus autem sibi malè respondentibus agens, victus tandem ab ea extitit, morte scilicet quæ etiam regibus vel cuilibet alteri parcere non novit (*&c.*) Quo mortuo, *Ricardus* ille *Pictavensis* filius ejus (*&c.*) in *Angliam* applicuit, gaudentibus omnibus susceptus, in regem unctus (*&c.*)

De legatione Comitis Willielmi Cap. 18.

ADrocatus quidem noster Comes *Willielmus* magnorum maximus superveniens universis erat Regi à secretis, cujus nutu regni jura disponebat, cujus præstanti consilio multa plebi profutura faciebat. Videns autem Rex tanti viri tantam prudentiam, negotiorum suorum illi communicavit secreta Comiti *Flandrensi* perferenda. Erat autem vir ille comiti satis notus & familiaris, quippe qui ab ineunte ætate cum eo in partibus illis conversatus fuerat, à quo etiam arma militaria susceperat. Omnibus itaque pro quibus ierat ad votum expeditis, infirmitas licet non admodum gravis tamen aliquandiu ibidem moras agere illum coëpit. Convalescens ergo, ad municipium quod *Vallis Rullii* dicitur, in *Normanniam* venit, illucque notis & familiaribus simul etiam personis authoritatis magnæ convocatis, aurum & argentum, vasa preciosa, multam etiam denariorum copiam quam ibidem penes se habuit, quicquid etiam in *Anglia* possiderat diligenter considerando dinumeravit, dinumerata verò quomodo & quibus voluit sapienter disponendo legavit. Quæ verò manu ejus largiflua aliis sunt collata, alias relinquamus discutienda, ea verò quæ domui suæ de *Waldena* & nobis contulit, tractando prosequamur.

De testamento Comitis Willielmi *nobis facto.* Cap. 19.

VIr iste memorandus, Comes scilicet *Willielmus*, cujus commendabili memoriæ petitiones nostræ superius annotatæ tenaciter inhæserant, medietatem totius dominii sui in *Waldena*, cum pratis & pascuis nihilominus dimidiatis molendinum suum & parvum parcum sepe clausum, cum hominibus & eorum servitiis..... commorantibus monasterio sancti *Jacobi* de *Waledena* & nobis, scilicet, monachis ibidem Deo famulantibus legando devotè contulit. Carta insuper sua manu propria sigillo impressa ut hæc donatio ejus tam devota stabilis in ævum foret & rata confirmare curavit. Capellam autem optimam tanto viro condignam in vestimentis, libris, calice, vasis, vinariis, cum pelvibus etiam argenteis plenariam & in cofris decenter reconditam, nobis & domui nostræ conferendam in partem tulit, & ab aliorum donariis separavit, equo magno & nobili summario ad ejusdem capellæ ad nos usque subjectionem assignato. Tres insuper auri marcas, cupam nihilominus auream, centum etiam argenti libras certo in loco nobis assignatas delegavit. Cetera omnia quibus & qualiter voluit pari modo dimisit, ac deinde tempore aliquanto intrans & exiens cum suis sanus & incolumis versabatur. Post modicum verò temporis in infirmitate gravissima correptus apud castellum superius jam dictum in lectum decidit desperatus est.

De infirmitate Comitis Willielmi *& de mandato suis injuncto*, Cap. 20.

SEntiens igitur Comes mortem omnimodis inevitabilem sibi in januis fore præsentem, prælatis totius provinciæ convocatis, ecclesiis illorum munera satis larga transmisit, & se totum Deo & eorum orationibus commendavit. Deinde semetipsum, peccata sua discutiendo, accusans, prevenit faciem Domini in confessione sacra, insuper olei unctione Christiano more delibutus, divino etiam Dominici corporis sacramento reverenter accepto, horam vocationis suæ ultimam expectabat. Post hæc verò domus suæ majores, capellanos, scilicet, consanguineos, ac milites convocatos, obsecrat, hortatur, elevatis in altum manibus adjurat quatinus corpus suum in *Angliam* ad domum suam de *Waldena* sepulturæ commendandum transferre nom omittant. Illi verò obstupescentes & sese mutuo silentio aliquandiu aspicientes, tandem unus pro omnibus, *Henricus*, scilicet de Ver, ejus consobrinus, in hæc verba prorupit. *Quod optas Domine non potest fieri, quod nobis præcipiendo injungis impossibile est, ecce enim via longa & periculosa, hiems solito asperior, mare magnum & spatiosum, flatibus continuis turbulentum, omnia ista necnon & alia his similia voluntatiua ad implenda videmus contraria*: Audiens hæc Comes & ab intimis longa trahens suspiria ait. *Si itaque non valetis, immo quia non vultis quod vobis nunc moriens injungo peragere, saltem pectore perforato cor meum avellite, avulsumque in* Angliam *ad domum in mea proprietate fundatam scilicet de* Waldena *transferte.* Attamen

men ingrati beneficiis ab eo abundanter sibi collatis, neque in hoc illi obedierunt.

De obitu & sepultura comitis Willielmi. Cap. 21.

INtuens igitur omnes vir iste nobilis & maximè illos quòs enutrierat & exaltaverat quod tum spernerent, indignando turbatus est, sed non est locutus. Et licet viribus corporis esset destitutus, tamen conamine quo valuit se totum exutiens de lecto in quo jacebat, in terram corruit, & non erat ei ulteriùs vox neque sensus, immo statim expiravit. Videntes autem sui, ut falsum dicamus, fideles, quod factum fuerat, moram pati neticientes, statim corpus ejus ad abbatiam in proximo sitam quæ noto nomine *Martuum-mare* dicitur, cum magna auri & argenti pecunia eidem abbatiæ collata, transtulerunt, & in capitulo monachorum humili satis sepulturæ tradiderunt. Transiit quidem comes iste *Guillelmus* vir illustris advocatus domus nostre tercius, anno ab incarnatione Domini MCxc. xviij. kal. Decembris.

De Beatrice *de* Say *& filio ejus* Gaufrido. Cap. 1.

FAma igitur longè latèque citiùs volans, mortemque comitis *Willielmi* per vniversum *Anglia* regnum in brevi divulgans, ad aures *Beatricis* de Say, ejusdem comitis amitæ, sororis scilicet patris illius, pervenit. Quoniam autem comes iste *Willielmus* ex *Hawisia* filia comitis *Albemarlie* quam cum tota patris sui hæreditate jam pridem duxerat uxorem, nullum post se reliquerat hæredem, prædicta *Beatrix* totam patris sui *Willielmi* videlicet de *Mandevilla*, sibi de jure vendicabat hæreditatem. Hæc itaque nobilis matrona, ut longè superiùs dictum est, lege conjugali *Willielmo* de Say extitit copulata, de quo duos suscepit filios *Willielmum* scilicet & *Galfridum*. Horum primogenitus videlicet *Willielmus*, multo jam tempore transacto obierat, qui tamen ex uxore sibi desponsata duas tantùm reliquerat filias, quarum primogenitam, nomine *Beatricem*, *Galfridus* quidam filius *Petri* duxerat in uxorem. *Willielmus* verò de *Boclanda*, frater illius, alteram nomine *Matildem*, cum tota patris earundem hæreditate ditissima inter eas partienda. Prædicta itaque *Beatrix*, matronarum nobilissima, in senectute vergens, eratque jam ætate matura, ideoque filium suum *Galfridum* de Say quem unicum habebat, virum scilicet magnum & militarem vice sua ad regem transmisit *Ricardus*, qui accersito Priore nostro domino *Reginaldo* cum monachis duobus, associatis etiam sibi totius baroniæ illius capitaneis, pervenit ad regem apud *Cantuariam* jam aliquandiu commorantem. Advenit etiam *Galfridus* filius *Petri* jam antea nominatus cum suis, asserens illam baroniam ad filiam *Willielmi* de Say prædictæ *Beatricis* primogeniti, hæreditario jure spectare, quam ipse ut supradictum est, duxerat uxorem. Attamen *Galfridus* de Say magnorum virorum fretus pariterque suffultus auxilio, apud regem obtinuit, cui etiam vice matris suæ tota hæreditas illa concessa est authoritate regia, necnon & scriptis authenticis regio sigillo signatis confirmata. Hæc autem concessio seu confirmatio non adeo absolutè vel sola prece, & non absque precio facta est, immo mediante septem millium marcarum conventione fixis terminis solvendarum, sub rata etiam magnorum fidejussione virorum. Sed quoniam talis conventionis tantæque pecuniæ persolvendæ in promptu non aderant fidejussores, baroniæ illius seisina *Galfrido* prædicto nondum plenariè est collata, in brevi tamen ei pleniùs conferenda, (*&c.*)

De seisina baronie Galfrido *de* Say *facta, & de confirmatione matris ejusdem & sua nobis collata.* Cap. 3.

IGitur *Galfridus* de Say superiùs jam nominatus, de illa maxima necnon & stupenda pecuniæ massa regio thesauro certa pactione inferenda, plegiis sufficientibus nominatis adhibitis atque susceptis, per *Willielmum, Eliensem* episcopum tunc regis justiciarium, de tota baronia quæ fuerat comitis *Willielmi* plenariè adeptus est seisinam, militum homagia suscepit, donatorum munera non recusavit, ut dominus per omnia se habuit, ut dominus omnia moderando disposuit. Videns autem Prior noster dominus *Reginaldus* præteriisse tempus tacendi, & jam advenisse tempus loquendi, communicato cum fratribus consilio, matrem ejusdem *Galfridi*, dominam scilicet *Beatricem* Dei scilicet & domus nostræ dilectricem adiit, & ut terras cum ceteris à comite *Willielmo* nepote suo nobis domui nostræ legatas nos obtinere liceret, humili satis prece adveniendo postulavit. At illa statim consensit, admisit, confirmavit, & ut hoc filius suus *Galfridus* ratum haberet præcipiendo mandavit. Dominus autem *Galfridus* in exaudiendo non segnior matri assensum præbuit, omnia à comite legando sc. quovismodo nobis concessa, & ipse conferendo concessit, terras scilicet & cetera dimidianda æstimatione hominum legitimorum juramento priùs accepto, æqua sorte dividendo dimidiavit, certis etiam locis metis & mensuris omnia integra & plenaria nobis tunc presentibus universisque in ævum successuris assignando contulit. Et ut hoc ratum perpetuò foret fixumque æternaliter constaret, scriptis authenticis diligenter confirmando corroboravit. Omnia hæc modo tali nobis collata, in pace per unum ferè annum tenuimus, quietè possedimus, liberè etiam omnibus disponendo tractavimus.

De Galfrido *de* Say, *pecunie pactionem solvere non valente.* Cap. 1.

G*Alfridus* igitur de Say, sicut jam longè superiùs dictum est, totam illam Baroniam quæ fuerat comitis *Willielmi* adeptus, de illa stupenda pecuniæ massa regio ærario inferenda, adhibitis tamen prius susceptisque fidejussoribus, terminos tam ab ipso Rege quam ab ejus Justiciario, *Willelmo*, videlicet *Eliensi* episcopo fixis temporibus constitutos acceperat. Adveniente autem primo solutionis hujus termino, septingintas marcas undecunque vix aggregatas solvendo comportavit. Termino nihilominus non multo

post

post superveniente secundo, arctatur ut solvat, sed manus antea nimis evacuata quid solveret non invenit. A fidejussoribus solutio taxata exigitur; *Galfredo* etenim fidei illorum commisso non solvente, coguntur ut solvant. At ille non multum sapiens nec sapientum consiliis adhærere volens, baroniam illam in manus jam dicti episcopi tenendam contradidit, donec illam denariorum massam ex eadem fixis terminis dinumeratâ regio thesauro intulisset, sicque solutione peracta denuo eam sibi liberè possidendam reconsignaret.

De seisina Galfrido *filio* Petri *facta.* Cap. 2.

VIdens itaque *Galfridus* filius *Petri*, cujus superiùs mentionem fecimus, vir ille nummosus, & locuples valde, quod factum fuerat, statim episcopum illum Regis justitiarium precio maximo cum prece dato convenit, baroniamque illam quam vice uxoris suæ, filiæ scilicet *Willielmi* filii *Galfridi* de Say primogeniti, hæreditario jure sibi vendicabat, interpellando expostulavit, pecuniam insuper ad eodem *Galfredo* fixa pactione nominatam, Regi in brevi conferendam repromisit. Ille verò Rege annuente authoritatemque ad hoc præbente, in plenariam totius baroniæ seisinam illum admisit, pecuniam repromissam exegit, quam in brevi integram plenariamque regiis thesauris interendam ab eo recepit. Sic admissus, sicque in illa baronia scriptis regiis confirmatus tenuit, possedit, homagia militum suscepit, ut dominus per omnia se habuit, omniaque ad votum sibi respondentia liberè disponendo tractavit. Non post multum verò temporis circumivit terram & perambulavit eam. Pervenit tandem *Waledenam*, ad eam scilicet quam cum aliis emerat villam, quia necesse habuit videre illam.

De adventu Galfridi *filii* Petri *ad nos & de verbis illius minacibus.* Cap. 3.

AUdiens autem abbas noster illum advenire, duobus monachis sibi associatis occurrit ei obviam quasi advocato novo congratulaturus, illumque in domum domini, ut decuit, introducturus. Approximans autem cum fratribus devotè satis & cum reverentia domino debita, illum salutando alloquitur, rogat humiliter ut ecclesiam beati *Jacobi* primò ingrediatur, monachos etiam suos visitando alloquatur. Ille verò salutantis verba tacendo non solùm despexit, verumetiam faciem avertens, tergum indignando prætendit. Abbas autem intuens viri animum ira inopinata erga se commotum, patienter sustinuit, loritque reflexis pariter equitantibus sese conjunxit. Dominus igitur *Galfredus* vix animo suo dominans, ad nos tamen divertens, ecclesiam intravit, oculos circumducens, torvo intuitu omnia circumspiciendo perlustravit. Non diutius morando, parum aut nihil oravit. Exiens inde, claustrum intravit, & stans in ostio capituli cum indignatione maxima ad abbatem se convertens, cunctis audientibus in hæc verba prorupit. *O Domine abbas tu & monachi tui me meosque exhæredastis, qui Prioratum meum in abbatiam convertistis, meque abjecto potestati regiæ omnino vos subdidistis.* Abbas autem animum viri commotum blando sermone compescere volens, verbis illius modum excedentibus humili satis & modesta ratione respondendo obviavit; attamen furore non satiato, minas gravissimas nobis intentans recessit.

De dissisina hominum terrarum cæterarumque rerum nobis ab eo facta. Cap. 4.

MAne autem facto, hominibus quatuor de *Waldena* francotenentibus ad nos transmissis prohibendo mandavit, ne in terras vel possessiones à comite *Willielmo*, ut asserebamus nobis collatas, manus ulterius mitteremus, quas usque in diem illum injustè concessas occupavimus, inhibendo insuper terras & cætera quæque illum contingentia, nobis nostritque in omni loco interdixit. Quâ prohibitione peractâ, villicis servientibusque suis de *Waldena* convocatis præcipiendo injunxit, ut molestias gravaminaque modis omnibus nobis inferre non desisterent: terras insuper possessionesque jam dictas in manus suas teneret, seisiatas verò nobis procul expulsis, excolere non negligerent. Talia modum excedentia homo, non dico, pacis proloquens recessit, in viam autem pacis non abiit. Satellites verò illius occasione assumptâ, mandatum imperantis factis adimplentes, omnes declinaverunt, simul inutiles nobis facti sunt, non est quin faciat malum, non est usque ad unum. Abbas igitur noster, quodam ex fratribus nostris post illum transmisso, scire volens utrum jam incepta mandata ab ore tanti viri prolata emanassent, an præsumptione suorum temeraria nobis talia forent irrogata gravamina, asserit, fatetur ipso jubente hæc patrata; minatur etiam in brevi se nobis illaturum satis graviora.

De sententia ex mandato episcopi in præsumptores lata. Cap. 5.

CUm itaque ex relatione fratris, domini *Galfridi* verba auribus nostris insonuissent, ad ecclesiæ mòx defensorem, dominum videlicet *Richardum, Londoniensem* episcopum confugientes, & ut tantam injuriam sub potenti manu sua viris religiosis irrogatam impunitam non relinqueret, humili prece efflagitavimus. Mandato igitur ad provinciæ decanum statim transmisso, jubet ut convocatis totius decanatus sui presbiteris, tanti flagitii præsumptores ecclesiastica censura compescat: simul etiam omnes possessionum nostrarum invasores anathematis vinculo innodare non omittat; universa nobis ablata episcopali authoritate restituat. Affuit decanus factus obediens cum suis; aratores ferè centum culturas nostras vomere illicito sulcantes invenit, opus temerarium ne progrederetur prohibuit: sed contumeliis affectus contemnitur, injuriosos ipse simul omnes excommunicavit, omnibus in nomine Domini maledixit; ecclesiam insuper de *Waldena* parochialem à divinis vacare præcepit. Audiens autem dominus *Galfredus*, turbatus indoluit; episcopum jam dictum statim adiit, non tamen reatus proprii veniam, nec aliorum excommunicatorum absolutionem, sed solum ecclesiæ jam nominatæ ab interdicto relaxationem rogaturus. Episcopus verò tantæ tamque horrendæ transgressionis flagitium in ecclesiæ filius perpetratum non solùm

relinquens

relinquens impunitum, verumetiam injuſta petenti annuit, noſque indefenſos cenſura paſtorali dejecta, lupi dentibus commiſit devorandos, factuſque eſt canis mutus non volens latrare, quia ibi trepidavit timore ubi non erat timor.

De his quæ per Regis juſtitiarium recuperavimus. Cap. 6.

INtuentes autem malignitatis miniſtri nos in hac parte omnimoda defenſione deſtitutos, poſſeſſiones noſtras ſolito licentius invadunt, terras incolunt, metas evertunt, cæteraque omnia à comite *Willielmo* nobis collata auferunt, ablatis verò auſu nephario ut propriis utuntur. Nos itaque damnis & contumeliis non mediocriter affecti, homini etiam tantæ poteſtatis tantæque tyrannidis minus obſtare valentes, quid nobis faciendum quove divertendum foret neſciebamus. Rex enim *Richardus* cruce domini inſignitus Hieruſalem quæ ædificatur ut civitas, & loca ſancta viſitare diſponens, itinere arrepto jam procul abierat; diſcedens tamen *Willielmum* epiſcopum *Elienſem* ſuperius memoratum vice ſua conſtituerat patriæ tutorem, ac totius regni in populo juſtitiarium. Ad quem accedentes, injuriaſque à domino *Galfredo*, regiâ majeſtate contemptâ, nobis contumelioſè illatas coram illo proponentes, & ne ulteriùs inultæ progrederentur, ut animoſitatem illatoris præſumptuoſam arcendo compeſcat, vocibus querelofis impetravimus. Unde factum eſt, ut cenſus cum operationibus eorum receperimus, fœna etiam congeſta cum frugibus, non tamen abſque magna adverſariorum colluctatione, in horreis noſtris reconderemus. Igitur dominus *Galfredus* indignatione plenus, poteſtate juſtitiarii ſpreta, manum quam in perniciem noſtri illicitè extenderat non retrahens, ſed malis illatis ſatis pejora exaggerans, in viros innocuos ſæviſſima tyrannide grafſabatur, poſſeſſiones jam dictas paulatim auferendo diripuit, ac deinde omnino nos diſſeiſiando perturbavit.

De mandato domini Papæ contemptui dato. Cap. 7.

VIdentes itaque omni judiciariâ poteſtate in partibus noſtris nos fore deſtitutos, legatione ad caput eccleſiæ, dominum ſcilicet papam tranſmiſſâ, literas ſuper injuriis nobis irrogatis eccleſiaſticâ cenſurâ puniendis efficaciſſimas ſuſcepimus judicibus delegatis perferendas. Citatur à judicibus dominus *Galfredus*, ut nobis reſponſurus jurique pariturus coram eis appareret: apoſtolicum ab eo datur contemptui mandatum, judicum necnon authoritas pro nihilo reputatur, obſtinatio remanet impunita. Iteratò autem literas prioribus non inferiores à ſede apoſtolica tranſmiſſas impetravimus: omnes ut prius pariter contemnendo reprobavit; nobis vero malum malo addens gravamina duplicavit.

De morte uxoris Galfridi *filii* Petri. Cap. 8.

TEmpore illo uxor illius *Beatrix*, auctrix ſcilicet malorum, uterum habens impregnatum, diu parturiens ſed non pariens periclitabatur, tandem vero fœtum effundens examinatum, animam ſimul exalavit, unde ſatis confuſus eſt, & ultra quam credi poteſt dolens effectus; & tamen in his omnibus non eſt averſus furor ejus ſed adhuc manus ejus in nos extenta. Corpus vero mulieris *Chikeſandam* tranſtulit, ibique in capitulo ſanctimonialium honorificè ſepelivit. Admirans itaque vir iſte cum cæteris vana novaque ſectantibus, ordinem, videlicet illum à quodam *Gilberto* de Sumplingham recenter adinventum, domum ordinis ejuſdem in *Norfolka* apud villam quæ dicitur Sulbham fundavit, illicque, ut novus ille & ſeculis in auditus religionis exigit modus, canonicos cum ſanctimonialibus, fratres cum ſororibus aggregavit, ac non multo poſt, corpus mulieris de *Chikeſanda* tranſlatum ibidem ſepulturæ commendavit.

De obitu nobilis matronæ Beatricis *de* Say. Cap. 9.

SOror itaque comitis *Galfridi*, fundatoris ſcilicet noſtri, materque *Galfredi* de Say, nomine & opere *Beatrix*, forma mulierum Deo devotarum, decus matronarum, eccleſiam beati *Jacobi* de *Waldena* abbatem & monachos affectu quodam ſingulari præ omnibus diligebat, manu etiam largâ charitatis miniſtra muneribus magnis & ſæpe datis honorabat. Hæc eſt illa cujus indeficienti beneficio fundamenta eccleſiæ noſtræ, claſtri officinarumque locata ſunt ampliora, parietes erecti cum tectis ſuis deſuper impoſitis, vaſa argentea in miniſterio altaris conſecrata, cum veſtimentis ſacerdotalibus, necnon & aliis multis & precioſis ornamentis paulatim ut potuit eccleſiæ contulit. In libris verò faciendis, & quibuſlibet operibus promovendis multam denariorum maſſam expendit. Ad nos autem & frequentiùs in feſtivitatibus Sanctorum venit, ut monachos ſimul omnes, quos etiam filios nominavit, videret, voces Deo canentium aure propiùs captaret, omnes pariter abundè reficeret, pane corpora confirmans, vino corda lætificans. In domo igitur ſua apud Rikelinges ubi manebat, miſericordiæ operibus vacabat, eſurientes reficiendo, algentes veſtiendo, debiles quoque & infirmos neceſſariis tranſmiſſis viſitando. Talibus intendens ætate jam matura, viribus etiam corporis deſtituta, pervenit ad extrema. Mente igitur ſana (*&c.*) expiravit. Corpus vero illius digno cum honore ad nos tranſlatum: & ut memoria beneficiorum ejus fratrum cordibus celebriùs offeratur, in capitulo noſtro ſepulturæ commendatum eſt.

De confirmatione Comitis Willielmi *coram Rege recitata.* Cap. 18.

COnſiderato iterum tempore cum loco opportuno, à fratribus Rex interpellatur, diſſeiſina cum gravaminibus à domino *Galfredo* nobis illata ſeriatim illi intimatur, & ut talibus modum excedentibus jam finem imponat ſupplex exoratur. Dominus igitur *Galfredus*, vir admodum facundus verbis modum excedentibus, omni etiam veritate nudatis reſpondit, ſe nunquam nos in aliquo diſſeiſiaſſe, nulla etiam gravamina in magno vel in minimo nobis intuliſſe conſtanter proclamabat. Aſſerebat inſuper nos reos, nos fore mendaces, qui poſſeſſionem illam de qua agebatur injuſtè

justè occupavimus, occupatam verò à decessu comitis *Willielmi* usque in illum diem pacificè possedimus, quippe qui nec cartam ejusdem comitis legitimam vel etiam tempore nobis oportuno factam obtinuimus. Jurejurando autem affirmabat cartam jam dictam, ut verbis ejus utamur, in lecto comitis mortali factam, sive, quod deterius est, post mortem illius à fallariis nobis faventibus fore conscriptam. Novi igitur recentesque venerunt, qui hanc inauditam à seculo legem à ministris *Zabuli* noviter inventam statuere decreverunt, *Ne aliquis quamvis magnus lecto pra infirmitate receptus, in extrema voluntate quicquam de terris vel tenementis jam ante possessis alicui liceat legare, nec etiam viris religiosis pra aliis dilectis valeat conferre.* Cum itaque legi huic maledicto dignæ omnes antiquæ Dei leges & novæ plane videantur repugnare, unde liquido omni sanè sapienti datur intelligi, quia omnimodis non sit dicenda lex, immo omnium adinventionum iniquarum iniquissima fax.

De confirmatione prædicta magnorum virorum testimonio approbata. Cap. 19.

A Rege igitur inquisitum est, si carta illa sic calumniata, seu ejus transcriptum presens adesset, ut ea recitata domini *Galfredi* assertio sic constaret vera, vel probaretur sic fore falsa. Absens est carta, presens transcriptum pro carta est admissum, recitatur in auribus omnium, dinumeratur seriatim multitudo testium. De quorum numerositate domini regis electione, utriusque partis assensu, tres tantùm magnæ authoritatis viri eliguntur, quorum veraci arbitrio constare debet cartæ hujus cognitio. Literis regiis citantur ut veniant dominus videlicet *Willielmus* de *Mortuo-mari* abbas, *Ricardus Rulii* capellanus, *Ricardus* de *Montineto*, miles satis facundus. Die statuto adsunt, quæstio examinanda proponitur; deliberatione pari conferunt. Collatione verò factâ, ore consono quod verum est hiis verbis fatentur. *Carta ista tali quæstione exagitata, à comite* Willielmo *in lecto, ut dicitur, mortali nequaquam fuit facta vel monachis collata, die enim illa qua fuerat conscripta post infirmitatem de qua convaluerat, eques ambulavit, pedes incessit, cum suis intravit gaudens & exivit. Post mortem illius nec ista nec altera ulla extitit facta. Sigillum etenim ejus nobis coram positum, immutatum, confractum canonicisque viris scilicet religiosis prope degentibus est transmissum.* Isti itaque tam magni nominis viri tale & tantum veritati nostræ perhibebant testimonium.

De omnimoda disseisione permissione regis nobis facta. Cap. 20.

FRatres igitur nostri hæc audientes gavisi sunt gaudio magno valde, existimantes causam jam omnino finitam, effectu etiam ad votum sibi respondente, fore consummatam. Rex autem negotio indeterminato surgens recessit, verbis suspensivis fratres nostros aliquandiu morari coegit. Dominus itaque *Galfredus* repatriare volens, majoribus curiæ regalis sibi in juvamen associatis, dominum regem magnatum primitus prece convenit, deinde precio pecuniæ, ut dicebatur, repromisso, ut, cum tremore tamen dicamus, ipse jam circumveniendo devicit. Sic favore adulantium, regio honore sublato, inclinatus, sic ambitione promissorum, regia majestate calcata, deceptus, quos paulo ante de illo tehemento lætabunda omnium acclamatione seisiaverat, nunc, vero testimonio magnorum virorum (quos etiam ipse elegerat) contempto, gemebunda omnium confusione dissaisiari permisit. Rediens igitur dominus *Galfredus* jam victor, tempore aliquo forsan devincendus, omnia nos contingentia pariter confudit, confusa dissipavit, nobis vero procul perturbatis, omnia in nomine diaboli tempore brevi possidenda subintravit.

De literis regis ad dominum Galfredum *pro nobis transmissis.* Cap. 21.

NOs itaque omni humano destituti auxilio, patienter omnia sustinuimus. Post modicum vero, consilio quorundam, annuente etiam abbate, quidam fratrum nostrorum regem adiit, & ut tantæ injuriæ ipsius consensu nobis illatæ, aliquod remedium conferre dignaretur, supplex impetravit. Rex igitur ipse rubore quodam perfusus, literas domino *Galfredo*, quem jam justiciarium regni constituerat, efficacissimas, sed tamen precatorias transmisit, mandando exhortans, quatinus nobis injuriam perpessis seipsum reconciliando satisfaceret, reconciliatus vero, de possessione prælibata gratiam restitutionis aliquam nobis impenderet, neuterque illorum de hoc gravamine nobis illato maculam peccati contrahere videretur; addendo etiam monens, ut ea quæ domui de Suldham (quam jam minùs discretè fundando inceperat) dare disponeret: Abbatiæ beati *Jacobi* de *Waledena* quam jam ultra modum inquietaverat conferre satageret. Ille autem regiis mandatis simulando favens, quandoque centum acras de eodem tenemento cum centum solidis annuis de Westhamsted recipiendis, familiaribus suis cum nostris mediantibus, nobis si vellemus, dare repromisit. Nos vero pro bono pacis optatæ illas centum acras cum aliquanta pratorum parte, cum hominibus insuper à comite *Willielmo* nobis assignatis, absque cartarum nostrarum transmutatione, sive etiam illius tenementi in aliquo resignatione, ad tempus velle recipere respondimus. Ipse verò loca per diversa tempus prolongando, plures nobis constituit dies, quibus minùs satis quam ante nobis conferre disposuit; semper enim se verbis alterando jam semel dicta transmutavit, semper instabilis a ceptis insiluit, nec unquam in eodem statu permansit. * Forte resilivit.

De morte regis Ricardi *& de fratre ejus* Johanne *in regem uncto.* Cap. 22.

HIis itaque diebus dominus rex *Ricardus (&c.)* læthaliter vulneratus interiit (*&c.*) frater igitur illius *Johannes (&c.)* ab omnibus rex est acclamatus.

De Domino Galfredo *gladio comitatus accincto.* Cap. 23

REx igitur, die craſtino poſt coronationem ſuam, dominum *Galfredum* filium *Petri*, ob ſignum comitatus & ut nomine comitis deinceps cenſeretur, non tamen abſque multorum indignatione gladio comitatus accinxit, juſtitiaria inſuper regni poteſtate non ei ſubtractâ. Mirabantur omnes tam citam tamque immaturam Regis actionem quippe cum vir iſte nulla omnino generis propinquitate in comitis *Willielmi* hæreditate in aliquo licet minimo obtineret dignitatem, ſed ſolum vice filiæ ætatis adhuc minuſculæ eam ad tempus conſervandam poſſideret, unde factum eſt, ut viri plures & magni ſuper hoc confabularentur, & ſecum quererent, & qui videbantur in regno potentiores facti ſunt in populo . . . . . .

De donatione abbatiæ noſtræ domino Galfredo *conceſſa.* Cap. 1.

CUm igitur dominus *Galfredus* filius *Petri* jam comes *Eſſexiæ* omnia ad votum ſibi accidere conſpiceret, nunc privatim crebriùs pulſando, nunc palam viris magnis ſibi per omnia faventibus Regem *Johannem* jam nuper creatum attentiùs interpellando convenit, quatinus dignitatem quam prædeceſſor & frater ejus Rex *Ricardus* eccleſiam noſtram promovendo nobilitaverat, ipſe adnihilando in irritum revocaret, abbatiam ſcilicet noſtram, ut jam pridem extiterat, ordine perverſo in Prioratum reformaret. Rex itaque ſagaci animo petita perpendens, ſimul etiam primitias ſuas, famâ citius volante, in hiis denigrare devitans, hujuſmodi petitionibus nulla pœnitus ratione ſubnixis, non inmeritò obviare ſtuduit, nec eis quoquo modo aſſenſum præbere decrevit, Attendens igitur, necnon & dolens dominus noſter *Galfredus* ſe in hoc nullatenus exaudiendum, ad alia, quæ multis, ad obtinendum ſatis difficiliora videbantur, creber in petendo, aſſiduus in inſiſtendo, animum quietis neſcium convertit, ut domum videlicet noſtram tempore ſubſequenti paſtore quandoque deſtituendam jure hæreditario in manu propria conſervandam retinere, abbatemque ſolenni fratrum electione providere, eumque, in quantum ad laicam ſpectare videretur perſonam, pro voto deinceps inſtituere liceret. Rex igitur tam improbi inſtantia petitoris, tandem, ut ita dixerim, quodammodo defatigatus, deliberatione priùs habita, conſilio etiam cum archiepiſcopo, domino ſcilicet *Huberto*, cæteriſque regni capitaneis ſuper hoc inito, deprecantem exaudivit, precata conceſſit, ſcripto authentico confirmavit, ſigillo inſuper regio corroborare curavit. Hæc autem ſtatim poſt domini Regis coronationem, diebus ſcilicet ſacris Pentecoſtes advenientibus impetrata perhibentur. (&c.)

De confirmationibus ſuper legato comitis Willielmi *nobis collatis quas exigebat.* Cap. 3.

ADveniente autem beati apoſtoli *Jacobi* ſpecialis poſt Deum ejuſque genitricem advocati noſtri feſtivitatis vigiliâ, adeſt ille tortor vetus dominuſque noſter jam nunc novus. Ad nos tamen, ut primò decuit, venire contempſit, immo denſo coëquitantium agmine ſtipatus, loris reflexis in caſtellum ſeſe recepit. Deinde capellano ſuo *Hugone*, cum cæteris ſibi faventibus ad nos tranſmiſſo, fide vera, charitate non ficta in craſtinum nos viſitare videre & alloqui ſe velle mandavit, ſi tamen cartas ac munimenta ſuper comitis *Willielmi* legato nobis ut aſſerebamus collata ei tradere, vel ſaltem in aliqua vicina religioſorum eccleſia (ut vulgo dici ſolet) in æquali manu, commendare vellemus. Nos autem notantes verba, hinc nuda & aperta, illinc fucata necnon & palliata, dolum ineſſe nobis liquidò dabatur intelligi, unde nec reputavimus ea. Inſtantius tamen rogare curavimus, ut ſuam nobis exhibere dignaretur præſentiam, paratos etenim omnem honorem reverentiamque domino debitam ſibi impendere nos inveniret.

De ſolenni proceſſione quæ à nobis receptus eſt, et de oblatione ejus. Cap. 4.

IN die autem magnæ feſtivitatis, cum turba plurima conveniret, & de villis ac civitatibus properans ad ſacrum, hora dici jam mediante ſecunda, clamor factus eſt, *Ecce dominus venit, exite obviam ei.* Et factum eſt. Illo autem cum multa ambitione jam appropinquante, ingens turba præibat, plurima verò ſequebatur. Portæ exteriores latè patentes, locus etiam licet ſpacioſus vix populum admittebat. Occurrit autem cum reliqua multitudine fratrum noſtrorum caterva albis veſtibus candidata, purpureis ornatibus decentique ſatis varietate redimita, præferens cum deauratis evangeliorum textis necnon et vaſis thuriferis cruciferi Chriſti vexilla, & quicquid feſtivius poterat devotio votiva. Ordinatè autem incedentes ad portas monaſterii exteriores illum excipiunt fratres, quorum quidam vultibus dimiſſis cantum ſimulando amarius flebant, quidam verò fletum reprimendo, ore potiùs quam corde utcunque canebant, à quibuſdam perſonis quæ cum turba multa convenerant ad diem feſtum, cum cantibus, ut dictum eſt, necnon & crebris tintinnabulorum pulſionibus in eccleſiam introducitur, coram altari proſternitur, orat, ſurgens cupam argenteam altari imponit, tunc demum *Ambroſianus* inchoatur himnus, videlicet, *Te Deum laudamus.*

De eo quod capitulum intravit, et nihil nobis contulit, immo cartam ſuam ibidem recitari fecit. Cap. 5.

EXpleto itaque himno, nullaque interviente mora, cum fratribus intrat capitulum, aſſociata ſibi diverſi ordinis ac dignitatis multitudine copioſa. Quo audito, catervatim ruunt populi audire cupientes quæ per eum in die reconciliationis in ablatorum reconſignatione, promiſſis vel donariis nobis forent conferenda. Cumque omnium aures, ut eructaret cor ejus verbum bonum, eſſent erectæ, non dico magnum quid vel modicum, immo nihil contulit, nihil omnino repromiſit. Cartas quidem ſuas ac confirmationes ſuper donatione abbatiæ noſtræ authoritate regia ſibi collatas mox protulit, eaſque in auribus omnium,

non

non absque superbiæ typo recitari fecit. Sic se habuit res, sic, sic deperiit diutius expectata spes. Dictum est autem, *Surgite eamus hinc.*

De eo quod cameram abbatis intravit, et qualiter astutus simplicem convenit. Cap. 6.

ABiens inde cum multorum tamen indignatione, quorundam etiam sed latenti in invicem detestatione, thalamum abbatis ingreditur, illum videre & alloqui se velle perhibebat. Erat autem dominus abbas senex valde et plenus dierum, & præ valetudine diutina lecto detentus, prælibatis interesse nequibat. Solus cum solo, cæteris ejectis, pium amoris effectum prætendens aliquandiu sedebat, ecclesiæ statum vitam moresque singulorum astutus à simplice attentiùs investigando scrutabatur, & quem illorum post se in abbatem eligere laudaret, diligenter sciscitabatur. Colloquio finito, surrexit, ecclesiam intravit, missam audivit, deinde locum unde venerat cum suis repetivit.

De portione ablatorum modica nobis restituta Cap. 7.

NOn post multos autem dies instante beati *Laurentii* festivitate, manante priùs ad nos ejus mandato, destinantur ad illum fratres duo scilicet, Prior noster dominus *Rogerus*, & dominus *Robertus*. Quibus, communicato colloquio, centum acras terræ arabilis, pratum unum cum molendino se nobis hac vice benignè daturum incunctanter repromisit. Quibus cum capellano ejus *Hugone* jam sæpius dicto regressis, molendinum cum prato illo versus *Peritonam* recepimus, cum cultura illa inter domum nostram & *Waledenam* nobis commodiùs adjacente, exemptis tamen acris aliquantis quas villici ejus villanis aliquibus post primam disseisinam nostram excolendas tradiderunt. De his disseisinis jam tractatis ista sufficiant, &c.

Hactenus de excerptis ab istis duobus MS. monasterium de Waledena *tangentibus.*

Carta domini *Gaufridi* de *Mandevilla* comitis Essexiæ *monasterii fundatoris.*

Ex registro de *walden*, penes ermitem *Suffolciæ* cart. 49.

GAufridus *de* Magnavilla *comes* Essexiæ, *archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, omnibus hominibus, & amicis suis* Francis & Anglis, *& universis christianæ fidei professoribus, tam presentibus quàm futuris salutem. Ad universitatis vestræ noticiam volo pervenire, me fundasse quoddam monasterium in usus monachorum apud* Waledenam, *in Honore Dei, & sanctæ* Mariæ, *& beati* Jacobi *apostoli, quibus devotè contuli, & hac presenti carta mea confirmavi, pro salute animæ meæ, & omnium parentum & antecessorum & successorum meorum, omnes ecclesias inferiùs annotatas, tam de dominio meo, quàm de emptis, et purchasiis meis, scilicet, ecclesiam de* Waledena, *ecclesiam de* Waltham, *ecclesiam de* Eltra, *ecclesiam de* Sabrichesworth, *ecclesiam de* Thorleya, *ecclesiam de* Gedelestuna, *ecclesiam de* Enefelda, *ecclesiam de* Edelmetona, *ecclesiam de* Ippemues, *ecclesiam de* Senleya, *ecclesiam de* Northala, *ecclesiam de* Chishella, *ecclesiam de* Chipenham, *ecclesiam de* Dygeneswell, *ecclesiam de* Almodesham, *ecclesiam de* Strattelcya, *ecclesiam de* Cayngeham, *ecclesiam de* Aynho, *ecclesiam de* Cuntuna. *Has autem ecclesias concedo, & confirmo monasterio sancti* Jacobi *de* Waldena, *& monachis ibidem in Dei servitio constitutis, in liberam puram et perpetuam elimosinam, cum omnibus ad easdem ecclesias pertinentibus, in decimis, et obventionibus, in terris, et redditibus, in hominibus, et eorum servitiis, in pratis et pascuis, in bosco, et plano, in aquis, et stagnis, in vivariis, et piscariis, in viis, et semitis, in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus. Et ne aliquis hæredum vel successorum meorum, vel eorum etiam qui prædictarum imposterum fortè habuerint dominium villarum, aliquam donationem, vel presentationem in præscriptis ecclesiis ulterius se habere estimet, Concedo et confirmo præfato monasterio sancti* Jacobi *de* Waldena, *et monachis prædictis, omne jus et omne dominium, quod egomet, vel aliquis antecessorum meorum melius, et liberius in præfatis ecclesiis unquam habuimus, vel habere debuimus. Quare volo, et firmiter præcipio quod prælatus prænominati monasterii de* Waledena, *et monachi prælibati habeant et teneant imperpetuum ecclesias jam sæpedictas, cum omnibus earum pertinentiis, et libertatibus: ita quidem ut si quis aliquam illarum eccl. siarum aliquando tenuerit, de prælato et conventu sancti* Jacobi *de* Waledena *teneat. Concedo insuper eis & confirmo sexies viginti acras terræ arabilis in essarto meo de* Waledena, *& centum acras de bosco in* Heburthei, *cum media parte de omnibus proficuis quæ inde exeunt, & unum pratum quod dicitur* Fulefen, *cum terra desuper vinea deputata. Duo etiam molendina, unum scilicet apud* Waledenam, *et alterum apud* Enefeldam, *cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, in terris et redditibus, in pratis, et pascuis, in aquis, et stagnis, et piscariis, et cum multura ambarum villarum, scilicet, de* Waledena, *et* Enefelda, *sicut unquam meliùs, vel liberiùs ante habere solebam. Concedo autem eis, et confirmo heremitagium de* Hadeleya, *cum omnibus ad eundem locum pertinentibus, introitum, et exitum, et communem pasturam pecoribus eorum in parco meo, in quo heremitagium illud situm est. Clamo etiam quietum pannagium de omnibus dominicis porcis suis, tam de* Waleduna *quam de omnibus locis quæ ad eos specialiter pertinebunt et in manu propria tenebunt, in omnibus boscis et parcis meis in quibus porci mei in pastionem admittuntur. Unde etiam ex parte Dei et mea firmiter præcipio, ne aliquis successorum vel hominum meorum prædicto monasterio sancti* Jacobi *de* Waledena, *vel monachis ibidem divino servitio mancipatis aliquam vexationem vel molestiam super præscriptis ecclesiis vel tenementis inferre præsumat. Quod si quis eorum contra hanc cartam meam in aliquo venire præsumpserit, et hanc elemosinam meam, a præfato monasterio alienare, vel in aliquo minuere studuerint, maledictionem Dei omnipotentis, et sanctæ* Mariæ, *et beati* Jacobi *apostoli, et omnium Sanctorum Dei in presenti vita sentiat, et in futura cum* Juda *traditore, æternam damnationem percipiat, nisi resipiscat, et ad emendationem veniat. Fiat, Fiat, Amen. His testibus, comite* Gilberto, *comitisse* Rohesia, Willielmo *archidiacono*

acono London. Radulpho *et* Brienno *canonicis de* **Waltham**, Gregorio *dapifero*, Pagano *de* Templo-Domini, Arnulpho *de* Mandevilla, Warino *filio* Geroldi, Henrico *filio* Geroldi, Adelardo *de* Guerr. Fulcone *de* Nuers, Humfrido *de* Rochella, Willielmo *filio* Alueredi, Willielmo *filio* Arnaldi, Willielmo Puleyn, Richario, Thoma, Symone *camerario*, Rogero *clerico, et multis aliis.*

Carta domini Willielmi *de* Mandevilla *de medietate totius dominii sui de* **Waleden**, *parvo parco et molendino suo de* **Waleden**, *&c.*

Ibid. fol. 2. cart. 5. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis, *Willielmus* de *Mandevilla* comes *Essexiæ*, salutem. Noverit universitas vestra me dedisse & concessisse pro animabus patris mei & matris meæ, & antecessorũ meorum & pro salute animæ meæ, in liberam & perpetuam elemosinam, Deo & ecclesiæ beati *Jacobi* de **Waleden**, & monachis ibidem Deo servientibus, medietatem totius dominii mei de **Waleden**, in terra arabili, & in pratis & pascuis : ita quod ipsi suam medietatem habeant propinquiorem & cõmodius adjacentem abbatiæ suæ; & parvum parcum, sicut sepe clauditur; & molendinum meum de eadem villa. Et præterea omnes homines illos & masagia illorum qui manent super riveram de **Waleden**, scilicet a cruce illa quæ est in chemino de **Neupozt** versus **Cantubzug**, quantum terra mea extenditur in illam partem, cum omnibus tenementis & redditibus, et servitiis eorundem hominum. Quare volo & firmiter precipio, quod idem monachi omnes prædictas tenuras teneant bene, & in pace, liberè & quietè ab omni terreno servitio, & ab omni consuetudine & exactione seculari, sicut aliqua elemosina liberiùs & quietiùs teneri potest, vel debet. Teste abbate *Willielmo* de *Mortuomari*, *Henrico* de **Aëtt**, *Ricardo* de *Montem. Willielmo* filio ejus, *Osberto* filio *Ricardi*, *Willielmo Brunceste*, *Wiscardo Laidet*, *Roberto* de **Lametot**, *Petro* de *Mowevill. Hugone* & *Ricardo* capellanis, *Roberto Wascelin*, *Radulfo* de **Ozendon**, *Hugone* de *Chambai*, *Willielmo Trencheſiul*, *Willielmo* de **Lisur**, *Symone* de *Camera*, *Waltero* clerico, *Thoma* clerico.

Carta *Beatricis* de *Mandevilla*.

Ibid. O*Mnibus in Christo credentibus ad quos presens scriptum perveneri*t Beatrix *de* Mandevilla *salutem in Domino. Legentibus hec & audientibus notum fore desidero, quod Ego* Beatrix *de* Mandevilla, *soror comitis* Gaufridi *senioris, patris comitis* Willielmi *& heres totius hereditatis ipsorum concedo & confirmo, Deo & ecclesiæ beati* Jacobi *de* **Waleden**, *& monachis ibidem Deo servientibus, totum divisum quod eis fecit in eadem villa comes* Willielmus *nepos meus, ita plenè & honorificè, cum omnibus libertatibus & pertinentiis sicut carta ipsius testatur. Scilicet, medietatem totius dominii villa ejusdem in terra arabili, & in pratis, & in pascuis, ita quod ipsi suam medietatem habeant propinquiorem & comodius adjacentem abbatiæ suæ. Et parvum Parcum sicut sepe clauditur, & molendinum de eadem villa, & preterea omnes homines illos, & masagia illorum qui manent super riveram de* **Waleden**, *scilicet a cruce illa que est in chemino de* **Neupozt** *versus* Cantebrig. *quantum terra villa extenditur in illam partem, cum omnibus tenementis & redditibus, & servitiis eorundem hominum. Quare volo, & firmiter precipio quod iidem monachi omnes predictas terras teneant bene, & in pace, libere & quiete, ab omni servitio terreno, & ab omni consuetudine & exactione seculari, sicut aliqua elemosina liberiùs & quietiùs teneri potest vel debet. His testibus* Roberto *capellano meo, &* Ricardo **Aguillon**, *&* Thoma *de* **Sandfozd** *decanis, &* Thoma Persona *de* **Rikeling**, Willielmo *de* **Rochelle**, *&* Roberto *filio* Arnulphi, *&* Willielmo *del* Haie, *&* Matheo *de* **Berden**, *militibus, &* Johanne *de* **Berden**, *&* Waltero *clerico, servientibus meis, & pluribus aliis.*

Carta eiusdem Domine Beatricis *de* Mandevilla, *dicte* **Say**, *de ecclesia de* **Elsenham**, *concessa monasterio de* **Walden**.

Ibid. OMnibus ecclesie catholice filiis, tam futuris quam presentibus, *Beatricia* de **Say**, salutem. Universitati vestre notificetur, quod Ego *Beatricia* dedi Deo & sancte *Marie* & monasterio sancti *Jacobi* de **Waleden**, & monachis ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, quantum ad me pertinet, & laica dare potest persona, ecclesiam de **Elsenham**, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis suis, in terris, & decimis, & ceteris obventionibus, pro anima *Galfridi* comitis *Essexie*, fratris mei, & *Willielmi de* **Say**, sponsi mei, & *Willielmi* filii mei, pro salute quoque anime mee, & omnium antecessorum & successorum meorum. Quod si aliquis heredum vel successorum meorum, hanc meam elemosinam, quam prefato monasterio & monachis de meo libero maritagio devotè contuli, violare, vel in aliquo minuere presumpserit, divinam ultionem & meam maledictionem se percepisse doleat. Ut igitur hec elemosina stabilis permaneat & inconcussa, eam presenti carta confirmare curavi. His Testibus *Willielmo* de *Mandevilla* comite *Essexie*, *Gaufrido* de **Say**, *Waltero* decano de **Clavering**, *Ricardo Aguillun*, *Rogero* filio *Mauritii*, *Gaufrido* de **Henham**, *Thoma* de **Rikeling**, *Silvestro* de **Cestrefozd** clericis, *Rogero* filio *Ricardi* & *Willielmo* filio ejus, *Alboldo Pulcyn* & *Michaele* fratre ejus, *Matheo* de **Berden** militibus, *Galfrido Puleyn*, *Ricardo Albo*, *Roberto* de **Rochesfozd**, *Wydone*, *Willielmo Nivario*, *Ricardo Peverel*, *Rogero*, *Gaufrido*, & multis aliis.

Carta Galfridi *de* **Say**.

lb. cart. 8. U*Niversis sancte matris ecclesia filiis* Galfridus *de* **Say**, *salutem. Noveris universitas vestra me concessisse, & hac carta mea confirmasse, pro animabus patris & matris mee, antecessorũ meorum, & salute anime mee, in liberam et perpetuam elemosinam, Deo et ecclesia beate* Marie *et sancti* Jacobi *de* **Waleden**, *et monachis ibidem Deo servientibus quicquid* Willielmus *de* **Sandevill**, *comes* Essexie, *eisdem monachis dedit in villa de* **Waleden**, *prout carta ejusdem comitis* Willielmi

et

et Beatricis *matris mee testantur*, &c. *Scilicet* (Ut sæpius supra.)

Testibus *hiis* Ernulpho *de* Mandevilla, Willielmo *de* Mandevilla *fratre ejusdem*, Willielmo *de* Berners, Radulfo *de* Berners, Bartholomeo *de* Chene, Ranulpho *de* Mandevill, Willielmo *de* Say, Radulfo *de* Peron, Willielmo *de* Peron, Ernulpho *capellano*, *magistro* Thoma medico; Johanne *filio* Symonis, Willielmo *de sancto* Michaele, Ricardo Peverel, *et aliis multis.*

Confirmatio generalis Domine Matildis *de* Mandevilla, *Comitisse* Essexie *et* Herefordie, *sororis* Willielmi *de* Mandevilla, *filii* Gaufridi *filii* Petri *superius nominati*, *super donationibus et confirmationibus domini* Gaufridi *de* Mandevilla *primi Fundatoris*; Gaufridi *et* Willielmi *de* Mandevilla *filiorum ejus*, *et* Willielmi *de* Mandevill, *fratris sui quondam Comitis* Essexiæ, *secundùm tenorem Cartarum suarum.*

lb. cart. 18 UNiversis sancte matris Ecclesiæ filiis, tam presentibus quàm futuris, *Matildis* de *Mandevilla*, Comitissa *Essexia & Herefordia*, salutem in Domino. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire, Nos, inspectis Cartis antecessorum nostrorum, videlicet, *Gaufridi* de *Mandevilla* senioris, & *Gaufridi* de *Mandevilla* junioris, & *Willielmi* de *Mandevilla* senioris, & *Willielmi* de *Mandevilla* junioris, fratris nostri, quondam comitum *Essexia*, concessisse, & hac presenti Carta nostra confirmasse, pro salute anime nostre, & omnium antecessorum & successorum nostrorum, Deo, & sancte *Marie*, & sancto *Jacobo* de Waleden, & monachis ibidem Dei servitio constitutis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, omnes ecclesias, cum omnibus ad easdem pertinentibus, & omnia alia tenementa, videlicet, in terris, & redditibus, in hominibus & eorum servitiis, in pratis & pascuis, in plano & bosco, in aquis & stagnis, in vivariis & piscariis, in viis & semitis, in omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, secundum tenorem cartarum predictorum comitum, de quibus omnibus sunt & fuerunt in seisina. Habenda & tenenda imperpetuum pro me & hæredibus meis integrè, pacifice, liberè & quietè. Ut autem hec nostra concessio, & Carte nostre presentis confirmatio perpetue firmitatis robur obtineat, huic scripto Sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus *Henrico* de Bemesec, *Henrico* de Pyngheny, *Radulfo* de Berners, *Symone* filio *Gaufridi* filii *Petri*, *Waltero* de Capeles, *Everardo* de Badingham, *Hasculpho Gernet*, *Johanne* del Hyde, *Roberto* filio ejus, *Wakelino* de Ros, *Ricardo Walensi*, *Waltero* de Berdefeld, *Petro* & *Bartholomeo* clericis, & multis aliis.

Carta Domine *Beatricis* de Say, primi fundatoris sororis, de medietate totius mareſii vocati Stapelwell, concessa monasterio de Waleden.

lb. cart. 28 OMnibus amicis et hominibus suis, presentibus et futuris, Beatricia *de* Say *salutem. Sciatis universi, quod ego* Beatricia *de* Say, *dedi in liberam et perpetuam elemosinam Deo et sancte* Marie, *et S.* Jacobo *de* Waledena, *et monachis ibidem Deo servientibus, pro anima domini mei* Willielmi *de* Say, & Williel. *de* Say *filii mei, pro anima quoque mea, et pro anima* Gaufridi *comitis fratris mei, et pro anima* Gaufridi *junioris, nepotis mei, et pro animabus omnium parentum et antecessorum meorum, partem meam mareſii de* Stapelwell, *scilicet, medietatem totius. Hiis testibus,* Roberto *persona de* Kirkling, Willielmo *capellano meo*, Matheo *de* Berden, Roberto *de* Rochesford, Springaldo, Alwino *de* Neuport, Bucello, Ewardo, Randulpho Wisman, Mauritio Delamare, *et multis aliis.*

Carta Matildis *de* Say *filia* Willielmi *de* Say *de advocatione ecclesiæ de* Elsenham *in libera potestate sua concessa monasterio de* Walden.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis presentibus & futuris ad quos presens scriptum pervenerit, *Matildis* de Say, filia *Willielmi* de Say salutem. Noverit universitas vestra, me, post mortem *Willielmi* de Bocland domini mei, in libera potestate mea, intuitu Dei concessisse & hac presenti carta mea confirmasse Deo, & sanctæ *Mariæ* & sancto *Jacobo* de *Waledena*, & monachis ibidem Deo servientibus, ecclesiam de Elsenham, cum omnibus pertinentiis suis, quam *Beatrix* de Say avia mea eis dedit, & carta sua confirmavit, in perpetuam elemosinam, scilicet, advocationem, donationem, presentationem, & omne jus & dominium quod ego, vel antecessores mei unquam habuimus, vel habere potuimus in eadem ecclesia: ita videlicet, quod ego, & heredes mei nihil juris in eadem ecclesia, de cætero, vendicabimus. Concedo insuper prenominatis monachis in eadem ecclesia omnes libertates, & omnia quecunque advocata concedere debeat, aut possit, ut illam habeant, teneant, & in pace possideant, sive cuicunque voluerint conferant, liberè, pacificè, & absque ulla contradictione. Hanc autem elemosinæ meæ largitionem feci prefatis monachis, pro salute anime meæ, & patris mei & matris meæ, necnon, & pro salute anime *Beatricis* de Say, & omnium antecessorum & successorum meorum. Et ut hæc mea concessio, & cartæ meæ confirmatio perpetuum robur obtineat, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus, *Galfrido* de Say, *Guydone* de Rochesord, *Willielmo* de *Torleia*, *Thoma* persona de Henham, *Guidone* tunc decano de Saunford, *Yvone* tunc decano de Neuport, *Nicholao* de Tingrie, *Johanne* de Rochesord, *Adam* de Tingrie, *Radulpho* de Rosey, *Willielmo Russell*, *Roberto Goet*, *Reginaldo Blundo*, *Walkelino Mareſcallo*, *Michaele*, de Wendene, & multis aliis. lb. cart. 30

Carta *Hawisiæ* de *Bovilla* filiæ *Willielmi* de Boceland de tota parte molendini de Elsenham in viduitate sua concessa monasterio de Waleden.

lb. cart. 33 SCiant presentes et futuri, quod ego Hawisia *de* Bovilla *filia* Willielmi *de* Bocland, *in viduitate*

tate et legitima poteſtate mea, dedi et conceſſi, et hac preſenti carta mea confirmavi, pro ſalute anime mee, et anteceſſorum meorum Deo, et ſancte Marie *et eccleſie ſancti* Jacobi *de* **Walden**, *et monachis ejuſdem loci, in puram et perpetuam elemoſinam, totam partem, et jus quod habui in molendino de* **Elſenham** *apud ſtagnum prater piſcariam. Habendum et tenendum liberè, quietè, et honorificè imperpetuum. Et ego* Hawiſia *et hæredes mei* warantizabimus *ſepedictis Deo, et monachis de* **Walden** *hanc predictam donationem contra omnes homines et fœminas imperpetuum. Et ut hæc mea donatio, et conceſſio rata, et ſtabiles inpoſterum perſeverent, preſens ſcriptum ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus, domino* A. *capellano meo, magiſtro* Johanne *de* **Garton**, Roberto *de* Mariſco, Radulpho *de* **Garton**, Radulpho *de* Hyda, *et multis aliis.*

Carta Galfridi *filii* Galfridi de **Say**, domini de **Rikelyng**, *de Advocatione & patronatu eccleſie de* **Rikelynge**, *conceſſa monaſterio de* **Walden**.

Ibid. cart. 36.

OMnibus ſancte matris eccleſie filiis, preſentibus & futuris, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, *Galfridus* de **Say**, filius *Galfridi* de **Say**, & *Alicie* de **Ver**, Dominus de **Rikelyng**, Salutem. Noverit univerſitas veſtra me, intuitu Dei, conceſſiſſe & hac preſenti Carta mea confirmaſſe, Deo, & ſancte *Marie* & ſancto *Jacobo* de *Waledena*, & monachis ibidem Deo ſervientibus. eccleſiam de **Rikelyng**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quam pater meus *Galfridus* de **Say**, eis dedit, & carta ſua confirmavit in perpetuam elemoſinam, ſcilicet, advocationem, donationem, preſentationem, & omne jus & dominium quod ego, vel anteceſſores mei unquam habuimus, vel habere potuimus in eadem eccleſia. Ita, videlicet, quod Ego & heredes mei, nihil juris in eadem eccleſia, de cetero, vendicabimus. Concedo inſuper prenominatis monachis in eadem eccleſia omnes libertates, & omnia quecunque advocatus concedere debeat, aut poſſit, & ut illam habeant, teneant, & in pace poſſideant, ſive cuicunque voluerint conferant, liberè, pacificè & abſque omni contradictione. Hanc autem elemoſine meæ largitionem feci prefatis monachis pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum. Et ut hæc mea conceſſio, & cartæ meæ confirmatio perpetuum robur obtineat, preſentem paginam ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus, domino *Willielmo* de *Mandevilla* comite *Eſſexia*, *Milone Sumeri*, *Radulpho* de **Berniers** ſeniori, *Radulpho* de **Berniers** juniori, *Jacobo* de **Cauz**, *Hugone* de **Ribbeſworth**, *Waltero* de **Capell**, *Humfrido* de **Rokell**. *Willielmo* de *Torleia*, *Willielmo* de **Ros**, *Radulpho* de **Roſey**, magiſtro *Thoma* de **Widitun**, magiſtro *Roberto* de **Elſendun**, domino *Johanne* de **Elſenham**, *Samſone* de **Elſwell**, *Radulfo* de *Roſeto*, *Willielmo Ruſſell*, *Michaele* de **Wendene** & multis aliis.

Carta & confirmatio Regis *Stephani* de quibuſdam libertatibus, ac donatione *Gaufridi* de *Mandevilla* primi fundatoris comitis *Eſſexiæ*, de diverſis eccleſiis cum pertinentiis monaſterio de **Walden** conceſſis.

Ibid. fol. 11. cart. 1.

STephanus *Rex* Angliæ, *archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, juſtiariis, vicecomitibus, baronibus, miniſtris, et omnibus fidelibus ſuis* Francis *et* Anglis *totius* Angliæ *ſalutem. Sciatis quia concedo, et confirmo illam donationem quam comes* Gaufridus *fecit Deo et eccleſie ſancti* Jacobi *de* Waldena, *et monachis ibidem Deo ſervientibus, de eccleſiis de* Eadelmetona, *et de* Enefelda, *et de* Seabritheſworda, *et de* **Waltham**, *et de omnibus eccleſiis ſuis de toto dominio ſuo, ſicut ille deliberabuntur, et de omnibus decimis et terris et molendinis, et piſcariis de dominiis ſuis. Quare volo et firmiter precipio quod eccleſia predicta et monachi prefati hæc omnia predicta habeant et teneant bene et in pace, liberè et quietè, in boſco, in plano, in pratis, et paſturis, in aquis et molendinis, et piſcariis, in eccleſiis, et terris, et omnibus aliis rebus, et pannagiis cum ſaca et ſocna, et* **toll** *et* **theam**, *et* **infangene theofe**, *cum omnibus aliis liberis conſuetudinibus, ſicut comes* Gaufridus *eis dedit, et carta ſua confirmavit. Teſtibus* Roberto *de* **Ver**, *et* Willielmo Marto, *et* Ricardo *de* Vald. *Apud* **Geldesford**.

COKENACHE.

Carta Roberti *de* **Eurun**, *&* Beatricis *uxoris ſue &* Rogeri *filii eorum, de octoginta acris terre conceſſis abbati & conventui de* **Walden**.

Ex eodem regiſtro de Walden, fol. 189.

RObertus de **Burun**, & *Beatrix* uxor ejus, & *Rogerus* filius eorum omnibus clericis, & laicis, de **Herefordſcire**, omnibuſque eccleſiæ fidelibus ſalutes in Chriſto. Notum ſit omnibus vobis, quoniam dedimus & conceſſimus Deo & ſancto *Guinwaloco* & eccleſiæ ejus, & abbati, totique conventui de *Muſtrol*. octoginta acras terræ, cum predio in quo fundata eſt capella, ſolutas ab omni ſervitio, & conſuetudine, & liberas, & quietas, in perpetuam elemoſinam, pro ſalute animarum noſtrarum & parentum, ut participes ſimus omnium orationum, elemoſinarum & beneficiorum quæ cotidie fiunt in eccleſia beati *Gwingaloei* de *Muſtrol*. ad honorem & laudem Dei. Si quis igitur poſt obitum meum de prædicta elemoſina, ſuggerente diabolo, prætaxatos monachos diſturbare, ac impedire voluerit, & eoſdem de præfatis octoginta acris, ira, & odio rapiente diſpoliare conſulerit, tunc veſtram imploramus liberalitatem, qui hanc conceſſionem vidiſtis, & audiſtis, quatinus cauſa Dei iſtis monachis de ſola veritate teſtes ſitis. Hujus rei teſtes ſunt omnes hic numerati, *Radulpus* ſacerdos de *Berleia*, *Aſketinus* ſacerdos de *Berkweia*, *Hugo* clericus de **Chiſhell**, *Ricardus* filius *Willielmi* de **Alſewich**, & *Willielmus* filius ejus, & *Walterus* clericus de *Berkweia*, *Reginaldus* filius *Petri*, *Thomas* de **Bokeland**, *Willielmus* de *Samerio*, *Alexander* de **Huntford**, *Alexander* de **Parleſtun**, *Lefuninus* prepoſitus, & *Thomas* de

Berle,

Berle, *Robertus Levegar* & filii ejus, qui concesserunt sancto *Guingualeo* croftum & mansionem in qua capella edificatur, & *Edricus* & *Ordmarius* frater ejus de **Rokenhach**, & *Alfredus* filius *Lumigi*. Valete omnes in Christo.

Carta Abbatis & conventus de **Pustrol**. *de terris & tenementis de* **Rokenache** *(in parochia de* Berkweia*) datis abbati & conventui de* **Waleden**, *annua pensione decem solidorum annuatim sibi reservata.*

Ibid. RObertus abbas sancti *Winwaloei* de *Mosteriolo* & conventus, venerabili *London.* episcopo, & omnibus ecclesiasticis personis & laicis totius regni *Anglia* ad quas litere iste pervenerunt, in eo qui est salus omnium salutem. Certum vos habere volumus, quod nos assensu concessimus locum nostrum de **Cokenhach**, quia quicquid de feodo comitis *Willielmi*, vel de feodo de **Buiron**, sive ex donatione aliorum fidelium ibidem habuimus, & cum omnibus ad ipsum locum pertinentibus tam in hominibus, quàm in terris & cæteris redditibus, monachis monasterii sancti *Jacobi* de **Waleden** perpetuo tenendis de nobis sub annua pensione decem solidorum, uno termino solvendorum, scilicet ad pentecosten. Hujus verò concessionis gratiâ quindecim marcas de gersuma nobis dederunt. Volumus igitur, & optamus, ut præfati monachi hanc possessionem liberè, quietè, & in pace teneant, quia sub prædicta pensione inconcusse possideant imperpetuum, excepta enim communi ordinis nostri familiaritate specialiùs eos nobis vinculo caritatis astrinximus, quia in beneficiis nostris recepimus, & nos ab ipsis, pari dilectione confederatos non dubitamus. Inde est quod tantum beneficium sepedictis monachis & eorum successoribus perhenne futurum statuimus, ut dictũ est, possessionem prelibatam sigilli nostri testimonio confirmamus. Hiis testibus, magistro *Gilberto*, *Radulfo* preposito *Delquir*, *Petro* clerico de **Caneron**, *Eustachio* nepote abbatis, *Sigerio* portario, *Masilio* consanguineo abbatis, *Godardo* & *Edmundo* capellanis Prioris, *Willielmo* de *Hanvilla*, *Godefrido* de **Hayden**, *Willielmo Guet*, *Ric.* albo, *Willielmo* vitrario, *Radulpho* clerico, *Ricardo Peverel*, *Rogero*, *Gaufrido* servientibus Prioris, cum multis aliis de *Waledena*.

Confirmatio *Rogeri Burun.*

Ibid. OMnibus *sancte matris ecclesie filiis futuris & presentibus*, Rogerus *de* **Burun** *salutem in Domino. Sciatis universi quod ego* Rogerus *de* **Burun** *concessi & presenti carta mea confirmavi, pro salute anime mee, patris & matris mee & omnium amicorum meorum, Deo & beate* Mariæ *& monachis ecclesie sancti* Jacobi *de* **Waleden**, *in liberam & perpetuam elemosinam, locum de* **Cokenhach**, *cum capella sancti* Winwaloci, *& cum omnibus terris, hominibus, & redditibus de feodo meo, ad eundem locum pertinentibus sicut abbas & conventus sancti* Winwaloei *de* Musteriolo *eisdem monachis confirmaverunt, & sicut carta patris mei quam inde habent testatur. Ad hec autem predictis monachis concessi, & hac carta mea confirmavi, quod ego & heredes mei predictam capellam cooperiemus, & reparabimus, sumptibus nostris, cum necesse fuerit imperpetuum, & ornamenta ecclesiastica invenietmus, scilicet casulam albam, amictum, stolam, fanum, mantilia, cum palla altaris. Quare volo & firmiter precipio, quatinus predicti monachi sancti* Jacobi *de* Waledena *habeant & teneant prenominatam capellam cum omnibus pertinentiis suis, liberè & quietè imperpetuum. Hiis testibus*, Thoma *de* **Sanford**, & Thoma *de* **Kyeling** *decanis, magistro* Willielmo *de* **Passyngham**, *& magistro* Hugone *de* **Bertune** *clericis*, Rogero *camerario*, Petro Picot *de* **Heiden**, Gilberto *de* **Stanford**, *magistro* Michaele, Willelmo *de* **Bendeville**, Ricardo *albo*, Alano *janitore*, Herveo *filio* Willielmi, Nicholao *filii* Abel, Willielmo *cementario, & multis aliis.*

Carta regis Henrici *secundi.*

HEnricus Rex *Anglie*, &c. archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris, & omnibus fidelibus totius *Anglie* salutem. Sciatis me concessisse & presenti carta confirmasse Priori & conventui **Waldene**, ecclesiam **Waledene**, ecclesiam de **Odelmeton**, ecclesiam de *Lufeldia*, ecclesiam de **Puntney**, ecclesiam de *Sentlega*, ecclesiam de *Norbaila*, ecclesiam de **Chaingeham**, ecclesiam de **Amthenho**, ecclesiam de *Cumbtona*, ecclesiam de **Almodesham**, ecclesiam de *Stratlega*, ecclesiam de **Habzicheswozth**, ecclesiam de **Godesetton**, ecclesiam de *Torleya*, ecclesiam de **Chippeham**, ecclesiam de *Estra*, ecclesiam de **Waltham**, ecclesiam de **Chishulle**, ecclesiam de **Hyclitun** cum capellis & decimis & omnibus pertinentiis earum, & omnia alia tenementa sua quæ tenent de feodo comitis *Gaufridi*, sicut carta ejusdem comitis eis testatur, quod tenere debeant; & omnia alia tenementa sua de cujuscunque feodo sint, quæ jam rationabiliter adquisiverunt, vel adquisituri sunt. Quare volo & firmiter præcipio, quod habeant & teneant omnia prædicta tenementa bene & in pace, liberè & quietè, & honorificè in bosco & in plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis, in viis & semitis, in omnibus locis & in omnibus aliis rebus, cum omnibus pertinentiis suis, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus quæ ad eadem tenementa pertinent vel pertinebant. Test. *Rogero* comite de *Clara*, comite *Alberico*, *Willielmo* comite de *Arundell*, *Ricardo* de **Humez** constabular. *Henr.* de **Essex** constabular. *Ricardo* de **Luci**, & *Willielmo* filio *Hamonis*. Apud *Ceneman.* Carte antiquæ C. nu. 25.

Ex omnibus ad quos, &c. salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus & licentiam dedimus pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est dilecto consanguineo & fideli nostro Willielmo *de* **Bohun** *comiti* **Northampton**, & Elizabethæ *uxori ejus, quod ipsi advocationem Prioratus de* **Bereden** *in comitatu* Essexiæ *que de nobis tenetur in capite, ut dicitur, dare possint & assignare dilectis nobis in Christo abbati & conventui de* **Waleden**, *habendam & tenendam eisdem abbati & conventui & successoribus suis in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et etiam quod iidem comes &* Elizabetha *concedere* Pat. 17 E. 3. par. 1. numb. 5.

cedere possint quod manerium de Bereden *cum pertinen. in comitatu predicto, quod similiter de nobis tenetur in capite, ut dicitur, & quod* Cristina *que fuit uxor* Roberti *de* Rocheford *tenet in dotem de hereditate predicti comitis, quod etiam post mortem predicte* Cristine *ad prefatos comitem &* Elizabetham *reverti deberet post mortem ipsius* Cristine *prefatis abbati & conventui remaneat, habendum & tenendum sibi & successoribus suis una cum advocatione predicta in liberam puram & perpetuam elemosinam, sicut predictum est, imperpetuum (&c.) Teste Rege apud* Westm. *primo die Marcii.*

Per breve de privato sigillo.

Ex cron. S. *Petri Glouc. in bibl. Cotton.* [Domitian. A 8.]

Vide supra, pag. 112 col. 1.

BROMFEILDENSIS
Prioratus in agro Salopiensi.

ANno Domini MClv. canonici de Bromfeld dederunt ecclesiam suam & seipsos ad monachatum ecclesiæ S. *Petri Glouc.* per manum *Gilberti* episcopi *Hereford.* autoritate *Theobaldi, Cantuariensis* archiepiscopi & apostolice sedis legati.

Cart 19 *H.* 3. m. 5. Et Pat 14. *H* 6 part. 2. m 20.

HEnr. gratia rex *Anglie (&c.)* archiepiscopis &c. Inspeximus cartam *H.* regis avi nostri in hæc verba. *H.* Dei gratia rex *Anglie (&c.)* Sciatis me pro salute animæ meæ & antecessorum meorum & hæredum meorum dedisse & hac carta mea confirmasse ecclesiam meam S. *Mariæ* de Bromfeld cum omnibus pertinentiis suis Prioti & monachis ibidem Deo servientibus, tenendam de me & hæredibus meis in perpetuam elemosinam integrè plenariè & honorificè sicut nostram dominicam capellam, & omnes præbendas quas *Frethericus* clericus de Burefort & *Robertus Calemon* de Pantesbyr, & *Edricus* presbyter de Bromfeld, & *Robertus* presbyter de Feltune & alii canonici tenuerunt in Bromfeld hurnisse, tempore *H.* regis avi nostri vel meo tempore, scilicet omnes terras & villas de Haverford & de Dudingehope, & de Effort, & de Feltune, & de Burgeheye, & de Lethewic, & tres præbendas in Bromfeld, & tres in Valentone, salva tamen tenura prædictorum canonicorum quamdiu vixerint, qui omnes has prænominatas terras & villas tenuerunt in elemosinam de prædicta capella mea. Post mortem autem illorum liberè & quietè ab omnibus secularibus serviciis & exactionibus, & absque contradictione illius ad proprios usus & dominium prædictæ capellæ meæ, & fratrum illius loci revertantur cum omnibus libertatibus & quietanciis & liberis consuetudinibus & regiis dignitatibus. Et volo & firmiter præcipio ut custodiatis & manuteneatis & protegatis omnes res & possessiones suas sicut meas dominicas & proprias res (*&c.*) T. *Hyllario Cicestr.* episcopo, *Regn.* comite *Cornubie, Willielmo* comite *Glouc. Ricardo de* Humet constab. apud London.

Inspeximus etiam cartam ejusdem *H.* regis avi nostri in hæc verba. *H.* rex *Anglie* dux *Norm.* (*&c.*) Præcipio quod Prior & monachi ecclesiæ meæ S. *Mariæ* de Bromfeld & omnes successores sui habeant pacem & liberam donationem in bosco suo de Houltre & in bosco suo de Altricheswude scilicet de Whitebroc usque ad fontem de Werebroc, & in bosco suo de Banerwude, & de Dudingehope, & in bosco suo de Esrugge, scilicet de Eilsichewey usque in Ludeford per viam quæ vocatur *le* Rugwey. Et volo ut teneant bene & in pace haiam suam in prædicto bosco suo de Hoctre cum terra & pastura *del* Beneth, ita liberè & quietè in bestiis & herbagiis & pasturis, & in omnibus aliis rebus quæ ad liberam hayam pertinent, ut nullus transitus hominum vel pecorum nec animalium sit per haiam istam (*&c.*) T. *Galfrido Elien.* episcopo (*&c.*) apud *Oxon.* (*&c.*) Nos igitur prædictas donationes (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Dat. per manum venerab. patris *Radulfi Cicestr.* episcopi cancellarii nostri apud *Westm.* xvj. die Julii anno regni nostri xix.

BRETFORDENSE
Cœnobium in agro Warwicensi.

Carta Fundationis.

Ex registro de *Killingworth* penes *Simeonem Clerke* baronettum p. 138.

IN nomine sanctæ Trinitatis, Ego *Gaufridus* Camerarius de *Clintona*, dono & concedo, & in perpetuam elemosinam confirmo Deo, ad fundandam Cellam monialis ordinis, centum & quinquaginta acras de terra mea apud Bretford, & de meo dominio unum pratum, quod est in parte nemoris inter Bretford, & stagnum molendini de Perstone, & omnia necessaria, in bosco & plano, in campis & silvis, in pascuis & pratis, in rivis & aquis Quam donationē facio pro salute & incolumitate regum & principum terræ, & pro salute quoq; animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & fratrum & sororum mearum, necnon & uxoris meæ, & animarum prolis meæ & omnium antecessorū & successorū meorum. Et hoc in manu & dispositione charissimæ amicæ meæ, domine *Normi* monialis, ut ordo & institutio, quam ipsa constituerit imperpetuum ibidem conservetur; Obsecro igitur dominos & amicos, hæredes, & homines fideles meos, & omnes qui aliqua mihi parentela vel amicitia junguntur, quatenus hanc meam donationem, & ejus possessiones ad ipsos pertinentes in perfecta pace, & quieta custodiant, & amplificent, & diligant, ut ejusdem beneficii participes esse valeant. Ut autem ista mee elemosine donatio firma, libera & quieta imperpetuum perseveret, Sciant omnes Christiani, quod ab omnibus consuetudinibus & auxiliis & ab omni exactione & gravamine temporali imperpetuum eam absolvo, & elemosinam & ejus donationem cum perfecta libertate, mea presenti carta, manus proprie subscriptione confirmo, sigilli mei impressione munio & subscriptos, Testes assigno, *Agneta* uxore

uxore mea, cum filio meo *Henrico* concedente & testante. Testes *Osbertus* de *Clintona*, *Thomas* monacus, *Stephanus* canonicus, *Moyses* decanus, *Willielmus* capellanus, *Heraldus* presbyter, *Rogerus Primant*, *Rob.* de **Curli**, *Giffardus* de *Lucerna*, *Ric. Wallensis*, *Tho.* filius *Armifr.* *Herebertus* de *Lucerna*, *Will.* filius *Odonis*, & *Arnaldus* frater ejus, *Rogerus* filius *Willielmi*, *Gaufridus Dela Hai*, *Fulbertus Sagittarius*, *Willielmus Armifr.* cl. *Paganus*, cl. *Reginaldus des Mores*, *Rogerus Pikenot.* ✠.

Alia Carta ejusdem *Gaufridi*.

Ibid. p. 7. ✠ *IN nomine sanctæ Trinitatis, Ego* Gaufridus *Camerarius de* Clintona, *dono & concedo, & in perpetuam elemosinam confirmo Deo & sanctæ ecclesiæ ad opus* Noemi *monialis & successorum ejus, in perpetuum, centum quinquaginta acras de meo dominio apud* **Bzetfozd**, *& pratum quod est inter* **Bzetfozd**, *& stagnum molendini de* **Perstone**. *Et preterea totam terram villanorum, vel cujuscunque fuerit, quæ continetur inter has quatuor metas, videlicet,* **Pulewelleſiche**, *&* **Folle**, *& fluvium* Afnam, *& nemus de* **Burdloge**. *Et præter hæc communam de* Brandona *ad omnia necessaria & essamenta sua, & suorum ibidem commanentium, in bosco & plano, in pasturis & aquis; Quam donationem facio pro salute & incolumitate regum & principum terræ; pro salute quoque animæ meæ, & animarum patris & matris meæ, & fratrum & sororum mearum, necnon & uxoris meæ, & prolis nostræ, & omnium antecessorum & successorum nostrorum, & hæc in manu & ispositione domine* Noemi *monialis, ut quod ipsa inde fecerit firmum & incorcussum perpetuò conservetur. Obsecro igitur dominos & amicos meos, heredes & fideles, & homines meos, & omnes qui mihi aliqua parentela vel amicitia junguntur, quatenus hanc meam donationem & ejus possessores, & incolas, & omnes res & possessiones ad ipsas pertinentes, in perfecta pace & quietè custodiant, amplificent & diligant, ut ejusdem participes esse valeant. Ut autem ista mea donatio firma libera & quieta imperpetuum perseveret, Sciant omnes Christiani, quod ab omnibus consuetudinibus & auxiliis, & ab omni exactione & temporale gravamine imperpetuum eam absolvo, & elemosinam, & ejus donationem, cum perfecta libertate in presenti Carta manus propriæ subscriptione confirmo, Sigilli mei impressione munio, & subscriptos testes assigno*, Agnete *uxore mea, cum filio nostro* Henrico *concedente & attestante, Testes* Osbertus *de* Clintona, Thomas *monachus.* (&c.)

Donatio hujus Cellæ Canonicis de **Benilwozth**.

Ibid. GAUFRIDUS *de Clintona*, omnibus (*&c.*) salutem. Sciant (*&c.*) quod sanctimoniales, viz. *Seburc* & *Naumi*, mea petitione & meo assensu donaverunt Deo & ecclesiæ de *Keningworda*, & canonicis ibidem Deo servientibus, **Bzetfozt**, & terram circumjacentem, quam ego ipsis sanctimonialibus ante donaveram in perpetuam elemosinam; quam cartam donationis, ego pro salute mea, & omnium antecessorum meorum præfatæ ecclesiæ canonicis in perpetuam elemosinam concedo, & presenti carta mea confirmo. Quare volo (*&c.*) ut prædicti Canonici bene & in pace (*&c.*) teneant prænominatam terram de **Bzetfozt**, cum omnibus pertinentiis suis, et libertatibus quas prædictis sanctimonialibus, per cartam meam concessi; totam videlicet terram illam quæ infra metas illas includitur (*&c. ut supra*) Testes *Ricardus* abbas *Leicestriæ*, *Osbertus* et *Willielmus* capellani, *Osbertus* de *Clintona*, (*&c.*)

TALLACH *in episcopatu* Menevensi, *apud* Cambro Britannos.

Confirmationis charta per regem Edwardum *de donationibus* Reſi, *& aliorum.*

Pat. an. 5. Ed 3. part. 3 m. 2. REX omnibus ad quos, &c. salutem. Inspeximus literas patentes celebris memorie domini *E.* nuper Regis *Anglia*, patris nostri in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Anglia*, Dominus *Hibernia*, & Dux *Aquitania*, omnibus ad quos presentes literæ pervenerint salutem. Donationem, concessionem, & confirmationem quas *Resus* junior filius *Resi* junioris per cartam suam fecit abbati & conventui Deo & beatæ *Mariæ* & sancto *Johanni Baptistæ* apud **Tallach** servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, de omnibus terris, possessionibus, pascuis, redditibus, ecclesiis, libertatibus, & rebus quas eisdem, *Resus* magnus & *Resus* avus ipsius *Resi* junioris avunculi consanguinei vel cognati ipsius *Resi*, vel nobiles terræ dederunt vel ex testamento reliquerunt, de **Tallech** videlicet. **Benenbleith**, **Lewedderi**, **Hanner**, **Cumblehanc**, **Bzinwyn**, **Bzinylleth**, in antiquis finibus, **Talunelgan** & de particula terræ apud **Cruchar** penros præter terram filiorum *Bledri*. **Chcoh**, **Pnyſtewitlh**, **Tremywern**, **Bynwill**, **Kilmaren**, & de particula terræ cum prato inter duos rivulos subtus ecclesiam **Bynwill** & supra ecclesiam eandem inter duos rivulos **Landewiternus** usque **Kinriſken** & **Cozrderwen** juxta **Pzenvol**, **Gwallwin**, **Llunwermon**, **Penneint**, **Gozdogny** usque **Pyzvaynguanc**, **Roſpedyz** de grangia de **Cudgruc** & **Hannaur**, de grangia de **Bzethba**, **Bzinyzeidon**, **Caſtellgweiraun**, **Hagn**, **Pkyghellaur**, **Kylkyngen**, & de tota terra inter dictam grangiam & **Clendach**, & de grangia de *Brunus* in finibus suis, **Peullinnyzhit** apud **Lanterlaumaur**, **Pnyſterlau**, **Llodze**, **Jago**, **Kylynan**, **Gudynys** & **Pnyſyzadar**, & de terra quam *Gwaſtelan* dedit & de terra ecclesiæ apud **Aberkennen**, & de terra ecclesiæ apud **Talharth**, **Kevenmeirth** & **Lankeinwyry**, **Dolhowel** inter **Pskenac** & **Henwen**, & de grangia de **Barrethkennen** & **Kilmanllut** in finibus suis & de medietate **Kilwz** apud **Kerediguun**, **Pozthothin** in finibus antiquis, **Pvardzein**, **Kytywein**, **Hankedinoz**, **Bzinyzon**, **Molehedanc**, cum molendinis, & de communi pastura totius terræ ipsius *Resi*. Confirmationem etiam quam idem *Resus* per eandem cartam suam

fecit eisdem abbati & conventui de omnibus ecclesiis quas tunc possidebant in proprios usus, quantum ad dominum fundi pertinebat, de ecclesia sancti *Kynwil* cum capellis de **Lansadurn** & **Lanurdam** & **Pistyllsawil** & **Lanyppynsetnt**, & cæteris ad eandem spectantibus, **Lanteilanvaur** cum capellis & aliis pertinentiis suis & de ecclesia sancti *David* de **Dinewr**, ecclesia de **Lantevassan**, ecclesia sancti *Michaelis* de **Aberbythych**, & de capella de **Karrethennen**, **Lanogwatvaur** cum capellis de *Lanteilanbrunnu* & **Lanchernyn** & capella sancti *Michaelis* de **Lethmeilir** & aliis pertinentiis suis, **Lanteilan** brethua apud **Beredigaun**, & de ecclesia sancti *Michaelis* de **Penbryn** cum capellis de **Vaglan** & **Brythtir** & **Karligheit** & de **Porthothyn**, & capella filiorum *Tdhal* filii *Rael*, & ecclesia de **Lancoytmaur**, & ecclesia de **Berwic**, & ecclesia sancti *David* de **Wolhowel**.

Donationem etiam & confirmationem quas *Resus* filius *Resi* junioris per cartam suam fecit eisdem abbati & conventui in puram & perpetuam elemosinam de portione terræ de **Eskeirnant**, illam scilicet quæ est inter **Nant velin coyg** & fossatam factam ab amne *Duleu* sursum versus capellam, & ab illa fossata sursum per vallem usque ad magnum acervum lapidum & ab illo acervo lapidum usque ad **Guevncolmon**, & ab illo loco fine inter nemus & campum ducente versus **Blain Penveint** usque ad fossatam, & ab illa fossata valle sursum ducente usque ad **Cruc cletwin** & ab illo **cruc** usque ad **Carn toll**, & a **carn toll** sursum usque **Ryt karreggavg** super rivulum proximum ultra **Karntoll** illo rivulo descendente usque ad hostium suum ubi descendit in **Krymlin**. Donationem etiam & concessionem quas idem *Resus* per eandem cartam suam fecit eisdem abbati & conventui de tota terra inter rivulum descendentem de fonte **Gueltant** & abbatiam, & ab illo fonte totum nemus sursum usque ad **Blainnant cumbyr**, & de tota terra illa quæ vocatur **Eskeir Cuelin**.

Confirmationem etiam quod idem *Resus* per eandem cartam suam fecit eisdem abbati & conventui, de omnibus terris redditibus & possessionibus quas habent ex donatione *Resi* magni proavi prædicti *Resi* filii *Resi*, vel ex donatione cujuslibet hæredum suorum vel aliorum magnatum *Sudwallia*, cum omnibus libertatibus & utilitatibus quæ ex eis provenire poterant. Confirmationem etiam quam *Resus Resi* filius, principis *Sudwallie* per cartam suam fecit abbati & conventui loci prædicti de omnibus terris quas habuerunt ex donatione *Gurgenen* & *Ryt* filiorum *Meridic* & filiorum eorundem videlicet, *Davit ifrl* & *Prifrl Menrye*, *Morgan* & *Marthran*, prout hiis terminis continentur scilicet ab acervo qui est terminus inter prædictos & filios *Heylin* juxta rivulum **Naunhaur** per transversum usque ad crepedinem **Hoylwre**, deinde per transversum in vadum **Carregant** in rivulum **Guen**, deinde **Guen** in longitudine sui usque ad ortum, deinde per transversum usque **Cumbyr**, illo ducente ad **Croys**, & illo ducente rivulo usque ad ortum suum, deinde valle ducente usque **Blayn Pyb**. & illo rivulo ducente **Rytmor ynnyon**, deinde **Parleys** ducente usque in alium **Parleys** & ultimo **Parleys** ducente versus ortum usque ad ostium **Pantywet w**. & illo rivulo ducente usque in ortum suum deinde per transversum in **Blotenen**.

Confirmationem etiam quam *Meredud* filius *Oweni* per cartam suam fecit eisdem abbati & conventui de omnibus terris ecclesiis & possessionibus quas habuerunt ex donatione patris, avi, proavi, vel avunculorum suorum seu ex donatione aliorum magnatum vel nobilium de **Dethenbarth** in puram & perpetuam elemosinam, quietè ab omni seculari exactione possidendas, & nominatim de terra quæ vocatur **Payrdrom**, **Gwinnoint**, **Brinyron**, **Rytpwem**, **Nant**, **Redinor**, **Rynbyt**, **Pfallo**, prout hiis terminis continentur abscisio **Kerdin** in *Teivi* versus ortum suum usque **Aberkeveil**, **Kevcil** in longitudine sui usque ad ortum suum, & ab ortu ejus per transversum usque **Blayn Pant Pmoth**, **Pantymoch** ducente usque ad fossam inde descendentem, fossa illa ducente usque **Kaletur**, **Kaletur** usque **Abermenei**, **Menei** versus ortum suum **Gibeun Kurth**, ab inde usque ad fontem versus viam majorem venientem de **Blaenant Redinor** & a fonte usque ad viam illam & trans viam illam usque ad moram parvam, & ab illa mora usque **Bleidbul**, & a **Bleidbul** rectè usque **Blanypant pch** & illa valle ducente usque **Blannant Redinor**, illo rivulo descendente usque **Aberpfynnann**, ab inde rivulo illius fontis in sursum ducente usque ad ortum suum, & ab inde versus viam ubi proxima est dicto fonti, & trans viam illam versus lapides magnos jacentes in campo, ab illis lapidibus per transversum usque **Cayrhubid** & a **Cayrhubid** usque **Corderuen**, & ab inde usque ad fontem fonte illo descendente usque ad pratum in valle, & inde versus *Teivi* sicut satis noti sunt fines *Teivi* usque ad **Aberkerdin** ubi cœpit prima diffinicio. De terra etiam de **Wolhehedanc** sicut hiis terminis continetur, ab **Yescluynarcaletur** usque **Cribin**. ab inde **Pycarn**, & ab inde fossato ducente usque **Cruc** & a **Cruc** usque **Carn** super montem, ab inde usque **Carnarall** juxta **Woylehedanc**. ab inde ad lapidem album stantem in valle, ab inde usque **Blayn Cathil**. abinde valle ducente usque **Carn**, & a **Carn** usque **Blayncamnant**, **Camnant** in longitudine sui usque **Caletur**, à **Caletur** usque **Yesumen**. Et de terra de **Porthoin** prout hiis terminis continetur. A mari **Hodin** ducente in longitudine sui versus ortum suum usque **Nant Porthwynnunt**, ab illo inde ducente usque in ortum suum, deinde fossa ducente & postea per transversum usque ad fossam aquosam ulteriorem juxta terram sitam filiorum **Hapanc**, illa fossa ducente usque ad fossam **Nanthelic**, & inde **Nanthelyc** ducente in mare, & de terris grangiarum de **Gudgruc** & de **Brethva** in omnibus finibus suis. Donationem etiam, concessionem, & confirmationem quas *Willielmus* de *Breusa* de consilio & consensu uxoris suæ & proborum virorum de **Went** per cartam suam fecit abbati & conventui loci prædicti de tota terra ipsius *Willielmi* de **Roet**, **Gorpynen**, & de **Ribgoch** inter amnem de **Went** & fossam quæ cadit de **Creit Kiein** in **Wye** juxta **Ryt Ppyllil**, & illa prædicta fossa extendente se usq; ad verticem montis de **Creic rient**,

& de-

& deinde uſque Dary Gicbzau per tranſverſum montis, in boſco & plano, in pratis & moris, ſubtus terram & ſupra, & de tota terra in campo Hubert apud Pskyzpt Uethan in diviſis & terminis in puram & perpetuam elemoſinam, & de paſtura ſua de Melert ad opus animalium fratrum ſuorum qui moram fecerint in prædicta terra de Went. Donationem etiam conceſſionem & confirmationē quas *Johannes* de *Brauſa*, primogenitus *Willielmi* de *Brauſa*, dominus de Gwoer, per cartam ſuam fecit abbati & conventui loci prædicti de terra illa quæ dicitur Killewen in finibus & pertinentiis ſuis, & de terra illa quæ dicitur Kethliethrim inter foſſam deſcendentem de Kethlewen ſicut vadit in Leu & illum rivulum qui dicitur Leu, cum boſco & plano paſturis moris & aquis & cum omni utilitate quæ exinde provenire poterit, liberè & quietè ab omni ſeculari exactione imperpetuum.

Confirmationem eciam quam idem *Johannes*, per eandem cartam ſuam fecit abbati & conventui loci predicti de terris in *Ewenn*, quas habuerunt ex dono *W.* de *Breauſa* avi ſui, ſcilicet, Cenesketrit, & inter Gwenfrud & Lanwenard, & de communi paſtura animalibus fratrum habitantium in terris nominatis, & de libertate ab exactione cujuſlibet tolonei in terra ipſius *Johannis*. Donationem eciam & conceſſionem quas *Wyaun Maredud* & *Lyellyn* filius *Heylyn* in perpetuam elemoſinam fecerant ſancte *Marie* virgini & ſancto *Auguſtino* & canonicis loci predicti, de terra illa a Pautmaur uſque ad Goydgruc, a Goydgruc uſque ad fluvium Blodewen, & inde ad Gwenfrut & ubi Pautmaur cadit in Wenfrut, in nemoribus, campis, paſcuis & aquis. Donationem eciam conceſſionem & confirmationem quas heredes *Madanc* & *Tudoy* filiorum *Ivor*, ſcilicet, *Madanc*, *Vychan* & *Trahaern* filii *Howel* & *Trahaern*, *Vychan*, *Jorverth* filius *Tudoy*, & *Llencu*, ſoror ejus, cum filiis & coheredibus ſuis, ex parte *Ivor* filii *Gogann*, per Cartam ſuam fecerunt abbati & conventui loci predicti, in puram & perpetuam elemoſinam, de tota terra quam habent ex donatione *Madanc* & *Tudoy* parentum ſuorum apud *Brunnoys* & *Bryngwin* & *Llethvernant* ſecundum portionem illorum in predictis terris ſicut hiis terminis continetur. Openuydol, Pirpfoſskilnath, Pzeilyn, in finibus & terminis aſſignatis inter heredes *Ivor* & heredes *Kyndelu*, foſſ, Kiluach, Pzeilyn Pt Pnant Dnant, Pzwern, Pyt, Pfoſs, yfoſs, Pnygoathoneb, verſus ortum tuum uſque Teirdar Pispd Pnan Waeret, Kynan, Dzteirdar Pfin Pnyhyt Pyt ypenu, Uchaf openu, Pfyn Pyſmyd Ptir Pyt Pnant, Pnant, Pnyozthoyneb Pyt Pwcun Rud Ddyua Kymer Pfoſs Artraus Pwenn Rud Agerdha Padan Pgodozr, Pyt pnant, ynant afoſs Pgodorr Pyt Pgclendach, Clendach Pyt Pghothi, Cochi Pnyhit. Hit Pmhen Pool Hir, ubi incepit prima diffinitio; In boſco & plano, in paſcuis & moris, molendinis & piſcariis, & in omnibus proventibus ſuper terram & ſubtus terram, ſimiliter cum paſtura communi rocius terre ſue animalibus predictorum abbatis et conventus. Donationem eciam conceſſionem & confirmationem quas *Kynuricus* de Wiſtyn, & *Kynuricus Kynanbet* filii *Kynuryk crach* per cartam ſuam fecerunt eiſdem abbati & conventui in puram & perpetuam elemoſinam, de tota parte ſua & tota parte pertinente ad *Lewelinum Crachcoth* & heredes ſuos in campo de Anwaeret kynan, ſcilicet, de tribus acris & quarta parte unius acre & tota parte ſua apud Berthloet, & Teir Pſtag apud Guern Pryſpyty & Teir Pſtag, apud Bon Pzanallen Pnwyſtrat Brunos. Et de omni eo quod ad ipſos pertinuit jure hereditario in terris de Ezynguyn & de Llethvarnat Iſaf & de Llethvernat Uchaf. Donationem eciam & conceſſionem quas *Grono ab Gwyn* per Cartam ſuam fecit abbati & conventui loci predicti in puram & perpetuam elemoſinam de dimidietate terre que dicitur Cumbleant. Confirmationem eciam quam *Reſus* filius *Griffini* per Cartam ſuam fecit abbati & conventui loci predicti, de terra eccleſiæ ſancti *Michaelis* de Penbzyn, prout hiis terminis continetur. A cimiterio ejuſdem eccleſie magna ſtrata ducente uſque ad crucem, & a cruce eadem ſtrata ducente uſque ad vadum in Wern verius Pozthotuy, ab inde Wern ducente uſque in Heyt, & exinde Heyt ducente uſque in mare. Ex altera parte, a cimiterio uſque Hotnant & Hocnant uſque mare. Ratas habentes & gratas eas pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto abbati & conventui loci predicti, & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamus, prout Carte predicte rationabiliter teſtantur, & prout iidem abbas & conventus & predeceſſores ſui predicti terras tenementa eccleſias & capellas predicta hactenus rationabiliter tenuerunt. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto die Marcii, anno regni noſtri decimo ſeptimo, Nos autem donationes, conceſſiones & confirmationes predictas, necnon donationem conceſſionem & confirmationem quas *Griffud* & *Traharn* filii *Hodlu*, ſcilicet, *Kediner* & *Lywelin* filii *Griffud*, *Traharn* parvus, *Jorverth* major & *Jorverth* junior filii *Traharn*, heredes quoque *Gurgenen* Seis ſcilicet *Enyr* fil. *Gurgenen* & *Madanc* parvus nepos ejus & nepotes ejuſdem *Madoc* ſcilicet filii *Traharn*, & *Howel* filiorum *Madoc* ab *Ivor* per ſcriptum ſuum fecerunt abbati & conventui loci prædicti in puram & perpetuam elemoſinam de omnibus donationibus parentum ſuorum eiſdem abbati & conventui factis in terra nominata Pays Pgyghellaur cum nemore ſibi adjacente & cum finibus in cartis ipſorum hæredum contentis, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto .... nunc abbati & conventui loci prædicti & ſucceſſoribus ſuis concedimus & confirmamus, ſicut carte & ſcriptum prædicta rationabiliter teſtantur, & prout iidem abbas & conventus terras tenementa eccleſias & capellas prædicta modò tenent, & ipſi & prædeceſſores ſui prædicti ea hactenus rationabiliter tenuerunt, jure noſtro ſemper ſalvo. In cujus &c. Teſte rege apud Guldeſozd xx. die Novembris.

BLITHBURIENSIS
Prioratus in comitatu Staffordiæ.

Charta *Hugonis Malvisin.*

Ex vetusta membrana penes authorem.

SCiant tam presentes quam futuri, quod ego Hugo Malveysin, *concensu filiorum meorũ, & amicorum meorum, pro salute animæ meæ & omnium parentum meorum, dedi & concessi in puram & perpetuam elemosinam,* Guthmundo *& Saxi monachis, & monialibus ibi manentibus locum de* Blytheburgh, *cum terra, & cum suis pertinentiis, & omnibus illis, qui, vel quæ ibidem accipientur, ad serviendum Deo, & sancto* Egidio, *Tenendum & possidendum de nobis & heredibus nostris, liberè & quietè, pacificè, & honorificè, ab omni consuetudine & seculari demanda, per divisiones scilicet. de* Holebrock *usque* Fikebrock, *à* Fikebrock *usque ad* Blaklake, *& à* Blakelake *usque in* Blithe. *Et ut predicti monachi & eorum successores, communionem & libertatem habeant in nemore nostro, quoad emendationem domorum suarum, similiter in viis & semitis, in aquis & in pascuis, & in omnibus locis in villa & extra villam. Et ut hæc donatio mea in perpetuum stabilis permaneat, eam sigilli mei munimine roboravi. His testibus,* Rogero Cestrensi *episcopo,* Odone *presbitero, &* Willielmo *capellano,* Hugone *&* Willielmo, *& multis aliis.*

Charta Hugonis *de* Rideware.

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Hugo* de Rideware, concensu filiorum meorum & amicorum meorum, pro salute animæ meæ & omnium parentum meorum, dedi *Saxi* & *Guthemundo* monachis locum de Blithburie in elemosinam, & omnibus illis quos ipsi ibi recipient ; Ad serviendum Deo & sancto *Egidio*, quietum ab omnibus rebus, cum terra & nemore, & communibus pascuis quæ illis monstravi ante homines meos, per divisiones : A quercu mensurata ante portam illorum, usque ad Holebrocke; a Holebrocke, usque ad Blithe ; à Blithe, usque ad certum ; & cum certo usque Sichbrooke, & sic usque ad supradictam quercum. Testibus *Odone* presbytero ; *Willielmo* presbytero, & *Hugone* ac *Willielmo.*

Carta domini Willielmi Malveysin,

SCiant tam presentes quam futuri, quod ego *Willielmus Malveysin*, concilio & precepto domini episcopi, reddidi & hac presenti carta mea confirmavi terram illam quam abstuli monialibus ecclesiæ sancti *Egidii* de Blitheburie, quæ terra fuit de dono *Hugonis* patris mei ; terram scilicet illam que est infra Blakelake, quæ venit de *Pola*, & extendit in *Blitha*. Et ut hæc redditio mea inperpetuum, rata & inconcussa permaneat eam sigilli mei munimine coroboravi. His testibus, *Johanne* capellano de Bingges-brouley ; *Richardo* capellano de Blitheseild ; *Richardo*, capellano de Bromley. *Abbatis*, *Willielmo* de Berley, *Elia* de *le Hurst*, *Roberto* de *Thormhulla* & multis aliis.

Charta *Willielmi* filii *Willielmi* de Rideware.

WIllielmus *filius* Willielmi *de* Rideware, *omnibus ad quos presentes littera pervenerint, salutem. Universitas vestra sciat, me dedisse & concessisse monialibus de* Blitheburie *ibi manentibus, in perpetuam elemosinam pro salute animæ patris mei & predecessorum meorum meam partem in* Pimersleche, *quam predictæ sanctæ moniales ibidem mecum hucusque participare sunt. Et ut mea donatio rata in posterùm habeatur, eam sigilli mei munimine corroboravi. His testibus* Gilberto *sacerdote de* Sandesacre, Radulpho *sacerdote*, Hugone *de* Rideware, Rogero *filio ejus*, Ada *de* Wrotteslay, Gilberto del Hurst, Huberto *clerico de* Bradeley, *& pluribus aliis.*

Charta Rennerii *filii* Edrichi *de* Wolseley.

SCiant presentes & futuri, quod ego *Rennerius* filius *Eadrichi* de Wholepeley, per concensum domini mei *R.* de Stafford & filii sui *R.* & uxoris luæ *Avicia*, & per consensum *R.* de *Stretona* & *Hervei* filii sui, & *Adæ* de Wrotteslay, dedi in perpetuam elemosinam totam terram de Gauley, cum bosco ad eandem terram pertinenti, sanctimonialibus de Blitheburie, tam præsentibus quàm futuris, pro redemptione animarum patris mei & meæ, & *Siwardi* fratris mei, & omnium parentum nostrorum ; Et hoc omnibus fidelibus innotescat, quod hanc eandem terram dedit mihi dominus meus *Robertus* de Stafford pro servitio in feodum, & hæreditatem. Hujus donationis, testes sunt *Heresens Bagod*, *Radulphus* filius *Herm*, *Robertus* filius *Radulphi* de . . . . . *Hugo* de *Ingestre*, *Willielmus*, *Hervi* de *Aelea*, *Ada* sacerdos de Colwiz, *Gilbertus* sacerdos de Colton, *Hervi* frater *Rinerii*. *Radulphus*, sigilli mei impressione confirmo.

EDWARDESTONENSE
Cœnobium in agro Suffolcienſi, *Cella de* Abbendona.

De Ecclesia Eadwardstune.

Ex regist. de *Abbendon* in bib. *Cottoniana* fol. 137.

IN comitatu *Sudfolcia* habetur villa Cadwardestune appellata, cujus dominus *Hubertus* de *Monte Caneſi* dicebatur. Hic familiaritate abbatis *Faricii* adductus, ecclesiam predictæ villæ, cum omnibus sibi pertinentibus, monasterio *Abbendonensi* jure perpetuo donavit, & coram Deo & altari sanctæ *Mariæ* in *Abbendonensi* oratorio, & coram abbate & fratribus ejusdem ecclesiæ, & testibus *Albrico*, scilicet,

licet, juniore de Ver, & *Ricardo Biscoat*, & multis aliis, dōnationem ipsam confirmavit, anno
15. H. 1. decimo quinto regni *Henrici* regis, eo scilicet tenore, ut locus ille semper Monachili consistorio frueretur & serviretur in illaque capellano eundem locum eundem Domini foret licentia ibidem indicem vel suscipere etiam presente eodem domino sine ipsius familia aliquid nisi quod vell monachorum illic degentium concederet. Quid vero aut quantum cum eadem ecclesia tunc temporis collatum fuerit, regie ad Comitatum *Sudfolcie* tunc directe litere attestantur, quarum forma hec fuit.

Litere Regis de ecclesia Cadwardestune.

Ib. f. 137. a HENRICUS *Rex* Anglorum Herberto *episcopo de* Nordewico *& vicecomitibus de* Sudfolcia, *& de* Essexa, *& omnibus baronibus suis* Francis *& Anglis de utraque Scira, salutem. Sciatis quia ego concedo Deo & sancte* Marie *in* Abbendonensi *ecclesia, &* Faricio *abbati, & omnibus successoribus suis & monachis ejusdem loci elemosinam illam quam* Hubertus *de* Monte Canesi *dedit predicte ecclesie, scilicet ecclesiam de* Eadwardestuna, *cum terris & decimis & omnibus sibi pertinentibus jure, & insuper duas acras terre juxta eccl siam, & duas partes decime omnium rerum de* Stanretona, *& de* Stanesteda, *& decimam de redditibus molendinorum & nemorum, & ubicunque porci sui fuerint in pasnagio erunt dominici porci abbatis sine pasnagio preter haiam de* Stantede, *& decimam redditus turbarum de* Stanretona, *& quicquid pro Dei amore accrescere voluerit. Testibus* Ranulfo *cancellario, &* Grimaldo *medico, &* Inrardo *archidiacono, &* Waltero *archidiacono, &* Willielmo *de* Abini, *&* Rogero *filio* Richardi, *&* Nigello *de* Milli, *&* Radulfo Basset, *&* Gosford *filio* Pagani *apud* Wdestocam. Descripta est autem hujus concessionis Carta, anno ab incarnatione Dominica MCxv. Sed & de mansione illic monachorum *Abbendonensium*, *Radulfi* archiepiscopi *Cantuariensis* ad *Norwicensem* episcopum hujusmodi litere tunc temporis transmisse fuerunt.

Litere archiepiscopi *Cantuariensis.*

Ibid. FRater Radulfus *indignus* Cantuariensis *ecclesie minister, venerabili domino & confratri* Herberto *Norwicensi Dei gratia episcopo salutem, & amicitiam & fideles orationes pro posse. Quia notam sancte prudentie vestre non ignoramus reverentiam, & religiositatem domini abbatis* Abbendonensis Faritii, *et totius congregationis illi à Deo commisse, non est opus nobis eam intimare, Pro his igitur oratam esse volumus caritatis vestre benignitatem, quatinus gratia Dei, cujus sunt, & nostri, qui vester sum, et ipsorum etiam qui amici vestri, & filii esse profitemur, quosdam fratres ecclesie, in quadam ecclesia, a quodam parochiano vestro, illis in elemosinam concessa, paterna suscipiatis benignitate, & concilium, et auxilium, prout potestis, et scitis, amicabiliter prebeatis. Quod faciendo Deus omnipotens diu conservet incolumem sanctam paternitatem vestram nostro memoriam, Valete.*

DEPINGENSIS *Prioratus in agro* Lincolnienſi, *cella de* Thorney.

Carta Baldewini Wac *de Prioratu de* Depynge.

10 NOtum sit omnibus filiis sancte ecclesie tam presentibus quàm futuris, quod ego *Baldewinus Wac*, concedo & confirmo Deo & sancte *Marie* & ecclesie *Thornensi* omnia beneficia, & omnia tenementa que avus meus *Baldwinus* filius *Gilberti*, & pater meus *Hugo Wac*. & ego hactenus, eidem ecclesie dedimus in Deping, scilicet ecclesiam sancti *Jacobi*, cum
20 pertinentiis suis quarum ista sunt nomina. Tota Frokenhale ex utraque parte vie Stanhill, Stanhill parc Smalmedue, à Stanhill usque ad caletam de Frokenhale, Riecrott, Nozmedue versus orientem, ab exitu de ... usque ad petram que vocatur Longetoftston, messagia hominum, qui sunt ante ecclesiam sancti *Jacobi*, cum tenementis suis que ipsi tenent de terra ecclesie, scilicet à domo *Roberti* plumbarii, usque ad exitus versus aquam, ab ecclesia sancti *Jacobi*, terra
30 *Godefridi* coci, a Wancuillate usque ad terram *Symonis* filii *Geroldi*, tosta quam Tuckesfole tenet; crofta que sunt *Adelardi*, ante januam curie sancti *Jacobi*; una acra terre ad caput virgulti, dimidia acra juxta sepem *Spartolf* de dono ipsius *Spartolf*. Una roda, ab aquilonari parte virgulti, super toftum de dono *Lewini* prepositi. Scotespare, Lutlepare, juxta Scotepare, Lufepare, Furpare, ab australi parte exitus de Frokenhale, de dono *Geroldi* pincernæ septem acre prati, quaro rum tres sunt in Smalemedue, de furfum, & quatuor in Estpare de dono *Johannis* filii *Geroldi*; una acra terre in Nozmedue versus aquilonem, ubi ipse solebat habere quatuor acras; Preterea ecclesiam sancti *Gudlaci* de eadem villa, cum suis pertinentiis, scilicet, duabus bovatis terre, & duabus toftis, quarum unam presbiter tenet, & alia est intima in campo versus West. tres dimidias acras terre, quarum una dedit eidem ecclesie *Willielmus Cluno*, aliam Depwingille,
50 tertiam *Paganus* filius *Herewardi*. & in eodem campo dimidiam acram, de dono *Hugonis Sockeman*, & tres acras prati juxta Wermestal, de dono *Geroldi* pincernæ; unam acram prati in Smalemedue de furfum. Et volo quod eadem *Thornensis* ecclesia teneat, & possideat liberè, & pacificè & quietè de omnibus secularibus servitiis ad me. & hæredes meos pertinentibus, in puram, & perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosina melius & liberiùs dari potest, & possideri, Omnia
60 hæc prædicta, cum communitate in villa & in mariſco, & in peſcuis, pro anima mea, & uxoris meæ, & anteceſſorum meorum, & ſucceſſorum. ad uſus monachorum quos abbas *Thorneie*, conſilio capituli ſui, ſub obedientia ſua manſuros ibidem voluerit collocare in eccleſia ſancti *Jacobi*; ſalva penſione duarum marcarum, de eccleſia ſancti *Gudlaci*, per manum Prioris ſancti *Jacobi* annuatim

Ex regiſt. abbatiæ de *Thorney*, penes com. Weſtmorland. an. 1638.

tim monasterio *Thornensi* solvendarum. Sciendum tamen est, quod prædicti monachi facient sectam molendini mei, tam de bladoſuo, quam hominum suorum. Ita quod ipsi habeant primam molituram, post bladum quod invenerint in tremello; braseum autem proprium in curia sua molent. Hujus rei testes sunt *Radulphus* de Depping decanus, *Gaufridus* capellanus, *Petrus* clericus de West-Depinge, *Robertus* filius *Baldewini*, *Radulphus* de Nevile, *Gaufridus* filius *Gaufridi*, *Waleran* filius *Radulphi*, *Hugo* de Bodhebi, *Willielmus* de Wasprei, *Baldwinus* frater ejus, *Robertus* de Aer, *Johannes* filius *Geroldi*. *Simon* frater ejus, *Radulphus* de Bodhebi, *Willielmus* frater ejus, *Wilechin*, *Hudet* filius *Hedric*, *Alein* filius *Payn*, *Richardus Gernun*, *Norman* serviens abbatis, *Henricus* de sancto *Eadmundo*; *Alein* de Bertham, *Richardus* de Wars, *Hamo* clericus.

Privilegium domini *Innocentii* Papæ iij. de confirmatione ecclesiæ sancti *Jacobi* de Deping in usus proprios.

Ibid. INnocentius *episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati & conventui* Thorneye, *salutem, & apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est, nos facilem prebere assensum, & vota, quæ à rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus gratum impertientes assensum, ecclesiam sancti* Jacobi *de* Depinge, *cum pertinentiis suis, sicus eam juste, & pacifice possidetis, vobis, auctoritate apostolica, confirmamus, & presentis scripti patrocinio communimus; Nulli igitur omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum* Petri & Pauli *apostolorum ejus, se noverit incursuum. Dat.* Lateran. *xvj. kal. Januarii pontificatus nostri anno primo.*

ALCESTERENSIS
Prioratus in agro Warwicensi.

Carta fundationis.

Ex antiquo codice MS. in bibl. *Bodleiana*, A.D. 1640.

ANno ab incarnatione Domini nostri *Jesu Christi* MCxl. Ego *R.* Pincerna, divino instinctu sanctæ Religionis amore succensus, frequentique instigatione domini *Simonis* episcopi, & *G.* Prioris qui tunc temporis regimini sanctæ *Wigornensis* ecclesiæ pariter presidebant, in ampliorem Dei dilectionem elevatus; eo inquam anno fundavi ecclesiam sanctæ *Mariæ* de Insula, & à fundamentis ædificavi in honore sanctæ individuæque Trinitatis, & in laude glorioſæ Dei genetricis *Mariæ*, & beatæ *Annæ* matris ejus, sanctique *Joseph* nutricii Salvatoris nostri, & sancti *Johannis Baptistæ*, & *Johannis Evangelistæ*, omniumque sanctorum, pro animabus *Willielmi* senioris & *Mathildis* Reginæ, & *Willielmi* junioris Regum *Anglorum*, & *Henrici* Regis, & *Matildis* Reginæ, *Stephani* Regis, & *Mathildis* Reginæ, *Rogeri* de *Bellomonte* & *Athelinæ* uxoris suæ, *Roberti* comitis de *Mellent* & *Isabel* comitissæ, *Roberti* comitis de *Legrec.* & *Avicie* comitissæ, filiorumque eorum, *Galeranni* comitis de *Mellento*, & pro animabus patris & matris meæ, & pro remedio animæ meæ, pro anima *Avicie* uxoris meæ, & pro animabus filiorum parentumque, omniumque antecessorum successorumque meorum, sperans in futura mihi profuturum si quid in presenti Deo placiter peregissem, illud quoque semper in mente revolvens. *In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis*, est illud quod ad Deum dicitur. *Tu reddes unicuique opera sua.* Ut autem prefata ecclesia & Deo acceptior & hominibus esset gratior, quoniamque me, ex illo *Salomonis* proverbio, *Omnia fac cum consilio & post factum non penitebis*, nihil absque aliorum consilio satis providè facturum animadverti, tam etiam laicorum prudentiam quam ordinatarum personarum discretionem & sapientiam super hac re consului, totum in animo habens pro posse meo facere, quicquid ipsi piè vellent disponere. Consilio ergo & consensu Dominorum meorum, *Stephani* Regis *Angliæ*, *Roberti* comitis de *Legrec*: *Galeranni* comitis de *Mellent*, filiorumq; meorum *Roberti* & *Galfridi* favore fretus, auctoritatem quoque *Thebaldi Cantuariensis* archiepiscopi, *Simonis Wigornensis* episcopi & aliorum episcoporum, abbatum, Baronum totius *Angliæ* secutus, in ipsa ecclesia monasticæ Religionis viros posui, eisque *Robertum*, *Wigornensis* ecclesiæ monachum professum, quem in fundando prædictam ecclesiam à primi lapidis positione, socium & cooperatorem habui, virum in rei familiaris dispensatione providum, & in ordinis tractatione discretum, primum abbatem præfeci, communi electione *Simonis* episcopi & totius congregationis sanctæ *Mariæ* de *Wirecestria*, ipso *Simone* episcopo eam benedicente primo anno fundationis ejusdem ecclesiæ, in die sancti *Martini*, pastoralemque baculum cum animarum cura ei committente, me verò terrenæ dignitatis honorem ei largiente. Nolo autem latere posteros conventionem factam inter ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Wirecestria* & ecclesiam S. *Mariæ* de *Insula*, ne fortè in futurum ex ignorantia quælibet inter eas oriretur dissensio si non esset rei veritas huic inserta privilegio. Inprimis itaque provisum conventioneque statutum est, ut Prior *Wigornensis*, & Abbas de *Insula*, fratres quoque utriusque congregationis, in caritate sincera ese diligant, & sint cor una & via una, ut utrimque exaltetur & honorificetur Deus. Deinde ut uterque conventus sit unus & idem in omnibus, dante utrobique discretione prælatorum, juxta regulam sancti *Benedicti*, & auctoritate *Wigornensis* episcopi, hinc & inde vigente, ad quas actiones utriusque domus episcopaliter canonicæque respicere habent. Cum autem abbatem de *Insula* de medio fecerit Deus, alius eligetur abbas in capitulo *Wigorn.* communi convenientia utriusque conventus, vel de fratribus ejusdem ecclesiæ, vel si consultius videbitur de fratribus *Wigorn.* ecclesiæ, episcopo *Wigornense* (ut supra dictum est) curam animarum cum pastorali baculo tradente.

Vide etiam cart. 24 E. 3. nu. 12.

Jam

Jam dicta est conventio inter utramque ecclesiam, nunc autem subjungam donaria quæ contuli eidem ecclesiæ. Donavi in perpetuum ecclesiæ S. *Mariæ* de *Insula* ad victum & ad usum monachorum ibidem Deo servientium ipsam *Insulam* & totum dominium meum de *Cokemensa*, & quicquid habeo in *Pebbewurda*, scilicet IIII. hydas & dimidium ita liberè & quietè sicut liberius & meliùs eas priùs tenueram de domino meo *Roberto* comite de *Legrec*. totamque terram de Waltford, & de Cunburge, & totam terram meam de Blunchesfeld, cum omnibus appenticiis & consuetudinibus suis, exceptis lx. solidis quos abbas de *Insula* debit singulis annis sanctæ *Mariæ* le Bec. Et *Gaufridus* filius meus dedit in perpetuum eidem loco xx. solidos in Impingeham. Adjeci quoque eidem monasterio capellam de castello meo de *Ouerefleia*, et ecclesiam de Alencester, ecclesiam de Glen, et ecclesiam de *Teingurda*, ecclesiam de *Merstona*, cum omnibus ad eas pertinentibus. Dedi etiam eidem loco totam decimam de dominio meo de *Ouerefleia*, in virgultis, in agris, in vineis, in nemoribus, in parchis, in pratis, in piscariis; et medietatem decimæ de dominio meo de *Pebbewrda*, & medietatem decimæ de dominio meo de *Cherletuna*, & II. garbas de dominio meo de *Raggaleia*, & totam decimam de dominio meo de *Dorsintona*, et de Walecote, de *Broma*, de Wilhtlacesford, & molendinũ de Grobi, et medietatem trium molendinorum de Ouerefleie. Statuimus ut decedente abbate de *Insula* omnis possessio monasterii ubicunque fuerit remaneat integra & libera cum omni jure, et consuetudine sua in manu et dispositione Prioris et Monachorum capituli sanctæ *Mariæ* de *Insula*. Hoc autem perpetuò servandum firmavimus, quia abbas de *Insula* non habet proprios redditus sed communes cum fratribus. Qui verò Deo annuente canonica electione substituetus fuerit, non cum suis secularibus consanguineis, seu quibuslibet aliis elemosinas monasterii malè utendo desperdat, sed pauperibus et peregrinis & hospitibus suscipiendis curam gerat. Terras censuales non ad feudum donet, nec faciat milites nisi in sacra veste Christi, in qua parvulos suscipere modestè caveat, maturos autem seu discretos tam clericos quam laicos providè suscipiat. Nemo de possessione monasterii aliquid feudaliter teneat absolutum, sed ad censum annuum. In abbatis & monachorum domo et possessione nullus per hæreditatem teneat officium; sed in arbitrio abbatis & monachorum de transmutandis præpositis seu aliis officiariis causa consistat. Si quis autem hoc nostræ stabilitionis & donationis decretum infringere seu minuere vel transmutare scienter præsumpserit, summus Judex cum contrahat & eradicet cum sua potestate, ut permaneat sine omni hæreditate in clade et fame. Si quis verò præfatam ecclesiam cum præfata libertate & possessione servaverit, Deus omnium bonis omnibus stabiliat eum & servet in ævum.

Confirmatio fundationis per *Robertum* comitem *Legecestriæ*.

Ex autographo in bibliotheca *Hattoniana*.

RObertus *comes* Leicestriæ, *universis sanctæ Dei ecclesiæ filiis, in Christo, salutem. Notum sit omnibus vobis tam* Francis, *quam* Anglis, *quod ego* Robertus *comes* Legecestriæ, *pro salute animæ meæ, & pro redemptione peccatorum meorum, divino admonitus instinctu, consilio & rogatu* Radulfi Pincernæ, & Amiciæ *uxoris ejus & filiorum suorum, fundavi ecclesiam de* Insula, *in honore beatæ Dei genitricis* Mariæ, *& beati* Johannis *Baptistæ, & eidem ecclesiæ, & monachis ibidem Deo servientibus, concessi omnes res, & possessiones in terris, in ecclesiis & aliis redditibus, cum omnibus libertatibus, & consuetudinibus ad eas pertinentibus, quas* Radulfus Pincerna, *in manu mea ponens, ab omni jure suo absolutas, & ab omni servitio terreno, & seculari exactione liberas, & quietas clamavit, ad præditam ecclesiam fundandam, pro salute animæ suæ, & uxoris ejus* Amiciæ. *Quare verum fieri ut præsentis paginæ testimonio posteris omnibus in perpetuum confirmetur, certis exprimere vocabulis necessarium duximus. Insulam itaque in qua monasterium ipsum situm est, cum tota terra dominica de* Cokemersa, *inprimis concessimus, & totam terram meam de* Walteresford, *cum virgata terræ quam ipse incrementum addit & totam terram de* Chelburge, *quam prædictus* Radulfus Pincerna *de me tenuit, cum libertatibus, & consuetudinibus quas ei concessi, cum prædictis terris; & præter hoc concedo totam terram meam de* Blingesfeld, *monachis in prædicta ecclesia degentibus, cum ecclesia sancti* Jacobi *quæ de eodem feodo est, & cum omnibus libertatibus & consuetudinibus, ad eandem terram pertinentibus, præter sexaginta solidos, quos ego dedi ecclesiæ sancti* Nicholai *de* Pellent *annuatim persolvendos. Insuper concedo eidem ecclesiæ in manerio de* Pebewrda *tres hidas terræ et dimidiam, et molendinum de* Grouebiry, *et medietatem molendinorum de* Overesly, *et capellam de castello de* Overley, *et ecclesiam de* Mersetona, *et ecclesiam de* Glen, *et ecclesiam de* Thengurda, *cum omnibus earum pertinentiis. Ad hoc autem concedo præfatæ ecclesiæ decimam de dominio de* Overley, *in agris, in virgultis, in vineis, in nemoribus, in piscariis, in pratis, in parchis, et medietatem decimæ de dominio de* Pebwrda, *et pratum sancti* Johannis *de* Parco. *Insuper concedo, et firmiter statuo, ut supra memorata ecclesia, et monachi in eadem Deo servientes, suam curiam, et omnes consuetudines, et libertates suas habeant, in* soca & sacu, *in* tol *et* theam, *et* infangentheof *et in omnibus querelis, ita liberè, et quietè, et integrè, sicut ego prædictas libertates et consuetudines habeo. Quare volo, et firmiter precipio, quatinus prefata ecclesia, et monachi in eadem Deo famulantes hæc omnia, quæ eis concessi, liberè et quietè et sine omni servitio terreno, et exactione seculari, ad me pertinente, teneant, et possideant. His testibus,* Bernardo *Priore de* Benillewyth, Ernaldo *de* Bosco, Willielmo *de* Bellocampo, Rogero *de* Waterville, Gaufrido Labbe.

Carta Willielmi le Boteler *de ecclesia de* Wymestoke, *& lx. acris terræ.*

Ex ipso autographo in officio Armorum.

SCiant presentes & futuri, quod ego *Willielmus le Butler* dominus de Wemme miles dedi concessi & hac presenti carta mea confirmavi, pro salute animæ meæ, & *Beatricis* uxoris meæ, & antecessorum meorum, Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ*

ria. & ſancti *Johannis* Baptiſtæ de *Alenceſtria*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam ſexaginta acras terræ meæ in Pynestok, de vasto meo, ſicut diviſæ inter nos confectæ, ſe oſtendunt. Cum advocatione eccleſiæ parochialis villæ de Pynestok prædictæ. Habendum & tenendum hæc omnia prædicta, liberè, quietè, purè, bene, & in pace imperpetuum. Volo etiam & concedo quod prædicti abbas & ejuſdem loci monachi dictas acras terræ poſſint includere, & eas incluſas tenere ſine impedimento cujuſcunque. Præterea conceſſi eiſdem abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus communam paſturæ ad octo boves, & ſex vaccas, cum exitu earum unius anni, & ad ducentas bidentes, ad paſcendum in vaſtis & boſcis & terris de Pynestoke, ſub tali forma, quod bene licebit mihi, & hæredibus meis de omnimodis boſcis, & vaſtis meis de Pynestoke appruiare, includere, & voluntatem meam facere ſine contradictione vel impedimento prædictorum abbatis & conventus & ſucceſſorum ſuorum. In cujus rei teſtimonium preſenti cartæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, domino *Fulcone le Eſtrange*, domino *le Eſtrange*, *Johanne le Eſtrange* de Ercalouwhe, *Johanne le Eſtrange* de Theſelwarthyn, *Adam* de Peleleſton, *Ricardo Hord*, tunc ſeneſchallo dicti domini, & multis aliis.

Quod monachi de Alenceſtria *habeant liberam electionem Prioris.*

Ex autographo in bibl. *Hatteniana.*

T Dei gratia *Cantuarienſis* archiepiſcopus, *Anglorum* primas, & apoſtolicæ ſedis legatus, univerſis eccleſiæ Dei fidelibus, aut quibuſcunque preſentes pervenerint apices, ſalutem; Convenerunt ante præſentiam noſtram, monachi de *Alenceſtria*, cum Priore ſuo, quem in abbatem elegerant, adverſus venerabilem fratrem noſtrum *A. Wigornienſem* epiſcopum, & monachos *Wigornienſis* eccleſiæ; inter quos controverſia vertebatur, de abbate *Alceſtrenſi* eligendo; dicebant enim *Alceſtrenſes*, ſe habere debere liberam electionem, & ſe eligere debere, de ipſo conventu, in capitulo ſuo, & non eſſe a proprio monaſterio exeundum, pro abbate eligendo, dummodo ibi idonea poſſet inveniri perſona. Epiſcopus verò & monachi *Wigornienſes*, qui aliter eſſe debere dicebant, pactum quoddam inter eos factum eſſe pretendentes, ſed illud ſervandum eſſe minimè probare valentes, quia pactum illud minus canonicum erat, & contra regulam beati *Benedicti*: Habito noſtro & aliorum fratrum noſtrorum *Angliæ* epiſcoporum, concilio, electionem ab *Alceſtrenſibus*, in capitulo ſuo canonice factam patienter, & ſine reclamatione ſuſceperunt, & *Alceſtrenſes* monachos cum electo ſuo, liberè abire permiſerunt. Et hæc facta fuerant in preſentia *Roberti* comitis *Legreceſtriæ* fundatoris loci illius, qui conſtanter aſſerebat nullum jus *Wigornienſes* monachos in eccleſia *Alceſtrenſi* habere. Idcirco præcipimus, quatenùs quod in præſentia noſtra & fratrum noſtrorum coepiſcoporum ſolemniter factum eſſe dinoſcitur, ſtabile maneat, & firmum perſeveret. *Valete.*

Carta regis *Stephani* de confirmatione donationum.

R *Ex archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam celebris memoriæ domini S. dudum regis* Angliæ *progenitoris noſtri in hæc verba. S. Rex* Angliæ *archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Inſula *omnes terras illas quas* Radulfus Pincerna *eis dedit & conceſſit, videlicet inſulam & totam terram ſuam dominicam de* Cochemerſa, *& capellam de* Uuerlia *cum appendiciis ſuis, et manerium ſuum de* Pebbewurda, *et eccleſiam de* Merſtona *cum appendiciis ſuis, et eccleſiam de* Glen *cum appendiciis ſuis, et eccleſiam de* Taingwurda; *Et in* Enpingham *xx ſol. et molendinum de* Gzoberi, *et decimam de* Uuerlia *totam de dominico ſuo et dimidium molendini, Et terram ſuam totam de* Walteſorð *et de* Chelebruga, *et terram ſuam de* Blinchesfeld *totam præter lx. ſol. quas inde dedit prædictus* Radulfus *eccleſiæ ſancti* Nicaſii *de* Mell. *et tertiam partem de* Pebbewurda *de decima ſua de dominico ſuo, et medietatem decimæ ſuæ de* Cherletona, *et duas partes decimæ de* Rageleia. *Quare volo et firmiter præcipio quod bene et in pace et liberè, et quietè et honorificè et plenariè teneant monachi in prædicta eccleſia Deo et ſanctæ* Mariæ *ſervientes cum ſoca et ſaca, et* toll *et* theam *et* infangeneteof *et cum omnibus conſuetudinibus in boſco et plano et pratis et paſturis et in omnibus libertatibus cum quibus terra illa erant tempore* Roberti *comitis de* Mellento. *Et præter hæc concedo prædictæ eccleſiæ illud privilegium, et illam dignitatem quam habet eccleſia* Heboracenſis, *vel eccleſia ſanctæ* Mariæ *de* Wirceſtre *quod comes de* Legr. *per cartam ſuam confirmavit. T. G. comite de* Mellento, *et* R. *comite* Legr. *et* Willielmo *comite de* Warenna, *et* H. *comite de* Wilteſ. *et* Willielmo *comite* Ebor. *et comite* Simone, *et* Roberto *de* Oilli, *et* Willielmo *de* Ipra, *et* Ernaldo *de* Boſco, *et* Roberto Pincerna, *et* Willielmo *de* Pinu. *Apud* Dreneſorð.

Carta de an. 14. E. 3. nu. 12.

Carta regis Henrici *ſecundi.*

INſpeximus cartam domini. *H.* quondam regis *Angliæ* progenitoris noſtri in hæc verba. *H.* Dei gratia rex *Angliæ*, & dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiſc. (*&c.*) Salutem Sciatis me conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ S. *Mariæ* & S. *Johannis* baptiſtæ de *Inſula* & monachis ibidem Deo ſervientibus, terras & tenuras, eccleſias & decimas, & molendina & omnes redditus eis datos & conceſſos ubicunque ſint in *Anglia*, & omnes res quas *Robertus* comes *Legreceſtriæ* & *Radulfus Pincerna Overſleia*, fundator ejuſdem eccleſiæ eis adquiſierunt & dederunt, videlicet eandem inſulam in qua monaſterium ſitum eſt & totam curiam eorum quam tenuerunt in principio eccleſiæ ſuæ de dominio de Alenceſtre, cum molendino quod extra curiam illam firmaverunt & fecerunt. Et ex dono prædicti *Radulfi Pincernæ* totam terram ſuam dominicam de *Cokemerſa* cum duabus pratis Wldemedua & Goſepollemedua, & pratum S. *Johannis* baptiſtæ

Ibid.

siæ de parco. Et totam terram suam de **Chertetun**, & tres hidas terræ & dimidiam in manerio de *Pebewrtha*, & totam terram suam de **Walterforð**, & unam virgatam terræ in *Wiburna*, & totam terram suam de **Chelbyng** & totam terram de **Blingesfeld** cum omnibus appendiciis & consuetudinibus suis exceptis lx. solidis quos inde dederat præfatus *Radulfus Pincerna* ecclesiæ S. *Nicasii* de *Mellent*. Et concedo eis capellam S. *Jacobi* de *Cepebulla* cum capella S. *Petri* quæ in eodem feodo suo sunt. Concedo etiam eidem ecclesiæ ecclesiam de **Alencestre** cum omnibus appendiciis & consuetudinibus suis, & ermitorium de *Caldwella* cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis. Et ecclesiam de **Arue**, & capellam de castello de **Oversleie**, & ecclesiam de eadem villa, & decem acras de *Budeleia*. & ecclesiam de *Merstona*, & ecclesiam de **Glen**, & ecclesiam de *Theingwrtha* cum appendiciis & libertatibus suis.

Insuper concedo præfatæ ecclesiæ ecclesiam de *Beoleia* cum omnibus appendiciis & libertatibus suis ex dono *Galfridi* de *Limesi*, & ex dono *Ricardi Freivel* ecclesiam de *Pebewrthia* cum omnibus appendiciis & libertatibus suis, & unam virgatam terræ in *Merstona*, & totam decimam salis sui de **Wiche**. Et ex dono *Rogeri* de *Watevilla* ecclesiam de *Edbrihtona* cum omnibus appendiciis & libertatibus suis. Et unam hidam terræ in *Ruitona* quod adjacet *Westona*. Et præterea foris *Ruitonam* unam culturam de dominio, & pratum quod est subtus eandem villam, necnon tantum de dominio ex utraque parte viæ ubi ponè bercharius mansit, quod valeat terram suam, & *Hugonis Aucupis* cum prædicta cultura. Et preterea concedo prædictæ ecclesiæ unam mansionem in **Warewic** & molendinum de **Gzouberi**, & medietatem molendinorum de **Overslei** & totam decimam de dominio de **Overslei** in agris in virgultis in vineis in nemoribus, in parchis, in pratis, in piscariis, & totam decimam de pane de furno de **Overslei**. Et totam decimam de *Budeleia*. Et totam decimam de dominio de **Wichhalcesforð** & totam decimam de dominio de *Broma*, & de *Mulecota*, & de *Dorsintona*. Et totam decimam de dominio de *Cherletona* & duas garbas de dominio de *Raggeleia*.

Concedo etiam supradictæ ecclesiæ, & monachis ibidem Deo servientibus liberam electionem abbatis de proprio conventu in capitulo suo. Hanc itaque libertatem & prædictas terras *(&c.)* volo *(&c.)* quod bene & in pace *(&c.)* teneant *(&c.)* T. *Theobaldo Cantuar.* archiepiscopo, *Johanne Wigorn.* episc. *Roberto* comite *Legr. Ricardo* de **Luci**, apud *Westm.*

Alia carta ejusdem Regis *Henrici*.

Ibid. *Inspeximus etiam cartam ejusdem progenitoris nostri in hæc verba.* Henricus *(&c.) Sciatis nos (&c.) concessisse et hac carta nostra confirmasse abbati et monachis de* **Alencestre** *omnes donationes subscriptas, videlicet. Ex dono* Willielmi *de* Botereus *totum tenementum quod est de feodo suo cum pertinentiis, quod ipsi monachi prius tenuerunt, scilicet totam medietatem curiæ ipsorum monachorum pro xij. denariis, et medietatem molendini quod ipsi monachi fecerunt et firmaverunt extra curiam suam, cum medietate prati quod vocatur* **Polemede**, *et cum medietate prati quod vocatur* **Pulnehom** *cum pertinentiis suis quæ ad medietatem prædicti molendini pertinent pro viij. sol. et totam terram cum pertinentiis quam* Edricus Pirk *tenuit pro iiij. sol. et dominicos porcos eorundem monachorum liberos et quietos de pannagio in bosco de* **Alencestre** *et extra, et de eodem bosco sufficiens sustentamentum ad opus ipsorum monachorum, et ad prædictum molendinum per visum forestariorum ipsius* Willielmi *et hæredum suorum. Et communam pasturæ ad omnia animalia et pecora sua. Ex dono* Petri *filii* Herberti *totum tenementum quod est de feodo suo, quod ipsi monachi prius tenuerunt, scilicet totam medietatem curiæ ipsorum monachorum, et medietatem molendini quod ipsi monachi fecerunt et firmaverunt extra curiam suam, cum medietate prati quod vocatur* **Polemede**, *et cum medietate prati quod vocatur* **Pulnhom** *cum aliis pertinentiis suis quæ ad medietatem prædicti molendini pertinent pro x. sol. et dominicos porcos eorundem monachorum liberos et quietos de pannagio in bosco ipsius* Petri *de* **Alencestre** *et extra, et de eodem bosco sufficiens sustentamentum ad opus ipsorum monachorum, et ad prædictum molendinum per visum forestariorum ipsius* Petri, *& hæredum suorum, & liberam communam pasturæ ad animalia & pecora sua. Ex dono* Simonis *de* **Coton** *quandam placeam in bosco de* **Coton** *ad quandam porcheriam faciendam, et unam carectatam bustæ singulis septimanis in bosco de* **Coton**. *Ex dono* Alexandri *de* **Bynewarton** *quandam placeam in bosco de* **Coton** *ad quandam porcheriam faciendam & unam carectatam bustæ singulis septimanis in bosco de* **Coton**. *Quare volumus (&c.) Dat. per manum nostram apud* **Wudestoke** *xxviij. die Febr. anno regni nostri xxv.*

Carti Regis Edwardi *primi.*

Ibid. Inspex. etiam literas patentes domini *E.* quondam regis *Anglie* avi nostri in hæc verba. *Edwardus (&c.)* licentiam dedimus *(&c.) Willielmo le Botiller* de **Wemme** quod ipse lx. acras bruerie cum pertinentiis in **Pinkton** et advocationem ecclesiæ ejusdem villæ dare possit *(&c.)* præfatis abbati & conventui. Habendum *(&c)* imperpetuum *(&c.)* T. meipso apud **Lanrecost** xxij. Nov. anno regni nostri xxxv. Nos autem donationes *(&c.)* confirmamus. Dat. per manum *Edwardi* ducis *Cornubie* & comitis *Cestrie* filii nostri karissimi custodis *Anglie*, apud Turrim **London** xxvj. Octobris.

De consolidatione hujusmodi Prioratus Abbatiæ de **Evesham**.

Pat. 5. E. 4. part. 1. m. 16. REx *(&c.)* Sciatis quod cum domus sive abbatia de *Alincestria* in comitatu *Warwici Wygorn.* dioc. ordinis sancti *Benedicti*, fundationis inclitorum progenitorum nostrorum, nostrique patronatus ratione ducatus nostri *Lancastriæ* pleno jure existens, ex negligentia et remissione diversorum abbatum ejusdem, aliisque infortunii sui casibus, in religione et cultu divini servitii an-

tiquitus habita et observata, ad sui dissolutionem devenit, in tantum quod abbas à diu solus remansit in eodem; Necnon pro eo quod fructus redditus et proventus ejusdem domus (*&c.*) de primaria fundatione concessi ob temporum subsecutorum detrimenta in tantum decorruerunt, quod ad sustentationem congruam numeri monachorum ex fundatione ejusdem limitati, hospitalitatemque debitam et alia pietatis opera (*&c.*) subeunda; non sufficiunt (*&c.*) Nos præmissa intimè ponderantes (*&c.*) ad individuæ *Trinitatis* et beate *Marie* virginis honorem, cultusque divini in ecclesia conventuali monasterii de **Evesham** (*&c.*) ampliationem; nec non ad sustentationem congruam numeri monachorum, hospitalitatemque debitam, & alia pietatis opera (*&c.*) in domo sive abbatia de *Alincestria* prædicta, de primaria fundatione ibidem limitata, perpetualiter habenda, tenenda, et observanda dedimus (*&c.*) *Ricardo* abbati et conventui dicti monasterii de **Evesham**, et successoribus suis, jus patronatus & advocationem domus sive abbatiæ de *Alincestria* prædicta, in puram et perpetuam elemosinam; ea intentione ut ipse abbas & conventus dictam abbatiam de *Alincestria*, cum suis juribus & pertinentiis, ipsis abbati & conventui et successoribus eorundem, & eorum monasterio de **Evesham**, consolidari uniri annecti appropriari et transferri procurent, & in ipsorum abbatis et conventus proprios usus perpetualiter possidendam concedere poterint (*&c.*) T. Rege apud *Westm.* xix. Maii.

LINGEBROKENSIS

Prioratus, in agro Herefordensi.

Inq ad quod dampnum 24. E. 3. n 33. *Heresord.*

JUratores dicunt super sacramentum suum quod non est ad dampnum domini Regis si Rex concedat *Adæ Elgar* clerico, quod ipse manerium de **Bokkeswodepower**, dare possit & assignare Priorissæ & conventui de **Lyngebroke**. Habendum & tenendum eisdem Priorissæ & conventui & successoribus suis, ad faciendum anniversarium *Willielmi* de **Power** annuatim in Prioratu predicto juxta ordinationem ipsius *Adæ* in hac parte faciendam.

NUNKELLINGENSIS

Abbatia Sanctimonialium in agro Eboracensi.

Ex regist. cartarum abbatiæ de *Nunkelling* in bibl. *Cotton.* [sub effigie *Otbonis* C. 8.] fol. 87. b.

Carta Agnetis *de* **Archis**, *de ecclesia ejusdem.*

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis visuris & audituris literas has *Agnes* de **Archis** salutem. Notum sit vobis me concessisse & dedisse, ac presentis cartæ meæ testimonio confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ*, & sanctæ *Helenæ* & monialibus de **Killinghe**, ecclesiam ejusdem villæ, & tres carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis suis in eadem villa, plenariè, liberè & quietè, in villa & extra villam, in pratis & pascuis, in viis & semitis, & in omnibus aliis eidem terræ adjacentibus. Concessi etiam eis & dedi croftum in occidentali parte nemoris de **Beghum** in longitudine & latitudine, sicut ab eisdem infossatum est, & xij. denarios annuatim imperpetuum de crofto quod *Arliæ* uxor *Gantelli* tenuit, quicunque illud tenuere. De bosco autem de **Beghum**, dedi eis in perpetuum necessaria aratris suis, et cratibus preparandis sufficienter. Hæc omnia supradicta concessi eis, & dedi & presenti Carta confirmavi in perpetuam et puram & liberam elemosinam, quietam ab omni servitio et seculari exactione in perpetuum, pro salute animæ domini mei *Herberti* de sancto *Quintino*, et pro animabus *Walteri* et *Alani* filiorum meorum, et pro animabus omnium parentum & amicorum meorum. Hiis Testibus, &c.

Confirmatio *Ricardi de sancto* Quintino.

RICARDUS *de sancto* Quintino *omnibus hominibus suis et universis sanctæ matris ecclesiæ filiis salutem. Sciatis me concessisse, et presentis Carta testimonio confirmasse sanctimonialibus de* **Killinge**, *donationem, quam eis fecit* Agnes *de* **Archis**, *scilicet, Ecclesiam de* **Killinge**, *cum dimidia carucata terræ, plenariè, in toftis et croftis et ceteris omnibus eidem terræ pertinentibus, libertatibus, et liberis consuetudinibus suis, cum decimationibus, et ceteris omnibus ad prefatam ecclesiam pertinentibus. Ex dono etiam ipsius* Agnetis *duas carucatas terræ et dimidiam in antedicta villa, cum omnibus pertinentiis suis, plenariè in villa et extra villam, in pratis et in pascuis, in viis et semitis, et in omnibus aliis eidem terræ adjacentibus. Concessi eis etiam et confirmavi, croftum in occidentali parte nemoris de* **Beghum**, *in longitudine et latitudine, sicut ab eisdem infossatum est. Volo etiam et firmiter precipio, ut liberè habeant, et liberè possideant, quicquid de feudo meo ex hominum meorum largitione, sive quolibet alio justo modo, in præsentiarum possident, vel in futurum poterint adipisci. Hæc autem omnia concessi eis, et confirmavi in perpetuam elemosinam, libera à me et ab hæredibus meis, soluta et quieta ab omni humano servitio, quod ad me et ad illos pertinet, et hoc feci pro salute animæ meæ, et omnium antecessorum et successorum meorum. Hiis Testibus. &c.* lb. f. 86 b.

Carta W. *de* Fortibus.

WILLIELMUS de *Fortibus*, comes *Albemarlie* omnibus hanc Cartam visuris vel audituris, salutem. Noverit universitas vestra me concessisse, & hac presenti Carta mea confirmasse sanctimonialibus de *Killinga*, tres carucatas terræ in **Killinge**, quas habent ex dono *Agnetis* de *Carfosse*. Tenend. et habend. in perpetuam elemosinam, liberè, et quietè, ab omni servitio, quod ad me, vel ad hæredes meos spectat, præter exercitum domini Regis et **Dangeld**. Et in hujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis Testibus, (*&c.*) lb. f. 87. a.

Car-

Confirmatio sancti *Willielmi* archiepiscopi *Eboraci*.

lb. f 88. b. WIllielmus *Dei gratia* Eboraci *archiepiscopus omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis salutem. Notum sit omnibus vobis me, petitione* Agnetis *matris* Petri *de* Fakamberga, *& filiorum suorum*, Willielmi & Hugonis Foliot, *concessisse, & præsenti cartâ confirmasse in liberam & perpetuam elemosinam sanctimonialibus de* Killinga, *ecclesiam de* Killinga, *cum dimidia carucata terræ, & omnibus aliis pertinentiis suis, & aliam dimidiam carucatam terræ in eadem villa, libram, & quicquid sicut prædicta, eam sanctimonialibus*, Agnes, *concessione hæredum suorum, & confirmatione comitis dedit; & tertiam dimidiam carucatam terræ in eadem villa, quam prædicta* Agnes *& hæredes sui in præsentia nostra, prædictis monialibus, in liberam & perpetuam elemosinam dederant. Et quia de ista donatione, concessionem non optinuerant comitis de* Albamarla, *nisi salvo servitio, sæpefata* Agnes, *& hæredes sui nobis in manu misissent, quod istam postremam dimidiam carucatam terræ suis expensis, ab omni servitio comitis et ejus auxiliis fideliter acquietabunt, donec ab ipso comite libertatem & remissionem quæsierunt. Test. . . . . sancti* Johannis Beverlaci *&c.*

Carta Aeliz *de sancto* Quintino

lb. f 87. 2. AEliz de sancto *Quintino* omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis visuris, & audituris literas has, salutem. Sciatis me concessisse, & hac carta mea confirmasse Deo & S. *Mariæ* & sanctæ *Helenæ*, & sanctimonialibus de Killinge donationem matris meæ, scilicet ecclesiam de *Killinga*, & tres carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis suis, in eadem villa. & croftum quod est in occidentali parte nemoris, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & solutam ab omni humano servitio, & exactione seculari, & plenariam, in pratis & pascuis, in viis, & in semitis, & in omnibus aisiamentis ad prædictam elemosinam pertinentibus. Insuper dedi eisdem sanctimonilibus duas bovatas terræ in Bechum de dominio meo plenarias, in omnibus aisiamentis, ad eandam villam pertinentibus, liberas, & solutas ab omni humano servitio, in puram & perpetuam elemosinam. De bosco autem de Bechum dedi eis inperpetuum necessaria arationis suis, & oratibus, in parte mea preparandis sufficienter, visu forestarii mei, & xij. denarios annuatim inperpetuum de crofto quod Aeliz uxor *Gamelli* tenuit, quicunque illud tenuerit. Præterea confirmavi sepedictis monialibus duas bovatas terræ, & quatuordecim acras terræ in Bechum, quas *Willielmus Foliot* eis dedit, & unam bovatam terræ quam *Robertus Jurdan* dedit eis cum uxore sua, & tres bovatas terræ quas *Walterus* de *Fankenberga* dedit eis, cum matre sua, ita liberè & quietè sicut cartæ donatorum testantur. Item concedo eis & confirmo quicquid rationabiliter de feudo illo adipisci poterunt. Hiis Testibus &c.

Carta *R.* archiepiscopi *Eboraci*.

R. *Dei gratia* Eboraci *archiepiscopus apostolicæ sedis legatus. Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis salutem. Ex administratione nobis a Deo commissa necessariò incumbit loca religiosorum fovere, & eorum quieti, Deo auxiliante, prospicere. Inde est quod locum sanctimonialium de* Killinga, *cum universis donationibus, quas* Aliza *de sancto* Quintino, *concensu & voluntate mariti sui* Eustachii *de* Pers, *ex donatione matris suæ* Agnetis, *intuitu caritatis eis concessit; nos sub beati* Petri *& nostra protectione suscepimus, & eas juxta quod in cartis* Willielmi *comitis* Albemarliæ, *&* Ricardi *de sancto* Quintino, *ac prædicta* Aliz *continetur, Priorissa, & sanctimonialibus ejusdem loci præsenti carta, in liberam & perpetuam elemosinam, & quietam ab omni humano servitio, præter exercitum regis &* Danegeld *confirmamus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona, largitione fidelium, justis modis in futurum assequi poterint; firma eisdem & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Videlicet ecclesiam de* Killinga *cum omnibus pertinentiis suis, salvo jure episcopali, & duas carucatas & sex bovatas terræ in eadem villa, cum omnibus ad easdem pertinentibus, in pratis, pasturis, & toftis, & croftis, & unum toftum in occidentali parte nemoris, sicut fossata ibidem ostendunt. Si quis verò maligno instinctu, jam dictum locum, vel bona ad eundem pertinentia, contra hujus nostri decreti paginam vexare præsumpserit, districtæ ultionis severitate se moveris puniendum. Hiis testibus &c.*

lb. f 88. b.

SANDWELLENSE
Cœnobium in agro Staffordiensi.

Carta Gervasii Paganelli *domini honoris de* Dudley *de monasterio de* Sandwell *confirmando, nuper vocato Heremitagium de* Bromwich.

GErvasius Paganellus dominus de Dudley omnibus *Anglis* & alienigenis salutem & fidelitatem. Quia rationabiles dispositiones de rebus ecclesiasticis & earum possessionibus factæ sub plurium testationibus ratæ haberi debent, idcirco notum vobis facio *Willielmum* filium *Guidonis* de Offney, meum militem, quoddam heremitagium in Bromwich juxta fontem qui dicitur Sandwell situatum monstrasse et monachis in eodem moraturis perpetualiter totum territorium circa prædictum fontem et heremitagium donasse, et quosdam tenentes in Bromwich et *Wauram* in Honeswoth cum eorum sequelis, terris, redditibus, et omnibus servitiis, sine aliquo sibi vel hæredibus suis retenemento, in liberam puram et perpetuam elemosynam, assartum de Rudwoth, Duddesrudding, et solum inter Petuit Grene et viam regiam usque Mauer et *le* Burne, ecclesiam de Esselburgh cum manso quantum est de feodo nostro

Ex vetusto exemplari penes *Ricardum Sbilton* de *West-Bromwich* in com. *Staff.* equit. aurat.

de baronia de **Dudley**, puteum apud **Wich**, molendinum apud **Gzete**, decimas pagnagii, venationis, molendinorum suorum, panis, cervisiæ, ferculorum de coquina domus suæ & hæredum suorum, lignum ad focum et ad omnia sua ædificia reparanda, pasturam ubique per totum manerium suum omni tempore anni ad omne genus animalium suorum et tenentium suorum, liberè pacificè et quietè imperpetuum. Quos quidem monachos et eorum successores benigne recipio in meam protectionem et defensionem, et omnes donationes de meo feodo eis dem collatas et deinceps conferendas, absque aliqua actione et clameo, in liberam puram et perpetuam elemosynam, pro me et hæredibus meis concedo, et corroboro sigillo meo authentico. His testibus, Dapifero de **Parles**, *Osberto* de *Bosco*, *Johanne Albo*, *Petro* sacerdote, et aliis.

MONKETONENSE
cœnobium in agro Eboracensi.

Carta Henrici Murdac *archiepiscopi* Eborum *de confirmatione* Willielmi *de* **Arches** *&* Ivette *uxoris suæ de fundatione sanctimonialium de* **Monketon**, *vulgo* **Munc-Monketon.**

Ex archivis Archiepisc. *Ebor.* penes ejus registri custodem, f. 137. a.

Henricus Murdac. Dei gratia archiepiscopus *Eboram*, universis sanctæ matris ecclesiæ filiis, ad quos presens scriptum pervenerit salutem in domino. Norum sit universitati vestræ, *Willielmum* de **Arches**, & *Ivettam* uxorem ejus; concessisse, & hac carta sua confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ*, & *Matildæ* filiæ suæ & sanctimonialibus de **Monketon** ibidem Deo servientibus, totam terram suam in **Monketon**, scilicet, sex carucatas terræ in eadem villa; & dimidiam carucatam in **Hamerton**, in puram, & perpetuam elemosinam, cum pertinentiis suis, & ecclesiam de **Topp**, & ecclesiam de **Hamerton**, & ecclesiam de **Ufham**, & ecclesiam de **Kirkby** juxta **Ulsburn**, quam *Elias* de **Pa**, per consilium & petitionem Domini *Willielmi* de **Arches**, coram meipso concessit, & dedit eisdem sanctimonialibus, in puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis. Hanc autem elemosinam, caritatis intuitu, & pro salute animæ nostræ, eisdem sanctimonialibus, autoritate nostra, confirmamus omnino in proprios usus profuturam; Quare volumus & firmiter præcipimus ut eas habeant & possideant, liberè, & quietè, plenariè, & integrè, & honorificè, salvis synodalibus, & archiepiscopalibus. Omnes ergo quicunque hanc elemosinam & nostram confirmationem disturbant, maledictionem Dei & nostri semper incurrant. His testibus, *Laurentio* de **Merkewozth**, *Thoma* de **Stotevayn**, magistro *Roberto* de **Uerli**, *Willielmo* de **Gozam**, magistro *Everardo*, *Richardo Murdac*, *Richardo Oter*, *Petro* de **Falcomberge**, *Herberto* de **Sutton**, *Odardo Comin*, *Willielmo* de **Rughford**, *Thoma* de **Northampton**, *Richardo* filio *Hugonis*, *Gilberto* de *Bella*, *Richardo* filio *Wigonis*, *Jordano Maleherbe*, *Helia* filio *Radulphi*, *Ulfredo* filio *Gamelli*, *Laurentio* filio *Hugonis*, *Radulpho* filio *Herlewyni*, *Roberto Pedefer*, & multis aliis.

VV
HILISTAPE *in com.* Northumb.

De patronatu Domini Ricardi *de* **Umfranvill.**

In Regist. *Ricardi de Kellawe*, episcopi *Dunelm.* apud castrum *Dunelm.* an. 1640.

Ricardus episcopus *Dunelmensis* consolidavit et univit ecclesiam de **Crossanfet**, et capellam de **Harbotell**, ecclesiæ de **Halistan**, et monialibus ibidem Deo servientibus, &c. Statuens quod de cætero unum et idem beneficium ecclesiasticum de **Halistan** nuncupetur, et fructus ejusdem in proprios usus vestros liberè converterentur. Sed ne animarum cura dicto beneficio, nec ejus partibus depereat, seu quomodolibet negligatur nobilis viri domini *Ricardi* de **Umfranvill** advocati et patroni vestri ordinatione, super hoc habita, statuimus, quod sit ibidem vicarius (*&c.*) Datum nono die Februarii an. Dom. MCCCxj.

Carta Regis *Henrici* tertii.

Cart. 39. H. 3. m. 2.

Rex archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse & confirmasse Prioriſſæ & monialibus de **Halystan** *donationes subscriptas videlicet de dono* Aelesiæ *de* Alneto *totam terram quam ipsa* Aleſia *tenuit in villa de* **Hedneſtone**; *scilicet tres bovatas terræ cum uno toſto & croſto & cum omnibus libertatibus & aiſiamentis ad prædictam villam pertinentibus. Et de dono* Rogeri Bertram *totum boscum qui vocatur* **Baldwineſwode** *per has diviſas; scilicet à campo foſſati monialium ex auſtrali parte deſcendentis in* **Hilleſboneburne**, *& per* **Hilleſboneburne** *aſcendendo verſus occidentem uſque ad diviſas de* **Thornetone**, *& ſic per vetus foſſatum verſus aquilonem uſque diviſas* Rogeri *de* **Perley**, *& ſic per illas diviſas uſque diviſas de* **Stantone** *verſus orientem, & ſic uſque foſſatum dictarum monialium verſus aquilonem, cum libero introitu & exitu ſine aliquo retenemento, & cum omnimodo aiſiamento, & omnibus commoditatibus & utilitatibus tam in ædificiis quam in omnibus aliis quæ prædictæ moniales infra prædictas diviſas facere voluerint vel potuerint, & cum libera molura bladi proveniencis de eodem boſco ad molendina ipſius* Rogeri *in parochia de* **Widford**, *& cum communa ad omnimoda averia ipſarum monialium in communibus paſturis de* **Houtone** *&* **Thophill** *tunc habitæ extra diviſas earundem monialium, ſicut carta prædictorum* Aleſiæ *&* Rogeri *quas prædictæ moniales inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.)* Dat. per manum noſtram apud Novum-caſtrum *ſuper* Tynam xxv. *die Septembris.*

DUNSTER-

DUNSTERENSIS

Prioratus, in agro Somersetensi.

Carta Johannis *de* Mohun *per regem* Edwardum *tertium confirmata.*

Pat. 20. E. 3. part. 2. m. 30.

REX omnibus ad quos, &c. salutem; Inspeximus scriptum quod *Johannes* de Mohun, dom. de Dunsterre, fecit in hæc verba. Universis Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Johannes* de Mohun, dominus de Dunsterre, salutem. Sciatis me acceptas habere omnimodas donationes & gratas quas omnes antecessores mei fecerunt ecclesiæ sancti *Georgii* de Dunsterre, et monachis ibidem Deo servientibus, videlicet, ecclesiam sancti *Georgii* de Dunsterre, et totam decimam ejusdem villæ de Dunsterre, tam vinearum quam carucarum, molendinorum, & mercati, Necnon & virgulti, Ac etiam omnium pecudum, & totam villam de Alcumbe, & omnia sibi pertinencia liberè & quietè ab omni servicio, scilicet, unam hidam terræ per hos limites, scilicet de Horstomsden per viam quæ dicitur Bumeweye, usque Southbonerigge, & per stratam regiam Southbonerigge, usque ad Stonebury, & inde usque ad aquam Wallerlegh, et inde per aquam usque ad *le* Mulepolisheved de Staunton, & inde per transversum viæ usque ad fossatum ex alia parte viæ, & per illud fossatum usque ad viam quæ tendit ultra collem juxta nemus de Staunton, & inde per *la* rigge usque ad *la* Merishlane, & inde de *la* Whitestone linealiter eundo ad borealem partem versus mare usque ad *la* Baldedich linealiter eundo ad partem borealem versus mare usque ad *la* Horthepulle, & per *la* Horthepulle ad *la* Foghelrismersh, & per *la* Foghelrismersh usque ad Horsewolde, & inde per vetus fossatum in australi parte lacus, recto tramite usque ad Horstomscombe. Et dimidiam partem decimæ de dominico de Minheved. Et totam decimam de Ezodewode. Et omnem decimam de Carampton. Et totam decimam de Newton. Et dimidiam decimam de Bramfelde. Et totam decimam de Stokelond. Et totam decimam de Culvetone. Et duo pricatoria, unum pertinens ad *Dunsterram*, & aliud ad *Caramptonam*. Et totam decimam equarum mearum de More. Et decimam bestiam, porcorum meorum de Dunstar, Carampton, & Culveton, nomine decimæ, secundum quod contigerit eas capi, vivas vel mortuas. Et etiam pasturam quæ vocatur Foghelerismersh. Et terram de Frehefordo. Et unum ferlingum terræ de manerio meo de Codercombe apud Chaldewille. Et unum ferlingum terræ qui jacet inter *la* Stentewille, & molendinum de Cogbrigge. Ac etiam omnia burgagia in Dunsterre, quæ omnes antecessores mei eisdem dederunt & concesserunt, una cum relaxatione sectæ Hundredi mei de Minheved, quam dominus *Reginaldus* de Mohun eis inde fecit. Et insuper ecclesiam de Culveton, cum omnibus pertinentiis suis, & decimis & decimam de dominio de Serreveton, de Cumbe, & de Codesford. Et totam terram de Kynebordisham. Et decimam de Crefordo. Terram etiam de Hanelham, quam *Willielmus* de Mohun dedit pro salute animæ *Radulfi* de Mohun. Tres etiam ferlingos terræ apud Hordecom, libero & quietos ab omni servicio, in puram & perpetuam elemosinam. Hæc autem omnia prædicta, prædictis Priori & Monachis de Dunsterre data & concessa & confirmata, cum omnibus pertinenciis suis secundum modum & vim monumentorum suorum, de illis, ex antecessoribus meis sibi factorum, in perpetuum ratifico & confirmo. In cujus rei testimonium sigilli mei munimine præsens scriptum roboravi. His Testibus, dominis *Simone* de *Furneaux*, *Edwardo* de *Estrudeling*, *Radulpho* de *Fisourez*, *Alexandro Loteril*, & *Johanne Membury* militibus, *Johanne Durbrogh*, *Johanne* de *Bracton*, *Edmundo Martyn*, *Gilberto Hewish*, *Galfrido* de *Anele*, & multis aliis. Datum apud Dunsterre die Dominica proxima post festum decollationis sancti *Johannis Baptistæ* anno regni regis *Edwardi tertii* à Conquestu quinto decimo. Nos autem acceptationem, ratificationem & confirmationem prædictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus & confirmamus, sicut scriptum prædictum rationabiliter testatur. In cujus &c. T. *R.* apud *Porcester* duodecimo die Junii.

Abbatia de MARGAN *in* Wallia.

Ex chron. in princip. codicis vocat. *Domesday* penes Remem. Regis in Scac.

ANno MCxlvij. fundata est abbatia de Margan à *Roberto* comite *Glouc.* qui construxit castrum et turrim et Prioratum sancti *Jacobi Bristoll*: qui comes eodem anno obiit et sepultus est in dicto Prioratu.

Carta Regis Johannis.

Cart. 6. *Joh.* n. 9.

Johannes Dei gratia, &c. Sciatis nos concessisse, & hac carta nostra confirmasse Deo, et ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Margan, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes subscriptas donationes eis rationabiliter factas; scilicet, ex dono *R.* comitis *Glocestriæ*, et *Willielmi* filii ejus, terras inter Avene et Beneseg, cum pertinentiis, et unum burgagium in Beneseg, et unum burgagium in *Lau*....., et unum burgagium in *Novoburgo*, et unum burgagium in Bristoll. Ex dono eorundem. Et ex dono *Hugonis* de Herefordo C. acras. Ex dono *Retherath*, et hæredum ejus centum acras. Ex dono *Gilberti Germus*, et hæredum ejus, l. acras. Ex dono *Willielmi Gille*, et hæredum ejus xl. acras. Et dono *Warini* filii *Kadigan* xx. acras. Ex dono *Burgensium*, et liberorum hominum de Beneseg quoquid habent in villa de

Reneseg vel extra. Ex dono *Morgani* filii *Oeni* et Havedhaloch quicquid continetur inter Reneseg et Laytham. Ex dono *Willielmi Scurlagge* et hæredum ejus, feodum de Langwy. Ex dono *Nicolai Puniz*, et concessione *David Scurlagg*, totum feodum illud de Langwy. Ex dono *Thomæ* de Laghell C. acras. Ex dono *Morgani* filii *Cradoci*, et hominum ejus quicquid habent in territorio *Novi-castelli*. Ex dono *Henrici* de Punfravill, apud *Landmanti* C. et lx. acras. Ex dono *Johannis* de Bonevill l. acras. Ex dono *Templariorum* xl. acras. Ex dono *Morgani* filii *Cradocy*. Puntlimoz. Ex dono *Hugonis* de Langharnan, et hæredum ejus xxx. acras. Ex dono *Urbani* sacerdotis de Pondewelin xij. acras. Ex dono Burgensium, sive liberorum hominum de Baerdif, quidquid habent in villa de Baerdif vel extra. Ex dono *Morgani* filii *Cradocy* quicquid habet in mariſco de Aven, et Rossamerin, et communem pasturam in montanis inter Taf, et Nethe. Ex dono *Gistelard*, et hæredum ejus terram quam idem *Gistelard* tenuit extra Reneseg. Habenda et tenenda imperpetuum sicut cartæ donatorum, quas inde habent rationabiliter testantur. Concessimus etiam, et confirmamus eis, omnes alias donationes, venditiones et invadiationes, eis rationabiliter factas, vel faciendas, sicut cartæ donatorum, venditorum, et invadiatorum, quas inde habent, vel habituri sunt testantur, vel testabuntur. Quare volo (*&c.*) T. domino *H. Cantuariensi* archiepiscopo, domino *E. Eliensi* episcopo, *G.* filio *Petri* (*&c.*) *Saero* de Quency, *Symone* de Pateshull, *Petro* de Stoks, *Reginaldo de* Cornhill *Fulcone* de *Kantilupo*. Datum per manum *J.* de *Well.* apud *Westmonasterium* xv. die Maii anno R. &c. vj.

Ex chron. de *Stanley* in *Wiltesi* in bibl. Bodleiana.

Anno MCCxliij. *Herbertus* filius *Mathei* lapidibus obrutus est in *Wallia* juxta abbathiam de Margan, in qua sepultus jacet.

BLACKBURGENSE *cœnobium in agro* Norfolciensi.

Charta Rogeri *de* Scales.

Ita regiſtro de *Blackburgh* in bibl. *Spelmanniana*.

Erum gestarum memoria litteris proinde committitur, ut exclusa oblivione inposterum inde veritas comprobetur. Expropter noverit præsens etas, noverit secutura posteritas, noverint omnes quod ego *Rogerus* de Scales, & *Muriell* uxor mea, dedimus & concessimus Deo & sanctæ *Mariæ*, & sanctæ *Katherine* virgini, & fratribus qui eis serviunt, & servituri sunt in loco qui vocatur Shiplade, *la marcis & la tere Wainnable & la bruere, quatre vintz perches de leech*, & in longum *des la divise de Wirmegay*, usque *a la tere Wainnable* de Middleton, & super Blackebergh viginti *acras*, & *la culture del* Heighe & undecim *perches del bois en leed*, & viginti sex acras versus orientem de Halegh, & versus occidentem ex Halgh, tresdecem *perches* de *leed*, & viginti quinque, in longum de prato, & faldfogne per omnes campos de Middleton, & hominum *Ednoch*, & uxoris ejus & filiorum & filiarum. Hæc omnia dedimus in elemosinam perpetuam liberè & quietè cum omnimoda libertate possidenda, prædictis fratribus Deo & sanctæ *Mariæ*, & sanctæ *Katherine*, & omnibus Sanctis servientibus, & servituris, absque omni exactione & servitio temporali, & consuetudine seculari: pro salute animarum nostrarum & pro incolumitate filiorum et filiarum nostrarum, pro animabus patrum et matrum nostrarum et omnium prædecessorum nostrorum, concessione et consensu hæredum meorum *Willielmi*, *Roberti*, et omnium filiorum meorum. Conservantibus igitur et manutenentibus et promoventibus hanc nostram elemosinam sit pax et benedictio Dei omnipotentis et omnium sanctorum ejus: Minorantibus autem et disturbantibus et infectantibus sit Dei maledictio donec sese correxerint et ad emendationem venerint. Ego *Rogerus* de Scales huic meæ donationi subscripsi. ✠ Ego *Muriell*, uxor ejus subscripsi. ✠ Ego *Willielmus* filius *Rogeri* subscripsi. ✠ Ego *Robertus* concensi. Testibus, &c.

Alia ejusdem Roberti *carta.*

Ibid.

Robertus de Schales, universis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, salutem. Noverit universitas vestra me *Robertum* de Schales concessisse, & confirmasse hac mea carta, Deo et S. *Mariæ* et sanctæ *Caterine* virgini, et sororibus ibidem Deo servientibus, et servituris, in loco qui vocatur Shiplade, et alio nomine vocatur Blakebergh, mariscum et terram wanibilem, et bruieram octoginta particas in latitudine, et in longum a divisione Wirmegay, usque ad terram cultam Middelton, et super Blakeburgh viginti acras, et culturam de Heigh, et undecem particas in latitudine in bosco et viginti sex acras apud orientem de Halech, et apud occidentem de Halech tresdecem particas in latitud. et viginti quinque in longum de prato, & faldsognam per omnes campos Middleton, et homagium *Ednech*, et uxoris, filiorum, et filiarum ejus, et Handegatesgnol, et quatuor acras et dimidiam de prato in Halech, et terram quæ ad me pertinet in descentu de Sengesbers, et in Halech juxta cruftam vice. unam acram, et duas acras de prato en Canwelle, et duodecem denarios reddendos annuatim ex dono *Willielmi* fratris mei, et partem quæ ad me pertinet de Levestoc, et terram quæ ad me pertinet de Lameseye, et septem particas in latitudine, cum tota longitudine sua in mariſco apud Sechieh. Et preterea ex dono meo duodecem solidos annuatim reddendos de molendino Wirblington; Hæc omnia concessi, et presenti carta mea confirmavi in perpetuam elemosinam liberè, et quietè, cum omni libertate possidenda, Deo et sanctæ *Mariæ*, et sanctæ *Caterine* virgini, et prædictis sororibus absque omni exactione, et servitio temporali, et consuetudine seculari, pro salute animæ meæ, et patris mei, et matris meæ, et uxoris meæ, et fratrum, et sororum mearum, et omnium prædecessorum meorum, et omnium benefactorum

nefactorum meorum, et omnium quibus injustè nocui, concessione, et consensu filiorum meorum *Rogeri* et *Roberti*. His testibus, &c.

HENWODENSIS *Prioratus, in agro* Warwicensi,

Carta fundationis per Ketelbernum *de* Langdona.

Ex ipso autog. penes *Will. Spooner* de *Henwood* armig. an. 1636.

GUALTERO Dei gratia *Cestrensi* episcopo, & universis sanctæ ecclesiæ filiis, *Ketelbernus* de *Langedona* salutem. Sciant omnes tam posteri quam presentes, quod Ego *Ketelbernus* pro salute animæ meæ, & domini mei *Hugonis* de *Ardena*, & uxoris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, parentum & amicorum, voluntate & assensu ejusdem domini mei *Hugonis* de *Ardena* dedi & concessi in perpetuam & liberam elemosinam Deo & sanctæ *Margaretæ* virgini & sanctimonialibus apud *Estwellam* regulariter Deo servientibus partem de libero dominio meo de *Langedona*, scilicet prædictum locum *Estwellam*, & quicquid circumjacet prædicto loco *Estwella*, in bosco & in plano, & in aquis à fovea **Pinewudesheth** per **Purrewej** usque ad vadum **Colesozd**, & â vado **Colesozd** sicut aqua *Blithæ* currit usque illuc ubi aqua **Perebzoch** cadit in eandem aquam *Blitham*, & inde incontra montem ejusdem aquæ **Perebzoch**, usque illuc ubi torrens **Rodbzoch** cadit in supradictam aquam **Perebzoch**, & inde in contramontem ejusdem torrentis **Rodbzoch**, usque illuc ubi idem torrens oritur; Et inde per medium **Timbzelceage**, usque ad supradictam foveam **Pinewudesheth**, excepto **Puchelingewich**. Volo etiam & concedo ut eædem sanctimoniales habeant curiam suam liberam & omnes consuetudines suas & libertates, sicut ego meam Curiam, & meas consuetudines & libertates melius & plenius habeo ex concessu domini mei *Hugonis* de *Ardena*. Concedo etiam supradictis sanctimonialibus, ut ubicunque mea animalia, mei equi, meæ oves, meæ capræ, mei porci jerint in pasturam, ipsæ habeant ibidem sua animalia, suos equos, suas oves, suas capras, & suos dominicos porcos plenè & liberè sine pannagio, & sine omni consuetudine. Et si fortè evenerit ut ego nulla animalia haberem, concedo ut omnia supradicta animalia sanctimonialium eant ubique in pasturam ubi mea animalia irent, si aliqua haberem. Ad hæc concedo eisdem sanctimonialibus ut in toto bosco meo de *Langedona* ubicunque voluerint, & necesse eis fuerit, habeant plenariam licentiam accipiendi materiem ad ecclesiam suam, & ad omnes officinas suas, & ad omnes domus suas faciendas, & ad omnia edificamenta sua præter venditionem & donationem, Et si invenerint in terra sua oportunum locum faciendi molendinum, concedo eis licentiam firmandi illud ex altera parte ripæ in mea terra. Volo itaque ut supradictæ sanctimoniales habeant & teneant hanc meam elemosinam ad serviendum ita bene & in pace liberam & quietam ab omni seculari servitio, sicut ego liberius & quietius teneo meam terram de meo domino *Hugone* de *Ardena*. Et ideo rogo universos fideles ecclesiæ, ut pro amore Dei, & pro salute animarum suarum, manuteneant hanc meam elemosinam, & warantizent & defendant. Si autem meus hæres aliquod de hac mea elemosina auferre vel minuere tentaverit, iram & maledictionem Dei, & meam habeat: Et si ipsas sanctimoniales & hanc meam elemosinam manutenuerit & sustentaverit gratiam Dei habeat, & omnem benedictionem quam pater potest dare filio ipsi & successoribus ejus id ipsum conservantibus in perpetuum concedo. Sciant omnes quod dederam & concesseram Deo & sanctæ *Margaretæ* virgini & prædictis sanctimonialibus totam hanc elemosinam antequam dare & concedere quicquam meæ terræ de *Langedona*, *Thomæ* de *Tamecurda* genero meo. Hujus meæ donationis sunt testes *Laurentius* Prior *Coventriæ*, *Radulfus* Prior de *Keningwrda*, & *Rogerus* Subprior, & *Baldwinus* cellerarius, & *Johannes Propheta*, & *Willelmus* de *Langelei* canonicus *Keningwrdæ*, *Willielmus* decanus de **Radefozd**, *Hugo* de *Ardena*, & *Adela* uxor ejus, *Willielmus* de *Ardena*, & *Agnes* uxor ejus, *Juliana* uxor *Chetelberni*, & *Robertus* filius, & *Turchil* frater *Chetelberni*, *Adam* nepos, & *Gisleb*ertus armiger *Chetelberni*.

Bulla Innocentii *Papæ.*

INnocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Prioriss & conventui monasterii de **Pynwode**, per Prioriss soliti gubernari, ordinis sancti *Benedicti Lichfeldensis* dioc. salutem (&c.) Digna exauditione vota personarum humilium maximè divinis laudibus sacræque religionis observantiæ apostolico nos convenit favore prosequi, & ipsarum necessitatibus occurrere provisionis gratia congruentis. Sanè petitio vestra nobis nuper exhibita continebat, quod olim claræ memoriæ *Ricardus* Rex *Angliæ* pietatis intuitu, quantum in eo erat, pro se & hæredibus suis, vobis & monasterio vestro jus patronatus seu advocationem parochialis ecclesiæ de **Chozlton** & de **Odemoze** *Lincoln.* dioc. quod seu quæ ad ipsum regem tunc pertinebat, ad effectum quod dicta ecclesia vobis & dicto monasterio imperpetuum uniretur; Ita etiam quod perpetua vicaria, sufficienter dotata, institueretur in ipsa ecclesia, & perpetuo vicariæ inibi domino servituro, & etiam pro recreatione pauperum parochianorum ipsius ecclesiæ alia perpetua portio moderandæ arbitrio diocesani loci deputari deberent; necnon sub aliis modis seu conditionibus licitis tunc expressis, regia liberalitate donavit. Ac successivè prædicto rege vita functo carissimus in Christo filius noster *Henricus* Rex *Angliæ* illustris inopiæ vestræ piè compatiens, nefium donationem prædictam approbans & confirmans, sed etiam suæ largitatis gratiam vobis peramplius apperiens, jus patronatus parochialis ecclesiæ de **Everdon** juxta **Daventre** dictæ dioc. ad eundem effectum; necnon similibus modis vobis & dicto monasterio piè donavit seu concessit, prout

Ibid. R. 2.

prout in quibusdam authenticis literis inde confectis, ipsorum regum sigillis munitis, dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, vos quæ ut asseritis duodecim numero estis, ordinem sancti *Benedicti* professæ die noctesque altissimo sub magna paupertate deservitis laudabiliter in divinis in monasterio memorato, & illius fructus redditus & proventus secundùm communem existimationem ultra novem marchas sterlingorum annuatim non ascendant de quibus sustentari ullatenus non valetis, & quas quidem novem marchas ex fructibus, redditibus & proventibus parochialis ecclesiæ de **Bikenhill**, *Lichfeldensis* dioc. quæ dicto monasterio in ejus primeva fundatione canonicè unita fuit, ipsius ecclesiæ de **Bikenhill** deductis oneribus duntaxat percipitis annuatim, pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum, ut de **Chozlton**, & de **Cverdon** ecclesias prædictas, quarum fructus, redditus, & proventus octoginta marcharum dictæ monetæ secundùm existimationem præfatam valorem annuum, ut etiam asseritis non excedunt, dicto monasterio imperpetuum incorporare annectere & unire, de benignitate apostolica dignaremur:

Nos igitur vobis paterno compatientes affectu, & de aliquo subventionis auxilio providere volentes, **Chozlton** et de **Cverdon** ecclesias prædictas cum omnibus juribus et pertinentiis earum prædicto monasterio, auctoritate apostolica perpetuo incorporamus annectimus et unimus, ita quod cedentibus vel decedentibus earundem de **Chozlton** et de **Cverdon** ecclesiarum rectoribus qui nunc sunt, aut ipsas ecclesias alias quomodolibet dimittentibus, per vos vel alium, seu alios corporalem possessionem ecclesiarum juriumque et pertinentiarum prædictorum authoritate propria apprehendere, ac extunc in usus proprios vestros retinere necnon earum fructus redditus et proventus antedictas in utilitatem vestram, et dicti monasterii, necnon in supportationem onerum vobis pro tempore incumbentium convertere, liberè et licitè valeatis, et hujusmodi loci diocesani, et cujuscunque alterius super hoc licentia seu consensu minimè requisitis. Ita tamen quod juxta dispositionem seu voluntatem dictorum regum in eisdem literis expressam, prædicti diocesani arbitrio de **Chozlton** et de **Cverdon** ecclesiarum fructibus, redditibus & proventibus antedictis, singulæ pro singulis vicariis hujusmodi inibi instituendis, de quibus ipsi vicarii congruè sustentari, episcopalia jura solvere, & alia sibi onera incumbentia possint commodè supportare; necnon etiam aliæ singulæ portiones inter utriusque de **Chozlton** & de **Cverdon** ecclesiarum prædictarum pauperes parochianos pro tempore distribuendæ reserventur, non obstantibus si aliquis super provisionibus sibi faciendis de parochialibus ecclesiis in illis partibus speciales vel generales nostras vel prædecessorum nostrorum Romanorum pontificum aut legatorum sedis apostolicæ literas impetravit, etiamsi per eas ad inhibitionem reservationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quas quidem literas & processus habitos per easdem, ad prædictas ecclesias volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem parochialium ecclesiarum aut beneficiorum aliorum prejudicium generaretur, & quibuslibet literis, indulgentiis & privilegiis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum haberi debeat in nostris literis mentio specialis, nos enim de nunc irritum decernimus & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ incorporationis, annectionis, unionis, & constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire (*&c.*) Dat. *Romæ* apud sanctum *Petrum* quinto kal. Maii, pontificatus nostri anno primo.

S. RADEGUNDIS *juxta* Cantabrigiam *Prioratus.*

Cart. 7. E. 2. nu. 18.

Vide Ibid. nu 37.

Carta Regis *Stephani.*

REX *archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus cartam confirmationis quam dominus* Stephanus *quondam Rex* Angliæ *progenitor noster fecit in hac verba.* S. *Rex* Angliæ *episcopo de* **Ely** *& justiciariis & vicecomitibus, & baronibus, & ministris, & omnibus fidelibus suis de* Cantebrig-scira *salutem. Sciatis me confirmasse, & concessisse ecclesiæ, & sanctimonialibus sanctæ* Mariæ *de* Cantebr. *donationem illam quam* Willielmus *monachus aurifaber eis fecit de duabus virgatis terræ, & de sex acris de prato, & de quatuor cotariis cum tenura sua in* Shelforda *in elemosina, pro anima Regis* Henrici, *& pro Dei fidelibus. Quare volo* (&c.) *Testibus* Willielmo Martell, & Rain. *de* Warenna *apud* Mapertes Halam *in obsidione. Inspeximus etiam quandam aliam cartam confirmationis quam idem* Stephanus *fecit sanctimonialibus de* Cantebr. *in hac verba.* S. *Rex* Angliæ *episcopo de* **Ely** *& justitiar. & vic. & baron. & ministris & omnibus fidelibus suis de* Cantebrigscira *salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse donationem illam quam comitissa* Constancia *uxor comitis* Eustachii *filii mei fecit sanctimonialibus de* Cantebr. *in elemosinam de tota piscatura & aqua quæ burgo* Cantebr. *pertinet, & de quietantia totius terræ suæ. Quare volo* (&c.) *Testibus* Fulcone *de* Oilli, & Roberto *filio* Unfr. & Ricardo *de* Bada, & Henrico *de* Novo-Mercato *apud* Cantebr.

Inspeximus etiam cartam quam Henricus *quondam Rex* Angliæ *avus noster fecit prædictis monialibus in hac verba.* Henricus *Dei gratia Rex* Anglix, *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ, Aquitaniæ, *& comes* Andegaviæ *omnibus ad quos præsentes*

sentes litere pervenerint salutem. Sciatis quod concessimus pro nobis & heredibus nostris Prioriſſe & monialibus ſancte Radegundis *quod claudere possint & clausam tenere imperpetuum quandam croftam suam que jacet inter ecclesiam ipsarum Prioriſſe & monialium, & fossatum de* Cantebr. *ex parte occidentali, salvo nobis in omnibus & per omnia fossato nostro. In cujus* (&c.) *Teste me ipso apud* Westm. *decimo septimo die Aprilis anno regni nostri triceſimo quinto. Nos autem conceſſiones* (&c.) *Et donationem conceſſionem & confirmationem quas* Willielmus *de* Scallariis *fecit predicte monialibus de tota terra ſua quam pater predicti* Willielmi *dedit eiſdem in* Wyattingg, *Et donationem conceſſionem & confirmationem quas* Ricardus *filius* Willielmi *de* Escallariis *fecit prefatis monialibus de quindecim acris terre cum prato in eadem villa. Et donationem* (&c.) *quas* Stephanus *de* Escallariis *&* Juliana *uxor ejus fecerunt predictis monialibus de quaterviginti acris terre cum quodam managio in eadem villa* (&c.) *ratas habentes & gratas* (&c.) *confirmamus* (&c.)

Veredictum juratorum Burgi Cantabrigiæ *ſuper articulis ſubſcriptis, viz. per* Bartholomeum *filium* Michaelis (&c.)

Ex Rot. hundred. in com. *Cantabr. & Hunt.* 3. E. 1.

QUæ & quot maneria dominica Rex habet in manu ſua in com. *Cantabrigie & Huntedonie*, tam de antiquis dominicis coronæ, quam de Eſcaetis & perquiſitis, Inter alia, ut ſequitur.

Prioriſſa & moniales S. *Radegundis Cantab.* habent quendam locum juxta Grencroſte in quo inhabitant, & ubi eccleſia ſua conventualis fundata eſt, & continet decem acras terræ. Quem quidem locum habent ex dono *Mancolmi* quondam Regis *Scotie*; Qui quidem *Mancolmus* dedit eiſdem terram prædictam, in puram & perpetuam elemoſinam, ad fundandam eccleſiam ſuam in eadem. Qualiter dictus *Mancolmus* Rex pervenit ad terram illam neſciunt.

Item prædicta Prioriſſa & moniales tenent quatuor acras terræ jacentes juxta terram prædictam, quam quidem terram habent de dono *Nigelli Elyenſis* epiſcopi. Qui quidem *Nigellus* dedit eam eiſdem in puram & perpetuam elemoſinam. Et *B.* quondam Prior *Elyenſis* & conventus *Elyenſis* eccleſiæ dictam donationem, eiſdem monialibus factã, conceſſerunt & confirmaverunt.

Item prædicta Prioriſſa, & moniales tenent quinque acras terræ, jacentes inter monaſterium & Grenecroft, quas habent de dono *Euſtachii*, quondam *Elyenſis* epiſcopi, qui quidem *Euſtachius* dedit eiſdem dictam terram in puram & perpetuam elemoſinam. Et *Johannes* quondam *Elyenſis* epiſcopus, & *Rogerus* quondam Prior *Elyenſis*, & capitulum *Elyenſis* eccleſiæ, dictam donationem, eiſdem factam conceſſerunt & confirmaverunt.

LANGLEIENSE *Cœnobium in comitatu* Leiceſtrenſi.

Eſcaet. a. 34 *Ed.* 1. n. 19.

INquiſitio capta apud Brehon coram eſcaetore domini regis octavo die Junii anno regni regis *Edwardi* triceſimo quarto. Videlicet ſi Prioratus monialium de Langeleye de fundatione anteceſſorum *Roberti* de Tateſale defuncti exiſtat, & ſi moniales illæ in vacationibus ejuſdem domus licentiam eligendi aliam monialem ejuſdem domus in prioriſſam, a prædicto *Roberto* de Tateſale vel ab anteceſſoribus ſuis petere ſolebant, necne. Et quem & cujuſmodi ſtatum præfatus *Robertus* & anteceſſores ſui vacante prioratu illo retroactis temporibus in eodem habere conſueverunt, per ſacramentum *Willielmi Gille* de Overton, *Simonis* filii *Ricardi* de Worthington, *Rogeri* filii *Ricardi* de Duranthorp, *Willielmi Baile* de Meneleſton, *Henrici Franceys* de Snypeſton, *Mathei le Mey* de eadem, *Roberti Schirlac* de Tunge, *Johannis* piſtoris de Andurchurche, *Willielmi Talun* de Weneleſton, *Willielmi* clerici de eadem, *Willielmi le Spenſer* de Belton & *Ricardi Atte halleyate* juratorum. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod dictus prioratus monialium de Langeleye de fundatione anteceſſorum *Roberti* de Tateſale exiſtit. Dicunt etiam, quod prædictæ moniales ejuſdem domus in vacationibus licentiam eligendi aliam in prioriſſam domus illius ab eodem *Roberto* vel ab anteceſſoribus ſuis petere non ſolebant nec petere debent. Item dicunt quod præfatus *Robertus* & anteceſſores ſui, vacante prioratu illo, retroactis temporibus huc uſque unum garcionem cum alba virga ad cuſtodiendum portam, ſolum victum percipiendo in eodem, nomine ſuo habere conſueverunt. In cujus rei teſtimonium huic inquiſitioni prædicti juratores ſigilla ſua appoſuerunt. Dat. die loco & anno ſupradictis.

Langley, ſaint Mary, a Nunnery, founded by ſir William Pantulphe, and Burgia his wife. *Leſ coll.* 10. 1.

Langleya, ſanctimonialium cœnobium, divæ *Mariæ* ſacrum, à *Gulielmo Pantulph*, & *Burgia* ejus uxore fundatum.

Prioratus monialium de Langle patronus *Robertus* de Tateſhall. Rot 5. *H.* 3. 1220 bibliotheca *Cottoniana.*

SANDELFORDENSIS *Prioratus alias* Sanford, *in agro* Berrocenſi.

Carta regis Edwardi *primi.*

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe dilectis nobis in Chriſto, Priori & Cõventui de Sandelford quod ipſi, & ſucceſſores ſui, imperpetuum habeant Carta 21. E 1. n. 16.

beant liberam warrenam in omnibus dominicis terris ſuis de **Sandelford & Endeburne**, in comitatu **Berks**, dum tamen terræ illæ non ſint infra metas foreſtæ noſtræ, (*&c.*) Datum per manum Regis apud *Weſtmonaſterium* viceſimo die Junii.

Carta Sajeti *de ſancto* Andreæ.

Ex autog. in bibl. Hatton.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Saiherus* de ſancto *Andrea* ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac preſenti Carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Nicolai* de **Sandford**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & pro anima comitis *Wintoniæ* avunculi mei, & *Roberti* de *Quinci* filii mei, & fratrum ſuorum, quinque ſolidatos redditus in villa mea de **Littlemore** annuatim recipiendos (*&c.*)

SETONENSIS *Prioratus in comitatu* Cumbriæ.

Carta Henrici *ducis* Lancaſtriæ.

Ex autog. in officio Armorum.

HENRICUS dux *Lancaſtriæ*, comes *Derbiæ*, *Lincolniæ* & *Leyceſtriæ*, & Seneſcallus *Angliæ*, Omnibus ad quos præſentes literæ pervenerint ſalutem. Sciatis pro eo quod accepimus ex teſtimonio fidedigno, quod Prioratus de **Seton** in comitatu *Cumbriæ* ita exilis exiſtit, quod ad ſuſtentationem Prioriſſæ & monialium ejuſdem Prioratus ſufficere non poſſit: Nos in honore Dei & ſancti *Leonardi*, & prætextu licentiæ excellentiſſimi principis domini noſtri Regis *Angliæ* & *Franciæ* illuſtris, nobis, & præfatis Prioriſſæ & monialibus per literas Patentes ipſius Regis factæ, de Hoſpitali ſancti *Leonardi* de *Lancaſtria*, quod jam vacat, & collationi noſtræ de jure ſpectat, auxilium ſuſtentationis earundem Prioriſſæ & monialium apponere volentes, dedimus, & conceſſimus pro nobis et hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, præfatis Prioriſſæ & monialibus dictum Hoſpitale, cum omnibus terris & poſſeſſionibus ad idem Hoſpitale ſpectantibus. Habendum eiſdem Prioriſſæ et Monialibus, et ſucceſſoribus ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam, tanquam dicto Prioratui annexum imperpetuum. Conceſſimus etiam eiſdem Prioriſſæ & monialibus quod illa cantaria, quæ ſolebat eſſe in dicto Hoſpitali de uno capellano, divina ſingulis diebus celebrando, valeat in dicto Prioratu, per eaſdem Prioriſſam & Moniales inveniri ſine impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum. Ita ſemper quod Burgenſes noſtri de **Lancaſter**, ad hoc concordare voluerint, & quod faciant elemoſinas, & alia onera eidem Hoſpitali, de jure & ab antiquo incumbencia. In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes. Teſte ..... apud **Peſtone**, primo die ..... ducatus noſtri ſexto.

Vide Pat. 28. E. 3. part. 3. mem. 14.

De eodem Hoſpitali.

Inquiſitio ad quod dampnum an. 17 E. 2. nu. 72.

JUratores dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod Johannes *Rex* Angliæ *fundabat Hoſpitale ſancti* Leonardi *apud* Lancaſtriam, *pro uno Magiſtro, & uno capellano, & novem pauperibus, quorum tres erunt leproſi, & alii ſani. Quilibet eorum capiet per diem unum panem qui ponderabit octavam partem unius petræ, & habebunt potagium tres dies in ſeptimana; videlicet, die Dominica, die Lunæ & die Veneris. valet* 8. *lib.* 6. *ſ.* 8. *d.*

ANKERWIKENSIS *Prioratus in agro* Buckinghamienſi.

Lel. coll. vol. 1. p. 86

ANCRE WIKE Prioratus monialium *Lincolnienſis* dioceſis. *Gilbertus* & *Ricardus Munfichet*, milites, fundatores.

Carta regis *Henrici* tertii, donationes quamplurimas recitans & confirmans.

Cartæ 41. H. 3. membr. 3.

REX *archiepiſcopis, &c. Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Prioriſſa eccleſia beatæ* Mariæ Magdalenæ *de* **Ankerwyk** *& monialibus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas, videlicet de dono* Gilberti *de* Munfichet *totam terram illam quæ vocatur* **Ankerwyk**, *& totum aſſartum quod* Ricardus *de* Bruera *tenuit, & quinque acras prati cum pertinentiis in* **Wyreſdebyri**, *& totam terram de* **Alerburn** *cum pertinentiis. De dono* Gilberti *de* Munfichet *&* Avelinæ *uxoris ejus totum pratum illud cum pertinentiis in eadem villa quod vocatur* **Wynede**. *De dono* Ricardi *filii* Gilberti *de* Munfichet *totam terram illam cum pertinentiis quæ vocatur* **Mozelaund**, *& quoddam pratum cum pertinentiis quod quidam* Gocelinus *tenuit in eadem villa. De dono ejuſdem* Ricardi *quandam inſulam in* Thamis *quæ vocatur* **Tyngeyt** *cum pertinentiis in eadem villa. De dono* Ricardi *filii* Ricardi *de* Munfichet *unum meſuagium dimidium virgatam terræ & quendam gurgitem cum pertinentiis quæ* Thomas le Newe *tenuit in eadem villa. De dono* Hugonis *abbatis de* **Certeſey** *dimidiam hidam terræ & quinque acras terræ cum pertinentiis in* **Pernerhs**. *De dono* Radulfi *filii* **Mathei** *decem acras terræ, & tres acras graue cum pertinentiis in* **Perpeſtun**. *De dono* Gruuwini *de* **Trotteſwurth** *unam acram terræ cum pertinentiis in* **Egeham**. *De dono* Gaufridi *de* **Middelton** *totam terram illam cum pertinentiis quam* Aylmerus *tenuit in eadem villa. De dono* Roberti *de* **Middelton** *treſdecim acras terræ cum pertinentiis in eadem villa. De dono* Henrici *filii* Henrici *de* **Middelton** *unam croftam quæ vocatur* **Tutesc croft** *cum pertinentiis in eadem villa. De dono*

Radulfi

Radulfi Picke *unam acram terræ cum pertinentiis in eadem villa. De dono* Aylenæ *de* Paneghedene *&* Willielmi *filii & hæredis ejusdem* Aylenæ *terram de bosco, langam leyam, curtam leyam, croftam* Hardewyni, *croftam juxta* la Defens Agn, *& croftam juxta terram* Briencii *cum pertinentiis in* Paneghedene. *De dono* Ricardi Anglici *quindecim solidos redditus cum pertinentiis in eadem villa. De dono* Albrethæ *de* Basingburn *viginti solidos redditus cum pertinentiis in* Tackeley. *De dono* Walteri Brun *quinquaginta solidos redditus cum pertinentiis in* London. *De dono* Martini *de Capella quoddam assartum cum pertinentiis in* Allerburne. *De dono magistri* Nicholai *de* Farnham *unum mesuagium, octies viginti acras terræ, unam acram prati & dimidiam, viginti solidos redditus & servitium sextæ partis feodi unius militis cum pertinentiis in* Ozeneseud. *De dono* Walteri le Frannkeleyn *viginti & quinque acras terræ, duas solidatas & novem denarios redditus cum pertinentiis in eadem villa. De dono* Aliciæ *de* Oppenhoze *sex solidos & octo denarios redditus cum pertinentiis in* Hoxton. *De dono* Johannis *de* Pilesdene *undecim solidos redditus cum pertinentiis in* Dodesdene. *De dono* Galfridi *filii* Henrici *undecim solidos & undecim denarios redditus cum pertinentiis in* Henlegh. *De dono* Simonis *Capellani filii* Ricardi *de* Burnham *unum mesuagium cum pertinentiis in* Windesoze. *De dono* Johannis *de sancto* Phileberto *quatuordecim solidos & decem denarios redditus cum pertinentiis in* veteri-Windesoze. *De dono ejusdem* Johannis *duas solidatas & quatuor denariatas redditus cum pertinentiis in* Pzestewyk. *De dono* Willielmi *de* Papewurth *quinque solidos redditus cum pertinentiis in* Papewurth. *Quare volumus (&c.) Hiis testibus* Rogero le Bigod *comite* Norffolchiæ *& mareschallo* Angliæ, Hugone *de* Mær *comite* Oxoniæ, Willielmo *de* Valencia *fratre nostro*, Edmundo *de* Lacy, Johanne *filio* Galfridi, Roberto Walerico, Willielmo *de* Ozey, Imberto Pugeys, Radulfo *de* Bakepus, Willielmo *de sancta* Ermina, *& aliis. Data per manum nostram apud* Cestriam *xvj. die Augusti anno regni nostri xlj.*

WINTENEYENSE
Cœnobium in agro .....

Confirmatio Cartæ Richardi *de* Hereard *per Regem* Edwardum *primum.*

Car. 19. Ed. I. m. 11.

REX Archiepiscopis, &c. Salutem. Inspeximus Cartam quam *Richardus* filius *Richardi* de Hereard fecit Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ* de Winteneye, & sanctimonialibus ibidem Deo, & beatæ *Mariæ*, & S. *Mariæ Magdalenæ*, & omnibus S. servientibus, in hæc verba. Omnibus S. matris ecclesiæ filiis ad quos presens Carta pervenerit, *Richardus* filius *Richardi* de Hereard salutem in Domino, qui est salus omnium. Sciatis me concessisse, & hac presenti Carta mea confirmasse intuitu caritatis, & pro salute animarum patris mei *Richardi* de Hereird, & *Elæ* matris meæ, & pro salute animæ meæ, & *Gunnoræ*, quondam uxoris mee, & pro salute omnium antecessorum & successorum meorum, Donum quod *Richardus Makerel* fecit Deo & ecclesie beate *Mariæ* de Wynteneye, & sanctimonialibus ibidem Deo, & beate *Mariæ*, & sanctæ *Marie Magdalene*, & omnibus Sanctis servientibus, ad sustentandum unum capellanum in perpetuum, qui pro salute omnium fidelium defunctorum, ibidem divina celebrabit, scilicet, de terris, cum omnibus pertinentiis suis, quæ fuerunt *Johannis & Thomæ Makerell* in Sudetrope, & in Esland, cum bosco de Petsete, *(&c.)* quas terras, *(&c.)* prædicti *Johannes & Thomas* habuerunt ex dono *Richardi* de Hereird, patris mei & dono meo, videlicet, unam virgatam & dimidiam terræ, *(&c.)*

SNELLESHALLENSIS
Prioratus, in agro Buckinghamensi.

Carta Regis *Henrici* tertii donationes recitans & confirmans.

HENRICUS (&c.) *Sciatis nos concessisse (&c.) Deo & ecclesiæ sancti* Leonardi *de* Snelleshall, *& Priori (&c.) ibidem Deo servientibus, omnes rationabiles donationes subscriptas, videlicet, ex dono* Radulfi *Martel* locum *de* Snelleshall, *cum pertinentiis suis, &* Hungbot *et* Haybote *in nemore suo de* Totteho, *et quantum sufficere poterit ad ignem suum & ad donationes suas edificandas, & de subbusco quantum necesse fuerit ad panem suum et cervisiam suam faciendam, et quietanciam porcorum suorum de pannagio. Ex dono ejusdem capellam de* Totteho, *cum pertinentiis suis, & unam virgatam terræ, cum pertinentiis suis in eadem villa. Ex dono* Galfridi *Gibbewin, totum tenementum quod tenuit de* Hugone *de* Saltfozd *in Wylya, cum pertinentiis suis. Ex dono* Johannis *de* Culverton, *totum pratum suum de* Walmede, *cum pertinentiis suis, quod tenuit in dominio de feodo Thomæ Mansel. Ex dono* Alexandri *filii* Alexandri, *viginti quatuor acras terræ et dimidiam in campis de* Seule, *et de* Tottenho, *cum prato quod vocatur* Plotmed, *cum pertinentiis suis. Ex dono* Roberti *de* Eton, *viginti quatuor acras terræ cum pertinentiis suis, in* Westcroft *ultra* Lundway, *versus* le Westbiri. *Ex dono* Galfridi *de* Lughton, *unam virgatam terræ, cum pertinentiis in* Luchton. *Quare volo (&c.) quod prædicti Prior et Monachi de* Snelleshal *habeant & teneant omnes predictas terras & tenementa bene & in pace, liberè & quietè, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad prædictas terras pertinentibus, sicut predictorum donatorum Cartæ, quas inde habent, rationabiliter testantur.*

Cart 12. H. 3 m. 10.

Test. (&c.) *Datum* (&c.) *apud* **Dunestaple**, *vicesimo die Januarii anno Regni nostri duodecimo.*

BIRKENEDENSE
Cœnobium in agro Cestrensi.

Charta Hamonis Massie, *de ecclesia de* **Bowdon.**

Ex collectionibus *will. Vernon de Shakerley in com. Lanc.* generosi.

OMnibus Christi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris : *Hamo Massie*, filius & heres *Hamonis* quarti, Salutem in domino. Noverit universitas vestra nte, pro salute animæ meæ & animarum antecessorum meorum, dedisse, concessisse, & hac presenti carta mea confirmasse, & pro me & heredibus meis omnino quietam clamasse Deo & beatæ *Mariæ*, & sancto *Jacobo*, & Priori & conventui de **Birkened** ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam dimidiam acram terræ in **Donham**, videlicet illam quæ jacet inter selionem ecclesiæ de **Bowdon**, & selionem *Johannis* prepositi de **Donham**, & unam acram terræ ingold .... **Lacheker** ad caput crofti *Johannis* filii, bondi *Thomæ le Criar*, una cum advocatione & donatione ecclesiæ de **Bowdon**, cum omnibus pertinentiis : habendum & tenendum predictis Priori & conventui, & eorum successoribus imperpetuum : His testibus, domino *Gunselino* de **Badlesmere** justiciario *Cestriæ*, domino *Symone* tunc abbate sanctæ *Werburgæ Cestrensis*, dominis *Vriano* de sancto *Petro*, *Petro* de *Arderne*, *Patricio* de **Peselwall**, *Rogero Domvyle*, *Godfrido* clerico, *Richardo* de **Massy** tunc vicecomite *Cestrensi*, *Willielmo Lancelin*, *Roberto* de **Pulle**, *Bertramo* de *Mell.* & aliis multis.

Alia ejusdem Hamonis *charta.*

Ibid. OMnibus sanctæ *Mariæ* ecclesiæ filiis, præcipuè hæredibus, & amicis, & omnibus hominibus suis, clericis & laicis, tam præsentibus quam futuris : *Hamo* de **Massie** salutem. Notum sit vobis me tales libertates monachis de **Birkenhed** concessisse, & hac presenti carta mea confirmasse, scilicet de electione Prioris, ut cum Prior illius loci obierit, alter ei in regimine, de ipsa congregatione succedat, & ille Prior constituatur, quem omnis congregatio *Benedicti* canonicè elegerit. Hanc dignitatem, & potestatem, eligendi Prioris, supradictis monachis, pro pace & quiete eorum imperpetuum largitus sum non solum de me, sed de heredibus meis secundum quod Papa *Alexander* eis concessit, & privilegii sui autoritate confirmavit. Test. *(&c.)*

MARRIGENSIS
Prioratus in agro Eboracensi.

Carta regis Edwardi *tertii donationes quamplurimas recitans & confirmans.*

Cart 22. E 3. n. 22. per Inspex.

Dwardus, (&c.) Inspeximus cartam *H.* regis *Angliæ* progenitoris nostri (&c.) *H.* Dei gratia Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & comes *Andegaviæ* archiepiscopis (&c.) salutem. Sciatis me concessisse & præsenti carta confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Marrigg** & monialibus ibidem Deo servientibus omnes donationes ecclesiarum & terrarum quæ eis rationabiliter factæ sunt & concessæ. Quare volo & firmiter præcipio quod prædicta abbatia & moniales ejusdem loci habeant & teneant omnes res & possessiones suas, tam de ecclesiastico beneficio, quam de laico feodo, in bosco & plano, pratis & pasturis, aquis & molendinis, in viis & semitis, stagnis & vivariis, mariscis, piscariis & in omnibus aliis locis, bene, & in pace, plenariè, & integrè, liberè & quietè & honorificè, sicut cartæ donatorum quas inde habent rationabiliter testantur. T. *Hugone Mardach*, *Randulfo* de **Glanvill**, *Michaele Belet*, *Willielmo* de **Berdings** apud **Richemund**. Nos autem concessionem & confirmationem prædictas, necnon donationem & confirmationem quas *Rogerus* de *Asco* per cartam suam fecit monialibus prædictis de ecclesia sancti *Andreæ* de **Marrigg** & una carucata terræ in **Marrig**, cum omnibus appendiciis & sartis nemorum, & nemoribus juxta divisiones suas. Ac etiam de decima molendini prædicti *Rogerii*, & de multura bladi eorum quieta in puram & perpetuam elemosinam.

Donationem etiam & confirmationem quas *Conanus* de **Asch**, per cartam suam fecit, monialibus prædictis, de quadam vaccaria in territorio de **Marig**, quæ **Ulvelundes** appellatur, & de quaterviginti vaccis, cum sequela trium annorum. Ac etiam de quingentis ovibus, cum agnis usque ad tempus seperationis, & equis, ac porcis sine numero; necnon de duobus pratis integris, in præfata pastura. Habendũ, in liberam puram & perpetuam elemosinam. Concessionem insuper & confirmationem quas *Rogerus* de **Asc** per cartam suam fecit præfatis monialibus de donationibus quas *Rogerus* de **Asc** avus, & *Conanus* pater ejusdem *Rogeri* fecerunt præfatis monialibus, & de terra ipsius *Rogeri* de **Asc**, quæ jacet juxta vaccariam de **Ullundes** in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Necnon concessionem & confirmationem quas *Conanus* dux *Britannia* & comes *Richmund.* per cartam suam fecit monialibus prædictis de donationibus terrarum & reddituum quas *Rogerus* de **Asc**, cæterique barones & homines sui fecerunt eisdem monialibus. Donationem etiam concessionem & confirmationem, quas *Matilda* filia *Roberti Cameravii*, per cartam suam fecit præfatis monialibus de tribus bovatis terræ cum pertinentiis in **Flethum**, in puram & perpetuam elemosinam. Donationem etiam &

con-

confirmationem quas *Ernaldus* de **Fletham**, per cartam suam fecit monialibus prædictis de uno tofto & duabus bovatis terræ in **Fletham** in puram & perpetuam elemosinam.

Donationem etiam concessionem & confirmationem, quas *Rodbertus Camerarius* per cartam suam fecit monialibus prædictis de viginti acris terræ in **Fletham**, & de duabus bovatis terræ quas *Ernaldus* filius *Rodberti* per cartam suam dedit eisdem monialibus in puram & perpetuam elemosinam, & medietate unius carucatæ terræ quam *Robertus* filius *Guerri* & hæredes sui quietam clamaverunt (*&c.*) Donationem etiam concessionem & confirmationem quas *Conanus* filius *Helia* per cartam suam fecit monialibus prædictis de una bovata & tribus acris terræ & dimidia, & pastura ad centum verveces, cum pertinentiis in *Cutona* in puram & perpetuam elemosinam. Donationem etiam concessionem & confirmationem quas *Rogerus Branche* & *Custantia* uxor ejus per cartam suam fecerunt monialibus prædictis de tota terra ipsorum *Rogeri* & *Custantiæ* apud **Engedale** & **Wywestenthkirk** in *magna-Cutuna* in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Concessionem etiam & confirmationem quas *Willielmus Chambort*, per cartam suam fecit monialibus prædictis de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Est-Cutone** in puram & perpetuam elemosinam. Donationem etiam quam *Robertus* de *Cambort*, per cartam suam fecit monialibus prædictis de uno tofto & duabus bovatis terræ cum pertinentiis in *Est-Cutuna* in puram & perpetuam elemosinam.

Donationem etiam concessionē et confirmationem quas *Alicia* filia *Rogeri* dē **Gaytenby**, per Cartam suam fecit præfatis monialibus de uno tofto et uno crofto, et una bovata terræ, cum pertinentiis in *Atlageestona*, in puram et perpetuam elemosinam. Donationem etiam concessionem et confirmationem quas *Alicia* quæ fuit uxor *Rogeri* de **Asc** per Cartam suam fecit monialibus prædictis de uno tofto et una bovata terræ, cum pertinentiis in *Atlaucestona*, in puram et perpetuam elemosinam imperpetuum. Donationem etiam concessionem et confirmationem quas *Johannes* de **Asc**, per Cartam suam fecit monialibus prædictis, de duobus toftis et sex acris terræ cum pertinentiis in *Atlaucestona*. (*&c.*) Donationem etiam concessionem et confirmationem quas *Henricus* filius *Ranulphi* per Cartam suam fecit prefatis monialibus de toto quod habuit in **Kerperby**, tam in dominico quam in servitio, cum homagiis, releviis et eschaetis, & omnibus libertatibus infra villam, & extra dictæ terræ pertinentibus, in puram et perpetuam elemosinam in perpetuum. Donationem etiam et confirmationem quas *Alanus* filius *Adæ*, per Cartam suam fecit prefatis monialibus de tertia parte sex bovatarum terræ cum pertinentiis in **Kerperby**, in puram et perpetuam elemosinam (*&c.*) Donationem etiam et confirmationem quas *Petrus* filius *Torfini* de **Aschertc**, per Cartam suam fecit præfatis monialibus de tertia parte sex bovatarum terræ cum pertinentiis in **Kerperby**, in puram et perpetuam elemosinam (*&c.*) Donationem etiam concessionem et confirmationem quas *Radulphus* filius *Radulphi* de **Hulton**, per Cartam suam fecit prefatis monialibus de Hospitali de **Kerecros** super **Stainmore**, cum omni pastura, et libertatibus ad idem Hospitale pertinentibus, in puram et perpetuam elemosinam. Donationem etiam et confirmationem quas *Johannes* ducis *Britanniæ* primogenitus comes *Richemundiæ*, per Cartam suam fecit prefatis monialibus de toto clauso cum pertinentiis juxta Hospitale super **Stainmore**, quod quidem clausum predictæ monales tenuerunt ex dimissione *Petri*, quondam comitis *Sabaudiæ*, in puram et perpetuam elemosinam imperpetuum (*&c.*) Concessionem etiam et confirmationem quas *Helias* filius *Gilberti* de **Dunum**, per Cartam suam fecit prefatis monialibus de quinq; acris & medietate unius carucatæ terræ cum pertinentiis in **Dunum**, cum toftis & croftis, et tota terra sua quæ jacet inter aeram quam *Ricardus* de **Laybrun** dedit eisdem monialibus & **Swale**, in puram et perpetuam elemosinam (*&c.*) Concessionem etiam et confirmationem quas *Robertus* filius *Bueti* per Cartam suam fecit prefatis monialibus de terra illa cum pertinentiis in **Buthecastria** quæ incipit à veteri vado de **Poltkiverum**, et jacet versus orientem, et de molendino ad molendinū ipsius *Roberti* sine multura, cum communi pastura triginta vaccarum et unius tauri, cum sequela trium annorum, in puram & perpetuam elemosinam (*&c.*) Donationem etiam et confirmationem quas *Herveus* filius *Acharii* per Cartam suam fecit Monialibus predictis de nona garba bladi dominiorum prædicti *Hervei* quiscunque ea colat, in **Ravenswat**, **Brumton**, **Atkescou** et **Gudrestun**, & tofto & uno crofto in **Lemingford**, & sibi & hominibus suis in prefata villa manentibus communia pascua pecoribus suis in puram et perpetuam elemosinam. Concessionem etiam et confirmationem quas *Randulphus* filius *Henrici* per Cartam suam fecit monialibus predictis de dono *Hervei* avi, et confirmatione *Henrici* patris ejusdem *Randulphi*, videlicet, de nona garba de tota terra quam idem *Henricus* in dominio suo coluit in **Ravenswad**, **Brumtona**, **Atkescho** et **Gudrestun**, et uno tofto et uno crofto cum pertinentiis in **Lemingford**, in puram et perpetuam elemosinam imperpetuum. (*&c.*) Donationem etiam concessionem et confirmationem quas *Rogerus* filius *Conani* de **Asc**, per Cartam suam fecit monialibus prædictis, de tota terra sua quam tenuit de *Randulfo* filio *Henrici*, inter **Pirtgile** et *Daltonam*, in puram perpetuam et liberam elemosinam. Donationem etiam et concessionem quas *Conanus* de **Asc**, per scriptum suum fecit monialibus prædictis, de duabus bovatis terræ de feodo suo *Daltoniæ* cum pertinentiis, in puram et perpetuam elemosinam. Concessionem etiam et confirmationem quas *Robertus Travers*, filius *Roberti Travers*, de **Dalton Travers** in **Richmundshire**, per Cartam suam fecit monialibus prædictis de duabus bovatis terræ, cum pertinentiis in **Dalton**, et de omnibus donationibus, et confirmationibus, et monimentis quæ *Warinus Travers* avus suus, et *Robertus Travers* pater ipsius *Roberti*, vel aliqui antecessorum suorum eisdem monialibus fecerunt, ex parte sua in quodam bosco, qui vocatur **Snythers** ad ædificandum quanta pertinet prædictis duabus bovatis, habendum in puram

Hospitale de Kerecros.

et perpetuam elemoſinam imperpetuum. Donationem etiam & conceſſionem quas *Warnerus* filius *Guiomari* per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de una mercata argenti de redditu molendinorũ ipſius *Warneri* in *Elreton*, in puram & perpetuam elemoſinam. Conceſſionem etiam & confirmationem quas *Wimerus* filius *Warneri* per cartam ſuam fecit monialibus prædictis de dono quod *Warnerus* pater prædicti *Wimeri* fecit eiſdem monialibus de una marcata annui redditus de molendinis ſuis in **Ellerton**, & redditu dimidiæ Marcæ in eiſdem molendinis in puram & perpetuam elemoſinam. Nos autem (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Dat. per manum noſtram apud *Weſtm.* xij. die Febr.

STYKESWOLDENSIS
Prioratus in agro Lincolnienſi.

Ex Rot. hundr. de com. *Linc.* temp. *E.* 1.

Juratores dicunt quod magiſter & moniales de **Stikeſwold** tenent in **Hundyngdon** duas carucatas terræ quæ valent per annum quatuor libr. de quibus elemoſinantur de dono domini *Galfridi* de **Ermondeys** lx. annis elapſis, & idem *Galfridus* eas tenuit de domino *Gilberto* de **Gaunt** quo ſervitio dicunt quod ignorant, & ſunt geldabiles ad wapp. ad dampnum domini regis per annum iiij.s. viij.d. de auxilio vicecom. quo waranto neſciunt. & dicunt quod dominus rex amittit nichilominus tempore wardæ & maritagii cum accidit, eo quod dicta terra elemoſinatur iiij.l. per annum. Item dicunt quod idem magiſter de **Stikeſwold** & moniales tenent in elemoſinam in villa de **Hundington** duas carucatas terræ, & iiij. bovatas terræ quæ valent per annum cent. ſolidos de dono *Alexandri* de **Crevequer**, & idem *Alexander* eas tenuit de domino *Galfrido* de **Gaunt** pro quadam ſecta ad curiam dicti *Gilberti* apud **Folkingham** de tribus ſeptimanis in 3. ſeptimanas & idem *Gilbertus* eas tenuit de domino rege in capite, quo ſervitio, vel quo waranto dicunt quod neſciunt, & ſunt geldabiles ad wapp. & dant auxiliũ vicecom. v.ſol. per annum & communem miſericordiam quando accidit. Et dicunt quod dominus Rex amittit tempore ward. & maritag. cum acciderit eo quod dicta terra elemoſinatur C.ſol. per annum. Quoad ſervitium quod dominus Rex eſt in ſeiſina, ideo inde nichil. Et quia nichil oſtendunt de confirmatione ideo inde ad judicium.

Item dicunt quod prædictæ moniales tenent in **Hundinton** vij. caruc. & iiij. bovat. terræ quæ valent per annum xv.li. de quibus elemoſinantur ex dono dominæ *Lucie* matris domini *Ranulfi* comitis *Ceſtriæ* jam centum annis elapſis, et dicta domina *Lucia* eas tenuit de domino rege in capite quo ſervitio vel quo waranto dicunt quod neſciunt. Et dicunt quod non ſunt geldabiles ad wapp. quia ſunt de libertate *Ceſtr.* et dicunt quod dominus Rex amittit tempore ward. et maritagii cum accidit eo quod prædicta terra elemoſinatur, xv. l. per annum. Quia de tempore C. annorum ideo indenichil, &c.

STODELEIENSE
cœnobium in agro Oxonienſi.

Charta *Bernardi* de S. *Walerico*.

Ex regiſtro ejuſdem cœnob quondam penes *Tho. Allen*, aulæ *Glan ceſtr. Oxon* ſocium.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod Ego Bernardus *de ſancto* Walerico, *dedi & conceſſi Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Stodley** *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus dimidiam hidam terræ in* **Hoxton**, *eandem ſcilicet quam* Normannus *tenuit, tenendam in perpetuam elemoſynam de me & hæredibus meis, liberam & quietam ſicut elemoſynam ab omnibus ſervitiis mihi & hæredibus meis pertinentibus, pro Rege* Henrico, *& pro uxore ſua & pro liberis ſuis, & pro animabus patris & matris meæ, & pro anima* Matildis *uxoris meæ, & pro animabus anteceſſorum meorum, & pro meipſo & uxore mea* Alanora *& pro liberis meis; Ut Deus det eis, & nobis concedat vitam æternam. His teſtibus,* Roberto *vicecom. de* Bernard, Bernardo *milite,* Johanne *de* Occleia, Rogero *de* **Sanford**, Hereberto *de* **Piry**, Ernulfo *clerico,* Everardo *de* **Albe**, Hugone *de ſancto* Germano, *& omni curia mea.*

Charta Thomæ *de S.* Walerico.

Ibid.

Noverint univerſi, quod Ego *Thomas* de ſancto *Walerico* conceſſi & hac charta mea confirmavi Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Stodley**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, locum & Prioratum ejuſdem loci & dimidiam hidam terræ in **Hoxton**, quam pater meus *Bernardus* dedit eis, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut charta ipſius *Bernardi* teſtatur, habendam & poſſidendam in puram et perpetuam eleemoſynam de me & hæredibus meis liberè & quietè ab omni exactione, conſuetudine, & ſeculari ſervitio quod ad me & hæredes meos pertinet. Nec eſt prætermittendum, quod quotieſcunque Prioriſſam eligere contigerit ad eundem Prioratum, de ſeipſis Prioriſſam de aſſenſu meo, vel ſeneſcalli mei, ſi in *Anglia* non fuero, eligere licebit. Cum autem electa fuerit, ad preſentationem meam, vel ſeneſcalli mei, domino *Lincoln.* epiſcopo debet præſentari. Et cum in *Anglia* venero, in curia mea apud *Oxoniam* Prioriſſa comparebit factura mihi fidelitatem quam facere tenetur. Præterea conceſſi & quietum clamavi de me & hæredibus meis jam dictis monialibus totum pannagium de nutrimento propriorum porcorum ſuorum apud *Stodleiam* nutritorum, & de porcis nutritis in prædicta dimidia hida terræ. Ut igitur hæc mea conceſſio & confirmatio in ſua firmitate perpetuo perſeveret, eam fideli memoriæ cum ſigilli mei appoſitione commendavi. His teſtibus, *Milone* capellano, *Bernardo* capellano, *Auguſtino* capellano, *Radulfo Hareg* tunc temporis ſeneſcallo, *Willielmo* de **Friencourt**, *Philippo* de **Francer**, *Roberto* de **Chetwode**, *Radulfo* filio *Galfridi* de **Hoxton**, *Otewio* de **Etall**, *Willielmo* filio *Nicholai* de *Lega*, *Nicholao* de **Folebrok**, & aliis.

Occurrit

Occurrit postea alia charta de tribus solidatis redditus in **Bekkeley** eisdem monialibus concessis per *Thomam* de sancto *Walerico* data mense Augusti anno Domini MCCvij. hoc est anno nono R. *Johannis*. Unde colligendum erit, *Bernardum* de S. *Walerico* patrem *Thomæ* vixisse tempore *Henrici* secundi.

In alia charta *Tho.* de sancto *Walerico*. pro salute animæ suæ & *Elæ* uxoris suæ, concedit eisdem monialibus qualibet septimana una carectam ligni mortui ad focum suum, in bosco suo de **Hoxton** per visum forestarii sui ejusdem nemoris, &c.

Robertus comes *Drocarum*, & dominus de sancto *Walerico* & *Alanor* uxor ejusdem comitis, filia & hæres *Thomæ* de sancto *Walerico*, concedunt eisdem monialibus ecclesiam de *Bekkeleia*, &c. Dat. anno Domini MCCxxvj. mense Decembris.

Donationem præcedentem, post obitum mariti, *Alanor*, comitissa *Drocarum*, & domina de sancto *Walerico* eisdem monialibus confirmavit, anno Domini MCCxxxiij. mense Augusti.

Ricardus Romanorum Rex, per chartam suam concedit & confirmat eisdem monialibus duodecim pedes terræ in latitudine integrè continuos in circuitu totius Prioratus earum in dominico bosco suo apud **Hoxton**. His testibus, venerabili patre domino *R. Lichfeld.* & *Coventr.* episcopo, &c.

Edmundus filius *Richardi* Regis *Alemanniæ*, comes *Cornubiæ* eisdem concedit unam acram & dimidiam vasti sui de **Hoxton** in augmentum clausi monalium de **Stodley**. Dat. j. Octobr. anno regni R. *Ed.* filii R. *Henrici* xxvij.



Carta *Godefridi* de *Craucumbe* de Manerio de *Craucumbe*.

Pat. 8. R. 2. part. 1. m. 12. per Inspex.

Sciant præsentes & futuri quod ego Godefridus de Craucumbe *in ligea potestate mea, dedi, concessi, & hac præsenti Carta mea confirmavi Deo & ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* **Estodeleye**, *& sanctimonialibus ejusdem loci ibidem Deo servientibus in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & pro salute animarum uxorum mearum scilicet*, Aliciæ & Johannæ, *totum manerium meum de* Craucumbe, *cum advocatione ecclesiæ ad prædictas sanctimoniales vestiendas, excepto messagio quod* Willielmus *Sutor tenet de me in villa de* Craucumbe, *cum una dimidia virgata terræ quam dedi* Anfredo Bysop *per Cartam meam, de demenio meo. Tenendum & habendum de domino* Roberto *de* Bellocampo *& de hæredibus suis liberè, quietè, pacificè, in terris, in pratis, in viis, in semitis, in homagiis, in servitiis, et in omnibus aliis libertatibus, sicut ego* Godefridus *illud manerium unquam liberius tenui, cum tota Burga cum nundinis, cum foro & cum omnibus pertinentiis quietum de secta comitatus, & quicquid pertinet ad vicecomitem & hundredum; faciendo inde annuatim prædicto* Roberto *de* Bellocampo *& hæredibus suis idem servicium quod ego* Godefridus *facere solebam. Et ego prædictus* Godefridus *& hæredes mei warantizabimus prædictum manerium, cum omnibus pertinentiis. Deo & prædictæ ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* **Estodeleye**, *& sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, per prædictum servitium, scilicet, per feodum unius militis de feodo* **Hoxtuyl**. *Et ut hæc mea donatio & hujus præsentis Cartæ mea confirmatio stabilis & rata permaneat, præsentem Cartam Sigilli mei impressione roboravi. His testibus, domino* Roberto *de* **Busseregros**, *tunc temporis Senescallo domina Reginæ, domino* Willielmo *de* **Montague**, *domino* Ricardo Lovel, *domino* Hugone Fychet *de* Pakst. *domino* Johanne Bretach. *militibus*, Simone *de* **Craucumbe**, Willielmo *de* **Staunton**, Johanne Barduk, Roberto *de* **Coker**, Ada *de* **Gynnham**, Mauricio *de* **Leye**, Anfrido Bysop, & aliis.

KIRKLEIENSE
cœnobium in agro Eboracensi.

Carta Reineri Flandrensis *de fundatione domus sanctimonialium de* **Kirkleghes**.

Ex autog. in custodia *Johan. Armitage Ar.*

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis *Reinerus Flandrensis*, filius *Willielmi Flandrensis* salutem. Notum sit vobis omnibus quod ego *Reinerus Flandrensis*, dedi, concessi, & hac presenti carta confirmavi, in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam, Deo, & sanctæ *Mariæ*, & sanctimonialibus de **Kuthales**, locum in quo manent, scilicet, *Kuthelagam*, & *Hednesleyam*, sicut aqua de **Kelder** vadit, usque ad vetus molendinum, & sic per viam, quæ ducit usque ad vetus molendinum, usque ad rivulum petrosi f... lannus & sic ad **Blacheland**, & de *Blachelana* usque ad **Wagestan**, & de **Wagestan** sic per divisam **Liverseg** & **Yerteshenet**, & **Wirkeild**; totum infra nominatos terminos in terris, & in aquis, in pascuis, & in pratis & in silvis, & in planis. Et preter hæc duodecem acras terræ liberè, & quietè, tenendas de me, & hæredibus meis, pro anima patris mei, & predecessorum meorum, pro salute mea, & amicorum meorum. Hujus donationis & confirmationis testes sunt *Anfridus* & *Elyas* sacerdotes, *Walterus Flandrensis*, *Adam* filius *Ormy*, *Suenus de* **Holland**, *Robertus* de **Lacy**, *Henricus* filius *Delphini*, & *Robertus* frater ejus, *Helias* de **Winelai**, *Johannes* de **Peningtun**, & *Willielmus* frater ejus, *Willielmus* de **Wambwelle**, *Nicholaus* filius *Alani* de *Wirtleia*, *Reinerus Mallet*, & alii plures:

Ibid. NOverint *presentes & futuri, quod ego* Willielmus *comes* Warrenæ *concessi, & presentis carta*

carta mea testimonio confirmavi Donationem quam Reynerus Flandrensis *filius* Willielmi Flandrensis *dedit & concessit sanctæ* Mariæ *de* Kirkeleya *& sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, in terris, in aquis, in pascuis, in pratis, in silvis, & in planis, in puram & perpetuam elemosinam, de eo & heredibus suis prout carta prædicti* Reineri *exinde habita, testatur. Hiis testibus* Osberto Gefferd, Ankero *de* **Freschenvill**, Willielmo *de* Albo-monasterio, Richardo **Medvar**, *Baldwyn de* **Verlay**, Thoma *de* **Verbury**, *tunc temporis senescallo meo*, Willielmo *de* **Livet**. Jordano *de* **Veton**, Johanne de **Pleiz**, *clerico, & aliis.*

Carta Regis Henrici *tertii donationes quasdam confirmans.*

Cartæ 10. *Hen* 3. mem. 1.

REX Archiepiscopis &c. Sciatis Nos concessisse, & hac Carta nostra confirmasse Deo. & ecclesiæ sanctæ *Mariæ*, & monialibus de **Kirkelay**, omnes donationes subscriptas, videlicet, ex dono *Reynerii* filii *Willielmi Flandrensis*, locum in quo manent, scilicet, **Kerkeley**, & **Vedeneseley**. Ex dono ..... Ex dono *Ade* filii *Petri*, tres bovatas terræ in **Cullingworth**, cum pertinentiis suis, & communam in **Vereden**, ad edificia sua restauranda, & ad ignem suum, & pasturam ad averia sua in **Cullingewurth**, & ad porcos suos in eadem villa nutritos nutrimenta sine pannagio. Ex dono *Roberti* filii *Gilberti* de **Parkeston**, quoddam toftum in **Parkeston**, quod *Henricus* Faber quondam tenuit, & triginta acras terræ arrabilis, & unam acram prati in territorio ejusdem villæ. Ex dono *Henrici Teutonici* unam marcatam annui redditus in molendino de **Pathweyte**. Ex dono filii *Johannis* filii *Amandi* quasdam partes terræ in **Shelf**, scilicet, unam terram quæ vocatur **Wetecroft**, & aliam quæ vocatur **Hallecroft**, & alteram quæ vocatur **Northcroft**, & communem pasturam quæ ad prefatam villam pertinet, ad quadringentas oves, per magnum centum, cum tot agnis, & ad decem vaccas, cum tot vitulis, & ad octo boves, & ad unum equum. Ex dono *Agnetis* de **Flamevill** redditum trium solidorum, de dimidia bovata terræ & quarta parte unius bovatæ terræ in **Parton** in **Burgshire**. Ex dono *Reimundi* de **Vedelay**, quatuor solidatas & tres denaratas redditus, de una bovata terræ quam *Willielmus* de **Barneburn** tenuit de ipso *Reimundo* Ex dono *Roberti* filii *Gilberti* dimidiam eskeppam frumenti. Quare volo (*&c.*) Teste (*&c.*)

STANFORD *in com.* Linc. *domus Sanctimonialium S.* Michaelis.

Breve regium ebat x Pugi S. Petri penes v. cl. *folianum* Stanfordiæ armig. * Fol. 35. a. * Ib. fol. 35. b.

De Willielmo *abbate* (* *temp. Regis* Henrici *secundi.*)

EOdem * tempore apud *Stanfordiam* quendam Prioratum Sanctimonialium, in honore Dei & beati *Michaelis*, fundavit, & edificavit ecclesiam; in qua usque ad xl. Sanctimoniales in religione & sanctimonia regulariter viventes, congregavit: Unde ad cantariam *Burgi*, per annuam recognitionem, dimidiam marcam argenti de cœnobio suo, & de ecclesia beati *Martini*, quam idem abbas adquisivit, x. sol. sacristiæ reddunt.

Carta abbatis *Willielmi* de prima fundatione ecclesiæ sancti *Michaelis* extra **Staunford**.

Ex alio registro de *Peterborough* penes eund. v. cl. fol. 63 a.

NOtum sit universis ecclesiæ filiis quod ego Willielmus *Dei gratia abbas* Burgi, *totumque capitulum, dedimus & præsentium auctoritate corroborando concessimus Religioni Sanctimonialium apud* **Staunford** *commorantium ecclesiam beati* Michaelis *in perpetuam elemosinam, cum omnibus rebus eidem ecclesiæ pertinentibus, bene & in pace liberè ac honorificè possidendam, ob remedium & salutem animarum nostrarum in subjectione nostra & consilio, de rebus suis tam interiùs quam exteriùs disponendis; Tali quidem tenore quod prælatus qui rebus ejusdem monasterii debet providere, domini abbatis dispositione & capituli consilio, vel ponetur vel deponetur. Pari conditione ordinatio Priorissæ quæ cæteris in ordine debet præesse in dispositione erit Abbatis & capituli consilio. Simili modo susceptio Sanctimonialium quæ ibidem Deo deservient ad imperium pendet abbatis & capituli consilium. Ipsæ etiam Sanctimoniales & omnium rerum suarum ordinationes sint modis omnibus in dispositione domini abbatis & capituli, ita sanè ne propter illius monasterii incrementum monasterium* Burgi *aliquarum rerum suarum detrimentum patiatur. Monasterium autem illud recognoscet monasterium* Burgi *de dimidia marca argenti annua pensione in crastino die post festum sancti* Michaelis *ad librorum emendationem armario reddenda.*

Carta Regis Johannis *donationem* Willielmi *de* **Humeth** *confirmans.*

Cart. de an. 16 reg. *Johannis.* 36.

JOhannes Dei gratia Rex *Angliæ*, omnibus Christi fidelibus præsentem cartam inspecturis salutem in domino. Sciatis nos concessisse, & hac carta nostra confirmasse, Deo, & monachis *Cystercienſibus* donum decem marcarũ singulis annis percipiendarum in villa de **Staunford** quam *Willielmus* de **Humeth** eidem monasterio in puram & perpetuam elemosinam fecit, & carta sua confirmavit, sicut eadem carta rationabiliter testatur. Quare volumus & firmiter precipimus, quod prædicti monachi percipiant & habeant prædictas decem marcas bene, & in pace, liberè & quietè, integrè sicut prædictum est. T. domino *Stephano Cantuar.* archiep. *Willielmo London. Petro Winton. Enstachio Elyen. J. Bathon. & Hugone Lincoln.* episcopis, *Willielmo* comite Marescall. *Willielmo Briewer, Thoma* de **Crouton**. Datum per manum magistri *R.* de *Marisco* cancellarii nostri apud *London.* xxij. die Novembris.

Carta *Lucia* uxoris *Willielmi Humet.*

Ex autographo in officio armorum.

OMnibus *S. matris ecclesiæ filiis* Lucia *uxor domini* Willielmi *de* **Humet** *constabularii domini regis salutem. Sciat universitas vestra me assensu domini mei* Willielmi, *& Ricardi filii mei, dedisse*

dedisse & concessisse, hac carta mea, Deo & S. Mariæ *& ecclesiæ S.* Michaelis *de* Stanford *& sanctimonialibus ibidem Deo servientibus dimidiam marcam argenti de terra mea de* Eyadecroft, *scilicet sex solidos de duabus bovatis quas* Willielmus Martin *tenet, & octo denarios de una bovata quam* Leuvinus *tenet in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni servicio & actione seculari, sicut aliqua elemosina potest melius & liberius dari pro salute animæ meæ &* Willielmi *domini mei &* Richardi *filii mei & antecessorum meorum. Hanc verò prenominatam terram, assensu domini mei* Willielmi *de* Pumet, *emi de* Tosteno Bodin, *qui eam ex dono domini* Ricardi *de* Pumet, *pro servitio suo, habuit. Præfata verò sanctimoniales caritatis intuitu plenariam societatem orationum & omnium beneficiorum præfati loci sancti* Michaelis *mihi in vita mea concesserunt & diem obitus mei in perpetuum annuo obsequio observabunt. Hujus prædictæ dimidiæ marcæ medietatem assignavi ad unam pitanciam conventui in die Anniversarii mei & aliam partem imperpetuum infirmario. His testibus* Jordano *de* Pumet, Ricardo *de* Pumet, Willielmo *de* Pac, Henrico *fratre suo*, Radulfo *de* Agnis, Gisleberto del Val, *magistro* Willielmo, Salvag. *dedit filiam suam.*

Recognitio sanctimonialium de Stanford.

Ex registro *Petroburgen* in bibl. *Cotton.* par. 2. fo. 130.

A Prioriſſa & conventus ſanctimonialium monaſterii ſancti *Michaelis* de Staunford, omnibus ad quos præſentes litere pervenerint ſalutem. Ad noticiam veſtram volumus pervenire, nos, & omnia bona noſtra, infra Prioratum noſtrum, & extra ubicunque exiſtentia, in maneriis noſtris, & eccleſiis, de conſenſu domini abbatis de *Burgo* ſancti *Petri*, & ejuſdem loci conventus, nobis appropriatis, in quorum feodo fundata eſt eccleſia noſtra, & Prioratus noſter, & de quorum beneficiis ſuſtentamur, in eorundem eſt diſpoſitione, ad commodum & utilitatem noſtram, & eccleſiæ noſtræ, prout viderit ſibi ſecundum Deum ſalubriùs expedire. Et ut Prior noſter, qui de rebus monaſterii noſtri providendi ſimul & diſponendi curam habuerit, domini abbatis diſpoſitione, & capituli ſui concilio ponetur, vel deponetur. Et, cum Prioriſſa dicti monaſterii noſtri in fata decedere contigerit, nulla future Prioriſſe fiat electio niſi de dicti domini abbatis licentia primitùs petita, & optenta ſpeciali. Similiter Prioratus vacatione durante, idem dominus abbas, ut decet, domum noſtram capitalem, de domus noſtre ſumptibus, cuſtodem nomine ſuo, ſupra nos, & poſſeſſiones noſtras aſſignando liberè diſponet, donec legitimè elegerimus & pro vacatione durante finem fecerimus cum eodem. Inſuper ſanctimonialium ſuſceptio, quæ in monaſterio noſtro Deo deſervient, ad dicti domini abbatis pendet imperium, & capituli ſui concilium, Nos etenim ſanctimoniales, & omnium rerum noſtrarum ordinationes, modis omnibus, ut prædictum eſt, ſumus in diſpoſitione dicti domini abbatis, & capituli ſui, ita ſane ne propter monaſterii noſtri incrementum monaſterium *Burgi*, aliquid rerum ſuarum detrimentum patiatur. Unde fideliter, firmiterque coram Deo profitemur, per preſentes, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, conditiones prædictas inviolabiliter conſervare imperpetuum & dicto domino abbati, qui pro tempore fuerit, in omni obedientia regulariter complacere. Monaſterium autem noſtrum recognoſcet monaſterium *Burgi* de una marca argenti, annua penſione, in craſtino die poſt feſtum ſancti *Michaelis* ad librorum emendationem, armario reddenda. In cujus rei teſtimonium, ſigillo capituli noſtri, præſentes literas fecimus conſignari.

WYRTHORPENSIS

Prioratus in agro Northamptonienſi.

Unio & approbatio ejuſdem, domui S. Michaelis *juxta* Stamford.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod cum dilectus & fidelis noſter *Thomas* de Holland & *Johanna* uxor ejus, conſanguinea noſtra chariſſima, patroni domus monialium de Wyrthorp *Lincolnienſis* dioceſis, ut dicitur, nobis ſupplicaverint, ut cum dicta domus exiliter ſit dotata, & tam per peſtilentiam quæ nuper invaluit, quam alias fortunas adverſas ad tantam inopiam ſit redacta quod omnes moniales dictæ domus una duntaxat exceptæ, in diſperſionem propter penuriam abierint, ſicque religio miſerabiliter ibi ceſſat; Et cum dicta domus de ſuo aditere non poterit ut reſurgat, velimus dioceſano loci licentiam concedere ut dictam domum, cum omnibus juribus & poſſeſſionibus ſuis Prioratui monialium ſancti *Michaelis* juxta Staunford, dictæ dioceſis, de conſenſu illorum quorum intereſt annectere ritè valeat & unire, ut ipſis ſic annexis & unitis, cultus divinus fieri valeat celebrius, & incumbentia eis onera poſſint levius ſupportari: Nos ſupplicationi prædictæ cum ſit rationabilis atque pia volentes concedere, gratioſè conceſſimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod epiſcopus loci prædicti dictam domum de Wyrthorp, cum ſuis juribus & poſſeſſionibus univerſis, ac eccleſia de Wyrthorp dictæ domui appropriata, prædicto prioratui ſancti *Michaelis* annectere valeat & unire, & præfatam monialem ad dictum Prioratum ſancti *Michaelis* transferre ibidem ſub regulari habitu moraturam. Conceſſimus etiam & licentiam dedimus, pro nobis, & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt præfatis *Thomæ* & *Johannæ*, quod ipſi id quod ad eos pertinet de dicta domo de Wyrthorp, & aliis rebus & poſſeſſionibus ejuſdem cum pertinentiis præfatis Prioriſſæ & monialibus dicti Prioratus ſancti *Michaelis* conferre valeant & donare. Et eiſdem Prioriſſæ & monialibus ejuſdem Prioratus ſancti *Michaelis* quod ipſæ factis annexione & unione hujuſmodi, prædictam domum de Wyrthorp cum dicta eccleſia appropriata, & cum omnibus juribus & poſſeſſionibus ſuis ſupradictis, ac pertinentiis quibuscun-

Pat. 28 E. 3 part. 1. m. 16.

que recipere, & eandem domum cum ecclesia sic annexam & unitam tenere possint sibi & successoribus suis inperpetuùm, juxta ordinationem in hac parte legitimè faciendam, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, edito non obstante. Nolentes quod prædicti *Thomas* & *Johanna*, vel hæredes ipsius *Johanne*, seu aliqui alii quorum interest, seu præfatæ Priorissa & moniales sancti *Michaelis*, aut earum successores, ratione præmissorum per nos vel hæredes nostros seu ministros nostros quoscunque inde occasionentur molestentur in aliquo seu graventur. Salvis semper capitalibus dominis feodorum prædictorum, serviciis inde debitis & consuetis. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo die Marcii.

IVINGHOENSIS
Prioratus in comitatu Buckinghamiæ.

Carta Regis Edwardi *primi*.

Cart. 8 E. 1. nu 32.

REX archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animabus antecessorum & hæredum nostrorum, dedisse concessisse & hac carta nostra confirmasse, dilectis nobis in Christo Priorissæ & monialibus sanctæ *Margaretæ* de **Ivingho**, & successoribus earum ibidem Deo servituris, omnes terras & tenementa cum pertinentiis in **Herlue** quæ priùs tenuerant ibidem de feodo nostro, & quæ in curia nostra coram dilectis & fidelibus nostris *Johanne* de **Ryegate**, & sociis suis justiciariis nostris ultimò itinerantibus in comitatu *Surriæ*, versus ipsas recuperavimus, ut jus nostrum. Habenda & tenenda de nobis & hæredibus nostris, dictis Priorissæ & monialibus & earum successoribus in liberam puram & perpetuam elemosinam. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum nostram apud **Langele** xx. die Julii.

VVABURNENSE
Cœnobium in agro Norfolciensi.

Ex memb. MS. penes *Johan. Hobart* equit. aurat.

ORate pro anima *Radulphi Meyngaryn* militis, primi fundatoris istius loci sive Prioratus de **Waburne**; qui *Radulphus* genuit *Rogerum Meyngaryn*, patrem *Willielmi Meyngaryn*, patris *Thomæ Meyngaryn*, patris *Warini Meyngaryn*; qui *Warinus*, per *Agnetem* uxorem ejus, genuit *Matildam* filiam unicam & hæredem eorundem. Quæ *Matilda* desponsata fuit *Willielmo Trussel* militi, qui genuerunt *Warinum Trussell*, patrem *Laurentii Trussell*, patris *Willielmi Trussell*, patris *Thomæ Trussell*, patris *Willielmi Trussell*, patris *Edwardi Trussell*. qui *Edwardus*, ex *Margareta* uxore sua genuit *Elizabetham* ejus filiam unicam & hæredem, ac pro animabus eorum omnium. Quæ *Elizabetha* nupta erat *Johanni* de **Vere** comiti *Oxonii* jam superstiti.

CAMPESSENSE
Cœnobium in agro Suffolciensi.

Carta Regis Johannis.

Car. 5 Joh. memb. 15. num. 223.

REX &c. Sciatis nos concessisse & presenti Carta nostra confirmasse rationabilem donationem quam *Teobaldus* de **Valoines** fecit *Johannæ* & *Agneti*, sororibus suis, Deo devotis, de tota terra sua de **Campesse**, cum omnibus pertinentiis suis, ad fundandum ibidem domum religiosam sanctimonialium, In honore Dei & gloriosæ virginis *Mariæ* matris ejus, ad opus ipsarum & aliarum quæ eis adherebunt, in servicio Dei commorantium. Præterea concedimus eis rationabilem confirmationem quam *Gilebertus Pechie* eis fecit de eadem terra. Quare volumus, & firmiter precipimus, quod prædictæ *Johanna* & *Agnes*, & predicta domus, & illæ quæ eis succedent, habeant & teneant prædictam terram bene & in pace, liberè & quietè plenariè & honorificè, sicut Carte predicti *Teobaldi* & prefati *Gilberti* rationabiliter testantur. Testibus *G. Winton.* ep. & *E. Elien.* episcopo, & *J. Norwicens.* episcopo, *G.* filio *Petri* comite *Essexiæ*, *Roberto* filio *Rogeri*, *Willielmo Briwerr*, *Petro* de *Stok*. Dat. per manum *Symonis* prepositi *Beverlac.* & archidiaconi *Wellen.* apud *Westmonaster.* xxviij. die Januarii.

De manerio de **Barleton**, cum advocatione ejusdem villæ monialibus Campess. concessis.

Pat. an. 6 Ed. 3. par. 1. mem. 11.

REX *omnibus ad quos, &c. salutem. Licet &c. Ad requisitionem tamen* Philippe *reginæ* Angliæ *consortis nostræ carissimæ, concessimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est,* Johanni *de* **Framlyngham** *clerico, quod ipse manerium suum de* **Barleton**, *juxta* **Beleshale**, *cum pertinentiis in comitatu* Suffolchiæ, *& advocationem ecclesiæ ejusdem ville dare possit & assignare dilectis nobis in* Christo *Prioriss & Monialibus de* **Campesse**. *Habendum & tenendum sibi & successoribus suis imperpetuum; Et eisdem Prioriss & Monialibus, quod ipsæ & earum successores post seisinam de manerio & advocatione predictis habitam, dare possint & concedere manerium predictum, cum pertinentiis eidem capellano, Habendum et Tenendum ad totam vitam suam; Ita quod idem Capellanus & duo alii capellani*

capellani per ipſum inveniendi celebrent divina ſingulis diebus in eccleſia predicta pro anima Alicie *de* Henaud *dudum Comitiſſa* Mareſcal. *amite prædicte conſortis noſtre, et anima predicti* Johannis, *cum ab hac luce ſubtractus fuerit, et animabus omnium fidelium defunctorum celebraturi; Ita etiam quod poſt mortem predicti capellani præfate Prioriſſa et Moniales manerium predictum, cum pertinentiis, in manum ſuam reſumant, et illud cuidam alii capellano dent et concedant, Habendum et Tenendum ad totam vitam ſuam, proſuſtentatione ſua et duorum aliorum capellanorum divina in eccleſia predicta, pro animabus predictis, ſicut predictum eſt celebraturorum, et ſic poſt deceſſum cujuſlibet capellani, cui manerium predictum, cum pertinentiis, per predictas Prioriſſam et Moniales ſic datum et conceſſum fuerit, idem manerium cum pertinentiis, in manum ſuam reſumant, et illud cuidam alii capellano dent et concedant, Habendum et Tenendum ad totam vitam ſuam in forma predicta, imperpetuum, juxta ordinationem per prefatum* Johannem *inde faciend. Et quod præfate Prioriſſa & moniales et earum ſucceſſores ideoneam perſonam, ad eccleſiam predictam quociens ipſam vacare contigerit preſentent, ut eſt moris. Nolentes quod prefatus* Johannes, *ſeu heredes ſui, vel predicte Prioriſſa et Moniales, aut earum ſucceſſores, vel capellani predicti, ratione premiſſorum ſeu ſtatuti predicti, per nos vel heredes noſtros ſeu miniſtros noſtros quoſcumque occaſionentur in aliquo ſeu graventur. In cujus &c. Teſte Rege apud* Weſtmonaſterium *viceſimo quarto die Marcii.*

Per Breve de privato Sigillo

Licentia Regis de Cantaria fundanda.

Pat. 38. Ed. 3. part. 1. memb. 44.

REX omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum nos ſexto decimo die Octobris, anno regni noſtri viceſimo primo, volentes, ad requiſitionem dilecti conſanguinei & fidelis noſtri *Henrici* tunc comitis *Lancaſtria*, necnon contemplatione *Matildis* comitiſſæ *Ultonie*, conſanguinee noſtre ſoroniique ejuſdem comitis, que pia devotione ſuccenſa ſe divinis obſequiis perpetuo, quatenus humana permiſerit imbecillitas, mancipavit, curam prorſus abiciens ſolicitudinis temporalis, eam favoris & gratiæ proſequi ubertate, per literas noſtras patentes conceſſerimus & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuerat, prefate Comitiſſe, quod ipſa quandam cantariam quinque capellanorum, quorum unum cuſtodem ejuſdem cantarie duxerit nominandū in capella annunciacionis Virginis glorioſe infra eccleſiam monaſterii ſive prioratus monialium de **Campeſſe**, divina ad laudem & honorem Dei ac dictæ Virginis matris ſue, pro ſaluteque animarum *Willielmi* de *Burgo*, quondam comitis *Ulton.* primi, ac *Radulfi* de **Uffoꝛd** ſecundi virorum ſuorum, cujus quidem *Radulfi* corpus, in eadem capella quieſcit humatum, necnon *Elizabethe* de *Burgo*, & *Matildis* de **Uffoꝛd**, filiarum ipſius comitiſſe ac predictorum comitis *Ulton.* & *Radulfi*, ac eciam pro ejuſdem comitiſſe *Johanniſque* de **Uffoꝛd**, & Thome de **Hereforꝛd** militum, tunc ſuperſtitum ſtatu, dum vixerant, proſpero & ſalubri, ac eorum animabus cum ſubtracti fuerant ab hac vita, & animabus omnium fidelium defunctorum, juxta ordinationem inde tunc factam vel faciendam celebraturorū ordinare poſſit & fundare. Et ad ipſam cantariam dotandam dilectis nobis in Chriſto Prioriſſe & Monialibus dicti Prioratus de **Campeſſe** conceſſerimus, & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, de gratia ampliori, quod ipſe unum meſſuagium, cum pertinentiis in **Aſhe** juxta **Kendeleſham**, & advocationes eccleſiarum de **Burgh**, in comitatu *Suffolchie*, & **Yarghām** in comitatu *Norfolchie*, que de nobis ut dicitur, non tenentur, & que prefate comitiſſe intuitu pro dicta cantaria invenienda nuper predictis Prioriſſe & Monialibus donabantur dare poſſent & concedere predicto cuſtodi. Habendum & Tenendum, ſibi & ſucceſſoribus ſuis cuſtodibus Cantarie predicte imperpetuum. Et eidem cuſtodi quod ipſe predictum meſſuagium, cum pertinenciis ac advocationes predictas, a præfatis Prioriſſa & monialibus recipere & illas appropriare, eaſque ſic appropriatas in proprios uſus, necnon meſuagium prædictum cum pertinen. tenere poſſit ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis pro ſuſtentatione ipſius cuſtodis & prædictorum aliorum quatuor capellanorum per ipſum cuſtodem inveniendorum divina pro ſalubri ſtatu & animabus predictis ſingulis diebus in capella predicta, celebraturorum ut premittitur, ac aliis oneribus eidem Cantarie incumbentibus ſupportandis imperpetuum, ſimiliter licentiam dederimus ſpecialem, ſtatuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. Ac poſtmodum viceſimo ſexto die Novembris, anno regni noſtri triceſimo, per alias literas noſtras patentes, quaſdam literas patentes Sigillis *Willielmi* nuper epiſcopi *Norwicenſis*, & Prioris & Capituli eccleſie Cathedralis *Norwicenſis*, ac cuſtodis & capellanorum Cantarie de **Buſeyerd**, necnon Prioriſſe & Conventus monaſterii monialium de **Campeſſe**, conſignatas, & omnia in eis contenta, quatenus rite & rationabiliter facta forent acceptantes, ea pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis fuit, ratificaverimus, approbaverimus & confirmaverimus. In quibus quidem literis dicti epiſcopi (inter cetera) continebatur, ut cum religioſa mulier domina *Matildis* de *Lancaſtria*, tunc ſanctimonialis eccleſie collegiate monialium de **Campeſſe** ſue dioceſis, Comitiſſa nuper *Ultonie*, ad honorem Dei & beate *Marie* virginis glorioſe, omniumque Sanctorum, pro ſalute anime ſue & eorum quibus tenebatur, in villa de **Aſhe** juxta **Campeſſe**, unam perpetuam Cantariam quinque Capellanorum dudum fundaverat, quos in capella annunciationis virginis glorioſe, infra Prioratum monialium de **Campeſſe** diſpoſuit celebrare, ac larem & moram facere in villa de **Aſhe**, extra & juxta Prioratum prædictum. Et quia dictus locus nimis diſtabat a Prioratu prædicto, ac aliis certis de cauſis eidem epiſcopo latiùs declaratis, idem epiſcopus de dictorum cuſtodis & Capellanorum ac Prioriſſe & Monialium aſſenſu unanimi ac expreſſo, dictam cantariam ad villam de **Buſeyerd** in manerio quod dicitur **Rokhalle** duxerat transferendam, in quo dicti cuſtos & capellani extunc moram traxerant & trahunt ad preſens.

Ac jam *Leonellus* dux *Clarencie* & comes *Ulton.* filius noster carissimus nobis exposuit, ut cum ipse summe desideret quod custos ac capellani cantariæ prædictæ seculares & in seculari habitu incedentes, & ad alicujus Religionis observantiam non astricti, sed seculariter discurrentes divina obsequia juxta fundationem cantariæ prædictæ quasi totaliter prætermittant, possessiones redditus & beneficia ad eandem cantariam spectantia multimodè destruantur, ad divini nominis laudem & gloriam, sacre religionis augmentum, dicta cantaria custodis & capellanorum secularium cum omnibus suis juribus & redditibus pertinentibus ad eandem ad quandam abbatissam ac certas alias religiosas mulieres minoritas ordinis sancte *Clare* & earum successores in eodem loco de **Bruseyerd Rokhalle** sub regulari observantia altissimo perpetuis temporibus servituras ponendas & etiam statuendas transferatur, & quod de redditibus possessionibus, bonis, & beneficiis ac juribus omnibus pro costode & capellanis cantarie hujusmodi aliàs assignatis eadem religiose mulieres fundentur & dotentur, quodque locus ipse in monasterium minorissarum dicti ordinis erigatur, sub regimine abbatisse inibi statuendæ, & successorum suarum juxta instituta dicti ordinis gubernandum, nobis humiliter supplicando, quatinus translationi, fundationi, dotationi, & erectioni hujusmodi cum Dei assistencia in proximo faciendis assensum regium impertiri favorabiliter dignaremur. Nos supplicationi dicti filii nostri benivole inclinati, & ut dicte nobilis dominæ comitissæ adhuc superstitis pia & devota intentio sub meliori & tutiori commutatione successuris temporibus continuè prosperetur, translationi, fundationi, dotationi, & erectioni hujusmodi, de consensu aliorum quorum interest, sicut premittitur, faciendis, de nostris certa scientia & gratia speciali auctoritatem nostram et assensum regium liberaliter impertimur, præfato filio nostro duci ac omnibus aliis quorum interest dandi et assignandi eisdem religiosis mulieribus minorissis dicti ordinis sancte *Clare* ponendis et statuendis in loco prædicto, dantes et concedentes, tenore presentium, licentiam specialem omnia et singula terras et tenementa, possessiones, ecclesias redditus et jura quæcumque ad custodem capellanos et cantariam prædictos pertinentia et spectantia quovis modo, necnon dictis religiosis mulieribus omnia supradicta recipiendi et perpetuo retinendi et de ipsis libere disponendi, adeo integrè liberè et quietè sicut dicti custos et capellani qui jam sunt aut pro tempore fuerant disposuerant aut fecerant, disponere aut facere debuerant ullis unquam temporibus retrolapsis, ordinationibus et statutis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nolentes, quod prædictæ minoriste vel successores sue ratione translationis, fundationis, dotationis, et erectionis prædictarum per nos vel hæredes nostros seu ministros nostros quoscumque occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur. Salvis tamen capitalibus dominis feodi illius serviciis inde debitis et consuetis. In cujus, &c. T. R. Apud *Westm.* x. die Febr.

Per ipsum Regum.

DENNEYENSIS *Abbatia in agro* Cantabrigiensi.

De fundatione ejusdem.

Gesta abbatum & episc. *Elienſis* eccleſiæ MS. in bibl. *Cotton.* [sub effig. *Titi.* A. i] fol. 109 b.

His verò diebus (scilicet anno ultimo *Nigelli, Elienſis* episcopi) vir nobilis quidam *Robertus* camerarius comitis *Brittaniæ*, usque ad mortem infirmatus est. Qui, dum sibi mortem imminere persensit, monachatum petit; atque habitum sanctæ religionis, ut rogaverat, a monachis *Elienſibus*, suscepit. Insuper cellam apud *Deneiam*, quam ipsi monachi sub eo fundaverant, secum jure perpetuo illis tradidit possidendam, atque concessit & coram plebe, & tota illius cognatione, carta sua confirmavit. Item tunc temporis, monachi *Elienſes* emerunt, ab *Albrico Picot*, partem suam de *Deneia*, remanente tamen ad usus illorum *Elmeneia*, cum terra, quam pater dicti *Albrici* dedit illis in villa de **Beche**, id est, sex acras, cum curtilagio. Prædictas collationes confirmavit episcopus *Nigellus*, sub his verbis.

Nigellus *Dei gratia episcopus* Elienſis, *universis eccleſiæ catholicæ filiis, presentibus, & futuris perpetuam salutem. Ad nostrum, proculdubio, spectat officium, bonorum hominum pia studia libenter promovere, & quæ ab eisdem, ad Dei honorem, & ob animarum medelam, salubriter disponuntur, episcopali auctoritate sancire. Eapropter dilectorum filiorum nostrorum* Roberti, *camerarii comitis* Rychemondiæ, & Alberici Picot, *pia devotioni aggratulantes, donationem, quam ipsi Deo, & beato* Jacobo, *& beato* Leonardo, *&* Reginaldo, *monacho nostro, & fribus nostris monachis* Elienſibus *Deo ſervientibus fecerunt. & in insula, qua vocatur* Deneia, *tam de insula ipsa, quam de insula alia, qua vocatur* Elmeneya, *& de eccleſiis de* **Wilburgham**, *&* de Wendeya *cum decimis omnibus ad eas pertinentibus, de nona etiam garba dominii sui de* **Wilburgham**, *&* de Wendeya, *& de terris extra prafatas insulas, & de quibuscunque redditibus, & elemosinis, predicto loco, ad frequentandum ibidem divinum officium, & ad fratrum ibidem conversantium sustentationem assignatis, juxta quod in cartis eorum domini* Roberti & Albrici *continetur, ratum habemus, & firmam, atque stabilem imperpetuum fore episcopali auctoritate decernimus. Si etiam isti predicti, vel quilibet alii fideles divino instinctu admoniti, de bonis sibi a Deo collatis mobilibus, prafato loco beneficia de cetero contulerint, nihilominus divino ibi domui famulatui & fratrum ejusdem loci, tam futurorum quam presentium usui, prememorati officii quam fungimur potestate, confirmamus. Et ne quis eos temerè inquietare, aut perturbare audeat, & possessiones, sive libertates loci illius auferre, vel diminuere presumat, sub excommunicationis edicto prohibemus, venerators autem & benefactores hujus loci, benedictionis Dei, & nostra participes statuimus. Istis sic peractis, agrotavit pater familias* Nigellus Elientis *episcopus ad mortem. Et decessit anno Dominii MClxix. episcopatus xxxvj. tertio kalendas Junii.*

Charta

Charta Regis Edwardi *tertii.*

Pat. 16. E. 3. par. 1. mem. 35. Item Pat. 3. & 4. H. 4 nu. 5. mem. 10.

Vide etiam Pat. 2. E. 4. part 3 memb. 9. Et cart. 11. E. 2. n. 39.

REx omnibus ad quos, &c. salutem. Inspeximus cartam quam *Maria* de sancto *Paulo* comitissa *Pembrochiæ* domina *Weyfordiæ* & *Montinacii* fecit, in hæc verba. Sciant omnes tam præsentes quam futuri nos *Mariam* de sancto *Paulo* comitissam *Pembroch.* dominam *Weyford.* & *Montiniacii*, dedisse concessisse & præsenti carta nostra confirmasse pro salute animæ nostræ, & anime nobilis viri domini *Adomari* de *Valencia*, quondam comitis *Pembrochiæ*, mariti nostri & animarum *Guidonis* de **Chastellionn**, quondam comitis sancti *Pauli*, patris nostri, & *Mariæ* de *Britann.* consortis suæ, matris nostræ, ac pro animabus antecessorum & successorum nostrorum totum manerium nostrum de **Deneye** in comitatu *Cantebrig.* cum omnibus suis pertinentiis, sine aliquo retenemento Deo & gloriosæ virgini *Mariæ* & sanctæ *Claræ*, & sorori *Katerinæ* de **Bolwelt** abbatissæ, ac sororibus ordinis ejusdem sanctæ *Claræ*, videlicet ordinis *Minorissarum*, ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris, habend. & tenend. totum prædictum manerium cum messuagiis, ædificiis, terris, pratis, pasturis, marisceis, communis, turbariis, aquis, gurgitibus, piscariis, viis, & semitis, homagiis, liberorum hominum, & omnibus eorum serviciis, wardis, releviis, & escaetis, villanis, cum eorum villenagiis, servitiis, & omnibus eorum sequelis, & cum omnibus aliis rebus & pertinentiis ad prædictum manerium quoquo modo spectantibus, adeo integrè sicut nos prædictum manerium unquam tenuimus vel tenere debuimus, cum omnibus introitibus & exitibus eidem abbatissæ & sororibus antedictis & omnibus earum successoribus in liberam puram & perpetuam elemosinam. Et nos prædicta *Maria* totum prædictum manerium cum omnibus suis pertinentiis, ut prædictum est, prædictis abbatissæ & sororibus & omnibus earum successoribus ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, & defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium huic carte sigillum nostrum est appensum. His testibus domino *Simone* episcopo *Elien.* domino *Willielmo* com. *Northampton.* domino *Roberto Parveyng* cancellario domini Regis, domino *Willielmo* de **Courcy**, domino *Bartholomeo* de **Burghayssch**, domino *Johanne Darcy* cognato, domino *Johanne Dengayne*, domino *Ricardo* de *Monte Canisio*, domino *Richardo* de **Rannes** militibus, *Ademaro Dustelles*, *Johanne Dengayn*, *Willielmo Mucbet*, *Galfrido Seman*, & aliis. Dat. apud **Deneye** die Veneris in festo conversionis sancti *Pauli* anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo & regni regis *Edwardi* tertii à conquestu quintodecimo. Nos autem donationem, concessionem, & confirmationem prædictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est præfatis abbatisse & sororibus ac earum successoribus concedimus & confirmamus sicut carta prædicta rationabiliter testatur. In cujus, &c. T. R. apud *Westm.* xxiiij. die Febr.

Per breve de private sigillo.

Pat. 18. E. 3. par 2. mem. 25.

REx omnibus ad quos &c. Salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus & licentiam dedimus pro nobis & her. nostris quantum in nobis est dilectæ consanguineæ nostræ, *Mariæ* de sancto *Paulo*, comitissæ *Pembrochiæ*, quod ipsa manerium suum de **Strode** cum pertinentiis quod de nobis tenetur in capite, ut dicitur, simul cum libertatibus, liberis consuetudinibus, ac aliis ad idem manerium spectantibus dare possit & assignare dilectis nobis in Christo abbatissæ & sororibus minoritis de **Deneye**, vel aliis viris aut mulieribus religiosis prout eidem comitissæ placuerit. Habendum & tenendum eisdem abbatissæ & sororibus, sive aliis religiosis hujusmodi, & successoribus suis de nobis & hæredibus nostris, imperpetuum. Et eisdem abbatissæ & sororibus sive aliis religiosis prædictis, quod ipsi manerium illud cum libertatibus liberis consuetudinibus & aliis pertinentiis suis prædictis a præfata comitissa recipere possint & tenere sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore presentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, sive quocumque alio statuto inde in contrarium edito non obstantibus. Concessimus etiam eidem comitissæ, quod in casu quo ipsa aliis religiosis quam prædictis abbatissæ & sororibus manerium prædictum dare voluerit & assignare, quod ipsi quibus hujusmodi manerium sic datum & assignatum fuerit, ecclesiam sive oratorium in eodem manerio de novo fundare, & domos pro inhabitatione sua infra manerium prædictum construere & erigere possint, juxta ordinationem & voluntatem præfate comitissæ, & quod ipsi ecclesiam sive oratorium & domos prædicta ac manerium prædictum, cum libertatibus, liberis consuetudinibus, & aliis pertinentiis prædictis habere possint & tenere sibi & successoribus suis imperpetuum, sicut prædictum est, sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum justiciariorum escaetorum vicecomitum aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque. In cujus &c. T. R. apud *Westm.* xxj. die Aug.

Per breve de private sigillo.

Licentia Regis de advocatione abbatiæ de **Waterbech**, monialibus de **Deney** concedenda.

Par de an. 20. E. 3. mem 32.

Vide etiam Par. 13. E 3. part. 2. mem. 20.

Et Pat. 15. E 3. part 2 memb 8.

REX omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis, quod de gracia nostra speciali, concessimus & licenciam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecte consanguinee nostre Marie *de sancto* Paulo, *comitisse* Pembrochiæ, *quod ipsa advocationem abbathie minorissarum de* **Waterbeche**, *ordinis sancte* Clare, *que de nobis tenetur in capite, dare possit & assignare dilectis nobis in Christo abbatisse & minorissis de* **Denneye**, *ejusdem ordinis, habendum & tenendum sibi & successoribus suis, de nobis & hæredibus nostris in perpetuum, & eisdem abbatisse & minorissis de* **Deneye**, *quod ipsa advocationem predictam ab eadem Comitissa recipere possint, & tenere sibi & successoribus suis predictis, sicut predictum est. Concessimus insuper & licenciam dedimus,*

pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod ipsa Comitissa, seu ille ad quem pertinet dictam abbathiam de Waterbeche, *simul cum terris, tenementis, redditibus, feodis, possessionibus, ecclesiis appropriatis, advocationibus ecclesiarum, & omnibus aliis rebus & commoditatibus ad eandem abbatiam de* Waterbeche *spectantibus, prafate abbathie de* Deneye *annectere & unire, necnon dictas abbatissam & minorissas de* Waterbeche, *ad predictam abbathiam de* Deneye *transferre possint, ibidem sub regulari habitu perpetuò moraturas & quod eadem abbatissa & minorisse de* Deneye *predictam abbathiam de* Waterbeche, *unà cum terris, tenementis, redditibus, feodis, possessionibus, ecclesiis appropriatis, advocationibus ecclesiarum, & omnibus aliis rebus & commoditatibus predictis ad eandem pertinentibus, recipere, & eam sic annexam & unitam tenere possint, sibi & successoribus suis in perpetuum, ut est dictum, juxta ordinationem in hac parte legitime faciendam, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, Nolentes quod prefata Comitissa, vel heredes sui, aut predicte abbatissa & minorisse de* Deneye, *vel earum successores, racione premissorum, per nos vel heredes nostros, seu ministros nostros quoscunque inde occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur. In cujus &c. T. R. apud* Westmonasterium, *decimo tertio die Maii.*

Carta Regis Henrici *quarti.*

Cart. antiq. 3 & 4. *Hen.* 4 m. 5. m. 10.

Vide etiam cart. 42. *E.* 3. n. 2.

REX archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus literas patentes domini *Edwardi*, quondam Regis *Anglie*, progenitoris nostri, factas in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Anglie*, dominus *Hibernie*, & dux *Aquitanie*, omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem. Sciatis, quod cum nos nuper, pro remissione & quieta clamantia quas dilecta nobis *Maria*, quæ fuit uxor *Ademari* de *Valencia*, quondam comitis *Pembrochie* fecit nobis de toto jure & clameo quæ habuit in castris & villis de Hertford & Haverford, & in maneriis de Hegham Ferers, Monemuth, & de Monenak, cum pertinentiis concessimus eidem *Marie* inter alia terras & tenementa sibi per nos ea de causa concessa, manerium de Deneye cum pertinentiis in comitatu *Cantebrig.* habend. ad totam vitam præfate *Marie*, prout in literis nostris patentibus inde confectis pleniùs continetur. Nos, pro bono servicio quod eadem *Maria* nobis hactenus impendit, necnon pro ducentis & quinquaginta libris quas ab eadem *Maria* per manus venerabilis patris *Henrici Lincolnien.* episcopi, thesaurarii nostri, recepimus, concessimus pro nobis & hæredibus nostris, quod eadem *Maria* habeat & teneat dictum manerium de Deneye cum pertinentiis sibi & hæredibus suis, unà cum feodis militum, libertatibus, & omnibus aliis ad manerium illud spectantibus, de nobis & hæredibus nostris ac aliis capitalibus dominis feodi illius per servitia inde debita & consueta imperpetuum, totum jus & clameum quæ in manerio prædicto habemus vel habere poterimus eidem *Marie* & hæredibus suis, pro nobis & hæredibus nostris nichilominus remittentes. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Waltham, octavo die Aprilis anno regni nostri decimo.

Inspeximus etiam alias literas patentes ejusdem progenitoris nostri factas in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Anglie*, Dominus *Hibernie*, & Dux *Aquitanie*, omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem. Sciatis, quod, de gratia nostra speciali, & pro bono servitio quod dilecta nobis *Maria*, quæ fuit uxor *Ademari* de *Valencia*, quondam comitis *Pembrochie*, nobis impendit, necnon pro quadam pecunie summa quam eadem *Maria* nobis pre manibus solvit, prout in aliis literis nostris patentibus pleniùs est expressum, concessimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Marie*, quod ipsa manerium de Deneye cum pertinentiis in comitatu *Cantebrig.* quod de nobis tenetur in capite, ut dicitur, dare possit & assignare dilectis nobis in Christo abbatisse & sororibus minorissis de Waterbeche: habendum & tenendum eisdem abbatisse & sororibus & successoribus suis, unà cum feodis militum & libertatibus, ac omnibus aliis ad manerium illud spectantibus, in auxilium sustentationis sue, nec non ad quasdam cantarias & elemosinas faciendas & sustentandas, iuxta salubrem ordinationem in hac parte faciendam, in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et eisdem abbatisse & sororibus quod ipsæ manerium predictum, cum pertinentiis feodis & libertatibus predictis a prefata *Maria* recipere possint, & tenere sibi & successoribus suis, in subsidium sustentationis sue, & ad cantarias & elemosinas predictas faciendas & sustentandas, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam imperpetuum, sicut predictum est, tenore presentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, seu quovis alio statuto, seu ordinatione in contrarium factis non obstantibus. Nolentes quod prefata *Maria*, vel heredes sui, aut predicta abbatissa & sorores, seu ipsarum successores, ratione premissorum vel statuti predicti, per nos vel heredes nostros, justiciarios, escaetores, vicecomites, aut alios Ballivos seu ministros nostros quoscunque inde occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. T. meipso apud Haveryng atte Boure, duodecimo die Aprilis, anno regni nostri decimo.

Inspeximus insuper alias literas patentes progenitoris nostri prædicti factas in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia rex *Anglie*, dominus *Hibernie*, dux *Aquitanie* omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem. Sciatis, quod cum nos nuper pro remissione & quieta clamantia quas dilecta nobis *Maria*, quæ fuit uxor *Ademari* de *Valencia* quondam comitis *Pembrochie* fecit nobis de toto jure & clamio quæ habuit in castris & villis de Hertford & Haverford & in maneriis de Hegham, Ferers, Monemuth, & de Monenak concessimus eidem *Marie* inter alia terras & tenementa sibi per nos ea de causa concessa, manerium de Deneye cum pertinentiis in comitatu *Cantebrig.* habend. ad totam vitam præfate *Marie*, & postmodum pro bono servicio quod eadem *Maria* nobis impendit, necnon pro

ducentis

ducentis & quinquaginta libris quas ab eadem *Maria* per manus venerabilis patris *Henrici Lincoln.* episcopi, tunc thesaurarii nostri, recepimus, concesserimus pro nobis & hæredibus nostris, quod eadem *Maria* haberet & teneret dictum manerium de **Deneye** cum pertinentiis sibi & hæredibus suis, unà cum feodis militum, libertatibus, & omnibus aliis ad illud manerium spectantibus, de nobis & hæredibus nostris ac aliis capitalibus dominis feodi illius per servicia inde debita & consueta imperpetuum: totum jus & clameum que in manerio prædicto habuimus vel habere possemus, eidem *Maria* & hæredibus suis pro nobis & hæredibus nostris nichilominus remittentes, prout in diversis literis nostris patentibus inde confectis pleniùs continetur. Ac præfata *Maria* jam nobis supplicaverit, quod cum mansum dilectarum nobis in Christo abbatisse & sororum minorissarum de **Waterbech** in loco stricto, basso & corupto ac aliás pro morâ earundem minus sufficienti situetur, velimus eidem *Maria* concedere, quod ipsa præfatas abbatissam & sorores a prædicto loco de **Waterbech** usque ad prædictum manerium de **Deneye** transferre, & manerium illud eisdem abbatisse & sororibus, ad domos & ædificia pro inhabitatione sua inibi construenda dare possit & assignare: habendum & tenendum sibi & successoribus suis imperpetuum. Nos, ad devotionem quam præfata comitissa sic habet ad divinum cultum & pietatis opera augmentanda, consideracionem habentes, necnon contemplatione ejusdem comitisse, concessimus de gratia nostra speciali pro nobis & hæredibus nostris, præfatis abbatisse & sororibus, quod ipsæ a dicto loco de **Waterbech** usque dictum manerium de **Deneye**, quandocumque eis & dictæ comitisse placuerit, valeant se transferre, ibidem juxta regulam ordinis sui perpetuò moraturæ; sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum, seu ministrorum nostrorum quorumcumque. Concessimus etiam de uberiori gratia nostra præfate comitisse, quod ipsa dictum manerium de **Deneye**, cum feodis militum, libertatibus, & omnibus aliis pertinentiis suis, dare possit & assignare præfatis abbatisse & sororibus, habendum & tenendum sibi & successoribus suis imperpetuum, pro inhabitatione earundum, & cantariis ac aliis elemosinis & piis operibus juxta ordinationem ipsius comitisse faciendis & sustentandis. Et eisdem abbatisse & sororibus, quod ipsæ manerium prædictum cum pertinentiis suis prædictis a præfata *Maria* recipere, & domos & ædificia pro inhabitatione sua ibidem construere & ædificare, ac manerium illud sic ædificatum, cum omnibus suis pertinentiis prædictis, tenere possint sibi & successoribus suis prædictis imperpetuum, tenore presentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstante. Nolentes, quod prædicta *Maria*, vel hæredes sui, aut præfate abbatissa & sorores vel successores sui, ratione præmissorum, vel statuti prædicti per nos vel hæredes nostros, justitiar. escaetor. vicecomites, aut alios ballivos seu ministros nostros quoscunque inde occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur. Salvis tamen nobis & hæredibus nostris ac aliis capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis & consuetis. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. T. *Edwardo* duce *Cornubie*, & comite *Cestrie*, filio nostro carissimo, custode *Anglie*. Apud **Werkhamstede** quartodecimo die Aprilis anno regni nostri tertiodecimo.

Inspeximus etiam alias literas patentes domini *Edwardi*, nuper Regis *Anglie*, avi nostri, factas in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia Rex *Anglie* & *Francie* & dominus *Hibernie*, omnibus ad quos presentes literæ pervenerint salutem. Sciatis, quod cum nos nuper de gratia nostra speciali, & pro bono servitio quod dilecta nobis *Maria* quæ fuit uxor *Adomari* de *Valencia*, nuper comitis *Pembrochie*, nobis impendit, necnon pro quadam pecunie summa quam eadem *Maria* nobis præ manibus solvit, prout in alus literis nostris patentibus plenius est expressum, concesserimus & licentiam dederimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Marie* quod ipsa manerium de **Deneye** cum pertinentiis in com. *Cantebrig.* quod de nobis tenetur in capite, ut dicitur, dare posset & assignare dilectis nobis in Christo abbatisse & sororibus minorissis de **Waterbech**: habendum & tenendum eisdem abbatisse sororibus & successoribus suis, unà cum feodis militum, & libertatibus & omnibus aliis ad manerium illud spectantibus, in auxilium sustentationis suæ, necnon ad quasdam cantarias & elemosinas faciendas & sustentandas, in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, prout in literis nostris patentibus inde confectis pleniùs continetur. Et jam præfata comitissa nobis supplicaverit, ut cum ipsa propositum suum in hac parte jam mutaverit, & de eodem manerio quandam domum sororum minorissarum perpetuò duraturam de novo fundare dispositerit, velimus ei concedere, quod ipsa hujusmodi domum sororum minorissarum in prædicto manerio de **Deneye** juxta ordinationem ejusdem comitisse faciendam de novo fundare, & manerium illud eisdem sororibus minorissis ad domos & ædificia pro inhabitatione sua inibi construenda dare possit, & assignare, Habendum & tenendum sibi & successoribus suis imperpetuum: Nos ad devotionem quam præfata comitissa sic habet ad divinum cultum & pietatis opera augmentanda consideracionem habentes, ac volentes pium propositum ipsius comitisse in hac parte effectui debito mancipari, concessimus de gratia nostra speciali pro nobis & hæredibus nostris præfate comitisse, quod ipsa hujusmodi domum sororum minorissarum in manerio prædicto de novo fundare, & manerium illud cum libertatibus & omnibus aliis pertinentiis suis dare possit & assignare præfatis sororibus minorissis sic in eodem manerio moraturis: habendum & tenendum sibi & successoribus suis imperpetuum pro inhabitatione earundem & cantariis ac aliis elemosinis & piis operibus juxta ordinationem ipsius comitisse faciendis & sustentandis, in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et eisdem sororibus minorissis quod ipsæ manerium prædictum cum pertinentiis suis prædictis a præfata *Maria* recipere, ac domum & ædificia pro inhabitatione sua ibidem construere & ædificare, ac manerium illud sic ædificatum cum omnibus pertinentiis suis prædictis

tenere

tenere possint sibi & successoribus suis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore presentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstante. Nolentes, quod prædicta Comitissa vel hæredes sui, aut prefate sorores Minorisse, aut successores sui, ratione premissorum vel statuti prædicti, per nos vel hæredes nostros, justiciar. escactor. vicecomites, aut alios ballivos seu ministros nostros quoscumque inde occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur, salvis tamen nobis & heredibus nostris, ac aliis capitalibus dominis feodi illius serviciis inde debitis & consuetis. In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes, Teste meipso apud *Westmonasterium*, vicesimo septimo die Septembris, anno regni nostri *Anglie* quinto decimo, regni vero nostri *Francie* secundo.

SEWARDESLEYENSIS *Prioratus, in agro* Northamptonienſi.

Carta Simonis *de* **Pinkeny.**

Pat. 12. E. 2. part. 1. m. 32. per Inspex.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Simon* de **Pinkeny**, filius *Henrici* de **Pinkeny**, dedi, concessi, & hac presenti Carta mea confirmavi, Deo & beatæ *Mariæ* & sanctimonialibus de *Sewardelia* ibidem Deo servientibus, pro anima mea, & pro animabus antecessorum meorum, quatuor solidatas redditus, quas prædictæ sanctimoniales michi reddere solebant pro quatuor virgatis terræ, quas *Robertus* de **Pynkeni**, avus meus illis dedit in villa de **Elleby**. Et ego prædictus *Simon* volo quod prædictæ sanctimoniales teneant istas quatuor virgatas terræ præfatas, cum omnibus pertinentiis suis, infra villam & extra, liberè, quietè, plenariè & honorificè, in puram & perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosina melius & liberius potest dari. (*&c.*) Hiis Testibus domino *Johanne* de **Pulecote**, *Radulfo* de **Wedun**, *Henrico Gubiun*, *Willielmo* de *Paveli*, *Willielmo* de *Atrio*, *Radulfo* de *Atrio*, *Willielmo* de *Plumtune*, (*&c.*)

Cartæ 2. E. 3. m. 7.

REX *Licentiam dedit Prioriſſæ de* **Sewardesleye**, *accipere de* Willielmo *de Sancto* Johanne *maneriam de* **Estueston**, *cum pertinentiis in comitatu* **Northampton**, *in escambium, pro sex mesuagiis & quatuor virgatis terræ, cum pertinentiis, in* **Elleby** *Canonicorum in eodem comitatu.*

LITLEMAREISENSE *Cœnobium, juxta* **Pedingham**, *in agro* Eboracenſi.

Carta fundationis.

ROgerus de **Clere**, omnibus ad quos litere iste pervenerint, presentibus & futuris, salutem. Sciatis me, pro salute anime mee, & anteceſſorum parentum, & successorum meorum, concessisse, & dedisse & testimonio presentis cartæ confirmasse, Deo, & sanctæ *Mariæ*, & monialibus de **Little-Pereshes**, in puram & perpetuam elemosinam, totam terram meam de **Litlemereshes**, & duas bovatas terræ in *Wiltuna*, cum pastura centum ovium: tenenda & habenda imperpetuum de me & hæredibus meis, libera & quieta de omni temporali servitio, in aquis, pratis, culturis, & pascuis & omnibus aliis rebus, cum **tol**, & **tem**, **foc**, & *sacha*, & **infangthefe**. Hiis testibus, *Jeremia* archidiacono, *Roberto* decano de **Helmesle**, *Philippo* decano de **Collome**, *Thoma* capellano de **Wilton**, *Olivero* de **Collom**, *Willielmo* de *Atuna*, *G.* de **Bidesale**, *Galfrido* de **Alverstan**, *Willielmo* de **Eglesefeld**, *Stephano Barre*, *Willielmo* de **Pulschamp** clerico, *Gocelino* de **Areci**, *Rogero Abbingworth*, *Richardo Cose*, *Ysaac* clerico, *Willielmo Lonburg*, *Willielmo Wimell*, *Hugone* filio *Willielmi* camerarii.

Ex originali carta nuper in cartarum scrinio de *Teddyngham* in archiepiscopatu *Eboraci*.

Charta Regis *Henrici* secundi.

HEnricus *Rex* Angliæ, *Dux* Normanniæ, & Aquitaniæ, & *Comes* Andegaviæ, *justiciariis, vicecomitibus, & ministris, & forestariis suis de* Eboraſhira *salutem. Precipio quod sanctimoniales de* Parvo-Mariſco, *nostram firmam pacem habeant, & ipsa, & omnes res earum: & teneant terram suam de* Parvo-Mariſco, *bene, & in pace, liberè, & quietè, & justè, cum pertinentiis suis, quia locum illum eis in ecclesiam concessi; & prohibeo ne aliquis eis forisfaciat in aliquo. Testibus*, Nicholao, *de* Sigillo, Johanne *thesaurario* Eborac. *Apud* Eboracum.

Ibid.

Dedicatio ecclesiæ de **Peddingham.**

GDei gratia *Candide Case* episcopus, domini *Willielmi Dei gratia Eboracensis* episcopi, *Angliæ* primatis, suffraganeus, omnibus Christi fidelibus æternam in Domino salutem & benedictionem. Noverit universitas vestra nos, anno gratiæ 1241. xvij. kalend. Septembris, dedicasse ecclesiam de **Peddingham**, in honore beatissime virginis *Mariæ* ad instantiam *Emmæ* de *Hambletona*, Prioriſſæ, & Conventus ejusdem ecclesiæ, & in die dedicationis de misericordia Dei & meritis beate *Marie* confisi, Concessisse verè penitentibus, & confessis ad eandem dedicationem devotè venientibus, de injuncta sibi penitentia centum dies relaxationis. Statuimus etiam diem dedicationis per singulos annos, feriarum & solemp-

Ibid.

nem

nem in parochia illa imperpetuum observari. Concessimus etiam omnibus devote venientibus ad solempnitatem anniversariam, per octavas xl. dies relaxationis. Et ut in posterum constare possit, tam de die dedicationis, quam numero relaxationis, Hoc scriptum sigilli nostri appositione corroboravimus.

Charta *Richardi* de **Bzeuse**.

Ibid. SCiant *presentes & futuri, quod ego* Richardus *de* **Bzeuse** *miles ex consensu* Alicie *uxoris mee, aliquo tempore concessi sanctimonialibus sancte* Marie *de* **Peddingham**, *quod ipse moniales, cedentibus vel decedentibus earundem Priorissis, illam quas in earum elegerint Priorissam de novo, nobis & heredibus nostris presentarent, ac jus eligendi, Archiepiscopo presentandi. & in ecclesiam, seu monasterium de* **Peddingham** *installandi post creationem earundem in Priorissam petivissemus occasione dicti monasterii, quod fundatum est de feodo nostro nunc, quod quondam fuit de feodo antecessorum* Alicie *sponse mee; Ego verò predictus* Richardus, *&* Alicia *uxor mea, ex unanimi assensu, remisimus, & quietum clamavimus omne jus Priorissam eligendi, &c.*

Carta Radulphi *de* Clere.

Ex autographo nuper in turri beate *Marie Eboraci.* *Radulphus* de **Clere** omnibus ad quos littere pervenerint iste salutem. Sciatis me concessisse & presenti carta mea confirmasse Deo & sancte *Marie* & monialibus de **Litlemarhes** totam terrã de **Litlemarhes**, & duas bovatas terræ in *Wiltunia*, cum pastura centum ovium: tenendam & habendam de me & hæredibus meis liberam & quietam ab omni servitio temporali, in aquis, terris, pratis, culturis, pascuis, & omnibus rebus aliis, cum **tol**, & **tem**, **soc** & *sacca* & **infanguethef**, sicut carta *Rogeri* de **Clere** fratris mei testatur. Hiis testibus, *Willielmo Bainard, Willielmo* de **Puscham** clerico, *Reginaldo* clerico, *Randulpho* de **Riebof**, *Willielmo* de **Stodham**, *Waltero* fratre ejus, *Roberto Avere, Martino* & aliis.

Carta *Rogeri* filii *Radulfi* de **Clere**.

Ibid. OMnibus *Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit*, Rogerus *de* **Clere**, *filius* Radulphi *de* **Clere** *salutem, Noverit universitas vestra me, pro salute anime mee & antecessorum & successorum meorum, concessisse & hac presenti carta mea confirmasse omnes donationes, quas predecessores mei dederunt Deo, & beate* Marie *de* **Peddingham**, *& monialibus ibidem Deo servientibus; videlicet ex dono* Helewisie *de* **Clere** *totam terram de* **Lutelmarsk** *& duas bovatas in* Wilthona, *cum omnibus pertinentiis suis in omnibus locis, & ex dono* Radulphi *de* **Clere** *ecclesiam* omnium Sanctorum *de* **Sybelington** *& quatuor bovatas terre. Et ex dono* Willielmi Erchinbald *unam bovatam terræ, cum omnibus pertinentiis suis in omnibus locis, & pannagium viginti porcorum, & quindecem carratas bosci, in bosco de* **Sybelington** *annuatim percipiendas, Et insuper unam bovatam terræ cum pertinentiis suis in* Wilthona *quam* Mabilia *de* **Clere** *avia mea dedit eis, & insuper dedi concessi & hac presenti carta mea confirmavi eisdem monialibus unum toftum, cum crofto in villa de* Syvelingtona *quam* Radulphus Belle *quondam tenuit; & quandam culturam qua vocatur* **Langeroume** *in territorio ejusdem villæ, cum omnibus pertinentiis suis in omnibus locis. Ego verò* Rogerus *de* **Clere** *omnia predicta tenementa dedi, & confirmavi dictis monialibus in puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus donationibus & concessionibus predictorum donatorum, ut eas habeant, teneant & quietè possideant, ita liberè, quietè & integrè, sicut aliqua Elemosina liberius & quietius, & uberius, & integrius, dari potest. Et ego* Rogerus *de* **Clere** *& hæredes mei warantizabimus & defendemus & adquietabimus dictis monialibus omnes donationes & concessiones predictas, & omnes donationes meas, tam de feudo quam de dominico meo, & omnes terras & possessiones quas de me, vel de liberis hominibus meis adquirere poterunt. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.* Simone *de* **Cokefeld**, Radulpho *de* **Clere**, Waltero *de* **Percehaie**, Willielmo Buzell, Willielmo *de* **Perth**, Willielmo Malekake, Galfrido Malekake, Johanne *de* **Alverstain**, Thoma *de* Edbrichona, Petro *de* Gaola, Willielmo Rumain, *& aliis.*

Charta Regis Henrici.

Cart. 31. *Hen.* 3. memb. 11. HEnricus Dei gratia (*&c.*) Sciatis nos concessisse, & hac carta nostra confirmasse Deo, & beatæ *Mariæ* de **Peddingham**, & Priorissæ, & monialibus ibidem Deo servientibus, omnes donationes subscriptas, videlicet, de dono *Helewisie* de **Clere** totam terram de **Littlemersk**, & duas bovatas terræ cum pertinentiis in **Wiltun**; de dono *Radulphi* de **Clare** ecclesiam *omnium Sanctorum* de **Sivelington**, & quatuor bovatas terræ in eadem villa; de dono *Willielmi Archembaldi* unam bovatam in **Sivelington**, & pannagium viginti porcorum, & quindecem carratas busce annuatim in bosco ejusdem villæ. De dono *Mabille* de **Clere** unam bovatam terræ in **Wilton**; De dono *Rogeri* de **Clere** unum toftum & quandam culturam terræ in **Sybelington** (*&c.*) De dono *Baldwini* de **Alverstan** meditatem unius carucatæ terræ cum pertinentiis in **Cobriton**, & quatuor bovatas terræ in eadem villa, & alias tres bovatas terræ in eadem villa. De dono ejusdem *Baldwini*, unum molendinum in eadem villa; De dono *Johannis* filii *Baldewini* unam bovatam in eadem villa, &c. De dono *Anketini* de *Heselertuna*, ecclesiam de **Peddingham** cum pertinentiis (*&c.*) Vide cart. 6. E. 3. n. 1

Carta domini *Hugonis Gubyun* militis de terra sua in **Peddingham** monialibus ibidem.

Ex ipso autographo in turri beate *Mariæ Eboraci.* OMnibus *Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, dominus* Hugo Gubyun *miles, filius* Richardi Gubyun *salutem. Noveritis me, pro salute animæ meæ, & animarum* Rogeri *de* **Perlay** *avunculi mei,* Willielmi *de* **Perlay** *fratris sui,* Richardi Gubyun *fratris mei, & omnium antecessorum meorum dedisse, & presenti*

senti carta mea confirmasse Deo, & ecclesiæ beatæ Mariæ *de* Pedingham, *& monialibus ibidem Deo servientibus totam terram meam de* Pedingham, *in elemosinam cum omnibus pertinentiis suis, quam quidem terram tenui de* Rogero *de* Merlay; *Tenendam dictis monialibus in feodi firma imperpetuum liberè, quietè & integrè, sine aliquo retenemento, cum omnibus aisiamentis, libertatibus, communibus, turbariis, pascuis, pasturis, pratis, aquis, piscariis, libero introitu, & exitu, & omnibus aliis pertinentiis, infra villam & extra, prædictæ terræ pertinentibus. Reddendo inde annuatim mihi, & hæredibus meis, vel meis assignatis decem libras sterlingorum, ad duos terminos anni, pro omni servitio seculari, exactione, sectâ curiæ, & demanda, salvo forinseco servitio ad prædictam terram pertinente. Præterea dictæ moniales invenient unum sacerdotem ad celebrandum solempniter divina de beata virgine, in monasterio de* Pedingham *singulis diebus imperpetuum, secundùm quod commodiùs potest fieri, ad utilitatem dictæ domus, pro salute omnium animarum prædictarum: Et si ita contingat, quod pro defectu dictarum monialium, celebratio dictæ missæ subtrahatur, dictæ moniales solvent, quolibet anno, mihi vel hæredibus meis, vel meis assignatis quinque marcas argenti, nomine firmæ, quamdiu dicta celebratio cessaverit, & quotiens hoc evenerit; & cum dicta celebratio iterùm relevetur, solutio prædictarum quinque marcarum penitus cessabit de me & hæredibus meis, vel assignatis. Et sciendum est, quod quandocunque contigerit hæredes meos esse in custodia, dictæ moniales solvent domino meo* Rogero *de* Merlay, *& hæredibus suis, tam dictam firmam annuatim, quam solutionem dictarum quinque marcarum pro defectu celebrationis, ut prædictum est, si commissa fuerit. Ego vero prædictus* Hugo *& hæredes, vel assignati, totam prædictam terram cum omnibus pertinentiis, prædictis monialibus, & earum successoribus, pro prædicto servitio, ut suprædictum est, in perpetuum warantizabimus. Ita, scilicet, quod nec ego, nec aliquis hæredum meorum, vel assignatorum, ratione dictæ terræ versùs prædictas moniales, vel earum successores, aliquo tempore homagium, relevium, seu fidelitatem, vel aliquid aliud præterquam prænominatum servitium, exigere poterimus. In cujus rei testimonium hanc cartam ad modum cyrographi confectam, utraque pars sigilli sui impressione corroboravit. His testibus, domino* Sewaldo *tunc archiepiscopo* Eboraci, *magistro* Godefrido *tunc decano* Eboraci, *magistro* Simone *de* Evesham *tunc archidiacono de* Estridinge, *domino* Rogero *de* Merlay, Roberto Ingram, Willielmo Latimer, Willielmo *de* Bozase, Nicholao *de* Hastings *militibus*, Willielmo *de* Aton, Johanne *de* Hyda, Willielmo Romano, Thoma *de* Edbriston, Willielmo Malekak, Willielmo le Bret, Petro *de* Gayola, Nicholao *clerico decani de* Pikering, Willielmo *clerico de* Edbriston. *Actum die Jovis proxima ante festum sancti* Johannis *Baptistæ, Apud* Pedingham, *Anno regni Regis* Henrici *filii Regis* Johannis *quadragesimo primo.*

Liberationes in domo de Pedingham.

Ex autog. in turri Bibliæ Mariæ Ebor.

HÆc sunt liberationes faciendæ in domo de Pedingham singulis ebdomadis infra annum; videlicet, Priorissæ & conventui *Jesu Christi*, & sanctæ *Mariæ*, singulis diebus lxij. Panes de pane conventus. Item, cuilibet de novem fratribus, in septimana, xij. panes de conventu. Item fratri *Jacobo* quatuordecem panes, de conventu. Item cuilibet de iij. presbiteris xiiij. panes de conventu; Et iiij. capellano duodecim panes de conventu, clerico de Sivilinton septem panes de conventu, usque ad festum nativitatis beatæ *Mariæ*; cuidam pauperi de eadem, duos panes de conventu usque ad dictum festum. Molendinario septem panes de conventu, & septem panes de pykeobyed. *Gilberto Spot* septem panes de conventu; & quatuordecem de duriori pane. Sutori quatuor panes de conventu, & decem panes de pykeobyed. Fratribus minoribus de Scarveburg quinque panes de conventu. Cuilibet undecim servientium apud Elvereston viginti unum panes, de pane duriori; duobus servientibus apud Wilton xlij. panes, de pane duriori; duobus servientibus apud Alverstayn xlij. panes, de pane duriori; duobus servientibus apud Swainton xlij. panes, de pane duriori; sex servientibus apud Pedingham, ultra aquam, & puero septies viginti panes de pane duriori; canibus in singulis maneriis triginta novem panes, de pane duriori; tribus carectariis de Pedingham, sexaginta tres panes, de pane duriori; & omnibus illis, septem panes de pykeobyed; sex carucariis sexies viginti & sex panes de pane duriori: vaccario xxj. panes de pane duriori. Portario xxj. panes de pane duriori. Messori quatuordecem panes, de pane duriori; & septem panes de pykeobyed. Duobus gardinariis viginti octo panes de pane duriori & quatuordecem panes de pykeobyed. Servienti grangiarum quatuordecim panes de pane duriori, & septem panes de pykeobyed; puero ejusdem septem panes de pane duriori; quatuor ancillis cuilibet septemdecem panes, de pane duriori. Ancille de infirmitorio septem panes de pane duriori; puero molendinarii quatuordecim panes de pane duriori. Custodi ancarum septem panes, de pane duriori. Item sciendum est quod frater *Richardus* non recipiet ultra prædictum festum nativitatis beatæ *Mariæ* aliquid ad opus suum proprium, nec ad opus alicujus de Sivilinton, & de hoc quod recipiet ad opus suum, & suorum a festo beati *Petri* ad vincula, usque ad dictum festum nativitatis, satisfaciet sicut decet.

NUN-BURNHAMENSIS
Prioratus in agro Eboracensi.

JUr. dicunt super sacramentum suum quod *Robertus* filius *Thomæ* de Grayston tenuit die quo obiit de domino rege per servitium in villa de *Brunnum* in comitatu prædicto duo feoda militum & dimidium, ubi (inter alia) juratores dicunt quod Priorissa de *Brunnum* tenet dimidiam carucatam terræ in *Brunnum* de dicto feodo. Esc. 38 H. 3 n 42.

[Sciendum quod *Rogerus* de Merlay, dominus

nus baroniæ de Mowpath in com. Northumberland, fuit etiam dominus de *Bramham* prædict. cujus antecessores fuerunt fundatores Prioratus de Bynham prædicti ut accepi ex relatione honorabilis viri domini *Willielmi Howard* domini baroniæ de Nawoyth in agro *Cumbrensi*; cujus antecessor *Willielmus Baro* de Gyatstoke duxit in uxorem *Mariam* filiam & cohæredem prædicti *Rogeri* de Merley ante annum 50. regis *Hen.* tertii.]

LYTHOMENSIS

Prioratus, in agro Lancastrensi, *cella Cœnobii* Dunelmensis.

Fundatio Prioratus de Lythom.

Cart. 9. Ed. 3. m. 65.

REX (*&c.*) Inspeximus cartam quam *Richardus* filius *Rogeri* fecit (*&c.*) in hæc verba. *Richardus* filius *Rogeri*, omnibus hominibus *Francis* & *Anglis*, tam presentibus, quàm futuris, has literas videntibus vel audientibus salutem. Noverit universitas vestra quod ego, de consensu & voluntate uxoris meæ *Margaretæ*, & hæredum meorum, pro salute domini mei *Johannis* comitis, & pro animabus patris & matris meæ, & meæ, & hæredum meorum dedi & concessi, & hac presenti Carta mea confirmavi, in puram & perpetuam elemosinam, Deo & beatæ *Mariæ*, & sancto *Cuthberto* & monachis *Dunelmensibus*, totam terram meam de Lythum, cum ecclesia ejusdem villæ, & cum omnibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus, ad domum ordinis sui ibidem construendam, scilicet, per istas divisas, à fossa ex parte occidentali cimiterii de Kilgrimol, supra quam crucem erexi, usque in mare versùs occidentem. Iterum ab illa fossa & cruce, in transversum versus orientem, sequendo juxta le Cursomere ultra magnam mussam, & rivulum usque Walholm. Qui quidem rivulus currit versus Sunnebrigg. Item à Walholm, directè ultra mussam, quam dominus *Johannes* comes Mozeton inter ipsum & me divisit, usque ad aquilonalem partem de Estholmker, insequendo versus orientem, usque ad divisionem aque que venit de Birtholm, & dividit inter Estholmker & Bringker, sequendo illam divisionem aque, inter nos, versùs austrum, usque medium inter Estholme & Conburugh, & sic redeundo versus occidentem, & circumeundo versus austrum ultra mussam, usque in *la* Pull, de ultra Snartsalte, sicut cadit super arenam maris; Et sic sequendo versus austrum in transversum usque in Ribill, ad filum aque, sequendo filum dicte aque usque in mare versus occidentē, & sic usque ad fossam & crucem predictas. Et totum mariscum inter predictas divisas, cum omnibus insulis, que in eo sunt; Quæ volo & firmiter precipio, quod dicti monachi habeant, & teneant, & imperpetuum possideant hanc meam donationem. Scilicet, totam predictam terram meam de Lythum, in seperato dominico, cum omnibus ad eandem pertinentibus. Scilicet in terris cultis, & incultis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in moris & mussis, & mariscis, in aquis & molendinis, in stagnis & piscariis, in sablonibus mare retracto, cum omnibus emolumentis que ex eis aliquo modo evenire poterunt, introitibus & exitibus, & in omnibus aliis libertatibus, & ayliamentis, & rectitudinibus, & consuetudinibus ad eandem terram pertinentibus & ecclesiam ipsius villæ, cum suis pertinentiis, ita liberè & quietè, & honorificè, sicut aliqua alia elemosina infra archiepiscopatum *Eboracensem*, ab aliquibus viris religiosis liberius, quietiùs & honorificentius habetur & possidetur. Volo etiam & hac Carta mea confirmo, ut Prior & Monachi *Dunholmenses*, Priores & Monachos, qui ibidem Deo & beatæ *Mariæ*, & sancto *Cuthberto* servituri sunt, liberè statuant & removeant, sicut meliùs viderint expedire. Et ego vero *Richardus*, & hæredes mei, vel mei assignati, totam prædictam terram de Lythum, cum omnibus suis pertinentiis, ut est predictum, contra omnes homines, & feminas warantizabimus, acquietabimus & defendemus imperpetuum. Si quis autem hæredum meorum, vel aliorum huic mee donationi, in aliquo contraire presumpserit; Iram Dei & beatæ *Mariæ*, & sancti *Cuthberti*, glorioſi confessoris, incurrat, & eorum ultioni subjaceat. Hiis testibus, *Simone* Camerario, magistro *Richardo* de Caldingham, magistro *Henrico* de *Dunelm.* *Hugone* de *Feritate*, magistro *Waltero* decano de Pittindun, magistro *Waltero* de Padington, magistro *Roberto* de Cointon, magistro *Waltero* de *Dunelm.* *Roberto* de Stokepozte, *Willielmo* de Pulnum, *Roberto* filio *Henrici*, *Ricardo* filio *Roberti*, *Willielmo Suany* filio, *Adam* decano de Birkeham, *Richardo* clerico de Pultun, *Alano Malecake*, *Rollando* milite, *Richardo* Camerario, *Laurentio* Camerario, *Johanne* de Betton, *Philippo* de Cestrun, *Philippo* de Paueden, *Richardo* le *Flemang*, *Hugone* Haneton, *Willielmo* filio *Unfredi*, *Gilberto* Burdun, *Willielmo* de *Atle*, cum multis aliis. &c.

Carta Regis *Johannis*.

Cart. 2. *Joh.* n. 2.

JOHANNES *Dei gratia Rex* Angliæ, *&c. salutem. Sciatis me concessisse & presenti Carta nostra confirmasse concessionem quam fecimus* Ricardo *filio* Rogeri *de duabus carucatis terræ quas habuit in* Lithum, *viris religiosis, conferendis, & condonationem servitii predictæ terræ, sicut carta quam ei fecimus, dum essemus comes* Mozeton *testatur. T.* Galfrido *filio* Petri, *comite* Eser, (&c.)

CHIRBURIENSE
cœnobium in agro Salopiensi.

Charta regis Edwardi *de prioratus* Chirburiensis *translatione ad* Snede, *ubi primum instituti.*

Pat. 9. Ed. 1. m. 19.

REX Ex omnibus &c. salutem. Cum nos in his quæ ad cultum divinum pertinent, ministros & professores cultus illius, ad laudem & honorem omnipotentis Dei, in locis congruis ad hoc confovere teneamur, & illos precipuè qui sub nostro speciali regimine ad hoc vacaverint. Ac dilecti nobis in Christo Prior & conventus de *Chirebir.* qui primò apud *la* Snede sue professionis & devotionis inchoaverunt originem, ex inde postmodum usque *Chiresbir.* translati, ibi locum non invenerint adeo congruum divino ministerio celebrando, ob varia impedimenta quæ eis ibidem occurrunt, ut accepimus. Nos ipsorum Prioris & conventus tranquillitati in hac parte prospicere volentes, ut commodiùs & liberius contemplationi divinæ valeant vacare, concedimus eisdem, quod ad prædictum locum de Snede, absque calumpnia & occasione nostri vel hæredum nostrorum, ad vota & professionis suæ debita ibidem complenda, regredi & morari valeant, & ea ibidem perpetuò consummare, proviso Primen quod animabus illorum qui in prædicto sacro loco de *Chiresbir.* requiescunt, non minus per prædictos Priorem & conventum in prædicto loco de Snede ministeriis divinis super hoc suffragetur imposterum, quàm ibidem temporibus retroactis fieri consuevit. Ita etiam quod præfatis religiosis nichil juris sui depereat seu decrescat apud *Chiresbir.* occasione translationis suæ supradictæ &c. T. R. apud *Westm.* xxj. die Maii.

ARDENENSE
cœnobium in agro Eboracensi.

Ex quad. antiq. membrana, in bibl. *Hatton.*

MEmorandum, quod *Petrus* de *Hotona* fundavit abbatiam sancti *Andreæ* de *Ardena*, & concessit monialibus ibidem commorantibus plures terras & tenementa. Et suam fundationem & concessionem confirmavit dominus *Rogerus* de Bowbray, dominus feodi supradicti per quandam cartam suam, quæ sequitur in hæc verba.

Universis sanctæ ecclesiæ filiis Rogerus *de* Bowbray, *Salutem. Notum sit vobis me concessisse, & presenti carta confirmasse, pro salute mea & meorum, Deo & sancto* Andreæ, *& sanctimonialibus de* Ardena *in liberam & perpetuam elemosinam, & ab omni terreno servitio in perpetuum quietam & liberam, & nulli alii abbatiæ subjectam, donationem* Petri *de* Hotona, *quam fecit, & carta sua confirmavit predictis sanctimonialibus in liberam & perpetuam elemosinam: scilicet ipsum locum ubi abbatia sedet cum tribus carucatis terræ in prefata* Hardena, *cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus, in bosco, in plano & in mora, & in prato, & in pascuis & in stagnis, & in molendinis. Hiis testibus,* Rogero *de* Flammavilla, Bertramo Heget, Hamundo Beler, Willielmo *filio* Englerami, Radulfo *de* Kelbaers, Radulfo *Canonico, & aliis.*

Et postea quædam *Elizabetha*, hæres prædicti *Petri*, confirmavit dictas fundationem & concessionem per cartam suam quæ sequitur in hæc verba.

Omnibus hanc cartam visuris vel audituris, Elizabetha, *domina de* Yoton, *quæ fuit uxor* Willielmi *de* Carleton, *Salutem in domino. Noveritis me in legia viduitate mea concessisse, & presenti carta mea confirmasse, Deo & beatæ* Mariæ, *& sancto* Andreæ, *&* Margaretæ *Priorisse de* Erden, *& ejusdem loci conventui, totum territorium de* Croene *& de* Snyleswath *cum situ domus Sanctimonialium de* Erdene, *scilicet quicquid iidem Priorissa & conventus habent infra divisas subscriptas; scilicet de* Stepingecrosse *usque* Wytstaynedale, *& de* Wytstaynedale *usque* Hamelden, *& de* Hamelden *usque* Potterkeld, *& de* Potterkeld *usque* Crapaldstane, *& inde usque* Pilehowe, *& de* Pilehowe *usque* Nelehowe, *& deinde usque* Rikened, *& deinde usque ad partem de* Snyleswath, *& deinde usq; ad ecclesiã de* Halmeby, *& deinde usque ad* Staynedale, *& de* Staynedale *usque* Stepingecrosse. *Habendum & tenendum eisdem Priorisse & conventui, & aliis Priorissis quæ post ipsam venient, in liberam & perpetuam elemosinam, de me & hæredibus meis integrè, & pacificè, liberè & quietè, cum omnibus pertinentiis, libertatibus, & aisiamentis ad predicta tenementa pertinentibus, procul & prope, supra & subtus terram, in moris & mariscis, pratis & turbariis, boscis & planis, pascuis & pasturis, terris cultis, & incultis, & colendis, aquis, & molendinis, sine aliquo retinemento imperpetuum. Et ego & hæredes mei omnia predicta terras & tenementa cum pertinentiis suis, sicut prænominatum est, ut liberam & perpetuam elemosinam predictis Priorisse & conventui, & aliis Priorissis quæ post ipsam ibidem venient, & ecclesiæ sancti* Andreæ *de* Erdene *contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus, & in perpetuum defendemus. In cujus rei testimonium presenti carta sigillum meum appesui. Hiis testibus* Richardo Malbys, Roberto Gower, Olivero *de* Bully *militibus* Johanne de Blaby, Willielmo *de* Broyerscleff, *& aliis. Datum die dominica in crastino nativitatis sancti* Johannis Baptistæ *anno regis* Edwardi *filii regis* Henrici *octavo decimo.*

Quæ confirmationes infra scriptæ una cum aliis monimentis deliberatæ fuerunt *Aliciæ* Priorissæ de Erden per *Galfridum Pygot*, hæredem dicti *Petri*, & *Elizabethæ*, & dicta monimenta recepta fuerunt per dictam Priorissam & conventum de dicto *Galfrido* sicut de fundatore suo, & ipsum *Galfridum* in suum fundatorem receperunt, & sicut fundatorem suum omnibus suis precibus acceptarunt. Datum in festo purificationis beatæ *Mariæ* virginis anno regis *Henrici* quarti post conquestum *Angliæ* sexto.

Nota

Nota quod *Ranulphus Pygot* dedit hospitali sancti *Petri Eboracensis* unam bovatam terræ in Barlton juxta Foxet.

Rogerus, filius *Rogeri* de Hoton, dedit duas bovatas terræ juxta Thyrne monachis de *Arden* anno tricesimo sexto *Henrici* tertii.

Confirmationis charta per Regem *Johannem*.

Cart. 2. *Johan.* m. 9. n. 6.

JOhannes *Dei gratia, &c. Sciatis nos concessisse, & presenti carta confirmasse, monialibus de* Arden *donationem rationabilem quam* Radulphus *de* Belvar. *&* Constancia *uxor ejus eis fecerunt, de una terra in* Holm, *sexaginta octo particatarum in latitudinem, & in longitudinem pertingente usque ad divisas de* Heveringham *&* Hersewell, *& ex dono* Henrici *de* Birkeby *super* Wilc *tres bovatas terræ cum pertinentiis in cultura de* Birkeby, *& duas toftas de dono ejusdem, & ex dono* Petri *de* Tresby *& hæredum suorum tres carucatas terræ in* Arden. *Et, ex dono* Rogeri *de* Dunbzay. *locum ubi abbatia sua sedet, cum tribus carucatis terræ in* Arden, *cum omnibus pertinentiis suis, & eadem ex confirmatione* Nigelli *de* Dunbzay. *Habenda et tenenda, cum omnibus pertinentiis suis, liberè, quietè, et integrè, sicut carte donatorum rationabiliter testantur. Testibus* W. *comite* Surr. G. *filio* Petri *comite* Essex. Willielmo *de* Stutevill, *&c. Dat. per manum* S. Well. *archidiaconi. Apud* Alverton *xxviij. die Febr. anno regni nostri secundo.*

Bene custodiatur istud transcriptum propter varios casus inter nos & moniales.

Ex cart. abbatiæ de *Bellanda*, nuper in Turri beatæ *Mariæ Eboraci.*

HÆc est finalis concordia facta in curia domini regis apud *Westmonasterium* in octabis sanctæ trinitatis, anno regis *Henrici* filii regis *Johannis* quadragesimo sexto, coram *Gilberto* de Preston, & *Johanne* de Mytvill justiciariis, & aliis domini regis fidelibus, inter *Philippum* filium *Philippi*, & *Elizabetham* de Carleton petentes, per *Johannem Dering* positum loco eorum ad lucrandum vel perdendum, & *Agatham* Prioriſſam de Ereme tenentem per *Willielmum* de Scurescalf positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, de uno messuagio, & tribus carucatis terræ cum pertinentiis in Ereme, unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod prædicta Prioriſſa recognovit prædicta messuagium & terram cum pertinentiis esse jus ipsorum *Philippi* & *Elizabetha*; Et pro hac recognitione fine & concordia, iidem *Philippus* & *Elizabetha* concesserunt prædictæ Prioriſſæ & ecclesiæ suæ de Ereme prædict. messuagium & terram cum pertinentiis. Habendum & tenendum eidem Prioriſſæ, & aliis Prioriſſis quæ ei succedent, & ecclesiæ suæ prædictæ de prædictis *Philippo*, *Elizabetha*, & hæredibus eorum in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari servitio & exactione in perpetuum. Et prædicti *Philippus*, & *Elizabetha*, & hæredes eorum warantizabunt, acquietabunt, & defendent eidem Prioriſſæ, & aliis Prioriſſis quæ ei succedent, & ecclesiæ suæ prædictæ, prædict. messuagium & terram cum pertinentiis, in liberam, puram & perpetuam elemosinam absque aliquo servitio inde faciendo contra omnes homines in perpetuum. Et præterea eadem Prioriſſa recepit prædictos *Philippum*, & *Elizabetham*, & hæredes eorum in singulis beneficiis & orationibus quæ de cætero fient in ecclesia sua prædicta in perpetuum.

Messuagium illud de quo superius fit mentio est habitatio sanctimonialium de Ereme. Et pertinentia illius messuagii sunt iij. carucatæ terræ arabilis cum bosco, mora, & pastura, quam de eis habemus ibidem. Quæ omnia continentur infra divisas contentas in carta quietæ clamationis prædictæ *Elizabethæ* de advocatione domus de Ereme quam fecit sanctimonialibus prædictis, circa Purificationem beatæ *Mariæ* virginis anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo nono pro viginti marcis quas ab eis recepit: sed iste finis melior est sanctimonialibus maximè propter warrantiam, quam quieta clamatio advocationis & jur.

DAVINTONENSIS
Prioratus in agro Cantiano.

Carta regis Henrici *tertii.*

Cart. 39. *H.* 3. m. 5.

REx archiepiscopis &c. Sciatis nos pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse & hac carta nostra confirmasse Prioriſſæ ecclesiæ beatæ *Mariæ Magdalenæ* de Davyntone, & monialibus ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris omnes donationes subscriptas; videlicet totam terram illam cum molendino superstante, & cum aliis pertinentiis suis in Oystrotone quam habent de dono .... *filii Hamonis* atte Frith, & totam illam terram cum pertinentiis in tenura de Osprong quam habent de dono *Gervasii* de Beseyle; & totam terram illam cum pertinentiis in eadem tenura quam habent de dono *Roberti* de Sylegrave & *Emmæ* uxoris ejus, & duas acras terræ & dimidiam, & decem denariatas & duas gallinas annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Hamonis* & *Stephani* hæredum *Willielmi* de *Ecclesia*. Et unum messuagium cum pertinentiis in Westbzoc in eadem tenura de dono *Walteri* de *Ponte*; & duas solidatas & septem denariatas redditus cum pertinentiis apud Westbzoc in eadem tenura de dono *Stephani* de Stirringes, & novem solidatas & duas denariatas & unam obolatam & ix. gallinas & lxx. ova annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Guncelini* filii *Ricardi*. Et duas solidatas & unum gallum annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Lucæ* de Hozneclyve; & duas solidatas & sex denarios & quinque gallinas annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Ernulphi* filii *Hyroney*. Et tres solidatas & quatuor denariatas & tres gallinas annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Hangeri Tayleser*, & quinque denariatas annui redditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono *Willielmi Coci*. Et totam illam terram cum per-

tinentiis in eadem tenura quam habent de dono *Roberti le Wred*; & quatuor solidos annui redditus cum pertinentiis in Winchelesey de dono *Willielmi* filii *Wulvena*. Et dimid. marcatam annui redditus cum pertinentiis in Sandwyk de dono ..... *artini* filii *Willielmi*. Et duas solidat. redditus cum pertinentiis in eadem villa de dono *Thome* de Ertheflag. Et xij. sol. & duas aucas annui redditus cum pertinentiis in insula de Ozeu de dono *Radulfi* de Wydegate. Et duas solid. & vj.d. redditus cum pertinentiis in Romenehale de dono *Hamonis Peykelin*. Et duas solid. redditus cum pertinentiis in *Dya* de dono *Osmundi* filii *Edwardi* de Dunstall. Concessimus etiam pro nobis & hæredibus nostris eisdem Priorissæ & monialibus, quod ipsæ & successores sui in quibuscunque locis terras habuerint, imperpetuum quietæ sint de sectis comitatuum & hundredorum nostrorum, de visu franci pleg. & Lawedayorum, de turno & auxilio vicecomitum, & omnium aliorum ballivorum & ministrorum nostrorum. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum nostram apud *Westm.* xxij. Aprilis.

FOSSENSIS *Prioratus in agro* Lincolniensi.

Carta regis Henrici *tertii.*

Pat 5. E. 2. part. 1. m. 3. per Inspex.

Vide etiam Pat. 5. E. 3. part. 3. m. 14.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum, & hæredum nostrorum dedisse, concessisse, & hac Carta nostra confirmasse Priorissæ & sanctimonialibus de *Fossa* extra Mozkesey, ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, illas sexies viginti acras terræ, & illa septē tofta, cum pertinentiis in Mozkesey, in quæ primo ingressum habuerunt, per homines ejusdem villæ de Mozkesey, qui tunc fuerunt sine assensu regio, & de quibus nobis reddere consueverunt, ante concessionem istam per annum viginti solidos & septem denarios; Habendum & Tenendum de nobis & hæredibus nostris, reddendo inde, de cætero, per manum custodum dominicorum nostrorum, qui pro tempore fuerint, quadraginta & sex solidos per annum, videlicet, unam medietatem ad Pascha, & aliam medietatem ad festum sancti *Michaelis*, pro omni servitio, consuetudine & demanda. Salvo nobis & hæredibus nostris, tallagio, de hominibus earundem Priorissæ, & sanctimonialium, quotiens talliaverimus homines nostros dominicos de eodem manerio. Quare volumus (*&c.*) Datum per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* episcopi, cancellarii nostri, apud Notingham, vij. die Octobris, anno regni nostri xxj.

Carta Regis *Johannis.* Ibid.

JOHANNES *Dei gratia*, *Rex* Angliæ, (*&c.*) *Sciatis nos pro amore Dei, & pro salute animæ nostræ & omnium antecessorum & successorum nostrorum dedisse & concessisse, & presenti Carta nostra confirmasse monialibus de* Mozkesia, *duas marcas argenti, quas ipsa reddere solebant annuatim ad Scaccarium nostrum de terra in* Mozkesey. *Habendas & tenendas in liberam, puram & perpetuam elemosinam. Quare volumus* (&c.) *Datum per manum* Symonis *archidiaconi* Wellensis, *apud* Stowa, *quarto decimo die Januarii, anno regni nostri* ....

WALLING-WELLENSE *cœnobium in agro* Eboracensi.

Carta Radulphi *de* Cheurolcurt *loci fundatoris.*

Ex ipso autographo in bibl. *Dugdaleiana* anno 1648.

NOtum sit omnibus in *Jhesum Christum* credentibus, sanctæ matris ecclesiæ fidelibus, & præsentibus & futuris, quod ego *Radulfus* de *Cheurolcurt*, assensu & voluntate hæredum meorum, do & concedo, & hac mea presenti Carta confirmo, omnipotenti Deo & sanctæ *Mariæ* virgini, ejusdem gloriosæ genitrici, unum locum in meo parcho de *Carletuna* juxta fontes & rivum fontium, cujus nomen vocetur, sancta *Maria* de *Parcho*, ad construendam & ædificandam ibidem inhabitationem ad sanctam religionē, ita liberè quod ille locus nulli alteri loco appendeat, in honore & memoria beatæ & gloriosæ virginis genitricis Dei *Mariæ*, & omnibus in eodē loco Deo & S. *Mariæ* religiosè servientibus & regulariter viventibus, pro remissione omnium peccatorum meorum, & salute animæ meæ, ac patris & matris meæ, & omnium hæredum meorum, & parentum præcedentium & subsequentium, necnon & illorum omnium qui prædictum locum pro Dei amore & sanctæ *Mariæ* adjuvabunt & manutenebunt. Do etiam & rivum fontium ad utilitatem loci & ad molendina facienda, & pasturam in eodem parcho omnibus suis bestiis cum meis, & pascuam decem ix. porcis in eodem parcho, & unam viam per medium parchum apud meridianam partem liberè exeundi & revertendi ad suas segetes excolendas & attrahendas, & totam terram quam *Gunwatus* de meo feudo tenuit, in terris cultis & sartis, & pratis, & mariscis, & essartum *Thori*, & essartum *Willielmi* filii *Lefrini* & culturam de Ruhstoch de demenio meo, & essartum *Ernvi* in meridiana parte *del* Holm, juxta viam, & in Westholm, v. acras terræ in uno loco, & in alio loco quatuor, & pratum quod fuit *Godrici Palmarii*, & octo acras terræ de demenio meo in *le* Haherroc, & communionem in campo de *Carletuna* in *le* Wrec, & communem pasturam omnibus suis bestiis ubique, & totum arbustum de Sicam ad sartandum, quod est in longum

longum à cultura de **Rustoch**, usque in fossatum de **Lindzie**, & in latum à parcho vique ad essartum *Theobaldi*. Hæc omnia do & concedo servientibus Deo & sanctæ *Mariæ*, in eodem loco, in puram & perpetuam elemosinam, ab omni omnino terreni servitii exactione & consuetudine liberam & solutam & quietam. Quicunque meorum hæredum hanc meam elemosinam, quam pro nostra communi utilitate & salute, Deo & sanctæ *Mariæ* in eodem loco servientibus liberè & quietè, do & concedo, bene manutenebit & diliget, omnipotentis Dei & domini nostri *Jesu Christi* ejusque gloriosæ genitricis *Mariæ* perpetuam benedictionem obtinebit atque meam. Qui verò prædicta vel eorum possessores perturbare imminuere coartare attemptaverit, districti judicis Domini nostri *Jesu Christi* & suæ gloriosæ genitricis *Mariæ* maledictionem habeat in die judicii atque meam, *Amen*. Hii sunt testes, *Herbertus* Prior de *Pontefracto*, *Alexander* nepos ejus, *Lucas* persona de *Carletuna*, *Symon* de **Cheurolcurt**, *Jordanus* & *Ricardus* fratres ejus. *Hugo* filius *Ernaldi* & *Nicholaus* frater ejus, *Ernaldus* filius *Claronis*, *Blundel*, *Godricus Medi*, *Walterus* de **Lettewelle**, *Swarawallus* molendinarius.

Cujus prosapia per tres filias *Radulfi* de **Cheurolcourt** tempore Regis *Johannis* cessit in totidem illustres familias de *Furneux*, videlicet, de *Novo-Mercatu* & de *sancto Quintino*. Per duas autem sorores *Willielmi* de **Furneux** militis lauta hæreditas ad barones de *Latimer* & de *Fitz Hughe* tempore *E.* iij. devenit: proles vero masculà *Roberti* de **Furneux** militis fratris junioris istius familiæ adhuc superstes existit sub nomine de *Rooper* in com. *Derb.* hujus enim *Roberti* abnepos *Ricardus* de *Furneux Isoldam* filiam & solam hæredem *Johannis Rooper* de **Turndich** in com. *Derb.* duxit in uxorem —— *ita tamen* (ut verbis ipsius conventionis autographi dat. 7. *H.* 6. utar) *quod prefatus* Ricardus *& ejus posteri de predicta* Isolda *exeuntes cognomen predicti* Johannis Rooper (*nomine suo de* Furneux *omnino derelicto*) *assumerent imperpetuum*.

S. KATHERINAE *Cœnobium monialium extra* Exoniam *in agro* Devonienſi.

Confirmationis charta per Regem Johannem.

Cart. 2. *Joh.* m. 2. n. 60.

Johannes Dei gratia, &c. Sciatis nos concessisse & presenti carta confirmasse ecclesiæ sanctæ *Katerine* extra *Exon.* & monialibus ibidem Deo servientibus, manerium de **Wyppedeton** cum omnibus pertinentiis suis quod *Willielmus* de **Trascy**, eis dedit in perpetuam elemosinam, & terram illam juxta idem manerium quam *Henricus* de *Pomerya* eis dedit, & omnes alias elemosinas quæ eis rationabiliter date sunt vel date fuerint tam in ecclesiis quàm in rebus & possessionibus mundanis. Et ideo volumus & firmiter precipimus, quod prædicta ecclesia & moniales ejusdem loci habeant & teneant manerium prænominatum cum omnibus pertinentiis suis & terram juxta idem manerium quam habent de dono *Henrici* de *Pomerya*, & omnes alias elemosinas & possessiones suas cum **sok** & **sak** & **toll** & **theam** & **infengenthef**, & cum omnibus aliis libertatibus & liberis consuetudinibus suis & quietanciis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in stagnis, & vivariis, & piscariis, & mariscis, in grangiis, & virgultis, in viis & semitis, infra burgum & extra, & in omnibus aliis locis & aliis rebus ad illas pertinentibus, liberas, solutas, & quietas de *firis* & *hundredis*, & placitis, & querelis, & *murdris*, & *wap.* & *scutagiis*, & *geldis*, & *danegeldis*, & *hidagiis*, & *assisis*, & de operationibus castellorum & pontium & de *wasto* & *warda* forestarum & de *ferdwita* & de *hangewita*, & de **flemenefremth**, & de **waropeny**, & de **averpeni**, & de *bladwita*, & de *fictwita*, & de **hundredespeni**, & de **thethingpeni**, & de *testagiis*, & *stallagiis*, & de **Bethingavel**, & de omni *theloneo* & *passagio* & *pontagio* & de omni seculari ..... & opere servili, & exactione, & de omnibus aliis occasionibus & consuetudinibus secularibus, excepta sola justitia mortis & membrorum. Hæc omnia concessimus in perpetuam elemosinam pro Dei amore, & pro anima Regis *Henrici* avi patris nostri, & pro anima comitis *And.* patris *H.* Regis patris nostri, & pro salute animæ *H.* Regis, patris nostri, & matris suæ Imperatricis, & pro salute nostra, & hæredum nostrorum. Præterea concessimus & confirmavimus eis centum solidatas terræ in manerio de **Colinton**, quas habent de dono *H.* Regis patris nostri. Et ecclesiam *omnium Sanctorum* de **Budele**, cum omnibus pertinentiis suis, quam eis dedimus dum essemus comes *Moreton.* sicut carte *H.* Regis patris nostri, & carta nostra quam eis fecimus dum essemus comes *Moreton.* rationabiliter testantur. Testibus, *H. Exon.* episcopo, *Willielmo Briwerr. Roberto* de ....., *Hugone* de **Nevill**, *Symone* de **Pateshull**, &c. Dat per manum S. *Well.* archidiaconi, Apud *Exon.* xxij. die Aprilis anno regni nostri secundo.

FLAMSTEDENSIS *Prioratus in comitatu* Hertfordiæ.

Carta Regis *Henrici* tertii.

Cart. 12 *H.* 3. m. 5.

Rex omnibus, &c. Inspeximus cartam Agathæ *de* **Gatesden**, *in hac verba. Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris & audituris* Agatha *qua fuit uxor* Willielmi *de* **Gatesden** *salutem. Sciatis me dedisse & concessisse & hac presenti carta confirmasse Deo & beatæ* Mariæ *& ecclesiæ sancti* Egidii *de* **Flamstede** *& monialibus ibidem Deo servientibus, pro salute animæ* H. *Regis filii Regis* Johannis. *& omnium regum* Angliæ, *& pro salute animæ mitæ & omnium fidelium, totam terram*

terram illam quam tenui de dominico domini Regis in villa de **Hamelamestede**, *in domibus & meſuagiis, in hominibus & homagiis & redditibus, in viis & ſemitis, in herbagiis, & exitibus & communis, in boſco & in plano, & in omnibus rebus predicta terræ pertinentibus. Tenendam & habendam de domino* Henrico *Rege* Angliæ *& de hæredibus ſuis, reddendo inde annuatim domino Regi & hæredibus ſuis unam libram cymini ad feſtum ſancti* Michaelis *pro omnibus ſervitiis, & exactionibus predicta terræ pertinentibus. Et ut hæc mea donatio & conceſſio rata ſit & ſtabilis imperpetuum, huic preſenti cartæ ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, domino* R. de **Tony**, Johanne *de* **Cheverun**, Willielmo *filio* Benedicti, Simone *de* **Lictlingtone**, Jordano *de* **Stodham**, Willielmo Delaunde, *& aliis. Nos igitur hanc donationem* (&c.) *confirmamus. Datum per manum* R. Ciceſtrenſis *epiſcopi cancellarii noſtri, Apud* **Farnham**, *xvj. die Maii.*

Carta Iſabelle *filiæ* Bernardi *filii* Nicolai.

Pat 52. H. 3. m 2. per Inſpex.

SCiant præſentes & futuri, quod ego *Iſabella* filia *Bernardi* filii *Nicholai* dedi, conceſſi, & hac preſenti Carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ*, & monialibus ſancti *Egidii* de **Flamſted**, totam terram cum pertinentiis, quam habui vel habere potui in villa de **Edelesbure**, in dominicis, homagiis, in liberis hominibus & in nativis, in redditibus, eſcaetis, & in omnibus aliis rebus quæ michi accidere, vel hæredibus meis poterant vel poterint, jure hæreditario, de *Nicholao* filio *Bernardi*, vel hæredibus ſuis. Habendum & tenendum liberè & quietè, bene & in pace, faciendo inde ſervicium dominis feodi debitum & conſuetum. Et pro hac autem donatione & conceſſione, dictæ moniales receperunt me, & animas anteceſſorum meorum in orationibus & beneficiis ſuis inperpetuùm, & etiam dederunt michi ſexaginta marcas ſterlingorum in gerſumam. Et ut hæc mea donatio & conceſſio, & Cartæ meæ confirmatio rata & inconcuſſa permaneat, præſens ſcriptum ſigilli mei impreſſione munivi. Hiis teſtibus domino *Willielmo Ruſſell*, domino *Milone* de *Bellocampo*, domino *Ada* de *Bellocampo*, domino *Hugone* de **Buholes**, *Johanne* de *la* **Ila**, *Hugone* de **Kendal**, *Hugone* filio *Nicholai*, *Roberto* filio *Nicholai*, *Elya* de *Wanda*, *Willielmo* **Raunfray**, *Willielmo* filio *Jo.... Willielmo* **Blocks** clerico, & multis aliis.

CRESSEWELLENSE
Cœnobium in agro Herefordenſi.

Confirmationis charta Regia.

Pat. 1. Ed. 3 pat. 3. m. 6.

EX omnibus ad quos &c. ſalutẽ. Inſpeximus cartam quam dominus H. *quondã Rex* Angliæ, *proavus noſter, fecit in hec verba.* Henricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ *&* Aquitaniæ, *comes* Andegaviæ, *Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, Prioribus, comitibus, baronibus, juſtitiariis, vicecomitibus, prepoſitis, miniſtris & omnibus ballivis & fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ* Mariæ, *& fratribus ordinis* Grandis Montis *de* **Creſſewell**, *omnes donationes & conceſſiones eiſdem fratribus a* Waltero *de* **Laſcy** *factas, videlicet, ducentas & quatuor acras terræ in boſco ſuo de* Hamma, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſexcentas acras cum boſcis earundem, & paſturam ad propria animalia ſua quos habere poterunt, in nova foreſta ipſius* Walteri, *& ex alia parte aquæ verſus partes de* **Gzipelgath**, *per boſcum & per montes, & per valles uſque ad fines de* **Talgard**, *& paſtori ſuo communem paſturam cum ſuis pecoribus, ad decem animalia, & communem paſturam per totas foreſtas ſuas de* **Elwyas**, *ad proprium equicium eorum cum equicio ipſius* Walteri, *& uſuagium in predictis locis & foreſtis, ad edificandum domos ſuas, & ad omnia domui neceſſaria, & unam garbam frumenti, meſtilonis, ſiliginis & omnis generis bladi preterquam avene per omnia maneria ſua in* Anglia *&* Wallia, *videlicet, in comitatu* **Hereford**, de **Wybbel**, **Walmeſhull**, **Jarthull** & **Hamme**, & in comitatu *Salopienſi, de* **Stanton**, **Ludelawe** *&* **Akes**, *& in comitatu* Wiles. *unam garbam omnis generis bladi de manerio ſuo de* **Lzetford**, *& decimas omnium curiarum averiorum quæ per annum necantur ad larderium ſuum caſtello de* **Elwyas**, *& decimas dominicorum molendinorum ſuorum de* **Kenelen** *in* Hibernia, *ſcilicet in Midia, & prodecimo denario redditus ſui de* **Elwyas**, *unam garbam omnis generis bladi de omnibus dominicis ſuis de* **Elwyas**, *de villa* Walteri *de* Rubeo Caſtello, *& de* Nova Villa, *& unum hominem in* **Elwyas**, *ſcilicet*, Ricardum *filium* Athe, *unum hominem in* **Webbel**, *ſcilicet*, Willielmus Pincun, *& unum hominem in* **Ludelawe**, *ſcilicet* Stephanum Saponarium, *cum terris & tenementis eorum quæ poſſidebant die quo idem* Walterus *dictos homines dictis fratribus dedit, cum hæredibus ſuis, & cum omni ſequela eorum. Et unam garbam tocius dominici ſui, per omnia maneria ſua in* Hybernia, *de frumento, avena, ſiligine, ordeo, piſis, fabis, & de omni genere bladorum, & unum burgagium cum predicta una garba, & cum omnibus pertinentiis ſuis, in quolibet burgo ſuo in* Hibernia, *& unum meſſuagium in quolibet manerio ſuo in* Hibernia. *Datum per manum venerabilis patris* R. Cyceſtrenſis epiſcopi, *cancellarii noſtri, apud caſtrum* Matildis *in* **Elveyn**, *xxj. die Auguſti anno regni noſtri quinto decimo.*

Inſpeximus etiam quandam aliam Cartam quam idem proavus noſter fecit in hec verba. Henricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ (&c.) *Volumus & firmiter precipimus, quod fratres* Grandis Montis, *& homines ſui, ſint quieti de* tallagio, pontagio, theoloneo, paſſagio, vinagio, foſſagio, *exercitu, miſericordia & omni conſuetudine, & de omnibus rebus & occaſionibus ad nos pertinentibus. Et prohibemus ne aliquis ipſos fratres vel homines ſuos ſuper hoc vexet vel diſturbet. Et ſi aliquis eos ſuper hoc vexaverit, in miſericordia noſtra ſit de decem libris ſterlingorum.*

Hiis

Hiis testibus Ricardo *fratre nostro comite* Cornubiæ *&* Pictaviæ, Petro *de* Sebaud, Simone *de* Monteforti *comite* Leycestriæ, R. *de* Quency *comite* Wyntonienſi. Hugone *de* Ver *comite* Oxonienſi, Johanne *de* Plesset, Hugone *de* Vyvon. Paulino Peyure, Galfrido *Dispensar.* Johanne *de* Lexinton, *& aliis. Datum per manum nostram in castris apud* Gannoc, *vicesimo octavo die* Auguſti *anno regni nostri vicesimo nono.*

Nos autem concessionem & confirmationem predictas, necnon concessionem & confirmationem quas Isabella *de* Lasey, *quondam uxor* Gilberti *de* Lasey, *per Cartam suam fecit eisdem fratribus de molendino fullonario de* Ewyas, *& uno burgagio, & decem & octo acris terra ad dictum molendinum pertinentibus, & de* housebote & haybote, *ad reparationem molendini predicti. Donationem eciam concessionem & confirmationem quas* Theobaldus *de* Verdon, *constabularius* Hiberniæ, *per scriptum suum fecit eisdem fratribus de tota illa terra quam idem* Theobaldus *quondam emit de* Griffine *ap* Taudrek *in* Bleynduweleys, *in honore de* Ewyas Lasey. *Donationem insuper concessionem & confirmationem quas* Walterus Knokebroke *per Cartam suam fecit eisdem fratribus de quatuor acris terræ & dimidia, cum pertinentiis, quas idem* Walterus *quondam emit de* Gorgenon *ap* Lewelin. *Donationem etiam concessionem & confirmationem quas* Wyn, Ydthell, Griffinus, *&* Worgenon, *filii* Luwelin ab Eynon *per Cartam suam fecerunt eisdem fratribus de novem acris terræ* Wallensibus, *cum pertinentiis, quas iidem* Wyn, Ydthel, Griffinus, *&* Worgenon *emerunt de domino de* Ewyas, *de Nova foresta. Donationem insuper, concessionem & confirmationem quas* Philippus Vaghan, Yowan, Iuor, *filii & hæredes* Philippi *ap* Yowan Goh, *per Cartam suam fecerunt eisdem fratribus de tota terra predictorum* Philippi Yowan *&* Juor *quam pater eorundem quondam tenuit in* Blameskelt. *Donationem eciam, concessionem, & confirmationem quas* Hugo *de* Rynarvesleye, *per Cartam suam fecit eisdem fratribus de una summa frumenti percipienda singulis annis ad festum sancti* Michaelis, *in manerio de* Aberluneyn. *Donationem insuper, concessionem, & confirmationem quas idem* Hugo, *per Cartam suam fecit eisdem fratribus de duabus solidatis annui redditus, cum pertinentiis in* Aberluneyn. *Donationem eciam concessionem & confirmationem quas* Rogerus *de* Cressewell *per Cartam suam fecit eisdem fratribus, de una summa frumenti percipienda singulis annis, ad festum sancti* Michaelis *in* Wynferton. *Donationem insuper concessionem & confirmationem quas* Milo *de* Aula *de* Walston, *in* Yerdesleye, *per Cartam suam fecit eisdem fratribus de una libra cere percipienda singulis annis ad festum sancte* Mariæ Magdalene. *Donationem eciam, concessionem & confirmationem quas* Hugo *de* Bradewardyn, Passator, *filius* Stephani Ponc, *per scriptum suum fecit eisdem fratribus de libero passagio apud* Bradewardyn. *Donationem insuper, concessionem, & confirmationem quas* Bartholomeus Ghaueſi *de* Bynggeston, *in* Panselt, *per Cartam suam fecit eisdem fratribus de una dimidia summa frumenti percipienda singulis annis ad festum sancti* Michaelis *in domo ipsius* Bartholomei *de* Bynggeston. *Donationem eciam, concessionem & confirmationem quas* Rogerus *de* Clyfford *per Cartam suam fecit eisdem fratribus de una summa frumenti percipienda singulis annis ad festum sancti* Michaelis *in manerio de* Euges. *Confirmationem insuper, quam* Robertus Iregoze *filius* Sibillæ *de* Ewyas *per scriptum suum fecit eisdem fratribus de una summa frumenti percipienda singulis annis ad festum sancti* Michaelis *in manerio de* Ewyas Halardi. *Donationem eciam, concessionem & confirmationem quas* Walterus Gardinarius *de* Yamme, *per Cartam suam fecit eisdem fratribus de una libra cere & dimidia percipienda singulis annis ad festum assumptionis beate* Marie *apud* Craswell. *Venditionem insuper & concessionem quas* Henricus Footrarius *de* Hereford *fecit eisdem fratribus, de uno messuagio & sexagenta & una acris terra cum pertinentiis in* Yamme. *Donationem eciam, concessionem & confirmationem quas* Walterus *de* Lasey, *per cartam suam fecit eisdem fratribus de una carucata terræ que vocatur* Thachbohan, *cum pertinentiis in* Duneleth, *ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo nunc Priori & Conventui de* Cressewell *& successoribus suis, concedimus & confirmamus, sicut carte & scripta predicta rationabiliter testantur, & prout iidem Prior & Conventus & predecessores sui terras & tenementa predicta hactenus tenuerunt, & libertatibus predictis rationabiliter usi fuerunt & gavisi. In cujus &c.* T.R. *apud* Wygorniam *vicesimo quinto die Decembris.*

Per ipsum Regem, pro Deo.

DERBYENSIS *Prioratus in agro* Derbiensi.

Carta regis Henrici *quarti.*

Records de termino S. Hillarii 3. H. 4. Rot. 4.

Henricus Dei gratia rex *Anglie, & Francie, &* dominus *Hibernie* omnibus ad quos presentes literæ pervenerint salutem. Sciatis quod cũ, ut accepimus, dominus *Henricus* quondam rex *Anglie* post conquestum tertius, progenitor noster, nuper per literas suas patentes in augmentationem & sustentationem status dilectarum nobis in Christo Priorissæ & conventus monialium tunc Prioratus de *Pratis* de Derby, dederit & concesserit eisdem Priorissæ & conventui ad exorandum pro anima *Johannis* patris prædicti *Henrici* regis, centum solidos in liberam puram & perpetuam elemosinam, percipiendos annuatim sibi & successoribus suis, de feodi firma villæ Notyngham, per manus ballivorum ibidem pro tempore existentium, quæ quidem literæ per subitum infortunium ignis, combuste exiterunt. Nos de gratia nostra speciali, & ad supplicationem prædictarum Priorissæ & conventus, & consideratione præmissorum, dedimus, & concessimus, pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est, præfatis Priorissæ & conventui, centum

tum solidos, percipiendos annuatim sibi & successoribus suis imperpetuum, de feodi firma villæ nostræ de **Notyngham**, per manus ballivorum ejusdem villæ pro tempore existentium, ad terminos sancti *Michaelis*, & Paschæ per equales portiones. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud *Westmonasterium* .... die Julii anno regni nostri primo.

Extenta terrarum.

Esc. 15. E. 1. n. 34. *Derb.*

EXtenta terrarum in **Derby** ad abbatiam de **Derby** vacante pertinentium, &c. Jur. dicunt quod dicta abbatia percipit annuatim de diversis tenentibus in **Derby** quatuordecim libras, & sex marcas argenti pro tribus molendinis aquaticis super **Hoddesbroke**. Extenta manerii de **Aldewerk**, & manerii de **Normanton**, & manerii de **Potterley**, & manerii de **Wytanton** pertinentium ad abbatiam de **Derby**.

Extenta abbatie de **Derby**. Jur. dicunt quod est ibidem una placea super quam abbatia fundata est, cum quodam Gardino & Curtilagio & valet per annum viginti solidos. Sunt ibi quatuor carucatæ terræ in dominico quarum quælibet continet sexaginta acras terræ, &c.

LAMBLEIENSE
Cœnobium (monialium) in agro Northumbrensi.

Cartâ Regis Johannis *de loco Abbatiæ, (&c.)*

Chart. 2. *Johan.* n. 9 m. 12.

Vide etiam Pat. 31. E. 3 part. 1. m. 20.

Johannes Dei gratia, &c. Sciatis nos concessisse & præsenti carta confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ* & sancto *Patricio* & sanctimonialibus de *Lambeleya* locum abbatiæ de *Lambeleya* super *Tinam*, liberum & quietum imperpetuum, cum omnibus pertinentiis suis, & pannagium liberum, & communem pasturam ex utraque parte *Tine* in toto feodo *Adæ* de **Tindale**, & *Helewisæ* uxoris ejus. Et capellam de **Sandiburnesele**, cum quatuor acris terræ in eodem loco, & omnes decimas & obventiones totius wasti ipsorum *Adæ* & *Helewisæ* de feodo suo. Confirmamus etiam eis rationabiles donationes quas *Helyas* nepos ipsius *Adæ* eis fecit de **Wrencrings** & de **Sandiburnesele**, & donationem quam mater ipsius *Helyæ* eis fecit de terra sua. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædictæ sanctimoniales habeant & teneant omnia prædicta bene & in pace, liberè, & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis, sicut carta prædictorum *Adæ* & *Helewisæ* rationabiliter testatur. Testibus, *Willielmo* de **Stutevill**, *Hugone Bardulph*, *Roberto* de **Ros**. Dat. per manum *S. Wellensis* archidiaconi, Apud **Cstoldes**ham xvj. die Februarii, regni nostri anno secundo.

STEINESFEILDENSIS
Prioratus in agro Lincolnienſi.

Lel. coll. vol. 1. p 87

STandeley, vulgò **Stanfeld** Prioratus monialium ordinis *Benedicti*.

Henricus filius *Henrici* de **Perey** primus fundator. redditus cxx. lib. Hic olim erant fratres.

Litera Walteri Ebor. *archiepiscopi de ecclesia de* **Gisleburne**.

Ex regist. S. *Petri Ebor.* penes decan. & capitulum *Ebor.* fol. 104. b.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Walterus* Dei gratia *Eboracen.* archiepiscopus *Angliæ* primas salutem in domino. Noveritis quod cum *R.* magister & *Custancia* Priorissa & moniales de **Staines feld** per indulgentias Romanorum pontificum ecclesiam de **Gisleburne** in **Craven**, in usus proprios convertere niterentur, & tam prædictus magister, quam Priorissa & moniales ordinationi nostræ precisè, & absolutè, & spontaneæ voluntate sua committerent. Nos de assensu & consilio decani & capituli nostri, de ecclesia prædicta ita ordinavimus; videlicet, quod assignavimus in usum Priorissæ & monialium dimidiam carucatam terræ in **Swindene**, & decimas garbarum tantum & leguminum de **Swindene**, de **Nappay**, de **Pathorne**, de **Newsum**, de **Pridhop**, de **Westby**, & de **Arnoldbigging**, ita tamen quod prædictæ Priorissa & moniales, occasione quarumcunque indulgentiarum, seu concessionum, nihil ulterius in prædicta ecclesia, de cætero, sibi possint vendicare, salvo sibi jure patronatus ejusdem ecclesiæ. Cætera autem omnia ad prædictam ecclesiam spectantia ad ejusdem ecclesiæ Rectorem, à dictis Priorissa & monialibus canonicè præsentandum perpetuo permanebunt. Quod ut ratum & stabile perseveret imposterum, præsenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Testibus, domino *N.* quondam *Mannia* & insularum episcopo, *R.* decano, & *G.* precentore *Eboraci* (*&c.*) Datum apud **Knaresburg** per manum magistri *Symonis* de **Evesham** xiij. kalend. Septemb. pontificatus nostri anno undecimo. Ad perpetuam etiam hujus rei firmitatem, unam partem hujus scripti sigillo capituli *Eboraci*, & alteram partem communi sigillo monialium de **Stainfeld** communiri fecimus.

In partitione baroniæ terrarum & feodorum militum *Willielmi* de **Perey** inter *Willielmum* comitem **Warwike**, & *Jocelinum* de **Lovein** jure *Agnetis* filiæ & cohæredis prædicti *Willielmi* de **Percy** facta in curia Regis ad scaccarium pasche postquam pax facta fuit inter Regem & filios suos inter alia.

Abbatia de **Whitby** in communi. Abbatia de **Staynfeld** est tota de parte *Jocelini*. [Unde colligi potest abbatiam fuisse fundatam ante mortem prædicti *Willielmi* de *Percy*, & verisimile ipse *Willielmus* fuit fundator, ut de Abbatia de *Salleya*.]

Esc. 31. E. 3. n. 22.

Moniales de **Staynfeld** ecclesias de **Munging** in

inicom. *Linc.* & de **Gisburne** in com *Ebor.* in proprios usus.

Pat. 4 H. 4 part. 1. m. 15. per Inspex.

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *& dux* Aquitaniæ, *Archiepiscopis* (&c.) *salutem. Sciatis nos concessisse & hac carta nostra confirmasse dilectis nobis in Christo Priorisse & monialibus de* **Staynfeld**, *quod ipsa & successores sui imperpetuum habeant liberam warennam in omnibus dominicis terris suis de* **Staynfeld** & **Appeley** *in com.* Lincoln. *dum tamen terra illa non sint infra metas foreste nostre. Ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum quod ad warennam pertineat sine licentia & voluntate ipsarum Priorisse & monialium vel successorum suorum super forisfacturam nostram decem librarum. Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum nostram apud* Westm. *viij. die Junii anno regni nostri xxj.*

Vide etiam Pat. 12. H. 6. part. 1. m. 1.

MODBURYENSIS
Prioratus in agro Devonienſi.

De advocatione ejusdem.

Ex autographo penes *Wilhelmum Poole de Oute* in comitatu *Devoniæ* armigerum. fol. 18.

NOtum sit omnibus quod cum contentio orta fuisset inter *Idam* quæ fuit uxor *Jacobi Exton* militis, & *Ricardum* de *Campo-Arnulphi*, de manerio de **Modbury** cum pertinentiis & advocatione Prioratus ejusdem manerii, super quod prædicta domina *Ida* tenere clamabat ad terminum vitæ suæ prædictum manerium cum pertinentiis per quendam finem levatum in curia domini Regis in octabis sancti *Hillarii* anno 9. *E.* 2. inter prædictos dominum *Jacobum* & *Idam* querentes & *Henricum* **Lappesoz** deforciantem, de manerio de **Modbury** cum advocatione prædicta (*&c.*) Tandem amicis mediantibus (*&c.*) prædicta *Ida* remisit prædicto *Ricardo* totum jus in manerio prædicto (*&c.*) Teste (*&c.*)

CESTRENSE
Cœnobium monialium.

Carta fundationis per Ranulphum *comitem* Cestriæ.

Par. an. 1. *Hen.* 4 par. 7. m. 4. per Inspex.

RANULPHUS comes *Cestriæ*, episcopis, archidiaconis, decanis, abbatibus, constabulariis, dapiferis, justiciariis, baronibus, vicecomitibus, ministris, & ballivis & burgensibus suis & omnibus hominibus suis *Francis* & *Anglis*, clericis & laicis, universisque sanctæ Dei ecclesiæ filiis, tam futuris quàm presentibus, salutem. Sciatis me dedisse, & in perpetuam elemosinam concessisse Deo & sanctæ *Mariæ* & monialibus *Cestriæ*, nostris in Christo sororibus, illas croftas quas *Hugo* filius *Oliveri* de dominio meo tenuit, concessione & bona voluntate ipsius *Hugonis*, ita quod illas clamavit quietas coram me & comitissa & quamplurimis baronum meorum, liberas & immunes ab omnibus secularibus servitiis & omnimoda subjectione, ad ædificandam ibi ecclesiam in honore Dei & sanctæ *Mariæ*, in remissionem peccatorum meorum, & ad fundamentum sui ædificii. Volo igitur & præcipio, quod ecclesia illa in elemosina mea fundata, de toloneto & omni exactione seculari libera sit, & quieta, & curiam suam & dignitatem ac libertatem in omnibus & per omnia prout libera exigit elemosina habeat. Quare vobis mando diligenter & obsecro, quatinus prædictam ecclesiam & moniales ibidem Deo & sanctæ *Mariæ* jugiter servientes, cum omnibus ad illas pertinentibus, pro Deo & communi salute meæ videlicet animæ & uxoris meæ, manuteneatis & protegatis, & ne patiamini quod elemosina mea depravetur, neque moniales in ea manentes ab aliquibus vexentur. Testibus, *Johanne* & *Rogero* capellanis, *Matilda* comitissa, *Hugone* filio comitis, *Fulcone* de **Buch-sard**, *Radulpho Mansell*, *Richardo* pincerna. Apud *Cestriam.*

ROSSEDALENSE
Cœnobium in agro Eboracenſi.

Carta Regis cœnobii possessiones recitans & confirmans.

Cart. an. 2 *Ed* 3. m. 25. n. 82.

REX archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus cartam confirmationis domini *J.* quondam Regis *Angliæ* progenitoris nostri, in hæc verba. *Johannes* Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ*, comes *Andegaviæ*, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, Præpositis & omnibus ballivis & fidelibus suis salutem. Sciatis nos concessisse, & hac carta nostra confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* & sancto *Laurentio* de **Rossedale** & monialibus ibidem Deo servientibus rationabilem donationem quam *Robertus* de **Stutevill** eis fecit in liberam puram & perpetuam elemosinam, de valle de **Rossedale**, cum omnibus pertinentiis suis per divisas in carta ipsius *Roberti* nominatas, & de toto prato de **Bagghthuait**, sicut carta ejusdem *Roberti* quam prædictæ moniales inde habent rationabiliter testatur, & similiter de toto tanno de bosco ipsius *Roberti* usque ad **Crepton** scisso per visum forestariorum nostrorum. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædictæ moniales habeant & teneant prædicta tenementa, cum omnibus pertinentiis suis bene & in pace, liberè & quietè, integrè & plenariè in omnibus locis & rebus cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad ea pertinentibus, sicut prædictum est. T. *Petro* de **Bruys**, *Rogero* de *Monte-*

Begonis, *Matheo* filio *Herberti*, *Willielmo* de *Cantilupe*, *Simone* de **Pateshill**, *Jacobo* de *Poterna*, *Galfrido Luterel*. Datum per manum *Hugonis de Well.* apud *Eboracum*, xvj. die Augusti, anno regni nostri xj. Nos autem concessionem & confirmationem prædictas, necnon donationem concessionem & confirmationem quas *Robertus* de **Stutevill** fecit prædictis monialibus per scriptum suum de valle de **Rossedale**, à divisis *Petri* de **Brus**, in longitudine versus solem usque ad **Anchon**, & in latitudine de magna via que jacet juxta **Anchon** usque in **Synene**, cum omnibus pertinentiis suis, & de toto prato de **Baggethwait**, & toto tanno de toto bosco ipsius *Roberti* usque sub *Croptona*, in liberam puram & perpetuam elemosinam.

Donationem etiam, concessionem, & confirmationem quas *Eustachius* de **Stutevill** per scriptum suum fecit prædictis monialibus de toto loco de **Baggethwait**, exceptâ tantummodo forgia sua, necnon de toto prato de **Baggthwait** sine ullo retenemento, scilicet à **Smalesikes** usque in **Synene**, & a **Smalesikes** usque ad propriam terram prædictarum monialium versus aquilonem, tam in longitudine quàm in latitudine, ac etiam de communa cum ipso *Eustachio* & cum hominibus suis totius pasture sue à **Bagethwait** usque ad **Amoth**, tam in longitudine quam in latitudine, in boscis & planis, in moris & mariscis, cum omnibus libertatibus & aisiamentis suis, in liberam puram & perpetuam elemosinam.

Donationem insuper concessionem & confirmationem quas *Eustachius* de *Stutevilla* per cartam suam fecit prædictis monialibus de toto prato de **Baggethwait** sine ullo retenemento scilicet à **Smalesikesheved** usque in **Synene** & a **Smalesikes** usque ad propriam terram prædictarum monialium versus aquilonem, tam in longitudine quàm in latitudine, cum omnibus pertmentiis, libertatibus, & aisiamentis, in liberam puram & perpetuam elemosinam.

Remissionem etiam & quietam clamantiam quas idem *Eustachius* per scriptum suum prædictum fecit eisdem monialibus de forgia quam habuit aliquando in **Baggethwait**, non obstante aut contradicente aliqua exceptione facta de prædicta forgia in carta ipsius *Eustachii* eisdem monialibus inde facta: Ita quod eadem forgia penitus amoveatur & à nullo hominum umquam readificetur, & quod nec idem *Eustachius* nec hæredes sui nec aliquis alius posset extunc forgiam aut aliquam domum in elemosina prædictarum monialium erigere, aut aliquid aliud facere ad ipsarum dampnum seu nocumentum. Confirmationem eciam, remissionem, & quietam clamationem quas *Johannes Wake*, filius & heres domini *Baldewini Wake*, pro se & hæredibus suis, fecit eisdem monialibus per scriptum suum de toto jure & clamco quod habuit vel habere poterit in valle de **Rossedale**, (*&c.*)

Confirmationem insuper, & ratificationem quas *Thomas Wake* dominus de **Libell**, filius & hæres *Johannis Wake*, pro se & hæredibus suis, fecit Prioriſſe de **Rossedale**, & monialibus predictis, per litteras suas de valle de **Rossedale**, (*&c.*) à divisis *Petri* de **Brus** in longitudine versus solem usque ad **Anchon**, & in latitudine de magna via que jacet juxta **Anchon**, usque in **Synene**, cum omnibus pertinentiis suis, & de toto prato de **Baggethwait**, & de toto tanno de toto bosco ipsius *Thome* usque sub *Croptona*, & de toto loco de **Baggethwait**, necnon de toto prato de **Baggethwait**, sine ullo retenemento, scilicet, a **Smalesikes**, usque in **Synene**, & a **Smalesikes** usque ad propriam terram predictarum monialium versus aquilonem, tam in longitudine quàm in latitudine, ac etiam de communa cum ipso *Thoma* & cum hominibus suis totius pasture sue à **Bagethwait**, usque ad **Amoth**, tam in longitudine quam in latitudine, in boscis & planis, in moris & mariscis, cum omnibus libertatibus & aisiamentis suis, necnon de toto predicto loco & prato de **Baggethwait**, sine ullo retenemento, scilicet à **Smalesikesheved**, usque in **Synene**, & à **Smalesikesheved** usque ad propriam terram predictarum monialium, tam in longitudine quàm in latitudine, cum omnibus pertinentiis, libertatibus & aisiamentis, in liberam puram & perpetuam elemosinam, ac eciam de predicta forgia superius excepta, ita quod eadem forgia amoveatur & a nullo hominum unequam reedificetur, quodque nec idem *Thomas* nec heredes sui, nec aliquis alius posset extunc forgiam aut aliquam domum in elemosina predictarum monialium erigere, aut aliquid aliud facere ad ipsarum dampnum seu nocumentum. Habendum & tenendum eisdem Prioriſſe & Monialibus, & earum successoribus imperpetuum in forma supra scripta, absque impedimento calumpnia interpositione seu intermissione ipsius *Thome*, heredum suorum, ballivorum, forestariorum, & ceterorum ministrorum suorum, seu aliorum quorumcumque. Concessionem eciam ratificationem & confirmationem quas *Nicholaus* de **Stutevill** fecit prefatis monialibus, per scriptum suum de predicta valle de **Rossedale**, secundum limites constitutos in carta **Roberti** de **Stutevill**, filii ipsius *Nicholai*, & de toto prato in **Baggethwait**, & de toto tanno suo de toto bosco ipsius *Nicholai*, usque sub *Croptona*, in liberam puram & perpetuam elemosinam.

Donationem insuper & confirmationem quas *Sibilla* de *Valoniis*, in libera viduitate sua, per cartam suam fecit præfatis monialibus de ecclesia de **Thorppenhou**, in *Karl.* dioceſi, in liberam puram & perpetuam elemosinam. Concessionem eciam & confirmationem quas *Eustachius* de *Stutevilla* filius *Roberti* de *Stutevilla*, per cartam suam fecit predictis monialibus de predicta ecclesia de **Thorppenhou**, in liberam puram & perpetuam elemosinam. Donationem insuper concessionem & confirmationem quas *Alanus Malekake* per cartam suam fecit predictis monialibus de una bovata terre cum tofto & crofto & aliis pertinentiis suis in **Loketon**, & de sede 1. bercarie cum 1. acra in *Kaitscrofte* ad **Wunscarlit**, & de maeremio & aliis necessariis habendis in bosco ipsius *Alani* de **Staynedale**, ad predictam bercariam reparandâ necnon de pastura in eadem villa de **Loketon**, ducentis ovibus & uni carucate boum, & duobus equis, & decem vaccis & uni tauro, & decem suibus, & uni apro cum sequela sua unius anni, in liberam puram & perpetuam elemosinam.

Dona-

Donationem eciam concessionem & confirmationem quas *Alanus Malekake* per cartam suam fecit eisdem monialibus de tota terra sua ab **Abunescard** usque ad **Nordyane**, quod est propinquius **Liteldale** in **Retelthorp**, cum pertinentiis suis, libertatibus & aisiamentis, in boscis & planis, & pasturis, sine ullo retenemento, & de toto prato ipsius *Alani*, quod habuit in **Wideldayl** in prato de **Pykeringe** propinquius prato *Gaufridi* filii *Walteri* filii *Tocke* versus solem, & tendit ab aqua de **Pykeringe** usque ad aquam de *Coftain* longitudine, ac eciam de pastura ducentis ovibus in pastura que pertinet ad **Loketon**, & **Retelthorp**, in liberam puram & perpetuam elemosinam.

Donationem etiam concessionem et confirmationem quas *Willielmus* filius *Alani Malecake* per cartam suam fecit eisdem monialibus de tota terra ab **Abunescard** usque ad **Nordyane** cum pertinentiis, et de toto prato quod dictus *Alanus* pater suus dedit eis in **Wideldayl** in prato de **Pykeringe**, et de pastura ducentis ovibus in pastura de **Loketon** et **Retelthorp** in liberam puram et perpetuam elemosinam.

Donationem insuper, concessionem et confirmationem quas *Willielmus* de **Bolebek** per cartam suam fecit eisdem monialibus de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Neuton**, illas videlicet quas tenuit de *Hugone Bardolf*, cum tofto et crofto propinquioribus curie ipsius *Willielmi* in latitudine quinque perticarum versus solem, unde due perticate et dimidia sunt extra curiam suam, & due perticate & dimidia infra curiam suã versus solem. Ac etiam de pastura trecentarum bidentium in liberam puram et perpetuam elemosinam.

Donationem etiam concessionem & confirmationem quas *Rogerus* de **Bolebek** per cartam suam fecit prædictis monialibus de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in **Neuton** quas *Willielmus* de **Bolebek** pater suus eis dedit, unam videlicet de focagio & aliam de baronia, & de tofto & crofto quæ jacent inter toftum *Johannis* de **Oly**, et toftum *Radulfi* filii *Willielmi*, et de redditu duorum solidorum per annum; Ac etiam de uno tofto quod *Willielmus Wildebru* tenuit de ipso *Rogero* in eadem villa, unà cum homagio ejuidem *Willielmi* et hæredum suorum, cum omnibus pertinentiis suis libertatibus et aisiamentis ad prædictas terras et prædictum redditum pertinentibus in bosco et plano, pratis, et pasturis, moris, et mariscis, viis, aquis, et semitis, et in omnibus locis et aisiamentis ad ipsam villam pertinentibus, in liberam puram et perpetuam elemosinam.

Donationem insuper, concessionem et confirmationem quas *Rosia* de **Bolebek** filia *Willielmi* de **Bolebek** per cartam suam fecit prædictis monialibus de una bovata terræ cum pertinentiis in **Neuton**, et de redditu duorum solidorum et decem denariorum percipiendorum per annum de *Thoma* filio *Radulfi* de **Neuton** et hæredibus suis pro una bovata terræ et uno tofto in eadem villa in perpetuam elemosinam.

Donationem etiam, concessionem et confirmationem quas *Adam* filius *Johannis* de **Neuton** per cartam suam fecit prædictis monialibus de uno tofto et una bovata terræ cum pertinentiis in **Neuton**, illud videlicet toftum et illam bovatam terræ quæ habuit de dono *Alicie* filiæ *Thome* filii *Radulfi*, in puram et perpetuam elemosinam.

Donationem insuper, concessionem et confirmationem quas *Rogerus* de **Latton** per cartam suam fecit prædictis monialibus de duabus bovatis terræ in **Farmanelby**, illas scilicet quas *Rogerus Racine* tenuit, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et aisiamentis ad eandem terram pertinentibus, in bosco in plano, in pratis et pasturis, et in omnibus locis infra villam et extra sine ullo retenemento in liberam puram et perpetuam elemosinam.

Donationem etiam concessionem et confirmationem quas *Radulfus Bardolf* per cartam suam fecit eisdem monialibus de uno tofto cum crofto et aliis pertinentiis suis in **Farmanelby** in liberam puram et perpetuam elemosinam.

Donationem insuper concessionem et confirmationem quas *Robertus* de **Carwindelaine** miles per scriptum suum fecit prædictis monialibus de iij. bovatis terræ cum pertinentiis in **Calthorn** in perpetuam elemosinam.

Donationem etiam concessionem et confirmationem quas *Robertus* de **Carwindelan** per scriptum suum fecit prædictis monialibus de una bovata terræ cum pertinentiis in **Calthorn** et de una acra terræ cum pertinentiis in eadem villa, in liberam puram et perpetuam elemosinam.

Donationem insuper, concessionem et confirmationem quas *Matill.* quæ fuit uxor *Americi* de **Scarbeburgh** per cartam suam fecit prædictis monialibus de sex lagenis olei annuatim infra xv. dies post festum nativitatis sancti *Johannis Baptiste*, de quodam tofto in **Burtondale** jacente inter toftum beati *Nicholai* & toftum *Sivardi* Pictoris, & de quodam alio tofto super **Rameldale**, infra murum quod fuit *Willielmi* filii *Gamelli* imperpetuum percipiendis. Concessionem eciam donationem & confirmationem quas *Willielmus* filius *Matill.* de **Brorton**, per cartam suam fecit predictis monialibus de quadam salina in Mersco de **Cotum**, cum omnibus pertinentiis libertatibus et aisiamentis eidem saline pertinentibus, in liberam puram et perpetuam elemosinam. Donationem insuper, concessionem et confirmationem quas *Alanus* filius *Ulfi* per cartam suam fecit predictis monialibus de uno messuagio, cum pertinentiis in **Wideton**, continente in latitudine quatuor perticatas et in longitudine xl. perticatas, ac eciam de quatuor rodis terre et dimidia juxta crucem lapideam in eadem villa, cum omnibus pertinentiis, libertatibus et aisiamentis suis, in liberam puram et perpetuam elemosinam.

Donationem eciam concessionem et confirmationem quas *Terric* de **Rubyok**, per cartam suam fecit prefatis monialibus de duabus acris prati, cum pertinentiis in **Skelton**, in liberam puram et perpetuam elemosinam: Ratas habentes et gratas eas pro nobis et hæredibus nostris, quantum in nobis est, prefatis Prioriſſe et monialibus et earum successoribus concedimus et confirmamus, sicut Cartæ et Scripta predicta rationabiliter testantur, et prout predicte Prioriſſa et Moniales et earum predecessores libertatibus predictis hactenus

nus rationabiliter usę sunt et gaviſe. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W.* archiepiſcopo *Ebor. Anglię* primate. *J. Elien.* epiſcopo Cancellario noſtro. *J. Wynton* epiſcopo. *Edmundo* Comite *Kancie*, avunculo noſtro cariſſimo. *Thoma Wake. Henrico* de *Bello monte*, *Johanne* de *Roos* Seneſcallo hoſpitii noſtri et aliis. Datum per manum noſtram apud *Eboracum* viceſimo-ſexto die Februarii.

PEMBROKENSIS *Prioratus.*

Carta Walteri Mareſchalli *comitis* Pembrochiæ.

Pat. 5. E. 3. part 1. m. 38 per Inſpex.

OMnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum inſpecturis, vel audituris, *Walterus Mareſcallus* comes *Pembrochiæ*, ſalutem in domino. Noveritis nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac preſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & Prioratui ſancti *Nicholai* de **Pembroll** & monachis ibidem Deo ſervientibus unam bovatam terræ & unam croftam cum pertinentiis in manerio de *Caſtro-Martini*, quas *Johannes* qui fuit rector eccleſiæ de *Caſtro-Martini* aliquando tenuit, Tenendas & habendas in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Nos verò & hæredes noſtri prædictas bovatam terræ & croftam, cum omnibus pertinentiis ſuis libertatibus & liberis conſuetudinibus ad liberam elemoſinam pertinentibus prædictis Prioratui & monachis contra omnes gentes warrantizabimus in perpetuum. Ut autem hæc noſtra donatio conceſſio & confirmatio futuris temporibus robur perpetuæ firmitatis optineat, præſentem cartam ſigilli noſtri impreſſione roboravimus. Hiis teſtibus domino *Gilberto* de **Walle** tunc ſeneſcallo *Penbrokiæ*, *David* de **Barry**, *Guydone* de **Bryan**, *Nicholao* filio *Martini* (*&c.*)

Ibid.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos præſens charta pervenerit, *Willielmus Mareſcallus* comes *Penbrochiæ* ſalutem. Sciatis me intuitu charitatis & pro ſalute animæ meæ, *Iſabellæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, conceſſiſſe dediſſe & hac præſenti charta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ beati *Johannis Evangeliſtæ*, & beati *Nicholai* confeſſoris de **Penbroch** & monachis ibidem Deo ſervientibus, decimas molendinorum meorum de **Penbroke** & de **Tynbeh** & de *Caſtro-Martini*, in liberam puram et perpetuam elemoſinam habendas, ſcilicet de omnibus commodis quæ de eiſdem molendinis ad me pervenerint vel hæredes meos. Ut autem hæc donatio mea rata & ſtabilis perſeveret, eam præſenti carta mea, & ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus *Gaufrido Menevenſi* epiſcopo, *Roberto* filio *Richardi*, *Gaufrido* filio *Roberti*, *Radulfo Blunt*, *Nicholao Avenel*, (*&c.*)

S. CLEMENTIS *juxta* Eboracum *Prioratus.*

Carta Thurſtini Eboracenſis *archiepiſcopi de fundatione ejuſdem.*

Ex autographo in bibl. Hattoniana.

IDei gratia *Eboracenſis* archiepiſcopus omnibus ſucceſſoribus ſuis decanis *Eboracenſibus*, totique capitulo ſancti *Petri* & omnibus tenentibus ejus, clericis, & laicis, *Francis* & *Anglis*, ſalutem. Sciatis me dediſſe & preſenti carta confirmaſſe Deo & ſancto *Clementi* & monialibus ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam, pro anima mea & animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, ſcilicet locum in quo monaſterium & ædificia monialiũ conſtructa ſunt, cum duabus carucatis terræ in territorio *Eboraci*, & viginti ſolidos de feria mea quam habeo in *Eboraco* perpetuò ſingulis annis habendos. In **Sudewell** ſex perticatas terræ. In **Puchehill** ad edificandam monialibus domum in ſuam hoſpitationem; tres ſolidos in molendino quodam; & decimam de altero molendino ibidem; Et duas acras terræ, unam infra villam ad hoſpitandum, alteram in mora extra villam, & decimam quatuor molendinorum ibidem. Et apud **Ripun** in villa **Punchetone** quinque ſolidos de decima molendini cujuſdam. Et unam acram terræ in *Otheleio*, cum decima molendini cujuſdam. Et decimam pomarii ſui ibidem; & decimam duorum molendinorum in *Wiltona*. Et unam bovatam terræ in **Bawde**. Et ſervitium *Willielmi Mala-opera* quod archiepiſcopo debet pro tenura ſua de feudo archiepiſcopi, videlicet ſex ſolidos & octo denarios, quos ipſe & hæredes ſui per ſingulos annos jure perpetuo monialibus reddunt. Et ipſe prædictus *Willielmus* clamavit quietam calumniam ſuam de quatuor manſuris terræ, & de domibus ſuis quas prædictæ moniales habuerunt; Et pratum ſuum quod ſub habitaculo earum eſt dedit eis in feudo perpetuo. Hiis teſtibus, *Hugone* decano, *Willielmo* theſaurario *Willielmo* filio *Cole* archidiacono, *Turſtino* archidiacono, *Willielmo* filio *Durandi* archidiacono, *Hugone Sotewain*, *Radulfo*, *Serlo*, *Toſti*, *Holdeberto*, *Fulcone*, *Ailrico*, *Ranulfo*, *Leroldo*, *Nicholao*, *Richero* Canonicis; & multis aliis.

Carta *H* Decani & Capituli ſancti *Petri Eboraci*, monialibus ſancti *Clementis* juxta *Eboracum*, de confirmatione ſitus loci & terrũ eidem ſpectantibus.

Ex autographo in turri b *Mariæ Ebor.*

H*Decanus & Capitulum ſancti* Petri Eboraci, *omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & hac cartâ præſenti confirmaſſe Deo & ſancto* Clementi, *& monialibus ibidem Deo ſervientibus, omnia quæ* T. *piæ memoriæ archiepiſcopus eis in puram & perpetuam elemoſinam dedit & confirmavit. Scilicet locum in*

quo

quo monasterium, & ædificia earum constructa sunt, cum duabus carucatis terræ, in territorio Ebor. *& viginti solidos de feria quæ tenetur* Eboraco, *perpetuò singulis annis habendos. In* Sudewella *sex perticatas terræ in* **Buchehil**, *ad ædificandam monialibus domum in suam Hospitationem, tres solidos in molendino quodam, & decimam de altero molendino ibidem, & duas acras terræ, unam infra villam ad Hospitandum; alteram in mora extra villam, & decimam quatuor molendinorum ibidem, & apud* **Ripum** *in* Munketona *quinque solidos de decima molendini, & unam acram in* Otelcia, *cum decima molendini, & decimam pomerii sui ibidem, & decimam duorum molendinorum in* Waletona, *& unam bovatam terræ in* **Baiode**, *& servitium* Malesoures *quod debet archiepiscopo pro tenura sua de feodo archiepiscopi, scilicet sex solidos & octo denarios, quos ipse & hæredes sui annuatim inde perpetuo monialibus reddunt & ipse* W. *clamavit quietam calumpniam suam de quatuor mansuris terræ, & de domibus suis quas prædictæ moniales habuerunt, & pratum suum quod sub habitaculo earum est, dedit eis in feudo perpetuo.* Valete in Domino.

Carta Regis Henrici *tertii.*

Cart. 1. E. 3. n. 44 per Inspex.

EDwardus (*&c.*) Inspeximus (*&c.*) *Henricus* Dei gratia Rex *Angliæ* & Dux *Normaniæ* & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiscopis, (*&c.*) salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti carta confirmasse ecclesiæ sancti *Clementis* in *Eboraco*, & monialibus in ea Deo servientibus donationes quas subscripti rationabiliter eis in puram & perpetuam elemosinam fecerunt, & cartis suis confirmaverunt. Ex dono *Thurstani Eboracensis* archiepiscopi servicium *Willielmi Malesoveres* & hæredum suorum, quod ipsi archiepiscopo faciebant pro duabus carucatis terræ in *Melesordia*, & *Grimestona*, sicut carta ejus testatur, & carta *Willielmi* decani, & capituli sancti *Petri Eboracensis*. Ex dono *Thomæ Malesoveres* sex bovatas terræ in *Grimestona*, cum omnibus pertinentiis suis, & cum mansura dominii sui, & tres bovatas terræ, duas in eadem villa, & unam in *Milesorda*, secundùm quod carta ipsius *Thomæ* testatur. Ex dono *Willielmi Fossard* junioris totam terram de **Spunthealt** sicut *Thomas Mala-opera* eis dederat, & *Agnes Fossart* concesserat secundùm testimonium cartæ ipsius *Willielmi*. Ex dono *Alexandri* de *Rievilla* & *Roberti* hæredis ipsius quadraginta acras in territorio de *Saxtona* cum omnibus pertinentiis in campo & thofto, & croftho, & communem pasturam, & ingressum & egressum per decem solidos annuatim ab ipsis monialibus eis reddendos, sicut cartæ & chirographum inde inter eos factum testatur: Et ex dono ejusdem *Alexandri* de *Rievilla*, & hæredis ipsius duas acras terræ in territorio de *Saxtona* secundùm testimonium cartæ ipsius. Ex dono *Gilberti* filii *Nigelli* totum pratum tam hospitatum, quam non hospitatum quod est sub habitaculo earundem monialium per duodecim denarios ipsi *Gilberto* & hæredibus suis annuatim reddendos. Ex dono ejusdem *Gilberti* totam terram quam recepit ab ipsis monialibus in escambium pro prato quod est sub habitaculo earum, quæ terra prædicta earundem monialium prius fuerat. Ex dono *Radulfi* de **Beanner** & *Constantiæ* sponsæ suæ & hæredum illorum, terram eorum in *Eboraco* juxta *Usam* per duodecim denarios ad Pentecosten annuatim reddendos, & per hospitium in eadem terra in *Eboraco* habendum ad proprias expensas ipsius *Radulfi* & antecessorum & successorum ipsius, sicut carta *Roberti* de **Beanneir** fratris sui & sua testantur. Ex dono *Walteri* de **Kidel**, & *Edæ* uxoris ejus duas bovatas terræ in **Grimeston** secundum conventionem inde inter eos & moniales illas factam, & carta eorum confirmatam. Ex dono *Gaufridi Hages* quinque solidos sicut carta ejus testatur. Ex dono *Radulfi* de *Amundavilla* assensu hæredum suorum dimidiam marcam argenti in molendino in *Prestona* in *Cravena*. Et ex concessione *Hugonis* filii *Audoeni*, & hæredum ipsius terram in *Chatmangeregata* & terram in *Heretegata*, quas pater ipsius *Hugonis*, & *Romilda* mater ejus dederant eis in elemosinam, sicut cartæ prænominati *Radulfi* de *Amundavilla* & ipsius *Hugonis* testantur. Quare volo (*&c.*) T. *G. Elienſi*, & *H. Dunelmenſi* episcopis, *Johanne* decano *Sarum*, comite *Willielmo* de *Mandevilla*, *Richardo* de **Luci**, *Richardo* de **Humet** constabulario, *Willielmo* filio . . . dapiferi, *Ran.* de **Glanvill**, *Raginaldo* de **Curtenè**, *Willielmo* de **Lanvall**, *Thoma Basset*, *Hugone* de *Creissi*, *Thoma Bard:* Apud *Eboracum*. Nos autem donationes, concessiones, & confirmationes prædictas; necnon donationem & concessionem quas *Alicia* de **Stavelay** in libera poteſtate & viduitate ſua fecit per ſcriptum ſuum monialibus loci prædicti de eccleſia de *Ortona* pertinente ad illas duas bovatas terræ, quas *Adam* pater ipſius *Aliciæ* dedit prædictis monialibus in villa de **Ozton**; appropriationē etiam quam *Walterus* quondam archiepiſcopus *Eboracenſis* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem monialibus de prædicta eccleſia de **Ozton** in proprios uſus imperpetuum poſſidenda, ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto Prioriſſæ & monialibus loci prædicti & earum ſucceſſoribus concedimus, & confirmavimus ſicut cartæ, & ſcripta prædicta rationabiliter teſtantur, Et prout eædem Prioriſſæ & moniales, & earum prædeceſſores prædicta terras & tenementa & eccleſiam hactenus rationabiliter tenuerunt. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W.* archiepiſcopo *Eboracenſi Angliæ* Primate. *J. Elienſi* epiſcopo cancellario noſtro, *H. Lincolnienſi* epiſcopo theſaurario noſtro (*&c.*) Datum per manum noſtram apud *Eboracum* viceſimo tertio die Junii anno regni noſtri primo.

Per ipſum Regem pro Deo.

Anno gratiæ MCxcij. *Gaufridus Eboracenſis* archiepiſcopus, dedit & charta ſua confirmavit abbatiæ de *Godeſtave*, Prioratum ſancti *Clementis* in *Eboraco*. Sed moniales ſancti *Clementis*, quæ ſemper ab ipſis eccleſiæ ſuæ fundamentis libere extiterant, noluerunt obedire abbatiæ de *Godeſtave*, facta appellatione ad dominum Papam pro libertatibus eccleſiæ. Rog. Hoved fol. 408. b.

CESTRE-

CESTREHUNTENSIS

Prioratus, in agro Herefordensi.

Carta Regis Henrici *tertii.*

Pat. 18. E. 2. part. 2. m 9 per Inspex.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, comes *Andegaviæ*; Archiepiscopis *(&c.)* salutem. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum nostrorum, & hæredum nostrorum, dedisse, concessisse, & hac Carta nostra confirmasse Priorisse & Monialibus de **Cesthonte**, totam terram & omnia tenementa, cum omnibus pertinentiis suis, quæ canonici de **Cathale**, quos amoveri fecimus, aliquando tenuerunt. Habendum & tenendum de nobis & hæredibus nostris sibi & successoribus suis in liberam puram & perpetuam elemosinam. Quare volumus *(&c.)* Datum per manum nostram apud *Westmonasterium* undecimo die mensis Augusti anno regni nostri vicesimo quarto.

FINCHALENSE

Cœnobium in episcopatu Dunelmensi.

Ex *Gulielmi Neubrigensis* hist. li. 2. cap. 20.

IIsdem temporibus ferè, venerabilis Eremita, *Godricus* de *Finchale* (loco scilicet solitario sic dicto) non longe a civitate *Dunelmensi* super amnem *Wirum*, annis maturus & meritis, in Domino requievit, in quo plane cernere erat pium altumque divinitatis beneplacitum, *ad confusionem nobilium, & magnorum, ignobilia Mundi & contemptibilia eligentis.* Cum enim esset Rusticanus, & ideota, *nihilque sciens nisi* Jesum Christum *& hunc crucifixum*, quod utique quantumlibet obtusis, & rudibus, totisque hausit ossibus ignem, quem Dominus misit in terram. Denique cælibatum, quem Deo gratum & sublimis esse meriti fortè didicerat devotè amplexus, in cibo & potu, in verbo & gestu, homo simplicissimus, decente cum gravitate servare modum studuit. Velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & in ipsa locutione parcissimus. Flere cum flentibus doctus; ridere autem cum ridentibus, & jocari cum jocantibus nescius. Juvenis sepulchrum Dominicum in multa paupertate nudis incedendo pedibus visitavit, reversusque ad propria locum apertum, ubi Deo serviret, sollicitè quæsivit. Accepitque in somniis *(sicut aiunt)* ut locum, *Finchala* dictum, quereret, ibidem Deo volente victurus. Quem tandem post multam lustrationem inveniens, ibidem cum sorore paupercula, primùm, & eâ defunctâ, solus multo tempore habitavit. Vitæ autem ejus districtio ferè supra humanum modum fuisse perhibetur. Memoratus quidem locus sylvosus est, sed modicam habet planitiem, quem ille fodiendo exercens, fructum ab eo annuum, quo utcunque sustentaretur exigebat, & quantulamcunque poterat advenientibus exinde charitatem exhibebat. Sanè *Dunelmensi* ecclesiæ mundissime vitæ merito commendatus, talem sancti Collegii ibidem consistentis circa se providentiam meruit; ut senior monachus ad hoc ipsum deputatus, crebrò eum visitaret, tum instructione simplicitatis rustice, tum etiam ut participatione sacri ministerii certis diebus muniretur. Diu quidem Hostis antiquus hominem simplicissimum insidiando circumvenire tentavit. Ubi autem insidias vidit minùs procedere, simplicitatem saltem prestigiis curavit illudere. Sed vir Dei hostiles & cautè vitavit insidias, & constanter sprevit, derisitque prestigias; Beatissimo maximè *Johanne Baptista*, quem specialiter diligebat, crebriùs eum visitante, informante & roborante; Hoc modo usque ad decrepitam vivens ætatem, paucis ante mortem annis, senilium defectu membrorum, decubuit, & diebus plurimis quantulascunque in moribundo corpore vitæ reliquias modico lactis haustu servavit.

Illis diebus videre eum, & alloqui mihi, in oratorio proprio juxta sacrum altare jugiter decumbentem. Cumque toto ferè corpore quodamodo premortuus videretur, expeditè tamen loquebatur, illa ori ejus familiaria verba, scilicet, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum sepiùs replicans; In vultu autem ejus mira quedam dignitas, & decus insolitum visebatur. Transiit ergo senex & plenus dierum, idemque loci spatium ejus nunc corpus occupat, quo vel orans pro cumbere, vel egrotus decumbere consueverat.

Charta *Ranulphi Dunelmensis* episcopi, de Heremitorio *Finchalensi* monachis *Dunelmensibus* concesso.

Ex archivis penes registri custodem *Dunelm.* ecclesiæ an. 1638.

RAnulphus *Dei gratia*, Dunelmensis *episcopus, omnibus hominibus suis* Francis & Anglis *de* **Walwercfolc**, *salutem. Sciatis me dedisse, & presenti Carta episcopali autoritate confirmasse* Algaro *Priori, & omnibus successoribus ejus & Monachis in* Dunelmo *conversantibus, in liberam & perpetuam elemosinam, Heremitorium de* **Finchale**, *cum aquis suis, & piscaria, & omnibus rebus ceteris adjacentibus, quod fratri eorum* Godrico *in vita sua, de eis tenendum, eorum concensu concessi. Quare volo & firmiter precipio quatinus prefatum locum, cum omnibus pertinentiis suis, liberè & quietè imperpetuum possideant; Et post obitum fratris eorum* Godrici, *quem voluerunt de fratribus suis ibi liberè sint aliqua contradictione, statuant, vel removeant.* Valete. *Testibus* Michaele *archidiacono, & magistro* Roberto *de* **Calfmont**, & multis aliis.

Carta

Carta fundationis Prioratus de Finchale *juxta* Durham.

Ex archivis penes registri custodem decani & [illegible]

HUgo Dei gratia *Dunelmensis* episcopus, omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, ad quos litere presentes pervenerint, salutem. Noverit universitas vestra nos dedisse, & concessisse,& prerificentius eam habebat quando in manu sua erat; Et decimum denarium de redditu molendinorum suorum de *Novo-burgo* in *Walia*, & decimum denarium de redditu ipsius villæ *Novi-burgi*, Et decimum denarium de redditu forestæ suæ quam *Candelanus* custodire solebat, Et decimum denarium molendini sui de *Runna*, Et decimum denarium molendinorum suorum de *Sta-*

Finchalense Cœnobium
Episcopatu Dunelmensi.

Chartæ antiquæ litera. T. n. 24.

Carte 3. E. 3. m. 48 per Inspex. Vide etiam Pat 51 E 4. part. 3. m. 24.

CESTREHUNTENSIS
Prioratus, in agro Herefordenſi.

tandem poſt multam luſtrationem inveniens, ibidem cum ſorore paupercula, primùm, & eâ defunctâ, ſolus multo tempore habitavit. Vitæ autem ejus diſtrictio ferè ſupra humanum modum fuiſſe perhibetur. Memoratus quidem locus ſylvoſus eſt, ſed modicam habet planitiem, quem ille fodiendo exercens, fructum ab eo annuum, quo

Pat. 18. E. 2. part. 2. m 9 per Inſpex.

Ex Guliel. Neubrigenſis hiſt. li. 2. cap. 20.

Carta fundationis Prioratus de **Finchale** *juxta* **Durham.**

Ex archivis penes registri custodem decani & capit. Dunelm. an. 1638.

HUgo Dei gratia *Dunelmenſis* epiſcopus, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos litere preſentes pervenerint, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra nos dediſſe, & conceſſiſſe, & preſenti carta noſtra confirmaſſe, dilectis filiis noſtris, *Reginaldo* & *Henrico* monachis *Dunolm.* apud **Finchall** habitantibus, & omnibus monachis *Dunelm.* ibidem, poſt eos, Deo, & beato *Johanni* ſervientibus & imperpetuum ſervituris, quos ſcilicet Prior *Dunolm.* eccleſiæ ibidem inſtituere voluent, locum de **Funkhall,** cum omnibus pertinentiis ſuis, cum molendino, & ſtagno, & piſcaria, & ſarto quod jacet a ſiniſtris viæ quæ ducit ad *Dunolm.* uſque ad terram aratam de **Newton,** & dehinc ſicut rivulus cadit in **Were,** in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Præterea ſciatis nos conceſſiſſe prædictis monachis, ut habeant in haya noſtra, unum taurum, & viginti vaccas; cum ſequela trium annorum, & ſexdecem boves, & ducentas oves, cum agnis unius anni, & ſexaginti porcos, cum porcellis unius anni. Concedimus etiam prædictis monachis de **Finchall,** ut habeant ..... de haya noſtra ad ædificandum, & comburendum ſine waſto, per viſum foreſtarii noſtri. Quare volumus quod prædicti monachi, præfatum locum, cum prænominatis pertinentiis & omnibus aliis ayſiamentis, habeant & teneant & imperpetuum poſſideant ita liberè, & quietè, ſicut aliqua elemoſina in epiſcopatu *Dunolm.* liberiùs, vel quietiùs habetur, & poſſidetur. Huis teſtibus, *Johanne* archidiacono, *Theobaldo Moſtervioulers, Ingelramo* clerico, *Simone* camerario, *Henrico* ſeneſchallo, *Thoma* elemoſinario, *Waltero* capellano, *Radulpho Ageis, Thoma* filio *Willielmi, Roberto* de *Mu dauilla, Meldredo* filio *Dolfini, Alexandro* de **Helton,** *Patricio* de **Ulfferton,** *Rogero* de **Eppingden,** *Rogero* de **Herton,** *& multis aliis.*

[*Vide confirmationem cartarum cart.* 3. E. 2. *n.* 21. *Et cart.* 17. E. 2. *n.* 12.]

S. JACOBI BRISTOLL.

Prioratus, cella de Tewkesburia.

Carta Regis Henrici *ſecundi.*

Pat. 2. H. 4 part. 2. m 7 per Inſpex.

HEnricus Dei gratia Rex *Anglie,* & Dux *Normannie & Aquitannie,* & comes *Andegavie* archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti carta mea confirmaſſe eccleſiæ ſancti *Jacobi* de **Briſtoll** omnia ſubſcripta quæ *Willielmus* comes *Glocceſtriæ* ei rationabiliter conceſſit & dedit in perpetuam elemoſinam; ſcilicet terram de *Eſſelega* quæ erat ſuum proprium feodum, & feriam quam ipſe comes habuit apud **Briſtoll** in ebdomada Pentecoſtes. Habendam & tenendam infra burgum & extra, ſicut idem comes meliùs & honorificentius eam habebat quando in manu ſua erat; Et decimum denarium de redditu molendinorum ſuorum de *Novo-burgo* in *Walia,* & decimum denarium de redditu ipſius villæ *Novi-burgi,* Et decimum denarium de redditu foreſtæ ſuæ quam *Candelanus* cuſtodire ſolebat, Et decimum denarium molendini ſui de *Ruma,* Et decimum denarium molendinorum ſuorum de *Stapeltona,* & molendinum **Leovenath,** Et unum burgagium in *Novo burgo Prati,* & quod totum *Novum burgum* de *Prato* apud **Briſtoll,** quod eſt ſitum inter caſtellum & eandem eccleſiam ſancti *Jacobi,* ſit de parochia ejuſdem eccleſiæ. Et omnes eccleſias quæ ſunt de feodo jam dicti comitis in *Cornubia* cum capellis, & cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet eccleſiam de **Eglosbzek,** eccleſiam de *Comartona,* eccleſiam de **Egloſheil,** eccleſiam de **Egloſſant,** eccleſiam de **Egloſcrawyn** & capellam de *Bennartona,* eccleſiam de **Helidan,** & capellam ſancti *Germoch* & eccleſiam de *Eſcremovilla* in *Normannia* cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Roberti* de **Kenim,** & ex dono *Ernaldi Britonis Picoteſtonam* quæ eſt de feodo de *Edwineſtea* rationabiliter cum ſubſequentibus eidem eccleſiæ conceſſam & datam; ſcilicet cum duobus ſurdingis & dimidia quæ fuerunt *Ricardi Auriſabri,* & cum quatuor ferlingis & dimidia de *Berewica.* Præterea domum *Alani* juxta macellum apud **Briſtoll** quam *Matildis* uxor *Thomæ Janitoris* prænominati comitis & *Hamo* filius ejus rationabiliter diviſerunt p æ nominatæ eccleſiæ. Quare volo (*&c.*) T. *Ricardo Wynton. G. Elien.* epiſcopis, *Ricardo* de **Lucy,** *Reginaldo* de **Courtenay,** *Hugone* de **Creully,** *Willielmo* de **Landall,** & *Thoma Baſſet, Gaufrido Patric. Roberto* de *Scut. Willielmo* de *Scut. Mich. Belet, Willielmo* filio *Radulfi, Willielmo Baſſet, Radulfo Ethi* filio Camerario. Apud **Feccheham.**

Chartæ antiquæ litera. T. n. 24.

HEnricus *Rex Anglorum omnibus foreſtariis ſuis de* **Glocesterſchire,** *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & preſenti carta confirmaſſe eccleſiæ ſancti* Jacobi *de* Briſtowa *(in qua ſepultus eſt* Robertus *comes* Gloceſtriæ *avunculus meus) & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute mea, & pro anima ipſius comitis, quod terra ipſius eccleſiæ, & monacherum in ea Deo ſervientium de* Cuſſeleia, *& boſcus ejuſdem terræ, ſint quieta de rewardo, & decimationis exigentia, pro aſſartis. Et prohibeo ne inter aſſarta amodo computetur. Teſte* Roberto *epiſcopo* Wintonienſi.

BUNGEYENSE

Cœnobium in agro Suffolcienſi.

Carta Regis Henrici *ſecundi.*

Carte 3. E. 3. m. 48 per Inſpex. Vide etiam Pat. 50 E. 4. part. 3. m. 14.

HEnricus Dei gratia Rex *Anglie,* & Dux *Normannie & Aquitanie,* & comes *Andegavie,* archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, & omnibus ballivis & fidelibus ſuis ſalutem. Sciatis

tis quod ad petitionem *Rogeri* de **Glanvill**, & *Gundredæ* comitiſſæ uxoris ſuæ, conceſſi & præſenti carta mea confirmavi ſanctimonialibus de *Bongeia* ibidem Deo imperpetuum regulariter ſervientibus eccleſiam ſanctæ *Crucis* de *Bongeia* quæ ſita eſt in libero maritagio ipſius comitiſſæ *G.* cum omnibus pertinentiis ſuis, & præterea decem ſolidos, de molendinis ejuſdem *Rogeri* & *Gundredæ* comitiſſæ in villa de *Bongeia*, ad luminaria in præfata eccleſia, eiſdem ſanctimonialibus annuatim reddendos, ſcilicet v. ſolidos ad paſcha & v. ſolidos ad feſtum ſancti *Michaelis* & multuram ipſarum ſanctimonialium de domo ſua de *Bongeia* quietam, & præterea quatuor eccleſias quæ ſimiliter ſitæ ſunt in libero maritagio prædictæ *G.* comitiſſæ, ſcilicet eccleſiam *omnium Sanctorum* de **Hetingham** & eccleſiam ſanctæ *Margaretæ* de **Ilketeleſhale** & eccleſiam ſancti *Andreæ* de **Ilketeleſhale** & eccleſiam ſancti *Laurentii* de **Ilketeleſhale**, cum omnibus rebus ad prædictas eccleſias pertinentibus, & quicquid præfatis ſanctimonialibus rationabiliter collatum eſt, & quicquid in poſterum ab aliis ipſis collatum erit in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, ſicut cartæ ipſius *Rogeri* & comitiſſæ *G.* & aliorum donatorum earum rationabiliter teſtantur. Quare volo (*&c.*) Teſtibus *Hugone Dunelmenſi* & *Johanne Norwicenſi* epiſcopis, *Willielmo* comite *Suſſexiæ*, comite *David* fratre regis *Scotiæ*, *Ranulfo* de **Glanvill**, *Willielmo de* **Hummet**, conſtabulario, *Waltero* filio *Roberti*, *Scherio* de **Quinci**, *Willielmo* mareſcallo, *Galfrido* filio *Petri*, *Ricardo* de **Cannvill**, *Stephano* de **Turneham**, apud **Gattingtun**.

Henricus Dei gratia rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* dux *Normanniæ Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, (*&c.*) Salutem. Sciatis nos intuitu Dei conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe pro nobis & hæredibus noſtris Deo & eccleſiæ ſanctæ *Crucis* de *Bungeya* & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas, videlicet de dono *Gundredæ* comitiſſæ totam terram ſuam de **Weſton** cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram ſuam de **Weynesforð** & viginti & quatuor acras terræ cum pertinentiis in *Kona* & ſedem molendini ad ventum quam tenuit de eodem *Roberto* in **Northales**. Et totam terram quam tenuit in **Bone** de *Radulfo* filio *Thomæ* & duodecim acras prati in novo prato de **Warſham** quod tenuit de *Danyele* filio *Raulyni* de **Becles**, & dimidiam acram prati & mariſci juxta **Hepeſlet**, ſcilicet ſex acras tenendas de eccleſia ſancti *Michaelis* de **Beccles** & ſex acras tenendas de eccleſia ſanctæ *Mariæ* de **Buttelet**. De dono ejuſdem *Gundredæ* comitiſſæ duodecim denaratas redditus de annuo redditu ſuo de *Sydingeia*, & de dono ejuſdem *G.* comitiſſæ totum ortum attingentem ſuper **Quane** inter terram *Hugonis Bardulf* & ortum *Radulfi Flyntard*. Et præter hæc viginti pedes verſus villam ad ampliandum cimiterium eccleſiæ ſuæ & viginti pedes verſus domum *Hugonis le Bracour* & locum ubi *Thomas* textor manſionem ſuam habuit, & locum ubi *Radulfus* de **Benges**, & *Adelſtanus Faber* manebant, & terram quæ jacet ante portam prædictarum ſanctimonialium inter prædictam portam ſuam & foveam. Et de dono ejuſdem *G.* comitiſſæ quoddam pratum in loco qui vocatur **Holm** quod fuit *Joſcelini* piſcatoris, & turbariam quæ eſt inter curiam *Hofwardi Hachede* & aquam quantam ibidem habuit in ſuo dominico, & terram inter curiam *Roberti Ballard* & ortum prædictarum ſanctimonialium. Et de dono ejuſdem *G.* comitiſſæ talem libertatem quod ipſa comitiſſa nec hæredes ſui nec ſucceſſores ſui aliquam feminam ponent in conventu prædictarum ſanctimonialium, nec inſtituent velandam niſi de gratia & pura voluntate Prioriſſæ & aſſenſu conventus ejuſdem loci ſanctæ *Crucis* de *Bungeia*. Et præterea eadem comitiſſa vel hæredes ſui eiſdem ſanctimonialibus non tradent clericum laicum vel feminam cuſtodiendos ad victum & veſtitum habendum niſi de propria voluntate ejuſdem Prioriſſæ & prædicti conventus, ſed quietæ habeant & teneant eccleſias & terras quas eis in puram elemoſinam dedit & conceſſit & ſolutas ab omni ſeculari dominio de ſe & hæredibus ſuis. De dono *Rogeri* de **Glanvill**, eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Ruchton**, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono *Roberti* de **Beleperche**, totam terram quam idem *Robertus* tenuit de *Waltero King* in **Ilketeleſhal**. De dono *Rogeri Bigod* comitis *Norfolciæ*, totam terram ſuam de **Bingeſfeu** in **Ilketeleſhal**, cum omnibus pertinentiis, in eſcambium duarum marcatarum terræ in **Coleby**, quæ fuit *Rogeri Baſtard*. De dono *Hugonis Bigod* comitis *Norfolchiæ*, totum illum campum qui vocatur **Hallecroft**. De dono *Rogeri Bigod* comitis *Norfolchiæ*, molendinum ſuum de **Wainefoꝛð**, cum pertinentiis ſuis. De dono *Ricardi Bacon* de **Loddes** decem acras terræ in **Osmundeſhage**. De dono *Rogeri* de **Huntingefeld**, *Alvenam* quæ fuit uxor *Rogeri Brunſton* & *Thomam* filium ejus primogenitum, cum toto tenemento ſuo quod de prædicto *Rogero* tenuerunt in **Hedefelo** ex pertinentiis de **Hendham**. De dono ejuſdem *Rogeri*, *Walterum Wudardum* de **Hedefeld**, hominem ſuum, cum homagio ſuo & cum toto tenemento, & cum tota ſecta ſua, & cum toto ſervicio ſuo. De dono *Roberti Wadengar* unam acram terræ quam idem *Robertus* emit de *Hugone* filio *Ricardi Splitus* in **Denton**, & quatuor particulas terræ quas emit de eodem *Hugone* in eadem villa. De dono *Thomæ* filii *Gilberti* de **Ilketeleſhal**, terram quam *Robertus Piteman* de eodem *Thoma* tenuit, quæ vocatur **Thurſtaneſwelle**. De dono *Rogeri* de **Hugechale** filii *Hugelina* totam terram ſuam in *Lymburne* quam *Stephanus* de **Hundham** ei dedit pro ſervicio ſuo. De dono *Werrici* de *Cadamo* duas acras terræ & dimidiam & unam rodam quæ vocatur **Caterige** in **Ilkede**. De dono *Bartholomei Sanzaveir* triginta acras terræ in **Jerpeſton** & homagium & ſervicium *Rogeri Thurmod* cum toto tenemento ſuo & tota ſecta ſua, & homagium *Rogeri* de **Hales**, cum ipſo tenemento ſuo quod de prædicto *Bartholomæo* tenuit, & quatuordecim denarios quos idem *Rogerus* inde debuit prædicto *Bartholomæo* per annum, & homagium *Ulketeli* mercatoris cum toto tenemento ſuo quod de eodem *Bartholomæo* tenuit & duodecim denarios quos eidem *Bartholomæo* inde debuit per annum, & quatuor ſolidatas & ſex denaratas

redditus.

redditus, quas prædictæ sanctimoniales eidem *Bartholomeo* debuerunt per annum pro triginta acris terræ quas de eo tenuerunt. De dono *Roberti* filii *Radulfi* de **Wiken** totam terram cum pertinentiis quæ est de feodo suo in **Bone** & in **Northales**. Et de dono ejusdem *Roberti* septem solidos quos præfatæ sanctimoniales eidem *Roberto* annuatim reddere solebant pro terra cum pertinentiis quam habent de feodo in **Bone** & in **Northales**. De dono *Rogeri* filii *Reynuld* de **Birlingham** tresdecim denaratas redditus de tenemento quod *Robertus Hog* de **Lingwud** tenet de eodem *Rogero* in **Lingwud**. De dono *Johannis* filii *Alexandri* unam marcatam redditus in **Chebenhale** percipiendam annuatim de *Stephano* filio *Reginaldi* & de hæredibus suis. De dono *Alani* de **Wundham**, octo acras terræ scilicet **Pulemanetott**. Ex dono *Reginaldi Hostiarii* & *Beatricis* uxoris ejus unam acram prati in **Strummesmedwe**, & tertiam partem unius rodæ. De dono *Roberti* filii *Adæ* de **Whetacre** octo acras terræ in **Thordeshage** & tres rodas terræ quæ jacent juxta viam quæ vocatur **Brunnestanesthil** & totum herbagium a latere jacens versus meridiem, quantum ad ipsos *Robertum* & *Beatricem* pertinet. De dono *Adæ* filii *Roberti* de **Cone** unam acrã mariſci in illo mariſco qui vocatur **Strikewaneſſen**. De dono *Walteri* **the rede Kyng** totam terram suam de **Stowegate**. De dono *Rogeri* filii *Rynuld* de **Berlingham** dimidiam summam albarum pisarum. De dono *Rogeri* filii *Hugelini* de **Hugechale** *Radulfum* filium *Adæ* de **Lymburne**, & *Hugonem* fratrem suum, & *Ailild* sororem suam, cum tota sequela eorum & cum toto tenemento eorum. De dono magistri *Hamonis* de **Denton** totam terram suam de **Gimestoft** cum bruiera, quas idem magister *Hamo* tenuit de *Rogero* filio *Yda* & hæredibus suis. De dono *Galfridi* filii *Petri* de **Denton** totam terram suam quæ est de feodo suo quæ vocatur **Pilneheges** cum pertinentiis usque in stagnum molendini de **Denton**, & unam rodam prati juxta pratum aulæ de **Denton**. De dono *Henrici le Sor* de **Flirton** totam illam partem prati sui quæ jacet inter pratum *Henrici Manning* & pratum *Roberti Galun*. De dono *Ricardi* de **Sænges** tres solidatas redditus per annum retinendas de *Willielmo* de **Tueyt** homine ejusdem *Ricardi*. De dono *Rogeri del* **Estre** unam reugiam terræ in **Gernemuth**. De dono *Willielmi Badulf* totum pratum suum quod jacet ad molendinum de **Wainesord**. De dono *Aliciæ* de **Frostenden** duodecim denaratas redditus per annum in **Frostenden**. De dono *Willielmi* de **Ingelose** unam acram & unam rodam terræ quæ jacent subtus *Bruceam Alani* de **Shortwude**. De dono *Willielmi* filii *Willielmi* de **Curcun** quinque acras terræ quas *Herbertus Skilman* de eodem *Willielmo* tenuit in **Beteringham**. De dono *Radulfi* de **Duney** totam illam peciam terræ exceptis una roda & dimidia quas idem *Radulfus* tenuit de *Roberto* de **Whetacre** in **Weston**. De dono *Walteri* filii *Willielmi* de **Suffeld** omnes terras quas *Galfridus* de **Ezokes** de eodem *Waltero* tenuit in **Weston** & in **Redesham** de feodo *Willielmi* de **Whatacre**, & totam terram quæ fuit *Ricardi Pigehare*. De dono *Willielmi* filii *Britlini* homagium & servicium quæ *Robertus* filius *Roberti* filii *Ordingi* eidem *Willielmo* debuit de tenemento quod de eo tenuit in **Lymburne**, & homagium & servitium quæ *Reginaldus* frater *Hugonis* de **Denton** eidem *Willielmo* debuit de quadam particula terræ quam de eo tenuit in **Lymburne** & homagium & servicium quæ *Adam* filius *Alani* de **Wortewale** eidem *Willielmo* debuit pro una particula prati quam de eo tenuit in **Lymburne**, cum reliefis recognitionibus & omnibus pertinentiis. De dono *Roberti* filii *Adæ* de **Whetacre** tres rodas terræ quas *Ricardus Pygehare* tenuit de feodo ipsius *Roberti*. De dono ejusdem *Roberti* filii *Adæ* tres acras terræ suæ & unam rodam in **Weston**. De dono *Willielmi Peleryn* septem acras terræ & dimidium quæ jacent ad portam de **Sveresgate**. De dono *Willielmi* filii *Hawisiæ* de *Bungeya* totam partem terræ suæ quæ vocatur **Hennesacre**. De dono *Rogeri* de **Ho** *Hugonem Cod* hominem suum cum homagio suo. De dono *Roberti* de **Whetacre** unam acram terræ suæ in **Redesham**. De dono *Walteri* **the rede Kyng** quatuor acras terræ. De dono *Reginaldi* de *Bungeya* civis **London** decem solidatas quieti redditus quas *Willielmus* filius *Hugonis le Bigod* eidem *Reginaldo* & assignatis suis dedit annuatim percipiendas de eisdem Prioriſſa & sanctimonialibus. De dono *Willielmi* filii *Willielmi* filii *Rocelini Folcardum Sterling*, cum omni secta sua, & tres solidatas redditus pro tenemento quod idem *Folcardus* tenet de eisdem sanctimonialibus in **Wyngefeld**. De dono *Willielmi* filii *Herlewyni* unam wagam salis de salinis suis de **Tyrinton**. De dono *Godefridi le Sor* de **Lymburne** sex acras terræ in **Denton**. De dono *Walteri King* dimidiam acram prati in **Strummesmede**. De dono *Johannis* de **Beleperche** totam terram quæ fuit *Aylmeri Tturard* & dimidiam acram prati in **Strumesmede**. De dono *Walteri King* unam acram terræ quæ jacet apud **Colesho**ꝛ**d**. De dono *Willielmi Crispin* totam terram suam de **Lymburne** cum omnibus pertinentiis suis. De dono *Nicholai* filii *Algari* de **Suinton** totam terram de **Weston** & de **Redesham** quam *Walterus* filius *Willielmi* de **Suffeld** de p̃dicto *Nicholao* tenuit. De dono *Adæ* de **Cone** mesagium quod *Mabilia* de **Wrencham** de eodem *Ada* tenuit cum incremento quod eis fecit. De dono *Matildis* de **Hemmehaule**, & *Henrici* filii sui, homagium *Claricie* sororis dicti *Henrici*, & totum mesagium quod fuit *Thomæ* filii *Toly* in **Hemmehaule**, & unam acram terræ in crofto. De dono *Hugonis* filii *Radulfi* unam acram terræ & dimidiam in *Bungeya*. De dono *Adæ* filii *Willielmi* filii *Hawisiæ* duas acras terræ in **Ilketeleshale**. De dono *Johannis Hochedez* de **Ilketeshale** totum homagium *Alani* filii *Arnulphi* de **Hetingham** cum toto servitio quod idem *Alanus* eidem *Johanni* debuit & cum tota sequela sua, & cum homagio *Rogeri Morand* & *Walteri* fratrum ejusdem *Alani*, cum tota sequela eorum. De dono *Galfridi* de **Badele** unam summam frumenti. De dono *Eudonis Arsic*, & *Aliciæ* uxoris suæ tres solidos de molendino suo de **Lewen** sito in villa de **Suater**, & unum millenarium alecium quod *Adam* filius *Adæ* de **Cone** debet annuatim reddere eisdem sanctimonialibus pro xxiiij. acris ter-

ræ in **Cone** & quadam sede cujusdam molendini ad ventum in **Northales**. Habendum & tenendum eisdem sanctimonialibus & successoribus suis imperpetuum in liberam & perpetuam elemosinam sicut cartæ prædictorum donatorum quas eædem sanctimoniales inde habent, in quibus prædictæ donationes & concessiones plenius continentur rationabiliter testantur. Quare volumus *(&c.)* His testibus, *W.* comite *Warenne*, *Willimo* de *Ferrariis*, *Olivero* de *Vallibus*, *Godefrido* de **Craucumbe**, *Radulpho Gernun*, * *Amaurico* de sancto *Amando*, *Galfrido* dispensatore, *Henrico* de capella, *Galfrido* de **Cant**, *Bartholomeo* de **Sankevill**, & aliis. Data per manum venerabilis patris *Radulfi Ciceſtrensis* episcopi, cancellarii nostri, apud **Bromholm** tertio decimo die Marcii anno regni nostri decimo nono.

* *f.* Amauro.

Carta *Rogeri* comitis *Norfolciæ*.

In bibl. Hatton.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptū pervenerit, Rogerus *comes* Norfolciæ *salutem*; *Noverit universitas vestra me concessisse, & dedisse Deo, & beatæ* Mariæ *virgini, & ecclesiæ sanctæ* Crucis de Bungeya, *& sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, molendinum meum de* **Wanesord** *cum pertinentiis (&c.) Testibus*, Radulfo Bigot, Willielmo *de* **Yengham**, Willielmo Bardolf, Willielmo *de* **Verdun**, Reginaldo *de* **Pirhow**, Willielmo *de* **Furnavall**, Waltero *de* Cadomo, Willielmo *de* **Pesehall**, *&c.*

SYLLEY (*ditionis* Cornubiensis) *cella de* Tavestoke.

Carta Regis Edwardi *tertii, de Canonicis secularibus loco Monachorum apud* Syllam *ad tempus collocandis.*

Pat. 19. E. 3. part. 1. membr. 5.

REX omnibus ballivis & fidelibus suis ad quos, &c. salutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Christo abbas & conventus de **Tavestoke**, domini insulæ de **Sully** infra mare inhabitate, ut cum abbatia prædicta, ad quam insula prædicta pertinet, per progenitores nostros quondam Reges *Anglia* fundata existat, & idem abbas & cæteri abbates abbatiæ prædictæ, qui pro tempore fuerint, duos capellanos commonachos suos infra insulam prædictam, ratione terrarum & tenementorum suorum ibidem existentium, pro animabus eorundem progenitorum nostrorum, & hæredum suorum, singulis diebus celebraturos inperpetuum invenire teneantur; idemque monachi, tam propter guerram inter nos & homines de *Francia* motam, quàm aliis variis ex causis hiis diebus ibidem non audeant immorari, velimus eis concedere quod idem abbas duos capellanos seculares divina loco monachorum prædictorum singulis diebus infra insulam prædictam celebraturos invenire possit, durante guerra supradicta: Nos eorum supplicationi favorabiliter annuentes, concessimus eidem abbati, quod ipse duos capellanos seculares idoneos divina infra insulam prædictam, loco prædictorum monachorum, singulis diebus celebraturos invenire possit, durante guerra supradicta, dum tamen iidem capellani hujusmodi onera quæ iidem monachi ibidem debitè supportare solebant interim supportent, ut est justum, absque impedimento nostri, vel hæredum nostrorum, justitiariorum, escaetorum, vicecomitum, aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum quorumcunque. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo die Marii.

Carta Regis *Johannis*.

Cart. 1. *Jo.* part. 2. num. 65.

JOhannes *Dei gratia &c. vicecomitibus & omnibus ballivis suis salutem. Prohibemus vobis quod non permittatis quod canonici de* **Sully** *ponantur in placitū de aliquo tenemento suo quod teneant, nisi coram nobis, vel seneschallo nostro* Normanniæ. *T. meipso, Apud* **Argelith** *vij. die Julii anno regni nostri primo.*

ROVVNEYENSIS
Prioratus in agro Hertfordensi.

Charta Priorissæ de resignatione Prioratus.

Ex autog. in bibl. Hattonianâ.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsentes literæ pervenerint, *Agnes Selby* Priorissa domus sive Prioratus de **Rowheiny**, aliàs dicti de *Rowenca*, aliàs *Reneneia*, alias dicti monialium sancti *Johannis Baptistæ* de **Pundene**, aliàs **Rowney**, & ejusdem loci conventus salutem. Sciatis quod nos præfati Priorissa & conventus considerantes qualiter omnes fructus redditus & proventus ecclesiæ, domus, sive Prioratus nostri prædicti modernis temporibus in tantum decreverunt, & exinaniti & diminuti existunt, quod ad sustentationem nostram, & illius loci, secundùm fundationem ejusdem, & ad supportandum omnia onera eidem incumbentia, ac ad reparandum, & reficiendum ecclesiam & domum prædictam, jam ruinosas, & ad terram quasi funditus collapsas, nullo modo sufficiant, nec ex verisimili sufficere debeant in futurum. Considerantes etiam, quod *Johannes Fray* qui verus patronus ejusdem ecclesiæ domus sive Prioratus existit, sinceram devotionem, & piam intentionem habeat, ut omnes fructus redditus & proventus supradicti in pios usus pro animabus fundatoris loci sive Prioratus prædicti, & donatorum terrarum, tenementorum, & possessionum dicto loco seu Prioratui collatorum, meliori modo quo sciverit convertantur, unanimi assensu & consensu nostris damus, concedimus, & præsenti carta nostra sursum reddimus præfato *Johanni Fray* ecclesiam, domum, sive Prioratum nostrum prædictum, unà cum omnibus, ac singulis maneriis, terris, tenementis, pratis, pascuis, pasturis, & boscis, redditibus,

ditibus, reversionibus, & serviciis quibuscunque, nobis aut prædecessoribus nostris, sive prædictæ ecclesiæ domui aut Prioratui pertinentibus qualitercunque, seu à quibuscunque collatos seu donatos, cum omnibus juribus proficuis commoditatibus, & emolumentis eidem pertinentibus. Habendum & tenendum eidem *Johanni Fray* hæredibus & assignatis suis imperpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti cartæ nostræ Sigillum nostrum commune apposuimus. Hiis testibus, *Thoma Waldegrave* armigero, *Johanne Leynham* mercatore, *Willielmo Brown* Gentleman, *Radulpho Grey* Gentleman, *Johanne Dryland* & aliis. Datum in domo nostra capitulari de Rownay prædicta undecimo die mensis Septembris anno regni Regis *Henrici* sexti post conquestum *Angliæ* trigesimo sexto.

Pat. 37. H. 6. parte 2. mem. 15.

REX omnibus ad quos &c. Salutem. Sciatis quod ex humili relatione dilecti nobis *Johannis Fray*, nuper capitalis baronis scaccarii nostri & jam possessoris manerii, sive dominii de Pundene, ac patroni olim ecclesiæ, domus, sive antiqui Prioratus sancti *Johannis Baptistæ* monialium ordinis sancti *Benedicti* de Rolveney in comitatu Hertford *Lincoln.* dioces. accepimus qualiter ecclesia, domus, sive Prioratus ille per *Conanum* quondam ducem *Britanniæ*, & comitem *Richemondiæ* tunc possessorem dicti manerii, sive dominii, de certo numero monialium hujusmodi ad serviendum Deo fundatus, & per eundem ducem, ac *Ricardum* filium *Gilberti* de *Mundene*, *Johannem* filium *Willielmi* de *Mundene*, *Stephanum*, *Andream*, & *Ricardum* de *Scalariis*, & *Ricardum* & *Gerardum* de *Furnivall*, *Wydonem Delavalle*, & *Reginaldum* de Tanet, & plures alios possessores manerii, sive dominii prædicti Christo devotos, sub nomine Prioratus de Rolveney, alias dictus domus, sive Prioratus de *Rowenea*, alias dictus ecclesia de *Reueneia*, alias dictus ecclesia monialium sancti *Johannis Baptistæ* de Pundene, alias Rounay, de terris tenementis & possessionibus, olim parcellis ejusdem manerii, sive dominii usque ad annuum valorem decem marcarum monialibus ejusdem ecclesiæ, domus sive Prioratus successive concessis dotatus extitit; Qualiter etiam fructus, redditus, & proventus ecclesiæ, sive Prioratus prædicti, modernis temporibus, ob monialium ipsius loci regimen & administrationem nuper habentium, negligentiam & incuriam, bona ejusdem enormiter dilapidantium, & consumentium, in tantum decreverunt & exinanita & diminuta existunt, quod ad sustentationem illius loci, aut alicujus hujusmodi monialis, vel aliorum juxta fundationem ejusdem & ad supportandum onera eidem incumbentia, ac ad reparandum & reficiendum ecclesiam & domum prædictas, jam ruinosas, & ad terram quasi funditus collapsas nullo modo sufficiunt, nec cum mundus in deterius se declinet sufficere debeant in futurum. Et licet prædicta ecclesia, domus, sive Prioratus, per cessionem *Agnetis Selby* mulieris religiosæ nuper asserentis se Priorissam ecclesiæ, domus, sive Prioratus illius, & ex causis præmissis ab eodem ultimo recedentis, per multum temporis vacuus, desolatus, & totaliter derelictus exiterit: prædictusque *Johannes Fray* prædictum locum ac terras tenementa & possessiones prædictas, cum suis pertinentiis, ad manus suas ea de causa devoluta intraverit, seisiverit, & ea juxta juris exigentiam, in manibus suis hucusque habeat, possideat, & retineat: tamen quia inter cætera misericordiæ, & pietatis opera, divina celebratio à sanctis sacerdotibus, verisque Dei vicariis canonicè ministrata, aliorum maximè sibi videtur fore supremum, quam meritoriumque fore creditur hujusmodi ministerium tuitentare, in quo miserimæ peccatorum animæ ab eorum maculis nondum purgatæ refrigerium consequuntur & veniam, ac fragiles in culparum voluptatibus deviantes ad viam gratiæ reducuntur, justique in eorum actibus justitiæ confirmati à cœlestis tramite regionis velut immobiles efficiuntur; præfatusque *Johannes Fray* nolens igitur hujusmodi ministerium, ac pias orationes, pro animabus dicti fundatoris loci suprædicti & donatorum terrarum tenementorum & possessionum prædictorum in eodem loco ullo modo cessare, nec eadem terras tenementa & possessiones ad aliquos alios usus converti, nisi tantum ad cultum divinum, nobis humilimè supplicavit quatinus ad fundandam unam cantariam in ecclesia prædicta de uno capellano perpetuo, pro animabus prædictorum fundatoris, & donatorum Deum exoraturo, & ipsum de terris, tenementis, & possessionibus prædictis dotare, licentiam nostram regiam sibi in forma subsequenti gratiosè concedere dignaremur.

Nos præmissa considerantes, volentesque, ea quæ ad cultum divinum sunt, vel esse possunt, multipliciter augmentari, de gratia nostra speciali concessimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato *Johanni Fray*, quod ipse ad laudem gloriam & honorem Dei, ac gratiosissimæ ac intemeratæ virginis *Mariæ* matris Christi, & sancti *Johannis Baptistæ* precursoris ipsius Salvatoris nostri, quandam cantariam perpetuam de uno capellano divina in honore præfibati præcursoris Domini, ad summum altare, in ecclesia predicta, pro bono statu nostro, & *Margaretæ* reginæ *Angliæ*, consortis nostræ, ac principis *Edwardi* primogeniti nostri, necnon dicti *Johannis Fray*, dum vixerimus, & pro anima nostra, & animabus eorundem consortis, & filii nostrorum, ac ejusdem *Johannis*, cum ab hac luce migraverimus, necnon specialiùs pro animabus dicti nuper ducis & fundatoris dicti quondam domus, sive Prioratus, ac etiam pro animabus prædictorum donatorum terrarum, tenementorum, & possessionum predictorum, superius specificatorum, & nominatorum & omnium fidelium defunctorum, singulis diebus, nisi causa rationabilis intercesserit, imperpetuum celebraturo, juxta ordinationem ipsius *Johannis Fray* facere, fundare, & stabilire possit, perpetuis futuris temporibus duraturam. Et volumus & concedimus per presentes, quod predicta cantaria, cum sic facta fundata & stabilita fuerit, *Cantaria S. Johannis Baptistæ de* Rolveney, imperpetuum similiter nuncupetur, ac quilibet capellanus cantariæ illius pro tempore existens capellanus perpetuus cantariæ sancti *Johannis Baptistæ* de Rolveney imperpetuum similiter nuncupetur, perpetuamque habeat successionem (*&c.*) Et ulterius de gratia nostra uberiori con-

cessimus & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato *Johanni Fray*, quod ipse immediatè, postquam dicta cantaria, in forma predicta facta, fundata, & stabilita fuerit, dare possit & concedere capellano cantariæ illius omnes domos, mansiones, ædificia, ac terras tenementa & possessiones quæcumque cum omnibus suis pertinentiis quondam ecclesiæ, domui, sive Prioratui pertinentes sive spectantes, in manus ipsius *Johannis*, jam ex causa supradicta existen. Habendum & tenendum dicto capellano & successoribus suis (*&c.*) Teste Rege apud *Westmonasterium* xxx. die Junii.

NUN-EATON, *in agro* Warwicensi, *tempore regis* Henrici *ejus nominis secundi fundat.*

Carta fundationis Abbatiæ de Eton, *per* Robertum *primum comitem* Leicestriæ.

Ex membrana quadam penes decan. & capitul. eccles. *Lichfelden.* an. 1638.

ROBERTUS comes *Legrecestriæ* omnibus fidelibus sanctæ ecclesiæ, & omnibus hominibus suis, *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Abbatiæ quam feci & fundavi apud *Etonam* de ordine Monialium de *Fonte-Ebraudi*, ipsam *Etonam* cum pertinentiis suis, sicut ipsam tenui die quo primus Rex *Henricus* fuit vivus & mortuus, excepta terra illa quam canonici S. *Mariæ Legrecestriæ* de *Prato* tenent in Stoccingfozd; & excepta terra illa quam moniales de *Casa Dei* tenent in *Atleberga*, & in *Etona*. Præterea dedi & concessi prefate abbatiæ in *Kenteberia*, illam terram que reddebat mihi xxv.l. & in Welles dedi illis totum tenementum. & redditū quem ibi habebam in terris, & piscariis, & in omnibus rebus, excepta decima anguillarum quam pater meus Comes *Robertus* de *Mellento* dedit ecclesiæ sanctæ *Mariæ Legrec.* de *Prato*. Preterea confirmo illam donationem quam filia mea *Isabella*, & filius suus comes *Simon* fecerunt predictæ abbatiæ assensu meo; videlicet, duas carucatas terræ in *Waltham*, cum pastura trecentarum ovium. Ex dono *Richardi Mallorie* in Sunesozd duas virgatas terræ & dimidiam, quas tenuit de feodo meo. Et in *Legrecestria* duos solidos in mansura quam tenet *Wido Breadleas* de ipso *Richardo*. Totam terram quam ipse *Richardus* habuit in supradicta *Etona* in bosco & plano, & terram illam, quam *Robertus* filius *Jocelini* donavit prædictæ abbatiæ, scilicet, totam terram illam quam habuit in *Etona*, inter aquam & nemus; Et ex alia parte aquæ in *Etona*, duas virgatas terræ, & vj.s. terræ quas *Williel.* de *Novo Mercato* tenuit de *Jocelino* patre suo, cum toto nemore suo, salvis aisiamentis suis & hominum suorum de *Hida*, sine wasto & venditione; Et quia *Robertus* filius *Jocelini*, hanc donationem fecit ecclesiæ de *Etona* concessu meo & assensu, clamavi ecclesiam illam, & moniales ejusdem ecclesiæ, & ipsum *Robertum*, quietos de servitio quod pertinebat ad prædictum tenementum, Scilicet de servitio nonæ partis feodi unius militis. Hanc verò donationem feci pro Dei amore, & pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & pro anima Regis *Henrici*, & pro animabus antecessorum meorum, assensu & concessione Regis *Henrici* secundi, & *Roberti* filii mei. Quare volo & firmiter precipio quod eadem abbatia & moniales de *Fontis Ebraudi* ordine, ibidem Deo servientes, habeant & teneant in perpetuam elemosinam, omnia hæc predicta, cum pertinentiis suis, & cum libertatibus, & cum omnibus liberis consuetudinibus suis, soluta & quieta de omni seculari servitio & exactione, & in perpetuum sint quietæ de telonio, & passagio, & omni consuetudine per totam terram meam, tam per terram quàm per aquam, de omnibus rebus suis quas homines earum affidare poterint suas esse proprias. Ita quod nullus de hominibus meis eas, vel homines earum inde disturbet. Testibus, *Turstino* abbate *Gereldensi*. *Rich.* abbate *Legr.* *Roberto* priore Kenilworth, *Hugone Barre*, *Willielmo*, *Roberto* capellano nostro, *Willelmo* comite *Glocestr.* *Willielmo Basset*, *Willielmo Burdet*, *Radulpho* de Turvill, *Rogero* de *Granvs*: *Eustachio* filio *Reginaldi*, *Petronilla* uxore *Roberti* filii nostri; *Isabella* comitissa de Norhamton, *Hathawisa* comitissa *Glocestr.* & multis aliis.

ROBERTUS filius *Roberti* comitis *Legrecestriæ*, Omnibus hominibus suis *Francis* & *Anglicis*, & omnibus fidelibus sanctæ ecclesiæ salutem. Sciatis me dedisse & concessisse abbatiæ quam *Robertus* comes *Legrec.* pater meus fecit & fundavit apud *Etonam*, de ordine monialium de *Fonte-Ebrandi*, ipsam *Etonam* cum pertinentiis suis, sicut ipsam tenuit die quo primus rex *Henricus* fuit vivus & mortuus, excepta terra illam quam canonici sanctæ *Mariæ Legrec.* de *Prato* tenent in Stocchtfozd, & excepta terra illa quam moniales de *Casa* Dei tenent in Catteburg & in Caton, & in *Kenteberia* xxv. libr. terræ. Et in Welles xx. millia anguilla, & mille & quinquies centum grossas anguillas, & lx. esterlings, exceptis duobus millibus de xx. quæ sunt de decima ecclesiæ S. *Mariæ* de *Prato Legrec.* Præterea confirmo illam donationem quam soror mea *Isabel*, & filius suus comes *Simon* fecerunt prædictæ abbatiæ, videlicet duas carucatas terræ in Walthant una cum pastura trecentarum ovium. Et de dono *Ricardi Mallore* in Sunesozd duas virgatas terræ & dimidiam quas tenuit de feodo meo, & in *Legr.* duos solidos in mansura quam tenuit *Wido Breadleas* de ipso *Ricardo*; & totam terram quam ipse *Ricardus* habuit in supradicta *Eatona* in bosco & in plano; & terram illam quam *Robertus* filius *Jocelini* donavit prædictæ abbatiæ, scilicet totam terram illam quam habuit in *Eatona* inter aquam & nemus, & ex alia parte in *Eatona* duas virgatas terræ, & sex solidatas terræ quas *Willielmus* de *Novo-Mercato* tenebat de *Jocelino* patre suo cum toto nemore suo, salvis aisiamentis suis & hominum suorum de *Hida* sine wasto & venditione. Quare volo & firmiter præcipio quod eadem abbatia & moniales de ordine de *Fonte Ebraudi* ibidem Deo servientes habeant & teneant in perpetuam elemosinam

nam omnia hæc prædicta cum omnibus pertinentiis suis, & cum libertatibus & cum omnibus liberis consuetudinibus suis soluta & quieta ab omni seculari servitio & exactione. Testibus, *Waltero* episcopo *Coventria*, *Roberto* episcopo *Lincolnia*, *Mauricio* episcopo de **Pangor**, *Turstino* abbate de **Gerwedon**, *Ricardo* abbate de *Legrecestria*, *Willelmo*, abbate de *Redemera*, *Ricardo* archidiacono *Coventria*, *Hugone* archidiacono *Legr.* *Roberto* capellano, *Matheo* capellano, *Willelmo* comite *Glouceſtria*. *Hugone* comite *Ceſtria*, *Willelmo* comite *Warwic.*, comite *Simone*, *Ivone* de **Parweruct**, *Willelmo Burdet*, *Ernaldo* de *Boſco*, *Roberto Pincerna*, *Gaufrido l'Abbe*, *Rogero* de **Cranford**, *Rogero Walenſi*, *Radulfo Fridei*, *Ricardo l'Abbe*, *Hugone Burdet*, *Aſcetello Malore*, *Radulfo* de **Turvill**, *Herveio Mareſcallo*.

Charta Regis *Henrici* ſecundi præcedentem confirmans, & plura concedens.

HEnricus *Rex* Angliæ, *Dux* Aquitaniæ, *comes* Andegaviæ, *archiepiſcopis*, *epiſcopis*, *abbatibus*, *comitibus*, *baronibus*, *juſticiariis*, *vicecomitibus*, *miniſtris*, & *omnibus fidelibus ſuis* Francis & Anglis *ſalutem*. *Sciatis me conceſſiſſe*, & *preſenti carta confirmaſſe abbatiæ quam* Robertus *comes* Legreceſtr. *fecit* & *fundavit apud* Eitonam, *de ordine monialium de* Fonte Ebraudi, *omnes illas terras*, & *elemoſinas*, *quas idem comes* Robertus *ei dedit in perpetuam elemoſinam*, *ſcilicet totam* Etonam, *cum omnibus pertinentiis ſuis*, *in qua ipſa abbatia fundata eſt*: & *in* Keneteberia *viginti quinque libratas terræ*; & *ex meo proprio dono eccleſiam de* Chautona, *cum omnibus pertinentiis ſuis*. *Et ex dono prædicti* Roberti *comitis* Legreceſtr. *triginta milliaria anguillarum* & *dimidiam*, & *mille* & *D. anguillarum groſſarum*, & *ſexaginta ſteiling. excepiis duobus millibus de triginta quæ ſunt de decima eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Prato Legreceſtr. & *quicquid idem comes habuit apud* **Welles**. *Ex dono* Gervaſii Paganelli, *molendinum de* Ingepenna, *cum prato*, & *croſto*, & *omnibus pertinentiis ſuis*. *Ex dono* Richardi *de* Ibbeſtochia *magnam* Hodehillam *cum omnibus pertinentiis ſuis*, *conceſſu* Hugonis *filii* Richardi, & Willelmi *comitis de* Warwico, *de quorum feodo terra illa eſt*: *Et ex dono* Roberti *de* **Craft**, & *conceſſu* Hugonis *filii* Richardi, & Willelmi *hæredis ſui*, & Willelmi *comitis de* Warwico *eccleſiam de* Mertona, *cum omnibus pertinentiis ſuis*, *de quorum feodo eccleſia illa eſt*. *Et infra* Legreceſtr. *conceſſu* Roberti *comitis* Legreceſtr. *xxj. ſolidos*, & *quatuor denarios*, *ſcilicet ex dono* Rogeri Walenſis *quindecim ſolidos*, *ex dono* Richardi Mallore *duos ſolidos*, *ex dono* Richardi *camerarii viginti denarios*, *ex dono* Cecilie *de* Waldari *duos ſolidos*, *ex dono* Hugonis *de* **Dudebi** *quatuordecim den.* *Et ex dono* Richardi Mallore *duas virgatas terræ*, & *dimidiam in* **Dunesore**, & *quicquid habuit apud* Eitonam, & *ex dono* Roberti *filii* Goecelini *quicquid habuit verſus abbatiam*, *ultra aquam*, *in boſco*, & *plano*. & *ex alia parte aquæ verſus* Eitonam, *duas virgatas terræ*. *Ex dono* Gaufridi *de* Turvilla *totum feodum* Reineri *in* Etona. *Ex dono* Roberti *filii* Oſmundi *v. ſol. reddituſ apud* **Ellebi** *quæ fuit* Fulconis *de* Folevilla. *Ex dono comitiſſæ* Adæ *matris regis* Scotiæ *xx. ſol. in molendino de* Harinworda. *Ex dono comitiſſæ* Iſabellæ *conceſſu comitis* Simonis *filii ſui duas carucatas terræ & paſturam ad CCC. oves apud* **Waltreham**. *Ex dono* Galfridi Abbatis & Emmæ *uxoris ſuæ dimidiam villam* Burtonæ, *cujus hæreditas villa illa erat*, *conceſſu* Radulfi *de* Turvilla, & Ricardi Abbatis *hæredum ſuorum*. *Ex dono* Willelmi *comitis* Gloreceſtriæ, & *comitiſſæ uxoris ſuæ eccleſiam de* **Papeltreham** *cum omnibus pertinentiis ſuis* & *eccleſiam de* **Dudberi** *cum omnibus pertinentiis ſuis*. *Et omnes illas donationes quæ eidem abbatiæ rationabiliter facta ſunt*, & *quæ facta erunt cum illis duabus virgatis terræ quas illi prædictæ abbatiæ dedit* Haeviſa *mater* Roberti *filii* Goſcelini, & *cum una virgata terræ apud* Callecotam *ex dono* Herberti Archarii & Margaretæ *uxoris ſuæ*. *Hanc verò conceſſionem feci pro Dei amore*, & *pro ſalute animæ meæ*, & *reginæ meæ*. & *hæredum meorum*, & *pro anima regis* Henrici *avi*, & *pro animabus anteceſſorum noſtrorum*, & *maximè precibus* & *petitione prædicti* Roberti *comitis* Legreceſtriæ, & *aſſenſu* & *conceſſione* Roberti *filii ſui*. *Quare volo*, *&c.* *Teſtibus*, Thoma *archiepiſcopo* Cantuar. Willelmo *epiſcopo* Lundoniæ, Roberto *epiſcopo* Lincolniæ, Gaufrido *archidiacono* Cantuariæ, Ricardo *archidiacono* Pictaviæ, M. *regis* Scotiæ, Willelmo *fratre regis*, *comite* Reginaldo, W. *comite* Gloeceſtriæ, Ricardo *de* **Humet** *conſtabulario*, Ricardo *de* Luci, Henrico *filio* Geroldi Camerarii, & Willelmo *de* **Crevequer**, Willelmo *de* **Lanvalei**, Hugone *de* Longo-campo, Willielmo Malet, Willelmo *de* **Haſtinge**, Simone *filio* Petri, Petro *de* Mara, Johanne Mauduit, Apud *Wodeſtochiam*.

Charta Willielmi *comitis* Gloceſtriæ, *de eccleſia de* **Hapeldreſham**, *cum capella de* **Petrefelo**.

WIllelmus comes *Glouceſtr.* omnibus hominibus ſuis, *Francis* & *Anglis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & dediſſe in perpetuam elemoſinam, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Eton**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & puerorum meorum, & anteceſſorum meorum, eccleſiam de **Hapeldreſham**, cum capella de **Petrefelo**, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Quare volo & firmiter precipio quod prædictæ moniales teneant hanc eccleſiam, cum prædicta capella, & cum omni integritate ſua, liberè, & honorificè & quietè ab omni exactione, & ſervitio ſeculari, erga me & hæredes meos, & erga omnes homines, ſicut aliqua eccleſia in tota *Anglia* aliquam eccleſiam, vel aliquam elemoſinam melius & liberius tenet. Et *Thomas* nepos *Thurbrati* capellani qui tunc tenebat eccleſiam, quando ſummonitio exercitus *Toloſa* facta eſt, teneat illam in vita ſua, de prædictis monialibus, & poſt mortem ejus remaneat libera & quieta eccleſiæ de *Etona*. Teſt. *Waltero* epiſc. *Coventrenſi*, *Roberto* Lincoln. *Mauricio* epiſc. de **Bangor**, *Rich.* abb. *Legreceſtriæ*, *Turſtino* abbate de *Gerwedona*, *Willelmo* abbate de *Lira*, *Hamone* abbate de *Bordeſleia*, *Willelmo* abbate de *Stanleia*, *Roberto* Priore de **Benelowrth**, *Roberto* comite *Legreceſtrenſi*, *Hugone* comite *Ceſtriæ*, *Willelmo* comite *Warwici*, comite

Ex memb. proximo præcedenti.

comite *Simone*, *Adam* de *Helgia*. *Picoto* capellano, *Henrico* clerico, *Gregorio* d **Turre**, *Roberto* de **Almeri**, *Richardo* de **Cardif**, *Roberto* filio *Richardi*, *Willielmo Burdet*, *Ivone* de **Paretuecurt**, *Roberto* pincerna, *Galfrido L'abbe*.

Immunitates per abbatiss. & conventum Fontis-Ebraldi *monialibus de* Etona *concessa.*

ELdeb. Dei gratia abbatissa *Fontis-Ebraldi* totusque conventus, *A.* Priorissæ de *Etona* & conventui salutem. Pro loco, pro tempore, pro portionis boni propositi rigorem temperare multotiens oportet; Securius autem rigoris severitas remittitur ubi nihil religionis detrahitur. Hinc est dilectæ in Christo sorores quod nos loci vestri remotionem & itineris ad nos difficultatem attendentes, consilio & prece domini regis & petitione *R.* comitis *Legrecestriæ* & *A.* comitissæ vobis presentibus, & omnibus in locum vestrum succedentibus unanimi assensu concessimus, quatinus in congregationem vestram tot moniales, & fratres & sorores quot volueritis, & locus vester convenienter sustinere poterit, sine conscientia & licentia nostra recipiatis. Præterea quicquid in auro vel argento, sive in alia pecunia loco vestro & vobis fuerit in elemosinam collatum, apud vos volumus remanere; Et à vobis nihil inde penitus exigemus nisi spontanea voluntate vestra ex gratia aliquod beneficium matri ecclesiæ nostræ transmittere caritativè volueritis. Testibus, *Thoma* cancellario, *Laurentio* Priore *Coventriæ*, *Anch.* Priore *Legr.* fratre *Roberto* de *Casa-Dei*, fratre *Roberto* de *Sollagiis*, *Radulfo* de *Faia*, *Petro* de *Bello-campo*, *Ogisio Savarici.*

Bulla *Alexandri, Papæ, tertii.*

ALEXANDER *episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus* Aceliz *Priorissæ monasterii sanctæ* Mariæ *de* Etona, *ejusque sororibus, tam presentibus quam futuris regulariter substituendis imperpetuum. Desiderium quod ad religionis propositum, & animarum salutem pertinere monstratur, sine aliqua est dilatione complendum. Ea propter dilectæ in domino filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus & prefatum monasterium in quo divino estis mancipatæ obsequio sub beati* Petri *& nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum dominis & beati* Benedicti *regulâ in vestro monasterio noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus conservetur. Præterea quascunq; possessiones quecunq; bona idem monasterium in presentiarum juste & legitimè possidet aut in futurum concessione Pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.*

Ex dono Roberti *comitis* Legrec. *&* Amiciæ *comitissæ, consentiente* Roberto *filio suo, totam* Etonam, *cum omnibus pertinentiis suis, in qua ipsa abbatia fundata est. In* Keneteberia *xxv. libratas terræ. Ex dono ejusdem totum redditum suum de anguillis & sterlingis quæ habebat in* **Welles**, *excepta decima earum anguillarum quæ pertinet ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* Prato *Legrec. Ex dono* Isabellæ *comitissæ duas carucatas terræ in* **Waltham**. *Ex dono* Adæ *comitissæ* Scotiæ *redditum xx. sol. singulis annis habendum. Ex dono* Galfridi *L'Abbe &* Emmæ *uxoris ejus, medietatem villæ de* **Burthon**. *Ex dono* Gervasii Paganelli, *molendinum de* Ingepenna, *cum prato & crofto & omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* **Chautona**, *ecclesiam de* Burtona, *ecclesiam de* Petresfelda, *cum capella de* **Papelwrtham**, *ecclesiam de* **Suthburi**, *ecclesiam de* **Werton**, *cum omnibus supradictarum ecclesiarum pertinentiis. Ex dono* Ricardi *de* Burtona, *villam de* **Ponenhul**, *cum omnibus pertinentiis suis. Libertates etiam ab abbatissa & conventu* Fontis Ebraldi *rationabiliter vobis concessas, sicut in autentico scripto facto exinde noscitur contineri, vobis & ecclesiæ vestræ auctoritate apostolica confirmamus. Preterea rationabiles consuetudines immunitates atque libertates à glorioso rege* Henrico, *& ab episcopis, vel principibus, seu aliis fidelibus legitimè vobis concessas, ratas manere censemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni & extremæ voluntati, nisi excommunicati vel interdicti fuerint, nullus obsistat; salva tamen canonica justitia illarum ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare* (&c.) *Dat.....*

LUFFELDENSE

Cœnobium in agro Northantonensi, *cella abbatiæ de* Westmonasterio.

Fundatio monasterii beatæ Mariæ *de* **Luffeld** *in comitatu* **Northampton** *infra forestam de* **Whittelwode.**

RObertus, comes *Legrecestriæ*, *Radulpho Pincerna*, & omnibus baronibus & fidelibus suis salutem. Sciatis me dedisse servo Dei *Malgerio* monacho in elemosinam parvam landam quæ est inter *Lumbredam* & *Cepeleiam*, ad mansiones & oratorium ibidem faciendum, & de alia terra de *Cerneleia* tantum ad ædificandum quantum ego convenienter considerabo per consilium amicorum meorum. Et hoc feci pro anima regis *Anglorum Willielmi*, & *Matildæ* reginæ & *Rogeri* de *Bello-monte*, & *Adelinæ* uxoris suæ, & pro anima patris mei *Roberti* & antecessorum meorum, & pro salute animæ meæ & fratris mei *Gualerani*. Testibus *Gualerano* comite de **Pellent**, & *Osberto* capellano, & *Ricardo* magistro, & *Cuthberto* capellano, & *Warino* de *Puni*, & *Roberto* filio *Erchenberti*, & *Galfrido* de **Turvill**, & *Radulpho* Pincerna, & *Radulpho* Parvo, & *Willielmo* de *Diva*, & *Gosselino*

Ex registro de *Luffeld* penes decanum & capitulum *Westmonasterii*, an. 1640. fol. 2.

& *Gosselino* mareſcallo, & *Osulfo* foreſtario. Et hoc etiam feci per conſilium & laudem comitis de *Guarenna*, & *Nigelli* de *Albineio*, & *Gualterani* fratris mei comitis de **Pellent**.

Carta regis Henrici *primi.*

Ibid. HEnricus rex *Anglie*, *R. Baſſet* & *A.* **Ver** & *Hugoni* de **Ethahaw** & omnibus foreſtariis ſuis de *Whitlewda* ſalutem. Præcipio quod Prior & monachi de **Luffelde** qui ſunt in elemoſina mea & homines eorum & omnia ſua ſint bene & in pace mea firma. Et coſtodite & manutenete eos & omnia ſua, & facite eis habere aiſiamenta ſua de foreſta mea convenienter & ſine vaſto ſicut habere ſolent. Quare præcipio, quod non patiamini quod ulla injuria vel cotumelia fiat eis, quoniam ipſi in mea manu & tutela ſunt. Teſte *R. Baſſet* apud **Udeſtoc**.

Carta Matildæ *reginæ* Angliæ.

Ibid. MAtilda, *Anglia* regina, *Vitali Inganio* & *Willielmo* de *Luſoris* ſalutem. Mando vobis & precor, ut pro amore mei deportetis iſtum *Malgerium* monachum & ſervientes ſuos in *Luffelda*, quando hoc eſt quod rex ei ibi remanere conceſſit, & manutenete eum ita ne aliquis ei injuriam faciat, & ita ut inde vobis grates faciam. Teſte, epiſcopo *Lincolnie*. Apud **Dronefozd**.

Carta regis Edwardi *primi.*

Ib. fol. 1. b. E Rex *Anglie* epiſcopo *Ceſtrie* & juſticiariis & vicecomiti & baronibus & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis de *Warwicſhira* ſalutem. Sciatis quod dedi in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Luffelde**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, heremitagium in boſco de *Flechamſteda*, quod *Geraldus* monachus ibi fecit. Quare volo & firmiter præcipio quod eccleſia prædicta & monachi teneant illud bene & in pace & liberè & quietè ab omni ſeculari exactione, ſicut elemoſinam meam dominicam. Teſtibus, *Roberto* cancellario & *Rogero* de *Fraxino*, & *Tulf* de *Oilli*. Apud *Londonias*.

Privilegium *Alexandri* Papæ tertii.

Ib. fol. 2. a. ALexander *epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Radulfo *Priori ſanctæ* Mariæ *de* **Luffelde**, *ejuſdemque fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuſlibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito revocet, aut robur (quod abſit) ſacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri, *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes ut quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, eadem eccleſia in præſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus, hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo præfata eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam ſanctæ* Mariæ *de* **Lodefozd**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Locum S.* Mariæ. *Capellã ſancti* Thomæ *martyris. Locum S.* Mariæ *de* **Flechamſtude**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Locum S.* Mariæ *de* Charleia, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Locum de* **Hadewell**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Villam quæ dicitur* **Everſawe**, *cum omnibus pertinentiis ſuis. Terram quam habetis in* **Langepozt**. *Terram quam habetis in* **Wavendune**. *Terram quam habetis in* **Baldene**. *Duas partes decimarum de dominio ejuſdem villæ. Terram quam habetis in* **Lechamſtude**. *Terram quam habetis in* **Weſtburi**. *Terram quam habetis in* **Bedefozd**, *cum quodam manſo ante portam archidiaconi. Terram quam habetis in* **Delveſton**. *Decimam panis de domo* Hamonis *filii* Memelioi. *Decimam panis de domo* Willielmi *de* **Brun**. *Decimam panis de domo* Willielmi *de* **Plumpton**. *Decimam panis de domo* Willielmi *de* **Lillingſtan**. *Domum quam habetis in* **Northampton**. *Præterea, cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Sane novalium veſtrorum quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium, nullus à vobis decimas præſumat exigere. Liceat quoque vobis laicos vel clericos liberos & abſolutos è ſeculo fugientes ad converſionem veſtram recipere, & eos abſque ullius contradictione in veſtro monaſterio retinere. Prohibemus ne ullis fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem, ſine licentia Prioris ſui aliqua levitate fas ſit de clauſtro diſcedere, diſcedentem verò abſque communi literarum cautione nullus audeat retinere. Nulli etiam liceat vobis vel eccleſiis veſtris novas & indebitas exactiones imponere, antiquas verò & rationabiles conſuetudines libertates & immunitates eccleſiæ veſtræ vobis & eidem eccleſiæ auctoritate apoſtolica confirmamus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decrevimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint (ni fortè excommunicati vel interdicti ſint) nullus obſiſtat. Salva tamen juſtitia matricis eccleſiæ. Obeunte verò te nunc ejuſdem loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptione, aſtutia, ſeu violentia, præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundùm Dei timorem & beati* Benedicti *regulam providerint eligendum. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temerè perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva ſedis apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani epiſcopi canonica juſtitia. Si quis igitur in futurum, eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino ju-*

dicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & domini redemptoris nostri Jesu Christi *aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri* Jesu Christi, *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æterna pacis inveniant. Amen. Data* Anagniæ, *per manum* Gratiani *sanctæ* Romanæ *ecclesiæ subdiaconi & notarii iiij. idus Junii, indictione vij. incarnationis dominicæ anno MCLxxiiij. pontificatus verò domini* Alexandri *Papæ iij. anno xv.*

Donatio ecclesiæ beatæ Mariæ *de* **Dodesozd.**

Ib fol. 7. a. RAdulfus de **Cahienes** *Willielmo* archidiacono de **Northampton**, omnibusque fidelibus sanctæ ecclesiæ salutem. Notum vobis sit me concessisse & dedisse ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Luffelde** ecclesiam de **Dodesozd** in elemosina pro animabus patrum meorum & antecessorum, cum omnibus quæ ad illam prædictam ecclesiam pertinent. Testibus, *Simone* capellano, & *Willielmo* filio meo, & *Stephano* dapifero, & *Hugone de la* **Forest**. *Valete.*

Confirmatio A. Lincolniensis *episcopi.*

Ibid. A Dei gratia *Lincolniensis* episcopus universis sanctæ ecclesiæ filiis salutem. Quoniam ad nostram pertinet curam justis subditorum petitionibus congruum exhibere consensum, eorumque negotiis omnimoda intentione prospicere, specialiùs tamen quieti religiosorum invigilare dignum duximus, quatinus eo attentiùs contemplationis inhæreant sinceritati, quò magis fuerint à perturbationibus secularibus expediti. Eapropter dilectis fratribus monachis ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Luffelde**, donationem quam *Hugo* de **Chaines**, & *Ricardus* de **Chaines** hæres ejus, eis fecerunt de ecclesia de **Dudesozd**, cum omnibus pertinentiis suis, ratam habentes confirmamus, & sigilli nostri impressione episcopali auctoritate corroboramus. Testibus, *Willielmo* archidiacono de **Northampton**, & *Davide* archidiacono de **Buckingham**, *Radulpho* de **Pinnen**: *Ernaldo* clerico de *Silvestana.*

Confirmatio sancti Hugonis, Lincolniensis *episcopi, ecclesiarum de* **Thozneberg** *&* **Dodesozd.**

Ibid. OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Hugo* Dei gratia *Lincolniensis* episcopus æternam in domino salutem. Ut ea quæ locis religiosis Dei intuitu à fidelibus collata sunt, absque perturbatione possideantur, priorum sollicitè procuravit prudentia, ipsa eis scriptis autenticis confirmando; Quorum nos vestigia sectantes, dilectis filiis nostris in Christo monachis de **Luffelde** beneficia quæ eis fidelium contulit donatio, sicut ipsis & domui eorum rationabiliter collata sunt, confirmare & in præsenti scripto annotare dignum duximus. Ex dono *Radulphi* de **Caignes** ecclesiam sanctæ *Mariæ* de **Dodesozd**. Ex dono *Hamonis* filii *Memphilini* ecclesiam de **Thozneberg**. Ex dono *Ricardi* filii *Nigelli* medietatem ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Beckhampton**. Hæc omnia beneficia cum omnibus ad ea pertinentibus, sicut in cartis donatorum, atque archidiaconorum à quibus in ipsis jam dicti monachi sunt instituti, continetur, eis concedimus imperpetuum possidenda, præsentique scripto atque sigilli nostri patrocinio confirmamus. Salvis episcopalibus consuetudinibus & *Lincolniensis* ecclesiæ dignitate. His testibus, *Roberto* abbate ....., *Rogero* de **Rolvesson**, magistro *Ricardo* de **Swalewœl**, *Galfrido* de **Letchelade**, *Roberto* de *Capella*, *Johanne* decano de **Liesson**, *Eustachio* de *Wilcena*, & aliis multis.

Carta Hugonis *de sancto* Martino *de capella de* **Lillingston.**

Ib. f. 14 b. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Hugo* de sancto *Martino*, intuitu pietatis & caritatis, & pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & omnium antecessorum meorum & successorum, dedi & concessi Deo & beatæ *Mariæ* de **Luffelde**, & monachis ibidem Deo famulantibus capellam sancti *Johannis Baptistæ*, cum omnibus pertinentiis suis, quæ sita est in curia mea de **Lillingston**, Tenendam & habendam liberam & quietam de omnibus provinciis terrenis & exactionibus, & in puram & perpetuam elemosinam, quantum ad donationem laici & patroni pertinet. Donationem autem prædictæ capellæ, cum pertinentiis, ego & hæredes mei prædictis monachis sicut liberam elemosinam warantizabimus in perpetuum. Ut autem ea quæ à me acta sunt firma perseverent præsens Instrumentum sigillo meo dignum duxi confirmare. His testibus, *Galfrido Salvage*, *Waltero de la Haye*, *Willielmo* filio *Ricardi* de **Beachampton** militibus, *Radulfo* decano de **Billing**, *Ricardo* decano de **Thozneberge**, *Petro* fratre *Hugonis* de sancto *Martino*, *Roberto* de **Billing**, Henrico coco, *Jordano*, *Johanne Crispo*, & aliis.

Carta *Willielmi* filii *Willielmi* de **Stratfozd.**

Ib f. 16 b. *OMnibus Christi fidelibus ecclesiæ filiis, ad quos presens scriptum pervenerit*, Willielmus *filius* Willielmi *de* **Stratfozd**, *salutem. Noscat universitas vestra me intuitu pietatis, concessisse & dedisse, & presenti Carta mea confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* **Luffelde**, *& monachis ibidem Deo famulantibus ecclesiam meam de* **Stratfozd**, *in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omnibus secularibus serviciis quæ ad me pertinent, pro animâ patris mei & matris meæ & omnium antecessorum meorum & successorum. His testibus*, Rogero *filio* Azur, Willielmo Baniel, Alano Breeel, Gerardo *de* **Stratfozd**, Waltero Bastard, Ricardo *de* **Rinshal**, Johanne *serviente Prioris*, Henrico Pege, Ada *clerico*, *& ejus fratre* Galfrido, Roberto Turpul, Radulfo Megre, Roberto *de* **Billing**, *& multis aliis.*

Litera Roberti *Archidiaconi* **Buckingham**, *de capella de* **Overshalve.**

Ib. f. 17. a. OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, *Robertus* archidiaconus de **Buckingham** salutem

tem. Noscat universitas vestra me, secundum tenorem cartæ *Hugonis* de **Evershawe**, & donationem antecessorum suorum, capellam de **Evershawe**, cum omnibus pertinentiis, liberam & quietam ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Luffelde**, & fratribus ejusdem loci Deo servientibus confirmasse, & sigilli mei munimine roborasse. Testibus his, *Michaele* decano de **Colecheſter**, & *Johanne* decano de *Prestona*, & magistro *Philippo* de **Lillingston**.

Concessio domini Roberti le fitz Negel *de ecclesia de* **Bechampton**.

Ib.f.17.b. UNiversis Christi fidelibus ad quos præsentes literæ pervenerint, *Robertus le fitz Negel* miles, dominus de **Chalden**, salutem in Domino sempiternam. Cum religiosi viri Prior & conventus monasterii sanctæ *Mariæ* de **Luffelde** ordinis sancti *Benedicti*, *Lincolnienſis* diocesis, dederint & concesserint unanimi eorum consensu per quandam cartam sigillo eorum communi consignatam perpetuæ capellæ meæ in manerio meo de **Chaldene** scituatæ, prædictæ diocesis, duas partes decimarum majorum & minorum de prædicto manerio meo & terris dominicis ejusdem provenientium, quas, ex donatione prædecessorum meorum olim dictas decimas in feudum possidentium, canonicè fuerunt assecuti: Noverit universitas vestra prædicta, me dictum *Robertum* pro me hæredibus & assignatis meis dictis religiosis per presentes concessisse, quod si eisdem religiosis & monasterio suo prædicto medietatem ecclesiæ de **Bechampton** prædictæ diocesis, in qua medietate jus habent patronatus, ex donatione prædecessorum meorum, minimè fecerim appropriari, cum institutione & corporali inductione subsecutis, tunc prædicta carta donationis decimarum prædictarum supradictæ capellæ facta vacua sit, & inanis, nullum juris effectum inducens veluti penitus nullius momenti, ac prædictis religiosis retradatur. In cujus rei testimonium sigillum meum hiis literis apposui. His testibus, domino *Johanne* de **Wolverton**, dominis *Andrea* de sancto *Licio*, domino *Malculino* de **Castiloun**, militibus. *Philippo* de **Yardeshulle**, & *Wilielmo* de **Bynebelle**, & aliis. Data apud **Chalden** prædictam, die dominica proxima post festum Annunciationis beatæ *Mariæ* virginis anno domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, & anno regni Regis *Edwardi* tercii post conquestum tercio.

Carta *Ricardi Chaynes* de ecclesia de **Dodesozd**.

Ib.f.82.a. NOscant omnes sanctæ matris ecclesiæ fideles me Radulfum *de* **Baynes** *concessisse & præsenti carta confirmasse Deo & beatæ* Mariæ *de* **Luffelde** *& monachis ejusdem loci donationem quam* Hugo *de* **Baines** & Ricardus *de* **Baynes** *eu fecerunt de ecclesia de* **Dodesozd**, *cum omnibus ecclesiæ pertinentiis & libertatibus. Quare volo & concedo pro me & pro hæredibus meis, quod dicti monachi habeant dictam ecclesiam cum pertinentiis in puram elemosinam inperpetuum Testibus*, Willielmo *filio meo*, & Ingeramo *de* Fardingestona, & Ricardo *filio suo*, Hunfrido *capellano*, Willielmo *de* **Hepsozd**, Radulfo *clerico de* **Hozepolle**, Ricardo Balligan, Radulfo Dayrell, Ernaldo & Henrico *de* **Selvestone**, Albrico *forestario*, & *aliis*.

Carta Hamonis *filii* Memfelini.

Ibid fol. 160.a. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis, *Hamo* filius *Memfelini* salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, & in perpetuam elemosinam, assensu *Hamonis* filii mei & hæredis, concessisse decimam totius panis domus meæ ubicumque in terra mea fuero de proprio lucro meo, monasterio de **Luffeld**, propterea quod Prior & fratres monasterii de **Luffeld** juri quod se in cella mea de *Bradewella*, & in ecclesia de terra mea habere asserebant renunciaverunt. Ecclesiam de *Thorneberga* liberam & quietam imperpetuum eis concedo & hac carta mea confirmo. His testibus, *Alano* filio *Memfelini*, *Bartholomæo* de **Lueton**, *Rogero*.....; *Michaele* clerico de **Stoch**, *Raaulpho* de **Beauchampe**, *Willielmo* de **Freine**, *Henrico* de **Selveston**, *Philippo* sacerdote de **Lillingston**, *Ada* & *Absalone* fratribus ejus de **Lillingston**, *Nicholao* clerico de **Dodesozd**, *Roberto* Pistore.

Pro decimis de Westmolendino in **Wolverton**.

Ibid. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos presens scriptum pervenerit, *Willielmus* filius fil. *Hamonis* de **Wolverington** salutem in Domino. Noscat universitas vestra me concessisse & presenti carta mea confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ* de **Luffelde** & monachis ejusdem loci ecclesiam de **Thorneburgh**, cum omnibus pertinentiis suis, quam pater meus illis dedit in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab hidagiis & scutagiis & ab omnibus serviciis secularibus & exactionibus. Hanc predictam ecclesiam ego & heredes mei acquietabimus de omnibus predictis secularibus servitiis. Preterea concedo & confirmo predictis monachis de **Luffeld** x.s. redditus in westmolendino meo de **Wolverton** inperpetuum, pro decima panis domus meæ quam habuerunt confirmatione antecessorum meorum. Hos predictos x.s. redditus predicti monachi accipient ab eo qui tenuerit predictum molendinum scilicet ad duos terminos per annum, ad Annunciationem beate *Mariæ* v. solidos, ad festum beati *Michaelis* v. solidos. Ego autem & heredes mei prædictos decem solidos redditus predictis monachis de **Luffeld** inperpetuum warantizabimus. His testibus, *Ricardo* de **Bradewelle** Priore & monachis ejusdem loci, *Michaele* de **Blechyley**, *Radulpho* de *Bello-campo* & *Ricardo* fratre ejus militibus, *Alexandro* de **Drayton** persona, *Willielmo* de *Fraxineto* milite, *Johanne* de *Widevilla*, *Johanne* de **Egnesham**, *Henrico Pendu*, *Henrico Dul*. *Roberto* filio *Osberti* de **Billing**, & aliis.

Quieta clamantia Johannis *filii* Johannis, *domini de* **Wolverington**.

Ibid.f.161. 161.a. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsentes literæ pervenerint, *Johannes* filius *Johannis*, dominus de **Wolverinton**, salutem in domino. Donationem & concessionem

quas *Johannes* filius *Alani* de **Wolverinton**, pater meus, per cartam suam fecit Deo & ecclesiæ de **Luffelde** & religiosis ibidem Deo servientibus, de homagio & omnibus aliis serviciis quæ *Willielmus* de *Fraxino* eidem *Johanni* filio *Alani* facere consuevit pro omnibus terris tenementis & redditibus quæ de eo tenuit in **Thorneburgh** in comitatu **Bukingham**, habendas & tenendas eisdem religiosis & suis successoribus in puram & perpetuam elemosinam, prout in carta prædicta plenius continetur, ratas & gratas habiturus concedo, & pro me & hæredibus meis confirmo. Salvo tamen michi & hæredibus meis dominio, hydagio, scutagio, & custodia castri **Northampton** pro tanto tenemento debito. Volo etiam & concedo pro me & hæredibus meis quod omnes terræ, tenementa, redditus, servicia, libertates, & liberæ consuetudines quæ fuerunt *Roberti* de *Fraxino* die quo fuit pro felonia suspensus, & quæ terræ & tenementa cum pertinentiis eidem *Roberto* reverti vel accidere potuerunt si superstes fuerit, integrè remaneant prædictis viris religiosis de **Luffeld** & suis successoribus imperpetuum quieta pura & soluta de me & hæredibus meis imperpetuum; Ita quod nec ego dictus *Johannes* nec hæredes mei in prædictis tenementis & serviciis, ut prædictum est, aliquid juris clamii seu calumpniæ exigere seu vendicare poterimus in futurum. Salvis tamen michi & hæredibus meis serviciis ..... exceptis. Præterea ego dictus *Johannes* obligo me & hæredes meos ad warantizandum dictis religiosis de **Luffeld** & suis successoribus omnia tenementa in forma præscripta contra omnes gentes imperpetuum. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino *Rogero* de **Teringham**, domino *Johanne Dyne*, domino *Roberto Malet* militibus, *Willielmo Passelewe*, *Roberto* de **Erkenbey**, *Johanne* de **Tingewik**, *Johanne* de **Benebell**, *Hugone* de **Stretleye**, *Ricardo* de **Yockelene**, *Henrico* de **Northwick**, *Willielmo* de **Dineye**, *Roberto* de **Pyntes**, *Willielmo Bragenbus* & aliis.

Charta Henrici *regis tertii de libero* Chiminagio, *&c.*

Pat. 56. *Hen.* 3. mem. 17.

REX forestariis, viridariis, regardatoribus, & omnibus aliis Ballivis & ministris foreste sue de **Whitlewode**, salutem. Quia Prioratus de **Luffeld**, à predecessoribus nostris, Regibus *Anglie* est fundatus: Nos caritatis intuitu concessimus Priori & Monachis dicte domus, quod a festo natalis Domini, anno, &c. lvi. usque ad finem quinque annorum proximo sequentium, habeant de gratia nostra speciali liberum chiminagium per totam forestam nostram predictam tam de maeremio busca & clausura que sibi interim data fuerint quam de dominico bosco suo in eadem foresta. Et ideo vobis mandamus quod ipsos Priorem & monachos, contra hanc concessionem nostram predictam non vexetis aut ab aliis vexari permittatis. In cujus &c.

WILBERFOSSENSE
Cœnobium in agro Eboracensi.

Wilberfosse *domus sanctimonialium D. Mariæ dicata.*

ALANUS de **Catton**, filius *Helie* fundator; Dedit eis, præter alia, totam terram quæ pertinet ad feodum unum cum prato super **Derwent Catton**. *Lel.* coll. vol. 1.

Testes donat. *Gulielmus* filius *Tosti*, *Robertus Beverle*, *Gilbertus* de **Catesstrun**, *Gulielmus* de *Eebetuna*, *Odo* de **Flamesbur**.

Confirmatio Regis Henrici *secundi.*

HENRICUS secundus concessit & confirmat Deo & ecclesie sancte *Marie* de *Wilburchfossa*, & sanctimonialibus Deo ibidem servientibus capellam *Willonie*, & quicquid ei adjacet, & omnes alias donationes que eis facte sunt, sicut carte donatorum testantur. Ex dono *Jordani* filii *Gilberti*, ecclesiam de *Wilburfa*, cum pertinentiis suis, sicut carta ipsius, & carta *Rogeri* archiepiscopi, & *Henrici Dunelmensis* episcopi tunc temporis Thesaurarii & carta Decani & Capituli sancti *Petri Eboraci* testantur, & ex dono *Willielmi* filii *Roberti* de **Wilburfosse**, unam bovatam terre cum toftis in eadem villa, &c. Pat. 4 E 4. part. 1. m. 4

Carta Regis Henrici *tercii.*

HENRICUS Dei gratia &c. archiepiscopis, episcopis, &c. salutem. Sciatis Nos intuitu Dei, & pro salute anime nostre & animarum antecessorum & heredum nostrorum concessisse, & hac carta nostra confirmasse Prioriste & monialibus sancte *Marie* de **Wilburfosse**, & earum successoribus omnes terras & tenementa subscripta; videlicet ex dono *Roberti* filii *Ernisii* de **Welthaneby** ix. acras terre cum pertinentiis in **Welthaneby**; scilicet illas novem acras terre cum pertinentiis que jacent in cultura que vocatur **Smereliph**, & que jacent inter culturam *Remigii*, & culturam *Willielmi* filii *Jacobi*. Ex dono ejusdem *Roberti* novum crofrum quod jacet juxta croftum *Gilberti* filii *Ernisii* ex occidentali parte, quod croftum continet xiiij. perticatas in latitudine, & tantum in longitudine quantum croftum predicti *Gilberti* continet. Ex dono *Johannis le Poer* duas bovatas terre cum pertinentiis in **Japum**, quas *Simon Archerius* homo suus eis dedit, de feodo ipsius *Johannis*. Ex dono *Matildis* filie *Alani*, duas bovatas terre, cum pertinentiis, in campo de **Jolthorpe**, quas emit de *Willielmo* filio *Walteri* de **Jolthorp**, illas scilicet que jacent inter terram *Hugonis* de **Pusat**, & terram *Agnetis* filie *Osmundi*, cum toto illo in quo *Walterus* frater ejus mansit. Ex dono *Simonis Archerii* duas bovatas terre, cum omnibus pertinentiis in **Japum**, illas scilicet que jacent pro- Cart. 12. *H.* 3. m. 10.

propinquiores dimidie carucate terre jacentes in illa carucata terre quam idem *Simon* tenuit de *Johanne le Poer*. Ex dono *Matillidis* filie *Alani* de **Catherton**, totam culturam in **Wilberfoſſe**, que vocatur **Pilneholm**, cum domibus deſuper fundatis cum pertinentus, & molendinum cum ſtagno & cum omnibus pertinentiis in eadem villa & aliam culturam in eadem villa que vocatur **Pilneholmhevethlandes**, ſicut continetur in longum & latum, a foſſa uſque ad communem viam de **Seneker**, cum pertinentiis. Et unum toftum cum pertinentiis in eadem villa quod *Wiſielmus* de **Lonnesburg** tenuit, ſicut continetur in longitudine & latitudine inter curiam predictarum monialium, & inter toftum *Alani* clerici uſque in **Foſſe**, cum pertinentiis ſine aliquo retinemento in predictis locis. Et duas bovatas terre quas *Robertus* de **Neuby**, & *Agnes* uxor ejus eiſdem monialibus dederunt cum preſencia corporis *Thome* de **Arundel** de **Jolthorp**, cum omnibus pertinentiis ſuis, in campis de **Jolthorp**. Et duas bovatas terre quas *Johannes* filius *Ivonis*, & *Alicia* filia *Nicolai* uxor ejus eiſdem monialibus dederunt cum preſencia corporis ejuſdem *Thome* cum omnibus pertinentiis ſuis in campis de **Jolthorp**. Quare volumus (*&c.*) Datum per manum venerabilis patris *R. Cieſtrenſis* epiſcopi Cancellarii noſtri apud *Eboracum* xxiij. die Decembris, anno regni noſtri xij.

GODESTOWENSIS
Prioratus in agro Oxonienſi.

Dedicatio eccleſia de **Godeſtowe** *facta per* Alexandrum Lincolnienſem *epiſcopum tempore* Stephani *Regis, & facta fuit dedicatio in vigilia Paſche anno inferius ſcripto.*

Ex regiſt. de *Godſtowe* in ſcaccario ex parte rememoratoris nuper regis. fb. fol. 1. b.

ALEXANDER Dei gratia *Lincolnienſis* epiſcopus, univerſis ſancte eccleſie fidelibus ſalutem. Benedictus Deus cujus nomen glorioſum in ſecula, qui ſicut eccleſiam ſuam novo ſemper fœtu multiplicat, ita eam noſtris temporibus novo lumine ſancte religionis illuſtrat, dum fidelium devotione creſcente, ad ipſius laudem nove fundantur eccleſie, quatinus in omni loco dominationis ejus omnis anima Deum benedicat & laudet. Qui cum in ſanctis ſuis ſemper ſit & ubique mirabilis, mirabilem ſue virtutis declarat operationem in venerabili ſanctarum conventu mulierum que in religioſo habitu degunt in **Godeſtow** ſub providentia & regimine memorabilis matrone Deo devote *Edithe* que loci illius eccleſiam proprio ſumptu & labore collatiſque fidelium elemoſinis in honorem ſancte Dei genitricis virginis *Marie* & beati *Johannis Baptiſte* a primo lapide prudenter ædificavit ac Deo cooperante ad finem uſque perduxit. Quod ſi gaudium eſt immo quia certè gaudium eſt angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, multo amplius ſuper innumeris memoratis famulabus Chriſti preſentibus & adhuc futuris, quarum tota vita pœnitentia, totus in Deo affectus, quarum incolatus in terra ſed converſatio in celis. Que in carne præter carnem viventes Chriſto ſponſo ſe æternaliter devoverunt, & carnalia in ſe crucifigentes deſideria, vicia carnis aut per experientiam ignorant aut reſiſtendo devicerunt. Ad hujus eccleſie dedicationem celebrandam anno ab incarnatione Domini MCxxxviij. regnante in Anglia piiſſimo rege *Stephano* imperii ipſius anno quarto convenerunt prædictus Rex & uxor ejus *Matildis* Regina, comites & barones necnon & pontifices, *Theobaldus* archiepiſcopus *Cantuarienſis*, *Rogerus* epiſcopus *Sareſberienſis*, *Simon Wigornenſis*, *Robertus Exonienſis*, *Robertus Bathonienſis*, *Algarus Conſtantienſis*, quorum miniſter ego *Alexander* qui Deo diſponente univerſæ illius parochiæ regimini præſideram ſancte *Marie* matris eccleſie *Lincolnienſis* in illa ſede præſul tertius, prædictis fratribus noſtris ſuffragantibus, cooperante virtute ſancti ſpiritus & gratia, miniſterium dedicationis explevi. Et quoniam his que in præſentia noſtra geſta ſunt veritatis teſtimonium negare non poſſumus, præſentium indicio litterarum notum facimus tam præſentibus quam futuris ea que in hac ſubſcriptione habentur in dotem ejuſdem eccleſie tanta devotione à fidelibus fuiſſe oblata data & conceſſa, ut priorum exemplo ad imitationem valeant mentes ſequentium animari. Rex dedit de proprio dominio ſuo centum ſolidatas terræ in *vico* qui dicitur *Waltona*, & uxor ejus *Matildis* Regina x. marcatas, & *Euſtachius* filius ſuus centum ſolidos in denariis donec terram haberet, & *Theobaldus Cantuarienſis* archiepiſcopus centum ſolidatas. Et ego *Alexander Lincolnienſis* epiſcopus dedi C. ſolidos de theloneo *Banneburie*. Et *Robertus* epiſcopus *Exonienſis* xl. ſolidos dedit in duabus eccleſiis ſcilicet xx. in eccleſia ſancte *Marie Glouceſtrie* & xx. in **Ferendon**. Et *Rogerus Sareſberienſis* epiſcopus quoddam molendinum quod vocatur *Boiemulna* cum terra que eidem adjacet. Et abbas de *Weſtmonaſterio* lx. ſolidatas. Et *Ingulfus* abbas *Abbendonie* lx. ſolidatas, & *Johannes* de ſancto *Johanne* unum molendinum de iiij. libris in *Wigorcestra* & manſuras duorum hominum cum appendiciis, & particulam terra ante portam præfatæ eccleſiæ in inſula quæ interjacet duabus aquis, & dimidium prati quod dicitur *Lambeia*. *Robertus* de *Olleio* dedit alteram medietatem ejuſdem prati ſcilicet *Lambeia* & unum modium frumenti unoquoque anno, & *Milo* conſtabularius *Glouceſtrie* xx. ſolidatas. Et cives *Oxinefordia* dederunt terram in **Portmanett** quam tenuit *Sagrunus*. *Robertus* comes *Leiceſtrie* & uxor ejus comitiſſa *Amicia* dederunt lx. ſolidatas terræ in **Hulſo**. Et *Hugo* de **Tiwe** dedit ix. ſolidatas in **Dreneſorp**. Et *Sevarus* in eadem villa vij. ſolidatas apud *Lundonias* in **Elſchep** ix. ſolidatas. Et *Rogerus* de *Almereio* xxv. acras unoquoque anno ad ſeminandum in *Blecheſdona* & totidem ad waretandum. Et *Galterus* de **Peri** unam virgatam terræ & v. acras in eadem villa. Et *Reginaldus* de ſancto *Walerico* dedit & conceſſit **Heringetham** & **Boteham** & j. piſcariam cum appendiciis, & totam inſulam infra duos pontes & ſupradicta que *Johannes* de

* Lege, *Johanne.*

sancto * *Honore* dedit in dedicatione memoratæ ecclesiæ. Et *Elwinus* filius *Godegosii* ecclesiam sancti *Ægidii* quæ est extra *Oxinefordiam* & ex altera parte ejusdem villæ versus *Abbendonam* xviij. solidatas. *Robertus* de **Witham** particulam prati juxta ecclesiam de **Godestow**. *Radulfus* filius *Rogeri* v. solidatas in *Sipetona*, *Nicholaus Basset* j. hidam terræ apud *Risendunam*, & *Simon* de **Wahelle** dimidietatem ecclesiæ de *Pateshilla* cum pertinentibus. Rex etiam *Stephanus* concessit eis nundinas trium dierum in festivitate sancti *Johannis Baptistæ*. Et *Galterus* archidiaconus *Oxinefordiæ* dedit decimam dominii sui de *Cudestana*. Hæc omnia dominus *Albericus Hostiensis* episcopus qui tunc in *Anglia* sanctæ Romanæ ecclesiæ legatione fungebatur, apostolica auctoritate sancivit. Hæc rex *Stephano* regiæ potestatis privilegio roboravit. Hæc *Teobaldus* archiepiscopus totusque noster episcoporum conventus episcopali auctoritate confirmavit, sicque omnes pari assensu pari voto unaque voce perpetui decrevimus anathematis sententiæ subjacere quicunque deinceps de beneficiis quibus prædicta dotata fuerit ecclesia vel quibus adhuc Deo volente canonicè in futurum augmentanda erit, aliquid ausu temerario invadere auferre minuere seu in deterius mutare præsumpserit, nisi condigna satisfecerit pœnitentia. Prædictorum autem largitoribus beneficiorum domnus *Albericus* legatus unum annum de injunctis pœnitentiis vice apostolica relaxavit, & xl. dies singulis annis omnibus qui in die sanctæ *Priscæ* virginis vel in natali beati *Johannis* baptistæ eandem ecclesiam devoto corde visitaverint. Et nos canonici sanctæ *Mariæ* matris ecclesiæ *Lincolnienſis* pontificis nostri *Alexandri* litteris subscribentes, Deum in suis donis benedicimus, & nostræ humilitatis orationes concedimus omnibus qui in prædictis festivitatibus ecclesiam illam pio Dei amore visitaverint, & beneficiorum suorum suffragio prædictas Christi famulas in Dei servicio confortaverint.

Confirmatio bonæ memoriæ Regis Stephani *de omnibus sicut carta inferius scripta testatur.*

Ib. fol. 2. a. *Stephanus* Rex *Anglie* archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, & justiciariis, & vicecomitibus, & ministris, & omnibus fidelibus suis *Francis* & *Anglis* totius *Anglie* salutem. Concedo Deo & sanctæ *Mariæ* & sancto *Johanni Baptistæ* & sanctimonialibus de **Godestow** subscriptas terras & omnes tenedutas in omnibus rebus bene & quiete & liberè in perpetuam elemosinam possidendas sicut ego & alii domini eas concessimus & dedimus ad tenendum quietè & liberè de placitis & occasionibus & querelis & omnibus rebus die qua dedicata fuit. Ecclesiæ de **Godestow**, scilicet de meo proprio dominio C. solidatas in vico qui dicitur *Waltona*. Et de dono reginæ uxoris meæ x. marcatas. Et de dono *Eustachii* filii mei C. solidos in denariis donec terram habeat. Et de dono *T.* archiepiscopi *Cantuariensis* C. solidatas. Et de dono *A.* episcopi *Lincolniensis* C. solidatas. Et de dono episcopi *R. Exoniensis* xl. solidos in duabus ecclesiis. Et de dono *Johannis* de sancto *Johanne* j. molendinum de iij. libris & mansuras duorum hominum cum apendiciis & particulam terræ ante portam ecclesiæ insula quæ interjacet duabus aquis, & dimidium prati quod dicitur *Lambeia*. Et de dono *Roberti* de *Oilli* alteram medietatem ejusdem prati scilicet *Lambeia*, & j. modium frumenti quoquo anno. Et de dono abbatis de *Westmonasterio* lx. solidatas & totidem de dono abbatis *Abendoniæ*. Et de dono *Milonis Gloecestrensis* xx.s. Et de dono civium *Oxinefordiæ* terram in **Portmaneit** quam tenuit *Sagrimus*. Et de dono *Radulphi* cancellarii reginæ unam marcam argenti donec terram habeat. Item concedo eis in *Oxinefordia* ix. solidos de dono *Hugonis* de *Tiwa* & iij.s. de dono *Sevari*, & apud *Lundonias* in **Estcheap** xj.s. Et in *Blecenduna* unam virgatam terræ de dono *Rogeri* de *Almari*, & in *Sciptona* v.s. de dono *Radulphi* filii *Rogeri*. Hæc omnia concedo & confirmo eis perpetuò possidenda in pace & quietè & liberè ab omnibus secularibus consuetudinibus, ita ut habeant curiam suam tenendam cum **soc & sake & toll & team & infangenetheof** honorificè & liberè sicut aliqua ecclesia in *Anglia* meliùs & liberiùs & quietiùs tenet in omnibus rebus, hoc idem concedentibus & confirmantibus T. archiepiscopo *Cantuariensi* cæteriſque qui aderant, scilicet *A. Lincolniensi*, *A. Constantiensi*, *R. Exoniensi*, *Rogero Salesberiensi*, *R. Batoniensi*, *S. Wigorniensi*, perpetuo religantes anathemati hujus donationis adversarios. *Albericus* etiam *Hostiensis* episcopus & apostolicæ sedis legatus hoc idem confirmavit, Apostolica auctoritate & sua relaxans de pœnitentiis annum unum omnibus benefactoribus ejusdem cœnobii & omnibus qui singulis annis die sanctæ *Priscæ* virginis vel in natali sancti *Johannis Baptistæ* prædictum locum visitaverint xl. dies.

Confirmatio *Thomæ* de sancto *Walerico* filii *Bernardi* de sancto *Walerico* de Carta quam idem *Bernar.* fecit domino Regi *Henrico* secundo.

Ib. fol 3 a. *Noverint presentes & futuri quod ego* Thomas de sancto Walerico *intuitu pietatis & caritatis, & pro salute animæ meæ &* Edele *uxoris meæ, &* Bernardi *patris mei, &* Anore *matris meæ & omnium antecessorum meorum concessi, & presenti Carta mea confirmavi donum illud quod* Bernardus *bonæ memoriæ vir, pater meus fecit nobili* Henrico Anglorum *Regi, filio* Matillis *illustris Imperatricis, de* **Wlgaricot**, *liberè & pacificè quietè & honorificè tenend. cum omnibus pertinentiis suis imperpetuũ sicut Carta prefati* Bernardi *patris mei super hoc ipso dono testatur. Concessi etiam & presenti scripto confirmavi Deo & ecclesiæ beati* Johannis *Baptistæ de* Godestowa *& sanctimonialibus ibidem Deo servientibus hoc ipsum donum quod prenominatus* Henricus *Rex filius* Matillis *illustris imperatricis fecit prætaxatis sanctimonialibus de prenominata villa de* **Wlgaricot**, *tenend. & in pace possidend. cum universis pertinentiis suis imperpetuum, sicut Carta sepedicti domini* Henrici *Regis* Angliæ *testatur. Et ut hæc mea concessio & confirmatio firmiter conservetur, presentem cartam sigillo meo confirmare dignum duxi. Huis testibus,* Radulpho Harenge *Senescallo meo.* Walone *de* **Camberoy**. Bernardo Mulecter *juveni*, Williel-

mo

mo *de* Westheri *militibus.* Engram *capellano.* Willielmo *de* Pichecoc. Willielmo *clerico persona de* Ambresdon.

Carta Domine Johannis *de* sancto Johanne *de* Godestow *facta Dom.* Edivæ *prime Abbatisse.*

Ib.fol.1.a. A *Lincolnienſi* epiſcopo, & omnibus baronibus de *Oxenfortſira* clericis atque laicis *Johannes* de *ſancto Johanne* ſalutem. Notum ſit vobis me conceſſiſſe *Ediva* ſanctimoniali, & omnibus ſanctimonialibus ſuæ congregationis ibi morantibus, ſivè ſucceſſoribus ſuis, terram de Godestow, & omnia quæ ad eam pertinent, ſolidè & quietè in elemoſina perpetua, pro animabus patris & matris meæ, & pro animabus anteceſſorum, qui eam adquiſierunt; & ita ut poſt mortem prædictæ *Edivæ* non accipiatur gubernatrix in eodem loco, niſi de eadem congregatione. Teſtibus, *A. Lincolnienſi* epiſcopo, *Roberto* de *Oleio*, *W.* archidiacono, *Willielmo* decano *R.* magiſtro *Q.* capellano, *A.* preſbitero, *Walchevio War. R. Harenge*, *G.* de *Monte*, *G. Lunell*, *Hugone Talmaſſo*, *Radulpho Clerico*, Et hoc confirmatum eſt ante epiſcopum *Sarum.*

Carta Vincencii *de* Witham *pro terra de* Pydelei.

Ib.fol.4.a. SCiant præſentes & futuri quod ego *Vincencius* de Witham conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & ſancti *Johannis Baptiſtæ* de Godestowe & monialibus ibidem Deo ſervientibus terram quæ vocatur Pidelei, quam *Robertus* pater meus dedit præfatæ eccleſiæ in perpetuam elemoſinam cum tribus filiabus ſuis in eadem eccleſia monialibus. Præterea ego *Vincencius* aſſenſu & conſenſu *Matildis* uxoris meæ & heredum meorum dedi & conceſſi Deo & prædictæ eccleſiæ cum duabus filiabus meis ibidem Deo ſacratis quinque acras prati de propria hereditate mea quod pratum vocatur Revenere, cum omnibus pertinentiis ſuis liberè & quietè pro redemptione animæ meæ & anteceſſorum meorum in perpetuam elemoſinam. His teſtibus, *Thoma* & *Euſtachio* atque *Radulfo* ſacerdotibus, *Ricardo* perſona de Withham, *Johanne* clerico, *Roberto*, *Willielmo*, & *Johanne* filiis meis, *Ricardo* de *Vallibus*, *Willielmo* de Bagehurſte, *Roberto* filio *Goldewini*, *Laurencio* de *Clera*, & aliis quam pluribus.

Carta Regis Ricardi *primi.*

Ib.fol.169 Vide cart. antiq. GG, n. 6. Et Pat. 2. E. 4. part. 3 m. 31. Et Cart. 20. E. 2. num. 43. Et Cart. 4. E. 3. num. 52. Et Cart. 5. R. 2. num. 12. RICARDUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & in perpetuam elemoſinam confirmaſſe præſenti carta noſtra Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ*, & ſancti *Johannis Baptiſtæ* de Godestowe, & monialibus ibidem Deo ſervientibus donationem illam quam dominus *H.* Rex pater noſter eis fecit, & carta ſua confirmavit, & omnes donationes quæ eis factæ ſunt, ſcilicet ex dono domini *H.* patris noſtri villam de Wolgaricote, & locum qui vocatur Godestowe, in quo eccleſia ſua fundata eſt, aſſenſu & conceſſione *Bernardi* de *ſancto Walerico* & heredum ſuorum, qui ſcilicet *Bernardus* prædictam villam & locum illum conceſſit domino *Henrico* patri noſtro, & dedit & ſaſivit per pannum ſericum unde facta eſt caſula, una cum toto domínio & jure advocationis ejuſdem abbatiæ, quod prius in ea habebar, ita ut prefata abbatia, in perpetuum libera & in capite de corona noſtra ſit, ſicut abbatia ſancti *Edmundi* & aliæ abbatiæ Regales, quæ per *Angliam* ſunt conſtitutæ. Item ex dono domini *H.* patris noſtri eccleſiam de Wicumbe, cum omnibus pertinentiis ſuis, Et eccleſiam de Blokham cum omnibus pertinentiis ſuis, & vaccariam de Pauchenhale, cum paſtura ſicut dominus *H.* pater, in propria manu habuit, & terram in *Clera* nomine Prevet, quam pater noſter emit de *Manaſſe* de *Sanservilla* pro viginti & quinque marcis. Ex dono dominæ Imperatricis aviæ noſtræ & patris noſtri terram de Shillingford, ſcilicet duas hidas & dimidiam, & dimidiam virgatam cum pratis & paſturis, quam *Radulfus Scriba* tenuit pro quinquaginta & duobus ſolidis & ſex denariis per annum, & centum ſolidatas terræ in *Waltona*, ſicut eam habuerunt quando domina Imperatrix obſeſſa fuit in Oxinefort, Et piſcariam in Cherewelle, & aquam cum pratis & paſturis & omnibus pertinentiis ſuis, & totam decimam omnium fructuum de Wodestok, & nundinas quæ durent tres dies plenarios apud Godestowe, ad natale ſancti *Johannis Baptiſtæ*. Et firmiter precipimus quod omnes illi qui ad illas nundinas venerint habeant noſtram firmam pacem, & omnes res eorum in eundo & redeundo, ne aliquis eos nec res eorum injuſte diſturbare preſumat. Concedimus etiam & confirmamus predictis monialibus, in perpetuum duas carretas errantes ſingulis diebus in boſco de *Scotorum* ad deferendum buſcam ad opus earum. Item ex dono *Reginaldi* de ſancto *Walerico* molendinum de Wolgaricote, & unam piſcariam quæ vocatur Rimſeſwere, & prata quæ vocantur Pertingeſham, Woleham, & Licheſete, & terram quæ jacet inter duas aquas, & dimidiam prati quod vocatur Lambeie, & alteram medietatem ejuſdem prati ex dono *Roberti* de *Olleio*. Ex dono *Alexandri Lincolnienſis* epiſcopi centum ſolidatas per annum de theloneo *Banneburiæ*. Ex dono *Bernardi* de *ſancto Walerico* pratum quod dicitur Petheſete, & ad falcandum idem pratum quatuor ſolidos per annum, ad feſtum ſancti *Johannis Baptiſtæ*, duos ſolidos in Erdinton, & duos ſolidos in *Lega*. Ex dono *Roberti Exonienſis* epiſcopi quadraginta ſolidos annuatim perſolvendos, ſcilicet viginti ſolidos in eccleſia de Ferendon, & viginti ſolidos in eccleſia ſanctæ *Mariæ Gloueſtriæ*. Ex dono *Roberti* Comitis *Legreceſtriæ*, ſexaginta ſolidatas terræ in Palſo. Ex dono *Amicie* comitiſſæ uxoris ejus, & filius conceſſu duas marcas per annum, ſ. in *Brackeleia*, & aliam in Ferningeho. Ex dono *Reginaldi* filii Comitis & *Emeline* uxoris ſuæ & heredum ſuorum, *Eatonam* cum omnibus appendiciis ſuis. Ex dono *Simonis Diſpenſarii* decimam de Kollendith. Ex dono *Nicholai Baſſet* unam hidam terræ in Kiſenden. Ex dono *Ricardi* Labanc, totam dotem matris ſuæ, ſcilicet Podicote, quantum prædeceſſores ſui poſſederunt, ſcilicet quinque hidas & Cnolle & Swanton.

Swanton, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Arnulphi* de Bolde terram quæ dicitur Sanford. Ex dono *Rogeri* de *Almari* quinquaginta acras in Brethesdon. Ex dono *Walteri* de Pirie in eadem villa unam virgatam terræ & decem acras. Ex dono *Hugonis* de Tiwe novem solidatas terræ in *Oxenefordia*. Ex dono *Rogeri Sarisburiensis* episcopi molendinum quod vocatur Botemulin cum terra quæ eidem adjacet. Ex dono civium *Oxenfordiæ* Witham quam tenuit *Segrinus* in Portmanhert juxta *Oxenefordam*. Ex dono *Ailwini* filii *Godegos* ecclesiam sancti *Ægidii* cum pertinentiis suis quam ipse fundavit quæ est extra *Oxenefordam*; & ex altera parte ejusdem urbis super pontem australem decem & octo solidatas terræ. Ex dono *Ambrosii* filii *Geroldi* quinque solidos in *Wintonia*. Ex dono *Baldwini* filii *Ingerid* in London in Estchepe undecim solidos. Ex dono *Edwardi* filii *Siwineri* sex solidos super Cornhull. Ex dono *Hugonis* archidiaconi *Legrecestriæ* unam shopam in Westchep & duos solidos extra portam occidentalem sancti *Pauli*. Ex dono *Aluredi* de *Rendevilla* molendinum de Becheswid. Ex dono *Henrici* de *Oxonia* unam hidam terræ in Walton. Ex dono *Bartholomei* de Pekesord dimidiam marcam terræ in Ikesord. Ex dono *Galfridi* filii *Durandi* & *Matildis* uxoris ejus unam marcam redditus in *Oxenefordia*. Ex dono *Willielmi* de Wenuz molendinum & terram suam in Imbeschet. Ex dono *Roberti* de *Meysi* in *Wintonia* totam terram extra portam aquilonalem & in Schelduwichtstrete & Flesmongerestrete. Ex dono *Roberti* de *Everci* virgultum suum extra *Gloverriam* apud Kingesham & mansuram unam. Ex dono *Herberti* de sancto *Quintino* in *Wintonia* duas mansuras infra murum & unam extra. Ex dono *Alani* de *Leia* dimidiam marcam in Putham. Ex dono *Roberti* filii *Nigelli* unam virgatam terræ in Blecheldon. Ex dono *Nicholai* de Burton duos solidos in Tozmarton. Ex dono *Widonis* de sancto *Walerico* dimidiam marcam in Cnichton. Ex dono abbatis de Abbendon & totius conventus per petitionem domini *Henrici* patris nostri quinque acras nomine Pedresham. Ex dono *Willielmi* de *Snuccerdia* ecclesiam de Esindon. Ex dono *Baldewini* de *Columbariis* ecclesiam de Lannet. Ex dono *Hugonis* de Hozton unam marcam per annum de molendino de *Wrchia*. Ex dono *Walteri* de Clifford molendinum de Frampton cum omnibus pertinentiis suis & in *Wichis* quatuordecim mittas salis & unum mesuagium. Ex dono *Osberti* filii *Hugonis* salinam unam in *Wichia* quæ dicitur *Vacca*. Ex dono *Agnetis* de *Montechanesi* ecclesiam de Dunington cum omnibus pertinentiis suis. Item in *Wintonia* ex dono *Herberti* filii *Westman* sexdecim solidos & undecim denarios. Ex dono *Ediva* uxoris *Turstani Oser* tres solidos & octo denarios & obolum. Ex dono *Herberti* præpositi quinque solidos. Ex dono *W.* sacerdotis de sancto *Pancratio* duos solidos extra portam orientalem. Ex dono *Humfridi* capellani abbatissæ in *Wintonia* super Chesthull novem solidos & quinque denarios & obolum. Ex dono *Alexandri* sacerdotis de *Gloverria* duodecim denarios. Ex dono *Turchilli* præpositi in *Bracheleia* quatuor solidos. Ex dono *Alani Rismongere* & *Editha* uxoris ejus dimidiam marcam per annum extra portam aquilonalem *Oxenefordiæ*. Quare volumus (*&c.*) Testibus, *Hugone Dunelmensi* episcopo, *Ricardo Londoniensi*, *Godefrido Wintoniensi*, *Huberto Sarisburiensi*, electis. *Willielmo* comite de Arundell, *Willielmo* de sancto *Johanne*, *Stephano* de *Longo-campo*, *Rogero* de *Pratellis* dapifero, *Michaele Belet*, *Roberto* de Wytefeld. Datum apud *Wintoniam* septimo decimo die Octobris per manum *Willielmi* de *Longo-campo*, *Eliensis* electi Cancellarii nostri, regni nostri anno primo.

R. Hoved. fol. 405. b. num. 10.

Anno Domini MCxcj. *Hugo Lincolnensis* episcopus, faciens visitationes suas per domos religiosorum in sua diœcesi, venit ad abbatiam sanctimonialium de Godestowe, quæ est inter *Oxoniam*, & Wodestoc. Et cum intrasset ecclesiam ut oraret, vidit tumbam in medio chori ante altare, sericis pannis velatam, & lampadibus, & cereis circundatam: & quæsivit cujus esset tumba, & dictum est ei, illam esse tumbam *Rosamundæ*, quæ quondàm exiterat amica *Henrici* regis *Angliæ*, filii *Matildis* imperatricis; & quod ipse pro amore ipsius multa bona ecclesiæ illi fecerat. Et respondit episcopus: tollite eam hinc, quia scortum fuit & sepelite eam extra ecclesiam cum exteris, ne christiana religio vilescat, & ut exemplo illius ceteræ mulieres exteritæ, caveant sibi ab illicitis, & adulterinis concubitibus. Et factum est ita.

Ex fragmentorum *Joh. Leslandi* in bibl. *Cottoniana.*

Rosamunde's tumbe at Godestowe Nunnery was taken up a late; it is a stone with this inscription. Tumba Rosamundæ. Her bones were closid in lede, and withyn that bones were closid yn letter: when it was openid there was a very swete smell came owt of it. There is a Crosse haid by Godestowe with this inscription,

Qui meat hac oret, signum salutis adoret,
Utque sibi detur veniam *Rosamunda* precetur.

Id est, Rosamundæ *apud sanctimonialium* Godstowenfium *ædes sarcophagus, nuper erat effossus. Lapis est hanc ferens inscriptionem.* Tumba Rosamundæ. *Ossa ejus plumbo erant inclusa, intra quod ossa corio fuerunt involuta. Quando aperiebatur, magna inde manavit odoris fragrantia. Prope* Godstowam *crux est quædam cum hac inscriptione.*

Qui meat, &c. [*ut supra.*]

LILLESCHERCHENSE
Cœnobium in agro ....

Charta Regis Henrici *tertii.*

Car. 11. *Hen* 3. par. 2. memb. 7.

REX &c. salutem. Sciatis Nos concessisse & presenti carta nostra confirmasse Deo & abbatiæ sanctæ *Mariæ* de sancto *Sulpicio* & Prioriſſe & Monialibus de Lillechirche, manerium de Lillechirche, in puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis, cum omni integritate sua, & cum

cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad illud pertinentibus. Preterea concessimus & presenti carta confirmavimus predictis Prioriſſe & monialibus quod habeant unam feriam apud **Lillecherch**, per tres dies duraturam ſingulis annis, ſcilicet, die ſancti *Michaelis*, & duobus diebus ſequentibus. Quare volumus & firmiter precipimus quod predicte Prioriſſa & Moniales habeant & teneant predictum manerium bene & in pace, liberè, quietè & honorificè, integrè & plenariè in perpetuum, & quod habeant predictam feriam apud **Lillechirreche** ſingulis annis die ſancti *Michaelis* & duobus diebus ſequentibus ſicut predictum eſt, & ſicut Cartæ domini *J.* Regis patris noſtri quas inde habent rationabiliter teſtantur. Teſtibus *E. Lond. J. Bath. R. Sarr.* epiſcopis, *H.* de *Burgo &c. Oſberto Giffardo, Radulpho* filio *Nicholai*, *G* de **Cawecumbe**, *Henrico* de *Capella*, *Johanne* filio *Philippi* & aliis. Datum per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* epiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Weſtmonaſterium* vj. die Julii.

Alia ejuſdem Regis Charta.

Pat. 50. *Hen* 3. memb. 25. REX *omnibus ſalutem. Sciatis nos, pro ſalute anime noſtre, & animarum anteceſſorum & heredum noſtrorum, pardonaſſe pro nobis & heredibus noſtris, dilectis nobis in Chriſto* Aceline *Prioriſſe de* **Lillechirch** *& Monialibus ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris ſectam quam ſingulis annis facere conſueverunt ad curiam noſtram honoris* Bononiæ *apud ſanctum* Martinum *magnum* London. *pro dominicis terris ſuis in manerio de* **Lillechirch**, *quod habent de dono domini* I. *quondam Regis* Angliæ *progenitoris noſtri. Ita quod dicte Prioriſſa & Moniales & earum ſucceſſores quiete ſint imperpetuum de ſecta predicta quoad dominicas terras ſuas quas habent in maneriо predicto. In cujus &c. T. Rege apud* Weſtmonaſt. *ſecundo die Marcii.*

THIKEHEVEDENSIS
Prioratus in agro Eboracenſi.

Carta regis Johannis.

Cart. 5. *Johannis* m. 12. n 98. Pat. 13. E. 1. m. 20. JOhannes Dei gratia &c. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute anime noſtre & animarum anteceſſorum & ſucceſſorum conceſſiſſe & preſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Thikehebed** & monialibus ibidem Deo ſervientibus rationabiles donationes eis factas inferius ſcriptas; ſcilicet de dono *Rogeri* fil. *Rogeri* locum qui dicitur **Tikehebed** & iiij bovatas terræ cum pertinentiis in **Cottingwich**. De dono *Thoma* fil. *Rogeri* dimid. carucatam terræ cum pertinen. in eadem villa. De dono *Picot* unam bovatam terræ cum pertinenciis in eadē villa. De dono & conceſſione *Gaufridi* de **Fiſelingham** & *Hugonis* de **Buleton** eſſartum quoddam de waſto noſtro. De dono *Rogeri* filii *Rogeri* unam bovatam terræ, cum pertinentiis, in **Cudemundcham**. De dono *Emmæ* ſororis ejuſdem *Rogeri* filii *Rogeri* unam bovatam terræ, cum pertinentiis in eadem villa. De dono *Gaufridi* de **Fiſelingham**, duas bovatas terræ cum pertinentiis in **Coldzic**. De dono *Hugonis* de **Boulton**, duas bovatas terræ, cum pertinentiis, in eadem villa. De dono *Emmæ* de **Diholton**, unam bovatam terræ, cum pertinentiis, in eadem villa. Quare volo, (*&c.*) Teſtibus domino *G.* archiepiſcopo *Eborac. Ph. Dunelm.* epiſcopo. *G.* fil. *Petri* (*&c.*) *Rob.* filio *Rogeri*. *Hugone* de **Nevill**. Datum per manum *S.* prepoſiti *Beverlaci* & *Wellenſis* archidiaconi, apud *Eboracum*, viceſimo ſeptimo die Februarii anno &c. quinto.

Carta *Emmæ Hai*.

Ex ipſo autographo penes *Ric. Robinſon* de *Thirkleby* ar. an. 1652. OMnibus *ſancte matris eccleſie fiiis ego* Emma Hai *ſalutem. Sciatis me & heredes meos conceſſiſſe & hac preſenti carta confirmaſſe Deo & ſancte* Mariæ *de* **Thyched**, *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus unam bovatam terre in* **Cotingwit**, *quam* Pigot *& heredes ſui predictis ſanctimonialibus dederunt, & unum toftum in* **Croſſum**, *ita liberè & quietè de me & heredibus meis, ſicut predictus* Pigot *& heredes ſui predictis ſanctimonialibus carta ſua confirmaverunt. His teſtibus*, Rad. Salvage, Willielmo *de* **Burrers**, Hamone *de* **Skipwic**, Hugone *de* **Boulton**, Willielmo *filio* Petri, Willielmo Hai, Willielmo *de* Belebia, *& multis aliis.*

Carta Hugonis *de* **Boltun**.

Ibid. SCiant omnes tam præſentes quam futuri, quod ego *Hugo* de **Boltun** & *Cecilia* uxor mea, conceſſu hæredum noſtrorum, dedimus & conceſſimus, & hac præſenti carta noſtra confirmavimus Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Thicheved**, & monialibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, cum *Iſonda* filia noſtra totam partem noſtram in caſtellaria, & balliva de **Quelpic**, cum omnibus pertinentiis, & duas acras terræ extra ballivam, unde capita extendunt ſe verſus mariſcum; & unam acram terræ; ſimiliter toftum unum juxta toftum *Willielmi Muns*; & querelam quam habui apud prædictam domum de terra ſcilicet, infra claulturam ejuſdem domus, ſcilicet de waſto domini Regis *Ricardi*, quietam clamavimus. Has prænominatas terras prædictæ moniales liberè, & quietè, pacificè, & honorificè poſſidebunt, cum communi paſtura, & omnibus aiſiamentis, cum libero introitu & exitu & omnibus libertatibus ejuſdem villæ pertinentibus. Hiis teſtibus, *Odone* capellano, *Johanne* de **Birkin**, *Willielmo Aguillun*, *Willielmo* de **Burrers**, *Galfrido* de **Fiteling**, *Ricardo* de **Averenches**, *Hamundo* de **Duffeld**, *Gerardo* clerico, *Petro* de **Auvers**, & multis aliis.

Conventiones inter Canonicos de **Ellerton**, *& moniales de* **Thykeheved**.

Ibid. ANno Domini MCCLxiij. die ſancti *Dunſtani* aſſenſu & voluntate *Germani Hay* de *Aſtona*, advocati de **Thykeheved**, ita convenit inter

ter Priorem & Canonicos de **Ellerton** ex unâ parte, & Prioriſſam & moniales de **Thikeheved** ex altera, Omnibus querelis excambns & placitis uſque ad prædictum diem inter eos motis, amicabiliter ſopitis : Videlicet quod iidem Prior & Canonici conceſſerunt, & hoc ſcripto confirmaverunt, Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Thikeheved** & monialibus ibidem Deo ſervientibus totam illam terram quam præfato die habuerunt de *Symone* ad Pontem ; & præterea totam illam terram quam præfato die habuerunt de feodo ſuo in territorio de **Weſtcottingwith** & de **Croſſum**, liberam quietam & ſolutam de omnibus ſecularibus ſervitiis & exactionibus, ſectis curiæ ſuæ, & de omnibus demandis ad ipſos pertinentibus imperpetuum. Et eadem Prioriſſa & moniales, pro eadem confirmatione, dederunt, conceſſerunt, & hoc ſcripto confirmaverunt Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ* de **Ellerton** & Canonicis ibidem Deo ſervientibus, illud toftum in **Weſtcottingwith** quod *Petrus Figge* aliquando tenuit ; & jacet inter toftum prædictorum canonicorum, & toftum præfatarum monialium: Et duas ſelliones in **Lundcroft**, jacentes inter terram prædicti Prioris & communem viam ejuſdem villæ quæ vocatur **Bouekeldegate**, & buttant ſuper *le* **Koth** & ſuper toftum *Willielmi* filii *Emmæ*. Prædicta vero Prioriſſa & moniales præfatum toftum & prænominatas ſelliones ſicut præſcriptum eſt de omnibus ſecularibus ſervitiis exactionibus & demandis prædictis canonicis warantizabunt adquietabunt & defendent imperpetuum. In cujus rei teſtimonium utriuſque ſigillum capituli huic ſcripto eſt appenſum. Teſte Deo & utriuſque partis capitulo.

De obitu Roberti *de* **Aske** *militis hujus domus fundatoris, celebrando.*

Ibid. CONventus de **Thikeb** annuatim obitum celebraturi ſunt ob animas *Roberti* de **Aske** militis hujus domus fundatoris, *Eliſabetha* uxoris ſuæ, ac etiam omnium filiorum ſuorum, filiarumque ſuarum. Pro quo obitu conventui dedit per annum vij.s. & iiij. den. Quod ſi fortè obitum hunc conventus diligenter, ac cum ſumma reverentia non obſervabunt, prædictus *Robertus* vult, & ſtatuit prædictam ſummam videlicet, vij.s. iiij. den. ſuis hæredibus reſtitui. Dat. anno Domini milleſimo quingenteſimo viceſimo ſecundo.

HUNTINDONENSIS
Prioratus monialium.

Inſtitutio Prioriſſæ.

Ex regiſt. *Linc* epiſ. ex rot. *Ric de Graveſend* de an. xvj. VAcante Prioratu monialium ſancti *Jacobi* extra **Huntedon** per mortem ſororis *Emmæ* ultimæ Prioriſſæ, *Elena Walenſis* commonialis ipſarum per conventum electa eſt in Prioriſſam ejuſdem domus, *Ricardo* de **Forton** ſeneſchallo dominæ *Dervorgull* de *Galewidia* patronæ ejuſdem ſuper hoc poteſtatem habente ac ipſo vice dominæ ſuæ aſſenſum præbente.

CLIVENSE *Cœnobium in agro* Somerſetenſi.

Genealogia fundatoris.

Ex codice MS. in bibl. *Cotton* [ſub effigie *Tiberii* E 8.] fol. 208. a. HEre after followeth the trewe lyne petigrewe and names, aſwell of the deſcent and conſanguinitie of the right honorable founder of the Monaſtery of our bleſſed Ladey the Virgin, and ſeynt Laurans of Rewisbey in the countie of Lincolne, as of the trewe lyne petigrewe, names and deſcent of the conſanguinitie of the founder of the monaſtery of our ſeyd bleſſyd Ladey the Virgyn of Clyve, in the Countie of Somerſet.



Reviſby Abbey in the countie of *Lincolne* founded, and the founderys name.

THis William de Romare founded the ſeid Abbey and Monaſtery of our bleſſed Ladey the Virgin, and ſeynt Laurans of Rewisbye aforeſeide, in the countie of Lyncolne, the heith yere of the reigne of Kyng Stephyn, late Kyng of Engelande, and is tumbed and lyeth beryed in the ſeide Monaſtery ther, before the high Aulter, and theſe verſis following be wretyn appon his ſeide tumbe.

Hic jacet in tumba *Willielmus* de **Romare** comes *Lincolnie*, fundator iſtius monaſterii ſancti *Laurencii* de **Rewisby**.

This ſeid William, eldeſt ſon of the foreſeid William de Romare, and of the ſeide Luce his wyff dyed without iſſue, in the lyff of the foreſeid William de Romare his fader, and is tumbed and beryed in the foreſeid Monaſtery of Rewisby aforeſeid, and lyeth there in the north ſide of the foreſeid tumbe of the foreſeid William

de

de Romare his faide fader; and theſe verſis followyng be there wretyn upon the tumbe of the ſeide William eldeſt ſon.

Hic jacet in tumba *Willielmus* de *Romare* filius *Willielmi* comitis *Lincolnia*, qui ante patrem obiit ſicut Deus voluit.

Clyve Abbey in the countie of Sumerſet founded, and the founders name.

THis William, yongeſt ſon of the foreſeid William de Romare, and of the ſeid Lucy hys wyff found the Abbey and Monaſtery of our ſeid bliſſed Lady of the Clyft, in the foreſeid countie of Somerſet, in the nyenth yere of the reigne of King Richard the firſt, late King of England, and that by the hondes and oberſight of one Hugh then Abbot of the foreſeyd Monaſtery and Abbey of Rewesby, the which ſtalled and made then firſt Abbot of the foreſeyd Monaſtery of Clyft aforeſeid, one Ralf, as hit apperith by old wretyngs in the ſeide Abbey of Clyff: And this ſeide William yongeſt ſon dyed, and is tumbed and berved in the foreſeyd Monaſtery and Abbey of Rewisbey, and lyeth ther in the ſouth ſide of the tumbe of the foreſeide William de Romare, his ſeide fader; and theis verſis followyng be wretyn appon the tumbe of this foreſeide William the yongeſt ſon.

Hic jacet in tumba *Willielmus* de Romare filius *Lucia* comitiſſæ *Lincolnie* fundator monaſterii beatæ *Mariæ* de Clyve.

Charta Regis Henrici *donaria* loci recitans & confirmans.

Cartæ 11. *Hen.* 3. pat. 2. m. 3. HEnricus Rex, &c. ſalutem. Seiatis nos, intuitu Dei &c. conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & monachis de Clive terras & tenementa ſubſcripta, videlicet ex dono *Huberti* de *Burgo*, tempore quo fuit camerarius domini ℈. Regis, patris noſtri, totam terram quæ fuit *Walteri* filii *Mathei* de Beningeworth in *Clyva*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono ejuſdem *Huberti*, tunc camerarii ejuſdem patris noſtri, homagia & ſervicia omnia omnium liberorum hominum ſuorum de *Clyva*, & hæredum ſuorum, cum omnibus pertinentiis, excepto ſervicio *Radulfi* filii *Willielmi* & hæredum ſuorum. Ex dono etiam ejuſdem *Huberti*, poſtea comitis *Kancie*, totam terram ſuam de Treglaſtan, & de Pothwell, cum omnibus pertinentiis ſuis. Quare volo (&c.) His teſtibus, *A. Covenir. Th. Norwicenſi* epiſcopis, *R.* comite *Ceſtr.* & *Lincoln. W.* Mareſcallo, comite *Penbroch.* ℈. Conſtabulario *Ceſtriæ Oſberto Giffard*, *Radulpho* filio *Nicholai*, *Hugone Diſpenſer*, *Galfrido Diſpenſer*, & aliis. Dat. per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* epiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Windleſoram* iij. die Septembris anno &c. xj.

Rot. fin. 23. *H* 3. m. 7. REx conceſſit & carta ſua confirmavit abbati & conventui de *Cliva* in comitatu Sumerſet manerium de Bramton cum hundredo formicco in comitatu *Devonie* cum aliis pertinentiis ſuis. Habendum de rege & hæredibus ſuis imperpetuum ad firmam xxij. lib. per annum. Et mandatum eſt vicecomiti *Glouceſtriæ* quod de manerio de Bramton plenam ſeiſinam habere faciat, &c. Teſte rege apud *Glouc.* xxv. die Junii.

HALIVVELLENSIS *Prioratus in agro* Midelſexienſi.

Carta Regis Ricardi *primi donationes recitans & confirmans.*

Cart. 10. E 3. n. 32 per inſpex. RICHARDUS Dei gratia rex *Anglie*, (&c.) Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe monialibus de Halliwell, rationabiles donationes quæ illis intuitu divine caritatis factæ ſunt. Scilicet de dono *Galfridi* camerarii dimidiam virgatam terræ in Dunton, quæ fuit *Gregorii* ſacerdotis. De dono *Galfridi* de *Mellebo* & *Willielmi* fratris ejus dimidiam virgatam terræ in Dunton. De dono *Theobaldi* filii *Fulconis* unam virgatam terræ in Heurtewoythe. De dono *Gonnoræ* de *Valoniis* eccleſiam de Wuelewe, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono ejuſdem *Gonnore* villam de Luiton cum omnibus ad ipſam pertinentibus. De dono *Johannis* de Gatesby terram de Gatesby. De dono *Juliane* de *Gardino* unum gardinum extra Creplegate. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædictæ moniales eaſdem terras & poſſeſſiones & eccleſiam prædictam cum omnibus pertinentiis ſuis & liberis conſuetudinibus integrè pacificè honorificè in omnibus teneant, ſicut cartæ prædictæ donatorum rationabiliter teſtantur. Teſt. *W. Elien.* epiſcopo cancellario noſtro. Dat. per manum magiſtri *Euſtachii* decani *Sarum* apud *Turonum* undecimo die Aprilis anno ſexto regni noſtri.

Alia Carta ejuſdem Regis.

Ibid. RIchardus *Dei gratia Rex* Angliæ *Dux* Normanniæ (&c.) *Sciatis Nos pro amore Dei & pro anima Regis* Henrici *patris noſtri & pro ſalute noſtra & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ* Johannis Baptiſtæ *de* Haliwell *& ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus locum ipſum in quo præfata eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet moram in qua fons qui dicitur* Halliwelle *oritur, quam* Robertus *filius* Oelranni *canonicus eccleſiæ beati* Pauli London *prædictæ eccleſiæ pro tribus acris terræ contulit, reddendo inde annuatim duodecem denarios tantum pro omni ſervitio, & terram quæ fuit* Johannis Hilewit *quæ de ipſius conniventia eidem loco accrevit ex dono* Richardi *quondam* London. *epiſcopi, & terram quam* Walterus *precentor eccleſiæ beati* Pauli London. *prædictis ſanctimonialibus pro tribus acris terræ contulit, reddendo inde annuatim duodecim denarios tantùm pro omni ſervitio & decimam*

prebenda prædicti Walteri, *ecclesiam de* **Dunton**, *cũ omnibus pertinentiis suis; Decimam expensa domus* Walteri *filii* Roberti *& hæredum suorum, decimam* Willielmi *de* Rochella *& terram de* Kamerwella *cum omnibus pertinentiis suis. Redditus omnes infra civitatem* **London**, *sicut carta donationum testantur. Quare volumus* (&c.) *Testibus*, H. Dunolmensi *episcopo*, R. Londoniensi *Electo*, W. *comite* **Arondell**, R. *comite de* Clara, Willielmo *de sancto* Johanne, Hugone Bardolf, Gaufrido *filio* Petri. *Data per manum* Willielmi *de* Longo campo *cancellarii nostri* Eliensis *Electi vij. die Octobris, Apud* Westmonasterium *anno primo regni nostri* (&c.)

E codice MS. in bibl. Cotton. [sub effigie *Vitellii* F. 8.]

MEmorandum est quod *Robertus* comes *Gloecstriæ* dedit *Roberto* de *Rothomago* centum acras de bosco suo de **Camerwell** pro homagio suo, & servitio, quod idem *Robertus* de *Rothomago* assartavit, & postea ea dedit domui de **Haliwell** in perpetuam elemosinam, salvo servitio domini comitis, scilicet dimidiæ marcæ per annum. Iterum idem *Robertus* comes dedit postea totam villam de **Camerwell** duobus militibus, scilicet, **Etaly** & **Michesey**, & *Alexandro* de **Przcheseland** usque ad **Pecham**, & *Reginaldo Pointz* totam alteram partem villæ, cum servicio quod domino comiti, pro centum acris debuimus; dictus autem *Reginaldus* dedit nobis in eschambium chimini, versus boscum octo acras, quas *Robertus* de **Dunton** de nobis tenuit, & de his octo acris percepimus liberè decimas; Item idem *Reginaldus* dedit nobis in liberam elemosinam duodecem acras terræ cum *Basilio Pointz* filio *Petri* de **Piriton** quæ jacent juxta terram *Godebaldi*; Item *Eudinga Roda* data fuit *Radulfo* clerico de **Southwerc** salvo servitio *Reginaldi Pointz*; & triginta duo denarii per annum, unde habuit confirmationem *Radulfi* prædicti; post dominus *Reginaldus* signavit se cruce, cum rege *Richardo*, & dedit quatuor nepotibus suis totam suam partem villæ; *Nicholaus Pointz* dimidiam quatuor militum, ut servitium, illud reciperet eisdem faceret, & dedit ei insimul servitium quod debuit dicto *Reginaldo* facere. Item idem *Nicholaus* dedit nobis decem acras, quæ se extendunt de domo nostra, usque ad horreum monachorum sancti salvatoris, per servitium duorum solidorum per annum; post hæc idem *Nicholaus* omnes has terras & servitia omnia nobis dedit in puram & perpetuam elemosinam. Item sex particatæ in **Pecham** emptæ fuerant de *Martino Dilewis* per servitium duodecem denariorum per annum, ad duos terminos, & idem *Martinus* dedit nobis sex acras terræ quæ vocantur *Mad.* quæ abuttant super **Windleshethe**, in puram, & perpetuam elemosinam. Postea post mortem *Walteri Pointz* successit hæreditas *Nicholao Pointz*, & idem *Nicholaus Pointz* nobis vendidit totam illam partem quæ fuit *Walteri Pointz* per servitium quarte partis trium quarteriorum unius militis, pro omnibus servitiis, quæ ei vel hæredibus suis facere debuimus; post hæc legavit nobis *Salomon* de **Basing** copium totum cum pertinentiis, qua vocatur **Newelereesfeld** per servitium duodecem denariorum faciendum *Johanni Newelesis* & hæredibus suis: Insuper legavit nobis decem acras quæ fuerunt *Willielmi Frangoni* per servitium unius libræ piperis, facienda sartum de **Tingangell** & hæredibus.

KERESEYENSIS
Prioratus in agro Suffolciensi.

Carta Nestæ *de* **Cokefeld**.

Ex ipso autographo penes præpositum & socios collegii regalis *Cantabrigiæ*.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit Ego *Nesta* de **Cokefeld** quondam uxor *Thomæ* de *Burgo* eternam in domino salutem. Noverit universitas vestra me intuitu caritatis & pro salute animæ meæ, & antecessorum & successorum meorum in viduitate mea dedisse & concessisse, & hac præsenti carta mea confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ* & beato *Antonio* de *Kersey* & fratribus ibidem ministrantibus Deo, in puram & perpetuam elemosinam matricem ecclesiam de *Keysey* cum omnibus pertinentiis suis. Et quendam boscum qui vocatur **Piscroft** qui jacet inter boscum *Johannis* filii *Adæ* & *Roberti* sacerdotis, Et unam gravã quæ vocatur **Leghes**. Preterea dedi & concessi & confirmavi prædictis fratribus scilicet xv. acras quæ jacent ex orientali parte prædictæ domus, & abutant super cheminum quod tendit versus **Cozsfozd**, & octo acras quæ abutant super cimiterium prædicti loci versus aquilonem, & duas acras quas *Nicholaus* de **Semere** tenuit; Et duas acras & dimidiam super quas domus prædicta est fundata; Et duas acras & dimid. quas *Robertus* de **Herelond** tenuit, Et messuagium ubi posita erat domus hospitalis, Et totum messuagium apud *Westm.* quod fuit *Aldredi* filii *Gervasii* clerici. Et decimas omnium molendinorum meorum, scilicet de **Cokefeld** & de **Semere**, & de *Leleseya*, & de *Kerseya* ad sustinendum lumen prædictæ capellæ. Habendum & tenendum in liberam puram & perpetuam elemosinam in perpetuum, soluta & quieta ab omni seculari exactione. Et prædicta *Nesta* & hæredes mei warantizabimus prædictis fratribus, prænominatam ecclesiam de *Kerseya* cum omnibus pertinentiis suis, & omnia prædicta tenementa cum omnibus pertinentiis suis contra omnes homines & feminas. Hiis testibus, *Johanne* persona de *Gretun*, *Hugone* decano, *Ric.* capellano de *Kerseya*, *Julano* de *Nova-villa*, *Waltero* de *Wanci*, *Radulfo* de *Bello campo*, *Philipp.* de *Astin.* *Samsone* de **Kersey**, *Johanne* fil. *Adæ*, *Johanne Grimbald*, *Ada* fil. *Henrici* capellani, *Walt.* clerico de **Gzotun**, & multis aliis.

Alia Carta ejusdem *Nestæ*.

SCiant præsentes & futuri quod ego Nesta de **Cokefeld** *in propria viduitate mea, pro salute animæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, concessi, & hac presenti carta mea confirmavi Deo & ecclesiæ beatæ* Mariæ *& sancti* Anto- Ibid.

nii

nii *de* Kersey*a* & *canonicis Deo servientibus ibidem & servituris imperpetuum omnes donationes quas* Johannes *de* Bello-campo *quondam vir meus & ego eis contulimus, scilicet advocationem matricis ecclesia de* Kersey*a cum pertinentiis & totam terram cum pertinentiis quam aliquando tenuimus in dominico quæ vocatur* **Piriefeld** *in* Kersey*a, & totam pasturam cum pertinentiis quæ vocatur* **Cotenebzom**, *jacentem inter dominicam culturam meam & viam quæ venit de domo domine* **Darre** *quondam uxoris* Walteri *de* Grotun *versus ecclesiam de* Kersey*a, & totum boscum cum pertinentiis quod vocatur* **Piscroft** *in villa de* Lelesey*a quod aliquando tenuimus in dominico. Habendum & tenendum in puram & perpetuam elemosinam ab omni seculari exactione quieta & soluta ad sustentationem canonicorum qui pro temporibus pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum in honore beatæ virginis* Mariæ *in dicta ecclesia sancti* Antonii *divina celebrabunt. Et ut hæc mea concessio & carta mea confirmatio rata & stabilis & inconcussa permaneat sigilli mei appositione corroboravi. Hiis testibus, domino* Waltero *de* Wanci, *domino* Richardo *de* **Fæsingefeld**, Rogero *de* **Aldam**, Willielmo *Justic.* Willielmo *fil. suo*, Alex. *de* Camera, Samsone *de* **Gzotun**, Hugone *de* **Aldam**, Radulpho *Fabro*, Hugone *fratre suo*, Willielmo Gelnus, Roberto *de* Hibernia, Rogero Sturgull, *& aliis.*

Ibid. [Finis levatus in crastino Ascens. domini xxiiij. *H.*uj. inter Pr. sancti *Antonii* de *Kersey*a quer. Et *Johannem* de *Bello-campo* & *Nestam* uxorem ejus imped. de xiiij. acris terræ & quatuor acris pasturæ & xij. acris bosci cum pertin. in *Kersey*a, & *Lelesey*a, & de advocatione ecclesiæ de *Kersey*a, esse jus Prioris & ecclesiæ suæ de *Kersey*a, ut illa quæ idem Pr. & ecclesia prædicta habent de dono prædictorum *Johannis* & *Nestæ*.]

Alia Carta ejusdem Nestæ.

OMnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, *Nesta* de **Cokefeld** salutem. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu, pro salute animæ meæ & antecessorum meorum in ligia viduitate mea concessisse dedisse & hac præsenti carta mea confirmasse, Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ* & sancti *Antonii* de *Kersey*a, & canonicis ibidem Deo servientibus & servituris imperpetuum, advocationem matricis ecclesiæ de *Lelesey*a cum omnibus pertinentiis. Habendum & tenendum in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, videlicet ad perpetuam recreationem pauperum semel in ebdomada ad dictam domum confluentium. Et ego prædicta *Nesta* de **Cokefeld** & hæredes mei prædictam advocationem cum omnibus pertinentiis prædictis loco & canonicis contra omnes mortales warantizabimus imperpetuum. Et ut hæc mea concessio donatio & carte mee confirmatio rata & stabilis permaneat imperpetuum præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, *Thom.* de **Rodeham**, *Roberto* de **Rusted**, *Rogero* de **Aldham**, *Alexandro* de *Camera*, *Ada Payn*, *Edmundo* de *Lelesey*a, *Johanne* de *Ponte*, *Ricardo* de *Lelesey*a, fil. *Roberti*, *Thoma* ad ecclesiam, *Radulfo* Fabro, *Hug.* fratre suo, *Roberto* de *Hibernia*, *Rogero Sturgul*, & aliis.

Alia Carta ejusdem *Nestæ*.

SCiant *præsentes & futuri quod ego* Nesta *de* **Cokefeld**, *ex consensu & bona voluntate domini mei* Mathei *de* **Leyham**, *pro salute animæ meæ, & omnium parentum meorum, concessi dedi & hac præsenti carta mea confirmavi Deo & ecclesiæ beatæ* Mariæ *& sancti* Antonii *de* Kersey*a, & canonicis ibidem Deo servientibus & servituris imperpetuum cum corpore meo in dicta ecclesia sepeliendo, totam terram cum omnibus pertinentiis quam habui inter boscum de* Alltonesho, *& regalem viam inter* **Galtenyard** *& cursum aquæ quæ venit de domo* Adæ *janitoris, & totam terram cum omnibus pertinentiis quam habui jacentem ex utraque parte de* **Lym . . . . . leye**, *scilicet in villa de* Lelesey*a, & homagium & servicium* Bartholomei *filii* Rogeri *fabri de* Kersey*a, & homagia & servicia* Williel. *del* Broc, *&* Elye *de* Gardino, *& homagia & servicia* Roberti *de* **Chanelingewozth**, *&* Roberti Carpentarii, *&* Godmanni *filii* Osberti Wyldegos *de* Keysey*a, & servicia & consuetudines quas* Gunnilda *relicta* Johannis Gerard *mihi reddere consuevit. Habendum & tenendum hæc omnia predicta dictis loco & canonicis, in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et ego predicta* Nesta *de* **Cokefeld**, *& hæredes mei warantizabimus predictis loco & canonicis totam predictam terram, & totum predictum homagium, & servicium & consuetudines, contra omnes mortales imperpetuum. Hiis testibus domino* Roberto *de* **Ruylli**, *domino* Roberto *de* **Leyham**, Willielmo *de* **Huntingfeld**, Osberto *de* **Cokefeld**, Symone *de* **Watefeld**, Nicholao *de* **Hasting**, Rogero *de* **Aldham**, Willielmo Justic. Sampsone *de* **Gzotene**, Alex. *de Camera*, Willielmo *de* **Aldham**, Willielmo Gelus, Ranulfo Fabro, Hugone *fratre suo*, Rogero **Sturgil**, *& aliis.*

Carta Thomæ *de* Burgo.

THomas de *Burgo* omnibus hominibus, & amicis, & vicinis suis, *Francis*, & *Anglis*, Ibid. præsentibus & futuris, salutem; Sciatis me concessisse, & hæc presenti carta me confirmasse Deo, & sanctæ genitrici Dei *Mariæ*, & sancto *Antonio*

de *Kerseia*, donationem, & concessionem & confirmationem, quam *Willielmus* filius *Richardi*, frater *Henrici* capellani de *Leleseia*, fecit Deo, & beatæ *Mariæ* genitrici Dei, & sancto *Antonio* de **Berseye**, & eis ibidem ministrantibus, de toto patrimonio suo, quod habuit in villa de *Leleseia*, cum pertinentiis suis, sicut carta prædicti *Willielmi* filii *Richardi*, eis facta, testatur. His testibus, *Richardo* de **Fresingfeld**, *Willielmo* de **Waldingefeld**, *Waltero* de **Gzoten**, *Galfrido* de *Burgo*, *Rogero Frevill*, *Willielmo Arunde*, *Symone* de **Semere**, *Radulfo* de **Pzioritun**, *Amiano* de *Mora* clerico, & multis aliis.

Carta ejusdem, cum Nesta *ejus uxore.*

SCiant presentes, & futuri quod ego *Thomas* de *Burgo*, & *Nesta* uxor mea, pro salute animarum nostrarum, & omnium parentum nostrorum, concessimus & dedimus, & hac presenti carta nostra confirmavimus Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & sancti *Antonii* de *Kerseia*, & fratribus ibidem Deo servientibus tres acras terræ arabilis in villa de **Gzotene** (*&c.*) Testibus, *Richardo* de **Fresingfeld**, *Willielmo* de **Waldingefeld**, *Galfrido* de *Burgo* archidiacono *Norwic* (*&c.*)

KINGTONENSIS
Prioratus, *in agro* Wiltonien*si*.

Carta *Roberti Burnell*, *Bathon.* & *Wellen.*

Cart. 19. E 1. nu. 13. per Inspex.

SCiant presentes & futuri, quod nos Robertus Burnell *permissione divina* Bathon. & Wellen. *episcopus assensu & consensu capitulorum nostrorum* Bathon. & Wellen. *dedimus concessimus & hac presenti Carta nostra confirmavimus Deo & ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* Kington-monialium *ac* Clariciæ *Prioriss & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, in liberã puram & perpetuam elemosinam unam acram terræ in* **Kington** *sancti* Michaelis, *que jacet in campo orientali in cultura que dicitur* le **Goldthawe**, *inter terram Prioriss de* **Kington** *predictæ, ex parte orientali, & terram* Ricardi Carpentarii *ex parte occidentali, una cum advocatione & jure patronatus ecclesiæ de* **Kington** *sancti* Michaelis *predictæ, quæ ad nos & ad presentationem nostram & predecessorum nostrorum de jure spectabant & pertinere solebant. Habendum* (&c.) *imperpetuum*, (&c.) *His testibus, domino* Johanne *de la* Mare, Galfrido *de* **Wrokeshale**, Henrico *de* Cerne, Johanne Maudut *militibus* (&c.)

BURNHAMENSE
Cœnobium, *in agro* Buckinghamensi.

Carta fundationis.

Cartæ 2. Ed. 3. n. 17 per Inspex.

REx archiepiscopis. &c. Salutem. *Richardus* Dei gratia *Romanorum* rex, semper Augustus, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, ad quos presens scriptum pervenerit salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos pro nobis & hæredibus nostris, dedisse, concessisse, & hac presenti carta nostra confirmasse Deo, & beatæ *Mariæ* & monasterio de **Burnham** quod fundari fecimus, ac monialibus ibidem Deo servientibus, & earum successoribus, in liberam puram & perpetuam elemosinam, intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum predecessorum nostrorum regum *Angliæ*, manerium de **Burnham**, cum omnibus suis pertinentiis, ut in dominicis, homagiis liberorum, villenagiis, visu franci plegii, redditibus, escaetis, wardis, releviis, maritagiis, & omnibus aliis quæ ad nos, vel hæredes nostros, ratione dicti manerii de **Burnham**, quocunque modo, vel casu accidere possint, unà cum advocatione ecclesiæ de **Burnham**, quæ fuit de patronatu nostro, ratione manerii nostri antedicti de **Burnham**, tempore illius donationis nostræ. Concessimus etiam pro nobis, & hæredibus nostris eisdem monialibus, & successoribus suis, totam terram cum pertinentiis; quæ fuit *Johannis* de **Bovenepe**, cum molendino, piscaria, & visu franci plegii, qui pertinere solebat ad manerium nostrum de **Cippeham**, & quicquid nobis, vel hæredibus nostris, ratione prædictæ terræ, quocunque modo, vel casu accidere potuisset; Salva nobis & hæredibus nostris, tota terra cum pertinentiis, quæ fuit ejusdem *Johannis* in **Stoukes**, quam nobis & hæredibus nostris retinuimus cum suis pertinentiis. Concessimus etiam pro nobis & hæredibus nostris, dictis monialibus, & earum successoribus, totam terram de **Hozsozlong**, & **Bzocsozlong** cum toto prato de **Dilleepol**, quæ fuerunt de manerio nostro de **Cippeham**, tempore illius donationis nostræ, & totum boscum quem emimus de *Johanne* de **Everenger**, qui vocatur *le* **Strete**, & unam partem bosci nostri *de* **Herlegh**, sicut fossata proportant, de bosco de *la* **Strete**, usque ad boscum *Johannis* de *la* **Penne**.

Volumus etiam, & concedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod omnia prædicta dictis monialibus, & earum successoribus à nobis concessa, adeo liberè, quietè, pacificè, & integrè habeant & teneant in pratis, pascuis, planis, boscis, pasturis, viis, aquis, & semitis, infra villam & extra, sicuti ea nos liberius, & quietius unquam tenuimus, vel tenere potuimus, sine aliquo retenemento, nobis vel hæredibus

nostris

nostris, habenda & tenenda omnia prædicta, cum omnibus suis pertinentiis dictis monialibus, & earum successoribus, de nobis & hæredibus nostris, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus ad prædicta terras, redditus, & tenementa spectantibus, unà cum advocatione ecclesiæ supradictæ, ut prædictum est, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam imperpetuum possidenda. Et nos & hæredes nostri istam nostram donationem dictis monialibus & earum successoribus, contra omnes homines *Judæos & Christianos* warantizare, defendere, & acquietare tenemur, videlicet, de omnimodis curiarum sectis, regali servicio, & aliis secularibus demandis omnibus, & singulis, quæ ab eisdem monialibus, ratione prædictæ donationis nostræ, exigi poterant aliqua occasione, exceptâ wardâ castri de **Wyndlesore**, debita, & consueta. In cujus rei testimonium presentem cartam nostram sigillo regiæ majestatis nostræ duximus roborandam. His testibus, *Henrico* illustri Rege *Angliæ*, fratre nostro, domino *Edwardo* ejusdem Regis primogenito, nepote nostro, dominis *W. Bathon.* cancellario *Angliæ*, *R. Lincoln.* & *R. Coventren.* & *Lichfelden.* episcopis, *Henrico*, & *Edmundo* filiis nostris, *Philippo Basset*, *Willielmo* de **Huntercumbe**, *Willielmo* de **Wyndlesore**, *Richardo* de **Dreye**, *Philippo* de **Cobele**, & aliis. Dat. apud **Cippeham** decimo octavo die Aprilis, indictione nona, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, regni verò nostri anno nono.

STOKE-CLARENSIS *Prioratûs in agro* Suffolciensi, *primò alienigenâ, deinde verò factus indigena.*

This Dialogue betwix a Secular asking, and a Frere answeryng at the grave of Dame Johan *of* Acres *shewith the lyneal descent of the Lordis of the honoure of* Clare, *fro the tyme of the fundation of the Freeris in the same Honoure, the yere of our Lorde MCCxlviij. unto the first day of May the yere MCCClxj.*

What man lyeth here? sey me sir Frere.
No man. What ellis? It is a woman.
Whos doughter she was, I wolde lese here?
I wol yon tell sir, leche as I kan;
King *Edwarde* the first, aftir the conquest began,
As I have lernyd was hir fadir;
And of *Spayne* borne was hir modir.

What was hir name? Dame *Johan* she hight
Of *Acris*. Why so declarid wolde be?
For there she ley hith this worldes light,
Borne of hir modir, as cronicles tell me:
Wherefore in honoure, O *Vincent*! of the,
To whom she had singuler affection,
This chappell she made of pure devotion.

Dñs Ricardus Comes Glovern. qui circiter annum M.CCxlvm. introxit fratres ordinis S. Augustini in Anthant et Dña Matilda Comitissa Herefordiæ uxor ejus

Quis jacet hic? *Nullus.* Quid tunc? *est fœmina.* cujus Filia tu mihi dic? Ed. *pri. post con, mihi fuit sic. Cronica, si memorem; dedit hmic* Hispania *matrem.*

Cognomen mihi da? *De* Acris *sic dicta* Johanna.
Cur sic declara? *quia nam fuis hæc ibi nata.*
Hinc in honore tuo, Vincenti, *pectore puro*
Qua cubat hanc bellam fundaverat ipsa capellam.

Was

Was she ought wedded to ony wight?
Yea sir. To whom? Yf I shulde not lye,
To *Gilbert* of *Clare*, the erle by right
Of *Gloucestre*. Whos son was he? Sothlye
Another *Gilbertus*. This genealogye
I desire to know: wherefore telle me,
Who was his fadir? yf it plese the.

Nupta fuit necne? *Fuit immo.* Cui? *mihi crede*
Gilberto *comiti* Glouceſtr. Quis pater illi?
Alter Gilbertus. Quis erat mihi dic pater ejus.

Dñs Gilbertus natus et hæres nat. Ricardi et Dñæ Matildæ filiæ Comitis de Vlster uxor ejus

This *Gilbertis* fadir, was that noble knyght
Sir *Richard* of *Clare*; to sey al and sum,
Which for a Freris love that *Giles* hight;
And his boke clepid, *De Regimine Principum*,
Made first Freres *Augustynes* to *Ingelonde* cum,
Therein to duelle: and for that dede,
In heven God grant him joye to mede.

Nobilis & nardus, reddens fuit iſte Ricardus,
Qui quos dilexit, heremitas trans mare vexit
Ordinis egregii, doctoris nomen & illi
Auguſtinus *erat*; *quos Princeps ipſe fovebat*
Ob merita Egidii, dulciſque amore libelli
Quem De Regimine procerum *compoſuit ipſe,*
Ut ſum in regno, noviter ſuccreſceret ordo
Anglorum, *hinc ſit ei ſumme merces requiei.*

Dñs Gilbertus filius et hæres dicti Gilberti et Dñæ Johannæ de Acris, filiæ Edwardi primi, uxor ejus

But laterally, who was, telle me,
This Richardis wife, whom thou preisest so?
The counteſſe of *Hereforde* and *Maulte* hight she,
Which whan dethe the knotte hadde undoo
Of temporal spousaile betwixe hem two,
With divers parcels encreced our fundation,
Liche as our monumentys make declaration.

Sed precor ex latere; fuit uxor quæ mihi pande
Iſtius eximii quem effers ſic laude *Ricardi?*
Hæc fuit illuſtris Domina & recolenda Matildis,
Quæ poſtquã ſponſum mors ſtravit ſeva Ricardum,
Particulis noſtrum variis prius undique ſtrictum
Auxit fundamen: hinc merces ei detur, Amen.

Dñs Johes de Burgo Comes de Vlstr. et Dñæ Elizabetha filia et hæres in parte dñi Gilberti uxor ejus

Of the first Gilbert who was the wife?
Dame *Maulte*, a lady full honourable;
Borne of the *Ulſters*, as sheweth ryse
Hir aarmes of glasse in the easte gable,
And, for to God thei wolde ben acceptable.
Her Lorde and she with an holy entent,
Made up our chirche fro the fundament.

Et que *Gilberti* fuit uxor dic michi primi
Iſtorum hæredis? *Preclaris ſi michi credis*
Ex Ulſtris *nata fuit ipſa* Matilda *vocata,*
Ut monſtrant arma majori picta feneſtra
Eccleſia iſtius; fabricam de pulvere cujus
Munere magnifico fundarunt hii duo primo.

Now to dame Johan turne we ageyn,
Latter Gilbertis wife, as to soone seid is,
Which lyeth here: Was she bareyn?
Nay sir. Hey me, what frute was this?
A branche of right great joy, I wis.
Man or woman? A ladie bright.
What was hir name? *Elizabeth* she hight.

Num ſterilis domina fuerat præfata *Johanna?*
Non ſet fœmineo ditata eſt germine clare.
Nomen daque michi? *fuit* Elizabeth.

Dñs Lionellus Dux Clarentiæ et Dñæ Elizabeth filia et hæres dicti Johis. et Elizabth uxor ejus

Who was hir husbonde? Sir *John* of *Burgh*,
Eire of the *Ulstris*: So conjoyned be
Ulstris armes and *Glouceſtris* thurgh and thurgh,
As sheweth our wyndowes in housis thre,
Dortur, Chapiter-hous, and fraitour which she
Made out the grounde, both plannche and wall.
And who the rofe? She allone did al.

——— Fuit illi (nam.
Num ſponſus quiſquam? *Fuit immo.* Dicito quis
Ex Ulſtris *hæres, dictus de* Burgo Johannes
Duxerat hanc, jungens qua ſunt Ul. Glouc. *ſimul*
Ut patet in multis vitratis ecce feneſtris (*arma*
Capituli, dormitorii, refectoriique
Quæ loca trina ſuis fundavit ſumptibus hæc. Quis
Muris adjecit tectum? *Sola omnia fecit.*

Had she ony issue? Yea sir sikerly.
What? A doughter. What name had she?
Liche hir modir; *Elizabeth* sothely.
Who evir the husbonde of hir might be?
Kyng *Edwardis* son the third was he:
Sir *Lyonel*, which buried is hir by,
As for such a Prince, to simpilly.

Sanguinis egregii num rivulus affuit illi?
Affuit hinc clara, ſuis Elizabeth *ſibi nata*
Altera, quæ egregio poſt hæc nupſit Leonello
Ed. *terni nato, poſt fataque ſic tumulato*
Ut vides, exigua, pro tanto Principe tumba,
Inque fori medio ———

Lefe he ony frute this Prince mighty?
Sir yea, a doughtir, and *Philipp* she hight,
Whom sir *Edmond Mortymer* weddid truly,
First erle of the Marche, a manly knight,
Whos son sir *Roger* by title of right,
Lefte heire a nothir *Edmonde* ageyn:
Edmonde lefte noone, but deide bareyn.

——— Set num tam clara propago
Liquerat hæredem? *Sic.* Quam dicas michi prolẽ.
Fœmineam. Quota fuit ipſa vocata? *Philippa*
Qua comiti Edmundo le March *data virgo marito,*
Rogerum *genuit, hic* Edmundum *generavit,*
Edmundus *ſterilis obiit ſine ſemine* ———

Right

Right thus did cese of the Marchis blode
The heire male: whither passid the right
Of the Marchel londis, and in whom it stode
I wolde fayne lerne, yf that I might.
Sir *Roger* Myddil erle, that noble knight,
Tweyn doughters lefte of his blode roial;
That ones issue deid; that othris hath al.

What hight that ladie whos issue had grace
This lordship tatteyne? Dame *Anne* I wis,
To the erle of *Cambrigge* and she wife was,
Which both be dede, God graunte hem blys.
But hir son *Richard* which yet liveth, is
Duke of *Yorke* by discent of his fadir,
And hath *Marchis* londis by right of his modir.

Is he sole or maried this Prince myghty?
Sole, God forbede I it were grete pitee.
Who hath he wedded? A gracious lady.
What is hir name, I the prate telle me?
Dame *Cecily* sir. Whos doughtir was she?
Of the erle of *Westmerlond*, I trowe, the yengest,
And yn grace hir fortuned to be the hyest.

Is there ony frute bitwix hem two?
Yea sir, thonks be God, ful glorius.
Male or female? Sir bothe two.
The nombur of this progeny gracious,
And the names to know I am desirous,
The order eke of birth telle, yf thou kan,
So I wil evir be even thyn owen man.

Sir, aftir the tyme of longe bareyneſſe,
God firſt ſent *Anne*, which ſignifyeth grace,
In token that al her hertis hevyneſſe
He as for bareyneſſe wolde fro hem chace.
Harry, *Edward*, and *Edmonde*, eche in his place
Succedid; and aftir tweyn doughtris cam
Elizabeth and *Margarete*, and aftirward *William*.

John aftir *William* nexte borne was,
Which bothe be paſſid to goddis grace:
George was next, and aftir *Thomas*
Borne was, which ſone aftir did pace
By the path of dethe into the hevenly place.
Richard liveth yet: but the laſt of alle
Was *Vrſula*, to him whom God liſt calle.

To the duke of *Exceſtre* *Anne* married is
In hir tendir youthe: But my Lord *Herry*
God choſen hath to enherite heven blis,
And lefte *Edwarde* to ſucceede temporally, (ſothly
Now erle of *Marche*; and *Edmonde* of *Rutland*
Counte bothe fortunabil. To right high marriage
The othir foure ſtonde yit in their pupillage.

Longe mote he liven to Goddis pleſaunce,
This high and mighty Prince in proſperite,
With virtue and victorie God him avaunce
Of al his enemyes, and graunte that he
And the noble Princeſſe his wife may ſee
Her childres children or thei hens wende
And aftir this outelary, the joy that nevir ſhal ende;

Dñs Rogerus filius et hæres Will. Edmundi, et Dñā Elianora, filia et hæres in parte Comitiæ, uxor ejus

Dñs Edmundus filius et hæres dicti Rogeri et Dñā Anna, filiā Comitis de Stafford, uxor ejus

Dñs Ricardus Comes Cantabrigiæ: et Anna filia et hæres Rogeri Comitis Marchiæ, post Nihum fratris sui Edmundi sterilis

Dñs Ricardus Dux Eborum filius dictæ Annæ, et Dñā Cecilia filia Comitis Westmerlandiæ uxor ejus

——————— Juris
Ergo cui titulus hujus ceſſit dominatus?
Rogeri nate.

——————— Cujus dic nominis. *Anne*
De Cambrigg *comitis nupſit quoque.* Filius illi
Num fuit. *Vt nardus redolens quinimmo* Ricardus
Hinc naſcebatur, patris qui jure vocatur
Dux Eboracenſis *cujus præfulgeret enſis*
Bellorum titulis glorioſus atque triumphis
Cuique natura donavit munera plura
Et fortuna ſuis hunc pinxit notibus amplis
Gratia ſuccurrat, quod longo tempore vivat
Fallici vita virtutibus & redimita.

Conjugus aut ſolus extat dux hic metuendus?
Abſit ut hic tantus Princeps ſine conjuge ſolus
Eſſet, nam nephas foret. Ergo michi rogo dicas
Quam duxit? *Dominam te ſcire velo gratioſam.*
Nomen des hujus? *Extat Cecilia.* Cujus
Filia declares fuerat? *Reor ultima proles*
Weſtmurlond *comitis ſexus ſaltim muliebris,*
Quo non obſtante divino munere dante
Cunctis prælata ſit honore ſororibus ipſa.

Num ſunt hiis ſoboles alique? *Sunt.* Dic michi quæ-
Bis ſene proles. Harum michi nomina dones, (les?
Quomodo fatate quo ſunt & in ordine nate.

Poſt annos ſteriles multos ſit primula prolis
Anna *decora ſatis, ſed poſt hanc ſtirps probitatis*
Naſcitur Henricus, *cito quem virtutis amicus*
Criſtus in arce poli ſecit regnare perhenni.
Prodiit Edwardus *poſt hunc, hæreſque futurus*
Edmundus *ſequitur, hinc* Elizabeth *generatur;*
Poſt Margareta, Willielmus *poſtera meta*
Fit pro preſenti donec ſua munera ventri
Det Deus hinc matris ſolita ſignum pietatis.

Margret *poſt proles, hinc* Willielmus *que* Johannes,
Quos raptos ſeculo ſtatuit Deus almus olimpo.
Inde Georgius *eſt natus* Thomas *que* Ricardus,
Thomas *in fata ſeceſſit ſorte beata.*
Vltima jam matris proles fuit Urſula, *regis*
Quæ ſummi voto cœleſti jungitur agno.

Optime naturam pinxiſti, pande futuram,
Si ſcis fortunam. *Dux* Exceſtr *tenet* Annam
Vxorē, que comes March *eſt* Edward *patris hæres,*
Rutlonde Edmundus *comes exiſtis vocitatus.*
Tres reliquas proles ſolita pietate parentes
Tempore condigno titulabunt nomine digno.

Iſtam progeniam ſoboles & utrumque parentem
Omnipotens firmet, aſt incolumes rogo ſervet
Temporibus longis, & ſecum vivere cœlis
Preſtet, poſt fata ducens ad galmata grata.
Conferat hoc flamen pater & proles precor, Amen.

Carta Regis Ricardi *secundi*; *Quod sit indigena.*

Pat. 19 R. 2 part 1. m. 8.

REX omnibus ad quos, salutem. Sciatis quod cum ut accepimus in Prioratu de Stoke *Norwic.* dioceſis, qui de patronatu comitis *Marchiæ*, & fundatione anteceſſorum ſuorum ac etiam cella abbatiæ de **Beekeherlewyn** in *Normannia* de poteſtate *Franciæ* exiſtit, unus Prior & unus Conventus Deo continuè ſervientes eſſe conſueverint, quouſque Prioratus predictus in manus chariſſimi domini & avi noſtri Regis *Edwardi* defuncti, occaſione guerræ inter ipſum & adverſarios ſuos *Franciæ* fuerat ſeiſitus; idemque Prioratus ea de cauſa in manu noſtra adhuc exiſtat, & per literas noſtras patentes, abbati & conventui *Weſtmonaſterii* ſit conceſſus, Reddendo inde annuatim ad ſcaccarium noſtrum ducentas & quinquaginta marcas, quodque eo prætextu conventus qui divina ſervitia in prioratu predicto facere conſuevit penitus ſubtrahitur, ac per ſubitum infortunium, eccleſia & aliæ domus prioratus illius ad magnam deſtructionem ejuſdem prioratus jam nuper ſint combuſtæ. Nos ad honorem Dei, & ſancti *Johannis Baptiſtæ*, in cujus honorem prioratus predictus fundatur, ad finem quod unus conventus monachorũ *Anglicorum* ad faciendum divinum ſervitium pro nobis & nobilibus progenitoribus noſtris, ac etiam pro patrono ſuo, & anteceſſoribus ſuis patronis & fundatoribus Prioratus predicti ibidem fieri poſſit; & inſuper pro eo quod idem Prioratus ad portandum ſive ſolvendum aliquid illis de partibus exteris ante guerram vel poſtea nunquam fuerat oneratus; ac etiam pro tanto quod dilectus nobis in Chriſto *Richardus Coteſford* jam Prior prioratus predicti ligeus noſter natus in *Anglia* exiſtit, De gratia noſtra ſpeciali conceſſimus pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod predictus nunc Prior prioratus predicti, & conventus ejuſdem loci & ſucceſſores ſui de cætero ſint indigenæ, & reputentur, teneantur & tractentur tanquam indigenæ nati infra regnum noſtrum *Angliæ* imperpetuum. Et quod ipſi exnunc liberè habeant & teneant prioratum ſuum predictum, cum ſuis juribus & pertinentiis abſque aliquo reddendo vel ſolvendo annuatim ad ſcaccarium noſtrum, vel heredum noſtrorum pro cuſtodia ſupradicta. Et quod idem prioratus terræ, tenementa, redditus, letæ, ſervicia, feoda militum, & advocationes eccleſiarum, vicariarum, hoſpitalium, & aliarum capellarum, ſimul cum wardis, maritagiis, releviis, eſcaetis, franchefiis & libertatibus, & omnibus aliis rebus ad prioratum predictum qualitercunque ſpectantibus de cetero non capiantur aut ſeiſiantur in manum noſtram vel heredum noſtrorum, occaſione alicujus guerræ motæ vel movendæ inter nos vel heredes noſtros & francigenas predictos, aut alios alienigenas, aliqua de cauſa pro qua oporteret terras, tenementa, redditus, letas, ſervicia, feoda militum, advocationes eccleſiarum, vicariarum, hoſpitalium, & capellarum una cum wardis, maritagiis, releviis, eſcaetis, franchefiis, libertatibus, vel quibuſcumq; aliis rebus ad alienigenas religioſos ſpectantibus in manus noſtras, vel heredũ noſtrorum predictorum capi vel ſeiſiri. Et quod nulla impoſitiones, contributiones, taxæ, quotæ, tallagia vel auxilia ipſis tanquam alienigenis aliquo modo imponantur, licet aliqua impoſitiones, contributiones, taxe, quote, tallagia vel auxilia aliquibus aliis religioſis alienigenis per nos vel heredes noſtros imponi contigerint in futurum; ſed quod ipſi habeantur, teneantur & tractentur tanquam indigenæ & Anglici, & ſint ejuſdem conditionis in omnibus, ſicut ſunt veri Anglici imperpetuùm, quodque Prior & Conventus predicti & ſucceſſores ſui, de feodi firma, ſubſidio, & omnibus aliis oneribus, impoſitionibus, contributionibus, taxis, quotis, tallagiis, auxiliis & demandis, que de ipſis ut de alienigenis, occaſione guerræ, vel alia cauſa quacumque alienigenas tangente mota, vel movenda, impoſita, vel imponenda, futuris temporibus exigi poterint, erga nos & heredes noſtros, liberi ſint & exonerati ac quieti, & penitus abſoluti imperpetuùm, abſque diſturbatione, moleſtatione, gravamine, impetitione, contradictione vel impedimento noſtro, vel heredum noſtrorum quorumcunque infuturum. Ita ſemper quod idem *Richardus* Prior, mille marcas, quas ipſe nobis pro fine, ratione preſentis conceſſionis noſtre ſolvere debuiſſet, & quas quidem mille marcas prefato abbati *Weſtmonaſterii* conceſſimus in auxilium perficiendi novum opus eccleſiæ ſancti *Petri Weſtmonaſterii*, ſolvat prefato abbati, videlicet ad feſtum ſanctæ *Catherinæ* virginis proximè futurum, centum marcas, & ad feſtum ſancti *Johannis Baptiſte* tunc proximè ſequens, centum marcas, & ſic de anno in annum, ad feſta predicta ducentas marcas, quouſque predicte mille marcæ, juxta formam cujuſdam recognitionis per ipſum *Richardum* Priorem in cancellaria noſtra, tertio decimo die Junii proximè preterito factæ, plenariè perſolvantur. In cujus rei (*&c.*) Teſte Rege apud caſtrum de *Ledes* viceſimo nono die Julii.

De hujuſmodi Prioratu in eccleſiam Collegiatam Canonicorum ſecularium transferendo.

JOHANNES *Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex in quo poteſtatis plenitudo conſiſtit, & cui Eccleſiarum & aliorum locorum tam regularium quam ſecularium ſolicitudo incumbit generalis, intendens eorum profectibus & animarum ſaluti ſalubriter providere, interdum de' illis pro ſua voluntate diſponit prout ſecundum Deum & qualitates locorum hujuſmodi & temporum conſpicit expedire. Cum itaque ſicut exhibita nobis pro parte dilecti filii & nobilis viri* Edmundi Marchiæ. & Ultoniæ *Comitis petitio continebat, quod dudum in regno* Angliæ *de conſenſu regis tunc exiſtentis, ac temporalium dominorum. & prelatorum regni* Angliæ *extitit ordinatum, quod omnes & ſinguli Prioratus cujuſcunque ordinis exiſterent in eodem regno & ſuis attinenciis conſiſtentes quos alienigenæ quocunque titulo poſſidebant aut regebant ſeu extunc inantea per ipſos regi & poſſideri contingeret, ad ejuſdem Regis, & aliorum dominorum temporalium fundatorum eorundem prioratuum, ac heredum & ſucceſſorum ſuorum manus cum omnibus juribus & pertinen-*

MS. in bibl. cotton. [ſub effigie *Vitellii* D 13] fol. 73. a.

pertinentiis suis devenire, & per eosdem Regem & fundatores inter Angliæ & Franciæ Regna, guerra durante, teneri & possideri deberent, dictaque ordinatio per charissimum in Christo filium nostrum Henricum *modernum Regem Angliæ, accedente ad id eorundem dominorum & prelatorum assensu renovata existit, in eorundē prioratuum (in quibus propterea divinus cultus diminuitur, animarū cura in eis negligantur; necnon jura & possessiones eorum ad manus laicorum perveniunt, ex quibus de facili eripi non possunt, necnon religiosi in ipsis degentes evagantur) non modicum prejudicium atque damnum. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, idem Comes attendens quod Prioratus de* Stoke, *ordinis sancti* Benedicti Norwicensis *diocesis cujus ipsius comitis progenitores fundatores fuerunt, & qui conventualis existit, unus ex prefatis prioratibus existeret, & ne in suis juribus & possessionibus penitus desoletur, desideret ipsum prioratum, qui à Monasterio de* Bekkherlewin *dicti ordinis in* Normandia *consistente dependet, & per ejus monachos gubernari consuevit ab omni jurisdictione dominio & potestate abbatis pro tempore existentis, necnon conventus dicti monasterii penitus eximatur, ac in Collegiatam ecclesiam in qua unus decanus, & nonnulli Canonici, secundùm exigentiam facultatum ipsius pro tempore degent, transferatur, presertim cum ad id dicti Regis accedat assensus. Quare pro parte dicti comitis fuit nobis humiliter supplicatum, ut super premissis oportunè providere, de benignitate Apostolica dignaremur.*

Nos igitur ne dictus Prioratus in suis juribus & possessionibus penitus desoletur nostræ considerationis intuitum dirigentes, ac nostris temporibus divinum cultum adaugeri, intensis desideriis affectantes, pro ejusdem cultus incremento, ac ex pramissis & certis aliis racionabilibus causis ad id nostrum inducentibus animum, eundem prioratum de Stoke *cum omnibus juribus & pertinentiis suis ab omni superioritate, jurisdictione, dominio & potestate Abbatis & Conventus predictorum, necnon quorumcunque superiorum dicti ordinis autoritate Apostolica prorsus eximimus & totaliter liberamus, ac Priorem & Monachos dicti Prioratus ad presens in eodem Prioratu degentes eadem autoritate ad Clanstrum dicti Monasterii revocamus, ac ecclesiam dicti prioratus, cum omnibus juribus & pertinentiis supradictis in collegiatam & secularem transferimus, nec non in ipsa ecclesia in collegiatam translata certum numerum canonicorum secundùm exigentiam facultatum hujusmodi, & prout eidem comiti videbitur expedire, quorum unus decanus existat, autoritate prefata instituimus, ac volumus quod decanus & canonici hujusmodi, capitulum ipsius ecclesiæ facere, seu collegialiter juxta consuetudinem aliarum vicinarum collegiatarum ecclesiarum insimul vivere, ac horis canonicis diurnis pariter & nocturnis, nec non missis & aliis divinis officiis interesse debeant, quodque prefatus decanus correctionem canonicorum ipsorum & eorum familiarium existentium pro tempore habeat exercere, & omnia alia & singula in ecclesia in collegiatam translata, & capitulum hujusmodi, necnon in choro ipsius ecclesie in collegiatam translate, de consensu tamen dicti comitis & assensu facere disponere & ordinare valeat, que decani collegiatarum ecclesiarum vicinarum partium predictarum exercere facere & disponere, nec non ordinare quomodolibet possunt de consuetudine vel de jure, vel secundùm quod dicto comiti videbitur expedire; Nec non etiam statuimus quod decanatus ejusdem ecclesiæ in collegiatam translate esse debeat unica seu principalis dignitas in eadem ecclesia, quodque dictus decanus existens pro tempore, una cum eisdem canonicis qui erunt pro tempore stallum in choro & locum in capitulo ipsius ecclesiæ in collegiatam translata habeat, sitque caput ecclesiæ antedictæ. Et insuper quod ad decanatum hujusmodi ipsius ecclesia in collegiatam translata, tam ista primaria vice quam aliàs quandocunque vacabit, presentatio persone ydonea ordinario loci quilibet ipsius instituat, ad comitem* Marchiæ & Wiltoniæ *existentem pro tempore perpetuis futuris temporibus debeat pertinere, salvo tamen in premissis omnibus jure diocesani loci, ac aliàs alterius cujuscunque, non obstantibus constitutionibus apostolicis, nec non statutis & consuetudinibus monasterii prioratus & ordinis predictorum, juramento, confirmatione apostolica, vel quacunque firmitate aliis roboratis, & aliis contrariis quibuscunque.*

Nos enim exnunc irritum & inane decernimus si secùs super hiis à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemcionis, liberationis, revocationis, translationis, institutionis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli *Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum* Constanciæ *xvj. kalendas Februarii, Pontificatus nostri, anno quinto.*

EDmundus comes *Marchiæ & Wiltoniæ* dominus de Wyggemore, & de Clare omnibus ad quos presentes literæ pervenerint, Salutem. Quia nos de licentia Christianissimi principis regis *Henrici* quinti apud summum pontificem Prioratum de Stoke de fundatione progenitorum nostrorum & nostro patronatu existentem precibus humilimis in ecclesiam collegiatam canonicorum secularium transferri procuravimus, in qua ordinavimus unum decanum & certos canonicos capitulum facientes cum aliis ministris, ad divina celebranda pro animabus nobilium progenitorum nostrorum & nostri ac hæredum nostrorum cum ab hac luce migraverimus, & speciali devotione quam erga prædictum decanum & canonicos dicti collegii nostri gerimus in domino, concedimus per presentes pro nobis hæredibus ac successoribus nostris, quantum in nobis est, quod omnia & singula ecclesiæ prebendæ dominia & maneria cum pertinentiis, ac terræ, tenementa, molendina, prata, pasturæ, bosci, brueræ, moræ, mariscii, redditus & servicia, tam liberorum quam nativorum tenentium, reversiones, & escaetæ cum pertinentiis, ac nativi & eorum sequele, feoda militum & advocationes ecclesiarum, vicariarum, capellarum liberarum, cantariarum & omnium aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, ac nominationes ad easdem, & earundem portiones & pensiones, necnon visus franciplegii, curiæ lectæ, hundreda, feria, mercata, warennæ, lectæ, communæ, fraunchesiæ,

libertates quittantiæ, consuetudines & privilegia, jura res & possessiones tam spiritualia quam temporalia, ac cetera alia quecunque cum pertinentiis dicto Prioratui de Stoke quovis tempore præterito pertinencia sive ad eundem qualitercunque spectantia, præfatis decano & canonicis, ac aliis personis per nos in dicto collegio ad divina facienda ordinato & successoribus suis cedant & remanent imperpetuum, & quod habeant & possideant omnia prædicta & singula adeo plenariè & liberè & integrè sicut aliqui Prior & conventus prædicti Prioratus de Stoke à tempore primariæ fundationis ejusdem quovis tempore sive modo hucusque habuerunt, tenuerunt sive perceperunt, seu de jure habere, tenere seu percipere debuerunt vel possent. Insuper de speciali gratia nostra concedimus prædictis decano & canonicis dicti collegii nostri de Stoke & eorum successoribus, quod benè valeant & possint omnia terras & tenementa, redditus, servicia, decimas, possessiones, jura, privilegia, libertates, cantarias, liberas capellas, ac heremitagia intrare & sibi & successoribus suis imperpetuum retinere, absque impetitione, reclamatione, seu impedimento nostri hæredum seu successorum nostrorum, quorum terrarum & tenementorum, reddituum, serviciorum, decimarum, possessionum jurium privilegiorum libertatum cantariarum, liberarum capellarum, heremitagiorum, dicti decanus & canonici habent munimenta & cartas nobilium progenitorum nostrorum & aliorum seu alias evidencias in scripturis & antiquis rotulis infra dictum collegium nostrum repertis, non obstante quacunque concessione seu donatione de præmissis per nos, vel per progenitores nostros cuiquam de eisdem factis vel concessis, seu quod dicti Prior & conventus immediatè ante translationem dicti Prioratus in ecclesiam collegiatam in possessione præmissorum non fuerunt. Præterea concedimus prædictis decano & canonicis in dicto collegio nostro residentibus quod licitè valeant præsentare personas ydoneas ad beneficia ecclesiastica cum vacaverint quorum existunt patroni secundùm voluntatem decani & capituli in forma juris communis absque nominatione alicujus alterius personæ, non obstante quacunque ordinatione in oppositum ante hæc tempora per nos facta, quam per præsentes revocamus & omnino cassamus imperpetuum. Insuper concedimus prædictis decano & canonicis dicti collegii nostri quod bene liceat ballivis eorum, & aliis ministris seu deputatis suis omnia & singula alia facere, infra dominia nostra ubicunque pro redditibus firmis & aliis debitis suis levandis quæ facere possunt ballivi seu alii ministri nostri ibidem de jure vel consuetudine, & consimili pena puniantur in curia nostra rebelles & inobedientes ballivis & ministris eorum sicut rebelles & inobedientes ballivis & aliis ministris nostris nostrum speciale mandatum in officiis suis juste & fideliter exequentibus Et in testimonium præmissorum sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Datum decimo nono die mensis Maii anno regni regis *Henrici* quinti post conquestum *Anglie* septimo.

AULA Gloucestrensis *in suburbio* Oxonienſi.

ANN. Dom. MCCxxxiij. & xj. *Edwardi* primi quidam nobilis *Johannes Giffarde* providit locum extra muros *Oxonia*, & possessiones dedit ad sustentationem xiij. monachorum, quos de conventu *Glocestria* elegit, volens animam suam, & animam *Matilda Longespey*, quondam uxoris suæ à professoribus sancti *Benedicti* in perpetuum benedici. *Lel.* coll. vol. 1. p. 190.

Carta domini Johannis *Abbatis* Glouceſtrenſis, *quomodo monachi de* Glouceſtria *primo morabantur & revocabantur.* *Reiner.* Apostolat. Benedict. Append. par. 2. pag. 54.

NOverint universi sanctæ matris ecclesiæ filii ad quorum notitiam pervenerit hæc præsens scriptura, quod cum vir nobilis dominus *Johannes Giffard*, dominus de Brimesfeild, domum quandam de novo, in qua monachorum ordinis sancti *Benedicti* conventus, ad divini cultus augmentum, & memoriam, veluti præcipuæ devotionis donario, ex sui fundatione perenniter haberetur, proponeret ordinare: & secundum sui pium propositum, quod ei divinitus inspiratum, locum quendam in suburbio *Oxonii*, in vico qui Stackwell street vulgariter nuncupatur, propter studii aptitudinem, quod religiosis, & secularibus præsertim congruit, quem à fratribus hospitalis sancti *Joannis Jerusalem* (sub quorum nomine idem locus existens, ab omni jurisdictione episcopali, & archidiaconali à tempore cujus memoria non existit, habebatur exemptus) non parcendo labori, vel sumptibus habere dignoscitur, ad id, favente domino, specialiter duceret deputandum: Nos *Joannes* permissione divina abbas monasterii sancti *Petri* de *Glocestria*, & ejusdem loci conventus, humiliter per dictum nobilem, & nostro generali capitulo Precedentes, suo & communitatis nostri ordinis nomine instantius requisiti, quotdam monachos nostre domus ad inhabitandum locum prædictum primordialiter, vice communitatis præmisse fecimus destinari; demumque prout ipsorum Præsidentium, dicti nobilis, & communitatis nostri ordinis, quoad hoc concorditer concurrente consensu, provida dispositio uniformiter ordinaverat, revocandi eosdem, & factum hujusmodi tam laudabile multipliciter ponderando, communitatem nostri ordinis, tanquam utilitatem publicam, dispositioni propriæ, ac cuicunque utilitati publicam, dispositioni propriæ, ac cuicunque utilitati privatæ non immerito cupientes preferri, grataanter duximus annuendum, quod noster confrater dilectus frater *Henricus* dictus de *Helin* (quem ex mora diutina quoad nos devotum in spiritualibus providum in temporalibus etiam discretum, ac in utrisque novimus circumspectum) à nostro monasterio liberè transferatur, ad recipiendum, & tenendum vice communitatis nostri ordinis, locum eundem in suburbio *Oxoniensi* memorato, ac fundationem ipsius, necnon ad conventum inibi statuendum. Ita tamen

quod

quod ex hoc facto nostro, seu aliquo precedenti, nobis vel nostris successoribus quibuscunque, colore quovis, vel nomine speciali in personis ipsis, seu loco nihil juris inposterum accrescat omninò, nisi quatenus cæteris de ordine nostro jus communiter competit in eisdem. Ut autem idem frater *Henricus* zelo devotionis, & absque remorsu conscientiæ valeat, sicut decet, vacare premissis, & alia, quæ incumbunt officio uberius adimplere, à subjectione qualibet, qua nobis, & nostro monasterio tenebatur astrictus, presentium tenore reddimus totaliter absolutum, & in testimonium præmissorum omnium sigillum nostrum, nos abbas prædictus, unà cum sigillo nostro communi, de nostri, & totius conventus conscientia, super omnibus præmissis & singulis, primitus habito inter nos diligenti tractatu, fecimus his appendi.

Charta Regis *Edwardi* primi.

Ibid. EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *& dux* Aquitaniæ, *omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Licèt de communi consilio Regni nostri providerimus, quod non liceat viris religiosis, seu aliis, ingredi feoda alicujus, ita quod ad mortuam manum deveniant, sine licentia nostra, & capitalis domini, de quo res illa immediatè tenetur: volentes tamen dilecto & fideli nostro* Johanni Giffard, *gratiam facere specialem: dedimus ei licentiam, quantum in nobis est, quod ipse quatuor messuagia, & unum toftum cum pertinentiis in* Oxonio *dare possit, & assignare dilectis nobis in Christo Priori, & conventui ordinis sancti* Benedicti Oxonii, *Habendum & tenendum eisdem Priori & conventui & successoribus suis in perpetuum, & eisdem Priori & conventui, quod messuagia & tofta predicta ab eodem* Johanne *recipere possint similiter licentiam concessimus specialem; nolentes quod idem* Johannes *vel heredes sui aut predicti Prior & conventus, vel successores sui, ratione statuti prædicti, per nos vel heredes nostros inde occasionentur, vel graventur in aliquo: Salvis tamen capitalibus dominis feodi illius serviciis inde debitis, & consuetis. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso, Apud longam-*Ichenton *xij. die Martii anno regni nostri decimo nono.*

Carta Johannis Giffard.

Ibid. SCiant presentes & futuri, quod ego *Johannes Giffard*, dominus de Brimesfeild, pro salute animæ meæ, & animarum *Matilde Longespee*, quondam consortis meæ, & antecessorum, & heredum meorum, dedi, concessi, & hac presenti Carta mea confirmavi Deo & beate *Mariæ*, & ecclesiæ beatorum *Johannis* apostoli & evangelistæ & *Benedicti* abbatis & confessoris *Oxonii* & priori & conventui ejusdem loci ordinis sancti *Benedicti*, & communitati monachorum ejusdem ordinis, provincie *Cantuariæ*, ibidem causa studii transmissorum, seu transmittendorum, sub forma debito modo provisa & statuta per generale capitulum ordinis, & provincie predictæ, omnes terras & tenementa cum singulis suis pertinentiis que habui in vico de Stockwellstreete, in suburbio *Oxonii*, videlicet, omnes terras & tenementa que habui de dono & feoffamento fratris *Willielmi* de Halvill, tunc prioris sanctæ domus hospitalis sancti *Johannis Jerusalem* in *Anglia*, & assensu & voluntate omnium fratrum totius capituli sui, & omnes terras & tenementa, que habui ex dono & feoffamento *Johannis* de Wagenpost, burgensis *Oxoniensis*, & totum illud tenementum quod habui ex don & feoffamento *Eve Laterii*, & totum illud tenementum quod habui ex dono & feoffamento *Johannis Watson*, & *Tidoneæ* uxoris sue, & totum illud tenementum quod habui ex dono & feoffamento *Stephani* de Cove, & *Aliciæ* uxoris suæ, ad fundationem & intentionem perpetuæ sustentationis prioratus & communitatis ordinis predicti ibidem, in liberam puram & perpetuam elemosinam, & quietam, habenda & tenenda predictis priori & conventui, & successoribus suis, & communitati prædictæ, de me & heredibus meis liberè & quietè ab omni terviti, exactione & seculari demanda in perpetuum; & ego predictus *Johannes* & heredes mei predictis priori & conventui, & successoribus suis, & communitati predictæ, omnes predictas terras & tenementa, cum singulis suis pertinentiis, contra omnes gentes warrantizabimus, acquietabimus, & defendemus in perpetuum. Ita quod prædicto priore cedente vel decedente, quilibet prior succedens electus per conventum dicti loci, mihi & heredibus meis, tanquam patrono loci illius presentetur, quem sine difficultate, dilatione seu calumnia aliqua recipiemus. Et volo & concedo pro me & heredibus meis, quod sub-prior & conventus ejusdem prioratus habeat & percipiat liberè a tempore vacationis omnes redditus & proventus ad prioratum & communitatem predictum pertinentes, sine aliquo impedimento vel calumnia mei, vel heredum meorum in perpetuum. In cujus rei testimonium huic presenti Carte sigillum meum est appensum. His testibus, domino *Johanne Giffard* consanguineo meo, domino *Roberto* filio *Pagani*, domino *Radulpho* de Georges, domino *Roberto* de Stapilton, militibus, & *Joanne Lebrit*, *Jacobo* de Ley, *Johanne* de *Aqua* & aliis.

MISSENDENENSE
Cœnobium in agro Buckinghamensi.

Inquisitio de loci fundatione, quando scil, per quem, &c.

INquisitio capta coram *Johanne Parker* de Cheneggs, escaetore domini regis in comitatu Bukingham, apud Aylesbury in comitatu predicto, xxiij. die Februarii anno regni regis *Edwardi* tertii post conquestum *Anglie* quinquagesimo primo, virtute brevis domini regis *Thoma Sewale* nuper escaetori dicti regis directi, & per indenturam prefato *Johanni* nunc escaetori liberati, & huic inquisitioni consuti, per sacramentum *Johannis* In fasciculo Escaet. de an. 5 Ed 3. num. 5.

atte Broke, *Willielmi Broghton, Johan. Ramkyn, Johannis Plekenham, Henrici Koc, Johannis Reyner, Willielmi Caldecote, Reberti Morton, Johannis Bere, Willielmi Wydmore, Johannis Allenaſſhe, Johannis Sileby.* Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod abbatia de **Pulſenden** non eſt de fundatione domini regis, nec progenitorum ſuorum. Set prædicta abbatia eſt de fundatione *Willielmi* de **Pulſenden**, quondam domini de **Pulſenden**, & quod prædictus *Willielmus* tenuit manerium de **Pulſenden** de comite *Glouceſtrenſi* per ſervitium militare. Et quod prædicta abbatia fundata fuit per prædictum *Willielmum* anno Dominice incarnationis MCCLxxxxiij. in puram & perpetuam elemoſinam. Et dicunt quod dicta abbatia non habet aliqua terras ſeu tenementa quæ tenentur de domino rege in capite in comitatu prædicto. In cujus rei teſtimonium prædicti juratores huic inquiſitioni ſigilla ſua appoſuerunt. Datum die & anno ſupradictis.

De fundatore, & quibuſdam ſuccedentibus loci patronis.

Ex vetuſta membrana MS. penes *Franciſcum Muſſenden* de *Heyling* in com. *Lincoln* armig. 1610.

MEmorandum, quod invenitur in libro *Johannis Toſtez* Prioris monaſterii beatæ *Mariæ* de **Pulſenden** in comitatu *Buckingamiæ*, quod *Willielmus Muſſenden* miles fuit primus fundator dictæ abbatiæ & fundavit eam in anno Domini MCCxxxvj. & jacet in capitulo ejuſdem abbatiæ ſub lapide marmoreo tribus crucibus ſuper ſculptis.

Memorandum, quod domina *Iſabella Gulafre*, hæres & cognata dicti *Willielmi* militis & fundatoris, jacet coram altare beatæ *Mariæ* in capella ejuſdem virginis, ex aquilonari parte juxta murum, ſub lapide marmoreo, cum ejus epitaphio deſuper ſculpto. Quæ dicta *Iſabella* maritata fuit *Thomæ* de **Pulſenden** militi, & idem jacet in eadem capella ex latere auſtrali dictæ *Iſabellæ* juxta eam ſub lapide marmoreo, & ſulptum ſuper epitaphium, in hæc verba.

De terre ſuis je faite & formé,
Es en terre ſuis je retourné.
Thomas Miſſenden *jadiz nommé*
Jeſu de in 'alme ayt pitié.

Obiit anno Domini MCCCLxix. Non: Octobris
Coram ſummo altari de **Pulſenden** jacet quidam lapis marmoreus & deſuper ſculptus. *Johannes Iwordby* armiger, & *Katerina* uxor ejus filia & hæres *Barnardi Muſſenden*, patroni hujus abbatiæ, quæ *Katherina* obiit die Martis, decimo die Julii, anno Domini MCCCxxxvj. & dictus *Johannes* obiit . . . . . anno Domini MCCCC. quorum animabus propitietur Deus, Amen. Sed dictus *Johannes Iwordby* non jacet ſub lapide prædicto ſed in alio loco, & dictus *Johannes Iwordby* & dicta *Caterina* habuerunt inter ſe filium & hæredem *Nicholaum*, qui quidem *Nicholaus* accepit uxorem . . . . . filiam . . . . . *Hamden*, & obiit in *le* **Fleete** . . . . . qui quidem *Nicholaus* habuit filium ſuperſtitem nomine *Johannem*, qui habet exitum. Etiam dictum eſt, quod *Barnardus Muſſerden* fuit filius prædicti *Edwardi* filii prædicti *Thomæ* militis, qui quidem *Barnardus* & *Iſabella* habuerunt unam filiam & cohæredem uxorem *Johannis Frome* de **Buckingham**, & habuit portionem hæreditatis dictæ *Iſabellæ*; qui quidem *Barnardus* obiit . . . . . & jacet in eccleſia de **Buckingham** juxta murum in *le iſle*.

Memorandum, quod dicta *Iſabella* poſt deceſſum dicti *Bernardi* accepit in virum . . . . . *Mortimer* & poſt obitum ejus cepit in virum dominum *Johannem Cheney*.

Memorandum, quod dicitur in libro abbatiæ de **Pulſenden** quod *Thomas* de **Pulſenden**, qui cepit in uxorem *Iſabellam Gulloſre* prædictã, fuit filius cujuſdam *Mareſchalli* de **Pulſenden**, vocati *Johannis Marſhall* . . . . . Ad ejus prudentiam, humanitatem, & guerrarum fortunam in diebus *Edwardi* tertii, Regis *Angliæ*, qui eum amavit & fecit eum militem, & adoptavit eum in maritagium dictæ *Iſabellæ Gulloſre* cognatæ & hæredis dicti domini *Willielmi*, primi fundatoris dictæ abbatiæ de **Pulſenden**; & dictus *Thomas* habuit unum fratrem qui vocabatur *Anthonius Marſhall*, qui fuit abbas de **Pulſenden** & obiit *Londini* . . . . Septembris MCCCLxxuij.

EGo *Willielmus* de **Feynes** dedi & conceſſi & preſenti carta mea confirmavi Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Pelſenden** & canonicis ibidem Deo ſervientibus, in liberam & perpetuam elemoſinam, totam terram quam *Wimundus* de me tenuit in villa de **Wendover**, & ipſum *Wimundum* cum tota ſequela ſua, & progenie, & omne jus quod habui in prædicta terra & *Wimundo*, cum omnibus ſequelis, & pertinentiis ſuis. Habendum & tenendum liberè, & quietè, bene & in pace & honorificè (*&c.*) Hiis teſtibus. *Helia* de *Bello campo Henrico* de *Scaccario*, *Widone* de **Boxter**, *Willielmo* de *Dun. Matheo Brond*, *Jacobo* de *Penna*, *Ricardo* de **Belden**, *Henrico Delaſtocke*, *Hugone* de *Lale* & pluribus aliis.

Ex ipſo autographo apud caſtrum de *Berkeley*

Monialium Ordinis MINORUM, *domus apud* Londinenſes, *in agro* Middleſexiæ.

Licentia Regis de domo Minoriſſarum *fundanda.*

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Licèt de communi conſilio regni noſtri ſtatuerimus, quod non liceat viris religioſis ſeu aliis ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, ſine licentia noſtra, & capitalis domini de quo res illa immediatè tenetur. Volentes tamen *Edmundo* fratri noſtro cariſſimo graciam facere ſpecialem, dedimus ei licentiam, quantum in nobis eſt, quod ipſe quandam placeam cum pertinentiis quam habet de dono & feoffamento magiſtri *Thome* de **Wendſtrete** in parochia ſancti *Botulphi* extra **Aldgate**, dare poſſit & aſſignare dilectis nobis in Chriſto monialibus de ordine *Minorum*, quæ per

Pat. an. 22. *Ed.* 1. m. 11.

Vide Pat. 1 *R.* 2. part 2. m. 3. & Pat. 5 *H.* 6 part. 1. m. 19 & Pat. 1 *H.* 5. part. 4 m. 25.

per nobilem dominam *Blancam*, Reginam *Navarr.* consortem ejusdem fratris nostri, in *Angliam* sunt venture, & infra regnum nostrum morature ac Deo & beate *Marie* ac beato *Francisco* serviture, ad quandam domum ibidem construendam & inhabitandam, habendam & tenendam eisdem monialibus & successoribus suis imperpetuum. Et eisdem monialibus quod placeam illam à prefato fratre nostro recipere possint, tenore presentium, similiter licentiam concedimus specialem. Nolentes quod idem frater noster, vel heredes sui, aut predicte moniales, seu successores sue, ratione statuti predicti, per nos vel hæredes nostros, inde occasionentur in aliquo, vel graventur. Salvis tamen capitalibus dominis feodi illius serviciis inde debitis & consuetis. In cujus &c. T. Rege apud *Westmonasterium* xviij. die Junii.

Per ipsum Regem — *Per Inquisicionem returnatam de Consilio.*

Monialium, ordinis S. Claræ, *domus apud* WATERBECHAM *in agro* Cantabrig.

Licentia regia de domo fundanda.

Pat. de an. 22. Ed. 1. mem 23.

REX omnibus ad quos &c. Salutem. Cum per cartam nostram concesserimus pro nobis & hæredibus nostris dilecte nobis *Dionisie* de *Monte Canisio* manerium de **Waterbeche** cum pertinentiis quod eadem *Dionisia* de nobis tenet in capite, habendum & tenendum sibi & assignatis suis, ita quod inde religiosos feoffare vel ibidem fundare possit domum religionis de quocumque voluerit ordine, pro anima nostra, & animabus antecessorum nostrorum, & suorum, & hæredum nostrorum & suorum, & quod Religiosi illi qui inde feoffati vel ibidem fundati fuerint prædictum manerium cum pertinentiis teneant in liberam & puram & perpetuam elemosinam, quietum de omni regali & seculari servicio, sicut hujusmodi elemosina quietius & melius teneri poterit, prout in carta prædicta plenius continetur, & ipsa *Dionisia* in proposito jam habeat sorores *Minoriss.* ordinis sanctæ *Clare* de manerio prædicto cum pertinentiis feoffandi, ibidem imperpetuum altissimo servituras. Nos propositum hujusmodi commendantes, dedimus ei licentiam, quod ipsa tot sorores ordinis prædicti illuc à partibus transmarinis venire facere, & ipsas de eodem manerio cum pertinentiis feoffare possit, quot ad divinum obsequium ibidem celebrandum fore viderit oportunas; Ita quod sorores illæ quas ipsa *Dionisia* inde feoffaverit, ibidem pacificè morari & domino famulari ac manerium illud cum pertinentiis habere & tenere possint, juxta formam concessionis nostre supradicte. In cujus, &c. Teste Rege apud **Walsingham** iij. die Marcii, anno regni nostri vicesimo secundo.

Carta Regis Ed. iij. *priorem confirmans, &c.*

REX Archiepiscopis &c. salutem. Inspeximus etiam literas patentes quas idem pater noster fecit eidem *Dionisie* in hec verba. *Edwardus* &c. [ut supra in charta precedenti.] Nos autem concessionem, confirmationem, & licentiam predictas, ac etiam donationem, concessionem & confirmationem, quas prefata *Dionisia* per cartam suam fecit de manerio predicto, Deo & gloriosæ virgini *Marie*, & sanctæ *Clare*, & *Johanne* de **Pevers** tunc abbatissæ, ac sororibus ordinis ejusdem sancte *Clare*, videlicet, ordinis *Minoriss.* ibidem Deo servientibus, & imperpetuum servituris, habendum & tenendum eisdem abbatisse & sororibus, & earum successoribus, cum messuagiis, edificiis, terris, pratis, pasturis, mariscis, communis, turbariis, aquis, gurgitibus, piscariis, viis & semitis, homagiis liberorum hominum, & omnibus eorum servitiis, wardis, relevis, escaetis, villanis, cum eorum villenagiis, servitiis, & eorum sequelis, ac omnibus aliis rebus ad predictum manerium quoquo modo spectantibus, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, ratas habentes, & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus & confirmamus, sicut carte & litere predicto rationabiliter testantur. Hiis testibus, venerabilibus patribus *W.* Archiepiscopo *Cantuar.* totius *Anglie* primate. *T. Winton.* episcopo, Cancellario nostro, & *W. Covenir.* & *Lychfeld.* episcopo. *Ademaro* de *Valencia*, Comite *Pembroch.* *Humfrido* de **Bohun**, Comite **Hereford** & **Eſſex**. *Hugone le Despencer* seniore. *Radulpho* de *Monte Hermerii*. *Willielmo* de *Monte-Acuto* Senescallo hospicii nostri, & aliis. Datum per manum nostrum apud *Westmonasterium* tricesimo die Januarii, anno regni nostri undecimo.

Chartæ 8. Ed 3. num. 10.

Placita coram apud Cantebrig. *coram* Johanne *de* Berewyk *& sociis suis Justiciar. itinerantibus ibidem in abbatia sancti Hillarii, Anno regni Regis* Edwardi, *filii Regis* Henrici, *vicesimo septimo.*

PResentatum est per xij. Juratores hundredi de **Northstowe**, quod Abbatissa ordinis sancte *Clare* de **Waterbeche** clamat habere visum franci plegii & emendas assise panis & cervisie de tenentibus suis in **Waterbech**. Et prædicta abbatissa per attornatum suum venit & dicit, quod ipsa tenet manerium de **Waterbech**, simul cum libertatibus predictis eidem manerio annexis ex dono & feoffamento *Dionisia* de *Monte Canisio*, per Cartam ipsius *Dionisia* quam profert & que hoc testatur. Et dicit quod dominus Rex nunc concessit, & Carta sua confirmavit pro se & hæredibus suis *Dionisia* de *Monte-Canisio* manerium de **Waterbech** cum pertinentiis quod de ipso Rege tenuit in capite; ita quod inde religiosos feoffare vel ibidem fundare possit domum religionis de quocumque voluerit ordine, pro anima sua & animabus antecessorum suorum. Et religiosi illi qui inde feoffati vel ibidem fundati fuerint, prædictum manerium cum pertinentiis teneant

Essoin 30. Ed. 1. m 99

neant in liberam puram & perpetuam elemoſinam quietum de omni regali & ſeculari ſervicio, ſicut hujuſmodi elemoſina quietius & meliùs teneri poterit. Et profert eandem cartam quæ hoc teſtatur. Et quod prædictæ libertates annexæ fuerunt prædicto manerio à tempore quo non exſtat memoria petit quod inquiratur. Et juratores iſtius hundredi, ſimul cum aliis ad hoc electis, dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod prædictæ libertates annexæ fuerunt prædicto manerio à tempore quo non exſtat memoria. Ideo ipſa inde ſine die, &c. ſalvo jure Regis, &c.

HOLANDENSE
Cœnobium in agro Lancaſtrenſi.

Charta fundationis Prioratus de **Holand.**

Patent. 21 *Ed.* 2. par 2. m. 3.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Inſpeximus literas patentes venerabilis patris *Walteri, Coventren.* & *Lichefelden.* epiſcopi, in hæc verba. Univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quorum noticiam præſentes literæ pervenerint, *Walterus* permiſſione divina *Coventrenſis* & *Lichfeldenſis* epiſcopus ſalutem, & gratiam ſalvatoris. Noveritis quod cum olim in eccleſia ſeu capella collegiata ſancti *Thomæ* martyris de **Holand** noſtræ dioceſis fuiſſent capellani ad famulandum Deo perſonaliter, & continuo conſtituti, certis ad ipſorum ſuſtentationem redditibus aſſignatis. Pro eo tamen quod dicti capellani, qui paucis poſtmodum temporibus fuerant concordes, prædictum locum à diu & temerè deſeruerant, & ſic religio ſeu devotio, quæ ibidem perpetuò fieri, & exerceri ſperabatur, diſſolvitur penitus & ceſſavit. Nos collegium ibidem ordinatum diſperſum conſiderantes, & divinum cultum in eodem loco fruſtratum conſpicientes, deſideranteſque propter religionis & divini cultus augmentum ſtatum loci prædicti in melius reformari, decanum & capellanos dicti loci omnes & ſingulos, ac omnes alios quorum intererat, ſeu intereſſe poterat in hac parte, ad proponendum canonicum (ſi quod haberent) quare propter cauſas præmiſſas, & alias cauſas legitimas nos meritò inducentes, ibidem monachi, vel canonici regulares ordinari & conſtitui non deberent, coram nobis vel commiſſariis noſtris in hac parte ad certos diem & locum fecimus ad judicium evocari. Et tandem legitimo proceſſu, qui circa hoc requirebatur, in omnibus præhabito & obſervato, ponderatis in omnibus ponderandis juribus univerſis dictum negotium tangentibus, & cum magna maturitate legitimè diſcuſſis, ad honorem Dei, & beati *Thomæ* martyris glorioſi, & ad augmentationem cultus divini ex cauſis præmiſſis, & quia locus prædictus (inſpecta ejus feracitate & ſitu) magis videtur conveniens viris religioſis quàm ſecularibus ibidem perpetuò manſuris, Ad dictum locum de **Holand** vacantem, monachos ordinis ſancti *Benedicti*, nigrum habitum gerentes, de aſſenſu & conſenſu expreſſo patroni ejuſdem loci, transferendos, ordinandos, & præficiendos, ibidem Deo in perpetuum famulandos, auctoritate noſtra dioceſana pronuntiare fecimus, & in ſcriptis. Nos igitur *Walterus* permiſſione divina epiſcopus antedictus, fratrem *Thomam* de **Doneca-ſtre** monachum ordinis ſancti *Benedicti*, nigrum habitum gerentem, in dicto loco vacante, ut præmittitur, qui ad ejus regimen per nobilem virum dominum *Robertum* de **Holand** ejuſdem loci verum patronum nobis extitit præſentatus, auctoritate noſtra præfici fecimus in Priorem, & ipſum inſtitui canonicè in eodem, & prædictum locum de **Holand** cum omnibus poſſeſſionibus eidem adjacentibus, redditibus, tenementis, libertatibus, & pertinentiis quibuſcunque, una cum advocatione eccleſiæ de **Whichwerke**, & eccleſiæ de **Childwelle** dicto loco de **Holand**, & collegio dudum ibidem exiſtenti, jam pridem, cum ſuis juribus & pertinentiis quibuſcunque de domini noſtri regis licentia appropriata, eidem fratri *Thomæ* Priori prædicto, & ſuis ſucceſſoribus, Prioribus ejuſdem loci, ſuoque conventui, & confratribus monachis uſque ad numerum duodecim, juxta modum & regulam ordinis antedicti, ibidem Deo deſervituris imperpetuum, de aſſenſu & conſenſu expreſſo Patroni prædicti ſuper tranſlationem hujuſmodi faciendam, (de quibus nobis per literas ſuas conſtabat) ad plenum aſſignari fecimus, & appropriari, ad ſuſtentationem eorundem Prioris & conventus, ſuorumque ſucceſſorum prædictorum in perpetuum optinenda. Jure tamen pontificali, archidiaconali, & parochiali in dictis eccleſiis de **Holand** & **Childwall** nobis & ſucceſſoribus noſtris, & ipſi archidiacono, & ſucceſſoribus ſuis, ac penſione quadraginta ſolidorum ab eccleſia de **Childwell** antedicta, prædicto loco de **Holand**, ut præmittitur, appropriata, prædictæ eccleſiæ cathedrali *Lichfeldenſi* debita & conſtituta: inſuper & jure patronatus prædicto domino *Roberto*, & ſuis hæredibus ſemper ſaluis. Volentes & ordinantes, de aſſenſu & conſenſu expreſſo patroni prædicti, quod quotiens dictum Prioratum de **Holand**, cedente vel decedente Priore ejuſdem, vacare contigerit, liceat conventui ejuſdem Prioratus tres monachos idoneos ejuſdem domus eligere, quorum unus per patronum loci juxta electionem dicti conventus approbatus, & loci dioceſano præſentatus, præficiatur canonicè in Priorem Item & quod monachi ibidem exiſtentes, & qui pro tempore fuerint faciant profeſſionem ſuam prædicto Priori & ſuis ſucceſſoribus Prioribus in loco de **Holand** antedicto. Inſuper & quod tempore vacationis Prioratus prædicti liceat patrono ejuſdem unum ſervientem ad cuſtodiam portæ præfati Prioratus aſſignare. Qui tamen de bonis dicti Prioratus diſponere non præſumat, ſed pro tempore vacationis de bonis ejuſdem Prioratus pro ſe, & uno equo, & unico garcione tantummodo alimentetur. Inſuper quod dicti religioſi rogent ſpecialiter pro animabus omnium pro quibus capellani dudum exiſtentes onerati fuerant exorare. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, Sigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Data **Lichefeld** decimo die menſis Junii anno Domini MCCCxix. Et conſecrationis noſtræ anno xxiij. Nos autem, &c.

De

De hisce in hac pagina sequentibus, nil nobis liquet nisi solummodo fundatorum nomina, quæ ex Lelando *annotavimus.*

Lel coll. vol. 1. p. 84. Cantuar. *domus S.* Sepulchri, *moniales*

Kanc. *Gulielmus Calvel* civis *Cantuar.* primus fundator.

Ibid. p 60. **Wangford** *Prioratus.*

Suff. Prior cum duobus aliis. Fundator *Doudo Asini* dapifer domini regis.

Ibid. **Trewe** *Prioratus, tres tantùm in domo.*

Suff. Dominus *Johannes Bovile* miles primus fundator, nunc dominus **Wingfelde.**

Ibid. p. 74. *Prioratus de* **Canington** *monial.*

Somers. *Robertus Curcy* primus fundator; modernus comes *Northumbriæ.*

Ibid. p. 85. **Marlow** *Priorat. monialium.*

Buck. *Galfridus* dominus *Spensar* primus fundator.

Ibid. p. 81. **East-Ealeburne** *Priorat. monialium.*

Suff. *Johannes* de **Bone** miles fundator primus; modernus *David Owen* miles.

Ibid. p. 76. **Wollesho** *Priorat. monialium.*

Devon. D. *Bruar* episcopus *Exon.* fundator, frater *Gulielmi Bruar* avunculi *Johannis* regis.

Ibid. p. 79. *Priorat. monialium S.* Egidii *in bosco*, Linc. *dioc.*

Hertf. *Rogerus Toney* dominus de **Flamstede** primus fundator; modernus rex.

Ibid. p. 81. **Durford** *Abbat.*

Hantf. *Henricus Husey* miles primus fundator *Henricus Guldeford* miles præcipuus benefactor.

Ibid. p. 88. **Umberstane**, *S.* Mariæ & *D.* Petri.

Linc. *Radulfus* filius *Dregonis.*

Hatfeild-regis *alias* **Hatfeild-broadoke.** Ibid. p 61.

Albericus Veer fundator. *Essex.*

Prioratus S. Olavi. Ibid. p 59.

Rogerus filius *Osberti* fundator, deinde **Cremingham's.** Habet jus patronatus ecclesiæ de **Borow-castell** in com. *Suff.* *Norff.*

Bilton *Prioratus in quo tres fratres.* Ibid. p. 58.

Domina de **Cressy** fundatrix; nunc **Boulny.** *Norff.*

Heningham *Priorat. monialium,* Ibid. p 60.

Albericus de **Ver** comes *Oxon.* & *Lucia* uxor ejus prima ibidem Prioriſſa. *Essex.*

Walberne minor. Ibid. p 62.

Jocelinus fundator. *Wigorn.*

Lynne *cella* Norwicensis *monasterii.* Ibid. p. 57.

Herebertus episcopus *Norwicensis* fundator, quanquam dominus **Bozley** nuper vendicabat jus patronatus. Appropriata est huic domui ecclesia S. *Margaretæ* de **Linne.** *Norff.*

Yermouth *cella* Norwic. *monasterii.* Ibid. p. 58.

Herbertus Losing episc. *Norwic.* fundator. *Norff.*

Aldeby *cella* Norwic. *monasterii.* Ibid.

Agnes de *Bello fago* prima fundatrix. *Norf.*

Urford *Prioratus monialium.* Ibid p 86.

Radulfus de *Albineio* fundator. *Linc.*

Ikelington *Prioratus monialium.* Ibid. p. 55.

Albericus Ver comes *Oxon.* fundator. *Cantabr.*

De antiquis in VVALLIA Cœnobiis.

Ex pervetusto codice MS. ad episc. Landavensem olim spectante, nunc vero penes virum cl. Joh. Seldenum fol. 74.

INsinuandum est quod sanctus Oudoceus, *cum sua congregatione*, & Concen *abbas sancti* Catoci, & Sulgen *abbas* Docunni, & Congen *abbas* Ilduti, *cum omni sua congregatione*, & Morcant *Rex*, & Frioc *patruus suus*, *venerunt omnes ad* Podum *sancti* Ilduti, & *ambo* Morcant *Rex* & Frioc, *præsentibus illis omnibus*, *super altare sancti* Ilduti, *antepositis sanctis reliquiis juraverunt*, *ita ut simul firmam pacem inter se*, *sine dolo tenerent*. *Et ita tali conventione*, *ut si unus alterum occideret*, *aut ei dolum inferret*, *nullo se alio modo redimeret agro*, *nec argento*, *sed regnum suum quietum clamaret*, & *vitam suam totam duceret in peregrinationem*. *Post multum verò temporis*, *suadente diabolo*, *occidit Rex* Morcant, Frioc, *patruum suum dolo*; & *eo occiso*, *venit Rex* Morcant *ad* Oudoceum *episcopum veniam requirens de perjurio facto*, *simul cum homicidio perpetrato*, *ad ecclesiam* Landaviam. *Et audita ejus petitione*, *mandavit episcopus* Oudoceus, *propter abbates trium congregationum suarum*, Concen *abbatem* Catoci, Sulgen *abbatem* Docunni, Congen *abbatem* Ilduti, *cum suis clericis congregatis in unum*, *in sancta Sinodo omnibus ab hostio* Taratyryg guy *usque ad hostium* Tewi. *Et venit Rex cum senioribus* Morcannuc, *obviam illis ad* Podum Carbani *vallis*, & *ad recipiendum judicium de malefacto suo*, *cum summa satisfactione*. *Et plena Sinodus præsentia* Oudocei *episcopi judicavit*, *propter orbitatem regni ne fieret sine protegente clipeo domini naturalis*, *peregrinationem illius*, *jejuniis*, & *orationibus*, & *elemosinis redimere*, *simul cum homicidio perjurium expurgare*. *Et Rex* Morcant, *assensu seniorum* Morcanhuc, *posuit manum suam super quatuor euangelia & reliquias sanctorum*, *tenente illa sancto* Oudoceo; & *promittit inprimis se emendaturum de prædicto facinore*, *sicut prædictum est jejunio*, & *oratione*, & *elemosina*: & *insuper promittit*, *se nunquam tale quid amplius facturum*, & *se in omnibus regalem justitiam misericorditer acturum junctâ ei penitentia ad modum facinorũ & ad illius qualitatem & quantitatem potentia*, & *data sibi communione christiana*, *ablata prius sibi ab episcopo* Oudoceo, *clamavit tres congregationes* Catoci, Ilduti, & Docunni, *liberas ab omni regali servitio*, *Deo* & *sanctis* Teliano, Dubritio, Oudoceo, & omnibus *successoribus suis*. *Et ita*, *cum omni sua dignitate*, & *privilegio sanctorum* Dubricii, Teliani, *in perpetua consecratione ecclesiæ* Landaviæ, & *utrem mellis & lebetem ferream*, *quæ ecclesia S.* Ilduti *regi debebat reddere*, *quietam Rex* Morcan *clamavit sine fine*, & *vovit Deo* & Oudoceo *in præsenti sinodo nunquam inantea in aliquo dominari in tribus congregationibus*, *nec in earũ possessionibus*, *nec in refugiis violandis*, *neq*, *glebam unam sciens unquã ablaturus vi*, *aut aliquo malo ingenio de suis territoriis*, & *ita liberas sine ullo censu ulli homini terreno*, *magno*, *vel modico*. *Data maledictione violaturis*, *benedictione autem conservaturis in pace*. *De clericis testes sunt*, Oudoceus *episcopus*, Concen *abbas* Carbanivallis, Sulgen *abbas* Docunni, Congen *abbas* Ilduti, *cum suis* Clericis Convoge, Gurcenau, Colbrit, Canoc, Sulgen, Colbran. *De laicis*, Morcan *Rex*, Guidgen. Guidoc. Vithel. Vinet. Virthir. Judic. Judguatlon. *cum magna copia clericorum*, & *laicorum*, *tam sinodo*, *quam extra sinodum*.

Prioratus alienigenæ ORDINIS *Sancti* Benedicti:

Cœnobiola sc. cismarina sive Anglicana, *quibusdam majoribus & antiquioribus illius ordinis Cœnobiis ultramarinis, filiarum instar, subjecta, & de eisdem Cellarum nomine, dependentia.*

DEORHYRSTENSE *Cœnobium in agro* Glouceſtrenſi, *Cella de S.* Dionisio *in* Gallia.

Johannis Lelandi de eodem narratio.

Leſ. itinerar. vol. 6. fol 79.

BEDE maketh mention, that in his tyme ther was a notable abbay at Derehurſte. It was deſtroyed by the Danes. Werſtanus fledde thens (as it is ſayd) to Malverne. The French ofder was an erection ſyns the conqueſt. The olde priory ſtode eſte from Severne a bow ſhote, and nozth of the toune. There remayne yet divers names of ſtreats, as Fiſchar ſtrete, and other, but the buildinge of them be gone.

Id eſt. Beda *narrat, quod in diebus ſuis inſignis erat abbatia* Deorhurſtæ. *A* Danis *autem deſtructa fuit.* Werſtanus *inde (ut dicitur)* Malvernam *fugit. Ordinis* Gallici *illic inſtitutio conqueſtum* [Normannicum] *ſubſecuta fuit. Vetus Prioratus* [ædes ſcil.] *à* Sabrinâ *orientem verſus, circa ſagitta volatum, ad aquilonem villa diſtabat. Plura platearum nomina adhuc manent, Piſcariorum vicus ſcil. & alii; ædificia verò perierunt.*

Præceptum Willielmi *regis Anglorum de* Deorhirſt.

Ex regiſtro S. Dionisii in Gallia.

WIllielmus rex *Anglorum*, comes *Normannorum* atque *Cenomannenſium*, Chriſti fidelibus ubique gentium. Miſerator & miſericors Deus patiens & multùm miſericors, inter cetera ſuæ miſerationis præcepta cum univerſa quæ poſſidet homo ultra quam dici poteſt compendiola ſint ad comparationem beatitudinis æternæ, præcepit nobis ex hiis quæ jure poſſidemus, indeficientes theſauros theſaurizare, dicens, *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo ubi nec arugo nec tinea exterminant.* Cujus præcepti amore ſtimulati, ego & collateralis mea *Matildis*, cum prudenti conſilio proceruin noſtrorum, pro ſalute animæ noſtræ omniumque liberorum noſtrorum eccleſiam de Derherſt ſitam in territorio & comitatu civitatis *Glouceſtria* S. *Dionyſio*, cujus prærogativa apoſtolatu *Gallia* populus congratulatur, cum omnibus inibi appendiciis conferimus, ſicut fideli noſtro *Baldwino*, ejuſdem Sancti monacho, illuſtris anteceſſor noſter rex *Edwardus* ſuis propriis uſibus dedit, priuſquam abbatiam S. *Eadmundi*, cui nunc præeſt, ab eodem ſuſciperet, & ſicuti nos poſtmodum adepto regno ipſi conceſſimus. Sit autem hæc cum omnibus quæ ad ipſam pertinere dinoſcuntur libera ab omni negotio. Roboramus etiam hoc privilegio donum quod prænominatus rex eidem ſancto pro nanciſcenda mercede æterna contulit, videlicet *Teyntuna* cum omnibus ad ſe pertinentibus: ſancientes eam liberam ſicut & hanc quam ipſi tribuimus, quatinus nos & ſoboles noſtra ipſius Sancti precibus ſociorumque ejus *Ruſtici* & *Eleutherii* adipiſci mereamur proſperum præſentis vitæ ſtatum & æternæ ſtationis portum. Si quis autem ex hac noſtra donatione quippiam diminuerit, cujuſcunque poteſtatis ſit, ex auctoritate Dei omnipotentis cum *Dathan* & *Abyron* ſimilem ſortiatur portionem, niſi reſipiſcens ſatisfactionem & emendationem Sancto fratribuſque loci ipſius attitulatis exhibuerit. Anno Dominicæ incarnationis MIxix. regni verò *Willielmi* regis I. in ſecunda die Paſchæ hoc privilegium firmatum eſt in monaſterio ſancti *Swithuni* apud civitatem Wincestre cum celebraretur miſſa, His teſtibus, conſentientibus.

Teyntun in comitatu *Oxonia.*

Ego *Willielmus* rex, hanc noſtram donationem & corroborationem ſigno ✠ Agiæ crucis munivi.

Ego *Mathildis*, regina ejuſdem regis, hoc mihi placere profeſſa ſum.

Ego *Ricardus*, regis filius, patris & matris donum libentiſſimè annui.

Ego *Stigandus*, eccleſiæ *Cantuarienſis* archiepiſcopus, confirmavi.

Ego *Aldredus*, *Eboracenſis* archiepiſcopus, confirmavi.

Ego *Willielmus* epiſcopus *Londonia*, confirmavi. Ego *Aielricus* epiſcopus. Ego *Hermannus* epiſcopus. Ego *Gilo* epiſcopus. Ego *Limricus* epiſcopus. Ego *Odo* epiſcopus, frater regis. Ego *Gosfridus* epiſcopus I. *Landavenſis*. Ego *Baldwinus*, *Ebroicenſis* epiſcopus. Ego *Ernaldus*, *Cenomannenſis* epiſcopus.

Ego *Robertus*, comes, regis frater, cum benevolentia consensi. Ego *Guillelmus* comes, filius *Osberni*. Ego *Robertus* comes *Augensis* castri. Ego *Radulfus* comes. Ego *Brien.*

Ego *Radulfus* de *Alneo*. Ego *Henricus Ferrariensis*. Ego *Hugo* de *Monteforti*. Ego *Ricardus* filius *Gisleberti* comitis. Ego *Rogerus* de *Juri*. Ego *Haimo* regis dapifer. Ego *Robertus* frater hujus *Haimonis*.

Diploma cœnobitas ex alienigenis faciens indigenas.

Pat 21. H. 6. par. 2. nu. 2. m. 37

Rex omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod cum Prioratus de Derhurst *in comitatu* Gloucestriæ *alienigena, ordinis sancti* Benedicti, *in quo quidem Prioratu (qui anno Domini millesimo sexto monasterium vocabatur) sanctus* Alphegus *adtunc fuit professus monachus, qui postea tempore Regis* Ethelredi, *quondam regis* Angliæ, *progenitoris nostri, extitit archiepiscopus* Cantuariensis, *prout in legenda ipsius sancti* Alphegi *plenius, ut dicitur, poterit apparere : ob sinceram & intensam devotionem quam sancte ac nobilis memoriæ sanctus* Edwardus, *quondam Rex* Angliæ, *progenitor noster, penes sanctum* Dionisium *habuit & gerebat, domui sive abbatiæ sancti* Dionisii *in* Francia *per eundem nuper Regem sanctum* Edwardum *datus fuerit & collatus, a tempore donationis & collationis hujusmodi, cella abbatiæ illius ac Prioratus perpetuus & conventualis extiterit & existat de presenti; Habeantque nunc Prior & conventus Prioratus predicti, ipsique & eorum predecessores Priores & conventus Prioratus illius à tempore quo memoria hominum non existit, clastrum, dormitorium, refectorium, & sigillum commune, ac alia Prioratui perpetuo & conventuali & ordini predicto, ac honestati religionis illius, necessaria & oportuna, ac in hac parte necessario requisita, juxta suarum copiam facultatum infra Prioratum illum continuè habuerunt ; iidemque nunc Prior & conventus habeant de presenti, prout certitudinaliter informamur : Virtute quarum donationis & collationis abbas & conventus dicte abbatiæ sancti* Dionisii *in qualibet vacatione Prioratus predicti quendam virum religiosum dicte abbatiæ sancti* Dionisii *ad Prioratum illum continuè presentarunt, qui virtute presentationis illius extitit Prior perpetuus ejusdem Prioratus, quousque jam tardè, ex causa guerre inter nos & ipsos de* Francia *habite & suborte, accessus ad dictam abbatiam prohujusmodi presentatione inibi optinenda haberi nequibat nec haberi valeat de presenti. Unde nobis per dilectum nobis in Christo* Hugonem, *nunc Priorem Prioratus predicti, & ejusdem loci conventum est humiliter supplicatum, ut, hiis per nos debite ponderatis, velimus remedium pro eorum & successorum suorum periculo imminenti in hujusmodi presentatione imposterum optinenda evitando benignissimè providere. Nos, humillime supplicationi favorabiliter inclinati, de gratia nostra speciali, ac de non modica seu matura premissorum consideratione, concessimus eidem* Hugoni, *nunc Priori Prioratus predicti, & ejusdem loci conventui, quod ipsi & eorum successores sint indigene, & exnunc imperpetuum pro indigenis reputentur, ac eisdem modo & forma, & adtu liberè & integrè in omnibus & per omnia tractentur, teneantur, & reputentur prout alii Priores* Anglici *tractantur, tenentur, & reputantur. Et quod iidem Prior & conventus, & eorum successores de cætero habeant & teneant Prioratum predictum ut Prioratum* Anglicum *& indigenam ac omnia maneria terras tenementa & possessiones ejusdem Prioratus cum omnibus suis pertinentiis. Habeantque omnia & omnimoda libertates, immunitates, & privilegia, & eis libere gaudeant & utantur quæ homines religiosi ejusdē ordinis* Ancè *oriundi habent, & eis bene gaudent & utuntur. Solvendo decimas subsidia & alia deveria prout alii indigene ejusdem ordinis infra dictum regnum nostrum* Anglie *faciunt atque solvunt. Et insuper, de uberiori gratia nostra, concessimus pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem Priori & conventui & successoribus suis predictis, quod quotiens & quando Prioratum predictum per mortem, resignationem, seu cessionem Prioris ejusdem Prioratus, vel alio modo quocunque, vacare contigerit, tunc conventus predictus sive monachi ejusdem loci in qualibet singulari vacatione ejusdem Prioratus de seipsis liberam habeant electionem ad unum ex eis in Priorem loci illius eligendum, licentia prius de nobis vel heredibus nostris inde habita & obtenta. In cujus, &c. Teste rege, apud* Chesthunt *xxiiij. die Februarii.*

Per breve de privato sigillo & de data prædicta, auctoritate Parliamenti & pro viginti libris solutis in hanaperio.

Extenta terrarum.

Ex bundello incerti temp. H 3. n. 246.

Hæc est extenta facta per præceptum domini regis de terris & tenementis Prioris de Derhurste in com. *Glouc.* exceptis ecclesiis quas habet in proprios usus, quantum valeant instaurate & quantum deinstaurate, per sacramentum *Ricardi* de Apperleg, *Johannis* de Alre, (*&c.*) Qui dicunt quod Prior de Derhurste habet xij. bovatas terræ apud Dhintone, & valent per annum xx. sol. Item habet ibidem iiij. lib. xij. s. ij. d. de redditu assiso cum auxiliis rusticorum. In villenagio iiij. lib. iiij. s. iiij. d. Item manerium illud nullum potest sustinere instaurum quia nullum habet pratum, nisi tantum de quo potest percipere annuatim unam karratam feni, & redditus domini *Roberti* de *Mucegros* dimid. marc.

Summa redditus tam liberorum quam rusticorum cum xij. prædictis bovatis. x. l. iij. s. ij. d.

Item idem Priot est patronus ecclesiæ de Wulfistone, & habet ibidem xij. bovatas terræ, & valent per annum xx. sol. In redditu assiso cum auxiliis rusticorum xliij. s. & ix. d. In villenagio iij. lib. xij. s. vij. d. & ob. Manerium illud nullum potest sustinere instaurum, quia nullum habet pratum nisi tantum de quo potest percipere annuatim unum carectam feni.

Summa vj. lib. xvj. sol. iiij. den. & ob.

Idem Prior est persona ecclesiæ de Derhurste, & habet ibidem xxij. s. de redditu assiso, & nullum dominicum. Idem Prior habet quinque acras terræ apud Hawes in dominico & valent ij. s. In redditu assiso cum auxilio rusticorum lx. s. & x. d. In villenagio liij. s. xj. d. ob.

Summa v. l. xvij. s. & ix. d. ob.

Et

Et valet instauramentum vij.lib. non instauramentum v.lib. xvij.s. ix.d.

Item idem Prior est patronus ecclesiæ de **Culne**, & habet ibidem unam carucatam & dimidiam, & valet per annum xx.s. In redditu assis. cum auxilio rusticorum iiij.l. xix.s. vj.d. In villenagio ij.lib. & x.s.

Summa ix.l. ix.s. vj.d.

Idem Prior est patronus ecclesiæ de **Prestone**, & habet ibidem duas carucatas terræ, & valent per annum xviij.s. In redditu assis. cum auxilio rusticorum iiij.lib. xiij.s. vj.d. In villenagio lvij.s. Manerium illud nullum potest sustinere instauramentum.

Summa viij.l. viij.s. vj d.

Item idem Prior est patronus ecclesiæ de **Wlfnesord**, & habet duas carucatas terræ, & valent duas marcas. In redditu assis. cum auxilio rusticorum vij.l. ix.s. In villenagio lxxiiij.s. & non potest sustinere instauramentum.

Summa xij.l. ix.s. viij.d.

Item idem Prior est patronus ecclesiæ de **Cumpthone**, & habet ibidem duas carucatas terræ, & valent xx.sol. In redditu assis. cum auxilio rusticorum lij.s. In villenagio iiij.lib. & x.s.

Summa viij.l.x.s. non instauramentum viij.l.ij.s.

OTERIENSE *Cœnobium in agro* Devonienſi, *cella S.* Mariæ Rothomagi

Charta regis Edwardi, *confessoris dicti, recensita & confirmata.*

Pat. 4 Ric. 2 par. 1. mem. 3.

REX omnibus ad quos &c. salutem. Inspeximus literas patentes domini *H.* quondam regis *Anglie*, progenitoris nostri, in hæc verba. *Henricus* Dei gratia rex *Anglie*, dominus *Hibernie*, & dux *Aquitannie*, archiepiscopis, episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Prepositis, Ministris, & omnibus ballivis & fidelibus suis salutem. Inspeximus cartam quam sanctus *Edwardus*, quondam rex *Anglie* illustris, fecit sanctæ Dei genitrici semperque virgini *Marie Rotomagensis* civitatis, in hæc verba.

1060. In nomine Dei & domini nostri *Jesu Christi*, anno verò dominice incarnationis millesimo sexagesimo I. ego *Edwardus* gratia favente cuntipotentis Dei rex existens *Angligenarum*, anno octavo decimo cosmi cal. mei imperii scilicet a supremo rege, qui caput nostrum constat, michi quamvis indigno accomodati, dum plerumque cernerem, & attencius cogitarem de hujusmodi rebus cosmi transitoriis atque caducis, & quo modo superni judicis arbitrio vana cuncta ac superflua redarguuntur, atque dissipantur, & quasi ventus aut fumigantis ignis vapor evanescunt, secundum illud quod apostolus *Paulus* in sacra scriptura clara predicatione pronunciat, dicens, *omnia quæ in hoc mundo videntur, temporalia ac transitoria sunt, quæ autem non videntur eterna.* Cujus rei gratia, cum consensu meorum fidelium, ceteris faventibus mei regni primatibus tribui quandam villam, nomine *Aregiam*, sanctæ Dei genitrici semperque virgini *Marie Rotomagensis* civitatis, pro salute ac redemptione animæ meæ, & ut ipsa sit interventrix pro piaculis meis apud dominum nostrum *Jesum Christum*, quem ipsa virgo de spiritu sancto genuit incarnatum. Quid plura? cum omnibus quæ ritè ad prædictam villam pertinere dinoscuntur, campis, pascuis, pratis, silvis, & cum omnibus aliis rebus quæ sibi jure subjugationis constituunt, a me & antecessoribus meis, hilariter concessi ad illum præfatum locum sanctæ *Marie*, & ipsi qui sibi servicium ecclesiasticum in illo loco prebuerint victus sui alimenta augeant & eternaliter illam possideant, & ut me in memoria habeant. Sit autem particulata donatio libera ab omni regali servicio & ab omni ambitione mundialium curarum, nisi quod communi populo providendum est, id est, pontis arcisve constructione, & regni defensione. Si quis autem hujusmodi donationis munificentiam augere voluerit, feliciter inter celibes celestium turmarum sine fine in eterna gloria voti compos letetur, sin autem, (quod non optamus,) aliquis prædictum nostrum donum destruere atque delere voluerit, noverit se esse anathematizatum ante tribunal domini nostri *Jesu Christi*, nisi prius digna satisfactione emendare maluerit.

[*Hic sequuntur mete terrarum abbatiæ S.* Mariæ Rothomagi *concessarũ*, Saxonice *descripte, sed scriptoris vitio adeo depravate, ut eas exscribere non curavimus.*]

Hic sunt delignata nomina testium qui fuerunt in presentia quando exhibui prefate donationis cartulam. ✠ Ego *Eadwardus*, rex *Anglorum*, hujus donationis auctoritatem libenter concessi. ✠ Ego *Eadgyd*, ejusdem regis collaterana, hanc regalem donationem confirmavi. ✠ Ego *Stigandus* archiepiscopus consignavi. ✠ Ego *Ealdredus* archiepiscopus consolidavi. ✠ Ego *Mermannus* episcopis corroboravi. ✠ Ego *Egelricus* episcopus coadunavi. ✠ Ego *Leofricus* episcopus conquievi (*&c.*) Nos autem &c. confirmamus.

Licentia regia de manerio *Oterienſi*, & advocatione ecclesiæ ibidem alienandis.

Pat. 8 Ed. 3. part 2. mem. 1.

REX *omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis, quod de gratia nostra speciali concessimus, & licentiam dedimus pro nobis & heredibus nostris, quantũ in nobis est, dilectis nobis in Christo Decano & capitulo ecclesiæ sanctæ* Mariæ Rotomagensis *in* Normannia, *qui manerium de* **Otery** *sanctæ* Mariæ *cum pertinentiis in comitatu* Devoniæ *& advocationem ecclesiæ eiusdem manerii in liberam puram & perpetuam elemosinam de nobis in capite & prædictam ecclesiam in propriis usus tenent, ut dicitur, quod ipsi dictũ manerium cum pertinentiis & advocationem prædictam dare possint & concedere*

venerabili patri Johanni *de* Grandiſono *epiſcopo* Exon. *Habend. & tenend. ſibi & hæredibus ſuis de nobis & hæredibus noſtris per ſervitia inde debita & conſueta imperpetuum. Et eidem epiſcopo, quod ipſe manerium prædictum cum pertinentiis & advocationem prædictam a præfatis decano & capitulo recipere poſſit & tenere ſibi & hæredibus ſuis de nobis & hæredibus noſtris per ſervicia prædicta imperpetuum ſicut prædictum eſt, tenore preſentium, ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem. Nolentes, quod prædicti decanus & capitulum, vel ſucceſſores ſui aut prafatus epiſcopus ſeu hæredes ſui ratione præmiſſorum per nos vel hæredes noſtros, juſtiiiarios, eſcaetores, vicecomites aut alios ballivos ſeu miniſtros noſtros quoſcunque occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. In cujus, &c. T. R. apud* Weſtmon. *xxv. die Septembris.*

Per ipſum Regem & breve de privato ſigillo.

Licentia regia de collegio canonicorum ſecularium apud Otery *fundando.*

Pat. de an. 21. Ed 3. part. 3. m. 4.

REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis, quod de gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus noſtris quantum in nobis eſt venerabili patri *Johanni* de *Grandiſono Exonienſi* epiſcopo, quod ipſe quoddam monaſterium ſive eccleſiam collegiatam de certo numero canonicorum ſecularium, in honore domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & beatæ *Mariæ* virginis gloriofe matris ſuæ, ſancti *Edwardi* confeſſoris, & omnium ſanctorum, apud Otery ſanctæ *Mariæ*, ſive in eccleſia parochiali ejuſdem villæ, ſive in aliquo alio loco ibidem ubi expedire viderit, ad certas cantarias & alia pietatis opera per ipſum epiſcopum inibi juxta ordinationem ſuam in hac parte ſtatuendam, facienda, & exercenda, & manerium de Otery ſanctæ *Mariæ* cum pertinentiis in comitatu Devonſcire, & advocationem eccleſiæ prædictæ, quæ de nobis tenentur in capite ut dicitur, & quæ idem epiſcopus ſibi & ſucceſſoribus ſuis de licentia noſtra de decano & capitulo eccleſiæ beatæ *Mariæ Rotomagenſis* in *Normannia*, qui dicta manerium & advocationem in liberam puram & perpetuam elemoſinam, & eandem eccleſiam prius in proprios uſus, ut dicitur, tenuerunt, adquiſivit, dare poſſit & aſſignare cuſtodi ejuſdem monaſterii ſive eccleſiæ collegiatæ ac canonicis per ipſum epiſcopum ibidem conſtituendis, habend. & tenend. eiſdem cuſtodi & canonicis & eorum ſucceſſoribus pro ſuſtentatione ipſorum cuſtodis & canonicorum ac aliorum miniſtrorum in eodem monaſterio ſive eccleſia collegiata in divinis obſequiis deſerviturorum, juxta ordinationem ipſius epiſcopi prædictam de nobis & hæredibus noſtris in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et iiſdem cuſtodi & canonicis, quod ipſi prædictum manerium cum pertinentiis & advocationem illam a præfato epiſcopo recipere, ac prædictam eccleſiam appropriare, & eam ſic appropriatam in proprios uſus, ac dictum manerium cum pertinentiis & advocationem prædictam tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis prædictis pro ſuſtentatione ſua & aliorum miniſtrorum prædictorum, ac ad cantarias & alia pia opera prædicta, juxta ordinationem ipſius epiſcopi prædictam ibidem ſtatuenda & ſuſtentanda in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ſicut prædictum eſt, tenore preſentium, ſimiliter licentiam dedimus ſpecialem; ſtatuto, de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obſtante. Nolentes, quod prædictus epiſcopus ſeu hæredes ſui, aut præfati cuſtos & canonici vel ſucceſſores ſui, ratione præmiſſorum ſeu ſtatuti prædicti per nos vel hæredes noſtros, juſticiarios, eſcaetores, vicecomites, aut alios ballivos ſeu miniſtros noſtros quoſcunque inde occaſionentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur. In cujus, &c. T. R. apud *Weſtmonaſterium* decimo quinto die Decembris.

LEVESHAMENSE

Cœnobium in agro Cantiano, *cella* S. Petri *apud* Gandavum *in* Flandria

Charta regis Henrici *tertii, loci prædia & privilegia recenſens & confirmans.*

Carta 13. Hen. 3. m. 9.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, *Radulfo* archiepiſcopo, & *Rogero* epiſcopo *Sarum*, & vicecomitibus de London, & de Kent, & omnibus baronibus & miniſtris ſuis *Francis* & *Anglis* de London & Kent ſalutem. Præcipio, quod abbates & monachi de ſancto *Petro* de Gant habeant & teneant manerium ſuum de Leveſham & de *Grenewico*, cum eccleſiis ſuis & cimiteriis & decimis & omnibus terris & redditibus eiſdem eccleſiis pertinentibus, & cum decimis de Andredeſwald, cū conſuetudinibus & redditibus ſuis & cum omnibus aliis appendiciis ſuis, ſicut cartæ regum *Edwardi* & *Willielmi* patris mei teſtantur, & cum terra infra *Lond.* de *Weirmanacra* quæ pertinet ad eandem Grenewic, cum *ſaka* & *ſokna* tol & theam & infangenethef, & cum omnibus aliis conſuetudinibus, legibus, & libertatibus ſuis & *Wervagio* ſuo bi lande & bi ſtrande, & ſint quieti de placitis & querelis & ſyris & hundredis, in burgo & extra, in aqua & extra, in boſco & in plano, ita bene & plenè liberè & honorificè ſicut unquā meliùs tenuerunt tempore Regis *Edwardi* & *Willielmi* patris mei, & fratris mei & meo poſtmodum. Et præcipio, quod habeant decurſus aquarum ſuarum ubi voluerint, & piſcarias ſuas & ſtagnum & paludes & volatilia ſua infra ambitum villæ, Et de molendinis ſuis quæ ſunt ſuper terras ſuas, & de theloneis ſuis & menſuris annonæ ſuæ & cerviſiarum ſuarum de omnibus miniſtris meis firmam pacem meam habeant, Ita quod nulli reſpondeant niſi abbati & monachis. Et habeant in eadem villa ſua *Huderum* ſuam liberam & quietam, & omnes qui ibi advenerint faciant abbati & monachis eaſdem conſuetudines omnes quas facere ſolebant tempore Regis *Edwardi* & tempore prædeceſſorum meorum. Et præcipio quod habeant warennam

nam suam in eadem villa liberam & quietam, ita quod nullus in ea leporem vel aliam bestiam fuget nisi per abbatem & monachos. Et prohibemus, ne ſsuper hiis de hac elemosina mea aliquis eis injuriam vel contumeliam ſive torturam amodo faciat ſuper forisfacturam decem librarum. T. *Roberto* comite de *Mell:* & *Willielmo* comite *Warenna*, & *Willielmo* de *Albiniaco*. & *Roberto* filio *Sueni* de *Eſſex*. & ..... *Lend.* apud *Weſtmon.*

Prioratus S. Michaelis *de* Monte *in agro* Cornubienſi, *cella ſancti* Michaelis *de periculo maris in* Normannia.

Carta de ſancto Edwardo *Rege* Anglorum *pro Prioratu ſancti* Michaelis *de* Cornubia.

Ex ipſo autographo apud S. *Michaelem* in *Normannia.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ego *Edwardus* Dei gratia *Anglorum* Rex, dare volens pretium redemptionis animæ meæ, vel parentum meorum, ſub conſenſu & teſtimonio bonorum virorum, tradidi ſancto *Michaeli* archangelo in uſum fratrum Deo ſervientium in eodem loco, ſanctum *Michaelem* qui eſt juxta mare, cum omnibus appendiciis, villis ſcilicet, caſtellis, agris & cæteris attinentibus. Addidi etiam totam terram de *Vennefire*, cum oppidis, villis, agris, pratis, terris cultis & incultis, & cum horum redditibus. Adjunxi quoque datis portum addere qui vocatur *Ruminella*, cum omnibus quæ ad eum pertinent, hoc eſt molendinis & piſcatoriis, & cum omni territorio illius culto & inculto, & eorum redditibus. Si quis autem his donis conatus fuerit ponere calumpniam, anathema factus, iram Dei incurrat perpetuam. Utque noſtræ donationis auctoritatas verius firmiuſque teneatur in poſterum, manu mea firmando ſubterſcripſi, quod & plures fecere teſtium.

Signum Regis *Edwardi* ✠. Signum *Roberti* archiepiſcopi *Rothomagenſis* ✠. *Hereberti* epiſcopi *Lexovienſis*. *Roberti* epiſcopi *Conſtantienſis*. Signum *Radulphi* ✠. Signum *Vinfredi* ✠. *Nigelli* vicecomitis. *Anſchitilli Choſchet. Turſtini.*

Alia Charta Prioratus de *Cornubia.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, patris & filii & Spiritus ſancti, Amen. Ego Robertus *Dei gratia* Moritonii *comes igne divini amoris ſuccenſus, notifico omnibus ſanctæ eccleſiæ matris noſtræ filiis, habens in bello ſancti* Michaelis *vexillum; quoniam pro animæ meæ ſalute atque meæ conjugis, ſeu pro ſalute, proſperitate, incolumitate* Gulielmi *glorioſiſſimi Regis, atque pro adipiſcendo vitæ æternæ premio, do & concedo* Montem ſancti Michaelis *de* Cornubia *Deo & monachis eccleſiæ ſancti* Michaelis *de* periculo maris *ſervientibus, cum dimidia terra hidâ, ita ſolutam & quietam ac liberam, ut ego tenebam ab omnibus conſuetudinibus querelis & placitis; & conſtituo etiam ut ipſi monachi concedente Domino meo Rege, ibidem mercatum die quintæ feriæ habeant. Poſtea autem ut certiſſimè comperi, beati* Michaelis *meritis monachorumque ſuffragiis michi a Deo ex propria conjuge mea filio conceſſo, auxi donum ipſi beato militiæ cœleſtis principi, dedi & dono in* Amaneth *tres acras terræ,* Travelaboth *videlicet,* Liſmanoch, Trequaners, Carmailoc, *annuente piiſſimo domino meo* Gulielmo *Rege, cum* Mathilde *Regina atque nobilibus illorum filiis,* Roberto *comite*, Gulielmo Rufo, Henrico *adhuc puero, Ita quietam ac liberam de omnibus placitis, querelis atque forisfactis, ut de nullare Regiæ juſtitiæ monachi reſpondebunt, niſi de ſolo homicidio. Hanc autem donationem feci Ego* Robertus *comes* Moritonii, *quam conceſſerunt glorioſus Rex* Anglorum Willielmus *atque Regina, & filii eorum ſub teſtimonio iſtorum.*

Signum Willielmi *Regis* ✠. *Signum Reginæ* Mathildis ✠. Roberti *comitis* ✠. Willielmi Rufi *filii Regis* ✠. Henrici *pueri* ✠. Roberti *comitis* Moritonii ✠. Matildis *comitiſſæ* ✠. Willimi *filii eorum* ✠. *Signum* Willielmi *filii* Osberni ✠. *Signum* Rogeri *de* Monte-gomeri ✠. Toſſetini *vicecomitis* ✠. Guarini ✠. Turulfi ✠.

Firmata atque roborata eſt hæc Carta, anno milleſimo octuageſimo quinto ab incarnatione Domini, indictione decima quarta, concurrente tertia, luna octava apud Pevenesel.

Signum Liurici Eſſeceſtriæ *epiſcopi* ✠.

EGo quidem *Liuricus* Dei dono *Eſſeceſtriæ* epiſcopus, juſſione & exhortatione domini mei reverentiſſimi *Gregorii* Papæ, regiſque noſtri & Reginæ omniumque optimatum totius regni *Anglia* exhortatus, ut eccleſiam beati *Michaelis* archangeli de *Cornubia* utpote quæ officio & miniſterio angelico creditur, atq; comprobatur conſecrari ac ſanctificari; quatinus eam ab omni epiſcopali jure, poteſtate, ſeu ſubjectione liberarem atq; exuerem, quod & facere totius cleri noſtri conſenſu & hortatu non diſtuli. Libero igitur eam & exuo ab omni epiſcopali dominatione, ſubjectione, inquietudine, & omnibus illis qui illam eccleſiam ſuis cum beneficiis & elemoſinis expetierint, & viſitaverint, tertiam partem penitentiarum condonamus. Et ut hoc inconcuſſum & immobile & etiam inviolabile, fine tenus permaneat, ex authoritate patris & filii & Spiritus ſancti, omnibus noſtris ſucceſſoribus interdicimus, ne aliquid contra hoc decretum uſurpare præſumant.

Signum ejuſdem *Liurici Eſſeceſtriæ* epiſcopi ✠.

MERESIENSE *Cœnobium in* Eſſexia, *cella* S. Audoeni Rothomagenſis.

Præceptum Regis Eſcaetori ſuo, primam hujuſmodi Prioratus collationem Abbatiæ de S. Audoeno, *in* Normannia, *indicans.*

Clauſ 4. E. 3. m. 34.

Vide 4. E. 3 n. 60. & Pat. 1. H. 4. part. 7 m 9.

REX dilecto & fideli ſuo *Simoni* de **Bereford** eſcaetori ſuo citra *Trentam* ſalutem. Cum nuper certiorari volentes ſuper cauſa captionis Prioratus de **Perſey** qui eſt cella abbatiæ ſancti *Audoeni Rothomagenſis*, per vos, ut dicebatur in manum noſtram, vobis mandaverimus quod nos de cauſa illa ſub ſigillo veſtro diſtincte & aperte redderetis certiores, Ac vos nobis retornaveritis, quod maneria de **Perſey, Fyngrynho** & **Pæt**, cum dimidio hundredo de **Weneſtr.** in comitatu **Eſſex** ſunt temporalia abbatiæ de S. *Audoeno* in *Normannia*, de dono progenitorum noſtrorum; & quod cuſtodia inde temporibus vacationum abbatiæ prædictæ ad nos debet pertinere, ſicut ex teſtimonio fide dignorum inteliexiſtis. Et quia abbatia illa per mortem *Radulfi* nuper abbatis ibidem vacavit, nec conſtabat vobis quod abbas qui nunc eſt ſeu *Willielmus* de **Rœl** Prior prioratus prædicti & procurator ipſius abbatis in *Anglia* ſatisfecerunt nobis de exitibus vacationis illius, maneria & dimidium hundredum prædicta cepiſtis in manum noſtram nomine diſtrictionis quouſque nobis ſatisfactum fuerit de præmiſſis. Ac poſtmodum ex parte ipſius Prioris intelligentes, quod prædictus abbas maneria & dimidium hundredum prædicta per cartas progenitorum noſtrorum quondam regum *Anglie* tenet in liberam puram & perpetuam elemoſinam abſque aliquo ſervicio inde faciendo, & quod eadem maneria & hundredum vacante abbatia prædicta per mortem alicujus abbatis loci illius, in manus alicujus progenitorum noſtrorum aliquibus temporibus retroactis, nomine cuſtodiæ capta ſeu ſciſita non fuerunt, & quod aliqui progenitorum noſtrorum prædictorum exitus ſeu proficua aliqua inde prætextu alicujus vacationis abbatiæ prædictæ nullatenus perceperunt, volentes inde certiorari vobis mandaverimus quod per ſacramentum proborum & legalium de balliva veſtra per quos rei veritas melius ſciri poſſet, diligenter inquireretis utrum maneria & hundredum illa temporibus vacationum abbatiæ illius per mortem alicujus abbatis loci prædicti in manus alicujus progenitorum noſtrorum ratione vacationis hujuſmodi exitus & proficua aliqua inde perceperunt necne, & ſi ſic tunc quo tempore & per cujus abbatis mortem, & ſi aliqui progenitorum noſtrorum ratione vacationis hujuſmodi exitus & proficua aliqua inde perceperunt. Ac per inquiſitionem inde de mandato noſtro per vos ſic captam & in cancellaria noſtra retornatam compertum ſit, quod prædictus abbas tenet in comitatu **Eſſex** prioratum prædictum, ac maneria & dimidium hundredum prædicta de dono ſancti *Edwardi* quondam Regis *Anglie* & ex confirmatione Regis *Willielmi* & *Henrici* filii Imperatricis in liberam puram & perpetuam elemoſinam abſque aliquo alio ſervicio inde faciendo, Et quod Prioratus ſeu maneria & dimidium hundredum prædicta ratione alicujus vacationis abbatiæ prædictæ in manus aliquorum progenitorum noſtrorum capta ſeu ſciſita non fuerunt, & quod iidem progenitores noſtri exitus aut proficua aliquo tempore inde non perceperunt, vobis mandamus quod de Prioratu maneriis ſeu hundredo prædictis, ſi præmiſſa occaſione & non alia in manu noſtra exiſtant vos ulterius non intromittatis, exitus ſi quos inde percepiſtis, præfato Priori reſtituentes. Teſte Rege apud **Woodſtok** quarto die Maii.

ANDEVERENSE *Cœnobium in agro* Hantonienſi, *cella* S. Florentii *apud* Salmurum.

Charta Guilielmi *conqueſtoris dicti recenſita, & confirmata.*

Par. 1. H. 4. part 6. m. 23. & Pat. 8. E. 2. parte 2. m. 1.

REX omnibus ad quos &c. Salutem. Inſpeximus literas patentes domini *Edwardi* nuper regis *Anglie* avi noſtri factas in hæc verba. *Edwardus* Dei gratia rex *Anglie* dominus *Hibernie* & dux *Aquitannie*, omnibus ad quos preſentes litere pervenerint ſalutem. Inſpeximus cartam quam *Willielmus* quondam rex *Anglie* progenitor noſter fecit in hæc verba. Noſcant qui ſunt & qui venturi ſunt quod *Willielmus* rex qui armis *Anglicam* terram ſibi ſubjugavit, dedit ſancto *Florentio* eccleſiam de *Andeura* & ea quæ ad eccleſiam pertinent, videlicet j. hydam terræ & xiij. acras & decimas de omni dominio ſuo quod eſt in ipſa parocia, hoc eſt, de annona, de porcellis, de agnis, de caſeis, & de proprio paſnagio, j. porcum in feſta ſancti *Martini*, & paſchua xij. boum & equorum & omnium ovium falde monachorum cum ſuis pecudibus, & ſilvam ad calefaciendum monachos, ad panem coquendum, ad cerviſiam, ad ſepes, ad domos claudendas, & x. porcos in ſilva ſine paſnagio. Hæc etiam pertinent ad ipſam eccleſiam. De terra *Bernardi*, dimidia acra annone in auguſto, *Saiwi* iiij.d. *Wlwinus* iiij.d. *Oſmundus* iiij.d. *Ringinus* ij.d. *Toni* ij.d. *Hugo* ij. *Sorebert* ij.d. *Wlvinus* filius *Cane* ij.d. *Toni* iiij.d. *Alumins* ij.d. *Eldvinus* iiij.d. *Alui* ij.d. *Huneſtanus* iiij.d. *Quinſtinus* de terra ſua iiij.d. De terra quæ fuit *Sanuf* iiij.d. *Saric* de *Hadedena* iiij.d. *Etwinus* iiij.d. *Tedricus* ij.d. *Segardus* de *Etnans* iiij.d. *Flvinus* filius *Punt* iiij.d.

Etninus

Etnium iiij. d. *Etninus* iiij. d. *Goldstanus* iiij.d. *Vlunius* carpentarius. iiij.d *Etninus* iiij.d. *Leoninus* iiij.d. De terra quam *Vlunius* tenuit de vicecomite iiij.d. De terra quam *W.* tenet de *Etnan* dimidiam acram annone. *Eluinus Bidel*, de terra sua de *Etnan* iiij.d De terra quam *W.* tenet de Clatford, viij.d. De terra *Tetbaldi* de Etnan j. acram de annona, de terra *Gisleberti Pipar* de Etnan j. acram, annone. De terra *Sauls* de Etnan dimidiam acram annone. De *Cerletona* de unaquaque virga v. garbas in festo sancti *Michaelis*. De hominibus *Eduardi* de *Hadredena* vij.d. Hec omnia per singulos annos jure redduntur Ecclesie de *Andeura*. De hiis omnibus & de domibus monachorum juxta ecclesiam factis *Alwricus* prepositus Andeure multas injurias faciebat monachis, unde contigit, ut *Wibenocus* sancti *Florencii* monachus clamorem faceret ad regem *Henricum*. Tunc Rex precepit *Henrico* vicecomiti de *Hantunsira*, & *Giraldo* preposito *Wyncestrensi*, ut adunarent hundretum Andeure & inquirerent ab eo res quæ ad illam ecclesiam pertinebant, & ita factum est. Tunc hundretum secundùm regis imperium adunatum simul concordavit, & super reliquias jurare voluit, quod res superius nominate à tempore Regis *Edwardi* pertinent ad Ecclesiam de *Andeura*, & terra ecclesiæ ita est soluta, & ab omni querela libera, ut si quis homo aliquid forisfecerit, cujuscunq; homo sit, & ad terram sancti, sine districto alicujus potestatis, venire potuerit, sit justitia & emendacio monachorum, excepta corporali vindicta latronum, quæ ad Regem respicit. Hoc concordavit hundretum in domo *Edwini* veteris prepositi in festivitate sancte *Lucie*; & isti sunt inde testes, *Wibenocus* monachus, & *Herveus* & *Petrus*. De laicis, *Henricus* de Port, *Giraldus* prepositus, *Willielmus* de Mirgusi, & *Robertus* frater ejus, & *Nidulf*, *Hugo* de *Cormaglo*, *Robertus*, *Radulfus* de *Flexcoco*, & *Edwardus*, *Willielmus* de Enham, *Bernardus* forestarius, *Wulfun* de Clatford, *Dunardus* capellanus, *Segarus* clericus. Hec est concordia que facta fuit inter monachos sancti *Florencii* & *Edwardum* de *Foscota*, de ecclesia de *Andeura* & de capella de *Foscota*. Predictus itaque *Edwardus* concessit Deo & sancte *Marie* de *Andeura*, totam decimam suam de dominio suo de *Foscota*, & de villanis viij.d. Ecclesia autem de *Andeura* inveniet supradicte capelle presbyterum, ad serviendum, videlicet in tota quadragesima, & in Adventu, & in xij. diebus natalis Domini, & in viij. diebus Paschæ & Pentecostes, & in quatuor temporibus, & in nominatis festis, & in tribus diebus uniuscujusque ebdomade. Pro qua siquidem concessione tam anima ejus quam parentum suorum & alii benefactores erunt participes orationum congregationis sancti *Florencii*. Hec igitur diffinitio facta fuit ante *Henricum* vicecomitem & *Crescum* venatorem. Testantibus *Davide* & *Gozelino* avunculo *Edwardi*, & testibus *Stephano* archidiacono, & *Alurico* & *Malgerio* monacho, concedente *Willielmo* filio *Waleranni*.

Hanc ergo donationem receperunt sancti *Florencii Wibenocus* monachus, & *VVarinus* Monachus, & *Dunardus* pater, & *Segar* clericus, & *Sunemus* secretarius; hujus etiam doni sive concessionis sunt isti testes, *Fulco* de *Walda*, *Wluric* venator, & *Gosfreidus* de Audley, & *Hugo* de Baalbec, & *Hugo* de *Cormill*, & *Willielmus* dapifer abbatisse de *Warenmella*, & *Robertus* frater ejus, & *Alwricus* prepositus, & *Niul*, & *Ulfo* & alii plures. Hæc carta fuit sigillata apud *Sternuella* in nova-Foresta & hi sunt testes *Robertus* episcopus de *Nicola*, *Galdricus* Cancellarius, qui habuit inde unum rancinum, *Ramnulfus* abbas S. *Vincentii Cenomannensis*, *Alanus* filius *Flealdi*, *G. stebertus* monachus, *Willielmus* filius *Baderoni*, *Ramnulfus Penrel*, *Drogo* qui custodiebat Sigillum.

Nos autem donationem predictam ratam habentes & gratam, eam pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto nobis in Christo Priori de *Andeura*, qui dictam ecclesiam modo tenet, & ejus successoribus concedimus & confirmamus, sicut Carta predicta rationabiliter testatur. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud *Westmonasterium*, primo die Junii, anno regni nostri octavo. Nos autem literas predictas ratas habentes & gratas, eas pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est, dilecto nobis in Christo Priori de *Andeura*, qui dictam ecclesiam modo tenet, & ejus successoribus concedimus & confirmamus, sicut littere predicte rationabiliter testantur. In cujus, &c. Teste Rege apud *Westmon.* xj. die Martii.

Per ipsum Regem.

BLITHENSIS *Prioratus, in agro* Notinghamensi, *Cella abbatiæ sanctæ* Katharinæ *de Monte* Rothomagi.

Carta Rogeri *de* Buliaco *domini* Honoris *de* Tickhill, *de fundatione ejusdem.*

Ex rotulo cartarum Prioratus de *Blida* nuper penes *Willielm. Sanford* de *Blythe.*

IN nomine sanctæ & individuæ *Trinitatis*. Notum sit omnibus fidelibus, quod ego *Rogerus* de *Builly* & uxor mea *Muriel*, pro stabilitate Regis *Anglorum Willielmi*, & successorum ejus, necnon pro anima Reginæ *Matildis*, & pro salute animarum, consilio amicorum nostrorum dedi, concessi, & hac presenti Carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* de *Blida*, & monachis ibidem Deo servientibus, Ecclesiam de *Blida*, & totam villam integrè, cum omnibus appenditiis suis, & consuetudinibus, sicuti homines ejusdem villæ faciebant; Scilicet, arare, karuare, falcare, bladum secare, fenum facere, marchetum dare, stagnum molendini facere. Preterea dedi & concessi prædictis monachis Theolonium, & passagium de Radefort, usque in Theornewat, & de Frodeston, usque in Hidelshill. Dedi etiam eis feriam & marchatum in eadem villa, absolutè, & liberè, absque ullo retenemento; præterea dedi prædi-

ctis monachis omnes dignitates quas habebam in eadem villa, scilicet **soc & sac, tol & them,** & **Infangethefe,** ferrum & fossum, & furcas, cum aliis libertatibus, ut tunc temporis tenebam de Rege. Insuper dedi illis *Elletonam*, & quicquid ei pertinet. *Bellonam* & quicquid ei pertinet, & quicquid habebam in *Barnebeya*; Dedi etiam eis decimam viginti trium carucarum mei proprii laboris, quarum duæ sunt in *Wateleia*, & in **Barneham** una & dimidia; In *Appelbeya* duæ partes decimæ aulæ, in terris, & in essartis, & in omnibus minutis decimis. In *Lactona* duæ partes decimæ aulæ, in terris & in essartis, & in omnibus minutis decimis. In **Cliffozd**, duæ partes decimæ aulæ, in terris & in essartis, & in omnibus minutis decimis. In *Saltebeya*, & in **Garthozp**, & in *Berchasebeya*, duæ partes decimæ aulæ, in terris & in essartis, & in omnibus minutis decimis. In **Burgefozd** duæ partes decimæ aulæ, in terris, & in essartis, & in omnibus minutis decimis. In **Ludham** & in **Gunthozp**, duæ partes decimæ aulæ, in terris & in essartis, & in omnibus minutis decimis. Et in *Clippestona*, decimam unius carucæ, & duas partes de decima de *Crakestona*. Hæc omnia supradicta ecclesiæ *Blidæ*, ad edificationem loci, & victum & vestitum monachorum ibidem Deo ejusque servientibus concedo in perpetuum, excepto quod unoquoque anno, de omnibus huis, ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de *monte Rothomagi* dabuntur quadraginta solidi Anglicæ monetæ. Testimonio virorum quorum nomina sunt hæc *(&c.)* hæc donatio facta fuit anno
1088 Dominicæ incarnationis, Millesimo octogesimo
2. *Kal.* octavo.

Confirmatio domini Regis *Henrici* secundi.

Ibid. HENRICUS *Dei gratia Rex* Anglorum, *Dux* Normanniæ & Aquitaniæ, & *Comes* Andegaviæ, *Omnibus justiciariis & vicecomitibus, & baronibus, & ministris suis de* Eboraceira, & Notinghamsira *salutem. Præcipio vobis firmiter, quod monachi de* Blida *habeant in pace, & justè, & plenariè, feriam suam & merchatum suum de* Blida *& Theloneum, & passagium suum inter* **Thornwath** & **Radeford**, *sicut* Rogerus *de* Bulleio *ea illis dedit, & sicut Rex* Henricus *avus meus illis concessit & confirmavit. Præcipio etiam quod habeant omnes consuetudines suas in bosco* Lundrici, *& libertates suas, in boscis, terris & aquis, & in omnibus rebus ita plenè & justè, sicut habuerunt tempore prædicti Regis, & tempore* Henrici *Regis, avi mei; Prohibeo etiam quod homines prædictorum monachorum de* Blida *non eant ad sciram & hundredum nec ad Wapentachium, neque ad placitum, nisi ad Castellum de* Blida. *Volo etiam & firmiter præcipio quod habeant omnes decimas & omnes consuetudines, sicut melius habuerunt tempore Regis* Henrici *avi mei, & tempore* Rogeri *de* Bullay, *& quisquis eis quicquid de rebus suis, sive de catallis, sive decimis detinuerit, & eis injuriam fecerit, Justiciarii, & vicecomites res suas faciant habere de pecunia illius, qui eis violentiam fecerit, ne inde clamorem audiam pro defectu recti vel justicia. Teste* Thoma *Cancellario, &* Rogero *Comite Gnar.* Roberto *de* Dunst. Ranulpho *de* Broc. apud Bliam.

Carta Ydoneæ *de* Veteri ponte, *filiæ & hæredis* Johannis *de* Bullei, *in viduitate* Ex ipso autographo in curia beatæ *Mariæ Ebor.*

SCiant omnes præsentes & futuri, quod ego *Idonea* de *Veteri ponte*, filia *Johannis* de *Bullei*, & dum essem vidua, & in libera potestate mea dedi, concessi, & hac præsenti carta mea confirmavi, Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Blida*, & Priori & Monachis ejusdem loci, pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum, donationem & elemosinam suam, quam prædecessores mei illis fecerunt, videlicet, terram *Lyeniui* de *Duno*, cum pertinentiis, sicut se proportant in longitudine & latitudine. Tenendam & possidendam dictis Priori & Monachis, & successoribus suis de me, & hæredibus meis liberè, quietè, & pacificè, in puram & perpetuam elemosinam, ab omni exactione & demanda quietam, & liberam; & ego & hæredes mei, dictam terram præfatis Priori & Monachis, sicut prædictum est, contra omnes gentes debemus warantizare. Et ut ista donatio, & confirmatio rata sit & firma in perpetuum, præsentem cartam Sigilli mei munimine roboravi. Datum anno Domini millesimo 1132. ducentesimo trigesimo secundo. His Testibus &c.

Carta *Idoneæ* de *Veteriponte*, de Capellis de **Dilterfeld** & **Bautre**. Ibid.

OMnibus *sanctæ matris Ecclesiæ filiis, ad quos presens scriptum pervenerit,* Idonea *de* Veteriponte, *filia* Johannis *de* Bulli, *salutem. Noveritis quod ego in ligia viduitate mea, pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum, concessi, & hac presenti Carta mea confirmavi Deo & beatæ* Mariæ *de* Blida, *& Priori & Monachis ibidem Deo servientibus, Capellas de* **Dilterfeld**, *&* **Bautre** *pertinentes ad jam dictam ecclesiam* Blidæ, *cum suis pertinentiis & libertatibus. Habendas & tenendas eisdem Monachis, in puram & perpetuam elemosinam, liberè, quietè, plenariè & integrè, sicut Carta* Johannis *de* Builli, *patris mei, quam eisdem monachis super supradictis capellis fieri fecit, testatur; Et ego & hæredes mei, prafatis monachis, dictas capellas debemus, pro posse nostro, warantizare. Ut autem hæc mea concessio, & confirmatio rata & stabilis imperpetuum perseveret, præsens scriptum Sigilli mei munimine feci roborari. Hiis testibus* Richardo *abbate de Rupe*, Johanne Wascelin, Richardo *de* **Bussebill**, Rogero *de* Haya *militibus*, Hugone *presbytero*, Johanne *de* **Poketon**, Gilberto *filio* Sosce, Willielmo *de* **Stanton**, Roberto *Dr*.... Hugone de .... **feld**, *& aliis.*

Johannes Dei gratia, &c. Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, &c. Noverit universitas vestra, Nos, pro salute animæ nostræ, & pro salute animarum bonæ memoriæ *Henrici* Regis patris nostri & fratris nostri *Henrici* Regis junioris, qui in ecclesia *Rothomagensi* habent sepultu- Carta *Joh.* n. 102. m. 24.

ram

tam & omnium antecessorum nostrorum, ad petitionem eciam dominæ matris nostræ *Alienore Anglorum* Reginæ concessisse & presenti Carta nostra confirmasse Deo & beatæ *Mariæ Rothomagi* & venerabili patri nostro *Waltero Rothomagensi* archiepiscopo & omnibus successoribus suis, & canonicis in predicta ecclesia Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam capellariam de *Blya*, cum omnibus pertinentiis suis, videlicet, ecclesiam de **Harewurth**, cum capellis de **Herlebi**, & de **Parthon** cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de **Watelay** cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de **West-marcham** cum capellis de **Birketon**, **Walsebi**, **Hoston**, **Bevercot**, **Drayton**, **Gameleston**, & **Eggemonton**, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de **Estmarcham**, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de **Burgefozd**, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de **Luddeham**, cum omnibus pertinentiis suis, videlicet capella de **Gunnetorp** & aliis pertinentiis. Ecclesiam de **Gunnolveston**, cum omnibus pertinentiis suis. Terram de *Falda* quam *Johannes* filius *Sulfi* tenuit, cum omnibus pertinentiis suis. Unam bovatam terræ in **Dunpngton**, quam *Levenoth* tenuit, cum omnibus pertinentiis suis. Terras in **Fibzeton**, quas *Walterus* & *Robertus* de **Fibzeton**, & *Willielmus* capellanus tenuerunt, cum omnibus pertinentiis suis. In **Terneseo** quatuor bovatas terræ quas *Adam* filius *Roskill* tenuit, cum omnibus pertinentiis suis. In *Wellum* unum pratum quod *Adam* de *Wellum* tenuit, cum omnibus pertinentiis suis. Duas garbas de dominico de **Tikehll**, cum omnibus pertinentiis suis. Duas garbas de dominico de **Waddewurth**, cum omnibus pertinentiis suis. Duas garbas de dominico de **Tinelaw**, cum omnibus pertinentiis suis. Duas garbas de dominico de *Lameleya*, cum omnibus pertinentiis suis. De dominico de **Parnham**, medietatem decimarum, cum omnibus pertinentiis suis. In **Lindzig** duas bovatas terræ, cum omnibus pertinentiis suis. In **Parcham**, unam bovatam terræ quam *Rogerus* filius *Willielmi* & *Henricus* presbyter tenuerunt, cum omnibus pertinentiis suis. In **Tikehll** unum toftum quod *Willielmus* gener **Leff** tenuit, cum omnibus pertinentiis suis. In eadem villa unum toftum quod *Willielmus* sutor tenuit, cum omnibus pertinentiis suis. In eadem villa unum toftum quod *Willielmus* canonicus tenuit, cum omnibus pertinentiis suis. In eadem villa unum toftum quod *Aelic:* de **Westgate** tenuit cum omnibus pertinentiis suis. In eadem villa unam bovatam terre quam *Robertus* filius *Siwardi*, & *Robertus* de **Estfeld** tenuerunt, cum omnibus pertinentiis suis. Has autem omnes suprascriptas ecclesias capellas & terras, cum omnibus pertinentiis suis, Deo & sanctæ *Mariæ Rothomagi*, & predicto archiepiscopo & omnibus successoribus suis & prefatis Canonicis *Rothom.* concessimus & presenti Carta nostra in puram & perpetuam elemosinam confirmavimus, Tenendas quidem liberè & quietè & pacificè bene & in pace & honorificè, imperpetuum, in pratis pascuis & pasturis, viis, semitis, aquis, stagnis, vivariis, piscariis & molendinis; In bosco & plano; in domibus & gardinis, infra burgum & extra, & in omnibus aliis rebus & libertatibus ad prædictas ecclesias capellas & terras pertinentibus. Et nos & hæredes nostri Deo & prædictæ ecclesiæ *Rothomagensi*, & præfato archiepiscopo, & omnibus successoribus suis, & prænominatis canonicis *Rothom.* omnia suprascripta warantizabimus in perpetuum, sicut Carta nostra quam eis inde facimus dum essemus Comes *Moretonii*, & Carta Regis *Ricardi* fratris nostri rationabiliter testantur. Hii testes *Radulfus Tesson. Petrus* de *Pratellis*, *Robertus*, *Robertus* de **Turnham**, *Robertus* de **Tresgoz**, *Robertus* de *Mortuo mari*. Dat: per manum S. *Wellen.* Archidi. apud *Cesarisburgum* xxv. die Sept. Anno regni nostri secundo.

COVENHAMENSE

Cœnobium, in agro Lincolniensi, *Cella S* Karilephi *apud* Cenomannenses.

Charta Guilielmi *Conquestoris dicti, recensita, & confirmata.*

REX omnibus ad quos &c. salutem. Inspeximus Cartam bone memorie *Willielmi*, quondam *Anglorum* Regis, *Normannorum*, *Cenomannensiumque* Principis, progenitoris nostri, in hec verba. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, ego *Willielmus* Dei misericordia *Anglorum* Rex, *Normannorum Cenomannensiumque* Princeps, domni *Willielmi Dunelmensis* episcopi, & *Samsonis*, *Bajocensis* ecclesiæ Thesaurarii, & capellani mei precibus admonitus, pro remedio animæ meæ & uxoris meæ *Mathildis* Regine, parentum que meorum, Do Deo sanctoque *Karilepho* illas duas carucatas terre cum omnibus appendiciis suis, quas prescriptus *Dunelmensis* episcopus *W* de me tenebat in pago qui dicitur **Lyndis**, in villa quæ apellatur **Chovenehам**. Signum ✠ *Willielmi Anglor.* Regis. Signum ✠ *Matildis* Regine. Sig. ✠ *Roberti* comitis, regis *Anglorum* filii. Signum ✠ *Gosfridi Constanciensis* episcopi. Signum ✠ *Willielmi Dunelmensis* episcopi. Signum ✠ *Samsonis* Thesaurarii ecclesiæ *Bajocensis*. Signum ✠ *Hugonis* decani *Cenomannensis*. Signum ✠ *Lanfranci Cantuariensis* archiepiscopi. Signum ✠ *Odonis Bajocensis* episcopi, & comitis *Cantuariensis*. Signum ✠ *Henrici* filii regis *Anglorum*. ✠ Signum *Unalchelini* episcopi *Uuintonie*. ✠ Signum *Osmundi* episcopi *Seriberiensis*. Signum ✠ comitis *Alani*. Signum ✠ *Henrici* de *Ferrariis*. Signum ✠ *Willielmi* de *Braiosa*. Signum ✠ *Mauricii* regis *Anglorum* Cancellarii, & *Cenomannensis* ecclesiæ archidiaconi. Signum ✠ *Willielmi* de *Guarenna*. Signum ✠ *Roberti Males*. Signum ✠ *Whali* filii *Alnredi*. Signum ✠ *Halduini* filii comitis *Gilberti*. Hec Carta facta est & confirmata apud villam *Dontonam*, anno ab incarnatione Domini millesimo octagesimo secundo, indict. v. epact xviij.

Pat de an. 31. Ed. 1. mem. 17.

Conc. v. Cire. Lun. an. xvj. regni *Willielmi*. Quam quidem Cartam, propter vetustatem ejusdem & debilitatem sigilli eidem Carte appositi, exemplificandam duximus per presentes, quas sigillo nostro fecimus consignari. T. R. apud villam sancti *Johannis* de **Perth**, xii. die Julii.

Esset an. 31. Ed. 1. 1173. Item vide literas paten. 31 E. 1. m. 18

Inquisitio, ad quod damnum, facta, pro collatione ejusdem Cœnobio de **Birkestede.**

INquisitio facta coram Vicecomite *Lincoln.* apud *Lincolnium*, die Sabbati proximo post festum sancti *Marci* Ewangeliste, anno regni Domini Regis *Edwardi* tricesimo primo, si sit ad dampnum vel prejudicium domini Regis, aut aliorum, si idem dominus Rex concedat abbati & conventui de sancto *Karilepho, Cenomannensis* diocesis, quod ipsi cellam suam de **Covenham**, in comitatu predicto, que est de advocatione venerabilis patris *Dunelmensis* episcopi, ut dicitur, cum terris, tenementis, redditibus, advocationibus ecclesiarum, homagiis, serviciis, & omnibus aliis ad dictam cellam qualitercumque spectantibus, dare possint & assignare abbati & conventui de **Birkestede**, Habendam & tenendam eisdem. Abbati & Conventui de **Birkestede**, & successoribus suis, in puram & perpetuam elemosinam necne. Et si sit ad dampnum vel prejudicium domini Regis, aut aliorum, tunc ad quod dampnum & quod prejudicium domini Regis aut aliorum, & quorum & qualiter, & quo modo, & que terre & tenementa, redditus, advocationes ecclesiarum, homagia & servicia ad dictam cellam pertineant vel existant, & quantum valeant per annum in omnibus exitibus, & de quo vel de quibus teneantur, & per quod servicium, per sacramentum *Willielmi* filii *Roberti* de **Perdeburgh**, *Johannis* fratris ejusdem, *Willielmi* de eadem, *Willielmi* filii *Willielmi le Palmer*, *Rogeri* filii *Henrici* de **Welleton**, *Rogeri* filii *Willielmi* de **Reddeburne**, *Johannis* filii *Willielmi* de **Somercotes**, *Willielmi* filii *Walteri Aung.* de **Conyngesholm**, *Johannis* filii *Gilberti Querderay* de eadem, *Thome* filii *Henrici* de **Welleton**, *Andree* filii *Andree* de **Somercotes**, *Gilberti* filii *Willielmi* de **Thydelthorp**, & *Radulfi* de **Walyngton**. Qui dicunt super sacramentum suum, quod non est ad dampnum vel prejudicium domini Regis, nec aliorum, si prefatus dominus Rex concedat prefatis abbati & conventui de sancto *Karilepho*, quod ipsi Cellam suam de **Covenham** in comitatu predicto, que est de advocatione venerabilis patris *Dunelm.* episcopi, cum terris, tenementis, redditibus, advocationibus ecclesiarum homagiis, serviciis, & omnibus aliis ad dictam Cellam qualitercumque spectantibus dare possint & assignare predictis abbati & conventui de **Birkestede**,

Habendam & tenendam eisdem abbati & conventui de **Birkestede**, & successoribus suis, in puram & perpetuam elemosinam, excepto quod prefatus dominus Rex amittet per annum duodecim libras quas percipit de cella predicta per annum, pro eo quod tempore guerre suborte inter Reges *Anglie* & *Francie*, Prior dicte Celle fuit alienigena, & de potestate & dominio dicti Regis *Francie*. Item dicunt, quod due carucate terre in **Covenham**, **Germethorp**, **Skidbrok**, & parva **Grimesby**, cum pertinentiis ad prædictam ecclesiam pertinent, que valent per annum in omnibus exitibus decem marcas, Et tenentur de venerabili patre .... *Dunelmensi* episcopo, in puram & perpetuam elemosinam, & pro una venura ad Curiam ipsius episc. apud *Lincoln.* ad festum sancti *Michaelis* per annum. Item sex acre terre cum pertinentiis in **Covenham** pertinent ad predictam Cellam que valent per annum in omnibus exitibus tres solidos, & tenentur de *Warino* de **Vanleye**, in puram & perpetuam elemosinam. Item dicunt, quod quindecim librate annui redditus in **Covenham**, **Germethorp** & **Skidbrok**, & servicia liberorum & bondorum in predictis villis, que valent per annum viginti solidos, & advocatio ecclesie beate *Marie* de **Covenham**, que ecclesia in omnibus exitibus per annum valet decem marcas, & homagium *Johannis Querderaii*, pro duodecim acris terre in **Germethorp**, quas tenet ad feodi firmam de Priore dicte Cellæ quod valet cum acciderit quatuor solidos ultra solitum redditum suum in predicto redditu quindecim librarum contentū, pertinent ad predictam Cellam, & tenentur de prædicto episcopo, in puram & perpetuam elemosinam. Item dicunt quod prædicta Cella oneratur versus *Robertum Merle* de **Swynthorp**, in victu & vestitu ipsius *Roberti* ad terminum vitæ suæ, videlicet in mensa cum libera familia & in duodecim solidis pro vestitu. In cujus rei testimonium predicti Juratores huic Inquisitioni sigilla sua apposuerunt.

BERGAVENNENSE

Cœnobium, in agro Monumetensi; *Cella Monasterii S.* Vincentii *in* Cenomania.

Historia fundationis cum Fundatoris Genealogia.

Ex vetust. membranis penes *Hamonem le Strange* de *Hunstanton* in comit. *Norfolc.* Eq. aur. an. Dō. 1640.

DRU dominus de **Baladun**, habuit tres filios, scilicet, *Hamelinum*, *Wynerum*, & *Wynebaldum*, & tres filias, scilicet, *Emmam*, *Luciam* & *Beatriciam*.

Prædictus *Hamelinus*, cum fratribus suis, venit cum *Willielmo* qui dicebatur **Bastard** quando cepit *Angliam*.

Iste *Hamelinus*, frater *Lucie* Comitisse de *Insula* post Conquestum *Normannorum* fuit primus dominus superioris *Wencie*, & construxit castrum in antiquo loco apud **Bergente**, ubi quondam gigans, *Agog* nomine, construxit castrum antea. Et vixit prædictus *Hamelinus* toto tempore Regis, qui dicebatur **Bastard**, & obiit tertio nonas Martii, tempore *Willielmi* Regis qui dicebatur *Ruffus*, & jacet humatus in Prioratu de **Abergenis**, quia fundavit predictum Prioratum. Qui non habens hæredes de corpore suo procreatos, dedit prædictum castrum & terram superioris

Wencie

Wencia Brientio filio Comitis de *Insula*, nepoti suo de sorore sua, scilicet *Lucia*.

Iste *Brientius* de *Insula* tenuit castrum de **Abergavenny**, & terram superioris *Wencie* per totum tempus *Willielmi* scilicet *Rufi*, & genuit duos filios quos lepra percussos poluit in Prioratu de **Bergavenny** quem *Hamelinus* avunculus ejus ibidem fundavit, & ad sustentationem eorum & Monachorum ibidem Deo servientium, dedit terras & tenementa ecclesias & decimas castri prædicti, ut continetur in cartis prædictorum Monachorum. Et tandem *Brientius* prenominatus cepit crucem, adivit terram **Hierusalem**, relinquens terram superioris *Wencie* *Waltero* Constabulario totius *Anglie*, consanguineo suo, qui per multa tempora tenuit prædictam terram.

Iste *Walterus* Constabularius totius *Anglie*, tempore primi *Henrici* Regis, habuit in custodia sua castrum *Gloverniæ*, & *Herfordiæ*, qui apud *Lanthoniam* primam in capitulo honorabiliter jacet humatus.

Hic idem *Waltèrus* habuit quendam filium *Milonem* nomine, quem idem Rex *Henricus* instituit Comitem *Hereford*, & in augmentum dedit ei Forestam de **Dene**. Qui Comes *Milo* duxit in uxorem *Sibillam*, legitimam hæredem totius terræ *Breconiæ*, scilicet, *Bernardi* & *Agnetis* de *Novo-Mercato*: De qua genuit 5. filios, scilicet, *Rogerum* Comitem, *Henricum*, *Walterum*, *Maiel* & *Willielmum*; & tres filias, scilicet, *Margaretam*, *Bertam* & *Luciam*.

Supradictus autem *Walterus*, vivente filio suo *Milone*, dedit *Henrico* prædicto filio *Milonis*, castrum de **Abergavenny**, cum tota terra superioris *Wencie*. Qui scilicet *Henricus* tenuit prædictam terram toto tempore avi sui *Walteri* Constabularii, & *Milonis* patris sui, ac *Rogeri* Comitis, fratris sui.

Prædictus verò *Rogerus* Comes, sine hærede de corpore suo obiit, & prædictus *Henricus* dominus de **Abergavenny**, in terras & tenementa prædicti *Rogeri*, ut propinquior hæres successit, qui postmodum interfectus fuit a quodam satellite nomine *Senell*, filio *Domwaldi*, juxta castrum *Arnaldi* in superiore *Wencia*, cujus corpus jacet humatum apud *Lanthoniam* primam. Fratres verò prædicti *Henrici*, scilicet *Walterus* & *Maiell* & *Willielmus* sine hæredibus de corporibus eorum in brevi diceserunt, & sorores prædictæ, scilicet, *Margareta*, *Berta* & *Lucia*, in hæreditatem prædictorum successerunt.

Margareta verò nupta fuit *Humfredo* de *Boun* cum comitatu *Herefordiæ*. *Bertha* verò nupta fuit *Philippo* de *Brusa*, domino de **Duelth**, cum tota terra *Breconiæ*, *Wencie* superioris & **Gowher**. *Lucia* verò nupta fuit *Herberto* filio *Herberti*, cum Foresta de **Dene**, & aliis terris in *Anglia*.

Prædictus *Herebertus* pro delictis suis *Henrico* secundo *Anglie* Regi concessit, qui totam Forestam de **Dene** eidem reddidit & quietam clamavit.

Supradictus verò *Philippus* de *Breusa* tenuit totam terram *Breconiæ*, superioris *Wencie* & **Gowher** tota vita sua, & genuit quendam filium, nomine *Willielmum*, qui per mortem *Philippi* patris sui successit in hæreditatem. Qui verò *Willielmus* duxit in uxorem *Matildam* de sancto *Walerico*, de qua genuit tres filios *Willielmum* dictum *Gain*, *Ægidium Herefordensem* episcopum, & *Reginaldum*, & integrè tenuit supradictas terras toto tempore Regis *Henrici* secundi, & toto tempore *Ricardi* Regis, & toto tempore Regis *Johannis* sine calumnia.

Postea verò *Johannes* Rex, impetu animi sui, sine judicio prædictum *Willielmum* ab *Angla* ejecit, & terras suas & castra prædicti *Willielmi* ad voluntatem suam cepit vj. kal. Maii, anno Domini 1208. & *Matildem* uxorem dicti *Willielmi*, una cum *Willielmo* filio suo primogenito in carcere duro apud castrum de **Corff** detinuit, & ibidem in carcere moriebantur.

Prædictus verò *Willielmus* de *Brusa*, in *Francia* mortuus est. Eodem anno *Willielmus* antedictus *Gain*, qui in carcere apud castrum de **Corff** mortuus est, habuit quendam filium, nomine *Johannem*, qui cognominabatur *Tadodie*, qui occultè nutritus est apud **Gower**, cum quodam *Wallensi* anno Domini 1215.

Egidius verò de *Brusa*, *Herefordensis* episcopus, ejecit *Petrum* filium *Heriberti*, de terris & tenementis suis de **Talgard**, quæ *Herebertus* pater prædicti *Petri* occupaverat post ejectionem *Willielmi* de *Brusa* ab *Anglia*.

Eodem autem anno prædictus *Ægidius* de *Brusa*, *Herefordensis* episcopus, reconciliatus fuit domino *Johanni* tunc Regi *Angliæ*, & idem Rex reddidit prædicto *Ægidio* episcopo jus quod clamavit in terris & tenementis patris sui, & prædictus episcopus prædictas terras & tenementa per totam vitam suam integrè & pacificè obtinuit, & obiit anno ab incarnatione Domini 1219.

Anno 1221. *Petrus* filius *Hereberti* recuperavit terras suas in *Wallia*, scilicet, **Talgard** & **Blannlavenny**, a quibus ejectus erat per *Ægidium* episcopum.

Supradictus verò *Reginaldus* de *Brusa* duxit in uxorem filiam *Willielmi* de *Brucre*, de qua genuit *Willielmum* qui vocabatur *Willielmus* jun. de *Brusa*. Vixit autem prædictus *Reginaldus* post mortem *Ægidii* fratris sui ix. annis, & obiit anno Domini 1228. & successit in hæreditatem postea *Willielmus* filius ejus, qui duxit in uxorem *Evam* filiam *Walteri* Mareschalli, de qua genuit quatuor filias, scilicet *Isabellam*, *Matildam*, *Evam*, & *Alianoram*.

Isabella verò nupta fuit *Davidi* filio *Lewellini* Principis *Walliæ*.

Matilda nupta fuit *Rogero* de *Mortuomari* cum terra de *Radnore* & aliis terris in *Anglia* & in *Wallia*.

Eva nupta fuit *Willielmo* de *Cantilupe*, cum terris superioris *Wenciæ*, & aliis terris in *Anglia* & in *Wallia*.

Elianora nupta fuit *Humfrido* de *Boun*, cum terris *Breconiæ*, & aliis terris in *Anglia* & in *Wallia*.

Prædictus autem *Willielmus* captus fuit & redemptus à *Wallensibus* in **Berye**, anno Domini 1229. Anno verò proximo sequenti prædictus *Willielmus* invitatus à *Lewellino* Principe *Walliæ*, ad convivium, ibidem seditiosè interfectus est.

Prædictus vero *Willielmus* de *Cantilupe*, qui

duxit in uxorem *Evam* filiam *Willielmi* de *Bruſa*, genuit de eadem quendam filium, *Georgium* nomine, & duas filias, ſcilicet, *Johannam* & *Milicent*, & obiit prædictus *Willielmus* an. Dom. 1254.

Eva verò uxor prædicti *Willielmi*, ſcilicet, legitima hæres ſuperioris *Wencie* & **Abergevenny**, tenuit prædictas terras poſt mortem mariti ſui, & obiit anno Domini 1270.

Georgius verò de *Cantilupo*, filius prædicti *Willielmi* & *Evæ*, extitit in cuſtodia domini Regis *Henrici* tertii per tres annos, & poſtea ſucceſſit in hæreditatem ſuam in terris ſuperioris *Wencie*, & obiit ſine hærede de corpore, anno Domini 1273. (2 *E.* 1.)

Johanna verò ſoror prædicti *Georgii* nupta fuit *Henrico* de **Haſtings**, qui genuit ex ea duos filios, ſcilicet, *Johannem* & *Edmundum*, & tres filias, ſcilicet, *Audam*. *Loram* & *Johannam*.

Milicentia vero ſoror prædicti *Georgii*, nupta fuit *Yvoni* de la *Zouch*.

Supradictus verò *Henricus* de **Haſtings** & *Johanna* uxor ejus, vivente *Georgio* ſupradicto, deceſſerunt; & *Johannes* filius eorum extitit in cuſtodia domini Regis *Henrici* tertii, & ſic per tres annos remanſit, & cum ad legitimam ætatem perveniſſet, ſucceſſit in hæreditatem prædicti *Georgii*, ſcilicet, in terra ſuperioris *Wencia* & **Abergevenny**, & aliis terris in *Anglia* pro parte ſua.

Et *Milicentia* prædicta habuit caſtrum de **Totenaſſe**, **Cyton**, **Haringworth**, & alias terras in *Anglia* de hæreditate prædicti *Georgii*.

Supradictus autem *Johannes* de **Haſtings** tenuit terram ſuperioris *Wencia* per multos annos, & duxit in uxorem *Iſabellam* filiam *Willielmi* de *Valentia*, Comitis **Penbroch**, de qua genuit tres filios, ſcilicet, *Johannem*, *Willielmum* & *Henricum*, & tres filias, *Johannam*, *Elizabetham* & *Margaretam*.

Prædictus verò *Willielmus* obiit ſine hærede de corpore.

Ex faſciculo brevium *ad qd. damnum*, dict. an. 5. *Ed.* 3. nu. 101.

INquiſitio capta apud **Bergeveny**, die Sabbati proximo poſt Epiphaniam, domini anno regni Regis *Edwardi* tertii, quinto, coram *Rogero* de **Chandos**, & *Roberto* de **Pretbury**, &c. Ad inquirendum ſi *Willielmus* de *Brewoſa*, quondam dominus de **Bergaveny**, per Cartam ſuam conceſſit Priori & Monachis de **Bergaveny**, & Conventui decimam omnimodorum profectuum de Caſtro & Villa de **Bergaveny** provenientium, &c. ubi hec occurrit Carta.

Charta Willielmi *de* Braoſa.

UNiverſis ſancte matris eccleſie filiis, *Willielmus* de *Braoſa* in Domino ſalutem. Notum vobis fieri volumus, quod Ego *Willielmus* de *Braoſa* do & concedo eccleſiæ ſancte *Marie* de **Bergaveny**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnem decimam de caſtello de **Bergeveny**, ſcilicet, de pane, de vino, de ſervitia & littera, & de omni genere potus, de carnibus, de piſcibus, de ſale, de melle, de cera, de ſevo, & omni expenſa generaliter, tam parva quam magna caſtelli jam predicti, de denariis quoquomodo adquiſitis & habitis, de placitis, de auxiliis, de priſonibus, de bobus, de vaccis, de porcis, de ovibus, de capris, de equis & de omnibus rebus, & de omni eventu quoquomodo evenerit jam dicto caſtello. Inſuper & duas marcas argenti ſingulis annis in villa **Deſpines**, & duas marcas argenti in *Anglia*, quando Deus me creverit de terra, ſive de reddita quadraginta librarum, & theloneum in die mercati intra portas ejuſdem caſtelli, de hominibus ſancte *Marie*, liberum & quietum, pro ſalute Regis *Henrici* domini mei, & pro ſalute animæ meæ, & *Matildis* uxoris meæ, liberorumque meorum, & pro ſalute & anima patris & matris meæ, & fratrum ſororumque mearum, & avunculorum, & omnium anteceſſorum meorum, & pro ſalute & animabus hominum meorum, vivorum ſive mortuorum, qui mihi fideliter ſervierunt, & mei cauſa deceſſerunt. Ea conditione & tenore, quod abbas ſancti *Vincentii Cenomanie*, omniſque conventus ad honorem Dei & ſancte *Marie* in eadem eccleſia ſancte *Marie* de **Bergaveny**, conventum faciat, qui miſericordiam Dei indeſinenter, pro ſalute & anima mea, omniumque ſupramemoratorum exoret. Si autem deceſſero antequam iſta adimpleam, hæres meus adimpleat & faciat. Preterea omnes decimas, omneſque donationes & beneficia que dedit *Hamelinus* de **Balon** & *Brientius* comitis filius, & *Walterus* de **Hereford**, & *Henricus* de **Hereford**, ceterique datores dederunt Deo & eccleſiæ ſanctæ *Marie* & **Bergaveny**, concedo, & figilli mei impreſſione confirmo, de quibus ſcilicet beneficiis cartas habent. Ad confirmationem verò hujus conceſſionis dabo monachis jamdictis cartam *Henrici* Regis *Anglie*, & cartam archiepiſcopi *Cantuarienſis*, & cartam epiſcopi de **Landeu**. Hiis teſtibus *Rogero* fratre meo, *Willielmo Bernois*, *Philippo Talebot*, *Gauſ. le Bret*, *Nicolao* de **Daumartin**, *Philippo* de **Penros**, *Matheo* de **Panners**, *Willielmo* de **Paſgrave**, *Matheo* Decano & *Roberto* le *Prevoſt*, *Alauriche*, & multis aliis.

WOTTON-WAW,

in agro Warwicenſi, *Cella Abbatie de* Conchis, in Normannia.

Confirmatio Roberti *de* **Stafford**, *de eccleſia de* **Wotton**, *cum omnibus pertinentiis.*

Ex archivis collegii regalis *Cantabrig.* an. 1652.

ROBERTUS de **Stafford**, omnibus ſancte eccleſiæ filiis, tam clericis quàm laicis, & tam præſentibus quàm futuris, ſalutem. Notum ſit vobis quod concedo, & confirmo, auctoritate mei Sigilli, omnes eleemoſinas quas avus meus *Robertus* de *Toenio*, & pater meus *Nicolaus* de **Stafford** dederunt apud *Wottonam* eccleſie ſancti *Petri Caſtellionis*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, ſcilicet, eccleſiam de *Wottona* liberam & quietam, & abſolutam

tam cum decimis & oblationibus ejusdem villæ, & cum 1. hida quæ adjacet ecclesiæ S. *Mariæ*, & cum omnib' ad eandem ecclesiam pertinentibus, sine aliquo participe, & cum alia hida quæ vocatur **Doverfele**, & cum x'. totius dominii mei de *Wottona*, tam in plano, quàm in bosco, & in pratis, & in omnibus quæ pater meus dedit eis, cum terra quam ipsi colunt, apud **Wotton**. Hæc omnia concedo & confirmo prædictæ ecclesiæ imperpetuum tenenda, liberè, quietè & absolutè, ab omnibus consuetudinibus, quæ mihi pertinent, & quam libertatem ego habeo in **Wottonne**, & homines mei, eandem libertatem habeant monachi & homines sui in eadem villa, in plano, in bosco, in pratis, in aquis, & in omnibus. Hujus confirmationis sunt testes *Robertus* filius *Pagani*, *VVillielmus* de *VViteleia*, & *Robertus* frater suus, *VVillielmus* de *Kyntona*, *Godefridus Brus*, *Robertus* capellanus, *VVillielmus* filius *Roberti*, *VVillielmus* filius *Lesstani*, *Robertus* filius *Eudonis*, *Nicolaus* de *Cloptona*, *VVillielmus* filius *VVimundi*, & ex parte Monachorum, *David*, & *VValterus* clericus, & *VVillielmus* rusticus, tertius frater eorum, & *Rogerus Bachelere*, & *VValterus* nepos abbatis. *Valete.*

Carta consimilis Hervei *domini de* **Staffozd.**

Ibid. NOtificetur universitati fidelium, quod Ego *Herveus*, gratia Dei dominus de **Staffozd**, concedo annuente domina *Milisente* uxore mea, & hæredibus nostris, omnia dona, possessiones & elemosinas quæ *Robertus* de **Tony**, & *Nicolaus* filius suus de **Staffozd**, & *Robertus* filius ejus dederunt apud **Wottonne** ecclesiæ sancti *Petri Castellionis*, & monachis ibidem Deo servientib', sicut in cartis eorum continetur; Scilicet ecclesiam de **Wottonne**, [&c ut in Charta præcedenti.] Sciant etiam omnes, quod Ego adquietabo terram ecclesiæ de **Wotton**, scil. Hydam ecclesiæ ejusdem, & hydam de **Doverfele**, ab omnibus regalibus servitiis, quæ ab eis injustè exigere solebat dominus *Robertus* de **Staffozd**, pater uxoris meæ, & de aliis querelis ad me pertinentibus. Hanc libertatem & consuetudinem liberã de me & de hæredibus meis prædictæ ecclesiæ, & omnibus de ea ecclesia tenentibus, concedo in perpetuam elemosinam. Notum etiam sit omnibus, quod concedo Deo, & ecclesiæ sancti *Petri Castellionis*, molendinum quod est inter **Wottonne** & **Offozd**, in elemosina per sex solidos annuatim, cum omnibus libertatibus sicut in tempore prædecessorum meorum dominorum de **Staffozd** erant; scilicet in sylva & in aqua, & in campis & in opere, & in terra. Hæc omnia concedo pro anima patris mei, & matris meæ & antecessorum meorum dominorum prædictorum de **Staffozd**. Et ut hæc concessio futuris temporibus rata & inviolabilis permaneat, sigilli mei impressione confirmavi. His testibus *VVillielmo de la Vacherie* milite, domino de **Conches**, *Nigello*, *Petro*, *Ganfrido* famulis meis, *Roberto* de **Offozde**, & *Roberto* filio ejus, *Henrico* sacerdote, *Roberto* de *Bosco*, *Symeone* carpentario, *VVillielmo* filio *Normanni*, & quam plurimis aliis.

Carta *Radulphi* de **Tony.**

EGO Radulphus *de* **Tony**, *cum* Godehelde Ibid. *matre mea, &c. Do etiam in* Anglica *terra manerium unum liberum & quietum, quod vocatur Leva; & ecclesiam ejusdem villæ, & totam decimam ex integro, & omnes decimas de meis dominiis, tam de planis, quam de boschis, & in omnibus aliis meis maneriis per totam terram meam. Scilicet de* Cabenora, *de* Flamsteda, *de* **Etfertoneles**, *de* **Wermeslees**, *de* Aumeleia, *de* Berga, *de* Eleleia, *ac* Aubodeleia, *& de* Linda, *decimas de dominio, & tres hospites, de* **Etloques**, *& de Hyda decimam de dominio, cum uno hospite. In unaquaque villa prænominata decimas ex dominiis cum uno hospite. De terra* Hosberti *filii* Rualdi, *decimam de dominio, & uno hospite. De* Bromeaberga *decimam de dominio. De* Remelega *decimam. De* Estantona. *De* **Pertcahan** *decimas integre de omnibus dominiis meis, tam de planis quàm in boschis. De* Estertona *sexaginta acras terræ. In villa de* **Hereford**, *unum Hospitem. De* **Bur**, *decimam de dominio. Do etiam decimas firmarum meorum, & omnium proventuum integrè tam de plano, quàm de Bosco, cum ecclesiis, & decimis de terra mea quæ vocatur* **Clevent**. *Testibus his,* Gilberto *& ejus fratre* Rogero, *&* Radulpho *seneschallo, Et* Ilberto *vicecomite, & ipso domino* Radulpho *testante, qui tenuit cornu dum scripter notavit suprædicta. Signum* Radulphi. *Signum* Ysabellis. *Signum* Radulphi *filii.*

Carta Rogeri *de* **Tony**, *filii* Radulphi.

NOtum sit omnibus hominibus tam præsentibus quàm futuris, quod Ego *Rogerus* de **Tony**, filius *Radulphi* junioris &c. Præterea do & concedo prædicto abbati unam villam in *Anglia* totam, liberam & quietam dominio monachorum quæ vocatur **Werteham**, & ecclesiam & decimam ejusdem villæ, & unum molendinum, & moras ibi adjacentes ad piscandum, & warrenam. *Ostentona*, quadraginta acras, & omnia quæ ad me pertinent in prædicta villa. Pro hac concessione dedit mihi *VV.* abbas unum palefridum trium marcarum, & *Idæ* uxori meæ duas uncias auri. Et idem abbas & conventus quietaverunt me xiij. l. sterling: quas eas debebam de elemosina patris mei. Hujus rei testes sunt *Ricardus* de *Rom. Gulielmus* de *Portis*, *Samsone Andeg. Ricardo* de *Portes*, *Rogerus* de **Gzotepance**, & alii multi. Ibid.

Carta Regis *Henrici.*

IN *nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Ego* Henricus *Dei gratia Rex* Anglorum, *& dux* Normannorum, *pro salute animæ meæ, & patris & matris meæ, atque antecessorum meorum, Necnon conjugis meæ & universæ prolis à Deo mihi concesse, concedo monachis in ecclesia sanctæ* Petri Castellionis *Deo servientibus, liberam & quietam electionem abbatis secundùm regulam sancti* Benedicti, *& quod omnes homines eorum in* Anglia *manentes sint liberi & quieti de omnibus consuetudinibus & querelis ad me pertinentibus, scilicet, de* Ibid.

schiris

schiris & de hundredis, & de **Gelt**, *& de* **Danegelt**, *& de* **Hildielt**, *& de* **Hundredu**, *excepto* murdro, *si repertum fuerit in terra eorum. Et si furtum repertum fuerit in terra eorum, forisfactum sit monachis, & justitia mea. Et in* Normania *apud portum qui vocatur* Dieppa *sint monachi & omnes res eorum, & proprii famuli liberi & quieti de omni passagio, & de omni consuetudine in villa, & de omnibus hominibus eorum ibi manentibus habeant monachi* Leucas; *& si homines eorum habuerint naves in mari piscantes, quicquid de navibus illis ad me pertinet, amore Dei concedo predictis monachis; & cum his supradictis concedo & confirmo ecclesie sancti* Petri *Castellionis omnia dona & beneficia que eis dederunt & concesserunt in regno & ducatu meo* Rogerus *senior de* Toenio, *& filius ejus* Radulphus *senex, &* Radulphus *juvenis filius* Radulphi *predicti senis, &* Rogerus *filius* Radulphi *juvenis, & eorum homines & alii barones mei.*

FOLKESTANENSE

Cœnobium, in agro Cantiano, *Cella abbatiæ de* Lolleio *in* Normannia.

Charta Willielmi *de* Abrincis *fundationem confirmans.*

Record de term. S. Mich. 4 H. 4. Rot. 10. in dorso, in Scaccario, ex per. remembrator. Reg.

UNiversis Christi fidelibus, presentes literas inspecturis, vel audituris, *Willielmus* de *Abrincis* miles, dominus de **Folkestan**, salutem in Domino temporalem & eternam. Quoniam mentes hominum libenter oblivionis incommoda patiuntur, & tempora mutantia cotidiè, more fluentis aque dilabuntur; Ideo cuncta gesta, perpetuò futuris temporibus memoranda, convenit eternari voce viva testium, & testimonio literarum, ne ea sine certitudine reservata, cum labente tempore fallibili, que memoria posterorum involvantur abolenda. Noverit itaque universitas vestra, quod ego, dictus *Willielmus* de *Abrincis*, vidi, & inspexi, & de verbo ad verbum coram me legi, audivi, curiosèque feci probari, literas fundationis concessionis & donationis nobilissimi viri domini *Nigelli* de *Munevilla*, quondam domini de **Folkestan**, antecessoris mei, factas & datas abbati & Monachis beate *Marie* de *Lonlejo*, & successoribus eorundem, sanas & integras in Sigillo, & in scriptura, non cancellatas, non abolitas, non corruptas, nec in aliqua sui parte vitiatas, de quibus seriem rerum in eisdem contentarum, in nostris per Dei gratiam, intendimus recitare.

Inprimis dictus dominus *Nigellus* de *Munevilla*, cum uxore sua *Emma*, in honore & amore Dei & sanctæ *Marie*, & sanctæ *Eanswythæ* virginis, pro redemptione & salute animæ suæ, & uxoris suæ, & animarum antecessorum suorum, scilicet *Willielmi* de *Archis*, & *Beatricis* uxoris illius, & omnium parentum suorum dedit ecclesie beate *Marie* de *Lonlejo*, & *Ranulpho* tunc abbati & successoribus ejus, & monachis ejusdem loci, ecclesiam sanctæ *Marie*, & sanctæ *Eanswythæ* de **Folkestan**, cum patronatu ejusdem, & omnes ecclesias dominii sui, cum patronatu earundem, ad honorem de **Folkestan** pertinentium, cum omnibus pertinentiis suis, & proventibus, & redditibus, & consuetudinibus quas laicus in ecclesiasticis rebus habere, & dare potest, in puram & perpetuam elemosinam, assensum & auctoritatem suam prebente *Arselmo Cantuarie* archiepiscopo, anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo quinto, regnante *Willielmo* Rege juniore, filio Regis *Willielmi*, qui *Angliam* devicit. 1095. Concessit præterea idem *Nigellus* eisdem Monachis, duas terras dominii sui, scilicet, **Coznyls** & **Fozenden**, cum omni jure, & jurisdictione, sicut in eisdem habebat, liberas & quietas ab omni seculari servicio, preter **danegeldum**, quod solvendum est de **Coznylis** solummodo; Dedit etiam dictis Monachis viginti solidos, quos habebat in **Folkestan** de **Danetot**, & **Chyldewite**. Hos viginti solidos remisit *Ranulphus* abbas Burgensibus de **Folkestan**, tali conditione, quod ipsi concesserunt omnem decimationem pilcium capture sue in sempiternum, prædictis Monachis de **Folkeston**. Memorata vero *Beatrix*, post mortē domini sui *Willielmi* de *Archis*, veniens ad terram dotis suæ de **Newenton**, concessit prædictis monachis plenam medietatem decimationis de dominio suo in omnibus que decimari solent, & debent. *Nigellus* verò dedit plenariè eisdem monachis omnem decimationem dominii sui de **Folkestan**, de **Sterlingham**, de **Walton**, de **Northwode**, de **Alkeham** & **Standen**, & de nemoribus suis, tertiam partem autem decime de **Flete**, in omnibus que decimari debent, in garbis, in aquis, in vitulis, in caseis, & de molendino ville ipsius tertiam partem: de **Folkestan** verò & de **Alkeham** & de **Sterlingham**, de denariis proprii gabli, de molendinis, de melle, de pratis, de vineis, de fructibus viridariorum suorum, de pullis, de vitulis, de porcis, de agnis, & de silvestribus bestiis parci, & de pasnagio, de pasturis, & de piscibus vivariorum, cum omnibus quæ mare eicit in propriam terram dictorum monachorum. Mortuo verò *Nigello* absque masculo hærede, *Henricus* Rex, frater *Willielmi* junioris, dedit filiam ejus, nomine *Matildam*, *Rualoni* de *Abrincis*, cum omni terra, & honore quem *Nigellus* habuit dum vixit. *Rualo* verò concessit monasterio *Longiledi*, & monachis de **Folkestan**, omnia sicut sunt superiùs annotata, integra & illibata absque ulla diminutione. Et quia ego dictus *Willielmus* de *Abrincis* omnia & singula superiùs annotata, & contenta in literis domini *Nigelli* de *Munevilla*, quondam domini de **Folkeston**, antecessoris, & domini *Rualoni* de *Abrincis* vidi contineri, & coram me feci legi, recitarique diligentèr, quibus auditis, perlectis, & intellectis omnes & singulas donationes, elemosinas supradictas compertas, & inveni, rectè, & justè factas, & datas, & confirmatas fuisse prædictis abbati, & monachis & successoribus eorundem. Ideo, ut participationem ampliorem habeam in precibus, suffragiis, & aliis beneficiis dictorum

dictorum abbatis & monachorum de *Lonleye* & de **Folkestan**, tam me, quam prædecessores meos ac etiam successores, volo, sanctam ecclesiam, in suis juribus & libertatibus, in quantum possent indempnem, & illesam observare, necnon servos Dei, prefatosque religiosos de **Folkestan**, in suis possessionibus, elemosinis, & consuetudinibus liberos & quietos assiduè, sine molestatione quacunque permanere. Quia bona & munimenta eorum non vellem, nec deberem infringere vel minuere; immo magis vestigiis antecessorum meorum adhereo, ea munificentia, qua possum augmentata dilatare, in honore sancte Dei genitricis *Maria*, & S. *Eanswythe* virginis, & ob favorem, & devotionem ferventem, quas erga sanctam religionem habeo, prescriptas omnes donationes, & singulas in quocunque titulo antecessorum meorum comprehensas & insertas, elemosinas, decimas, collationes, terras & tenementa, confirmationes, & jurium, possessionum, ecclesiarum, libertatumque concessiones ratas & gratas habeo, in quantum mihi pertinet, pro me & hæredibus meis approbo, ratifico, in novo & presentis pagine testimonio do, absque ulla diminutione; & prædictis monachis de *Lonleye* de **Folkestan**, & successoribus eorundem, in puram & perpetuam elemosinam confirmo, videlicet in domibus, terris, pratis, & redditibus, nemoribus, possessionibus, & consuetudinibus, & cum omni jure, & jurisdictione plenaria de **Comylis** & de **Farendon**, sicut dominus *Nigellus* habebat absque ulla reclamatione, à me, nec ab heredibus meis in illis terris, nec in aliis donationibus, superiùs nec inferiùs contentis facienda, & in alus juribus & libertatibus omnibus, & decimis quibuscunque, maximè in decimatione omnium ad meum dominium de **Folkestan**, quocunque modo spectantium, scilicet meorum reddituum proprii gabli de *Folkestona*, de **Sterlingham**, & de **Alkham**, pasnagii mei parci, piscium vivariorum meorum, cum omnibus que mare eicit in propriam terram dictorum monachorum, boscorum meorum incolarum. In decimis etiam bestiarum mearum, & exituum earundem, videlicet, caseorum, pullorum, vitulorum, agnorum, porcorum, & omnium animalium silvestrium, & de fructibus viridariorum meorum, & vinearum, & volucrum, & omnium aliorum totius dominii mei, que debent, vel possunt de jure, & equitate decimari. Verum quia monachi predicti, de castello de **Folkestan**, in quo fundati fuerunt, sua spontanea voluntate, assensum & auctoritatem suam prebente venerabili patre domino *Johanne* Dei gratia *Roffensi* episcopo, vicario Archiepiscopatus *Cantuarie*, post mortem domini *Willielmi* archiepiscopi *Cantuarie*, anno primo, sede vacante, exire voluerint ad quandam novam ecclesiam, quam eis dedimus, extra dictum castellum, cum patronatu ejusdem quæ aptior videtur eis; Et quendam locum juxta ecclesiam, quam eis dedimus, & concedimus & confirmavimus in puram & perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosina melius dari potest, vel appropriari (quia, quod semel Deo dedicatum est, ampliùs ad usus humanos non est transferendum.) Et eos ibidem fundavit, cum omnibus suis ecclesiis, possessionibus, terris, juribus, redditibus, consuetudinibus, absque servitute, infra omnia septa Prioratus vel impedimento; Et cum omnibus aliis rebus quæ tenuerunt & habuerunt absque ulla diminutione, sicut eo tempore tenuerunt cum adhuc in dicto castello remanebant; Ideo nè loca purè elemosinata, & dictis monachis appropriatà, per heredes vel ministros nostros, vel alios temerè violentur, vel turbentur, volo, & hic confirmo, quod nullus, nomine meo, aut hæredum meorum, imposterum, infra septa vel clausuram Prioratus, & domus ipsorum monachorum de **Folkestan**, possit, debeat, nec presumat, jure consuetudinis, usus dampni vendicando, res, bladia, boves, equos, jumenta, seu alia animalia, vel bona quecunque, capere, extra ponere. Hospitum locum ipsorum spoliando, aut de meis alienisve animalibus, ovibus, servientibus ipsos honerando, aliquem aut aliquod ibidem vi tenere, dimittere custodiendum sustentandumque quocunque colore quesito, in ipsorum dampnum & gravamen, & ecclesiasticæ libertatis lesionem, nec non in prejudicium sui Prioratus, in quo nihil omninò mihi, aut hæredibus meis, in aliquo die anni preter suffragia, & participationem precum; & orationum dictorum monachorum retineo, sed liberum pacificum & quietum in futurum volo remanere. Adhuc etiam volo & consentio, quod ego & hæredes mei, vel quicunque successores, omnes res, donationes, & collationes superiùs contentas & comprehensas, prædictis monachis & successoribus suis manutenere, warantizare, fideliter teneantur in futurum. Verùm quia instrumenta, & Carta meorum antecessorum per ignem & aquam, putredinem, vetustatem, aut tyneam, rubiginem, vel guerram, sive aliam fortunam possent adnihilari, deperire, vel corumpi, Quare ego motus intuitu divine pietatis concedo, & volo ad petitionem ipsorum, quod dicti monachi de **Folkestan**, mihi, nec hæredibus meis aliqua fundamenta, titulos de cetero teneantur ostendere, seu etiam compellantur exhibere, nec compelli possint, nisi solumodo presentem istam meam donationem, & confirmationem; Quisquis autem meorum hæredum, aut aliorum quorumcunque causam, à me, vel à meis habentium execrabile mentis ingluvie, profanæque cupiditatis exagitatus & depravatus, hanc paginam mee mere & spontaneæ confirmationis, innovationis, approbationis impedire, minuere, violare, vel in aliqua sui parte voluerint, seu nisi fuerint infringendo deturbare, vel detinere in parte, vel in toto, iram irrevocabilem, & maledictionem Dei patris, & beatæ *Marie* matris ejus, & sanctæ *Eanswythe* virginis, quarum famulis & servientibus fecerit injuriam, se senciat celeriter, & terribiliter incurrisse, qui tanquam membrum inutile Christi, segregatus à corpore, per ecclesiam, Anathemate perpetuo feriatur, nisi penitendo recipiscat; & cum *Juda* Christi traditore cathenatus in tenebris & in umbra mortis, ubi erit fletus inceſſabilis, & stridor dentium torqueatur, inde cum *Dathan* & *Abiron*, quos in carne viventes absorbens aperta terra deglutivit, sortiendo portionem, detrudatur in igne gehennali, cohorte Demoniaca preparata dampnabiliter sine fine cruciandus. In quorum omnium fidem, & testimonium, nè meos posteros, aut a-

lios lateat in futurum, presentem Cartam, & confirmationem eisdem monachis dedi, Sigilli mei munimine, & impressione roboratam. His testibus *Willielmo* de sancto *Lupo* milite, *Alexandro Tyrell*, *Hugone* cimetario, *Johanne* de Pozton, *Stephano* filio *Wydonis*, *Hascull. Willielmo* de *Hascio*, *Bassey*, *Hugone* Coko, *Roberto* de Cadchilde, *Johanne* venatore, *Eadwino* filio *Richardi*, *Alano* de Stræt, & pluribus aliis.

KIRKBIENSE *Cœnobium in agro* Warwicensi, *cella S.* Nicholai Andegavensis.

Carta Gosfredi *de* Wirchia.

Ex ipso autographo in bibl. Cot. ton. anno 1640.

GRatias agimus omnipotenti Deo qui nobis de transitoriis eterna, de temporalibus perpetua mercari concessit, quod ego perpendens *Gosfredus* de *Wirchia* nomine, ex his quæ servitio ab optimo Rege *Anglorum Willielmo* emerui, pro ipsius domini mei regis pace ac salute, atque animæ ipsius remedio, necnon & pro mei, & antecessorum meorum, uxorisque mee *Alneve* suorumve prædecessorum salute concedo Deo sanctoque *Nicholao* in *Andecavensi* cœnobio hæc; silicet villam quæ dicitur *Copstona* cum omnibus ad ipsam pertinentibus. Ecclesiam quoque quam diruptam reedificavi, & in honore beatæ *Mariæ* sanctique *Dionisii* dedicari feci, cum ornamento ipsius ecclesiæ, & presbitero, nomine *Frano*, & omnibus suis: res quoque omnes alterius presbiteri, nomine *Osgot*, quas de me tenet & quas habebit ad obitum illius, sive decessum, eidem ecclesie sancti *Nicholai* & monachis ejus concedo. Dono etiam eis de quinque villis meis, id est *Wapenberia*, *Neobaldo* Lellevoz, Cret, & *Meltona*, duas partes decimarum annone, & bestiarum, decimam lane & caseorum: & in villa que dicitur *Hantona* tertiam partem decime de annona; lane & caseorum decimam totam; decimam pasnagii totam, quinque molendinorum in his supradictis villis decimam totam; In *Meltona* mercati & thelonei decimam totam, in insula que dicitur Artholme tertiam partem decime de annona, lanæ & caseorum decimam totam; decimam pasnagii totam; decimam pilicium totam, pastionem ad porcos eorum do eis sine pasnagio quietè in omnibus silvis meis. Dono etiam ad custodiendas decimas supradictas in istis quinque villis scilicet *Neobaldo*, *Cret*, *Antona*, *Meltona*, Artholme unum hominem sancto *Nicholao* in unaquaque istarum villarum, cum omnibus cosdumis eorundem hominum, sicut habeo & teneo a rege *Anglorum*. In *Kirkeberia* terram frumento ferendo aptam scilicet viginti acras. *Hec omnia dono, & concedo Deo & sancto* Nicholao, *& monachis ejus ita quieta & soluta de mea parte ab omni cosduma, & querela in elemosina. Elimosinas quas mei homines facient de suis decimis, atque lessas, de suis substantiis Deo, & sancto* Nicholao *concedo. Data sunt ista in kalend. Julii ipso die dedicationis predicte ecclesia, presente episcopo* Petro. *Ipsi sunt testes.* Ivo *filius* Hugonis *de* Grentismaisnilo, Ivo *miles ejus*, Hugo *de* Guidvilla. Robertus Burdet. *De hominibus ipsius* Gosfredi Alfredus, Ranulphus, Albericus, Walterius, Buterius, Robertus, Raginaldus *de* Campania, Walterius *de* Pallentuna: Rogerius, Hermenfredus *de* Warwic, Hamo *abbas sancti* Nicholai; *& de monachis ejus*, Golfredus, Radulphus, Stephanus, Mauricius, Rogerius Hermanus. *De sancto* Ebrulfo. Hugo *clericus de Sap. & alii plurimi. Acta sunt hec in villa que dicitur* Kirkebiria *anno dominice incarnationis Mlxxvij. regni autem* Willielmi *nobilissimi reg's xij.*

Carta Rogeri *de* Mulbraio.

Ex autographo in bibl. Benevesiana.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris, *Rogerus* de *Mulbraio* Salutem. Sciatis me concessisse, & hac presenti carta mea confirmasse Deo, & ecclesiæ sancti *Nicholai* de Birkeby, & monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & antecessorum, & successorum meorum, omnia tenementa sua, & beneficia à prædecessoribus meis sibi collata; scilicet ecclesiam de Birkebi, & ecclesiam de Landefozd, cum omnibus pertinentiis suis, quas *Gosfridus* de *Wirchia* eis in perpetuum dedit; & ecclesiam de Retvbold, quam *Nigellus* de *Albineio* eis similiter dedit, & concessit. Præterea volo atque firmiter præcipio, ut omnes quibus dedi dominia mea cujuscunque sint conditionis, sive sunt clerici, sive laici, omnes decimas ad prædictas ecclesias spectantes, absque omni impedimento & vexatione reddant; nulli enim dedi vel donasse prohibeo, aut warantizo, nisi quod meum erat; His testibus, *Roberto* de Detbill, *Hugone Malebisse*, *Hereberto* de Pozebill, *Thoma* de Wappenbire, *Hamone Beler*, *Richardo* de Pozebill, *Rogero* de *Ardena*, *Roberto* de Buci, *Roberto* de *Bellocampo*, *Radulfo Brusebarre*.

Carta Nigelli *de* Mulbraio, *donationes antecessorum confirmans.*

Ibid.

NIgellus de Mulbray, Omnibus clericis & baronibus, & cæteris hominibus suis, tam præsentibus quam futuris salutem. Sciatis me concessisse & hac carta confirmasse Deo, & sanctæ *Mariæ*, & ecclesiæ sancti *Nicholai* de Birkeby, & Priori & monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes, terras, decimas, & elemosinas, & omnia cætera beneficia quæ data sunt eis ab antecessoribus meis, per maneria mea, scilicet Artholm, Peltune, & de *Spineto*, quod est de dominio meo, & de *Hantuna* in *Ardena*, & cæteris maneriis, sicut cartæ *Gosfridi* de *Wirchia*, & *Nigelli* avi mei, & *Rogeri* patris mei testantur. Quapropter volo & firmiter præcipio, ut prædicti monachi omnia tenementa præfata, & pasnagias, & decimas, & cætera beneficia sua in bosco & plano, liberè, & quietè, & honorificè teneant, sicut meliùs & liberiùs tenuerunt in tempore *Henrici* regis prædecessoris nostri, & tempore *Nigelli* avi mei, & *Rogeri* patris mei. Volo etiam ut quicunque teneant predicta, quod ipsi

ipsi prædicti monachi habeant omnia jura sua: & iterum volo & præcipio quod homines sancti *Nicholai* qui in prædictis villis manent, habeant communam in bosco & plano & in pastura, sicut ipsi qui melius habent ex vicinis suis, qui tenent talem tenuram, & omnes libertates & consuetudines, quas tempore regis *Henrici* & *Nigelli* avi mei habuerunt. Insuper prohibeo, ut nullus exigat ab eis auxilia vel operationes, aut aliquas seculares exactiones. His testibus, *Richardo Carnub.* Priore de **Kirkeby**, *Renaldo* monacho, *Waltero* monacho, *Siwardo* monacho, *Baldwino* monacho, *Waltero* de *Canvilla*, *Hugone Malebisse*, *Hamone Beler*, *Nicholao* de **Bellun**, *Roberto Beler*, *Roberto* de *Waura*, *Anketillo* de **Creft**, *Willielmo* de *Waura*, *Adam Cornewalle*, *Regin.* de **Neuham**, *Jordano* capellano de **Kirkebi**, *Roberto* diacono, *Dreu* subdiacono.

Pat. 3 H. 5. part. 2. m. 39.

REX &c. Sciatis quod cum *Ricardus* nuper rex *Angliæ* prædecessor noster defunctus, per literas suas patentes, anno regni sui xx. concessit & licentiam dedisset (*&c.*) *Thomæ* nuper duci *Norff.* (*&c.*) per nomen *Thomæ* nuper comitis *Notingham* & mareschalli *Angliæ*, quod ipse in proprio solo suo apud **Eppewoxth** infra insulam de **Axholme** quandam domum (*&c.*) ordinis *Cartusiensis* ordinare (*&c.*) Ac etiam idem nuper rex per eosdem literas patentes (*&c.*) licentiam dedisset (*&c.*) abbati monasterii S. *Nicholai* in *Andegavia* ordinis S. *Benedicti* (*&c.*) quod ipsi (*&c.*) assignare possent dictis Priori & monachis dictæ domus *Cartusiensium* (*&c.*) Prioratum de **Kyrkeby** *monachorum* cum pertinentiis in comitatu *Warwici* cum maneriis de **Newbold** super **Avene**, **Toppestone**, & **Walton** in com. prædicto (*&c.*) Nos (*&c.*) confirmamus in perpetuum (*&c.*) T. rege apud *Westm.* xxviij. Junii.

S. TRINITATIS Eborum *Prioratus, cella* Majoris-monasterii *in* Gallia.

Carta Radulfi Paganelli *de prima fundatione ejusdem.*

Records de termino Trin. 3. H. 4 Rot. 14. Scacc. penes Remem. Regis.

IN nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis; postquam dominus noster *Jesus Christus*, morte devicta, victor ad patris dextram consedit, & diseordiam, quæ inter Deum & homines, per primæ prevaricationis reatum irreplerat, sua indebita morte delevit, cunctis piè querentibus regni cœlestis ingressum patet janua, quicunque intra sanctæ & universalis ecclesiæ uterum constituti, fide vel operibus bonis tendunt ad cœlestia. Ille enim ad celestia veraciter tendere dicitur, qui vicia carnis suæ, sub moderamine continentiæ restringens, ac proximum sicut seipsum diligens, ab unitate ecclesiæ alicujus hæresis peste non divellitur, sed qui potius eam exaltare, atque ex suis rebus, tanquam sponsam Christi, honorare pro posse suo totis studet viribus. Hujus rei multa, omnibus, exempla suppetunt, quibus instructi cœlestes divitias in futurum sibi thesaurizare possunt, *Moyses* etenim, revelatione divina commonitus, in deserto tabernaculum testimonii construxit, in quo erat archa testamenti, ac cherubyn gloriæ obumbrancia propitiatorium, quatinus populus *Israel*, in eo sacrificia domino secundum legem, jugiter offerret, ut carnalibus sacrificiis assuetus, & ne per culturam multorum Deorum falsorum, defluceret, tanquam vinculo ligatus, quandoque spiritualia querere disceret, per quæ ad salutem quæ in Christo est, abjecto legis velamine, saltem al quando perveniret. *David* autem cui juravit dominus, quod de fructu ventris ejus poneret super sedem illius, quia templum domino edificare non prevalut eò quod audisset à domino, per prophetam, quod multum sanguinem fuderit, expensis permaximis auri, & argenti, ferri, & metalli, *Salomoni* filio dereliquit. Ministros levitici generis ad laudandum Deum *Israel* ordinavit; carmine *Davitico*, quæ die, & nocte in templo domini canerent, per spiritum sanctum composuit, & quod nunc, tempore revelatæ gratiæ, à filiis sanctæ matris ecclesiæ spiritualiter geritur, ipse tunc quibusdam dictis typicis, & factis, aperire nitebatur. *Salomon* autem pacificus, jubente domino, sicut *David* desideraverat templum domini, miro opere, construxit; quod postea ab *Assiriis*, peccatis exigentibus, incensum, atque subversum filii transmigrationis Juda cum summo labore restauraverunt. Quodque iterum postea ab *Antiochio* rege gentili contaminatum, *Machabei* destructo altari prophanato que, in hymnis & confessionibus, dominum benedicentes, aliud ex quadratis lapidibus feterunt & dedicaverunt; ut per hæc præsentes & futuri cognoscent, quantum devotionis vel quantum laborem, circa culturam Dei, & ecclesiæ ejus impendere deberent. Si enim antiqui sub legis onere constituti, tam ferventes in constructione & restauratione templi sui extiterunt, in quo carnes taurorum, hyrcorum & arietum offerrent, quanto magis hi, qui sub gente in Christo renascuntur, circa constructionem & renovationem ecclesiarum Dei, in quibus corpus & sanguis Christi, & Chrisma, oleumque sacrum concecrantur, ferventiores existere debent. His, & multis aliis exemplis, tam veteris, quam novi testamenti quam plurimi accensi, dum Deo fideliter servire, & peccata sua elemosinis redimere, ecclesiasque construere, atque in melius reformare, & ex redditibus suis honorare satagunt; quid aliud quam ad regni celestis palacium, recto itinere, tendunt?

Quapropter ego *Radulphus*, *Paganellus* cognominatus, divini amoris igne inflammatus, cupiens in cælo thesaurizare, quæ post hanc vitam queam centuplicata recipere, habens apud *Eboraci* civitatem, de feudo regis *Anglorum*, quandam ecclesiam in honorem sanctæ *Trinitatis* constructam, olim canonicis, ac prediorum redditibus atque ornamentis ecclesiasticis decoratam, nunc vero peccatis exigentibus, penè ad nihilum redactam, cupiens in ea servitium Dei, quod deperierat reformare, tradidi eam beato *Martino*

Majoris-monasterii, ejusque monachis perpetuò possidendam, pro anima domini mei *Gulielmi* regis, & uxoris ejus *Matildis*, atque pro salute, ac statu regni filii ipsius *Gulielmi*, qui etiam hoc donum auctorizavit libenter, annuente uxore mea *Matilda*, atque filiis meis *Gulielmo*, *Jordano*, *Elia*, atque *Alano*, quatinus abbas *Majoris-monasterii*, de ipsa ecclesia, & de rebus ejusdem ecclesiæ, & de monachis, in præfata ecclesia Deo servientibus, deinceps, liberam ordinandi habeat facultatem; Quatinus, assiduis ipsorum orationibus partem beatæ resurrectionis, in futuro habere mereamur. Hæc sunt quæ ego *Radulphus Paganellus* pro anima mea, ad sustentationem monachorum ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* prebui. Ipsam ecclesiam sanctæ *Trinitatis*, & tres croftas ad ipsam ecclesiam pertinentes, quæ jacent ad occidentalem ipsius civitatis. In hac eadem urbe *Eboraci*, ecclesiam sanctæ *Helenæ*, & quodcunque habeo ad ipsam ecclesiam pertinens. Ante eandem quoque ecclesiam toftum unius diaconi. In *Lincolniensi* verò scira, ecclesiam de **Ernesham**, & quicquid ad eam pertinet, tam in terra, quam in decimis, & propriæ halle decimas: & duas partes decimarum de haulis de *Ascelaria* & de *Scaleberia*, de feno quod tenet *Odo* de *Tuscet*. Similiter duas partes decimarum de *Tablisheriis*, de haula de feno, quod tenet *Radulphus* de *Rolliaco*: Ecclesiam de *Rasa*, & quicquid ad eam pertinet, in omnibus rebus, & decimis haulæ, totius prædictæ villæ. Ecclesiam de *Bertona* & quicquid ad eam pertinet, & decimas haulæ, ecclesiam de *Rochesheria*, & quidquid ad eam pertinet, & decimas haule. In *Eboracensi* scira, in villa quæ vocatur **Dzathe**, piscatoriam unam, & decimam cæterarum piscatoriarum, & in *Bardulbeia* quicquid habuit Merlesuain. Ecclesiam de *Newtona*, & quicquid ad eam pertinet, & decimas haulæ, In **Donecheton** ecclesiam cum pertinentiis suis. Ecclesiam de **Leddis**, & quicquid ad eam pertinet, & decimas haulæ, & dimidiam carucatam terræ quam tenuit *Reginaldus*, incrementum ad terram quæ ante pertinuit ad ecclesiam: Totam etiam decimam haule de *Stratona*; Ecclesiam de *Hotona*, & quicquid ad eam pertinet, & decimas haule. Ecclesiam sanctæ *Helenæ* de *Terneseo*, & quicquid ad illam pertinet. Ecclesiam sancti *Johannis* de *Adela*, & unam carucatam terræ, & decimas de *Ardintona*, & omnium villarum quæ ad eam pertinet & decimas de haula. Dimidiam quoque ecclesiam de **Cranban** & quicquid ad illam pertinet. Ecclesiam de *Bartuna* in *Ridala*, & quicquid ad ipsam ecclesiam pertinet; & decimas de haula, decimas etiam de *Fademora*; Postea verò dedit idem *Radulphus*, & uxor ejus *Matildis*, annuentibus filiis, totam *Stratonam*, cujus prius dederat decimam in perpetuam & liberam elemosinam; exhibuit etiam curiæ quandam bullam sanctissimi patris *Alexandri* papæ super confirmatione premissorum cujus tenor sequitur in hæc verba.

Alexander *episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Priori & fratribus sanctæ* Trinitatis Ebor. *salutem & apostolicam benedictionem. Pias desideriis religiosorum virorum clementer nos convenit condescendere, eorum justis petitionibus facilem indulgere favorem. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus annuentes & prosequentes nostri officii debitum, ecclesias decimas villas, & alia quæ inferiùs annotantur sicut ea rationabiliter possidetis, vobis & ecclesiæ vestræ auctoritate apostolica confirmamus. Ecclesiam videlicet* omnium Sanctorum *in* Nordstreta, *ecclesiam S.* Brig. *in* Muclegata; *capellam S.* Jacobi *extra portam* Ebor. *Ecclesiam S.* Helenæ *in* Fischeregata. *Ecclesiam S.* Petri *de* **Leedes** *cum omnibus pertinentiis. Ecclesiam omnium Sanctorum de* Rasa *cum omnibus pertinentiis suis. Et medietatem ecclesiæ de* **Cramberon** *& cellulam de* Hedleia *cum omnibus pertinentiis suis.* **Ethoming** *in bosco de* Ria, *& capellam de* **Holebec** *cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de* **Monketon**, *& ecclesiam de* **Rochesby** *cum omnibus pertinentiis suis. Decimas quas habetis de feodo* Radulfi Paganelli *in* Eboracsira. *In* **Bartone** *duas partes decimarum de dominio. In* **Meuton** *duas partes decimarum de dominio* Radulfi *de* **Rolli**. *In* **Meneton** *super* Usam *duas partes decimarum de dominio In* **Hotone** *in* **Bilaham** *& in* **Thirnescoh** *duas partes decimarum de dominiis. In* Lincolnsira *in* **Berton** *duas partes decimarum de dominio. In* **Scalleby**, *In* **Elleby** *duas partes decimarum de dominio* Simonis Tolchet. *In* **Tanelesby** *duas partes decimarum de dominio* Radulfi *de* **Rolli**. *In* **Arnaham** *duas partes decimarum de dominio, villam de* **Stratone** *& villam de* **Cunigestorpe** *cum omnibus pertinentiis earum; Terras quas habetis infra portas* Eboraci *& extra; duas carucatas terræ in* **Dzengeshireses**; *duas carucatas & duas bovatas terræ in* **Ledes**. *In* **Soutereton** *duas bovatas terræ. In* **Hipelar** *unam bovatam terræ. In* **Serroft** *duas bovatas terræ. In* **Vanepols** *dimidiam bovatam terræ. In* **Spunketone** *unam carucatam terræ & dimidiam. In* Hesleseia *quatuordecim bovatas terræ. In* **Vnoburne** *quatuor bovatas terræ. In* **Bardeby** *unam carucatam terræ; & ecclesiam S.* Johannis *de* Adela, *& medietatem ejusdem villæ cum omnibus pertinentiis suis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere* (&c.) *Dat.* Lateran. *secundo Nonas Maii.*

Præceptum regis Edw. 1. *Escaetori suo, ad inquirendum de jure patronatus ejusdem.*

Escaet. an. 34 Ed. 1. m. 82.

EDwardus Dei gratia rex *Angliæ* dominus *Hiberniæ* & dux *Aquitaniæ* dilecto & fideli suo *Ricardo Oysel* escaetori suo ultra *Trentam* salutem. Licet per inquisitionem quam per vos fieri fecimus acceperimus, quod Prioratus sanctæ *Trinitatis Eborum* non est de fundatione nostra nec de patronatu nostro set de fundatione & patronatu *Radulphi Paynel* quondam domini de **Dzar** in comitatu *Eborum* cujus heres est infra etatem & in custodia nostra, & quod Prioratus ille in custodia nostra seu aliquorum progenitorum nostrorum aliquo tempore vacationis ejusdem temporibus retroactis non existebat. Quia tamen in inquisitione illa non fit mentio, quem statum prædictus *Radulphus* aut ejus hæredes seu antecessores prædicti hæredis in Prioratu prædicto temporibus vacationis ejusdem habere consueverunt, volentes inde certiorari, vobis mandamus quod per sacramentum proborum & legalium

galium hominum de balliva vestra per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquiratis, quem statum prædictus *Radulphus* vel ejus heredes seu antecessores prædicti heredis in Prioratu prædicto temporibus vacationis ejusdem hactenus habuerunt, tam in custodia ejusdem Prioratus tempore vacationis ejusdem, quam in restitutione seu receptione temporalium ejusdem, & qualiter, & quo modo. Et inquisitionem inde distinctè & apertè factam, nobis sub sigillo vestro & sigillis eorum per quos facta fuerit, sine dilatione mittatis & hoc breve. Teste me ipso apud Shene vij. die Octobris anno regni nostri tricesimo tertio.

Inquisitio inde facta.

Escaet. 34 Ed 1. n. 32. INquisitio de statu quem *Radulphus Paynel* vel ejus heredes seu antecessores ejusdem heredis in Prioratu sanctæ *Trinitatis Eborum* temporibus vacationis ejusdem, tam in custodia ejusdem Prioratus quam in restitutione seu receptione temporalium ejusdem habuerunt, facta apud *Eboracum* xxiiij. die Novembris anno regni regis *E.* xxxiij. per sacramentum *Alani* de Scothersthelf, *Willelmi Sperry*, *Ricardi Davy*, *Johannis* de Apelton, *Walteri Goldbeter*, *Thomæ Amory*, *Roberti* de sancto *Leonardo*, *Ricardi* de Wilburgh, *Willielmi* de Aine, *Johannis* de Askham, *Willielmi* de Langelay, & *Johannis le* Wayder. Qui dicunt super sacramentum suum quod prædictus *Radulphus* nec ejus hæredes neque antecessores ejusdem heredis nullam custodiam ejusdem Prioratus nec restitutionem neque receptionem temporalium ejusdem aliquo tempore vacationis ejusdem habuerunt nisi tantummodo quemdam janitorem per ipsos fundatores constitutum, ita quod idem janitor custodiret prædictum Prioratum ne catalla & bona ejusdem Prioratus in eodem inventa per aliquem amoverentur. Et dicunt quod quandocumque Prior dicti loci decesserit, quod alter Prior qui successivè de *Majori monasterio* per abbatem illius loci in dignitatem illius Prioratus deputatus fuerit & ibidem venerit & declinaverit, quod bene licebit eidem Priori prædictum Prioratum intrare secundū ordinationem sibi inde dispensatam, sine aliqua contradictione prædicti *Radulphi* seu aliquorum heredum suorum vel aliqua contributione pro ingressu eisdem facienda vel fidelitate. In cujus rei testimonium presenti inquisitioni predicti jurati sigilla sua apposuerunt

HEDLAIEENSE *Cœnobium in comitatu* Eborac. *cella S.* Trinitatis Eborum.

Carta Tpoliti de Bzam.

Ex ipso eam graphoin turri b. Mariæ Ebor. OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, tam presentibus quam futuris, *Tpolitus* de Bzam salutem. Notum sit vobis me dedisse & concessisse, & hac presenti Carta mea confirmasse Deo & sancte *Marie* de Pedlaie, & monachis ibidem Deo servientibus, quandam partem terræ meæ, & communem pasturam, solutam liberam & quietam ab omni exactione, & seculari servitio, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, infra terram meam de *Middeltona*. Scilicet illam terram quæ est inter Withenesiche, & Hallechelvesiche, tam in bosco quam in plano, usque in Bollebec, & quoddam Novale apud Bollebec; salvis decimis ecclesiæ de Pllecley. His testibus, Capitulo sancti *Petri Eboraci*. *Isaac* sacerdote, & *Toma* ejus fratre. *Ernaldo* filio *Seward*. *Radulfo* de Quitelaie. *Osberto* de Setreburne. *Willielmo le Vavasur*. & *Ricardo* fratre ejus. *Roberto* filio *Willielmi Vavasur*. *Alano* frater *Helie*, de *Tanlestona*. *Gilberto* filio *Mabilie*. *Roberto* Priore sanctæ *Trinitatis*, *Toma* ejus socio. *Ivoneque* socio eorum.

Carta *Adæ* filii *Petri* de Birkin.

Ibid. UNiversis *sanctæ matris ecclesiæ filiis, tam presentibus quam futuris*, Adam *filius* Petri *salutem. Notum sit universitati vestræ, quod ego* Adam, *pro amore Dei omnipotentis, & salute animæ meæ, & Matildis uxoris meæ, & patris, & matris meæ, & antecessorum meorum, & benefactorum meorum, & omnium illorum qui causa mei in aliquibus deliquerunt, donavi & concessi, & hac presenti Carta mea confirmavi Deo & sanctæ* Mariæ *de* Hedleia, *v. acras de prato meo de* Smedhala, *in liberam puram & perpetuam elemosinam. His testibus*, Albino *de* Parvepole. Paulino *de* Leden. Petro & Ada *fratribus ejus*. Roberto *de* Gant. Toma *filio Petri*. Roberto *filio* Adæ. Philippo *de* Altaripa, Ustredo *de* Birefelt, Roberto *de* Stiueton, Jordano *filio* Alexandri, Johanne *de* Horeston, *Willielmo filio Toma*, & Roberto *fratre ejus*, Petro *filio* Adæ *filii* Ormi, Thoma *fratre* Paulini, Roberto *filio* Hugonis *de* Pikeburna.

Carta Petri *de* Middeltona *facta cellæ de* Pedlaie.

Ibid. OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis tam presentibus quam futuris, *Petrus* de *Middeltona* salutem in domino. Noveritis me concessisse, & hac presenti carta mea confirmasse, & quietum clamasse Deo, & ecclesiæ sanctæ *Trinitatis Eboraci*, ac Priori & comentui ejusdem loci, & eorum cellæ de Pedlaie, pro me & heredibus & assignatis meis imperpetuum, donationem & confirmationem, quam & quas *Tpolitus* de Bzam, & *Hugo* filius suus fecerunt Deo & sanctæ *Mariæ* de Pedlaye, & *Willielmo* monacho ibidem & monachis ibi successive habitantibus, pro salute animæ meæ antecessorum & successorum meorum in terris, pratis, boscis, moris, pasturis, planis & tenementis, infra villam de Middelton, & extra, sicut in cartis dictorum *Tpolici* & *Hugonis*, antecessorum meorum plenius continetur. Ego verò prædictus *Petrus* & heredes & assignati mei, totam donationem, & confirmationem prædictam, tanquam elemosinam nostram, puram ac perpetuam, contra omnes warantizabimus, acquietabimus, ac etiam defendemus. In cujus rei

testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. His testibus, domino *Willielmo le Vavasour*, domino *Roberto* de **Plomton**, domino *Willielmo* de **Hertlington**, militibus. *Johanne Totenham* tunc ballivo de **Spoforth**, *Thoma* de **Widdelton**, fratre dicti *Petri*, *Ada* filio ejus, & multis aliis. Datum apud **Spoulord** octavo kalendas Februarii anno domini MCC. nonogesimo, anno vero regni regis *Edwardi* decimo novo.

LANCASTRENSE *Cœnobium, cella* Martini Sagiensis *in* Gallia.

Charta regis, plurimum benefactorum chartas confirmans.

Pat. 17. *Ric.* 2. par. 1. m. 18.

REx omnibus ad quos &c. Salutem. Inspeximus cartam *Rogeri* quondam comitis *Pictavensis* in hæc verba. In nomine & honore sancte ac individue trinitatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod *Rogerius* comes *Pictavensis* pro salute anime sue & pro salute quoque *Rogeri Serobrie* patris sui, matrisque sue *Mabilie* comitisse, necnon pro fratribus suis & pro omnibus amicis suis dedit Deo & sancto *Martino* ecclesiam sancte *Marie* de *Lancastro* cum omnibus ad eam pertinentibus, & partem terre illius ville a veteri muro usque ad pomerium *Godefridi* & usque ad **Prestgat** & juxta *Lancastrum* duas mansiones *Audeclana* & *Neutona* & queque ad eas pertinentia, nemus quoque usque ad **Freibrok** cum dignitate & consuetudinibus quas ipse habebat & *Amfridum* de monte *Gomerii* & quicquid de supradicto comite tenet & ecclesiam de **Pellenn** cum tercia parte terre totius ville, & ecclesiam **Cotegrave**, & ecclesiam de **Cropil**, & ecclesiam de **Wikelay** & ecclesiam **Crofton** & medietatem ecclesie **Aicletone** & ecclesiam **Bidewelle** & ecclesiam **Prestone**, cum decima dominii & piscatorie & duabus bovatis terre & omnibus decimis totius parochiæ, & ecclesiam **Birthehan** & ecclesiam de **Pellinges**, & ecclesiam **Boultone** cum decima dominii & medietatem unius carucate terre & omnibus aliis decimis. Dedit etiam magnum *Dermesia Pultona*, & quicquid ad eam pertinet, & ecclesiam cum una carucata terre & cum omnibus aliis pertinentiis.

Preterea dedit decimam venationis & pasnagii omnium nemorum suorum, & decimam sue piscatorie. Concessitque tertium tractum *Sagene* sancte *Marie*: Insuper dedit decimas pullorum & vitulorum & agnorum & edorum & porcorum & annone & caseorum & butirorum apud *Estaneberiam* apud **Salford** & de **Derby** & ad *Halas* & *Ewretonam* & *Waletonam* & *Crossebeiam* & *Molas* & *Crostonam* & *Prestonam* & *Ribi* & *Singletonam* & **Prestoure** & *Middeltonam Overtonam* & **Escarton** & **Bar** & *Stapeturnam* & *Asselinas*. Hæc omnia dedit ad honorem Dei & sancte *Marie* ad victum monachorum qui in eodem monasterio Deo & sancte *Marie* officium celebrarent, tam liberaliter quod nulla secularia servicia illi nec suis successoribus monachi nec sui homines aliquo tempore facerent, & nullus horum super ea potestatem haberet, nec aliquid inde acciperet, nec consuetudines aliquas imponat, quia omnes dignitates & consuetudines quas ipse habuit in sua terra concessit habere monasterio sancte *Marie* de *Lancastro*.

Concessit etiam, si aliquis orationes & beneficium monasterii *Lancastri* requirere voluerit & partem sue terre usque ad medietatem ei dederit, comes liberrimè concedit. Et postquam ipse comes concesserit, *Godefridus* vicecomes hec audiens dedit decimas de **Bischopeham** & quicquid habebat in *Lancastro*, domos, pomerium, & *Radulfus Gernet* tres homines in **Suffolc**. Inde testes sunt predictus comes & filia ejus *Sibilla* & *G.* vicecomes & *Alb. Gelet*, *R.* filius *Roberti*, *G. Boisell*, *A.* frater ejus, *P.* de **Uiteres**, *Rannard* v. filius *Alanne*, *Ocus* filius *Chetel*, *Ulf* filius *Torolf*, *Ranaschil* filius *Raghanald*.

Inspeximus etiam cartam *Johannis* quondam comitis *Moritonie* in hec verba. *Johannes* comes *Moritonie* omnibus hominibus & amicis suis *Francis* & *Anglicis* salutem. Notum sit vobis omnibus me concessisse & hac presenti carta mea confirmasse Deo & sancto *Martino* de *Sagio* ecclesiam sancte *Marie* de **Lancastre** cum omnibus ad eam pertinentibus. Et partem terre illius ville à veteri muro usque ad pomerium *Godefridi* & usque ad **Prestgate**. Et juxta *Lancastr.* duas mansiones scilicet **Alverclive** & queque ad eam pertinent & *Neutonam* per divisas suas coram me perambulatas; videlicet à rivulo illo qui currit inter villam meam *Lancastr.* & hospitale leprosorum sancti *Leonardi* descendens in **Lohen** & usque ad rivulum de **Frithbroc** qui facit divisas infra forestam meam & nemus de *Neutona* quod *Rogerius Pictavensis* dedit ecclesie sancte *Marie* de **Lancastre**, & concessit cum dignitate & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus quas ipse habebat in terra sua. Et *Amfridum* de *Monte Gomerii* & quicquid de eodem *Rogero Pictavensi* tenuit cum terris & pratis & pascuis & stagnis & molendininis & rivulis & propresturis usque in **Lon**. Et ecclesiam de **Pesheim** cum tercia parte totius ville illius. Et ecclesiam de **Cotegrave**. Et ecclesiam de **Cropil**. Et ecclesiam de **Wychelay**. Et ecclesiam de **Chidewell** & ecclesiam de *Crofton* & medietatem ecclesie de **Aicliton** & ecclesiam de *Prestona* cum decima dominii & piscarie, & duabus bovatis terre & omnibus decimis totius parochie & ecclesiam de **Bircham**, & ecclesiam de **Pellinges**, & ecclesiam de *Boultona* cum decima dominii & medietatem unius carucate terre in eadem villa & omnibus aliis decimis in **Almonderneſſe**, etiam *Pultonam* & quicquid ad eam pertinet, & ecclesiam cum una carucata terre & cum omnibus aliis pertinentiis suis. Preterea decimam venationis & pasnagii & omnium novalium nemorum meorum & terrarum & decimam piscatorie. Tertium etiam tractum sagene sancte *Marie*.

Insuper decimas pullorum & vitulorum & agnorum

norum & hedorum & porcorum & annone & caseorum & butirorum apud *Estnebiriam* apud **Salford** & ad **Dereby** & ad *Halas* & *Evertonam* & *Waletonam* & **Crosseby** & *Molas* & *Crostonam* & *Prestonam* & **Richeby** & *Singletona* & **Pzeshoved** & *Middeltona* & *Overtona* & **Scherton** & **Bar** & *Stapeltonam* & *Asselinas*. Hæc omnia concedo & confirmo ad honorem Dei & sanctæ *Mariæ* de **Lancastre** ad victum monachorum qui in eodem monasterio Deo & sanctæ *Mariæ* officium celebrant, tam liberaliter quod nulla secularia servicia michi nec successoribus meis monachi nec homines sui aliquo tempore faciant. Et nullus meorum super ea potestatem habeat, nec aliquid inde accipiat, nec consuetudines aliquas imponat, quia omnes dignitates & consuetudines quas ego habeo in mea terra concedo habere monasterio sanctæ *Mariæ* de **Lancastre**.

Concedo etiam quod si aliquis partem sue terre usque ad medietatem eidem monasterio dederit, illam liberam & immunem absque exactione habeant & possideant. Concedo etiam decimas de **Biscopham** & quicquid *Godefridus* vicecomes habuit in **Lancastre**, & domos & pomerium, & tres homines in *Sudfolcha*. Hæc omnia concessi & confirmavi sicut *Rogerus Pictavensis* eis dedit & concessit & confirmavit. Teste *Rogero* de **Planes**, *Willielmo* de **Buchecot**, *Tedbaldo Walteri*, *Ricardo* de **Vernun**, *Johanne* de *Nova-villa*, *Cingan*. *Gonn*. *Rogero* de *Novo Burgo*, *Ingelramo* de *Pratell*. *Ricardo* filio *Waldelf*.

Inspeximus insuper cartam ejusdem *Johannis* nuper comitis *Moritonie* in hæc verba. *Johannes* comes *Moritonie* omnibus hominibus & amicis suis *Francis* & *Anglis* salutem. Notum sit vobis omnibus me concessisse & hac mea carta confirmasse Deo & sancto *Martino* de *Sagio* ecclesiam sanctæ *Mariæ* de **Lancastre** [&c. ut in chartis precedent.] Hæc omnia concessi & confirmavi sicut *Rogerus Pictavensis* eis dedit & confirmavit. T. *Rogero* de *Planes* (*&c.*) Nos autem cartas literas & scripta predicta & omnia in eis contenta rata habentes & grata, ea pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto nobis in Christo *Johanni Innocent*, Priori ecclesie beatæ *Mariæ Lancastr*. & successoribus suis Prioribus loci predicti ratificamus approbamus concedimus & confirmamus sicut carte literæ & scripta predicta rationabiliter testantur & prout idē Prior & predecessores sui ecclesias advocationes decimas terras, tenementa possessiones, piscarias, & reddit⁹ predicta hactenus rationabiliter habuerunt & tenuerunt, & libertatibus & consuetudinibus predictis hactenus rationabiliter usi sunt & gavisi. In cujus &c. T. R. apud *Westmonaster*. xxj. die Octobris. Pro duabus marcis solutis in hanapario.

Literæ comendatoriæ à domino Papa *Urbano*.

Ex ipso autographo penes *Thomam Dalton* ar.

URbanus *episcopus*, *servus servorum Dei*, *dilecto filio* Gulielmo Raymbant, *monacho monasterio sancti* Martini Sagiensis, *ordinis sancti* Benedicti, *salutem & apostolicam benedictionem*. *Religionis zelus*, *vitæ ac morum honestas*, *aliaque probitatis*, *& virtutum merita*, *super quibus apud nos fide digno commendatis testimonio*, *nos inducunt*, *ut tibi reddamur ad gratiam liberales*. *Nuper siquidem de persona dilecti filii* Petri *abbatis monasterii sancti* Martini Sagiensis, *ordinis sancti* Benedicti, *eidem monasterio tunc vacanti*, *auctoritate apostolica*, *duximus providendum*. *Cum itaque propterea Prioratus beatæ* Mariæ *de* Lancastria, *dicti ordinis*, Eboracensis *diocesis*, *ab eodem monasterio dependens*, *& per monachos dicti monasterii solitus gubernari*, *quem idem abbas*, *tempore provisionis hujusmodi obtinebat*, *prout obtinet quam primum ipse administrationem bonorum dicti monasterii sucrit pacificam assecutus*, *vacare speretur*: *Nos volentes tibi*, (*pro quo etiam idem abbas asserens te dictum ordinem*, *in eodem monasterio*, *jam viginti duo anni elapsi*, *fuisse expresse professum*, *& in eodem Prioratu pluribus annis moram traxisse*, *& linguam illarum partium scire*, *& bene loqui*, *nobis super hoc humiliter supplicavit*,) *premissorum intuitu gratiam facere specialem*, *dictum Prioratum*, *cujus fructus*, *redditus*, *& proventus*, *octuaginta librarum sterlingorum*, *secundum taxationem decimæ*, *valorem annuatim*, *ut asseritur*, *non excedunt*, *de quibus*, *ut asseritur*, *Prior dicti Prioratus*, *qui est pro tempore*, *habet solvere abbati ejusdem monasterii*, *qui est pro tempore*, *ad supportandum onera ei incumbentia*, *pensionem annuam quinquaquinta marcharum sterlingorum*; *necnon preter hospitalitatem consuetam*, *quinque monachos ejusdem monasterii*, *tres presbiteros*, *& duos clericos*, *ac plures alios familiares in eodem Prioratu tenere*; *etiam si ipsi Prioratus cura immineat animarum*, *cum illum premisso*, *vel alio quovis modo*, *preterquam per ipsius abbatis obitum*, *vacare contigerit*, *conferendum tibi cum omnibus juribus*, *& pertinentiis suis donationi apostolicæ reservamus*, *districtius inhibentes eidem abbati qui est pro tempore*, *& dilectis filiis conventui ejusdem monasterii*, *ac illi vel illis*, *ad quem*, *vel ad quos dicti Prioratus collatio*, *provisio*, *presentatio seu quevis alia dispositio pertinet*, *communiter vel divisim*, *ne de dicto Prioratu contra reservationem nostram hujusmodi disponere quoquo modo presumat*, *ac decernentes exnunc irritum*, *& inane*, *si secus super his à quoquam*, *quavis auctoritate*, *scienter*, *vel ignoranter contigerit attemptari*, *non obstantibus &c*. *Dat*. *apud* Avinionem *xij*. *kalend*. *Decembris pontificatus nostri anno quinto*.

Quieta clamatio abbatis & conventus Sagiensis *super ecclesia de* **Pellinges**.

Cartæ antiquæ literæ Z. n. 26.

UNiversis &c. *Henricus* abbas Sagii, Priori & conventui de *Lancastria* salutem. Noverit universi as vestra quod nos, jus & clamium quod habuimus in ecclesia de **Pellinges**, *Rogero* de *Monte-begonis*, & heredibus suis, communi assensu, quietum clamavimus; ita quod nec nos, nec successores nostri adversus ipsum, vel heredes suos, vel clericum suum, quæstionem inde movebimus. Et prædictus *Rogerus*, & heredes sui, & clerici sui totum jus & clamium quod habuerunt in capella de **Guerlingham** nobis quietum in perpetuum clamaverunt, & nobis quæstionem nunquam movebunt; Concessit etiam prædictus *Rogerus* quod quicunque in ecclesia prædicta fuerit institutus, jurabit quod duos solidos ad pascha,

cha, eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Lancaſtria*, pro ſalute animæ ipſius *Rogeri*, & anteceſſorum ſuorum, annuatim caritativè ad luminare perſolvet, & ſupra præfata capella nobis queſtionem nunquam movebit, & nos de prædicta eccleſia nihil amplius quam prædictos duos ſolidos exigerimus.

Appropriatio eccleſiæ de **Lancaſtre** *cum capellis, eidem Prioratui.*

Ex regiſtro ... archiep. *Ebor.* part. 3. fol. 3.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, has literas viſuris, vel audituris, *Johannes Romanus* archidiaconus *Richemundiæ* ſalutem in eo, qui vera eſt ſalus. Cum omnes prælati ſanctam religionem plantare, & plantatam augmentare teneantur: Nos attendentes humilitatem, & honeſtatem abbatis, & conventus ſancti *Martini Sagienſis*, Prioris & monachorum *Lancaſtriæ*, & ſtatum ejuſdem Prioratus: Et cum noſtri ſit officii, beneficia, quæ à fidelibus, ſacris locis, & religioſis, pro ſalute animarum, in elemoſinam perpetuam, in archidiaconatu noſtro dinoſcuntur eſſe collata tueri, & perpetuis firmare munimentis: Nos Deum habentes præ oculis, divinæ pietatis intuitu dictis abbati, & conventui, Priori, & monachis *Lancaſtriæ*, eccleſiam beatæ *Mariæ Lancaſtriæ*, cum omnibus terris, decimis, poſſeſſionibus, & capellis ad dictam eccleſiam ſpectantibus; videlicet, cum capellis de **Gerſingham**, de **Caton**, de **Overton**; & ſpecialiter capellam de **Stalemine**, & medietatem eccleſiæ de **Pulton** & capellam de **Biſcopham**, quas in præſentiâ poſſident, eiſdem confirmamus. Volumus etiam, & concedimus, quod dicti abbas, & conventus, Prior, & monachi *Lancaſtriæ*, poſt deceſſum illius, qui aliam medietatem dictarum eccleſiæ, & capellæ de **Pulton**, & **Biſcopham** poſſidet, illam in proprios uſus, eis à nobis appropriatam, teneant inperpetuum, & poſſideant, ita tamen ut, cum ambæ partes eis accreverint, fiat ibi vicarius qui ad eſtimationem bonorum virorum viginti marcas nomine vicariæ percipiet, & omnia onera dictam eccleſiam, & capellam contingentia debita, & conſueta ſuſtinebit, & per prædictos abbatem, & conventum ad dictam vicariam archidiacono *Richemundiæ* qui pro tempore fuerit præſentabitur, & inſtitutionem & curam animarum recipiet ab eodem, & eis alias de temporalibus, ſi neceſſe fuerit, reſpondebit. Volumus præterea, & concedimus, quod ipſi eccleſiam ſuam *Lancaſtriæ* cum pertinentiis prædictis, ita teneant, & poſſideant ſicut antea tenuerunt, abſque cohertione aliquâ, inſtituendis ibidem vicariis, niſi eis placuerit, à nobis vel ſucceſſoribus noſtris archidiaconis *Richemundiæ*, eis ſuper hoc de cætero facienda; penſionem verò dimidiæ marcæ argenti, quam percipiunt in eccleſiâ de **Heſsham**, de quâ ſunt patroni, eiſdem confirmamus. Volumus etiam, & permittimus, quod ſi aliquo caſu contingat nos vel ſucceſſores noſtros contra iſtam appropriationem, & confirmationem, autoritate ordinariâ, ſeu in delegata venire, cadamus à jure, proprietate, & poſſeſſione eccleſiæ de **Bolton**, ita quod ad ipſos abbatem & conventum jus patronatus dictæ eccleſiæ, & antiqua penſio, ſicut prius liberè & pacificè, ſine reclamatione, & contradictione aliqua revertatur. In cujus rei teſtimonium & confirmationem, huic preſenti ſcripto ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum apud *Eboracum* iij. nonas Martii Anno gratiæ MCCxlvj. parte 3. fo. 3.

Carta archiepiſcopi ſuper eccleſia de **Boulton** *juxta* Lancaſtriam *archidiaconatui* Richemundiæ *annexa.*

Ibid. part. 2. fol. 100.

WAlterus Dei gratia *Eboraci* archiepiſcopus *Angliæ* primas omnibus Chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit ſalutem & Dei benedictionem. Eccleſiam de **Boulton** propè *Lancaſtriam*, in qua archidiaconus *Richemundiæ* annuam quadraginta ſolidorum optinet penſionem, eidem archidiaconatui de capitulo noſtro *Eboraci* decernimus eſſe perpetuo annexam. Statuentes, ut cum vacaverit, archidiaconus *Richemundiæ* qui pro tempore fuerit eandem eccleſiam in uſus proprios convertat & poſſideat pleno jure. In cujus rei teſtimonium tam ſigillum noſtrum, quam ſigillum prædicti capituli præſentibus eſt appenſum. Actum menſe Januarii anno Domini MCCLxvij.

Genealogie des fondateurs ou reſtaurateurs de l' abbaye de S. *Martin* de *Sees.*

Iuter collect. MS. *Andreæ du Cheſne* illuſtriſſimi regis franchiſtoriog.

D'Yues *de* Beleſme *deſcendit* Guillaume *de* Beleſme, *du quel deſcendit* Yues *de* Beleſme, *eveſque de* Sees, *&* Guillaume *de* Taluas *pere de* Mabile *qui fut conteſſe d'* Alencon. *La quelle le dit* Taluas *donna a mariage à* Roger *vicomte de* Montgomeri. *Deſquels* Roger *&* Mabille *deſcendirent cinque filz, & quatre filles, dont les noms enſuivent.* Robertus, Hugues, Roger, Philippes, *&* Arnoult. Matilde, Anees, Mabille, *&* Sibylle. *Le dit* Roger *de* Montgomery *&* Mabille *ſa femme furent reſtaurateurs & non les fondateurs de l' abbaye & monaſtere de S.* Martin *de* Sees, *comme il appert par les anciens tiltres & enſeignements de la dit abbaye* (&c.) *De tous les enfans du dit* Roger *trois ſeulement ont auſmons quelques choſes a la dite abbaye, ceſtaſcavoir* Robert *aiſne*, Roger *&* Arnoult.

Roger *donna le prieure de* Lancaſtre *en* Angleterre *come il appert par la chartre du dit* Roger, *la quelle comence ainſi.*

Lancaſtriæ Prioratus

In nomine ſanctæ & individuæ trinitatis. Notum ſit omnibus tam poſteris quam præſentibus quod *Rogerius* comes cognomine *Pictavienſis* anno ab incarnatione Domini MXCiiij. pro ſua ſuorumque tam prædeceſſorum quam ſucceſſorum animabus domino ac ſancto *Martino* fratribuſque in cœnobio *Sagienſi* & in præſenti & in futuro degentibus, ſolutè ac quiete imperpetuum ut elemoſinam donavit eccleſiam de **Lancaſtre** cum omnibus ad eam pertinentibus.

Arnoult *comte de* Pembroch *donna a la dite abbaye beaucoup de terres & poſſeſſions en ſon comte de* Pembroch, *ainſi qu' il eſt amplement declare par la chartre du dit* Arnoult *qui comence.*

In nomine patris & filii & ſpiritus ſancti, Amen. Cum multis & frequentibus exemplorum documentis compertum habeatur, omnes hominum actus

actus qui literarum apicibus non mandantur, aut facile á memoria labi, aut in deterius depravari. Qualem & quantam *Arnulfus*, filius *Rogerii* comitis, vir magnæ probitatis optimique testimonii erga fratres in cœnobio *Sagiensi* sub regulari conversatione degentes habuerit amicitiam, omnibus tam posteris quàm præsentibus notum fieri volumus. Anno igitur ab incarnatione Domini MXCviij. indictione vj. cal. Septembris in capitulo S. *Martini Sagii*, præsente domino *Serlone*, ejusdem civitatis episcopo, & domino *Radulpho* abbate, prædictus vir pro sua su que patris *Rogerii*, necnon & sui fratris *Hugonis* comitis, qui eodem anno occisus fuerat, animabus, domino & S. *Martino* fratribusque in cœnobio *Sagiensi* tam victuris quàm viventibus imperpetuum solutè & quietè ut elemosinam apud **Deinbroch** quoddam castrum quod in *Walis* habebat, ecclesiam sancti *Nicholai* in eodem castro positam, & xx. carucatas terre cum omnibus quæ sui homines vel dederant vel daturi prædictæ ecclesiæ erant donavit.

Robert *filz aisne de* Roger *de* Montgomeri *eut en son partage les terres deca la mere, tant a cause de son pere que de sa mere, asçavoir* Belesme, Alencon, Sees, Berney, *& le comte de* Montgomery. *Il confirma du vivant mesme de son pere toutes les choses que ses pere & mere avoient donné à la dite abbaie, comme il appert par plusieurs chartres Signees de son pere & de lui, & principalement par celle qui fait mention de l'election du second abbe du dit monasterie (&c.)*

OTRITONENSIS
Prioratus in agro Devonienſi, *cella abbatiæ de* Monte S. Michaelis *in periculo maris.*

Præceptum regis eſcaetori ſuo unde fundatio hujuſmodi Prioratus conſtat.

Claus 6. E. 3. m. 19.

REX dilecto ſibi *Henrico le* **Guilden** eſcaetori ſuo in com. *Sommerſet. Devon. & Cornub.* ſalutem. Cum nos nuper certiorari volentes ſuper modo & cauſa capcionis & detencionis duorum ferlingorum terre Prioris de **Dteryton** cum pertinentiis in **Buddele**; necnon portus de **Dterymuth** ejuſdem Prioris, una cum piſcaria ipſius Prioris in aqua ibidem per dilectum & fidelem noſtrum *Willielmum Truſſel* nuper eſcaetorem noſtrum circa *Trentam* in manum noſtram, & etiam ſuper cauſa diſtrictionis quam eidem Priori fieri fecit, pro quadam cantaria apud **Dteryton** ſuſtentanda, & certa elemoſina ibidem diſtribuenda, mandaverimus eidem *Willielmo* quod nos ſuper modo & cauſa prædictis redderet in cancellaria noſtra certiores; ac idem *Willielmus* nobis certificaverit quod non cepit in manum noſtram tenementa prædicta ſed quod *Robertus Selyman*, nuper eſcaetor noſter citra *Trentam* prædeceſſor ſuus tempore ſubſtitutionis ſue in officio prædicto inter alia terras & tenementa in comitatu *Devon.* liberavit ſibi per indenturam duos ferlingos terre in **Buddele**, & portum de **Dterymuth** cum piſcaria, aſſerens unum ferlingum dictæ terræ, necnon prædictum portum cum piſcaria eſſe in manu noſtra occaſione tranſgreſſionis quam abbas ſancti *Michaelis* in periculo maris per Priorem ſuum de **Dteryton** fecit, appropriando terram illam de *Thoma le* **Bzode**, & dictos portum & piſcariam poſt publicationem ſtatuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis editi; & alium ferlingum terræ prædictum, eſſe in manu noſtra ratione alienationis, quam idem abbas inde fecit *Nicholao Heraud*, & quod dictum Priorem diſtrinxit ad cantariam & elemoſinam prædictas faciendas, pro eo quod per memoranda de tempore *Simonis* de **Bereford** nuper eſcaetoris noſtri citra *Trentam* penes ipſum exſtentia invenit, quod idem *Simon* aſſerebat ſe inveniſſe per inquiſitionem coram ipſo ex officio ſuo captam, quod *Johannes* quondam rex *Anglie* fundavit Prioratum de **Dteryton** pro animabus progenitorum ſuorum, & ordinavit ibidem quatuor monachos ad celebranda divina ibidem imperpetuum & ad diſtribuendum pauperibus ibidem venientibus qualibet ſeptimana imperpetuum panem ad valentiam ſexdecim ſolidorum; & quod idem rex dedit eiſdem monachis ad ſuſtentandas prædictas cantariam & elemoſinam maneria de **Dteryton Divemuth** & **Buddele**, quæ valent per annum centum libræ; quodque eædem cantaria & elemoſina non modicum tempus fuerunt in præjudicium noſtrum, & nos poſtmodum ad proſecutionem ipſius Prioris aſſerentis abbates loci prædicti de dictis terra, portu & piſcaria à tempore quo non extat memoria ſemper uſque ad captionem eorundem in manum noſtram pacificè ſeiſitos extitiſſe, & ipſius abbates vel eorum aliquem nulla terras ſeu tenementa in **Buddele** de præfato *Thoma* aliquo tempore, neque ante publicationem ſtatuti prædicti, neque poſt adquiſiviſſe; & quod maneria prædicta collata fuerint eccleſiæ ſancti *Michaelis in periculo maris*, & monachis ibidem Deo ſervientibus per celebris memoriæ *Willielmum* conqueſtorem dudum *Anglie* regem progenitorem noſtrum, habenda & tenenda eiſdem monachis & ſucceſſoribus ſuis in puram & perpetuam elemoſinam de quocunque onere quieta, volentes ſuper præmiſſis certiorari; mandaverimus præfato *Willielmo* tunc eſcaetori quod ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis & aliis articulis ea contingentibus diligentem faceret inquiſitionem: Et jam per inquiſitionem inde per præfatum *Willielmum* tunc eſcaetorem, de mandato noſtro factam & in cancellariam noſtram retornatam, compertum ſit quod prædictus abbas per præfatum Priorem ſuum de **Dteryton** ſibi non appropriavit poſt ſtatutum prædictum unum ferlingum terræ cum pertinentiis in **Buddele**, neque portum de **Dterymuth** cum piſcaria in aqua ibidem prout ſuperius ſupponitur, & quod idem abbas & prædeceſſores ſui de eiſdem ferlingo ter-

ræ portu & piſcaria, ut de jure eccleſiæ ſuæ prædictæ ratione maneriorum ſuorum prædictorum, à dicto tempore quo non extat memoria, ſeiſiti fuerint; & quod idem abbas non alienavit aliquam partem terræ præfato *Nicholao* de manerio ſuo de **Ludele**, quod de nobis tenet in capite; quodque maneria de **Oteryton, Sydemuth** & **Buddele** collata fuerint per progenitores noſtros Deo & dictæ eccleſiæ ſancti *Michaelis*, & monachis ibidem Deo ſervientibus in puram & perpetuam elemoſinam, abſque aliquo onere cantariarum, ſeu elemoſinarum largitione facienda in Proratu prædicto pro eiſdem. Nos habita conſideratione ad hoc, quod in certificatione theſaurarii, & baronum noſtrorum de ſcaccario nobis in cancellariam noſtram de mandato noſtro miſſa continetur, quod rex *Willielmus* primus dedit in puram elemoſinam dictum manerium de **Oteryton** cum pertinentiis, abbatiæ de *periculo maris* in *Normannia Montis* ſancti *Michaelis*, & dedit abbatiæ de **Radinges** quando eam fundavit, volentéque eidem abbati in præmiſſis fieri quod eſt juſtum, vobis mandamus quod manum noſtram de prædictis terra portu & piſcaria cum pertinentiis ſine dilatione ammoventes, necnon diſtrictionibus faciendis eidem abbati ratione cantariæ, & elemoſinarum prædictarum ſuperſederi facientes, vos inde ulterius non intromittatis, & exitus ſi quos inde perceperitis illis quorum fuerint ſine dilatione reſtituatis, jure noſtro inde in omnibus ſemper ſalvo. Teſte rege apud **Wodeſtok** xxvij. die Julii.

Litera patentes regis E. 3.

Pat 5 Ed. 3 par. 1. mem. 29.

REX omnibus ad quos &c. ſalutem. Sciatis quod cum celebris memoriæ dominus *W.* quondam rex *Angliæ* progenitor noſter, dediſſet abbati de *Monte* ſancti *Michaelis* in periculo maris maneria de **Otriton** & **Pertecome** cum pertinentiis in comitatu *Devoniæ*, habenda & tenenda eidem abbati & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum: poſtmodum quidam *Robertus* quondam abbas ejuſdem loci, aſſenſu & conſenſu capituli ſui per cartam ſuam unum meſuagium & unam carucatam terræ de prædicto manerio de **Otriton** cum pertinentiis & per aliam cartam ſuam unum meſuagium & unam carucatam terræ de prædicto manerio de **Pertecome** cum pertinentiis *Tholomeo* de **Otriton** dediſſet & conceſſiſſet, habenda & tenenda ſibi & heredibus & aſſignatis ſuis de prefato *Roberto* abbate & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum per ſervicium reddendi pro predictis meſuagio & carucata terræ de dicto manerio de **Otryton** viginti & quatuor ſolidos, & pro prædictis meſuagio & carucata terræ de dicto manerio de **Pertecome** quadraginta & octo ſolidos per annum & faciendi quatuor ſectas ad curiam ipſius abbatis & ſucceſſorum ſuorum de **Otriton** & quatuor ſectas ad curiam ſuam de **Pertecome**. Præfatuſque *Tholomeus* & hæredes ſui à tempore donationis & conceſſionis eidem *Tholomeo* ſic factarum prædicta meſuagia & duas carucatas terræ cum pertinentiis de prædicto abbate & ſucceſſoribus ſuis per ſervicia prædicta pacificè tenuiſſent, quouſque *Robertus Beyſſyn* & *Iſabella* uxor ejus, conſanguinea & hæres predicti *Tholomei* meſuagia & terram prædicta cum pertinentiis *Radulfo le* **Eſpék** per finem inde inter eos in curia noſtra coram juſticiariis noſtris de banco levatum, dederunt & conceſſerunt, habend. eidem *Radulfo* & heredibus ſuis de capitalibus dominis feodi illius per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum. Quo pretextu idem *Radulfus* à tempore donationis & conceſſionis ei ſic factarum pacificè tenuit meſuagia & terram prædicta cum pertinentiis uſque ad tempus quo *Robertus Selyman* nuper eſcaetor noſter citra *Trentam* eadem meſuagia & terram cum pertinentiis occaſione transgreſſionis quam aſſeruit ipſum *Radulfum* feciſſe prædicta meſuagium & terram cum pertinentiis adquirendo, & ea ingrediendo, licentia noſtra ſuper hoc non optenta, cepit in manum noſtram, ſicque in manu noſtra adhuc exiſtunt, ut dicitur. Nos de gratia noſtra ſpeciali pardonavimus eidem *Radulfo* tranſgreſſiones, ſi quæ facta fuerint, in hac parte. Et conceſſimus ei pro nobis & heredibus noſtris, quantum in nobis eſt, quod ipſe predicta meſuagia & duas carucatas terre cum pertinentiis rehabeat & teneat ſibi & heredibus ſuis de capitalibus dominis feodi illius per ſervicia inde debita & conſueta imperpetuum ſine occaſione vel impedimento noſtri vel heredum noſtrorum, juſticiariorum, eſcaetorum, vicecomitum aut aliorum ballivorum ſeu miniſtrorum noſtrorum quorumcumque. In cujus &c. T. R. apud **Wyndeſores** xv. die Februarii.

per ipſum Regem

LODRESENSIS *Prioratus in agro* Dorſetenſi, *cella abbatiæ S.* Mariæ *de* Monteburgo.

Carta regis Henrici *primi.*

Cartæ antiquæ litera R. n. 23.

HEnricus rex *Angliæ*, *Rogero Sariſbirienſi* epiſcopo, & *Arnulfo* camerario, & omnibus baronibus ſuis, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* totius *Angliæ*, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe monaſterio ſanctæ *Mariæ* de *Monte-burgo*, & *Urſoni* ejuſdem loci abbati, pro ſalute animarum patris & matris meæ, pro ſalute etiam animæ meæ, & uxoris meæ, & liberorum meorum, & omnium parentum meorum, manerium de **Lodres**, quod in ejuſdem monaſterii ditione *Benedictus* de *Reduerſis*, me concedente donavit, pro quinque hydis imperpetuum, tam in geldis quam in aliis conſuetudinibus ſe acquietet. Teſtibus *Ranulfo* cancellario, & *Rogero* de *Magnavilla*, & *Walkelino* camerario apud ſanctæ *Mariæ* eccleſiam.

APLEDER-

APLEDERCOMBENSIS
Prioratus in insula Vectis, *cella S.* Mariæ *de* Monte-burgo.

De monachis ejusdem Prioratus ad civitatem Sarum *transferendis.*

Rot. Alem. 13. E. 3. m. 6. In dorso.

REX venerabili in Christo patri *A.* eadem gratia episcopo *Winton*: Salutem. Licet dilecti nobis in Christo Prior de **Appildercoumbe** in insula *Vecta*, & duo socii & commonachi sui alienigenæ à Prioratu suo usque abbatiam de *la Lyre* in dioceſi vestra, per vos virtute cujusdam ordinationis nuper per nos & consilium nostrum factæ de religiosis alienigenis in quibuscunque locis religiosorum infra regnum nostrum prope mare situatis commorantibus, ad alia loca à mari remotiora pretextu turbationis inter nos & illos de *Francia* motæ transferendis; necnon cujusdam mandati nostri vobis inde directi, jam diu est, sint translati, in abbatia illa ad cultus suos proprios quousque aliud duxerimus ordinandum moraturi: Quia tamen ex certis causis jam eidem Priori, pro se & dictis sociis suis, licentiam dedimus & concessimus, quod ipsi cum sibi viderint expedire ad civitatem nostram *Sarum*, quæ multo longius à mari quam dicta abbatia de *la Lyre* distat, ibidem in quibusdam tenementis infra clausum canonicorum ecclesiæ beatæ *Mariæ Sarum* situatis, abbati de *Monte-burgo* in *Normannia* superiori dicti Prioris, ut prebendario prebende de **Lodres** in eadem ecclesia *Sarum* ab antiquo pertinentibus, nuper in manum nostram captis, & eidem Priori sub nomine Prioris de **Lodres** per nos pro quodam certo annuatim nobis reddendo commissis, absque impedimento transferre se valeant, ibidem in forma prædicta moraturi: Vobis mandamus quod cum per prædictum Priorem super præmissis requisiti fueritis, tunc ipsum Priorem & dictos socios suos, se ad dictam civitatem *Sarum* ibidem in tenementis prædictis, sicut prædictum est, moraturos, absque impedimento transferre permittatis, juxta licentiam nostram supradictam, dicto mandato vobis sic directo non obstante. T. custode prædicto apud **Kempton** xviij. die Julii.

FRAMPTONENSE
Cœnobium in agro Dorsetensi, *cella S.* Stephani *de* Cadomo *in* Normannia.

Charta regum, de confirmatione.

Par. 2. M. 4. par. 1. m. 13.

R. Omnibus ad quos &c. Salutem. Inspeximus *(&c.)* cartam celebris memoriæ domini *R.* quondam regis *Anglia* progenitoris nostri in hæc verba. *Ricardus* Dei gratia rex *Anglia*, dux *Normannia*, *Aquitania*, comes *Andegavia*, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ballivis, & omnibus ministris & fidelibus suis salutem. Sciatis nos concessisse, & hac presenti carta nostra confirmasse ecclesiæ sancti *Stephani* de *Cadomo* & monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ nostræ, patris & matris ac parentum & antecessorum nostrorum, quicquid rex *W.* abavus noster, & *Matildis* regina uxor ejus, dederunt & concesserunt Deo & sancto *Stephano* de *Cadomo*, scilicet duo maneria in *Dorsetta Frontonam* videlicet, & **Bientome**, cum membris & appendentiis suis, **Alphiltcome**, **Bothestome**, **Dimonsetune**, **Arnelai**, **Sedelinch**, *Wynterborna* **Ceitnelstorbich**, soluta, libera, & quieta, in bosco & plano, in pratis & pasuis, in viis & semitis, in aquis & molendinis, in piscariis, & in omnibus rebus, libertatibus, & dignitatibus & consuetudinibus ad ipsa maneria pertinentibus. Et manerium quoddam, scilicet **Northam** situm in comitatu de *Devensira*, cum omnibus pertinentiis suis, in terris & aquis, & salinis, liberum & quietum de *Warrecche*, & de *Scyra* & *hundreto*, cum consuetudine navium ibidem venientium. Et in *Birchesira* apud **Hemreth** vij. hidas terræ liberas solutas & quietas, & homines habitantes in eis, de omnibus consuetudinibus liberos & quietos. Et in *Essessa* maneriolum de *Penfelda*, cum bosco & landis sibi adjacentibus, solidum & quietum ab omnibus consuetudinibus, quod dedit *Walerannus* filius *Randulfi*, cum tota decima sue alterius terre, videlicet de **Tidesham**, & de **Esyngesham**, & de *Foleburna*, & de *Almeleia*, & de *Buris*, & cum mansione terre infra *Londoniam* in *Wodestrata*, quieta de **gelth**, & de **scoth**, & do omni alia consuetudine; & mercatores ementes in ea & vendentes solutos liberos & quietos. Et ecclesiam de *Mortona* quam dedit *W.* de *Escoeis* sancto *Stephano*, liberam & quietam, cum virgulto & terra & decima eidem ecclesiæ pertinentibus. Et in **Norfolc**, de dono ejusdem *W.* **Welles** cum omnibus appendenciis in *Gaitona*, cum ecclesia & decima que sibi pertinent. Confirmavimus etiam donum quod fecit sancto *Stephano Henricus* rex proavus noster, de manerio de *Bridetona* in *Dorsetta*, solidum liberum & quietum, & omnia alia maneria suprascripta soluta libera & quieta de *Werecche* & de *Scira* & de *hundreto*, cum *socho* & *sacha* & **thol** & **them** & **Wanganetheof**, & de **denegueit**, & de omnibus aliis consuetudinibus pro redemptione sui patris, & matris, uxoris, parentum, antecessorum, & successorum suorum, & nominatim pro corona ceterisque ornamentis eidem corone adjacentibus que pater suus rex *W.* moriens sancto *Stephano* dimiserat, que illi predicti monachi reddiderunt. Concedimus etiam & confirmamus monachis sancti *Stephani* de eadem donum quod fecit eis *H.* rex pater noster, quod ipsi imperpetuum habeant cralpeisum & omne genus piscis quod in terra eorum *Anglia* casualiter applicuerit & concordiam abbatis de eadem & *Ricardi* filii *Eddæ* factam apud *Londoniam*, & concordiam factam inter monachos sancti *Stephani* & ministros regis, de terra de **Ezidepost**, & de *Bridetona*. Et donum quod fecit *W.* de *Abrincis* ecclesiæ sancte *Mariæ* de *Mertona* de duabus

garbis dominii ſui cum decimatione dominii ſui, ſcilicet de molendino, & pannagio, & caſeo, & vitulis, & pullis, & agnis, & pomis, & nucibus, in perpetuam elemoſinam. Et meſuagium *Johannis* capellani, quod eſt juxta cimiterium cum linario quæ jacet juxta prædictum meſuagium. Quare volumus & firmiter precipimus, quod prædicta eccleſia ſancti *Stephani* & monachi omnia ſuprædicta habeant & teneant bene, & in pace, liberè, & quietè, integrè, & honorificè, & plenariè, cum omnibus pertinentiis ſuis, & cum omnibus libertatibus & dignatibus & conſuetudinibus cum quibus melius & liberius tenuerunt ea temporibus præfatorum regum & noſtro.

Teſtibus, *Wal. Rothomagenſi* archiepiſcopo, *W. Elienſi* epiſcopo, cancellario noſtro. *Henrico Baiocenſi, Radulpho Lexovienſi, W. Conſtantienſi, Johanne Ebroicenſi* epiſcopis, *W.* de *Humet.* Conſtabulario, *W.* filio *Radulphi* ſeneſcallo *Normanniæ.* Dat. per manum *Johannis* de *Aleric. Lexovienſis* archidiaconi, vicecancellarii noſtri apud *Rothomagum* viceſimo die Martii, regni noſtri anno primo.

Nos autem donationes, conceſſiones, confirmationes, & concordias prædictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, dilectis nobis in Chriſto abbati & conventui dicti loci de *Cadomo* & eorum ſucceſſoribus concedimus & confirmamus, ſicut carta prædicta rationabiliter teſtatur, & prout iidem abbas & conventus & eorum prædeceſſores maneria, terras, tenementa, eccleſias, & decimas prædicta modo tenent, & ipſi & eorum prædeceſſores ea hactenus tenuerunt, & libertatibus prædictis hucuſque rationabiliter uſi ſunt & gaviſi. Huis teſtibus venerabilibus patribus *I. Wynton.* epiſcopo cancellario noſtro, *J. Elien.* & *W. Norwicen.* epiſcopis, *Johanne* de **Eltham** comite *Cornubiæ* fratre noſtro cariſſimo, *Ricardo* comite de **Arundell**, *Thoma Wake* de **Lidel**, *Radulfo* de **Nevyll**, ſeneſcallo hoſpicii noſtr. & aliis. Dat. per manum noſtram apud *Weſtmon.* octavo die Septembris, anno regni noſtri ſexto (*&c.*)

SWAVESEIENSE
Cœnobium in agro Cantabrigienſi, *Cella Abb. S.* Sergii & Bachi *in* Andegavia.

Carta Alani *Comitis* Britanniæ.

Ex regiſt. de *Swaveſey.* tranſcript. per *S. Low. Knyveton*, & inter ejus collectanea repere.

QUoniam generatio præterit & generatio advenit, hac cartâ notificare decrevimus qualiter comes *Alanus Rufus*, divina gratia adminiculante, eccleſiæ Chriſti martyrum *Sergii, Bachi*, & ſancti *Brioci* ibidem requieſcentium donavit eccleſiam de **Swaveſey** cum tota ſepultura. & totis oblationibus liberam ab omni exactione & ſervicio, & conſuetudine epiſcopali, ſicut eatenus habuerant & tenuerant, præter ſex denarios ad paſcha pro chriſmate. Et quando archidiaconus celebraverit ſynodum, ibit monachus uno dierum quo voluerit, non propter conſuetudinem, ſed propter archidiaconi amorem & epiſcopi honorem, & ut præcepta eccleſiaſtica audiat. Donavit etiam totas decimas ſuas de omnibus rebus in **Swaveſey** & in berewichis ad eam pertinentibus; ſcilicet **Bercham**, **Papeorð**, ſive **Papworth**, *Quenpola* ſive **Wimpoll**, **Toſte**, *Bechia*, id eſt de omnibus annonis, vitulis, agnellis, porcellis, lanis, caſeis; præter quod presbyteri habent de uno berwicorum unum agrum frumenti & alterum avenæ. Donavit etiam decimam pratorum, & omnium piſcariarum ſuarum, & de omnibus prædantibus piſcium. Et donavit duos ortos. Donavit etiam quicquid proprii apud quandam villam habebat quæ *Draitona* vocatur. Hanc autem elemoſynam dedit ipſe comes pro anima ſua, & pro anima domini ſui regis *Anglorum Willielmi*, & pro anima *Mathildis* reginæ, cujus auxilio honorem adquiſierint, & pro animabus filiorum & filiarum Regis, & pro anima patris ſui *Eudonis* comitis, & pro animabus parentum ſuorum vivorum & mortuorum. Hujus autem glorioſi principis rogatu & admonitione, donaverunt omnes homines in **Swaveſey** Deo & ſancto *Andrea*, & monachis totas decimas ſuas de annonis. Hujus elemoſinæ ſunt teſtes *Guinemarus* dapifer, *Odo* camerarius *Guidonis*, *Ribaldus*, & *Bardulfus* fratres comitis, & *Hamonis* de *Doll.* qui præcepto comitis obedientiam monachis deliberavit, ſcilicet *Gervaſio, Garnerio*, & *Waltero.* Conceſſit etiam idem comes apud *Roveciſtriam Yvoni* monacho paſcua ſua in **Swaveſey** beſtiis monachorum per omnia ſicut propriis beſtiis. Teſtes *Guinemarus* dapifer, *Odo* camerarius, *Harſ*..... de ſancto *Jacobo*, *Ogerius* filius *Guidonari*, *Guidomarus* famulus monachorum, *Hamo* de *Doll. Arquisellus* de *Furnellis*, & multi alii.

Carta *Stephani* comitis *Britanniæ.*

EGo Stephanus *Dei gratia* Britannorum *comes*, *concedo eccleſiæ Chriſti martyris* Sergii, & Bachi, *ſanctique* Briocii *decimam integrè quam fratres mei, & anteceſſores in* Anglia, *videlicet in eccleſiis, in decimis, in terris, in pratis, & in omnibus omnino rebus quas monachi ipſius eccleſiæ ſub fratribus meis poſſiderunt. Hæc volo ut quietè habeant & teneant. Atque ex mea parte adjungo huic elemoſinæ decimam molendinorum meorum quæ ſunt in* Cantabrigia, *& piſcaturas de* **Swaveſey**, *& terram illam quæ eſt ante portam eorum.* Ibid.

Horum omnium donum & confirmationem feci apud Lamballum *per manum abbatis* Galteri, *qui ibi meam præſentiam adierat, & de beneficio ſuæ eccleſiæ me requiſivit; Et poſt mortem meam tantum pro me fieri quantum pro monacho profeſſo conceſſit apud* Lamballum, *tertio Calendas Novembris anno ab incarnatione domini*.....

Carta Willielmi la Zouche.

OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſentes literæ pervenerint *Willielmus la Zouche* filius *Rogeri la Zouche* ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis nos inſpexiſſe omnes chartas Ibid.

& mu-

& munimenta *Rogeri* patris nostri, ac chartas & munimenta *Alani Zouche* avi nostri quondam comitis *Britanniæ* facta Priori de Swavesey. Nos igitur præfatus *Willielmus* omnes chartas & munimenta prædicta confirmavimus *(&c.)* Et quandocunque & quotiescunque contigerit dictum Prioratum in aliquo tempore de Priore vacare, volumus & concedimus pro nobis hæredibus & assignatis nostris, quod presentatus sive denominatus sit à venerabili viro abbate sancti *Sergii* & *Bachi Andegavensis*, qui pro tempore fuerit, & statim sine aliqua difficultate, per nos seu assignatos nostros admittatur, in quorumcunque manus manerium nostrum de Swavesey inposterum devenerit; Et ulterius per nos seu assignatos episcopo diœcesis ibidem præsentetur & instituatur secundùm consuetudinem patriæ ibidem usitatam.

BLAKENHAMENSE
Cœnobium in agro Suffolciensi, *cella S.* Mariæ Beccensis.

Carta Walteri Giffard.

Ex ipso autographo penes præpositum & socios collegii regalis *Etonensis.*

Walterus Giffardus dedit ecclesiæ sanctæ *Mariæ Beccensis* manerium suum de Blacheam quod est in Sudfolch, ideo illud de Rege tenebat, hoc est, quicquid in ipso manerio habebat. Testes *Rodulfus* de Langetot, *Rogerus* Costentin, *Alueredus* de sancta *Fide*, *Rodulfus* de *Ulfranvilla*. Hanc donationem concessit Rex *Willielmus*, Regis *Guilelmi* filius, pro anima sua, & pro anima patris sui, & matris suæ, & coram baronibus suis, sigillo suo firmavit.

✠ Signum Regis. ✠ Archiepiscopus *Ebroicensis*. ✠ Episcopus de sancto *Laudo*. ✠ Episcopus *Lincolniensis*. ✠ Episcopus *Herefort*. Episcopus ✠ de Wircestre. ✠ Comes *Alanus*. ✠ Comes *Hugo* de Cestre. ✠ *Rogerus* de *Montgomerici*. ✠ *Henricus* de Guarunic. ✠ *Rogerus Pictaviensis*. ✠ *Eudo* Dapifer. ✠ *Gisleb*ertus filius *Ricardi*. ✠ *Rogerus Bigot*. ✠ *Guillelmus* de *Perceio*. *Hugo* de *M* ✠ *onfort*. *Henricus* ✠ filius Regis.

Carta *Sibillæ* de Tyngrie de una hida terræ in Balgeham.

Ibid. *Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit*, Sibilla *de* Tyngrie, *filia* Farami *de* Bolonia, *domina de* Clopham, *quæ est in Christo salutem. Noverit universitas vestra me, in viduitate, & libera potestate mea, recognovisse, & concessisse, & presenti carta mea confirmasse, pro Deo & salute animæ meæ, & antecessorum, & successorum meorum, & pro fraternitate ecclesiæ* Beccensis, *donationem quam antecessores mei fecerunt Deo, & dictæ ecclesiæ beatæ* Mariæ Becci, *& monachis ibidem Deo deservientibus de j. hida terræ cũ omnibus pertinentiis suis in* Balgha*m, quæ pertinebat ad manerium de* Clopham. *Tenenda & habenda prædictis monachis, & successoribus suis in puram & perpetuam elemosinam. Et ego* Sibilla, *& hæredes mei Warantizabimus prædictam hidam terræ, cum omnibus pertinentiis prædictæ ecclesiæ, & monachis ibidem Deo servientibus, & in perpetuum servituris, contra omnes gentes; & aquietabimus eam de omnibus servitiis, consuetudinibus, & exactionibus in perpetuum. Pro hac autem concessione, & confirmatione, prædicti monachi dederunt mihi quadraginta solidos esterlingorum per manum* Willielmi *de* Wanetinge, *tunc procuratoris de* Rislepe. *Ut autem hæc concessio, & confirmatio rata, & inconcussa permaneat, præsens scriptum sigilli mei appositione corroboravi. Hiis testibus*, Martino *de* Pateshill, Ricardo *de* Gravenell, Waltero *de* Wendlewrythe, Ricardo *de* Hapsord, Penteeostes *de* Wendlesworthe, Roberto *de* Wymbeldon, Henrico *de* Dona, Arnaldo Ruffo, Oliue London, Radulfo, & Johanne *de* Wytecroste *fratribus*, Roberto *persona de* Stretham, & Andrea *de* Croindon *clerico, qui hanc scripsit cartam, & multis aliis.*

COGESENSIS *Prioratus in agro* Oxoniensi, *cella Abbatiæ de* Fiscampe.

Carta Manasseri Arsic.

Cartæ antiquæ lineæ S. n. 8.

Manasser Arsic omnibus hominibus suis, clericis, militibus, & laicis, salutem & dilectionem. Quoniam antecessores nostri, viri religiosi, in honorem domini & beatæ *Mariæ* semper virginis, omniumq; sanctorum, pro remissione peccatorum sanctas ecclesias constituere, & eas jure inviolato decimas & elemosinas habere decernere, justum atque pium vobis eorum beneficiis participare volentibus esse decernitur, si quid diminutum fuerit ad integrum reformare. Et quoniam Rex, per scriptum suum, mihi mandavit, quatinus decimas à parentibus meis inviolabili jure concessas & datas *Fiscanensi* ecclesiæ, quod monachos meos, apud Coges degentes, omnes eas in pace, & quiete habere faciam, si non justitiæ suæ faciant: Igitur vobis fidelibus meis mandando præcipio, quatinus, nulla causa impediente, decimas omnium dominiorum meorum, & omnium militum meorum, monachos meos in manu sua, sine contradictione habere permittatis. Si quis autem aliter facere præsumerit, Regis iræ & nostræ pœnam sine dubio patietur.

Alia Carta ejusdem *Manasseri Arsic.*

Ibid. n. 9. *Anno ab incarnatione Domini MCiij.* Manasserus Arsic *renovavit cartam suam, quam prius* Fiscanensi *ecclesia fecerat, de rebus suis coram domino* Willielmo *abbate tertio, & monachis, & hominibus ejusdem, tertio nonas Novembris apud* Cogis, *& ibi tunc concessit domum suam de* 1103.

Cogis, *ad ecclesiam inde faciendam, & ecclesiam ipsius villæ, cum terra ad eam pertinente, & terram ad duas carucas, & boscum ad ardendum, & ad omnia opera monachorum & viridarium sunm. Dedit apud* **Fellingford** *ecclesiam villæ, cum terra ad eam pertinente, & totam decimam villæ & duo molendina in eadem villa, & duas carucatas terræ apud* Sobrintona. *Dedit de suo dominio duas garbas decimæ suæ apud* **Rostcam**, *duas garbas de suo coridio apud* **Bapesdereham**, *duas garbas decimæ suæ apud* **Frongham**. *Duas garbas decimæ suæ ad* Dunethedam ; *Duas garbas decimæ suæ apud* Capeiam ; *duas garbas decimæ suæ de* Cumba, *duas garbas de* Swenduna ; *duas garbas de* Kersingtona : *duas garbas de* **Wilecot** ; *duas garbas ad* **Tiwet** *quicquid ibi habet* ; *ad* **Newinton** *duas garbas* ; *ad* **Berton** *duas garbas* ; *ad* **Fretwell** *duas garbas, ad* **Lodewell** *duas garbas : in* **Lideseye** *duas garbas, de toftis & de* Orisberia ; *Et de* **Dingham** *dedit, & decimas de cunctis denariis suis ; & de pullis equarum suarum, de vitulis, de ovibus, de caseis, de lana, & decimas de omnibus rebus suis, & decimas de omnibus hominibus prædictarum villarum, dedit & quadraginta acras prati apud* **Cogis**. *Concessit etiam & pratum* Willielmi *de* Willecota. *Hæc omnia dedit volente & consentiente uxore sua, & filiis suis. Testes horum ex parte sanctæ* Trinitatis. Willielmus Malus conductus, Ingelramus, Radulfus *filius* Anketilli, Robertus Grislon, &c; *Ex parte* Manasseri, Willielmus *de* Becco, Robertus *de* Gundevilla, Robertus *de* Cundeio, Serlo *de* Haduna. *Signum* Manasseri ✠. *Signum uxoris suæ* ✠. *Signum* Roberti *filii ejus* ✠. *Signum* Willielmi *de* Becco ✠. *Signum* Roberti *de* Cundeio ✠. *Signum* Roberti *de* Gundevilla ✠.

Anno post hæc MCvij. Manasses *& uxor ejus tenentes* Fiscannensis, *dederunt sanctæ* Trinitati *Ecclesiam de* Sobrintona, *& totam decimam villæ, simul & terram presbyteri ejusdem villæ.*

Hæc omnia ego Henricus, *gratia Dei Rex* Anglorum, *& princeps* Normannorum, *concedo immunia ab omni exactione seculari, & crucis* Christi *carectere confirmo* ✠, *ac Sigilli mei impressione corrobora. Ad hæc fuerunt Barones,* Robertus *episcopus* Lincolniæ, Ranulfus *Cancellarius*, Gilbertus *de* Aquila, Willielmus *de* Tanquervilla, *&* Ludovicus *filius* Huberti *Senescalli. Ex parte sanctæ* Trinitatis, Willielmus *filius* Geraldi, *&* Ingelramus *Senescallus. Hæc autem factum apud* **Stanford**, *tertio nonas Julii, MCx ab incarnatione Domini.*

VVESTVVODE

Prioratus in agro Wigornienſi, *Cella Abbatiæ de* Fonte-Ebraudi.

Carta Regis Henrici *secundi.*

Henricus Dei gratia rex *Anglia* & dux *Nor.* & *Aquit.* & comes *Andeg.* Archiepiscopis (*&c.*) Salutem. Sciatis me concessisse, quod in loco de **Westwud** in *Wigornienſi* comitatu sit conventus sanctimonialium de ecclesia *Fontis Ebraudi*, & quod in pace, liberè & honorificè, integrè & plenariè habeant omnia sua tenementa quæ *Osbertus* filius *Hugonis*, & *Eustachia* de **Say** mater sua dederunt in elemosinas ecclesiæ *Fontis Ebraudi*, scilicet *Westwudam* ad assartandam, & ad parcum, si voluerint, faciendam ; Et *Cruchiam* & salinarium de *Wichio* & ecclesiam de *Cedernggia* cum omnibus pertinentiis suis. Concedo etiam & hac presenti carta mea confirmo, ut eædem sanctimoniales de **Westwude** habeant & teneant omnia hæc prædicta, & omnia alia quæ adhuc adipisci poterint in perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis. Quare volo (*&c.*) T. *T.* cancellario, & *Ricardo* de **Lucy**, & *Manas.* Biset dapifero, & *Bernardo* de S. *Walerico*, & *Willielmo* de *Bello-campo* apud *Wygorniam.*

Pat. 17. E. 4 part. 2. m. 14. per Inspex.

WELLES *Prioratus, in agro* Norfolciensi, * *Cella Abbatiæ de* Cadomo *in* Normannia.

* Pat. 18. H. 6. parte 2 m. 18.

De Manerio de **Wells**, *& ecclesia de* **Geytun.**

Universis Christi fidelibus ad quos literæ istæ perventuræ sunt, *Jordanus* Prior de *Acra* & conventus sanctæ *Mariæ* de *Acra* salutem in domino. Gestarum rerum memoriam scriptis committimus, ut futurarum litium materiam de medio tollamus : Volumus itaque in omnium noticiam devenire nos liti quæ hactenus inter nos & dilectos nobis in Christo monachos de *Cadomo* vertebatur super manerio quod *Wella* dicitur, & ecclesia de **Gaytun**, & omnibus pertinentiis ejus penitus cessisse & in perpetuum renunciasse. Præfati verò monachi ad hanc renuntiationem, pro dampnis & expensis nostris resartiendis, decem marcas argenti nobis dederunt, & insuper omnem indignationem & querimoniam ecclesiæ nostræ perpetuò remiserunt. Ut itaque presens scriptum

Ex registro de *Castleacre* in bibl. *Dunelmensi*, an. 1644. fol. 87. b.

tum firmum atque perpetuum robur optineat, illud sigilli nostri testimonio communimus. Teste *Godwino* Priore de *Westacra*. *Eudone* canonico, *Hereberto* Priore manerii, *Roberto* Priore de *Frams*. *Radulfo* presbytero de **Gaytun**, *Radulfo* capellano, *Edmundo* de **Gaytun**, *Willielmo* presbitero de **Hereford**, *Johanne* de *Nereb*. *Bartholomæo*, *Nicholao*, *Richardo*.

De custodia Prioratus de **Paunfeld & Welles.**

Ibid. REx omnibus ad quod &c. Salutem. Sciatis quod per manucaptionem *Roberti Calx* de comitatu *Norfolciæ* & *Egidii* de **Wennok** de comitatu *Salopiæ*, commisimus dilecto nob s *Hugoni Fastolf* custodiam Prioratus de **Paunfeld & Welles** alienigenæ, & omnium possessionum eidem spectantium. Habend: a festo sancti *Michaelis* ultimo preterito quandiu guerra inter nos & illos de *Francia* mota duraverit. Reddendo inde nobis per annum quadraginta libras ad scaccaria *Paschæ* & sancti *Michaelis* per equales portiones. Et solvendo cuidam monacho ibidem existenti decem libras per annum, ad festa prædicta pro sustentatione sua. Ita quod idem *Hugo* decimas cum clero regni nostri, quotiens & quando concessæ fuerint, fideliter solvat, & omnia onera ordinaria & extraordinaria eidem Prioratui incumbentia faciat & supportet, ac domos & edificia dicto Prioratui spectantia sustentet bene & competenter absque vasto seu destructione. Et si contingat dictum monachum obire, vel regnum transire, tunc dictus *Hugo* dictas decem libras per annum nobis solvat ad festa prædicta ultra quadraginta libras prædictas. In cujus rei testimonium, &c. Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto die Decembris anno * quadragesimo septimo.

* Ita MS.

Memorandum, quod *Hugo Fastolf* cepit ad firmam de rege Prioratum de **Panfeld & Wells** decimo quarto die Decembris anno Regis *Edwardi* quadragesimo septimo, post cujus datum vicarius de **Geyton** tenuit manerium de **Welles hall**, de dicto *Hugone* per unum annum. Item *Symon* de **Flytham** per duos annos. Item *Johannis Baynard* tenuit per tres annos. Summa pensionum dicti manerii per idem tempus de Priore de *Castelacra* sexaginta & sex marc. videlicet per annum undecim marc. unde solutæ Priori de *Castelacra* per manus *Simonis* de **Flytham** viginti marc. Item per manus *Johannis Baynard* undecim marc. Item per eundem *Johannem* per manus vicarii de **Geyton** & *Johannis Diggs* undecim marc. Summa solutionis Priori de *Castelacra* quadraginta & ij. marc. Et sic debentur Priori de *Castelacra* primo die mensis Octobris, Anno regni Regis *Ricardi* secundi post conquestum tertio viginti & quatuor marc.

Breve Regis de fidelitate & relevio requirendis.

Rot. fin. de an. 9. H. 6. mem. 7. REx Escaetori suo in comitatu *Norffolciæ* salutem. Quia accepimus per inquisitionem quam per te fieri fecimus quod dominus *Henricus* nuper Rex *Angliæ* pater noster per literas suas patentes vicesimo quinto die Junii anno regni sui tertio concessit *Johanni Wodehous* armigero defuncto per nomen dilecti Armigeri sui *Johannis Wodehous*, inter alia, manerium vocatum Prioratum sive domum de **Welles** in comitatu prædicto alienigenam, unà cum omnibus terris tenementis redditibus, servitiis, feodis militum, & advocationibus ecclesiarum ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, necnon aliis pertinentiis & possessionibus quibuscunque eidem manerio seu Prioratui aut domui infra regnum suum *Angliæ* qualitercunque pertinentibus sive spectantibus, rectoria de **Geyton** in comitatu prædicto cum pertinentiis ac ecclesia parochiali ibidem prædicto Prioratui sive domui de **Welles** ab antiquo appropriata, necnon omnimodis decimis, oblationibus, obventionibus, emolumentis, & aliis proficuis & commoditatibus quibuscunque ad easdem ecclesiam & rectoriam pertinentibus & de eisdem quoquo modo extunc imposterum provenientibus dumtaxat exceptis, & dicto patri nostro & hæredibus suis reservatis, Habendum & tenendum manerium, Prioratum, sive domum prædicta cum omnibus terris, tenementis, redditibus, servitiis, feodis militum & advocationibus ecclesiarum ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque, necnon aliis pertinentiis & possessionibus prædictis, exceptis præexceptis, inter alia, præfato *Johanni* hæredibus & assignatis suis imperpetuum. Reddendo indo eidem patri nostro & hæredibus suis quolibet anno ad festum Nativitatis sancti *Johannis Baptistæ* unam rosam pro omnimodis serviciis, exactionibus, demandis, firmis, apportis, & aliis secularibus serv ciis & onēribus quibuscunque. Et sic prædictus *Johannes* tenuit die quo obiit in dominico suo ut de feodo manerium prædictum cum pertinentiis, exceptis præexceptis, de nobis in capite per servicium prædictum. Quodque *Henricus* filius ejusdem *Johannis* est hæres ejus propinquior & etatis viginti & quatuor annorum & amplius, Tibi præcipimus quod capta fidelitate ipsius *Henrici* nobis in hac parte debita juxta formam cujusdam cedule præsentibus intercluse, & accepta securitate à præfato *Henrico* de rationabili relevio suo nobis solvendo ad scaccarium nostrum, eidem *Henrico* de manerio prædicto cum pertinentiis in balliva tua, exceptis præexceptis, quod per mortem prefati *Johannis* captum est in manum nostram, plenam seisinam sine dilatione habere facias salvo jure cujuslibet. T. *Humfrido* duce *Glouc.* custode *Angliæ*, Apud *Westmon.* xviij. die Maii.

Carta Regis de restitutione Prioratus.

Pat. 9. E. 4. par. 1. m 5. *REX omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod cum manerium sive Prioratus de* **Welles** *alienigena cum pertinentiis in comitatu* Norffolciæ *quondam per* Willielmum *de* Estoit *Deo & ecclesiæ sancti* Stephani *de* Cadomo *in* Normannia *ac tunc monachis ibidem Deo servientibus, in augmentationem divini cultus ibidem, Habendum sibi & successoribus suis, in liberam puram & perpetuam elemosinam in perpetuum datum fuit & concessum; postea que manerium sive Prioratus ille cum pertinentiis in manus domini* Edwardi *nuper Regis* Angliæ *tertii post conquestum progenitoris nostri occasione guerræ inter ipsum & tunc adversariam suum* Franciæ *mota seisitum fuerit, & in*

& in manibus suis ac heredum & successorum suorum nuper regum Angliæ *ea occasione remansit, & in manibus nostris jam existat: Nos volentes quod manerium sive Prioratus predicti, quod abolim spiritualibus annexus fuit, ad suam naturam pristinam revertatur, cum spiritualibus spiritualia melere competat, de gracia nostra speciali & ob internam devotionem quam ad dictum sanctum* Stephanum *Protomartyrem, in cujus honore libera capella nostra ejusdem sancti* Stephani *infra palacium nostrum* Westmon. *dedicatur, gerimus & habemus, dedimus & concessimus, & per presentes damus & concedimus, dilectis nobis in Christo Decano & canonicis libere capelle nostre predicte domum, manerium, sive Prioratum de* **Welles** *alienigenam, aliàs dictum Prioratum sive domum de* **Welles** *alienigenam, aliàs dictum manerium sive dominium de* **Welhall**, *cum pertinentiis in comitatu predicto, cum ecclesia, sive rectoria de* Gaitona, *& cum omnibus membris, maneriis, terris, tenementis, redditibus, serviciis, feodis militum, advocationibus ecclesiarum, vicariarum, capellarum, cantariarum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, wardis, maritagiis, releviis, escaetis, curiis, lestis, hundredis, Rectoriis, decimis, oblationibus, elemosinis, pencionibus, porcionibus, libertatibus, Franchesiis, & aliis possessionibus & pertinentiis infra regnum* Angliæ, *que Deo & sancto* Stephano *aut monachis ecclesie sancti* Stephani *de* Cadomo *prelibato aliquo tempore pertinebant quibuscunque, ad exorandum & divina peragendum pro bono statu nostro ac predilectissime consortis nostre* Elizabethæ *regine* Angliæ, *dum vixerimus, & pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, Habenda & tenenda domum, manerium, sive Prioratum predictum, cum pertinentiis ac cetera premissa quecunque à festo sancti* Michaelis *ultimo preterito, prefatis Decano & Canonicis & successoribus suis in liberam puram & perpetuam elemosinam in perpetuum adeo liberè integrè & quietè sicut aliqua persona vel aliqua persone domum, manerium, sive Prioratum predictum cum pertinentiis ac cetera premissa melius & liberius habuit & tenuit, habuerunt & tenuerunt, ac nos ipsi ea habemus & tenemus, habuimus & tenuimus, seu haberemus & teneremus si modo manibus nostris remanerent, absque impeticione inquietacione molestacione seu perturbatione nostri vel heredum nostrorum, justiciariorum, escaetorum, vicecomitum, ballivorum, seu aliorum officiariorum seu ministrorum nostrorum, vel dictorum heredum nostrorum quorumcunque, statuto, de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstante. Volentes insuper & concedentes ex uberiori gracia & mero motu nostris quod predicti Decanus & Canonici & eorum successores imperpetuum omnibus & singulis libertatibus, quietanciis, & franchesiis quibus ipsi & predecessores sui in quibuscunque maneriis, terris, tenementis, & possessionibus suis per predictum regem* Edwardum *tercium progenitorem nostrum fundatorem dicte capelle seu per nos ante hec tempora concessis hactenus meliùs usi sunt & gavisi, in predicta domo, manerio, sive Prioratu, decimis, terris, & tenementis predictis, & ceteris omnibus premissis, & aliis pertinentiis quibuscunque, ex nunc pacifice gaudeant & utantur imperpetuum. Et ulterius per presentes concedimus prefatis Decano & Canonicis omnia & omnimoda exitus, proficua, & reversiones, domus, manerii, sive Prioratus predicti ac ceterorum omnium premissorum & cujuslibet inde parcella à quarto die Marcii anno regni nostri primo proveniencia & crescencia quovismodo usque in diem confectionis presencium absque aliquo compoto seu aliquo alio inde nobis vel heredibus nostris reddendo. Eo quod expressa mencio de vero valore annuo domus, manerii, sive Prioratus predicti, seu ceterorum premissorum aut alicujus inde parcelle, aut de aliis donis sive concessionibus eisdem Decano & Canonicis & successoribus suis, vel alicui predecessorum suorum & successoribus suis per nos aut progenitores nostros seu predecessores ante hec tempore factis in presentibus minimè facta existat, aut aliquo statuto sive ordinacione facta edito seu ordinato non obstante.*

In cujus &c. T. R. apud Westmon. *decimo die Marcii.*

PATRICKSBURNENSE
Cœnobium in agro Canciano, *cella de* Bello-loco *in* Normannia.

Inquisitio.

INquisitio capta apud *Cantuariam* coram *Willielmo* de **Hoyth** escaetore domini Regis in comitatibus *Kancia* (*&c.*) die martis proxima post festum sancti *Nicolai* anno regni Regis *Edwardi* tertii à conquestu sexto, virtute brevis domini Regis huic inquisitioni consuti, per sacramentum *Thomæ* de **Ozenebam** (*&c.*) Qui dicunt super sacramentum suum, quod dominus Rex nunc, nec aliquis progenitorum suorum tempore vacationis Prioratus de *Belloloco* in *Normania*, custodiam de manerio ipsius Prioris de **Patrickesburne**, nec de aliis terris & tenementis ad prædictum Prioratum quoquomodo spectantibus in comitatu *Kancie* prædicto, non habuerunt, exitus nec proficua aliqua inde provenientia perceperunt, nec inde in aliquo, aliquibus temporibus retroactis, intromisit; nec quod Priores dicti loci fidelitates domino Regi nunc seu progenitoribus suis, hactenus fecerunt. Et dicunt quod quidam *Johannes de Pratellis*, qui prædictum manerium quondam tenuit de Rege in capite, ut de hæreditate uxoris suæ, dedit manerium prædictum Priori, & conventui ejusdem loci, tenendum in puram & perpetuam elemosinam. Quam quidem donationem dominus *Johannes* Rex confirmavit per cartam suam. Et dicunt quod dominium dicti manerii, post mortem uxoris ejusdem *Johannis* de *Pratellis* descendebat antecessoribus *Galfridi* de **Say**, & sic dictus Prior tenet de dicto *Galfrido* de **Say** in puram & perpetuam

Escaet. de *Ad quod dampnum*, 6 E. 3. n. 48.

petuam elemosinam, & reddendo pro ipso *Galfrido*, ad castrum *Roffense* singulis annis xij. solidos in festo sancti *Andreæ*. In cujus rei testimonium huic inquisitioni prædicti juratores sigilla sua apposuerunt die & anno supradictis.

STOKE-CURCY
in agro Devonienſi, *cella Abbatiæ de* Lonley *in* Gallia.

De Richardo Amys, *Priore Prioratus de* **Stokecurcy** *ad informandum curiam de fundatione Prioratus prædicti.*

Records de termino S. Mich 6. H. 4.

Vide Esc. 49. E. 3. part. 2. n. 4.

INter alia compertum est, quod dictus *Richardus* Prior informavit curiam, & exhibuit curiæ quendam rotulum, factum & compilatum de diversis munimentis, dicto Prioratui de **Stokecurcy**, à diversis dominis datis, & concessis: in quo quidem rotulo, inter alia, continetur; videlicet, *Hugo* de *Novilla* concessit, & confirmavit Deo, & monachis de **Stokecurcy** ecclesiam sancti *Andreæ* de **Stokecurcy**, cum tota terra quæ eidem ecclesiæ pertinet, & cum tota decima parochiæ, & cum omnibus decimis omnium rerum quas ibidem possedit, etiam cum decima totius gabuli terræ suæ, quam aqua quæ dicitur **Perheu** ab oriente secludit videlicet de **Stoke** cum pertinentiis, & de *la* **Ranetwey**, & **Wyton**, & totam decimam ejusdem villæ de **Stokecurcy**, equarum, & pecudum; & duas partes decimæ de **Wiletone**, & duas partes decimæ de **Lullingstok**, & totam decimam de **Thenton**. Concedit etiam pastum pecoribus ipsorum in omni loco ubi sua fuerint pecora, & ligna usui eorum necessaria, in silva quæ dicitur **Cantok**, & capellationem domus suæ, dum in villa fuerit; & ecclesiam de **Wytone**, & molendinum novum, & decimam columbarum de columbariis suis de **Stokecurcy**, & omnes possessiones suas, quibus dictos monachos tempore suo invenit scisitos, in manerio prædicto. Habend. & tenend. in puram & perpetuam elemosinam, liberam, & quietam ab omni seculari servitio & exactione. Et quod *Willelmus* de **Curcy**, dapifer domini Regis *Angliæ* concessit, & scripto suo confirmavit, ecclesiæ sancti *Andreæ* de **Stokes**, & monachis in eadem ecclesia Deo servientibus, unam hidam terræ, cum tota decima parochiæ, & cum omnibus decimis omnium rerum quas ibi possidet, & totam decimam ejusdem villæ, scilicet, equarum, & pecudum, & duas partes decimæ de **Bekyntone**, & totam decimam unius faldæ de *Comba*, & duas partes decimæ *Wiltoniæ*, & duas partes decimæ de **Lullinstok**, & totam decimam de **Tyenton**, & ecclesiam in *Walliis*, cum tota decima parochiæ, cui nomen est **Tregru**, concedente *Roberto Martini* filio, & pasturam pecoribus ipsorum, ubicunque sua fuerint pecora; & ligna usui eorum necessaria, in bosco suo, quod dicitur **Cantok**, & capellariam domus suæ quantum in villa fuerint; Et ecclesiam *Wytoniæ*, & ecclesiam de **Lullinstok**, cum omnibus rectitudinibus ecclesiis pertinentibus, & molendinum novum, & terram cujusdam rustici, cui nomen *Tuerra*; & terram **Thynelande**, & unum sterlingum terræ, & unam acram prati, & dimidiam virgatam de **Bzeche**, & decimam gabuli totius terræ suæ, quam aqua, quæ dicitur **Perheu**, ab oriente secludit, plenariè, & integre tenendum, & si fortè, redditus terræ suæ, crevit, aut crescat, crescat etiam eorum decima. Insuper dat, concedit, & confirmat eidem ecclesiæ de **Stoke**, & ejusdem loci monachis, locum quendam in *Wika*, ad orreum faciendum, triginta pedum in longitudine, octodecem in latitudine, salvo tamen quod non faciant resentiam ibi de gentibus; Et quod *Willielmus* de **Curcy** concessit, & confirmavit, Deo & sancto *Mariæ* de **Lunlay**, & monachis ejusdem loci, unam hidam terræ, & ecclesiam sancti *Andreæ* de **Stoke**, cum omnibus terris, & rectitudinibus ad ea pertinentibus; & jus ecclesiarum de *Wytona*, & de **Lullingstoke**, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, prædictis ecclesiis spectantibus: & molendinum novum, & terram cujusdam rustici cui nomen *Tuerra*: & terram quæ dicitur **Tynelande**, & dimidiam virgatam terræ, de *la* **Bzeche**, in puram & perpetuam elemosinam perpetuo possidendum. Et quod *Johannes* de *Novilla* concessit & confirmavit Deo & beatæ *Mariæ* de **Lunlay** & monachis de **Stokecurcy**, in puram, liberam, & perpetuam elemosinam ecclesiam sancti *Andreæ* de **Suntistok**, cum tota pertinente ad ecclesiam sanctæ *Mariæ Langiled*, & cum una hida terræ, & cum tota decima parochiæ, & cum omnibus decimis omnium rerum, quas ibi possidet: etiam cum tota decima totius gabuli, &c.

SHIRBURNENSE
cœnobium in agro Hantonienſi, *cella abbatiæ ſancti* Vigoris Ceraſii.

Charta Henrici *de* Portu, *fundatoris*.

Ex ipso autographo, penes præp. fitum & locio collegii reginæ Oxon.

QUoniam vita mortalium brevi admodum intercluditur spatio, nec habet aliquid homo de omnibus quæ sub sole possidet nisi ea quæ pauperibus ministrat & largitur, quoniam inquam ita se habet divinæ dispensationis ordinatio, placuit mihi *Henrico* de **Portu** in spe salutis eternæ aliquas ex rebus meis sanctæ conferre ecclesiæ. Contuli itaque Deo & sancto *Vigori Ceraſii*, pro salute animæ domini mei Regis *Henrici*, & pro anima *Guillelmi* patris sui, & pro animabus patris & matris meæ, atque pro mei ipsius salute & uxoris meæ & infantium meorum & amicorum meorum & hominum, totam *Sirburnam*, quæ est à parte occidentali cum nemo-

ribus quæ in ea habentur, & ecclesiam ejusdem villæ cum tota decima, & omnia omnino quæ in eadem villa sunt, præter terram *Gervasii Hwaſtebose*, & præter terram Cresept. His etiam addidi pratum de Langebrige, & molendinum de altera *Sireburna* juxta vivarium, & pratum etiam prædictæ *Sireburna* pertinens; decimam quoque de *Weldequestona*, ecclesiam de Bzummelegue cum decima & terra eidem ecclesiæ pertinentibus. Decimam de Basingis in omni possessione, & unam acram terræ in qua hominos hospitantur. Ecclesiam de Peoham cum decima ipsius villæ tota, & cum decima virgulti, & cum decima duorum molendinorum, & cum una virgata terræ, & altera virgata ad *Mappedreuellam*. Ecclesiam de *Oppertona*, cum decima & una hida terræ, decima de *Liddesseta* de dominio, decimam de *Richemanesio*. Hæc sunt quæ donavi, sicut jam prædixi, ita liberè ut liberè possidebam. Donavi dico Deo & sancto *Vigori Cerasii* tali consideratione, quod abbas conventum monachorum apud præfatam *Sireburnam* poneret, qui Deo ordinatè deservirent; Porro etiam, suffragante Deo, meipsum donavi ad obitum meum ibidem ad sepeliendum.

Henricus de *Porta*, *Hadvis* uxor ejus, *Guillelmus* & *Johannes* filii ejus. *Herbertus* presbiter, *Ulricus* capellanus, *Galfridus* presbiter, *Rogerius* de Scuris, *Henricus* de Bzaibuf, *Robertus* de *Campesesa*, *Guillelmus* frater ejus, *Jordanus* de Ferlie, *Unfridus Pauchevole*, *Willielmus* de *Porlesia*, *Guillelmus* de *Sulleio*, *Henricus* filius *Roberti* de *Campesesa*, *Ypolitus* de Dean, *Gervasius Wastebosa*, *Herveus* de Basli, *Herbertus* de *Aplestede*.

Carta *Johannis* de Poyt.

Ibid. JOhannes *de* Poyt, *omnibus hominibus suis salutem. Concedo & hac presenti carta mea confirmo totam donationem quam* Henricus *de* Poyt *pater meus in elemosinam dedit monachis de* Sireburn; *scilicet totam* Sireburnam, *cum nemoribus & pratis & omnibus aliis quæ ad eam pertinent, & ecclesiam ejusdem villæ, & omnia ei in terris & decimis pertinentia præter terram* Gervasii Gualthus, *& eos ego quietavi de operatione clausturæ parchi mei. Præter hæc confirmo donationem de prato de* Langebrig, *& molendino de altera* Sireburna *quod est juxta vivarium, & pratum quod est juxta* Bozgerstum, *& tres virgatas terræ in eadem* Sireburna, *& dimidiam virgatam terræ quam* Walterius Archerius *tenet. Ecclesiam quoque de* Bromeleia, *cum omnibus sibi pertinentiis. Ecclesiam de* Huppetun *cum omnibus sibi pertinentiis, scilicet una hida terræ cum decimandis, & decimas de* Liveschet *de dominio. Similiter capellam sancti* Michaelis *cum terra veteris castelli de* Basing *cum una acra terræ, & decimas ejusdem villæ de dominio cum omnibus decimandis. Et insuper* Crem *decimam de meo* Harold *de Parco, & totam decimam victus domus meæ. Præter hæc totum, confirmo ecclesiæ prædictæ quinque hidas terræ in* Sipton *quas* Adhewisa *mater mea in elemosinam ecclesiæ prædictæ, libere & quietè tenendas dedit. Porro etiam, Deo suffragante, meipsum donavi in obitu meo ibidem sepeliendum. Hii sunt testes,* Matildis *uxor mea*, Adam, Hugo *filii mei*, Reginaldus *de* Poyt, Henricus *de* Poyt, Matheus *de* Scures, Willielmus *filius* Adæ, Willielmus *filius* Rogeri, Gaufridus *filius* Petri, Gaufridus *de* Caritate, Alexander *de* Punschet, Willielmus *filius* Walchelini, Rodbertus Peccatum, Willielmus *frater ejus*, Rodbertus *de* Poyt, Hugo *de* Bzaibuf, *magister* Osmundus, Rodbertus *de* Poyt *clericus*, & Johannes *frater ejus*, Willielmus *filius* Ansgodi, Herbertus *clericus de* Sireburn, Walterus *filius* Willielmi, Johannes *de* Bzaibuf, Matheus *de* Chent, Osbertus *filius* Gilberti, Petrus *Cocus*, Ricardus *filius* Widonis Duram.

Charta Adæ *de* Poyt.

Ibid. SCiant tam præsentes quam futuri, quod ego *A.* de Poyt dedi & concessi ecclesiæ de Sireburn, & monachis ibidem Deo servientibus in puram & perpetuam elemosinam omnem decimam omnium molendinorum meorum *Sireburnæ* meæ in excambium cujusdam molendini quod habebat in eadem Sireburn ubi nunc est vivarium meum quod *Henricus* de Poyt, avus meus, dedit eis quando fundavit cœnobium eorum, & quod reddebat eis annuatim unam marcam argenti, & omnem molituram domus suæ quietam. Et si decima prædictorum molendinorum minus valuerit quam una marcha, de redditu eorundem molendinorum eis perficietur, & habebunt omnem molituram domus suæ quietam in prædictis molendinis, ita quod quandocunque servientes monachorum venerint ad molendinum, causa molendi, molendino non molente, statim molent, & si quem molentem invenerint, statim post ipsum molent, nisi bladum domini fundi præsens affuerit quod debet præcedere. Et ut hæc mea donatio & concessio permaneat eam presenti carta & sigilli mei suppositione roboravi. Hiis testibus *Sibilla* comitissa uxore mea, *Herberto* decano de *Sareb. Ansgero* capellano, *Roberto* de sancto *Manuet*, *Hugone* de Arundell, *Jvone* de *Anesio*, *Matheo* de Scures, *Eustachio* de Lanua, *Thoma* de Basseuil, *Ernulfo* de Cladisden, *Helia* de *Anesio*, *Gervasio Wastebosa*, *Radulpho* de *Estona*, *Jacobo*.

Carta *Willielmi* de sancto *Johanne*.

Ibid. SCiant (&c.) *quod ego* Willielmus *de sancto* Johanne, *filius & hæres* Adæ *de* Poyt, *concessi & hac præsenti carta mea confirmavi* Willielmo *filio* Willielmi, *terras in* Benetfelda *& in* Chinham *quas* Adam *de* Poyt, *pater meus, & Prior de* Shireburne *& ejusdem loci conventus dederunt* Willielmo *patri suo per cartas suas. Habendum* (&c.) *Hiis testibus*, Hasculio *de* Soleigni, Willielmo *de* Lisuis, Galfrido *de* Windlesores, Ada *de* Bera, Ricardo *de* Warnesoye, Galfrido *de* Bono-fossato *militibus*. Galfrido *de sancto* Johanne, Roberto & Ada *filiis meis*, Roberto *de* Arundell, Radulpho Wiard, Henrico Taillard, Willielmo le Franceis, Willielmo *filio* Nicholai *clerico, præsentis carta notario & multis aliis*.

Concessio

Concessio hospitalis Domus Dei *in* Suthamptona *præposito & scolaribus* Aulæ Reginæ Oxon. *per regem* Edwardum *tertium.*

Ibid. EDwardus Dei gratia rex *Angliæ* (&c.) Sciatis quod cum *Philippa* regina *Angliæ*, consors nostra carissima, caritatis fervore succensa, quandam aulam scholarium capellanorum & aliorum apud *Oxoniam*, de licentia nostra, jam de novo fundaverat, & certas cantarias pro nostro & ipsius consortis nostræ, ac liberorum nostrorum salubri statu cum vitam duxerimus in humanis, & pro animabus nostris cum substracti fuerimus ab hoc mundo, ac animabus progenitorum nostrorum, inibi ordinaverit & stabilierit perpetuis temporibus duraturam. Eademque consors nostra aulam prædictam quibusdam possessionibus pro sustentatione præpositi & scholarium dictæ aulæ & onerum eidem incumbentium supportatione dotaverit; eidemque aulæ & prædictis præposito & scholaribus & successoribus suis possessiones dare & assignare disposuerit ampliores, Deo inspirante. Nos pium & salubre ipsius consortis nostræ in hac parte propositum commendantes, cupientesque eidem consorti nostræ in tam pio negotio in primis participari, de gratia nostra speciali, & ad magis supplementum intentionis dictæ consortis nostræ in hac parte, concessimus præfato Præposito & scholaribus custodiam hospitalis nostri sancti *Juliani* de **Southampton**, *Domus Dei* nuncupati, quod quidem hospitale de nostro patronatu existit. Habendum, regendum, & tenendum eisdem præposito & scholasibus & successoribus suis (&c.) cum omnibus juribus (&c.) imperpetuum. Ita tamen quod iidem præpositi & scholares, & successores sui prædicti omnia onera (&c.) juxta fundationem (&c.) Et de surplusagio exituum eorundem, si quod fuerit, quoddam receptaculum & habitaculum in eodem hospitali, sive domo, pro mora scholarium aulæ prædictæ, si quos languore perpetuo, vel morbo incurabili incuti contigerit invenire, & etiam numerum scholarum in dicta aula jam ordinatum, si surplusagium hujusmodi ad hoc sufficere poterit, augere teneantur imperpetuum. Et eisdem Præposito (&c.) quod ipsi (&c.) cedente vel decedente jam custode prædicti hospitalis (&c.) hospitale illud (&c.) authoritate sua propria (&c.) ingredi, & custodiam (&c.) tenere (&c.) sine occasione vel impedimento nostri, vel hæredum nostrorum (&c.) Teste rege apud turrim **London**..... ..... anno regni *Angliæ* xviij. & *Franciæ* v.

Carta regis *Edwardi* quarti de concessione Prioratus de **Shirburne** hospitali S. *Juliani* in villa de **Southampton.**

Ibid. EDwardus (&c.) *omnibus* (&c.) *Sciatis quod* (&c.) *in augmentationem divini cultus infra hospitale nostrum sancti* Juliani *vocati* Domus Dei *in villa nostra* **Southampton**, *necnon ut dilecti nobis in Christo magister* Johannes Poreson *nunc custos hospitalis prædicti ac nunc capellani & fratres ejusdem hospitalis, ac successores sui, pro salubri statu nostro ac hæredum, & successorum nostrorum dum agimus in humanis, necnon pro animabus nostris cum universæ carnis viam ingressi fuerimus, necnon pro animabus recolendæ memoriæ principis* Ricardi *nuper ducis* Eboraci *patris nostri, ac* Ricardi *nuper comitis* Cantabrigiæ, *avi nostri in eodem hospitali humati, & omnium aliorum progenitorum nostrorum imperpetuum specialius exorare teneantur, dedimus* (&c.) *præfatis nunc custodi* (&c.) *Prioratum alienig. de* **Shireburne** *in comitatu* Suthamptoniæ, *cum omnibus pertinentiis* (&c.) *Habendum* (&c.) *in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. In cujus* (&c.) *Teste* (&c.) *xvj. Febr. anno regni nostri primo.*

BUREWELLENSIS

Prioratus in agro Lincolnienſi, *cella monasterii sanctæ* Mariæ Silvæ-majoris

Charta Johannis *de* Haya.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis hoc scriptum visuris vel audituris, *Johannes* de *Haya*, filius *Johannis* de *Haya*, salutem. Noverit universitas vestra me, consilio & assensu omnium liberè tenentium meorum in **Burewell**, ac pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum, & heredum meorum, concessisse, & de me, & de heredibus meis seu assignatis, omnino & in perpetuum quietum clamasse Deo, & monasterio sanctæ *Mariæ Silvæ-majoris*, & monachis apud **Burewell** commorantibus, omnimodam communam qualemcunque habui, vel habere potero in una placea terræ jacentis ex **North** parte grangiæ dictorum monachorum in **Burewell**. Quam quidem placeam terræ, unà cum aliis terris, dicti monachi habent ex dono antecessorum meorum. Habendam & tenendam dictam placeam terræ, & omnimodam communam qualitercunque ad eandem pertinentem, dictis monachis, & suis successoribus, cum libero introitu, & exitu, super terras suas, & super communam villæ, & cum omnimodis aliis pertinentiis, libertatibus, & aysamentis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam in perpetuum. Ita quod dicti monachi, & sui successores, ad voluntatem suam, possunt dictam placeam, usque ad bundas sitas lateratim, ex **North** parte ejusdem placeæ, claudere per sepem, foisatum vel per murum, & etiam egressum suum, & ingressum facere, sine ulla contradictione, vel impedimento mei, aut hæredum meorum, seu assignatorum. Et ut hec mea concessio, & quieta clamatio firma, & inconcussa permaneant in perpetuum, presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. His testibus, domino *Radulfo* filio *Simonis* de **Dymesby**, domino *Gilberto* de **Thefory** militibus, *Thoma* de **Swaby**, *Galfrido* de **Hastings**, *Richardo* de **Haketon** clerico, *Willielmo* ad fontem de **Burewell**,

Ex autographo in bibl. *Dugdaleiana.* 1648.

well, *Radulfo North*, *Radulfo* filio *Matilde* de eadem villa, *Benedicto* de Wivcale clerico, & aliis.

Litteræ *Gilberti* de Umframvill, abbati *Silvæ-Majoris*, de vacatione Prioratus.

Ex autog. in bibl. Dunelmenſi an. 1648.

A *Honurable homme & ſage de ſeint Religion l' abbe de* Silve-Majour, Gilbert *de* Umframvill, *count* Dangos, *& ſeignur de* Kyme, *heneurs & reverences. Por ce ſeigneur que* Arnul *nadgaires Priour de* Burwelle *eſt a Dieu comaunde, que Dien aſſoil, & la Priorie eſt de la fundacion de noz aunceſtres, & le garde de la dite Priorie a nous partint en temps de voidaunce, vous prionns cherement, que vous veillies mander un Priour covenable ed garrant enſeale ed le comune ſeale de voſtre maiſon par la ſanf gard de la Priorie & pur ſervir la egliſe parochial, car il ny ad chapelain pur ſervir la egliſe ne miniſtrer les ſacramentz au parochiens devant qen averez ordeine meiſmes. Ceſte choſe ſire veillies a cuer prendre come vous veillies la droit & le profit de voſtre meiſon demene ſauner. A Dieu chere ſeignur que vous eit en ſa gard touz jours. Eſcript a noſtre manoir de* Burwelle *le xx. jour de December.*

De part *Gilbert* de *Umframvill*, Count *Dangos*.

LANGKYWANENSIS *Prioratus in* Cambria, *cella Abbatiæ de* Lyra.

Carta de Inſpeximus *dicta.*

Cartæ 54 *Hen.* 3. m. 3.

REX archiepiſcopis, &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam *Edmundus* filius noſter fecit *Petro Mannſel* Priori ſeu cuſtodi Prioratus de Langkywan, in hæc verba. Univerſis preſentes literas inſpecturis, *Edmundus* illuſtris Regis *Anglia* filius ſalutem in domino. Quia conſtat nobis per legitimam inquiſitionem quam fieri fecimus quod Prior ſive cuſtos manerii ſeu Prioratus de Langkywan ad voluntatem abbatis ſui de *Lyra* amovendus eſt, & quod prætextu amotionis ipſius nichil rationabiliter exigere poſſumus nos vel noſtri, licet per predeceſſores noſtros ſeu ballivos vel firmarios eorum in caſtro noſtro de *Groſſo Monte* aliter fuerit uſitatum: Nos volentes graves conſuetudines abolere, quantum ad nos pertinet, conceſſimus ſeu concedimus fratri *Petro Mannſell* Priori ſeu cuſtodi dicte domus nomine abbatis & conventus de *Lyra* & præſenti carta noſtra confirmamus, quod nos, vel hæredes ſeu aſſignati vel ballivi noſtri de *Groſſo Monte*, ſeu aliunde, non poſſimus de cætero in amotione ſubſtitutione vel deceſſu Prioris ſeu cuſtodis dictæ domus de Langkywan, qui pro tempore fuerit, prætextu amotionis, ſubſtitutionis ſeu deceſſus ipſius Prioris vel cuſtodis aliquid exigere, moleſtiam vel gravamen per nos vel noſtros eidem inferre, vel ſeiſinam facere occaſione prædicta, ſalvis nobis ſerviciis, ſectis & conſuetudinibus nobis debitis pro tenemento domus de Langkywan & omnium tenentium de eadem. Et ut hæc noſtra conceſſio rata & ſtabilis permaneat in futurum, præſentem cartam ſigillo noſtro fecimus roborari. Hiis teſtibus, dominis *Gilberto Talbot*, *Willielmo Bagot*, *Ricardo* de Wyh, ſeneſchallis noſtris. Dominis *Roberto & Thoma* de Turbervill, fratribus, *Thoma* de Bray ſeneſcallo noſtro de *Monemua*, & aliis. Dat. apud *Groſſum Montem* xxix. die Maii, anno regni domini Regis patris noſtri lij. Nos autem prædictas conceſſionem & confirmationem ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, concedimus & confirmamus, ſicut carta prædicta rationabiliter teſtatur. Hiis teſtibus, venerabilibus patribus *W. Eboracenſi* archiepiſcopo *Anglia* Primate, (&c.) Dat. per manum noſtram apud *Weſtmon.* xx. die Octobris.

SELENSE *Cœnobium in agro* Suſſexienſi, *cella S.* Florentii Salmurenſis.

Carta fundatorum domus ſancti Petri *de* Sela.

Ex autog. ſub ſigillo in archivis collegii *Magdalenenſis Oxonii.*

EGO *Willielmus* de *Braioſa*, pro *Radulfi Waldi* filii, *Radulfique* filii ſui atque *Gaufridi* ruh. anima, & pro meorum remiſſione peccatorum, & pro genitoris genetriciſque meæ anima, & pro *Philippo* filio meo unigenito voluntarie concedente, atq; pro parentum meorum animabus; Nec non pro *Willielmo Anglorum* Rege, atque pro *Matilde* Regina uxore ſua, & pro patrum eorum atque matrum animabus, ac etiam pro filiis filiabusque eorum, ut ipſi annuant hanc elemoſinam & ſiquis inde tortitudinem facere voluerit, ei ad rectitudinem teneant, in Dei omnipotentis *Mariaque* virginis honorem, beatiſſimis martyribus *Gervaſio* & *Prothaſio Hylaris* eorumdem martyrum eccleſiæ totam decimam. Hoc eſt de omni meo lucro dominico molendinorum de *Braioſa*, & telonii paſnagiique decimam, lucum ad calefaciendum & ædificandum ſe atque eorum homines, ſuorum eorumque hominum porcorum paſnagium omneſque ſuorum hominum conſuetudines quietas, excepto quod de eis mutuabo eiſque ſolvam: piſcationum partem tertiam, per omnes aquas piſcandi licentiam, carrucæ unius terram cum pratis. Apud Coxtelles eccleſiam, carrucæ unius terram, molendinum quoddam ſicut in dominio habebam. Apud Scotetum, de eccleſia hoc quod in dominio habebam. De eccleſia de Seurai hoc quod in dominio habebam. Ultra mare, *Scapuleia* eccleſiam, unius caruca terram cum bobus & animalibus quæ ei conveniunt, in plano paſtum liberum, foreſtium & aquarum mearum conſuetudines, in terra *Anglica*, ſicut in *Normannia*. Denariorum meorum ultra mare decimam totam. Et ultra mare & citra omnes ſuorum hominum

conſuetudines

consuetudines & servitia. Et siquis meorum hominum aut dederit aliquid aut vendiderit, annuo. Ad hoc autem, apud *Braiosam* & *Radulfum* carpentarium cum tota terra sua tribuo. In *Anglia* autem ecclesiam S. *Petri* de *Sela*, & S. *Nich.* de *Brenbria*, & S. *Nicholai* de Bozaham, & S. *Petri* de *Veteri-ponte*, cum omnibus omnino decimis & redditibus & ipsis pertinentibus. Hanc elemosinam totam mitto & concedo S. *Florentio*, ejusque abbati & monachis ad obedientiam, eo pacto ut usque dum ecclesia permittatur unus vel duo solummodo monachi eam ædificent: postquam autem perfecta fuerit, per abbatis capitulique considerationem, tot in ea monachi habeantur quot de rebus ejus ad sufficientiam vivere potuerint. Si hæc vero elemosina per me, aut per meos homines & amicos, aut per quemlibet in tantum creverit ut abbatia esse potuerit, per abbatis capitulique electionem imponatur abbas. Donationis hujus testes sunt *Herbertus Gandvini* filius, *Odo* rufus de *Fraxineto*, *Willielmus Godulini* filius, *Radulfus Tustini* filius, *Halselinus*, *Rogerius Porherius*, *Hubertus Bonitus*, *Ricardus* de *Molinellis*, *Reginaldus* Coctus, *Manselius* de *Punctello*, *Alarius* de *Ponte-Aldemeri*, *Gaufridus* de *Faleſia*, *Amelina* filius, *Gaufbertus Bertranni* genet. *Alcherus* ejusdem *Bertranni* filius, *Albericus* faber, *Radulfus Landrici* de *Bacco* filius, *Albericus* sancti *Florentii* famulus. Hoc autem factum est *Radulfo*, *Albaldo*, *Gocelino* de *Haia*, sancti *Florentii* monachis præsentibus. Scriptum hoc dictavit *Primaldus* ejusdem *Braiosensis Willielmi* capellanus, * in die *Veneris*, id est feria sexta, quæ tunc temporis erat tertia ante Purificationem sanctæ *Mariæ*, in sancti *Georgii* ecclesia de *Baucarii* villa. Annuit & confirmavit *Willielmus* Rex *Anglorum* hanc meam elemosinam, & *Mathildis* Regina uxor sua, eorumque filii. Ad hanc annuitionem & confirmationem fuerunt hii. *Odo* consul, *Hugo* consul de *Cestra*, *Alanus* rufus, *Walterus* de *Meduana*. *Henricus* de *Bello-monte*, *Odo Gamelini* filius, *Willielmus Peurellus*, *Willielmus* de *Faleſia*, *Rogerius Bigotus*, *Hunfridus* de *Bohon*, *Ricardusque* ejus filius, *Heunnus* vicecomes, *Radulfus* Terrerii filius, *Hunfelinus*, *Willielmus* monachus *Rodomensisque* archiepiscopus, *Reginaldus* Regis capellanus, *Bernardus Uspachi* filius.

* Nempe 30. Januar. an. dom. 1075. *Guilielmi* primi 10. quod hoc charactere chronologico sic elicio. Siquidem dies Veneris fuerit tertia ante Purificationem, festum ergo Purificationis incidit in diem lunæ. Id vero post annum 1070. quo *Hugo Lupus* consul, sive comes *Cestræ* (testante *Ordorico Vitali* lib. 4.) usque obitum Reginæ *Mathildis* an. 1083. (interierant autem hujus chartæ confirmationi, uti hic videre est, tum Regina ipsa, tum *Hugo* consul *Cestræ*) non nisi semel contingere potuit anno scilicet 1075. Regis *Guilielmi* primi 10.

Notum sit omnibus tam clericis quàm laicis præsentibus ac futuris quatinus *Philippus* de *Braiosa* confirmavit, dum *Jerosolimam* pergeret, donum patris sui quod dedit Deo & ecclesiæ sancti *Florentii* ipse pater ejus *Willielmus* de *Braiosa*, videlicet ecclesiam sanctorum martyrum *Gervasii* & *Prothasii* de *Braiosa*, & ecclesiam sancti *Petri* de *Sela*, & sancti *Nicholai* de *Brenbria*, cum ecclesiis & decimis & redditibus aliis supranominatis ecclesiis appendentibus, & in bosco, & in plano, & in aquis. Ecclesiam autem de *Seapeltria* comutavit monachis sancti *Florentii* pro ecclesia *Wasingtuna*; do qua ecclesia videlicet de *Seapeleia*, habent sæpedicti monachi annuatim iiij. solidos, & totam decimam de dominio. *Jerosolimis* autem prædictus *Philippus* rediens ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Haura Soraham*, quia monachorum prædictorum exiliit juris, diligenter concessit & confirmavit. Hanc confirmationem *Philippi* concessit uxor ejus *Aalor* & *Willielmus* filius suus pridie nonas Januarii. Hujus rei testes sunt, *Silvester* Monachus, *Rogerius* monachus, *Robertus* monachus, alter *Roberius* qui tunc erat Prior de *Sela*, *Robertus* capellanus, *Oliverus* qui dictavit hanc cartam, *Ricardus* de *Haia* cum *Roberto Salvagius*, *Simon* comes, *Willielmus* de *Pointel*, *Hugo* de *Cumbis*, *Buceius*, *Thomas Tallebos*. *Willielmus* filius *Anschetilli*, *Oliverus* de *Sacco*, *Adam* de *Chernella*, & alii quam plurimi.

Notum sit omnibus tam clericis quàm laicis, præsentibus ac futuris, quatinus *Willielmus* de *Braiosa* confirmavit donum avi sui, quod *Philippus* de *Braiosa* pater ejusdem *Willielmi* confirmavit dum *Jerosolimam* perrexit, videlicet ecclesiam sanctorum martyrum *Gervasii* & *Prothasii* de *Braiosa*. Et ecclesiam sancti *Petri* de *Sela*. Et sancti *Nicholai* de *Brenbria*, cum ecclesiis & decimis & redditibus aliis supranominatis ecclesiis appendentibus, & in bosco, & in plano, & in aquis. Quod donum *Willielmus* pater *Philippi* de *Braiosa* dedit Deo & ecclesiæ sancti *Florentii* de *Salmuro*. Et hoc factum fuit pridie nonas Januarii. Ad hanc confirmationem *Willielmi* de *Braiosa* fuit domnus *Seifredus* Dei gratiâ episcopus de *Ciceſtria*. Et *Rodbertus* monacus, qui tunc erat Prior sancti *Petri* de *Sela*. Et *Oliverus* clericus, *Rodbertus Salvagius*, *Fulco* de Perle, *Rodbertus* de *Buci*, & *Simon* comes, qui tunc erat dapifer, *Willielmus Halsait*, *Hugo* de *Cumbis*, *Buceus* de Bellitune, & *Willielmus* filius suus, *Radulfus* de sancto *Andoeno*, *Willielmus* de *Lancingis*, & *Nicholaus Bernehus*, *Willielmus* frater ejus, *Willielmus* Ballard. Et *Willielmus* de *Folceaus*. Ego *Willielmus*, dominus de *Braiosa*, filius *Philippi*, filii avi mei *Willielmi*, omnia quæ in præsenti carta continentur inconcussa & illibata in perpetuum permanere volo, & sigilli mei attestatione confirmo & corroboro. Ad hoc autem testes idoneos adhibeo *Bertam* conjugem meam, *Philippum* fratrem meum, *Paganum* capellanum, *Willielmum Halsard*, *Willielmum Bernehus*.

Quod sit indigena. Vide Pds. 19. R. 2. part. 2. mem. 3.

Carta regis Henrici *secundi scripta donatorum confirmans.*

Paten. an. 1 *Hen.* 4. par. 7. memb. 22 per Inspex.

HEnricus rex *Anglie* & dux *Normannie* & *Aquitannie* & comes *Andegavie*, archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis me concessisse & in perpetuam elemosinam confirmasse Deo & ecclesiæ sancti *Florentii* de *Salmuro* & monachis ibidem Deo servientibus omnes donationes que eis rationabiliter factæ sunt, sicut cartæ & scripta donatorum testantur; videlicet ex dono *Willelmi* de *Braosa*, & *Philippi* filii ejus ecclesiam sanctorum *Gervasii* & *Protasii* de *Braosa*, & ecclesiam sancti *Petri* de *Sela*, & ecclesiam sancti *Nicholai* de *Brenbria*, & ecclesiam sancti *Nicholai* de Shoreham, & ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Porta*; & ecclesiam de *Veteriponte*, & ecclesiam de *Wassynghetona*; & donum quod prædictus *Philippus* eis fecit de prebenda *Gaufridi* de *Brenbria*. Quare volo (*&c.*)

Vide Pat. 2. *R.* 2. parte 2. m. 29.

OKEBURNENSE
Cœnobium in agro Wiltonienſi, *cella de* Becco *in* Normannia.

Carta Matildis *de* Warengeford.

Ex autographo penes præpositum & scholares coll. regalis *Cantabrig.*

SApientum providentia quod firmum haberi statuit, scripture satagit commendare; aliter enim negligentia, vel oblivione, vel fraudulenta veri dissimulatione in posterum à successoribus suis in irritum revocaretur. Iccirco ego *Matildis* de Wallengford notum fieri volo omnibus natis, & nascituris, quod de hereditate mea dedi ecclesiæ sanctæ *Mariæ Becci*, & monachis ibidem Deo servientibus utramque *Occoburnam*, majorem, scilicet, & minorem, & ecclesias eorundem maneriorum, cum omnibus pertinentiis, tam maneriorum quam ecclesiarum ad vestiendum predictos monachos, in liberam & perpetuam elemosinam. Facta est autem hec donatio apud *Brecum*, assensu, & voluntate *Henrici* ducis *Normannorum*, filii *Gaufridi* comitis *Andegavie*, qui hanc donationem concessit, & testimonio carte sue, & sigilli sui appositione confirmavit, & assensu & voluntate *Matildis* imperatricis, matris ejusdem *Henrici*, que & hanc donationem concessit, & carte sue attestatione, & sigilli sui appositione corroboravit. Testibus hiis, *Ricardo* cancellario, *Roberto* de *Curcelo*, *Roberto* de *Neve-burgo*, *Guarino* filio *Geraldi*, magistro *Herberto*, *Rielfo* de Hanſon, *Osberno* de *Hosa*, *Osberno* camerario, & multis aliis.



Ibid.

Carta *Matildis* Dominæ de *Warengfordia.*

SCiant omnes mei homines de Occheburnia *tam presentes, quàm futuri, quod ego* Matillidis *domina de* Warengfordia *concessi & dedi* Ricardo *cognato meo, & heredibus suis, pro servitio suo, illam virgatam terre, cum omnibus pertinentiis suis, quæ fuit* Turgis, *avunculi sui, tenendam & habendam, liberè, & quietè, de omnibus consuetudinibus & servitiis, nisi quod ad comitatum, & ad hundredum, & si aliquod breve ex parte domini regis ad* Occheburniam *venerit quod debeat alibi transferri, predictus* Ricardus *feret illud breve morandi . . . . . ad suam expensam, & postea ad expensam domine. Hiis testibus,* Walterio Foliot, Roberto Foliot, Turgodo *de* Occheburnia, *& aliis pluribus.* Ibid.

Carta Henrici *comitis* Augi.

NOtum sit presentibus, & futuris quod ego *Henricus* comes *Augi*, dedi Deo & sanctæ *Mariæ Becci*, & sancto *Martino* de *Bosco*, & monachis *Becci* ibi Deo servientibus, & servituris manerium de Bou, cum omnibus consuetudinibus suis in bosco, in pascua, in warenna, in perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & omnium parentum & antecessorum meorum. Quapropter precipio, precor, & moneo omnes heredes meos, ut elemosinam meam manutenеant, & ne patiantur, ut aliquis hominibus manerii illius injuriam faciat. Talem etiam libertatem hujus manerii concedo hominibus, ut sint quieti de

de hundredo, & de sciris, & de aliis querelis, de feudo; etiam ne aliquis presumat intrare in warennam predicti manerii causa fugandi, vel capiendi aliquam bestiam nisi per licentiam monachorum. Et ut ista elemosina, & donatio mea firmiter & inconcussa teneatur, presentem cartam sigilli mei munimine corroboravi. Teste *Willielmo* fratre meo, & *Reinaldo* de *Haiseville*, & *Henrico* de *Curcurvilla*, & aliis multis.

Carta *Furami* filii Willielmi Bolonie.

Ibid. *Omnibus fidelibus ecclesie tam presentibus, quàm futuris*, Faramus *filius* Willielmi Bolonie, *quæ est in Christo salutem. Notum sit fraternitati vestre, quod ego recognosco & ex parte mea concedo donationem quam antecessores mei, scilicet*, Gaufridus *filius comitis* Eustacii *de* Bolonia, *avus meus; &* Willielmus *de* Bolonia, *filius ipsius pater meus; fecerunt ecclesie sancte* Marie Becci, *scilicet, unam hidam in* Belgham, *que pertinebat ad manerium de* Clopham, *in elemosinam in perpetuum possidendam, solutam & quietam ab omni servitio quod ad me & ad heredes meos pertinet. Hanc donationem antecessorum meorum concedo pro salute anime mee & ipsorum antecessorum meorum, prefate ecclesie sancte* Marie Becci. *Hujus concessionis mee fuerunt concessores, & testes fratres mei*, Eustacius, & Simon. Hugo *de* Bosevilla, *& uxor ejus, & filii ipsius* Willielmi, & Robertus *de* Bosevilla. Baldwinus Richetala. *Item ex parte ecclesie testes fuerunt*, Robertus *Prior ecclesie sancte* Marie *de* Meritona, *& duo clerici ipsius*, Rainaldus, & Henricus. *Et de fratribus ecclesie* Becci, Ricardus *cellerarius*, & Willielmus *de* Totinges, Willielmus *de* Fresnosa, & Gislebertus *de* Burnevilla, Paganus *filius* Heldrici, Ricardus *clericus*, Osbertus Hertur, Robertus Dano, Rogerus Hoc, Godwinus *de* Ruselep, Hardingus Copin, Ricardus *de* Mericona.

Confirmatio Ricardi *comitis* Cornubie *monachis de* Okeburne.

Ibid. Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Ricardus* comes *Cornubie* salutem in domino. Noveritis nos dedisse, concessisse, & hac præsenti carta nostra confirmasse, pro nobis & heredibus nostris, abbati, & monachis de *Becco*, quod ipsi, & successores sui, & omnes homines sui, quos habent in Honore de Walingeford imperpetuum sint quieti de omnibus sectis curiarum ad nos vel heredes nostros pertinentibus, & etiam de omni exactione & demanda visus franciplegii, hoc solo excepto, quod ballivus noster de Walingeford, singulis annis, semel in anno, infra curiam prædictorum abbatis, & monachorum apud Okeburne ingressum habeat, & visum franciplegii hominum suorum ejusdem manerii, ad videndum, quod pax regia bene conservetur, sine aliqua occasione, & quicquid lucri vel commodi ex illo visu aliquo modo poterit emergere, prædictis abbati, & monachis, vel eorum procuratori remaneat, salvo eidem ballivo ad diem illum hospitio suo competenti ibidem cum tribus equis, vel quatuor ad plus, & cum honesta familia tot equos rationabiliter contingente. Quare volumus, & firmiter præcipimus, pro nobis & heredibus nostris, quod prædicti abbas & monachi, successores & homines eorum, quieti sint de omnibus sectis curiæ, exactionibus & demandis visus franciplegii, ut prædictum est; In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum fecimus apponi. Hiis testibus, *Rogero* de Turkelby, *Henrico* de *Battonia*, *Henrico* de *Mara*, *Rogero* de Aumery, *Stephano* de Chendvyth, *Thoma* de Valoines, *Willielmo Blundel*, *Philippo* de *Eya*, *Rogero* de sancto *Constantino* clerico, & multis aliis. Datum apud Walingeford festo beati *Petri* ad vincula. Anno gratiæ millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio.

WILLESFORDENSIS
Prioratus in agro Lincolnienſi,
cella abbatiæ de Becco *in* Normannia.

In veredicto hundredi de Trehoue.

Ex Rotul. hundr. in arce Lond. Linc.

INquiſitio facta apud Stanford coram dominis *Willielmo* de ſancto *Omero (&c.)*

Item dicunt quod Prior ordinis de *Becco Herlewini* tenet in Willesford, & in Ancaſter unum manerium & novem carucatas terræ, quæ valent per annum xvj. li. & elemoſinantur ex dono *Hugonis* de Evermeme, centum annis elapſis, & amplius, & eas tenet de domino *Baldwino Wake*, quo ſervitio neſciunt, & dictus *Baldwinus* eas tenet de domino rege in capite, quo ſervitio, vel quo waranto dicunt quod neſciunt, & dicunt quod terra prædicta non eſt *geldabilis (&c.)*

WEDON-PINCHENNI
in agro Northamptonienſi,
cella Abbatiæ de S. Luciano
juxta Beauvoys *in* Gallia.

Carta Gilberti *de* Wedon-Pinchenni *de una hida terræ & de uno molendino cum pratis adjacentibus & de decimis ejuſdem villæ & de decimis de dominio meo in* Wapnam.

ROBERTO Dei gratia *Lincolnienſi* epiſcopo & omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, *Gilebertus* de Pinchenni ſalutem. Notum ſit omnibus tam preſentibus quàm futuris, me gratanter in perpetuam elemoſinam conceſſiſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Wedonia*, & fratribus ibidem Deo ſervientibus, omnia quæ *Gilo* avus meus & *Radulfus* pater meus eidem eccleſiæ dederunt, videlicet unam hidam terræ liberam & quietam de ſuo dominio in *Wedonia*, & unum molendinum cum pratis eidem molendino adjacentibus, & omnes decimas ejuſdem villæ, & decimas de dominio meo in Wapnam, videlicet bladi & pecorum & caſeorum & omnium aliarum rerum, exceptis duabus acris bladi, & duobus agnis & duobus caſeis qui presbitero debentur, & decimas de omnibus dominiis meis in quacunque villa fuerint. Maieriemium quoque de ſilva mea ad edificia, & ligna ad queque neceſſaria, & paſcua ſine precio pecoribus eorum. Et præter hæc omnia quæ avus meus & pater meus eis dederunt, Dedi eis in augmento terram duarum plenariè carrucarum præter illam quam ad preſens præfate eccleſiæ hoſpites tenent & excolunt, liberè & quietè perpetuò poſſidendam, pro ſalute mea & omnium amicorum meorum, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum. Ut autem hoc donum ratum & inconcuſſum ſemper exiſtat, uxore mea *Euſtachia* & liberis annuentibus meis, videlicet *Henrico* primogenito meo, & cæteris, ſuper altare prædicte obtuli eccleſiæ, ſub horum teſtimonio, *Odonis* ejuſdem loci Prioris, *Ada*, *Ricardi*, *Radulfi* monachorum, *Hugonis* de Pinchenni, *Radulphi* fratris jam dicti *Gilberti*, *Wiberti*, *Watſonis* de Wapnam, *Ancheri* de Pinchent, *Rogeri* de *Nortona*, & multorum aliorum.

Ex regiſtro de *Burlesdon* penes prænobilem *Georgium* ducem *Buckingham*, an. 1640 fo. 248. a.

Carta *Henrici* de Wedon Pinchenni de decimis de Wedon, & de decimis de dominio meo de Wapnam & de omnibus villis meis eidem eccleſiæ benigne concedo.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Preſentibus declaretur & futuris, quod ego Henricus Pinconienſis, *divina gratia inſpiratus, beneficia univerſa quæ proavus meus* Gilo, *& avus meus* Radulfus, *& pater meus* Gilebertus, *omnium creatori Deo & ſancto* Luciano Beluacenſi, *pro ſe, ſuorumque ſalute omnibus villis ſuis perpetuam in elemoſinam donaverunt, ſuaque carta legitimè confirmaverunt, eidem eccleſiæ benignè concedo. Scilicet, decimam* Odoniæ, *& decimam dominii mei de* Wapnam, Staina, Mortona,

Ibid. fo. 248. b.

Mortona, Wiggeham, Huggelaia *quoque & Dachet; predicte verò ecclesiæ decimam de assartatione dominii mei, scilicet de* Ruhteberthe, *& Hestlea apud* Dachet, *& de omnibus assartationibus meis dominii mei de predictis villis ubicunque assartavero, vel si ego vel quicunque eas excoluerit; pro nostra, anteccessorumque salute, benignè confero, & quicquid concedere potero rationabiliter. Testibus hiis.* Philippo *Priore,* Roberto & Radulfo *monachis, & multis aliis.*

Carta Gilberti *de* Pinkeni *de omnibus villis suis perpetuam in elemosinam donatis, & de cultura in campis de* Wedone, *& de quadraginta acris terræ de dominio.*

Ibid. fo. 249. a. IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, *Amen.* Presentibus declaretur & futuris, quia Ego *Gilebertus Pinconiensis,* divina gratia inspiratus, beneficia universa quæ avus meus *Gilo Pinconiensis,* omnium creatori Deo & sancto *Luciano Belvacensi,* pro se suorumque salute omnibus villis suis perpetuam in elemosinam donavit, suaque carta legitimè confirmavit, & culturam quam pater meus *Radulfus* ecclesiæ *Odonis* cum hospite *Turberto* in elemosinam largitus est, eidem ecclesiæ benignè concedo, cum his quoque xl. acras de dominio meo, pro nostra & anteccessorum nostrorum salute, prædictæ ecclesiæ in elemosinam dono. Et ut monachi sancti *Luciani* ibidem commorantes omnia illa liberè & quietè omni evo teneant & possideant, præsentem cartulam Sigilli mei impressione corroboro. Illam siquidem elemosinam in crastino festivitatis *omnium Sanctorum* devotissimè feci, & annuente uxore mea *Eustachia,* & liberis *Henrico* & *Gilberto,* cum cæteris, donum inde super altare prædictæ ecclesiæ posui. Hiis astantibus & testificantibus, *Adam* Priore, *Edgaro* presbitero, & multis aliis.

Ego *Robertus* de *Pinkonio* dedi in campo aquilonari de Wedon terram illam apud Gamel, cum prato adjacente & in campo australi illam que est juxta viam que ducit ad molendinum monachorum & dedi duas dimid. acras de terra *Sivardi.*

Ibid fo. 246. b. SCiant *presentes & futuri quod ego* Robertus de Pinconio *filius* Henrici, *concessu & voluntate* Henrici *filii mei & heredis, dedi & concessi & presenti carta confirmavi Deo & beate* Mariæ *de* Wedonia *& monachis sancti* Luciani Belvacencis *in predicte* Wedonie *ecclesia domino in perpetuum servituris, in campo aquilonari* Wedon *terram illam apud* Gamel, *cum prato adjacente, & in campo australi illam que est juxta viam que ducit ad molendinum monachorum, & abbuttat* * *acremensium, quas scilicet* Philippus *aliquando tenuit de me, predictis monachis habendas & possidendas liberè & quietè in puram & perpetuam elemosinam, pro me,* Eglina *uxore mea, &* Henrico *filio meo, & aliis successoribus meis, & precipue pro anima* Philippe *filii mea defuncti, & pro animabus anteccessorum nostrorum defunctorum. Preterea quietas clamavi predictis monachis & in puram & perpetuam elemosinam dedi ad proprios usus duas dimidias acras de terra* Sivardi, *quarum una ad* Polenelle, *alia ad* Bju-

* Sic MS.

neszon, *& abbuttat ad viam* Plumton, *quas scilicet* Walcus & Gilbertus *clericus de* Stidetrop *de predicto* Sivardo *& filio ejus* G. *tenuerunt. Hiis testibus,* Nicholao *Priore,* Rogero *monacho, & multis aliis.*

Resignatio Prioratus de Wedon *facta abbatia & conventui de* Witlesden *per abbatem & conventum de sancto* Luciano. Ibid. fo. 254 a.

OMnibus Christi fidelibus presentem cartam indentatam visuris vel audituris, *Robertus* permissione divina abbas monasterii de sancto *Luciano* & ejusdem loci conventus, ordinis sancti *Benedicti Belvacensis* dioc. de *Francia* salutem in omnium salvatore. Noveritis nos, unanimi assensu & consensu dicti conventus nostri, fratrum ac omnium aliorum & singulorum quorum consensus in hac parte requiritur, tam de utilitate & necessitate predicti monasterii nostri, & pro quadam summa auri notabilis nobis & monasterio nostro per religiosos viros abbatem & conventum de Witlesden, *Cisterciensis* ordinis, persolutâ que nostrum monasterium predictum de sancto *Luciano* quod per hostiles incursus extitit combustum & destructum in magna parte nostro facto mediante relevabit, ut speramus, licentiâ illustrissimi principis domini regis *Anglie* in hac parte petitâ & obtentâ, dedisse, concessisse, tradidisse, dimisisse ad perpetuam firmam, & hac presenti carta nostra indentata confirmasse, predictis abbati & conventui de Witlesden ac eorum monasterio & eorum successoribus Prioratum nostrum, rectoriam sine ecclesiam de Wedon Punkeny, & advocationem sine patronatum predicte ecclesie de Wedon, quam in proprios usus tenebamus, una cum advocatione & patronatu vicarie predicte ecclesie de Wedon cum pertinenciis: habend. & tenend. omnia predicta Prioratum, rectoriam, ecclesiam, advocationes, patronatus, una cum omnibus & singulis terris tenementis redditibus & serviciis, consuetudinibus, pensionibus, possessionibus, libertatibus, quietanciis, immunitatibus, decimis, juribus, & privilegiis ad predictum Priorarum, rectoriam, ecclesiam, advocationes, sive patronatus infra regnum *Anglie* spectantibus, cum pertinentiis suis imperpetuum: finitis vero guerris inter reges *Anglie & Francie,* & cum sit stabilis, perpetua, firma, finalis pax & concordia inter reges predictos, & regna *Anglie & Francie,* extunc predicti abbas & conventus de Witlesden, & successores sui reddent inde annuatim nobis prefatis abbati & conventui de sancto *Luciano* & successoribus nostris decem marcas apud *Calesiam* in ecclesia sancte *Marie* ad festum nativitatis sancti *Johannis Baptiste,* pro omnibus exactionibus & demandis premissa negocia tangentibus. Et ad premissam annualem pensionem fideliter persolvendam dictis die & loco, nos prefati abbas & conventus de Witlesden obligamus nos, successores nostros, ac bona nostra, mobilia & immobilia, presencia & futura, ubicunque fuerint reperta, capienda, tenenda, & arrestanda donec de dicta annuali pensione plenarie fuerit satisfactum, ac etiam de dampnis & interesse, si que à retro fuerint de predicta annuali pensione donec plenariè satisfeccrimus de

Recorda de term. Pasch. 16. R. 2.

eisdem. Et ibidem nos predicti abbas & conventus, & successores nostri de sancto *Luciano* litteras acquietanciæ sub nostro communi sigillo sigillatas, super qualibet solutione predictarum decem marcarum annuatim predictis abbati & conventui & successoribus suis de **Bitlesden** dabimus, & annuatim super solutionem dicti redditus deliberabimus. Concessimus etiam per presentes eisdem abbati & conventui de **Bitlesden**, & monasterio suo antedicto & successoribus suis, habita possessione de predictis advocatione & patronatu predicte ecclesie de **Wedon**, predictam ecclesiam de **Wedon** appropriare, & in proprios usus tenere, & possidere sibi & monasterio suo antedicto & successoribus suis imperpetuum. Et nos vero predicti abbas & conventus de sancto *Luciano* & successores nostri omnia & singula predicta Prioratum, ecclesiam, rectoriam, advocationes, patronatus, cum omnibus terris tenementis redditibus, serviciis, consuetudinibus, pensionibus, possessionibus, libertatibus, quietanciis, immunitatibus, decimis, juribus & privilegiis quovismodo ad predicta Prioratum, rectoriam, sive ecclesiam infra regnum *Anglie* spectantibus, predictis abbati & conventui de **Bitlesden** ac monasterio suo antedicto & successoribus suis contra omnes gentes per presentes warantizabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium uni parti presentis carte indentate penes dictos abbatem & conventum de **Bitlesden** remanenti, tam sigillum prefati abbatis de sancto *Luciano* proprium, quàm sigillum ejusdem domus commune sunt appensa, alteri verò parti penes dictos abbatem & conventum de sancto *Luciano* remanenti, tam sigillum dicti abbatis de **Bitlesden**, quàm sigillum ejusdem domus commune sunt appensa. Data & acta sunt hæc in domo nostra capitulari monasterii de sancto *Luciano* supradicta vicesima die mensis Maii anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo secundo.

TYWARDREITENSIS *Prioratus in agro* Cornubiensi, *cella Abbatiæ Sanctorum martyrum* Sergii & Bachi *propè* Andegaviam.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum concessiones ratificans.*

Cart 33. E 1. n. 18. per Inspex.

HENRICUS Dei gratia Rex *Anglie*, dominus *Hibernie*, dux *Norm. Aquit.* & comes *Andeg.* archiepiscopis *(&c.)* salutem. Inspeximus cartam *Roberti* de **Cardinan**, in hæc verba.

Vid Cart. 19. H. 3. m. 9.

Et Cart. 33. E. 1. n. 38 per Inspex.

Robertus de **Cardinan** omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis salutem. Sciatis me pro Dei amore & animæ meæ salute concessisse & presenti carta mea confirmasse ecclesiæ sanctorum martirum *Sergii & Bachi Andeg.* & ecclesiæ sancti *Andreæ* de **Tywardreit** & monachis ibidem Deo servientibus & servituris omnes donationes & concessiones quas antecessores mei seu quicunque fideles de feodo meo ipsis fecerint; scilicet ecclesiam de **Tywardreit** cum terris decimis & omnibus pertinenciis suis & unam acram in **Trenengy**, & dimidiam acram in **Belligog** solutas & quietas ab omni Hutilan & omni alia exactione; & dimidiam acram in **Treurengy** quæ tantùm Hutilan reddit, & molendinum quod dicitur **Pelyntrait**, quod est situm in manerio meo de **Tywardreyt** cum tota moltura hominum meorum de eodem manerio, Ita quod ego & hæredes mei debemus eos constringere ad molendum in eo. Ecclesiam sancti *Barriani* cum terris decimis & cæteris pertinentiis suis. Capellam de **Bodwithgy** cum terris decimis & cæteris pertinentiis suis, & dimidiam acram quam *Robertus Franceys* tenuit, solutam & quietam ab omni servitio excepto tantum regali servitio, & ipsum *Robertum* & omnem ejus sequelam, & unum ferlingum terræ quod Archib. tenuit quietum ab omni servitio excepto tantum regali, & unam acram terræ in **Redpryme** cum capella & cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti *Enny* cum terris decimis & aliis pertinentiis suis & nominatim cum villa quæ dicitur *Lamanta* & **Tredrait**, & dimidiam acram terræ in **Hendre** quam *Thomas* presbiter tenuit, solutam & quietam ab omni servitio excepto tantum regali. Ecclesiam de **Latilutey** cum tribus acris terræ & omnibus aliis pertinentiis suis quam habent de dono *Baldewyni* filii *Thurstani*. Molendinum de **Rydewith** cum tota moltura manerii mei de **Botardel** & hermitagium de *Ponte-Baldewyni* cum ortis & terra ad idem hermitagium pertinente & necessariis de bosco habendis fratri in eodem loco manenti, & cum omnibus aliis pertinentiis suis; & institutionem Prioris; & unum ferlingum terræ desuper boscum solutum & quietum ab omni servitio, excepto tantum regali. Ecclesiam sancti *Sinari* quam dedit eis *Radulphus* de *Sicca-villa* & uxor ejus *Margareta*, & unam acram terræ apud sanctam *Sinaram* solutam & quietam ab omni servitio excepto regali. Villam quæ dicitur **Roscelyn** cum omnibus pertinentiis suis. Feodum unius militis in *Pridias* per regale servicium. Unam acram terræ in **Dnurion** *majori* & dimidiâ in *minori*. Duas acras terræ in **Pengelli** & in **Bellihon**, Unam acram terræ in **Treflos** solutas & quietas ab omni servicio. Piscariam de **Bzanchun** & omnia necessaria de bosco meo ad ipsam faciendam & reficiendam. In **Dimethny** terram quæ fuit *Asselinæ*, & totam terram quam antecessores mei eis dederunt pro salute animarum suarum. Et terram quam *Ricardus Baptiser* illis dedit. Ecclesiam de **Treneglos** cum omnibus pertinentiis suis, & nominatim cum duabus acris terræ, solutas & quietas ab omni servitio & Hutilan. Tres acras terræ in **Barhulgot** & in **Penlen** solutas & quietas excepto regali servicio. Manerium de **Trenant** tenendum liberè & quiete cum omnibus pertinentiis suis solutum & quietum ab omni servicio. Manerium de **Trenanan** cum omnibus pertinentiis suis solutum & quietum ab omni servicio preter servicium *Roberti Cola* & *Ilgeril*. In **Ludewan**

wan quatuor acras terræ & dimidiam cum pertinentiis suis solutas & quietas ab omni servicio excepto regali servicio, & duo molendina in eodem manerio cum aquis & exclusagiis, & cum tota moltura ejusdem manerii, tenenda & habenda imperpetuum in eisdem locis quibus fuerant translata concessione mea tempore Hamelini Prioris. Et sciendum quod ego & heredes mei debemus constringere homines nostros ad molendum in eis. Decimam totius conredii mei præter decimam vini & medæ. Terram etiam & possessionem que fuit Edwy prepositi de Peterfolt & ipsum Edwy cum tota progenie sua. unam acram terræ & dimidiam in Mostron cum duobus hominibus scilicet *Hemeri* & *Willielmo* cum tota eorum sequela. unam acram terræ in Penhalwen cum pertinentiis suis solutam & quietam ab omni servicio. Concessi etiam communes pascuas hominibus eorum cum hominibus meis ubicumque vicini fuerint. Decimam molendini de Kelidam, Fuleham, & Smalebut & Thunreswod cum omnibus pertinenciis suis. Quod ut ratum sit usque imperpetuum sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus, *Johanne* filio *Roberti* tunc senescallo, *Ricardo* fratre ejus, & *Stephano* fratre ejus, *Rogero* fratre ejus, *Jordano Oliveri*, *Roberto* de *Karwino*, *Henrico* de *Albemara*, *Roberto* de *Rameston*, *Nicholao* de Haveland, *Ivone* capellano, *Rogero Russel*, *Henrico* de Bodrigan, *Rogero* filio *Luc. Blad.* filio *Ada*, *Willielmo* venatore, *Benedicto* clerico, *Willielmo Gramas*. *Gaufredo* de Fane & multis aliis. Nos igitur predictam concessionem (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* episcopi cancellarii nostri, apud *Roffam* sexto die Maii anno regni nostri decimo nono.

Alia carta ejusdem regis *Henrici* tertii.

HEnricus *Dei gratia rex* Angliæ (&c.) *Sciatis nos concessisse & hac carta nostra confirmasse pro nobis & heredibus nostris ecclesie sancti* Andreæ *de* Tiwardraith *que est subjecta ecclesia sancti Sergii* Andegaviæ, *omnes donationes que ei in* Cornubia *facta sunt, & nominatim ecclesiam de* Anstel *cum omnibus pertinentiis suis quam* Robertus *filius* Willielmi *ei dedit & carta sua confirmavit. Quare volumus* (&c.) *Hiis testibus, venerabili patre* W. Carleolensi *episcopo* (&c.) *Dat. per manum venerabilis patris* R. Cyceſtrensis *episcopi cancellarii nostri, apud* Roffam *sexto die Maii anno regni nostri decimo nono.*

Alia ejusdem Regis Henrici.

HENRICUS Dei gratia Rex *Anglie* (*&c.*) Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Inspeximus Cartam confirmationis *Roberti* filii *Willielmi* & *Agneris* uxoris suæ, & Roberti filii sui, in hec verba. Sciant tam presentes quam futuri quod Ego *Robertus* filius *Willielmi* & *Agnes* uxor carissima, & *Robertus* meus filius, communi nostra, & amicorum inspectione & communi assensu totius hundredi de Tennitune, franchiavimus Sanctuarium de sancto *Anstelo* omni servitio omnique exactione, necnon quandam consuetudinem quæ tunc temporis sive juste sive injuste erat super prædictum sanctuarium adquietavimus, & liberum & quietum concessimus Sanctuarium, & dedimus liberè in perpetuam elemosinam, Deo omnipotenti, & beato *Andreæ* Apostolo, & sancto *Anstelo*, pro animabus *Henrici* Regis & reginæ *Matill.* & eorum successorum, necnon pro animabus patrum & matrum nostrorum, & pro eciam nostris animabus & totius nostræ progenici in remissionem peccatorum & animarum salvationem. Liberationem autem istam & donationem si quis nostrum vel aliorum aliqua machinatione infringere voluerit, hic nullam possit adipisci veniam nec in futuro celestem pacatum habere Judicem nisi hic ad satisfactionem venire voluerit. Hoc autem factum est anno ab incarnatione Domini MClxix. apud Tiwardraith, in talamo *Roberti* filii *Willielmi*, fratre *Balaemyno* existente Priore apud Tiwardraith. His testibus, *Radulpho* monacho, & *Antonio* de la *Beiure*, & *Odone* filio *Walteri*. Quarto autem die post istam donationē recognita est iterum donatio apud Landraith, & assensu totius hundredi confirmata & sic itare concessa. His testibus, *Ricardo* filio *Dreu* & *Roberto* de Trepsni, & *Alwardo* presbitero & *Benedicto* clerico, & *Pingnant* de Penlen, & *Alwardo* de Penrin (*&c.*) Nos igitur predictam donationem & concessionem ratam & gratam habentes eam pro nobis & heredibus nostris concedimus & sigillo nostro confirmamus sicut carta predictorum *Roberti* filii *Willielmi* & *Agnetis* uxoris sue & *Roberti* filii sui rationabiliter testatur. Hiis testibus, venerabili patre *W. Karleolensi* episcopo (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris *Radulphi Ciceſtrenſis* episcopi cancellarii nostri, apud *Roffam* sexto die Maii anno regni nostri decimo nono.

1169.

BIRSTALLENSIS

Prioratus, in agro Eboracensi, *Cella Abbatiæ S.* Martini *de* Albamarle *in* Normannia.

Carta fundationis sancti Martini *de* Albemarle.

IN nomine sanctæ & individuæ *Trinitatis*, Hoc notum sit tam presentibus quam futuris quia Ego *Stephanus*, *Albemarlensis* Comes, Monachis sancti *Luciani Belnacensis*, quibus mater mea *Adelizæ* donavit & concessit ecclesiam sancti *Martini* de *Alcelo*, constructam & edificatam ab antecessoribus meis extra Castellum *Albemarle*, sicut mater mea concessit, sic dono & concedo ecclesiam sancti *Martini*, & omnes redditus ipsi ecclesiæ adjacentes, pro remissione peccatorum meorum, & *Willielmi* Regis *Anglie* avunculi mei, atque omnium antecessorum meorum. Quibus etiam monachis præter hæc supradicta addo, & concedo omnes ecclesias & decimas meas *Anglie*, quas teneo ab *Henrico* Rege *Anglorum*, ita quietas & liberas,

Ex autog. inc. sta abbatiæ de *Kirkstall*, nuper in turribeata *Maria Ebor.*

liberas, & sine retentu ullo, sicut de ipso Rege teneo. Necnon & ipsi sacerdotes ita liberrimè habeant & teneant à me, ut neque Dapifer, neque Vicecomes, nec aliquis ministrorum meorum super eos manus imponant. Si verò sacerdotes forisfecerint aliquid in illo justificent. Has ecclesias & decimas, videlicet in *Holderneſa* ecclesiam & decimam de *Pagla* quam in dominio habeo. Similiter & de *Preſtona*, & de *Eſchechilinga*, & de **Wikoznewic**, de *Wagla*, de **Frohinghe-ham**, & de Call ilo de **Aldeburgo**, & de *Mapletona*, de **Toneſtal**, de *Eſingtona* [a] de **Boreſtall**, de **Chinleſ**, de **Caingheham**, de **Wikozneſel**. In *Lindeſeia* ecclesiam & decimam de *Carlentona*, & decimam de **Wileobi**, & de **Barower** medietatem ecclesiæ & decimæ, aliam verò medietatem quam *Willielmus* Capellanus tenet de me in vita sua & unam de ecclesiis de **Wikozneſel** post obitum ejus, ipsis monachis concedo.

[a] Cella de Birstall in com. Ebor.

Quinetiam omnes decimas dominicatus mei; videlicet horreorum meorum id est totius annonæ meæ & vaccarum mearum, omniumque ovium, & baconum, & caseorum, atque pullorum equarum mearum. Hæc omnia supradicta ad utilitatem monachorum in ecclesia sancti *Martini* de *Alecio* morantium & servientium, ut liberè disponant & ordinent confero, etiam hospitem unum ad flumen **Helvane** dono. Quinetiam transitum de *Humbro* ad opus monachorum, & omnium illis servientium, & ad omnia necessaria eorum, ita liberè sicut à Rege teneo. Omnes etiam ecclesias de fundo meo in *Normania*, cum decimis & omnibus pertinentiis suis, ecclesiam videlicet de *Vilers*, ecclesiam de **Handricurt**, ecclesiam sancti *Walarici*, ecclesiam de *Belfraiſne*, ecclesiam sancti *Saturnini*, ecclesiam de **Allecurt**, ecclesiam de **Flomines**, ecclesiam de **Villais**, ecclesiam de **Wilers**, ultra nemus, cum duabus partibus decimæ, nundinas quoque in festivitate sancti *Martini* & quicquid utilitatis de eis ex consuetudine provenerit. Addo etiam decimam molendinorum, & furnorum, & thelonei, & traversi de *Albemarla*, & decimam omnium quæ navis mea de *Anglia* attulerit quæ mandi possunt, & decimam omnium piscium qui comeduntur in curia mea, sive in *Albemarla*, sive ubicunque in hac patria. Decimam quoque in *Bloſſavilla* piscium, porcorum, baconum, & lane de ovibus meis. Silvam etiam de **Buſſeres** ad omnes usus necessarios jure perpetuo. Siquis autem hanc donationem meam infringere ac minuere voluerit, divino judicio illum puniendum commendo. Actum est apud *Albamarlam*, regnante *Henrico* Rege *Anglorum*, & duce *Normannorum* & ipso concedente Uxore mea hac causa & filio meo concedentibus, 1115. Anno millesimo centesimo decimo quinto ab incarnatione domini. Hiis videlicet testibus, *Waltero* de *Senardi-ponte*, *Gaufrido* filio *Fulconis*, *Willielmo Biſa*, *Berengario* de *Alueto*, *Radulfo* de *Porta*, *Gerardo* de *Caineis*, *Giroldo* de *Hornet*, *Alano* de **Dambi**, *Willielmo* de **Albani**, *Richardo* fratre ejus. Clericis vero, *Roberto* decano, *Alberto* canonico, *Warnero* clerico.

Charta *Roberti* episcopi *Lincolnienſis*.

ROBertus *Dei gratia* Lincolnienſis *episcopus, universis sanctæ ecclesiæ fidelibus, salutem. Ex susceptæ officii administratione nobis incumbit religiosorum virorum utilitatibus in futurum providere, & beneficia quibus sustentari debent, sicut à fidelibus rationabiliter concessa & cartis confirmata sunt, pontificis auctoritate solidare. Hinc est quod dilectorum filiorum nostrorum monachorum de* Albemarla *justis petitionibus benignum præbentes assensum, ecclesias & quascunque alias possessiones in nostra diœcesi à nobilibus viris,* Stephano *comite* Albemarlæ, *& Willielmo ejus filio, ecclesiæ sancti* Martini *de* Albemarla, *& monachis in eo Deo servientibus rationabiliter concessa, & confirmata, scilicet paterno affectu eis concedimus, & præsentis scripti pagina, roboramus. Ecclesiam de* **Barew** *cum appendiciis suis, & decimam dominii de* **Wileobi**, *ecclesiam de* **Ozolleby**, *& decimam dominii de* **Andelbi**, *ecclesiam de* Carlentona *cum appendiciis suis, ecclesiam de* **Witham** *cum omnibus appendiciis suis. Omnibus itaque eidem ecclesiæ suæ jura servantibus Dei misericordiam & benedictionem imploramus; è contrario verò nitentibus, & injuste vexantibus, extremam examinis ultionem comminando inferimus. Actum anno ab incarnatione domini millesimo centesimo sexto,* Philippo *abbate de* **Toxnenton**, *&* Refrido *ejus canonico,* Radulfo *abbate de* **Parcolme**, *&* Thoma *de* **Brachenburc** *ejus monacho,* Roberto *archidiacono* Lincolnienſe, *magistro* Malgero, *& magistro* Warnero. *Apud* **Lubam**.

Prima ordinatio Walteri, *archiepiscopi* **Eborum**, *de cella abbatiæ sancti* Martini *de* Albemarla *apud* **Byrstall**.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Walterus* Dei gratia *Eboracensis* archiepiscopus, *Angliæ* primas, salutem in domino. Quoniam qui majoribus juvantur meritis, majoribus debent honoribus insigniri, & facultatibus dilatari; considerantes in dilectis filiis abbate, & conventu *Albemarle*, morum honestatem, religionis fervorem, & hospitalitatis gratiam, ac per omnia conversationem laudabilem. Attendentes etiam quod non habuerunt hucusque in provincia nostra locum suæ habitationi congruum, Ad instantiam venerabilis patris *G.* tituli sancti *Martini* presbiteri cardinalis, apostolicæ sedis legati, capellam de **Birstall**, cum suis pertinentiis, & cum decimis de **Skeflinge**, tam majoribus, quàm minoribus, & omnibus aliis obventionibus, & proventibus, eisdem imperpetuum concedimus, usibus monachorum apud **Birstal** degentium, retinendis, ita quod prædicta capella in nullo ecclesiæ de **Elinton** subjiciatur; sed Prior de **Birstall** capellanum, quem parrochiæ de **Birstal** duxerit preponendum, decano præsentet pro voluntate Prioris amovendum; qui excessus parochianorum decano denunciet, & capitula sectetur. Et ut ecclesia de **Birstal**, ampliori gaudeat immunitate, auctoritate pontificali concedimus, quod à sinodalium præstatione sit immunis; Ad hæc si nobis vel successoribus nostris

Ibid.

Ibid.

1. H. 3.

nostris generale fuerit interdictum promulgatum, volumus, quod in ecclesia de **Birstal**, exclusis interdictis, nihilominus, submissa voce, divina celebrentur, nisi locus ille specialiter fuerit interdicto suppositus. Et ut tranquilitati monachorum apud **Birstal** residentium plenius, sollicitudine nostra, provideatur, quos unà cum ipsorum ecclesia, sub nostra specialiter suscepimus protectione, nihilominus quod ab archidiaconis & decanis novis & indebitis non onerentur exactionibus. Quod ut ratum & stabile perseveret imposterum, presenti scripto sigilli nostri munimen duximus apponendum. Testibus magistro *Cornubiensi* canonico *Eborum*. *Reginaldo* monacho de *Albemarla*, *Richardo* & *Willielmo* de **London** fratribus, *Galfrido* de **Dtanlak**. Datum apud *Beverlacum* mense Junii, anno pontificatus nostri tertio.

Carta *Caroli* Regis *Francia*.

Ibid. CHarles *par la grace de Dieu, Roy de* France, *a perpetuelle memoire. Entendant que nos bien amez les religieux abe & convent de St.* Martin *d'* Aubmalle, *a fin dassembler leur rentes, & revenues pres de leur eglise a leur aisement, & pur le profit & utilite dicelle eglise, aulent & ont baille, cede, transporte, & a touſiours delaisse sans y riens retenir, a nostre cher & ame cousin, le Duc de* **Lancastre**, *pour luy & a son proffit, une maison en Priore nomme de* **Birketal** *ou Royaume d'* Angleterre, *avecques toutes ses appartenances, pur le prix & somme de dix mil livres tournois, que les diz religieux en doivent avoir pur une foiz, lequelle somme ou partie dicelle, iceulx religieux doivent & sont tenuz employer, & convertir a acheter rentes ailleurs. Cest a scavoir en nostre Royaume au profit deulx & de leur dicte eglise, pour la recompense du bail, cession, transport, & delaissement dessus diz, & pour y sustenir & governer les religieux & personnes convenables a faire le divin service, qui paravant se faisoit & devoit faire ou dit priore de* **Birketall**, *en cas que a ce nous voulsrions consentir & lavoir agreable. Savoir faisons, que nous sur ce humblement requis, & pour contemplacion daucuns de nostre sang, & lignage, desirans aussy laugmentation de la sainte eglise, & du divin service, & pour certaines causes a ce nous mouvans les diz bail, cession, transport, delaissement faiz par la maniere, & pour les causes dessusdittes, ayans agreables iceulx, de nostre grace especial, plaine puisance & auctorite royal, par la teneur de ces presentes, en tant que en nous est, ratifions & approvons, & nous plaist, & voulons, que lez diz religieux ou leurs successours en ladite eglise de saint* Martin *d'* Aubmalle, *puissent acheter & acquerer en nostre Royaume des deniers qu'ils ont eue. ou aurons du transport dessus declairie toutes foiz qu'il leur plaira, soit a une fois ou a plusours, la ou bon leur semblera, en fiefs nobles, arriere fiefs, vavassories, censures, villenages, ollenx, ou autres choses tenus de nous, ou dautres, jusques en acquerrunt. Nous voulons & leur octroions des maintenant pour lors, que eulx & leur successours religieux de la ditte eglize, puissent tenir & possider, tien quant & possident paisiblement & perpetuellement comme chose admortie a Dieu, & a saincte eglise appliquee & dedicé soient ce qu'ilz soient: ne puissent estre contrainz par quelconque voye ou maniere que ce soit a les mettre hors de leur main ne a nous ou a nos successours Roys de* France *pour ce faire ne pour ores, ne pour le temps avenir, aulcune finance, laquelle finance, a quelque somme quelque puisse, ou peust monter, Nos de nostre plus ample grace, pour consideracion de ce que dessus est dit, & a fin que nous soions & demourons participans es saintes orisons & prieres d'iceulx religieux, leur avons absolutement quittee, remise & donnee, quittons, remettons, & donnons par ces mesmes lettres. Si donnons & mandons a nos ames & feaulx gens, comptes & tresoriers a* Paris; *aux commissories depute, ou a deputer sur la faict des finances, des nouveaulx acquestz & a touz nous autres Justices, & officers presens & a venir, ou a leurs lieutenantz, & a chascun deulx, si comme a luy appartient, que de nostre presente grace, & octroy, facent, suffrent, & laissent lez diz religieux & leurs successours, joyer & user plainement & paisiblement, cessant tout empeschement, ou contraire, lequel se mis y estoit, faictes oster sans aulcun delay, nonobst ut quelxconques ordenances, mandemens, ou desfense au contraire. Et pour ce que se soit ferme chose, & estable a touſiours, nous avons faict mettre nostre seel a ces presentes. Sauf en autre chose nostre droit, & lautrin en toutes. Donne a* Paris *le premier jour du mois Octobre, lan de grace mil trois cent quatre vins & quinze, & de nostre reigne le* seizieſme.

Registrata in camera comptorum *Paris*, & ibidem expedita de consensu thesaurariorum *Francia* fine financiæ causa contenta, in registro cartarum hujus temporis fol. lxx. script. ibidem vigesimo die Novembris iiij^{xx}. xv. *Par le Roy monseigneur le duc de* Bourgoine *vous leveſque de* Bayeux, *& autres presens.*

Ex aliis chartis in hanc rem dicta.

ABbas & conventus sancti *Martini* de *Albamarla* in *Normannia* concesserunt abbati & conventui de **Birkstall** in *Anglia* omnia maneria, dominia, terras, & possessiones quæ habent in villis de **Birstall**, **Skeftling**, **Bilneſe**, **Wythorneſe**, **Holmeton**, **Thorn**, **Rymeſwell**, **Waram**, **Frothyngham**, **Holem**, **Aldeburgh**, **Thorp**, **Elkneweton**, **Ringeburgh**, **Beiwyke**, **Carleton**, **Libiton**, **Edderwyke**, **Coldon**, **Foſſam**, **Pawele**, **Merflet**, **Holme**, **Thorngumbald**, **Camerigton**, **Skekelinge**, **Kyhill**, **Newton-Spitill**, & **Newton Constable**, **Newſom**. **Ravenſer**, **Riſom**, **Little Dumbre**, **Bzyſtwyke** ejuidem manerio, **Bondebruſtwyk**, & **Rogemond**; ac etiam advocationes & patronatus ecclesiarum de **Bzyſtall**, **Panic** vel **Pagla**, **Skekelinge**, **Rilneſſe**, **Wythornſe**, **Dutthorn**, & **Aldburgh**, & capellarum de **Merflete**, **Thorngumbald**, **Holem**, **Rymeſwell**, **Frothingham**, **Newſom**, **Coldon** & **Waram**, una cum advocationibus & patronatibus omnium vicariarum, ecclesiarum, capellarum predictarum, quas quidem ecclesias & capellas Nos predicti abbas & conventus monasterii S. *Martini* habemus & tenemus ad proprios usus nobis & monasterio sancti *Martini* appropriatas. Necnon certas annuas pensiones videlicet viginti libras de abbate de **Thornton**, quatuor libras & undecim solidos de abbate de *Melsa*, decem so-

lidos de ecclesia de **Holmeton**, viginti solidos de ecclesia de **Coldon**, duos solidos de capella de **Nuttell**, tres solidos de sanctimonialibus de **Oxmesby** &c. habend. dictæ abbatiæ & conventui de **Birkstall** in puram elemosinam. Datum decimo Octobris anno decimo octavo regni regis *Richardi* secundi.

GOLDCLIVENSIS *Prioratus in agro* Monumethensi, *cella Abbatiæ de* Becco *in* Normannia.

Carta Regis E. 1. *donationem* Roberti *de* **Candos** *recitans.*

Carta 18. *Ed* 1. m. 10. n. 30.

REX archiepiscopis &c. salutem. Inspeximus cartam quam *Robertus* de **Candos** fecit Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ Becci*, & monachis ibidem Deo servientibus, in hæc verba. *Robertus* de **Candos** universis hominibus suis, *Francis*, *Anglis*, & *Walensibus*, & omnibus sanctæ ecclesiæ Dei fidelibus salutem in domino. Universitati vestræ notum facio, me, assensu, & voluntate *Isabellæ* uxoris meæ dedisse, & hac præsenti carta confirmasse, Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ Becci*, & monachis ibidem Deo servientibus, pro anima Regis *Willielmi*, & *Matildis* Reginæ, & *Willielmi* secundi, & *Henrici* Regis, necnon pro anima mea, & uxoris meæ *Isabel*, & filiorum, & parentum meorum, in puram & perpetuam elemosinam, ecclesiam sanctæ *Mariæ Magdalenæ* de **Goldclive**, cum terris, & decimis ad eam pertinentibus, & capellam de Fraxino, cum pertinentiis suis, ut ibi constituatur conventus ad serviendum Deo, & glorioſe famule Christi, *Mariæ Magdalenæ*, & orandum imperpetuum & benefactoribus suis, totam, scilicet terram de *Mora*, & *Sabrina*, usque ad **Pulleram**, sicut *Pullera* vadit in **Usam** per divisiones aquarum, & *fossalium*, & totam terram meam de *Pulera* usque **Pulchru**. Et ex dono meo terram *Isabel* uxoris meæ apud **Perneshesse**, & totam terram ultra Fraxinum versus quinque piscarias, ex utraque parte; & totum mariscum meum incultum, usque **Pulpen**, & etiam totum manerium meum de **Pulpen**, cum omnibus pertinentiis suis. Dedi etiam eis partem nemoris mei, quod vocatur **Wastattoch**, per divisiones quas eis ego ipse præfixi, scilicet, sicut rivulus qui vocatur **Serban** vadit apud orientem, & totam weram *Cradoci* usque ad viam quæ tendit apud **Cattelhasse**, & de prædicta via, usque **Bechereſvell**, & de **Bechereſvell** usque ad Caltaneam, & de Caltanea usque in *Uscam*. Ex altera verò parte de prædicto nemore tales divisiones eis præfixi, scilicet à prædicto rivulo, qui **Serban** appellatur, usque ad fontem *Cradoci*, & de fonte *Cradoci* iterum usque *Uscam*, & totam piscariam meam in *Usca*, quæ est inter prædictas divisiones. Dedi etiam eis totam decimam totius terræ meæ de **Wales**, scilicet, denariorum meorum, de melle, in bosco, & plano, & de pannagio, & decimam molendini mei de **Barlitol**, & decimam de venatione mea, & prati mei, & de omnibus rebus de quibus decima debet dari. Dedi etiam eis ad eorum sustentationem, manerium meum de **Devoneſir**, quod vocatur **Penbiri**, cum omnibus pertinentiis suis, & manerium meum in **Sumerset**, quod vocatur **Præſteton**, cum omnibus pertinentiis suis, & aliud manerium quod vocatur **Selver**, cum omnibus pertinentiis suis. Dedi etiam eis omnes ecclesias non vacantes totius defensionis meæ, in quibus jus advocationis habeam, cum terris, & decimis ad eas pertinentibus; scilicet ecclesiam sanctæ *Trinitatis*, juxta *Karl.* cum omnibus pertinentiis suis in mora, & extra moram. Ecclesiam *Julii* & *Aron*, ecclesiam de *Staueca*, ecclesiam de **Wulampton**, ecclesiam de **Periton**, ecclesiam de **Selver**, ecclesiam de **Arolt**, ecclesiam de **Wethesord**, ecclesiam de **Gretingham**. Has omnes ecclesias, cum pertinentiis suis, ut jus monachorum, cum vacaverint, plenè, & integerimè cedant dedi. Ad cujus expectationis fidem roborandam, dedi sepedictis monachis redecimas omnium dominiorum meorum; interim in villis meis in quibus ecclesiæ illæ site sunt. Dedi etiam eis omnes libertates, & liberas consuetudines, quas ego ipse in terra mea habeo. Scilicet ut ipsi & omnes homines sui, & de illis tenentes, liberè & quietè, & honorificè, & pacificè teneant, sine alicujus heredum meorum reclamatione *sacam*, & *socam*, & **tol**, & **team**, & **infangenetheſe**, & cum omnibus libertatibus aliis, & liberis consuetudinibus & quietanciis, in bosco, & plano, in pratis, & pasturis, in aquis, & molendinis, in stagnis, & vivariis, infra burgum, & extra burgum, infra moram, & extra moram, in viis, & semitis, & in omnibus aliis locis, & rebus, solutas, liberas, & quietas, de omnibus placitis, & querelis, & de assisis, & operationibus castellorum, & pontium, & de cariagiis, & de **Blodwite**, & de **Fithwite**, & de *Theoloneo* & *passagio*, & de *foreſtagio*, & theoloneo aquarum, & viarum foreſtam meam contingentium, de *murdro*, & de omni alio homicidio, quoquomodo aliquo loco, vel tempore perpetratum fuerit, de omnibus servitiis secularibus, & exactionibus, quæ unquam poterunt provenire. Et volo ut habeant curiam suam apud **Goldclive**, & ubicunque sibi viderint melius expedire, & de omnibus placitis, & querelis supradictis, de rebus aliis, & molestiis, excepta sola justitia mortis & membrorum. Prohibeo igitur ex parte Dei omnipotentis, & ex parte *Mariæ* matris domini, & beatæ *Mariæ Magdalenæ*, & meæ, nè quis hanc donationem meam audeat infringere; quod si quis fecerit, maledictione Dei omnipotentis, & sanctæ *Mariæ*, & beatæ *Mariæ Magdalenæ*, & meæ, ipse & tota ejus progenies perpetuo feriatur. Ut autem hæc donatio mea rata, & inconcussa permaneat, presentis scripti munimine, & sigilli mei impressione eam roboravi. His testibus, *Winebaldo* de **Baalun**, *Rogero* filio suo, *Mangero* de **Garzith**, *Hugone Furun*, *Waltero* de **Catevill**, *Hugone Fitchet*, *Willielmo* de **Barpannes**, *Radulpho* de **Strangeſt**, *Mangero* de **Gacrist**, & multis aliis.

Carta

Carta regis Johannis, *de confirmatione.*

Carta 2 *Johan.* nu. 59.

JOhannes Dei gratia &c. Sciatis nos conceſſiſſe & preſenti carta confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Becco* & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Goldcliva* rationabilem donationem omnium illorum quæ *Robertus* de **Candos**, & ceteri fideles eis fecerunt, in terris, in eccleſiis, in decimis, in dignitatibus, in adquietationibus, in conſuetudinibus, & in omnibus rebus. Ex dono *Roberti* de **Candos** moram de *Goldcliva* ſicut *Pulema* vadit uſque in **Oſcham** per diviſas aquarum & foſſalium, & terram de *Nova-villa* que fuit *Engueni Walenſis*, & terram que fuit *Yſabella* uxoris ſue in eadem mora. Ex dono *Ranu.* & conceſſione *Roberti* de **Candos**, terram quam habuit in eadem mora apud **Ernesneſſe**. Totam decimam terre ſue de **Wales** omnium reddituum denariorum ſuorum. Decimam dominii ſui, exceptis cantariis; decimam mellis in boſco & in piſcationibus, & decimam molendini ſui & pomorum pomerii ſui de **Barlun**, & eccleſiam ſancti *Julii* & *Aaron* atque *Alban.* cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Goldcliue** cum decima ad eam pertinente, id eſt, à *Sabrina* uſque ad **Pulerie**. In *Anglia* quoque manerium quod vocatur *Seluria* cum appendiciis ſuis, & juxta *Seleuniam* terram de **Bedehewis**, & de **Dernesford**, & eccleſiam de **Piriton**, cum terra & decima que ad eam pertinet. Item redecimam dominii ejuſdem ville, & redecimam **Wllavinton** & **Stawey** & redecimam de *Bura*. Et in terra ſancti *Edmundi* in **Sudfolk** decimam dominii de **Bedesford** & de **Oxetingham** & de **Atholton**. Ex dono *Rogeri* de **Candos** terram duarum carrucarum ad *Clyvum* in **Wilteſir**. Ex dono *Iſabellæ* uxoris predicti *Roberti* de **Candos** terram ſuam in predicta mora **Goldcliue**. Ex dono *Ranu.* de **Strengeſton** terram ſuam in eadem mora. Ex dono *Willielmi* de **Batpalmes** terram ſuam in eadem mora conceſſu *Walteri* de **Candos**, & ex dono ejuſdem *Walteri* manerioluni nomine **Pulpen**, & terram *Walteri* in predicta mora **Goldcliue** & extra moram. Et juxta **Carlium** eccleſiam ſanctæ *Trinitatis*. Ex dono *Iſabellæ* de **Candos** & *Roberti* filii ejus, conceſſione *Walteri* filii ipſius *Iſabellæ*. **Preſton** in **Sumerſeteſir**, & *Menbir.* in **Deveneſir**. Item ex dono *Walteri* de **Candos** unam carrucatam terre apud *Staweyam*. Ex dono *Roberti* filii *Martini* dimidiam hidam terre in **Cumtton**, & aliam dimidiam hidam terre ſuper **Penevepp**. Ex dono *Morgani* filii *Oweni* & *Jorweth* fratris ſui in *Uſca* unam piſcariam que vocatur *Quinque piſcarie*, & in predicta mora unam terram & aliam piſcariam tranſverſam in *Uſca* apud **Barlion**, ſicut carte donatorum & confirmationes *H.* regis, avi patris noſtri, & *H.* regis, patris noſtri, rationabiliter teſtantur. Teſtibus *H. Exon.* epiſcopo, *Willielmo Briwerr*, *Roberto* de **Turnham**, *Hugone* de **Nevill**, *Simone* de **Pateſhull**, *Radulfo Morin*, *Fulcone* de *Kantilupo*. Dat. per manum *S. Wellen.* archid. apud *Exon.* xxij. die Aprilis anno regni noſtri ſecundo.

Unio hujuſmodi Prioratus abbatiæ de **Teukeſbury**.

EUgenius *epiſcopus ſervus ſervorum Dei*, *ad futuram rei memoriam. Ex injuncto nobis licet immeritis deſuper, apoſtolica ſerviturus officio, circa monaſteriorum, aliorumque piorum locorum ſtatum quorumlibet in melius dante dom.no proſperandis curiis intendentes aſſiduis, illa libenter opportune proviſionis auxilia complectimur, per quæ religionis etiam necnon divini cultus incremento ſolidioris ſtatus ipſe tranquilitatis aminiculo potiatur, ac votivis monaſteria, locaque premiſſa ſuccurſibus gratulentur, & hiis quæ propterea proceſſiſſe comperimus, ut illibata perſiſtant apoſtolici dum a nobis petitur muniminis adjecimus firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum abbatis, & conventus monaſterii beatæ* Mariæ *de* **Teukesbury**, *ordinis ſancti* Benedicti, Wiporncntis *diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim venerabiles fratres noſtri*, Henricus *archiepiſcopus* Cantuarienſis, Johannes Bathonienſis *&* Wellenſis, Johannes Aſſavenſis, *&* Willielmus Sarisberienſis *epiſcopi, necnon dilecti filii* Willielmus *comes* Suff. *& magiſter* Adam Moleyns *decanus eccleſiæ* Sarisberienſis *notarius noſter, & quidam alii tunc expreſſi, auctoritate & licentia chariſſimi in Chriſto filii noſtri* Henrici *Regis* Angliæ *illuſtris, advocationem Prioratus de* **Goldcliue** *in marchia* Walliæ *alienigena, dicti ordinis*, Landavenſis *diœceſis, quæ de Rege prædicto in capite tenebatur, eiſdem abbati & conventui dederunt atque conceſſerunt, ad finem & effectum ut ipſe Prioratus cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis eidem monaſterio, in cujus eccleſia corpus quondam* Iſabellæ *comitiſſæ* Warwici *ac patronæ loci ibidem humatum fuerat, perpetuo uniretur, annecteretur & incorporaretur; quodque in dicto Prioratu unus Prior ad nutum abbatis ipſius monaſterii pro tempore exiſtentis ponendus & amovendus, necnon duo alii in ſacerdotio conſtituti, dicti ordinis religioſi, tenerentur, qui ſingulis ibidem diebus divina pro ſtatu dicti Regis, quoad viveret, & poſt ejus deceſſum pro ſua fundatorum quoq; prafati Prioratus ac ipſius comitiſſæ, necnon omnium fidelium defunctorum animabus celebrarent, ac competentem ſuſtentationem ab ipſis abbate & conventu perciperent juxta ordinationem quæ deſuper fieret per executores teſtamenti ac ultimæ voluntatis comitiſſæ memoratæ. Et ſubſequenter venerabilis frater noſter*, Nicholaus *epiſcopus* Landavenſis, *habito deſuper cum dilectis filiis, archidiacono & capitulo eccleſiæ* Landavenſis *diligentique ſolemnique tractatu. De expreſſis ipſorum archidiaconi & capituli voluntate ac conſenſu, Prioratum prædictum cum juribus & pertinentiis prafatis eidem monaſterio authoritate ordinaria univit, annexuit, & incorporavit; ac voluit, ſtatuit, & ordinavit, quod in ipſo Prioratu unus illius Prior ad nutum præmiſſum ponendus & amovendus; ac duo alii religioſi dicti ordinis, ſint divina ſingulis diebus ibidem pro ſtatu & animabus hujuſmodi celebraturi, necnon competentem ab ipſis abbate & conventu ſuſtentationem juxta dictam ordinationem percepturi, prout in diverſis inde confectis literis ipſorum Regis, archiepiſcopi, epiſcoporum, comitis ac decani, & aliorum ſigillis munitis, & quas in apoſtolica cancellaria*

Pat. 12. H 6. part 2. m. 13. per Inſpex.

laria diligentes inſpici earumque tenores de verbo ad verbum, una cum ſubſcriptionibus notariorum preſentibus inſeri fecimus, dignoſcitur plenius contineri. Quare pro parte dictorum abbatis & conventus aſſerentium quod monaſterii duarum millium marcarum, & Prioratus hujuſmodi ducentarum librarum ſt. rlingarum fructus, redditus, & proventus ſecundum communem eſtimationem valorem annuum non excedant, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut dationi, conceſſioni, unioni, annexioni, incorporationi, ſtatuto & ordinationi prafatis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur apoſtolicæ confirmationis adjicere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, dationem, conceſſionem, unionem (&c.) *hujuſmodi, necnon quecunque inde ſecuta rata & grata habentes, illa authoritate apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus & approbamus, preſentis quoque ſcripti patrocinio communimus* (&c.)

Tenores verò litterarum hujuſmodi tales ſunt, Univerſis ſancta matris eccleſiæ filiis (&c.) *Datum* Florentiæ *anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſecundo, decimo kal. Auguſti, pontificatus noſtri anno duodecimo.*

MINTINGENSIS

Prioratus, in agro Lincolnienſi *cella abbatiæ S.* Benedicti *ſuper* Leyre.

Carta Ranulphi *Comitis* Ceſtriæ.

Cart. 10. E. 3. n. 21. per Inſpex.

RANULPHUS, Comes *Ceſtriæ. Roberto* Dei gratia *Lichfeldie* epiſcopo. *Roberto* archidiacono, capitulo ſanctæ *Mariæ Lychfeld.* conſtabulario, dapifero, baronibus, Juſticiariis, vicecomitibus, miniſtris, ballivis, & omnibus hominibus ſuis *Francis*, & *Anglis*, omnibuſque prælatis, & filiis ſanctæ eccleſiæ ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & ſancto *Jacobo*, & ſancto *Benedicto*, & monachis eorum imperpetuum, pro Dei dilectione, & pro ſalute animæ meæ, & pro animabus anteceſſorum meorum Mentingas, & eccleſiam ſancti *Andreæ* de Mentingis, & eccleſiam omnium Sanctorum de Canteby; & duas bovatas terræ & dimidiam *Wimundi* Coci, & unam bovatam terræ *Willielmi Pincerne*, & terram Spileman, qui fuit camerarius meus, & quicquid habui in duabus Mentingis, Excepta tenura *Roberti* de Fonumchun: & *Berengarii Falconarii*. Et concedo quod prædicti monachi & homines eorum habeant omnia aiſiamenta ſua, in boſco meo Mentengis, ad ædificia ſua & alia negotia ſua, & pannagium eorum ſine venditione & donatione. Quapropter volo, & firmiter præcipio quod ipſi monachi totam ſupradictam elemoſinam, in rebus omnibus, ita liberè, & quietè, & honorificè imperpetuum teneant & habeant, Sicut aliqua elemoſina, liberiùs & quietiùs, & magis honorificè poteſt teneri, & haberi & dari. Teſtibus *Willielmo* de *D'aundevilla, Norman.* de Verdon, *Radulpho* de *Haia, Hugone Bardolf, Roberto* de Buſcherin, *Roberto Baſſet, Gaufrido Manſello*, & *Willielmo* capellano apud ....

BOXGRAVENSE

Cœnobium in agro Suſſexienſi, *tempore* Henrici *regis primi fundatum, ut infra, cella abbatiæ de* Exaquio *in* Normannia.

Willielmi *comitis* Suſſexiæ *charta, de donatione eccleſiæ de* Buſigtun.

NOſcant tàm preſentes, quàm futuri, quòd ego *Willielmus Ceſtriæ* comes, conceſſi donationem eccleſiæ de *Biſintona*, quam *Radulphus* de *Haia* dedit eccleſiæ ſanctæ *Trinitatis, Exaquii*, cum terris & decimis eidem eccleſiæ pertinentibus, in die quo ipſe *Radulphus* uxorem ſuam *Olivam*, ſororem ſcilicet meam deſponſavit. Et ut hæc donatio rata fieret, ſigilli mei teſtimonio confirmavi.

Ex regiſtro Prioratus in bibl. Cot. toniana, fo. 34. cap. 36.

Hujus donationis teſtes fuerunt hii. *Radulfus* filius *Savari*, *Alart. Flamen*, *Rainaldus* de Windeſores, *Manaſſer Aculeus*, magiſter *Serlo, Richardus Hoſart*, & plurimi alii.

Ejuſdem comitis charta de Bellebol & Wikinges.

NOtum ſit futuris, ſicùt preſentibus, quòd ego Willielmus *comes* Arundelli *dedi Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Borgrave, *& monachis ibidem Deo famulantibus unam partem nemoris de* Beſſeſola, *quæ ex una parte eſt junctæ nemori de* Haunac, *& ab aliis nemoribus eſt diviſa duabus viis & tribus crucibus.*

Ibid. cap. 37.

Et dedi eis totas Winkingas *in boſchis & planis ſicut eis dividunt, ex una parte* Neutreſeiers, *& ex altera territorium de* Haunac. *Et pro quadam decima, quam habebant in manerio meo de* Stochtona *ad victum unius monachi, qui cotidiè cantet miſſam pro fidelibus defunctis in eccleſia de* Borgrave, *ad altare ſancti* Johannis, *dedi eis in eodem manerio* 40. *acras terræ cum maſnagio* Ordingari *Prioris videlicet* 33. *acras quas tenuit* Hugelot, *&* 4. *quas tenuit* Odingarus, *& tres de dominio, quæ ſunt juxta terram cæterorum. Et paſturam in communione villæ; centum* 50. *ovibus, &* 10. *bobus, & duobus capallis* *, *&* 20. *porcis. Et ad tenendum unam lampadem in capitulo dedi* 7. *ſolidatas terræ, eas, quam habebam in* Mildentona. *Hac autem omnia dedi prædicta eccleſiæ in perpetuam elemoſinam, liberam, & quietam ab omnibus ſervitiis, & auxiliis, & omni ſeculari exactione, pro ſalute domini mei* Henrici *Regis*

* Lege caballis.

gis filii Matildis *imperatricis, dono cujus. honorem* Arundelli *habui. & pro me & antecessoribus meis, & filiis, & pro anima* Adelizæ *Reginæ, & pro animabus* Olivæ *sororis meæ, &* Olyvæ *filiæ meæ, &* Agathæ *quæ ibi jacent. His testib.* Roberto *abbate de* Derefordia, Seffrido *archidiacono* Cicestriæ, Rogero *dapifero com. de* Mozfolc, Humfrido *de* Pillerters, Roberto *de* Pruer. Roberto Aguillon, Ricardo Aguillon, Willielmo Fretteng, Rogero Hay, Willielmo Hausard, Giberto *de* Sandervilla, Helya *de sancto* Georgio, Radulpho Sanzaver, Rogero Mahell, Rogero *de* Betsni. Godfridus *filius comitis est testis super omnes testes prænominatos, præcepto comitis patris sui.*

Ejusdem confirmatio, omnium quæ dederant antecessores sui ecclesiæ Exaquienli.

Ibid. fo. 35 cap. 38. SCiant omnes tàm presentes quàm futuri, quod ego *Willielmus* comes *Sussexiæ* concessi, & confirmavi ecclesiæ sanctæ *Trinitatis Exaquii*, & monachis ibidem Deo servientibus omnes elemosinas quas antecessores mei dederunt prædictæ abbatiæ, videlicet *Rogerus* de *Albineio*, & *Willielmus* Pincerna, pro salute animæ meæ, & *Willielmi* patris mei, filii Reginæ *Aeliz.* & *Matildis* matris meæ, & omnium antecessorum meorum, videlicet ecclesiam de *Filgeriis*, cum decimis & elemosinis eidem ecclesiæ pertinentibus, & partem illam ecclesiæ sancti *Sansonis* de *Ginorfossa*, quam *Osmundus* clericus tenuit de *Rogero* de *Albeneio*, cum decimis & elemosinis quæ eidem parti pertinent, & totam illam terram quam idem *Osmundus* tenuit in *Kercavilla*, & in *Francavilla*, sive in terris laboratis, sivè non laboratis, & 60. & 4. acras terræ de dominio meo in *Linervilla*, liberas & quietas ab omni servicio, & auxilio, & quicquid filii *Radulfi Espec* tenuerunt de honore *Albinei* in *Alno* & in *Astella*, sivè in ecclesia, sivè in terra, & totam decimam ferie sancti *Christopheri*, & decimam thelonei de *Albineio*, & in *Marchesis* unum ortulanum quietum cum sua terra. Et quicquid domina *Avicia*, uxor *Rogeri* de *Albineio* dedit eidem abbatiæ, consensu domini sui, & filiorum suorum, *Willielmi* & *Nigelli* in *Monte-Fameloso*, & in *Maisnilegis*, & ex dono *Atisquetilli* de *Cleis*, & *Roberti* filii sui, ecclesiam sancti *Patricii*, quam de antecessoribus meis tenuerunt, & ecclesiam de *Bissintona* quam *Radulfus* de *Haia* dedit prædictæ abbatiæ, cum terris, & decimis eidem ecclesiæ pertinentibus, concedente *Willielmo*, venerabili comite *Arundelli*, & ecclesiam sanctæ *Margaretæ* de *Baldrevilla* cum omnibus quæ eidem ecclesiæ pertinent, & ecclesiam de *Portubasio* sanctæ *Mariæ*, cum decimis, & elemosinis quæ in eadem parochia sunt de honore *Albinei*, & eidem ecclesiæ pertinent. Quare volo & firmiter præcipio, quòd prædicta abbatia de *Exaquio*, & monachi in ea Deo servientes, omnia prænominata habeant, & teneant in libera, & perpetua elemosina, bene, & in pace, liberè, & quietè, integrè, & plenariè, & honorificè cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis consuetudinibus suis sicut chartæ prædecessorum meorum testantur. His testibus, *Johanne* de *Ango*, *Willielmo* de *Millieriis*, *Roberto* de *Groci*, *Willielmo Aguillon*, *Willielmo* de Pestehou, *Elia* camerario. *Thoma* de *Hamello*.

Willielmi, tertii comitis Suffer, confirmatio omnium quæ avus ejusdem nobis contulit.

Ibid. fo 36 cap. 39. SCiant *presentes & futuri, quod ego* Willielmus, *tertius comes* Sussexiæ, *pro salute animæ meæ, & domini mei* Ricardi *Regis, & pro animabus antecessorum meorum, & successorum meorum, concessi, & presenti charta confirmavi, Deo, & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* Borgrave, *& monachis ibidem Deo servientibus, quicquid* Willielmus *illustris comes, avus meus, dedit eis, videlicet unam partem nemoris de* Bessesola, *quæ est ex una parte juncta nemori de* Hannac, *& ab aliis nemoribus est divisa duabus viis, & tribus crucibus. Et concessi eis totas* Winkingas *in boschis & planis sicut eas dividunt, ex una parte nemus de* Sethers, *& ex alia parte territorium de* Hannac. *Et pro quadam decima priùs eis concessa in manerio de* Stohe tune *ad victum unius monachi, qui cotidie cantat missam pro fidelibus defunctis in ecclesia de* Borgrave *ad altare sancti* Johannis, *concessi eis in eodem manerio de* Stohtun 40. *acras terræ cum mesuagio* Odingari *Prioris, videlicet* 33. *acras terræ quas tenuit* Hugelot, *&* 4. *quas tenuit* Odingarus, *&* 3. *de dominio quæ sunt juxta terram cotariorum, & pasturam in communione villæ, cum* 100. *quinquaginta ovibus, &* 10. *bobus, & duobus caballis, &* 20. *porcis. Et ad tenendum unam lampadem in capitulo, concessi eis* 7. *solidatas terræ in* Pilcelton. *Hæc autem concessi, & confirmavi prædictæ ecclesiæ in perpetuam elemosinam liberam & quietam, ab omnibus servitiis & auxiliis, & omni seculari exactione, sicut continetur in charta præfati* Willielmi *avi mei. His testib.* Godefrido *de* Albinne, Ricardo *de* Perre, Rogero Rusteon, Philippo *de* Trefgoz, Ricardo *filio ejus*, Petro Blunde, Elya *de* Camera, Hugone Estormi, Willielmo *de* Alta ripa, Roberto *filio ejus, &c.*

Ibid. cap. 90. NOtum sit presentibus, & futuris, quòd ego *Johannes* de Harundell, pro amore Dei, & salute animæ meæ, & antecessorum, & hæredum meorum, dedi, & concessi & præsenti charta mea confirmavi Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Borgrave, & monachis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, domos, & aream cum pertinentiis suis, quæ fuerunt *Rogeri* fabri in vico orientali de *Ciceſtr.* inter domum *Radulfi* de Warham, & venellam quæ vocatur Ponkelane sitas, tenendas, habendas, & possidendas imperpetuum dictæ domui pacificè, honorificè, plenariè, & quietè ab omnibus mihi & hæredibus meis pertinentibus. Salvo redditu domini Regis xij d. & de vj d. domui de *Ciceſtr.* Has autèm supradictas domos, & gardinum cum omnibus eisdem pertinentibus ego *Johannes*, & hæredes mei dictæ domui de *Boxgrava* contra omnes homines & fœminas garrantizabimus, & defendemus. Dicti verò monachi de *Boxgrava* dederunt mihi de bonis domus suæ viij. marcas argenti ad iter meum perficiendum versus *Jerusalem*. Ut autèm mea donatio, & concessio, & confirmatio, firma sit imperpetuùm, & nullius possit ingenio vel malignitate perverti, presentem chartam sigillo meo, una cum sigillo civitatis *Ciceſtr.* roborare dignum duxi. Hiis testib. &c.

Fundationis historia, & fundatoris stemma.

Ib. fol. 1. CUm litterarum beneficio rudis animus informetur, memoria reformetur, & in mentem redeat quod obscuravit oblivio, quodque vetustas temporis antiquavit: Nos per antiquorum scripturas eruditi, piæ recordationis *Roberti* de *Haya* fundatoris nostri, & ejus hæredum nomina per descensus generis ordinem præsenti pagina duximus annotanda, ob eorum amorem, & honorem, & informationem nostrorum etiam successorum. Sed inprimis appositum est quoddam præambulum, videlicet quod Rex *H.* filius *Willielmi* bastardi, dedit præfato *Roberto* fundatori ecclesiæ beatæ *Mariæ*, sanctique *Blasii* de **Borgrave** consanguineo ejus, honorem *Halnaci* cum pertinentiis suis ipsi *Roberto* & hæredibus suis imperpetuũ possidendum. Dictus autèm *Robertus* in hac domo constituens iij. monachos de ordine sancti *Benedicti*, eisdem in ecclesia de **Borgrave** & terris similitèr victum provideri curavit. Qui dedit *Rogero* de sancto *Johanne* Ceciliam filiam suam in uxorem, qui *Rogerus* prædictis iij. monachis alios tres monachos adjungens, ex præfata *Cecilia* genuit *Willielmum*, & *Robertum* de sancto *Johanne*, qui *Willielmus* numerum monachorum usque ad xiij. ampliavit, & *R.* frater ejus duos monachos prædictis ampliavit. Isti duo fratres *Murielem* sororem suam dederunt in uxorem *Reginaldo* de *Aurea-valle*, ex qua idem *Reginaldus* genuit filiam nomine *Mabiliam*, quæ juncta est *Adæ* de **Post** copula maritali, de qua *Adam* genuit *Willielmum* secundum, qui genuit *Robertum* ex *Godehelda* filia *N. Pagnell*, & *Robertus Johannem* de *Agnete* filia *Willielmi* de *Cantilupo*, *Johannes* genuit *Johannem* ex *Alicia* filia *Reginaldi* filii *Petri*. Iste *Johannes* secundus accepit in uxorem *Isabellam* filiam nobilis viri *Hugonis* de **Cotenay**, de qua genuit *W.* & *Hugonem* qui *W.* natus est xviij. kal. Julii an. Dom. MCCCix. qui *W.* obiit sine liberis. *Hugo* frater ejus genuit *Edmundum*, & duas filias. *Edmundus* decessit sine liberis, & sorores ejus diviserunt baroniam de **Halnak**. De quibus una, nomine *Isabella*, juncta fuit *Bartholomæo Burgherſh* juniori & mortuus est sinè liberis.

Tunc duxit eam in uxorem nobilis vir dominus *Lucas* de **Potinges**, qui genuit *Thomam* de **Potninges**, qui *Thomas* genuit *Hugonem* ex domina *Johanna Strange*, qui *Hugo* genuit filios, & filias.

Charta Willielmi *de S.* Johanne.

Ex cod. registro. SCiant presentes & futuri, quod ego *Willielmus* de sancto *Johanne*, pro salute domini mei *Henrici* Regis, & liberorum suorum, & antecessorum & successorum meorum, concessi & presenti carta confirmavi Priori et monachis de *Boxgrava*, ad tenendum ibi ordinem regularem et Hospitalitatem et conventum perpetuum xv. monachorum ecclesiam de **Borgrave** liberam et integram et totum territorium de *Boxgrava*, ex donatione mea et antecessorum meorum. Et antiquas pensiones in ecclesiis, videlicet de **Bzideham**, vj. sol. de **Ichenoze** iiij. sol. de *Beltona* vij sol. Et in subscriptis ecclesiis, scilicet *Walberstona* **Berneham**, *Hampteneta*, **Hunestan**, **Hundeham**, duas portiones de terris et decimis omnibus quæ ad ipsas pertinent. Et in omnibus præscriptis ecclesiis advocationem liberam et presentationem presbiterorum, qui in sua persona in illis ecclesiis Deo assiduè deserviant. Et pasturam xij. bobus et duabus vaccis in *Halnaco* et *Strethamptona*. Et decimam omnium nemorum de Honore *Halnaci* in *paissone* & venditione & omnibus aliis exitibus. Et pasturam & *paissonem* omnibus porcis suis, & vias ipsorum nemorum, liberas animalibus & pecoribus suis. Et in excambium antique consuetudinis quam habebant in nemore *Halnaci*, Dedi eis illam partem nemoris quæ est inter culturam suam & *Bessesolam*, à nemore *Philippi* de **Tresgoz** usque ad viam rectam quæ à cornu septi extenditur in **Tangestede** *devers* **Halnac**. Dedi quoque eis terram quæ dicitur **Werdam**. Et ad vestiaria fratrum, terciam partem de **Hundeham**, ab omni servicio & auxilio mihi pertinente liberas & absolutas, & molendinum de **Feningetune**, ad luminare perpetuum in noctibus Sabbatorum, pro anima *Olyve* uxoris meæ ad ejus petitionem. Et reddidi eis decimam gabulorum de *Strethamptona*, videlicet viij. sol. per annum. Et confirmavi eis, ex donatione *Roberti* fratris mei, terram quæ dicitur **Hyldefande**, cum omnibus ejusdem terræ pertinenciis, & in **Walbozeton**, virgatam campelli & dimidium ortum *Willielmi* carpentarii, & liberam communionem ejusdem villæ in omnibus, in excambium gabulorum de **Walbozeton**, quam priùs habebant, ad sustentandum perpetuo quartum decimum monachum in conventu de **Borgrave**, sicut conventio est inter illos. Et ad sustentand. perpetuò xv. monachum in eodem conventu dedi eis dimidiam virgatã terræ in **Perdi**, & quicquid habebam in *Kepestona*, in excambium decimæ gabulorum ad hoc ipsum priùs assignate; secundùm conventionem inter nos, & ad victum capellani mei de **Halnac** sustinendum cum ipsis, vel parandum ei panem & cervisiam & pulmentaria, sicut monachus habet in die, nisi dominus vel domina manentes fuerunt in **Halnac**, dedi eis unam virgatam terræ in *Comptona* cum omnibus suis pertinenciis, in excambium duarum masurarum quas habebant *Wintoniæ*. Præterea confirmavi eis ex donatione *Gaufridi* de *Colevilla* decimam de *Kienoro*. Ex donatione *Humfridi* de *Sartilla* unam virgatam terræ in *Abbintona*. Ex donatione *Gisliberti* de *Sartilla* virgatam terræ & dimidiam in *Hampteneta*. Ex dono *Gauffridi* de *Sartilla* unam virgatam terræ in **Bzideham**. Ex donatione *Rogeri Hay* molendinum de **Hunestan**, cum suis pertinenciis. Ex donatione *Helyæ* de sancto *Georgio* unam virgatam terræ juxta *Wudecoram*, & duas acras prati in **Hunestan**. Ex dono *Philippi* de **Tresgoz** xxv. acras terræ in **Pozthestret**. Ex dono *Petri* de **Hampton** decimam molendini sui, & unam acram terræ. Ex dono *Roberti* & *Thomæ* de *Campell.* iiij. acras terræ in **Benebech**. Hæc igitur omnia ex donatione mea & antecessorum meorum & militum meorum, sicut supra determinatum est, misericorditer concedo & confirmo Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & conventui de *Boxgrava*. Salvâ annuâ pensione trium marcharum abbatiæ *Exaquii*, quarum duas tun-

tantùm prius habuerat, tertia verò addita fuit tali conventione, ut abbas & conuentus *Exaquii* in eodem Prioratu ordinem regularem & conventum perpetuum teneri concederent. Concessi etiam abbati & conventui *Exaquii*, ut electio Prioris de *Boxgrava* sit regularis & libera. Prædictus quoque abbas & conventus *Exaquii* concesserunt Priorem in præfato Prioratu permanere stabilem, quamdiu honori & utilitati fuerit. Et concesserunt quod nec sub-Priorem nec cellerarium ad se advocabunt. Et dederunt eidem Priori & successoribus ejus licentiam ut liberè & sine contradictione xv. monachos habeant & eos liberè perficiant cum plenè ibi fuerint. Et si plures habere potuerint in eodem loco quàm prædiximus libere ibidem recipiant quos voluerint. Hanc itaque conventionem Prior de Boxgrave & conventus ejusdem loci perpetuò tenendam concesserunt mihi & hæredibus meis, & in scripto redactam sigilli sui appositione confirmaverunt. His testibus, *Roberto* presbitero de *Walberstona*, *Willielmo* presbitero de Bernham, *Ricardo* capellano, *Roberto* de sancto *Johanne*, *Rogero Hay*, *Rogero* de *Kaisneto*, *Philippo* de Treſgoz, *Radulfo* filio *Petri*, *Ricardo* de *Midentena*, *Ricardo* de *Thalamo*, *Mannet*, & aliis.

Charta Roberti *de S.* Johanne.

Ibid. SCiant presentes & futuri quod ego *Robertus* de sancto *Johanne*, de voluntate & assensu domini *Willielmi* fratris mei, dedi ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & monachis de *Boxgrava* quatuor virgatas terre in Walbozgeton cum mansuris & aliis pertinentiis, videlicet quas tenuerunt *Herbertus*, *Rogerus*, *Bato*, *Robertus Bulere*, & *Alueicus* filius *Alwini*, & acram terre quam tenuit *Willielmus* de *Barra*, tenendas in perpetuam & liberam elemosinam, ad sustentationem sextidecimi monachi in coventu de *Boxgrava* supplendi & perpetuò tenendi cum ceteris quindecim qui priùs ibi erant in servitio Dei, pro salute mea, & fratris mei, & uxoris meæ, & uxoris sue, & antecessorum meorum. Et sciendum est, quod si aliquis eorundem sedecim monachorum objerit vel ab eis inordinatè discesserit, infra tres menses loco illius regulari sua dispositione alium substituent ; quod nisi fecerint dominus *Halnaci* locum vacantem adimpleri faciet rationabiliter. Et ut firmiter teneatur hoc scriptum sigillo meo confirmavi. Testibus his, *Philippo* de Treſgoz & *Willielmo* filio ejus, *Thoma* de Argenton, *Rogero Hay*, *Radulfo* de Baisnei, *Simone* de Middelton, *Roberto* de Coleville, *Roberto* de Bartellei.

Charta Willielmi *de S.* Johanne.

Ibid. SCiant presentes & futuri, quod ego *Willielmus* de sancto *Johanne*, filius & heres *Ade* de Port, concessi & hac presenti carta confirmavi ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Boxgrava*, & monachis ibidem Deo servientibus, omnia illa que dederunt eis *Robertus* de *Haya*, *Rogerus*, & *Willielmus* & *Robertus* de sancto *Johanne*, antecessores mei, & alii fideles, de honore *Hannaci* tenentes, cum omnibus libertatibus & consuetudinibus, sicut in cartis eorum invenitur & continetur expressum, in puram & perpetuam elemosinam. Preterea dedi eis & concessi, pro salute animæ meæ, & antecessorum meorum, ad colendum liberè & sine contradictione, totum planum & boscum quod est juxta culturam illorum, quorum fossatum extendit se versus Stangnestede & inde equali mensura usque ad Hozdestrete. Et ut firmiter teneatur, presentem cartam Sigilli mei appositione roboravi. His testibus, *Philippo* de Treſgoz, *Richardo* filio suo, *Rogero Hay*, *Hugone Estormi*, *Richardo* de *Keisneto*, *Roberto* de *Sartillei*, *Roberto* de *Colevill*, *Willielmo Crus*, *Henrico* de *Hantonneta*, *Richardo Legardo* & pluribus aliis.

Charta *Thomæ* abbatis *Exaquii*.

Ibid. UNiversis in Christo fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, frater Thomas dictus abbas sancte Trinitatis Exaquii, & ejusdem locî conventus, salutem & in domino orationes. Ne in dubium veniant que geruntur, usus habet & communis consideratio utilitatis exposcit, ut scripture serie debeant annotari. Inde est quod nos communi assensu capituli nostri in scriptum redegimus, & presenti carta confirmavimus, conventionem quam in perpetuum tenendam fecimus Priori de Boxgrava, & aliis succedentibus ejusdem loci Prioribus, videlicet ut liberè & absque contradictione liceat eis xv. monachos habere in illo Prioratu. Et cum aliquis eorum defuerit, per aliquem qui ab eis pro voluntate sua in monachum suscipiatur, liceat adimplere predictum numerum. Et si fortè Prior ejusdem loci moram fecerit de prefato numero adimplendo, nos illum de nostris adimplebimus, vel adimpleri cogemus. Et si Deo donante, ex incremento beneficiorum ejusdem ecclesie, plures quam prediximus ibidem esse poterint, similiter liceat Priori quos voluerit liberè in eodem locò recipere. Nos verò si aliquem predictorum monachorum, nisi fuerit Subprior vel Celerarius, ad utilitatem ecclesie nostre conservandam necessarium cognoverimus, prout nobis placuerit, ad nos venire faciemus. De cetero in ista carta confirmamus quod cartam quam predecessor noster Petrus pie memorie fecit de eodem Prioratu firmiter & inconcusse tenebimus. Hoc autem totum fecimus ad petitionem venerabilis Willielmi *de* sancto Johanne, qui pro Dei amore & pro salute anime sue, necnon & parentum & propinquorum suorum predictum Prioratum fundavit & instituit & multa beneficia contulit, que in carta sua confirmavit, & in scriptis autenticis confirmari fecit. Valete.

Confirmatio donationum per Hylarium Cicestrensem *episcopum.*

Ibid. HYlarius Dei gratia *Cicestrensis* episcopus omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos carta hæc pervenerit, salutem. Licèt ex injuncto nobis à Deo episcopali officio, curam universis subditis nostris debeamus impendere, majori tamen studio & sollicitudine religiosorum virorum quieti & utilitati oportet nos providere. Et inde est quod *Radulfi* Prioris de *Boxgrava*, monachorumque ibidem Deo servientium precibus annuentes, cœnobio eorum & ipsis, & per

eos monasterio *Exaquiensi* confirmamus possessiones universas que eis legitimè concesse sunt vel eis in futurum quorumcunque justa largitione conferentur. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesias scilicet que sunt in feudo de **Hannac**, cum terris & decimis ipsis pertinentibus, videlicet ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Boxgrava*, ecclesiam sancti *Petri* de *Hantona*, ecclesiam sancti *Leodegarii* de *Honestun*, ecclesiam de **Bildeham**, ecclesiam sancti *Nicholai* de *Ichenora*, ecclesiam sanctæ *Mariæ* de **Walbozgneston**, & ecclesiam sanctæ *Mariæ* de **Berneham**, & decimam de **Thadcham**, & duas partes decime de *Kienora*. Totam villam **Borgrave**, quam dederunt eis *Robertus* de *Hais* & *Rogerus* de sancto *Johanne*, & decimam gabulorum totius parrochie, & mensuram frumenti que **Cerchet** vocatur in omnibus maneriis suis, & in nemore de **Hannac** ignem & materiam ad omnia edificia sua & opera, & *paisson* porcis suis & pasturam cunctis animalibus suis. Ex dono etiam *Willielmi* de sancto *Johanne* xj. virgatas terre in villa **Walbozgneton** & pasturam xij. bobus & totidem vaccis et omnibus porcis suis, et in villa **Concone** duas virgatas terre et pasturam ovibus, partem etiam nemoris sui **Borgrave** adjacentis. Decimam quoque omnium reddituum nemorum suorum quocunque modo juste accipiendorum, libertates quoque omnes quas eis rex *Henricus*, *Robertus* de *Haya*, *Rogerus* de sancto *Johanne* et *Willielmus* filius ejus concessisse noscuntur ratas et inconcussas, sicut in cartis eorum continetur, manere precipimus. Postremò adhuc nolumus vos ignorare, quod assensu *Rogeri* abbatis *Exaquii* conventusque ejusdem loci, nostra etiam interveniente auctoritate, statutum est ut in predicto cœnobio de *Boxgrava* ordo monasticus secundum regulam sancti *Benedicti* ad minus in numero xiij. monachorum in perpetuum observetur.

Carta Regis Edwardi *tertii.*

Pat 6 R. 2 part 2. m. 14 per In pex.

EDWARDUS Dei gratia Rex *Anglie*, dominus *Hiberniæ* & dux *Aquitanie*. Omnibus (*&c.*) salutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Christo Prior & Monachi de **Borgrave**, de com. *Sussex*, per petitionem suam coram consilio nostro exhibitam, quod cum monachi prioratus illius à tempore cujus contrarii memoria non existit *Anglici* essent, & Priorem de se in singulis vacationibus ejusdem prioratus eligere, & loci diocesano præsentare consuevissent, qui per eundem diocesanum confirmari & in Prioratum illum institui solebant & induci; nec Prioratus prædictus aliquibus temporibus progenitorum nostrorum quondam regum *Anglie* occasione guerrarum inter ipsos progenitores nostros & tunc Reges *Francie* exortarum, in manus ipsorum progenitorum nostrorum captus fuisset, preterquam tempore prædicti Prioris ibidem nunc existentis, qui de partibus transmarinis extitit oriundus, & quem bonæ memoriæ dominus *Johannes* nuper summus Pontifex, in Priorem Prioratus prædicti præfecit; Qui quidem Prioratus, pro eo quod idem Prior alienigena existit, occasione commotionis ultimæ guerræ inter celebris memoriæ dominum *E.* nuper regem *Anglia*, patrem nostrum, & illos de *Francia* tunc habite, in manus ipsius patris nostri una vice; & postmodum prætextu presentis guerræ inter nos & ipsos exortæ in manum nostram alia vice captus fuit, & in custodia ipsius Prioris, ex commissione nostra pro certa firma nobis inde annuatim reddenda existit, vellemus manum nostram inde amoveri & Prioratum illum una cum redditibus & bonis, necnon feodis militum advocationibus ecclesiarum; & omnibus aliis ad Prioratum illum spectantibus, præfatis religiosis jubere restitui gratiosè. Nos statui Prioratus prædicti, qui multipliciter deprimitur his diebus, ut accepimus, pio compacientes affectu; & ad hoc quod per diversas certificationes per Thesaurarium & Barones nostros de Scaccario nostro nobis in Cancellaria nostra, de mandato nostro missas, est compertum quod Prioratus prædictus in manus progenitorum nostrorum quondam regum *Anglie* occasione alicujus guerræ inter ipsos progenitores nostros, & illos de *Francia* exortæ inter terras & tenementa Alienigenarum infra regnum nostrum existencium ante octavum diem Octobris anno regni domini *E.* nuper Regis *Anglia* patris nostri decimo octavo, captus non fuit; nec quod de aliquibus exitibus dicti Prioratus temporibus eorundem progenitorum nostrorum occasione prædicta aliqualiter responsum extitit; necnon ad hoc quod per quosdam prelatos, magnates & proceres, in Parliamento nostro apud *Westmonasterium* convocato existentes, testatum est, quod Prioratus prædictus de fundatione antecessorum *Johannis* de sancto *Johanne* existit, & quod apportum inde ad partes transmarinas fieri, seu Prioratus ille alieni domui religiosorum in eisdem partibus transmarinis subici, vel à tempore fundationis ejusdem per alium quam per Priorem *Anglicum* usque ad tempus prefectionis prædicti nunc Prioris regi nullatenus contigit, nec deberet, consideracionem condignam habentes, Ac volentes eo pretextu eorum securitati in hac parte providere, de assensu Prelatorum, Comitum, Baronum & aliorum in dicto Parliamento existentium, pardonavimus præfatis Priori & Monachis firmam prædictam & arreragia ejusdem, necnon finem, si quem nobiscum fecerint pro custodia prædicta præ cæteris habenda; Et eisdem Priori & Monachis temporalia Prioratus prædicti, una cum terris & tenementis, bonis & redditibus, necnon feodis militum advocationibus ecclesiarum, & omnibus aliis ad prioratum illum spectantibus, seu pertinentibus quoquo modo restituimus, & manum nostram inde duximus amovendam. Volentes & concedentes quod Prioratus prædictus, seu terræ aut tenementa bona vel redditus ad illum spectantia ratione personæ prædicti nunc Prioris, per prædictum summum Pontificem sic præfecti, qui in dictis partibus transmarinis extitit, ut prædicitur oriundus, seu occasione generalis captionis terrarum, tenementorum, bonorum, seu catallorum alienigenarum infra dictum regnum nostrum in guerris hujusmodi de cætero nullatenus capiantur. In cujus (*&c.*) T. *Edwardo* duce *Cornubiæ*, & comite *Cestriæ*,

Cestriæ, filio nostro charissimo, custode *Angliæ*, apud *Westmonasterium* xxv. die Octob. anno regni nostri xirj.

LONGA-BENINTON
in comitatu Linc. *cella de* Savigneio *in* Normannia.

Ex autographo in bibl. cotton.

QUoniam inter opera misericordiæ precipuum est indigentium necessitatibus occurrere, ego *Radulfus Filgeriarum*, dominus abbatiæ *Savigneii* ab antecessoribus meis fundate, non solum que ei collata sunt integra indiminutaque conservare; verum ipse quoque Deo donante animo volenti ampliare curavi. Sciat igitur posterorum ventura generatio me dedisse in elemosinam perpetuam monachis *Savigneii*, pro salute apime meæ, & antecessorum meorum, & uxoris meæ, & filiorum meorum, & precipuè matris meæ, & omnium amicorum meorum concedentibus filiis meis *Jubello* & *Willielmo*, totum dominicum meum quod habebam in maretis *Maidrei* & totum dominicum meum quod habebam in *Verdumo*, excepto molendino. Dedi etiam prædictæ abbatiæ ecclesiam de * **Beluntone** cum omnibus pertinentiis suis. Abbas autem *Savigneii* de prædictis, & de redditibus ecclesiæ, panem & vinum in ministerium altaris, me illud exigente, semper parabit. De eo autem quod superfuerit, abbas, juxta quod pollicitus est, monachis vestimenta procurabit. Dedi etiam præfate abbatiæ in villa *Maidrei* placeam ad faciendam grangiam, & terram quæ ei adjacet, et est post ipsam grangiam. In hac autem donatione nostra, ea sola vel maxima nostre mentis est intentio ut supradictorum fratrum supplicatione Deo facta confessionem piissimam, & peccatorum remissionem perfectam valeam impetrare. Hæc autem omnia libera & quieta ab omni servicio seculari michi vel successoribus meis impendendo concessi ..... meis retinens aut requirens præter divinam retributionem, & quod ad meam ..... pertinebit protectionem ac defensionem. Actum anno ab incarnatione domini M° C° ..... sub Testibus istis. *Willielmo* abbate de *Filgeriis*, *Willielmo* & *Jubello* canonicis, *Willielmo* ..... de *Maisnilio*, *Amerlandi*, *Willielmo* de *Serlant*, *Ricardo*, *Jubello*.

* In com. *Lincol.* in regno *Angliæ*.

Juratorum relatio.

Ex Rotulo hundred. in com. *Lincoln.* wapentachio de *Loveden* 3 E. 1.

JUratores dicunt, quod monachi de **Beningeton** habent quatuor carucatas terræ cum pertinentiis in eadem villa, jam centum annis elapsis de feodo militari, & valet carucata per annum iiij. libr. quo dono, vel à quibus feofati sunt, quo servitio, quomodo, qualiter, & quo waranto, & à quo tempore, per quos fuerunt alienatæ, nesciunt. Sed postea veniunt Juratores, & dicunt, quod *Oliva* filia & hæres *Willielmi le Fengeriis* feoffavit dictos monachos & dicta *Oliva* tenet dictam terram de Honore *Britannia*, qui tenebatur de rege in capite. Postea testatum est per xij. & per ballivum, quod non est *geldabilis*, & quod de tam longo tempore ideo inde nihil, &c. Dicunt etiam quod Prior & canonici ecclesiæ sanctæ *Katerinæ Lincolniæ* tenent duas carucatas terræ in campis de **Benington** de feodo militari. Et valet carucata per annum iiij. lib. quo dono, vel à quibus feofantur &c. nesciunt.

GROMONDENSIS
Prioratus in Eskdale *infra comitatum* Eboraci, *cella Abbatiæ de* Grandimonte *in* Gallia.

Carta Regis Johannis.

Cart. 15. *Joh.* n. 19.

JOhannes Dei gratia, &c. Omnibus, &c. Sciatis nos concessisse & hac carta nostra confirmasse Deo & fratribus *Grandimontis* omnia tenementa & redditus & possessiones tam ecclesias quam alias quæ *Johanna* filia *Willielmi Fossard* quondam uxor *Roberti* de **Turneham** eis dedit & carta sua confirmavit in perpetuam elemosinam sicut cartæ eorundem *Roberti* & *Johannæ* quas prædicti fratres inde habent rationabiliter testantur. Quare volo (*&c.*) Dat. per manum domini *P. Winton.* Apud *Witten.* v. die Novemb.

MONKENLANENSIS
Prioratus, in agro Herefordensi, *Cella de* Conchis *in* Normannia.

Confirmatio donationis.

Ex autographo penes præpositum & scholares collegii regalis *Cantabrigiæ* an. 1652.

IN nomine Domini, *Amen.* Noverint universi presentes & futuri hoc præsens publicum instrumentum, seu transumptum inspecturi, me notarium publicum subscriptum, anno Domini millesimo quadringentesimo, tricesimo tertio, die vicesima secunda mensis Augusti, indictione undecima, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri, domini *Eugenii*, summa Dei gratia pape quarti, anno tertio, vidisse, tenuisse, & diligenter inspexisse, ac de verbo ad verbum legisse, quasdam literas, sigillo reverendi in Christo patris, & domini, Domini *Willielmi* Dei gratia *Herefordens.* ecclesiæ ministri, in cera viridi ut prima facie apparebat, sigillatas, sanas & integras, non mutilatas, non vitiatas, non abolitas, non abrasas, nec in aliqua parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes, mihi per religiosum & honestum virum dominum *Robertum* le *Ryve* presbyterum, monachum

nachum expresse professum in monasterio, seu abbatia sanctorum *Petri & Pauli* de *Castellione* de **Conchis**, ordinis sancti *Benedicti Ebroicensis*, diocesis, ad copiandum & exemplandum traditas. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur & talis est.

Universis sancte matris ecclesie filiis Willielmus *Dei gratia* Herefordensis *ecclesie minister eternam in Christo salutem. Ex officio injuncte nobis administrationis tenemur viros religiosos cavere, & providere ut beneficia à filiis sancte Dei ecclesie in elemosinam perpetuam sibi collata, pacificè & absque omnium vexatione possidere valeant. Inde est, quod dilectis fratribus nostris abbati sancti* Petri Castellionis, *& monachis ibidem Deo servientibus, paterna pietate prospicere cupientes, concedimus eis, & episcopali auctoritate confirmamus manerium de* **Ponekellen**, *& ecclesiam ejusdem ville, cum universis decimacionibus, & ceteris obvencionibus, & omnibus ad eam de jure spectantibus, salva honesta sustentatione vicarii. Medietatem quoque ville de* Diura, *quam* Hugo *de* Diura *tenet de eisdem monachis, pro quinquaginta solidis annuatim reddendis in tribus terminis, videlicet tertiam partem in purificatione sancte* Marie, *& tertiam in die* Pentecostes, *& tertiam in festo sancti* Michaelis. *Confirmamus etiam eis omnes decimas de dominio de* **Salbeuour**, *cum uno hospite, & decimam illius terre, quam idem hospes de eis tenet, & de* Hida *in omnibus. Confirmamus etiam eis duas partes decimarum de dominio de* Bromeshaga, *tam in magnis, quàm in minutis decimis in omnibus. Confirmamus etiam eis duas partes decimarum de dominio de* **Ediden-stoc** *in omnibus, cum uno hospite, & duas partes decimarum de dominio de* Hida, *& duas partes decimarum de dominio* Willielmi *de* Schall. *& duas partes decimarum* Herberti *de* **Arsperton**. *Et unum burgagium in villa* **Hereford**, *& duas partes decimarum de* **Albodeleg**, *& in eadem villa duos hospites, & duas partes decimarum de dominio* del Bur. *& duas partes decimarum de dominio de* **Wormesleg** *& terram & mansuram que fuit* Caure, *& duas partes decimarum de feodo* Osberti *filii* Rualdi, *& duas partes decimarum de dominio de* Linda *cum uno hospite. Has elemosinas habent predicti monachi ex donatione* Radulphi *de* **Tony** *senioris, quas & alias, si qua in episcopatu* Herefordensi *habent beneficia canonice adepta, eis confirmamus salva dignitate* Herefordensis *ecclesie, & successorum suorum canonica justitia; quod ne de cetero deduci possit in irritum presenti carta & sigilli nostri testimonio communimus. Hiis testibus, magistris* Johanne *de* Coler, Willielmo *de* **Stoc**, *canonicis* Hereford, *magistro* Stephano *& magistro* Osberto *& Ricardo scriptore, clericis nostris, magistro* Petro *& Willielmo clerico de* Len. *& Rogero* Turnel, *& Roberto de* **Offewerd**, *& Rogero de* **Livet**,

De quibus præmissis dictus dominus *Robertus le* **Rus** petiit à me notario publico subscripto sibi fieri hoc presens publicum instrumentum, seu transumptum. Acta fuerunt, hæc *Ebroic.* sub anno die mense indictione & pontificatu predictis. presentibus ad hæc venerabilibus & discretis dominis, ac magistris *Johanne Annoti, Johanne Nicholai, & Philippo* canonicis presbiteris, in artibus magistris, & jure canonico Licenciatis, *Ebroicensis & Lexoviensis* diocesis, pluribus aliis ad hoc vocatis & rogatis.

Et quia ego *Gulielmus Guerin* clericus, *Ebroicensis* oriundus, publicus apostolica & imperiali auctoritatibus, curieque episcopalis *Ebroicensis* notarius juratus, veram collationem de presenti transsumpto ad originale feci, nil addito, nec retento, quod sensus variat seu mutet intellectum, ideo huic presenti transsumpto manu mea scripto signum meum solitum apposui in testimonium veritatis premissorum, requisitus & rogatus. Additiones factas, ubi dicitur *tenemur ecclesie*, sub eodem signo approbo.

TOFTENSIS *Prioratus, in agro* Norfolciensi, *Cella de* Pratellis.

Carta Regis Henrici *secundi, donatorum concessiones ratificans.*

Carte 21. Ed. 1. m. 21. n. 49. per. Inspex.

HENRICUS Dei gratia Rex *Anglie*, & Dux *Normannie & Aquitanie*, & Comes *Andegavie*. Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, Comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, & omnibus ballivis, & fidelibus suis salutem. Sciatis me concessisse, & presenti carta mea confirmasse Deo, & abbatiæ sancti *Petri* de *Pratellis* & monachis ibidem Deo servientibus, omnes subscriptas rationabiles donationes sibi factas, & Cartis donatorum confirmatas. Ex dono *Rogeri* de *Bellomonte*, & filiorum ejus, consensu Regis *Willielmi* filii *Roberti* Marcionis, quinque hidas terræ in **Dlanescote**. Ex dono prædicti *Willielmi* Regis, terram *Anselini & Wlnerici* de **Watinton**, quinque hidas terræ in **Elton**, cum ecclesia, & sepultura totius villæ, & pro villa sancto *Claro* quam acceperat de abbatia sancti *Petri*, & dederat *Roberto* Comiti **Pozeton**, fratri suo. Ex dono *Arnulphi* de **Hesdinch**, ecclesiam de **Neubiri**, & decimas totius villæ, vel exitus villæ, de molendino, de theloneo, & de omni re quæ decimari potest, & unam hidam terræ, & domum presbyteri liberam ab omni censu & consuetudine & servitio, concedente Rege *Willielmo*. Ex dono *Roberti* Comitis *Mellent*, ecclesiam & decimam de **Cherlenton**, & manerium de **Toftes**, cum pertinentiis suis; Habendum & tenendum liberè, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, suis, sicut Rex *Willielmus*, & ipse & Comes illud meliùs & liberiùs tenuerunt. Item ex dono ejusdem Comitis, Rege *Henrico* annuente, & confirmante, Manerium de **Postebiri**, ita liberè, sicut prædictum est, tenendum. Item ex dono & concessione ipsius Regis *Henrici*, quod predicti monachi de *Pratellis* habeant, & teneant omnia sua bene, & in pace & honorificè & liberè, sicut meliùs tenuerunt tempore patris sui, & quod omnes dominice

nice res eorundem monachorum, quas potuerant monstrare esse suas, sint quietæ de omni Theloneo, & consuetudine, & passagio, sicut res monachorum de *Fiscamio* & *Cadomo*, & de aliis abbatibus de dominio suo. Ex dono *Henrici* Comitis de **Warewich**, villam de **Warminton**, liberam, cum omnibus consuetudinibus suis, sicut eam in dominio suo habebat, exceptis servicis que perpendebant illi manerio. Quare volo & firmiter præcipio quod supradicta abbatia sancti *Petri* de *Pratellis*, & Monachi in ea Deo servientes, omnia prædicta habeant & teneant in libera & perpetua elemosina, bene & in pace, liberè & quietè, integrè & plenariè & honorificè in ecclesiis, & decimis, & redditibus, & terris; in bosco & plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis, in vivariis & stagnis & piscariis, & turbariis & mariscis, in viis & semitis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad ea pertinentibus, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis, sicut Carte donatorum testantur. Testibus *Waltero Rothomagensi* archiepiscopo. *H. Dunelmensi* & *H. Bajocensi* episcopis, *H. Coventrensi* electo, *Roberto* filio *Willielmi* archidiacono **Notingham**, *Johanne* de *Constancia* archidiacono *Oxonie*, Comite *Willielmo* de *Mandevilla*, *Willielmo* Comite de **Saresberi**, *Willielmo* de **Humet** Constabulario, *Willielmo* filio *Radulphi* Senescallo *Normannie*, *Willielmo* de *Mara*, *Aluredo* de sancto *Martino*, *Gilberto* filio *Reynfredi*, apud *Cadomum*.

Carta Regis Edwardi *primi, donationem* Roberti comitis *Leicestrie* confirmans.

Cart. 14. E. 1. n. 26. Videetiam Cart. 13. E. 1. n. 69.

REX archiepiscopis, &c. salutem. Inspeximus cartam quam *Robertus* quondam comes de *Mellento* & *Leycestria* fecit Deo & ecclesiæ sanctorum apostolorum *Petri* & *Pauli* de *Pratellis* & monachis ibidem Deo servientibus in hæc verba. Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis *Anglicis*, *Francis*, & *Normannis*, *Robertus* comes de *Mellento* & *Leycestria* salutem in vero salutari domino Jhesu Christo. Noverit universitas vestra quod ego pro salute animæ meæ & dilecti mei domini Regis *Willielmi* & antecessorum meorum, dedi & concessi & præsenti carta mea confirmavi Deo & ecclesiæ sanctorum apostolorum *Petri* & *Pauli* de *Pratellis*, & monachis ibidem domino servientibus manerium de **Thoftes** cum omnibus pertinentiis suis, videlicet terris, nemoribus, mariscis, pratis, turbariis, hominibus, redditibus, pasturis, communis, & aliis quibuscunque dicto manerio spectantibus, ita liberè sicut karissimus dominus meus illustris Rex *Willielmus* illud michi dedit, qui ante me illud aliquantulum possedit. Tenendum & possidendum dictis monachis & eorum successoribus in liberam puram & perpetuam elemosinam bene in pace honorificè & justè solutum & quietum de siris & sectis, de hundredis, placitis, quærelis, consuetudinibus & regalibus demandis universis cum *sacch. socc.* **thol. thif. infongenethef** & **hutfongenethef** & cum libera warenna in parochiis de **Thoftes** & de **Vadescho** & de **Thorp** cum omnibus aliis libertatibus. Addidi etiam huic dono jus Patronatus ecclesiæ beatæ *Margaretæ* prædictæ villæ, jus patronatus ecclesiæ beatæ *Mariæ* de **Vadescho**, jus patronatus ecclesiæ beati *Michaelis* de **Estone**, jus patronatus ecclesiæ sancti *Leonardi* de *Wyleya*, jus patronatus ecclesiæ beati *Michaelis* de **Cherlintone**, jus patronatus ecclesiæ sancti *Nicholai* de **Neuburi** cum decimis, fundis, obventionibus, pertinentibus ad dictas ecclesias pertinentibus. Item in villa de **Neuburi** decimam totius redditus vel exitus villæ, id est de molendinis, de theloneo, & de omni re quæ decimari potest vel poterit in futuro, cum una hida terræ libera ab omni censu & consuetudine, secta curiæ, & universo servicio seculari, quæ omnia *Arnulphus* de **Hesdinck** comes *del* **Perche** dominus de **Neuburi** michi donavit ad ulus elemosinæ monachorum prædictorum. Dedi insuper monachis meis prædictis villulam quæ vocatur **Orlavesthote**, & quinque hidas terræ ad eam pertinentes liberam & absolutam de siris, de hundredis, placitis, quærelis, auxiliis, consuetudinibus, serviciis secularibus, universis demandis & omnibus exactionibus quas mens humana scit vel sciet, potest vel poterit inposterum cogitare. Dedi nichilominus monachis prædictis aliud manerium nomine **Speteburi** cum tota villa, terris, nemoribus, pratis, pasturis, ripariis, molendinis, hominibus, eorum servitiis capitagiis redditibus & omnibus dicto manerio & villæ spectantibus liberum & absolutum de siris de sectis de hundredis, placitis, quærelis, auxiliis, consuetudinibus servitiis secularibus & omni angaria regali cum **soch. sacc. thol. thif. infongenethif** cum omnibus aliis libertatibus. Hæc omnia præscripta ego *Robertus* comes prædictus dedi Deo & ecclesiæ & monachis prædictis tenenda possidenda & habenda sicut liberiùs tranquilliùs & honorificentiùs aliqua elemosina in regno *Anglie* dari potest vel teneri. Et ne aliquis in posterum donationibus meis, caritatis intuitu factis, ausu temerario audeat contraire, præsentem cartam prædictis monachis tradidi sigilli mei impressione munitam, præsentibus domino *Cantuar.* archiepiscopo, domino *Eborum* archiepiscopo, dominis *Sarebur. Norwyc. Coventren.* episcopis, dominis *Glovernie*, *Sarebur.* del *Perche*, de **Pozitone**, de **Warwyk** comitibus, & aliis baronibus, militibus, clericis, nobilibus, & liberis hominibus quam pluribus. Nos autem donationem (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Dat. per manum nostram apud *Westm.* xxvij. die Aprilis.

ALVERTONENSE
cœnobium in agro Eboracensi, *cella Majoris monasterii.*

Carta Regis Henrici *secundi, de confirmatione donationis* Richardi Malleverer *de fundatione Prioratus de* Alvertona *in Wapentachio de* Clarò *in comitatu* Eborum.

Ex autog. in turri b. ætæ Mariæ Ebor.

HENRICUS Dei gratia Rex *Anglie*, & dux *Normanie*, & *Aquitanie*, & comes *Andegavie*, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris, & omnibus ballivis

ballivis suis, *Francis* & *Anglis*, totius *Anglia* salutem. Sciatis me concessisse & presenti carta confirmasse monachis *Majoris monasterii* in *Alvertona*, ecclesiam sancti *Martini* in *Alvertona*, cum omnibus pertinentiis suis, & decimis, & obventiones, & homines & terras, & possessiones & omnes res, quas *Richardus Malleverer* predicte ecclesie, & predictis monachis rationabiliter contulit, scilicet, unam carucatam terræ in *Alvertona*, cum toftis, & croftis, quæ præfatæ ecclesie adjacent in eadem villa, & situm molendini, cum stagno suo ejusdem ville, & septem carucatas terre in *Graftona*, cum toftis, & croftis suis, & omnibus pertinentiis suis, & dimidiam carucatam terre in Dunsford, & octo acras prati in eadem villa, cum omnibus pertinentiis suis, & prata & aquas, & pasturas, & moras & semitas, & vias, & omnes libertates, & liberas consuetudines suas. Et volo & precipio, ut prefati monachi, & homines sui quieti sint de *Wapentachiis*, & *Tridingis*, & de *Danegeldis*, & omnibus forinsecis, & secularibus servitiis, & exactionibus, & omnia prefata integrè, & honorificè, liberè, & quietè & pacificè habeant, & possideant, & prohibeo ne aliquis eis inde noceat vel forisfaciat, sed omnia præfata in manu mea, & custodia & protectione sint sicut mea dominica. Testibus, *Stephano* de *Turon*. seneschallo *And. Randulpho* de Glanvill, apud *Turon*.

MONEMUTHENSE
Cœnobium in Walliæ *finibus, cella abbatiæ S.* Florentii *de* Salmuro.

Charta fundationis.

Ex autographo in bibl. *Hattoniana.*

WIHENOCUS de Monemute omnibus hominibus & amicis & vicinis suis, universis sanctæ matris ecclesiæ filiis & fidelibus, tam futuris quam præsentibus salutem. Notum sit diligentiæ vestræ quod ego *Wihenocus* divino animatus instinctu, concilio Dei & militum & hominum meorum, id ipsum à me expostulantium, ad honorem Dei & sanctæ *Mariæ* & sancti *Florentii* pro salute animæ meæ, & parentum meorum, struxi in castro meo de Monemute ecclesiam, eamque in perpetuam elemosinam dedi monachis sancti *Florentii* de *Salmuro*, unde evocavi monachos ad prædictam ecclesiam meam inhabitandam ; & ut ibi Deo servituri regulariter viverent dedi eis diversas possessiones, tam in agris, quam in ecclesiis & decimis ; videlicet, ecclesiam sancti *Cadoci* juxta castrum meum sitam in fundo, & dominio meo, ubi primùm monachi prædicti, antequam ecclesia Monemute perficeretur, aliquandiu inhabitaverant ; ecclesiam sancti *Wingaloci* ; ecclesiam de *Bochevilla* ; ecclesiam de Langrador, ecclesiam de *Bichenoura Walensi*, ecclesiam de *Westhopa*, ecclesiam de *Eililde-hopa*, cum capella de *Hunteleia*, ecclesiam de *Tibertona*, ecclesiam de *Strettona*, cum capella de *Hasbertona* ; & tres carrucatas terræ juxta castrum Monemute, & unam carrucatam in Lanrador, & unam carrucatam terræ in *Suentona*, & duas partes omnium decimationum in maneriis meis, tam de dominio meo, quam de dominio militum meorum, in suis maneriis, vel terris, & decimas omnium molendinorum meorum, & decimam totius census mei. Has donationes sigillo meo & presenti scripto confirmo eis possidendas in perpetuum. Horum testes sunt *Baderon* frater meus, *Willielmus Tvin*, *Robertus*, Paganus, *Twen Trone* filii *Baderonis*, *Raterius*, *Robertus* filii *Bernardi*, *Galerandus*, *Ingelerius*, *Hugo*, *Bos*, *Randulfus* de *Rochevilla*, *Randulfus* de *Tibertona*, *Salomon*, *Reinaldus*, *Grossus*. In dorso.

Carta Wyenoci *de ecclesiis & aliis possessionibus.*

Carta *Baderonis* de *Monemuta*.

BAderon de Monemute omnibus hominibus suis, vicinis, & amicis *Francis*, & *Anglis*, atque *Walensibus*, tam futuris, quam presentibus salutem. Notum sit vobis quia ego assensu filiorum meorum *Gileberti* & *Jacobi* pro exchangio de Hodenoc concessi & donavi *Roberto* Priori & monachis de *Monemuta* in elemosinam tres forgias, unamquamque pro xx. solidis in burgo meo de *Monemuta* supra ripam *Waie*, liberas, & absolutas, & quietas, & omne ferrum quod in eis fabricabitur ab omni teloneo, & forestagio & passagio, & ab omni penitùs genere consuetudinum, necnon concessi quatinus ad peisam meam sint quieti, & liberi de teloneo, & qui vendunt & qui emunt ferrum trium prædictarum forgiarum : hac tamen conditione reservata, quod percepero in posterum quia iste tres forgiæ mihi noceant, daturus sum eis exchangium valens lx. solid. per annum. Præterea prædicta conventio inter me, & monachos sic discernatur, quamdiu carbonarii trium prædictarum forgiarum operabuntur in meo bosco, quieti sint a forestagio ; si in alterius bosco operabuntur, quantum ad me pertinet, quieti sint, & reddant domino illius nemoris quod reddere debuerint. De peisa mea, sicut supradictum est, sint quieti & vendentes & ementes ; sed si quis emerit ferrum de illis forgiis ut iterum revendat causa lucrandi, & illud ferrum iterum posuerit super peisam meam, reddatur inde teloneum, & quicunque de hominibus meis voluerit tenere prædictas forgias, de monachis, liberam facultatem tenendi habeant, hoc excepto, quod nulli qui de me forgiam tenet liceat dimittere forgiam meam pro forgia monachorum, sed si vult utramque tenere, concedo, ita ut mea non decidat. Hanc meam donationem sigilli mei confirmatione roboratam dedi & confirmavi coram hominibus meis. Testibus his, de monachis *Roberto* Priore, *Mauritio*, *Willielmo* celerario. De clericis, *Guidone* capellano, magistro *Rogero*, *Gilleberto* secretario, *Patritio* clerico, *Gaufredo* scriba. De *Laicis Gilleberto* filio domini *Baderonis*, *Jacobo* fratre ejus, *Seisello* filio *Dunwalli*, *Roberto* de *Abbetot*, *Willielmo* filio *Roberti*, *Roberto* de *Albemare*, *Waltero* Ibid.

Waltero Marmium, Willielmo de *Mareis* dapifero.

Carta *Hugonis* de Luci.

Ex autographo in officio armorum.

SCiant tam *presentes quam futuri quod ego* Hugo *de* **Luci** & Roes *uxor mea* & Robertus *filius meus damus & concedimus in perpetuam elemosinam monachis sanctæ* Mariæ *de* Monemuta *tres solidos in redditu de* Lideneia *pro salute animarum nostrarum & prædecessorum nostrorum. Quod quia volumus ratum & inconcussum permanere, sigilli nostri attestatione confirmamus. Et ita ut prænominati solidi ad festum sancti* Michaelis *apud* Lideneiam *annuatim reddantur. Hiis testibus,* Gilberto *de* **Ponemue,** Roberto *de* **Albemar,** Petro *Priore,* Roberto *de* **Monemue,** Widone *capellano, magistro* Reinbaldo, Roberto *scriptore. Monun & Brientio & multis aliis.*

Carta Ricardi *de* Cormeliis.

Ibid.

STmoni Dei gratia episcopo *Wigornensi,* & universis sanctæ ecclesiæ filiis, *Richardus* de *Cormeliis* salutem. Notum sit vobis tam præsentibus quàm futuris, quod ego *Richardus* de *Cormeliis,* pro salute animæ meæ, & patris mei, dedi & concessi in perpetuam elemosinam Deo, & monachis sanctæ *Mariæ* de *Monemuta* ecclesiam de *Westonia* cum omnibus suis pertinentiis, terris, decimis, & quolibet genere rerum decimandarum. Quod quidem ut constans sit, & indubitabile, prædictam donationem sigilli mei attestatione confirmo. Testes sunt isti quorum nomina subnotantur. De monachis *Goesfredus* Prior, *Bruno, Helias, Drogo.* De clericis, *Goesfredus* de *Spinaco,* capellanus domini *Baderonis, Guido* capellanus monachorum, *Thomas* diaconus; de laicis, *Hugo* filius *Richardi,* & *Margareta* uxor ejus, & *Edricus Palmerius,* & plures alii.

Carta *Johannis* de *Monemuta.*

Ibid.

SCiant *presentes & futuri quod ego* Johannes *dominus de* Monemuta *assensu & voluntate heredum meorum, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum, dedi & concessi & presenti carta mea confirmavi Deo, & beatæ* Mariæ *& domui Hospitalis de* Monemuta, *quam fundavi nomine sanctæ* Trinitatis, *in puram & perpetuam elemosinam totum meum dominicum de* **Hodenac,** *& heremitagium meum de* **Garthe,** *cum omnibus pertinentiis suis, & totam terram, quæ vocatur* Vinea, *& pratum de* Vinea, *& centum solidos annui redditus in* **Hualdesfeld,** *cum omnibus juribus & pertinentiis suis, Harietis, releviis, seltis curiarum, & aliis servitiis quæ ad dictum redditum pertinent, tam liberorum hominum, quam nativorum. Omnia & singula predicta, cum omnibus juribus, pertinentiis, & libertatibus suis, dedi predicto hospitali de* Monemuta *habenda & tenenda de me & heredibus meis imperpetuum, liberè & quietè, bene & in pace ab omni seculari servitio, & demanda. Ego verò predictus* Johannes, *dominus de* Monemuta, *& heredes mei totam predictam terram & redditum, cum omnibus pertinentiis suis dicta domui hospitalis de* Monemuta *imperpetuum contra omnes homines & feminas warantizabimus & defendemus; Et quia quod hæc donatio & concessio mea stabilis, & firma imperpetuum permaneat, presenti carta sigillum meum apposui. Hiis testibus, domino* Helia *episcopo* Landavensi, *domino* Florentio *Priore de* Monemuta, *domino* Johanne *de* Monemuta *filio meo, domino* Waltero *de* Monemuta *filio meo, domino* Willielmo *de* **Luci** *tunc senescallo meo, domino* Roberto *de* **Treget,** *domino* Thoma *de* **Punteley,** *domino* Ricardo *de Fago, domino* Will. *de Mariseo, domino* Philippo *de* **Coleville,** *domino* Gilberto *de* Demmires *& multis aliis.*

Alia carta Johannis, *domini de* Monemuta.

Ex archivis curiæ *Augmentationum* apud *Westmonasterium* an. 1649.

RObertus *Ward,* Prior ecclesiæ beatæ *Mariæ* de **Monemue,** & ejusdem loci conventus, protecuti fuerunt per billam, *Willielmo Lucy* seneschallo, ibidem, & dederunt ei intelligi, quod idem Prior, & conventus, & eorum prædecessores habuerunt, & habere deberent, ex dono *Johannis,* nuper domini de *Monemuta,* **Housbote,** & **Haibote,** in bosco suo de **Bokholt,** & monstraverunt cartam inde prædicti domini *Johannis,* quæ continet hunc tenorem.

Sciant presentes & futuri, quod ego Johannes, *dominus de* Monemuta, *filius & heres domini* Johannis *de* Monemuta, *dedi, & concessi, & hac presenti carta mea confirmavi, Deo, & ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* Monemuta, *& abbatiæ sancti* Laurentii *de* **Dalmure,** *& monachis ibidem Deo servientibus, cum corpore meo, pro anima mea, & pro anima patris mei, & matris mea, & antecessorum meorum, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, Hospitale sancti* Johannis *de* Monemuta, *cum duabus carucatis terræ, & cum centum solidis argenti, annui redditus, cum bosco de* **Garthe,** *& cum omnibus aliis libertatibus, & pertinentiis suis. Dedi etiam & concessi eisdem monachis novum molendinum meum de* **Bokholt,** *cum secta hominum* Monemuthæ, *& omnium aliorum heminum terræ meæ, qui venire voluerint & Housbote, & Haybote, de bosco meo de* **Bokholte,** *quotiescunque voluerint & placuerint, sine visu, vel impedimento forestariorum, vel aliorum balivorum, qui pro tempore fuerint. Tenendum & habendum de me & heredibus, vel assignatis meis, ipsis predictis monachis liberè, quietè, bene, & in pace, in viis semitis, boscis, planis, montanis, pascuis, pratis, pasturis & cum omnibus aliis pertinentiis, & libertatibus, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, sine secta curiarum, vel omnibus aliis vexationibus, & servitiis. Et ego* Johannes, *& heredes mei, vel mei assignati, predictis monachis predictum hospitale, & terram predictam, cum redditu centum solidorum, & cum bosco de* **Garthe,** *& cum aliis omnibus suis pertinentiis, & Housbote, & Haybote de* **Bokholt,** *& predictum novum molendinum de* **Bokholt,** *cum suis omnibus pertinentiis, ut predictum est, contra omnes homines, & feminas in perpetuum warantizabimus, & defendemus. Et ut hæc mea donatio, & concessio perpetuæ firmitatis robur obtineat, presentem cartam impressione sigilli mei confirmavi. His testibus, domino* Waltero *de* **Punteley,** *domino* Johanne Britone *clerico, domino* Philippo le Bret, *domino* Radulfo *de* Wiss-

ham, *domino* Waltero *de* Fey, *domino* Willielmo *de* Grossomonte, *domino* Hugone *de* Walsyd, Willielmo *de* Colvyle, Johanne Marmion, Nicholao *Papa vicario de* Monemuta, *magistro* Waltero *de* Pantrais, Roberto Frairre, Willielmo *clerico, & multis aliis.* Et dominus rex *Henricus* quartus, volens in hac parte, quod predicti Prior, & conventus & eorum successores, habeant res, & possessiones suas, per predictum dominum regem, vel antecessores suos predictis Priori, & conventui, & eorum successoribus, concessas in ducatu suo *Lancastriæ*, predictas res, possessiones, aliaque jura, eis pertinentia, ex dono & concessione predicti domini regis, vel antecessorum suorum, per literas suas patentes, in anno regni sui primo, predictis Priori & conventui, & eorum successoribus ratificavit, & confirmavit, Et visis, tam predictis literis patentibus, quàm carta dicti *Johannis* de Housbote, & Haybote in *le* Bokeholt, predictis Priori, & conventui, & eorum successoribus confectis, *Willielmus* de Lucy, seneschallus *Monemuta*, precepit sub literis de waranto, *Roberto* de Huntseleye, ejus locum tenenti, quod per sacramentum duodecim tam liberorum quam nativorum de dominio de *Monemuta* diligenter inquirat, si predicti Prior, & conventus, vel eorum successores habuerunt, vel habere debuerunt, Housbote, & Haybote in bosco de Bokholt nec ne. Ad hunc diem inquisitio capta fuit coram predicto *Roberto*, per sacramentum *Johannis Robert, Johannis Tresone, Richardi Dirlond, Thomæ Dier, Richardi Bewier, Howeli ap David, Johannis Wilcoke, Johannis Millinge, Johannis Jouidibe, Johannis Gorwew, Johannis Cusse, & Nicholai Wade*, qui dicunt per sacramentum suum, quod predicti Prior, & conventus, & eorum predecessores, habuerunt Housbote & Haybote in predicto bosco de Bokholt, & quod idem Prior & conventus, & eorum successores, habere deberent Housbote, & Haybote in eodem per cartam dicti domini *Johannis.* &c.

Data per copiam ad curiam *Monemuta* tentam xxij. die Junii, anno regni regis *Henrici* quarti post conquestum primo.

Carta *Edmundi* filii regis *Henrici* tertii.

Ex autog. in officio armorum.

Universis presentem cartam visuris, vel audituris Eadmundus *illustris regis* Angliæ *filius salutem. Sciatis nos dedisse, concessisse, & presenti carta confirmasse. Priori, & conventui de* Monemutha *pro allocatione focalis quod à nobis exegerunt in partibus* Monemuthæ *decem acras bosci nostri in la* Bocholte *una cum solo, & vestura, que jacent in Lasundine inter viam qua ducit de* Monemutha *versus* Herefordiam *super* Walesbrot, *& viam superiorem in eodem bosco, & extendunt in longitudine à capite australi ejusdem versus aquilonem. Dedimus etiam eisdem & concessimus duas acras terræ de vasto nostro de* Codytham, *ad quandam grangiam faciendam ibidem. Habendum & tenendum dictas decem acras bosci, una cum predictis duabus acris terræ cum pertinentiis de nobis & hæredibus seu assignatis nostris, dictis Priori & conventui, & eorum successoribus liberè, quietè & hereditariè, reddendo nobis, & hæredibus, seu assignatis nostris annuatim de dictis duabus acris terræ quatuor denarios, ad festum sancti* Michaelis, *pro omnibus servitiis, consuetudinibus, exactionibus & demandis. Et nos* Eadmundus *& hæredes, seu assignati nostri dictas decem acras bosci, & duas acras terræ cum pertinentiis dictis Priori, & conventui, & eorum successoribus, per predictum servitium, contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cujus rei testimonium, impressio sigilli nostri presenti carta est appensa. Datum apud* Wyltonam *xvij. die Aprilis anno gratiæ MCC. septuagesimo tertio.*

HAGHENSIS *Prioratus in agro* Lincolniensi, *cella abbatiæ de* Voto *juxta* Cesaris *burgum in* Francia.

Ad informandum curiam de compositione & fundatione ejusdem Prioratus pro commodo regis &c.

Records de Term. Paschæ 6. H. 4. Rot. 24.

Iidem ad eundem venit per Robertum Dele & Willielmum Attornatos *suos & exhibuit curiæ quoddam scriptum* Henrici *nuper regis* Angliæ *per quod idem nuper rex concessit & confirmavit abbatiæ & canonicis suis de* Cesaris burgo *manerium de* Vagh *cum ecclesia & omnibus suis pertinentiis in puram & perpetuam elemosinam, cujus quidem scripti tenor sequitur in hac verba. Henricus* Dei gratia rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ* archiepisc. (&c.) salutem. Sciatis nos concessisse, & presenti scripto confirmasse abbatiæ, & canonicis nostris de *Cesarisburgo* manerium de Vaigh cum ecclesia & omnibus pertinentiis in puram & liberam ac perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus domui religiosæ necessariis, & convenientibus. Quare volumus & firmiter precipimus quod prædicti canonici nostri habeant, & possideant hæc supradicta, bene & pacificè, libere, & quiete, in bosco & plano, cum *soca & saca*, thol, & theam, & infangenethefe, quieta de tir. & hundr. & de wapentagiis & de murdro & de danegelde, frythbozgh & de bloodwyte, ffihwyt & ferdwyt, passagio, pasnagio, & pontagio, & de omni seculari servitio, sicut carta *Henrici* regis avi nostri, quam inde habent, rationabiliter testatur. Hiis testibus, *J. Bathon. R. Sarum, & W. Carleol.* episcopis, *H.* de *Burgo* comite *Kanc.* Justic. nostro, (&c.) Dat. per manum venerabilis patris *R. Cicestr.* episc. cancellarii nostri, apud *Westm.* secundo die Junii anno regni nostri undecimo. Asserensque dictus Prior per dictos attornatos suos quod ipse aliam seu alias fundationem, vel fundationes de Prioratu prædicto non habet ostendere nec aliqui predecessorum suorum unquam habuerunt &c.

HAGHENSIS *Prioratus in agro* Lincolnienſi, *cella* Cæſarisburgi *in* Normannia.

Inquiſitio de ſtatu loci.

Eſcaet. de an. 22 Ed. 3. nu. 72. Lincoln.

INquiſitio capta apud *Lincolniam*, die Veneris proxima poſt feſtum ſancti *Gregorii* papæ, anno regni Regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum viceſimo ſecundo, coram *Willielmo* de Thorp, *Johanne* de Houton, & *Thoma* de Wilthorp, juſtitiariis domini Regis ad inquirendum ſuper verum valorem manerii, & eccleſiæ de Hagh, ſecundùm tenorem brevis domini Regis huic inquiſitioni conſuti, per ſacramentum *Walteri* de Wilby de Foſton, *Willielmi Sampſon* de Bintington, &c. Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum, quod eſt ibi capitale meſſuagium, cum columbari quod valet per annum treſdecim ſolidos, quatuor denarios, & unum molendinum aquaticum, & valet per annum treſdecim ſolidos & quatuor denarios, & viginti acre prati, & valent per annum triginta ſolidos, quelibet acra octodecim denarios. Et ſunt ibi ſpine creſcentes in Lonedon pro focali & valent per annum viginti ſolidos. Et exitus curiæ valent per annum treſdecim ſolidos & quatuor denarios, & redditus liberorum tenentium ſexaginta & octo ſolidos per annum, & redditus nativorum ſex libras & decem ſolidos, & ſervitia dictorum nativorum valent per annum quatuor libras. Et ſunt ibi quatuor *Sokemani*, & reddunt per annum ſexdecem ſolidos. Et ſunt ibi alii duo *Sokemani*, & reddunt per annum quinque ſolidos, & redditus de quodam libero tenenti in Granthain duos ſolidos. Et eſt quedam placea in Lincoln, & valet per annum duos ſolidos. Et ſunt in dicto manerio trecente, ſexaginta & decem acre terræ arabilis, quarum due partes ſunt ſeminabiles per annum, videlicet, ducente quadraginta ſex acre, & due partes unius acræ: De quibus quinquaginta ſex acre, & due partes unius acre, valent quælibet duodecim denar. per annum, anno quo ſeminantur, & ſexaginta & decem acre valent per annum quælibet acra ſex denar. anno quo ſeminantur, & centum & viginti acre terræ valent quælibet acra quatuor denarios per annum, anno quo ſeminantur. Et tertia pars dictæ terræ, videlicet, centum viginti tres acræ terræ, & tertia pars unius acræ, quæ jacent *warrett* nihil valent quia jacent in communi.

Et dicunt quod eccleſia de Hagh, quæ taxabatur temporibus prædictis ad viginti ſex libras, treſdecem ſolidos, & quatuor denarios, non valet hiis diebus, niſi viginti libras. Juratores requiſiti ſi Prior de Hagh, vel prædeceſſores ſui, aliqua alia terras vel tenementa præter manerium, & eccleſiam & tenementa prædicta habuerunt, necnè; dicunt quod non. Et quoad elemoſinas dicunt quod dictus Prior nullas elemoſinas ibidem facere, ſeu ſuſtentare tenetur. Sed dicunt quod *H.* quondam Rex *Angliæ*, progenitor Regis nunc, dedit manerium & eccleſiam prædicta abbati & conventui de *Ceſaris Burgo* in *Normannia*, quam abbatiam prædictus *H.* fundavit de uno abbate & viginti quatuor canonicis in eadem divina pro animabus ipſius *H.* & hæredum ſuorum imperpetuum celebraturis. Et in ſubventionem ſuſtentationis eorundem, dedit prædictis abbati & conventui manerium & eccleſiam prædicta in puram & perpetuam elemoſinam, in proprios uſus imperpetuum poſſidendam. Ita quod proficua manerii & eccleſiæ prædictæ, ultra ſuſtentationem unius Prioris, & ſocii ſui capellani, divina in Prioratu prædicto pro animabus prædictis imperpetuum celebraturorum, nomine *Apporti* quolibet anno præfatis abbati & conventui in ſubventionem ſuſtentationis ſuæ prædictæ ut prædictum eſt, ſolverentur. Qui quidem ſocius, dicti Prioris capellanus, cauſa inopiæ dicti Prioratus, ammovetur, & etiam prædictum *Apportum* præfato abbati & conventui ſubtrahitur, à tempore captionis prædictorum manerii, & eccleſiæ in manu domini Regis: per quod credunt cantarias prædictas, pro magna parte ſubtrahi, in abbatia prædicta. Et Juratores dicunt quod eſt ibidem unum molendinum ventriticum antiquum fractum, nec poteſt reparari cauſa prædicta. Dicunt etiam quod dictus Prior omnes arbores, infra manerium & Prioratum prædictum creſcentes, pro firma ſua, & aliis debitis ad opus domini Regis levandis, ſuccidi & vendi, & multas alias venditiones & deſtructiones, videlicet ſtauri dicti manerii, & bladi præ manibus, ex hac cauſa, neceſſario fecit; ita quod nihil exnunc remanet in manu dicti Prioris in ſuſtentationem ſui, & hoſpitalitatem Prioratus prædicti, & ſolutionem firme ſue, niſi tantum *Gaymaria* manerii prædicti, cum proficuis prænominatis, & eccleſia ſupradicta. In cujus rei teſtimonium huic inquiſitioni juratores prædicti ſigilla ſua appoſuerunt.

Certificatio ſuper alia Inquiſitione.

ITem Prior de *Hacha* tenet manerium de Hacham e comite Lincoln quod ſolebat tenere de domino rege in capite pro feodo unius militis, quod tenetur de domino comite, qui eſt medius inter ipſum & regem, &c.

Ex rotul. hundred. de anno 3. E. 1.

HINKLEYENSE *Cœnobium in agro* Leiceſtrenſi, *cella de* Lyra *in* Normannia.

Carta Roberti *Comitis* Leiceſtriæ.

Ex veruſto *Lirenſis* cœnobii regiſtro penes *Franciſcum de Cheſne* ill. juſtriſſ. *Galliar.* regis hiſtoriographum an. 1628.

UNiverſis (*&c.*) *Roberto* comes *Legerceſtriæ* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me conceſſiſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Lira*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes donationes quas *Robertus* pater meus

meus fecit eis (videlicet) ecclesiam de **Hinkelai** cum capellis de *Stochis* & **Baldintone**, ecclesiam de *Etona* cum capella de **Athleburge** & aliis pertinentiis suis, ecclesiam de **Sibedesdune** cum capellis de **Wildredesley**, & de **Atreton**, & de **Huptone**, & de **Dzaltone**, ecclesiam de **Hecham**, cum capella de **Lindlay**. Concedo & confirmo quoque prædictis monachis decimam denariorum meorum de *soka* de **Hinkley**, & plenariam decimam de dominicis carucis meis de **Hinkelay**, & de *Etona*, & de **Sibedesdune**, & in porcis & in ovibus, & in omnibus illis unde decimæ debent exire. Confirmo quoque eis duas uncias auri, scilicet, duas marcas argenti quas commisit *Amicia* mater mea habebat in villa de **Hinkeley**, & xvj. sol. & octo denar. de unciis, quas habebat in **Wikeingeston**, in escambium pro decimis nummorum de *Etona*, & pro decimis pecud. totius dominii, & omnium aliarum rerum, exceptis garbis. Confirmo etiam prædictis monachis unum hospitem liberum in *Leigr.* & xx. solidat. terræ quas *Reg.* de **Canfozo** dedit eis in *Watona*. Test. *Petronilla* com. *Legerc. Reg.* electo sancti *Andreæ* & *Rob.* fratre ejus, *Ernaldo* de *Bosco*, *Hug.* de *Alneto*, *Reg.* de *Hum Giliberto* de **Charneles**, *Eustachio* de **Herlemvilier**, magistro *Hugone*, &c.

Confirmatio Regis *Henrici* secundi.

Chartæ antiq. H. n. 3.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dux* Normanniæ, & Aquitaniæ, *comes* Andegaviæ, *archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, & omnibus ministris & fidelibus suis*, Francis & Anglis *totius* Angliæ *salutem. Sciatis me concessisse & presenti carta mea confirmasse ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* Lira, *& monachis ibi Deo servientibus donationem quam* Robertus *comes* Leycestriæ *eis rationabiliter fecerat super his quæ subsequens litera declarat: Scilicet de ecclesia de* **Hinchelai**, *cum ecclesiis eidem ecclesiæ adjacentibus, & cum capellis omnibus, & cum decima denariorum de soka de* **Hinchelai**, *& cum plenaria decima de dominicis carucis suis de* **Hinchelay**, *& de* **Cattune**, *& de* **Sibedestune**, *& in porcis, & in ovibus, & in omnibus illis unde decimæ exire debent. Præterea de omnibus decimis dominico suo de* Suptwica, *& de* **Bingestune**, *& de bladis, & fœnis, de lanis, & de agnis, & caseis, & de porcellis, & de omni instauramento suo. Quare volo & firmiter precipio quod prefata ecclesia, & monachi ejusdem ecclesiæ habeant & teneant omnia hæc prædicta, cum omnibus pertinentiis suis, ita bene, & in pace, libere, & quiete, & plenarie, & integre, & honorifice sicut carta* Roberti *comitis* Leycestriæ *quas inde habent testantur. Testibus*, Gaufrido *archidiacono*, Johanne *decano* Sarum, Reginaldo *Archidiacono* Sarum, *comite* Willielmo *de* Mandevill', Reginaldo *de* **Curtenay**, Reginaldo *filio* Urs', *Apud* **Chinon**.

HORSELEGHENSIS *Prioratus in agro* Essexiensi, *cella Abbatiæ* S. Martini *de* Troarno.

Concessio terrarum eidem spectantium Prioratui de **Bzuton**.

EDWARDUS Dei gratia Rex *Anglie* & *Francie* & dominus *Hibernie* omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Christo Prior & conventus de **Bzuton** quod cum dudum abbas & conventus de sancto *Martino* de *Troarno* in *Normannia* ecclesias de **Hozseleigh**, & S. *Andreæ* de **Whitenhirst**, quas tunc in proprios usus possidebant, simul cum maneriis de **Hozseleigh** & **Kungeton** & aliis possessionibus & decimis quæ habuerunt & tenuerunt infra regnum nostrum *Anglie*, ex dono & concessione *Rogeri* quondam comitis *Seroberiensis*, & *Roberti* de *Romeliolo*, ac confirmationem domini *H.* dudum Regis *Anglie* progenitoris nostri tunc Priori & conventui de **Bzuton**, & successoribus suis in forma prædicta imperpetuum possidendas in escambium pro aliis terris & tenementis, quæ iidem tunc Prior & conventus in *Normannia* habuerunt, præfatis abbati & conventui per ipsos Priorem & conventū datis & concessis concessissent; Cujus escambii prætextu priores & conventus loci prædicti, à tempore prædicto easdem ecclesias in proprios usus simul cum maneriis, possessionibus & decimis prædictis tenuerunt quousque quidam Prior & conventus loci prædicti canonicos suos, ad easdem ecclesias loci diocesano presentarunt, qui extunc priores de **Hozseleigh** nominati fuerunt; ac pro eo quod per diversas inquisitiones, coram *Willielmo Aunsell* Escaetore nostro in comitatu *Glouc'estriæ*, ex officio suo captas, & in cancellaria nostra retornatas, compertum extitit, quod prioratus de **Hozseleigh** de fundatione progenitorum nostrorum exitit, & a progenitoribus nostris datus præfatis abbati & conventui de sancto *Martino*, pro divinis ibidem pro progenitoribus nostris celebrandis, ac aliis operibus pietatis faciendis & sustentandis, & ad residentiam continuam & hospitalitatem ibidem faciendas. Quem quidem prioratum, iidem abbas & conventus dederunt eisdem Priori & conventui de **Bzuton**, in escambium pro aliis terris & tenementis quæ fuerunt ejusdem prioris de **Bzuton**, in *Normannia*, ad inveniendum in dicto prioratu de **Hozseleigh** onera supradicta, que per septem annos & amplius sunt subtracta; Et quod dictus prior de **Bzuton**, unum de canonicis suis ad eundem prioratum de **Hozseleigh**, in singulis vacationibus ejusdem, mediante licentia nostra, habet presentare, ac priorem de **Hozseleigh**, qui nunc est, ad prioratum illum presentavit licentia nostra super hoc non optenta, & etiam idem prior de **Hozseleigh**, dictum

Pat. 1 R. 2. part. 5. m. 37. per Inspex.

Horseleigh Pr.

dictum manerium de Horsleigh, ad terminum vitæ suæ præfato Priori de Buton dimisit; Et similiter quod idem prior de Buton proficua & emolumenta dicti prioratus de Horsleigh, in duabus vacationibus ejusdem, cujus custodia ad nos tunc pertinere debuerat, habuit & percepit, iidem prior & conventus de Buton super possessione sua ecclesiarum prædictarum multipliciter sunt impediti ac dictum manerium de Horsleigh in manum nostram occasione prædicta captum existat, Velimus eisdem Priori & conventui de Buton manerium illud restitui jubere, & eis concedere, quod ipsi ecclesias prædictas in proprios usus tenere possint prout eas ante hæc tempora tenuerunt. Nos de gratia nostra speciali & pro viginti marcis quas iidem Prior & conventus de Buton nobis solverunt, necnon pro eo quod per certificationem scaccarii nostri in cancellaria nostra de mandato nostro missam, nobis constat, quod de exitibus ejusdem manerii de Horsleigh tempore vacationis dicti Prioratus de Buton, ut de parcella temporalium ejusdem Prioratus de Buton ad idem scaccarium nobis exitit responsum; pardonavimus omnes transgressiones factas in hac parte, volentes & concedentes pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod iidem Prior & conventus de Buton ecclesias prædictas in proprios usus, simul cum dicto manerio de Horsleigh, rehabeant & teneant sibi & successoribus suis imperpetuum, prout ipsi & eorum prædecessores ecclesias & manerium prædicta ante hæc tempora habuerunt & tenuerunt, simul cum exitibus ejusdem manerii à tempore captionis ejusdem in manum nostram; Et insuper concessimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris prædictis, quantum in nobis est, quod iidem Prior & conventus de Buton, ac loci illius diocesanus disponere possint & ordinare quod loci dicti canonicus, qui ad ecclesias prædictas, ante hæc tempora præsentatus, & Prior de Horsleigh nominatus extitit, in utraque ecclesiarum præmictarum unus vicarius secularis ad præsentationem ejusdem Prioris de Buton & successorum suorum de cætero habeatur, qui quidem vicarii ad vicarias earundem ecclesiarum admissi & instituti & inducti in eisdem solitam curam vicariorum gerant, ac omnimoda onera ordinaria & extraordinaria dictas ecclesias incumbentia faciant & supportent, & quod idem loci diocesanus eisdem vicariis pro hujusmodi oneribus supportandis rationabilem portionem de decimis & proficuis ecclesiarum prædictarum ex assensu eorundem Prioris & conventus de Buton valeat assignare; Ita quod nullus præter hujusmodi vicarios seculares deinceps ad ecclesias prædictas, seu vicarias earundem præsentetur, nec aliquis Prior de Horsleigh amodo nominetur, seu habeatur. Nolentes quod iidem Prior & conventus, seu successores sui, ratione præmissorum, prætextu alicujus statuti, seu ordinationis in contrarium editi, per nos vel hæredes nostros, justiciarios, escaetores, vicecomites, aut alios ballivos seu ministros nostros quoscunque occasionentur in aliquo, seu graventur. Salva semper nobis & hæredibus nostris custodia dicti manerii de Horsleigh in singulis vacationibus ejusdem Prioratus de Buton, prout nos & progenitores nostri eam habere consuevimus temporibus retroactis. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westminstr. quinto decimo die Julii anno regni nostri *Angliæ* quadragesimo quinto, regni vero nostri Franciæ tricesimo secundo. Nos autem pardonationem & concessiones prædictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est acceptamus, approbamus, ratificamus & dilectis nobis in Christo nunc Priori & conventui loci prædicti & successoribus suis tenore præsentium confirmamus prout literæ prædictæ rationabiliter testantur. In cujus (*&c.*) T. R. Apud Westminstr. xxviij. die Martii.

ABBERBURIENSE

Cœnobium in agro Salopiensi, *cella* Grandimontensis *Cœnobii.*

Charta Henrici *regis secundi.*

HENRICUS Dei gratia, rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiscopis, episcopis &c. salutem. Sciatis nos, intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum, & hæredum nostrorum, concessisse, & hac carta nostra confirmasse, pro nobis & hæredibus nostris, fratribus *Grandimontensis* ordinis de Abberbury super *Avenam*, locum illum ubi fundata est domus eorum apud Abberbury, quem habent de dono *Fulconis* filii *Warini*, & pratum de Wadmed, & terram de Hekenhal, & viginti quatuor acras terræ in Abberbury, & Huabot, & Haybot, & boscum ad focum eorundem fratrum, capiendum ibidem, in bosco ipsius *Fulconis*, & communem pasturam, per boscum ipsius *Fulconis*, ad omnimoda animalia sua, & centum porcos quietos de panagio in boscis ipsius *Fulconis* de Abberbury, & de Witinton, cum pessona fuerit, & decimam equitum ipsius *Fulconis* de Witinton, & ad marlam capiendam, & trahendam super terram ipsorum ubi eam invenerint in terra ipsius *Fulconis*, & ubi ipse *Fulco*, & homines sui eam reperint, vel rationabiliter capere poterint, cum libero egressu, & ingressu, & quietanciam de theoloneo, & omni consuetudine, per omnia mercata, & nundinas ipsius *Fulconis*; & totam terram de Wateberg, cum molendino, & bosco, & aliis pertinentiis suis: quæ omnia predicti fratres habent de dono & concessione predicti *Fulconis* filii *Warini*. Quare volumus (*&c.*) His testibus, *R.* marescallo, comite Pembroh, *S.* de Segrave justiciario nostro, *Willelmo* de Lucy, *Willielmo* de Stutevill, *Waltero* de Cliffort, *Willielmo* de *Cantilupo* seniori, *Thoma Corbeth*, *Godefrido* de Craucumbe, *Petro* de *Malolacu*, & aliis. Datum per manus venerabilis patris *R.* episcopi *Cycestr.* cancellarii nostri, apud Hereford, xij. die Decembris anno regni nostri xvij.

Cart. 17. *Hen.* 3. memb. 14.

Vide Brevia Regis 16. E. 3. part. 2.

Carta Thomæ Corbeth.

Ex autographo in cartaphylacio collegii omnium animarum. *Oxon.*

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos presens scriptum pervenerit, *Thomas Corbeth* salutem in domino. Noverit universitas vestra me pro salute animæ meæ, & antecessorum & successorum meorum dedisse, concessisse, & presenti scripto meo confirmasse in perpetuum omne donum quod *Fulco* filius *Warini* dedit & carta sua confirmavit fratribus ordinis *Grandimontis* in terra sua de **Alberbury** juxta *Sabrinam* ad domum eorundem fratrum ædificandam, cum omnibus pertinentiis suis; Et etiam terram quæ vocatur **Pakenhale** cum omnibus suis pertinentiis. Salvo mihi & hæredibus meis omni servitio quod predictus *Fulco* & hæredes sui mihi & hæredibus debent meis de predicta terra de **Alberbury**, una cum tota eschaeta quæ mihi & hæredibus meis in sede earundem domorum possit accidere. Concessi insuper & presenti scripto meo quietum clamavi iisdem fratribus in perpetuum pro me & hæredibus meis totum jus & clamium quod habui vel habere potui in advocatione illarum duarum prebendarum in ecclesia de **Alberbury** cum omnibus pertinentiis suis, quarum unam *Robertus Corbeth* pater meus *Willielmo*, & alteram *Hugoni Corbeth* dedit, tenta de **Alberbury** tunc temporis existente in manu predicti *Roberti*, sicut sua eschaeta. Ut ergo hæc mea donatio, concessio, confirmatio & quieta clamatio pro me & hæredibus meis in perpetuum firmæ fidelitatis stabilitatem optineat, nisi si quid de sede dictarum domorum cum pertinentiis casu contingente possit accidere mihi & hæredibus meis in eschaetam: presenti scripto sigilli mei impressionem apposui. His testibus, fratre *Galfredo* de **Noxwis** de ordine Minorum, *Roberto Blundell* milite, *Hugone Hagar*, *Allano Corbeth*, *Rogero* de **Verle**, *Roberto Pigot*, *Galfredo* capellano, *Willielmo Hager* clerico & multis aliis. Dat. apud *Cautes* die Mercurii in septimana paschæ anno ab incarnatione Domini MCC. sexagesimo secundo.

LEVENESTRENSE
Cœnobium in agro Sussexiensi, *cella de* Almenesches.

De Georgia Glovenestre *Prioriſſa de* Levenestre *attachiata ad ostendendum* Curiæ *fundationem & compositionem dictæ domus de* Levenestre, *per ipsam, ut dicitur, habitas.*

Records de term. Hill. 5. H. 4. rot. 14.

ALEXANDER epiſcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus, abbatissæ sanctæ *Mariæ* de **Almenesches** ejusque sororibus tam presentibus, quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Prudentes virgines, & à Christo vero sponso annulo fidei subarratas, quæ, abjectis carnalibus desideriis, in amorem conditoris totis visceribus succenduntur, tanto celeriùs decet nos, atque attentius, in suis postulationibus exaudire, & tam eas, quàm earum bona, sub nostra defensione suscipere, quanto magis constat eas celestibus desideriis jugiter inardere, & bonis operibus, quæ gesserunt veniente sponso, accensis lampadibus coronandas occurrere. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & monasterium vestrum, in quo divino mancipate estis obsequio, sub beati *Petri* & nostra protectione suscepimus, & presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum domini, & beati *Benedicti* regulam, in monasterio vestro institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona, idem monasterium impresentiarum, juste, & canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo monasterium situm est, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis suis: ecclesiam de *Beitrum* cum pertinentiis suis: ecclesiam de *Maceto*: ecclesias de *Moel*: ecclesiam de *quinque altaribus*, cum omnibus earum pertinentibus: decimam de **Guzlenan**, decimam de *Gargasala*, decimam marisci; decimam molendini de *Castello* veteris *Almenesches*; decimam sancti *Germani* de *Monte Gomerico*, cum ipsa ecclesia, & terram *Willielmi* presbiteri; decimam nemoris de *Almenesches* de venatione, & pasnagio. Ecclesiam burgi sancti *Silvini*; duas garbas decime totius dominii *Rogeri* fundatoris monasterii vestri: decimam census, & molendinorum apud *Bervaicum*: decimam numorum apud *Alentium*, & apud molendinos: decimam *Malyerni*: decimam capelle juxta *Sagas*, & totum proficuum sancti *Albini* de *Maceto*: & terram vnius vavasoris; & terram *Hugonis Grathemiel*: apud campum *Maniberti* duas ecclesias & duas garbas decime per totum dominium, quod ibi habetur, quicunque teneat, ac *Presterii* terram: Ex dono, predicti fundatoris, medietatem de *Almanesches* in plano, & aqua, & molendinum ejusdem ville, & molendinum de *Escheter*, & dominium de sancto *Silvino*, & dimidium molendinum ejusdem ville, & de *Holosse*, & ad fossas unam vavasoriam. Ex dono *Guiburgis la Brune*, tenementa sua de *Beitram*, & terram de villa **Pastell**, & terram quam habebat apud **Effei**, cum omnibus appenditiis suis. Ex dono *Heliæ* de *Caignei* viginti duas acras terre apud *Trisnum*; Ex dono predicti fundatoris molendinum de *Trisno*, & burgum sancti *Silvini*, cum toto dominio, duas piscarias, apud *Buris*, liberam communam in nemore de *Almenesches* in virentibus, & aridis arboribus, ad construendas domus, & reparandas, & ad ignem cohabitantium, & ad dominicas domus, & molendinos abbatiæ, & ad maneria eidem abbatie pertinentia; terram *R.* presbyteri in villa sancti *Lamberti*; Ex dono *Ivonis Pantul* quatuor acras terre apud

montem

montem *Gemeri*, Ex dono hæredum *Hermenfridi* de *Novosonte*, omnia tenementa sua. Ex dono *Rainfridi*, cum concessione *Willelmi* comitis, molendinum de **Wonballe**, & terram de *Maceta*. Ex dono *Gausfridi* terram de *Mariſco*. Ex dono *Cerumbi* terram *Logeorum*. Ex dono *R.* de *Bellaqua* quicquid in Liveriis habebat. Ex dono *G.* de *Gargasala* centum acras terræ, & molendinum unum. Ex dono *Alberedi* de *Mesl*, terram suam de *Mesl*, & vineas, & prata, & hospitia, & omnia tenementa sua, & terram suam de *quinque Alturibus*, & molendinum, & omnes redditus omnium, quæ ad dominium loci pertinent.

In *Anglia* ecclesiam de **Climpingnes**, ecclesiam de **Fozdes**, ecclesiam de **Palingnes**, ecclesiam de **Rosintone**, ecclesiam de **Hummenistre**, cum omnibus earum pertinentiis. Ex dono prædicti fundatoris manerium de **Climpingnes**, & de **Rosintone**, & de **Fozdes**, & de **Pæsintone**, & de **Palingnes**, & medietatem de **Illesart**, cum omnibus earundem villarum pertinentiis. Sanè novalium vestrorum, quæ propriis manibus, aut sumptibus colitis, sivè de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis personas liberas, & absolutas á sæculo fugientes, ad conversionem recipere, & eas sine contradictione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbatissa, vel qualibet earum quæ tibi successerint, nulla ibi qualibet subjectionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quam sorores, communi consensu, vel sororum pars sanioris concilii, secundùm Dei timorem, & beati *Benedicti* regulam, previderint eligendam. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati, vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergò ut nulli omnino hominum liceat, præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, earum, pro quarum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Apostolice sedis auctoritate, & diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptaverit, secundò, tertiòve commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, honoris sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere, pro perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, ac Domini redemptoris *Jesu Christi* aliena fiat, & in extremo examine divine ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax domini nostri *Jesu Christi*, quatinùs, & hic fructum bone actionis percipiant, & apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant, *Amen*. ✠ Ego *Alexander*, catholice ecclesiæ episcopus. ✠ Ego *Hubertus*, *Hostiensis* episcopus. ✠ Ego *Johannes*, presbiter cardinalis, titulo sancti *Marci*. ✠ Ego *Cinthius*, presbiter cardinalis, titulo sanctæ *Cecilie*. ✠ Ego *Aren.* presbiter cardinalis, titulo sanctæ *Crucis Jerusalem*. ✠ Ego *Reinerus*, diaconus cardinalis, tit. S. *Georgii* ad velum aureum. ✠ Ego *Gratianus*, diaconus, cardinalis, tit. sanctorum *Cosme* & *Damiani*. ✠ Ego *Matheus*, diaconus cardinalis, tit. S. *Mariæ Nove*. ✠ Ego *Bernardus*, diaconus cardinalis, titulo S. *Nicholai* in carcere *Tulliano*. Datum *Tusculani*, per manum *Alberti* sanctæ *Romane* ecclesiæ presbiteri, & cancellarii nostri, nonas Octobris, indictione duodecima, dominice incarnationis anno MClxxviij. pontificatus verò domini *Alexandri* Pape tertii anno xx. Nos verò ad petitionem earundem abbatisse, & sororum suarum, presenti pagine sigilla nostra duximus appendenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mens. Maii.

De asportatis Religiosorum.

PRaterea inhibet præfatus dominus Rex, omnibus & singulis abbatibus, Prioribus, magistris, & custodibus religiosorum domorum & locorum alienigenis, quorum potestati subjectioni & obedientiæ domus eorundem ordinum in regno & dominio suo existentes subduntur, ne de cætero tallagia, census, impositiones, apporta, seu alia quæcunque onera aliquibus monasteriis, Prioratibus seu aliis domibus religiosis, (ut prædicitur) imponant, seu faciant aliqualiter assidere, & hoc sub forisfactura omnium quæ in potestate sua obtinent, & forisfacere poterunt in futurum. Ex statuto de *Carleolo*, anno 35 E. 1.

Anno primo *Henrici* quinti capitulo vij.

EN Parlement tenu a Westm. *en temps du Roy* Richard *second l'an de son regne xiij. ordene fu, que nul aliens Franceis nauroit ne joiroit de nul benefice de dens le Royaulme pour certaines causes qui avenoient & poveient avenir mes quilz ſſoient delivres & voydes hors du Royaulme du tout devant certain temps en lad' ordenance limite comme en icelle ſſt plainement contenu, Et a quelle heure que aucuns prisures aliens conventuelx ou aucun ault' benefice ou office deviz par title le Roy voydames par la cessſſe ou de ces des dis prieurs & aulters occupeurs qui adonques eſſtoient, durant les guerres honnestes personnes Englais y ſſoient mis en lieu d'eulx pour acomplir le divine service & nul de ces enemis dessſſus dis. Et non obſſtant lad' ordenance les dis aliens Franceis par male ymagination & brocage de continuer les malues meschiefs en lad' ordenance pourchaſſſſent lettres patentes du Roy d'estre denizins & lieges du Roy & jurent de ce continuer al entente de l'occupier & enjoir des dis benefices, & auſſſi encore occupient pluſſieurs benefices encontre lad' ordenance, par quoy les Franceis aliens ſont encreiſſſſis en arreriſſement des lieges du Roy & grans treſors du Roy & de son Royaulme emportent hors de son Royaulme & le conſſeill du Roy deſcouvrent aux enemis de France a grant damage du Roy & de son Royaulme;* Ex vetust. exemplari in cartophylacio collegii regalis *Cantabrigiæ*.

Royaulme. Nostre seign. le Roy considerant les meschiefs surdis veult que la dite ordenance soit fermement tenue & gardee & mise en deue execucion, forpris les prieurez aliens conventuelx & auſſi tous autres prieures qui ont induction & institucion par ainſi quils ſoient catholiques & quil facent ſeurete quils ne deſconverons ne ne feront deſconuvir le conſeil ne les ſecretes du Roy ne de ſon Royaulme.

Supplicatio plebis *Anglia* in comitiis Parliamentariis, de Prioratibus alienig.

Ex rotulo Parl. tertii apud *Lec.* ultimo die Aprilis an. regni regis *Henrici* quinti ſecundo.

ITem prient les communes que en cas que final pees ſoit pris perentre vous noſtre ſovereign ſeigneur & voſtre adverſarie de Frannce *en temps avenir, & ſur ceo toutes les poſſeſſions des Priories aliens en* Engleterre *eſteants as cheifs maiſons de religioules deperdela (as queux tieux poſſeſſions ſont regardantes) ſerront reſtituez, damage & perdre aviendroient a voſtre dit Roialme & a voſtre people de meſme le Roialme per les grandes fermes & apportz de monoye quel dan en an au tentz jours apres ſerroient renduz de meſmes les poſſeſſions a les cheifs maiſons avantditz, a treſgrand enpoveriſſement de meſme voſtre Roialme en celle partie quedieu defende: Pleſe a voſtre treſnoble & treſgracious ſeigneurie pur conſideracion ſuiſdit & auxi pur conſideracion, que a la commencement de la guerre commence perentre les ditz Roialmes, de tentz les poſſeſſions queux voz lieges alors avoient des donne de voz nobles progenitours en les parties deperdela deinz la juriſdiction de* France, *per jugement renduz en meſme le roialme de* France, *ſont pur tentz jours enſtez & deſheritez; Et ſur ceo gracioſement ordeiner en ceſt preſent Parlement per aſſent de voz ſeigneurs eſpirituelx & temporelx, que tentz les poſſeſſions des Priories aliens en* Engleterre *eſteantz purrent demurrer en voz mains a vous & a voz heirs pur tentz jours, al intent que divines ſervices en les lieux avantditz purrent pluis duement eſtre faitz per gentz* Engloys *en temps avenir que nent eſte faitz avant ces heures en ycelles per gentz* Fraunceys. *Forſpris les poſſeſſions de Priories aliens conventuelx, & des Prieurs que ſont inductz & inſtientz, & forſpris tentz les poſſeſſions aliens donez per le treſgracious ſeigneur le Roy voſtre piere a les meſtre & college de* Fodringhay, *&c.*

Coenobia Anglicana,

DE ORDINE

CLUNIACENSI.

Coenobia Anglicana,

DE ORDINE

CLUNIACENSI.

Ordinis Cluniacensis Monachus

Cluniacenſis Ordo.

AD *ultimum quoque prædicta videlicet inſtitutio* (ordinis ſancti *Benedicti*) *jam pene defeſſa, authore Deo, elegit ſibi ſapientiæ ſedem, vires collectura, ac fructificatura germine multiplici, in monaſterio ſcilicet cognomento* Cluniaco, *quod etiam ex ſitu ejuſdem loci ad-clivo atque humili, tale ſortitum eſt nomen : vel etiam, quod aptiùs illi congruit, à cluendo dictum, quoniam cluere, creſcere dicimus : inſigne quippe incrementum diverſorum donorum à ſui principio indies locus idem obtinuit. Conſtruxit igitur prædictum cœnobium primitùs pater monachorum* Balmenſis *monaſterii* Berno *vocatus, jubente* VVillermo *piiſsimo* Aquitanorum *duce, in pago* Matiſconenſe, *ſuper* Graonam *fluviolum. Quod etiam cœnobium in primo, non amplius quam quindecim terræ colonias dicitur in dotem accepiſſe, fratres tamen duodecim numero inibi memorantur convenisse. Ex quorum veluti optimo ſemine multiplicata ſtirpe domini excercituum innumerabilis magnam cognoſcitur repleſſe. Qui quoniam his quæ Dei ſunt, videlicet juſtitiæ & pietatis operibus inceſſanter adhæſerunt, idcirco bonis omnibus repleri meruerunt, inſuperque futuris mirabile reliquerunt exemplum ; nam poſt præfatum* Brunonem *ſuſcepit regiminis curam ſapientiſsimus Abbas* Odo (*&c.*)

Glaber Rodulphus monachus Cluniacenſis lib. 3. hiſt. franc. cap. 5.

Carolo *itaque* Simplice *regnum* Franciæ *gubernante*, G. *Dei providentia dux* Aquitaniæ, *venerabili Abbati* Bernoni *anno Chriſti DCCCxc. conceſsit locum in partibus* Burgundiæ, *qui dicitur* Cluniacus, *qui per Dei gratiam diverſis temporibus multipliciter adauctus glorioſè refulget* (&c.)

Scriptor anonymus hiſt. franc. qui vixit tempore *Philippi, Ludovici* Pii filii. MS.

MONASTICON ANGLICANUM.

VVenlocense *Cœnobium in agro* Salopiensi, *Ordinis* CLUNIACENSIS.

W Malmesb. fol. 50. b.

MILBURGA (filia *Merewaldi* fratris *Wlpheri, Merciorum* regis) apud **Wenelock** requiescit, olim ab accolis nota, sed post adventum *Normannorum*, dum nescitur locus sepulchri, aliquandiu oblivioni data. Nuper verò adunato ibi conventu monachorum *Cluniacensium*, dum inchoata novi templi machina, quidam puer per pavimentum concitatius cursitaret, effracta mausolæ fovea, perpalam corpus virginis fecit; tunc balsamici odoris aura per ecclesiam spirante altius levatum tot miracula præbuit, ut catervatim eò populorum undæ confluerent, vix patuli campi capiebant agmina viatorum, dum æquis umbonibus dives & mendicus se agerent, cunctos in commune præcipitante fide. Nec casum eventum res habuit, adeò ut nullus inde nisi extincta, vel mitigata valetudine discederet, nonnullosque regius morbus, medicis sanè incurabilis, per merita virginis relinqueret.

Ibid. fol. 164. a.

— Apud **Wenlock** fuit antiquissima sanctimonialium habitatio. ibique beatissima *Milburga*, soror sanctæ *Mildredæ*, neptis *Penda*, regis *Merciorum* ex filio, transiegit vitam, & sita est: Sed locum omnino desertum prædictus comes (scilicet *Rogerus* comes de *Montegomerico*) monachis *Cluniacensibus* implevit, ubi modò speciosa germina virtutum conantur in cœlum.

Enimverò sepulchrum virginis clàm erat novis advenis, omnibus videlicet vetustatis monumentis violentia hostium, & temporum, deletis.

Joban. Capgrav. de vitis sanctorum fol. 232. 2.

— Beata igitur *Milburga*, sicut suis progenitoribus piis, *Merwaldo* & *Dompneva*, *Merciorum* dominis, lux primogenita exstitit, sic in regno parentum Deo sacratis virginibus viduisque dux primaria vitæ cœlestis præfulsit. Constructo enim in loco qui **Wenmincas** antiquitus dicebatur monasterio, modo dicto **Wenloke**, virginibus congregatis præfuit ipsa mater, & vitæ regularis magistra (*&c.*) Septimo kal. Julii migravit ad Christum, & in monasterio suo cum honore sepelitur.

Milburga *abbatissa Wenlocensis*

Leland. coll. vol. 2. p. 157.

LOco qui **Wimmicas** antiquitus nuncupatur, cœlesti conversatione feliciter illustratur beata dormitione & perpetua mansione glorificatur ubi constructo venerabili monasterio præfuit ipsa mater angelica.

De morte Milburgæ.

Gleba verò virginei corporis cultu celebri reconditur ante majus altare in ecclesia sanctæ *Trinitatis*.

Florent autem in *Wallia* glorioſæ virginis *Milburga* miracula, loco qui ejus nomine, & quod sui juris aliquando fuerat, **Landmylien** wallicè dicitur, quod in terram *Milburga* latino sermone vertitur.

Carta *Isabella* de **Say**.

Pat. 12. E. 3. m. 12. Et Pat. 18. R. 2. part. 2. memb. 29.

REX *omnibus &c. salutem. Inspeximus quandam cartam quam clare memorie* Ysabelli *de* **Say**, *dudum domine de* Cluna *fecit Deo & sancte* Mildredæ *de* **Wenlock** *& monachis ibidem Deo servientibus, in hec verba. Sciant presentes & futuri quod ego* Ysabella *de* **Say**, *domina de* Cluna *dedi concessi & hac presenti carta mea confirmavi pro amore Dei, & pro salute anime mee, & pro salute domini* Willielmi *filii* Alani *& mei, & pro anima patris mei & matris mee & omnium antecessorum & successorum meorum ecclesiam sancti* Georgii *de* Cluna, *que est de proprio feudo meo, & de donatione mea, cum omnibus capellis ad eam pertinentibus. Scilicet cum capella sancti* Thomæ *ejusdem ville, & cum capella sancte* Mariæ *de* **Waterdene**, *& capella sancti* Swithuni *de* **Clumbirte**, *& capella sancte* Mariæ *de* **Clintune**, *& capella S.* Mariæ *de* **Oppetune**, *& capellis de* **Eggedune** *&* **Dibbedune**, *& omnibus aliis capellis, & pertinentiis, cum jure patronatus predicte ecclesie sancti* Georgii, *& predictarum capellarum eidem pertinentium, in puram & perpetuam elemosinam Deo & sancte* Milburgæ *de* **Wenlock**, *& monachis ibidem Deo servientibus. Quare volo quod predicti monachi predictam ecclesiam, cum omnibus pertinentiis suis, in terris, in pratis, in boscis & plano, & in omnibus aliis rebus ad eam pertinentibus, bene & in pace, libere & quiete, & honorifice habeant & possideant sicut aliquod monasterium liberius, quietius, & honorificentius aliquod tenet beneficium ecclesiasticum, ita quod nullus de heredibus meis elemosinam istam a me factam, in libera potestate mea, diminuere vel infirmare presumat. Qui autem eam servaverit, benedictione Dei & mea gaudeat. Qui autem eam infringere attemptaverit, maledictionem Dei & meam incurrat. Et ut hec mea donatio & concessio rata & perpetua perseveret, eam presentis sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus* Brientio *de* **Say**, Rogero Anglico, Petro *de* Oppetuna,

Huberto *de* Buchevill, Hugone Peverell, Johanne *camerario*, Roberto *de camera*, Willielmo *capellano*. Warino *de* **Burewardesley**, Philippo *de* **Linleg**, *& multis aliis.*

[Quod hujuſmodi Prioratus ſit indigena vide pat. 18. *R.* 2. part. 2. m. 27.

Inquiſitio ſuper jure patronatus cellæ de **Frene.**

Eſcaet. an. 29. *Ed.* 1. nu. 103.

INquiſitio cujuſmodi ſtatum anteceſſores hæredis *Philippi Burnel* infra ætatem & in cuſtodia domini regis exiſtentis, vel domini Caſtri de **Bolgod** in cella de **Frene** tempore vacationis ejuſdem habuerunt temporibus retroactis. Et ſi prædicta cella de hærede prædicto teneatur, & ſi tempore vacationis ejuſdem cellæ, anteceſſores prædicti hæredis ſeu alii domini caſtri prædicti cuſtodiam dictæ cellæ ratione dominii caſtri illius habere, prædictuſque Prior & prædeceſſores ſui prædicti de cuſtodibus ad eandem cum vacaret providere, & ipſos cuſtodes anteceſſoribus prædicti hæredis ſeu dominis caſtri prædicti præſentare, ne ipſi ſic per ipſum Priorem vel prædeceſſores ſuos prædictos anteceſſoribus ipſius hæredis ſeu dominis caſtri illius preſentati & ab eis admiſſi temporalia dictæ cellæ a manibus eorundem recipere conſueverunt temporibus retroactis necne: facta coram Eſcaetore apud **Frene** die dominica in feſto ſancti *Georgii* anno regni Regis *Edwardi* viceſimo nono per ſacramentum *Johannis* de **Ellehops** (*&c.*) Qui dicunt ſuper ſacramentum ſuum quod prædicta cella de **Frene** tenetur de dominis caſtri de **Bolgod**, qui pro tempore fuerint. Et quod tempore vacationis ejuſdem celle domini caſtri prædicti cuſtodiam dictæ cellæ, ratione dominii caſtri illius, habere conſueverunt. Et quod Prior de **Wenlock** & prædeceſſores ſui de cuſtodibus ad eandem cellam cum vacaret providere conſueverunt, & ipſos cuſtodes dominis caſtri prædicti præſentare, & ipſi præſentati per ipſum Priorem vel prædeceſſores ſuos a manibus dominorum caſtri illius temporalia dictæ celle cum ab eiſdem dominis admiſſi fuerint recipere conſueverunt temporibus retroactis. Et dicunt quod domini caſtri prædicti nullum alium ſtatum in cella prædicta tempore vacationis habere conſueverunt niſi cuſtodiam quouſque receperint cuſtodem ad eandem ſic per prædictum Priorem præſentatum; eo quod cella prædicta tenetur de eiſdem dominis caſtri prædicti in liberam puram & perpetuam elemoſinam. In cujus, &c.

DUDDELEYENSIS *Prioratus in agro* Staffordienſi, *cella de* **Wenlock.**

Ex ipſo autographo penes *Edwardum* dominum Dudley an. 1640.

LUCIUS *epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis* Everardo *Priori eccleſiæ de* Dudleia *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris Regularem vitam profeſſis imperpetuum. Quia poſtpoſitis ſecularibus deſideriis ſub regulari diſciplina ſuam veterum domino ſervitutem, Apoſtolico debent patrocinio communiri, ne in ſui propoſiti executione tepeſcant ſi pravorum fuerint impetitionibus laceſſiti. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & prafatam eccleſiam in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundùm Deum & B. Benedicti regulam atque inſtitutionem* Cluniacenſium *fratrum in eadem eccleſia noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunq; poſſeſſiones quecunque bona eadem eccleſia inpreſentiarum juſtè & canonicè poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, preſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam ſancti* Jacobi de **Dudelei**, *& capellas ejuſdem ville ſancti* Edmundi, *&* S. . . . . *eccleſiam de* **Seggeſlei** *cum pertinentiis ſuis, eccleſiam de* **Poxfeld** *cum capella de* **Colton**, *eccleſiam de* **Ingle** . . . . . *cum pertinentiis ſuis, eccleſiam de* **Wateſeles** *cum capella de* **Engleſeis** *de donatione* Gervaſii Paganelli, *eccleſiam de* **Womburne** *cum capella de* **Treſel** *& aliis pertinentiis ſuis de donatione* Guidonis *de* **Offeni**: *eccleſiam de* **Heille** *cum pertinentiis ſuis de donatione* Radulfi *de* **Heille**. *Ex donatione* Agnetis *de* **Somery** *villam de* **Chyzchille** *cum pertinentiis ſuis. Ex donatione* Osberti *de* Keneſara *villam de* **Sarebune** *cum pertinentiis ſuis. Ex donatione* Roberti *de* **Chanden** *unam virgatam terre in villa de* **Wolpetone**. *Et terras de* **Ingepenne**, *ex dono* Johannis Manſell. *Sepulturam preterea ipſius loci liberam eſſe decernimus ut eorum devotioni & extreme voluntati qui ſe illic ſepelri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint nullus obſiſtat; Salva tamen juſticia illarum eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Cum autem generale interdictum terra fuerit liceat vobis clauſis januis, non pulſatis campanis, excluſis excommunicatis & interdictis ſuppreſſa voce divina officia celebrare. Sane novalium veſtrorum que propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. In parochialibus autem eccleſiis quas habetis liceat vobis clericos vel ſacerdotes eligere & diocesano epiſcopo preſentare, quibus ſi idonei fuerint epiſcopus curam animarum committat, ut ei de ſpiritualibus vobis verò de temporalibus debeant reſpondere. Liceat vobis quoque clericos vel laicos à ſeculo fugientes liberos & abſolutos ad converſionem veſtram recipere & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ne quis poſt factam in eccleſia veſtra profeſſionem niſi arctioris religionis optentu diſcedere de eodem loco preſumat. Diſcedentem verò ſine communium literarum cautione nullus audeat retinere. Antiquas quoque & rationabiles conſuetudines in eccleſia veſtra hactenus obſervatas futuris temporibus ratas decernimus permanere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prafatum monaſterium in aliquo perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere aut quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia*

integra

integra conserventur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate & diœcesani episcopi canonica justitia & debita reverentia Cluniacen. *ecclesiæ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, nisi reatum suum, congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant.* Amen.

Dat. (&c.) *xvj. kal. Julii indictione xv. incarn. dominicæ anno millesimo centesimo nonagesimo, pontificatus verò domini* Lucii *Papæ iij. primo.*

Indulgentia orantibus pro anima *Rogeri* de **Somert**, cujus corpus in hujusmodi Prioratu humatur.

Universis S. matris ecclesiæ filiis ad quos præsentes litteræ pervenerint. Nos inspiratione divina Basilius Jerosolomitanus, Adenulphus Cousanus, Rannaus Calaritanus *archiepiscopi*, Adam Maiturán, Nicholaus Neocastrens. Nicholaus Colcedonic, Angelus Fesulanus, Bernardus Parentinus, Thomas Eteliensis, Nicholaus Tortibulen. Antonius Chenodien. Pacens. Benedictus Dragonensis *episcopi, salutem in domino sempiternam. Mortuorum memoria ea præstantior e . . . . . t dinosceretur quo magis vivis credit ad meritum & præstat suffragium refotatio. Gratum ideo obsequium & Deo pium sciens impendere opinamur quicunque mentes fidelium ad pietatis opera excitamus ut exinde divinæ gratiæ reddantur ampliores: Ea propter nos de omnipotentia Dei misericordia beatorumque* Petri & Pauli *Apostolorum ejus meritis & auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis qui pro anima* Rogeri *de* **Somert** *cujus corpus in ecclesia Prioratus de* **Dudelelegh** Coventrien sis, & Lichfeldensis *diœcesis requiescit humatum, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, quotienscunque orationem dominicam cum salutatione angelica dixerint mente pia, sciens singulis vestrum quadraginta dies de injunctis sibi pœnitentiis si diœcesani voluntas ad id accesserit misericorditer in domino relaxamus. In cujus rei testimonium præsentes scripto sigilla vestra duximus apponenda. Dat.* Romæ *anno millesimo trecentesimo, pontificatus domini* Bonifacii *Papæ octavi anno sexto.*

LEWESENSE *Cœnobium in agro* Suffexiæ.

SANCTI *Pancratii de* Lewes, quod, auctore *Willielmo* comite de *Warrenna*, *Luzo*, quidam monachus *Cluniacensis* in supremo religionis locavit cacumine. Efficaciam viri sublimitas prætendit loci, adeo ut veraciter asseratur, nullum omnino monasterium posse illud vincere religione ad monachos, affabilitate ad hospites, charitate ad omnes. Vincit pompam famæ rerum veritas, licet fatiget audientes referentium verbositas. Certè de *Lewes* plura loquerer, nisi alias non contemnenda dixissem, simulque ejus meritum omne transcendit eloquium. *W. Malm. fol 147 a. num. 10.*

Carta fundationis per Willielmum *de* Watenna Surregiæ *comitem.*

IN nomine Patris & filii & Spiritus Sancti *Amen.* Ego *Willielmus* de *Warrenna* & *Gundreda* uxor mea volentes peregrinationem facere ad sanctum *Petrum* in *Romam*, pereximus per plura monasteria quæ sunt in *Francia* & *Burgundia*, causa orationis. Et cum venissemus in *Burgundiam* didicimus quod non potuimus secure transire propter guerram quæ fuit tunc inter Papam & imperatorem. Et tunc divertimus ad *Cluniacum* monasterium, magnam & sanctam abbatiam in honore sancti *Petri*. Et ibi adoravimus & requisivimus sanctum *Petrum*. Et quia invenimus sanctitatem & religionem & caritatem tam magnam ipi & honorem erga nos à bono Priore & a toto sancto conventu qui receperunt nos in societatem & fraternitatem suam, incepimus habere amorem & devotionem erga illum ordinem & illam domum super omnes alias domos quas videramus. Sed dominus *Hugo* sanctus abbas eorum tunc domi non fuit. Et quia longè ante & tunc magis habuimus in proposito & voluntate per concilium domini *Lanfranci* archiepiscopi ego & uxor mea quod faceremus aliquam domum religionis pro peccatis nostris & salute animarum nostrarum, tunc visum fuit nobis, quod de nullo alio ordine tam libenter quam de *Cluniacensi* eam facere vellemus. Et ideo rogavimus & requisivimus a domino *Hugone* abbate & à tota sancta congregatione quod concederent nobis duos vel tres vel quatuor monachos de sancto grege suo, quibus daremus ecclesiam unam quam de lignea lapideam fecimus sub castro *Lewiarum*, quæ fuit ab antiquo tempore in honore sancti *Pancratii*, & illam daremus eis, & tantum in principio terrarum & animalium & rerum unde duodecim monachi possent ibi sustentari. Sed sanctus abbas prius valde nobis fuit durus ad audiendum petitionem nostram propter longinquitatem alicnæ terræ & maximè propter mare. Sed postquam nos perquisivimus licentiam à domino nostro rege *Willielmo* adducendi monachos *Cluniacenses* in *Angliam* terram, & abbas *Ex regist. de Lewes penes virum clariss. Job. Seldenum armig. 1649.*

abbas ex sua parte requisivit voluntatem regis, tunc tandem donavit & misit nobis quatuor de monachis suis dominum *Lanzonem* & tres socios suos ; Quibus donavimus in principio omnia quæ eis promisimus, & confirmavimus per scriptum nostrum quod misimus abbati *Cluniacensi* & conventui, quia noluerunt nobis ante monachos mittere quam haberent confirmationem nostram & regis quam eis promisimus de omnibus rebus quas eis donavimus. Et sic dati sunt mihi & uxori meæ monachi *Cluniacenses* in *Anglicam* terram. Post mortem vero domini mei *Willielmi* regis cum filius suus *Willielmus* venisset in *Anglicam* terram propter regnum, & multa fuisset discordia de regno & dubitatio de fine, & ego in multis periculis cotidie, monstraverunt mihi dominus *Lanzo* Prior & monachi mei quod apud *Cluniacum* esset confirmatio mea quam feceram de rebus quas illis dederam in principio, & quod ipsi inde nullum munimentum haberent, & quod propter dubia & futura tempora deberem eis omnem securitatem de meis donis & concessis facere. Quod feci libenter consilio fidelium meorum per hanc alteram cartam meam. Volo ergo quod sciant qui sunt & qui futuri sunt, quod ego *Willielmus* de *Warrenna Surreia* comes donavi & confirmavi Deo & sancto *Petro* & abbati & conventui de *Cluniaco* ecclesiam sancti *Pancratii* quæ sita est sub castro meo *Lewiarum*, & eidem sancto *Pancratio* & monachis *Cluniacensibus* quicunque in ipsa ecclesia sancti *Pancratii* Deo servient inperpetuum, donavi pro salute animæ meæ & animæ *Gundredæ* uxoris meæ & pro anima domini mei *Willielmi* Regis qui me in *Anglicam* terram adduxit, & per cujus licentiam monachos venire feci, & qui meam priorem donationem confirmavit, & pro salute dominæ meæ *Matildis* Reginæ, matris uxoris meæ, & pro salute domini mei *Willielmi* Regis filii sui, post cujus adventum in *Anglicam* terram hanc cartam feci, & qui me comitem *Surregiæ* fecit, & pro salute omnium hæredum meorum & omnium fidelium Christi vivorum & mortuorum, in sustentationem prædictorum monachorum sancti *Pancratii*, mansionem *Falemelum* nomine, totum quicquid ibi in dominio habui, cum hida terræ quam *Eustachius* in *Burgamela* tenet & ad ipsam mansionem pertinet. Mansionem quoque *Carlentenam* nomine quam domina mea *Matildis* Regina dedit *Gundredæ* uxori meæ & mihi, & hoc concessit & confirmavit dominus meus Rex *Willielmus* in auxilium ad fundandum novos monachos nostros, totum quod ibi habuimus. Et in *Swanberga* quinque hidas & dimidiam. Terram etiam quæ vocatur *Insula*, juxta monasterium, cum pratis & pascuis. Totam etiam terram quam ego in dominio habui intra Insulam in qua monasterium situm est, cum molendino super stagnum quod ibi juxta est positum, & cum uno suburbano ibi juxta posito, *Lewino* nomine. In *Tuniaco* terram quæ fuit *Normanni*, virgam terræ quæ vocatur *Redrewell*, & alteram virgam nomine **Stanforde**. In *Wastedena* duas hidas cum quatuor villanis & uno prato. Decimas quoque terrarum mearum, & illas nominatim quas *Richardus* presbyter tenet & tenebit in vita sua, ita quod post mortem ejus monachis remanebunt. Concessionem feci etiam omnium decimarum quas homines mei ibi dederunt vel postea daturi sunt. Postea verò donavi eis *Waltonam* cum omnibus liberis hominibus quos *Gundreda* cum ipsa mansione ibi de me tenuit, quicquid ibi habui tunc inter duas aquas de *Limea* & de **Wellestream**, in terris & mariscis & pascuis & aquis cum hominibus & omnibus eorum serviciis & cum omnibus rebus, ita quod duo hospicia mihi & hæredibus meis ibi per annum retinui, unum in eundo in **Everwicestre** & alterum in redeundo pro omnibus serviciis quæ mihi facere solebant homines de mariscо in vecturis & summagiis per terram & aquam, huc & illuc, & pro omnibus aliis serviciis, unde volo quod liberi & quieti sint erga me & hæredes meos de omni servicio imperpetuum. Et si ibi hospitamur plus quam bis in anno, totum quod ibi de suo vel nos vel homines nostri quicunque illuc per annum per nos venerit, super duo prædicta hospitia expendimus, computabunt, & reddemus eis de nostro in fine anni super periculum animarum nostrarum. Sic facio ego, & sic faciam, & sic volo quod faciant hæredes mei, ne propter hanc causam vertant elemosinam meam & suam in servitutem & rapinam, sicut volunt salvari in die judicii. Præterea donavi eis ecclesiam de *Acra* cum duabus carucis terræ, ubi ego & *Gundreda* adhuc vivens proposuimus facere monasterium & domos & ponere monachos de monachis nostris sancti *Pancratii*, de quibus etiam posuimus primo in ecclesia castelli nostri de *Acra*. Et hanc promisit mihi dominus *Lanzo* quod faceret, sic tamen quod Prior & monachi de *Acra* semper subditi sint & in libera ordinatione Prioris sancti *Pancratii*. Et Prior & conventus sancti *Pancratii* habeant & disponant domum de *Acra* sine omni contradictione sicut proprios monachos suos de claustro suo, & sic faciam si Deus servaverit mihi vitam & sanitatem. Et si non possum perficere, volo quod hæres meus perficiat. Et si hæredes mei post me in suo tempore aliquam elemosinam fundaverint, volo quod eam sancto *Pancratio* submittant, & semper sanctum *Pancratium* caput honoris sui habeant, & ibi se mecum reddant ubi jacet *Gundreda* uxor mea, & ego cum ea reddidi corpus meum, & ipsi similiter mecum faciant. Omnes has antedictas res dedi Deo & sancto *Pancratio* & monachis ibi Deo servituris, vivente & volente *Gundreda* uxore mea, & *Willielmo* & *Raynaldo* filiis & hæredibus meis. Sed post mortem *Gundredæ* feci eis hanc cartam. Post cujus mortem donavi etiam eis pro anima illius & mea & omnium hæredum meorum mansionem in **Norfolk, Herham** nomine, totum quod ibi habui cum terra *Pagani* præpositi, & cum omnibus liberis hominibus quorum censum idem *Paganus* recipiebat. Et hanc donationem meam volo quod hæredes mei concessam & firmatam habeant, quia & eam concessit & confirmavit dominus meus Rex *Willielmus* sicut alias fecerat pater suus Has omnes supradictas res donavi monachis ad habendum imperpetuum tam liberas & quietas ab omnibus causis & consuetudinibus & servitiis sicut eas liberas habui & sicut aliquis liber homo habet vel habere potest suum dominium vel dare suam elemosinam. Et si eveniat quod Rex terræ aliquid inde quærat vel hidagium vel danegildum vel qualecumque geldum vel servicium

vel

vel quamcumque rem, ego quamdiu vivam eas liberatas & acquietatas faciam sicut meum dominium, & hæres meus post me, & sui post illum similiter imperpetuum faciant de omnibus rebus quæcumque solent vel poterunt vel unquam continget inposterum ab aliquo domino vel homine requiri erga regem, & omnes homines ut monachi semper sint in pace, & sui omnes & omnia sua. Pro qua re volo quod si aliqua contentio vel dissensio vel lesura vel aliqua injuria surgat inter homines sancti *Pancratii* & me vel meos unde forisfactura eveniat, Prior sancti *Pancratii* semper capiat & habeat pro me forisfacturam & emendationem de hominibus suis, ne per hanc causam possint qui venturi sunt lædere & confundere homines Sancti, & sic volo quod faciant hæredes mei. Et si ego aliqua adhuc addidero vel hæredes mei post me, Volo quod omnia illa tam liberè donentur & habeantur sicut ego ista omnia donavi & quod ipsi similiter velint & faciant. Et volo quod sicut ego cresco crescant & res monachorum, & sicut crescunt res & bona eorum, quod crescat numerus eorum, & sic volo & laudo & præcipio quod velint & faciant & servent hæredes mei, & firmum & stabile habeant quod ego feci, & ego firmum & stabile habeo quod ipsi facturi sunt. Et quicumque contra hanc donationem meam venerit vel eam in aliquo minuerit vel in pejus mutaverit, iram & maledictionem Dei omnipotentis & celerem vindictam in corde & in anima in hoc mundo & in die judicii incurrat, & tota maledictio quam pater potest dare malis filiis suis ex parte mea super illum veniat Fiat, Fiat. Et quicumque hanc meam donationem servaverit & defenderit & accreverit, benedictionem Dei omnipotentis & gratiam in hac vita, & in alia in corpore & in anima super se habeat, & tota benedictio quam pater potest dare bonis filiis suis, ex parte mea super eum veniat & maneat sine fine. *Amen. Amen.* Similiter precor Deum ut eveniat si hæres meus post me vel suus post eum, vel quicumque ex successoribus meis aliqua bona addiderit ad ea quæ ego donavi, quicumque post eos contra illorum donationem venerit in malum, veniat Deus contra illum in malum, & quicumque eam defendit & servaverit, defendat eum Deus ab omni malo. Præterea volo quod sciant monachi mei & hæredes mei, quod quando ego & *Gundrada* perquisivimus à domino *Hugone* abbate, qui venerat ad loquendum cum domino meo rege in *Normanniam*, quod redderet nobis dominum *Lanzonem* Priorem nostrum quem toto anno apud *Cluniacum* retinuerat, unde tam commoti fuimus quod penè proposuimus dimittere conceptum nostrum, vel auferre eis & dare ecclesiam nostram *Majori monasterio*, tunc etiam concessit nobis & promisit abbas ad multam deprecationem, quod si Deus crescere domum nostram faceret eam sicut unam ex magnis post mortem domini *Lanzonis* vel promotionem in aliquam majorem dignitatem; Quando monachi sancti *Pancratii* mitterent ad *Cluniacum* propter Priorem, mitterent eis in Priorem unum ex melioribus monachis suis de tota congregatione quem scirent sanctiorem ad ordinèm & ad animas regendas secundùm Deum, & sapientiorem ad domum gubernandam secundùm seculum præter majorem Priorem de *Cluniaco* & Priorem de *Caritate*. Et quod ipse foret ad remanendum & nunquam removeretur, nisi tam justa & manifesta esset causa, quod nemo rationabiliter deberet contradicere, & inde fecit nobis scriptum suum cum sigillo suo quod habeo. Et hæc perquisivimus quia timuimus ne dominus *Lanzo* cum rediisset, cito auferreretur nobis, quia rex quos meliores invenire potuit in dignitates ecclesiæ exaltavit, & nobis audientibus requisivit ab abbate quod mitteret ei duodecim de sanctis monachis suis, & eos omnes faceret episcopos & abbates in terra hæreditatis suæ quam ei dederat Deus. Et etiam prægogitavimus quod si nova adhuc domus & tenera sape novum Priorem haberet, & in novas manus veniret, nunquam ad magnum profectum perveniret. Et quia noluimus quod elemosina nostra inposterum in secularem servitutem verteretur, tunc constiturum est inter nos & abbatem, quod *Cluniacum* habeat omni anno l. solidos monetæ *Anglicæ* de dono sancti *Pancratii*. & sic libera sit ab omni alia servitute & exactione & geldo, & abbas de nulla ordinatione domus se intromittat super Priorem nisi de observantia vel emendatione ordinis ubi Prior emendare non potuerit per se; neque de domibus suis, si aliquas unquam per gratiam Dei sub se habuerit, sed Prior sancti *Pancratii* & conventus semper eas liberas habeant in sua ordinatione sicut eis fuerint donatæ. Et hoc voluimus & fecimus quia in desiderio semper & spe fuimus facere domum & ponere monachos apud *Acram* castellum nostrum quam nolumus alibi nisi sancto *Pancratio* esse subjectam. Hanc donationem & cartam meam feci dominum meum regem apud *Wincestriam* in concilio concedere & testimoniari per signum sancte crucis de manu sua, & per signa & testimonia episcoporum & comitum & baronum qui tunc fuerunt feliciter *Amen.* Venientibus contra hæc & destruentibus ea occurrat Deus in gladio iræ & furoris & vindictæ & maledictionis æternæ: servantibus autem hæc & defendentibus ea, occurrat Deus in pace gratia & misericordia & salute æterna. *Amen, Amen, Amen.*

Carta W. *comitis* Warrennæ *de ecclesiis in comitatu* Eboracensi.

Ibid.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Willielmus* comes de *Warenna* dedi &c. Deo & sancto *Pancratio* & monachis de **Lewes** ibidem Deo servientibus ecclesiam de **Cuningeburgh** cum pertinentiis, ecclesiam de **Hertille** cum pertinentiis, ecclesiam de **Fillac** cum pertinentiis, ecclesiam de **Hetfeld** cum capella de **Tozne** & omnibus pertinentiis, ecclesiam de parva **Sandall** cum capella de **Harnoldesthozp** cum omnibus pertinentiis, ecclesiam etiam de **Wakefeld** cum capella de **Hozbirie** cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de **Halifax** cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de **Dewesbury** cum capella de **Hertesheved** & omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de **Burton** cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de majori-**Sandale** cum omnibus pertinentiis suis &c. His testibus, (&c.)

Quod hujusmodi Prioratus sit indigena.

Ex regist. de *Castleacre* fol. 131.

Vide Pat. 47. E. 3. part. 1. memb. 10.

EDwardus Dei gratia Rex *Anglie* & *Francie* & dominus *Hibernie* omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint salutem. Sciatis quod cum dilecti nobis in Christo frater *Hugo* nuper Prior *Lewensis* & ejusdem loci conventus, ordinis *Cluniacensis*, *Cicestrensis* diocesis, nuper nobis advocationes ecclesiarum de **Fichlak**, de *magna* **Sandale** *Eboracensis* diocesis, **Kilton** *Norwicensis* diocesis; **Whaddon** & **Carton** *Eliensis* diocesis, de patronatu suo per cartam suam dederunt & concesserunt Habendas & tenendas nobis & hæredibus nostris imperpetuum, sub ea conditione quod immunitati eorum, videlicet quod ipsi ut indigenæ & non alienigenæ teneri & reputari, & de fine, firma, subsidio, ac omnibus aliis oneribus impositionibus & demandis quæ ab eis ut de alienigenis occasione guerræ inter nos & adversarios nostros *Francie* exigerentur vel alia quacunque causa ut de alienigenis exigi possent quietari & exonerari valerent provideri faceremus: Ac nos vicesimo quinto die Februarii, anno regni nostri *Anglie* vicesimo quinto, prætextu donationis & concessionis prædictarum, & in recompensationem advocationum prædictarum, ex nostra certa scientia & de concilio & assensu præfatorum comitum, baronum, & aliorum de concilio nostro nobiscum existentium concesserimus eisdem Priori & conventui pro nobis & hæredibus nostris quod iidem Prior & conventus & eorum successores cujuscunque nationis vel conditionis forent ut indigenæ & non alienigenæ, ex tunc tenerentur & reputarentur. Et quod dictus Prioratus terras tenementa redditus servitia feoda militum & advocationes ecclesiarum libertates & omnia alia prædicto Prioratui qualitercunque spectantia, occasione alicujus guerre inter nos & hæredes nostros & *Gallicos* seu aliquos alios alienigenas tunc motæ vel movende vel alterius cujuscunque causæ propter quam terras tenementa redditus servitia feoda militum advocationes ecclesiarum, libertates, vel quæcunque alia ad religiosos alienigenas spectantia in manum nostram vel hæredum nostrorum capi contingeret vel seysiri, ex tunc non caperentur vel seysirentur, nec quod aliqua impositiones seu auxilia eis ut alienigenis ex quacunque causa imponerentur, licet aliqua impositiones seu auxilia aliis religiosis alienigenis per nos vel hæredes nostros imposita forent, sed in omnibus ut indigenæ & *Anglici* haberentur & pertractarentur, & essent de eadem conditione in omnibus sicut *Anglici* essent in perpetuum. Et quod ipsi Prior & conventus & eorum successores de fine, firma, subsidio ac omnibus aliis oneribus impositionibus auxiliis & demandis quæ ab eis ut de alienigenis occasione guerræ prædictæ vel alterius cujuscunque caute alienigenas tangentis motæ vel movendæ imposita vel ex tunc imponenda exigerentur vel exigi possent: Ac de arreragiis & omnibus aliis demandis ratione terrarum alienigenarum in manibus nostris aut antecessorum nostrorum seysitarum vel non seysitarum vel alia quacunque causa inde si quæ, pro tempore præterito deberentur, vel exigerentur, erga nos & hæredes nostros liberi essent, exonerati, quieti, & penitus imperpetuum absoluti prout in literis nostris patentibus inde confectis pleniùs continetur. Ac dilectus consanguineus & fidelis noster *Richardus* comes *Arundelie* patronus dicti Prioratus nobis jam supplicaverit, ut cum Prioratus de **Castelacre**, **Pritilwell**, **Farleye**, **Hoxton**, & **Stanesgate** sint, & à tempore fundationis eorundem semper fuerunt cellæ & membra dicti Prioratus de **Lewes**, & ad eundem Prioratum de **Lewes** pertinent, velimus eandem immunitatem præfatis Priori & conventui de **Lewes** sic concessa Prioribus dictorum Prioratuum de **Castelacre**, **Pritelwell**, **Farleye**, **Hoxton** & **Stanesgate**, concedere gratiosè; videlicet quod ipsi ut indigenæ & non alienigenæ de cætero teneri & reputari: Ac de fine, firma, subsidio, ac omnibus aliis oneribus impositionibus & demandis quæ ab eis ut de alienigenis occasione hujusmodi guerræ exiguntur, vel alia quacunque de causa ut de alienigenis exigi possint, quietari valeant & exonerari. Nos ob specialem affectionem quam ad personam dicti comitis gerimus & habemus, & propter gratitudinem maximam quam in eo præ cæteris semper in nostris conciliis & agendis pronam & promptam invenimus; ac pro eo quod per inspectionem tam cartæ domini *H.* quondam Regis *Anglie* progenitoris nostri quam aliarum cartarum & evidentiarum coram concilio nostro ostensarum, nobis constat quod dicti Prioratus de **Castelacre**, **Pritilwell**, **Farleigh**, **Hoxton**, & **Stanesgate** sunt, & à tempore fundationis eorundem semper fuerunt cellæ & membra dicti Prioratus de **Lewes** & ad eundem Prioratum de **Lewes** pertinentia, supplicationi prædictæ inclinati, de gratia nostra speciali, & ex nostra certa scientia, concessimus pro nobis & hæredibus nostris dilectis nobis in Christo *Johanni* nunc Priori de **Lewes** & ejusdem loci conventui, ac Prioribus & conventibus dictorum Prioratuum & successoribus suis, quod iidem Prioros de **Castelacre**, **Pritilwell**, **Farleigh** **Hoxton**, & **Stanesgate** & quilibet eorum ac monachi ibidem commorantes, ac eorum successores cujuscunque nationis fuerint, ut indigenæ & non alienigenæ de cætero teneantur & reputentur, & quod dicti Prioratus de **Castelacre**, **Pritilwell**, **Farleigh**, **Hoxton**, & **Stanesgate**, ac terræ, tenementa, redditus, servitia, feoda militum & advocationes ecclesiarum libertates & omnia alia eisdem Prioratibus qualitercunque spectantia, occasione alicujus guerræ inter nos vel hæredes nostros & *Gallicos*, seu aliquos alios alienigenas motæ vel movendæ, vel alterius cujuscunque causæ propter quam terras, tenementa, redditus, servitia, feoda militum, advocationes ecclesiarum, libertates, vel quæcunque alia ad religiosos alienigenas spectantia in manum nostram, vel hæredum nostrorum capi contigerit vel seysiri in posterum non capiantur vel seysiantur; nec quod aliquas impositiones seu auxilia eis ut alienigenis ex quacunque causa imponantur; licet aliqua impositiones seu auxilia aliis religiosis alienigenis per nos vel hæredes nostros in futurum imposita fuerint, sed in omnibus ut indigenæ & *Anglici* habeantur & pertractentur, & sint de eadem conditione in omnibus sicut *Anglici* sunt in perpetuum: Quodque ipsi Priores & monachi de **Castelacre**, **Pritilwell**,

tilwell, Farleigh, Hoxton, & Stanesgate, & eorum quilibet & eorum successores, de fine, firma, subsidio, ac omnibus aliis oneribus, impositionibus, auxiliis, & demandis, quæ ab eis ut de alienigenis occasione guerræ prædictæ vel alterius cujuscunque causæ alienigenas tangentis motæ vel movendæ impositæ & imposterum imponendæ, exigi poterunt in futurum, ex nunc erga nos & hæredes nostros liberi sint exonerati quieti & penitus imperpetuum absoluti sine contradictione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum aut ministrorum nostrorum quorumcunque; Eo non obstante quod dicti Prioratus de *Castelacra*, Pyttilwell, Farleigh, Hoxton, & Stanesgate in literis nostris prædictis expressè nominati non fuerunt. Proviso semper quod si prædicti Priores dictarum cellarum vel successores sui aut aliquis eorundem, apportum aliquod alicui domui religiosæ in partibus transmarinis solvere teneantur vel teneatur, iidem Priores earundem cellarum & successores sui apportum illud nobis & hæredibus nostris de cætero solvant. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo die Maii anno regni nostri *Angliæ* quadragesimo septimo, regni vero nostri *Franciæ* tricesimo quarto.

PRITTLEWELLENSIS
Prioratus in agro Essexiensi, *cella de* Lewes.

De Prioribus de Castle-Acre *&* Pyttlewell *attachiandis ad ostendendum curiæ compositiones & fundationes suas.*

Recordâ de term. Mich. 6. H. 4 rot. 27.

COmperto in originali de anno xlvij. domini *Edw.* nuper regis *Angliæ* avi regis nunc, rotulo videlicet xiiij. quod idem nuper Rex, pro eo quod frater *Hugo* nuper Prior *Lewensis*, & ejusdem loci conventus, ordinis *Cluniacensis*. *Ciceſtrensis* dioc. eidem nuper regi advocationes ecclesiarum de Fishlake, & *magna* Sandale *Ebor.* dioc. Riston *Norwicen* Whaddon & Carton *Elien.* dioc. de patronatu suo per cartam suam dederint & concesserint, habendas & tenendas dicto nuper regi & hæredibus suis imperpetuum, sub ea conditione quod immunitati eorum, videlicet quod ipsi ut indigenæ & non alienigenæ teneri & reputari (*&c*) possent (*&c.*) Prior de Pyttlewell ad eundem diem venit in propria persona sua & exhibuit curiæ quoddam transcriptum de quodam veteri libro penes domum suam prædictam remanente, quod est inter billas de hoc termino; cujus tenor sequitur, in hæc verba.

Sciant præsentes & futuri quod ego Robertus *filius* Sueni, *dedi Deo & beatæ* Mariæ *ad locum sancti* Pancratii *de* Lewes, *ecclesiam de* Pyttelwell, *& quicquid tres presbiteri ipsius ecclesiæ tenent, in terris, & herbis, & decimis, & quicquid aliud ad eandem ecclesiam pertinet, in liberam elemosinam, absolutam & quietam ab omnibus consuetudinibus & servitiis secularibus. Hoc autem dedi pro salute animæ meæ & uxoris meæ & patris & matris & aviæ meæ* Beatricis, *atque illorum omnium qui locum ipsum augere & manutenere studuerint. Prædicti verò presbiteri quamdiu vivent quinque solidos ad locum sancti* Pancratii *omni anno pro recognitione dabunt. Cum autem aliquis dictorum presbiterorum mortuus fuerit, portio mortui ad locum sancti* Pancratii *deveniet. Postquam autem prædictæ res liberatæ fuerint, ut monachi de* Pyttelwell *competenter habitare possent, Prior de* Lewes *ac monachis suis, ordinabit ibi libere & sine alicujus contradictione Priorem & conventum monachorum qui pro me & omnibus antecessoribus & successoribus meis, & omnibus illis qui locum ipsum augebunt & manutenebunt Deo & beatæ* Mariæ *sub beato* Pancratio *deservient imperpetuum, ad quorum sustentationem omnia supradicta quæ ibi à me donata sunt, & quæ in futurum a me & hæredibus meis, vel aliis fidelibus donabuntur, semper ibidem remanebunt. Habebit autem Prior de sancto* Pancratio *imperpetuum, emendationem & ordinationem & subjectionem de Priore & monachis de* Pyttelwell *tanquam de suis propriis secundùm regulam sancti* Benedicti *& ordinem de* Cluniaco. *Reddit autem Prior de* Pyttelwell *Priori de* Lewes *singulis annis imperpetuum in festo sancti* Pancratii *unam marcam argenti pro recognitione. Hanc autem meam donationem ego & hæredes mei Warantizabimus ego dominum regem & omnes alios homines. Hæc donatio facta est solempniter in capitulo sancti* Pancratii *& ibidem sigillo meo confirmata. Teste,* Alberico *de* Ver, & Roberto *fratre ejus*, Warino *filio* Geroldi, & Willielmo *filio* Odonis, & Odardo *filio* Adelelmi, & Reimundo *filio* Walteri, & Jordano *filio* Radulphi, & Ricardo *filio* Willielmi.

Et quoad ostendendum aliquam aliam fundationem Prioratus prædicti non habet, nec aliqui prædecessorum suorum habuerunt (*&c.*)

WESTACRENSIS
Prioratus in agro Norfolciensi, *cella de* Lewes.

Carta Radulphi *de* Toneio.

OLIVERUS sacerdos de *Acra Galterusque* suus filius, cum magna sanctitate apud *Westacram*, huic canonicæ normæ, cum omnibus suis rebus, se tradiderunt in territorio *Radulphi* de *Toneio*. Igitur ego *Radulphus* de *Toneio*, cum uxore mea *Aelic*, omnibusque meis pueris, *Rogerio, Radulpho*, pro nobis & animabus antecessorum nostrorum concedimus & confirmamus ecclesiæ omnium sanctorum de *Acra*, & *Oliverо* sacerdoti, & *Galtero* suo filio, omnibusque canonicis ibi manentibus suisque posteris, Deo ibidem servientibus, feodum quod

Ab exemplari quodam penes cl. virum *H. Spelman* equitem auctum an. 1626.

Oliverus sacerdos sub me tenuit. Hujus confirmationis sunt testes. *Gisleberius Blondus, Gulielmus* de *Portis, Rogerus Gres, Galterus* capellanus, *Willielmus* filius ....., *Radulphus* de ....., *Willielmus* de *Lira, Gulielmus* presbiter, *Petrus* de *Crau ... Turaldus, Gefredus* de *Merlai, Siric* de Holm, *Brismarus* & filius suus, cum omni soca *Nocentunie.*

FARLEYENSIS

Prioratus in agro Wiltonienſi, (*cella de* Lewes) * *fundatus anno* MCxxv.

* Annales de *Lewes* in bibl. *Cotton.*

Carta Humfridi *de* Bohun *Regis dapiferi de fundatione Prioratus de* Farleighe.

Ex regiſt. Priorat. de *Lewes* penes v. c. *Joh Seldenum* an. 1650.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Humfridus* de Bohun Regis dapifer & *Marger.* uxor mea cum consilio & assensu baronum & hominum nostrorum donamus & concedimus & hac carta nostra confirmamus Deo & sanctæ *Mariæ Magdalenæ* & monachis apud *Ferleiam* Deo servientibus, in liberam & quietam & perpetuam elemosinam totum manerium de *Farleia* cum parcho & cum omnibus aliis rebus ad eandem villam pertinentibus, præter unam hidam terræ quam *Willielmus* de *Insula* tenet. Et donamus eis similiter ecclesiam de Biſſopeſtreu cum omnibus quæ ad ecclesiam pertinent, & unam hidam terræ in eadem villa de dono *Mathildis* de Bohun & pasturam ad centum oves & ad carucatam boum in eadem villa. Donamus quoque eis & concedimus ecclesiam de Wincleſoꝛd & ecclesiam de *Weccheseya* cum ecclesia de *Cheryntona*, & decem solidos de ecclesia de Trouburg. Donamus eisdem monachis ecclesiam de *Hedyngtona* cum tota decima dominii nostri in eadem villa tam de frugibus quam de pecudibus & omnibus aliis rebus cum domo & virgulto quæ fuerunt *Simonis* clerici. Et donamus eis medietatem ecclesiæ de *Waletona* quæ ad feudum nostrum pertinet, & decimam dominii de *Stanertona*, cum omnibus rebus, & decimam indomitorum pullorum de *Strattona* & *Occheseya*, & unum miliarium anguillarum de *Carentoem* singulis annis, & unam marcam argenti apud Bꝛadeham. Præterea concedimus eis & confirmamus *Brocktonam* quam *Ilbertus* de Chaz eis dedit solutam & quietam ab omni servicio ad nos pertinente. Similiter terram de *Bera* quam *Osmundus* miles eis dedit. Concedimus quoque eis *Thurhullam* quam *Robertus Adelinus* ipsis dedit salvo servitio Regis *Henrici*. Præterea concedimus eis & confirmamus terram de Hanum quam *Hugo* de Chaldeſelue, & *Leolfelina* mater sua, cum hæredibus suis ipsis vendiderunt solutam, & quietam de omnibus rebus, excepta quarta parte feodi unius militis. Concedimus quoque eis decimam de *Tymbresbera*, & de *Plumberea*, & de *Beilocheſleia*, quam *Gaufridus* Dapifer eis dedit. Et decimam de *Cluttona* cum uno homine sex solidos reddente in eadem villa, ex dono *Ilberti* de Chaz, & ecclesiam de *Ferenberga* post mortem *Haraldi* presbyteri, & ecclesiam de *Cluttona* ex donatione prædicti *Ilberti*, & ex dono ipsius decem solidatas terræ de *Hechesingetona*, & quinque solidatas terræ ibidem ex dono *Simonis* clerici & quinque acras terræ apud Hoerthebam ex dono *Achardi*, & medietatem decimæ ipsius. Concedimus quoque eis & confirmamus molendinum de Duberehe quod *Radulfus Wake* ipsis dedit, & molendinum de *Boxa* quod *Bartholomæus Bygot* eis dedit, cum uno homine, & terra sua quinque solidos reddente, scilicet *Herberto* de *Wadeſwica*, & molendinum de *Strattona* ex donatione *Roberti* de *Carentoem*. Molendinum quoque de *Tymbresbera* ex dono *Willielmi* filii *Gaufridi*. Ista omnia, cum universis libertatibus donamus, & concedimus, & præsenti carta confirmamus, in quietam & perpetuam elemosynam ecclesiæ de *Farleia* & monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animarum nostrarum & omnium ad nos pertinentium. Hiis testibus, *Ilberto* de Chaz, *Gaufrido* dapifero, *Willielmo* de Boeſebill, *Roberto Adelino, Bartholomeo Bygod, Rogero* de Pelcint, *Humfrido Pancevente, Humfrido* de sancto *Vigore*, & multis aliis.

Alia carta ejusdem *Humfridi.*

Ex autog. in officio Armorum.

SCiant præsentes & futuri quod ego Humfridus de Bohun *comes* Herfordiæ & Eſſexiæ *constabularius* Angliæ, *cum consilio & assensu baronum & hominum nostrorum concedimus & hac carta nostra confirmavimus Deo & sanctæ* Mariæ Magdalenæ *& monachis apud* Farleg *Deo servientibus totum ipsum manerium de* Ferleg *cum parco & omnibus eidem villæ adjacentibus, solutum & quietum ab omni servicio, in liberam & perpetuam elemosinam. Concedimus etiam eis ecclesiam de* Biſopeſtreu *cum omnibus quæ ad ecclesiam pertinent. Et unam hidam terræ in eadem villa de dono* Matildis *de* Bohun. *Concedimus quoque eis ecclesiam de* Wilbeleſoꝛd *& ecclesiam de* Wokeſie, *& ecclesiam de* Hedintune *cum omnibus pertinentiis suis, & totam decimam dominii nostri in eadem villa tam de frugibus quam de pecudibus & omnibus aliis rebus, cum domo & virgulto quæ fuerunt* Simonis *clerici. Concedimus etiam prædictis monachis medietatem ecclesiæ de* Waletune *quæ ad feodum nostrum pertinet, & decimam de dominio nostro de* Stavertune *in omnibus rebus, & decimam indomitorum pullorum de* Wokeſia, *& unum millarium anguillarum de* Carentoem *singulis annis. Concedimus quoque eis terram de* Elmoure *& terram de* Cerncia *reddentem dimidiam marcam argenti. Præterea concedimus eis & confirmamus* Brocktonam *quam* Ilbertus *de* Chaz *eis dedit, liberam & quietam ab omnibus servicijs & querelis quæ ad me pertinent excepto servicio regis. Concedimus etiam eis & hac carta nostra confirmamus totam villam de* Thornhulle *cum omnibus pertinentiis, quam* Robertus Adelelini *ipsis dedit, salvo servicio meo & domini regis. Præterea concedimus eis & confirmamus terram de* Hanum *quam* Hugo

de

de Chaldefozd *&* Leofcelina *mater ſua cum haeredibus ſuis vendiderunt, ſolutam & quietam de omnibus rebus excepta quarta parte unius militis. Concedimus etiam eis terram de* Bera *quam* Ofmundus *miles eis dedit. Concedimus quoque eis decimam de* Tunbresberga *de dominio, & de* Pumberia, *& terram de* Hozningeſham *quam* Gaufredus *dapifer eis dedit, & decimam de* Duttune *de dominio cum uno homine ſex ſolidos reddente in eadem villa ex dono* Ilberti *de* Chaz, *& terram de* Hethelhamtune *ex dono predicti* Ilberti *de* Chaz, *& undecim ſolidatas terra apud* Frembergam, *de dono* Willielmi *de* Gramvilla, *& quinque acras terre apud* Herthaм *de dono* Achardi, *& medietatem decime ipſius. Concedimus quoque eis & confirmamus molendinum de* Dunelis *quod* Radulfus Wac *eis dedit, & molendinum de* Bora *quod* Bartholomeus Bigot *eis dedit cum homine & terra ſua quinque ſolidos reddente. Molendinum quoque de* Tunberberg *ex dono* Willielmi *filii* Gaufredi *& tres ſolidatas terra apud* Strattun *ex dono* Humfridi *de ſancto* Vigore. *Concedimus etiam eis & confirmamus terram quam* Philippus *filius* Edwini *tenuit in* Nova villa *cum pertinentiis ſuis quam* Galfridus *filius* Wilhelmi *eis dedit in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Donamus etiam eis & confirmamus omnes decimas noſtras de dominico noſtro in* Wibeleſoꝛd *&* Paniggeſoꝛd *cum pertinentiis quantum ad nos pertinet, ſalvo reddita xxx. ſol. hoſpitali S.*Nich. Sarrum *ad terminos in compoſitione contentos inter decanum & capitulum* Sarrum *& magiſtrum & fratres predicti hoſpitalis ex parte una, & noſtra ex altera facta. Donamus etiam eiſdem & confirmamus in manerio noſtro de* Paninggeſoꝛd *in la* Wike *terram qua vocatur la* Goze *cum pertinentiis, & ſe extendit juxta regiam ſtratam verſus* Paniggeſoꝛd *prope domum* Ricardi Goſtard, *& quatuor acras terra cum pertinentiis qua jacent in campo verſus,* Wodeberg *ultra la* Foꝛdewete *verſus* Poꝛth, *& ſe extendunt in la* Slede *juxta terram* Ricardi Goſtard *cum latitudine predictarum acrarum uſque ad terram noſtram arabilem uſque la* Slede, *ſalva retentione carucarum veſtrarum. Habendas & tenendas liberè & quiete in pratis & paſcuis cum hominibus meis de la* Wike *in liberam puram & perpetuam elemoſinam. Iſta omnia cum univerſis libertatibus concedimus & preſenti carta noſtra confirmamus in quietam & perpetuam elemoſinam eccleſie de* Farleg *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animarum noſtrarum & omnium ad nos pertinentium, ſalvis omnibus ſerviciis ſupra nominatis. Teſtibus hiis, dominis* Humfrido *de* Bohun *filio noſtro primogenito & haerede,* Henrico *de* Boun *fratre ſuo,* Waltero *de* Avenebire, Osberto *de* Avenebire, Johanne *de* Vernun *tunc vicecomite* Wiltesliriæ, Willielmo le Manſel, Milone *de* Poꝛle, Henrico le Rus, *domino* Andrea *capellano noſtro,* Ricardo *de* Arſevile, Henrico *de* Wermelcie, Petro *de* Dunintun, *& multis aliis.*

Carta Regis Henrici *tertii, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Pat. 10. H. 6. part. 1. m. 4. per Inſpex.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ,* Dominus *Hiberniæ* (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei, conceſſiſſe, & preſenti Carta noſtra confirmaſſe eccleſiæ de *Ferleia,* & monachis ibidem Deo ſervientibus, omnes terras & eccleſias, & decimas, & tenuras, quas *Humfridus* de *Bohun,* ejuſdem loci fundator, & milites ſui, eis dederunt, ſicut Cartæ eorum teſtantur, & eccleſiam de Chippeham, cum decimis, & terris, & capellis, & pratis, & paſcuis, & omnibus rebus ad eam pertinentibus, & *Merſtonam,* quæ eſt membrum de *Wurda,* cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam hidam terram in *Ruda,* quæ vocatur *Forangra,* ſicut eis dedit domina Imperatrix, mater *Henrici* Regis, avi noſtri, & quadraginta acras de aſſartis in Foreſta de *Weſtbiria,* quæ facta ſunt in Haveringehull, & omnibus pertinentiis ſuis, & dimidiam hidam terræ in Penlegh, & pannagium porcorum ſuorum in Foreſta noſtra de Chippeham, quos homines ſui poterunt aſſidare ſuos eſſe proprios, & in eadem Foreſta, quantum poterunt attrahere unaquaque die cum una carecta de mortuo boſco, & medietatem villæ de *Lya,* cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut *Radulfus* de Lanvaley eis dedit, & molendinum de Bzoc, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut *Aſtricus* illud unquam melius habuit & tenuit, & unam manſuram in *Leya,* ſcilicet ad Pleſtude, & dimidiam hidam terræ in Bzattun, quam *Rogerus Cocus* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam virgatam terræ in *Buthona,* quæ vocatur Purtland, cum omnibus pertinentiis ſuis, & molendinum in *Boxa,* ſicut *Bartholomeus Bigot* eis dedit, & terram de *Wadeſwica,* quam *Herebertus* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis ex dono prædicti *Bartholomei,* & decimas piſcariarum de *Gerva* & *Redleya,* & de Herelyngeham, & Heremitorium de Gozmunt, cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes tenuras quas habent de dominis noſtris, & omnes terras & eccleſias, & decimas, & tenuras quas habuerunt tempore Regis *Henrici* primi, & quas poſtea rationabiliter perquiſierunt, ſicut carta donatorum eis teſtantur, de cujuſcunque feodo, vel donatione ſint. Quare volumus (*&c.*) His teſtibus venerabilibus patribus *J. Bathonienſi R. Sariſburienſi* epiſcopis, *H. Burgo* comite *Kanciæ,* Juſticiario noſtro, *Radulfo* filio *Nicholai, Ricardo* de *Argentou,* ſeneſchallis noſtris, *Henrico* de *capella* & aliis. Datum per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* epiſcopi, Cancellarii noſtri apud *Weſtmonaſterium* xvj. die Martii, anno regni noſtri undecimo.

HORTONENSIS *Prioratus in com.* Cantii, *cella de* Lewes.

Carta Roberti *filii* Bernardi *de* Ver *de fundatione Prioratus de* Hoꝛton.

Ex regiſt. ejuſdem Prioratus.

REverendo in Chriſto patri & domino domino *R.* divina miſeratione abbati *Cluniaci* radiis ſinceræ devotionis & omnium virtutum viro commendabiliter adornato vir humilis & devotus *Robertus* de Ver filius *Bernardi* omnimodum honorem debitum tanto

patri & fructum ſervicii ſalutaris. Noverit almifica veſtra paternitas lucidius Deo gratiſſima me apud *Hortonam Cantuarienſis* dioceſis in honore Dei beatæ *Mariæ* & ſancti *Johannis* evangeliſtæ ad ſalutem animæ meæ & pro animabus anteceſſorum & ſucceſſorum meorum eccleſiam fundaſſe & conſtruxiſſe, & eam tam in temporalibus quam ſpiritualibus promoviſſe & accumulaſſe, volentemque & affectantem miniſtros veſtri ſanctiſſimi ordinis *Cluniaci* monachos Deo ſervituros imperpetuum fore in eadem, inſigniſſimi noſtri regis conceſſione gratioſa & confirmatione votiva primitus peroptatis, ac veſtro ſacratiſſimo patrocinio benignius confovente, idem opus caritativum in puram & perpetuam elemoſynam ab adverſis facilius conſervari & in proſperis æternaliter communiri. Igitur veſtræ prælibatæ paternitati ſupplico humiliter & devote ut me in ſinum veſtræ puræ religionis devotionis & orationis clementius ſuſcipere, ac veſtre fraternitatis piis ſuffragiis conſolare, dictæque eccleſiæ veſtræ de *Hortona* univerſa & ſingula jura privilegia & libertates à ſanctis patribus ſedis apoſtolicæ & veſtris prædeceſſoribus veſtro venerabili monaſterio *Cluniaci* data conceſſa & confirmata à piæ fundationis tempore conferre & largiri dignemini gratioſe, quatinus in divinis officiis validius & avidius ſe exercere gaudeat ſine fine.

Alia ejuſdem Roberti *Carta.*

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod ego *Robertus* de **Ver** conſtabularius regis *Angliæ*, & *Adeliza* filia *Hugonis* de **Mountfort** uxor mea damus & concedimus & præſenti carta confirmamus Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Johanni* & ſancto *Pancratio* & monachis de **Lewes** apud *Hortunam* Deo ſervientibus idem manerium cum omnibus rebus ad illud pertinentibus ſcilicet cum terra & hominibus de **Hayter** & de **Hangſel** & de mareſio & cum operibus quæ homines faciebant apud **Saltwood** & cum nemoribus **Redebrot** & **Witinghanger** in elemoſynam liberam & quietam ſicut dominium noſtrum. Prior de **Horton** reddet ſingulis annis eccleſiæ ſancti *Pancratii* unam marcam argenti pro recognitione. Habet autem Prior de ſancto *Pancratio* imperpetuum emendationem ordinationem & mercationem de Priore & monachis de **Horton** tanquam de ſuis propriis ſecundum regulam ſancti *Benedicti* & ordinem de *Cluniaco*. Præter hæc damus decimam de *Etretona* ſicut *Robertus* capellanus eam habuit. Et in *Eſſexia* eccleſiam de **Parl.** cum omnibus decimis & conſuetudinibus ei pertinentibus. Damus etiam quinque ſolidos qui reddebantur de **Hayter** & **Saltwood** & viginti & quinque denarios qui de eadem terra reddebantur *Eſtbrogia*. Hæc & omnia quæ dedimus & quæ daturi ſumus damus pro anima Regis *Henrici* domini noſtri & incolumitate noſtra & pro animabus noſtrorum anteceſſorum & parentum & propinquorum & benefactorum noſtrorum. Quicquid etiam Barones vel homines noſtri ibidem in elemoſinam dederint eodem animo damus & concedimus. Teſtibus, *Roberto* de **Ver** juvene, *Roberto* de **Well**, *Roberto* de **Ochalveſton**, *Normanno* de **Eſtetot**, *Turſtano Dapifero*, *Hamone* de *Avenaro*, *Willielmo* filio *Henrici*, *Willielmo* filio ejus, *Simone* de **Peald**, *Willielmo* filio *Normanni*, *Ricardo* de **Well** filio *Roberti*, & *Willielmo* fratre ejus, *Godfrido* de **Peald** filio *Simonis*, & multis aliis.

I roulatur in memorandis ſcaccarii videlicet inter Recorda de termino ſancti *Michaelis* anno ſexto Regis *Henrici* quarti ex parte rememoratoris Regis videlicet in quodam proceſſu tangente Priores de *caſtelacre*, *Pritewell*, *Horton*, & alios.

Alia etiam ejuſdem *Roberti* Carta.

Ibid. NOtum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris quod ego Robertus *de* **Ver** *conſtabularius regis* Angliæ & Adeliza *filia* Hugonis *de* Monte-fort *uxor mea dedimus & conceſſimus Deo & beato Apoſtolo* Johanni *Evangeliſtæ & eccleſiæ de* **Horton** *& monachis in eadem eccleſia ad ſerviendum Deo & beato* Johanni *commorantibus maneriam de* **Titendon** *cum omnibus pertinentiis ipſius manerii in perpetuam elemoſynam pro redemptione & ſalute animæ Regis* Henrici *& Regis* Stephani *& animarum noſtrarum & omnium fidelium anteceſſorum noſtrorum, ita libere & quiete & honorifice tenendum & habendum ſicut nos tempore Regis* Henrici *predicti dono ejuſdem tenuimus & habuimus, & poſtea Regis* Stephani, *ſcilicet cum* ſoca & ſaca & tol & team & infangeneteof *cum omnibus conſuetudinibus & libertatibus & quietationibus de* warpeni & nupeni, *in boſco & plano in pratis & in paſturis in terris & maricis in via & in ſemitis. Adhuc eccleſiam de* **Stanefort** *cum ejuſdem eccleſiæ pertinentiis omnibus ſcilicet beneficiis eccleſiaſticis atque eccleſiam de* **Bradeburn** *cum ſibi pertinentibus beneficiis eccleſiaſticis ſcilicet decimas* Eſtbrugiæ & **Pancild** *excepto ſale. Teſte*, Gaufrido *de* **Vere**, & Roberto *fratre ſuo*, Radulpho *filio* Willielmi, Willielmo *de* **Pilatavil**, Hero Dapifero, Hugone *de* **Eſchelot**, Hugone Talbott, Willielmo *de* **Well**, Osberto Mariſcallo Willielmi *filii* Truſtan Dapiferi, Radulpho *de* **Scalis**, Radulfo *filio* Turaldi, Roberto *de ſancto* Martino, Ernaldo *ſacerdote*, Pagano *clerico*, Simone *de* **Chandos**, & Hugone *fratre ſuo*, Johanne *ſacerdote*.

In catalogo abbatiarum, prioratuum, &c. cœnobio *Cluniaci* ſubjectorum qui extat in bibliotheca *Cluniacenſi*, columna 1749 ſtatus hujuſce Prioratus ſic ſe habet.

Prioratus de *Hortuna* immediate ſubditus Prioratui *Lewenſi*, in quo ſecundum aliquos debent eſſe octo monachi & ſecundum alios debent eſſe tredecim, & debent ibi celebrari tres miſſæ, *major*, & ſecunda beatæ *Mariæ*, & tertia *pro defunctis*. Debet dici Evangelium per diaconum ad majorem miſſam, & debet haberi lectio in refectorio ad prandium. Et ſunt tres ad cuſtodiendum ſigillum videlicet Prior, ſubprior, & unus alius.

STAINES.

STAINESGATENSIS
Prioratus in agro Essexiensi, *cella de* Lewes.

Carta Prioris & conventus de Stanesgate *facta monialibus de* Clerkenwell.

Ex regist. de Clerkenwell in bibl. Cotton. f. 14. a.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Alexander* Prior ecclesiæ sanctæ *Mariæ Magdalenæ* de **Stanesgate**, assensu conventus sancti *Pancratii* de **Lewes**, concessimus ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Clerkenewell**, & monialibus ejusdem ecclesiæ, & hac nostra carta confirmavimus omnes decimationes nostras de feodo de **Clerkenwell**, cum pertinentiis suis in perpetuum tenendas de nobis. Et terram nostram in eodem feodo, quam *Godricus* filius *Turgisi* tenuit, quæ solebat reddere nobis annuatim xx. denarios in perpetuum, Habendam cum pertinentiis suis, annua pensione decem solidorum ad duos terminos anni persolvenda. Scilicet v. sol. infra octab. sancti *Johannis Baptistæ* & v. sol. infra octab. sancti *Michaelis*. Quare volumus, & firmiter concedimus quod prædictæ moniales in perpetuum habeant, & teneant præscriptas decimas & præfatam terram, cum pertinentiis suis, bene, & in pace, liberè & quietè. Reddendo nobis prænominatam pensionem. Et si canonici sancti *Bartholomei* vexaverint nos, vel monachos de **Lewes**, vel prædictas moniales, super hiis decimis, nos habimus in earum expensis ad adquirendas eis decimas quæ eis desunt de eodem feodo. Hæc autem conventio facta fuit anno MClxxvj. ab incarnatione Domini. Hiis Testibus *Roberto* decano de *Maldonia*, *Alano* nepote ejus, *Jordano* aurifabro, *Ricardo* aurifabro, *Roberto* pictore, magistro *Alexandro*, *Reginaldo* fratre ejus, fratre *Alexandro*.

1176. 22. H. 2.

CLIFFORDENSIS
Prioratus in agro Herefordensi, *cella de* Lewes.

Quod hujusmodi Prioratus non est alienigena.

Claus. 20 E. 3. part. 2. In dorso. m. 16.

REX thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Cum nuper ad prosecutionem dilectorum nobis in Christo Prioris & conventus beatæ *Mariæ* de **Clifford** ordinis *Cluniacensis*, nobis suggerentium ipsos *Anglicos* de regno nostro *Angliæ* oriundos existere, & aliquem alienigenam de partibus exteris inter ipsos minimè conversantem, nec ipsos apportum aliquod ad partes exteras facere, nec aliquibus temporibus facere consuevisse, & nobis supplicantium ut manum nostram de eodem Prioratu quem nuper inter alios Prioratus alienigenarum occasione guerræ inter nos & illos de *Francia* motæ, capi & dicto Priori pro quodam certo nobis inde annuatim reddendo committi fecimus, amoveri jubere velimus, præceperimus vicecomiti nostro *Herefordiæ* quod super præmissis & aliis circumstantiis ea tangentibus per sacramentum tam militum quam aliorum proborum & legalium hominum non suspectorum de balliva sua diligentem faceret inquisitionem; Ac per inquisitionem illam de mandato nostro sic factam & in cancellaria nostra retornatam sit compertum quod dictus Prioratus non est alicui domui de partibus exteris subjectus, & quod Prior & monachi Prioratus illius sunt *Anglici* & à fundatione illius fuerunt, absque eo quod aliquis alienigena inter eos est conversans; quodque idem Prior & monachi nullum apportum extra dictum regnum nostrum *Angliæ* debent nec facere consueverunt, Et quod prædictus Prioratus fundatus extitit per *Simonem* filium *Ricardi* filii *Ponetii* quondam dominum de **Clifford** antecessorem comitis illæ *Lincolniæ* in liberam puram & perpetuam elemosinam. Nos ex causis præmissis & pro eo quod per certificationem vestram de mandato nostro in cancellaria nostra missam est compertum, quod anno regni domini *Edwardi* quondam Regis *Angliæ* avi nostri xxix. per thesaurarium & barones de scaccario dicti avi nostri, inspecta quadam inquisitione de mandato dicti avi nostri per processum coram ipsis virtute cujusdam petitionis in parliamento dicti avi nostri exhibitæ, habitum, facta, per quam compertum fuit, quod prædictus tunc Prior non fuit alienigena nec amovendus ad voluntatem alicujus Prioris sui de partibus transmarinis, nec aliquod reddit superioribus suis ultra mare de exitibus Prioratus sui; necnon examinatis rotulis de finibus hujusmodi religiosorum alienigenarum, concordatum fuit quod dictus Prior haberet respectum de debitis prædictis quousque &c. Et quod non est compertum per vos quod responsum fuit de avo nostro de aliqua firma Prioratus prædicti à prædicto anno xxix nec quod Prioratus ille captus fuit in manum domini *Edwardi* nuper Regis *Angliæ* patris nostri neque in manum nostram usque tertium diem Julii anno regni nostri decimo octavo quo quidem die commisimus fratri *Petro* de *Caro-loco* custodiam Prioratus prædicti pro xx. lib. nobis quamdiu Prioratum illum in manu nostra remanere contigerit annuatim reddendis. Volentes tam pro nobis quam pro prædictis Priore & monachis in hac parte fieri quod est justum, dedimus eis respectum de firma sua prædicta, ac de arreragiis ejusdem usque ad xv. Paschæ proximo futuram, ut interim habita super præmissis deliberatione pleniori, ulterius inde fieri faciamus quod de consilio nostro rationabiliter duxerimus ordinandum. Et ideo vobis mandamus quod prædictos Priorem & monachos hujusmodi respectum habere permittatis in forma supradicta Teste custode prædicto apud *Westmonasterium* xij. die Octobris.

De subjectione ejusdem, Prioratui de Lewes.

REX, dilecto sibi *Willielmo* de **Ravenoze** escaetori suo in com. *Herefordiæ* & marchia *Walliæ*

Claus. 18. E. 3. part. 1. m. 10.

Wallia eidem com. adjacente salutem: Cum vicesimo octavo die Januarii proximo præterito dato nobis intelligi Prioratus de **Cliffozd, Tutley,** & **Crallewell** quibusdam domibus religiosis in partibus tranmarinis de inimicitia nostra existentibus fore subjectos, & inter alia Prioratus terras tenementa & possessiones alienigenarum in *Anglia* quæ nuper in manum nostram occasione guerræ inter nos & homines de *Francia* motæ capi fecimus in manum nostram, captos non extitisse, vobis mandaverimus, quod si ita esset tunc dictos Prioratus de **Cliffozd, Tutley** & **Crallewell** ac omnia maneria terras & tenementa ad eos spectantia una cum omnibus bonis & catallis ac aliis rebus in eisdem Prioratibus (*&c*) inventis, sine dilatione caperetis in manum nostram, & ea salvo custodiri faceretis donec aliud inde duxerimus demandandum. Jamque ex parte dilecti nobis in Christo Prioris dicti Prioratus de **Cliffozd** nobis est supplicatum quod cum idem Prioratus de **Cliffozd** alicui domui de dictis partibus transmarinis subjectus non existat, nec idem Prior, nec aliquis prædecessorum suorum Priores ejusdem loci alicui domui de eisdem partibus transmarinis apportum aliquod fecerint, quodque idem Prioratus per antecessores dilectæ nobis *Aleſiæ* comitissæ *Lincolniæ*, pro quibusdam elemosinis & cantariis inibi faciendis fundatus, & Prioratui de **Lewes** tantum sit subjectus, Et quod Prior de **Lewes** qui pro tempore fuerit ad dictum Prioratum de **Cliffozd** cum vacaverit monachum de ordine suo *Anglicum* vel *Gallicum* pro libito suo debeat præsentare, & quod nos nec aliquis progenitorum nostrorum quondam regum *Anglia* firmam aliquam aut exitus aliquos de dicto Prioratu de **Cliffozd** vel maneriis terris tenementis aut aliis rebus ad eum spectantibus aliquo tempore occasione guerræ inter nos seu dictos progenitores nostros & homines de *Francia* motæ non percipissemus: Velimus præmissis consideratis manum nostram de eisdem Prioratu de **Cliffozd** (*&c.*) facere amoveri (*&c.*) vobis mandamus (*&c.*) T. R. Apud *Westm.* vj. die Marcii.

Carta *Rogeri* comitis *Herefordiæ*.

Ex autographo in bibliotheca *Hattoniana*.

SCiant *præsentes, & futuri quod ego* Rogerus *comes* Herefordiæ *dedi Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* **Cliffozd**, *& monachis de sancto* Pancratio, *ibidem Deo servientibus, omnem libertatem emendi & vendendi, sine gablo, & tolneo, & placitis, & querelis, & omnibus consuetudinibus solutam, & quietam in* Haya, & **Bzekenan**, *& in aliis tenementis meis, citra* Waiam *positis. Hanc concessionem feci eis pro salute animæ meæ & patris mei, & matris meæ, & omnium parentum. Testibus,* Olivero, Roberto, Brito, *&c.*

CASTEL-ACRENSIS

Prioratus in agro Norfolciensi *, fundatus anno MXC.*

* Annales *Norwic.* in bibl. *Cotton.*

Charta Willielmi *comitis primi, de donatione ecclesiarum, & advocatione earum de* Acra, **Wetheltwolde, Roinges, Wikemere, Trunchet,** *& decimarum de* **Ozmistune.**

Ex registro de *castle acre* in bibl. *Dunelmensi* anno 1644.

NOtum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod ego *Willielmus* comes de *Suthreia*, pro salute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & hæredum meorum, dedi & præsenti carta confirmavi Deo & sanctæ *Mariæ* de *Acra*, & monachis ibidem Deo servientibus ecclesiam de *Acra*, cum omnibus rebus & libertatibus quæ ad ipsam pertinent: Et ecclesiam de **Wetheltwolde** simili modo; & advocationem ipsius. Et ecclesiam de **Roinges** quæ vocatur **Ledenechirch**, similiter & advocationem ejus. Et ecclesiam de **Wikemer** similiter. Et ecclesiam de **Trunchet** simili modo. Et duas partes mearum decimarum in villa de **Ozmestune** in omnibus rebus. Quare volo ut memorati monachi omnia prædicta beneficia & tenementa habeant & possideant in liberam & perpetuam elemosinam. Teste, *Willielmo* filio meo, *Wimero* dapifero, *Gaufredo* capellano, *Willielmo Branche, Wankelino* de *Roseto, Hugone* de **Wanci**, *Roberto* de *Mortuo-mari*.

Ibid. f. 1. a.

Charta *Willielmi* comitis secundi, de fundatione ecclesiæ hujus. Et de omnibus quæ dedit in *Acra* & juxta *Linnam*, & in **Yelewde**, & **Rudham**, & confirmatio donationum baronum & militum suorum.

Ibid.

NOtum *sit omnibus præsentibus & futuris meis fidelibus de* **Norfolc**, *& de* **Sudfolc**, *quod ego* Willielmus *comes de* Surrea, *pro salute animæ meæ & parentum meorum, concedo Deo & sanctæ* Mariæ *& sanctis Apostolis ejus* Petro & Paulo *ad locum sanctæ* Mariæ *de* Achra *ubi serviunt Deo & sanctæ genetrici ipsius* Cluniacenses *monachi de sancto* Pancratio, *duas carrucatas terræ in ipsa* Achra *quas eidem ecclesiæ pater meus dedit. Et totam terram bruerarum mearum quæ ad* Wicam *pertinet quam ipsi monachi, me concedente, ibidem fregerunt & araverunt, & partem bruerarum mearum quæ adjacet juxta ipsam* Wicam. *Et terram* Ringulfi *duas solidatas terræ, quas in ipsa* Achra Osbernus *de* **Gloecestre** *de me tenebat. Duo etiam pomeria & totam culturam ab ipsis pomeriis usque ad meum castellum in qua jam, me laudante & devotissimè concedente, ecclesiam suam fundaverunt, quia ipsa in qua modo habitant nimis est arcta & habitationi monachorum valdè inconveniens: totam etiam moram juxta aquam quæ eidem cultura subjacet, modicam quoque partem aliæ moræ quam* Wimerus *dapifer meus eis concessit; partem denique dimidiam molendini pertinentem ad*

Melcoldam

Melcoldam *quod* **Sudacre** *subjacet : & tres solidatas terræ juxta* Linnam, & Wimarum *cementarium in* Acra *cum horto suo. Et quindecem achras terræ & duo milia anguillarum in* **Melcoldam** *in perpetuum. Et quinque solidatas terræ, & ortum unum. Et viginti quatuor acras terræ ad ecclesiam faciendam. Insuper etiam quicquid mei homines tempore patris mei & meo tempore, predictis monachis dederunt & daturi sunt in terra, cum meo respectu, in decimis & in ecclesiis sine omni respectu* : Wimerus *itaque dapifer meus eisdem monachis quicquid* Gaufredus *nepos suus & capellanus de eo tenebat dedit ; scilicet ad* **Welneham** *duas terras de viginti quatuor solidis. Ad* Cherfingehallam * *duas solidatas. Decimam* Allingarum, *nemoris, molendini, & carucarum. De* Cherfingehalla *Decimam nemoris, molendinorum & carucarum. De sacerdote ejusdem villæ viginti denarios. De* Ostmaro *duos solidos. De* Anschetino *tres solidos. Decimam* Wiresfeldæ. *Decimam* Foeldonæ : *& sex solidos quos* Rogerus *dedit pro anima patris sui die sepultura ejusdem. Decimam* Gaufridi *de* **Congeham.** *Decimam* Grimestonæ, *de halla & molendini. Decimam de* **Lecesham,** *halla & molendini : Ecclesiam ejusdem villæ cum terra ad eam pertinente. Ecclesiam de* **Doneham** *cum terra quæ ad eam pertinet. Decimam de* **Wernehame** *carucarum. Decimam* **Herleboldi** *in eadem villa. Ad* Camestonam *etiam unam carucatam terræ ipsemet* Wimerus *quando monachalem habitum suscepit. De hiis omnibus* Rogerus *filius ejus fecit donationem & concessum Deo & sanctæ Mariæ & monachis sibi servientibus. Teste,* Willielmo *comite, &* Osberto *de* **Gloecestre,** *&* Tostano, *&* Wiberto *de* Acra, Hugo *quoque de* **Wanci** *dedit ecclesiam de* **Depedene,** *& terram quæ ad eam pertinet & decimam ejusdem manerii. Ecclesiam de* **Barseham** *cum terra ad eam pertinente. Et x. manerii & tres* **Sochemans** *ejusdem manerii. Unum molendinum ad Inandam. Omnes quoque homines sui francigenæ decimas suas dederunt ; scilicet* Willielmus Talebot, Osbernus *de* Danevela, Radulfus *de* **Wanci,** Euremundus, Radulfus Crispus, Goscelinus, Waleranus, Lietmerus, Brungarus. *Hæc omnia* Osbernus, *&* Radulfus *filii ejus, & mater ipsorum posuerunt super altare sanctæ* Mariæ. *Testibus,* Witheberto, Tolardo, Tostano, *& aliis plurimis. Post obitum illius,* Rainerius *etiam de* **Ozancurt** *decimas suas dedit, &* Hugo *suus homo ecclesiam suam & decimam Et sexaginta acras terræ quas* Lewinus *tenuit.* Willielmus *denique de* **Ralli** *decimas suas.* Hugo *de* Folmodestona *ecclesiam suam & decimas.* Hugo *de* **Bzuneham** *homo suus decimam suam, & quindecim achras terræ : ipsemet quoque* Hugo *quadraginta oves & quatuor boves, & unum equum.* Witbertus *filius* Walteri *decimam suam &* Bundus *presbiter decimam suam.* Frotmundus *presbiter decimam suam.* Cremboldus *decimam suam.* Rogerus *presbiter decimam suam.* Willielmus *presbiter* Lamberti *de* Rosei *decimas suas.* Hugo *de* Hoetona *decimam suam.* Willielm. *filius* Engelberti *decimam suam.* Scula *decimam suam.* Aluetedus *filius* Godevæ *decimam suam, & nepos ejus suam. Filii* Burmundi *omnes decimas suas;* Walterus *de* **Congeham** *decimam suam.* Gotwinus *decimam suam.* **Lozfozt** *decimam suam.* Azor *presbiter ecclesiam cum terra ad eam pertinente & decimam suam.* Brixit *decimam suam.* Brusnam *decimam suam.* Derulfus *decimam suam.* Nigellus *de* **Fintheam** *suam decimam.* Gillebertus *de* **Froetham** *decimam suam* Osmundus *despensator decimas suas.* Robertus *de* **Werli** *decimam carucæ unius.* Petrus *de* **Crenewich** *duas hominas & modicum nemoris, & decimam unius denarii solidorum.* Gotwinus *de* **Bodelai** *duos solidos. Decimam manerii de* **Rocheam,** Rotbertus *filius* Walteri. Wibertus *de* Acra *molendinum suum posuit super altare, cum uxore sua concedente comite.* W. Tolardus *tres achras de orto suo juxta cenasos, & partem more, medicumque prati, & cetarium unum achræ unius. Testibus* Wimaro *&* Wiberto *& aliis plurimis, concedente uxore sua, &* Rotberto, *&* Rainaldo, *filiis & hæredibus suis. & novem acras terræ in agro.* Radulfus *de* Paveli *decimam suam de* Norwolda. *Ego* W. *comes de* Surreia *dedi Deo & sanctæ Mariæ de* Achra *totam terram quam* Willielmus *presbiter de* **Rodeham** *tenebat de* Lamberto *de* **Rosei** *per feodum unius militis, concessu* Lamberti *ejusdem, & ego remisi ei servitium unius militis. Testibus,* Gaufredo *capellano,* Osmundo *dispensario,* Wiberto *de* Achra *& eodem* Lamberto. *Isdem quoque* Lambertus *dedit nobis decimam de* Waterdeona. *Comes etiam dedit nobis ecclesiam de* Melewolda *cum quindecim achris terræ. In eadem villa* Fulcherius *decimam suam,* Robertusque *suam. Terram de* Gaitona *quam* Rainerus *diaconus dedit sanctæ Mariæ, quæ fuit* Dodonis. *Terram etiam & ecclesiam quam tenuit* Brustanus *presbiter de* **Barseham.**

Hæc omnia sicut supradixi predictis monachis do & concedo, ut ipsi ea liberè in pace & quiete & sine omni querela pereuniter teneant ; & ideo manu propria signum crucis faciens indissolubiliter confirmo meisque hominibus ad confirmandum trado.

Signum W. *comitis* ✠.
S. Rogerii *dapiferi* ✠.
S. Radulfi *de* **Caunton** ✠.
S. Radulfi *de* Pavilaco ✠.
S. Hugonis *de* **Wanci** ✠.

* Al *Gresingehall.*

Carta Willielmi *secundi comitis de* Suthreia, *de confirmatione.*

NOverint præsentes & futuri, quod ego *Willielmus* comes de *Suthreia*, pro salute animæ meæ, & pro salute animæ patris mei & matris meæ, concedo Deo & sanctæ *Mariæ* de *Achra*, & sanctis Apostolis *Petro & Paulo*, & monachis *Cluniacensibus* de sancto *Pancratio* ibidem Deo servientibus in ipsa *Achra* duas carucatas terræ quas eidem ecclesiæ pater meus & mater mea dederunt. Insuper & ego huic eleemosinæ patris & matris meæ, pro mea & eorum salute addidi quicquid ipsi monachi fregerunt de meis bruereis, & duo pomeria, & culturam cum mora ab ipsis pomeriis usque ad meum castellum, in qua ecclesia nova fundata est ; modicum quoque aliæ moræ, & quinque solidatas terræ quas tenuit *Sefara*, & terram *Ringulfi*. Ad opus novæ ecclesiæ *Wimarum* cementarium cum terra sua quindecim acrarum, & unum ortum duodecim nummorum. Apud *Melewoldam* ecclesiam cum terra ad eam pertinente

Ib fol. 1 b.

nente & presbiterum & duas milia anguillarum, & dimidium molendinum pertinentem ad *Melewaldam*, & tres ſolidatas terræ juxta *Limam*, viginti quoque quatuor achras in *Achra*. Concedo etiam eis eccleſiam de *Wittona* quam *Turoldus* de **Guningham** dedit illis cum terris & decimis ad eam pertinentibus. Decimam quoque *Wilielmi* presbiteri de **Rudeham** qui fuit capellanus *Lamberti* de **Roſei**, decimam *Widonis*, decimam *W[illelmi]*, decimam *Scule*, decimam *Bondi*, *Greſſur*, decimam *Briſmari* ejuſdem ville.

Inſuper quidquid mei homines tempore patris mei & meo prædictis monachis dederunt & daturi ſunt: in terra, cum meo reſpectu: in decimis verò & in eccleſiis ſine omni reſpectu. *Wimerus* itaque dapifer meus dedit eiſdem monachis quicquid *Gaufredus* capellanus ejus de eo tenebat; ſcilicet in **Weſneham** duodecim ſolidatas terræ, & decimam ejuſdem manerii. De **Lecheſham**, eccleſiam cum terra & presbiterum, et decimam manerii, & molendini ſui. **Cameſtone**, viginti ſolidatas terræ & eccleſiam cum presbitero. De **Duneham** eccleſiam cum terra que ad eam pertinet. In **Creſingehale** duas ſolidatas terræ & decimam hallæ, & molendinorum & paſnagii. De **Alſinges**, decimam hallæ, & de molendinis & paſnagio. Decimam manerii de **Foclioune**. Et decimam de **Widzeſed**, & ſex ſolidos quos *Rogerius* dedit pro anima patris ſui die ſepulturæ ejuſdem, concilio comitis. Et decimam de terra de **Winebotesham** quam *Willielmus* camerarius tenet de comite. Et decimam de **Gzimeſtun**. Et decimam *Gaufredi* de **Congeham**. De hiis omnibus *Rogerius* filius *Wimari* fecit donationem & conceſſum Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis ſibi ſervientibus. Teſte *W.* comite *Tuſtano* & *Wiberto* de *Acra*. *Hugo* quoque de *Wanci* dedit decimam de **Depedene**, & eccleſiam de **Barſeham**, cum terra ad eam pertinente, & presbitero. Et decimam manerii & molendinum de *Inlanda*. Et poſt obitum ipſius; *Radulphus* filius ejus dedit molendinum de Ponte de **Barſeham** & tres cotarios, et ſexaginta achras bruerarum, et tres **Sochemans** ejuſdem manerii, qui manent apud *Snaringas*. Omnes quoque francigenæ ſui decimas ſuas dederunt. Hæc omnia *Radulfus* & *Rogerius* filii ejus poſuerunt ſuper altare S. *Mariæ*. Teſte *Rogerio* dapifero, *Petro* de **Cranelwics**: *Richardo* de ſancto *Claro*, *Radulfo* filio *Hachene*, *Herlewino* de **Panelwozde**, *Gaufrido* de **Favarces**, *Willielmo* filio *Leſteni*. *Raimerus* quoque de **Gzantcurt** dedit decimas ſuas, & eccleſiam de **Barſeham** & in **Taterſete**, & centum viginti acras bruerix & duodecim achras arabilis terræ. Et *Hugo* ſuus homo dedit decimam ſuam & ſexaginta acras terræ quas *Leminus* tenuit. De hiis omnibus teſtes ſunt *Lambertus* de **Roſei** & *Willielmus* presbiter ejus, *Gaufredus* filius *Urſelli*. *Ricardus* de ſancto *Claro*, *Walterius* de **Waterbene**, & *Willielmus* filius *Leſteni*.

Lambertus etiam de **Roſei** dedit decimam de **Cnehale**; & octo ſolidatas terræ in eadem villa, decimam quoque de **Waterbene**, & terram de **Rudeham** quam *Willielmus* presbiter ſuus tenuit de eo, conſultu & conceſſu comitis. Et hæc omnia conceſſit *Walchelinus* filius ejus. Inſuper & pro anima matris ſui dedit decimam de **Hoxetone**, & decimam de **Rocheiund**, & decimam de **Noxiualde**. De hiis omnibus teſtes ſunt *Ricardus* de ſancto *Claro*, *Serualo* nepos *Wimerii*, *Tuſtanus*, *Wibertus* de *Acra*.

Hugo de **Fulmodeſtone** dedit eccleſiam & decimam ejuſdem villæ. Et *Hugo* de **Bruneham** ſuus homo dedit decimam ſuam & duas ſolidatas terræ in eadem villa. *Wibertus* de *Achra* dedit decimam & molendinum, concedente comite.

Nigellus de **Fineham** & *Willielmus* de *Spinavilla* dederunt decimas ſuas. *Giſlebertus* de **Fraveſham** dedit decimam ſuam. *Godfredus* de **Belmunt** dedit decimam ſuam de **Cherveſton**. *Petrus* de **Bernewito** dedit duas ſolidatas terræ & dimidium millenarium anguillarum.

Carta *W.* ſecundi comitis de dono *W. Pincheni*.

WIllielmus *de* Warrenna *comes* **Sudregie** R. *de* **Gzandicurte** *Salutem. Procur te tibique precipio ut permittas tenere monachis de* Achra *terram quam* Hugo *de* **Pincheni** *pro anima ſua dedit eis, Et* Willielmus *filius ejus conceſſit. Terram quoque illam quam iſdem* W. *dat eis pro maritanda ſorore ſua: nam ego plenè concedo & in mea carta confirmo. Teſte* Rogero *filio* Wimeri. *Tibi quoque* Rogere *qui meus dapifer es precipio, ut ſi* Rainerius *eis injuriam inde fecerit tunc cum bonore monachis ipſam terram tenere facias mihique pro contemptu precepti mei juſticiam facias. Quod* W. *dat cum ſorore ſua monachis eſt ſexaginta acra terra: Valete.* Ib. fol. 34

Alia carta ejuſdem Willielmi *comitis.*

NOtum ſit omnibus qui ſunt & qui futuri ſunt quod ego *W.* comes de *Warenna* & *Iſabella* comitiſſa uxor mea, necnon filii noſtri *Willielmus* ſcilicet & *Radulfus* damus & concedimus pro amore Dei & pro nobiſmet ipſis & pro ſalute animarum parentum noſtrorum, Deo & eccleſiæ S. *Mariæ* de *Acra* & monachis in ea Deo ſervientibus & ibidem permanentibus xl. ſolidatas terræ videlicet apud *Beremeram* terram *Bondi* quæ reddit v. ſolidos per annum, & apud **Stanhoge** terram ſocemannorum qui reddunt per annum iij.s. & apud *Plomſtedam* terram *Turlaki* quæ reddit per annum x.s. & apud *Wikemeram* terram presbiterorum qui reddunt per annum x.s. & terram *Wlf* de *la Welle* quæ reddit per annum vj.s. & ſi quod plus reddiderit ultra prædictos vj. ſolidos uſque ad xij.d. ſimiliter eis concedimus. Et apud **Pteringeham** terram *Willielmi* clerici, quæ reddit per annum vj.s. Hæc omnia prædicta eis damus & concedimus & terram & homines cum redditibus & conſuetudinibus quæ nobis facere ſolebant. Hujus donationis teſtes ſunt, *Oſbertus* de *Cailleio* & *W.* de **Cricetum** & *Henr.* de *Ria*, & *Rob.* conſtitutor, & *Rob.* de **Friebill** & *Oſmundus* deſpenſator, & *Rad.* de ſancto *Martino*, & *Rad.* de *Acra*. Ibid.

Carta

Carta Rogeri *filii* Wimeri, *domini* Honoris *de* Gressinghall, *in agro* Norfolciensi *de ecclesiis* Remestun, Dunham, Ettlechesham, Wesenhamtorpe; *& decimis earundem, &* Withre-feld, & Winebotesham, *& duabus terris quatuordecim solidorum & terra de* Congham & Sneteham & Remestun.

Ibid. f. 20. NOtum sit tam præsentibus quam futuris quod ego *Rogerus* filius *Wimeri* dapiferi, dono confirmo & concedo & quiete clamo omnia dona & omnes elemosinas quas pater meus & mater mea *Gilla* dederunt & concesserunt Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de *Acra*; scilicet in terris, in ecclesiis, in decimis; & nominatim ecclesiam de Remestune cum pertinentiis suis. Et ecclesiam de Dunham cum pertinentiis suis. Et ecclesiam de Ettlechesham cum pertinentiis suis. Et duas ecclesias de Wesenhamtorpe cum pertinentiis suis. Et decimam de dominio meo in eadem villa. Et duas terras de quatuordecim solidis. Et omnes decimas quas homines mei illis dederunt. Et decimam de dominio de Lechesham & de molendino. Et decimam de Withresfeld. Et decimam de dominio & de pomerio meo. Et decimam de Winebotesham, Et quicquid dedi in Sneteham & in Congham cum tenura *Edmundi*. Et ecclesiam ejusdem villæ quæ est de feudo meo. Et terram de Remestun quam pater meus & mater mea prædictis monachis pro salute animæ suæ dederunt. His testibus, *Ketello* presbitero, *Rodberto* presbitero, *Rodlando Extraneo*, *Walterio* fratre meo, *Richardo* de sancto *Claro*, *Osmundo* dispensatore comitis, *Humfrido* de Dunham, *Arnaldo Flamang*, *Hulf*, *Kecello*, *Turstano* coco, *Godwino*, & *Godardo*, & multis aliis.

De crofto juxta domum Wlnothi.

Ibid. SCiant præsentes & futuri quod ego *Rogerus* filius *Willielmi* dapiferi dono & concedo Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de *Acra* unum croftum terræ quod jacet ad occidentem domus *Wlnothi* de Remestun inter domum ipsius & viam, in liberam & quietam elemosinam, pro salute mea & pro anima patris mei & omnium parentum meorum. His testibus, *Fuleherio* de Gressinghale, *Gileberto* de sancto *Claro*, *Willielmo* de Salle.

De terra Remestone, & Sparle, & tribus solidis in molendino de *Neutona*, & novem actis quas *Hanno* dedit, & augmento stagni molendini eorum in terra *Haimonis*.

Ibid. NOverint præsentes & futuri quod ego Alanus *filius* Flaaldi & Adelina *uxor mea pro salute animarum nostrarum & antecessorum nostrorum, concedimus Deo & sanctæ* Mariæ de Acra *& monachis* Cluniacensibus *ibidem habitantibus terram & frutetta quam habebamus apud* Komestonam *& quam ipsi incluserunt. Et apud* Sparlatum *viginti acras terræ quas tenebat* Turchillus Rufus *per duos solidos pro monacho quem mihi fecerunt. Insuper apud* Newtonam *tres solidos in meo molendino. Novem quoque acras terræ quas* Hanno *dedit eis. Et augmentum stagni molendini eorum in terra* Hamonis. *Testibus*, Hamone, Waltero *capellano* Rualdo *Extraneo*, Gothanno, Oddone, Ginrico, Henrico *de* Pagrave, Turstano *de* Acrâ, Sewardo.

De redditu unius marcæ in molendino de Lechesham.

Ibid f. 27. SCiant præsentes & futuri quod ego *Rogerus* dapifer comitis *Warrenæ* dono & concedo Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de *Acra* pro anima *Oddonis* fratris mei & *Willielmi* patris mei & animarum omnium parentum & amicorum meorum in liberam & quietam & perpetuam elemosinam unam marcam argenti de molendino de Lechesham quod est in occidentali parte ejusdem villæ. His testibus, *Henrico* de Rie, *Radulfo* de Frivill, *Baldewino* de Frivill, *Walterio* filio *Wimari*, *Willielmo* magistro, *Radulfo* filio *Osmundi*, *Willielmo* filio *Walterii*.

De ecclesiis & decimis & terris de Ettlechesham, & Dunham, & Remestune, & Wlcsham, & Congham, & decimis de Winesbotesham, Withresfelde, Grimestun & Hogade.

Ibid. SCiant *præsentes & futuri quod ego* Drogo *filius* Willielmi *dapiferi de* Gressinghale, *dedi & concessi & hac præsenti carta mea confirmavi Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* Acra *& monachis ibidem Deo servientibus ecclesiam de* Ettlechesham, *cum omnibus pertinentiis suis, & decimam de dominio meo & de molendino meo. Et insuper ecclesiam sancti* Andreæ *de* Dunham *cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de* Remestune *cum omnibus pertinentiis suis. Et terram* Terchilli. *Et terram* Wolle *& omnes essartas suas & omnes libertates pastura suæ. Et præterea duas ecclesias de* Wlcsham, *scilicet ecclesias sanctorum Apostolorum* Petri & Pauli, *cum omnibus pertinentiis suis, Et decimas de dominio meo in eadem villa. Et duas terras de quatuordecim solidis. Et decimam* Herboldi *hominis mei. Et adhuc decimas de dominio meo in* Withresfeld *in omnibus rebus. Et insuper decimas de terra quam* Willielmus Camberlencus *tenuit in* Winebotesham. *Et adhuc ecclesiam de* Congham *cum omnibus pertinentiis suis. Et totum tenementum* Edmundi *in eadem villa. Et insuper concessi eis omnes decimas de dominio meo in* Grimestuma, *& quindecim solidatas terræ in eadem villa. Et præterea in marisco totam terram illam quæ vocatur* Hoa *cum omnibus pertinentiis suis; videlicet in hominibus in terris in pratis in pascuis in salinis & in omnibus aliis rebus. Hæc omnia supradicta volo & desidero ut supradicti monachi sanctæ* Mariæ de Acra *habeant teneant & possideant jure perpetuo in liberam & puram & quietam & perpetuam elemosinam. Et præterea concessi prædictis monachis & præsenti carta mea confirmavi omnes donationes & omnes concessiones quas* Willielmus *dapifer pater meus eis fecit, vel ullus alius antecessorum meorum. Hanc autem donationem & concessionem præfatis monachis feci pro Dei amore & pietatis intuitu & pro salute animæ meæ & prædicti* Willielmi *patris mei & hæredum meorum*

* Al. Hoga

meorum & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum. Hiis teſtibus, Waleriano *canonico ſancte* Mariæ *de* **Suthwere**, Oddone *ſacerdote illius parochiæ*, Willielmo *preſbitero filio* Fulcheri, Radulfo *vinitario*, Rogero *de* **Holm**, Radulfo *de* Bellocompo, Humfrido *de* **Dunham**, Richardo *filio* Simonis, Richardo *de* **Bzſelet**, Radulfo *de* Quatuormarcis, Alano *de* **Weſenham**, Fulchero *filio* Ordini, Philippo *de* **Amblie**, Godefrido *de* **Pyz-mingeland**, Willielmo Talebot, Auguſtino *de* **Congeham**, Lamberto *de* **Roo**, *& multis aliis.*

De molendino de **Ellecheſham**, *& de humagiis de* **Weſeham**, *& duobus ſolidis quos Durannus reddit.*

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod ego *Rogerus* filius *Willielmi* dapiferi dono & concedo & hac carta mea confirmo Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo ſervientibus in liberam & quietam elemoſinam molendinum meum de **Lecheſham**; ſcilicet **Weſtmulne**, præter undecim ſolidos quos *Baldewinus* de **Friville** habet in eodem molendino. Inſuper & terram quam dedi eis in **Weſeham** cum humagiis pro anima patris mei & duos ſolidos quos *Durannus* reddit per annum. Præterea confirmo omnes elemoſinas & donationes quas pater meus & avus meus & anteceſſores mei fecerint ſupradictæ eccleſiæ in omnibus rebus. Volo autem ut hæc omnia monachi ſupradicti teneant jure perpetuo. Hiis teſtibus, *Ælina* matre mea, *Willielmo* fratre meo, *Willielmo* magiſtro de **Geytun**, *Baldewino* de **Friville** & uxore ſua *Baſilia*, *Walterio* filio *Wimari* & *Willielmo* filio ſuo, *Fulchero* filio *Ordini* & *Walterio* fratre ejus, *Herveo* clerico, *Roberto* de **Merli**, *Radulfo* de **Gatelai**, *Simone* fratre ſuo, *Henrico Ruffo*, *Folchero* preſbitero de **Lecheſham**, *Matheo* preſbitero de **Gzeſſinghale**, *Nicholao* preſbitero, **Swifte**, *Richardo* de **Blanchevill**, *Gaufrido Chouſe.*

Confirmatio Oſmundi *de* **Stutevile** *domini Honoris de* **Gzeſſenhale** *jure uxoris ſuæ.*

Ib. fol. 29. SCiant præſentes & futuri quod ego *Oſmundus* de **Stutevile**, conſilio, & aſſenſu *Iſabel* uxoris meæ, & hæredum meorum dedi & conceſſi & præſenti carta mea confirmavi, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Acra*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, & ſervituris, omnes donationes, & omnes elemoſinas quaſcunque anteceſſores mei, videlicet, *Wimarus* ſeneſcallus de **Gzeſſinghale**, & *Rogerus* filius ejus, & *Walterus* filius *Wimari*, & *Willielmus* filius *Rogeri*, & *Rogerus* filius *Willielmi* & *Drogo* frater ejus, & *Berengerus* de **Creſſi**; Et inſuper quidcunque homines mei de honore de **Gzeſſinghale**, dederunt & conceſſerunt Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & prædictis monachis de *Acra*; ſcilicet in eccleſiis in decimis, in humagiis, in terris in herbis, in pratis, in paſcuis, in nemoribus, in molendinis, in aquis, in viis, in ſemitis, in redditibus, in tenementis, & in omnibus aliis rebus, quaſcunque prædicti monachi tenuerunt, temporibus prædictorum anteceſſorum meorum, & prædictorum hominum meorum, & modo tenent; Et præterea dedi & conceſſi, & confirmavi prædictis monachis *Williel.* filium *Alani* de **Weſeham**, cum tota ſequela ſua, & toto tenemento ſuo, & *Herveum Lalle* de **Weſeham**, cum tota familia ſua, & cum toto tenemento ſuo. Et unum croftum terræ in **Chemeſtune**, quæ jacet verſus occidentem, inter domum quæ fuit *Wulnothi* de **Chemeſtune**, & viam. Omnia iſta volo, & deſidero, & præcipio, ut prædicti monachi teneant, & poſſideant in liberam, & quietam, & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & *Iſabel* uxoris meæ & hæredum meorum, & anteceſſorum meorum. Hiis teſtibus, *Willielmo* capellano de **Gzeſſingehale**, *Rogero* capellano, *Rabello* milite, *Rogero* fratre domine, *Alano* de **Weſeham**, & *Matheo* filio ejus, magiſtro *Richardo*, *Euſtachio*, & *Willielmo* ſen. *Hamone* ſerviente comitis, & *Waltero*, & *Radulpho* filiis ejus, *Simone* & *Anchetillo* ſervientibus Prioris; & *Simone* mareſchallo, *Paulino*, & multis aliis.

Carta *Iſabella* uxoris *Berengeri* de **Creſſi**.

Ibid. *SCiant præſentes & futuri quod ego* Yſabella *de* **Gzeſſingehale** *aſſenſu & voluntate* Willielmi *de* **Hunteruſeld** *domini mei & hæredum meorum conceſſi & quietum clamavi Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Acra *& monachis ibidem Deo ſervientibus homagium* Hugonis *de* **Creſ** *ſine reclamatione hominum omnium in perpetuum pro xv. marcis quas dedit domino meo & xxx. ſol. quos mihi dedit, & totum tenementum prædicti* Hugonis *in* **Weſeham**, *& unam domum & veſtitum quem ipſe illuc habuit. Et ſi aliqua queſtio moveatur de homagio ſuo contra omnes homines warrantizabimus eum. Teſt.* Willielmo *ſeneſcallo*, Gaufr. *de* **Barcham**, Waltero *de* **Sculetozp**, Godefrido *capellano de* **Anſing**, Roberto *de* **Frivill**, Will. *Briſt. &c.*

Carta Roberti *de* Vallibus *pro molendino quod vocatur* **Middelmelne**.

Ib. fol. 85. NOtum ſit omnibus præſentibus & futuris quod ego *Robertus* de **Vals** dono Deo & S. *Mariæ* & monachis de *Acra* fratribus meis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute mea & uxoris meæ filiorumque meorum, & pro anima patris mei & matris meæ fratriſque mei *Roberti Pinguis* & cæterorum fratrum meorum, *Gilberti* ſcilicet & *Huberti*, molendinum in **Pentenai**, quod **Middelmelne** vocatur, cum adjacente ſibi prato. Concedo etiam eis illas quatuor ſolidatas terræ quas habebam in **Gatelai**, & alias tres ſolidatas terræ quas habebam in **Hallingham**, & illas duas acras prati quas *Rainaldus* de **Waltune** eis dedit. Et hii Teſtes, *Herbertus* capellanus, *Radulfus* preſbiter, *Robertus* de **Burh** filiuſque ejus *Rainaldus*, *Hugo* de **Burch**, *Robertus* de **Panner**, *Willielmus* filius *Gaufridi*, *Richardus* filius *Garini*, *Willielmus* de **Walton**, *Robertus Freſcheth*, *Aſchetillus* filius *Roberti* de **Honn**. Hii primi Teſtes. Iſti autem teſtes ultimi conceſſus & doni. *Rainaldus* filius *Fangulfi*, *Reinerus* filius *Gonthi*, *Godardus* filius *Topi*, *Rogerus* filius *Safridi*, *Willielmus* de **Stanham**, *Willielmus* de **Hallingham**, & *Gaufridus* filius ejus, *Rogerus* filius *Roberti* de **Burh**.

De

De eisdem.

Noverint presentes & futuri, quod ego Willielmus *de* **Wals**, *Concedo & confirmo hac carta mea in liberam & quietam elemosinam Deo & sanctæ* Mariæ *& monachis de* Acra *omnia qua* Robertus *pater meus eis donavit & concessit, scilicet molendinum in* Pentenaia *quod* Middelmilna *vocatur cum adjacente sibi prato. Concedo etiam eis illas quatuor solidatas terræ quas habebam in* **Gatelai**. *Et alias tres solidatas terræ quas habebam in* **Walsingham**. *Et illas duas acras prati quas* Raimaldus *de* **Waltone** *eis dedit. Volo quidem & desidero ut hæc qua in hac carta sunt scripta monachi* Acrenses *bene & in pace jure perpetuo teneant & possideant. Isti sunt testes,* Herbertus *capellanus,* Oliverius *frater domini,* Simon *avunculus suus,* Robertus *filius* Warini, Willielmus *de* **Chedestan**, Radulfus *frater domini*, Gerardus *filius* Warini, Willielmus *filius* Roberti, Willielmus *cocus*, Radulfus *filius* Durandi, Ogerius *prepositus*, Robertus *cocus*, Richardus *filius* Willielmi, Briczi *de Curia.*

Carta Nicholaæ *de* Haia.

Ib. fol 65. OMnibus hoc scriptum visuris vel audituris *Nicholaa* de *Haia* salutem æternam in domino. Noverit universitas vestra quod ego *Nicholea* de *Haia* constituta in viduitate mea & libera atque plena potestate mea, concessi & præsenti carta mea confirmavi, Deo & beatæ *Mariæ* de *Acrâ*, & monachis ibidem Deo servientibus omnes donationes, concessiones & confirmationes, quas prædecessores mei, videlicet, *Robertus* de *Haia* avus meus, & *Ricardus* de *Haia* pater meus, & *Radulfus* de *Haia* avunculus meus supradictis monachis dederunt, concesserunt & confirmaverunt, scilicet, in ecclesiis, & ecclesiarum advocationibus, in decimis, in terris, in viis, in semitis, in pascuis, in libertatibus, & in omnibus rebus, sicut prædictorum prædecessorum meorum cartæ testantur. Præterea dedi & concessi, & præsenti carta mea confirmavi memoratis monachis omnes donationes, concessiones, & confirmationes quas mariti mei, scilicet, *Willielmus* filius *Ernisii*, & *Gerardus* de **Canvills** illis dederunt, concesserunt, & cartis suis confirmaverunt, in terris, in escambiis terrarum, in moris, in marisci, & in omnibus aliis rebus, sicut cartæ prædictorum maritorum meorum plenius testantur. Hanc autem donationem, concessionem, & confirmationem feci præfatis monachis pro salute animæ meæ & salute animarum omnium antecessorum, successorum & maritorũ meorum. Et volo quod sepedicti monachi habeant & teneant omnia sibi donata, concessa, & confirmata in puram & perpetuam elemosinam liberè & quietè, & sine omni vexatione, & exactione de me & hæredibus meis imperpetuum. Huis testibus, *Thoma* de **Canvill** filio meo, *Olivero* de **Aincurt**, *Roberto Griffin* tunc senescallo meo, *Jordano* de **Essebi**, *Willielmo* de **Neutune** tunc constabulario, *Willielmo* filio suo, magistro *Hugone* de **Bereford**, *Matheo* capellano, *Galfrido Angevin*, *Roberto Angevin*, & tota socia de **Suttune**, & multis aliis.

Carta *Brienni* filii *Scollandi* domini de **Bedale** pro ecclesia de **Malsamobi** & decimis **Bedale**, **Friebi**, **Culbertebi**, **Scortone**, **Echesco** in comitatu *Eboraci.*

Noverint presentes & futuri quod ego Brienus *filius* Scollandi *concedo & confirmo in liberam & quietam elemosinam monachis apud* Acram *Deo servientibus eandem donationem quam pater meus* Scollandus *eisdem monachis dedit, scilicet ecclesiam de* **Malsambi** *cum omnibus pertinentiis suis. Et tertiam partem decimæ dominii mei de* Bedala, *& de* **Friebi**, *& de* **Culbertebi**, *& de* Scortona, *& de* **Echesco** *duas partes dominii. Teste* Hugone *filio* Jernegani. *Et* Radulfo *capellano*, *&* Jernegano *filio* Hugonis, *&* Helya *fratre* Brieni, *&* Helya *filio* Marceri, *&* Brieno *fratre suo.* & Michaele *filio* Brieni, *&* Radulfo *filio* Beitramni. Ib. fol 6

De redditu quatuordecim denariorum in Bicra.

UNiversis S. matris ecclesiæ filiis *Constantia* uxor *Radulfi* filii *Roberti* de **Gosebercburche** salutem. Noverit universitas vestra me *Constanciam* filiam *Brieni* **Scollandi**, concilio & assensu domini mei *R* dedisse & concessisse & hac carta confirmasse D.o & S. *Mariæ* & monachis de *Acra* ibidem Deo servientibus in puram & perpetuam elemosinam pro anima avi mei S. cujus corpus ibi sepultum servatur, & pro anima patris mei *Brieni* & pro animabus antecessorum nostrorum, & pro salute animæ domini mei *R.* & meæ & hæredum nostrorum quatuordecim denarios de area in *Bicra* de hæreditate mea quam *Alexander* & *Godefridus* frater ejus & *Herewardus* tenuisse dinoscuntur de nobis in **Wolflet** ante domum *Godefridi* filii **Wichif**, annuatim solvendos præfatis monachis ab illis prænominatis *Alexandro* & *Godefrido*, *Herewardo* & hæredibus suis in festo S. *Botulfi*. Hanc donationem concessit dominus meus *R.* & quia proprium sigillum meum non habui, eam appensione sui sigilli corroboravit. Et hanc donationem ego *Constantia* & hæredes mei warrantizabimus prædictis monachis ubique & contra omnes homines. His testibus *Andrea* capellano de *Acra*, *Johanne* capellano de **Sutton**, magistro *Walterio* medico, magistro *Fulchero* cognato suo, *Eustachio* senescallo de *Acra*, & *Willielmo* ejusdem domus. *Alexandro* de Pastrino, & *Richardo* portario, *Alestano* de **Sutton**, *Walterio* de **Sutton** & multis aliis. Ibid.

Pro eodem.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis *Ranulfus* filius *Roberti* de **Gosebercburche** salutem. Noverit universitas vestra quod cum ego & uxor mea *Constantia* in redeundo ab oratione à S. *Thoma*, hospitaremur apud monachos ad *Acrã*, præfata uxor mea dedit & obtulit ibi super altare Deo & S. *Mariæ* & prædictis monachis ibidem Deo servientibus in puram & perpetuam elemosinam pro anima avi sui *Scollandi*, cujus corpus ibi sepultum servatur, & pro anima *Brieni* Ibid.

patris sui, & pro animabus antecessorum nostrorum, & pro salute animarum nostrarum & hæredum nostrorum, quatuordecim denarios de area in *Bicra* de hereditate sua quam *Alexander Godefridus* frater ejus, & *Herewardus* tenuisse dinoscuntur de nobis in Holtet, ante domum *Godefridi* filii Wichif, annuatim reddendos præfatis monachis ab illis p nominatis *Alexandro, Godefrido, & Herewardo* & hæredibus suis ad festum S. *Botulfi*. Hanc donationem præscriptam ego ipse *Rannulfus* concessi & sigilli mei appositione corroboravi, & eam sepedictis monachis warrantizabimus ego & heredes mei ubique contra omnes homines. His testibus, *Willielmo* de Goseberchurche, *Rogero* capellano, *Roberto* capellano, *J.* capellano de Suttone, *Gileberto* & *Philippo* & *Johanne* fratribus meis, *Walterio* de Suttone, & *J.* cognato ejus & multis aliis.

De fundatione ecclesiæ *Acrensis*.

Ibid. fol. 118 b. H*Erbertus episcopus fidelibus præsentibus & futuris de* Norfolc & Sudfolc *salutem. Cognoscat dilectio vestra* Cluniacenses *monachos in ecclesiam de* Hacra, *mea voluntate & scientia & concessione, ingressos esse, & monasterium quod ibi construitur mea construi provisione; unde rogo & præcipio, ut terras & homines & ecclesias & decimas quas hactenus habuerunt, deinceps cum omni pace habeant fratres qui in prædicto monasterio Deo sub regula beati* Benedicti *servituri sunt. Sit etiam licitum omnibus fidelibus in eodem loco dare quæ voluerint, & quod donaverint, nostra auctoritate confirmatum sit. Signum* Herberti *episcopi* ✠. *Signum* Walterii *archidiaconi* ✠.

De omnibus ecclesiis.

Ib'd. fol. 117. E*Brardus* episcopus fidelibus præsentibus & futuris de Norfolc & Sudfolc salutem. Quoniam debitores sumus ea que religiosis locis devotio fidelium contulit pia solicitudine tueri; nos conservata in omnibus dignitate *Norwicensis* ecclesia, omnia quæ dilecti fratres nostri monachi de *Acra* in dioceſi *Norwicensi* justè & canonicè possident, auctoritate Dei & nostra eis concedimus & confirmamus; videlicet monasterium sanctæ *Mariæ* de *Acra*, & quicquid ibidem *Willielmus* comes *Warrennie* primus, & *Willielmus* secundus comes, Et *Willielmus* tertius comes *Warrennia*, & cæteri fideles eis dederunt. Et ecclesiam villæ de *Acra*. Ecclesiam de Neutun, ecclesiam de Lechesham, ecclesiam de altera Lechesham, ecclesiam de Dunham cum capella sanctæ *Mariæ* quæ ad eandem ecclesiam pertinet, ecclesiam de Remestune, ecclesiam de Wichingesete, ecclesias sancti *Petri*, & sancti *Pauli* in Wasehamtorp, ecclesiam de Sengham, ecclesiam de Otringehæ, ecclesiam de Belewde, ecclesiam sanctæ *Mariæ Magdelenæ* de Wigehale, ecclesias de Haverhil, ecclesiam de Depedene, ecclesiam de Walsphale, ecclesiam de Wachetune. Monasterium sancti *Andreæ* de Bromholme, ecclesiam de Trunchet, ecclesiam de Wicchemere, ecclesiam de Otringeham, ecclesiam de Hailedune, ecclesiam de Fulmodestune, ecclesiam de Estbarsham, ecclesiam de Westbarsham, ecclesiam sancti *Andreæ* de Tarersete, ecclesiam de Conghan. Ne igitur quisquam præsumat prædictos fratres, monachos de *Acra* injustè vexare aut possessiones eorum ulla temeritate turbare, firmissimè prohibemus, & sub interminatione anathematis interdicimus. Quisquis verò eos conservare & amplificare studuerit, Dominus conservet eum & beatum faciat in terra, multiplicans ei bona temporalia pariter & eterna, *Amen*. Teste *Willielmo* archidiacono, *Walchelino* archidiacono, *Rogero* archidiacono.

Quod hujusmodi Prioratus non est alienigena.

Clauſ. 18. E. 2. m. 19. R*Ex thesaurario & baronibus suis de scaccario salutem. Cum celebris memoriæ dominus* E. *quondam rex* Angliæ *pater noster xxvj. die Januarii anno regni sui xxxiiij. ex testimonio* Johannis *de* Warenna *tunc comitis* Surr. *& aliorum fidedignorum, accipiens, quod Prior & conventus de* Castellacre *fuerunt* Anglici *& non alienigenæ, de potestate regis* Franciæ, *vel sibi adherentium; & quod censum seu pensionem aliquam alicui de potestate regis prædicti, vel sibi adherentium non solvebant; nec alicui de potestate prædicta, obedientia, affinitate, vel aliquo alio modo fuerunt astricti, nisi in hoc quod abbas* Cluniacensis, *aliquando, cum ipsum ad partes* Angliæ *venire contigeret, in prædicto Prioratu visitare consuevit; & quod iidem Prior & conventus in hujusmodi visitationibus suam professionem de ipso abbate receperunt, mandaverit tunc thesaurario & baronibus suis de scaccario quod Prioratum prædictum, cum omnibus ad illum spectantibus, si pretextu mandati sui de domibus & maneriis religiosorum alienigenarum de potestate regis prædicti & sibi adherentium, vel qui eis obedientia, affinitate, vel aliquo alio modo astricti essent, in manum suam capiendis, & non alia de causa captus fuisset in manum ipsius patris nostri, prædictis Priori & conventui, sine dilatione restitui facerent, tenendum sicut illum ante captionem ejusdem in manum suam tenuerunt, sicut per inspectionem rotulorum cancellariæ nostræ nobis constat. Ac dilectus nobis in Christo, nunc Prior dicti loci, nobis dederit intelligi, quod custodes Prioratuum & aliarum terrarum alienigenarum in com.* Norff. *&* Suff. *Prioratum prædictum, pretextu mandati nostri eis directi, de Prioratibus & aliis terris alienigenarum de potestate dicti regis* Franciæ, *& eis adherentium in manum nostram capiendis, pro eo quod dictus Prior de comitatu* Burgundiæ *oriundus existit, ceperunt in manum nostram, super quo nobis supplicavit sibi remedium adhiberi. Nos ad premissa considerationes habentes, ac pro eo quod dictus Prior de potestate dicti regis* Franciæ *non est oriundus, vobis mandamus quod Prioratum prædictum si pretextu mandati nostri prædicti, & non alia de causa per dictos custodes captus sit in manum nostram, eidem Priori, una cum exitibus inde perceptis, sine dilatione restitui faciat, tenendum sicut illum tenuerunt ante captionem supradictam. T. rege apud* Langele *xxiiij. die Januarii.*

MEND-

MENDHAMENSIS
Prioratus in agro Norfolciensi, *cella de* Castle-Acre.

Carta Willielmi *filii* Rogeri *de* **Huntingfeild.**

Et regist. de castle-acre fo. 62.

NOtum sit omnibus præsentibus & futuris quod ego *Willielmus* filius *Rogeri* de **Huntingefeld**, concessu hæredum meorum, concedo & dono Deo & sanctæ *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo servientibus Insulam sanctæ *Mariæ* de **Mendham** in liberam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis, scilicet culturam **Ulveshage** in qua sitæ sunt grangiæ; & culturam **Pichelcheg**; & terram de *Langahaga*; & terram *Gernagodi*; & in homagiis, scilicet *Robertum* de *Bosco* cum tenura sua. Et *Angoldum*, & *Aldvinum*, & *Godvinum*, & *Wdardum*, & *Normannum*, & *Wfricum*, cum tenuris suis & servitus & consuetudinibus. Terram etiam totam quam habui in villa de **Crochestune** cum omnibus pertinentiis suis tam in homagiis quam in omnibus aliis rebus. Omnia ista concedo & dono supradictæ ecclesiæ in elemosinam, pro anima patris mei, & matris meæ omniumque parentum meorum & pro me omnibusque amicis meis possidenda jure perpetuo. Tali autem conventione istam donationem facio, ut inpræsentiarum fratres quotquot necessarii fuerint ad locum regendum in supradicta insula constituantur; & postea secundum quod locus creverit & emendatus fuerit, monachorum numerus augeatur, quousque monachorum conventus ad ordinem regulariter tenendum ibi possit constitui, & tunc ibi cum citius fieri poterit constituantur. Præterea sciendum est quod qualem subjectionem & libertatem ecclesia *Acrensis* debet ecclesiæ sancti *Pancratii*, vel illa ecclesiæ *Cluniacensi*, talem subjectionem & libertatem supradicta insula persolvat ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Acra*, ita tamen quod ipsi reddent singulis annis supradictæ ecclesiæ de *Acra* dimidiam marcam argenti caritativè ad recognitionem. Hujus autem conventionis & donationis testes sunt *Benedictus* capellanus, *Robertus* de *Cochelcia*, *Robertus* de **Mendham**, *Ricardus* presbiter, *Rogerus* de **Hammervill**; *Thomas Columbanus*, *Rogerus Stormi*, *Willielmus* filius *Rocelini*, *Robertus* frater ejus, *Radulfus Carbunel*, *Rogerus* filius *Alredi*, *Willielmus Lenvise*, *Rocelinus* filius *Hunfridi*, *Walterus* de **Hammervill**, *Rogerus* filius *Turaldi*, *Willielmus Malus-nepos*.

Alia Carta ejusdem *Willielmi*.

NOtum sit *præsentibus & futuris quod ego* Willielmus *filius* Rogeri *de* **Huntingefelt**, *concessu* Rogeri *filii & hæredis mei dono & concedo & hac carta confirmo Deo & sanctæ* Mariæ *& monachis de* Acra *apud Insulam de* **Wuniggefhurst** *manentibus, & Deo servientibus, pro salute animæ meæ & remissione peccatorum meorum & amicorum meorum tam vivorum quam mortuorum in liberam & quietam elemosinam scilicet* Langahada. *Et terram* **Gernegan**, & **Ulfeshag**, & **Pichehcg**, & **Hustals**. *Et boscum de* **Pidelhac** *usque ad fossatum quod ego feci sibi facere: Et ultra fossatum unam acram & dimidiam. Et in socha de* **Mendham** Wluricum, Hodardum, Walterum, Hultum, Hedricum, Normannum, Bondum, Richardum, Alwinum, Richardum *filium* Hulfi, Godwinum, Aldewinum, Olgod, Robertum *de* Bosco, Godricum *de* **Haltac**. *Istos autem homines cum uxoribus & liberis & omnibus tenuris & consuetudinibus eorum dono supradictæ ecclesiæ in liberam & quietam & solidam elemosinam jure perpetuo. Confirmo etiam donationem* Rogerii *de* **Hammervill**, Willielmi *filii* Holcetel, & Sigar, & Gerold *cum uxoribus & liberis & serviciis & consuetudinibus eorum: Et de his tribus prædictis hominibus & eorum redditibus ita præfinitum est & statutum inter me & monachos prædictæ ecclesiæ quod non debent in alios usus distribui nisi in ecclesiam lapideam construendam. His testibus*, Rogero *filio meo*, Benedicto *sacerdote*, & Benedicto *capellano*, & Macharío *nepote meo*, & Rogero *clerico de* Acra, & Willielmo *de* **Churchunt**, & Radulfo Carbunell, & Willielmo *filio* Rocelini, & Roberto *filio* Rocelini, & Willielmo Malneunt, & Willielmo *de* **Drugmar**, & Rotberto *Albo*, & Waltero *de* **Hammervill**, & Rocelino *filio* Humfridi, & Roberto Chantelo, & Rogero *filio* Thoraldi, & Eilwardo *præfecto*, & Rendulfo *nepote meo*, & Alano *armigero meo*, Roberto Cucheleio.

Carta Stephani *de* **Hankevill.**

NOtum sit tam præsentibus quam futuris quod ego *Stephanus* de **Hankevill** do & concedo Deo & sanctæ *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo servientibus totam elemosinam quam tenuerunt in **Mendham** antequam dominus Rex mihi terram quæ fuit patris mei reddidit, videlicet **Hurst** cum omnibus pertinentiis suis in terris, in homagiis, in pratis, in pascuis & in omnibus rebus. Et volo ut prædicti monachi teneant omnia ista benè & in pacè liberè & quietè sicut liberam & perpetuam elemosinam, & sicut unquam melius vel liberius tenuerunt. Hoc autem facio pro amore Dei & salute mea & pro anima patris mei & matris meæ & antecessorum meorum. Hii sunt testes, *Bartholomeus* de **Glanvill**, *Thomas* de **Mendham**, *Ansgot* de **Pendham**, *Robertus* filius *Ansgoti*, *Gaufridus* frater ejus, *Robertus* de **Chantelou**, *Odo Camberlengus*, *Alanus* presbiter, *Willielmus* de **Duneham**, *Alfredus* de *Acra*, *Robertus Hoppesorpe*. Ibid.

Pro ecclesiis de **Mendham** sanctæ *Margaretæ*, & medietate ecclesiæ sancti *Petri* de **Linstede**, & cætera de cella de **Mendham**.

SCiant *præsentes & futuri quod ego* Rogerus *de* **Huntinfeld** *voluntate & assensu hæredum meorum dedi & concessi & hac mea carta confirmavi Deo & S.* Mariæ *de* **Mendham** *& monachis de* Acra *ibidem Deo servientibus ecclesiam S.* Margaretæ *de* **Linstede** *cum omnibus pertinentiis suis.* Ibid.

Et

Et medietatem ecclesiæ S. Petri *de* **Linstede** *cum omnibus pertinentiis suis. Et pasturam meam quæ jacet intra alnetum monachorum & fossam meam transversam; Et ultra fossam illam medietatem prati mei scilicet undecim acras; & alnetum quoddam scilicet insulam ante molendinum* Thomæ *de* **Pendham**: *Et tertiam partem decimæ dominii mei in* **Suttorp** *in omnibus rebus. Et* Olmundum *de* **Suttorp** *cum tota sequela sua, & tenemento suo. Et quinque solidatas redditus in villa de* **Bradeham**, *scilicet decem acras terræ quas* Willielmus Surdus *tenet. Præterea dedi eisdem monachis quicquid juris habui in ecclesia de* **Pendham**. *Si autem ego prædictam elemosinam præfatis monachis non potuero warantizare, de propria hereditate mea tantum eis dabo quantum valet illud quod eis warantizare non possum: Et similiter facient hæredes mei cum ad illos hæreditas pervenerit, scilicet quicquid de prædicta elemosina warrantizare non potuerint prædictis monachis, ad valentiam illius de suo proprio eis dabunt. Hanc autem donationem facio pro salute animæ meæ & uxoris meæ & liberorum meorum & pro anima patris mei & matris meæ & omnium antecessorum meorum & parentum meorum. Hiis testibus,* Willielmo *decano de* **Ridenhall**, *magistro* Ricardo *de* **Hotesham**, Petro, Walterio, Roberto *filio* Rocelini, Ingelram *de* **Gigne**, Willielmo Britton, Willielmo *filio* Haroldi, Hustacio *seniori*, Alexandro *de pistrino*, Richardo Porter, Willielmo *de* **Wares**, Roberto Marescallo, *& multis aliis.*

Pro Johanne *Priore de* **Pendham**.

Ibid. *Rogerus* de **Huntinfeld** omnibus sanctæ matris ecclesiæ filius ad quos præsens scriptum pervenerit salutem. Noveritis me petitione mea & voluntate & assensu domini *L.* Prioris de *Acra* & ejusdem loci conventus, *Johannem* de **Lindesete** ad domum meum de **Pendham** impetrasse Priorem. Nec eum me ob hoc quæsiviſſe quod apud **Pendham** fuerit ad monachatum receptus, vel eo quod ibi fuerit monachus factus. Hiis testibus, *Iggeram* de **Ginnai**, *Johel* capellano, magistro *Johanne*, *Thoma* de **Huntinfeld**, *Eustacio* seniori, *Johanni* de **Snaringghes**, *Alexandro* seniori, *Richardo* janitore, & multis aliis.

Compositio inter nos & domum de **Pendham**.

Ibid. *Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis notum sit quod ego* Hugo *Prior de* Acra *& conventus ejusdem loci communi assensu ad petitionem* Rogeri *de* **Huntingfeld** *concessimus ut nullus Prior de* **Pendham** *deponatur, nisi tribus de causis. Scilicet inobedientia sive incontinentia, vel dilapidatione domus. Et si ita evenerit quod Deus avertat quod pro aliqua prædictarum causarum deponi debeat, hoc erit consilio nostro & conventus nostri & advocati prænominati loci & conventus de* **Pendham**. *Quod si causa manifesta fuerit & in depositione illius nos & advocatus non consentiamus per episcopum & clericatum & bonos viros deponatur. Ad instituendum Priorem in prædicto loco communi consilio nostro & prædicti advocati Priorem idoneum instituemus. Concessimus etiam ut octo monachi viri honesti ad minus in perpetuum in eodem loco Deo serviant quorum quatuor de claustro nostro illuc transmittentur. Si unus eorum decesserit, loco defuncti, fratrem de claustro nostro illuc transmittemus. Si quis ad succurrendum metu mortis se loco prænominato dederit illic recipietur. Sanus autem si quisquam illic recipi voluerit non sine nostra licentia recipietur, & in claustro nostro edoctus. Si voluerit revertatur & tota catalla sua remaneant apud* **Pendham**. *Cum autem dono divino domus illa ceperit ampliari quo valeat conventus sustentari & ordo servari, liceat eis monachos recipere apud* **Pendham** *propria autoritate sua. Siquis illic in obedientia necessarius fuerit non amovebitur per nos nisi evidenti causa & nostra necessitate. Hiis testibus,* Willielmo *decanos de* **Redenall**, *magistro* Richardo *de* **Hotesham**, Willielmo Bryton, *& multis aliis.*

BROMHOLMENSIS
Prioratus in agro Norfolciensi, *cella de* Castelacre.

Carta Bartholomei *de* Glanvilla.

Ex regist. de *Castelacre* fol. 62.

NOtum sit omnibus tam futuris quam præsentibus quod ego *Bartholmeus* de *Glanvilla* concedo & presenti carta confirmo omnia quæ pater meus *Willielmus* de *Glanvilla* concessit, & dedit Deo & sanctæ *Mariæ* & sancto *Andreæ* apostolo, & monachis de *Acra* apud *Baketuniam* Deo servientibus, ubi pater meus requiescit; scilicet terram *Stanardi* presbiteri de **Caſtewic**, & ecclesiam ejusdem villæ cum pertinentiis & **Bromholm** ubi manent. Et ecclesiam de **Diſham** cum appenditiis; decimam quoque maneriorum meorum, scilicet de *Baketunia* totam; & duas partes decimæ de **Hamges**. Et similiter de **Hozham** & de *Alretuna*, & de **Dalingeho** & de **Bzug** de dominiis meis. Et similiter de **Snesclinges**. Decimam quoque molendinorum meorum de *Baketuna* & de **Wilefozt** totam. Et duas partes molendini decimæ de **Honinges**. Et unum molendinum in **Punelle** in dominio. Et terram *Herdfredi* presbiteri in dominio. Et quandam partem meæ silvæ à via molendini usque ad **Lokesgate**. Et duas partes decimarum meorum hominum. Scilicet avunculi mei *Rogeri* de *Bertuna*. Et *Galfridi* presbiteri de **Haninges**. Et *Turstani* dispensatoris. Et *Warini* de **Lozp**. Et *Ricardi Hurell*. Et *Walteri Utlage*. Et *Roberti* de **Buskevill**. Et decimam totam *Ricardi* filii **Betel**. Et totam decimam de pannagio de *Baketuna*, & de **Hozham**. Et de turbagio de **Snatheſeld** duas partes. Et insuper incrementum quod ad finem suum delegavit, scilicet **Geiſhoml** & omnia quæ ibi habuit in agris in hominibus, scilicet **Wiſtan** cementarium & omnes alios qui ibidem sui juris erant, solutè & quietè ab omnibus consuetudinibus præter **Denegeld** regis. Et insuper quod

quod ego *Bartholomeus* dedi in elemosina, scilicet ecclesiam de **Paston** cum pertinentiis, & cum terra silvæ, & cum terra **Paston**, & cum terra de **Gyeneho**, & cum terra ad capud **Byges**, & terra ad **Alvehythe** & **Lanrelan**, & terra *Toche* de **Byges** quam ipse *Toche* dedit in elemosinam: summa, quinquaginta & duæ acræ. Et præterea dedi eis triginta acras juxta mare. Et meum pratum de **Blareholm** propter decimam procurationis meæ domus, & mariscum meum juxta **Byomholm**. Et præterea dedi eis decem acras juxta mare. Et decimam *Ricardi* presbiteri de **Bachetune**, in honore Dei & sanctæ *Mariæ* & sancti *Andreæ* apostoli, pro salute animæ meæ & animæ patris me & omnium amicorum meorum vivorum ac defunctorum. Test. *Ricardo* presbitero, & *Baldwino* decano de **Carenfeld**, & *Radulfo* capellano, & *Goscelino* presbitero, & *Jordano* de **Bakevill**, *Roberto* de **Walemer**, *Harveio* de **Glanvill**, & *Randulfo* filio ejus, *Rogero* de **Glanvill**, & *Willielmo* de **Glanvill**, *Odone* de **Withefleo**, & *Ricardo* de *Ebrardo* filio ejus, *Osberto* de *Glanvilla*, & *Reginaldo* de *Glanvilla*, & *Willielmo* filio *Petri*, & *Humfrido* fratre suo, & *Rogero Talevaz*, & *Michaele*.

Carta S. Comitis de **Mozetoll** *&* *de* Bolonia.

Ib. fol 61. S. Comes de **Mozetoll** & de *Bolonia* justiciario suo de **Suthfolc** & de **Norfolc** & omnibus hominibus & fidelibus suis, salutem. Sciatis me concessisse ecclesiam de sancto *Andrea* de *Bachetunia* monachis de *Acra* qui sunt de ordine de *Cluniceo*, sicuti *Willielmus* de *Glanvilla* dedit eis cum elemosinis quas dedit eis in terris & in decimis. Et terram & homines quos habebat in **Guencholm**, ad finem eis dedit sexdecim solidos & unum nummum. Et volo & præcipio ut firmam pacem meam habeant per totam terram meam, & quod nullus eis disturbet nec injustum faciat. Et hoc concedo eis gratia Dei pro me & uxore mea & pro anima patris mei. Teste, *Roberto* vicecomite, & *Roberto* de **Bachevill**, & *Ricardo* capellano, & *Gervasio*, *Rogero* de *Hosa*, *Willielmo* de **Wilers**, *Roberto* clerico.

Cirographum inter dominum de Acra *&* **Byomholm** *de annuo reddit.*

Ibid. OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis præsens scriptum visuris vel audituris Priores de *Acra* monachorum & de **Byomholme** eorumque locorum conventus, salutem in domino. Universitati vestræ notum fieri volumus quod cum quedam conventio orta esset inter Priores de *Acra* monachorum & de **Byomholme**, & eorundem locorum conventus super auxiliis & recognitionibus quæ Prior & conventus de *Acra* exigebant de hominibus de *Wittona*, quos Prior & conventus de **Byomholme** tenent ad perpetuam firmam de prædictis Priore & conventu de *Acra*, tandem in hunc modum mediantibus viris discretis in formam perpetuæ pacis sopita est: scilicet quod Prior & conventus de **Byomholme** adauserunt annuatim firmam suam quam tolebant reddere Priori & conventui de *Acra*, per decem solidos singulis annis in perpetuum reddendos: Ita quod ubi prius solebant reddere tredecim marcas & octo solidos & octo denarios per annum, de cætero reddent quatuordecim marcas & quinque solidos & quatuor denarios ad tres terminos; scilicet ad festum sancti *Michaelis* sexaginta & quatuor solidos, ad purificationem beatæ *Mariæ* sexaginta & quatuor solidos, & ad pentecosten sexaginta & quatuor solidos. Pro hac autem annuæ firmæ augmentatione Prior & conventus de *Acra* remiserunt & quicte clamaverunt in perpetuum omnes exactiones, recognitiones, & omnes demandas & auxilia quæ prius habuerunt vel habere potuerunt erga domum de **Byomholme** occasione prædictæ firmæ de **Witton** & aliarum possessionum per cartas de *Acra* eis concessarum, & confirmatarum. Et ut hæc conventio & concessio inter prædictas domos perpetuam obtineat firmitatem, præsens scriptum ad modum cirografi factum utriusq; domus Priores & conventus sigillis suis confirmaverunt. Facta est autem hæc conventio ad festum sancti *Michaelis* proximum post translationem beati *Thomæ* martiris. Et ego *Willielmus* de **Glanville** advocatus domus de **Byomholme** concedo & sigilli mei appositione confirmo pro me & hæredibus meis hanc præscriptam conventionem inter præscriptas domos de *Acra* & de **Byomholme** in perpetuum. His testibus, *Eudone Arpc. Waltero* de **Capzavill**, *Reinero* de **Duntun**, *Waltero* filio *Hamonis*, *Alni* de *Suthacra*, *Alexandro* dapifero, *Galfrido* camerario, *Willielmo* de **Pernigesh**, *Willielmo Breton*, *Willielmo Wdecoc*, *Roberto* Page, & multis aliis laicis. Et clericis, *Johanne* de **Wrdeste** officiali domini *Galfridi* de **Bukelande**, magistro *Samuele* decano de **Repples**, *Nicholao* capellano de **Wiltone**, *Gerardo* de **Herefold**, magistro *Radulfo* de **Wrstede**, *Petro* de **Pikeling**.

Compositio inter nos & domum de **Byomholme**.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, *P.* Dei permissione abbas de **Dolvestune**, & decanus de **Rotelande**, salutem. Mandatum domini Papæ *Gregorii* IX. suscepimus in hæc verba. *Gregorius* episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati de **Dolvestune**, de **Hanfozde**, & de **Rotelond** decanis *Lincolniensis* diœcesis, salutem, & apostolicam benedictionem. Dilecti filii Prior & conventus de **Lewes** *Cluniacensis* ordinis sua nobis petitione monstrarunt, quod cum monachi de **Byomholme** ejusdem ordinis, *Norwicensis* diœcesis, ex capitulo monasterii de *Acra* jam dicti ordinis, sibi debeant Priorem assumere quotiens Priore vacare contingit ecclesiam eorundem, ipsi nitentes vendicare sibi jus eligendi liberè de suo conventu Priorem, super hoc Priorem & conventum præfati monasterii de *Acra* coram venerabili fratre nostro *Roffensi* episcopo & conjudicibus suis in causam, literarum piæ memoriæ *Honorii* Papæ prædecessoris nostri auctoritate traxerunt; unde dicti Prior & conventus de **Lewes** quibus ipsum monasterium de *Acra* subjacet, sicut dicunt, rem suam agi videntes, cum sepedicti Prior & conventus de *Acra* factum hujusmodi non possunt deducere in judicium sine ipsis, pro jure suo sedem apostolicam appellarunt; quorum appella- Ibid.

tioni dicti judices humiliter detulerunt: Ideoque diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſi eſt ita, audiatis quæ iidem Prior & conventus de **Lewes** pro jure ſuo duxerint proponenda, & quod Canonicum fuerit appellatione poſtpoſita ſtatuatis, facientes quod decreveritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerunt nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem ceſſante appellatione cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi omnes hiis exequendis non potueritis intereſſe duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum *Laterani* decimo ſeptimo kalendas Maii pontificatus noſtri anno primo.

Hujus *Gregorii* auctoritate mandati, partibus in noſtra præſentia conſtitutis, Priore & conventu de **Lewes** contra Priorem & conventum de **Bromholme** proponentibus, quod cum monaſterium de **Bromholme** monaſterio *Acrenſi* quod eſt ſpecialis ipſius cella, & immediate ſibi ſubjecta, antiquitùs conſueverit eſſe ſubjectum, ſecundùm regulam ſancti *Benedicti* & ordinem *Cluniacenſem*; videlicet in Priorem & Suppriorem præficiendo & deſtituendo, monachos ponendo & recipiendo, unum pro alio mutando, eandem domum viſitando, & Prioris ejuſdem viſitationem recipiendo, & alia, ſecundùm conſuetudinem ordinis *Cluniacenſis* in eadem domo corrigendo, *Philippus* Prior & monachi ejuſdem domus de **Bromholm** compoſitionem quandam cum ipſis *Acrenſibus*, ſuper ſtatu & ordinatione ipſius domus de **Bromholm**, auctoritate abbatis de *Valle Dei* ejuſque conjudicum à bonæ memoriæ *Innocentii* Papæ delegatorum ſecundùm formam ſigillis utriuſque domus & eorundem judicum ſignatam inierunt. Sed ipſi *Bromholmenſes* tam obedientiam & reverentiam quam antiquitus præfato ſuo monaſterio *Acrenſi* exhibere conſueverant, quàm formam dictæ compoſitionis obſervare poſtmodum recuſarunt, in enorme dampnum ſuum, & ipſius ſui monaſterii *Acrenſis* & gravamen; propter quod, ſecundùm ſtatuta ordinis ſententiæ excommunicationis meruerunt innodari, unde petunt ſibi juſticiam exhiberi. Dicunt etiam quod dampnificati ſunt tam ipſi quam domus ſua de *Acra* per hujuſmodi rebellionem ad valentiam quingentarum marcarum & amplius, ſuper quo petunt ab ipſis *Bromholmenſibus* ſibi ſatisfieri; hæc dicunt ſalvo ſibi jure addendi minuendi vel mutandi. Poſt multas verò altercationes inter partes hinc inde habitas, tandem lis coram nobis conquievit, ac à partibus ſuper præmiſſis eſt compoſitum, & in formam perpetuæ pacis conſenſum, in hunc modum; videlicet, Obeunte vel cedente *Vincentio* nunc Priore de **Bromholm**, ac poſt eum quandocunque vacante Prioratu de **Bromholm**, monachi de **Bromholm** infra octo dies poſtquam vacaverit domus de **Bromholme** ſignificabunt Priori & conventui de *Acra* apud *Acram* literatoriè & per certum nuncium vacationem domus de **Bromholme**. Et ſi fortè Prior *Acrenſis* abſens fuerit, nunciatio vacationis Prioratus de **Bromholme** conventui de *Acra* facta ſufficiat; & tunc Prior de *Acra* infra menſem poſt nunciationem ſibi & conventui de *Acra* apud *Acram* ſic factam à conventu de **Bromholm**, bona fide & in periculo animæ ſuæ ſine fraude & dolo nominabit tres monachos de *Acra* quos magis crediderit eſſe ydoneos ad regimen dictæ domus de **Bromholm**, & tres monachos de **Bromholm** ſimiliter quos magis crediderit eſſe ydoneos ad regimen dictæ domus de **Bromholme**, videlicet ſuppriorem de **Bromholme** & duos alios ejuſdem domus monachos, & monachi de **Bromholme** infra menſem poſt nominationem à Priore de *Acra* ſibi literatorie, & per certum nuncium nunciatam, eligent & aſſument unum de ſex nominatis, quem voluerint, ſibi in Priorem bona fide & in periculo animæ ſuæ ſecundum quod eccleſiæ ſuæ magis expedire proſpexerint, conſenſu patroni ſui requiſito. Qui patronus ſine difficultate & mora ſuum prædictæ nominationi & electioni præbebit aſſenſum. Et ſi fortè non preſtiterit non ideo minus ſtabunt & valebunt nominatio facta à Priore *Acrenſi* & electio facta à conventu de **Bromholme** vel à majori & ſaniori parte conventus. Cui ſic nominato & electo epiſcopus loci quod ſuum eſt impendet. Et ſi Prior *Acrenſis* infra menſem poſt nunciatam ſibi & conventui ſuo in forma ſupraſcripta vacationem apud *Acram* à conventu de **Bromholme**, non nominaverit vel nominationem à ſe factam conventui de **Bromholm** non ſignificaverit, ex tunc licebit conventui de **Bromholm** illa vice quem voluerit ſibi eligere in Priorem, conſenſu patroni ſui, ut ſupra requiſito. Et ſi conventus de **Bromholm**, poſt nominationem ſibi à Priore *Acrenſi*, in forma ſupraſcripta factam, infra menſem, unum de ſex nominatis non elegerit, tunc conventus de **Bromholme** aſſumet ſibi in Priorem unum de ſex nominatis, quemcunque Prior *Acrenſis* voluerit illa vice, conſenſu patroni, ut ſupra, requiſito. Quod ſi vacante Prioratu de **Bromholm** contingat Prioratum de *Acra* vacare vel Priorem *Acrenſem* in tranſmarinis partibus moram facere, Suppriorde *Acra* cum concilio conventus *Acrenſis* expediet ea quæ expedienda forent à Priore *Acrenſi* in hac parte. Pro procuratione autem tam à Priore & conventu *Lewenſi* quam à Priore & conventu *Acrenſi* in domo de **Bromholm** petita, ad quam ſe nullo modo teneri dicebant monachi de **Bromholm**, percipiet idem Prior & conventus *Acrenſis* pro bono pacis quadraginta ſolidos annuatim ad duos terminos, videlicet in craſtino ſynodi Paſche viginti ſolidos, & in craſtino ſynodi ſancti *Michaelis* viginti ſolidos, apud *Norwicum*. Item ubi Prior & conventus de **Bromholm** ſoliti fuerunt ſolvere Priori & conventui de *Acra* quatuordecim marcas & quinque ſolidos & quatuor denarios pro poſſeſſionibus terris & redditibus quos de eiſdem tenent, inpoſterum ſolvent annuatim viginti marcas de bona & legali moneta ſterlingorum Priori & conventui de *Acra* vel eorum certo nuncio terminis quibus ex antiquo redditum ſuum percipere conſueverunt; videlicet ad purificationem beatæ *Mariæ* ſex marcas & novem ſolidos. Ad pentecoſtem ſex marcas octo ſolidos, & decem denarios. Et ad feſtum ſancti *Michaelis* ſex marcas & octo ſolidos & decem denarios. Et tam Prior & conventus de **Lewis** quam Prior & conventus de *Acra* omnes quelliones, obedientias, exactiones,

actiones, subjectiones alias à nominatione supradicto Priori de *Acra*, vacante Prioratu de Bromholme, competentes Priori & conventui de Bromholm in perpetuum remiserunt, nullam obedientiam subjectionem seu visitationem hinc inde faciendam, excepta nominatione supradicta in domo de Bromholm ex.....; sed liberi & absoluti in omnibus aliis dicti Prior & conventus de Bromholm imperpetuum remaneant, transactione inter de *Acra* & de Bromholm ecclesias coram abbate de *Valle Dei* & conjudicibus suis à domino Papa delegatis, seu & aliquo jure ecclesiæ *Lewensi* vel *Acrensi* ante compositionem illam .....competente, non obstante. Nos vero ad petitionem .....auctoritate domini Papæ nobis in hac parte commissa dictam compositionem confirmavimus, & sigillorum nostrorum munimine corroboramus. Acta siquidem sunt hæc in præsentia nostra apud Stanford in ecclesia beatæ *Mariæ* prope pontem, die *Mercurii* proxima ante dominicam palmarum anno ab incarnatione domini MCCxxix. pridie idus Aprilis. Priore & conventu *Lewensi*, per venerabilem virum *Robertum* Priorem *Acrensem* ad componendum procuratorem sufficienter datum, comparentibus: de *Acra* & de Bromholm Prioribus personaliter comparentibus: conventu de *Acra* per magistrum *R.* de Rokelond, & conventu de Bromholm per *Berardum* monachum de Bromholm ad componendum procuratores sufficienter datos comparentibus. Qui Priores cum in judicio .....presentes se dictam compositionem in posterum servaturos, vel per se vel per alium procuraturos quod in posterum observetur, inspectis sacrosanctis juraverunt, & huic compositioni, pro ipsis manibus subscripserunt procuratores. Et utriusque conventus tam de *Acra* quam de Bromholm ad hoc specialiter dati in animas fratrum suorum consimile sacramentum prestiterunt, partes..... subjacerunt in perpetuum nostræ, ac successorum nostrorum jurisdictioni qui pro tempore erunt. Ut & *Brembolmenses* ad supradictam pecuniæ annuam solutionem, & ad expensas necessarias solvendas, si quas fecerit domus *Acrensis* eidem domui occasione supradictæ pecuniæ suis terminis non solutæ, & utramque partem ad omnia supradicta firmiter & fideliter observanda per censuram ecclesiasticam possimus compellere. Renuntiantes omni appellationi impetratæ & impetrandæ & omni juris remedio sibi competenti. Et ad perpetuam hujus rei memoriam & securitatem forma compositionis illius tam signis nostris quam partium signata penès abbatem de Wolvestune residet. His testibus, decano de Stanford, magistro *R.* de *Cantulupo*, domino *G.* Herford, magistro *R.* de Wrutteve, magistro *R.* de Rokelond, magistro *Waltero* de Suthfeld, domino *R.* capellano, *Waltero* aurifabro, *Nicholao* camerario, *Galfrido* de Whyneberewe, *Roberto Wardebois*, & aliis.

Quod Pr. de Bromholm non sit imposterum domui de *Acra* subjectus.

Ex autographo in bibl. *Dean. vesiana.*

CElestinus *episcopus servus servorum Dei dilecto filio nobili viro* Willielmo *de* Glanvill *advocato Prioratus de* Bromholm *salutem, & apostolicam benedictionem. Cum teneamur de singulorum profectibus cogitare, commodis tamen eorum præcipuè qui se religioni manc parunt nos oportet intendere, & ipsorum onera quantum cum Deo possumus supportare. Audivimus siquidem quod cum antecessores tui domum quandam in fundo suo apud* Bromholm *intuitu divinæ pietatis fundassent, & eam possessionibus quibus fratres ibidem domino sub religionis habitu servituri possent sustentari, ditassent, monachi de* Acra *quia rogati duos de commonachis suis ad ipsum domum destinaverunt ut fratres ejusdem ordinis sui observantiam plenius edocerent, ipsam domum monachis suis cæcis claudis debilibus & viribus corporis destitutis onerare, & fratres observantiæ ordinis & ipsi domui accommodos ab ea extrahere & elongare non verentur. Nos verò indemnitati supradictis Prioratus paterna volentes sollicitudine providere & quæ circa eum perperam attemptantur, falce correctionis apostolicæ resecare; auctoritate tibi præsentium & per te præfatæ domui duximus indulgendum, ut supradicta domus de* Bromholm *ab indebita monachorum de* Acra *jurisdictione & molestatione sine appellationis & contradictionis obstaculo perpetuò maneat absoluta. Adicimus etiam ut obeunte eo qui nunc temporis præfatæ domui Prior præest, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur nisi quem tua discretio & fratres communi consilio vel pars consilii saniori secundùm timorem Dei & beati* Benedicti *regulam Priorem providerint eligendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ indulgentiæ infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum* Petri & Pauli *apostolorum ejus se noverit incursurum. Data* Romæ *apud sanctum* Petrum *non. Maii pontificatus nostri anno quarto.*

Carta Regis Henrici *tertii donatorum concessiones ratificans.*

HEnricus, &c. salutem. Sciatis nos concessisse, & hac carta nostra confirmasse, pro nobis & hæredibus nostris, Priori & monachis sancti *Andreæ* de Bromholm, quod ipsi, & successores eorum imperpetuum, habeant singulis annis, unam feriam apud Bromholm, duraturam per tres dies, videlicet in die exaltationis sanctæ Crucis, & per duos dies proximo sequentes; & quod habeant ibidem singulis septimanis unum mercatum per diem Lunæ, nisi feria illa & mercatum sint ad nocumentum vicinorum mercatorum, & vicinarum feriarum. Concessimus etiam eisdem monachis omnes rationabiles concessiones, & donationes eis factas à donatoribus subscriptis videlicet de dono *Bartholomei* de Glanvill ecclesiam de Paston, cum pertinentiis, cum terra silvæ, & cum terra de Paston, & cum terra de Ozenho, & cum terra ad caput Briges, & terra de Aldeuth, & Lankelane, & terra *Toke* de Briges, quæ quidem terræ continent lij. acras; De dono ejusdem *Bartholomei* xxx. acras terræ juxta mare, & pratum de Bakeholm, & marisicum juxta Bromholm; & præterea x. acras juxta mare, & decimam *Richardi* presbiteri de Walcton. De dono *Stephani* de Glanvill ecclesiam de Bake-

Carr. 3. H 3 n. 12.

ton, cum pertinentiis, & *Aildwardum* ad portam, cum uxore ejus, & liberis, & toto tenemento suo; De dono *Randulfi* de **Glanvill** triginta solidatas terræ, & unum molendinum, cum pertinentiis in **Scaldefozd**. De dono *Willielmi* de **Glanvill** boscum de **Faketon**, & unam acram, & unam rodam terræ, & dimidiam juxta mare, & stagnum quod vocatur **Thurcsmere** juxta cimiterium de **Caſewicke**. Et terram de **Geilholm** cum pertinentiis suis, & cum toto redditu ejusdem terræ scilicet, septem solidos, & tres denarios: De dono *Galfridi* de **Glanvill**, annuum redditum dimidiæ marcæ, percipiendum de servitiis, & tenementis quæ in carta prædicti *Galfredi*, quam inde habent plenius continentur; Quare volumus (*&c.*) quod prædicti Prior & monachi de **Bzomholm**, & eorum successores habeant & teneant prædictam feriam & mercatum apud **Bzomholm** bene, & in pace, liberè, quietè cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, ad hujusmodi feriam & mercatum pertinentibus, sicut prædictum est; & quod habeant, & teneant omnes concessiones, & donationes prænominatas, bene, & in pace, liberè quietè & integrè, cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad prædictas terras, & tenementa pertinentibus, sicut cartæ prædictorum donatorum, quas inde habent, rationabiliter testantur. Hiis testibus, *J. Bathon. L. Dunelm.* & *W. Carliel.* episcopis (*&c.*) Dat. per manum *R. Ciceſtr.* episcopi (*&c.*) apud *Weſtmonaſterium* xiiij. die Febr.

REINHAMENSIS
Prioratus in agro Norfolciensi, *cella de* Caſtle-Acre.

Carta Godefridi *de* Liſewis.

Ex regiſt. de *Caſtel acre* fol 54

VEnerabili patri & domino suo *Johanni* Dei gracia *Norwicenſi* episcopo, & archidiaconis & decanis & universis sanctæ matris ecclesiæ filiis, tam præsentibus quam futuris *Godefridus* de **Liſewis**, salutem. Noverit dilectio vestra me concessisse & dedisse & hac mea carta confirmasse, assensu *Matildis* uxoris meæ *Willielmi* hæredis mei & omnium liberorum meorum, Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de *Acra* cellam in fundo meo quam *Willielmus* pater meus de **Liſewis** fundavit in loco qui dicitur **Nozmannesberh**, in honore beatæ Dei genetricis *Mariæ* & sancti *Johannis* evangeliste, in liberam & quietam & perpetuam elemosinam: Dedi etiam prædictis monachis, & hoc scripto confirmavi, quicquid pater meus prius ecclesiæ & canonicis illius loci dedit; Videlicet sexaginta & sex acras terræ & decem acras quas pater meus eis accrevit: Et totam terram de **Pebele**, & totam terram de **Franchelhoe**; & totam terram quæ jacet inter croftam *Seluna*, & terram *Richardi* de **Bot** in **Suth-Reinham**, Et dimidiam acram turbariæ quæ jacet contra **Peteles**, & heremitorium de **Wigehale** quod *Johannes* heremita tenuit, cum omnibus pertinentiis; & tertiam partem cujusdam turbariæ quam *Alfricus* filius *Kideman* tenuit quæ est juxta prædictum heremitorium. Hæc omnia volo ut prædicti monachi teneant liberè, quietè & pacificè, sine omni exactione, & consuetudine & servitio seculari in liberam & perpetuam elemosinam pro salute animæ meæ & uxoris meæ & omnium liberorũ meorum, & pro anima patris mei *W.* de **Liſewis**, & pro animabus omnium antecessorum meorum & successorum. Pro hac donatione nichil mihi vel hæredibus meis retinui præter orationes quæ fiunt in monasterio de *Acra* & orationes quæ fiunt in supradicta ecclesia sancti *Johannis* de **Nozmannesberch**; Ita quod monachi de *Acra* facient ibi divina officia perpetuo celebrari per tres monachos ad minus; ad quorum sustentationem ego accrevi & dedi eis ecclesiam de **Suth-Reinham** cum omnibus pertinentiis suis, & novem acras terræ in **Gordel**. Et *Richardum* Berearium filium *Scule* cum omni sequela sua. Et *Johannem le Frere* cum tota sequela sua, & totum tenementum quod de me tenet. Et ego & hæredes mei warrantizabimus eos erga regem & omnes homines de omni servitio & de omnibus rebus. Hiis testibus, *Willielmo* Priore de **Lewes**, *Ricardo Coleman*, *Alexandro* notario Prioris, *Philippo* de *Mortuo mare* sociis suis, *Willielmo* de **Lechesham**, *Eustachio* clerico, *Johanne* de **Pelent**, *Godefrido le* **Pelent**, *Godefrido le* **Camberlenc**, *Willielmo* clerico de **Dunham**, *Waltero* de **Bzecham**, *Willielmo Waleis*, *Roberto Mareſcallo*, *Richardo* de **Lebont**, *Semano Coco*, *Hamone* serviente comitis.

Alia ejuſdem Gaufridi *Carta.*

SCiant præsentes & futuri quod ego *Godefridus* de **Liſewis**, consilio & assensu hæredum meorum, dedi & concessi & hac mea carta confirmavi Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo servientibus tredecim acras & unam rodam de terra mea arabili, scilicet octo acras & unam rodam terræ quæ vocatur **Caldewelleil** in campis de *magna*-**Reinham**, & quinque acras terræ de cultura mea quæ vocatur **Eſtgirdele** versus orientem in campis de **Suth-Reinham**. Habendas & tenendas in liberam & puram & perpetuam elemosinam. Præterea dedi eis & concessi ut habeant omnes libertates quas habere debent ad cellam eorundem de **Nozmannesberethe** quam dedi eis, scilicet in viis, in semitis, in terris, in aquis, in turbariis, in pratis, in planis, in pascuis, in pasturis, & in faldagiis, & in omnibus exitibus. Et insuper dedi & concessi prædictæ ecclesiæ & predictis monachis ut habeant faldam suam in omnibus terris quæ pertinent ad ecclesiam sancti *Johannis* de **Nozmannesberethe**; quæ scilicet terræ ultra aquam versus aultrum sunt, liberè & quietè et sine omni vexatione. Et præterea concessi et præsenti carta mea illis confirmavi omnes terras et omnia tenementa et omnes libertates quas *Willielmus* de **Liſewis** pater meus dictæ cellulæ concessit, sicut cartæ suæ testantur. Hanc autem donationem et concessionem eis feci pro salute animæ meæ et uxoris meæ et hæredum meorum et prædecessorum meorum. Ibid.

Hiis

Hiis testibus, *Geraldo* presbitero de **Barsham**, & *Rogero* presbitero fratre ejus, magistro *Richardo* de **Fuldon**, *Willielmo* de **Lechesham**, *Rogero* de **Sengham**, *Simone Marescallo*, *Anschetillo*, *Roberto Wance*, *Walterio*, *Oliverio*.

Pro viginti & quatuor acris ad **Ciptune Blakehoe**.

Ibid. NOtum sit præsentibus & futuris quod ego *Godefridus* de **Lisewis** concilio & assensu *Matildis* uxoris meæ, & *Willielmi* hæredis mei, & aliorum hæredum meorum, dedi & præsenti carta confirmavi Deo & S. *Mariæ* de *Acra* & monachis ibidem Deo servientibus viginti & quatuor acras de terra mea quæ jacent in bruera de **Ciptune Blakehoe**, in liberam & perpetuam elemosinam, pro anima patris mei, & matris meæ, & omnium antecessorum meorum, & pro meipso & uxore mea, & pro omnibus liberis meis Hiis testibus, *Willielmo* filio meo, *Godfrido* camerario, *Radulfo* clerico de **Barsham**, *Semanno* coco, *Eustacio* clerico, *Gaufrido* de **Swafham**, *Walterio Porter*, *Roberto Marescallo*, *Hugone Coco*, *Walterio Coco*, & multis aliis.

De Heremo de **Wigehale**.

Ibid. fol. 76. b. WILLIELMUS de **Lisewis**, & *Matildis* uxor ejus, & *Godefridus* filius suus, omnibus amicis suis & hominibus clericis, laicis, *Francis* & *Anglis*, salutem. Sciant tam futuri quam presentes nos concessisse *Lenæ* sanctimoniali filiæ *Godrici* de *Lenna*, & nepotibus ejus & successoribus earum, Heremum in Australi parte sitam juxta **Wigehale**, cum omnibus pertinentiis; sicut *Rogerus* Prior de **Reinham**, & fratres sui canonici, cum Carta sua se testantur eis dedisse & confirmasse, in perpetuam elemosinam. Quare volumus ut prædictæ dominæ liberè & quietè, & ab omni reclamatione & inquietudine firmiter teneant. Si quis autem super id aliquid molestum illis violenter intulerit, sciat se auctoritante Dei & *Norwicensis* Episcopi justicia Anathematis vinculo obligari. Hiis testibus, *Simone*, presbitero de **Wigehale**, & *Waltero* sacerdote, filio ejus, & *Hildebranno* sacerdote, & *Thoma* sacerdote de *Ilsigetunia*, *Willielmo* filio *Alavi*, & *Alano* de *Tilencia*, & filio ejus *Adam*, *Willielmo* filio *Stangrimi* sacerdotis de *Lenna*, *Ricardo* de *Fenne*, *Godwino* filio *Chume*, *Winot* de *Ilsiegetunia*, *Simone Norreis*, *Richardo* filio *Isabellæ*, *Galfrido* filio *Everardi*, *Semanno* filio *Burewen*.

De eodem.

Ibid. UNiversis matris ecclesiæ filiis, *Rogerus* servus servorum Dei, Prior humilis de **Reinham**, & fratres sui canonici salutem, & omnipotentis Dei benedictionem. Quoniam plurimorum nefas inimica suggerente nequitia jam acriùs contra ecclesiæ catholicæ fidem undiq; surrexit, ne nos illius versutiæ suspicio vel macula tactos quod absit inficiat, iccirco ratum duximus universitatis vestræ dilectioni notificare, Nos, communi consensu, dedisse & concessisse dominæ *Lenæ* Moniali, filiæ *Godrici* de *Lenna*, & monialibus ibidem Deo servientibus & servituris, Heremum *Johannis Evangelistæ* in Australi parte situm, juxta **Wigehale**, cum omnibus pertinentiis infra circuitum fovearum, & extra, & cum turbaria quæ fuit *Alurici* filii *Chidemanni*. Tenendum de ecclesia nostra & de nobis & de successoribus nostris, omni subjectione remota; annuatim reddendo duodecim denarios de recognitione ecclesiæ nostræ, in die S. *Johannis* Evangelistæ infra natale. Et ut hæc liberè & firmiter teneant, auxiliante Domino nostro *Jhesu Christo*, & pronunciante *Willielmo* de *Lisewis* domino fundi, cum cartulæ nostræ testimonio confirmamus, sicut ipse dominus *W.* cum Carta sua illud nobis, in perpetuam elemosinam confirmavit. Qui verò illi aliquod, pro amore Dei, beneficium impendent, sciat se missarum orationum & omnium beneficiorum quæ fient in ecclesia nostra participem fieri. Hiis testibus *Simone* Presbytero, (*&c.*)

Pro tofta Aschetini *& octo acris in* Torpelondia.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, *Amen*. Sciant presentes & futuri, quod *Reginaldus* filius *Homonis*, de **Torpelond**, & uxor mea *Theda*, & heredes nostri, dedimus & concessimus in perpetuam elemosinam, Deo & sanctæ *Mariæ*, & sancto *Johanni*, & sancto *Thomæ*, et monialibus Deo servientibus et servituris in Heremo juxta **Wigehale**, cum filia nostra quam ibi educandam & Deo serviendam in religione commendavimus, toftam *Aschetini*, quæ unam acram terræ continet, & octo acras in campo *Torpelondiæ*, quas ut liberiùs & certiùs excolere valeant, in qua parte campi & quibus jacent locis presignavimus; scilicet duas acras in curta cultura juxta domum *Leswini*; duas verò inter **Aldehallestede & Litheholm**. In **Langelondes** duas acras juxta viam in **Pichleholm**; unam acram de quinque acris à parte aquilonis, & unam acram de tribus quæ jacent juxta domum *Johannis*. Preterea dedimus eis & concessimus duodecim denarios de redditu, quos annuatim recipiendos de *Johanne* filio *Burdi* & heredibus suis assignavimus, videlicet sex denarios ad *Paschæ festum*, & sex denarios ad festum omnium Sanctorum. Præter hæc concessimus eis communem libertatem & accessum inter nos in villa, in campo, in pascuis, in turbariis, in faldagio & omnibus libertatibus aliis. Si verò hanc donationem eis warrentizare non possumus, escambium ad pretium eis dabimus, & manibus nostris affidavimus, & cum Carta nostra sub Sigillo confirmavimus. Hiis testibus *Galfrido* decano de **Fincham**, *Helmudo* sacerdote de **Torpe**, *Stephano* de **Wirham**, *Gilberto* presbitero de **Denever**, *Willielmo* de **Dunham**, & pluribus aliis. De capitulo. *Hosberto* filio *Walteri* de **Denever**, *Galfrido* clerico de **Rungetun**, *Tware*, *Roberto* filio *Rogeri*, *Tewino Ormari* filio, *Thoma* filio *Osberti*, *Aibrico* fratre suo, *Petro* capellano de **Caldecotes**.

De eccleſia de Sut-Reinham.

Ib. fo. 114 HUbertus Dei gratia *Cantuarienſis* archiepiſcopus totius *Angliæ* primas, apoſtolicæ ſedis legatus, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit æternam in domino ſalutem. Ad univerſorum notitiam volumus pervenire, nos autenticum ſcriptum venerabilis fratris noſtri *J. Norwicenſis* epiſcopi ſub hujus continentiæ forma inſpexiſſe. *Omnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* J. *Dei gratia Norwicenſis epiſcopus ſalutem in domino. Quum quanta poſſumus vigilantia ſollicitudinis ſanctæ religionis profectibus & incrementis nos decet invigilare & eam ſpeciali proviſionis ſtudio fovere propenſius & protegere, capropter ad univerſorum volumus pervenire notitiam, nos dilectis in Chriſto filiis monachis de* Acra *apud* Reinham, *in loco qui dicitur* Normanesberg *Deo ſervientibus, & in perpetuum ſervituris, Dei cauſa & religionis intuitu in eodem loco de novo plantatæ, eccleſiam de* Suth-Reinham *canonicè conceſſiſſe & confirmaſſe in proprios uſus ſuos, ad eorum ſcilicet ſuſtentationem cum omnibus ad eandem eccleſiam pertinentibus, habendam in perpetuum, & poſſidendam ex donatione* Godefridi *de* Liſewis *patroni. Salvis poſſeſſione* Willielmi de Bech *rectoris illius eccleſiæ quamdiu vixerit, ſalvisque honore reverentia, dignitate, & debitis conſuetudinibus ſanctæ* Norwicenſis *eccleſiæ, & honeſta & ſufficienti ſuſtentatione vicarii qui in prædicta eccleſia miniſtrabit. Et ut hæc noſtra conceſſio & confirmatio ſtabilis & illabata imperpetuum perſeveret, eam preſenti ſcripto & ſigilli noſtri patrocinio communimus.* Nos igitur confirmationem memorati epiſcopi ratam & gratam habentes eam ſicut rationabiliter facta eſt tam ſcripti noſtri ſerie quam ſigilli appoſitione confirmamus. Hiis teſtibus, *Walterio* abbate de Waltham, magiſtro *Simone* de Siwell, *Galfrido* de Borlond, magiſtro *Willielmo* de Sumercote, magiſtro *Gervaſio* de Yorwig, magiſtro *Adam* de Walſingham, *Thoma* de Brancester, & aliis.

Donationum confirmatio per J. Norwicenſem *epiſcopum.*

Ibid. fol. 119 b. UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *J.* primus Dei gratia *Norwicenſis* epiſcopus ſalutem in domino. Ad epiſcopalis officii ſollicitudinem ſpectare dinoſcitur virorum religioſorum providere quieti, & poſſeſſiones, pietatis intuitu, ad eorum ſuſtentationem collatas, pontificali confirmatione munire: capropter omnibus notum eſſe volumus nos confirmaſſe dilectis filiis viris religioſis & honeſtis monachis de *Acra*, ex donatione *Godefridi* de Liſewis cellam quam *Willielmus* de Liſewis pater ſuus fundavit in loco qui dicitur *Normannesberga* in honore ſanctæ Dei genitricis *Mariæ* & ſancti *Johannis* Evangeliſtæ, in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, cum omnibus ad eundem locum pertinentibus; ſcilicet ſexaginta & ſex acris terræ quas prædictus *Williel-mus* poſtea memorato loco contulit, & tota terra de Middeles, & tota terra ſua de Franchesho-hou, & tota terra quæ jacet inter croftam *Selu-na* & terram *Ricardi Diereboll* in Sud-Reinham; & dimidia acra turbariæ quæ jacet contra Middeles, & heremitorio de Wigehale, cum omnibus pertinentiis; & tertia parte turbariæ quam *Alu-ricus* filius *Kidemer* tenuit juxta heremitorium. In præſcripta autem cella de *Normannesberga* memorati monachi de *Acra* divina officia perpetuo celebrari facient ſive per monachum, ſive per clericum, ſicut opportunius, cum conſilio & auctoritate noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum expedire viderint. Præſcriptas autem poſſeſſiones ab omni ſeculari exactione liberas & quietas ſicut carta prædicti *Godefridi* teſtatur, epiſcopali auctoritate confirmamus prædictis monachis; prohibentes ne quis, vel temeritate, vel malicia ductus, ſuper his eis aliquam moleſtiam inferre præſumat aut injuriam. Prædictas vero poſſeſſiones & alia jura ſua eis conſervantibus pax ſit & ſalus æterna. Teſte *Thoma* archidiacono, *Gaufrido* capellano, magiſtro *Reinero*, *Thoma Britton*, magiſtro *Lamberto*, magiſtro *Rogero* medico, *Roberto* de Chipeham, *Simone* clerico de Leton, magiſtro *W.* de *Calna.*

S LEVESHOLMENSIS *Prioratus in agro* Norfolcienſi, *cella de* Caſtle-acre.

De eccleſia de Melewde.

Ex regiſtro de *Caſtle acre* fol. 7. VEnerabili patri in Chriſto *Pandulfo* Dei gratia *Norwicenſi* electo devotus filius *W.* comes *Warren* ſalutem & debitam patri reverentiam. Pro famulis Dei Deo & beatæ virgini in monaſterio de *Acra* quæ eſt de feodo meo ſervientibus quantas ſufficio paternitati veſtræ preces porrigo effectuoſas, ut eccleſiam de Melewde eis à prædeceſſoribus veſtris in uſus proprios confirmatam, intuitu pietatis, veſtra eis concedere dignetur benignitas. Et ſciatis quod anteceſſores veſtri dictam eccleſiam aſſignaverunt dicto monaſterio ad miniſtrandum ignem hoſpitibus & pauperibus ad domum illam venientibus, unde non modicus eſt in partibus illis defectus. Et quia novi conſiderationem predeceſſorum veſtrorum & ſepius expertus ſum cauſam neceſſariam collationis quam vobis expreſſi, ideo vobis devotius ſupplico, ut quod ab aliis bene inchoatum eſt ad finem velitis perducere fœliciorem; ut Deus omnipotens teneatur vobis ad retributionem operis miſerecordiæ, & me vobis habeatis vinculo indiſſolubili obligatum in hiis quæ per me & meos ad utilitatem veſtram & honorem in partibus noſtris ad mandatum veſtrum cum vobis placuerit poterunt expediri. Valeat paternitas veſtra in domino.

De **Slivesholm** *confirmatio.*

REverendo patri domino *Pandulfo* Dei gracia *Norwicensi* episcopo, & ejusdem loci archidiacono & officialibus *Willielmus* comes de *Warrena*, salutem in domino. Rogo diligenter vos quatinus, pro amore Dei & pro petitione mea, manuteneatis & protegatis monachos meos de *Castell-Acra* qui manent in insula sanctæ *Mariæ* de **Slivesholm** juxta **Prieswoe**, quam dedi eis in liberam & perpetuam elemosinam, & non permittatis eos injustè vexari quantum ad vos spectat. Valete in domino.

De **Slevisholme.**

lb. fol. 14. OMnibus Christi fidelibus notum fiat, qd. ego *Johannes* comes de *Warenna* in monasterio nostro de **Castell-Acre** constituto, die sabati in festo S. *Cecilie* virginis, anno domini millesimo tricentesimo nono, & anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* tertio, inspexi cartam bonæ memoriæ domini *Willielmi* quondam comitis *Warrenne* proavi nostri in hæc verba.

Sciant præsentes & futuri quod ego Willielmus *comes* Warenn *dedi concessi & hac præsenti carta mea confirmavi pro salute animæ meæ & antecessorum meorum, & pro salute omnium fidelium quandam insulam in mariſco de* **Prieswoe** *quæ vocatur* **Slevesholm** *in puram & perpetuam elemosinam Deo & S.* Mariæ *& omnibus Sanctis & fratri* Paulo *& fratribus ibidem Deo servientibus; & post obitum præfati* Pauli *ille qui aliis ibidem præerit per me instituetur. Quod ut ratum sit & firmū imperpetuum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus,* Hugone Bygod, Osberto Gffard, Willielmo *de* **Stutevill**, Michaele *de* **Ponyngge**, Adam *de* **Batlli**, Hamone Lenveyke, Richardo *de* **Trunchert** *tunc senescallo*, Johanne *de* **Playz**, Reginaldo Koc, Hugone *de* Acra, Rob. Wallenti, *& multis aliis. Nos igitur* Johannes *comes* Warenn *antedictus, affectionem illam quam dictus proavus noster & hæredes sui antecessores nostri erga monasterium de* Castellacra *conceperant humiliter prosequentes, ac illam possessionem pacificam per quam vacante sanctæ de* **Slivesholme** *in insula predicta, per mortem seu per cessionem Prioris ejusdem, Priores monasterii de* **Castellacre** *à tempore confectionis carte predicti proavi nostri, Priorem in eadem domo de* **Slevesholm** *in insula semper hactenus instituere consueverant salubriter attendentes; Volumus & expresse concedimus pro nobis & pro hæredibus nostris, quod Prior monasterii nostri de* **Castellacre** *& successores sui in eodem, post mortem seu cessionem cujuslibet Prioris de* **Slivesholm** *conferant & plenariam potestatem habeant conferendi ipsam domum alicui monacho honesto & religioso de gremio monasterii nostri de* **Castellacre**, *professo in ordine* Cluniacensi: *Ita tamen quod monachus ille qui ad regimen dictæ domus de* **Slevesholm** *sicut fuerit nominandus ante institutionem suam in eadem, per literas patentes Prioris nostri de* **Castellacre** *qui pro tempore fuerit, nobis & hæredibus nostris præsentetur & demum fidelitate sua nobis facta ipsum tanquam Priorem ad ministrationem temporalium dictæ domus per nos & hæredes nostros admitti volumus cum effectu. In cujus rei testimonium præsentes literas nostras sigillo nostro fecimus roborari. Datum apud* Castellacram *die & anno supradictis.*

Carta Hamelini *comitis de escambio terræ de* Melewda T. *persona.*

NOtum sit omnibus ad quos præsens scriptum perv. Ibid fol. 6. b. venerit quod ego *Hamelinus* comes de *Warenna* voluntate & assensu *Ysabellæ* comitissæ uxoris meæ & *Willielmi* filii nostri & hæredis dedi & concessi & hac præsenti carta mea confirmavi ecclesiæ S. *Georgii* de *Melewda*, & *Thomæ Britoni* portione ejusdem ecclesiæ & successoribus suis duas acras & unam rodam in terra arrabili & prato de feodo meo versus ripam quæ propinquiores sunt messuagio præfati *Thomæ* juxta mariscum versus **Est**; videlicet in excambium pro duabus acris & una roda & dimidia de libero tenemento prædictæ ecclesiæ in **Hoxcroft** versus *Normandam*. Et prædictus *Thomas* & successores sui debent tenere prafatum excambium liberè & quietè sicut idem *Thomas* tenebat prædictum tenementum in puram & perpetuam elemosinam. Testibus, *Willielmo* de *Warrenna*, Gilberto de **Hoxole**, *Adam* de **Puninges**, *Roberto* de **Perepont**, *Philippo* de **Lunham**, *Sprig.* magistro *Clemente*, *Radulfo* clerico de *Thetforda*, *Johanne* clerico de **Kilings.**

BERMUNDSEIENSE *Cœnobium in agro* Surregiensi.

Ex cronicis de *Bermundesey* in bibl. *Dunelmensi*, 11. *W. Conq.*

ANno Domini 1077. *Lanzo* Prior *Pancratii Lewensis* venit in *Angliam*.

Anno Domini 1082. & anno regni Regis *Willielmi* primi xvj. Hoc anno *Alwinus Child* civis **London** fundator monasterii monachorum sancti *Salvatoris* de **Bermundesey**, ex licentia regia dedit eisdem monachis qui venerunt in *Angliam* in anno secundo *Willielmi* Regis *Ruphi* secundi, diversos redditus in civitate **London**, antequam idem Rex *Willielmus* secundus dedit manerium de **Bermundesey**. Et insuper excitavit diversos dominos tam temporales quam spirituales ut darent prædia ecclesias & maneria, prout patet inferius.

Anno domini 1083. & anno regni *Willielmi* primi 16. Hoc anno fecit describi volumen vocatum **Domysday**. In quo volumine repertum est quod Rex tenet manerium de **Bermundesey**, ubi nova & pulchra est ecclesia in honore sancti *Salvatoris*. 16. *W. Conq.*

Anno Domini 1092. secundo *Willielmi Rufi*, *Wynebaldus* de **Ualun** dedit monachis de **Bermundesey Bridesthorne** & tres virgatas terræ & dimidiam in **Wldon**, & vj. virgatas terræ in **Hardewyk**, cum ecclesia de **Hardewyk**, decimas de *Estentona*, & decem solidatas in **Sutton** de molendino ibidem. Quæ postea vendita fuerunt per *Johannem* Priorem de **Bermundesey** pro perpetuo

perpetuo ad emendum manerium de **Richemonde** in parochia de **Bengeho** pro Cl. marcis. Dedit etiam idem *Winebaldus* medietatem **Upton.** Deditque *Odo*, miles ejuſdem *Winebaldi*, eccleſiam de *Omeneya* cum decimis ejuſdem villæ prædictis monachis. Et eodem anno *Auſgerus Brito* dedit prædictis monachis manerium de **Preſton**, ſcilicet duas hidas.

Anno Domini 1093. 6. *Willielmi Ruſi*, *Robertus Bloet* cancellarius Regis factus eſt epiſcopus *Lincolnia*, & dedit eodem anno idem *Robertus* monachis de **Bermundeſeie** manerium de **Charleton** cum pertinentiis ſuis. Eodem anno *Galfridus Martel* conceſſione *Galfridi* de *Magnaville* dedit terram de **Walgbury**, & decimam de **Alferton.** Quæ omnia confirmaverunt *Willielmus* Rex ſecundus & *Henricus* Rex primus.

Anno Domini 1094. 7. *Willielmi Ruſi*, obiit *Alwinus* fundator **Bermundeſeye** vj. idus Aprilis. Et hoc anno *Rogerus* miles *Johannis* filii *Walranni*, concedente eodem *Johanne*, dedit monachis de **Bermundeſeie** decimas de **Fyſhide.**

Anno Domini 1095. 8 *Willielmi Ruſi*, *Walterus* filius *Auſgeri Britonis* dedit duas hidas terræ *de la* **Stone** monachis de **Bermundeſeie.**

Anno 1096. 9. *W. Ruſi*, *Petrus* de ſancto *Olavo* dedit terram de **Hoddeſdon** monachis de **Bermundeſey.**

Anno Domini 1098. 11. *W. Ruſi*. Hoc anno *Ricardus Guett* frater comitiſſæ *Warenne* dedit manerium de **Colwyke** monachis de **Bermundeſeie** cum pertinentiis.

Anno Domini 1103. anno regni Regis *Henrici* primi tercio *Nigellus* de *Mundevilla*, concedente uxore ſua, dedit terram de **Walgham**; ſcilicet duas hidas eccleſiæ & monachis de **Bermundeſeie.**

Anno Domini 1107. obiit *Rogerus Bigot* principalis fundator monaſterii beatæ *Mariæ Theſſordiæ*. Et hoc anno *Matildis* uxor *Aſculphi*, & *Graaldus* filius, dederunt monachis de **Bermundeſeie** eccleſiam de **Fiſhide**, & confirmaverunt decimas ejuſdem villæ eidem monachis, quas dedit eis *Rogerus* miles *Johannis* filii *Walranni*, anno vij. *W. Ruſi* prædicto.

Anno Domini 1112. *Hawiſia* de **Curnay** dedit eccleſiam de **Ingleſcombe** in comitatu **Dorſet** monachis de **Bermundeſeye.**

Anno Domini 1113. anno regni Regis *Henrici* primi xiij. *Robertus Marmion* dedit hidam de **Widefiete** cum molendino & aliis pertinentiis ſuis monachis de **Bermundeſeye.**

Anno 1114. *Maria* comitiſſa *Bolonie* dedit manerium de **Rynwardeſton** cum pertinentiis ſuis monachis de **Bermundeſeye.**

Anno 1115 obiit *Maria* comitiſſa *Bolonie* ſoror *Mathildæ* Reginæ uxoris *Henrici* Regis primi xiiij. kal. Maii; cujus maritus *Euſtachius* comes *Bolonie* pro ſalute animæ uxoris ſuæ confirmavit manerium de **Rynwardeſton** eccleſiæ de **Bermundeſeye.**

Anno Domini 1118. *Robertus* comes *Leiceſtriæ* dedit manerium de **Wildeford** monachis de **Bermundeſeye**, & *Willielmus Belmeis*, **Andreſesbury.**

Anno 1119 obiit *Petrus* primus Prior **Bermundeſeye** iij. idus Junii, cui ſucceſſit *Herebrannus.*

Anno 1122. *Thomas Ardern*, & *Thomas* filius ejus dederunt monachis de **Bermundeſeye** eccleſiam ſancti *Georgii* in **Southwerk** & decimas de dominio ſuo in blado in **Hoxndon.**

Anno 1125. *Auſgerus Brito* dedit manerium de **Preſton** monachis de **Bermundeſeye**, & *Walterus* filius ſuus.

Anno 1127. *Henricus* Rex primus dedit monachis de **Bermundeſeye, Rederith, Delwich,** hidam de **Southwark, Waddon,** & confirmavit donationem **Rynwardeſton.**

Anno 1132. *Henricus* Rex primus dedit eccleſias de **Schorn & Codham** in comitatu *Cantiæ* monaſterio de **Bermundeſeye.**

Anno 1139 anno regni Regis *Stephani* quinto, *Girardus* de **Cambyle** dedit monachis de **Bermundeſeye** duas partes decimarum de **Charleton-Cambyle**, quæ poſtea dimiſſæ ſunt pro perpetuo Priori de **Rylingworth** pro ij. marcis per annum ſolvendis ad **Rynwardeſton.**

Anno Domini 1142. Rex *Stephanus* dedit monachis de **Bermundeſeye** *Gravam* quæ membrum fuit de **Wanetyng** cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano, & molendinum in **Wykes** & paſturam cum hominibus & tenuris eorum, nominatim *Ernwy* filium *Leſwini le May* & *Edmundum* filium *Wulfrici*. cum domibus & paſturis eorum, & cum **Wykes**, & cum omnibus terris quæ ad domus eorum pertinent.

Anno 1143. Rex *Stephanus* dedit monachis de **Bermundeſeye** eccleſiam de **Writell** cum omnibus pertinentiis ſuis. Et hoc anno *Willielmus* filius *Heltonis* dedit prædictis monachis molendinum de **Frenynghain** in comitatu *Kanciæ*, quod poſtea dimiſſum eſt *Johanni Scot* pro perpetuo pro xl.s. vj.d. per annum in anno domini 1224. & anno *Henrici* tercii vj.

Anno Domini 1144. 10. *Stephani*, *Willielmus* de *Watervilla*, & *Robertus* filius ejus dederunt monaſterio de **Bermundeſeye** manerium de **Warlyngton** cum ſuis pertinentiis.

Anno Domini 1145. *Walkelinus Mammynot* dedit dimidiam partem totius **Ozenewich** monachis de **Bermundeſeye.**

Anno Domini 1150. 17. *Stephani*, filius *Oſberti* dedit monachis de **Bermundeſeye** decimas ſcilicet duas partes decimarum de pecoribus & bladis in **Pelcumbe.**

Anno 1152. 18. *Stephani*, *Winebaldus* de **Baalun** dedit monachis de **Bermundeſey** eccleſiam de **Upton**, & terram vocatam **Pelneham.** Et eodem anno *Alanus Pires* dedit eidem monachis vj. milia allecum de manerio ſuo de **Orcholawis**, & unam acram terræ.

Anno Domini 1154. *Willielmus* comes *Gloceſtriæ* dedit monachis de **Bermundeſeie** eccleſiam de **Cambyzwell.**

Anno 1155. *Willielmus* filius *Henrici* de **Eltham** dedit monachis de **Bermundeſeye** decimas de **Witklonden** in parochia de **Wolmiche.**

Anno 1156. anno 2. *Henrici* ſecundi, *Raymbaldus* de **Tarney** dedit monachis de **Bermundeſeye** eccleſiam de **Bengeho.**

Anno 1157. *Walkelinus Mammynot* filius *Walkelini Mammynot* dedit monachis de **Bermundeſey** x.s. redditus de molendino de **Depford.**

Anno

Anno 1158. anno 4. *H.* 2. *Willielmus* de *Watevilla*, concessione filiorum suorum, dedit monachis de **Bermundeseye** ecclesiam de **Chesham**, & illam de **Warlingham**.

Anno 1159. *Sibilla* de *Watevilla*, & *Ingelramus* de **Funteneye**, dederunt ecclesiæ de **Bermundeseie** ecclesiam de **Bevington**: Et eodem anno rex *Henricus* 2. confirmavit donationes ecclesiarum nostrarum, scilicet de **Camberwell**, **Lengeham**, **Warlyngham**, & **Chesham**, **Fishide**, & **Bevington**.

Anno Domini 1168. *Walkelinus Mayminot* dedit monachis de **Bermundeseye** lx. solidatas redditus de dominio de **Cippenham** in **Dilleherst**: dedit etiam ecclesiam de **Byrlyng**.

Anno Domini 1177. *Robertus* filius *Humfridi* dedit monachis de **Bermundeseye** decimas de **Ditton** in comitatu *Cantebrigiæ* quæ postea dimissæ fuerunt ad firmam Priori de **Thetford** pro x. marcis per annum 1261. 47. *H.* 3.

Anno 1179. 25. *H.* 2. *Hugo* de *Monteforti* dedit monachis de **Bermundeseye** decimas quatuor mansionum; scilicet de **Langford** & de **Bodeney**, & de **Wikes** & de **Macheton**. Et eodem anno *Willielmus* filius *Ricardi* de *Franchevilla* dedit duas partes decimarum de dominio de **Langford** & de **Gerbodesham** eisdem monachis.

Anno domini 1181. 27. *H.* 2. dominus *Milo* de *Bello-campo*, assensu *Pagani* de *Bello campo* hæredis sui, dedit monachis de **Bermundeseye** molendinum de **Bedford**.

Anno Domini 1182. 28. *H.* 2. *Johannes Trenchefvile* dedit monachis de **Bermundeseye** totam decimam suam de dominio suo *De la* **Stane** in parochia de **Godichestre**.

Anno 1190. 2. *R.* 1. *Galfridus* de **Tayle** dedit duas partes decimarum in **Ludgreshale** monachis de **Bermundeseye**.

Anno domini 1194. *Henricus* comes **Augy** dedit monachis de **Bermundeseye** terram vocatam **Dfewardeston** in parochia de *Lida* & terram *Johannis* clerici in **Bilsington**, quæ postea dimissa est pro perpetuo Priori & conventui de **Bilsington** pro 39.s.j.d.ob.q. in anno domini 1290.

Anno domini 1212. anno. 15. *Johannis* regis Prior de **Bermundeseye** cum consensu conventus ædificavit in fundo Celerarii quandam domum contra murum domus prædictæ vocatam elemosinaria sive hospitale conversorum ac puerorum, in honore sancti *Thomæ* martyris.

Anno Domini 1227. 12. *H.* 3 facta est compositio inter *Josbertum* Priorem de **Bermundeseye** & abbatem de *Becco* de decimis in **Powynton**, **Lyntecon**, & **Blakmanston** in comitatu **Somerset** pro viij.s. per annum infra octabas *Michaelis* apud **Bynwardeston**.

Anno 1228. translatum fuit hospitale sanctæ *Mariæ Overeye* a fundo Prioratus in fundum *Amicii* archidiaconi *Surreiæ*, ubi aqua est uberior & aër est sanior; & dedicatum est in honore sancti *Thomæ* martyris.

Anno 1229. 14. *H.* 3. facta est conventio inter Priorem de **Bermundeseye** & rectorem de **Lambith** de decimis de **Lambith** de dominico *Hugonis* de **Bray**, dimissis dicto rectori & successoribus pro perpetuo pro x.s. reddendis ad **Bermundeseye**.

Anno 1230. *Bartholomeus* & *Johannes* de **Courteray** cœperunt includere terras brecæ de **Retherhith** ex una parte & *Johannes* de **Rokesord** ex altera.

Anno 1241. 26. *H.* 3. compositio facta inter Priorem de **Bermundeseye** & Prioristam de **Ankerwike** de decima de **Stikeldon** in parochia de **Ozenford** sibi dimissa pro perpetuo pro v.s. per an.

Anno 1245. 30. *H.* 3. facta est concordia inter Priorem de **Bermundeseye** & Prioristam de **Halliwell** de decimis in **Est-Dilewich**; scilicet quod dicti Prior & conventus percipient omnes decimas majores provenientes de terris quas de bosco vel de pastura in agriculturam dictæ moniales converterunt in parochia de **Cambyrwell**.

Anno 1246. 31. *H.* 3. recuperatæ sunt per Priorem & conventum de **Bermundeseye** centum solidatæ annuæ pensionis de ecclesia de **Feddyngton**, & duæ marcæ sterlingorum pro decimis quondam *Richardi Hussarle* in eadem parochia.

Anno 1247. 32. *H.* 3. facta est finalis concordia inter *Ricardum* de **Clare** comitem *Glocestriæ*, & *Ymbertum* Priorem de **Bermundeseye** de advocatione ecclesiæ de **Cambyrwell**, quam remisit imperpetuum dicto Priori & conventui.

Anno 1252. compositio facta fuit inter *Ymbertum* Priorem de **Bermundeseye** & rectorem de **Ettenton** de duabus partibus garbarum decimæ in **Ettenton** in comitatu **Somerset**, scilicet quod prædictus rector habebit dictas decimas pro perpetuo pro xx.s. per annum in octabis pentecostes.

Anno 1268. 53. *H.* 3. rex concessit Priori de **Bermundeseye** mercatum per diem lunæ apud manerium suum de **Charleton** in comitatu *Kancia* & unam feriam per tres dies duraturam videlicet in vigilia & in die & crastino sanctæ *Trinitatis*.

Anno 1270. 55. *H.* 3. *Johannes* de *Burgo*, filius & hæres *Huberti* de *Burgo*, dedit monachis de **Bermundeseye** manerium de **Chalke** cum pertinentiis suis.

Anno 1272. 57. *H.* 3. *Rainaldus* & *Ricardus* de **Tannay** dederunt monachis de **Bermundeseye** manerium de **Wengeham**, id est **Richemund**, & advocationem ecclesiæ de **Wengeham**, quam priùs habuerant confirmavit.

Anno 1274. 2. *E.* 1. compositio facta inter Priorem de **Bermundeseye** & abbatem de **Begham** de decimis de **Bacchesham** in parochia de **West-Grenewiche** dimissis eidem abbati pro 13.s. iij.d. per annum.

Anno 1290. 18. *E.* 1. rex concessit monachis de **Bermundeseye** maneria de **Halyngbury**, **Wideford**, **Cowyke**, **Upton**, & **Richemunde** quæ ad manus regis devenerunt ratione feloniæ quam *Adam* de **Stratton** fecit cui prædicta maneria ad firmam dimissa fuerant.

Anno 1317. 11. *E.* 2. *Petrus* Prior de **Bermundeseye** & conventus dimiserunt ad firmam tomino *Waltero* de **Huntingfeld** militi terram de **Patlesworth** quam novis dedit *Rogerus* de **Leiburn** pro iij^{xx} marcis præ manibus solutis. Tali conditione, quod dicti Prior & conventus solvent prædicto *Waltero* dictam summam iiij^{xx} marcarum in ecclesia beatæ *Mariæ Overey* in **Southwerk**.

Anno 1386. 10. *R.* 2. Facta est compositio inter *Ricardum* Priorem **Bermundeseye** & *Johannem*

Priorem de **Stonlæ** de duabus partibus decimarum dominii de **Bymbalton** dimissis dicto Priori de **Stonlæ** imperpetuum pro vj.s.viij.d. reddendis apud Patcham apud **Bermundesey**.

Anno 1390. 14. *R.* 2. 16. Februarii Factum est escambium inter *Willielmum Courtenay Cantuariensem* archiepisc. & *Ricardum Dunton* Priorem de **Bermundesey** de manerio de **Waddon** cum ecclesia de **Croydon**, regia licentia prius obtenta.

Anno 1397. 21. *R.* 2. Rex licentiam dedit *Guidoni Mone* quod ipse dare possit Priori & conventui de **Bermundesey** advocationem ecclesiæ de **Bemsyng** imperpetuum.

Anno 1417. 5. *H.* 5. Erat placitum in cancellaria domini Regis inter dominum Regem & *Thomam Thetford* abbatem de **Bermundesey** de maneriis de **Preston**, **Bermundesey**, & **Stone** in comitatu **Somerset**, & recuperata fuerunt per dictum abbatem.

Charta fundationis monasterii S. Salvatoris de **Bermondsey** per *W. Rufum* Regem.

Ex regist. de *Bermondsey* penes virum clariss. *Johan. Seldenum* armigerum.

NOverit omnium fidelium posteritas quod ego Willielmus *Rex* Anglorum *pro anima mea & anima patris mei* Willielmi *Regis, cui ego successi in regno, dedi Deo & monachis de* Caritate *ecclesiam sancti salvatoris de* Bermondesia, *simul & ipsam* Bermondesiam *cum omnibus appenditiis suis, jure perpetuo possidendam, ab omnibus rebus & consuetudinibus liberam & quietam. Concedo etiam eis & confirmo quicquid alii dederunt tam in terris quam in decimis, sive in aliis quibuslibet rebus, videlicet* Cerletonam *cum appenditiis suis quam donavit eis* Robertus Lincolniæ *episcopus, ecclesiam verò de* **Bardwike** *cum terra ipsi ecclesiæ adjacenti, & decima villæ prænominatæ, decimamque de* Opetona *quam* Winebaldus *de* **Baalun** *dedit eis, ecclesiam quoque de* Omencia, *terramque & decimam ejusdem cum aliis decimis de* Eltentona *&* Alvinetona *quas dedit eis* Odo *de* **Tirone** *miles ejusdem* Winebaldi : *scilicet & decimam de* **Fyldze** *quam eis dedit* Rogerus *miles* Johannis *filii* Walcranni, *concedente eodem* Johanne ; *Necnon duas hidas terræ de* Estanas *quas* Walterius *filius* Ausgerii *eis dedit : Similiter terram de* Hoddesdona *quam* Petrus *de sancto* Olapho *dedit eis sicut ipse eam melius tenuit in tempore patris mei : Quicquid etiam donatum est illis apud* Londoniam *in ecclesiis aut in decimis, aut in domibus aut in terris, aut in aliis quibuslibet rebus, tam in civitate quam extra civitatem, scilicet in nemoribus, in pratis, in molendinis, in piscariis, & in omnibus rebus. Volo itaque, atque præcipio ut monachi* Bermondesiæ *omnes possessiones suas & omnes res suas bene, & liberè, & in pace, & honorificè teneant.* Willielmus *nutu Dei Rex* Anglorum *sigillo confirmavit hæc & corroboravit.* ✠ *Signum* Willielmi *Regis* ✠ *S.* Henrici *hæc laudantis fratris ejusdem.* ✠ *Signum* Walkelini Lundoniensis *episcopi.* ✠ *Signum* Osmundi *episcopi* Salisburiensis. ✠ *Signum* Johannis *de* Sumbresetta. ✠ *Signum* Eudonis Dapiferi. ✠ *Signum* Rotgeri *de* **Rovant**. ✠ *Signum* Rotgeri Bicel. ✠ *Signum* Petri *de* Valonis. ✠ *Signum* Ricardi Delamera. ✠ *Signum* Aylwyni, *ecclesiam* sancti Salvatoris, *una cum Rege, in manu monachorum de* Caritate, Ricardi, *scilicet*, Osberti, *atque* Vinbaldi, *qui aderant, emancipavit.* Letaldus *scripsit, & subscripsit feliciter*, Amen.

Confirmatio Regis Henrici *primi de donatione manerii de* Bermundesia *& aliorum maneriorum.*

Adhuc ex regist. de *Bermundsey*.

NOtum sit omnis fidelium sacra posteritas, quod ego *Henricus* Dei gratia Rex *Anglorum*, pro anima patris mei *Willielmi Anglorum* Regis, & matris meæ *Matildis* Reginæ, & fratris mei *Willielmi* Regis, cui ego in regno successi, & pro salute mei ipsius, concedo & confirmo quicquid monachis de *Caritate* apud *sanctum Salvatorem* de *Bermondesia* ibidem Deo servientibus dedit idem frater meus *Willielmus*, videlicet, ecclesiam *sancti Salvatoris* de *Bermondesei*, necnon & ipsam *Bermondesiam*, cum appendiciis suis, liberam & quietam ab omnibus consuetudinibus, sicut melius habuerunt, tempore fratris mei. Concedo etiam quicquid alii dederunt, tam in terris quam in decimis, videlicet *Cerletonam*, cum appenditiis suis, quam donavit eis *Robertus Lincolniensis* episcopus. Similiter, unam hidam terræ *Hallyngeburiam*, quam donavit *Gaufridus Martel*, cum decima de *Alferetona*. **Wydefold**, quam commutavit cum monachis de *Bermundesia*, Ive de **Grantemesnil**, pro *Andreteberya*, quam dederat eis *Willielmus* de *Belmeis*. Decimam de **Fishyde**, ecclesiam de **Bardewyke**, & decimam eiusdem villæ, & tres hidas terræ in eadem villa, & decimam de *Oppetona* quæ dedit eis *Vinebaldus* de **Baalun**, *Prestonam*, quam dedit eis *Ausgerius Brito*. Duas hidas *Stavam* quas dedit eis *Walterus* filius ejusdem *Ausgerii* duas hidas **Belgeham** quam dedit *Nigellus* de *Mundevilla*, concedente uxore sua. Duas hidas **Hodesdon**. Concedo etiam quicquid donatum est illis apud **London** in ecclesiis, & domibus, sive in terris, tam in civitate, quam extra civitatem. Nunc vero ego ipse do eis, de meo dominio, *Redreyam*, & **Dilewich**, & hidam de *Southwerka* & *Wadenam*. Concedo etiam *Kynewardestonam*, quam dedit eis *Maria* comitissa *Bolonie* concedente *Eustachio* comite viro suo. ✠ Signum *Henrici* Regis. ✠ Signum *Matildis* Reginæ. ✠ Signum *Eudonis Dapiferi*. ✠ Signum *Hamonis Dapiferi*. ✠ Signum *Willelmi* de *Albinio*. ✠ Signum *Ursonis* de **Abetot**. ✠ Signum *Willielmi Barbe*.

Vide Cart. 4. *E* 3. m. 57.

Memorandum quod manerium de *Bermundesia*, cum omnibus pertinentiis suis, est de antiquo dominico coronæ Regis, & omnes terræ & tenementa quæ de dicto manerio tenentur sunt placitabilia in curia dicti manerii, per breve Regis de *Recto*, secundum consuetudinem dicti manerii, & non ad communem legem ; unde in libro de **Domesday** invenitur. *Rex tenet Bermundesiam* *Beraldus* comes tenuit. Tunc se defendebat pro xiij hidis, modo pro xij. hidis. Terra est octo carrucatæ. In dominio est una carucata, & xxv. villani, & xxiiij. bordmanni, cum quatuor carrucatis. Ibi nova & pulchra ecclesia, & xx. acræ prati. silv. v. porc. de pannagio. In **London** xiij. burgenses de xl, den. T. R. E. & modo valet xv. lib. & vicecomes habet xx. sol. comes *Moretaniæ* tenet unam hidam quæ T. R. E. & post, fuit in hoc manerio. Item memorandum quod pertinet ad manerium de *Bermundesia*, *Bermundesey*, *Camerwella*, *Rederbitha*, hida de **Southwerke**, **Dilwiche**, **Waddon**, & **Reygham**, cum omnibus

bus pertinentiis, & omnia predicta fuerunt in dicto manerio de *Bermundeseia*; postea per diversas cartas per dominum regem *Anglia* ecclesie de *Bermundeseia* datæ, ut patet per easdem.

Par. 1. H. a pag. 7 m. 15. per inspex.

HEnricus *Dei gratia rex* Anglorum, Radulfo Rofensi *episcopo* & Hamoni *dapifero*, & *omnibus baronibus* Francis & Anglis *de* Chent *salutem. Sciatis me dedisse ecclesiæ S.* Salvatoris *de* Bermundeseya *ecclesiam de* Hozas *cum ecclesia de* Cobbaham *quæ ei appendet, cum decimis in annona & agnis & aliis consuetudinibus, sicut* Turstinus *capellanus meus eam habebat. Et volo & firmiter præcipio ut monachi in pace & honore prædictam ecclesiam teneant. T.* Eudone *dapifero*, & Hamone *dapifero*, & Willielmo *de* Albineio & Willielmo Peurello. D. *apud* Rotomagum.

Ibid.

HRex *Angliæ* & dux *Norm.* & *Aquit.* & comes *Andeg.* archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti carta confirmasse Deo & ecclesiæ S. *Salvatoris* de Bermundesey & monachis ibidem Deo servientibus ecclesiam de Berlyng quam *Wachilinus Maminot* rationabiliter dedit eis in perpetuam elemosinam & carta sua confirmavit. Quare volo (*&c.*) T. *Widone* decano de Waltham, *Thoma* archidiacono *Bathon. Ricardo* de Lucy, *Manasser Biset* dapifero, *Willielmo* de Curcy, *Gilberto Males*, apud Feccheham.

Ibid.

H*Rex* Angliæ *dux* Norm. & Aquit. & *comes* Andeg. *archiepisc.* (&c.) *salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse Deo & monachis S.* Salvatoris *de* Bermundesey, *pro mei & omnium meorum salute ecclesiam de* Camberwilam *quam dedit eis* W. *comes* Gloecestriæ; & *ecclesiam de* Benyngh, *quam dedit eis* Reginaldus *de* Maney, *filiis suis concedentibus. Et ecclesiam de* Warlyngham *quam dedit eis* Robertus *de* Watevilla; & *ecclesiam de* Fishida *quam dedit eis* Matildis *uxor* Haiculfi *de* Many, & Graalandus *filius ejus. Et ecclesiam de* Bedintone *quam dedit eis* Sibilla *de* Watevilla & Ingelrannus *de* Funtoines. *Quare volo* (&c.) *T.* Theobaldo *archiep.* Cantuar. Thoma *cancellario*, Manass. Biset *dapifero*, *apud* Westm.

S. JACOBI *Prioratus juxta* Exoniam *in agro* Devoniensi.

Carta Baldwini *comitis* Devoniæ.

Ex autographo in cartophylacio collegii regalis Cantabr.

VEnerabili domino & patri *Roberto* Dei gratia *Exon.* episcopo omnibusque sanctæ Dei ecclesiæ filiis *Baldewinus* comes *Devoniæ* salutem in domino. Noverit universitas vestra quod ego divinæ pietatis intuitu, assentiente *Ricardo* filio meo, totam terram quæ dicitur *Carelega* cum toto bosco & omnibus pertinentiis suis monasterio beati *Jacobi* apostoli quod extra muros civitatis *Exon.* devotè constitui, & monachis *Cluniacensibus* ibidem Deo & sancto *Jacobo* servientibus, pro remedio animæ meæ & filiorum filiarumque mearum & omnium parentum & amicorum meorum per manum domini *Roberti Exon.* episcopi in die quâ cimiterium ejusdem monasterii dedicavit in perpetuam Dei elemosinam, cum eadem libertate & liberis consuetudinibus quibus manerium meum de Creminstre tenui & habui. Preterea donavi ipsis monachis medietatem decimæ de piscaria mea de *Toppesham*. Ex donatione autem & rogatu *Avitiæ* de sancto *Leonardo*, confirmavi ipsis duas acras terræ in quibus conductus aquæ molendini eorum factus est, & occupationem aquæ redundantis in terram ipsius *Avitiæ*. Concessi etiam præfatis monachis ut nova molendina faciant in terra sua ubi voluerint, amotis molendinis meis de Toppesham; ita quod de cætero nec mihi, nec hæredibus meis, nec alicui infra *Scutebrocam* & Toppesham aliquod molendinum facere liceat. Hoc quidem concessum est assensu & voluntate prædictæ *Avitiæ* de sancto *Leonardo*. Hæc itaque omnia ex intimi cordis affectu & ex voti debito ad prædictorum monachorum sustentationem donavi, supplicans attentius hæredibus meis ne super his aliquam molestiam fratribus inferre præsumant, immo potiùs paternæ devocionis memores quod piè actum est fovere & manutenere dignerentur. Quod ut ratum permaneat impositerum, sigilli mei impressione cum testium subnotacione corroboravi. Hiis testibus, *Huberto* de *Vaus*, *Stephano* de Vandevill, *Radulfo Patrich*, *Ricardo* filio *Radulfi* & *Willielmo* fratre ejus, *Willielmo* de *Hilum*, *Galfrido* de Furnell, *Roberto Duco*, *Galfrido* de *Spineto*, *Jobelo* filio *Nigelli*, & duobus filiis meis *Willielmo* & *Henrico*.

Carta *Ricardi* comitis *Devonie.*

Ibid. R *Everendo domino & patri* Roberto *Dei gratia* Exon. *epiſcopo, Univerſisque ſanctæ Dei eccleſiæ filiis,* Ricardus *comes* Devoniæ *ſalutem in Domino. Quæ divinæ pietatis affectu ſanctis locis beneficia tribuuntur nimia debent ſtabilitate conſtitui, & nulla debent inpoſterum intentione revocari; Quapropter ego* Ricardus Devoniæ *comes univerſitati veſtræ notum fieri volo quod pro remedio animæ meæ, & uxoris meæ* Dioniſiæ, *meorumque parentum defunctorum; videlicet patris mei* Baldwini *comitis, & matris meæ* Adel, *necnon & nobiliſſimi* Henrici *Regis qui terrã antecеſſoribus meis dedit, & pro animabus omnium prædeceſſorum, ſucceſſorumq́, parentum meorum, donationem piæ memoriæ patris mei* Baldwini *comitis* Devoniæ *de terris* Walterii, *cum capella S.* Jacobi *extra civitatem* Exon. *ſita, quam fecit monachis* Cluniacen. *ibidem Deo & ſancto* Jacobo *ſervientibus, ipſo* Waltero *rogante & donante, quicquid juris & dominii in ipſis terris habebat, hærede ſua aſſentiente* Edith, *& terram quæ eſt juxta* Scutebrocam, *& omnes terras quæ ad jus jam dicti* Walterii *pertinebant, conceſſi & irrevocabiliter confirmavi. Hanc itaq́ totam terram præfati* Walterii, *cum omnibus pertinentiis ſuis ſepedictis monachis donavi, & quicquid jure ac legaliter adquirere poterint infra fines totius terræ meæ & feodi mei habeant & teneant cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus & quietanciis, in mediis & omnimodis menſuris, in villa & in via, in portu & mari, in boſco & plano, & aliis locis & rebus, ſolutum liberum & quietum de hundredis placitis & querelis, & omni ſervicio & opere ſervili & teloneo & omni exactione, & omnibus aliis conſuetudinibus & occaſionibus. Si quid verò forisfacti vel querelæ de hominibus vel de terra eorum inciderit, monachi plenariè de omnibus curiam & juſtitiam ſuam propriam habeant. Præterea conceſſi ſepedictis monachis ſancti* Jacobi *medietatem decimæ de piſcaria meæ de* Thopeſhamma *quam* B *pater meus dedit eis per manus* Roberti *epiſcopi in die quando cimiterium eccleſiæ ſancti* Jacobi *dedicavit. Conceſſi etiam eis duas acras terræ quas* Avicia *de ſancto* Leonardo *dedit ſancto* Jacobo *in perpetuam elemoſinam in quibus conductus aquæ molendini eorum factus eſt, & aquæ redundantis occupationem in terra ſua. Conceſſi etiam ut ipſi monachi liberè & quietè, ex novo, molendina faciant quotquot in terra ſua facere voluerint. Hæc itaque omnia conceſſi ſepedictis monachis in perpetuam elemoſinam, in præſentia domini* Roberti *epiſcopi, volens ut ipſi ab omni exactione liberi & immunes, orationi vacent, & pro nobis Deum inceſſanter exorent. Et ne aliquis indevotus contra hanc meæ devotionis paginam, diabolica inſpirationis inſtinctu, aliquam moleſtiam inferat, ipſam ſigilli mei impreſſione corroboravi. Teſtantibus & aſſantibus, magiſtro* Barth. Hugone *de* Auco *arch.* Ricardo *Priore de* Bardeney, Aluredo *Priore ſancti* Jacobi, Sewardo *monacho,* Ricardo *filio* Renfredi, Philippo *de* Furnel, Walterio Longo, *canonicis ſancti* Petri. Alardo *clerico comitis* Baldwini, Ricardo *de* Dunſtanvilla *clericis epiſcopi.* Galfrido *de* Lega, Roberto Daco, Ricardo *&* Waltero *filiis* Radulfi. *Facta eſt confirmatio hæc in præſentia domini* Roberti *epiſcopi* Exonienſis, *anno ab incarnatione domini MClvij. Apud* Exoniam.

In dorſo hujus Cartæ.

Irrotulatur in memorandis ſcaccarii videlicet inter Recorda de termino ſancti *Michaelis* anno ſecundo Regis *Henrici* quarti ex parte Rememoratoris Regis, rotulo videlicet xv.

Confirmatio donationum per Robertum Exon. *epiſcopum.*

Omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Robertus* Dei gratia *Exon.* epiſc. ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod venerabilis *Baldewinus* de *Reveriis Exon.* comes, filio ſuo *Ricardo* concedente, & plenarium aſſenſum præbente, pro remedio animæ ſuæ, & precipuè pro anima uxoris ſuæ *Adeliæ*, & patris ſui *Ricardi*, & matris ſuæ *A.* & pro omnium prædeceſſorum, ſucceſſorumq́; ſuorum animabus, totam terram cum capella ſancti *Jacobi* extra *Exon.* & cum decima, & omnibus pertinentiis ſuis, quas *Walterus* filius *Wlwardi* ex eo liberè & quietè tenuit, ipſo *Waltero* rogante & concedente, quicquid juris & dominii in eis habebant, hærede ſua *Edith* aſſentiente, Deo & monaſterio ſancti *Petri* de *Clun.* & ſancti *Martini* de *Campis* ad ſuſtentationem monachorum *Clun.* ibidem Deo & S. *Jacobo* ſervientium per manuum mearum inveſtituram donavit, & irrevocabiliter confirmavit; cum eadem libertate, & liberis conſuetudinibus quibus terram ſuam de Topeſham tenuit & habuit. Inſuper conceſſit jam dictis monachis ut omnes terras ſuas & homines, poſſeſſiones, & elemoſinas, quas habent vel inpoſterum jure ac legaliter adquirere poterunt infra fines totius terræ ſuæ, & feodi ſui, habeant & teneant ſolutas liberas & quietas ab omnibus exactionibus, ſubjectionibus, hundredis, placitis, querelis, & omni ſervicio, & opere ſervili, & theloneo, & omnibus conſuetudinibus quæ excogitari poterunt. Præterea verò pia devotione conceſſit, ut præfati monachi & homines eorum habeant quamlibet menſuram & libertatem vendendi & emendi, & res ſuas modis omnibus juſtè multiplicandi. In terra etiam ſua conceſſit ut habeant abſque omni impeditione liberum itum & reditum cum rebus ſuis, & communes paſcuas animalibus ſuis, & juncos in mariſco abſque impetitione, & omnem communitatem profectum & refugium in omni loco qui ad ſe ſpectare dinoſcitur. Si quid verò forisfacti vel querelæ inter homines ejus & homines monachorum quacunque occaſione inciderit, monachi plenariè de qualibet cauſa, curiam & juſticiam ſuam habeant propriam & emendationem. Ibid.

Hæc itaquæ omnia ſepedictis monachis donavit, & jure proprietatis tranſfactavit, ita quod in eos nec ſibi nec alicui ex hæredibus ſuis aliquid violentæ poteſtatis excercere licebit niſi tantummodo contra adverſantium moleſtias defenſionis auxilium. Et quia hæc prædicta prædictorum fratrum ſuſtentationi minime ſufficere eſtimavit, divini amoris inſtinctu totam eccleſiam de Tuiverton, cum capellis & omnibus pertinentiis ſuis, permiſſione & aſſenſu meo, donavit, & ſcripto

autentico

autentico confirmavit. Volens ut monachi ab omni vexatione liberi & immunes, orationi vacent, & Deum pro se & suis indesinenter exorent. Præterea præfatus *B.* illustris comes *Exon.* ecclesiæ S. *Jacobi* tantum beneficii ex voto conferre tenetur, unde sacer monachorum conventus constitui, & sustentari poterit. Quod ne tractu temporis vel malignantium versutiis in dubium revocetur, ego sicut diocesanus episcopus ad petitionem tam *B.* comitis quam *Ricardi* ejusdem monasterii Prioris, præsenti scripto & sigilli mei appositione confirmavi, salva semper auctoritate nostra, & successorum nostrorum episcoporum. Actum ab incarn. domini anno millesimo centesimo quadragesimo sexto apud *Exon.* Hiis testibus, *Walterio* de **Piriton**, *Hug.* de *Anco*, *Radulfo* filio *Jocelini* archidiac. magistro *Will. Cucufel*, *Philippo* de *Furnell. Johanne Paz*, *Stephano* de *Mandevilla*, *Huberto* de **Maus**, *Radulfo Partrich*, *Roberto* de *Scocis*, *Rogero* abbate, *Willielmo* filio *Radulfi*, & fratre suo *Roberto*, *Hug.* clerico de **Colesdon**, *Roberto* de **Civerru**, *Galfredo* de **Whitevill**, *Willielmo de* **Pulters**, domino *Rogero* abbate de **Tavistoke**, *Ricardo* filio *Radulfi*, *Willielmo* de *Morevilla*, & filiis sepedicti *B.* comitis, *Ricardo Willielmo*, *Henrico. Jocelino* filio *Nigelli*, *Gaufredo* de *Lega* militibus, *Ricardo* & *Edwardo* monachis.

Carta *Matildis* Imperatricis.

M *Imperatrix* H. *Regis filia*, & Anglorum *domina archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris, & omnibus fidelibus suis*, Francis & Anglis *totius* Angliæ *salutem. Sciatis me concessisse Deo & sancto* Martino *apud* Paris. *& monachis ibidem Deo servientibus, illam donationem quam* Baldewinus *comes* Devon. *eis fecit de capella sancti* Jacobi, *& de terra & de omnibus illis rebus quæ ad eandem capellam adjacet & pertinet. Quare volo & firmiter precipio quod bene, & in pace & liberè & quietè de omnibus consuetudinibus & quietudinibus capellam prædictam cum omnibus quæ ad eandem capellam pertinent, & adjacent, teneant, ne super hoc aliquis . . . . . inde injuriam vel contumeliam aliquo modo faciat. T.* Milone *comite* Herefordiæ, ... Brientio *filio comitis*, & Roberto *de* Curc. *dapif.* & Roberto *de* Oilli, & Johanne *de S.* Johanne, & Roberto *filio* Martini, *Apud* Oxon.

In dorso sic scribitur.

Irrotulatur in memorand. scaccarii videlicet inter Recorda de term. S. Trinit. anno primo Regis *Henrici* quarti ex parte Remem. Regis.

Carta Stephani *de sancto* Leonardo.

Ibid. NOverint tam præsentes, quam futuri, quod ego *Stephanus* de sancto *Leonardo*, pro remedio animæ meæ & uxoris meæ *Cristinæ*, & hæredis mei *Adæ*, & patris mei *Nigelli* & matris meæ *Avicia*, ecclesiæ sancti *Jacobi*, & monachis *Cluniacensibus* ibi Deo servientibus concessi, & dedi sex acras terræ, quæ est inter conductum aquæ molendini, & viam regiam, in perpetuam elemosinam, acceptis tantum pro quatuor scris, duabus marcis de caritate domus. Hanc donationem ego & hæres meus *Adam* & uxor mea posuimus super altare sancti *Jacobi* per librum sanctorum Evangeliorum, &c. Testes *Augustinus* Prior sancti *Jacobi* (*&c.*)

Carta Baldwini Devoniæ *comitis.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis incipit carta comitis *Baldwini*. Sciant tam præsentes quàm supervenientes ad quorum notitiam hæc carta pervenerit, quod ego *Baldewinus* de *Reveriis*, *Exoniensis* comes, filio meo *Richardo* concedente, pro anima mea & uxoris meæ *Adeliæ* & patris mei *Ricardi* & matris meæ *Adeliæ*, necnon & nobilissimi *Henrici* Regis, qui terram patri meo dedit, filiorumque & filiarum mearum ac prædecessorum successorumque parentum meorum animabus per manum *Roberti*, *Exoniensis* antistitis, rogatu *Ricardi* monachi cognati mei, ecclesiam de *Tuivertona*, cum omnibus appendiciis suis, tam in præbendis quàm in decimis & ecclesiasticis beneficiis, salvo jure matricis ecclesiæ, monasterio sancti *Jacobi* Apostoli quod juxta civitatem contra austrum in elemosinâ mea situm est, *Cluniacensibus* monachis ibidem Deo servientibus, pluribus astantibus & testantibus dedi, & hoc meo sigillo confirmavi.

Ex Analectis *Andreæ du Chesne* illustris *Galliar.* Regis historiographi.

Tiverton in *Devonia.*

IDem Baldwinus *rogante venerabili monachis* Ricardo *de* Tottonia *cognato suo, totam terram cum capella sancti* Jacobi, *& decima & omnibus pertinentiis suis, quæ* Walterus *filius* Walwardi *de eo liberè tenebat, ipso* Waltero *rogante & concedente, quicquid juris & dominii in eo habebat, hærede suo* Edith *assentiente, Deo & monasterio sancti* Petri *de* Cluniaco, *& sancti* Martini *de* Campis *ad sustentationem monachorum* Cluniacensium *ibidem Deo & sancto* Jacobo *servientium per manum domini* Roberti, Exoniensis *episcopi, donavit & irrevocabiliter confirmavit. Testib.* Ricardo, Willielmo *&* Henrico *filiis ejusdem.*

LENTONENSIS *Prioratus in agro* Notinghamensi.

Diploma Regis Edw. 2. *ipsam fundationis cartam, necnon donationes diversorum recitans & confirmans.*

REX archiepisc. &c. salutem. Inspeximus cartam quam *Willielmus Peverel* dudum fecit in hæc verba. Notum sit omnibus fidelibus sanctæ ecclesiæ D. i clericis & laicis *Francis* & *Anglis* qui modo sunt, & qui venturi sunt, quod ego *Willielmus Peverellus* pro divini cultus amore & communi remedio animarum dominorum meorum *Willielmi* Regis, & uxoris ejus *Matildis* Reginæ, & filii eorum *Willielmi* Regis, & omnium parentum suorum, & meorum, necnon & pro salute domini mei *Henrici*

Cart. 10 E. 2. n. 50.

Videetiam Pat. 6. R. 2. part. 1 m 8 Et Pat. 9. E. 3. part. 2. m. 10. Et Cart. 30. E. 3. n. 7. Et Pat. 2. H. 4. part. 3. m 35.

rici Regis & uxoris ejus *Matild.* Reginæ, & filii eorum *Willielmi*, & filiæ eorum *Matildis*, pro statu quoque regni sui, necnon & pro salute animæ meæ, & uxoris meæ *Adelinæ*, & filii mei *Willielmi*, & omnium liberorum meorum, pia devotione & devota largitione offero Deo & ecclesiæ *Cluniacensi* & *Poncio* abbati, ejusque successoribus imperpetuum substituendis, monasterium quod in honore sanctæ *Trinitatis* in *Lentona* constitui, jure perpetuo, sub Prioratu, ac dispositione ipsius *Cluniacæ* institutionis justè libereque instituendum, & possidendum cum universis quæ in hac carta subscribuntur; ita tamen ut ipsum monasterium erga *Cluniacum* sit liberum, & quietum pro una marca argenti de recognitione per annum. Beneficia igitur & possessiones quas ego ipsi monasterio sanctæ *Trinitatis* & monachis *Cluniacensibus* ibidem Deo servientibus dono & presenti carta confirmo, ista sunt nominatim; villam *Lentonæ* cum omnibus pertinentiis suis, exceptis quatuor molendinis quorum teneo duo in meo dominio & *Adelina* uxor mea tertium, & *Herbertus* miles meus quartum; cetera molendina monachorum sunt, & propriè septem. Similiter **Radeford**, *Morthonam*, *Kichibonam*, cum omnibus pertinentiis earum. Et quicquid habeo in **Newtorp**, & **Papelwich**, in bosco & in plano & in omnibus aliis rebus. Item *Blacowella* in *Pecco* cum omnibus pertinentiis suis. Item *Corthahala* in *Hantesyra* cum bosco suo & omnibus aliis pertinentiis suis, excepto feodo unius militis & terra *Turstini Mantelli*.

Item duas partes omnium decimationum de dominiis meis, de omnibus rebus quæ decimari possunt; videlicet de *Blideswerda* cum quodam rustico virgatam terræ tenente ad colligendas decimas. In *Dostona* similiter, in *Neuboda* similiter, *Tindeswella* similiter, in *Bradewella* similiter, in *Badecowella* similiter, in *Hocealawa* similiter, in **Elleford** similiter, in **Wrunebill** similiter, in **Wonay** similiter, in *Hulma* similiter. Item duas partes decimationum dominicarum pasturarum mearum in *Pecco* quarum nomina sunt hæc. **Bachalcros**, *Ferneleia*, *Dernehala*, **Quatford**, **Buchestanes**, **Strebroch**, *Staldona*, *Cudala*, **Crochil**, *Chaldelawa*, **Duninggestede**, *Chelwerdona*, *Stauredala*. Item totam decimam pullorum & pullarum ubicumque haracium habuero in *Pecco*, vel aliquis alius super dominicas pasturas meas. Item totam decimam plumbi mei & venationis meæ, tam in coriis quam in carnibus & totam decimam piscium piscariæ meæ de **Notingham**. Item, concedente domino meo rege *Henrico*, dono eis ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Burgo Anglico*, de **Notingham**, cum terris & decimis, & omnibus aliis pertinentiis suis, ecclesiam sancti *Petri* cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti *Nicholai* cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de **Radeford** cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de *Lindebeia* cum omnibus pertinentiis. Ecclesiam de *Langara* cum terris & decimis & omnibus pertinentiis suis; & cum uno villano virgatam terræ tenente. Ecclesiam de *Foresiona* cum una virgata terræ & decima & aliis omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de *Herlestona* cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de *Corthahala* cum omnibus pertinentiis, ecclesiam de *Irencestria* cum terris & decimis & omnibus aliis pertinentiis suis, ecclesiam de *Rissendena* cum una virgata terræ & decima tota & omnibus aliis pertinentiis suis, & unum villanum in eadem villa virgatam terræ tenentem. Hæc omnia præfato monasterio dono & confirmo in liberam & perpetuam elemosinam & ab omni servicio & seculari exactione quieta: ego enim & hæredes mei adquietabimus ea imperpetuum, & erga regem & erga omnes homines. Præterea concedo ipsi monasterio quicquid homines mei eidem contulerunt pro remedio animarum suarum, videlicet duas partes omnium decimarum dominicorum suorum de omnibus rebus quæ decimari possunt; horum primus est, *Avenellus* qui hoc contulit de dominiis suis in *Haddona* & in **Pethouceploth** & **Manar**, *Safredus* in *Empingaha* & in **Baseford**, & *Robertus* filius *Pagani* in eadem villa similiter, *Robertus* de **Peris** in *Hesburna*, & in **Ollecrophi** similiter, *Goisfridus* & *Willielmus* in *Ernesbeia* similiter, *Normannus* de **Montfaltrel** in **Asebech**, & in *Childwella* & in **Hozpol**, similiter *Rogerius Bristo* in *Waleuthona*, & in *Kalathala* similiter, *Gocelinus* in **Wathenoch** & *Radulfus Malherba* in *Aspeleia*, & *Serlo Blundus* in **Torpy**, & *Erbertus* in *Gonalvestona*, similiter, *Helgotus* in *Bareswerda*, & in **Cotis**, *Robertus* de *Pavelliaco* in *Hoctona*, *Walterus Flammeth* in **Paureham**, *Hugo* filius *Ricardi* in *Claindona*, *Normannus* de sancto *Patricio* in **Deresburch**, & in *Blacol Westeia*, & in **Raalund**, *Gaufridus Heriz* in **Stapelford**, *Adelelmus* in *Languleia*, & *Robertus* filius *Warnerii* in *Thonethona*, similiter *Robertus* de **Mortuein** & hæredes sui decem solidos vel decem solidatas per singulos annos imperpetuum. Hujus donationis & scripti testes sunt *Girardus* archiepisc. *Eboracensis*, *Robertus* episc. *Lincoln.* *Robertus* comes de **Bedelent**, *Simon* comes de *Nordhamtona*, *Hugo* vicecomes *Leicestriæ*, *Robertus* de **Chauz**, *Hugo* de **Burun**, *Oddo* de *Bonevia*, *Avenellus* de *Haddona*, & omnes alii homines mei prædicti.

Inspeximus etiam cartam quam bonæ memoriæ dominus *H.* quondam rex *Angl.* progenitor noster fecit dictæ ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de **Lenton** & monachis ibidem Deo servientibus, in hæc verba. *H.* Dei gratia rex *Angl.* & dux *Norm.* & *Aquit.* & comes *And.* archiepisc. (*&c.*) Sciatis me concessisse & dedisse & præsenti carta confirmasse ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de *Lentona* & monachis ibidem Deo servientibus in liberam & perpetuam elemosinam quaterviginti acras terræ de essartis in *Curtehala*, & molendinum de **Blachelif** in escambium terræ de **Papelwich**, quam dedi in liberam & perpetuam elemosinam canonicis de *Novo loco* in *Sirwuda* quos ibi fundavi. Quare volo (*&c.*) T. J. *Norwic.* episcopo, *G.* filio *Petri*, *Rand.* de **Glanvill**, *Hug.* de **Creissi**, *Gaufr. Pertic.* *Roberto* de **Stutevill**, *Willielmo* filio *Radulfi*, *Radulfo* filio *Stephani* camerario, apud **Nothingeham**.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noster fecit Priori dictæ ecclesiæ de **Lenton** in hæc verba. *H.* rex *Angl.* (*&c.*) salutem. Præcipio quod omnes res Prioris de

Lentona

Lentona quas homines sui affidare poterint suas esse proprias, sint quietæ de teloneo & passagio & omni consuetudine, & prohibeo ne aliquis eos super hoc disturbet neque injuriam vel contumeliam eis faciat super x. libr. forisfacturam. *T. Warino* filio *Geroldi* camerario, *Roberto* de *Dunstanvilla*, & *Mag. Aluer.* apud Bzokeherst.

Inspeximus etiam cartam quam bonæ memoriæ dominus *S.* quondam Rex *Anglia* progenitor noster fecit dictæ ecclesiæ de Lenton in hæc verba. *S.* Rex *Anglia* archiepiscopo *Eboraci* & justic. & vicecom. & baronibus & ministris & omnibus fidelibus suis *Francis* & *Anglis* de *Notinghamscira*, salutem. Sciatis quia confirmo & concedo donationem illam quam *Hugo* de Burun fecit ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de *Lentona* & monachis *Cluniacensibus* ibidem Deo servientibus de tota terra sua quam habebat in *Cotesgrava* præter servicium quatuor militum, sicut idem *Hugo* illam eis dedit & carta sua confirmavit. Quare volo & firmiter præcipio quod illam bene & in pace & honorificè & liberè & quietè teneant sicut *Hugo* unquam melius vel liberius tenuit & sicut tenent aliam elemosinam suam. T. *Ricardo* de Canvill, & *R.* de Curci, & *Baldwino* fil. *Gisleberti*, & *W. Peverel*, & *W.* de *Albini*, Apud *Lincolniam*.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noster fecit monachis dictæ ecclesiæ de Lenton in hæc verba. *H* Rex *Anglia* (*&c.*) Sciatis me concessisse & hac mea carta confirmasse monachis de Lenton unam feriam octo dierum ad festum sancti *Martini* cum plenario theloneo de omnibus rebus de quibus theloneum accipi potest, exceptis emptionibus illis quas de mensa vel vestitu eorum esse constiterit, quibus super hoc quietanciam dedi & confirmavi. Quare volo (*&c.*) Præcipio etiam ne vicecomites nec castellani de Notingham vexent prædictos monachos in dranis boum, nec in aliquo alio sicut solebant, set emant tali foro sicut alii venientes ad nundinas de longinquis partibus. Volo etiam ut prædicti monachi & res & possessiones & homines eorum liberi & quieti sint ab omni seculari servicio & exactione Et si quis versus prædictam domum aliquid de suis possessionibus clamaverit, sive eam in aliquo vexare, vel in placitum ponere voluerit, prohibeo ne pro aliquo respondeant, neque in placitum intrent, neque aliquis eam placitare faciat, nisi coram me vel capitali justicia mea. Hæc omnia concessi eis in perpetuam elemosinam pro anima *H.* Regis & antecessorum meorum, & pro mea meorumque & omnium fidelium salute. T. *Rogero Eboracensi* archiepiscopo, *Gilberto Lundonensi* episcopo, *Willielmo Norwicensi* episcopo, *Ricardo* de Humet, & *Willielmo* filio *Johannis*, Apud Nozhamton.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noster fecit monachis dictæ ecclesiæ de Lenton in hæc verba. *H.* Dei gratia Rex *Anglia* (*&c.*) *R.* filio *Bern.* & omnibus ministris & forestariis suis de intra Ribbile & Werfe, salutem. Sciatis nos dedisse & concessisse & hac mea carta confirmasse monachis de Lenton pro salute mea & hæredum meorum, & pro anima Regis *H.* avi mei & antecessorum meorum hermitagium de *Kersfiala* cum omnibus pertinentiis suis in liberam puram & perpetuam elemosinam. Quare volo (*&c.*) T. *B. Exon.* episcopo, apud Pozcestre.

Inspeximus etiam cartam quam bonæ memoriæ dominus *J.* quondam Rex *Anglia* progenitor noster fecit dictæ ecclesiæ de Lenton & monachis ibidem Deo servientibus in hæc verba. *J.* Dei gratia Rex *Anglia* (*&c.*) Sciatis nos concessisse & presenti carta confirmasse ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de Lenton & monachis ibidem Deo servientibus, in liberam perpetuam elemosinam, quas terviginti acras terræ de essartis de Curtehale, & molendinum de Blachelif in escambium terræ de Papelwik quam Rex *Henricus* pater noster dedit in liberam & perpetuam elemosinam canonicis de *Novo loco* in Lincolnia quos ibi fundavit. Quare volumus (*&c.*) Concessimus etiam & hac carta nostra confirmavimus eisdem monachis de Lenton pro salute nostra & hæredum nostrorum & pro animabus *H.* Regis proavi nostri & *H.* Regis patris nostri & antecessorum nostrorum heremitagium de Hertshal cum omnibus pertinentiis suis in liberam puram & perpetuam elemosinam. Quare volumus & firmiter præcipimus ut prædicti monachi nostri liberè & quietè in pace & honorificè teneant prædictum heremitagium, sicut *Hugo* de Burun monachus eorum liberius & quietius tenuit. Concessimus etiam & hac carta nostra confirmavimus eisdem monachis unam feriam octo dierum ad festum sancti *Martini* cum plenario theloneo de omnibus rebus, de quibus theloneum accipi potest, exceptis emptionibus illis quas de mensa vel vestitu eorum esse constiterit, quibus super hiis quietanciam concessimus & confirmavimus. Quare volumus (*&c.*) Data per manum *Simonis* archid. *Wellensis*, & *Johannis* de Gray, Apud *Wygorniam* lexto die Aprilis regni nostri anno primo.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noster fecit (*&c.*) *Johannes* Dei gratia Rex *Anglie* (*&c.*) Sciatis nos concessisse & præsenti carta confirmasse Deo & conventui monachorum de Lenton ecclesias de Papertehal, & de Falmeresham cum omnibus pertinentiis suis quæ sunt de tergianteria nostra, in puram & perpetuam elemosinam, quas *Robertus* filius *Willielmi* eis dedit & cartis suis confirmavit. Et præterea quicquid habent ex dono advocatorum suorum vel aliorum fidelium, sive ex emptione, sive ex venditione, sicut cartæ & cirographa eorum testantur, in perpetuam elemosinam eis confirmamus & corroboramus (*&c.*) Hæc omnia concessimus eis in perpetuam elemosinam, pro anima *H.* Regis proavi nostri & *H.* Reg. patris nostri & antecessorum nostrorum, & pro nostra nostrorumque & omnium fidelium salute, sicut carta Regis *Henrici* patris nostri rationabiliter testatur. Concessimus etiam eis, ut omnibus diebus habeant liberum introitum & exitum sine omni impedimento forestariorum nostrorum in nemus nostrum de Berkewud cum una caretta ad mortuum boscum capiendum & cum duabus carettis ad bruerum, quantum eis ad proprios usus sufficerit libere capiant (*&c.*) Dat. per manum *Simonis* archid. *Wellen.* & *Johannis* de Gray archid. *Gloecestr.* Apud Gildeforz xxij. die Aprilis regni nostri anno primo.

Inspeximus

Inspeximus etiam quandam aliam cartam quam idem progenitor noster fecit (*&c.*) Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum nostrorum dedisse & concessisse & hac carta nostra confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de **Lenton** & *Petro* Priori & successoribus suis & monachis ibidem Deo servientibus & servituris, decimam venationis nostræ capiæ in comitatibus *Notingehamia* & *Derebia* ; scilicet de cervis, & bissis, & damis, & damabus, & porcis & laiis, habendam in perpetuum in liberam puram & perpetuam elemosinam. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum magistri *Ricardi* de *Marisco* archid. *Norhumbr.* apud *Westm.* secundo die Decembris anno regni nostri quartodecimo.

Nos autem donationes, concessiones, confirmationes & præcepta prædicta ; necnon & concessionem quam *Robertus* quondam comes de **Pellent** fecit prædictæ ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de ecclesia de **Winchingestone** cum omnibus pertinentiis suis. Et concessionem quam *Robertus* quondam comes *Legr.* fecit prædictæ ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de prædicta ecclesia de *Winchingestonia*, & de tribus virgatis terræ ei adjacentibus cum tribus toftis & croftis cum pertinentiis suis. Et donationem & concessionem quas *Willielmus* de *Ferrariis* quondam comes *Derbeya* fecit Deo & prædictæ ecclesiæ de **Lenton** & monachis ibidem Deo servientibus in puram & perpetuam elemosinam de omnibus decimis de essartis forestæ de *Alto Pecco* cum pertinentiis suis. Et donationem quam *Hugo* de **Eu**run, & *Hugo Meschinus* filius & hæres suus, fecerunt Deo & prædictæ ecclesiæ de **Lenton**, de ecclesiis de *Oscintona* & *Orseleya*, & de medietate ecclesiæ de *Cotesgrava* cum appendiciis earum. Et donationem quam *Ricardus Buissel* fecit Deo & prædictæ ecclesiæ de **Lenton** & fratribus ibidem Deo servientibus, de ecclesia de *Brocstona* cum omnibus pertinentiis suis, & de capella quæ est in eadem villa cum gardino quod est subtus eam versus meridiem, & de medietate curtis præfati *Ricardi*, & de quadam parte proprii gardini sui, & de quindecim acris de dominio suo ad servicium capellæ finaliter, & de sex bovatis terræ de suo dominio, & de sex bovatis terræ de tenura villanorum, & de hominibus terras tenentibus, & de tribus bordariis cum eorum serviciis, & de una tofta ibidem pro mansura, & de una tofta cum uno bordario, & de una acra prati & dimidia infra *le Lund* cum pertineneiis suis. Et donationem concessionem & confirmationem quas *Matheus* de **Haverseg** filius *Mathei* de **Haver**seg fecit Deo & prædictæ ecclesiæ de **Lenton**, & Priori & monachis ibidem Deo servientibus & eorum successoribus de maneriis de **Holm** & **Donestone** cum pertinentiis suis. Et donationem & concessionem quas *Odo* de *Bodeya* fecit dictæ ecclesiæ de **Lenton**, & monachis ibidem Deo servientibus de medietate ecclesiæ de **Ro**dingburgh cum pertinentiis suis, & de terra *Reginaldi* in **Chilswell**, & de ecclesia de **Barton** cum pertinentiis suis, & de duabus partibus decimæ dominii sui in *Bonia* & **Wyabemare** cum pertinentiis suis, rata habentes & grata, ea dilectis nobis in Christo Priori & conventui dicti loci de **Lenton** & successoribus suis pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est, concedimus & confirmamus (*&c.*) Dat. per manum nostram apud *Eboracum* xix die Augusti.

Carta regis Henrici *primi.*

Ex chartulario *Cluniacens.*

IN nomine sanctæ & individuæ *Trinitatis*, Notum sit fidelium sanctæ ecclesiæ piæ devotioni, quod ego *Henricus* rex *Anglorum* pro divini cultus amore & animæ meæ remedio (*&c.*) & pro salute atque incolumitate filii mei *Guillielmi* ac filiæ meæ *Mathildis* (*&c.*) concedo ecclesiam sanctæ *Trinitatis* quæ est in *Lentona*, dominio ac religioni monachorum *Cluniacensium* amodo ibidem Deo servientium, *Willielmo Peverello* ejusdem ecclesiæ *Fundatore* cum uxore sua *Adeleyda* & filio suo *Willielmo* id fieri obnixe flagitante plurimumque deprecante, jure perpetuo sub Prioratu ac dispositione *Cluniaca* institutionis inconcusse & inviolabiliter ac prorsus omni remota calumnia possidendam, cum universis quæ ab eodem *Willielmo Peverello* de **Not**tingham eidem ecclesiæ collata sunt ; id est decem carucatas terræ cum plurimis decimis, & manerium de *Curtehala*, excepto feodo unius militis quod *Walterus* filius *Winemeri* tenet, & terram *Turstini Mantelli*. Pro recognitione autem dabit supradictus *Willielmus* & successores ejus unam marcham argenti de suo proprio unoquoque anno supradictæ *Cluniacensi* ecclesiæ. ✠ Signum *Henrici* regis. ✠ Signum *Matildis* reginæ. ✠ Signum *Willel. Peverelli* de **Not**tingham. ✠ Signum *Adelinæ* suæ uxoris. ✠ Signum *Ro.* comitis, & aliorum bonorum testium.

PONTFRACTENSIS
Prioratus in agro Eboracensi.

Carta Roberti *de* Laceio *primi fundatoris.*

Ex cartulario de *Pontefracto* fol. 1. penes Thomam Widdrington militem an. 1658.

Robertus de *Laceio* omnibus hominibus suis *Francis* & *Anglis* & omnibus fidelibus sanctæ ecclesiæ salutes. Sciatis me consilio *T.* venerabilis archiepiscopi *Eboraci* & aliorum religiosorum virorum domum quandam religionis fundasse in dominio meo in **Pyrkebi** monastici ordinis in honore sancti *Johannis* apostoli & evangelistæ, quam propter bonum odorem & honestam famam ordinis *Cluniacensis*, monachis de *Caritate*, filiis videlicet *Cluniacensis* ecclesiæ subjeci. Quorum monachorum de *Caritate* venerabilis Prior *Wilencus* consilio communi totius conventus sui, mihi quosdam de fratribus suis ad domum illam regulariter custodiendam transmisit, & sigillo suo ordini *Cluniacensi* & eidem ecclesiæ de *Caritate* eandem domum confirmavit. Et ego pro salute mea & domini mei *Willielmi* regis primi, & *Hylberti* patris mei & *Hawisiæ* matris meæ & omnium antecessorum

anteceſſorum & hæredum meorum, donavi prædictæ eccleſiæ ſancti *Johannis* & monachis meis ibidem Deo ſervientibus, ad victum & ſuſtentationem in ſervitio Dei, & confirmo hac carta mea, & hoc ſigillo meo, ſitum ipſius loci ubi habitant, cum tota terra de **Bzakenhil**. Inſuper plenariam cuſtodiam hoſpitalis de ſancto *Nicholao* ubi prius habitaverunt, intus & foris ad diſpoſitionem ſuam in uſus pauperum. Inſuper de dominio meo **Witewde** & **Param**, **Ledeſtun**, & medietatem de **Ledeſham** cum tota eccleſia ejuſdem villæ, & **Doddewzthe** cum omnibus ad eaſdem villas pertinentibus, videlicet in boſco, in plano, in paſcuis, in pratis, in ſtagnis, in aquis & molendinis. Et unam carucatam terræ in **Altoftes**, & in **Bzkeby** unam carucatam terræ de donatione *W. Folioth*, & **weſt**-molendinum de **Bzkeby**, & plenariam piſcationem à **Witewde** uſque ad *Queldala*. Inſuper eccleſiam omnium Sanctorum in prædicta villa de **Bzkeby**, & eccleſiam de **Bzpeis**, & eccleſiam de *Dardintona* cum omnibus ad eaſdem eccleſias pertinentibus. Et eccleſiam de **Sylkeſton** ex dono *Suani* filii *Ailrici*, cum capellis & omnibus ad eandem pertinentibus. Et inſuper capellam de ſancto *Clemente* ne alteri religioni detur quam prædictæ eccleſiæ ſancti *Johannis*. Hæc omnia eis confirmo, ut liberè & quietè teneant & poſſideant in puram & perpetuam elemoſinam de me & de hæredibus meis. Quicquid etiam eis inpoſterum de feudo meo datum fuerit in elemoſinam, vel quod fideliter adquiſierint ſimiliter eis confirmo. Teſtibus, *W. Peverel*, *W. Folioth*, *Herveo* de **Campels**, *Rogero Pictavienſi*, *W.* de *Wenrevilla*.

Item Carta ejuſdem Roberti *de* Laſceio.

Ibid. OMnibus in Chriſto credentibus *Robertus* de *Laceio* ſalutem. Sciatis me pro amore Dei & pro ſalute animæ domini mei *Henrici* Regis *Anglorum* & pro incolumitate ſua & ſtatu regni ſui, & pro remedio animæ meæ & omnium meorum, conſilio *T.* venerabilis archiepiſcopi *Eboraci*, aſſenſu & conceſſione ejuſdem ſereniſſimi Regis *Henrici* conceſſiſſe dediſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſancto *Johanni* & monachis meis in *Pontefracto* Deo ibidem ſervientibus, ad præbendandos equos ſuos & hoſpitum ſuorum quoddam dominium meum ſcilicet **Doddewzthe** quod ſitum eſt inter **Sylkeſton** & **Berneſle**, plenariè & ſine omni diminutione cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in viis & ſemitis, per vallem quandam moroſam & aquoſam ultra **Cſkeſeclif**, unde ex monachorum benivola permiſſione dabuntur michi ſpernarii ibi hæreditantes. Quæ vallis certificat diviſam inter **Turgarland** & **Staunburch** & **Doddewzthe** ex illa parte. Et ex alia parte per rivulum quendam qui vocatur **Serbinbzoch** & cadit in prædicta valle. Et ex tertia parte verſus **Sylkeſton** per luporum foveam, & per arborem quandam quæ vocatur anglicè **Lind**, & per moroſum fontem, & ſic per alterum rivulum qui currit **Helilatam**, & cadit in aquam quæ venit de **Sylkeſton**. Quæ loca certificant diviſas inter **Sylkeſton** & prædictam **Doddewzthe**. Et ita per vallem illam ultra **Huggeſlide**, & per eaſdem aquæ de **Sylkeſton** medietatem uſque contra **Barneby**; quæ aquæ medietas certificat diviſam inter **Barneby** & prædictam **Doddewzthe** in illa parte. Et ita retrahendo ſurſum per montis ſupercilium uſque in **Ravenecſclou**. Qui **Ravenecſclou** certificat diviſam inter **Bert** & ſepedictam **Doddewzthe**, in puram & perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſeculari exactione. Et hoc prædictum dominium per diviſas ſupradictas ego & hæredes mei warentizabimus prædictis monachis contra omnes homines. Conceſſi autem & confirmavi eiſdem monachis meis, ex dono *Suani* filii *Ailrici* eccleſiam de **Sylkeſton** cum ſex bovatis terræ in eadem villa cum pertinentiis ſuis, & capellam de **Calthozn** & cæteras capellas, & terras & decimas prædictæ eccleſiæ vel prædictæ capellæ pertinentes. Hiis teſtibus, *T.* Dei gratia *Eboracenſi* archiepiſcopo, *Willielmo Peverel*, *Willielmo Folioth*, *Herveo* de *Campeus*, *Rogero Pictavenſi*, *Willielmo* de *Wenreville*.

Carta Hugonis de la Val.

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, Salu- Inſpex. 1. b.
berimum eſt ut quicquid a prædeceſſoribus viris catholicis, eccleſiæ Dei & ei ſervientibus impenſum eſt, à poſteris firmum & perpetuum teneatur. Eapropter ego *Hugo de la Val* id potiſſimum ſuggerente, & aſſentiente *Turſtino* venerabili *Eboracenſium* archiepiſcopo, pro ſalute domini mei *Henrici Anglorum* Regis & uxoris ſuæ & ſtatu regni eorum, & pro remedio animarum patris & matris & fratris ſui *Willielmi* Regis & prioris conjugis ſuæ & *Willielmi* filii eorum necnon & omnium anteceſſorum & parentum ſuorum, & pro ſalute mea & conjugis meæ & liberorum meorum, & pro remedio animarum anteceſſorum meorum concedo per Dei gratiam & conceſſum ejuſdem ſereniſſimi Regis *Henrici*, & ſub teſtimonio præſentis cartulæ confirmo quicquid *Robertus* de *Laceio* tempore Regis *Willielmi* ſecundi & ego poſtmodum tempore Regis *Henrici* donavi monaſterio ſanctæ *Mariæ* de *Caritate* ad uſum monachorum ſub regula ſancti *Benedicti* ſervientium in monaſterio ſancti *Johannis* evangeliſtæ de **Bzkeby** caſtello meo; videlicet ſitum ipſius monaſterii & ſeptem acras terræ ibidem cum manſis earum, & in **Bzachehel** xij. acras & eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de *Foro* cum rebus ad eam pertinentibus. Hujus eccleſiæ ſcilicet dimidium erat prius Canonicorum ſancti *Oſwaldi*. Verùm pro commoditate quadam Canonicorum & monachorum, ex beneficio meo per manum domini *Turſtini* archiepiſcopi illud dimidium Canonicorum dedi ipſis monachis. Et eccleſiam de **Ledeſham**, & aut xij. ſolidos ad teſtum ſancti *Andreæ* de theloneo caſtelli, aut decimam **Ledeſtune** per ſupradictos xij. ſolidos a capellanis meis de ſancto *Clemente* commutatam. Et ita conceſſum eſt & gratatum utrimque pro eccleſia de **Fedzeſtan** quam modò habent Canonici. Rurſum concedo prædicto monaſterio dimidium prædictæ villæ de **Ledeſham** quod antea habebant, & *Ledeſtonam* & *Witewodam* & *Dodewrdam*, & in **Foroles** vj. bovatas terræ, & aquam quæ eſt inter duos molendinos de **Caſtelfozd**, & ante caſtellum unam carucatam terræ de dono *Willielmi*

Folioth; & in **Silkeſton** vj. bovatas terræ de dono *Aiſi*. & eccleſiam de **Silkeſton** cum hiis quæ ad illam pertinent, de dono *Swani* filii *Ailrici*, & iterum de dono ipſius eccleſiam de *Caltorna* cum duabus partibus decimarum totius domi nii ſui. Iterum ex meo beneficio omnium reddituum meorum de **Birkeby** decimam eidem monaſterio concedo, & hoc privilegium de capella ſancti *Clementis* eidem confirmo, ut alteri eccleſiæ non poſſit dari quam monaſterio ſancti *Johannis*. Eccleſiam quoque de *Dardintona* & eccleſiam de **Lyppeis**, cum omnibus ad ſe pertinentibus monaſterio ſancti *Johannis* in elemoſinam tribuo, carrucata cum manſione infirmorum à ſubjectione eccleſiæ *Dardintonæ* permanente libera. Et in *Boolanda* eccleſiam de *Sleteburna* cum hiis quæ ad ſe pertinent, & in *Ceſtriaſhira* eccleſiam de *Wallera* & ad eam pertinentia, & capellam caſtelli mei de **Clitherow** cum decimis omnium rerum dominii mei ejuſdem caſtelli, & ibidem eccleſiam ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* & eccleſiam de *Calna* & eccleſiam de *Brunlaia*. Ego *Henricus* Rex *Angliæ* ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Ricardus* de *Brus* ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Rogerus Saliſbirienſis* epiſcopus hoc ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Robertus Ceſtrenſis* epiſcopus hoc ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Gaufridus* cancellarius hoc ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Gaufridus* de **Glinton** hoc ✠ confirmo. Ego *Robertus* de *Oilli* ✠ hoc confirmo. Ego *Thomas* de *ſancto Johanne* hoc confirmo. Ego *Robertus* de *Sigillo* hoc ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Hugo Bigotus* dapifer hoc confirmo ſigno ſanctæ ✠ crucis. Ego *Baldwinus* filius *Giſleberti* hoc ✠ confirmo. Ego *Willelmus* de **Punſichet** ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego comes *David* ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego abbas *Helyas* de *Monte* ſigno ſanctæ ✠ crucis confirmo. Ego *Hugo* de **Wyetel** ſigno ſanctæ crucis ✠ confirmo. Ego *Ricardus Herefordenſis* epiſcopus ✠ ſigno ſanctæ crucis confirmo.

Carta Henrici *de* **Laſcy**.

Ib. fo. 2 b. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis preſentibus & futuris *Henricus* de **Laſci** ſalutem.

A D 1159 Sciatis omnes quod ego *Henricus* de **Laſci** pro amore Dei & pro ſalute animæ meæ & patris mei *Roberti* de **Laſci** & *Matildis* matris meæ, & pro animabus omnium anteceſſorum & hæredum meorum feci dedicari eccleſiam ſancti *Johannis* evangeliſtæ in *Pontefracto* per conſilium *Rogeri* venerabilis *Eboracenſis* archiepiſcopi qui eandem eccleſiam conſecravit, & conceſſi & dedi & præſenti carta confirmavi præfatæ eccleſiæ & monachis meis Deo ibidem ſervientibus finaliter in liberam & puram & perpetuam elemoſinam & dotem ſex aginta ſolidos ſingulis annis quos perſolvent eidem monachis receptores mei de *Pontefracto*, de primis denariis receptis, xxx. ſolidos ad paſcha, & xxx. ſolidos ad feſtum ſancti *Michaelis*, & paſſagium de **Caſtelford**, & in villa *Pontisfracti* omnes terras & poſſeſſiones ſuas cum omnibus aiſiamentis & paſturis ejuſdem villæ, & item in eadem villa in foro ſcilicet & extra forum hominibus ejuſdem eccleſiæ manentibus in feudo meo libertatem & quietanciam de omni theloneo & de omni ſæculari conſuetudine, & cuſtodiam hoſpitalis ſancti *Nicholay* in eadem villa intus & foris ad diſpoſitionem eorum in uſus pauperum, & ſingulis annis ad victum & veſtitum illius monachi qui hoc hoſpitale cuſtodiet unam marcam argenti & duodecim hopas frumenti & xxiiij. avenæ ad feſtum ſancti *Martini* de prædicto hoſpitali. Item conceſſi præfatis monachis meis & in die dedicationis eccleſiæ eorum præſenti carta mea confirmavi imperpetuum omnes eccleſias ab anteceſſoribus meis donatas, videlicet eccleſiam *omnium Sanctorum* in *Pontefracto* cum capellis & terris & decimis, & cæteris pertinentiis; Eccleſiam de **Darrington** cum Capella de **Stapilton** & cum cæteris pertinentiis. Eccleſiam de **Lippeis** & eccleſiam de **Ledeſham**, & eccleſiam de *Sleiteburna* cum capellis & terris & decimis & cum omnibus ad eas pertinentibus, & **Ledeſtun** & medietatem de **Ledeſham** & *Withewdam* & *Maram* & *Doddewitham* & *Kelinglaiam* cum omnibus earum pertinentiis, & piſcatoriam unam in *Bekhala* & duas bovatas terræ in **Lozph**, & duas bovatas terræ in *Rughala*, & eſtmolendinum in *Pontefracto*, ut hæc omnia prætati monachi mei habeant & poſſideant ſine omni impedimento & retenemento mei vel hæredum meorum. Et ego & hæredes mei omnia prædicta prædictæ eccleſiæ & prædictis monachis meis warentizabimus & adquietabimus contra omnes homines ſicut noſtram puram & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus, *Rogero* venerabili *Eboracenſi* archiepiſcopo, *Jordano Folioth* qui dedit prætatæ eccleſiæ eadem die unum toftum in *Pontefracto*. & *Henrico* fratre ſuo. *Adam* filio *Petri* & *Thoma* fratre ſuo, *Willielmo* de *Reinevilla* & *Adam* filio ſuo, *Roberto Pictavenſi* qui dedit præfatæ eccleſiæ unam bovatam terra in **Altoftis** cum pertinentiis & aiſiamentis ipſius villæ, *Roberto* de **Stapilton**, *Henrico Wallenſi*, *Petro* de **Louton**.

Item carta ejuſdem Henrici *de* **Laſcy**.

OMnibus hominibus ſuis tam *Francis* quam *Anglis* & omnibus fidelibus *Henricus* de *Laſcio* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra quod ego *H.* de *Laſcio* do & concedo & hac mea carta & hoc meo ſigillo confirmo Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Johanni* & monachis meis in *Pontefracto* Deo ibidem famulantibus villulam meam *Kelinglaiam* nomine quæ ſita eſt inter villam meam **Nottingle** & *Bexalam* cum communibus aiſiamentis utriuſque villæ per foſſatam unam quæ anglicè vocatur **poſte-Letelle** quæ certificat diviſam inter *Kellinglaiam* & *Nottinglaiam*, & quicquid ad illam pertinet, in boſco, in plano, in pratis, in paſchuis, in aquis, in viis, in ſemitis, pro ſalute animæ meæ & patris mei & matris meæ, & *Illeberti* fratris mei & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari exactione, ita quod ego & hæredes mei prædictam *Kellinglaiam* prædictis monachis meis warentizabimus contra omnes homines, vel ſi non poſſumus, dabimus eis rationabile excambium & ad valorem & aiſiamentum. Do etiam eis piſcatoriam in *Bexala* in perpetuam elemoſinam. Pro recognitione hujus donationis dederunt mihi monachi

Nunc *Cnotting'* & *Aegbait*

C. marcas

c. marcas argenti. Hiis testibus, *R.* de **Tilli**, *Willelmo* de *Rainevilla*, *Jordano Folioth*, & *H.* fratre ejus, *Ricardo Bagoth*, *W. Elemosinario*, *Petro* de **Archis**, *Arnaldo* & *Roberto* & *Adam* presbiteris.

Bulla *Celestini* Papæ.

Ib f. 18 a. CElestinus *episcopus servus servorum Dei dilectis filiis* Hugoni *Priori monasterii sancti* Johannis *de* Pontefracto *ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. Quociens à nobis petitur quod religioni & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere & petentium desideriis congruum suffragium impartiri. Eapropter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & prefatum monasterium sancti* Johannis *Evangeliste de* Pontefracto *in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri *& nostra protectione suscipimus & presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundùm Deum & beati* Benedicti *regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in presentiarum juste & canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis.*

Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam omnium sanctorum *in* Pontefracto *cum capellis & omnibus ad eam pertinentibus, & custodiam hospitalis sancti* Nicholai *intus & foris ad dispositionem vestram in usus pauperum, & Ecclesiam molendinum in eadem villa. Ecclesiam de* **Ledesham**, *ecclesiam de* **Kippeis**, *ecclesiam de* **Darrington** *cum capella de* **Stapilton**, *ecclesiam de* **Sleitteburn**, *ecclesiam de* **Silkeston**, *ecclesiam de* Bernetleya *cum capellis & omnibus ad eandem ecclesias pertinentibus. Jus quod habetis in ecclesia de* **Catheweit**, *ex concessione* Rogeri *quondam* Eboracensis *archiepiscopi, sicut in scripto ejusdem archiepiscopi continetur. Villam de* **Ledestun** *&* **Pecchfeld**, *& medietatem ville de* **Ledesham** *quam tenetis finaliter ex capitulo* Eboraci, *& aliam medietatem ex dono* Roberti *de* **Lacy**, **Matthewe**, Maram, Bernesleiam, **Dodewrde** & Kelinglaiam, *cum omnibus earum pertinentiis. Et quicquid in dedicatione ecclesie vestre* Henricus *de* **Lacy** *vobis concessit, scilicet sexaginta solidos per annum de redditu suo in* Pontefracto, *quos vobis persolvunt receptores heredis ipsius* Henrici, *triginta in festo sancti* Michaelis, *& triginta in pascha. Et passagium de* **Castelfozd** *ita libere & quietè sicut* Ibertus *frater ipsius* Henrici *& ipse tenuerunt, & omnibus hominibus vestris qui sunt in feudo de* Pontefracto *libertatem & quietantiam de omni theloneo & consuetudine seculari in burgo & in foro & extra forum.*

Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus à vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit absque Prioris sui licencia nisi arctioris religionis obtentu de eodem loco discedere, discedentem verò absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis exclusis excommunicatis & interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse discernimus ut eorum devotioni & extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatum monasterium temerè perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate, diocesani episcopi canonica justitia, & Cluniacensis monasterii debita reverentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & domini redemptoris nostri Jesu Christi *aliena fiat atque in extremo examine divine ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri* Jesu Christi, *quatinus & hîc fructum bone actionis percipiant & apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant,* Amen.

Carta Adæ *filii* Swani.

Ib. f. 15. b. SCiant præsentes & futuri quod ego *Adam* filius *Swani* filii *Ailrichi* pro amore Dei & salute animæ meæ & matris meæ & omnium antecessorum meorum & hæredum dedi concessi & hac præsenti carta mea confirmavi ecclesiæ sancti *Johannis* euuangelistæ de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam sine omni retenemento mei vel hæredum meorum, ecclesiam de **Silkeston** cum sex bovatis terræ & earum pertinentiis in eadem villa eidem ecclesiæ adjacentibus, quam pater meus eis antea dederat in puram & perpetuam elemosinam cum capellis & terris & decimis & cum omnibus ad eam pertinentibus: similiter & capellam patris mei de **Calthorne** quam idem pater meus eis antea dederat cum duabus bovatis terræ & earum pertinentiis in eadem villa & cum duabus partibus decimarum omnium dominiorum patris mei quæ hic certis exprimuntur vocabulis, **Calthorne**, **Berburght**, **Gunulfwayt**, **Penyngeston**, **Wyzkesburgh**,

Carleton, Kenhale, Berclay, Walton, Manefthorp, Wrangbrik, Proſton; ſcilicet garbarum & cum omnibus ad eas pertinentibus.

Inſuper ego *Adam* filius *Swany* devoto & hillari animo conceſſi dedi ſubjeci & hac præſenti carta mea confirmavi & à domino Rege *H.* feci confirmari prædictæ eccleſiæ ſancti *Johannis* de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo ſervientibus locum illum beatæ *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda* quem fundavi in patrimonio meo ad religionem, cum omnibus terris ad prædictum locum pertinentibus ſcilicet Bretton, Kenhale, Kayneberghy, Lyntwait, & quicquid in Bramton & quicquid habetur inter *Dirnam* & Stapnclyf uſque Peresbrik, & molendinum de Dyzne & *Lundam*. In *Cumberlanda*, capellam *Andreæ* apoſtoli juxta Culcait, cum omnibus pertinentiis ſuis ad opus ſcilicet monachorum de *Pontefracto* qui in præfato loco regulariter imperpetuum Deo ſervient pro animabus patris mei & matris meæ & pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum & hæredum ſecundum monaſticam inſtitutionem ordinis *Cluniacenſis* & matris ſuæ eccleſiæ de *Pontefracto*. *Adam* tunc Prior de *Pontefracto* cum inde deceſſerit in eodem loco de *Lunda* manebit cuſtos & Prior omni tempore vitæ ſuæ cum monachis de *Pontefracto* illuc tranſmiſſis. Poſt cujus deceſſum Prior & monachi de *Pontefracto* alios qui ydonei ſunt in loco ejus ſubſtituent regulariter divina celebrantes. Reddet autem prædictus locus de *Lunda* matri ſuæ eccleſiæ de *Pontefracto* ſingulis annis imperpetuum unam marcam argenti pro recognitione. Item conceſſi dedi & præſenti carta mea confirmavi prædictæ eccleſiæ ſancti *Johannis* de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo ſervientibus ſexaginta acras terræ meæ in Calthorne in puram & perpetuam elemoſinam ad mandatum pauperum faciendum in cœna domini. Hiis teſtibus, &c.

Lunda, ſive *Monke-Bretton* Prioratus, cella de *Pontefracto*.

Carta Clementiæ *de* Lungvilers.

Ibid. fol. 60. b.

OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Clementia* de Lungvilers ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me in pura viduitate mea inſpectis cartis anteceſſorum meorum caritatis intuitu collatis Deo & ſancto *Johanni* de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo ſervientibus ſuper advocatione eccleſiæ de *Silkeſtona* cum capellis ad eandem eccleſiam ſpectantibus, eaſdem cartas confirmaſſe dictis monachis ob ſalutē animæ meæ & omnium prædeceſſorum & hæredum meorum. Quietum etiam clamavi dictis monachis totum jus meum & clamium quod habui vel unquam habere potui in jure patronatus dictæ eccleſiæ cum ejus pertinentiis de me & de omnibus hæredibus meis imperpetuum; Ita quod de cætero nec ego nec hæredes mei aliquod jus vel clamium habere poſſimus vel vendicare in dicta eccleſia vel ejus pertinentiis. Et ſi ita contingat quod aliquis hæredum meorum contra hanc meam confirmationem & quietam clamationem auſu temerario venire præſumpſerit jus monachorum vel præſentationem eorum impediendo in aliquo tempore cum dicta eccleſia vacaverit, maledictionem Dei omnipotentis & indignationem genitricis ſuæ beatæ *Mariæ* & maledictionem meam & omnium mulierum ſe noverit incurſurum. Et ut hæc mea confirmatio & quieta clamatio rata & ſtabilis perſeveret omni tempore, huic ſcripto pro me & hæredibus meis ſigillum meum appoſui. Datum apud *Eboracum* in pleno comitatu & primo poſt feſtum ſancti *Michaelis*, anno regni Regis *Henrici* filii *Johannis* Regis viceſimo ſecundo. Hiis teſtibus, domino *J.* de Laſcy comite *Lincolniæ*, domino *Briano* filio *Alani* tunc vicecomite *Eboracenſi*, *Rogero* de Stapilton, *Ada* de Nerfoyt, *Henrico Walenſi*, *Roberto* de Stapilton, *Rogero* de Notton, & aliis.

Carta Roberti *de* Monte-Begonis.

Ibid. fol. 63. a.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit *R.* de *Monte-Begonis* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me divinæ pietatis intuitu pro ſalute animæ meæ & pro animabus anteceſſorum & hæredum meorum dediſſe conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſancti *Johannis* de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo ſervientibus eccleſiam de Silkeſton cum omnibus pertinentiis ſuis ſine omni retenemento vel impedimento de me vel de hæredibus meis ſecundum tenorem quem habent de *A. filio Swani*. Et omne jus & clamium & omnem libertatem quam mihi & hæredibus meis in eadem eccleſia de Silkeſton vendicabam eis imperpetuum remiſi, & cartas quas inde habui eis ſurſum reddidi. Et ne ego vel hæredes mei poſſimus in poſterum contra hanc donationem & conceſſionem & quietam clamationem venire vel eoſdem monachos de *Pontefracto* ſuper eadem eccleſia de Silkeſton aliquo modo vexare vel moleſtare, prefate donationis mee conceſſionem preſentis ſcripti patrocinio & ſigilli mei appoſitione confirmavi. Hiis teſtibus, *Rogero* de Laſci, conſtabulario *Ceſtriæ*, *Johanne* de Birkin, *Rogero* fratre ſuo, *Roberto le Waleis*, *Henrico* filio ejus, *Willielmo* de Stapilton, *Willielmo* filio *Everardi*, & aliis.

Carta.

Ibid. fol. 29. a.

UNiverſis preſentes literas viſuris vel audituris Prior ſancti *Oſwaldi* de Noſtle *Eboracenſis* dioceſis ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra nos ordinationem quandam ſigillis nobilis viri domini *Henrici* de Laſcy comitis *Lincolniæ* & conſtabularii *Ceſtriæ*, de *Pontefracto* & de *Brettona* de ordine *Cluniacenſi* ſigillis communibus & aliorum nobilium conſignatam inſpexiſſe, in hec verba. *Henricus* de Laſcy comes *Lincolniæ* & conſtabularius *Ceſtriæ* omnibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit ſalutem in domino ſempiternam. Cum controverſia inter domum noſtram de *Pontefracto* & domum de *Brettona* que eſt de feodo noſtro ordinis *Cluniacenſis Eboracenſis* dioceſis diu fuiſſet coram multis & diverſis judicibus agitata, Ac ſuper pacis reformatione ſæpius fuerint compoſitiones compoſitæ & auditæ coram nobis, *Galfridus* de Nedle miles pro parte monaſterii de *Brettona*, Frater *Godefridus* Prior monaſterii ſancti *Johannis* evangeliſtæ de *Pontefracto* pro ſe, & fra-

ter

ter *Thomas le Lorimer* pro toto conventu, ad decisionem litium & ad pacem faciendam in ordinatione subscripta concordarunt.

Universis Christo fidelibus presentes literas visuris vel audituris frater Oliverus Daincurt *Prior fratrum predicatorum* Pontisfracti, *domini* * Roberti *de* Kyputs *tunc senescallus de* Pontefracto, Johannes *de* Heselrode *milites, dominus* Bernardus *de* Neville *Rector ecclesiæ de* Daneby *super* Wisk *in domino salutem sempiternam. Cum olim inter viros religiosos Priorem & conventum monasterii de* Pontefracto *ex una parte, & suppriorem & conventum monasterii de* Brettona *ex altera (ipso monasterio de* Brettona *vacante) discordiæ graves ac lites quasi immortales super creatione Prioris in dicto monasterio de* Brettona, *subjectione & obedientia ac aliis libertatibus domus predictæ coram diversis judicibus per varias literas papales hinc inde impetratas essent suborta, tandem ad instantiam amicorum communium sub hac forma amicabiliter conquieverunt; videlicet quod dictæ partes simpliciter & absolutè meræ & spontaneæ voluntatis ordinationi & provisioni nostræ de consensu patronorum suorum super his & omnibus aliis injuriis hinc inde illatis submiserunt; videlicet* Godefridus *tunc Prior de* Pontefracto *juravit pro se & successoribus suis ut ratum & gratum haberet & firmum imperpetuum quicquid pronunciatum provisum vel ordinatum fuerit per predictos ordinatores. Frater* Thomas le Lorimer *monachus de* Pontefracto *procurator conventus ejusdem idem pro se & conventu juravit, Frater* Ysaac *monachus de* Pontefracto *qui si quod jus habuit quoquo modo in monasterio de* Brettona *penitus & absolutè in præsentia nostra resignavit, pro se similiter juravit, frater* Ricardus *de* Scaureby *tunc suppriorde* Brettona *pro se juravit. Frater* Ricardus *de* Eltsel *pro se & sociis suis modo & forma predicta juravit, promittentes sub religione sacramenti præstiti se inconcussè ac illibatè perpetuò observaturos quod per nos in hac parte fuerit ordinatum. Renunciantes omnibus literis impetratis & impetrandis & omnibus processibus habitis & habendis & actionibus omnibus & querelis motis & movendis per eosdem. Ita quod hæc præsens ordinatio perpetuò observetur.*

* Lege *Roberti*

Nos itaque Deum solum in hoc casu habentes pra oculis, pro vitandis litium discordiis & pace firmanda & mutua caritate inter partes perpetuò confovenda, habito consilio jurisperitorum & magnatum terræ & diocesani, considerantes primò & principaliter sumptus magnos, expensas varias & innumerabiles factas ex parte monasterii de Pontefracto, *volentes in quantum possibilitas exigit indemnitati eorum providere ac ipsorum statum in melius reformare. In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti ordinamus quod provideatur in certo loco monasterii de* Pontefracto *de bonis monasterii de* Brettona *in novem marcis futuris temporibus singulis annis, Ita quod illi de* Pontefracto *per manus proprias dictum redditum recipiant. Item volumus quod monasterium de* Brettona *reddat quolibet anno die sancti* Johannis *evangelistæ conventui de* Pontefracto *viginti solidos ad pitantiam. Ordinamus etiam quod sententia diffinitiva dudum lata per sedem apostolicam de monasterio de* Brettona *firma permaneat & inconcussè observetur, Ita quod monachi de* Brettona *de cætero futuris temporibus liberam habeant electionem seu creationem Prioris de domo sua propria pro libito voluntatis cum eam vacare contigerit, sine impedimento & contradictione aliqua Prioris & conventus de* Pontefracto. *Sit etiam libera & absoluta ab omni subjectione & obedientia illorum de* Pontefracto, *Ita quod dicti Prior & conventus nil juris spiritualis seu temporalis rebus seu personis in monasterio de* Brettona *sibi de cætero valeant vendicare, nec aliquis nec aliqui occasione eorum.*

Cum autem monachi de Brettona *Priorem in domo sua sibi elegerint seu creaverint, mittent pro Priore de* Pontefracto *apud* Pontefractum *& non alibi, ut electus seu creatus ipsorum installetur per ipsum. Qui si apud* Pontefractum *inventus non fuerit, per suppriorem seu quem vocant tertium Priorem dicti monasterii de* Pontefracto *installetur, nec aliquis predictorum in dicta installatione facienda aliquam ingeret difficultatem, nec aliquid ratione installationis sibi vendicabit, nec ejus installationem protrahent ultra tertium diem quo super installatione facienda fuerit requisitus. Quod si fecerint, tunc per suppriorem vel proprium collegium de* Brettona *installetur. Nec Prior seu conventus de* Pontefracto *aliquam habeant potestatem impugnandi seu obiciendi aliquod contra formam electi seu creati seu personam, Prior verò sic creatus nullatenus amoveatur nisi in casibus in jure contentis.*

Ordinamus etiam quod illa compositio de qua fit mentio in sententia quæ propter ipsius obscuritatem materiam præbuit & causam dissentionis predictæ, viribus evacuetur & careat omni robore firmitatis, sola præsente ordinatione nostra perpetuò valitura. Volumus etiam & ordinamus de expresso Prioris & conventus de Pontefracto *concensu & voluntate, quod idem Prior & conventus de* Pontefracto *præsentem ordinationem nostram per abbatem & conventum* Cluniacensem *& Priorem & conventum* Caritatensem *faciant & procurent integrè confirmari. Faciant etiam monachis de* Brettona *degentibus apud* Cluniacum *liberari & ad monasterium de* Brettona *reduci. Ad perpetuam hujus rei memoriam præsentem ordinationem, in quatuor instrumentis ad modum cirographi confectis, quorum una pars residebit in thesauraria* Henrici *de* Lascy *qui omnibus his pronuntiatis & ordinatis personaliter interfuit. Et dictæ partes spontaneæ prædictis ordinatoribus consentientibus submiserunt se coercioni prædicti* Henrici, *hæredum & successorum suorum ad omnia predicta fideliter & inconcussè observanda temporibus futuris. Et ipse* Henricus *& hæredes & successores prædictam coercionem tenentur facere si in aliquo tempore fuerit necesse, secundùm formam in quadam litera obligatoria contentam. Altera pars residebit penes illos de* Pontefracto. *Tercia pars penes illos de* Brettona. *Quarta in domum* fratrum prædicatorum *de* Pontefracto *sigillis nostris ac etiam sigillo* Henrici *de* Lascy *& predictarum partium & aliorum consignata in testimonium fecimus assignari, & annotari. Data & pronunciata apud* Pontefractum *in monasterio* fratrum prædicatorum, *die dominica proxima ante festum sancti* Oswaldi *Regis & martyris, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono. Hiis testibus, domino* J. Bek. Johanne *de* Hetona, Ricardo *de* Thoznhill, Maugero le Vavasur *militibus, magistro* Thoma Bek, Georgio *de* Cantelu,

53. H. 3.

Roberto *de* Wilgeby, W. *de* Poulingston, W. *filio* Elix *de* Pontefracto, Waltero Scotico *de eadem, & multis aliis ad hoc specialiter vocatis & rogatis.*

Interfuerunt autem & præsentes huic ordinationi & pronunciationi Priores de *Novo-castro* de *Carleolo* de *Eboraco* de *Lancastria* de ordine *fratrum Predicatorum.*

Hæc est assignatio novem marcarum quam illi de *Brettona* assignaverunt domui de *Pontefracto* in perpetuum prout fuit superius pronunciatum & ordinatum, scilicet medietatem totius decimæ & garbarum de *Nettona* & totum fœnum ejusdem villæ, quinque acras prati in Sympehale, redditum quinque solidorum in uno furno de *Pontefracto*, sicut continetur in quodam instrumento illorum de *Pontefracto* quod habere debent ex ipsis de *Brettona* de feofamento. Acta die & loco & anno supradictis.

Nos igitur præfatus *Henricus* præmissis pium præbentes assensum, hanc prædictam ordinationem per consensum & assensum domini *Galfridi* de Nevile & Prioris & conventus dictæ domus nostræ de *Pontefracto* & monachorum de *Brettona* qui præsentibus sigilla sua apposuerunt, in perpetuum testimonium & munimen concedimus & sigilli nostri munimine confirmamus. Prædictæ verò partes pro se & successoribus suis se astrictè obligaverunt & fideliter promiserunt nobis & hæredibus nostris se daturas ducentes libras sterlingorum exigendas seu solvendas infra unius anni terminum ab hujus ordinationis concessionis & confirmationis nostræ infractione seu violatione, scilicet ab illa parte quæ hanc nostram concessionem & confirmationem infregerit seu præsumpserit violare. Salvis in omnibus juribus domini abbatis *Cluniacensis* ac ordinis supradicti ut in visitationibus correctionibus & aliis regularibus. Data apud *Pontefractum* in crastino nativitatis sancti *Johannis* Baptistæ anno Domini millesimo CC. septuagesimo octavo, in præsentia dominorum *Johannis Bek*, *Thomæ* de *Burgo*, *Alexandri* de *Monteforti*, *Willielmi le Vavasur*, *Rogeri* filii *Thomæ*, *Radulfi* de *Trehamtona* militum, *Henrici* de Dyzkeby rectoris ecclesiæ de Campsale, *Simonis* de Thorp tunc senescalli de *Pontefracto*, *Thomæ Bek* rectoris ecclesiæ de Castelforo qui præsenti scripto quadripartito sigilla sua apposuerunt in testimonium. Et nos prædictus Prior de sancto *Oswaldo* presentibus literis sigillum nostrum apposuimus in testimonium præmissorum una cum sigillo *Willielmi* de Dunny tunc magistri hospitalis sancti *Nicholai* de *Pontefracto* præsentibus apposito. Data in festo sanctæ *Katerinæ* virginis & martyris anno gratiæ MCC. octogesimo nono.

Conventiones inter Priores de S. Oswaldo *& de* Pontefracto.

Ib f. 16. a. AD perpetuam præsentium & futurorum memoriam, inter Priorem & conventum de sancto *Oswaldo* ex parte una, & Priorem & conventum sancti *Johannis* euuangelistæ de *Pontefracto* ex altera, unanimi consensu conventuum utriusque monasterii, ob mutuam pacem inter ipsos confovendam, per modum permutationis, facta est amicabilis compositio sub forma quæ sequitur; videlicet quod prædicti Prior & conventus de sancto *Oswaldo* concesserunt præfatis Priori & conventui de *Pontefracto* totam decimam provenientem de decies viginti acris terræ arabilis de dominicis terris dictorum Prioris & conventus de *Pontefracto* & tenentium suorum in campis de Whitwode & Were jacentibus, quæ quidem terræ sunt infra limites parochialis ecclesiæ de Fetherstan quam Prior & conventus de sancto *Oswaldo* optinent in proprios usus, quæ etiam acræ mensurantur per culturas propriis nominibus appellatas, & limitantur & configuntur palis & lapidibus capitibus earum infixis, secundum quod continetur in quadam billetta inter sigillum & scriptum ante consignationem affixa. Concesserunt etiam eisdem decimam fœni de quindecim acris prati in campo de Whitwode jacentibus. Ceteræ verò terræ & prata ubicumque in Whitwode & Were jacentia, ecclesiæ de Fetherstan decimales remanebunt ut jus ecclesiæ prædictæ, salvis dictis Priori & conventui de sancto *Oswaldo* septem turbis cujuscumque generis bladi de illa carucata terre que vocatur *Terra sacristæ*, & salvo jure ecclesiæ de Castelforo que aliquam portionem de dictis terris percipere consuevit, liberè & quietè colligendam & possidendam dictis Priori & conventui de *Pontefracto* sine contradictione imperpetuum. Et sciendum quod prefati Prior & conventus de sancto *Oswaldo* totum jus quod habuerunt ad percipiendum decimam de dictis decies viginti acris terre, & quindecim acris prati, in predictos Priorem & conventum de *Pontefracto* totaliter transferunt & conferunt per presentes. Predicti verò Prior & conventus de *Pontefracto* præmissam concessionem volentes debitè recompensare, concesserunt & dederunt prænominatis Priori & conventui de sancto *Oswaldo* duas garbas decimæ de omnibus terris dominicis quæ quondam fuerunt *Adæ* filii *Swani* in territorio de Wzoreslay, quod est infra limites parochialis ecclesiæ de Felkyzke, ac etiam duas garbas decimæ de omnibus terris dominicis prædicti *Adæ* in Wrangbzoke, & Waynesthozp, quas quidem duas garbas decimæ præfati Prior & conventus de *Pontefracto* asserebant ad ecclesiam parochialem de *Silkestona* pertinere ab antiquo, liberè & integrè colligendas & possidendas imperpetuum, totum jus quod dicti Prior & conventus de *Pontefracto* aliquando habuerunt ad perceptionem dictarum decimarum de omnibus terris dominicis quondam *Adæ* predicti, ac in omnibus decimis quibuscumque infra limites ecclesiarum de Felkyzk & Southkyzkeby, in prefatos Priorem & conventum de sancto *Oswaldo* & eorum monasterium totaliter transferentes, nihil juris vel clamei in aliquibus decimis dictarum parochiarum de cetero vendicantes. Et antedicti Priores de sancto *Oswaldo* & de *Pontefracto* pro se & suis conventibus ac monasteriis renunciant omnibus privilegiis impetratis & impetrandis ac beneficio cujuscumque constitutionis edite seu edendæ per quæ præsens compositio aliqualiter poterit infirmari vel infringi. Et ut hec amicabilis compositio per modum permutationis concepta stabilis & firma permaneat imperpetuum, hoc presens

scriptum

ſcriptum indentatum ſigillis communibus utriuſque capituli penes utrumque monaſterium permanet roboratum & munitum in teſtimonium omnium premiſſorum. Datum apud ſanctum *Oſwaldum* quintodecimo kal. Maii anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptimo decimo.

Carta Alicie *de* Gaunt.

Ib. f. 67. a. OMnibus ſancte matris eccleſie fidelibus *Aliz* de Gant ſalutem. Notum vobis facio me conceſſiſſe & dediſſe in puram & perpetuam elemoſinam eccleſie ſancti *Johannis* evangeliſte de *Pontefracto* & monachis in ea Deo ſervientibus unam carucatam terre in Ingolveſmeles, pro anima prioris domini mei *Iberti* de Laſcy qui mihi illam in dotem dedit, & pro ſalute mea. Quam etiam *Henricus* de Laſcy illis conceſſit & carta ſua confirmavit. Hujus donationis teſtes ſunt, *Willielmus* filius *Walteri* de *Wella*, *Salomon* filius ejus, *Gocelinus* de Aufoſt, *Ricardus* de *Smydetona*, *Rannulfus* frater ejus, *Willielmus Piſtor* monachorum, *Rainaldus* filius *Anketilli* de *Dardingtona*.

Carta *Rogeri* de Wolbzai.

Ibid. ROgerus *de* Wolbzai *omnibus hominibus ſuis cunctiſque ſancte matris eccleſie fidelibus ſalutem. Sciatis quod confirmo & concedo monachis de* Pontefracto *carucatam terre in* Ingolveſmeles *quam uxor mea dedit eis pro ſalute corporum & animarum noſtrarum, & pro anima prioris domini ſui* Iberti *de* Laſci, *liberam & quietam ab omnibus ſerviciis ſicut decet elemoſinam, in plano in aquis in pratu & in omnibus adjacentibus prædicte terre. Hujus donationis teſtes ſunt*, Samſon *capellanus ipſius* Rogerii, Willielmus Peverel, Ricardus Burdet, Turgis *de* Wolbzay, Henricus *de* Waſpzeȝ, Walterus *de* Daivilla.

Carta Alicie *de* Rumelli.

Ib. f. 65. a. NOtum ſit omnibus legentibus & audientibus has literas, quòd ego *Aaliz* de Rumelli conſenſu & conceſſione *Willielmi* filii mei, donavi & conceſſi Deo & ſancto *Johanni* de *Pontefracto* & monachis ejuſdem loci, in puram & perpetuam elemoſinam & liberam & ſolutam & quietam ab omni terrena & laicali conſuetudine & ab omni humano ſervicio in perpetuum, unam carucatam terræ in *Brottuna*, & præter carucatam unam manſuram in eadem villa ubi monachi hoſpitari poſſint, pro anima domini mei *Willielmi* filii *Dunecani*, & pro animabus omnium prædeceſſorum meorum, & pro ſalute animæ meæ & omnium parentum meorum, & ne in dubium poſteris veniat quæ carucata illa ſit, illa eſt nominatim de qua *Radulfus* tenuit iij bovatas, & *Willielmus* frater ejus unam & *Walief* ij. & *Autkil* ij. cujus humagium ſimul cum terra donavi & conceſſi Deo & ſancto *Johanni* & monachis, & ſaſiavi & corporaliter induxi monaſterium ſancti *Johannis* de eadem terra prænominata, & de omnibus ad eam pertinentibus, & *Robertus* monachus de Holder recepit eam ſaiſinam nomine monaſterii & totius conventus. Ex hac etiam donatione & conceſſione mea debent ipſi monachi & homines qui de eis tenebunt ſimul cum pecunia ſua habere communionem ejuſdem villæ liberè & quietè & honorificè in paſchuis, in pratis, in aquis, viis & ſemitis, in eundo & redeundo & ibidem remanendo. Hujus donationis teſtes ſunt, *Oſmundus* capellanus, *Walterus* filius *Willielmi*, *Petrus* de Parton, & *Willielmus* filius ejus, *Rogerus Tempeſtas* & *Ricardus* frater ejus, *Symon* de Pohaut, & *Symon* filius ejus, *Gaufridus Mori*, *Rem.* de Fernhil, & *Adam* nepos ejus. Omnes iſti petitione mea teſtes ſunt hujus rei. Inſuper hoc meum ſigillum eſt teſtimonium iſtius cartæ. Pro hujus rei beneficio ſuſceperunt me monachi & filium meum & omnes parentes meos in fraternitatem, & participem me fecerunt & omnes meos omnium beneficiorum eccleſiæ ſuæ imperpetuum.

Carta Comitis *Albemarlie*.

Ib. f. 67. a. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Willelmus* de Forz comes *Albemarlie* ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me pro amore Dei & pro ſalute animæ meæ & omnium meorum conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* illam carrucatam terræ in *Brottuna* & manſuram in eadem villa cum pertinentiis ſuis in puram & perpetuam elemoſinam, quas eis dedit & carta ſua confirmavit domina *Aaliz* de Rumelli, ſicut continetur in carta ipſius dominæ *Aaliz*. His teſtibus, *Willielmo Britone* tunc dapifero, *Willielmo Painel*, magiſtro *Michaele*, *Willielmo* de Scalleby, *Rainero Flamang*, & aliis.

Carta Petri *de* Falkebergia.

Ib. f. 70. d. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam preſentibus quam futuris *Petrus* de *Falkebergia* ſalutem. Univerſitati veſtræ notum fieri volo, me conſilio venerabilis *Rogeri* Dei gratia *Eboracenſis* archiepiſcopi dediſſe conceſſiſſe & præſentis cartæ meæ teſtimonio confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & ſancto *Johanni* evangeliſtæ & Priori & monachis de *Pontefracto* medietatem meam eccleſiæ ſancti *Michaelis* de Catthevic cum omnibus pertinentiis ſuis, in puram & perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſeculari exactione manutenendam & warentizandam contra omnes homines, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Beatricis*, & filiorum meorum *Willielmi*, *Walteri*, *Stephani*, & omnium anteceſſorum & hæredum meorum, prædictis uxore mea *Beatricia* & filiis meis concedentibus & conſentientibus. Qui autem ſuper hac elemoſina mea prædictis monachis aliquam injuriam vel aliquod gravamen intulerint, maledictionem Dei & meam habeant. Pro hujus verò donationis beneficio conceſſerunt mihi prædicti monachi in obitu meo tantum obſequii quantum pro uno de monachis ipſius domus. Inſuper autem anniverſarium meum ſingulis annis facient de redditu prædictæ eccleſiæ, ſcilicet elemoſinæ meæ de Catewit, & in die anniverſaria obitus mei de prædicto reddita prædicti monachi procurabuntur, & hoc idem

conceſſerunt

conceſſerunt prædicti monachi uxori meæ *Beatricie* in die obitus ſui. Nos etiam in plenariam ſocietatem domus ſuæ & totius ordinis *Cluniacenſis* & hæredes noſtros receperunt. Hujus rei teſtes ſunt, *Rogerus* Dei gratia *Eboracenſis* archiepiſcopus, *Johannes* filius *Leoldi*, *Willielmus* capellanus, *Jordanus Folioth*, *Hugo* de **Perdevill**, *Thomas* dapifer monachorum, *Jordanus* de *Aula*.

Carta *Jordani Folioth*.

Ib f. 26. a. SCiant *præſentes & futuri quod ego* Jordanus Foliot *conceſſi & donavi & confirmavi hac carta mea & hoc meo ſigillo Deo & ſancto* Johanni *& monachis de* Pontefracto *in puram & perpetuam elemoſinam pro remedio animæ meæ & anteceſſorum meorum teſtum qui fuit* Algeri, *qui ſitus eſt inter toſtum quondam* Criſtiani *& toſtum qui fuit* Hugonis *filii* Bondi. *Hujus rei teſtes ſunt*, Robertus *de* **Bulli**, Thomas *filius* Petri, Petrus *de* **Clpton**, Ricardus Cardinal, Adam *preſbiter*, & Arnaldus *filius ejus*, Gilbertus *de* **Laſcy**, Euſtachius *de* **Cttun**, Jordanus, & Rainaldus, & Rogerus *fratres ejus*, Michael *filius* Thomæ, Hugo *filius* Ormi, Radulfus *filius* Willielmi *aurifabri*, Radulfus *filius* Hugonis *filii* Serlonis, Adam *filius* Serici, Ricardus *de* **Hacton**.

Carta ejuſdem Jordani Folioth.

Ibid. NOtum ſit omnibus præſentibus & futuris filiis ſanctæ matris eccleſiæ quod ego *Jordanus Folioth* donavi & conceſſi & hac mea carta confirmavi pro remedio animæ meæ & anteceſſorum & heredum meorum ad tenendum de me & de heredibus meis in puram & perpetuam elemoſinam **weſt**-molendinum de **Noxtun** Deo & ſancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto*, de quo molendino monachi perſolvent dimidiam marcam unoquoque anno capellæ de **Noxtun**. Hoc molendinum & ſedem molendini cum omnibus pertinentiis ſuis donavi eis & conceſſi & hac mea carta confirmavi in craſtino nathalis domini die ſancti *Stephani* prothomartyris, qua die monachi mihi dederunt pelliceam unam de recognitione & teſtimonio. Teſte, *Henrico* de *Laſceyo*, cujus conſenſu & conceſſione hoc actum eſt. Teſtibus, *Willielmo Foliot*, *Osmundo* de **Tilli**, *Oſberto* archidiacono tunc dapifero *Hugonis* de **Tilli**, *Willielmo* de **Bulli**, *Bertramo* filio *Willielmi* de **Fri-ſtun**, *Adam* de **Pæſtun**, *Toma* filio *Petri*, *Roberto Barbo*, *Willielmo* de *Leeleya*, *Thoma* filio *Thomæ*, *Hugone* de **Strettun**, *Henrico* de **Dai**, & *Radulfo* fratre ſuo, *Rogero Pictavenſi*, *Adam Pictavenſi*, *Rogero* de **Suinlington**, *Roberto* camerario, *Roberto* diſpenſatore, *Ricardo Barbo*, *Aſchetillo* de *Lunda*, *Jordano* de **Ledeſtun** & fratribus, *Thoma* de *Monte* & *Michaele* filio ejus, *Roberto Skirmiſore*, *Fulcone Franceis*, *Jordano* de **Rodeceſtre**, *Waltero Flandrenſi*, *Henrico* medico.

Item de eodem.

Ibid. SCiant prætentes & futuri quod ego *Jordanus Foliot* conſilio & conſenſu *Beatricis* uxoris meæ et anteceſſorum et heredum meorum conceſſi et donavi et hac mea carta confirmavi Deo et ſancte *Marie* et ſancto *Johanni* et monachis de *Pontefracto* **weſt**-molendinum de **Noxtun** cum ſede ipſius molendini, et inſuper toſtum unius acre inter molendinum et gardinum juxta viam *del* **Noxth** cum omnibus ad ipſum molendinum pertinentibus. Ad habendum et poſſidendum in puram et perpetuam elemoſinam de me et de heredibus meis liberè ſolutè et quietè de omni ſeculari ſervicio, cum ſoca et ſeuta ejuſdem molendini, de quo molendino prædicti monachi dabunt annuatim dimidiam marcam argenti capellæ de **Noxtun** in feſto ſancti *Dionyſii*. Confirmavi etiam prædictis monachis per hanc cartam unam carucatam terræ in *Pontefracto* in **Baghil**, quam terram pater meus *Willielmus Foliot* eis donavit in puram et perpetuam elemoſinam. *In* teſtimonio confirmationis harum elemoſinarum dederunt mihi prædicti monachi x. marcas argenti et cappam monachi pluvialem. Teſtibus, *Beatrice* uxore mea *Roberto* de **Pirou**, fratre *Willielmo* de **Vyſt**, *Kabiel Rotere*, *Willielmo* de **Barbolf**, *Jordano* et *Waltero* de **Ledeſtun**, *Randulfo* filio *Siwardi*. *Ottone* filio *Roberti* de **Bulli**, *Ricardo* de **Hacatoxn**, *Johanne Puer*, *Michaele* filio *Thomæ*, *Willielmo Man*. *Radulfo Buche*, *Alexandro* Piſtore, *Hugone Paildecert*.

Carta Ricardi *filii* Ulf *de* Doddeurda.

Ib f. 61. a. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus et futuris *Ricardus* filius *Wlf* de *Doddewrda* et *Willielmus* frater ſuus ſalutem. Sciatis omnes nos dediſſe conceſſiſſe et præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo et ſancto *Johanni* et Priori et monachis de *Pontefracto* omnes homines illos quos habuimus in terra noſtra de *Doddewrda* cum omnibus ſectis eorum et catallis, pro amore Dei et pro ſalute animarum noſtrarum. Et tam terram ipſam quam etiam omnes homines illos eis confirmavimus imperpetuum. Hiis teſtibus, *Roberto Walenſi*, *Johanne* de **Birkin**, *Adamo* de *Rameville*, *Thoma* filio ſuo, *Willielmo* de **Stapilton**, *Hugone* de **Bzetton**, *Rogero* de **Berneſlay**, et aliis.

Carta Gilberti *Comitis* Lincolnie.

Ib f. 66. a. GIlebertus *Comes* Lincolniæ *univerſis matris eccleſia filiis ſalutem. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſancti* Johannis *de* Pontefracto *& monachis ibidem Deo ſervientibus paſſagium de* **Suthferibi**, *& tres bovatas terræ & dimidiam cum tribus manſuris in eadem villa, & præter hæc, undecim alias manſuras ibidem. Hanc verò elemoſinam dedi & conceſſi eccleſiæ & fratribus prædictis liberam & quietam ab omni terreno ſervicio pro ſex libratis redditus quas pepigi eiſdem pro dampno quod intuli eis & eccleſiæ eorum de guerra illa dominter me &* Henricum *de* **Laſcy**. *Et ipſi me ſuſceperunt in fraternitatem ſuam & participationem omnium beneficiorum univerſarum domorum ſuarum. Hiis teſtibus*, Gaufrido *de* **Gant**, Baldewino *de* **Gant**, Philippo *de* **Hyme**, *Abbate de* **Rugford**, Rogero *Canonico de* **Bzedlington**, Radulfo *filio* Gilleberti

Gilleberti, Herberto *de* Horneby, Waltero *clerico*, Radulfo *de* Ferriby.

Carta Jordani *de sancta* Maria.

Ib. f. 58. a. UNiversis hoc scriptum visuris vel audituris *Jordanus* de sancta *Maria* & *Aliz* uxor sua de *Fristona* salutem in domino. Noveritis nos pro salute animarum nostrarum & omnium antecessorum & hæredum nostrorum dedisse concessisse & præsenti carta nostra confirmasse Deo & sancto *Johanni* de *Pontefracto* & monachis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, totum pratum nostrum quod habuimus in territorio de *Feria*. Illud scilicet pratum quod jacet inter pratum quod fuit *Terri* de *Feria* versus Suth, & pratum *Ade Russell* versus Nozth, De quo unum caput percutit super Lengelache & tendit usq; ad magnam aquam de Ayr, & unam aliam partem parti versus Heltwelle ultra rivulum qui venit de *Pontefracto* inter pratum abbatis & monachorum de *Fontibus* versus Nozth & pratum *Terri* de *Feria* versus Suth; de quo unum caput percutit super pratum hospitalis de Fulsnaph, & tendit usque ad magnam aquam de Ayr, & fordales ejusdem prati quæ percutiunt ex una parte super pratum hospitalis de Fulsnap & ex alia parte super magnam aquam de Ayr, & ex tertia parte super pratum quod fuit *Roberti* de Hikilton. Et insuper dedimus eisdem monachis fordalas prati nostri de Friston, quæ percuciunt ex una parte super rivulum de Friston & ex alia super pratum *Agnetis* de Herton. Hæc omnia præfata habebunt & tenebunt prædicti monachi libera quieta & soluta ab omni servicio & consuetudine seculari. Et nos & hæredes nostri warentizabimus omnia prædicta præfatis monachis ubique & contra omnes. Et ut hæc nostra donatio & confirmatio firma sit & stabilis huic cartæ sigillorum nostrorum munimen appositimus. Hiis testibus, *Ricardo* filio nostro præsente & concedente, *Thoma* de Briggelistun, *Waltero* de Birum, *Roberto Camberlano*, *Radulpho* de Batelay, *Ricardo* de *Stagno*, *Roberto* filio *Gaufridi*, *Willielmo* propheta, *Willielmo* dispensatore, *Nicholao* de Ozene, *Willielmo* marescallo, & aliis.

Carta Adæ *filii* Petri & Matildis *uxoris suæ*.

Ib. f. 57. a. SCiant præsentes & futuri quod ego *Adam* filius *Petri* & uxor mea *Matildis* de Calz concessimus & donavimus Deo & sancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* ad procurationem eorum emendandam, pro remedio animarum nostrarum & antecessorum nostrorum, in puram & perpetuam elemosinam medietatem molendini de Stainburch. Hiis testibus, *Thoma* filio *Petri*, & *Rogero* filio *Petri* fratribus meis, *Roberto* filio meo, *Willielmo* de Pungai de *Swinlingtona*, *Widone* de *Aula*, *Radulfo* & *Willielmo* de Pungai, *Rogero* de *Capreolacuria*, *Helya* filio *Ricardi*, *Jordano* & *Rainaldo* & *Rogero* & *Waltero* de *Ledestona*, & aliis.

Carta Adæ filii Petri.

SCiant omnes præsentes & futuri quod ego Adam *filius* Petri *do & sub præsentis cartulæ attestatione confirmo dimidiam bovatam terræ in* Fareburna *Deo & sancto* Johanni & *monachis de* Pontefracto *ad oblata facienda & ad vinum ad missas, liberam & quietam ab omni seculari servicio & in puram elemosinam imperpetuum pro redemptione animæ meæ & uxoris & patris & matris meæ omniumque parentum meorum & amicorum. Pro hoc beneficio receperunt me monachi & omnes amicos meos in fraternitatem & societatem omnium beneficiorum suorum quæ amodo in monasterio sancti* Johannis *agentur. Hujus donationis testes sunt, frater meus* Rogerus, Radulfus Figura, Robertus *dispensator* Henrici *de* Lasci, Robertus Butiler *ejusdem*, Willielmus Pictor *monachorum*, Fossardus *portarius*, Symon *præpositus de* Fareburne. Ibid.

Carta Johannis *filii* Adæ.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Johannes* filius *Adæ* dedi & concessi & hac præsenti mea carta confirmavi Deo & sancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* pro animabus patris & matris meæ & omnium antecessorum meorum & successorum in puram & perpetuam elemosinam xiij. acras prati in *Smethala*. Illas scilicet quas pater meus eis dedit & confirmavit. Et duas quercus in bosco meo de Eyzkin singulis annis contra nathale domini, & unum damum in parco meo in festo sancti *Johannis* ante *portam Latinam*, & dimidium molendini de Stainburg cum secta medietati ejusdem molendini pertinente. Hanc concessionem & confirmationem feci ego *Johannes* prædictis monachis pro salute animæ meæ & uxoris meæ *Johanne* & hæredum meorum, & pro sospitate corporum nostrorum. Hiis testibus, *Jacobo* Canonico de Dyakes, *Osberto* de Bzettun, *Pigot* de Bzetton, *Alano* de Rotelun, *Petro*, & *Rogero*, & *Willielmo* fratribus meis, & *Martino* capellano qui hanc cartam scripsit. Ibid.

Carta Symonis *de* Pohaut.

OMnibus fidelibus S. ecclesiæ *Symon* de Pohaut salutem. Sciatis quod ego pro salute mea & uxoris meæ & antecessorum meorum & hæredum meorum dedi & concessi & hac mea carta & hoc meo sigillo confirmavi concedentibus prædicta uxore *Matilde* & hæredibus meis *Symone* & *Roberto*, Deo & sancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* liberè & quietè in puram & perpetuam elemosinam duas bovatas terræ viginti acrarum de meo dominio in Beswic, simul cum uno tofto unius acræ in eadem villa cum omnibus pertinentiis, videlicet in boscho & in plano, in pratis in paschuis, & aqua et viis & semitis, & in omnibus aisiamentis ejusdem villæ. Et ipsi monachi me receperunt in fraternitate sua & orationibus domus & totius ordinis & omnes meos, & si necesse mihi fuerit me suscipient sicut fratrem suum qui me eis reddidi. Testantibus, [illegible] *meo* de Harewde nepote meo, *Henrico* filio meo, *Nicholao* de Friston, *Roberto* filio *Gilleberti*, *Jordano* filio *Bernardi*, Ib. f. 58. a.

nardi, Jordano de **Ledestun** & fratribus ſuis *Rainaldo, Rogero, Waltero. Roberto* de **Ledestun**, *Thoma* dapifero & *Michaele* filio ejus, *Willielmo* Pictore & *Alexandro* filio ejus, *Thoma* de **Pre-stun**, *Gaufrido* de *Pratis*, *Adam* Coco & *Roberto* fratre ſuo, *Affrico* de **Kelwic**, & aliis.

Carta *Willielmi Maltravers.*

Ibid. fol. 68. a. WIllielmus Maltravers *omnibus hominibus & amicis ſuis ſalutem. Notum vobis eſſe volo quod ego do monachis ſancti* Johannis *de* Pontefracto *pro anima mea & exſpectatione calumpniæ ſuæ de eccleſia de* Walleya *unam marcam argenti de redditibus meis in eſſartis unoquoque anno reddendam in feſtivitate ſancti* Michaelis, *laudante hoc & volente uxore mea* Dameta, *& hoc quamdiu tenebo honorem* Pontisfracti. *Poſtea autem ſi voluerint agitare calumpniam ſuam vel per cartam regis quam inde habent vel per aliud, non ſit calumpnia eorum peiorata propter iſtud factum. Teſtibus* Hugone *filio* G. *&* Mengi, *&* Reginaldo, *&* Willielmo *filio* Hugonis, *&* Randulfo *filio* Orni.

De eccleſia de **Walley.**

Ibid. QUidam anteceſſorum comitis *Lincolniæ*, *Hugo* de *la Val* nomine, dedit jus patronatus eccleſiæ de **Walley** Priori & conventui de *Pontefracto* per cartam ſuam quam habent, qui præſentaverunt ad eam ſucceſſive A. B. C. D. qui omnes per dioceſanum admiſſi & inſtituti fuerunt. Inter quos erat quidam nomine *Sparlingo*, quo defuncto ſucceſſit ei quidam *Linulphus* qui cognominabatur **Cuttewlf** eo quod ſedens quadam vice in foreſta de **Kollendale** ad locum qui vocatur **Ledneſgrene** reſpiciendo canes ſuos currentes, lupum quemdam juxta ſe currentem decaudavit. Defuncto verò prædicto *Linulpho*, quidam prædeceſſor dicti comitis vacante dicto Prioratu & in ſua cuſtodia exiſtente præſentavit nomine cuſtodis quemdam *Galfridum* ad eandem, qui duxit in uxorem filiam domini *Goſpatrik* de **Camelesbury**, de qua genuit filios & filias, de quorum progenie multi adhuc nobiles in partibus illis manent. Defuncto prædicto *Galfrido* ſucceſcit ei *Galfridus* filius ejus quaſi nomine hereditario, gratia ſuper hoc priùs a curia *Romana* impetrata; quo defuncto, quidam anteceſſor dicti comitis præſentavit quendam *Rogerum*, & poſt ipſum, *Petrum* de *Ceſtria*, prædictis Priore & conventu reclamare non audentibus. Vivente autem prædicto *Petro* de *Ceſtria* prædictus comes *Lincolniæ Henricus* de **Laſcy** nomine, dedit patronatum prædictæ eccleſiæ de **Wallay** *Coventrenſis & Lichefeldenſis* dioceſis, abbati & conventui de **Stanlawe** ordinis *Ciſtercienſis*, dictæ dioceſis, recepta priùs ab eis litera obligatoria, quod quotienſcumque vacaret præſentarent ad eam quem ipſe aut hæredes ſui vellent, & non alium niſi poſſent eam in proprios uſus impetrare, qua impetrata aumentarent numerum ſolitum monachorum, ita quod ab illo tempore eſſent lx. ubi priùs fuerunt xl. & quod monaſterium ſuum ad territorium dictæ eccleſiæ transferrent. Poſtea *Nicholaus* Papa iiij. conceſſit eis appropriationem ejuſdem cedente vel decedente rectore, ſalvis congruis portionibus pro vicaria. Poſtea Papa *Bonefacius* revocavit appropriationes conceſſas per prædictum prædeceſſorem ſuum *Nicholaum*, de quibus non habebatur ipſo die jus in re, licet ad rem. Poſtea deceſſit prædictus *Petrus* de *Ceſtria* xviij. kal. Januarii anno Domini MCC. nonageſimo quarto, quondam ad præſentationem avi dicti comitis id eſt domini *Johannis* de **Laſcy** inſtitutus, qui in vita ſua nunquam cedere voluit. Quo defuncto, prædictus *Henricus* de **Laſcy** comes, tanquam in priore propoſito non exiſtens, ingreſſus eſt ad dictam eccleſiam, dictos religioſos multis diebus excludendo, qui pro ingreſſu habendo remiſerunt & quietum clamaverunt dicto comiti & hæredibus ſuis imperpetuum quandam capellam infra limites dictæ eccleſiæ exiſtentem valentem annuatim c. marcas ſterlingorum, & alias multas libertates infra foreſtas dicti comitis dictæ eccleſiæ ab antiquo ſpectantes, ut venandi & feras omni tempore anni ad libitum capiendi. Et ſic lectis ante fores dictæ eccleſiæ ſuper hiis inſtrumentis, die purificationis ſanctæ *Mariæ* poſt revocationem prædictam adepti ſunt ingreſſum nullum jus ad apropriationem ut prædictum eſt habentes, præſente populo non parvo & clamante, væ vobis ſimoniaci. Poſtea compoſuerunt cum domino *Rogero* de **Meuland** tunc epiſcopo contra hujuſmodi ingreſſum provocante appellante & ſequeſtrum interponente de CCCl. marcis ſterlingorum, de quibus poſt obitum ſuum ſatisfecerunt executoribus dicti epiſcopi de C. libris ſterlingorum, obligantes ſe & ſucceſſores ſuos ad anniverſarium dicti epiſcopi imperpetuum pro reſiduo faciendum; & ſic pacto & precio mediantibus adepti ſunt poſſeſſionem dictæ eccleſiæ nullum jus habentes ad ejuſdem apropriationem, & ſic per lapſum temporis xij. annorum devolvitur collatio ejuſdem ad dominum Papam eo quod de jure vacaret per idem tempus. Ex præmiſſis patet quod dicti Prior & conventus habent cartam & ſeiſynam quod non eſt aliud niſi præſentatio cum effectu: abbas & conventus prædicti habent ſolomodo cartam ſine ſeiſyna eo quod nunquam præſentaverunt. Eccleſia verò prædicta valet ſingulis annis ad minus, deductis expenſis, quingentas marcas ſterlingorum. Qualiter poſtea impetraverunt confirmationem prædicti Papæ *Bonefacii*, nulla facta mentione de conventionibus prædictis, & confirmationem epiſcopi qui tunc temporis fuit, pro mille marcis ſterlingorum, & confirmationem capitulorum *Conventrenſis & Lichefeldenſis* & loci archidiaconi pro xv. libris ſterlingorum annuæ penſionis imperpetuum ſolvendis, non eſt opus exprimere, ſet errores prædictos infecte radatis. Hoc autem ſciendum quod omnia præmiſſa notoria ſunt, & quod ab ingreſſu dictorum religioſorum in dictum beneficium, de malo in pejus uſque in hodiernum diem ad ſcandalum cleri & populi diſſentio ſemper pullulavit. Et ſciendum quod omnes rectores dictæ eccleſiæ uſque ad tempus domini *Petri* de *Ceſtria* cognominabuntur decani, & non rectores. Nuper deceſſit vicarius dictæ eccleſiæ cujus portiones ſecundum ordinationem ordinariorum valebant annuatim c. libræ ſterlingorum, & præ-

ſentatus

sentatus est ad vicariam nuper ordinatam per dominum papam nunc quidam capellanus, contra cujus ordinationem appellatum est per episcopum & archidiaconum, & causa per impletionem, similiter & collatio eo quod de jure & de facto per annum & dimidium jam vacavit, devolvitur ad papam.

Carta *Radulfi* de *Capricuria* de villa de *Bernesl ya.*

Ib f.63. b. SCiant *præsentes & futuri quod ego* Radulfus de Caprecuria *& soror mea* Beatrix *concessimus & dedimus Deo & sancto* Johanni *& monachis de* Pontefracto *villam de* Bernesleya *in boscho, & plano, in molendino, in aquis, in pratis & in omnibus quæ ad eam pertinent, in puram & perpetuam elemosinam pro animabus nostris & antecessorum nostrorum & hæredum, annuentibus filiis meis,* Jordano & Ricardo. *Concesserunt etiam nobis predicti monachi de* Pontefracto *propter hanc elemosinam quod facient unum monachum pro matre nostra, & alium pro sorore mea, & tertium pro me cum obiero, qui nominatim orent pro nobis. Mihi etiam concesserunt monachatum quandocunq; voluero. Ad recognitionem hujus rei dederunt monachi eidem sorori meæ decem marcas argenti & mihi tres, & annuatim pelliceam monachorum & botas. Dederunt etiam* Jordano *filio meo pro concessione hujus rei palefridum unum, & filio meo* Ricardo *v. marcas. Hanc donationem ego* Radulphus *de* Caprecuria *meo præsenti sigillo confirmo. Quod si quis hæredum meorum infringere præsumendo comodum animæ meæ & sororis meæ in hoc minuere temptaverit, deleat eum Deus de libro vitæ. T.* Henrico *de* Lasey *in cujus præsentia hæc donatio facta est, &* Matilde *matre sua,* Arnaldo *presbitero,* Roberto *presbitero,* Henrico Gwaleis, Ricardo Bigot, Thoma Dapifero, *&* Willielmo *fratre ejus,* Ricardo *filio* Leising, *&* Ricardo *Franceis.*

Quieta clamatio Jordani *de* Capreolicuria.

Ibid. SCiant præsentes & futuri quod ego *Jordanus de Capreolecuria* calumpniam quam habui in *Bernesleya* quietam clamo de me & hæredibus meis imperpetuum Deo & sancto *Johanni* & monachis de *Pontefracto* pro salute mea & antecessorum meorum, & uxoris meæ & heredum meorum. Insuper donationem ejusdem ville de *Bernesleia* cum omnibus appendiciis suis, quam donaverat eis *Beatrix* amita mea, & *Radulfus* de *Capreolecuria* pater meus concedo, dono & hac mea carta confirmo, in omnibus. Ipsi autem monachi sancti *Johannis* de *Pontefracto*, pro gratia hujusmodi concessionis, & donationis decem marcas argenti mihi dederunt, & annuatim dabunt pelliceam mihi, & botas monachi, & unum monachum pro me fecerunt & me monachum facient quando voluero. Quicunque heredum meorum aliquod impedimentum facere voluerit de hac mea donatione & elemosina maledictionem Dei incurrat & meam. Hec pax & compositio inter me & eosdem monachos facta est in capella sancte *Marie Magdalene* in *Donecastria* coram justitiario Regis *Ricardo* de Luci: Testibus, eodem *Ricardo, Rogero* archiepiscopo *Eboraci, Henrico* de Lasey, *Willielmo* de Mesci, *Roberto* clerico vicecomitis, *Turstano* de Sutton, magistro *Roberto Morel, Willielmo Vavasor, Jordano Foliot, Ricardo Bigot, Roberto Dispensatore, Johanne* filio *Willielmi* elemosinarii.

Progenies *Suani* filii *Alurici.*

Ib. f.85 b. SUayn filius *Alrick* feofavit domum de *Pontefracto* & monachos ibidem Deo servientes de ecclesia de Silkeston, cum sex bovatis terre in eadem villa Et de dicto *Suayn* venit *Adam* filius ejus & confirmavit feofamentum patris sui, scilicet de ecclesia de Silkeston, um sex bovatis terre. Et de dicto *Ada* venit *Matilda* & *Anabila*, & de *Matilda* venit *Rog.* de Punbecum, *Mabilia* & *Clementia* de Lungvilers, ie *Clementia* venit *Johannes* de Lungvilers, & de dicto *Johanne* de Lungvilers venit alius *Johannes* de Lungvilers, & de illo *Johanne* venit *Mabilia*, & *Margareta* uxor *Galfridi* de *Neovila*, & de *Mabilia* venit *Willielmus de Lamare*, & de *Will elmo Delamare*, venit alia *Mabilia*, & de illa *Mabilia* ven t *Hugo* de *Neovila*, & de *Arabella* filia *Ada* venit *Sarra*, & de *Sarra* venit *Thomas* de *Burgo* & de *Thoma* de *Burgo* alius *Thomas* de *Burgo* & *Johannes*, & dictus *Thomas* expiravit sine hæred:, & de *Johanne* venit *Thomas* de *Burgo* qui nunc est.

De fundatione capella sancti Clementis *in castra de* Pontefracto.

Ex vetusto exemplari penes *Henricum Savile* de *Medley* mil. & baronettum an. 1622. QUando *Ilbertus* de *Laceo* in honorem Dei & sanctæ *Mariæ*, & omnium Sanctorum ecclesiam beati *Clementis* in castello suo pro salute *Willielmi* Regis majoris, *Willielmi* filii ejus & filiorum ipsorum, & pro animabus p æd ecessorum, & pro animabus uxoris & filiorum suorum, & pro salute omnium fidelium vivorum & mortuorum in tempore principis supradicti, fundavit; donavit, & confirmavit eidem ecclesiæ plenarie decimæ suæ duas partes de dominico suo; videlicet in *Camasella*, in *Daringtona*, *Rodewella*, *Barvica*, *Parlingtona Chipesio* cum *Alretona*, *Ledstona*, pro qua habet ipsa ecclesia unum molendinum in Newsam, & tertiam partem decimæ quam habebant monachi de dominio castellariæ. Rursus in *Oltona* Wulmerslæ, *Chamsala*, *Emmesela* in *Lindissio*, in *Chaussera*, *Frisbera* in Nottinghamshire; *Hekelinga* in Drenscodshire, *Stantona*, Lurham, & totam decimam pullorum armenti sui, ac decimam p.scatoriæ Snottingleie. Harum rerum omnium supradictarum tenuit *Ranulphus Grammaticus* dimidiam partem, cum octo bovatis terræ in *Darthingtona* ad servitium ecclesiæ, & dimidium communæ contra *Ranulphum Grammaticum*, & *Godefridum* presbiterum. Dedit etiam *Ilbertus* decimam malorum *R dewelle*, & malorum Cerswist & Went & unius molendini in *Burgo*, & quinque bovatas terræ in Snottingley. Et pater meus *Robertus* de *Laceo* dedit ibi sextam partem, pro quibus ipse excambiavit duas partes decimæ *Nortonæ* & in majore *Emsala* duas partes; in Wemelsword duas partes. Et *Robertus* de *Laceo* dedit in *Feria* duas bovatas terræ ad luminare ecclesiæ prædictæ baronibus ejusdem castellaniæ.

Rogerus Pictavus in *Altofta* duas garbas. In *Cantona* ..... *Ilbertus* de *Ramosvilla* duas garbas *Camſalie* de dominio ſuo. *Umfredus* de *Villeio* duas garbas in *Snitella*, & *Newtona*, *Ernulphus* in *Preſtona* garbas duas & in *Ronedena*; *Gilbertus* filius *Dame* in *Stapeltona* duas garbas. *Radulphus Pincerna* de Thorpe duas garbas, & totam decimam molendini. *Radulphus* filius *Edelina* de Stubbs juxta *Enceſalam* duas garbas. *Henricus* de *Laccio* dimidiam partem decime de Scalbroke. *Willielmus Pictavus* in *Scaleilla* duas garbas. *Anſgotus Ruſſus* in Hampole duas garbas. *Cheme* in Stubbs duas garbas. *Girardus* de *Rameſwilla* dimidiam partem decime ſue in *Suzadetona*. *Gerbodus* in *Friſtona* duas partes decime unius carucate. *Robertus* de *Somerveio* dedit in tempore *Roberti* de *Laceo* in Beacroft tertiam partem unius carucate. Hec autem beneficia confirmavit authoritate *Thome* ſenioris archiepiſcopi, dedicavit ipſam eccleſiam cum ſcholis de Birkby & *Pontisfracti*, & ſicut anteceſſores mei has donationes & confirmationes ſtatuerunt in ſuis temporibus; Ita ego *Herbertus* concedo & confirmo eas cum auctoritate *Turſtini* archiepiſcopi apud *Brothertonam* cum omnibus que Canonici S. *Clementis* tenebant ad ſervitium ejuſdem eccleſie, die qua Deus per manum ſuam, dederit mihi hereditatem meam. Teſtibus ipſo *Turſtino* archiepiſcopo, epiſcopo *Karliel*, *Waltero* abbate Selby; *Rogero Pictavio* & *Roberto Malvilla*.

Willielmus & *Henricus* filii ejus, & *Simardus* frater ejus, *Herbertus* preſbiter, *Thomas* de *Dertona*, *Barnardus* de *Silkeſtona*, & *Richardus* filius ejus, *Alanus* de *Brettona*, & *Adam* & *Richardus* fratres ſui, *Richardus* filius *Herdingi* & frater ejus, *Matheus* de Dripping, *Suanus* de Holand, *Aelſi Bacun*.

Carta *G.* Prioris de *Caritate* (ordinis *Cluniacenſis* in partibus transmarinis ejuſdem ordinis capitalis domus) *Ade* filio *Suani* fundatori de Bretton.

Ibid. EXcellentiſſimo nimiumque dilecto, ac amico ſpeciali, & benefactori ſuo, Ade filio Suani, frater G. humilis eccleſie de Caritate *minister*, ac totus ejuſdem eccleſie conventus ſalutes & orationes ad dominum. *Magnitudini veſtre, o kariſſime domine, ex intimo corde noſtro, univerſi nos referimus gratias, pro tanta dilectione, & liberalitate veſtra, quam dudum domui & fratribus noſtris benignitas veſtra exhaudire dignata eſt. Cognoſcimus equidem valde letamur quanto nobilitas veſtra, erga religionem & ordinem noſtrum amore conſtringimur, dum novam illam Domum de* Bretton, *pro remedio anime veſtre, necnon & patris veſtri, omniumque parentum veſtrorum, & amicorum, tam inſigniter, & tam devote a vobis efficaciter, veſtra potiſſimum proviſione diſponi deſideratis. Eſt igitur, ut per latores preſentium dilicimus, veſtra voluntas, ut Priorem illi domui de* Bretton, *& ceteros, qui ordinis ſtrenui propugnatores exiſtant, ex fratribus noſtris, tam de* Pontefracto, *quam de aliis domibus noſtris per* Angliam *conſtitutis, fratres idoneos eligatis: Prior autem qui ibidem ſemel conſtitutus fueris, nequaquam inde ſummoveatur. Concedimus verò imperpetuum monachis de* Bretton *ibidem Deo famulantibus, poſt deceſſum Prioris ſui, conſilio capituli ſui de* Bretton, *Priorem de domo ſua eligere. Qui ſecundum Deum ordinem monaſticum, & beati* Benedicti *regulam in domo de* Bretton *obſervabit. Prior verò de* Pontefracto, *ſi fueris requiſitus a conventu de* Bretton *venire, in propria perſona, apud* Bretton, *in capitulum intrabit, cum advocatis ejuſdem domus de* Bretton, *ad electionem Prioris, & creationem. Hanc igitur petitionem veſtram ſaluſiferam, ideneamque probantes, ex communi totius capituli noſtri conſenſu laudamus, ſimulque concedimus. Preterea domino* Ade, *viro per cuncta laudabili, cujus conſilio, tam ſalubre opus incepiſtis, precipimus ut inceptis devote inſiſtat, & viriliter peragat. Quia denique tot tantaque beneficia conſpicui per veſtrum cotidie offeruntur obſequium, imperpetuum concedimus (divinam clementiam jugiter exorantes) quatinus immenſa caritate ſua ab omnibus adverſitatibus veſtris, & malis cuſtodiat, & poſt conſummatum hujus vite breviam ad regnum ſuum celeſte inducat.*

Bulla Alexandri *Papæ.*

ANno Domini MCC. quinquageſimo quinto, vj. Maii exhibite fuerunt littere domini Papæ apud London. Domino *R.* decano, & archidiacono *Lincolnien.* eccleſie, formam que ſequitur

MONK-BRETTONENSIS
Prioratus in agro Eboracenſi, *cella de* Pontefracto.

Charta Ade *filii* Suani *de prima fundatione monaſterii beate* Mariæ Magdalenæ *de* Lunda *vulgò* Punkebreton.

Ex regiſt. Priorat. de *Munk-Bretton* penes *Franciſcum Wortley* mil. & baronettum.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus, clericis & laicis *Adam* filius *Suani* ſalutem. Notum vobis facio me conceſſiſſe & dediſſe pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum & ſucceſſorum meorum, Deo & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda*, & domino *Adæ*, qui tunc temporis Prior erat de *Brettona*, & monachis qui ibidem Deo ſervient, in puram & perpetuam elemoſinam, *Brettonam*, cum omnibus ad eam pertinentibus, & molendinis de *Derna*, & *Lundam* patris mei, & quicquid habetur inter *Dernam* & Stanclife uſque Peresbrok, *Newhala*, & *Rameſbergam*, & *Lintuait*; & quicquid habetur in *Bramtona*. Iſta omnia, ſub præſentis cartæ atteſtatione confirmo, & concedo ut quieta & libera teneant, & poſſideant de me & heredibus meis, ſicut puram decet elemoſinam inperpetuum; hujus donationes teſtes ſunt *Alexander*, & *Richardus* filii mei, *Eſwardus* de Almanebury, & *Robertus* frater ejus, *Dolfin* de Ainelai, & *Wil-*

sequitur continentes. *Alexander* episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Priori de **Thurgarton**, *Eboracensis* dioc. decano & archidiacono *Lincoln.* salutem, & apostolicam benedictionem. In causa quæ inter dilectos filios suppriorem, & conventum monasterii de **Bzetton**, *Cluniacensis* ordinis ex parte una, & Priorem & conventum monasterii de *Pontefracto*, ejusdem ordinis, *Eboracensis* diœcesis, super eo quod dictum monasterium de **Bzetton**, eidem monasterio de *Pontefracto* suo jure esse proponitur, & rebus aliis ex altera vertitur, fœlicis recordationis *Innocentius* Papa, prædecessor noster, dilectum filium magistrum *Rostandum* subdiaconum & capellanum nostrum dedit partibus auditorem: Verum quia lite in ejus præsentia legitimè contestata, & factis positionibus & responsionibus subsecutis, per ea quæ fuerunt hinc inde coram ipso proposita, non potuit de causa ipsa plenè liquere; discretioni vestre, per apostolica scripta, mandamus, quatinus testes quos utraque pars, super articulis vobis, cum interrogatoriis eorum, ab ipso capellano, sub suo sigillo transmissis, nec non privilegia, instrumenta, & alia documenta, quæ infra tres menses, à receptione præsentium, producere poterunt coram vobis, per vos, aut per alios, neutri parti suspectos, prudenter recipere, ac testes ipsos, juxta eadem interrogatoria, diligentèr examinare curetis. Si verò aliqua partium ipsarum testes adverse partis reprobare voluerit, vos testes, super reprobatione hujusmodi, infra duos alios menses, eisdem tribus proximos, recipere ac examinare solicite studeatis, depositiones omnium prædictorum testium, fideliter in scriptis redactas, ac etiam transcripta publicorum instrumentorum, & documentorum ipsorum, de verbo ad verbum, cum dictis articulis, & interogatoriis, sub sigillis vestris inclusa, ad nostram præsentiam, quantocius transmissuri, & significaturi quæ & quanta fides privilegiis & instrumentis prædictis fuerit adhibenda: partibus autem eisdem præfigatis terminum peremtorium competentem, quo, per se, vel procuratores ydoneos compareant, coram nobis justam, dante domino, sententiam recepturi. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Dat. *Neapolis* vj. kal. Marcii pontificatus nostri anno primo. Et ad supplicationem & instantiam *Richardi* de **Eltefeld**, procuratoris domus de **Bzetton**, & subprioris conventus ejusdem domus de **Bzetton**, qui dictas literas præsentavit anno & die prædictis, dictus decanus *Lincoln.* ecclesiæ præsentibus literis sigillum suum apposuit in testimonium præsentationis literarum prædictarum. Dat. **London**, anno die & loco prædictis.

Carta domini *Johannis* de *Nevemtreate* de manerio de **Alverthuait**.

Ex autog. in turri beate *Marie Ebor.*

SCiant *præsentes & futuri, quod hæc est conventio facta inter Priorem & conventum de* **Bzetton** *ex una parte, & dominum* Johannem *de* Novo-foro *ex altera, anno gratiæ millesimo ducentesimo tricesimo nono, in crastino translationis beati* Thomæ *martyris, apud* Eboracum; *videlicet, cum controversia mota esset inter prædictos Priorem & conventum petentes totum manerium de* **Alwardethuait** *cum omnibus suis pertinentiis per breve domini Regis de nova disseisina coram domino* Picoto *de* **Lasceles**, Roberto *de* **Cokefeld**, Gerardo Salvein, Willielmo Constabulario, *justitiariis ad hoc datis, & dictum* Johannem *tenentem: Lis in hunc modum conquievit; videlicet quod dictus* Johannes *dictum manerium de* **Alverdethuait** *cum suis pertinentiis tenebit hereditarie de dicto Priore & conventu. Reddendo inde annuatim ipse & hæredes sui, dicto Priori & conventui, & successoribus suis quinque marcas argenti, solvendas ad duos terminos: Scilicet duas marcas & dimidiam ad festum sancti* Martini, *& duas marcas & dimidiam ad pentecostem. Ita vid. licet, quod tam cito dictus* Johannes, *vel hæredes sui dicto Priori, & conventui vel eorum successoribus in aliis, pro voluntate dictorum Prioris & conventus, vel eorum successorum, secundùm arbitrium bonorum virorum satisfecerint, dictum manerium de* **Alwarvethuait**, *cum suis pertinentiis, sicuti* Henricus *de* Novo foro *ejus avunculus, illud tenuit, sibi & hæredibus suis solutum & quietum à dicto Priore & conventu & eorum successoribus remanebit. Salvo forinseco servicio, quantum pertinet ad dimidiam bovatam terræ, quam dictus* Johannes *tenet in manu sua, unde tredecim carucatæ terræ faciunt feudum unius militis, prout continetur in cartis, quas dictus Prior & conventus penes se habent. Et sciendum est, quod si dictus* Johannes *vel hæredes sui in solutione alicujus termini cessaverint, licitum est Priori & conventui feodum suum scilicet manerium de* **Alwarvethuait** *distringere, usque dum totum suum integrè perceperint. Et si dictus Prior & ejus conventus, vel eorum successores, in inveniendo sacerdotem, qui celebret pro anima* Henrici *de* Novoforo *ejus avunculi, negligentes fuerint, licitum sit dicto* Johanni *& hæredibus suis, compellere dictum Priorem & conventum & eorum successores per dictam firmam, usque dum sacerdotem vel monachum inventrint competentem. Ad istam convemionem fideliter & firmiter imperpetuum tenendam, dictus Prior pro se & conventu, & eorum successoribus; dictus* Johannes *pro se & hæredibus suis fidaverunt & hoc quidem tactis sacrosanctis evangeliis juraverunt. Et ad majorem securitatem, quisilibet eorum scripto alterius sigillum suum apposuit. Hiis testibus, domino* Picote *de* **Lasceles**, *domino* Roberto *de* **Cokefeld**, *domino* Gerardo Salvein, *domino* Willielmo Cunestabulario, *domino* Petro *de* **Bzus**, *domino* Roberto *de* **Detwite**, Marmaduco Darel, Thoma *de* **Pozetinton**, Nicholao Devias, Rein ..... *de* **Wambewell**, Willielmo *de* **Steinton**, Roberto *de* **Woodhouse**, Radulfo *de* Rupe, *& multis aliis.*

Carta Thomæ *de* Burgo, *& Sarræ uxoris ejus.*

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos hoc præsens scriptum pervenerit, *Thomas* de *Burgo* & *Sarra* uxor ejus salutem. Universitati vestræ notum esse volumus, nos divinæ pietatis in- Ibid.

tuitu, & pro salute animarum nostrarum, & antecessorum & successorum nostrorum, concessisse & hac præsenti carta confirmasse, Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda*, & monachis ibidem Deo servientibus donationes & confirmationes omnes quas illis fecit *Adam* filius *Suani* per cartas suas; & donationes & confirmationes omnes quas illis fecerunt *Willielmus* de **Nevill**, & *Amabilis* uxor ejus; scilicet de medietate villæ de **Carleton**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis; & de quatuor bovatis terræ in **Wrangbzoc** de dominico suo, cum omnibus pertinentiis suis; & de medietate ecclesiæ de **Rozestun** cum capellis, & omnibus pertinentiis suis, in puram & perpetuam elemosinam, sicut cartæ eorum testantur. Hiis testibus, *Willielmo* de **Nevill**, *Ada* filio *Orni*, *Richardo* filio *Bernardi*, *Nicholao* de **Gerdestune**, *Hugone* filio *Alani*, *Simone* de **Turs**, *Hugone* de **Elm**, *Roberto* de **Turs**, *Radulfo* de **Wideltune**, *Willielmo* filio *Rogeri*.

Ibid. Carta *Adæ* de **Wunbegun** & *Matildis* sponsæ ejus.

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris notum sit & manifestum, quod ego Adam *de* **Wunbegun** & Matildis *sponsa mea, unanimiter concedimus, & præsentis cartæ attestatione confirmavimus ecclesiæ sanctæ* Mariæ Magdalenæ *de* Lunda, *& monachis ibidem Deo famulantibus, liberè, solutè, & quietè, quicquid* Adam *filius* Suani *eis concessit, donavit & confirmavit. Scilicet in bosco & plano, in molendinis, & aquis omnino sicut ipsemet* Adam *eis melius & liberius concessit, in universis quæ pertinent ad portionem meam, ex hæreditario jure junioris filiæ, quam legitimo michi desponsavi conjugio. Concedimus etiam prædictis monachis & præsenti itidem carta confirmavimus, pro salute animæ ejusdem* Adæ *filii* Suani, *& animæ meæ & uxoris meæ, partem nostram de* **Carletun**, *videlicet plenariam medietatem ipsius villæ, & quæcunque ad eam pertinent; ecclesia quoque de* **Rozestun** *medietatem quæ portioni meæ contigit, & ipsius uxoris meæ, in quantum ad nos pertinet, in liberam & puram & perpetuam elemosinam. Hujus rei testes sunt,* Rainerius *filius* Suani, Walterius Flandrensis, Adam *filius* Petri, Rogerius *frater ejus*, Richardus *filius* **Herding**, Henricus *filius* Dolfini, Thomas *filius* Suani, Adam Brun, Richardus *de* **Ruelent**, Rogerus *de* **Loccedal**, Utredus *filius* Incbern, Ailsi Bacun, Hubertus *de* Chici.

Ibid. *Carta* Galfridi *de* **Nevill** & Mabiliæ *uxoris ejus.*

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, notum sit & manifestum, quod ego *Galfridus* de **Nevill**, & *Mabilia* uxor mea unanimiter concedimus & præsentis cartæ nostræ attestatione confirmamus, ecclesiæ sanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda*, & monachis ibidem Deo servientibus, liberè, solutè, & quietè quicquid *Adam* filius *Suani*, eis donavit, concessit & confirmavit; scilicet in bosco & plano, in molendinis & aquis omnino, sicut ipsemet *Adam* eis melius & liberius concessit, in universis quæ ad nos pertinent. Concedimus etiam prædictis monachis, & præsenti itidem carta confirmavimus, pro salute animarum nostrarum & antecessorum & successorum nostrorum *Carletonam* cum omnibus pertinentiis & ecclesiam de **Rozeston** cum omnibus pertinentiis, in quantum ad nos pertinet. Et sciendum nos, unanimi consensu, toti juri nostro quod dicebamus nos habere in prædicta ecclesia, tam super ultima præsentatione, quam super aliis ad nos de jure spectantibus, penitus renuntiasse, & jus pristinum prædictis monachis, præsenti scripto confirmasse. Ut autem hæc concessio & confirmatio firmitatis robur obtineat imposterum, præsens scriptum sigilli nostri munime roboravimus. Hiis testibus, *Roberto* de **Skegnes**, *Petro* de **Nevill**, *Roberto* filio *Adæ*, *Rogero* de **Notton**, *Johanne* personâ de **Feleskirke**. *Willielmo* filio *Johannis*, *Willielmo* de **Grimestorp**, *Richardo Broford*, *Radulfo* de *Rupe*, *Roberto* de **Deneby**, & aliis multis.

Ibid. Carta *Rogeri* de *Montebegonis* de foresta de **Holecumbe** in comitatu *Lancastrensi.*

Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum perveneriit, Rogerus *de* Montebegonis *salutem. Noverit universitas, me divinæ pietatis intuitu, dedisse & concessisse, & hac præsenti carta confirmasse, Deo & beatæ* Mariæ Magdalenæ *de* **Bzetton**, *& monachis ibidem Deo servientibus, totam forestam de* **Holecumbe**, *& pasturam infra divisas subscriptas; videlicet quantum foresta mea se extendit versus* Querendonam, *in longitudine & latitudine, & ascendendo per divisas foresta meæ usque ad* **Langschahehevet**, *& inde ex transverso, sicut semita dividit, usque in* **Holcumbehevet**; *ex transverso usque ad* **Arkillesbou**, *& inde per medium* **Arkillesbou**, *usque ad* **Pilegrimescrosschahe**; *& inde descendendo usque ad viam quæ ducit per medium* **Titlesbou**, *sequendo prædictam viam, usque ad* **Caldewelle**, *sequendo* **Caldewellesic** *usque in aquam de* **Pzewell**; *ac inde descendendo usque ad* **Titlesboubzoc**, *& ascendendo per* **Titlesbou bzoc**, *usque ad viam quæ ducit per medium* **Titlesbou** *& inde versus occidentem, sequendo semitam, quæ dicitur semita latronum, usque ad* **Halterbzigge**; *& de* **Halterbzigge**, *usque ad viam de* **Oskelleis**. *Et sciendum est quod prædicti monachi habebunt de bosco, inter* **Holcumbe** *&* **Titlesbougate** *sufficientiam ad ædificandum & ardendum pastoribus suis, & ad rationabilem sustentationem averiorum suorum in jeme. Præterea dedi eis tres acras de prato sub* **Arkillobon**, *juxta* **Pilegrimescrosschahe**, *& singulis annis licebit eis facere circa illud pratum, & circa pratum suum apud* **Haderleies**, *prout voluerint. Præterea licebit eis habere ædificia sua, ubi* Henricus Lunggeiambe *mansit, vel alibi versus* Querendonam *ubi voluerint. Licebit etiam eisdem illam terram excolere ad victualia pastorum suorum, circa domum in qua idem* Henricus *mansit, & communicare ubique cum hominibus de* **Totingtune**, *salva eis tamen communa quam antiquitus habere solebant. Hanc autem prædictam pasturam cum prato prædicto (sicut supra scriptum est) dedi & concessi*

concessi prædictis monachis, in puram & perpetuam elemosinam pro salute animæ meæ & antecessorum meorum. Ita tamen quod nullus ballivus, seu serviens, seu forestarius meus, vel hæredum meorum, inquietabit vel molestabit homines vel pastores eorum, in aliquibus rebus, nec in cibis, nisi ex mera liberalitate eis conferre voluerint. Salvâ quidem mihi venatione meâ, & avibus meis quæ alias capiunt, infra prædictas divisas. Quare volo firmiterque præcipio, ut prænominati monachi habeant & teneant, & possideant prædictam elemosinam liberè & quietè, pacificè & honorificè sicut aliqua elemosina melius & liberius poterit teneri. Et ego Rogerus *& hæredes mei warentizabimus prædictis monachis elemosinam prænominatam, contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus,* Eudone *de* Lungvilers, Willielmo *filio* Adæ, Gilleberto *de* Notton, Galfrido Britono, Johanne Delamara, Richardo Delamara, Richardo Blanchard, Ada *de* Birt, Rogero *de* Pivelton, Henrico *persona de* Birt, Roberto *de* Yep, Alexandro *coco*, Radulfo Haget, Johanne *de* Peningestone, Radulfo *de* Rupe, Hugone *de* Yeslome, Richardo *de* Ramesbothom, Richardo Crudere, Simone *clerico, & aliis.*

Carta Johannis Malherbe.

Ibid. EGo *Johannes Malherbe*, & *Matildis* sponsa mea unanimiter concedimus ecclesiæ sanctæ *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda* & monachis ibidem Deo famulantibus, liberè, solutè, & quietè quicquid *Adam* filius *Suani* eis concessit, donavit, & confirmavit. Scilicet, in bosco & plano, in molendinis, & aquis, omnino sicut ipsemet *Adam*, eis melius, & liberius concessit, in universis quæ pertinent ad portionem meam ex hæreditario jure junioris filiæ, quam legitimo mihi despontavi conjugio. Concedimus etiam prædictis monachis, & præsenti itidem carta confirmavimus, pro salute animæ ejusdem *Adæ* filii *Suani*, & animæ meæ, & uxoris meæ, & antecessorum nostrorum, partem nostram de Barletun; videlicet, plenariam medietatem ipsius villæ, & quæcunque ad eam pertinent; ecclesiæ quoque de Rozestune medietatem, quæ portioni meæ contingit, & ipsius uxoris meæ, in quantum ad nos pertinet, in liberam & puram, & perpetuam elemosinam. Hujus rei testes sunt, *Richardus* capellanus, *Ranulphus* de Mozles, *Willielmus* de *Cambervilla*, *Gaufridus Gerner*, *Ranulfus Malerb.* *Willielmus* filius *Adæ*, *(&c.)*

Carta Adæ *filii* Swani *de Prioratu de* Monkbzetton *subiciendo.*

Ibid. DOmino *Eboracensi* archiepiscopo & omnibus fidelibus sanctæ matris ecclesiæ *Adam* filius *Suani* salutem. Sciatis quod ego donavi ecclesiæ sancti *Johannis* de Pontefract ad religionem locum illum S. *Mariæ Magdalenæ* de *Lunda*, quem ego fundavi in patrimonio meo ad opus monachorum qui ibidem Deo regulariter servient, pro animabus patris & matris meæ & pro salute mea & successorum meorum. Propter hoc beneficium concessum est mihi annale pro me fieri in matrice sua ecclesia de *Karitate*; & in domo sua de Pontefract unum annale, & singulis annis ibidem anniversarium meum, & in omnibus locis suis ubi ordo tenetur, Tercenarium, In aliis verò quantum pro uno monacho *Cluniacensi*. *Adam* vero Prior ejusdem loci adquisitor & primus fundator cum à Pontefract discesserit, in eodem loco de *Lunda* manebit quamdiu vixerit custos & Prior domus. Post cujus decessum Prior de Pontefract & monachi ejusdem loci consilio meo & hæredum meorum alios qui idonei sint in loco ejus substituent. Et si fortè aliquis frater de Pontefract pro negotio domus suæ in loco competenti ad me venerit, si honestè fieri poterit, cibis quibus vescor & ipse mecum vescetur. Hujus rei gratia unoquoque anno marcam unam argenti a domo illa de *Lunda* ecclesiæ sancti *Johannis* de Pontefract constitut debere persolvi ad recognitionem. Hujus conventionis testes sunt, *Osbertus* archidiaconus, *Radulfus* dapifer, *Ernaldus* & *Robertus* capellani, *Thomas* dapifer monachorum. *Rogerus* archiepiscopus *Eboracensis* confirmat hanc concessionem.

Primordiale decretum *Urbani* Papæ pro confirmatione primæ fundationis.

Ibid. URbanus *episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Priori & monachis ecclesiæ sanctæ* Mariæ Magdalenæ *de* Lunda *tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis I N. M. Cum simus ad regimen universalis ecclesiæ, licet inmeriti, providentia superna dispositionis assumpti, si quando postulantur à nobis quæ ad ecclesiarum tuitionem pertineant, petentium desideriis clementer nos convenit condescendere & eorum vota effectu complere. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus & præfatam ecclesiam sanctæ* Mariæ Magdalenæ *de* Lunda, *in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati* Petri *& nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum & beati* Benedicti *regulam in ecclesia vestra dinoscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quæcumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia inpresentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum aut Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis præstante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo præfata ecclesia sita est cum pertinentiis suis. Ex donatione* Adæ *filii* Swani, Bzetton *cum omnibus pertinentiis suis, & molendina de* Derna & Lundam *patris sui &* Karletonam *cum pertinentiis suis; ecclesiam de* Rozston *cum pertinentiis suis &* Neuhale, *&* Ramebergam, *&* Lunthewait, *& quantum habebat in* Bzamton, *& molendinum de* Neuhale *& omnia quæ ad præfatas terras pertinent. Et in* Valethun *dimidiam carucatam terræ, & molendinum de* Chirnkilhalye, *& duodecim denarios in* Wodehusun. *Ex donatione* Roberti *de* Stapleton *terram de* Chudewrde. *Ex donatione* Adæ *de* Flynthil *quatuor acras terræ in eadem villa. Ex donatione* Swani *de* Derfeld *octo acras*

terræ

terra in Erdesleia. *Ex donatione* Henrici *filii* Swani *octo solidos de dimidia carucata terra in* **Wrangbzock**. *Ex donatione nobilis viri* W. *de* Nefvilla *&* Amabilis *uxoris sua molendinum de* **Langevenedale**. *Liceat quoque vobis clericos vel laicos è secu'o fugientes liberos & absolutos ad conversionem recipere, & eos sine contradictione aliqua retinere.*

Prohibemus insuper ne alicui fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem fas sit de eodem loco sine Prioris sui licentia, nisi artioris religionis optentu discedere, discedentem verò absque communium literarum cautione nullus audeat retinere. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus vel sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Libertates etiam & immunitates ab ecclesiasticis secularibusve personis vobis, ecclesiæ vestræ, aut hominibus vestris rationabiliter indultas, & consuetudines quoque rationabiles in ecclesia vestra hactenus observatas ratas habemus, easque futuris temporibus illibatas permanere sancimus (&c.) Datum .... per manum Alberti *sanctæ Romanæ ecclesiæ presbiteri Cardinalis v. kal. Junii, indictione quarta, incarnationis dominicæ MClxxxvj. pontificatus verò domini* Urbani *Papæ iij. anno primo.*

THETFORDENSIS *Prioratus in agro* Norfolciensi, * *fundatus anno MCiij.*

* Annales *Norwic* in bibl. *Cotton.*

Carta Rogeri Bigot *de fundatione ejusdem Prioratus.*

Inter collectanea *Jac. Strangemans* in bibl. *Cotton.* sub effigie *Vitellii* F. 4.

EGO *Rogerus Bygot* concilio domini mei *Henrici* illustris regis, & uxoris ejus *Matildis* reginæ, & domini *Hereberti* episcopi, & uxoris meæ *Adelicie*, & hominum meorum, pro communi salute, & remedio animarum nostrarum & pro anima domini *Willielmi* regis senioris, & uxoris suæ *Matildis* reginæ, & filii eorum *Willielmi* regis ; necnon pro salute aliorum liberorum suorum, dono domino Deo, & beatæ *Mariæ* semper virgini, beatis apostolis *Petro* & *Paulo* & ecclesiæ *Cluniacensi*, ecclesiam quam apud *Thetfordensem* villam in honore ejusdem beatissimæ semper virginis *Mariæ* construere & edificare cœpi, cum omnibus quæ ad eandem ecclesiam pertinent quæ *Osbertus* eidem contulit, & quæ tenuit tempore regis *Edwardi*, & cum omnibus quæ ego & hæredes mei inpræsentiarum donavimus, & que in posterum donaturi sunt hæredes & successores nostri. Ego itaque *Rogerus Bygot* dono imprimis, & reddo meipsum & uxorem meam *Adelyciam* & omnes liberos meos &c. Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ* de **Thetford** sicut fratres, & benefactores & advocatores sepeliendos in fine. Quare confirmo dictæ ecclesiæ totam terram quam *Alwi* tenet in **Thetford**, sicut eam à domino rege *Willielmo* seniori habui. His testibus domino *Hereberto* episcopo, & *Gundulpho* episcopo, & *Roberto Bloet* episcopo, *Aluredo* archidiacono, & *Gaufrido* archidiacono, *Rotoldo* comitis filio, *Ranulpho* cancellario, & *Eudone* dapifero, *Willielmo Malet*, *Eustachio* de **Bzettevill**, & aliis, dum rex moram fecit apud *Thetfordiam*, ubi & hoc ✠ Signum sanctæ crucis, & sigillum suum in testimonium apposuit.

Carta Willielmi Bigot.

SCiant præsentes, & posteri, *Franci* & *Angli*, & omnes fideles Christiani, quod ego *Willielmus Bigot* dapifer regis *Anglorum*, pro remedio animarum patris mei *Rogerii Bigoti*, & matris meæ *Adelidis*, & pro salute mea, & fratris mei *Hugonis*, & sororum mearum, & omnium parentum meorum, vivorum, & defunctorum ; necnon pro salute domini mei *Henrici* regis, & statu & quiete regni sui, concedo & præsenti carta mea confirmo Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ Thedfordensis*, & monachis *Cluniacensibus* in ea Deo servientibus, in liberam, & perpetuam elemosinam, quicquid pater meus *Rogerus Bigotus*, & homines sui, & mei, pro salute animarum suarum eidem ecclesiæ donaverunt ; ecclesias videlicet, & decimas, & terras, & redditus, & alia beneficia, sicut carta ejusdem patris mei *Rogerii Bigoti* eis testatur. De dono itaque ipsius, ipsam ecclesiam beatæ *Mariæ*, in qua ipsi monachi primitus manserunt, cum omnibus quæ ad eam pertinent, quæ *Osbertus* ibi dedit, & tenuit tempore regis *Edwardi* ; & terram quam *Ailwi* tenuit in *Tetfordia*, cum molendinis, & pratis, & pasturis, & omnibus rebus quæ pertinent ad eadem, sicut pater meus *Rogerus Bigotus*, a rege *Willielmo* seniore ipsam habuit ; & manerium **Snaresheile**, cum advocationibus pertinentibus. Et sepulturam corporis mei, & hominum meorum in finem ; sicut in carta patris mei continetur ; similiter & omnes ecclesias & decimas de maneriis meis, cum citius deliberatæ fuerint ; videlizet ecclesiam de *Bradelia* ; ecclesiam de *Offintona*, ecclesiam de *Ovitona*, ecclesiam de **Stanham**, ecclesiam de **Saham** ; ecclesiam de utraque **Framingeham**, majori & minori ; ecclesiam de **Keleshall** ; ecclesiam de **Loppam**, ecclesiam de **Mornsethe** ; ecclesiam de ..... ecclesiam de *Hagenewrda* ; ecclesiam de *Suthstheda* ; ecclesiam de *Methona* ; ecclesiam de *Suthfelda*, & omnes alias ecclesias meas, cum terris, & decimis & omnibus earum pertinentiis cum citius, ut prædictum est, deliberatæ fuerint & unde ..... & præsentationis meæ. Interim autem donec prædictæ ecclesiæ eis deliberentur, prædicti monachi habebunt duas partes decimarum de dominiis horum maneriorum meorum, sicut pater meus eis concessit, & eos exinde investivit ; videlicet de *Bradelia*, de *Offintona*, de *Nuthelaia*, de **Saham**, de **Keleshale**, de minori **Framingham**, de *Haella*, & de *Hagenewrda*, & garnerium de **Kederham**, cum tota terra sua, & viginti libratas terræ quas eis assignavero, quam cito potero, in escambium pro manerio de **Chipcham** quod tradidit eis pater meus, ibid.

meus, pro centum libris quas habebat, & commodaverat desuper; & viginti millia allecum in *socha* de **Bellesshale**, & quinque milia anguillarum in **Wetles**, & unam piscariam quæ vocatur **Rawerre**, & quandam terrulam quam tenuit pater meus in *Risewrda*, de abbatia *Elienſi*, & totam terram, & tenementum, quod fuit *Herfastii* episcopi, et filii ejus *Richardi* in **Tedford**, infra burgum, et extra, in pratis, et pasturis, in aquis, et molendinis, in stagnis, et piscariis, et in omnibus rebus. Et totam terram de **Fauconafield**, cum *socha* et *socha*, et **thol**, et **them**, et **infangenethef**, et omnibus aliis libertatibus. Et totam terram similiter de **Silcham**, cum omnibus quæ ad eandem terram pertinent, sicut *Herbertus* capellanus meliùs, et liberiùs, et honorificentius eam unquam tenuit de dono *Herberti Norwicenſis* episcopi qui eam patri meo scambiavit, sicut carta ejusdem episcopi testatur; Et quartam partem de **Chikeringes**, et terram quam tenet *Egea* in **Dennehām**, et terram *Ascelini* de **Deisham**, cum omnibus quæ ad eam pertinent; et ecclesiam ejusdem villæ, cum omnibus rebus, quæ ad eam pertinent. Et viginti quinque solidatas terræ in **Winsemere**, et decem solidatas terræ in **Langwade**, et *Eddricum* de **Thorp**, cum tota terra sua, et hominibus quos habebat in **Thorp**, et in **Dunewic**, vel ubicunque; Et totam terram, et homines et omnes quos *Archelismus* tenuit, in **Thaseburche**, et ecclesiam de **Thaseburche**, cum terris et decimis, et omnibus rebus quæ ad eam pertinent. Et terram quam tenuit *Ulf* presbiter, cum hominibus, et omnibus rebus quæ ad eam pertinent, et *Ulmerum* de **Thaseburche**, cum tota terra sua, et duos homines in *Stratona*. Hæc omnia ego, et pater meus donavimus et concessimus.

Præterea concedo eis, & confirmo duas partes decimationum, quas homines sui, & mei, eidem ecclesiæ donaverunt de dominicis eorum, & de omnibus rebus unde decima datur, & alios reditus, pro salute animarum suarum, sicut carta patris mei, & mea testatur, in quibus & nomina eorum, & donationes, subnotantur & confirmantur; *Willielmus Bigotus* itaque donavit duas partes decimationum de dominio suo de **Finchinkefeld**, & totum jus quod habuit in ecclesia ejusdem villæ, *Robertus Cameravius* similiter duas partes decimarum suarum de **Sinthinges**, *Radulfus* filius *Normanni* similiter duas partes decimarum suarum de **Pesshale**, *Giraldus* de *Seuci* similiter duas partes decimarum suarum de **Clingeham**, *Ethardus* de *Vallibus*, similiter duas partes decimarum suarum de **Beselwic**, *Robertus* de *Boſco* similiter duas partes decimarum suarum de *Stirſtona*, *Robertus* de *Vallibus* similiter omnes ecclesias & decimas de terra sua; videlicet de *Panthencia*, de *Terſtona*, & de *Turtona*, & de **Chedeham**, & de **Wenham**, & de *Rhamdona*, & de **Belcham**, & de omnibus rebus in quibus eum Deus crescere fecerit, & sedem cujusdam molendini ad vadum holmi; & alnetum, quod subjacet, & seipsum, sicut & cuncti homines mei, reddit sepeliendum ad finem suum apud *Tetfordiam*, cum tota parte sui census. *Hugo* de **Bondene**, & uxor ejus *Matildis* ecclesiam de *Offetona*, cum terra, & decima, quæ pertinet ad eam, & triginta acras terræ de dominio suo, & totam decimam suam de *Weſtona*, de omnibus rebus, & etiam de molendino Et viginti solidatas terræ in *Daneſeia*, de maritagio prædictæ *Matildis*, & decimam de **Tothcham** de omnibus rebus quæ decimari possunt; *Willielmus* de *Burnovilla* & uxor ejus *Aliva* ecclesiam & decimam de **Ringesshale**, & de **Belham**, & decimam de *Coleneia*, & decimam de *Nethleſteda*, & terram in **Sumeresham**, cum parte ecclesiæ. *Ranulfus* filius *Walteri*, concedente uxore sua *Matilda*, ecclesiam sancti *Egidii* de *Wadetona*, cum terris, & decimis, & omnibus pertinentiis suis, & nominatim mansuram terræ, cum domibus quas tenuit *Ernaldus* presbiter, & sexaginta acras terræ de dominio suo, & nemus quod vocatur **Silewardesshage**. *Herbertus* de **Cravencum** octo solidatas terræ in *Lethona*, & duas partes decimarum suarum de *Greſthona*, *Rogerius Bulcanus* similiter duas partes decimarum suarum de *Outona*. *Ivo Verdunenſis* similiter duas partes decimarum suarum de *Mulethona*. *Radulfus* filius *Hugonis* terram suam de *Creio*. *Edwardus* duas partes decimarum suarum de **Pellis**, & **Bisthorp**. *Willielmus* de **Curcun** duas partes decimarum suarum de *Wodethona*, & de **Porecroft**, & terram suam quam habet in *Newthona*, quæ fuit *Acelini* ..... & decimam suam de *Terſtona*. *Ranulfus* decimam suam de *Wica*, & de *Bantia*. *Richardus* de *Cadomo* terram suam de **Brokedis**, & silvam ad pinguedinem viginti porcorum; & duas partes decimarum suarum de *Northona*, & quicquid juris habuit in ecclesia de **Sibeham**. *Hubertus* de *Monte Canisio*, duas partes decimarum suarum de **Belcham**. *Berengarius* de **Sap** duas partes decimarum suarum de *Brainthona*. *Rogerus* de *Enfreus* duas partes decimarum de *Tenthona*. *Radulfus Paſſelewe* duas mensuras de frumento annuatim, & sexaginta solidos in morte sua. *Walterus* de *Smalaberga* ....., *Reinaldus* dapifer iij. mensuras de frumento. *Robertus* de **Caili** quinque solidos annuatim, & medietatem omnium rerum suarum in fine suo. *Fulco Savinienſis* decem solidos; *Robertus* de **Bzam**, duas mensuras de frumento. *Bernardus* de **Bernetham** iij. millia allecium; *Baldewinus* filius *Widonis* iij. mensuras de frumento, & tres mensuras de brasio; *Willielmus Apiegart* j. mensuram de frumento. *Willielmus* de *Boſco* duas mensuras de frumento, a ..... *Rinaldi* dapiferi unum miliarium allecium. *Briſtricus* de **Longelond** unum miliarium allecium, *Robertus* de **Rebelund** unam mensuram de frumento, & unum miliarium allecium. *Briſmere* de *Torneia* iij. mensuras de frumento. *Radulfus* filius *Herlewini* duas mensuras terræ, & (i.) meth. de brasio & alterum de pisi. Et ut hæc omnia rata sint, & fideliter confirmata prænominatæ ecclesiæ, & prædictus monachis meis Deo servientibus, sigillum meum huic cartæ meæ apposui. His testibus, *Willielmo Maleth*, *Willielmo Bigoto*, *Humfrido Bigoto*, *Roberto* de *Vallibus*, *Ranulfo* filio *Walteri*, *Ethardo* de *Vallibus*, *Richardo* de ..... *mo*, *Roberto* de *Boſco*, *Ivone* de **Verdun**, & multis aliis de hominibus meis.

Carta regis Henrici *primi.*

Ibid. H. Dei gratia rex *Anglie*, omnibus baronibus, & fidelibus suis, *Francis* & *Anglis* totius *Anglie*, salutem. Sciatis omnes, me concessisse Deo, & sancto *Petro* de *Cluniaco*, & sanctæ *Mariæ* de Thedford quicquid *Rogerus Bigotus* ei dedit, & quicquid in antea ipsi ecclesiæ de Tedford meo concilio daturus est; scilicet, in terris & decimis, & consuetudinibus, & omnibus aliis rebus. Et volo, & præcipio ut ita bene, & quietè, & honorificè, ipsa ecclesia de Tedford & monachi ibi Deo servientes omnia sua teneant sicut meliùs, & quietiùs, & honorabiliùs ulla ecclesia & monachi de *Cluniaco* sua tenent alicubi in meo regno. Testibus, *Roberto Blois* episcopo *Lincolniæ*, & *Rogero* episcopo *Salisbiriensi*, & *Waltero* cancellario, & *Hammone* dapifero, & *Roberto Mallet* camerario, *Ursone* de Abetot, & *Willielmo* de *Terneio*, & *Willielmo Reinis*, & *Willielmo* de *Magnaville* apud Rameseiam, in transitu regis, in proxima die ante festum sancti *Valentini* martiris.

In dorso.

Carta prima Henrici *regis de terris & omnibus aliis rebus.*

Carta Roberti *de* Reinis.

Ibid. NOverint præsentes, & futuri quod ego *Robertus* de Reinis concessi, & dedi & sigillo meo confirmavi ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Tedford, & monachis ibi Deo servientibus, ecclesiam de *Minori-Byfleth*, cum omnibus pertinentiis suis, & duodecim acras terræ de dominio meo, quæ jacent inter ipsam ecclesiam & Offeton, in liberam, & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & omnium parentum meorum. Monachi vero concesserunt mihi, & heredibus meis fraternitatem, & orationes ecclesiæ suæ in perpetuum. Testibus, *Gaufrido* filio *Herberti*, *Willielmo* de Ambli, *Jordano* de *Brisseta*, *Adæ* capellano, *Willielmo* de Summeresham, *Ernesio* de Chacheham, & aliis.

Carta Theobaldi *de* Scalariis.

Ibid. SCiant præsentes, & futuri quod ego *Theobaldus* de *Scalariis* concedo & ratas habeo, donationes quas *Robertus* de *Scalariis* pater meus fecit Deo, & sanctæ *Mariæ*, & ecclesiæ de Thedford, & Priori, & monachis ibi Deo servientibus; videlicet ecclesiam de Dulingham, cum omnibus ad eam pertinentibus, & similiter Edwy, cum tota terra sua, & quater viginti acras terræ cum libera falda de dominio suo, quæ prædicti Prior & monachi emerunt à prædicto patre meo (*&c.*) Test. *Willielmo Elyensi* archidiacono, *Henrico* de *Scalariis*. *Thoma* de Dulingham, *Gaufrido* de *Scalariis*, *Roberto* de *Valoniis*, *Balactwino* de *Scalariis*, (*&c.*)

Carta Rogeri *de* Monte Begonis.

Ex regist. cart abbat. de Coker sand. NOtum sit omnibus hoc presens scriptum visuris vel audituris, quod ego *Rogerus* de *Monte Begonis*, pro salute animæ meæ & pro animabus patris & matris meæ & omnium parentum & successorum meorum, concessi & donasse ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & monachis de *Cluniaco* qui sunt apud Tefozd, & obtuli super altare insulam quæ est juxta maram de Crorton, cum silvis, & pratis, & terris, & piscariis, quas ibidem habui. Et ecclesiam de Sussozp, & de Norfozp, & omnes ecclesias, & capellas de feodo meo. Et terram quæ vocatur * Tarlton, & *Littelbola*, cum hominibus & omnibus quæ ad eos pertinent, & sylvam quæ vocatur *Gainneda*, & omnes pelles agnorum, & caprorum de mânentis meis. Et habeant licentiam piscandi in omnibus piscariis meis ad opus suum. Hæc omnia dedi in liberam & perpetuam elemosinam, ita quod nec ego, nec heredes mei aliquid accipiemus ab eis præter orationes, sed omnia hæc teneantur in firma pace mea & heredum meorum.

* In com. Lanc.

Carta Prioris de Tefozd, *de* Polmes *in* Tarlton *in parochia de* Crosston *in comitatu* Lancastriæ,

NOs frater *W.* Prior, & conventus sanctæ *Mariæ* de Tefozd dedimus & quietum clamavimus dilectis dominis & amicis nostris in Christo *R.* abbati & conventui de Cokersand totum jus nostrum quod habuimus in Polmes juxta maram de * Tarlton cum omnibus pertinentiis suis (*&c.*)

* Vulgo *Martamere.*

Carta regis Henrici *secundi donationes concessiones recitans & confirmans.*

Carta antiq. GG. num. 2. HEnricus rex *Anglie* & dux *Normannie*, & *Aquitanie*, & comes *Andegavie*, archiepiscopis, (*&c.*) salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de *Theodforda* omnes antiquas tenuras suas sicut rex *Henricus* avus meus illas eis concessit & per cartam suam confirmavit, & quicquid eis rationabiliter datum est vel donabitur in regno meo; videlicet ecclesias & terras & decimas & homines & piscarias & nemora & prata & molendina & omnia alia beneficia; & nominatim totam terram quæ fuit *Alwi* quam *Rogerus Bigod* tenuit in qua situm est monasterium sanctæ *Mariæ* novum, & totam terram quam comprehenderunt ad ortum suum & virgultum. Et de tota terra sua extra burgum de *Theodforda* de qua non scottaverunt tempore *Rogeri Bigod*, & *Radulphi* de *Belfago*, quæ fuit *Alwi*, & quæ est in *Fagertonesfelda*; vel de aliqua terra quæ est circa *Theodfordam*, prohibeo ne scottent. Et molendina quæ habent apud *Theodfordam*; videlicet molendinum de Dodescros, & molendinum quod vocatur *Parvum*. Et quinque solidos & quatuor denarios in *Brendemulna*; & molendinum quod fuit episcopi; & molendinum & terram & pratum quod est juxta castellum. & Snaresheli, cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent. Et in *Culumdestuna* terram quam tenuit *Eustachius* presbiter; & terram in Watesham quam tenuit *Avicia* filia *Willielmi* de *Burnevilla*. Et Stitham cum ecclesia & omnibus quæ ad eam pertinent, & quartam partem de Chikeringis. Et terram quam tenuit *Ega* de

Vide Part. 2 M. 6. part. 3. mem. 34.

monachis

monachis in **Deneham.** Et viginti solidos de molendino de **Sotesford.** Et terram *Ascelli* capellani de **Dersham,** cum ecclesia & omnibus rebus quæ ad eam pertinent. Et quindecem solidatos terræ in *Minesmera* Et decem solidatos terræ in *Languada.* Decimam de *Kereshala.* Decimam de *Bradleia*; decimam de *Offetona.* Ecclesiam & decimam de **Bzom.** Ecclesiam & decimam de **Frammingham** minori. Ecclesiam & decimam de *Caneaona.* Terram *Edrici* de **Thorp** cum hominibus quos habebat in **Thorp,** & in *Donewico,* & ubicunque habebat terram homines. Ecclesiam de **Thasberge** cum terra & decima quæ ad eam pertinent, & terram quam habuit *Ulf* presbiter cum hominibus & omnibus rebus quæ ad eam pertinent. Duos homines in *Stratona.* Terram & homines & omnes res quas *Acelinus* tenuit in **Thaseburg**; & quatuor homines in *Newtona* cum terris suis quas *Hurlewinus* de *Panewurda* eis dedit. decimam de *Panewurda* cum uno homine, & quatuor sticcas anguillarum in eadem villa. Et *Ulmerum* de **Thaseburg** cum terra sua. Terram & homines in **Hulme** quam dedit eis & vendidit *Erabaldus* de *Waketona* per concessum dominæ suæ *Gunnoræ,* & decimam ipsius *Erabaldi* de *Waketona.* Eccl siam & decimam de *Haella.* Ecclesiam & decimam de *Hagenewurda.* Ecclesiam & decimam de **Sustede,** decimam de *Florendona,* decimam de *Moletona,* decimam de **Telton,** *Roberti* de *Bosco.* Terram de **Berkedis.** Ecclesiam de **Wadeton** cum terris & decimis & domibus et nemoribus quas tenuit *Ernaldus* presbiter, et de dominio suo sexaginta acras terræ et nemus quod vocatur **Hilwardeshage.** Et **Glamham,** et **Stretford** ex dono *Randulfi* filii *Walteri,* et *Matildis* uxoris suæ. Decimam *Rogeri Bulzunonetona.* Ex dono *Herberti* de **Cranetun** octo solidos terræ et decimam de *Grestona,* decimam *Willielmi* filii *Offardi,* decimam *Warneriі* de *Totintona,* decimam *Lamberti* de *Scireforda,* decimam *Radulfi* de *Freduna,* decimam *Alwrici Karlesune,* et unum sokemanum in *Bocheneia* cum terra sua; et tres homines in **Clingham** cum tota terra sua. Decimam de **Perneho.** Decimam de *Jokesforda.* Decimam de **Pellis,** et de **Biscorp.** Ecclesiam sancti *Petri* de *Reiduna* cum omnibus rebus quæ ad eam pertinent in qua sint monachi de **Theodford,** et capellam sanctæ *Margaretæ* de **Russemere.** Ecclesiam de **Serepeham.** Ecclesiam de *Estuna,* et unum hominem, et mariscum de **Bzuges.** Ex dono *Germ.* ecclesiam sancti *Petri* de *Horkeleia* in qua sint monachi de *Theodforda.* Ex dono *Roberti* filii *Gudebeldi* ..... cum ecclesia de *Wisetona* et cum ecclesia de *Bocsteda,* et cum ecclesia de **Estildesham,** cum terris et decimis et omnibus rebus ad eaidem ecclesias pertinentibus; Et ecclesiam de *Offetona* cum terra et decima quæ ad eam pertinent, et triginta acras terræ. Ex dono *Huger.* de **Hosdene** totam decimam de *Westona* de omnibus rebus et de molendino, et viginti solidos terræ in **Danesy.** Ex dono *Matildis* de **Hosdene,** decimam de **Toteham,** ecclesiam et decimam de **Ringesthel,** et de **Beleham,** et decimam de **Colenese,** et terram in **Sumeresham** cum parte ecclesiæ. Ex dono *Willielmi* de *Burnevilla* decimam de **Retlestede,** ecclesiam et decimam de *Nutelcia,* decimam de *Finchingefelda,* ecclesiam de *Ovitona* cum terris et decimis et omnibus rebus ad eas pertinentibus. Ex dono *Roberti* de **Mans** ecclesias de *Panteneia,* de *Terstuna,* de *Tertona* de *Chedestona,* de **Wenham,** de **Beltham,** et sedem unius molendini ad vadum **Holm** et ametum quod subjicet. Ex dono *Willielmi* de **Curcun,** decimam de *Wadetona* et de *Oxecrofta,* et terram in *Newtona,* quæ sunt *Asselmi.* Ex dono *Gilberti* capellam de **Remesthorp** cum terra et tota decima sua et triginta acris terræ in *Florendona,* et decimam *Alelmi* de *Terstona.* Decimam *Ranulfi* de *Wica* et de **Banham.** Decimam *Albredi* de **Banham.** Ecclesiam de **Hoppham** cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Huberti* de *Montecanesio* decimam de **Saham** et unum hominem in *Mushfelda* qui reddit decem solidos, et **Blatsone** de **Strubelim** cum terra sua. Decimam *Lamberti* de **Stanham** et decimam de *Newtona* Ecclesiam de **Dullingeham** cum omnibus pertinentiis suis. Et *Ed*..... qui sedet juxta **Cumertin** cum tota terra sua, et decimam *Ranu*.... de **Dulingeham,** et *Radulfi* filii *Malfredi.* Decimam *Galfridi* de *Ditona,* et decimam *Surulfi* de **Wilburgham,** et decimam de terra sua de *Suxtona,* et decimam de terra sua de *Caneleia,* et dimidiam partem decimæ quam habet in *Silurestleia,* et decimam *Galfridi* de *Quoie,* et decem solidos terræ in *Freetona,* et terram quam *Richardus* filius *Osberti* et *Adelicia* uxor sua, et *Hugo* filius suus dederunt in *Ditona,* et decimam *Roberti* de *Bertona.* Ecclesiam de *Tirevilla* cum pertinentiis suis. Decimam de **Twitras** et terram quondam in *Roburna* quam tenuit *Willielmus* capellanus. Decimam *Gilberti* filii *Bernardi* de *Waurettona* et tria millenaria anguillarum de *Henrico* de *Ria* in *Tinswera,* et molendinum de **Deopham,** et unum hominem cum terra sua. De *Alselmo* dimidium millenarium anguillarum in *Brichebera.* De *Hucha* dimidium millenarium anguillarum in **Saltestade.** De **Estmunde** dimidium millenarium anguillarum in *Bachellio.* De *Gotlando* dimidium millenarium anguillarum in **Lode.** De *Burcardo* de **Pontemoretet** duo mill. anguill. cum .... De *Bosced.* de **Hely** j. millenarium anguillarum. De *Rogero Bigod* quinque millenaria anguillarum in **Welle.** De **Denham** *Herlewini* quatuor sticas. De *Wolmaro* unum millenarium. De *Gotlando Longo,* tres sticcas anguillarum. Et dono *Muriela* de *Montecanisio,* concessu *Rogeri* fratris sui, terram de *Rixewrda.* Ex dono *Gunnora* matris *Henrici* de [a] *Exessa* terram de **Bzom,** & ecclesiam de minori **Framingeham** cum pertinentiis suis. Ex dono *Willielmi* comitis de *Warenna* nemus quod vocatur **Haselthorp** in minori **Rasing** cum terra tota quæ ad illud pertinet. Ex dono *Willielmi* filii *Eadmundi,* ecclesiam de minori **Bussel** cum omnibus pertinentiis suis, & cum duodecim acris terræ de dominio ejusdem villæ. Ex dono *Roberti* de *Vallibus* decem solidos in **Turston.** Quare volo & firmiter precipio quod monachi prædicti habeant & teneant in perpetuam elemosinam hæc omnia prædicta cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in vivariis & piscariis, in viis & semitis, infra burgum & extra, & in omnibus locis, & in

[a] *Essexa*

omnibus rebus, cum *socca* & *sacca*, & thol & them & infangenetheof, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & quietanciis suis, ita quieta de sciris & hundredis, & placitis, & omnibus querelis & theoloneo, & scottis, & geldis, & danegeldis, & Lusgull & warpene, & de omnibus consuetudinibus quæ ad me pertinent: sicut fuerunt tempore Regis *H.* avi mei & sicut cartæ nostræ eis testantur: Et ita bene & in pace & liberè & quietè & honorificè sicut cartæ prædictæ avi mei Regis *H.* & aliorum donatorum suorum eis testantur. Teste *Nigello Heliensi* episcopo, & *R. Exoniensi*, & *Hillario Cicestrensi* episcopis, *Thoma* cancellario, *H.* comite *Norfolciæ*, *Richardo* de Humez constabulario, *Manassero Biset* dapifero, *W.* de Caisham, *R.* de Dunestre, *Joscelino* de *Baillolo*, apud *Theddordiam*.

[*Quod hujusmodi Priorat. sit indigena vide Pat.* 50 *E.* 3. *part.* 1. *memb.* ..... *Et Pat.* 3 *R.* 2. *part.* 2. *mem.* 12.]

MONTIS-ACUTI *Cœnobium in agro* Sumersetensi.

Lelandi collectan. vol 1. *p.* 77

GUlielmus, comes *Moritonia* in *Normannia* primus fundator; sed, à tempore *Henrici* primi, Regos *Anglia* fundatores.

Hoc monasterium habet quatuor cellas, videlicet, Carswelle, Holme, S. *Careke*, Pallepasse in *Wallia* finibus.

Unaquaque harum cellarum alit duos monachos.

Lel. Itin. *vol.* 2. *fol.* 52.

I Redde in the boke of the antiquities of Glestenbyri, that this toun was caullid in the Saxons tyme Logaresburch. Sum thynke that ther was a gret castel and fortresse at this toune yn the Saxons tyme. Sum say that the counte of Moretone buildeb a castelle there sone aftir the conquest; but that a castelle hath bene there, and that the counte of Moretone lay yn it, it is without doute. This county chaungid the old name and caullid it Montegue, bycause it stode on a sharpe point of an hylle, and syns that name hath prevailid. This counte of Moreton began a Priory of blak Monks, a thre or sowor in nombre, under the roots of Montegue hille, endoing it with thre fatter lordshipe, Montegue and Titenhul joyning to it; the third was Chriche a ten myles from Montegu, west south-west.

The Count of Moreton toke part with Robert Curthose agayne King Henry the first, and aftir was take, put in prisone and his landes attaintid; at which tyme the thre lordshipps gyven to Montegue Prioric were takyn away, and then were the Monks compellyd to begge for a certein season. At the last King Henry the first, had pyte of them, and offerid them ther own landis agayn and more, so that they wold leve that place and go to Lamporte, wher at that tyme he entendyd to have made a notable Monasterie, but the Monks intreatid him that they might kepe ther old house; and upon that he restorid them ther thre Lordshipps, translatyng his minde of building an Abbay, from Lamporte to Reading. Then came one Reginaldus Cancellarius, so namyd, by likelyhode, of his office, a man of gret fame about King Henry the first, and he felle to religion, and was Prior of Montegue, and enlarged yt with buildings and possessions: and thus the Priorie encreasing, and the hole Lordship of Montegue beyng in the Monks possession, the notable castelle partely fell to ruine, and partely was takyn doune to make the Priory; so that many yeres syns no building of yt remaynid, only a Chapelle was sette apon the very toppe of the Dungeon, and that yet stondith there.

Id est,

In antiquitatum *Glastonienſium* codice legi hanc villam *Saxonum* ævo Logaresburch fuisse nuncupatam. Quidam exist mant amplum in diebus illis hic fuisse castellum & arcem. Quidam ferunt comitem *Moretonium* castellum ibi post conquestum [*Normannicum*] erexisse. Certo autem certius est, castellum ibi fuisse erectum, comitemque *Moretonium* ibi commoratum esse Vetus nomen comes iste mutavit, & Montegue nominavit, quod ad acutum montis verticem staret, quod quidem nomen postea duravit. Comes iste *Moretonius* nigrorum monachorum, erium numero vel quatuor, Prioratum sub montis illius radicibus incepit, tres amplos pagos, Montegue videlicet, & Titenhul eidem adjacentes ei in dotem dans: tertius erat Chriche decimo à Montegue lapide ad occidentem quà vergit ad austrum.

Comes *Moretonius*, *Roberti Curthosi* contra *Henricum* Regem primum partes secutus est, ac postmodum captus, in carcerem fuit conjectus, terrisque mulctatus. Quo tempore tres illi Prioratui *Montegucnsi* donati adimebantur pagi: unde monachi ad tempus mendicare sunt coacti. Tandem *Henr.* Rex primus eorum misertus, terras ipsorum proprias eis iterum obtulit, sed & plures, modo locum illum relinquentes *Lamportã* se conferrent, ubi tunc insigne cœnobium fundare decreverat. Monachi verò illum obsecrarunt, ut veterem retineant domum: unde tres pagos suos eis restituit, suo de abbatiâ *Lamporte* fundandâ proposito in *Readingam* mutato. Tunc quidam venit *Reginaldus Cancellarius*, its, ut verisimile est, à munere nominatus, apud *Henricum* Regem primum magni nominis vir, qui vitam suscepit monasticam, & Prior evasit *Montegucnsis*, Prioratumque ædificiis & possessionibus ampliavit. Prioratu verò hoc modo florescente, integroque pago *Montegucnsi* à monachis obtento, castellum illud insigne partim cecidit, partim verò dirutum est Prioratus construendi gratiâ; ita ut per multos annos jam elapsos nulla ædificiorum pars remanserit, præter capellam in *Dungeonis* [*arcis* scil. *interioris*] vertice constitutam, quæ adhuc stat.

Mons-acutus, britannicè Pent Cnolle, id est, *Ranarum mons* vel *collis*. *Lel.* coll. *vol.* 3. *p.* 255.

Mons-acutus ex re nomen sumpsit. Cœnobium ibi fundavit comes *Moritonius* qui sepultus est *Bermundeseia*.

Ego

Pat. 1. H 4 part. 5. m. 11. per Inspex.

EGo *Henricus* Dei gracia Rex *Anglorum Johanni* episcopo, & *Aylfo* vicecomiti, & omnibus fidelibus meis in regno meo *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me, pro salute animarum patris mei Regis *Willielmi* & matris meæ *Matildis* Reginæ & aliorum antecessorum meorum, & pro salute & incolumitate mei ipsius, & statu regni mei, dedisse & concessisse in liberam puram & perpetuam elemosinam confirmasse, Deo & S. Apostolis ejus *Petro* & *Paulo* de *Monte-acuto*, & monachis *Cluniacensibus* ibidem Deo servientibus ecclesiam sancti *Petri* juxta castellum *Montem-acutum*, & ipsum castellum, & capellam castelli cum omnibus appendiciis suis & cum pomeriis & vinea, & feriam de **Hamedone** per tresdecem dies duraturam, burgum de *Monte-acuto*, & mercatum cum thelonio, & manerium de **Biscopestone** & molendinum & hundredum cum omnibus appendiciis suis; manerium etiam de **Tintenelle**, ecclesiam & molendinum & hundredum, cum omnibus appendiciis suis, & feriam ejusdem villæ per tresdecem dies duraturam. Manerium etiam de **Criche**, ecclesiam, & *Hamma*, & *Eccneberga*, & **Nitsherd**, & hundredum cum omnibus appendiciis suis. Manerium **Cymme** & ecclesiam & hundredum de *Hunesberga* & **Wrchelay** cum omnibus appendiciis suis. Manerium etiam **Clonesuurd**, et ecclesiam et molendinum et terras de **Nelebiri**, cum appendiciis suis. Manerium etiam de **Hodisord** et ecclesiam et molendinum et terram de **Athebare**, et **Pumbre** cum appendiciis suis. Manerium etiam de **Legha** et **Frisham** et ecclesiam et hundredum in **Devenesire** cum appendiciis suis, et **Thornham** et terras de **Wydecumbe** et **Fosde** et **Denemoldesham** cum appendiciis suis, et viginti solidatas terræ in **Gersiche**, **Pimecroft** et **Lonerlay**, et ecclesiam de **Gersiche** cum omnibus appendiciis suis, et terram quæ dicitur **Baresfelde** et ecclesiam quæ dicitur **Gerlyngton** cum appendiciis suis, et ecclesiam de **Pametune** cum omnibus quæ ad eam pertinent, et in *Cornubia* ecclesiam de **Altremine** et ecclesiam de **Demuet** et ecclesiam de sancto *Carentoco* et cum omnibus quæ ad eas pertinent tam in terris quam in decimis, et ecclesiam de **Lerky** cum omnibus quæ ad eam pertinent; et unam bereuuicam quæ vocatur **Pennard**, et duas partes decimarum de **Aclosd**; et decimam de **Cymme**; et medietatem decimarum de *Ciselberga*, de **Clasord**, de **Nostune** juxta **Tanton**, et decimas dominii de **Nerseton**, et de **Neosumbe**, de **Candel**, de **Losy**, de **Cernell**, Item de **Cernel**, de tertio **Cernel**, de **Tolre**, de **Noc**, de *Cridilincota*, et duas partes decimarum de **Pirunneston**, de **Pundinton**, et decimam de **Bykehull**, de **Lodre**, et duas partes decimarum dominii de *Cilterna* & liberorum hominum. Quare volo & concedo & regali auctoritate præcipio quod prædicta ecclesia sanctorum *Petri* & *Pauli* de *Monte-acuto* & monachi ibidem Deo servientes habeant & inperpetuum teneant omnia prædicta maneria & mansiones suas & terras suas & redditus & ecclesias & decimas & ferias suas de **Hamedon** & **Tintenell** per tresdecem dies duraturas, & res & possessiones suas & homines suos ubicunque sint bene & in pace, liberè & honorificè, quietè, de sciris & hundredis, geldis & secctis, placitis, & querelis, scuragiis, & hidagiis, & danegeldis, & assisis, latrocinis, & murdris, passagiis, & theloniis & de turno vicecomitum, & de communi misericordia comitatus, & hundredi, & de opere castellorum, & poncium & parcorum, & summagiis, & collectis de **Wardpeny** & **Averpeny**, de **hundredpeny** & **thoungpent**, de **Wereotoft**, & de **Forfeng**, & de omnibus quæ contingent facienda per *Angliam*: Et habeant *socam* & *sacam*, **toll** & **them** & **infangentheof** & omnes alias libertates & liberas ubique consuetudines & quietancias suas in bosco & in plano, in pratis & pascuis, in viis & semitis, in feriis & mercatis, in aquis & molendinis, in stagnis & vivariis, & piscariis, infra burgum & extra, & in omnibus locis, & in omnibus rebus, & hundreda sua de *Monte-acuto*, de **Tintenell**, de *Hunesberga*, & de *Criche* & de *Legha* & **Frisham** in **Devenscire**, adeo libera, sicut ego habeo mea hundreda in omnibus placitis assisis & querelis. Hæc omnia supradicta dedi & concessi prædictæ ecclesiæ sanctorum *Petri* et *Pauli* de *Monte-acuto*, et monachis *Cluniacensibus* ibidem Deo servientibus, in puram et perpetuam elemosinam, pro salute animarum patris mei *Willielmi* Regis, et matris meæ *Mathillidis* Reginæ, et aliorum antecessorum meorum, et pro salute et incolumitate mei ipsius et statu regni mei, quia ipsi monachi, et maneria sua, et mansiones, et terræ suæ, et redditus, et ecclesiæ, et decimæ, et homines sui et feriæ suæ de **Hamerod**, et de **Tintenell**, et res et possessiones suæ, et omnia quæ sua sunt in mea propria manu consistunt, sicut propria et pura elemosina mea, et sicut proprium dominicum meum. Et ut mea donatio et concessio rata et inconcussa imperpetuum permaneat regali auctoritate precipio, et hanc conscriptionem inde factam sigilli mei appositione confirmo et signo sanctæ crucis manu propria consigno; ✠ S. *Henr.* Regis. ✠ S. *Roberti* de **Bellent** com. ✠ Sig. *Roberti* fil. *Hamonis*. ✠ Sig. *Ricardi* de **Redevers**. ✠ Sig. *Ranulfi* capellani Regis. ✠ Sig. *Aluredi* pincerne.

Vide etiam Pat. 15. E. 3. part. 1. mem. 5. Et Cart. 54 H. 3. mem. 10.

Ibid.

HRex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* et *Aquitanniæ*, et comes *Andegavia*, archiepiscopis (*&c.*) Sciatis me concessisse et in perpetuam elemosinam confirmasse Deo et ecclesiæ sanctorum apostolorum *Petri* et *Pauli* de *Monte-acuto* et monachis *Cluniacensibus* ibidem Deo servientibus omnes donationes quas Rex *H.* avus meus, *Willielmus* comes *Moriton.* et homines ejusdem comitis et cæteri barones *Angliæ* et *Normanniæ* fecerunt prædictæ ecclesiæ, vel adhuc imposterum facturi sunt; videlicet ecclesiam sanctorum apostolorum *Petri* et *Pauli* de *Monte-acuto* et castellum, et capellam castelli cum pertinentiis suis, burgum et mercatum cum theolonio, et manerium de **Biscopeston** et molendinum et hundredum cum pertinentiis suis; et ferias de **Hamedon** et **Tintenell**, liberas et per tresdecem dies duraturas: et manerium de **Tintenell**, et ecclesiam et hundredum cum omnibus pertinentiis suis: et ecclesiam de **Crich** cum *Hamma* et *Theneberga*, et *Nyghelyda*, et ecclesiam et hundredum cum omnibus appendiciis suis, manerium **Chimme**, et ecclesiam & hundredum de

Huneſberga cum omnibus appendiciis ſuis, manerium etiam **Cloneswrd**, et eccleſiam et molendinum cum omnibus appendiciis ſuis, et manerium de **Pudifozd**, et eccleſiam, et molendinum ; et terram de **Athebare**, et cum nemore ; et terram de **Humbze** cum pertinentiis ſuis ; et *Thornam* et terras de **Pelebyze**, et **Weydecumbe**, et **Fozde**, et **Denewoldeſham**, et **Themton**, cum appendiciis ſuis. Manerium etiam de *Legha* et **Friſeham** et eccleſiam et hundredum in **Devenſetre**, et **Colum**, et decem ſolidatas terræ de **Culynton**, cum omnibus pertinentiis ſuis : et terram de **Thillingeham** quæ vocatur **Hamme** ; et terram de **Bzuges** juxta **Waynme**, cum hominibus et progenie ſua ; et viginti ſolidatas terræ in **Gerſiche**, et **Hunecroſt**, **Lonerlay**, et **Doreoſen**, et eccleſiam de **Gerſich** omnium ſanctorum cum omnibus appendiciis ſuis. Et viginti ſolidatas terræ de **Cary**, et unam virgatam terræ in **Stoche** ; et terram in **Eſtok**, et terras de **Warneſozd**, de **Piletun**, de *la* **Welle** de **Pzeſton**, de **Sanſozd**, de **Cokre**, et de **Cozſe** cum omnibus ad eaſdem terras appendentibus, et molendinum ſubtus **Cadebyry** cum adjacenti terra ; et molendinum de **Crieſtoke** cum adjacenti terra, et aliis rebus ad idem molendinum noſtrum appendentibus, et quinque ſolidatos redditus de molendino de **Eſtynton** annuatim, et domos de **Waram** liberas et quietas ab omni ſervicio ſeculari, et eccleſiam de **Edecumbe** et eccleſiam de **Ezuneton** et dimidiam eccleſiam de **Acſozd**, *Roberti Eskilling*, et eccleſiam de **Pelebyze**, et eccleſiam de **Wermerwell**, cum omnibus rebus ad dictas eccleſias pertinentibus, et in *Cornubia* S. *Cairocum* cum omnibus appendiciis ſuis ; eccleſiam de *Alternona*, eccleſiam S. *Neoti*, eccleſiam S. *Karentoci* et eccleſiam de *Lerchi*, et **Pennard** cum appendiciis ſuis, et decimas de dominico de **Acſozd**, *Aluredi* de *Lincoln*, totas integras ; et duas partes decimarum de dominico de alia **Acſozd**, et decimas de **Chumne**, et medietatem decimarum de *Ciſelberga*, et decimas de dominico de **Claſſozd**, de **Nozton** juxta **Tanton**, et de **Peiſketon**, et de *Bichebulla*, de **Candell**, de **Cridebincote**, de **Thozpe**, de **Cernell**, de **Tholre**, de alio **Cernell**, et duas partes decimarum de **Derwydeſſun**, de **Punoynton**, et duas partes decimarum de dominico de **Cilterne Faghet**, et liberorum hominum, et totas decimas de dominico de **Yeteecumbe** integras. Quare volo (*&c.*) Teſte *Thoma Cantuarienſi* archiepiſcopo et *Henrico Wintonienſi* epiſcopo et *Philippo* epiſcopo *Baiocenſi* et *Arnulpho* epiſcopo *Lexovienſi* (*&c.*) apud *Weſtmonaſterium*.

De monachis de *Monteacuto* Cartæ 14 H. 3. m. 9.

REX archiepiſcopis &c. ſalutem. Inſpeximus cartam quam dominus *Henr.* quondam rex *Angliæ* avus domini *Henrici* quondam regis *Angliæ* avi noſtri fecit ſancto *Petro* & monachis de *Monte acuto*, in hæc verba. *Henr.* rex *Angliæ* epiſcopo de *Bada* & vicecomitibus & omnibus baronibus & fidelibus ſuis *Francis* & *Angliæ* de *Sumerſeta* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe ſancto *Petro* & monachis de *Monteacuto* manerium de *Tintetella* pro anima patris & matris meæ & *Matilliadis* reginæ & pro ſtatu regni mei ſicut *Ran.* cancellarius eis dedit & conceſſit ; ita tamen quod eccleſia *Cluniac.* habeat inde per ſingulos annos c.s. pro anniverſario cancellarii : & volo & firmiter præcipio quod bene & honorificè teneant cum *ſoca*, & *ſaca*, & **tol**, & **them**, & **infangenethef**, & omnibus conſuetudinibus ſuis ſicut cancellarius unquam melius & honorabilius tenuit. Teſtibus *Rogero* epiſcopo *Sareſbyrienſi* & *Gaufr.* cancellario & *Willielmo* de *Tancervilla*, & *Willielmo* de *Albini*, & *Nigello* de *Albini*, apud *Wodeſtokam*.

Inſpeximus etiam cartam quam dominus *Henr.* quondam rex *Angliæ* avus noſter fecit Deo & eccleſiæ & fratribus *Montiſ-acuti* in hæc verba. *H.* rex *Anglia* & dux *Normanniæ* et *Aquitaniæ* et comes *Andegaviæ* archiepiſcopis (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe et in perpetuam elemoſinam confirmaſſe Deo et eccleſiæ et fratribus *Montiſ-acuti* omnes donationes quas rex *Henr.* avus meus et *Willielmus* comes *Moritonii* et homines ejuſdem comitis et cæteri barones *Angliæ* et *Normanniæ* fecerunt eis. Ex dono prædicti comitis *Willielmi* manerium de *Biſcopeſtona*, eccleſiam ejuſdem manerii, capellam caſtelli cum pertin. burgum et mercatum et molendinum, et quicquid in eodem manerio habebat in dominio, et manerium de *Tintenella*, et eccleſiam cum appendiciis. Manerium **Crich** cum *Hamma* et *Eebeneberga*, et eccleſiam cum appendiciis. Manerium de **Chinnok** et eccleſiam cum appendiciis. **Choneſtwerdham**, et eccleſiam cum appendiciis. Molendinum de **Pudifozt** cum appendiciis, et viginti ſolidatas terræ in **Gerſich**, **Hunecroſt**, et **Lunerlaye**, et eccleſiam de **Gerſich** cum appendiciis. In *Cornubia* eccleſiam de *Alternona*, eccleſiam ſancti *Neoti*, eccleſiam ſancti *Karentoci* cum omnibus earundem eccleſiarum pertinentiis. *Brotellus* de ſancto *Claro* dedit unam hidam in *Biſcopeſtona*. *Ricardus* filius *Dragonis* dimidiam hidam et **Cozne** poſt obitum ſuum. *Robertus* et *Willielmus* milites illius, dimidiam hidam. Idem quoque *Ricardus* et *Oſbertus* capellanus ſuus, eccleſiam de *Gerlintona* cum appendiciis. *Aluredus Pincerna* dedit *Meleberiam*, *Wythecumbam*, et terras quæ dicuntur **Fozde** et **Denewoldeſham**, et *Legha*, et **Friſham**. Eccleſiam de **Lorchy** cum appendiciis, et **Penhard**, et duas partes decimarum de **Hacſozd**, et decimam de **Chinnok**, et medietatem decimarum **Chiſelbyng**, de **Claſſozd**, de **Nozton**, et dimidiam hidam quæ fuit *Siberti*. *Ranulfus* cancellarius dedit **Nozneham** et decimam de *Mercetona*, de **Candel**, de **Thozp**, de **Cernele**, de alio **Cernele**, et de tertio **Cernele**, de **Tolre**, de **Hocking**, de *Cridelicota*. *Willielmus* de **Leſtrange** dedit terram **Bareſfeld**, et duas partes decimarum de *Derwyneſtona*, de **Putunton**, decimam de **Bicheſhell**, de **Lodze**. *Jordanus* de *Barnevilla*, **Lagat** apud **Stoch**. *Robertus* de *Belle-campo*, *Nyghenhydam*. *Willielmus* filius *Rogon*. **Colne**, et x ſolidatas terræ de *Culintona*. *Nicholaus* arbaliſta xx. ſolidatas terræ de **Bary**. *Unfredus Judas* unam virgatam terræ in **Stoche**. *Oſbertus* de *Foxcota* decimam **Hacſecumbe**. *Robertus* de *la* **Haye** terram *Aideling*. *Henr.* de **Poze** terram de **Warneſozt**. *Gaufredus* capellanus comitis,

eccleſiam

ecclesiam de **Wynneton**. *Gerardus & Balaricus* ecclesiam de *Melebiria*. *Robertus* filius *Selling*, dimidiam ecclesiam de **Acford**. *Alveredus* de *Lincol.* & *Robertus* filius ejus terram de **Gillingeham**, & terram de *Brugia*. *Radulfus Luvel* terram de *Etheberga*. *Matill. Peverel* terram de **Stanford**. *Robertus* comes de **Mellent** domos del **Warham** cum appendiciis. *Robertus Hundret* domum & terram de **London**. *Hugo Maltravers* terram de **Preston**. Quare volo (*&c.*) Tellibus, *T. Cant.* archiep. & *H. Winton.* episc. (*&c.*) Apud *Westm.*

Honorius Landavensi episcopo.

Ex rot. fil. de *Landaff* penes virum cl. *Joh Selden* um fol. 33 b.

HOnorius *episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri* U. Lundavensi *episcopo salutem & apostolicam benedictionem.* Wineb aldus *de* Baeluna *terram de* **Cairlion** *monachis de* Monte-acuto *pro anima sua remedio dare disposuit. Idcoque fraternitati tuæ mandamus quatenus ipsam terram præfatis monachis salvo tuæ ecclesiæ jure concedas. Data* Laterani *kal. Julii.*

De advocatione hujusmodi Prioratus & cellarum eidem spectantium, Willielmo *de* Monte-acuto *comiti* Sarum *commissa.*

Pat. 14. E. 3. part. 1. mem. 7. Vide Pat. 1. H. 4. part. 5. mem. 11.

REX omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod cum nos nuper considerantes probitatem strenuam dilecti & fidelis nostri *Willielmi* de *Monte-acuto* comitis *Sarrum* & mareschalli *Anglia*, ac impensa nobis per eum obsequia fructuosa, dederimus & concesserimus eidem comiti pro nobis & hæredibus nostris advocationem Prioratus de *Monte acuto*, habendam & tenendam sibi & hæredibus suis de nobis & hæredibus nostris inperpetuum. Et nos postmodum attendentes fidelem & laudabilem gestum ipsius comitis in obsequiis nostris, necnon quem nobis indies tenere dinoscitur, locum magnum, volentes, premissorum intuitu, ipsum in hac parte amplioris graciæ prosequi ubertate, concesserimus pro nobis & hæredibus nostris prefato comiti quod ipse & hæredes sui imperpetuum habeant custodiam Prioratus prædicti tam temporibus quibus idem Prioratus occasione guerrarum inter nos & hæredes nostros ac illos de *Francia* seu inter regna eadem motarum, aut quacunque alia de causa inter alios Prioratus, domos & possessiones religiosorum alienigenarum infra regnum nostrum captus fuerit in manum nostram seu eorundem hæredum nostrorum, quam temporibus quibus Prioratum illum vacare contigerit, sive per mortem depositionem vel resignacionem Prioris loci illius qui pro tempore fuerit, sive alio quovis modo, cum omnibus ad custodiam illam spectantibus; Et quod idem comes & hæredes sui inde ordinare & disponere possint prout melius pro commodo suo proprio & utilitate Prioratus prædicti viderint expedire, exitusque & proficua inde proveniencia ad opus suum tam guerrarum hujusmodi quam ipsius Prioratus vacacionum temporibus supradictis percipiant & habeant, adeo plenè & integrè sicut nos & hæredes nostri ea haberemus si Prioratum illum seu custodiam in manibus nostris propriis retinuissemus, absque eo quod nos vel hæredes nostri aut ministri nostri quicunque, de Prioratu & custodia hujusmodi temporibus prædictis in aliquo intromittamus: quodque præfato comiti de firma quam custodes sive monachi Prioratus prædicti occasione guerræ inter nos & illos de *Francia* motæ in manu nostra jam existentis nobis pro custodia ejusdem annuatim reddere tenentur, una cum arreragiis ejusdem firmæ, si quæ fuerint, responderet. Et quod custodes ejusdem Prioratus de firma & arreragiis illis erga nos omnino exonerarentur. Ac jam præfatus comes nobis supplicaverit ut cum cellæ de **Carswell** in comitatu *Devoniæ*, de **Holme** in comitatu *Dorsetiæ*, de sancto *Carrico* in comitatu *Cornubiæ*, & de **Palpas**, in *Wallia*, sint pertinentes ad dictum Prioratum de *Monte-acuto*, & à tempore quo non extat memoria exiterint, velimus cellas prædictas ad dictum Prioratum de *Monte-acuto* sic pertinentes, in literis nostris prædictis sibi de eodem Prioratu sic factis specificari jubere, Ita quod idem comes & hæredes sui custodiam cellarum prædictarum una cum custodia Prioratus prædicti habere possunt in forma supradicta; Nos consideratione præmissorum volentes supplicationi ipsius comitis annuere in hac parte, volumus & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod præfatus comes habeat & teneat advocationes dictarum cellarum de **Carswell, Holme**, de sancto *Carrico*, & de **Palpas** sibi & hæredibus suis si eædem cellæ de **Carswell, Holme**, de sancto *Carrico*, & de **Palpas** ad dictum Prioratum de *Monte-acuto* pertineant, ut est dictum; una cum advocatione ejusdem Prioratus, de nobis & hæredibus nostris imperpetuum. Et quod idem comes & hæredes sui prædicti imperpetuum habeant custodiam earundem cellarum de **Carswell, Holm**, de sancto *Carrico*, & de **Palpas** si eædem cellæ de **Carswell, Holme**, de sancto *Carrico*, & de **Palpas** ad dictum Prioratum de *Monte-acuto* pertineant ut prædicitur, una cum custodia Prioratus illius tam temporibus quibus idem Prioratus & cellæ occasione guerrarum inter nos & hæredes nostros ac illos de *Francia* seu inter dicta regna motarum, aut quacunque alia de causa, inter alios Prioratus domos & possessiones religiosorum alienigenarum infra regnum nostrum capti fuerint in manum nostrum seu eorundem hæredum nostrorum, quam temporibus quibus Prioratum illum vacare contigerit, sive per mortem depositionem vel resignationem Priorum locorum illorum qui pro tempore fuerint, sive alio quovis modo, cum omnibus ad custodiam illam pertinentibus sive spectantibus (*&c.*)

In cujus rei, &c. T. R. Apud *Westmonasterium* vicesimo octavo die Aprilis.

DAVINTRE-

DAVINTREENSIS
Prioratus in agro Norhamptonienſi.

De prima fundatione ejuſdem.

Ex regiſtro Prioratus de *Davintre* penes *Joh. Ruſhworth* de Inſp. Linc. armig. 1651.

ANno gratiæ Mlxvj. tempore *Willielmi* conqueſtoris diviſum eſt regnum *Angliæ* in diverſas partes. Cecidit autem comitatus **Northamton & Hontindun** in manus *Symonis* de **Seynlitz** qui erat alienigena. Habuit autem *Symon* duas ſorores, quarum una vocabatur *Matildis Seynlitz*, & deſponſata eſſet cuidam qui vocabatur *Robertus* filius *Ricardi*, & habebant duos filios; ſcilicet, *Walterum* & *Symonem*. Dedit autem *Walterus* dominium de *Davintre Symoni* fratri ſuo, quia potens erat in prelio; de quo *Symone* venit *Robertus* i. e. (de *Daventre*) & de conſenſu filii *Symonis*, & ad petitionem *Hugonis* de *Leyceſtria*, *Matildis Seniliæ* dedit eccleſiam de **Davintre**, cum quinque carucatis terræ, boſcum videlicet **Armele**, prata, & molendinum. *Hugo* de *Leyceſtria* fuerat ſeneſchallus *Matillidis Seynlitz*. Dedit etiam *Hugo* eccleſiam de **Preſtone**, terram *Eddrici*, cum ſervitio molendini quod vocatur molendinum vicecomitis. Fuerunt etiam apud **Preſtone** quatuor monachi. Tum propter aquæ defectum, tum propter caſtelli propinquitatem, procuravit amoveri dictos monachos, ubi fuerunt quatuor canonici ſeculares, quorum duo ceperunt habitum monachalem, & duo noluerunt, ſed victum & veſtitum ad eorum vitæ terminum habuerunt.

Donatores omnium ſpiritualium monaſterii ſancti Auguſtini *de* **Daventre.**

Ibid fol. 105. a.

HUgo de **Leyceſtre**, dictus vicecomes, dedit nobis eccleſiam de **Preſton**, ubi primo fundavit Prioratum & monachos inſtituit. Sed poſt annorum paucorum curriculum eundem propter aquæ defectum, & caſtri ſui vicinitatem, uſque ad villam de **Daventre**, ex licentia domini *Simonis* de **Seynlitz** ſenioris, comitis *Norhamptoniæ* & ejuſdem villæ domini, removit ad eccleſiam de **Daventre**, ubi ſecundo fundavit Prioratum & monaſterium conſtruxit in honore beati *Auguſtini Anglorum* apoſtoli, juxta eccleſiam parochialem ejuſdem villæ; in qua tunc erant quatuor canonici ſeculares qui ſinguli habebant præbendas ſuas de eadem eccleſia, ex quibus duo ſuſceperunt habitum monachalem, & duo in ſeculo viventes retinuerunt præbendas ſuas ad totam vitam illorum ex voluntate patronorum. Dedit etiam idem *Hugo* eccleſiam de **Suthrop**, eccleſiam de **Eltyndone**.

Hugo Puer dedit nobis eccleſiam de **Paddone**, eccleſiam de **Coldeſleby**, eccleſiam de **Suthrop**.

Robertus filius *Vitalis* dominus de **Forton** dedit nobis omnes eccleſias terræ ſuæ: videlicet eccleſiam de **Fortone**, eccleſiam de **Sommundele**, eccleſiam de **Lobenho**, eccleſiam de **Scaldeſorde**, eccleſiam de **Bytlesbroch**, eccleſiam de **Braybroch**.

Willielmus **Cheyndut** dedit nobis eccleſiam de **Preſton**.

Henricus rex ſecundus filius *Matildis* imperatricis dedit nobis eccleſiam de **Falweſle**.

Stephanus de **Whelton** dominus de **Staverton** dedit nobis eccleſiam de **Staverton**.

Henricus de **Noers** dominus de **Noxton** dedit nobis eccleſiam de **Noxtone**.

Matildis de **Seynlitz**, & ſoror *Simonis* de **Seynlitz** junioris comitis *Northamptoniæ*, dedit nobis in libera viduitate ſua tanquam patrona & domina, eccleſiam de **Daventre**.

Willielmus de *Novo-mercato* dominus de **Welton** dedit nobis capellam de **Welton** ſpectantem ad matricem eccleſiam de **Daventre** tanquam membrum ejuſdem.

Galfridus Maleſoures dominus de **Waldegrave** dedit nobis in bona proſperitate ſua, eccleſiam de **Waldegrave**.

Carta *Johannis Poherii.*

Ibid fol. 106. a.

SCiant *preſentes & futuri quod ego* Johannes Poherius *filius* Hugonis Poherii, *inſpectis cartis* Hugonis *de* **Leyceſtre** *proavi mei & Hugonis* Poherii *patris mei, concedo & hac carta mea confirmo, pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ Euſtachiæ, & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum, Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Caritate *& eccleſiæ S.* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachis ibidem Deo ſervientibus, omnia quæ in dictis cartis continentur; eccleſiam videlicet de* **Paddon** *cum omnibus beneficiis & pertinentiis ſuis & ix. virgatas terræ in eadem villa, & ſervicium* Radulphi Poer, *& illam virgatam terræ quam prædictus* Radulphus *dedit eis & quam tenent in dominio, & illas duas virgatas terræ quas* Radulphus *de* Eſſeby *tenuit de eis pro v.s. per annum, & iiij.s. quos* Gilbertus *de* **Preſton** *ſolebat reddere per manus* Galfridi *&* Roberti *militum ſuorum. Et eccleſiam de* Caldeſleby *& eccleſiam de* **Eltyngton**, *& eccleſiam de* **Suthtrop** *quam ipſi monachi dederunt magiſtro* Stepfano *de* **Pantecestre**, *& quam* Petrus *de* **Wirecestre** *de eis tenuit per eorum præſentationem, cum omnibus quæ ad eaſdem eccleſias pertinent. Quapropter volo & firmiter præcipio quod prædicta eccleſia de* **Daventre** *& monachi ejuſdem loci omnia quæ prænominata ſunt & quæcumque tenent de dono anteceſſorum meorum, bene & honorifice & pacifice teneant libere & quiete ab omni conſuetudine & ſervicio ad me vel ad hæredes meos pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam. Et ut hæc mea conceſſio rata ſit & ſtabilis, eam ſcripti & ſigilli mei teſtimonio confirmo. His teſtibus,* Willielmo *de* **Lyuch**, Philippo *de* **Lyuch**, Hugone *de* **Clahulle**, Waltero Pohero, *& pluribus aliis.*

Carta

Carta Henrici *Regis.*

Ib. f. 98. b. HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiscopis (*&c.*) Inspeximus cartam quam *Henricus* Rex avus noster fecit Deo & sanctæ *Mariæ* de *Caritate* & sancto *Augustino* de **Daventre** & monachis ibidem Deo servientibus in hæc verba.

"*Henricus* Rex *Angliæ*, dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ*, & comes *Andegaviæ*; *Roberto* episcopo *Lincolniæ* & comiti *Simoni* & omnibus baronibus & fidelibus suis clericis & laicis, *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me dedisse Deo & sanctæ *Mariæ* de *Caritate* & sancto *Augustino* de **Daventre** & monachis ibidem Deo servientibus ecclesiam de **Falewesley** manerio meo, in elemosinam inperpetuum tenendam. Quare volo & firmiter præcipio quod ipsi monachi de **Daventre** eam liberè & quietè & honorificè teneant cum omnibus quæ ad eam pertinent in **inland & utland**, in hominibus & servitiis & decimis, & in omnibus aliis rebus, in villa & extra villam, in burgo & extra burgum, & in omnibus locis, cum *sacca* & *socca* & **thol** & **theam**, & **infangenthef** & omnibus aliis consuetudinibus & libertatibus. Illas etiam iij. virgatas terræ quas *Willielmus Vicecomes* calumpniabatur ad dominium prædicti manerii eis quietas concedo in elemosina ab omni consuetudine & exactione, & **thircheseat** de duobus hundredis prædictæ ecclesiæ concedo undecumque sibi redderetur tempore Regis *Willielmi* & Regis *H.* & nullus illud detineat super forisfactum elemosinæ meæ. Et illas quatuor virgatas terræ quas tenent de socagio de **Falwesley** in **Welton**, & in **Throp** cum molendino uno & aliis earum pertinentiis eis quietas concedo. Testibus, *Roberto* episcopo *Lincolniæ*, *Thoma* cancellario, & *Ricardo* de **Humet** constabulario, apud *Burgum*. Nos igitur prædictam donationem (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Data per manum venerabilis patris *Radulphi Cycestræ* episcopi cancellarii nostri, Apud **Wodestoke** tercio die Novembris anno regni nostri decimo nono.

Donatio omnium ecclesiarum Baroniæ de **Forstone**, Carta *Roberti* filii *Vitalis.*

Ibid. fol. 141. a. UNiversis *sanctæ matris ecclesiæ filiis & Christi fidelibus clericis & laicis* Francis & Anglis, Robertus *filius* Violi, *veram in Christo salutem. Notum sit omnibus vobis dilectissimi quod tercio anno posteaquam* Osbertus *Prior de* **Daventre** *cum quibusdam monachis suis dirationaverat apud* Leicestriam *in conspectu* Alexandri Lincolniensis *episcopi ecclesias totius terræ meæ* **Forstune**; *videlicet* **Lubeho**, **Guthmundelay**, **Scaldesord**, **Witlesbroc**, **Braibroc**, *cum omnibus pertinentiis suis unde eos injustè dissaisiveram, pœnitentia ductus* Daventreiam *veni, & ecclesiam sancti* Augustini *bono animo & benivolo resaisiavi de ecclesiis prædictis quas antea ex donatione mea ab anno quo* Anselmus Cantuariensis *archiepiscopus mortuus est habuerat, & usque ad annum regni Regis* Stephani *nonum quo eam investivi inconcusse possederat, culpam & injustam actionem meam ibidem coram plurimis clericis & laicis apertè recognovi, & veniam à domino & à sancto* Augustino *quem offenderam postulavi, & à monachis quantum in ipsis fuit Dei gratia impetravi. Quapropter vobis filii Dei & amici karissimi scribo & scribendo enixiùs supplico, quatinus pro Dei amore & animæ nostræ salute elemosinam meam, ut in ea mecum per Dei misericordiam participemini, ad utilitatem ecclesiæ* Daventrensis *& monachorum ibidem Deo servientium ubicumque & in quocumque poteritis manutenealis & juvetis, quia volo ero & desiderò & in quantum michi licet præcipio, quod bene & honorifice teneant liberè & quietè perpetuò possideant. Hujus rei & actionis testes sunt,* Johannes *capellanus de* **Daventre**, Thomas *sacerdos de* **Norton**, Nicholaus *sacerdos de* **Fortone**, Jordanus *filius ipsius* Roberti *filii* Violi, *& multi alii.*

Confirmatio Simonis *filii* Roberti.

SImon filius *Roberti*, *Roberto* Dei gratia *Lincolniensi* episcopo & omnibus sanctæ ecclesiæ filiis salutem. Sciatis me pro salute animæ meæ & uxoris meæ *Juliana* & liberorum meorum, patris & matris meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum concessisse Deo & sanctæ *Mariæ* de *Caritate* & ecclesiæ sancti *Augustini* de **Daventre** & monachis ibidem Deo servientibus donationem ecclesiarum quam fecit eidem ecclesiæ pater meus *Robertus* in vita sua. Dedit enim illi eo anno quo mortuus fuit *Anselmus Cantuariensis* archiepiscopus, in perpetuam elemosinam & liberam, quantum ad se & hæredes suos, ecclesias prædictorum suorum *Foxtonia*; videlicet **Gutmundelay**, **Witlesbroc**, **Scaldesord**, **Brayroc**, & quod juris habebat in ecclesia de **Lubenho**, cum omnibus appendiciis & pertinentiis earum in terris & hominibus & in decimis & oblationibus & cæteris quibuscunque beneficiis. Volo igitur & firmiter præcipio quod prædicta ecclesia sancti *Augustini* de **Daventre** & monachi beneficia memorata quietè & honorificè teneant, & sicut eis data fuerunt, in perpetuam elemosinam & liberam jure perpetuo pacificè per omnia possideant; Sed ut teneuræ ecclesiarum evidentius designentur & quid servicii forinsecus debeant, caritati vestræ notifico, quod ecclesia de **Forton** iiij. virgatas terræ habet & dimidiam, quarum duæ omnimodis liberæ sunt, & duæ & dimidia exteriùs serviunt. Habet etiam illa mansuras suas in villa quæ satis notæ sunt. Et unam aliam dimidiam virgatam terræ penitus liberam, quam ego dedi pro eo quod monachi in eadem ecclesia ante altare sanctæ *Mariæ* luminare unum singulis noctibus perpetuo invenient, & unam missam in honore sanctæ *Mariæ* semel in ebdomada ad idem altare dicere facient sive sabato sive in alio quocumque die. Ecclesia de **Gutmundelay** ij. virgatas terræ habet cum mansura clerici, & ambæ exteriùs serviunt. Ecclesia de **Witlesbroc** cum pertinentiis suis libera est, ea libertate qua pater meus eam donavit. Ecclesia de **Scaldesord** tres virgatas terræ habet & iij. mansuras *Dirnanni* scilicet **Alfui** & Willa **Slingo** quæ simul . . . . . virgatæ forinsecus serviunt. Dimidia vero virgata quam ego in elemosinam eidem ecclesiæ dedi in nativitate *Ricardi* primogeniti mei omnimodis libera est.

Ibid. fol. 141. b.

eccleſia de Wayburc ij. virgatas terræ habet cum manſura clerici, & hæ ambæ forinſecus ſerviunt. Quod autem juris mei eſt in eccleſia de **Lubenho** ſicut illud pater meus dedit ſic & ego concedo. Ut ergo rata & ſtabilis ſit patris mei donatio & mea conceſſio ſigilli mei teſtimonio utramque confirmo. Me etiam cum objero *Daventreiæ* apud ſanctum *Auguſtinum* ad patrem meum ſepeliendum conſtituo, & uxorem meam ſi ſine velo mortua fuerit, & liberos meos, quod & ipſi conceſſerunt in die confirmationis hujus. Teſtibus *Juliana* uxore mea, *Ricardo Henrico* & *Simone* filiis meis, *Jordano* fratre meo, *Henrico* de **Dyenden** & multis aliis.

Carta *Ricardi* filii *Simonis* de *Foxtona*.

Ibid. fol. 142. a. UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis Ricardus *filius* Symonis *de* **Forton** *ſalutem. Sciatis me pro ſalute animæ meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum conceſſiſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Caritate *& eccleſiæ ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachis ibidem Deo ſervientibus donationem eccleſiarum quam fecit eidem eccleſiæ* Robertus *filius* Vitalis *avus meus, & pater meus poſt eum conceſſit & confirmavit. Dedit enim* Robertus *præfatæ eccleſiæ eo anno quo mortuus fuit* Anſelmus Cantuarienſis *archiepiſcopus, in perpetuam & liberam elemoſinam, quantum ad ſe & hæredes ſuos, eccleſias manerierum ſuorum* Foxtoniæ ; *videlicet* **Guthmundelay, Bitlesbyc, Scaldefozd, Braibyc, Lubenho** *cum omnibus appendiciis & pertinentiis earum in terris & hominibus, in decimis & oblationibus, & ceteris quibuſcunque beneficiis. Volo igitur & firmiter præcipio quod prædicta eccleſia ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachi beneficia memorata quietè & honorificè teneant, & ſicut eis data fuerunt in perpetuam & liberam elemoſinam, jure perpetuo pacifice per omnia poſſideant, ſalvo jure forinſeco quod evidenter deſignatur in carta patris mei. Ut ergo rata & ſtabilis ſit mea conceſſio & mea confirmatio, ſigilli mei teſtimonio utramque corroboro. Ibidem etiam ego & uxor mea & liberi mei ſepelientur. Hujus rei teſtes ſunt,* Thomas *capellanus,* Adam *filius* Henrici *de* **Bugedun,** Simon Victor, Radulphus Cocus *& plures alii. Hæc carta facta fuit apud* **Daventre** *primo anno regis* Ricardi

1. R. 1.

Confirmatio Alani Baſſet *omnium terrarum poſſeſſionum & eccleſiarum* Baroniæ *de* **Forton.**

Ibid. fol. 143. a. OMnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens carta pervenerit *Alanus Baſſet* de **Luſpheham** ſalutem in dominô. Sciatis me pro ſalute animæ meæ & omnium meorum conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus omnes eccleſias terras & poſſeſſiones quas *Ricardus* de **Forton** pater *Annæ* uxoris meæ donavit conceſſit & confirmavit dictis monachis per cartam ſuam quam ipſi habent de illo. Habendas ſibi & ſucceſſoribus ſuis & poſſidendas inperpetuum, in liberam puram & perpetuam elemoſinam ſicut in eadem carta prænominati *Ricardi* de **Forton** continetur. Quare volo quod dicti monachi & homines eorum liberi ſint & quieti inperpetuum de ſecta curiæ meæ & hæredum meorum. Ego vero *Alanus Baſſet* & hæredes mei acquietabimus dictos monachos de **Daventre** de omni forinſeco ſervicio præfatis eccleſiis terris & poſſeſſionibus pertinente. Et hanc meam conceſſionem & confirmationem eiſdem warantizabimus contra omnes gentes inperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſentem cartam ſigilli mei munimine roboravi. Hiis teſtibus, domino *David* de **Eſſeby,** *Nicholao* de **Noers,** *Willielmo* de **Daventre** milite, *Ricardo* de **Forton,** & multis aliis.

Confirmatio *Henrici* de **Dyri** de eiſdem.

Ibid. O*Mnibus Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* Henricus *de* **Dyri** *filius* Fulconis *de* **Dyri** *dominus de* **Forton** *ſalutem. Sciatis me pro ſalute animæ meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *de* Caritate *& eccleſiæ ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachis ibidem Deo ſervientibus donationem & conceſſionem eccleſiarum quam fecit eidem eccleſiæ* Robertus *filius* Vitalis, *&* Simon *filius ejus &* Ricardus *filius ejuſdem* Simonis *&* Ricardus *filius* Ricardi *poſt eum conceſſerunt & confirmaverunt per cartas ſuas quas vidi & audivi. Dedit enim* Robertus *filius* Vitalis *præfatæ eccleſiæ eo anno quo mortuus fuit* Anſelmus Cantuarienſis *archiepiſcopus, in perpetuam & puram & liberam elemoſinam, eccleſias manerierum ſuorum* Foxtoniæ, *videlicet* **Guthmundeley, Bitlesbyc, Scaldefozd, Braibyc, Lubeho,** *cum omnibus appendiciis earum in terris in pratis & hominibus in decimis & oblationibus & ceteris quibuſcunque beneficiis. Præterea confirmo dictis monachis donum* Ricardi *avi uxoris meæ quod fecit eis in villa de* **Forton,** *ſcilicet ſedem molendini in* **Forton** *ubi antiquitus fuit, & unam acram prati, & toſtum illud quod fuit* Lamberti. *Volo igitur & firmiter præcipio quod prædicta eccleſia ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *& monachi beneficia memorata quiete honorifice & pacifice teneant in puram & perpetuam elemoſinam & liberam & jure perpetuo poſſideant. Has ergo donationes & conceſſiones anteceſſorum meorum ego & hæredes mei warantizabimus dictis monachis de* **Daventre.** *Volo etiam quod dicti Prior & monachi de* **Daventre** *ſint quieti inperpetuum de me & hæredibus meis de ſecta curiæ mea & hæredum meorum. Et ut hæc mea conceſſio & confirmatio rata permaneat & ſtabilis eam præſenti ſcripto & ſigilli mei appoſitione corroboravi. Hiis teſtibus,* Godefrido *de* quatremains, Willielmo *de* **Daventre,** Thoma *de* **Lobeho,** *& multis aliis.*

Confirmatio Simonis *comitis* Northamptoniæ *omnium eccleſiarum baroniæ de* **Forton.**

Ibid. fol. 143. b. S*Imon* comes *Northamptoniæ, &* Matildis comitiſſa uxor ejus, *Roberto Lincolnienſi* epiſcopo & omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis in domino ſalutem.

salutem. Notum sit omnibus vobis quod *Robertus* filius *Vitalis* eo anno quo *Anselmus Cantuariensis* archiepiscopus mortuus fuit, *Northamptonam* venit, & requisivit me & *Matildam* comitissam uxorem meam, quatinus pro Dei amore & salute animarum nostrarum concederemus donationem illam quam fecerat de ecclesiis suis. Dederat enim ut ipsemet ibi testabatur antea pluribus annis præteritis Deo & ecclesiæ sancti *Augustini* de Daventre & monachis ibidem Deo ser- 10
Lect. c. vientibus omnes ecclesias totius terræ suæ de Forton; videlicet de Lubenho, de Scaldesford, de Guthmundeley, de Wittlesbroc, de Braibroc, & alias si fortè adquirere posset in vita sua, liberè & quietè & honorificè imperpetuum Tenendas, cum omnibus quæ ad eas pertinent in decimis terris hominibus & aliis omnibus rebus. Et nos precatu suo & Baronum nostrorum quos ipse obnixiùs precatus est ut nos imprecarentur, concessimus & concedimus quatinus ipsi bene & in pace 20 imperpetuum teneant. Testibus, *Nigello* archidiacono, *Eggaro* decano, *Willielmo* filio vicecomitis, *Hugone* canonico, *Roberto* clerico, & multis aliis.

Hic incipiunt cartæ de Staverton juxta Daventre.

Lb. f. 68. a. ROberto *Dei gratia* Lincolnienſi *episcopo & omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis*, Stephanus *de* Welton *salutem. Notum facio universitati vestræ filii Dei & amici karissimi, me pro salute animæ meæ uxoris & liberorum, patris & matris meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum dedisse Deo & sanctæ* Mariæ *de* Karitate *& ecclesiæ sancti* Augustini *de* Daventre *& monachis ibidem Deo servientibus ecclesiam sanctæ* Mariæ *de* Staverton *in perpetuam elemosinam, cum una virgata terræ & cæteris quibuscunque pertinentiis & beneficiis suis, & concessisse ut liberè & quietè & honorificè eam teneant & pacificè per omnia jure perpetuo possideant, nichil consuetudinis vel servicii debiti cuiquam hominum laicorum vel de ecclesia vel de beneficiis vel de terra agentes, præter quod erunt pro me & meis & solum denegeldum reddant in tempore suo Regi. Hanc eandem ecclesiam de* Staverton *ad jus ecclesiæ* Daventreiensis *pertinentem ut membrum ejus pluribus annis ante hanc donationem sancto* Augustino *& suis patre meo annuente reddideram, sed nullam carta vel sigilli defensionem contra posterorum cautelam & vexatiam pulsationem dederam, & actionem meam immunitam reliqueram. Ut ergo jam ex hoc nunc in seculum rata sit & stabilis meaque præcessit redditio & quæ sequenter adjuncta est donatio, necnon & ipsa præfata libertatis concessio, scripti & sigilli mei testimonio eas pariter & munimine confirmo.* Willicl. *autem filium* Wlrici Sedcal *& sorores ejus sancto* Augustino *& suis confirmo. Hec apud* Daventre *feci anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo sexagesimo primo & regni Regis* Henrici *junioris vij. die quodam festo translationis sancti* Martini, *ubi &* Agnes *uxor mea mecum fuit & manu sua apposita per quendam textum ecclesiæ altare sancti* Augustini *de prædicto beneficio mecum pariter seisiavit. Testibus,* Adam *abbate de* Evesham *cum iij. monachis suis,* Constantino, Jotselino *de* Senliz *&* Reginaldo, Pagano *clerico de* Evesham *fratre* Reginaldi *monachi*, Galfrido *juvene filio* Galfridi *de* Tratlli, Willielmo *decano de* Brechebi, *& multis aliis.*

Carta Rogeri *de* Welton.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis *Rogerus* Lb. f. 68. a.
de Welton filius *Willielmi* de Welton salutem in domino. Notum sit universitati vestræ me pro salute animæ meæ uxoris meæ & liberorum meorum, patris mei *Willielmi* & matris meæ & pro salute *Stephani* de Welton avi mei & omnium meorum vivorum & defunctorum, concessisse & hac præsenti carta mea confirmasse in liberam puram & perpetuam elemosinam, Deo & ecclesiæ sancti *Augustini* de Daventre & monachis ibidem Deo servientibus, donationem concessionem & confirmationem quam *Stephanus* de Welton avus meus fecit eisdem monachis de Daventre de ecclesia sanctæ *Mariæ* de Staverstone & de una virgata terræ & cæteris quibuscunque pertinentiis & beneficiis suis, sicut carta dicti *Stephani* de Welton avi mei quam ego vidi & audivi testatur, quam etiam dicti monachi de Daventre super hoc habent ex dono ipsius *Stephani* de Welton avi mei. Ego autem *Rogerus* de Welton warantizabo dictis monachis de Daventre & successoribus suis de me & hæredibus meis dictam ecclesiam de Staverstone cum omnibus pertinentiis suis imperpetuum. Et ut hæc mea concessio confirmatio & warantizatio stabilis imperpetuum perseveret, eam sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus, *Adam* persona de Welton, *Nicholao* de Boers, *Willielmo* de Daventre, *Rogero Gulafre*, & multis aliis.

Carta *Matilda* de Senliz.

ROberto *Dei gratia* Lincolnienſi *episcopo &* Lb. fol. 1. b.
Willielmo *archidiacono* Northamtonæ *& omnibus sanctæ matris ecclesiæ fidelibus* Matilda *de* Senliz *salutem. Universitati vestræ tam posteris quam præsentibus notificetur me concessisse & in perpetuam & liberam elemosinam dedisse Deo & ecclesiæ sancti* Augustini *de* Daventre *& monachis ibidem Deo servientibus, pro salute mea & pro animabus patris mei & matris meæ necnon pro anima domini mei* Roberti *filii* Ricardi *& pro animabus infantium parentum & amicorum nostrorum & omnium fidelium defunctorum, xl. solidatas redditus ad procos & cuculias emendos, videlicet iij. molendinos in* Daventre *pro xx. solidis quos dedi prædictis monachis omnino ita quietos & liberos ne quis successorum aut hæredum meorum vel aliquis alius possit in* Daventre *seu in* Drayton *facere molendinum nisi sit ad opus monachorum. Et in* Daventre *j. virgatam terræ quam* Johannes *capellanus tenet & j. virgatam terræ in* Drayton *quam* Gocelinus *tenebat, & homagium* Gocelini *& infantium suorum & vij. acras terræ quas* Renelandum *apellant & xv. acras prati mei. Istas verò supradictas ij. virgatas terræ & vii. acras de* Renelandum *& xv. acras prati dedi eis pro aliis xx. sol. Dedi etiam prædictis monachis unam acram terræ ad curtilagium, illam videlicet acram quæ est juxta vivarium. Præter hoc dedi etiam eis*

terram de **Widecroft** *& duas acras in burgagio juxta manſuram quam* Radulfus Saracenus *tenebat, & quatuor acras in* **Langedune** *juxta terram ipſorum monachorum, & viij. acras de dominio meo juxta terram quam Regina* Matildis *mater mea illis dedit. Statui etiam ut ex hac poſtrema donatione emantur vinum ad miſſas cantandas. Conceſſi etiam eis & dedi humagium* Odulfi *& infantum ſuorum. Concedo etiam & hac carta mea confirmo donationem quam* Teboldus *homo meus eis fecit de una acra terra in burgagio cum* Hugone Plumſton *& pueris ejus. Volo igitur & precipio quod monachi teneant omnia iſta dona predicta ita ſolidè & quietè & honorificè & liberè, ne de aliquo humana vel laicæ poteſtati ſubjaceant, vel de aliquo ex hiis eis reſpondeant. Teſtibus,* Helia *capellano,* Johanne *capellano de* **Davenetre,** Odone *clerico,* Philippo *de* **Daventre,** Hugone *de* **Wanci.**

Carta Walteri *filii* Roberti.

Ib. fo. 1. b. WAlterus filius *Roberti* omnibus fidelibus ſanctæ matris eccleſiæ & omnibus amicis ſuis & omnibus hominibus ſuis *Francis & Anglis* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe & hac carta mea confirmaſſe Deo & S. *Mariæ* de *Karitate* & eccleſiæ S. *Auguſtini* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam & liberam elemoſinam, pro animabus *Roberti* filii *Ricardi* patris mei & *Matildis* de **Denitz** matris meæ & omnium anteceſſorum meorum, & pro anima mea & animabus uxoris meæ *Matildis* de **Lucy** & filiorum & filiarum mearum, tria molendina in **Daventre,** ſuper quæ alia fieri in poſſeſſione vel in campis de **Daventre** vel in **Dzayton** à quoquam hæredum vel ſucceſſorum meorum, vel a quoquam hominum penitus prohibeo & omnimodis interdico. Dedi etiam in **Daventre** xx. acras terræ ad auſtrum cimiterii iiij. acras in burgagio & viij. acras *Renelandum* & xv. acras prati & j. acram ad curtilagium juxta vivarium, & **Widecroft** verſus **Dzayton** & iiij. acras in **Langedon** & terram de *Gara* & j. acram & j. rodam in **Widecroft,** quod eſt inter duo vivaria, & manſuram *Ailwardi* & matris ſuæ, & iiij. acras hoſpitali, duas earum ex una parte campi & duas ex parte alia, & j ſeillum juxta vivarium, & iiij. acras & **Warewythemed** & duo vivaria & piſcationem unius diei in meo vivario contra feſtum ſancti *Auguſtini* unoquoque anno, & unum millenarium de allece & v. acras bevarii ſuper **Burc** & decem quadrigatas de boſco & xxiiij onera ligni ſeparatim ſacriſtæ ad coquendas hoſtias ſuas. In **Dzayton** verò dedi eis j. virgatam terræ & j. virgatam eſchangiavi ibidem pro illa virgata quam *Johannes* ſacerdos tenuit in **Daventre** de ſancto *Auguſtino* in die mortis ſuæ. Præterea in hominibus dedi prædictæ eccleſiæ *Vitalem* filium *Odiaſi* & *Hugonem Plumſtan* & *Johannem* molendinarium, *Ivonem, Turb.* & *Walterium* fratres ſuos cum ſororibus ſuis, & *Hugonem, Marinum* cum *Odulfo* fratre ſuo & ſororibus ſuis. *Gruganum* cum fratribus ſuis & *Godwinum Blundum* & *Matildam* uxorem *Gamel.* de **Heddon.** Omnes hos cum filiis & filiabus ſuis. Volo igitur & præcipio firmiter quod prædicta eccleſia ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachi omnia hæc carta & ſigilli mei teſtimonio confirmata cum cæteris pertinentiis & beneficiis in feudo & poteſtate mea liberè & quietè honorificè & per omnia pacificè teneant & jure perpetuo poſſideant. Teſtibus, *Roberto* ſacerdote de **Preſton,** *Willielmo* ſacerdote de **Welton,** *Willielmo* de *Albemei, Radulfo* de **Hulm,** *Philippo* de **Daventre.**

Carta Henrici de **Nuiers.**

HEnricus *de* **Nuiers** & Juliana *uxor ſua,* Ib. f. 61. b. *omnibus hominibus & amicis ſuis, & univerſis matris eccleſiæ filiis ſalutem. Notum facimus omnibus vobis nos recognoviſſe & reddidiſſe & ex parte noſtra dediſſe in perpetuam & liberam elemoſinam eccleſiæ ſancti* Auguſtini *de* **Daventre** *jus ſuum eccleſiam de* Nortona *cum omnibus appendiciis & libertatibus & conſuetudinibus, & omnibus rebus ad eandem eccleſiam pertinentibus, pro ſalute animarum noſtrarum & anteceſſorum noſtrorum, qui eam eidem eccleſiæ de* **Daventre** *longo ante tempore injuſtè ſubtraxerant. Volumus ergo & precipimus ut jam dicta eccleſia de* **Daventre** *& monachi qui ibidem Deo ſerviunt eam liberè poſſideant & ab omni exactione quietam habeant. Et ut hæc omnia rata ſint & nullo poſſint impetu ira vel odii vel alio quolibet modo temerari aut violari, hanc recognitionem & redditionem & donationem ex parte noſtra factam præſentis ſcripti teſtimonio & ſigilli noſtri auctoritate confirmamus. Teſtibus,* Wilhelmo *preſbytero de* **Falwelle,** Simone *preſbytero de* **Daventre,** Galtrido *preſbytero de* **Cundon,** Willielmo *preſbitero de* **Welton,** *& multis aliis.*

Carta Roberti Nuiers.

RObertus de **Nuiers** omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de **Daventre** & monachis ibidem Deo ſervientibus totum quod *Henricus* de **Nuiers** frater meus & *Juliana* uxor ſua filia & hæres *Henrici* de **Chandi** fecerunt prædictæ eccleſiæ & monachis de eccleſia de *Nortona.* Recognoverunt enim eis jus ſuum eccleſiam ſcilicet de **Noxton** cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, & reddiderunt & ex parte ſua donaverunt & carta ſua confirmaverunt, quod & ego ex parte mea & uxoris meæ *Mariæ* pariter concedo & confirmo. Diligo enim eccleſiam & profectum ejus omnimodis cupio. In fratrem ibidem ſuſceptus ſum, & in die ſuſceptionis fide affidavi in manu *Philippi* de **Daventre** quod actionem & cartam fratris mei & meam ubique dum vixero contra omnes homines pro poſſe meo warantizabo. Teſtibus, *Willielmo* presbitero de **Falwelle,** *Simone* capellano de **Daventre,** *Philippo* de eadem, & aliis. Ibid. fol. 61. a.

Carta Ricardi Vernun.

RIcardus *de* **Vernun** *omnibus hominibus &* Ibid. fol. *amicis ſuis* Francis & Anglis *& univerſis* 62. b. *ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me vidiſſe cartam* Henrici *de* **Nuers** *atteſtantem quod* Henricus *de* **Nuiers** & Juliana *uxor ſua recognoverunt & reddiderunt & ex parte ſua*

ſua dederunt in perpetuam & liberam elemoſinam eccleſiæ ſancti Auguſtini *de* Daventre *& monachis ibidem Deo ſervientibus, jus ſuum eccleſiam ſcilicet de* Norton, *de feudo meo, cum omnibus appendiciis & libertatibus & conſuetudinibus & omnibus rebus ad eandem eccleſiam pertinentibus. Et ego per petitionem* Henrici *de* Muters & Julianæ *uxoris ſuæ & pro amore Dei & ſalute animæ meæ hanc eorum recognitionem & redditionem & donationem ex parte ſua factam concedo ex parte mea, & præſentis ſcripti teſtimonio & ſigilli mei auctoritate confirmo. Teſtibus,* Simone *capellano de* Daventre, Philippo *de eadem,* Willielmo & *magiſtro* Henrico *filiis ejus, & aliis.*

Carta Willielmi Gulafre.

Ib. f. 63. a. NOtum ſit omnibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris quod ego *Willielmus Gulafre* de Norton pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum remiſi & quietum clamavi de me & hæredibus meis Deo & eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de Daventre & monachis ibidem Deo ſervientibus totum jus & clamium quod habui vel habere potui in eccleſia de Norton. Tenendam & habenda m in liberam puram & perpetuam elemoſinam in perpetuum cum omnibus pertinentiis ſuis ſine contradictione mei vel hæredum meorum. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hus teſtibus, domino *Simone* filio *W. Radul o* de Thorp, *Henrico* clerico de Norton, *Wincencio* clerico, *Rogero* clerico de eadem villa, & multis aliis.

Donatio de Coldeſleby.

Ibid. fol. 110. b. ANno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo Ego *Laurencius Coventrenſis* eccleſiæ Prior totuſque conventus
A.D. 1150 dedimus et conceſſimus in perpetuam elemoſinam Priori & monachis de Daventre eccleſiam de Aſſeby in feudo noſtro ſitam, cum tribus virgatis terræ quæ ad eam pertinent, & cum aliis ſuis pertinentiis, & eccleſiam de *Addama* ſimiliter in terra noſtra ſitam cum duabus virgatis terræ quas eidem eccleſiæ aſſignavimus. Salvo tamen jure & conſuetudine decimationum & aliorum omnium quæ noſtra eccleſia de Winewic de prædictis habuit eccleſiis. Hæc verò ſupradicta beneficia liberè & honorificè teneant & de noſtra eccleſia recognoſcant abſque omni redditu excepta una libra incenſi quam annuatim ante nativitatem domini noſtræ eccleſiæ perſolvent.

Carta *Galfridi Maleſoures* de eccleſia de Wallgrave.

Ibid. fol. 140. a. S*Ciant præſentes & futuri quod ego* Galfridus Maleſoures *filius* Henrici Maleſoures *dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & ſancto* Auguſtino *de* Daventre *& monachis ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ anteceſſorum & ſucceſſorum meorum eccleſiam de* Waldegrave *cum omnibus pertinentiis ſuis liberam & quietam in puram & perpetuam elemoſinam quantum ad donationem laici & patroni pertinet. Et ut hæc mea donatio rata in poſterum & ſtabilis perſeveret, huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Teſtibus,* Radulfo *de* Gernemue, Nicholao *de* Noers, Willielmo *de* Daventre, Radulpho *de* Thorp, *& multis aliis.*

Incipiunt cartæ de Braybroc.

Carta Thomæ *de* Braybroc *de recognitione erroris.*

S Ciant præſentes & futuri quod *Thomas* de Braybroc anno undecimo regni Regis *Stephani* die antecedente octabas Epiphaniæ pœnitentia ductus *Daventreiam* venit, & ibidem recognovit ſe male erraſſe erga eccleſiam ſancti *Auguſtini* de Daventre & monachos ibidem Deo ſervientes de eccleſia de Braibroc, quam eiſdem monachis, videlicet & eccleſiæ injuſtè ſubtrahere volebat, cum eam longo tempore ex donatione anteceſſorum ſuorum habuiſſent. Venit quidem & vadimonio ſuo ſuper altare poſito in ſatisfactionem erroris ſui, elemoſinam datam animo benivolo conceſſit, & ratam ac ſtabilem perpetuo fieri conſtituit. In fratrem itaque tandem eccleſiæ à monachis ſuſceptus, in manum *Philippi* fide affidavit quod elemoſinam anteceſſorum ſuorum & ſuam ubique pro poſſe ſuo warantizabit, & ad utilitatem eccleſiæ ſancti *Auguſtini* & pauperum Chriſti fratrum ſuorum manutenebit. Hujus rei teſtes ſunt Prior *Herbertus* & conventus ejus, *Seerus* de *Quinci* dominus de Daventre, *Hugo* de Loerenne, *Philippus* de Daventre, *Radulphus* de Thurnebi, & multi alii. Ibid. fol. 152. b. An 11 Regis *Stephani.*

Carta Roberti *filii* Vitalis *de donatione eccleſiæ de* Braybroc.

R*Oberto Lincolnienſi* Dei gratia epiſcopo & omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis *Robertus* filius *Vitalis* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe donationem eccleſiæ de Braibroc quam *Cetelbertus* dedit eccleſiæ ſancti *Auguſtini* de Daventre. Quapropter volo & præcipio quatinus eccleſia de Daventre eandem eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis honorificè teneat, & in perpetuam elemoſinam ſicut ei data fuit pacificè per omnia jure perpetuo poſſideat. Et ut rata ſit *Cetelberti* donatio & mea conceſſio, ipſo me inde precante *Cetelberto*, ſcripti & ſigilli mei teſtimonio utramque confirmo. Teſtibus, *Hugone* de *Leiceſtria*, *Waltero* de Gomundeley, *Radulfo* de Schalder ford, & multis aliis. Ibid. fol. 152. b.

Progenies Vitalis Palfrey.

V*Italis Palfrey* qui venit cum domino *Willielmo Baſtard* habuit ex dono ipſius *Willielmi* baroniam de Forton, Qui genuit *Robertum*, & *Robertus Simonem*, & *Simon Ricardum* primum, & *Ricardus Ricardum* ſecundum, qui habuit duas filias *Amyam* & *Beatricem*. *Amya* fuit deſponſata *Alano Baſſet*, qui genuit ex eadem *Johannam* & *Agnetem*. *Johanna* fuit deſponſata, ſecundùm quoſdam, magiſtro *Willielmo* de Commundele, de quo *Rogerus* de Forton. *Agnes* fuit deſponſata *Radulpho* de ſancto *Lando*, de quo *Johannes* de Ibid. fol. 105. a.

sancto *Laudo*, qui mortuus est sine hærede corporis sui. *Beatrix* filia *Ricardi* de **Forton** secundi, fuit desponsata *Ricardo* filio *Huberti* de **Wydelynton**, de *Johanne Ricardus* de **Widelynton**.

Genealogia de **Welltone.**

lb.f 78. b. *Allelmus* filius *Rory*, qui venit cum domino *Willielmo Bastard* genuit *Adam*; *Adam Wilielmum* j. *Willielmus Stephanum*, *Stephanus Willielmum* ij. *Willielmus Rogerum* j. *Rogerus Willielmum* iij isti sunt domini de **Welltone** post adventum dicti *Willielmi Bastard*. *Rogerus* de **Welton** primus desponsavit *Elisabet* filiam & hæredem domini *Nicholai* de **Noers** de qua genuit *Willielmum*, de quo *Rogerus*, *Nicholaus*. *Galfridus*.

Nicholaum, de quo *Michael*. *Argentinam*. ista fuit desponsata domino *Waltero* de **Wodehul**, de quo *Michael*, *Walterus*.

Anabile, & ista domino *Hugoni* de **Capes** de **Preston**, de quo *Thom*.

Abilis, & ista *Roberto Dyne* de **Brampton**, de quo *Radulfus*. Item dictus *Rogerus* duxit in uxorem *Johannam* de **Wodehul** matrem domini *Walteri* de **Wodehul**, de qua nullus exitus.

Item dictus *Rogerus* duxit in uxorem *Margeriam* de **Haynton** de qua nullus exitus.

Willielmus filius *R.* de **Welton** desponsavit **Fyne de Armenters**, de qua *Rogerus*. Iste *Rogerus* post decessum patris sui *W.* vendidit hæreditatem suam, manerium scilicet de **Welton**. *Nicholaus*. Iste *Nicholaus* desponsavit *Aliciam* filiam domino *Willielmo la* **Zuche**. *Gaufridus* * dominæ *Felicia* de **Cowe**, de qua, *Felicia* quæ fuit desponsata *Nicholao* de *Monte-Gomeri*, *Agnes*, *Eustacius*.

* Sic MS

Item dictus *Willielmus* filius *R.* duxit aliam in uxorem *Rosam Murdach*, de qua *Rogerus*. Iste *Rogerus*, dictus **Noers**, desponsavit, *Johannam* filiam *Felicia* de **Cowe**. *Matterfuende*, de qua *Willielmus*, *Alelmus*, *Adelina*, *Isabella*, *Agnes*, *Rosa*. Item dictus *W.* duxit alteram in uxorem, scilicet *Feliciam* de **Cowe**, de qua *Robertus*.

lb.f.92. b. MEmorandum quod *Walterus Leydet*, a die sanctæ *Trinitatis* in xv. dies anno domini millesimo CClij. quarto die placiti comparuit coram dominis *Silvestro* tunc episcopo *Karliolensi*. & *Rogero* de **Turkesby** & domino *Galfrido* de **Preston** tunc justiciariis itinerantibus apud **Leycestre**. Et quia dominus *W.* non fuit plenæ ætatis adiudicatum fuit *Willielmo* de **Eberdon** atornato Prioris quod recederet sine die. *Simon* vero de **Throp** debet exspectare plenam ætatem prædicti *Walterii*. *Jacobus* vero monachus & *Willielmus* de **Eberdon** vel alter ipsorum sunt atornati prædicti Prioris in ista loquela per breve regis, & debent se essoniare ad primum diem placiti per duos garciones.

Linea generationis **Latimer.**

lb f. 94 a *Henricus* de **Braybroc** dedit quoddam pratum quod vocatur **Sannsoyde** domui de **Daventre** pro sex marcis & dimidia per annum. Qui *Henricus* procreavit *Wiscardum*. Qui *Wiscardus* procreavit *Walterum*. Qui *Walterus* procreavit duas filias, *Aliciam* & *Cristianam*, quæ seysitæ fuerunt de annuali redditu in communi. quæ *Cristiana* habuit quendam filium *Thomam le* **Latymer**. Qui *Thomas* & *Alicia* sunt seysiti de illo redditu annuali in communi.

Genologia de **Brayproc.**

lb f 94. b. *Robertus* de **Brayproc**, quondam vicecomes *Northamptonie* emit de veteri *Eustachio* de **Watford** pratum quod vocatur **Sanford**. Reddendo inde annuatim dicto *Eustachio* ij. solidos. Iste *Robertus* genuit *Henricum* de **Brayproc**, qui *Henricus* dedit prædictum pratum domui de **Daventre** ad firmam perpetuam pro sex marcis & dimidia annuatim sibi & hæredibus suis persolvendis, centum annis elapsis & ultra. Dictus *Henricus* genuit *Wiscardum Ledet* qui sumpsit cognomen ex matre sua *Cristiana Ledet* domina de **Wardon**. Iste *Wiscardus* genuit *Walterum Ledet*. Et iste *Walterus* genuit de *Ermendrua* de *Insula* duas filias *Aliciam* videlicet & *Cristianam* sorores. *Alicia* disponsata fuit domino *Willielmo le* **Latimer** qui genuit ex ea iiij. filios; videlicet dominum *Willielmum*, dominum *Johannem*, dominum *Thomam*, dominum *Nicholaum* milites. Cui * *Nicholao* domina mater sua *Alicia* post mortem mariti sui domini *Willielmi* dedit omnes terras & tenementa quæ habuit in comitatibus *Northamtona* & *Leycestria*. *Christiana* desponsata fuit domino *Johanni* fratri domini dicti *Willielmi* senioris *le* **Latimer**, qui genuit ex ea duos filios, videlicet dominum *Thomam* & dominum *Willielmum* milites fratres germanos.

* MS: *Nicholaus*.

Littera Prioris de **Coventre.** Ibid fol. 111.b.

UNiversis præsentes literas inspecturis vel audituris *Gaufridus* divina permissione Prior **Coventre** salutem in domino. Noverit universitas vestra Priorem de **Daventre** satisfeciſſe nobis de relevio *Hugonis* de *Clyntona* hæredis *Johannis Poherii*, scilicet, quantum pertinet ad quindecim virgatas terræ quas dictus Prior tenet de feodo nostro in villa de **Westhaddon**. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui.

Inquisitio. Ibid.fol. 107.

INquisitio facta coram *Johanne* de **Pyrye** escaetore domini regis citra *Trentam*, die martis proxima ante assumptionem beatæ *Mariæ* anno regni regis *Henrici* filii *Johannis* regis quinquagesimo quarto, apud **Westpreston**, per juratos subscriptos; scilicet per *Hugonem Lovel*, de **Fardington**, (*&c.*) Qui dicunt per sacramentum suum, quod *Hugo* dictus *Vicecomes* qui habuit castrum & villam de **Westpreston**, fundavit domum monachorum de **Daventre** apud **Westpreston** juxta castrum suum, & dedit eisdem monachis quinque virgatas terræ in **Westpreston**. Et postea quia ecclesia dictorum monachorum

nachorum stetit nimis propè castrum suum, ideo amovit dictam abbatiam usque **Daventre** ubi nunc est, & pro dampnis quæ jam dicti monachi receperunt pro remotione domorum suarum dedit eisdem monachis tres virgatas terræ in **Falwelle**. Et postea venit *Willielmus* dictus *Vicecomes*, filius & hæres dicti *Hugonis* & implacitavit dictos monachos tempore *Henrici* Regis avi Regis *H.* nunc existentis. Et prædicti monachi accesserunt ad dictum *Henricum* Regem & ostenserunt ei qualiter *Willielmus Vicecomes* implacitavit eos. Et dictus *Henricus* Rex perpendebat paupertatem monachorum & confirmavit donationem trium virgatarum terræ in **Falwelle**, & dedit eisdem monachis ecclesiam de **Falwelle** cum omnibus pertinentiis, & cum **Cherecheset** duorum hundredorum, in liberam puram & perpetuam elemosinam Ita quod nichil tenent in capite de domino Rege nisi ecclesiam in forma prædicta. Aliam terram quam habent in **Falwelle** habent de dono dicti domini Regis *Henrici* avi Regis *Henrici*, in liberam puram & perpetuam elemosinam.

Carta domus.

Ib. 107. b OMnibus Christi fidelibus præsentes litteras visuris vel audituris frater *Nicholaus* ecclesiæ sancti *Augustini* de **Daventre** humilis Prior & ejusdem loci conventus patroni ecclesiæ de **Preston**, salutem in domino. Noveritis nos pro nobis & successoribus nostris concessisse dilecto nostro ac speciali domino *Hugoni* de **Capes** & hæredibus suis, quantum ad nos pertinet, potestatem liberam capellam erigendi & ædificandi in manerio suo de **Preston**, salvis in omnibus tam minutis decimis & majoribus quam oblationibus & aliis obventionibus & consuetudinibus, & salvo juramento cujuslibet capellani in prædicta capella divina celebraturi successive, super fidelitate observanda in omnibus suprascriptis matrici ecclesiæ de **Preston** & vicario ibidem celebranti. In hujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos est confectum & sigillis nostris hinc inde appositis roboratum. His testibus, dominis *Rogero* de **Weltone**, *Simone* de **Thyop**, *Willielmo* de **Hodenet** militibus, *Nicholao* de **Pulcote**, & multis aliis.

Carta Radulfi Cheynduit.

Ibid. fol. 107. a. OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis *Radulfus* de **Cheynduit** salutem. Notum sit omnibus vobis quod ego pro salute animæ meæ & omnium meorum tam vivorum quam mortuorum concessi & ex parte mea dedi & præsenti carta mea confirmavi Deo & sancto *Augustino* de **Daventre** & monachis fratribus meis ibidem Deo servientibus, ecclesiam de *Prestona* cum omnibus ejus pertinentiis in elemosinam puram & perpetuam & liberam ab omni consuetudine & exactione ad me vel hæredes meos pertinente. Testibus, *Adam Gilbert* de **Cotenton**, *Simone* de **Forton**, *Thoma* capellano de **Daventre**, *Helia* capellano de **Preston**, & multis aliis.

SANCTI *ANDREÆ* Northamptoniæ *Prioratus.*

Incipit de fundatione domus nostræ.

Ex regist. S. *Andreæ Northam.* in b. bl. *Hist. manuscr.* tol. 1.

MEmorandum quod anno gratiæ millesimo sexagesimo septimo *Willielmus* dictus *Bastard* filius Ducis *Normanniæ* venit cum maxima & strenuissima militia in *Angliam*, & *Haraldo* Rege devicto simul & interfecto totum regnum adquisivit. Et in die natalis domini apud *Westmonasterium* coronatus, totum prædictum regnum pacificè possedit. Venerunt etiam cum illo duo fratres strenuissimi milites, videlicet *Garnerius* dictus *le* **Ryche** & *Symon* de **Seynlys** filii *Raundoel le* **Ryche**. Mortuo prædicto *Raundoel*, *Garnerius* primogenitus, reversus est in *Franciam*, & optinuit hæreditatem patris: *Simon* autem remansit in *Anglia* cum prædicto Rege *Willielmo*. Aliquanto autem tempore elapso, quidam comes *Huntyngdonia* nomine *Waldelfus*, erga regem prædictum de proditione accusatus & convictus apud *Wintoniam* decapitatus est. Habebat autem ipse comes duas filias: Rex verò primogenitam, *Maud* nomine, dedit *Simoni* de **Seynlys**, cum toto honore **Huntyngdon**. Dictus vero *Simon* maritavit *Aliciam* sororem uxoris suæ *Randulpho* de **Monny**, cum centum libratis terræ de prædicto honore. Iste *Simon* comes, tempore Regis *Willielmi* prædicti, & anno regni sui octavo decimo, fundavit domum sancti *Andreæ Northamptoniæ*, & eam submisit imperpetuum domui beatæ *Mariæ* de *Caritate*. Postea tempore Regis *Henrici* primi, iste *Symon* comes **Huntyngdon**, adiit terram sanctam, & in redeundo obiit apud *Caritatem*, & ibidem sepultus est. *Henricus* Rex prædictus desponsaverat *Maud* sororem *Alexandri* Regis *Scotiæ* & *Davidis*, & dedit *Maud* quæ fuit uxor *Simonis* comitis, *Davidi* fratri Regis *Scotiæ* prædicti, una cum custodia hæredis prædicti comitis *Simonis*. Nomen ejus hæredis erat *Simon* de **Seynlys** junior, post nomen patris ejus. Et iste *Simon* junior fundavit abbatiam beatæ *Mariæ* de *Pratis* juxta **Northampton**.

Carta Simonis *primi Comitis.*

Ex regist. S. *Andreæ de Northampton* penes *Seb. Theyer de Coupersbill* juxta *Gloucestr.*

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, *Amen*. Ego *Symon* & uxor mea *Matildis*, ne ante æternum Judicem in extremo die ecclesiis possessionis exhæredes simus, de nostra terrena possessione aliquantulum monachis sanctæ Dei genetricis *Mariæ* de *Caritate*, apud *Hamptonam* Deo servientibus, pro nobismet ipsis, & pro animabus patrum nostrorum, dominorum, atque amicorum damus, & firmissimâ conditione constituimus, quod ipsi monachi teneant honorificè sicuti nosmet ipsi, & in quantum ad nos pertinet defendimus, ne aliquis nostrorum hominum audeat, aliqua mala consuetudine, servitute, vel domatione, malè tractare quicquid Deo & monachis

nachis donamus : ſcilicet ipſam eccleſiam in qua habitant, & omnes alias ejuſdem villæ eccleſias cum appenditiis ſuis, & in eadem villa terram trium carucarum & tres dalos prati, & unum hulmum, & aliquos hoſpites, & de firma ipſius villæ viginti ſolidos ad feſtum ſancti *Michaelis*, & *Steberiam* : ſcilicet duas hidas terræ, & quod in Hardyngeſtorn & in Hacluynton in dominio habebamus ; & duas partes decimæ de Thorpe, & in *Bracefeya* eccleſiam, & ipſius eccleſiæ terram & decimam. In *Equetonia* eccleſiam, & decimam, & quicquid *Walterus* capellanus de eo tenet, ipſo *Waltero* laudante. De *Jerdeleya* totam decimam per conſenſum & donum *Hugonis* capellani. In *Bertonia* & Dovyntonne & Tokeham, annonæ mediam decimam, & beſtiarum totam. Tertiam partem totius decimæ de *Obertona*, & *Stratonia*, & *Haringodia*, & *Frodigeya*, & in *Daventria* tertiam partem annonæ. & ſuarum equarum totam decimam. Et *Grimboldus* dedit eiſdem monachis in *Mulionia* eccleſiam & totam decimam, & decimam *Budonis*, & terram unius carucæ ; & *Acardus* ſuam decimam de *Sprottona*. Et *Burchardus* x. acras terræ, & decimam terræ ſuæ in *Hamtona*. ✠ Signum *Simonis* comitis. ✠ Signum *Matildis* comitiſſæ. ✠ Signum *Grimboldi*. ✠ Signum *Nigelli* iij.s. ad car. unoquoque anno. ✠ Signum *Johannis* nepotis comitis. ✠ Signum *Rogeri Oliſardi* iij s. unoquoque anno. ✠ Signum *Walteri* filii *Wynemeri*. ✠ Signum *Hugonis* filii *Athelini*. ✠ Signum *Hugonis* de Eſtelp iij.s. unoquoque anno. ✠ Signum *Symonis* nepotis comitis. ✠ Signum *Warneri* nepotis comitis. ✠ Signum *Maynardi* capellani. ✠ Signum *Petri* nepotis comitis. ✠ Signum *Sedwini* de *Alneto* ij.s. unoquoque anno.

Carta Matildis *de* Mundevilla.

Ex regiſtro S. *Andreæ Northam.* in bibl. *Hattoniana.*

NOverint univerſi matris eccleſiæ filii, tam præſentes quam futuri quod domina *Matildis* de *Mundevilla*, pro ſalute animæ patris ſui *Nigelli* de *Mundevilla*, à quo hæc hereditas procedit, & domini ſui *Roelandi* de *Abrincis*, & filii ſui, donum ſuum & elemoſinam fecit eccleſiæ ſancti *Andreæ* de Northamton. Scilicet *Siwellam*, & omnia ei pertinentia, tam in boſco, quam in plano, & eccleſiam eis abſolute conceſſit, exceptis quatuor virgatis terræ & dimidia, quas, cum filia ſua eccleſiæ de Elneſtowe dedit &c. Teſte, *Roberto Grimbald*, *Roberto* de *Weſtona*, *Warnero Grimbald* &c.

Ibid. [*Willelmus* de *Albrincis* confirmat donum matris ſuæ de villa & eccleſia de Stwell, (exceptis ut ſupra) an. Dom. MCxlvij. Teſtes *Simon* comes Northamton, *Ricardus* de *Campvilla*, *Robertus Grimbald*, *Robertus* de *Weſtona*, *Hugo Gobion*] &c.

1147.

Carta regis Stephani *donationem manerii de* Stiwelle *per* Willielmum *de* Abrincis *confirmans.*

Ibid. S Rex *Angliæ* epiſcopo *Lincolnia* & comiti *Simoni*, & juſtitiariis, & vicecomitibus & baronibus, & miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis, *Francis* & *Anglis* Northamtonſcire ſalutem. Sciatis quod concedo & confirmo illam donationem quam *Willielmus* de *Abrincis* fecit Deo & eccleſiæ ſancti *Andreæ* & monachis ibidem Deo ſervientibus, de manerio *Siwellie*, & omnibus ejus pertinentiis. Quare volo & firmiter præcipio, quod eccleſia prædicta & monachi illud manerium, cum pertinentiis, teneant, & imperpetuum poſſideant bene, & in pace, & libere, & honorifice, & quiete in omnibus rebus & libertatibus, & conſuetudinibus eidem terræ pertinentibus, ſicut idem *Willielmus* de *Abrincis* illas melius & liberius tenuit, & ſicut ipſe eis illas dedit & carta ſua confirmavit. Teſt. *Simone Comite*, *Ricardo* de *Canvilla*, & *Roberto Grimbaud* camerario, apud Northamton.

Carta Davidis Scotorum *regis.*

Ex autographo in bibl. *Cottoniana.*

DAvid Dei gratia rex *Scotorum*, omnibus baronibus, & hominibus ſuis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe monachis eccleſiæ ſancti *Andreæ Northamptonia*, ut ubicunque decimas dominii mei plenarie eis habeant, tam in pecoribus, quam in omnibus fructibus terræ. Confirmo igitur eis quicquid habent in villa de Scaldeford ; ſcilicet unum molendinum, & unam carucatam terræ, in liberam elemoſinam. Reliquam vero terram quam ibidem habent, ea libertate tenebunt, quâ *Robertus* filius *Vitalis* dominus ejuſdem villæ, terram ſuam tenet, nec aliquam conſuetudinem ei inde debent, ſicut ipſe confeſſus eſt ante me, & meos homines. Concedo igitur eis, ut apud *Extonam* terram illam quæ vocatur Wiliges frangatur & ſeminetur, & nullus eos inquietare præſumat. Teſtibus, *Michaële* de Hanelei, & *Roberto* de Vzus, & *Roberto* filio *Nigelli*, apud Gerdelai.

Carta Simonis *comitis, primi fundatoris.*

Ex regiſtro S. *Andreæ* in bibl. *Hattoniana.*

IN nomine ſummæ & individuæ *Trinitatis*. *Amen.* Notum ſit ſanctæ matris eccleſiæ filiis, quod comes *Simon* & uxor ſua *Matildis*, ne in die judicii cunctis aſtantibus cum vacua manu appareant, largiti ſunt de poſſeſſionibus ſuis monachis ſanctæ *Mariæ* de *Caritate* Deo apud *Hamtonam* in eccleſia ſanctæ Dei genetricis *Mariæ* apoſtolique *Andreæ* ſervientibus, pro animarum ſuarum ſalute, & omnium anteceſſorum ſuorum, necnon & dominorum & amicorum ſuorum, & pro omnibus illis, qui locum iſtum auxerint, & hæc & alia ad ipſum locum pertinentia fideliter teſtificaverunt, ipſam eccleſiam *omnium Sanctorum* ; & omnes ejuſdem villæ eccleſias cum omnibus appendiciis ſuis, & in eadem villa terram trium carucarum, & tres dailos prati, & unum hulmum, & aliquos hoſpites, & de firma ipſius villæ viginti ſolidos ad feſtum ſancti *Michaëlis*, & hoſpites prope eos manentes, liberos & quietos ab omni conſuetudine ipſius villæ pro voluntate monachorum, & *Scateberiam*, ſcilicet, duas hidas terræ, & quod in Hardyngeſtorne & in Hacluynton in dominio habebant, & duas partes decimæ de Thorp. Et in *Brakeleya* eccleſiam & ipſius eccleſiæ terram & decimam. In *Equetonia* eccleſiam & decimam & quicquid *Walterus* capellanus

capellanus ibidem teneт, iplo *Waltero* laudante. De *Gerdela* duas partes decimæ. In *Bertona* & Dodyngton & Totoham annone mediam decimam, & bestiarum totam: Tertiam partem totius decimæ de *Brotona* & *Stratonia*, & *Haringerdia*, & *Frodigeya*, & in *Daventreya* tertiam partem annonæ, & suarum equarum totam decimam; & unum novum molendinum quod est apud Yardingestone, & decimam ipsius villæ; Et duas partes decimæ de *Ullavestona*, similiter duas de Trop, & duas de *Potona*, & duas virgas de terra, & viginti acras de bruario, & viginti solidos de molendino Pacastone ad vinum emendum ad missas, qui debent semper reddi in pascha. Dominus quoque *Paganus* dedit ipsis monachis ecclesiam Riale, & postea dedit molendinum quod fecit apud villam Riale, & terram ad unam carucam pro clerico qui pro hac re effectus est monachus. *Grimboldus* etiam dedit eisdem monachis in *Multonia* ecclesiam & totam decimam, & decimam *Bundonis*, & terram unius carucæ. & *Acardus* suam decimam; & *Otgerus* de *Hostona* suam; laudante hoc & confirmante *Henrico Anglorum* Rege, octavo Imperii sui anno, coram subscriptis testibus. ✠ Signum *Henrici* Regis *Anglorum*. ✠ Signum *Matildis* Reginæ. ✠ Signum *Anselmi* archiepiscopi. ✠ Signum *Roberti* episcopi *Lincoln*. ✠ Signum *Roberti* episcopi *Cestrensis*. ✠ Signum *Johannis* episcopi de Lyx: ✠ Signum *Samsonis* episcopi. ✠ Signum *Johannis* episcopi *Bacus*. ✠ Signum *Gundulphi* episcopi *Roveceſtr*. ✠ Signum *Mauricii* episcopi *Londin*. ✠ Signum *Ranulfi* cancellarii. ✠ Signum *Henrici* comitis de Warewyke. ✠ Signum *Willielmi* comitis de Warenne. ✠ Signum *Nigelli* de Oily. ✠ Signum *Roberti* de Ferers. ✠ Signum *Eudonis Dapiferi*. ✠ Signum *Willielmi* de Aubeney. ✠ Signum *Willielmi* de Curcy. ✠ Signum *Roberti* comitis de Pellent. ✠ Signum *David* fratris Reginæ.

Confirmatio donationum, per Hugonem Lincolnienſem *episcopum.*

Ibid. OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit: *Hugo* Dei gratia *Lincolnienſis* episcopus salutem in domino. Nostrum est justis petitionibus adquiescere & quicquid possumus auxilii filiis sanctæ ecclesiæ impertiri; unde & fratribus nostris monachis ecclesiæ sancti *Andreæ* de Northampton speciali authoritate qua fungimur confirmamus; scilicet ecclesiam *omnium Sanctorum* de *Northamptona*, cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam sancti *Egidii* cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam sancti *Michaelis* cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam sancti *Sepulchri* cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam sanctæ *Mariæ* cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam sancti *Gregorii* cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam sancti *Petri* cum omnibus pertinentiis suis, scilicet cum ecclesia de Thorp & capella de Upton cum omnibus aliis pertinentiis suis; & ecclesiam sancti *Edmundi* cum omnibus pertinentiis suis; & ecclesiam sancti *Bartholomæi* cum omnibus pertinentiis suis; & capellam sancti *Thomæ* cum omnibus pertinentiis suis; & ecclesiam de Ryall cum omnibus pertinentiis suis; & ecclesiam de Orton cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Kelwenton cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Sywell cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Pulton cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Brauselde cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Preston cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Brylyng cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Yowton cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Ducuton cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Hardyngyston cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Stotysbyry cum omnibus pertinentiis suis. Et ecclesiam de Sulgrave cum omnibus pertinentiis suis, & duas partes decimæ totius decimationis dominii comitis *David* in *Yerdela*, & in Barstone & in Dodyngtonne & Haryngwyth. Et tertiam partem totius decimæ dominii comitis *David* in *Fodryngeya*. Et tertiam partem totius decimæ dominii de Overton. Et duas partes totius decimæ dominii de Stytysele. Et viginti solidos de molendinis de Parton ad vinum emendum ad missas. Et de horreo comitis *David* in *Bertona* tres summas frumenti ad oblatas faciendas. Et duas partes totius decimæ dominii de *Wllastona*. Et duas partes decimæ dominii *Walteri* filii *Winemari* in Trop. Et duas partes decimæ dominii *Walteri* prædicti in Watton. Et duas partes decimæ dominii *Achardi* de Spyrton in Spyrton, & in Wythyn & in *Strattona*. Et duas partes totius decimæ dominii quod fuit *Rogeri* filii *Asæ* in Pyham; Et duas partes totius decimæ dominii *Henrici* de Cogenho in Horrolwedon. Et duas partes totius decimæ domini *Willielmi* filii *Burchardi* in Floxe. Et duas partes totius decimæ dominii *Henrici* de *Armenters* in Stowe, & in Kyslingbury, quas tenent ad firmam de monachis sancti *Projecti* de *Vernendes*. Et duas partes decimæ dominii *Walteri Luvel* in Kyslyngbury. Et ecclesiam de *Potona* cum omnibus pertinentiis suis, & in eadem villa duas virgatas terræ & viginti acras de bruera. Et duas partes decimæ dominii *Richardi* de Heyforde in Herlestone. Et duas partes totius decimæ domini *Andreæ* de Braybrooke in Braybrooke. Et tertiam partem totius decimæ dominii *Richardi Foxle* in Forle, Et duas partes totius decimæ dominii de *parva Hostona*, juxta Langeporte, quas habent ex donatione *Godefridi* de Bolonge: Et ut hæc omnia prædictis monachis sancti *Andreæ* rata & illibata permaneant, sicut ipsis juste & rationabiliter collata sunt, præsentis scripti & sigilli nostri attestatione communimus; salva in omnibus *Lincolnienſis* ecclesiæ dignitate. Testibus his, *Roberto* abbate de *Nuttelega*, *Walkelino* abbate de sancto *Jacobo Walkelino* Priore de *Landa*, magistro *Roberto* de Yarding, magistro *Rogero* de Kelvestun, magistro *Simone* de Sywell, magistro *Willelmo* de *Monte*, magistro *Richardo* de Dodeforde, *Henrico* filio *Petri*, magistro *Warino* de Bedeforde, *Simone* decano de Wittyngbere, *Rogero* decano de Pateshyll, magistro *Samsone* de Berchebyr, magistro *Roberto* de Pelhum, magistro *Roberto* Groſteſte.

Carta Regis Henrici *primi donatorum concessiones ratificans.*

In regiſtro S. *Andr. de Northampton penes Johannem Theyer fol. 14. a.*

Vide cart. 3. E. 3. n. 39.

Et cart. 10 E. 3. n. 27.

HEnricus Rex *Anglie Roberto Lincolnie* epiſcopo & *David* comiti & omnibus baronibus, & fidelibus ſuis, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe monachis de *Caritate* in eccleſia ſancti *Andree* de **Northampton** Deo ſervientibus, eccleſiam ſancti *Sepulchri*, quæ eſt in eadem villa, cum quatuor acris de dominio meo, pro anima patris mei, & matris meæ, & pro animabus anteceſſorum meorum. Et præterea concedo & confirmo omnes poſſeſſiones eorum, quas *Simon* comes & *Matilda* uxor ſua, & alii barones & homines mei eis dederunt in eccleſiis, in decimis, in terris, ſive in aliis rebus, & nominatim xl. ſol. quos habent per annum in **Bedeford** ex dono *Matildis* comitiſſæ; & unam carucatam terræ, & unum molendinum in **Scaldeford** quæ *Robertus* filius *Vitalis* eis dedit in liberam elemoſinam. Et præter hoc in eadem villa decem virgatas terræ, & quartam partem unius virgatæ, quas ipſi emerunt de eodem *Roberto*, ita liberè tenendas, ſicut ipſe tenet terram ſuam. Et in **Pulton** duas virgatas terræ quas ipſi emerunt à *Grimboldo*, ita liberè tenendas ſicut ipſe tenet terram ſuam. Et ex dono ejuſdem *Grimboldi* decimam de molendino, quod dicitur **Cancheſmelne**. Et in *Achelcia* xxx. acras terræ & paſſonem centum porcorum, & communem paſturam quæ *Robertus* filius *Lancelini* dedit eis in liberam elemoſinam. Et præter hæc in eadem villa quinque virgatas terræ & dimidiam quas emerunt ab eodem *Roberto*, ita liberè tenendas, ſicut ipſe tenet terram ſuam. Et in **Wendlingbury** unam virgatam terræ, ex dono *Ilberti* de *Cogenho* in liberam elemoſinam. Et terram de **Foxle**, ex dono *Adelaphi* in elemoſinam; & eccleſiam & terram de **Newenton**, cum omnibus appenditiis ſuis, ex dono *Auſcheri* de *Chauci*. Et duas partes decimæ *Rogeri* de *Iſham*, & in eadem villa decimam duarum virgatarum terræ, ex dono *Hardewini* de *Hargedon*. Et duas partes decimæ *Walteri* de *Preſton* in **Wyton**. Et in **Hargedon** duas partes decimæ *Engelrammi*. Et in *Flora* decimam *Willielmi* filii *Burcardi*. Et in **Braibroc** decimam *Willielmi*; & in **Chiſlingbiri** decimam *Walteri* de *Liner*. Et in **Hervelefton** duas partes decimæ *Roberti* de *Armenters*. Et in **Northampton** domum *Werrici* quæ eſt in foro & domos *Roberti Hunet*, cum omni tenura ſua, & domos *Walteri* cum tota tenura ſua. Præterea concedo quod homines eorum de **Northampton** qui ſunt reſidentes in terra eorum, à foſſatis burgi uſque ad foſſatum eorundem monachorum, et uſque ad aquam ſint liberi & quieti ab omni conſuetudine ejuſdem villæ. Et volo, & firmiter præcipio quod ipſi monachi teneant omnia prædicta bene & in pace, liberè & honorificè & quietè, in boſco & plano, in pratis, & paſcuis & molendinis & ſtagnis, & aquis, in viis & ſemitis, infra burgum & extra, cum *ſaca*, & *ſoca*, & **toll** & **theam** & **infangenthef**: Et prohibeo ſuper hoc ne aliquis eis injuriam vel contumeliam faciat. Teſte, *Roberto* epiſcopo *Ceſtriæ*, *Hervæo* epiſcopo de **Ely**, *Randulpho* cancellario, *Gaufrido* de *Glinton*, *Radulpho Baſſet*, *Hugone* de *Leghercestria*, Apud **Northampton**.

[*Quod hujuſmodi Prioratus ſit indigena, vide Par. 6. H. 4. part. 2. mem. 25.*]

Fundatio Hoſpitalis de **Kingſthorpe.**

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Walterus* Prior ſancti *Andreæ* **Northamton**, & totus ejuſdem loci conventus ſalutem in domino. Ad univerſitatis veſtræ notitiam volumus pervenire, nos communi conſilio & aſſenſu totius capituli noſtri, ad petitionem *Petri* filii *Adæ* de *Northampton*, & *Henrici* filii ejus, liberaliter conceſſiſſe domum quandam, in ſuſceptionem peregrinorum, & pauperum in loco noſtro in quo ſita eſt capella ſancti *David* infra limites parochiæ noſtræ de **Thorp**, ſub hac forma conſtrui; Scilicet quod in loco prænominato, nullum, in poſterum, fiet collegium, ſive de monachis, ſive de canonicis, ſive de Templariis, ſive de Hoſpitelariis, ſive de monialibus: ita eſt quod domus ipſa nullis temporibus in eccleſiam, vel in formam eccleſiæ commutabitur, nec formam xenodochii excedet. Conceſſimus ut divina in eo loco celebrentur officia, & duo tantum ibidem perpetuò habeantur altaria: unum in capella ſanctæ *Trinitatis*, aliud in capella ſancti *David*: & una tantum campana ad pulſandum, & cimiterium ad ſepulturam pauperum, & peregrinorum, & aliorum ibidem commorantium. (bis.)

Conceſſimus etiam ut ſi quis de parochianis noſtris, ſive ſanus, ſive eger, dum tamen ſane mentis fuerit, ibidem ſepulturam elegerit, & votum ibi perpetuò manendi, ſub teſtimonio capituli ſui, & virorum fidedignorum, expreſſerit, benignè in domino recipiatur ibidem, in habitu ſeculari permanſurus quamdiu vixerit, ſalvo jure eccleſiæ in cujus parochia extiterit. Illud autem nobis ex conſenſu prædictorum *Petri* filii *Adæ* & *Henrici* clerici filii ejus, reſervavimus, quod nullius corpus, poſt obitum ejus de parochiis noſtris ad eundem locum deferetur, nec aliquis parochianorum noſtrorum ibidem niſi ſub forma prædicta recipietur. In ejuſdem verò loci domus principalis corpore conjunctæ capellæ ſanctæ *Trinitatis*, conjuncti erunt imperpetuum tres ordines lectorum contiguorum in longum, in quibus jaceant pauperes & peregrini, & præcipuè valetudinarii quo expeditius miſſam audire valeant, & devotiùs orationibus intendant. Conceſſimus etiam ut in eodem loco unus habeatur procurator, capellanus, vel clericus vel laicus bonæ opinionis, qui communi conſilio & conſenſu noſtro & prædicti *H.* dum idem *H.* vixerit providebitur & conſtituetur: Poſt obitum autem ipſius *H.* communi conſilio & aſſenſu noſtro & abbatis de **Sullebi** à prædicto *H.* ſubſtituti. Exceſſus, & procuratoris, & eorum qui per procuratorem corrigi non poterunt, per nos, & prædictum *H.* in vita ſua, & poſt mortem ejus, per nos, & abbatem prædictum corrigentur. Et ſi idem procurator, propter tranſgreſſionem aliquam, amovendus fuerit, communi conſilio & conſenſu noſtro & præfati *H.* dum idem *H.* vixerit, abſque omni reclamatione & contradictione, ammovebitur, & alius loco ejus idoneus conſtituetur. Ex quo autem idem

H. in

H. in fata deceſſerit, communi conſilio & conſenſu noſtro, & abbatis prædicti, ſi amovendus fuerit ammovebitur, & alius loco ejus ſubſtituetur. Cum autem ammotus fuerit, communi conſilio, & aſſenſu noſtro, & *H.* præfati, vel poſt mortem ejus, conſilio & conſenſu abbatis prænominati, de ſtatu ipſius diſponetur, ita quod indempnitati eccleſiæ noſtræ provideatur, & ſcripti hujus forma non immutetur. Si autem ſuper procuratore inſtituendo, vel amovendo, inter nos & prædictum H. vel abbatem de Sullebi, poſt mortem prædicti *H.* orta fuerit diſſenſio, electis ex parte noſtra duobus viris diſcretis, & ex altera parte duobus viris diſcretis & quinto communi utriuſque partis conſenſu, quod major pars ſtatuerit, firmiter obſervabitur. Illi vero qui procuratorem eligent, in eodem loco ubi procurator inſtituendus eſt, ad eundem eligendum convenient, & ibidem eum conſtituent, & ita tamen quod ante inſtitutionem ſuam, ad eccleſiam noſtram accedens, in eadem eccleſia, ſuper altare beati *Andreæ*, coram Priore, & conventu, & coram memorato *H.* vel abbate de Sullebi, poſt mortem ipſius *H.* juratoriam preſtabit cautionem, quod formam hujus ſcripti, & tenorem, pro poſſe ſuo tenebit, & ſervabit; & quod nec dampnum eccleſiæ, nec occaſionem dampni, in aliquo malitioſe procurabit, nec ab aliquo ſibi ſubjecto, procurari, pro poſſe ſuo, patietur. Nos vero ſacramenti hujus occaſione nullam in eodem loco, contra ſcripti hujus tenorem, exigemus ſubjectionem.

Conceſſimus etiam ut in loco prænominato duo tantum habeantur capellani præter procuratorem, ita quidem, quod ſi idem procurator electus, fuerit capellanus, ibi licite poſſit celebrare. Et prædicti capellani, ex quo recepti fuerint, antequam in loco prædicto celebrent, nobis, de indempnitate eccleſiæ noſtræ, ſicut procurator juratoriam preſtabunt cautionem. Preterea concedimus ut ſex ibi habeantur converſi ad miniſterium & ſuſceptionem & proviſionem pauperum ibidem commorantium, & ſuperveniencium, ita quod numerus procuratoris & capellanorum & converſorum novenarium non excedat. Procurator vero, & capellani tales habebunt veſtes, quales decet honeſtos capellanos ſeculares habere, & converſi uniformia habebunt indumenta, ſcilicet, cappas & pallia, & tunicas nigri coloris, abſque ſigno. Siquis autem commorantium, contra hujus ſcripti tenorem venerit, & ſuper hoc, coram nobis, & prædicto *H.* vel abbate de Sullebi prædicto, poſt mortem ipſius *H.* convictus fuerit, à loco prædicto, omni ceſſante reclamatione eicietur, niſi digne penitens, ex miſericordia noſtra, & prædicti *H.* vel abbatis de Sulleby, poſt mortem prædicti *H.* ibidem toleretur.

Prædicta vero omnia ſub hac forma conceſſimus, ne præfata domus alicui domui religioſe, nec alicui perſonæ privatæ præter formam ſcripti hujus ſubiciatur, nec aliquid ultra hanc conceſſionem noſtram, in dampnum eccleſiæ noſtræ ab aliquo in loco prænominato exiſtente præſumatur. Nos quoque de redditibus vel poſſeſſionibus eidem domui collatis, vel in poſterum conferendis, aut alio juſto titulo adipiſcendis, nullis temporibus in uſus noſtros aliquid convertemus, vel aliquo modo diminuemus, ſed totum in utilitatem & incrementum ipſius loci proficiet. Ad augmentationem quoque ipſius domus, conceſſimus eidem domui, intuitu caritatis, totam terram noſtram in Mozp, quam *Helias* tenuit de feodo noſtro, eccleſiæ noſtræ de Mozp, ſcilicet, duas virgatas terræ cum meſſuagio, & croſta, & cum communi paſtura, & cum omnibus pertinentiis earum, conſentiente *H.* prædicto filio *Petri*, qui nunc temporis eccleſiam de Mozpe de nobis tenuit. Præterea decimam duarum virgatarum terræ, quas eidem loco contulimus & quietam clamavimus, & decimam ortorum in eodem loco conſtruendorum, & pecorum quæ infra parochiam de Mozp, ratione prædictarum duarum virgatarum rationabiliter haberi poterunt. Si autem aliam terram, infra parochiam de Mozp, vel aliis parochiis noſtris, ſive ex empto, ſive ex conducto, ſive ex dono alicujus, ſive alio modo eundem locum habere contigerit, decime tam de omnibus fructibus terre ejuſdem, quam de pecunia, ratione terre illius habita, eccleſiis noſtris plenarie perſolventur, non obſtante privilegio, ſi quod de immunitate decimarum fuerit impetratum. Hæc autem conceſſio ad petitionem *Petri* filii *Adæ* poſt fuit inchoata; eo verò mortuo, ad petitionem & inſtantiam *Henrici* clerici filii ejus, poſtea perfecta, & in ſcriptum redacta, anno ſecundo regni regis *Johannis*, qui fuit annus incarnationis domini milleſimo ducentoſimo. Et ne ipſa conceſſio 1200.
noſtra nobis in poſterum fiat captioſa, nec aliquod nobis juris noſtri, ſive in privilegiis noſtris, ſive in jure communi faciat præjudicium, nec prædictus *H.* filius *Petri*, vel ipſius ſucceſſores, vel in loco ſepedicto exiſtentes, vel aliquis alius aliquid præter hanc conceſſionem noſtram exigere, ſive aliquod commutare, vel per ſurreptionem aliquam in prejudicium noſtri aliquid attemptare præſumat, forman conceſſionis noſtre preſenti ſcripto expreſſim, ut robur perpetuum obtineat, tam ex parte noſtra quam ex parte memorati *H.* & domus ſupradictæ haberi neceſſarium duximus, partem unam ſigillo noſtro munitam, eidem *H.* & domui prefate conferentes, & partem alteram tam ſigillo ipſius *H.* quam ſigillo domus prænominatæ corroboratam à predictis *H.* & *Willielmo* tunc temporis ejuſdem procuratore domus recipientes, conſentientibus, & inſtanter petentibus omnibus eo tempore in eadem domo commorantibus. His teſtibus, *Walkelmo* abbate ſancti *Jacobi* de Northamton, magiſtro *Ricardo* de *Kent* tunc archidiacono de Northamton, *Alexandro* Priore de Cſtelp, magiſtro *Henrico* de Gilleville, magiſtro *Roberto* de *Wahaton*, magiſtro *Roberto* de Kinton, magiſtro *Johanne* de Pikeſoꝛd, magiſtro *Roberto* de *Arche*, *Henrico* decano de Northamton, *Radulfo* decano de Billing, *Ricardo* decano de Doddeſoꝛd, *Rogero* decano de Patteſhille, magiſtro *Nicholao* capellano archidiaconi, magiſtro *Stephano* de *Trenceſter*, *Thoma* clerico filio *Adæ Albi*, *Roberto* de *Leiceſtr.* *Ada Gurnay*, *Symone* de *Davintre*, *Roberto Oriel*, *Simone* filio *Sewardi*, *Radulfo* de *Pontefracto*, *Roberto* clerico, & aliis.

BARNESTAPLENSIS
Prioratus in agro Devonienſi.

Carta Joelis *filii* Aluredi.

Cart. 10 E. 2. n. 39. per Inſpex.

IN nomine ſanctæ & individiæ *Trinitatis* incipit carta *Joelis* filii *Aluredi*; Reverendo patri & domino *Willielmo Exonienſi* epiſcopo & univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Joel* filius *Aluredi* ſalutem in domino. Cum nos omnes à Chriſto vocemur Chriſtiani & illius ut ſalvatoris ſequi debeamus veſtigia, illos quos Chriſtus ob ſeculi contemptum & religionis ſuæ meritum filios ſpecialiter vocat pia devotione venerari convenit, & eorum ſancto propoſito devotè præſtare ſubſidium. Ea propter ego *Johel* filius *Aluredi* univerſitati veſtræ notum fieri volo me pro ſalute animæ meæ & patris & matris meæ & omnium parentum & amicorum meorum, conſtituiſſe quandam obedientiam monachorum *Cluniacenſium* apud **Barneſtaple**, ad honorem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſanctæque *Mariæ* & ſanctorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & ſanctæ *Mariæ Magdalenæ*, & ipſam obedientiam eccleſiæ ſancti *Petri* de *Cluniaco*, & eccleſiæ ſancti *Martini* de *Campis* ſubdidiſſe; ad quam divina providente clementia devotus confugiam, habitum monaſtice religionis ſuſcepturus; ibidemque onere carnis depoſito, & anima ad conditoris ſui gloriam ſuſpirante miſericordiam ipſius fiducialiter preſtolabor. Et quia ex voto teneor eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Magdalenæ* extra caſtellum meum fundatæ tantum beneficii conferre unde ſacer monachorum conventus conſtitui & ſuſtentari poterit, ad ſuſtentationem ipſorum quaſdam particulas terræ meæ donavi eis; ſcilicet *Piltonam* cum boſco & mariſco & *Pillandam*, utraſque liberas & quietas cum omnibus apendiciis ſuis, ſicut ego unquam eas liberius & quietius habui & tenui. Donavi etiam eis molendinum de **Barneſtaple** liberum & quietum cum moltura totius villæ & caſtelli, ita quod burgenſes ad aliud molendinum molendino monachorum integro exiſtente molere non poterunt. Et totam terram extra muros quæ eſt inter portam de **Nozth** & portam de **Peſt**, ſimul cum foſſo uſque ad contiguam viam. Et totam aquam prout terra eorum extenditur. Et totum tractum piſcium ipſius aquæ tam in terra ipſorum quam in terra mea proxima: ipſis quoque monachis excluſam piſcariæ in terra mea firmare licebit in quantum terra eorum extenditur ex altera parte aquæ. Inſuper autem conceſſi eis omnes terras ſuas, & homines, poſſeſſiones, & elemoſinas quas habent vel in poſterum jure ac legaliter adquirere poterunt infra fines totius terræ meæ & feudi mei habeant & teneant ſolutas liberas & quietas ab omnibus exactionibus, hundredis, placitis, querelis, & omni ſervicio & opere ſervili, & omnibus conſuetudinibus quæ excogitari poterunt. Si quid vero forefacti vel querele inter homines meos & homines eorum quacumque occaſione inciderit, monachi plenariè de qualibet cauſa curiam ſuam & juſtitiam habeant propriam & emendationem. Et quia hæc prædicta prædictorum fratrum ſuſtentationi minime ſufficere eſtimavi, divini amoris inſtinctu, totam eccleſiam ſancti *Petri* de **Barneſtaple** cum omnibus pertinentiis ſuis, capellis, decimis, obventionibus, & omnimodis fructibus, & cum capella ſancti *Sabini*, & oblationibus ſuis per manus venerabilis *Willielmi Exonienſis* epiſcopi, cujus conſilio & aſſenſu præfatam obedientiam conſtitui, in proprios uſus ſuos Habendam & in perpetuam elemoſinam poſſidendam donavi. Et duas partes decimæ meæ de **Fermigtun**, & totam decimam piſcium. Hæc autem omnia ſæpedictis monachis donavi & jure proprietatis tranſactavi, ita quod in eos, nec michi, nec alicui ex hæredibus meis, aliquid violente poteſtatis exercere licebit, niſi tantummodo contra adverſantium moleſtias defenſionis auxilium. Et ne aliquis indevotus contra hanc meæ donationis pagmam diobolica inſpiratione ire preſumat, vel aliquam inferat moleſtiam, ipſam ſigilli mei impreſſione corroboravi, coram his teſtibus, *Aſcelino* archidiacono, *Oſberto* capellano epiſcopi, *Hervei* capellano epiſcopi, *Ailtrio* decano, *Godwino* ſacerdote *Exonienſi*, *Willielmo* de **Frantton** in armata manu, *Willelmo* de *Raelega*, *Willielmo* de **Cuvert**, *Aluredo* filio *Nigelli*, *Radulpho* de *Cruna*, *Aluredo* de *Zoign*, *Malgerio* de ſancto *Albino*, *Walterio* de ſancto *Albino*, *Rogerio Porer*. Nos autem, &c.

Carta Regis *Henrici* primi.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ *epiſcopo* Exonienſi, *& vicecomiti*, *&* Alueredo *de* **Totnes**, *& omnibus baronibus*, *& fidelibus ſuis* Francis, *&* Anglis *de* **Devonſhire** *ſalutem. Sciatis me donaſſe*, *& firmiter conceſſiſſe*, *Deo & ſancto* Petro *de* Cluniaco *& beatiſſimo* Martino *de* Campis, *eccleſiam ſanctæ* Mariæ Magdalenæ *de* Barneſtapla, *cum omnibus appenditiis ſuis*, *ſicut venerabilis memoriæ* Johel, *& alii fideles Chriſti*, *pro ſtatu*, *& incolumitate Regni mei*, *& pro ſalute animæ mea*, *& patris & matris mea*, *&* Matildis *Reginæ uxoris meæ &* Willielmi *filii mei*, *& prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum*; *Et volo*, *& firmiter præcipio*, *quod bene*, *& in pace & honorificè*, *& liberè teneant unam virgatam terræ de* Piltona *cum luto*, *& aquis*, *& pratis*, *& alteram virgatam de* Pillanda, *& lutum & molendinum de* Barneſtapla, *cum multura totius caſtelli*, *& alteram virgatam de* Kunelanda, *& j. ferlingum terræ de* Cerchilla, *& unum ferlingum terræ de* **Cokoſleg**, *& unum ferlingum de* Witefelda, *cum luto*; *& quinque ſolidos de molendino de* **Almondeſwoꝛde**; *& quinque ſolidos quos* Henricus *de* Soratona *dedit*; *& duos ſolidos de molendino de* **Langatun**. *Et ſciatis me clamaſſe quietam totam ſupradictam terram de omnibus geldis*, *& dangeldis*, *& hidagiis*, *& placitis*, *& auxiliis*, *& omnibus conſuetudinibus*, *cum* ſocca *&* ſacca *&* **toll** *&* **teme**, *& viis & ſemitis. Teſte*, Johanne *epiſcopo* Lexovienſi, Roberto *de* Sigillo, Roberto *comite de* Glouceſtr. *& comite de* Auco, Baldwino *de* Redveriis, Willielmo *filio* Odonis, Willielmo *de* Vernun, Iberto *de* Lacy, Roberto *de* Curcy. *Apud* Piratios. Ibid.

Carta

Carta Henrici *de* Tracy.

Ex vetust. exemplari in bibl. *Cottoniana*

IN nomine domini nostri Jesu Christi, *Amen.* Ego *Henricus* de *Traci* divina providente gratia, video & intelligo omnia quæ hujus mundi sunt vana esse, & caduca; audio enim apostolum dicentem. *Quicunque diligit mundum, vel ea, quæ in mundo sunt non est charitas Dei in eo.* Scio enim impossibile esse sine charitate Deo placere. Ergo perfecta charitas, quæ foras mittit timorem, huc adduxit dominum *Odonem* sancti *Martini* de *Campis*, secundum Priorem, qui me amonuit, ut ecclesiæ sanctæ *Mariæ Magdalenæ* de Barnastaple omnes donationes quas *Johel* ecclesiæ sancti *Martini* de *Campis* dedit, etiam ex parte mea quantum ad me pertinet pro salute animæ meæ concederem. Tandem divina inspiratione amonitus, consilio baronum meorum, ejus voluntati assensum dedi; & ego cupiens hæreditatem habere cum sanctis, & particeps fieri orationum sanctorum, & omnium monachorum *Cluniacensium*, pro salute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, filiique mei *Oliverii*, & antecessorum & successorum meorum, hanc donationem, una cum filio meo *Olivero*, super altare sanctæ *Mariæ Magdalenæ*, coram baronibus meis optuli, & carta mea confirmavi. Insuper coram Deo, & sanctis ejus promisi ut ecclesiam sanctæ *Mariæ Magdalenæ* diligerem, & omnes res, & possessiones ejus ubique, secundum posse meum, manutenerem, ut proprius fundator, quia de rebus hæreditatis antecessorum meorum eadem ecclesia facta est & fundata. Igitur quicquid *Johel* & *Alueredus* prædictæ ecclesiæ sanctæ *Mariæ Magdalenæ* concesserunt, & dederunt, in villis, in pratis, in prædiis, in aquis, in silvis, in campis, in omnibus possessionibus, & quicquid in tempore eorum, prædicta ecclesia tenuit, Insuper & ecclesias de *Barnstapla* & ecclesias de *Taustochia*, & decimas quas prædicta ecclesia, in tempore eorum tenuit, & possedit, quantum ad me pertinet, ad honorem domini nostri Jesu Christi, & sanctæ *Mariæ* virginis, sanctæque *Mariæ Magdalenæ* concedo, & confirmo. Hujus rei testes sunt, *Jordanus* de *Campo-Ernulfi*, *Philippus* de *Cartrei*, & *Humfridus* frater ejus, *Stephanus Flandrensis*, & *Archembaldus* filius ejus, *Hugo* de *Ralegia*, & *Willielmus le Desvet*, & *Robertus* de *Pleiston*, & *Thomas* filius ejus, *Robertus* de *Tapeleia*, & *Alex.* & *Robertus* fratres ejus. Hæc carta facta est, anno ab incarnatione domini MCxlvj. Datum per manum *Ricardi* capellani.

1146. 21. *Steph.*

Carta *Willielmi* de *Braosa*.

Ibid.

WIllielmus *de* Braosa *donationem bonæ memoriæ* Johelis *avi sui de terris, & ecclesiis, quas ad sustentationem monachorum* Cluniacensium *dedit in die quo ipsam ecclesiam fundavit, ut ibidem libere quiete & honorificè viverent* (&c.) *ipsis etiam concessit, &c. Testibus*, Normanno *tunc Priore, &c.*

TIKEFORDENSIS *Prioratus in agro* Buckinghamensi.

Carta Regis Edwardi *secundi donatorum concessiones ratificans.*

Par. 12 E. 4 part. 2. m. 3. per Inspex.

EDwardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, & Dux *Aquitanniæ* omnibus ad quos presentes literæ pervenerint salutem. Sciatis quod cum per inquisitiones quas ad sectam Prioris de Tykeford asserentis cartas & munimenta tam progenitorum nostrorum quondam regum quam aliorum diversorum dominorum de terris tenementis redditibus ecclesiis pensionibus & possessionibus, ac de quibusdam libertatibus dicto Prioratui & monachis ejusdem antiquitus datis & concessis incendio consumpta fuisse, ac nobis cum instantia supplicantis ut cartam nostram de confirmatione terrarum & tenementorum & reddituum prædictorum, & similiter ecclesiarum pensionum possessionum & libertatum prædictarum juxta tenorem inquisitionum prædictarum concedere velimus eidem, per dilectos & fideles nostros *Robertum* de Retford, & *Johannem* de Mutford ad hoc per nostras patentes literas assignatos fieri, & in cancellaria nostra fecimus retornari compertum sit, quod *Fulcoldus Paganellus* fundavit Prioratum de Tykeford in comitatu *Buk.* & quod idem *Paganellus* dedit monachis ibidem situm ejusdem domus & totam terram quæ est ex utraque parte *le* Monechus Stret nunc inhabitata tenentibus, & quæ se extendit à porta ejusdem domus usque ad crucem juxta altam viam quæ ducit versus London, & terras & tenementa omnia quæ sunt in vico qui vocatur *le* Hawestrete usque ad pontem de Tykeford ex parte orientali, sicut metæ & bundæ per fossata & hayas circumquaque se extendunt inter nativos dilecti & fidelis nostri *Johannis* de Somery nunc domini de Neupost, & tenentes ejusdem Prioris, & omnia terras & tenementa quæ sunt ante portam ejusdem domus, sicut metæ & bundæ per fossata & hayas circumquaque se extendunt, ex parte australi prædictæ domus, usque ad aquam de Duse, cum croftis, gardinis, clausuris, & omnibus aliis pertinentiis suis. Et etiam quod dedit eisdem quoddam pratum vocatum *le* Castelmede, & liberam ac separalem piscariam in aqua de Duse subtus clausuram ejusdem domus, à cornerio curiæ suæ super aquam quæ vocatur *le* Slade usque ad fossatum quod vocatur Larkebrok, versus orientem, & molendinum de Caldecote cum stagno ejusdem molendini, & viginti & quatuor acras terræ & dimidiam, & tres acras prati cum pertinentiis in Tykeford, & quinquaginta & quatuor solidatas redditus cum pertinentiis, provenientes à diversis tenementis suis in Tykeford, & etiam ecclesiam de Neupost in proprios usus; & unam hidam terræ in campo de Neupost quæ est gleba ejusdem ecclesiæ, cum

capella de parva Lynfozd, cum quodam meſuagio & grangia, & aliis pertinentiis ſuis, in eadem villa, & decimam anguillarum, & molendini ejuſdem villæ. Similiter & decimam de omnibus molendinis ſuis in Neupozt, & etiam decimam de omnibus dominicis terris, pratis, paſcuis, & paſturis ſuis, & hominum, & tenentium ſuorum in Neupozt, Tykefozd, Caldecote, & *parva* Lynfozd, & paſturam ad duodecim vaccas, & unum taurum in omnibus paſcuis & paſturis ſuis in Neupozt eiſdem locis quibus & ſui boves paſcerentur: Et decimam venationum in parco ſuo de Tykefozd, & ſimiliter pratum quod vocatur *le* Hoggemede quod eſt juxta gardinum ſuum, & ſtagnum molendini ſui, ex parte boriali de Neupozt, & *quadraginta*, & ſex ſolidatas, & decem denaratas redditus cum pertinentiis provenientes de diverſis tenementis dicti Prioris in Neupozt. Et viginti & ſeptem ſolidatas, & x. den. redditus cum pertinentiis in *le* Merſh juxta Neupozt, & tres ſolidatas & quatuor denaratas redditus cum pertinentiis in Caldecote juxta Neupozt, & curiam ſuam de omnibus tenentibus ſuis in Neupozt, Tykefozd, Merſch, Caldecote, de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas in Tykefozd. Et duas ſolidatas, & tres denaratas redditus cum pertinentiis, provenientes de uno meſuagio & dimidia virgata terræ in Latthebury, & quindecim acras prati, cum pertinentiis in eadem villa; & unum meſuagium & unam virgatam terre cum pertinentiis, & cum prato pertinente in Gayhurſt, & etiam octo denaratas redditus cum pertinentiis percipiendas per manus *Willielmi Martyn* in Weſton, & duas ſolidatas & duas denaratas redditus cum pertinentiis provenientes de una dimidia virgata terræ quam *Thomas* de Neuwent tenuit in Clifton. Et tres ſolidatas & duas denaratas redditus cum pertinentiis provenientes de quodam tenemento quod *Johannes Bartholmewe* tenet in Emberton. Et ſeptem acras terre cum pertinentiis in Schyrington; & novem ſolidatas redditus cum pertinentiis provenientes de uno meſuagio & quatuordecim acris terre que *Sampſon* clericus quondam tenuit in Schirington. Et decem denaratas redditus cum pertinentiis provenientes de uno meſuagio quod *Radulphus Machon* tenuit in eadem villa, & in *Magna Craule* ſex ſolidatas & octo denaratas redditus cum pertinentiis, provenientes de uno meſuagio, & duabus virgatis terræ quæ *Walterus* de *la* Burn quondam tenuit. Et ſexdecim denaratas redditus cum pertinentiis, provenientes de quodam tenemento quod *Willielmus Goldyng* quondam tenuit, & quindecim denaratas redditus, cum pertinentiis provenientes de quodam tenemento, quod *Hugo Sabyn* quondam tenuit in *Parva Craule*, & ſex ſolidatas & octo denaratas redditus cum pertinentiis provenientes de uno meſuagio & duabus virgatis terre que *Walterus Mannſel* quondam tenuit in Soleburg. Et duas partes decimarum de omnibus dominicis terris & pratis *Roberti Lovet* in eadem villa, & omnes decimas de dominicis terris, & pratis *Ricardi* de Toures in Wolſton, & magna Lynfozd, & unam carucatam terre & ſexdecim ſolidatas redditus cum pertinentiis in Wzadewell, Loghton, & Stannton, & ſeptam curiæ de omnibus tenentibus ſuis de Wzadewell de tribus ſeptimanis, in tres ſeptimanas in Wzadewell; & quoddam meſuagium & eccleſiam ejuſdem ville in proprios uſus, cum omnibus pertinentiis ſuis. Et in Loghton omnes decimas de feodo *le* Fauconer, & viginti ſolidos nomine penſionis capiendos per manus Prioris de Caldewell, & ſucceſſorum ſuorum pro eccleſia de *Magna Craule*; & tres ſolidos nomine penſionis capiendos per manus abbatis de Woubozne, & ſucceſſorum ſuorum pro capella de Wouburn-chapell. Et decem ſolidatas redditus cum pertinentiis pro terris quas magiſter hoſpitalis ſancti *Johannis Oxonie* tenet in Thozneburg. Et eccleſiam de Wilyes in proprios uſus cum omnibus pertinentiis ſuis. Et in Chechele, & Yardmede, manerium de Thikethozne, & treſcentas & decem & ſeptem acras, & unam rodam terre, & unam acram & tres rodas & dimidiam prati, & treſdecim acras & unam rodam paſturæ, & quadraginta & ſeptem acras & dimidiam & unam rodam boſci, & decem & octo virgatas terre quas nativi ſui tenent in eadem villa; & triginta & ſex ſolidatas redditus cum pertinentiis, provenientes de diverſis tenementis ſuis in eadem villa. Et in Chechele ſexaginta & quinque acras terre, & eccleſiam ejuſdem ville in proprios uſus, cum omnibus pertinentiis ſuis, & tres denaratas redditus cum pertinentiis in eadem villa percipiendas de quodam tenemento quod *Stephanus Parage* tenuit, & curiam ſuam de omnibus hominibus & tenentibus ſuis in eadem villa de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas apud Thikethozne. Et in Aſtewode quoddam meſuagium, & eccleſiam ejuſdem ville in proprios uſus, cum omnibus pertinentiis ſuis, & duodecim denaratas redditus cum pertinentiis in eadem villa provenientes de quodam tenemento quod *Betulphus* quondam tenuit. Et inſuper compertum ſit per inquiſitiones prædictas quod predictus Prior de Tykefozd habet, & omnes predeceſſores ſui, à tempore quo non extat memoria, habere conſueverunt viſum franciplegii, & omnia alia ad eundem viſum quoquomodo ſpectantia de omnibus hominibus, & tenentibus ſuis, in Neupozt, Tykefozd, Chechele, Merſh, Caldecote, Thykethozne, & Yardmede. Et etiam quod prædictus Prior de Thykefozd tenet de dono predicti *Fulcodii* in comitatu *Norht.* advocationem duarum partium eccleſie de Botyngdon, que de duabus marcis eſt eidem Priori penſionaria annuatim, & decem ſolidatas annui redditus in eadem villa de Botyngdon, exeuntes de uno meſuagio & tribus virgatis terre cum pertinenciis que *Willielmus* tenuit in eadem. Et quod idem Prior percipit ſingulis annis duas marcas nomine penſionis de eccleſia de Bernak, per manus abbatis de *Burgo* ſancti *Petri* in abbatia ejuſdem, ſimul cum expenſis cujuſdam nuncii predictas duas marcas ibidem querentis, quamdiu idem nuncius moram ibidem fecerit expectando penſionem ſupradictam. Et ſimiliter quod predictus Prior habet, & habere debet in villa Nozhampton, de dono quondam *Agnetis* de ſancto *Petro* filiæ *Beringeri* de Nozhampton, viginti & octo ſolidatas et quatuor denaratas annui redditus, provenientes de diverſis tenementis, reddendo

dendo inde ballivis ville Northampton tres solidos annuatim. Compertumque similiter sit per inquisitiones memoratas, quod prædecessores prædicti Prioris habuerunt cartas & munimenta diversa de terris tenementis redditibus ecclesiis appropriatis, pensionibus, & possessionibus, & supradictis; necnon cartam *Henrici* secundi quondam regis *Angliæ* progenitoris nostri per quam idem rex omnes terras tenementa reditus ecclesias appropriatas pensiones & possessiones prædictas, Acetiam dictam libertatem visus franciplegii præfatis monachis confirmavit, & quod carta illa & omnes aliæ cartæ & munimenta quæcumque Prioratus prædicti, in eodem Prioratu per incendium domorum ejusdem combusta fuerunt; & quod non est ad dampnum vel prejudicium nostrum aut aliorum si cartam nostram de confirmatione præfato Priori de terris tenementis redditibus ecclesiis pensionibus possessionibus & libertate prædictis fieri faciamus. Nos supplicationi Prioris predicti super premissis Dei intuitu favorabiliter annuentes, omnes donationes & concessiones prædictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & heredibus nostris quantum in nobis est prefato Priori & monachis ejusdem domus, ac eorum successoribus una cum prædicta libertate visus franciplegii quatenus idem Prior & prædecessores sui Priores ejusdem loci libertate illa hactenus usi sunt rationabiliter & gavisi, salvo jure cujuslibet, concedimus & confirmamus. Præterea volentes dilecto nobis in Christo fratri *Willielmo* de *la Menerere* nunc Priori Prioratus predicti pro emendatione status Prioratus ejusdem gratiam facere ampliorem, concessimus ei pro nobis & hæredibus nostris quod ipse & successores sui Priores loci illius imperpetuum habeant in villa de Tylehord in solo suo ibidem pillorium & tumberellum ad trangressores ibidem, prout justum fuerit castigandos & puniendos. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Northampton undecimo die Augusti anno regni nostri quinto.

FEVERSHAMENSE

Cœnobium in agro Cantiano

* *fundatum anno* MCxl viij.

4 Annales S. *Martini Dover* in bibl. *Cotton.*

Carta regis Stephani *de fundatione ejusdem.*

Cartæ antiquæ litera N. n.38.

Vide cart. 9. E. 2. n. 48. per Inspex.

Ex autographo penes *Will. Somner Cantuar.*

Stephanus rex *Angliæ*, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, justiciariis, comitibus, baronibus, vicecomitibus, ministris, & omnibus fidelibus suis *Angliæ* salutem. Sciatis me concessisse, & dedisse abbati & monachis de S. *Salvatore* de Faveresham, manerium de Faveresham cum omnibus pertinentiis illius, in perpetuam elemosinam, ad fundandam in illo unam abbatiam. Et præterea manerium de *Treungle*, cum omnibus pertinentiis illius in perpetuam elemosinam, pro salute animæ *Matildæ* reginæ uxoris meæ, & omnium fidelium. Quare volo, & præcipio, quod monachi illi, & ecclesia sancti *Salvatoris*, maneria illa, bene & pace, liberè & quietè teneant, cum omnibus pertinentiis eorum, in bosco, & plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & in omnibus rebus cum *soca*, & *saca*, & toll, & them, & infangenetheof, cum omnibus aliis libertatibus, & liberis consuetudinibus, in perpetuam elemosinam, soluta, & quieta omni sæculari exactione. Teste, *T.* archiepiscopo *Cantuariensi*, & *H.* episcopo *Wintoniensi*, & *Nigello* episcopo de Ely; & *W.* episcopo Norwicensi, & *W.* episcopo *Rovecestriæ*, & comite *Eustachio*, & *Henrico* de Esser, & *Ricardo de* Lucy, apud *Cantuariam.*

Carta regis *Henrici* secundi.

Ibid. Cartæ antiq N n.39.

HEnricus *rex* Angliæ, & *dux* Normanniæ, & Aquitaniæ, & *comes* Andegaviæ, *archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris, & omnibus fidelibus suis*, Francis, & Anglis, *totius* Angliæ *salutem*; *Sciatis me concessisse & confirmasse, prece & petitione cognati mei* Willielmi *comitis* Warrenne, *monachis de* Faveresham, *secundùm ordinem* Cluniacensem *ibidem Deo servientibus, abbatiam ipsam de* Faveresham, *quam rex* Stephanus *fundavit in maneriis ipso de* Faveresham, *ubi requiescunt cognati mei, videlicet rex* Stephanus, & Matilda *regina uxor ejus*, & Eustacius *filius eorum. Concedo etiam eis in perpetuam elemosinam pro salute animæ meæ & omnium parentum meorum & antecessorum regum* Angliæ, *ipsum prædictum manerium de* Faveresham *cum omnibus pertinentiis suis, Concedo etiam quod homines eorum sint liberi & quieti per totam* Angliam, *de* Teloneo *& passagio & murdro, & danegeldo, & shyris, & lestagiis, & omnibus exactionibus sint quietiores fuerunt tempore regis* Henrici *avi mei. Concedo etiam eis unam feriam octo dierum singulis annis, quæ ad festum sancti* Petri Advincula *incipiat. Concedo etiam eis & confirmo manerium de* Treungla *cum omnibus pertinentiis suis, quod* Matilda *regina eis donavit, & terras quas ipsa emit de* Fulcone *de* Newenham, *& eis dedit, scilicet* Burdisele, & Kingeldonam, & Chetham, *quam dedit eis* Richardus *de* Lucy *pro anima sua, & pro animâ ejusdem reginæ; & terram quam dedit eis* Radulfus Pycot, *scilicet* Monechetonam, *& sucam de feodo ejusdem reginæ quam dedit eis* Willielmus *de* Basevilla *in* London, & Suthwerk, *& terram de* Teia *quam abbas* Clarenbaldus *emit, & molendinum quod* Willielmus *frater meus eis dedit, de* Westbroc *in* Wpyngis *cum pertinentiis suis; & molendinū de* Go winestonam, & Bosindennam *cum pertinentiis suis, quæ abbas* Clarembaldus *emit de* Fulcone *filio* Richardi. *Quare volo & firmiter præcipio, quod monachi ejusdem abbatiæ de* Faveresham, *hæc omnia supradicta teneant, bene, & in pace, & liberè, & quietè, & honorificè, in bosco, & plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis, in viis, & semitis, in stagnis, & piscariis, in portibus, & foris, & in omnibus locis, & in omnibus rebus, cum soca;*

&c

& ſacha, & toll, & theam, & infangenetheof, *& cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus, cum quibus aliqua eccleſia regni* Angliæ *melius, & liberius & quietius tenet, ſicut carta ſua quas inde habent, teſtantur. Teſte* T. *archiepiſcopo* Cantuarienſi, Roberto *epiſcopo* Lincolnienſi, Hillario *epiſcopo* Ciceſtrenſi, Thoma *cancellario.* Willielmo *comite* Warenn, Henrico *de* Eſſex *conſtabulario*, Reginaldo *de* Warrenna, Richardo *de* Lucy, Richardo *de* Humet, *conſtab.* Willielmo Martell, Manaſero Bilet, *dapifero*, Warino *filio* Geraldi, *camerario* Farcmuſa, Willielmo *de* Kaſneto, *apud* Gloceſter.

Alia ejuſdem regis carta.

Ibid. Cart 9 E. 2 n. 48. per Inſpex.

SRex *Anglie* archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, juſticiariis, vicecomitibus, baronibus, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis *Francis & Anglis* totius *Anglie* ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe pro ſalute animæ

Vide Pat. 4 E 4. part 3. m 6.

mee & *Mathildis* reginæ uxoris meæ, & *E.* filii mei, & aliorum puerorum meorum, & anteceſſorum meorum regum *Anglie* manerium meum de Faureſham ad fundandam abbatiam ibidem de ordine monachorum *Cluniacenſium.* Quare volo & firmiter præcipio quod abbas & monachi ibidem Deo ſervientes inperpetuum teneant & poſſideant manerium illud & abbatiam ſuam ita bene & in pace, & liberè, & quietè & honorificè in boſco & plano in pratis & paſturis, & aquis & molendinis, & ſtagnis & portubus, & omnibus aliis locis & rebus cum *ſocna* & *ſaca* & toll & theam & infangenetheof, & cum omnibus aliis liberis conſuetudinibus cum quibus aliqua eccleſia regni mei melius & liberiùs & quietius tenet. Sciatis etiam quod dedimus ego & *Mathildis* regina uxor mea *Willielmo* de *Ipra* in eſcamb um pro eodem manerio de Faureſham, Lillechirch cum pertinentiis ſuis de hæreditate reginæ, & ſuperplus in manerio meo de *Middeltona.* T. *H.* epiſcopo *Winton.* fratre meo, & *Roberto* epiſcopo London; & comite *Euſtacio* filio meo, & *W.* de *Ipra*, & *R.* de Mer, & *W. Martell* & *Ricardo* de Luci, & *H.* de *Eſſexa*, & *R.* de *Camvill*, apud *Bermundeſciam.*

Carta regis *Johannis.*

Ibid.

JOhannes *Dei gratia rex* Angliæ (&c.) *Sciatis nos intuitu Dei* (&c.) *confirmaſſe abbati & monachis S.* Salvatoris *de* Faureſham *ſecundum ordinem* Cluniacenſem *ibidem Deo ſervientibus abbatiam ipſam de* Faureſham *quam rex* Stephanus *fundavit in ipſo manerio de* Faureſham, *& manerium de* Faureſham *cum hundredo, & omnibus pertinentiis ſuis quæ habent de dono ipſius* Stephani. *Confirmamus etiam eis & concedimus, quod homines ipſorum monachorum de* Faureſham *quieti ſint de thelonео & paſſagio & murdro & dane geldo & ſcirs & leſtagiis, & omnibus exactionibus per totam terram noſtram* Angliæ. *Concedimus etiam eis quod habeant unam feriam ſingulis annis per octo dies duraturam quæ incipiat ad vincula S.* Petri *ſicut rex* Henricus *pater noſter illam eis conceſſit. Confirmamus etiam manerium de* Trianagre *cum omnibus pertinentiis ſuis, quod habent de dono* Matildis *quondam reginæ* Angliæ, *& terras quas ipſa regina emit de* Fulcone de Newenham, *& eis dedit; ſcilicet* Lurdeſeld, Byngeſdone; *& terram de* Chatham *quam habent de dono* Ricardi *de* Lucy; *& terram de* Monketon *quam habent de dono* Radulfi Pikot. *Et ſokam ejuſdem domine reginæ in* London *&* Suthwerc *quam habent de dono* Willielmi *de* Baſevill; *& molendinum de* Weſtbroc *in* Dfrzeng *cum pertinentiis ſuis cum terra* Edwardi Honcmann, *quæ habent de dono* Willielmi *avunculi noſtri. Et molendinum de* Godwineſtone *quod habent de dono* Simonis *de* Turvill. *Et* Bolindene *cum pertinentiis ſuis quam abbas* Clarenbaldus *emit de* Helcone *filio* Ricardi. *Confirmamus etiam eis ſervicium de* Stokes *quod pertinet ad manerium de* Triangre; *ſcilicet quartam partem feodi unius militis quod habent de dono* Willielmi *comitis* Boloniæ, Warennæ & Moretoniæ. *Et manerium de* Benedis *cum omnibus pertinentiis ſuis quod habent de dono ejuſdem* Willielmi. *Confirmamus autem eis terram de* Peſſewell *cum omnibus pertinentiis ſuis quam habent ad feodi firmam ex conceſſione* Roberti *de* Betun *advocati* Attrebati. *Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum magiſtri* Ricardi *de* Mariſcis *cancellarii noſtri apud* Dfrzenge *ſeptimo die Marcii anno regni noſtri xvj.*

Ibid.

MRegina *Anglie* omnibus Chriſti fidelibus *Francis & Anglis* ſalutem in domino ſempiternam. Sciatis me dediſſe & confirmaſſe & conceſſiſſe abbati & monachis eccleſiæ ſancti *Salvatoris* de Faureſham, in liberam puram & perpetuam elemoſinam manerium meum de Treuges, cum omnibus pertinentiis ſuis, pro ſalute animæ meæ & omnium fidelium. Quare volo & præcipio quod predicti abbas & monachi de Faureſham predictum manerium de Treuges habeant & teneant bene et in pace, cum omnibus ſuis pertinentiis et cum omnibus aliis libertatibus et liberis conſuetudinibus ad me vel ad heredes meos ſpectantibus, imperpetuum, quietum et ſolutum ab omnibus ſecularibus exactionibus ſectis et demandis. Teſtibus *Theobaldo* archiep. *Cant. H.* epiſcopo *Winton. Nigello Elyenſi* epiſcopo, *W.* epiſcopo *Norwycenſi*, *Waltero Roſenſi* epiſcopo, *Henrico* de Eſſere, *Ricardo* de Lucy, et multis aliis.

Ibid.

W*Comes* Boloniæ & Warr. & Moritonii, *archiep. epiſcopis, abbatibus, comitibus juſticiariis & baronibus vicecomitibus & miniſtris & omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe abbati de ſancto* Salvatore *de* Faureſham *& monachis ibidem Deo ſervientibus, manerium meum de* Treunga *cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſervicium de* Stokes *quod pertinet ad ipſum manerium de* Treunga, *ſcilicet quartam partem unius militis. Et manerium meum de* Benedis *cum omnibus pertinentiis ſuis, in liberam & quietam & perpetuam elemoſinam, pro anima patris mei regis* Stephani, *& reginæ* Matildis *matris meæ, & Euſtachii fratris mei, & pro anima mea & omnium anteceſſorum meorum. Quare volo & firmiter præcipio ut prænominata*

nominata ecclesia de **Faurestham** *hæc omnia supradicta bene & in pace, libere & quiete teneat, in bosco in plano, in pratis & pascuis, in viis & semitis & aquis & molendinis cum omnibus aliis liberis consuetudinibus. Testibus*, Willielmo *Priore de S.* Pancracio, Rogero *Suppriore*, Rainaldo *de* Warr. Far. *de* Bolonia, Willielmo *fratre comitis*, Stephano *de* Dankevilla, Willielmo *de* **Veli**, *Elia de* **Dankeville**, Wydone *clerico*, Adam *clerico*.

Ibid. HEnricus Dei gratia rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, archiepiscopis, episcopis abbatibus, Prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, forestariis, vicecomitibus, præpositis ministris & omnibus ballivis & fidelibus suis salutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & successorum nostrorum confirmasse abbati & monachis sancti *Salvatoris* de **Faurestham** secundùm ordinem *Cluniacensem* ibidem Deo servientibus abbatiam ipsam de **Faurestham** quam rex *Stephanus* fundavit in ipso manerio de **Faurestham**, & manerium de **Faurestham**, cum hundredo & omnibus pertinentiis suis quæ habent de dono ipsius *Stephani*. Confirmamus etiam eis & concedimus quod homines ipsorum monachorum de **Faurestham** quieti sint de theloneo passagio & murdro & dancgeldo & scyris & lestagiis & omnibus exactionibus per totam terram nostram *Angliæ*. Concedimus autem eis quod habeant unam feriam singulis annis per octo dies duraturam quæ incipit *ad vincula* sancti *Petri* sicut *Henricus* rex avus noster illam eis concessit. Confirmamus etiam manerium de *Tringla*, cum omnibus pertinentiis suis, quod habent de dono *Matildis* quondam reginæ *Angliæ* & terras quas ipsa regina emit de *Fulcone* de **Newenham** & eis dedit, scilicet **Burdefeld**, **Kingesdon**, & terram de **Chatham** quam habent de dono *Ricardi* de **Luci**, & terram de **Poncheston** quam habent de dono *Radulfi Picot*, & sokam de feodo ejusdem dominæ reginæ in **London** & **Suthwerk** quam habent de dono *Willielmi* de **Basevill**, & molendinum de **Westbiok** in **Dspzeng** cum pertinentiis suis, cum terra *Edwardi Honemann* quæ habent de dono *Willielmi* avunculi domini *J.* regis patris nostri, & molendinum de **Godwineston** quod habent de dono *Simonis* de **Turville**, & **Bosingden** cum pertinentiis suis quam abbas *Clarenbaldus* emit de *Heltone* filio *Ricardi*. Confirmamus etiam eis servicium de **Stok** quod pertinet ad manerium de **Trtunges** scilicet quartam partem feodi unius militis quod habent de dono *Willielmi* comitis *Bolonie Warrenna* & *Mortonii*, & manerium de **Benedis** cum omnibus pertinentiis suis, quod habent de dono ejusdem *Williel.* Confirmamus autem eis terram de **Wessewell** cum omnibus pertinentiis suis quam habent ad feodi firmam ex concessione *Roberti* de **Setun** advocati *Attrebati*. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicti abbas & monachi de **Faurestham** habeant & teneant omnia supradicta bene & in pace liberè quietè & integrè in bosco & plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis, in viis & semitis, in stagnis & piscariis, in portubus & foris, & in omnibus locis & in omnibus rebus, cum *soc* & *sac*, & **thol** & **theam**, & **infangthef**, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, sicut ecclesia illa de **Faurestham** ea melius liberius quietius & integrius tenuit & sicut carta *H.* regis avi nostri & confirmatio *J.* regis patris nostri & cartæ prædictorum donatorum quas inde habent rationabiliter testantur. His testibus, *Joscelino Bathoniensi* & *Ricardo Sarr.* episcopis, *Huberto* de *Burgo* comite *Kanciæ*, justiciario nostro, *Willielmo* filio *Warini*, *Radulfo* filio *Nicholai*, *Ricardo* de **Argentein** senescallis nostris, *Henrico* de *Capella* & aliis. Dat. per manum venerabilis patris *Radulfi Cicestrensis* episcopi cancellarii nostri, apud *Westm.* vicesimo secundo die Marcii, anno regni nostri undecimo.

Breve *Petri* abbatis *Cluniacensis* de absolutione abbatis de **Feuresham** a subjectione *Cluniacensis* ecclesiæ.

Ibid. T *Dei gratia* Cantuariensi *archiepiscopo frater* P. *fratrum* Cluniacensium *indignus minister salutem & dilectionem in domino. Notum volumus fieri vestræ dilectioni quod nos dedimus & concessimus* Stephano *regi* Angliæ & M. *uxori suæ reginæ*, Clarembaldum *qui fuit Prior monachorum de* Bermundesceia *& cum eo xij. monachos ejusdem cœnobii, ad construendam abbatiam suam quam apud* **Faversham** *fundare jam incœperunt. Præterea absolvo ipsum Priorem* Clarembaldum *& præscriptos monachos ab omni obedientia vel subjectione quam mihi seu ecclesiæ* Cluniacensi *ante hac promiserant & debebant sive ecclesiæ de* Caritate, *ut Deo serviant apud* **Faversham**, *ita videlicet liberè ut nec abbas* Cluniacensis *vel Prior de* Caritate *præsumant quicquam in abbatia de* **Faversham** *calumniari.*

De emancipatione abbatis primi de **Feuresham** *& monachorum suorum à subjectione* Cluniacensis *ecclesiæ.*

Ibid. T Dei gratia archiepiscopo *Cantuariensi B.* Prior conventus monachorum sanctæ *Mariæ* de *Caritate* salutem & caritatis devotionem. Notum facimus sanctitati vestræ quod *Clarembaldum* Priorem de *Bermundesceia* & xij. monachos ejusdem monasterii, rege *Stephano* & uxore ejus *Matillide* regina pio expetentibus desiderio, ab omni obedientia & subjectione quam nobis & ecclesiæ nostræ de *Caritate* necnon abbati *Petro* & *Cluniacensi* ecclesiæ debuerant, *Roffensi* episcopo cum clericis suis, Priore etiam *Cantuariensi* cum suis, & aliis quam pluribus tam clericis quam laicis astantibus, absolvimus, ex parte tam prædicti *Petri Cluniacensis* abbatis quam nostra. Eosque regi & reginæ ad construendam abbatiam suam de **Faurestham** emancipatos omni libertate donavimus, ut ipsa abbatia in eadem maneat libertate in qua manet abbatia de **Reding** de mo-

nachis ordinis nostri constructa. Ne ergo in posterum huic datæ libertati in aliquo cavillatoriè ab aliquibus derogetur, donationem illam sive emancipationem verbo tenus & realiter factam scripto nostro consignamus & sigilli nostri impressione confirmamus. Valete in domino.

Carta de *Messewella.*

Ibid. NOtum sit tam posteris quam modernis quod ego Robertus *de* Betuna *advocatus* Attrebati, *consensu & assensu filiorum meorum* Roberti, Willielmi, Balduini, Johannis, Cononi, *concessi abbati sancti* Salvatoris *de* **Faversam** *& ejusdem loci conventui pro salute animæ meæ & uxoris meæ* Aaliciæ *& antecessorum meorum & omnium amicorum meorum totam terram meam de* Messewella *cum omnibus pertinentiis suis in bosco in plano in pratis in terris in aquis & in omnibus rebus tenendam de me & omnibus hæredibus meis ad feudum firmam inperpetuum, liberè & quietè pro omni servicio sicut eam liberius & quietius tenui, pro decem libris sterlingorum annuatim inde reddendis mihi & hæredibus meis vel nuncio nostro apud* **Faveresham** *in nativitate sancti* Johannis *baptistæ. Et quia nolo quod hæc mea concessio & hæredum meorum aliquatenus ab aliquo imposterum possit infringi, eam a domino rege* Henrico *imperatricis filio confirmari feci. Et ego ipse hujus meæ cartæ attestatione & sigilli mei impressione inperpetuum valituram roboravi. Pro hac autem prædicta concessione & confirmatione, præfatus abbas & conventus dederunt mihi & meis centum marcas sterlingorum. Ego vero & hæredes mei debemus eis prædictam terram in perpetuum warantizare contra omnes homines præter solum regem* Angliæ *& ejus ministros pro prædicto censu decem librarum. Hujus rei testes sunt,* Ilbertus *de* Curendiro, Johannes *de* Fossa, Robertus *præpositus,* Johannes *clericus,* Willielmus *de* Forond, Paganus *filius* Odonis, Robertus Basset, Willielmus *filius ejus, magister* Adam, Ricardus Peiforere, Radulfus *de* Fitsleburna, Hamo *de* **Gzavenel,** Ricardus *filius* Heltonis, Herbertus *de* Herteia, Johannes *de* Sezanna, Gaufridus *Præpositus,* Albinus, Albricus, *& multi alii.*

ARTHINGTONENSE
Cœnobium in agro Eboracensi.

Ex chartis originalibus in custodia *Henrici Arthington* armigeri

IN an awarde made the Saterday nert before the feste of seynt Michell in the eight and twentythe yer of the raigne of kyng Harry the syrt by John Thwaits, betwirt John Arthington and the Prioresse and covent of Arthington touching diverse controversies betwirt them ther is this clause followeing.

And be the Pope Alexanders Bull confirmeing the gift of Peeres of Arthington that gaffe them the place, the whilk the said Abby is beggyd on with all the appurtenaunces, and the gift of the said Serle Peers son, of Bedesholme, Huberdholme, and all the lands betwirt Tebecroft and Sonterkeld, and halfe a ploghe land in litell Burdon. And of the gift of Peers the said Serle son one acre of land nert his land in Tebecroft, and halfe an acre of land of the gyft of his moder in the heds of Lincroft.

An other clause of the said award.

THe said John Thwaits seing notable evidence in writeing, be dæd be the whilk Serle of Arthington gaffe Bedesholme and Hubardholme, confirmeing the gifts of Peers his fader in and to the Prioresse and covent of the said nownræ, and also a Bull of thair fundation with henyous and horrible curseing of disturbance of the said nownræ, and be a dæd that Peers son of Serle Arthington giffs, grants and confirmes all the gifts that the said Serle and his anncetors gaffe to the said nownes; and be the said dæd gaffe to the said nownes, one acre of land in Tebecroft, and allso all the watyre that thai may lede to make yam a myine with, and to thair other usez necessarez, and allso Geoffrey, son of Peers of Arthington gaffe to the said nownez halfe an acre of land in Tebecroft nert joyneing to their owne land in Tebecroft, with a confermeent of all the gifts precedents. And allso that Agas of Arthingron daughter of ..... Vavasur gaffe all her land in Tebecroft &c. And afterward by another dede made by Raufe son of Geoffray of Arthington giffs and confirmes to the prioresse and covent of the said nowneræ a sarte that ..... twd with medow longing therto. And allsoe the said lands of Mekelholme and Bedesholme, and the meadow wich the thoznes and eshes determine, and Hubardholme and Milneholme with the ellers, and all the land, that is betwirt Tebecroft, and Sonterkeld, with medowes and wodes lieing againes the heyway toward Arthingron, ann Gamel ..... with halfe a caru of land in littill Burdon, and if thai will grynd at his myine, to grynd at xviij. vessell. And for ther malt noght giff multer, And the syte of a nold myine, with a litell sarte that lyes betwirt the mine and the ellers, with other land in Arthington and all the water within his fæ, for helpeing and sustaining of the said nownræ. And allso an acre of land in the heds of Lincroft and common in the marrise to thair oren vi. key. for to hold in Franhalmon quiet of all manner of service and actions, in way, stayes, mozes, medowes, pasture, turbaries and in all elements within the towne

towne of Arthington and with outen. And be the Pope Alexanders Bull &c.

Carta Warini *filii* Geraldi *domini regis camerarii.*

Ibid. NOtum ſit omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, quod ego *Warinus* filius *Geraldi*, domini regis *Anglie* camerarius, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum remedio, confirmavi ſanctimonialibus apud **Ardington** Deo ſervientibus, illam donationem, quam domina *Alicia* de *Romeli* eis donavit ; ſcilicet, medietatem terræ de **Helthweit**, liberam & quietam, in puram & perpetuam elemoſinam, & in tempore meſſis incraſſare quadraginta porcos ſuos proprios quietè in boſco meo de **Swindene**, & communem paſturam ſuis propriis animalibus, in eodem boſco : ea tamen conditione quod ſemper erit in predicta domo de **Ardingtone**, quædam ſanctimonialis quam ego prædictus *Warinus* vel hæredes mei poſuerint, & omnes hæredes mei eandem dignitatem in prædicta domo imperpetuum habebunt. Hujus autem confirmationis ſunt teſtes, *Simon* de *Montealto*, *Robertus* de *Aumri*, *Alexander* de **Wiiton**, *Adam* tunc decanus de **Crave**, *Richardus* & *Johannes*, & *Hugo* capellani, *Adam* pincerna, *Alanus* frater ejus, *Hugo* de **Wytheton**, *Willielmus* de **Stubbus**, *Radulfus* clericus, & alii.

Carta Willielmi *de* **Curcy**.

Ibid. VV *Illielmus* de **Curcy** dapifer regis *Anglie*, Omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac præſenti carta confirmaſſe illam donationem quam mater mea donavit, *Avicia* de *Rumelli*, ſanctimonialibus de **Ardyngtune**, ſcilicet dimidiam partem terræ in **Helthwayt**, liberam & quietam in puram & perpetuam elemoſinam ; Et in tempore meſſis incraſſare quadraginta porcos ſuos proprios quietè in boſco meo de **Swynedune**. Et communem paſturam ſuis propriis animalibus in prædicto boſco ; ea tamen conditione, quod ſemper erit in domo de **Ardintune** quædam ſanctimonialis quam domina *Avicia* poſuerit. Matre defuncta, ego filius ſuus & hæres, & hæredes mei eandem dignitatem in prædicta domo de **Ardingtune** imperpetuum habebimus. Hujus donationis hi ſunt teſtes, *Willielmus* perſona de **Harewode**, & *Willielmus* capellanus de domo dominæ *Avicia*, & *Gocelinus*, *Robertus* de **Withetune**, *Hugo Rufus*, *Rogerus* de **Ferdingare**, *Andreas Tirellus*.

Coenobia Anglicana,

DE ORDINE

CISTERCIENSI.

Cocnobia Anglicana,

DE ORDINE

CISTERCIENSI.

Ordinis Cistercienſis Monachus

Incipit relatio qualiter incepit Ordo Cysterciensis.

NOS *Cystercienses* primi hujus ecclesiæ fundatores successoribus nostris stilo presenti notificamus quam canonicè, quanta auctoritate, à quibus etiam personis, quibusque temporibus cœnobium & tenor vitæ illorum exordium sumpserit, ut hujus rei propalata sincera veritate tenaciùs & locum & observationem sanctæ regulæ in eo à nobis per Dei gratiam utcumque inchoatum ament, pro nobisque qui pondus diei & æstus indefessè sustinuimus orent, in arta & angusta via quam regula demonstrat usque ad exaltationem spiritus delirdent, quatinus deposita carnis sarcina in requie sempiterna fœliciter pausent. Ex regist. de *Bellalanda* penes *Joh. Rushworth* armig. A.D. 1653

Exordium Cistercienſis *Cœnobii.*

ANno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo octavo beatæ memoriæ *Robertus Molismensis* ecclesiæ in episcopatu *Lingonensi* fundatæ primus abbas, & quidam ejusdem cœnobii fratres ad venerabilem *Hugonem* tunc apostolice sedis legatum ac *Lugdunensis* ecclesiæ archiepiscopum venerunt, vitam suam sub custodia sanctæ regulæ patris *Benedicti* se ordinaturos pollicentes, & iccirco ad hoc liberiùs exequendum ut eis & sui juvaminis apostoliceque auctoritatis robur porrigeret constanter flagitantes. Quorum votis legatus ille letanter favens tali epistola exordii eorum fundamentum jecit.

Epistola *Hugonis* legati.

HUgo Lugdunensis *archiepiscopus & apostolicæ sedis legatus* Roberto Molismensi *Abbati & fratribus cum eo secundùm regulam sancti* Benedicti *Deo servire cupientibus. Notum sit omnibus de sanctæ matris ecclesiæ profectu gaudentibus, vos & quosdam filios vestros* Molismensis *cœnobii fratres* Lugduni *in nostra præsentia astitisse, ac regulæ beatissimi* Benedicti *quam illuc tepidè ac negligenter in eodem monasterio tenuerant, arciùs deinceps atque perfectiùs inhærere velle professos fuisse, Quodque in loco predicto pluribus impedientibus causis constat adimplere non posse. Nos utriusque partis saluti; videlicet inde recedentium, atque illuc remeantium providentes, in locum alium quem vobis divina largitas designaverit, vos declinare, ibique salubriùs atque quietiùs domino famulari utile duximus fore. Vobis ergo tunc præsentibus* Roberto *abbati, fratribus quoque* Alberico, Otoni, & Johanni, Stephano, Letaldo & Petro, *set & omnibus quos regulariter & communi consilio vobis sociare decreveritis hoc factum propositum servare & tunc consuluimus, & ut in hoc perseveretis præcipimus, & auctoritate apostolica per sigilli nostri impressionem imperpetuum confirmamus.*

De egressu Cistercienſium *de* Molisino, *& de adventu eorum ad* Cistercium; *ac de monasterio quod inceperunt.*

POst hæc tali ac tanta antedictus abbas & sui auctoritate freti *Molismum* redierunt, & de illo religioso fratrum collegio socios votum in regula habentes elegerunt, ita ut inter eos qui legato *Lugduni* fuerant locuti & illos qui de cœnobio vocati xx. & unus monachi essent, talique itipati comitatu ad hæremum quæ *Cistercium* dicebatur, alacriter tetenderunt. Qui locus in episcopatu *Cabilonensi* situs, & pro nemorum & spinarum tunc temporis opacitate accessui hominum insolitus a solis feris inhabitabatur. Ad quem viri Dei venientes, locumque illum tanto religioni quam animo jamque conceperant & propter quam illuc advenerant habiliorem quanto seculoribus despicabiliorem & inaccessibilem intelligentes, nemoris & spinarum densitate prescisa ac remota, monasterium ibidem voluntate *Cabilonensis* episcopi & consensu illius cujus ipse locus erat construere cœperunt. Nam viri isti apud *Molismum* sepiùs inter se Dei gratia de transgressione regulæ beati *Benedicti* patris monachorum loquebantur, conquerebantur,

con-

contristabantur videntes se cæterosque monachos hanc regulam sollempni professione servaturos promisisse, eamque minimè custodisse, & ob hoc, perjurii crimen scienter incurrisse, & propter hoc apostolicæ sedis legati auctoritate uti prælibavimus, ad hanc solitudinem ut professionem suam observantia sanctæ regulæ adimplerent veniebant. Tunc dominus *Oto* dux *Burgundiæ* sancto fervore eorum delectatus, sanctæque Romanæ ecclesiæ præscripti legati literis rogatus, monasterium ligneum quod inceperunt de suis totum consummavit, illosque inibi in omnibus necessariis diu procuravit, & terris ac pecoribus habundè suolevavit.

Quomodo locus ille in Abbatiam surrexit.

EOdem tempore abbas qui advenerat ab episcopo illius diocesis virgam pastoralem cum cura monachorum jussu prædicti legati suscepit, fratresque qui secum advenerant, in eodem loco stabilitatem regulariter firmare fecit. Sicque ecclesia illa in abbatiam canonicè apostolicæque auctoritate crescendo surrexit.

Quare Molismenses *aures Domini Papæ pro redita* Roberti *abbatis inquietaverint.*

IGitur haut multo elapso temporis spacio *Molismenses* monachi voluntate domini *Godefridi* abbatis sui qui *Roberto* successerat dominum *Urbanum* Papam Romæ adeuntes postulare cœperunt ut sepedictus *Robertus* in locum pristinum restitueretur. Quorum importunitate motus papa mandavit legato suo venerabili scilicet *Hugoni*, ut si fieri posset idem Abbas reverteretur & monachi hæremum diligentes in pace consisterent.

Epistola Domini Papæ pro reditu *Roberti* abbatis.

URbanus *episcopus servus servorum Dei venerabili fratri & coepiscopo* Hugoni *apostolicæ sedis vicario salutem & benedictionem.* Molismensium *fratrum magnum in consilio clamorem accepimus abbatis sui reditum vehementer postulantium. Dicebant enim Religionem in suo loco eversam seque pro abbatis illius absentia odio apud Principes & cæteros vicinos haberi. Coacti tandem à fratribus vestris dilectioni tuæ per præsentia scripta mandamus significantes grátum nobis existeret si fieri posset abbas ille ab heremo ad monasterium reducatur. Quod si implere nequiveritis, curæ tibi sit ut & qui heremum diligunt conquiescant, & qui in cœnobio sunt regularibus disciplinis inserviant.* §. *Hiis apostolicis literis lectis legatus viros autenticos & religiosos convocavit, & de præsenti negotio quæ subtus sunt exarata diffinivit.*

Decretum legati de toto negotio *Molismensium* atque *Cisterciensium* monachorum.

HUgo Lugdunensis *ecclesiæ servus carissimo fratri* Roberto Lingonensium *episcopo salutem,* *Quid de negotio* Molismensis *ecclesiæ in colloquio apud* Pontum Antille *nuper habito diffinerimus fraternitati vestræ notificare necessarium duximus. Venerunt ante nos illuc cum literis vestris* Molismenses *monachi loci sui desolationem atque destructionem quam per remotionem* Roberti Abbatis *incurrerant ostendentes, ipsumque sibi reddi in patrem magnopere postulantes; nullo modo enim aliter sperabant pacem & quietem* Molismensi *ecclesiæ posse restitui, vel monastici ordinis vigorem in pristinum statum illic revocari & prosperitatem, nisi in præsentia nostra frater* Gaufredus, *quem eidem ecclesiæ in abbatem ordinavistis, dicens se libenter ipso* Roberto *velud patri suo locum daturum si nobis placeret ut eum* Molismensi *ecclesiæ remitteremus, remitteretur. Audita & ipsorum* Molismensium *petitione, relictis domini papæ literis super hoc negotio nobis directis totum dispositioni & arbitrio nostro cõmittentibus, tandem multorum virorum Religiosorum conventorum quam aliorum qui nobiscum aderant consilio precibus vestris & eorum adquiescentes* Molismensi *ecclesiæ ipsum restituere decrevimus, ita videlicet ut priusquam illuc redeat* Cabilonem *veniens, in manu fratris vestri* Cabilonensis *episcopi, cui secundùm consuetudinem cæterorum abbatum professionem fecit, virgam & curam abbatiæ reddat, atque monachos novi monasterii qui ei sicut abbati suo professionem fecerunt & obedientiam promiserunt, ab ipsa professione & obedientia liberos & absolutos dimittat, ac sic ab ipso episcopo professionis quam ei & Cabilonensi ecclesiæ fecit absolutionem accipiat. Dedimus etiam licentiam cum eo redeundi* Molismum *omnibus illis de fratribus novi monasterii qui eum secuti fuerant quando à novo monasterio recesserit; Tali conditione, ut de cætero neutri neutros solicitare*

vel

vel recipere presumant, nisi secundùm quod beatus Benedictus *monachos Novi monasterii percepit recipiendos. Postquam autem hæc supradicta fecerit, remittimus eum dilectioni vestræ ut* Molismensi *ecclesiæ illum in abbatem restituatis. Ita tamen ut si deinceps eandem ecclesiam soluta levitate deseruerit, nullus ei substituatur vivente præfato* G. *abbate absque nostro & vestro ejusdemque* Galfridi *assensu. Quæ omnia apostolica auctoritate rata esse præcipimus. De capella etiam prædicti abbatis* Roberti *& de cæteris rebus quas à* Molismensi *ecclesia recedens secum tulit & cum eis* Cabilonensi *episcopo atque Novo monasterio se reddidit id statuimus, ut omnia fratribus Novi monasterii salva permaneant præter breviarium quoddam quod usque ad festivitatem sancti* Johannis *Baptistæ retinebant ut transcribant, assensu* Molismensium. *Huic autem diffinitioni interfuerunt episcopi* Norgundus Eduensis, Galterus Cabilonensis, Berardus Manticensis, Poncius Bilbensis; *& abbates* Petrus Trevorciensis, Jarento Dimonensis, Gancerennus Acanoensis, Petrusque *domini Papæ camerarius, multique alii viri honesti & boni testimonii. Hæc omnia abbas ille laudavit & fecit absolvendo* Cisterciences *ab obedientia quam ei in illo vel in* Molismensi *loco promiserant. Et dominus* Galterius Cabilonensis *episcopus abbatem à cura illius ecclesiæ liberum dimisit. Sicque reversus est & quidam monachi cum eo qui heremum non diligebant. Hac ergo ratione apostolicaque dispensatione iste unæ abbatiæ in pace & libertate summa remanserunt.*

Rediens verò abbas secum pro scuto has literas episcopo suo detulit.

Commendatio Abbatis *Roberti.*

Dilectissimo fratri & coepiscopo Roberto Lingonensi *episcopo* Galterus Cabilonensis *ecclesiæ servus salutem. Notum sit vobis fratrem* Robertum *cui abbatiam illam in vestro episcopatu sitam quæ* Novum monasterium *dicitur commiseramus, à professione quam* Cabilonensi *ecclesiæ fecit, ab obedientia quam nobis promisit, secundùm domini archiepiscopi* Hugonis *diffinitionem à nobis esse absolutum. Ipse autem monachos illos qui in prefato* Novo Monasterio *remanere decreverunt ab obedientia quam sibi promiserant & professione absolvit & liberos dimisit. Illum igitur amodo suscipere & honorificè tractare ne vereamini.*

De electione primi abbatis *Cistercienſis* ecclesiæ.

VIduata igitur suo pastore *Cistercienſis* ecclesia convenit, ac regulari electione quendam fratrem *Albericum* nomine in abbatem sibi promovit, virum scilicet literatum, in divinis & humanis satis gnarum, amatorem regulæ & fratrum, quique Prioris officium & in *Molismensi* & in illa diucius gerebat ecclesia, multumque diu nitendo laboraverat sic ad illum de *Molismo* transmigrarent fratres locum, & pro hoc negocio multa opprobia carcerem & verbera perpessus fuerat.

De privilegio Romanorum.

PRæfatus *Albericus* cura pastorali licet multùm renitens susceptа, cogitare cœpit veluti vir mirabilis providentiæ quæ tribulationum procellæ dominum sibi traditam aliquando conentientes vexare possent, & præcavens in futurum cum consilio fratrum transmisit monachos duos, *Johannem & Ilboldum Romam*, dominum Papam *Paschalem* per eos exorans ut ecclesia sua sub apostolicæ protectionis alis quieta & tuta ab omni ecclesiasticarũ secularium ve pressura personarũ perpetuò sederet. Qui fratres prædicti *Hugonis* archiepiscopi, *Johannis* quoq; & *Benedicti* Romanæ ecclesiæ cardinalium, *Walteri* quoq; *Cabilonensis* episcopi literis sigillatis freti *Romam* prosperè ierunt & redierunt antequam ipse Papa *Paschalis* in captione positus Imperatoris pacaret, reportantes ejusdem apostolici privilegium juxta abbatis sanctorumque ejus per omnia exaratum. His epistolas privilegium eciam Romanum congruum duximus in hoc opusculo relinquere, ut posteri nostri intelligant quam magno consilio & auctoritate ecclesia eorum sit fundata.

Epistola *Johannis & Benedicti* Cardinalium.

Domino patri Papæ Paschali *& ubique laude eximia prædicando* Johannes *&* Benedictus *seipsos per omnia. Quia vestri moderaminis est omnibus ecclesiis providere & justa poscentium votis manum porrigere, vestræq; justitiæ adiumento religio Christiana fulta debet incre-*

mentum ſumere, veſtram ſanctitatem obnixiùs deprecamur quatinus harum literarum bajulo noſtro conſilio à quibuſdam religioſis fratribus paternitati miſſo aures pietatis veſtre flectere dignemini. Petunt enim ut præceptum quod de quiete & ſuæ religionis ſtabilitate à prædeceſſore veſtro domino noſtro beatæ memoriæ Papa Urbano *acceperunt & quod ſecundùm ejuſdem præcepti tenorem archiepiſcopus* Lugdonenſis *tunc legatus & alii coepiſcopi & abbates inter eos &* Moliſmenſem *abbatiam a qua Religionis cauſa deceſſerant diffinierunt, veſtræ auctoritatis privilegio imperpetuum maneat inconvulſum. Ipſi enim vidimus eorumque vera religioni teſtimonium perhibemus.*

Epiſtola Hugonis Lugdunenſis *eccleſiæ archiepiſcopi.*

REverentiſſimo patri & domino ſuo Paſchali *Papæ* Hugo Lugdunenſis *eccleſiæ ſervus per omnia ſeipſum. Fratres iſti præſentium geruli ad paternitatis veſtræ celſitudinem vendentes, per nos tranſitum fecerunt. Et quia infra provinciam noſtram, videlicet in epiſcopatu* Cabilonenſi *manſionem habent, humilitatis noſtræ literis apud celſitudinem veſtram ſe commendari petierunt. Sciatis autem eos de quodam loco qui Novum monaſterium vocatur ad quem de* Moliſmenſi *eccleſiarum abbate ſuo exeuntes propter artiorem & ſecretiorem vitam ſecundam regulam beati* Benedicti *quam propoſuerunt tenendam habitandum venerunt, depoſitis quorum monaſteriorum conſuetudinibus imbecillitatem ſuam ad tantum pondus ſuſtinendum imparem judicantes, unde* Moliſmenſis *eccleſiæ fratres & quidam alii adjacentes monachi inter eos habitare videantur. Quapropter deſideratiſſimam nobis paternitatem veſtram humiliter & cum fiducia deprecamur, ut fratres iſtos totam ſpem ſuam in vobis poſt dominum ponentes, & iccirco ad apoſtolatus veſtri auctoritatem confugientes benignè pro more veſtro reſpiciatis, et eos et locum ipſorum ab hac infeſtatione et inquietudine liberando auctoritatis veſtræ privilegio muniatis, utpote pauperes Chriſti nullam contra ſuos æmulos divitiis vel potentia defenſionem præparantes, ſed in ſola Dei et veſtra clementia ſpem habentes.*

Epiſtola epiſcopi *Cabilonenſis.*

VEnerabili Papæ Paſchali, Walterus Cabilonenſis *epiſcopus ſalutem & debitam ſubjectionem. Sicut ſanctitas veſtra, ut fideles in vera religione proficiant ardenter deſiderat, ſic eidem veſtræ protectionis umbram veſtre conſolationis fomentum deeſſe non expedit; ſimpliciter ergo petimus quatinus quod factum eſt de fratribus illis qui artioris vitæ deſiderio à* Moliſmenſi *eccleſia ſanctorum virorum conſilio receſſerunt quos in noſtro epiſcopatu divina pietas collocavit, à quibus tranſmiſſus præſentium literarum bajulus vobis præſens adeſt, ſecundùm prædeceſſoris veſtri præceptum &* Lugdunenſis *archiepiſcopi apoſtolicæ ſedis tunc legati, & epiſcoporum & abbatum diffinitionem & ſcriptum cui rei nos preſentes extitimus, vos approbare, & ut locus ille abbacia libera imperpetuum permaneat, ſalva tamen perſonæ noſtræ ſucceſſorumque noſtrorum canonica reverentia, auctoritatis veſtre privilegio corroborare dignemini; ſet & abbas quem in eodem loco ordinavimus, & cæteri fratres totis viribus hanc confirmationem in ſuæ quietis tutelam à veſtra flagitat pietate.*

Privilegium Romanorum.

PAſchalis *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili* Alberico *Novi monaſterii abbati quod in* Cabilonenſi *parochia ſitum eſt ejuſdemque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis imperpetuum. Deſiderium quod ad religioſum propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur auctore Deo ſine aliqua dilatione complendum, unde nos ô filii in domino dilectiſſimi citra difficultatem omnium veſtrarum precum petitionem advertimus quia religioni veſtre paterno congratulamur affectu. Locum ergo illum quem inhabitandũ pro quiete monaſtica elegiſtis ab omnium mortalium moleſtiis tutum ac liberum eſſe ſancimus, & abbatiam illic perpetuò haberi, ac ſub apoſtolicæ ſedis tutela ſpecialiter protegi, ſalva* Cabilonenſis *eccleſiæ canonica reverentia. Præſentis itaque decreti pagina interdicimus ne cuiquam omnino perſona liceat ſtatum veſtræ converſationis immutare, neque veſtri quod novum dicitur cœnobii monachos ſine regulari commendatione ſuſcipere in congregationem veſtram aſtutiis quibuſlibet aut violentiis perturbare. Eam ſanè controverſiæ deciſionem quam inter vos & Moliſmenſis clauſtri monachos frater noſter* Lugdunenſis *epiſcopus tunc apoſtolicæ ſedis vicarius cum provinciæ ſuæ epiſcopis aliiſque religioſis viris ex præcepto prædeceſſoris noſtri apoſtolicæ memoriæ* Urbani *ſecundi perpetravit, nos tanquam rationabilẽ ac laudabilem confirmamus. Vos igitur in Chriſto filii dilectiſſimi meminiſſe debetis, quod pars veſtri ſeculares latitudines, pars etiam ipſas monaſterii laxioris minùs auſteras anguſtias reliquiſtis. Me ergo hac ſemper gratia digniores cenſeamini, Dei ſemper timorem & amorem in veſtris cordibus*

habere

habere satagite, ut quanto à secularibus tumultibus & deliciis liberiores estis, tanto amplius placere Deo totis mentis & animæ virtutibus haneletis. Sanè si quis imposterum archiepiscopus aut episcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut vicecomes, judex aut ecclesiastica quelibet secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam venire temptaverit, secundo terciove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum judicem præmia aterna pacis inveniant.

Instituta monachorum Cistercienſium *de* Molismo *venientium.*

DEhinc abbas ille & fratres ejus non immemores sponsionis suæ, regulam beati *Benedicti* in loco illo ordinare & unanimiter studuerunt tenere, reicientes à se quicquid regulæ refragabatur, froccos videlicet & pelliceas ac stamina, capucia quoque & femoralia, pectina & coopertoria, straminia lectorũ ac diversa ciborum refectorio tercula, sagimen & cætera omnia quæ puritati regulæ adversabantur, sicque rectitudinem regulæ supra cunctum vitæ suæ tenorem ducentes, tam in ecclesiasticis quam in cæteris observationibus regulæ vestigiis sunt adæquati seu conformati. Exuti ergo veterem hominem novum se induisse gaudebant. Et quia nec in regula nec in vita sancti *Benedicti* eundem doctorem legebant possediſſe ecclesias vel altaria seu oblationes aut sepulturas vel decimas aliorum hominum seu furnos vel molendinos aut villas aut rusticos nec etiam fœminas monasterium ejus intrasse, nec mortuos ibidem excepta sorore sua sepeliſſe, Ideo hæc omnia abdicaverunt, dicentes, ubi beatus *Benedictus* docet ut monachus à secularibus actibus se faciat alienum, ibi liquido testatur hoc non debere versari in actibus & cordibus monachorum qui nominis sui ethimologiam hæc fugiendo sectari debent. Decimas quoque aiebant à sanctis patribus qui organa erant spiritus sancti quorum statuta transgredi sacrilegium est committere, in quatuor partitiones distributas; unam scilicet episcopo, alteram presbitero, tertiam hospitibus ad illam ecclesiam venientibus seu viduis & orphanis sive pauperibus aliunde victum non habentibus, quartam restaurationi ecclesiæ. Et quia in hoc compoto personam monachi qui terras suas possidere unde & per se & per pecora sua laborando vivat non reperiebant, Iccirco hæc veluti aliorum jus injustè sibi usurpare detrectabant. Ecce hujus seculi diviciis spretis cœperunt novi milites Christi cum paupere Christo pauperes inter se tractare quo ingenio quo artificio quo se exercicio in hac vita se hospiteſque divites & pauperes supervenientes quos ut Christum suscipere præcipit regula sustentarent. Tunc itaque definierunt se conversos laicos barbaros licencia sui episcopi susceпturos, eosque in vita & morte excepto monachatu ut seipsos tractaturos, & homines etiam mercenarios quia sine amminiculo istorum non intelligebant se plenariè die sive nocte præcepta regulæ posse servare, susceпturos, quoque terras ab habitatione hominum remotas, & vineas, & prata & silvas, aquas quoque ad faciendos molendinos ad proprios usus & ad piscationem, & equos pecoraque diversa necessitati hominum utilia. Et cum alicubi curtes aut agriculturas exercendas instituissent, decreverunt ut prædicti conversi domos illas regerent non monachi, quia habitatio monachorum secundùm regulam debet esse in claustro ipsorum. Quia etiam beatum *Benedictum* non in civitatibus nec in castellis aut in villis sed in locis à frequentia hominum & populi semotis cœnobia construisse sancti viri illi sciebant, idem se emulari promittebant. Et sicut ille monasteria constructa per duodenos monachos adjuncto patre disponebat, sic se acturos confirmabant.

De tristitia eorum.

ILlud virum Dei prædictum & suos aliquantulum mæstitiæ subdidit, quod rarò quis illis diebus illuc ad eos invisendos veniret; viri enim sancti thesaurum virtutum celitus inventum successoribus ad multorum salutem profuturum committere gestiebant, sed fere omnes videntes & audientes vitæ eorum asperitatem insolitam & quasi inauditam, plus corde & corpore elongare quam approximari se eis festinabant, & de perseverantia eorũ titubare non cessabant. Sed Dei misericordia qui hanc militiam spiritalem suis inspiravit ad multorum profectum, egregiè eam amplificare & consummare non cessavit, sicuti sequentia declarabunt.

De morte primi Abbatis & promotione Stephani *& de inſtitutis & letitia eorum.*

VIr autem domini *Albericus* in ſcola Chriſti per ſeptem annos & dimidium regulari diſciplina fæliciter excercitatus migravit ad dominum fide & virtutibus glorioſus, & ideo in vita æterna à Deo merito beandus. Huic ſucceſſit quidam frater *Stephanus* nomine, Anglicus natione, qui & ipſe cum aliis de *Moliſmo* illuc advenerat, quique amator regulæ ſanctæ & fratrum. Hujus temporibus interdixerunt fratres una cum eodem abbate ne dux illius terræ ..... ſuam aliquo tempore in illa eccleſia tenerent ſicuti antea in ſolempnitatibus agere ſolebant ..... ne quid hiis qui in domo Dei die ac nocte Deo ſervire devotè cupiebant remaneret, quod ſuperbiam aut ſuperfluitatem redoleret, aut paupertatem cuſtodem virtutum ſponte quam elegerant aliquando corrumperet. Confirmaverunt ne retinerent cruces aureas aut argenteas niſi tantummodo ligneas coloribus depictas, neque candelabra niſi unum ferreum, neque thuribula niſi cuprea vel ferrea, neque caſulas niſi de fuſtaneo vel lino ſine pallio aureo vel argenteo, neque albas vel amictus niſi de lino ſimiliter ſine pallio aureo vel argenteo. Pallia verò omnia & cappas atque dalmaticas tunicaſque ex toto dimiſerunt, ſed calices argenteos non aureos, ſed ſi poterit fieri deauratos & fiſtulam argenteam, & ſi poſſibile fuerit deauratam, ſtolas quoque atque manipulos de pallio tantùm ſine auro & argento retinuerunt. Pallæ autem altarium ut de lino fierent & ſine pictura planæ præcipiebant, & ut ampullæ vinariæ ſine auro & argento eſſent. Illis diebus in terris & vineis & pratis curtibuſque eadem eccleſia crevit, nec decrevit religione. Ergo iſtis temporibus viſitavit Deus locum illum viſcera miſericordiæ ſuæ effundens ſuper ſe petentes ad ſe clamantes coram ſe lacrymantes die noctuque longaque & profunda ſuſpiria trahentes & ferè hoſtio deſperationis appropinquantes pro eorum ſucceſſoribus ne pane carerent, Nam tot clericos literatos & nobiles laicos & in ſeculo potentes & æque nobiles uno tempore ad illam Dei gratia remiſit eccleſiam ut xxx. inſimul in cellam novitiorum alacriter intrarent, ac bene contra propria vicia & irriamenta ſpirituum malignorum fortiter curſum ſuum conſummarent, quorum exemplo ſenes & juvenes diverſæque ætatis homines in diverſis mundi partibus animati, videntes ſcilicet poſſibile in iſtis fore quod antea impoſſibile in cuſtodienda regula formidabant, illuc concurrere, ſuperba colla jugo Chriſti ſuavi ſubdere, dura & aſpera præcepta regulæ ardenter amare, eccleſiamque mirabiliter ædificare & corroborare cœperunt.

De ordinatione & inſtitutione cartæ *Caritatis* ſufficienter habetur, ſecundùm quam ordo multis annis ſatis pacificè & utiliter fuit gubernatus, donec ſciſma horribile ortum fuit inter abbatiam *Ciſtercienſem* & *Clarevallenſem*, ſicut ſequens epiſtola manifeſtè teſtatur. §. Tranſcriptum literarum domini abbatis *Savigniacenſis*, directa domibus ſuis filiabus in *Anglia*.

VEnerabilibus *& in Chriſto dilectis de* Furnes *& de* Bellalanda, *ac univerſis generationis* Savigniacenſis *coabbatibus ſuis per* Angliam *&* Walliam *conſtitutis, ac eorum conventibus, frater* Johannes *dictus abbas* Savigniacenſis *cum ſalute quam ſibi in domino compaſſionis viſceribus habundare & rei cognoſcere veritatem. Inter procelloſas voragines & tempeſtuoſos turbines hujus mundi noſtri ordinis navicula conſtituta, ſicut ſtella maris radioſo lumine, gratia videlicet virginis indiget ad conductum, ita nautarum ſolertia, Prælatorum ſcilicet diligentia eidem eſt neceſſaria ad* Scilenſe *periculum cautiùs evitandum. Inde eſt quod vobis tanquam Zelatoribus religionis pariter & fervoris, ipſius ordinis ſtatum cujus eſtis filii & alumpni qualiter ad præſens ſe habeat in partibus* Gallicanis *breviantes duximus intimandum. Noverit ergo univerſitas veſtra quod anno præterito in capitulo generali cum dominus* Ciſtercienſis *diffinitores vellet eligere & nominatos à quatuor primis reprobare pro ſua libito voluntatis, unum de filiis* Clarevallis *virum utique experientia fama & induſtria ac fervore religionis inſignem inter alios ſpecialiter refutavit. Obſecratus itaq; à reverendo patre domino abbate* Clarevallenſi, *& cateris ſenioribus & majoribus abbatibus de linea* Clarevallenſium, Ciſtercienſis *abbas, etiam petitis venis ut propter novitatem dicti* Clarevallenſis *quem dominus diebus iſtis ordini veſtro creditur reſervaſſe, antiqua libertas et conſueta licentia quatuor primis ſuper nominatione diffinitorum ſaltem in illo anno in ſuo robore perduraret, nullatenus nec ſupplicationibus nec precibus idem* Ciſtercienſis *voluit conſentire. Et habito cum filiis ſuis conſilio ſalutari, idem* Clarevallenſis *de conſenſu*

ſenſu omnium filiorum ſuorum jus ſuum et antiquam libertatem matris noſtræ Clarevallis *in ipſo capitulo proteſtatus dixit, propter illius abbatis ammonitionem nullum ſibi debere præjudicium generari. Vidimus enim quia* Ciſtercienſis *abbas quos vellet poſſet ponere diffinitores & quos nollet reprobare, poſſet diffinitores facere quales vellet, & ita pro libitu ſubventiones impoſterum exigeret, exactiones imponeret, juriſdictionem ſibi per totum ordinem vendicaret, & ſic antiqua ordinis ſimplicitas malignorum ambitione multiplici penitus deperiret, & limitati termini quos poſuerunt patres noſtri tranſgreſſione dampnabili minimè curarentur. Quibus de cauſis & etiam pluribus aliis quæ inferiùs deſcribuntur, conſulimus univerſi abbates de linea* Clarevallis *ut tantæ peſtilentiæ congruum antidotum quereretur. Ecce autem interim dominus* Clarevallenſis *mandato ſummi pontificis compellitur ad Pontificii dignitatem; quod mira & occulta Dei diſpoſitione factum eſſe creditur, & ut honeſtiorem & manifeſtiorem occaſionem haberet ad curiam accedendi. Quam quidem dignitatem idem* Clarevallenſis *tanquam homo humilimus & religioſiſſimus recipere minimè adquievit. Set audiens quod* Cyſtercienſis *abbas mandati eſſet apoſtolici executor, feſtinato viam eundi ad curiam* Romanam *aggreſſus jam ſex dietas itineris confecerat, cum ecce duo Abbates miſſi ex parte abbatis* Cyſtercienſis *ad pedes montium invenerunt, exhibentes ei duo paria literarum, in quibus* Cyſtercienſis *excommunicabat in ſcriptis nulla monitione præmiſſa prætermiſſo juris ordine eundem* Clarevallenſem *niſi tertia die pro quibuſdam negotiis, ut ſcribebat, apud* Cyſtercium *compareret.* Clarevallenſis *vero nil motus talibus utpote homo conſtantiſſimus & ordinatus ſe literatoriè humiliter excuſavit, dicens quod cum ad curiam accedere diſponeret pro abſolutione ſibi impoſiti oneris optinenda & pro filiabus ſuis quæ ſunt in* Italia *viſitandis, et jam magnam partem itineris confeciſſet, non poterat ſine magno detrimento et ſcandalo dimittere iter ceptum, et ideo ſupplicabat omni humilitate qua poterat, quatinus ſuam excuſationem legitimam acceptaret, et ita infecto negotio ad quod illi duo venerant abbates ad propria redierunt. Dompnus autem* Clarevallenſis *vocaverat nos ut eſſemus participes itineris illius et laboris. Venientes igitur ad curiam* Romanam *inſimul poſt multas fatigationes & difficultates permaximas, tandem abſolutionem optinuit ab epiſcopatus regimine quam petebat. Innotuit poſt hæc ſummo Pontifici quod ordo noſter quoad plures articulos reformatione indigeret propter tyrannicas oppreſſiones & graves inſolemitas aliquorum patrum abbatum qui ad cedendum turpiter & injuſtè ſuos filios compellebant, parentes ſuos & alios ſibi favorabiles vicioſos ignominioſè depoſitos & malæ famæ homines loco utilium perſonarum contra voluntatem conventuum intrudentes. Innotuit etiam eidem ſummo Pontifici conventus ordinis in pluribus locis ſuis liberis electionibus defraudatos per patres abbates, & perſonas honeſtas religioſas & utiles indebitè refutari; tempore etiam viſitationis, honeſti & utiles domibus monachi contra voluntatem proprii abbatis & conſilii ſanioris cum ſuis ſarcinulis ſæpiùs emittuntur nulla cauſa rationabili exiſtente. Gravationem etiam domorum intellexit idem ſummus Pontifex occaſione plurium equiturarum in ordine ſuboriri, ſcandala non curari, diſſentiones augeri, novitates obrepere, fervorem minui; augmentari diſſolutiones, remitti rigorem monaſticæ diſciplinæ. In capitulo etiam generali animadvertit ſtatuta edi & inutilia & grave inferentia ordini nocumentum, ſicut eſt illud ut de aliis taceatur de inquiſitationibus committendis, licet de novo inceperunt plura tum ſcandala generarunt tum per tales commiſſiones inquiſitionum aliquibus malivolis injunctas auctoritate capituli generalis multorum jam fuerit innocentia ſupplantata. Percepit inſuper idem ſummus Pontifex quod viſitatio* Cyſt. *ſuperficialis tantùm eſſet cum quatuor primi ibi ad viſitationem convenientes nichil poſſent aut auderent corrigere niſi de domini* Cyſtercienſis *beneplacito & aſſenſu, cum idem* Cyſtercienſis *tempore viſitationis ſedem primam teneat & uſurpativè correctiones faciat pœnitentias injungendo, & ſi aliquid contra voluntatem* Cyſtercienſis *fuerit attemptatum comminationes viſitatoribus inferuntur, & ex defectu debitæ correctionis domus illa* Cyſtercienſis *in abiſſo debitorum multociens corruit, de quibus honerari ſæpe oportuit ordinem univerſum. Hiis & pluribus aliis rationibus immo enormitatibus quoniam nimis longum eſſet præſentibus inſerere licet multiplices ſint & graves, excitatus ſummus Pontifex, poſt longos tractatus, de conſcientia Religioſorum et majorum fratrum ſuorum cardinalium, et honeſtos, et diſcretos fama religionis, experientia, et ætate grandævos reverencia præcipuos, dominum epiſcopum* Tieten. *abbatem* majoris-Monaſterii *et confeſſorem domini Regis* Franciæ *reformatores noſtri ordinis et inquiſitores inſtituit, ut per tractatus pacificos et viam concordiæ ſi poſſet fieri, noſtrum ordinem appellatione poſtpoſita reducerent ad curſum ſolitum et antiquum. Dominus autem* Merimundus *cum tenorem reſcripti apoſtolici inquiſitoribus deſtinati pleniùs intellexiſſet, nichilque fictitium nichil adinventicium vel mendoſum in eo perſpexiſſet, pro ſe et pro tota generatione ſua literas adherenciæ nobis dedit reformationi ordinis conſentientes totaliter et precisè. Ita quod ſumus modò tres partes totius ordinis in hoc negotio concordantes abſque illis qui ſunt de alia quarta parte qui nobis occultè favent, et quidam etiam mani-*

festè. Unde non credimus quod sit conventus in toto ordine nisi unus, scilicet conventus Cystercienſis, *nec aliquis abbas nisi fortè xx. vel circiter qui non adhæreant toto corde. Cæterum cum assignata die & partibus convocatis ad preces & instantiam domini Regis* Franciæ *tractaretur de pace in aliquibus articulis, fuit ex utraque parte concordatum, in aliquibus contradictum, & præsentibus xv. abbatibus & amplius & electo* Mailamenſi, *& archiepiſcopo* Baiocenſi *ex parte Regis ad tractandum de pace specialiter destinatis, abbas* Cyſtercienſis *coram omnibus petit jurisdictionem & correctionem culparum & curam animarum per ordinem universum, & fuit ista petitio sigillata de mandato* Cyſtercienſis *abbatis & ab abbate* Clarevallenſi *omnino contradicta. Sic enim* Cyſtercienſis *celare non potuit virus pestiferum quod latebat in corde, sed crepuit in audientia talium & tantorum, & sic errore deceptus contra se omnes patres abbates totius ordinis provocavit. Cum verò die assignata coram reformatoribus & inquisitoribus cum aliquantis abbatibus* Cyſt. *Abbas & xvj. advocatis secularibus comparuisset, & mandatum apostolicum audivisset, & ei facta fuisset copia Rescripti apostolici, postquam* Clarevallenſis & Morimundenſis *qui secum habebant circiter xij abbates & nullum penitus advocatum obnixè supplicaverant, petitis veniis ut juxta mandatum apostolicum in commisso sibi negocio procedere non differrent,* Cistercienſis *abbas et qui præ cæteris reformationem et bonum statum ordinis querere debuisset consilio advocatorum deceptus frivolam quandam appellationem et nugatoriam cum legisset coram executoribus mandati apostolici, de nocte affugit et exinde ad curiam est profectus. Executores verò nostri frivole appellationi et tergiversationi minimè deferentes in negotio totaliter juxta formam sibi traditam processerunt, et relationem super hiis quæ à majoribus et sanioribus ordinis per sacramentum invenerint diversis in locis et diversis personis miserunt ad curiam per nuncios speciales; Post quos ivit jam dominus* Clarevallenſis *et nos post ipsum, audituri et recepturi, Deo propicio, quod ad decus ordinis et decorem antiquum et pacem cedere debeat animorum. Hæc autem vobis scripsimus ut vobis aliud referentibus non credatis, quia vobis licet breviter, rei intimavimus veritatem. De cætero quia res vestra et totius ordinis agitur vel ad confusionem perpetuam vel ad exaltationem perpetuam duraturam, devotissimis orationibus negotium quod habemus præ manibus muniatis, orantes pro nobis & orari devotiùs facientes. Bene valete. Legatur ista epistola in omnibus capitulis generationis vestre ubi fieri potuit oportunè. Dat. apud* Clarevallem *anno Domini MCClxiij. in crastino natalis domini.*

Ordinatio domini *Guydonis*, titulo ſancti *Laurencii* in laicis presbiteri Cardinalis pro diffinitione habeatur, quæ talis eſt.

IN nomine Domini, Amen. *Nos frater* Guydo *titulo sancti* Laurencii *presbyter cardinalis sedis apostolice legatus, Facto & recepto in nos compromisso super discordia quæ vertebatur in ordine circa electionem sive institutionem diffinitorum, & data nobis plenariè potestate ab abbate & conventu* Cyſtercii, *& à quatuor primis abbatibus, & à toto capitulo generali ordinandi & statuendi in predicto negotio quod paci & utilitati ordinis videbimus expedire: Pro bono pacis & caritatis in ordine conservanda ordinamus atque constituimus, Quod quilibet de quatuor primis abbatibus veniens ad capitulum generale quinque abbates dompno* Cyſtercienſi *volenti diffinitores eligere nominabit, ita tamen quod duo ex ipsis quos pater abbas nominans præeligere voluerit, per abbatem* Cyſtercienſem *illa vice amoveri non poterint vel dimitti. De tribus verò residuis quemcumque voluerit abbas* Cistercienſis *relinquet, & alios duos diffinitores instituet cum predictis. Si verò aliquem de primis quatuor abbatibus ad capitulum generale venire non contigerit, predictam nominationem & præelectionem per literas suas petere poterit, vel aliquem de filiis suis abbatibus vicarium ibi constituet ad hoc ipsum. Si verò aliquem de quatuor primis filiabus vacare contigerit vel abbatem ejus in tali statu esse ut ad facienda predicta sit impotens & ineptus, tempore capituli generalis primus abbas de filiis generationis illius qui in capitulo fuerit predicta omnia supplere poterit vice patris. Si verò aliquem de primis quatuor abbatibus per negligentiam vel quamcumque occasionem aliam nec venire ad capitulum nec literas mittere nec vicarium ad predicta substituere contigerit, abbas* Cyſtercienſis *vice ipsius quatuor diffinitores assumet de generatione ipsius absentis si tot præsentes ibi fuerint, alioquin de aliis abbatibus quod defuerit suppleatur ut diffinitorum numerus integretur. In nullo tamen volumus per ordinationem istam derogari statutis carta* Caritatis *quæ de generali capitulo facium mentionem. Cætera verò quæ in ordinatione dompni Papæ continentur, in suo robore perseverent. Act.* Cyſtercii *xvij. kal. Octobr. tempore capituli generalis, anno Domini MCClxv.*

MO-

MONASTICON ANGLICANUM.

VVaverleiense *Cœnobium in agro* Surregiensi, *Ordinis* CISTERCIENSIS.

Annales de *Waverle* in bibl. *Cottoniana*

ANno MCxxviij. Hoc anno fundata est abbatia de *Waverleia* à domino *Willielmo Giffard* episcopo *Wintonie*, viij. kal. Decembris.

Annal. de *Peterborough* in bibl. *cottoniana.*

Anno MCxxviij. Ordo *Cistercienſis* primo venit in *Angliam*. Abbatia de **Waverle** fundata est, filia domus de *Elemosina*, hoc est transmissis illuc de *Elemosina* xij. monachis cum abbate, ei subjectionem & obedientiam, sicut filia matri debet.

Fundationis carta per *Willielmum Giffard Wintonienſem* episcopum.

Pat. 11 E. 2. parte 2. m. 36. per Inspex. Videetiam cart. 11 E. 2. nu. 41.

WIllielmus Giffard *Dei gratia epiſc.* Wynton. *omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in elemoſina aſſenſu domini noſtri regis* Henrici, *& tocius fratrum* Wyntonienſis *eccleſiæ conventus monachis de* Ciſtell. *terram de* **Waverli** *ſoluta & quieta in æternum poſſidendam, cum omnibus eidem terræ pertinentibus in pratis & in paſcuis, & ij. acras prati apud* **Helestede** ; *& paſnagium porcorum ſuorum ab omni conſuetudine quietum in boſcis de* **Ferneham**, *& ligna ad uſum ardendi, & ad alia neceſſaria. Hujus donationis teſtes ſunt*, Ingulfus *Prior*, Richerus *archid.* Stephanus *archid.* Gillebertus *de* **Cumai**, Rogerus *de* **Poleſord**, Walchelinus *capellanus*, Ricardus *cap.* Gyroldus *cap.* Bernardus *cap.* Herlebaldus *cap.* Petrus *camerarius*, Hugo *dapifer.* Ernaldus *frater* Rich. *archid.* Gaufridus *de* Gemigis, Will. *Diſp.* Robertus Pinc.

Carta Henrici *de* **Bloys** Winton. *epiſcopi.*

Ibid. HEnricus Dei gratia *Wynton.* epiſc. omnibus S. matris eccleſiæ filiis ſalutem. Quoniam ex injuncto nobis a Deo pontificatus officio compellimur univerſis noſtræ dioc. & maximè viris eccleſiaſticis ſubvenire, hinc est quod Deo & eccleſiæ S. *Mariæ* de **Waverle** & monachis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, dedimus & conceſſimus, aſſenſu Prioris & conventus eccleſiæ *Wynton.* unam virgatam terræ cum pertinentiis ſuis juxta **Waneſord**, in augmentum terræ ſuæ de **Waverle**, quam terram cum pertinentiis ſuis venerabilis pater *Will. Giffard* predeceſſor noſter, aſſenſu regis *Henrici* & tocius fratrum *Wynton.* eccleſiæ conventus in elemoſina dedit eis ; cujus donationem una cum noſtra additione eiſdem monachis confirmamus, & preſenti ſcripti noſtri munimine roboramus. Volentes & concedentes, pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, ut dictas terras claudant ubi voluerint infra bundas ſuas, quæ ſe extendunt à quercu de **Tileſord** quæ vocatur **Bynghoe** per viam regiam verſus **Farnham** usque ad **Wynterborn**, & inde per ripam quæ currit de **Farnham** ad montem qui dicitur **Richardis hulle**, & per tranſverſum illius montis & pontem de **Waneſord** uſque ad pratum de **Tileſord** quod dicitur **Aluethammeſmede** ; & inde ſurſum directè ad prædictam quercum, & ut eas cum omnibus pertinentiis ſuis ſicut liberam puram & perpetuam elemoſinam pacificè & quietè teneant & poſſideant imperpetuum. Ut etiam habeant in communi paſtura de **Farnham** porcos ſuos & alia averia ſua in omnibus locis ubi liberi tenentes & alii de hundredo habeant & habere ſolent. Et ubicumque ſibi magis viderint expedire, brueriam, petram, ſabulum, & aliam terram pro voluntate ſua capiant ad omnes uſus ſibi neceſſarios ſine calumpnia contradictione & impedimento cujuſcumque imperpetuum. In quorum omnium teſtimonium huic ſcripto appoſuimus ſigillum noſtrum, ſtatuentes ne quis impoſterum ratione premiſſorum à prædictis monachis aliquid exigat vel extorquere præſumat, nec moleſtiam aut gravamen eis inferat, ne iram diſtricti judicis & noſtram maledictionem incurrat, & à communione ſanctorum alienus exiſtat. Huis teſtibus, *Radulfo* archid. *Wynton. Roberto* archid. *Surr. Roberto* de **Lunes**, *Alberto Summano, Will. Tiſell. Bernardo, Adam, Roberto*, capellanis meis, magiſtro *Herberto*, magiſtro *Nicholao*, magiſtro *Hugone*, magiſtro *Willielmo, Turſtino Petro* & *Simone* filius *Ric. Alano, Joſepho, Willielmo* de *Monte-caniſo*, clericis meis, & multis aliis.

Carta *Ricardi* de **Toclive**, *Winton.* epiſcopi.

Ibid. RIcardus *Dei gratia* Wynton. *epiſc. omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ſalutem & Dei benedictionem. Noveritis univerſitas veſtra nos dediſſe & conceſſiſſe abbatiæ ſanctæ* Mariæ *de* Waverleia *& monachis ibidem Deo ſervientibus totam illam partem terræ noſtræ de* Wilhangla *quæ eſt verſus foreſtam & terram ipſorum monachorum quæ vocatur* **Duchenefeld**, *ſicut aqua de* Wilhangla *dividit, in pratis, & paſcuis, & boſco, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervicio in perpetuam elemoſinam. Ut autem rata ſit hæc noſtra donatio eam preſentis ſcripti & ſigilli*

gilli nostri muniminе roboramus. Testibus his Philippo *Priore* Sudwic, *magistro* Gregorio *de* Lund. *magistro* Henrico *de* Daventre *(&c.)*

Carta Gaufridi *de* Magnevilla Essexiæ comitis.

THeobaldo Dei gratia venerabili *Cantuariensi* archiep. *Henrico Wyntoniensi* episcopo, universis sanctæ ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris *Gaufredus de Magnevilla* comes de *Exsexia* salutem in domino. Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris, quod *Faramusus* de *Bolonia* vendidit abbati *Gisleberto* & monachis de *Waverleia* terram de *Warenbergia* quæ ad feodum meum spectat, pro centum XX. marcis argenti. Hanc venditionem præcepto & prece domini mei regis *Anglorum Henrici* ratam habeo, concedo, & confirmo, & prædictæ ecclesiæ eandem terram absolutam & liberam ab omni servicio seculari trado in elemosinam pro anima patris mei & pro redemptione animæ meæ & antecessorum meorum. Ut autem hæc nostra concessio stabilis & inconvulsa permaneat præsentis paginæ scripto & sigilli mei impressione corroborari feci sub testium subscriptorum testimonio. *Garinus* filius *Geroldi*, *Henricus* frater ejus, *Willielmus* de *Magnevilla* frater comitis *Gaufridi*, *Ernulfus* de *Magnevilla* ; *Rogerius* filius *Ricardi*, *Radulfus* de *Berneriis*, *Gauterius* de *Magnevilla*, *Hugo* de *O*, *Jordanus* de Teidene *(&c.)*

Carta *Richardi* primi facta abbatiæ de *Waverleia.*

Cart. Antiq. S. n. 20 RIcardus *Dei gratia rex &c. Sciatis nos concessisse, & præsenti carta nostra confirmasse, abbatiam de* Waverleia, *& omnes terras & possessiones suas. Inprimis locum ipsum in quo abbatia ipsa fundata est, & etiam grangiam, quæ est juxta abbatiam ; Damus etiam eis & presenti carta nostra confirmamus* Netham *cum omnibus pertinentiis suis. Et iterum concedimus eis & confirmamus terram illam quæ est ex dono* Willielmi *de* Venuz, *quæ jacet inter* Buttele, *& boscum de* Netham, *qui (Hoa) vocatur, & inter* Gavethers, *&* Hosthela ; *Et terram illam quæ est ex dono* Roberti *patris ejusdem* Willielmi, *quæ vocatur* Dodingdona. *Grangiam de* Wandeberga, *grangiam de* Drencsord, *cum terra* Richella ; *grangiam de* Dacherlesele, *& unam hidam terræ de* Wilshang, *grangiam de* Norholt, *grangiam de* Bomata : *grangiam de* Derneton : *grangiam de Dumnera : grangiam de* Suttesself : *grangiam de* Saga : *grangiam de* Tuangham, *& unam hidam terræ in* Ebbesburne, *cum omnibus pertinentiis. Quare volumus (&c.) Testibus* B. Cantuariensi *archiepiscopo*, Waltero Rothomagensi *archiepiscopo*, H. *episcopo* Dunelmensi, Willielmo *de* Mandevilla, Willielmo Marescallo. *Dat. quinto die Septembris apud* Westm. *anno regni nostri primo per manum* Willielmi *cancellarii.*

FURNESEIENSE
Cœnobium in agro Lancastrensi.

Fundationis historia, & series abbatum.

ANno dominі mileſimo centeſimo viceſimo ſeptimo, nonas Julii, à fundatione *Ceſtertii* anno viceſſimo nono ; à fundatione vero *Savigniensi* anno decimoquinto, & pontificatûs *Honorii* Papæ ſecundi anno ſecundo, regni autem regis *Henrici* poſt conqueſtum *Angliæ* anno viceſimo ſexto, fundatum eſt monaſterium *Furneſii* per nobilem virum *Stephanum* comitem *Moritonii*, & *Bolonii*, in loco vallis, quæ tunc Bekangesgill vocabatur. Sed (ut in libello quodam veteri, & de vetuſta litera ſcriptum reperi) ipſum monaſterium prius fundatum erat in Sundynes, in loco qui dicitur Tulket, anno domini MCxxiiij. quarto nonas Julii, & ibi ſitum tenuit, per tres annos, & tres dies antequam, ubi nunc eſt, fundaretur : fundatum autem erat tam ibi, quam hic, de ordine *Savigniacenſi*, id eſt, *Tironenſi*, ſub regula ſancti *Benedicti*, cujus ordinis profeſſores monachi fuerunt & eorum habitus griſius color erat. Primus autem abbas dicti monaſterii *Furneſii* fuit *Evanus* de *Abrincis*, magnæ ſcientiæ, & non minoris ſanctitatis vir. Secundus abbas *Endo* de Sourdeval, cui *Honorius* Papa ſecundus ſcribit privilegium ſpeciale. Tertius abbas *Michael* de *Lancaſtria*. Quartus abbas *Petrus* de *Eboraco*.

Ex reſid. de Furneſſe in officio ducatus Lancaſtriæ.

An. 1127.

Vide Pat. 31 H. 2. part 2. mem 35. Et Pat. 8 H. 6. part 3. num. 16. Et Pat. 1 H. 5. part. 1. mem. 7.

Tempore hujus abbatis venerabilis, *Serlo* quartus abbas *Savigneii*, quæ eſt materna domus *Furneſii*, reddidit apud *Ciſtertium*, in capitulo generali domum ſuam *Savigniacenſem*, cum filiabus ſuis, de ordine *Tironenſi*, ad ordinem *Ciſtercienſem*, in manus ſancti *Bernardi* tunc abbatis *Clarevallis*, à qua redditione prædictus *Petrus* abbas, cum conventu ſuo, ad ſummum pontificem, & ſanctam ſedem apoſtolicam appellavit : Ad quam ſedem perſonaliter accedens, impetravit à domino *Eugenio* Papa tertio, confirmationem, ut domus ſua *Furneſii* remaneret in perpetuum de eodem ordine de quo primò fundata erat, non obſtante redditione prædicta : ſed, in reditu ſuo à curia *Romana*, captus eſt in itinere per monachos *Savignienſes*, & ductus ad *Savigneiam*, ibi ceſſit officio abbatiali, & factus eſt ibidem monachus probatiſſimus, diſcens ordinem *Ciſtercienſem* ; & inde fuit ſumptus in abbatem *Quarreiæ* quintum. Cui *Petro* ſucceſſit in *Furneſio* quintus abbas *Richardus* de *Baiocis*, doctor in theologia, priùs monachus *Savigneii*. Qui modico tempore gubernavit, cujus diligentia & conſilio redditum fuit ipſum monaſterium *Furneſii* ad matrem ſuam *Savigneiam*, & ad ordinem *Ceſtertienſem*, priuſquam idem *Richardus* creatus fuerat in eodem, in abbatem, nam temporibus quatuor abbatum precedentium fuit ordinis *Savignienſis*, ut ſuperius eſt expreſſum. Sextus abbas *Furneſii* Jo-

hannes

hannes de **Cawncefield,** cui *Eugenius* Papa tertius privilegium scribit. Septimus abbas *Walterus* de *Millum*, cui *Alexander* Papa tertius scribit etiam privilegium. Octavus *Joslenus* de **Pennington,** cui etiam *Lucius* Papa tertius scribit privilegium; & ipse *Joslenus* fuit inceptor in theologia. Nonus *Conanus* de **Wardoule.** Decimus *Willielmus Niger*, qui priùs erat abbas de **Thurnethewed.** Undecimus *Giraldus Bristaldon.* Duodecimus *Michael* de **Dalton,** cui *Celestinus* Papa tertius privilegium scribit; Decimustertius *Richardus* de *sancto Quintino.* Decimusquartus *Radulfus* de **Fletcham,** priùs abbas de **Swinshewed,** assumptus illuc de *Furnesio.* Decimusquintus *Johannes* de **Newby.** decimussextus *Stephanus* de **Alverston.** Decimusseptimus *Nicholaus* de **Neaur,** ille *Nicholaus* primo fuit canonicus, de *Wartria*, postea monachus de *Melsa*, deinde monachus, & abbas *Furnesii*; & demum episcopus *Sodorensis* Decimusoctavus *Robertus* de **Denton** priùs abbas de **Swinshewed.** Decimus nonus *Laurentius* de **Acclom.** Vicesimus, *Willielmus* de **Pidleton.** Vicesimus primus *Hugo* de **Bton.** Vicesimus secundus *Willielmus* de **Cockeram,** cujus corpus jacet sub longo colloſso marmoreo in capitulo sine Epitaphio. Vicesimus tertius *Hugo Skiller*, ille fuit depositus de abbatiatu. Vicesimusquartus *Johannes* de **Cockeram.** Vicesimusquintus *Alexander* de **Walton.** Vicesimussextus *Johannes* de **Cokham.** Vicesimusseptimus *Johannes* de **Bolton.** Vicesimusoctavus *Willielmus* de **Dalton** modernus, qui diu vivat in gratia & honore.

Carmina historica de fundatione *Furnesiensis* cœnobii.

lb. fol. 6. a.

1124.

Anno milleno, centeno bis duodeno
Fournes *fundatum primò fuit, & situatum.*
Primus ei fundus **Tulket** *fuit, haud dubitatur,*
Quo jam fundatur est Bekanesgill*que secundus.*
Annis namque tribus transactis, totque diebus
Tollitur à fundo primo struiturque secundo,
Agmundernesiam *qua primò floruit ædes*
Hæc, teneas patriam qua **Tulket** *erat sibi sedes.*
Annos à fundo, si vis munerare secundo
Illius ætatis cape versibus hic subaratis.
Anno milleno centeno terque noveno,
Julii primo **Fournes** *fundatur ab imo.*
Dedit Honorius *hoc sub tempore Papa secundus.*
Ewanus *primus Abbas fuit, hicque facundus.*
In **Tulket** *fuimus grisei monachi sumati.*
Hic sumus albati presenti regmine scimus,
Hanc hac valle domum Stephanus *comes ædificavit,*
Quem gens Anglorum *regem sibi post titulavit.*
Anno milleno centeno ter quoque deno,
Necnon septeno, rex hic sit in ordine pleno
Stephanus *iste stetit comes ad tunc* Bolonienſis
Et Mortonensis, *hanc ædem cum sore fecit.*
Henrici *regno primi currente sub anno*
Viceno sexto, fundi jactamine texto;
Sicque decenna fuit hoc cœnobium statione,
Cum primo micuit comes iste decore corona.
Hic sed sex mensis, sex atque dies removere
De numero penses patet ætas postea vere.
Quo post conquestum domus anno cœpit oriri
In sexageno primo noscas reperiri
Anno milleno sexageno quoque seno
Will. Norman. *ducem sibi protulit* Anglia *regem.*
Hæc vallis tenuit olim sibi nomen ab herba
Bekan, *qua viruit dulcis nunc, tunc sed acerba.*
Unde domus nomen **Benkangsgill** *claruit ante,*
Jam patria tanta nomen partitur & omen.
Prædicti comitis, regumque rescripta docent hæc
Gestu præteritis, qua cronographi reticent, nec
Gratia divina domui sit huic pia nutrix,
Auctrix, & tutrix, ut ganeat absque ruina.
Ejus cultores ditet Deus arce polorum;
Ejus amatores ornet mercede bonorum.
Si quis eam turbet, dampno cedente, velite
Hunc Deus emendet breviet vel tempora vitæ.
Mater, virgo pia, titulo domus ista Maria
Est tua dos propria, tu sis rectrix ope dia
Nomen des isti libro, Pars prima registri,
Hujus cœnobii nomine Furnesii.
Cartas terrarum tenet in se quod variarum,
Quas dederant proceres, confirmavereque reges
Isti cœnobio pietatis munere firmo.
Fines & placita retinet quoque per loca mixta;
Per tabulam cuncta reperire potes, sive cuncta
Ordine scriptorum, possessorum, foliorum.
A meque nectuntur quæ per Papas tribuuntur
Ordinis indulta communia, nostraque multa.
Willielmus Dalton *abbas hunc condere librum*
Fecit, ei cribrum sathanæ terat, & petat altum.
Sicque liber plenum finem sortitur amœnum
Anno milleno centum quater ac duodeno (penna
Quem John Stell *digitis, monachus scripsit, sine*
Cujusquam volucris; careas sine fine gehenna.
Istorum capita dant arbor genteque tumba
Quo scripsit calamum par paradigma suum.
Quisquis amore libros pretiosos nescit habere
Illius e manibus hunc librum Christe tuere.
* *Est* * Dives durus cape* denam pro* decanina
Hæc metra dictantis sic nomen habes vice prona.
Is studioque sui tabulam dedit esse sequentem.
Cui pietate tui vitam des Christe manentem
Ut patet in capite quo scripto quo folioque
Post reperire potes, quod in illis noscere queres.

* In [illegible] & sit *Lish.*

* Richeard.

Progenies regis Stephani.

lb. f. 41. b.

Stephanus comes *Bolonii* & *Moretonii*, filius comitis *Blesensis*, genitus ex *Audoena* filia *Willielmi* conquestoris, fundavit istud monasterium *Furnesiense*, nonas Julii anno Domini MCxxvij. & regni regis *Henrici* primi post conquestum, avunculi ejusdem *Stephani*, anno vicesimo sexto. Et anno decimo post dictam fundationem, Idem *Stephanus* est in regem *Anglia* coronatus immediatè post dictum *Henricum* regem, anno videlicet domini MCxxxvij.

Hujus pii regis *Stephani* uxor fuit nobilissima domina *Matildis* filia strenui comitis *Bolonis Eustachii*, genita ex *Maria* filia *Cristiana* sororis *Margaretæ* reginæ *Scottorum.* Hæ duæ, videlicet, *Margareta* & *Cristiana* sorores erant *Edgari Edling*, consanguinei sancti *Edwardi* regis & confessoris. *Willielmus* verò comes *Warrenna* & *Bolonii*, filius fuit dictorum *Stephani* regis, & *Matildis* uxoris sue. Dicta verò *Margareta* regina peperit *Malcolmo* regi *Scottorum*, marito suo, sex filios & duas filias; videlicet, *Matildem* quæ nupsit regi *Henrico* primo, de qua genuit

Matildem, quæ primo nupsit imperatori, deinde *Galfrido* comiti *Andegavia*, de quo concepit regem *Henricum* secundum, & *Mariam*, de qua supradictum est.

Carta *Stephani* comitis *Bolonii* & *Moretonii*.

Cartæ de annis 13 & 14 H. 4. perinspex.

IN *nomine patris & filii, & spiritus sancti, & in honore sanctæ* Mariæ *matris domini nostri, ego* Stephanus *comes* Bolonii & Moretonii, *providens, & in Deo consulens saluti animæ meæ & uxoris meæ* Matildis *comitisse, & pro anima domini mei & avunculi* Henrici *regis* Anglorum & *ducis* Normannorum, *& pro animabus omnium fidelium, tam pro vivis, quam pro salutis debitum mortis, anno ab incarnatione domini nostri, millesimo centesimo xx. sexto, indictione quinta, epacta xvij. ævi mei as cotidie etiam videns ad occasum ruere; pompas omnes labentis hujus seculi, & flores roseasque vernantium regum, imperatorum & ducum, & omnium locupletum coronas & palmas marcescere, & omnium concreta simul in unum redigere & ad mortem propeti cursu cuncta properare, reddo, dono, & concedo Deo & sanctæ* Mariæ *de* Fudernesio, *& abbati illius loci, totam forestam meam de* Fudernesio & Wagneiam, *cum omni venatione quæ in eis est, &* Daltonam, *& omne dominicum meum infra* Fudernesiam, *cum hominibus & omnibus ei pertinentibus, videlicet, in bosco & plano, in terris & in aquis, &* Olvestonam, *&* Rogerum Bristoaldum, *cum suis, & piscariam meam de* Loncastra, *&* Guorinum *parvum cum omni terra sua, &* socum, *&* saccum, *&* tollum, *&* team, *&* infangethefe, *& quicquid infra* Fudernesium *continetur, præter terram* Michaelis Flameng. *Eo nimirum intuitu & tenore, quatinus in loco prædicto ordo monasticus, & regularis, per divinam gratiam, teneatur. Quam proculdubio donationem illibatam imperpetuum custodiri, principali auctoritate constituo, & quicquid presentium vel futurorum devotio fidelium ipsis in Christo contulerit firmum manere constituo, atque compono. Porro ut hæc intemerata & inconcussa imperpetuum permaneant, ego ipse manu mea subscribo & presentem cartam signo sanctæ crucis corroboro. Signum* Henrici *regis* Anglorum, *& ducis* Normannorum. ✠ *Signum* Turstini Eboracensis *archiepiscopi.* ✠ *Signum* Audini *episcopi.* ✠ *Signum* Ricardi Baiocensis *episcopi.* ✠ *Signum* Roberti *de* Sigillo. ✠ *Signum* Roberti *comitis* Gloucestriæ.

Carta Willielmi *de* Lancastria, *tertii.*

Ib fo. 132.

OMnibus Christi fidelibus præsentibus & futuris *Willielmus* de **Lancastre** salutem in domino. Noveritis me, pro salute animæ meæ, & *Agnetis* sponsæ meæ, & omnium antecessorum, & successorum meorum, concessisse, & reddidisse domino abbati de **Fourneys**, & monachis ibidem Deo servientibus quandam terram quam de eis tenui; videlicet totum **Scathythwait**, & **Egtone**, cum omnibus aisiamentis & pertinentiis suis. Quam quidem (terram) eisdem legavi, cum corpore meo. Et insuper concessi eisdem unum batellum, competens ad cariandum, quæ fuerint necessaria in aqua de **Thurstainwater** & aliud modicum batellum ad piscandum in ea, pro libitu, cum viginti retibus, ad opus dictorum monachorum meorum. Et similiter in **Wlfrenderemer** unum batellum competens ad carandum mairemium, & cætera quæ fuerint necessaria, & aliud modicum batellum ad piscandum ibidem cum viginti retibus, sine ulla contradictione mei, vel hæredum meorum. Si verò aliquis serviens dictorum monachorum qui direxerit batella sua per easdem aquas deliquerit in foresta mea, rationabiliter mihi emendabitur. Si quis verò ex eis justum juditium sustinere noluerit amovebitur à servitio monachorum & amittet mercedem suam. Quapropter volo & præcipio & presenti carta mea confirmo quod corpus meum ibidem testamentaliter sepeliatur, in locum quem elegi mihi in eodem monasterio; scilicet juxta sepulcrum avi mei, bonæ memoriæ *Willielmi* de **Lancastre**, in presbiterio, & dicti monachi ea quæ eisdem caritative legavi, sicut præscriptum est bene & in pace habeant & possideant, in liberam & perpetuam elemosinam. Et ego dictus *Willielmus* & hæredes mei prædictam elemosinam contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus & defendemus imperpetuum. His testibus, domina *Agnete* sponsa mea, domino *Johanne* tunc Priore de **Coningesheved**, domino *Rogero* fratre meo, *Roberto* de **Lepburn** & *Laurentio* ...., militibus meis, *Raulando* de **Reneſgill** senescallo meo, *Gilberto* de **Lancastre** constabulario de **Kirkeby**, *Roberto le* **Tailur**, *Gilberto* de **Boibile** & multis aliis, qui huic legationi meæ, & donationi interfuerunt. Actum apud **Kirkeby** in **Kendale** anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo, sexto die Novembris. 1240.

Iste *Willielmus* dedit cuidam *Laurentio* de *Carnubia* & hæredibus suis molendina de *Ulvgrstona* inde reddendo per annum ad certos terminos .... & alias terras & tenementa ibidem, reddendo inde per annum triginta solidos ad ascensionem domini, & xij denarios, & servitium militare faciendo. Qui *Laurentius* genuit *Johannem* & *Johannes Laurentium*. Qui *Laurentius*, quia non habuit hæredem de corpore suo, dedit *Edmundo* de **Neyll** & hæredibus suis prædicta molendina, terras & tenementa oneratas de redditibus & servitiis supradictis. Quæ servitia & redditus abbas & conventus de **Fourneys** percipiunt, cujus causa patebit postea. Qui quidem *Edmundus* genuit *Willielmum*. Qui *Willielmus* genuit *Johannem*, & *Johannes Thomam*, qui nunc est; videlicet anno Domini MCCCCix.

Prædictus vero *Willielmus* de **Lancastre** tertius, dedit cuidam antecessori domini *Thomæ* de **Flemyng**, qui nunc ei & hæredibus suis **Coningeston** cum pertinentiis tenendum per servitium militare, & redditum duorum denariorum & oboli per annum. Quod quidem **Coningeston** prædictus dominus *Thomas* tenet de abbate & conventu de **Fourneys** tanquam parcella medietatis suæ de **Ulveston**, qui fecit domino *Johanni* de **Bolton** abbati ejusdem loci homagium & fidelitatem anno Domini MCCCCiuj. in festo conversionis sancti *Pauli*, & solvit relevium suum; videlicet, quadraginta solidos, præsentibus domino *Alano* de **Penington** milite,

Christofero

Christofero de **Broghton**, *Alexandro* de **Birkeby**, & *Rogero* fratre ejus, *Willielmo* de **Berdesay**, *Twano* de **Almunderlaw** armigeris, & multis aliis.

Item predictus *Willielmus* de **Lancastre** confirmavit cuidam *Ailwardo* de **Broghton** & hæredibus suis **Broghton**, tenendum per servitium militare & redditum &c.

Item prædictus *Willielmus* de **Lancastre** dedit cuidam predecessori domini *Ricardi* de **Birkeby** qui nunc est, & hæredibus suis **Doverdale**, tenendum per servitium militare & redditum &c.

Item prædictus *Willielmus* de **Lancastre** dedit cuidam prædecessori domini *Alani* de **Penington** & hæredibus suis **Tilburthwait**, tenendum per servitium militare & redditum ij.d. ob. per annum, quod quidem **Tilburthwait** tenetur de abbate de **Fozneys** per eadem servitium militare & redditum tanquam parcella predictæ medietatis suæ manerii de **Ulveston**.

Item prædictus *Willielmus* de **Lancastre** dedit totum *Rosset* diversis, quorum nomina adhuc non scribuntur, sed scribentur, tenendum de eodem abbate per servitium militare & certum redditum annualem. De quo quidem *Rosset Vanus* de **Almunderlaw**, qui nunc est, tenet duas parcellas per idem servitium, & redditum novem denariorum per annum ; videlicet pro una parcella sex denarios & ob. Qui quidem *Vanus* fecit domino *Johanni* de **Bolton** abbati homagium & fidelitatem pro eildem parcellis & solvit relevium anno MCCCC. quarto, præsentibus domino *Alano* de **Penington**, domino *Thoma Fleming*, *Cristophero* de **Broghton**, & aliis multis.

Carta Michaelis Flemengi.

Ib.fol.171 IN nomine patris & filii & spiritus sancti *Amen*. Notum sit omnibus fidelibus sanctæ ecclesiæ quod ego *Michael Flamengus* do & concedo Deo & sanctæ *Mariæ* de **Fozneys** & monachis ibidem Deo servientibus **Ros**, cum piscariis suis & omnibus suis pertinentiis, & *Crimeltunam* cum omnibus suis pertinentiis, in excambio pro *Berdesela*, cum piscariis suis & omnibus suis pertinentiis, & *Ursuica* cum omnibus suis pertinentiis, excepta ecclesia quam abbas *Johannes* dedit *Danieli* clerico filio meo in elemosina, & pro una carucata terræ & dimidia infra terminum sex annorum datura ; pro qua scilicet carucata terræ & dimidia interim dabunt mihi singulis annis quindecim solidos, concedente *Guillelmo* filio meo & hærede & omnibus filiis meis. Teste *Ranulfo* presbitero &c.

Alia carta ejusdem Michaelis.

Ibid. IN nomine patris & filii & spiritus sancti *Amen*. Notum sit omnibus tam futuris quam præsentibus, quod ego *Michael Flamengus* providens & in Deo consulens saluti animæ meæ, patris & matris meæ, & uxoris meæ, & filiorum meorum, anno ab incarnatione domini MCliij. dono & concedo Deo & sanctæ *Mariæ* de **Fozneys** & abbati illius loci totique conventui ibidem Deo servienti **Fozdebote** cum omnibus suis appendiciis in perpetuam elemosinam. Quam donationem ita solutam & ab omni calumpnia omnium mortalium quietam & liberam dono, sicut oblationem Deo in odorem suavitatis & sicut sacrificium quod Deo offerimus, saltim vespertinum. Signum ✠ ipsius *M.* concedente *Guillelmo* filio meo & hærede, & omnibus filiis meis. Signum ✠ *Guillelmi* filii *M.* Signum ✠ *Gregorii* nepotis *M.* Signum ✠ *Hugonis* filii *Ledred.* Signum *Lamberti* . . . . . .

Quieta clamario *Agnetis* nuper uxoris *Willielmi* de **Lancaster** super terras quas clamavit in *Furnesio*.

Ib fol.143

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit Agnes quondam uxor Willielmi *de* **Lancaster** *salutem in domino. Sciat universitas vestra me, pro salute animæ quondam viri mei* Willielmi *de* **Lancaster**, *& meæ concessisse, remisisse, condonasse, & quietum clamasse Deo & beatæ* Mariæ *de* Furnesio, *abbati & conventui ibidem Deo servientibus totam terram cum pertinentiis, quam clamavi versus eos in dote, coram justiciariis de banco ; de terra scilicet quam habent de dono quondam viri mei prædicti in* Furnesio ; *ita verò quod ego* Agnes *vel aliquis per me nihil juris nomine dotis in terra illa cum pertinentiis, de cætero possimus clamare, vel exigere. Et ne ista remissio & hæc mea quieta clamatio alicui in posterum vertantur in dubium, huic scripto sigillum meum, in pura viduitate mea, apposui. Hiis testibus,* Ricardo *de* **Coupland**, Willielmo *de* Furnesio, Rogero *de* Lancastra, Ricardo *de* **Birkeby**, Johanne Buscell, *& aliis.*

Item supradictus Willielmus *de* Lancastra *tertius, duxit in uxorem* Agnetem *de* **Brus** *de qua habuit ; videlicet*, Helewisam, *quam duxit in uxorem* Petrus le **Brus** *senior, &* Aliciam *quæ nupsit domino* Willielmo *de* **Lyndesay**, *&* Serotam *quam duxit dominus* Alanus *de* **Fulton**, *quæ obiit sine hærede. Et quia prædictus* Willielmus *tertius non habuit hæredem de corpore suo, descendit manerium de* **Ulverston** *ad* Helwisam *&* Aliciam *sorores ejus. Et partitum fuit prædictum manerium inter eos, cujus unam medietatem habet abbas de* Furnesio ; *illam videlicet, quam* Alanus *de* **Lyndesay** *&* Alicia *uxor ejus habuerunt ; quam medietatem postea habuit* Johannes *de* **Cowpland** *de domino* Edwardo *rege tertio.*

Ib.f.146.b.

ET alteram medietatem manerii de **Ulverston** habuit *Petrus le Brus* senior, qui genuit *Petrum* juniorem, *Agnetem*, *Luciam*, *Margaretam* & *Ladrinam*. Quæ *Margareta* nupsit domino *Roberto* de **Ros**. *Agnes* supradicta nupsit *Waltero* de **Fawkunbergh**. *Lucia Marmaduco* de **Thweng**. *Laderina Johanni* de **Belew**. *Petrus le Brus* junior supradictus obiit sine hærede de corpore suo : post cujus mortem, prædicti *Walterus & Marmaduccus*, per attornatum suum, ceperunt seisinam in medietate sua, quæ dilicendebat ad eos ratione prædictarum *Agnetis*, & *Lucia* uxorum suarum, An. Dom. MCLxxij.

SUpradicti *Walterus* & *Marmaducus*, *Agnes* & *Lucia*, post seisinam, ut superius scribitur, captam, dederunt *Rogero* de *Lancastra* bastardo fratri *Willielmi* de *Lancastra* tertii, avunculo prædictarum *Agnetis*, & *Luciæ*, medietatem suam omnium terrarum suarum, quæ habuerunt in *Furnesio*, scilicet in **Ulverston**.

Ibid. fol. 147 b.

ET postea supradictus *Rogerus* de *Lancastra* cepit de *Willielmo* de **Lyndesay**, & *Alicia* uxore ejus, alteram medietatem ad ipsos pertinentem ad terminum vitæ eorundem *Willielmi* & *Aliciæ*, tempore *Hugonis* abbatis de *Furnesio*, An. xj. regis *Edw.* primi.

Divisio montanorum Furnesii, *per regem confirmata.*

Integer Ro abbatiæ de *Furnesio* fol 130.

HEnricus rex *Anglia* & dux Normanniæ & *Aquitanniæ* & comes *Andegaviæ* archiepiscopis, (*&c.*) salutem. Sciatis me concessisse & carta mea confirmasse conventionem quæ facta fuit coram me inter monachos de *Furnesio*, & *Willielmum* filium *Gilberti*, de Montanis de *Furnesio*. Quæ talis est. Montana de *Furnesio* dividuntur à *Kendala*, his terminis, sicut juratum est præcepto meo, juramento xxx. hominum. Descendit aqua descendit de **Wrenesbales** in **Langedene-little**, & inde in *Helterwatra*, & inde per *Braiza* in **Winendermer**, & inde in *Levenam*, & inde usque mare. Hanc verò terram partitus est abbas de *Furnesio* per divisas subscriptas. Ab *Helterwatra* ad **Tillesburc**, & inde ad **Coningeston**, & inde ad caput de *Turstinwatra*, & per ripam ipsius aquæ usque **Cret**, & inde in *Levenam*. *Willielmus* verò elegit sibi partem illam quæ adjacet istis terminis à parte occidentali, tenendam de abbatia de *Furnesio*, integre & plenarie in bosco & plano, in aquis & piscariis & omnibus rebus, reddendo inde abbatiæ de *Furnesio* annuatim xx. sol. & filius ejusdem *Willielmi* faciet homagium inde abbati ejusdem loci. Illam verò partem quæ adjacet eisdem terminis à parte orientale habet eadem abbatia, excepto quod in parte illa habebit *Willielmus* venationem & accipitres. Quare volo & firmiter præcipio quod hæc conventio firma & inconcussa teneatur, & quod eadem abbatia partem suam prædictam habeat & teneat bene & in pace, & integrè, in bosco & plano, in aquis & piscariis, & in omnibus locis & rebus. Testibus, *R. Lincoln.* & *H. Dun.* episcopis. *R.* comite *Legrecestr.* *Ricardo* de *Luci*, *Willielmo* de *Vesci*, *Gaufrido* de *Valoniis*, *Willielmo* de **Agremont**, *Auberto* de **Gael-lei**, *Johanne* constabulario, *Ricardo Pincerna*, *Henrico* filio *Suani*, *Gespatricio* filio *Ormi*, *Ricardo* filio *Ivonis*. per manum *Stephani* capellani apud **Woodestoc**.

Iste fuit primus *Willielmus* qui se fecit vocari, per licentiam domini regis, *Willielmum* de **Lancaster**, baronem de **Kendale**, qui prius vocabatur de **Tailboys**. Qui disponsavit *Gundredam* comitissam **Warwic**, qui quidem *Willielmus* genuit de *Gundreda* prædicta *Willielmum* secundum. Qui quidem *Willielmus* secundus desponsavit *Helewisam* de **Stutevile**, de qua genuit *Helwisam* tantum. Quæ *Helwisa* fuit maritata *Gilberto* filio *Rogeri* filii *Reynfredi*. In cujus tempore levatus fuit finis subsequens de excambio ville **Ulverston** cum parte Montanorum.

Hæc est finalis concordia facta in curia domini regis apud *Westmonasterium* anno regni regis *Ricardi* septimo, die dominica proxima post Octab. purificationis beatæ *Mariæ*, coram *Huberto Cantuariensi* archiepiscopo, & *R. Londoniensi*, & *G. Roffensi* episcopis, & *Radulfo* de **Herefort** archidiacono, & *Simone* de **Pateshill**, & *Ricardo* de **Heriet**, & *Osberto* filio *Ben.* & aliis justiciariis & fidelibus domini regis ibidem tunc præsentibus, inter abbatem & conventum de *Furnesio* petentes, per *Willielmum* de **Leides** cellerarium & *Willielmum* de **Lonesdale** positos loco eorundem ad lucrandum, vel perdendum in prefata curia, & *Gilbertum* filium *Rogeri* filii *Reynfredi* & *Helewisam* uxorem suam tenentes, per *Ricardum* de *Marisco* clericum, positum loco eorundem ad lucrandum vel perdendum in eadem curia, de Montanis de *Furnesio*, unde placitum fuit inter eos in eadem curia; scilicet quod præfati abbas & conventus concesserunt præfatis *Gilberto* & *Helewisæ* uxori suæ, & hæredibus eorum illam partem præfatorum Montanorum de *Furnesio* versus occidentem, quam prædecessores eorum habuerunt secundum concordiam & conventionem quæ facta fuit in curia domini *H.* regis & coram ipso, & sicut carta ejus testatur, quam prædicti monachi habent, per istas divisas; scilicet, ab *Elterwatra*, per vallem ad **Tilsef-Burgthwait**, & inde per **Pinedaleber** ad **Boningeston**, & sic in *Thurstainewatra*, & inde per ripam ad caput de *Thurstainewatra*, usque in illam ripam quæ se extendit subtus **Rig**, usque **Crait**, & inde per **Crait** usque in *Levenam*; item ab **Eterwater** contra Montem per ductum qui cadit de **Wrenesbals** usque ad **Wrenesbals**, & sic per **Wrenesbals**, descendendo in *Bogerha*, in **Duthen**, & inde per **Duthen**, descendendo quamdiu divisæ de **Bigton** se extendunt; tenendam de prædicta abbatia de *Furnesio*, & de ipsis monachis in bosco & plano, in aquis & piscariis; reddendo prædictæ abbatiæ & ipsis monachis annuatim viginti solidos, pro omni servitio & consuetudine. Insuper concesserunt prædicti abbas & monachi prædictis *Gilberto* & *Helwisæ* & hæredibus eorum **Ulveston**, cum omnibus pertinentiis suis, pro decem solidis annuatim reddendis ipsis monachis pro omni servitio. Has verò prædictas terras tenebunt prædicti *Gilbertus* & *Helwisa* & hæredes sui de *Abbatia*, & de ipsis monachis in feodo & hæreditate, tam libere, & quiete, quam ipsi monachi de dominis suis tenent. salvo servitio eorum, scilicet, triginta solidis reddendis eis pro omni servitio in vigilia assumptionis sanctæ *Mariæ* annuatim. Prædicti verò *Gilbertus* & *Helwisa* uxor sua concesserunt, & quietum clamaverunt prædictis abbati & monachis de *Furnesio* cervum & cervam & accipitrem, & omnem omnino libertatem, quam ipsi *Gilbertus* & *Helwisa* habuerunt in illa parte Montanorum, quæ ad ipsos monachos pertinet, amodo absolute & quiete, & sine omni reclamatione ab eis & hæredibus

bus eorum, per istas divisas ; scilicet, ab **Elterwater**, per vallem ad **Tildesburgthwait**, & inde per **Puredaleber** ad **Koningeston**, & sic inde in **Thurstainestwater**, & sic per ripam ad caput de **Thurstainewater** usque ad ripam illam quæ se extendit subtus **Rig**, usque in **Crake**, & inde per **Crake** in *Levenam* versus orientem ; Item de **Elterwater** usque in *Braitha* usque in **Winendermer**, & per **Winendermer** usque in *Levenam*. & sic per *Levenam* usque mare. Insuper reddiderunt prædicti *Gilbertus* & *Helwisa* præfatis monachis, & quietam eis clamaverunt **Neuby** cum omnibus pertinentiis suis ab omni jure & calumpnia quam in eadem habuerunt, & quæ ad eos & hæredes eorum pertinebat, & ut libere, & quiete, de cætero, teneant idem monachi pro ipsis *Gilberto* & *Helwisa* & suis in pace possideant. Et si aliquis imposterum ipsos monachos super eam vexare voluerit, ipsi *Gilbertus* & *Helwisa* & hæredes eorum, pro posse suo, eos adjuvabunt & ad eam tenendam manutenebunt sine expensis suis xx ..... vero solidos quos præfati *Gilbertus* & heredes sui prædictis monachis pro servitio mo ..... **Albeston** annuatim de ..... in festo assumptionis sanctæ *Mariæ*. Persolvent præterea prædicti *Gilbertus* & *Helwisa* uxor .....

Conventiones inter monachos de **Furnesio**, *&* **S. Mariæ Lancastriæ.**

Ibid. UNiversis pateat per presentes quod cum religiosi viri abbas & conventus *Furnesii* teneantur Priori & monachis ecclesiæ beatæ *Mariæ Lancastriæ* in quadam pensione duarum marcarum pro decimis omnium terrarum grangiæ de *Bellomonte* quas propriis manibus, aut sumptibus excolunt ; prout in quadam compositione inter prædictos abbatem & conventum *Furnesii* ex parte una, & Priorem ecclesiæ beatæ *Mariæ Lancastriæ* ex altera confecta, evidentius apparet ; Idem Prior pro se & successoribus suis concessit, quod, si contingat prædictos abbatem, & conventum, omnes terras de grangia prædicta integraliter, extra manus suas dimittere aliis excolendas quod tunc cesset solutio duarum marcarum prædictarum quamdiu eas ita integraliter extra manus suas dimiserint, & idem Prior percipiat omnes decimas dictarum terrarum sic dimissarum, sine contradictione dictorum abbatis & conventus ; & quamcitò terras prædictas vel aliquam partem illarum propriis manibus, aut sumptibus suis excoluerint, vel ad manus suas aliqualiter revocaverint, extunc, ut priùs, dicti abbas & conventus ad solutionem dictæ pensionis dictarum duarum marcarum annuatim teneantur prout expressum est, in forma expressa, in compositione prælibata. In cujus rei testimonium huic scripto chirographato ambæ partes prædictæ sigilla sua alternatim apposuerunt. Dat. in abbatia *Furnesii* in crastino sancti *Mathei* Apostoli anno gratiæ MCCC. quinto.

Eugenius Papa recipit nos in protectionem ; confirmat diversas terras & possessiones per nomina sua ; quod decimas non solvemus de arboribus &c.

EUgenius *episcopus servus servorum Dei dilectis filiis* Johanni *abbati sanctæ* Mariæ *de* Furnesio, *ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. Effectum justa postulantibus indulgere, & vigor equitatis, & ordo exigit rationis, presertim quando petentium voluntatem & pietas adjuvat & veritas non relinquid. Idcirco dilecti in domino filii, vestris justis petitionibus, benigno concurrentes assensu, ecclesiam beatæ* Mariæ *de* Furnesio, *in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri, *& nostra protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus.* lb. fo. 233.

In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem, & Cisterciensium *fratrum observantiam, ibi auctore domino, institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia impresentiarum justè, & canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis prestante domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda.*

Ex dono comitis Stephani *totam foresiam de* Furnesio, Wagneiam, *cum tota venatione,* Daltonam *cum omni dominio ejus infra* Furnesium, *& omnibus pertinentiis suis.* Olvestonam, *totam terram* Rogeri Brithwaldi *cum pertinentiis suis ; piscarias de* Lancastria ; *totam terram* Guarini *Parvi, & quicquid infra* Furnesiam *continetur, præter terram* Michaelis Flamengi. *Ex dono* Roberti *de* **Lovill, Birkfanton** & Horrum, *cum pertinentiis suis. Ex dono* Wilhelmi *nepotis nobilis viri* David *regis* Scottorum, Caldram *& molendinum, in eodem loco,* Dermertonam, *&* **Flolegate** *cum pertinentiis suis. In* **Staveshutles** *mansionem unam, liberam & quietam* **Withofyd** *duas salinas, piscariam de* **Dereweut,** *piscariam, & pasnagium de* **Eggre** *porcis vestris per totam terram* Ranulfi Multini, *qui prius hæc, ecclesiæ vestræ, pia devotione, concesserat. Ex dono* Godardi *de* Conplanda *medietatem* Fossæ, *cum appenditiis suis. Ex dono* Michaelis Flamengi **Fozebotle,** *& ab eodem in commambium pro* Berdesea Crineltonam, *&* **Ros** *cum appenditiis suis. In* Mannia, *ex dono nobilis viri* Olavi *regis insularum, terras de* **Carnesset,** *usque ad monasterium sancti* **Leor,** *cum appenditiis suis, villam* Thore *fil.* **Aller,** *villam* **Pelon** *magni, villam sancti* Melii, *villam* **Narve, Staunredale** *cum appendiciis suis. terram sancti* **Cozebyt** *&* **Fagerwi.** *Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis presumat decimas exigere. Decernimus ergò ut nullus omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temerè perturbare (&c.)*

De ſucceſſione Abbatum.

Ibid. fol. 1. a. ESt hic ſciendum quod contra uſum aliorum monaſteriorum hujuſmodi ordinis, obſervatur conſuetudo in monaſterio *Furneſii* ſolum illos nominare & pronunciare abbates in mortuario ſuo qui per decennium integrum rexerunt ante deceſſum eorum, & poſtmodum obierunt abbates, & ſic ibidem non nominantur abbates qui etiam poſt decennium abbaciatus ſui ceſſerunt vel depoſiti fuerunt, ſeu qui ante completum decennium ſui regiminis obierunt. Et ſic *Ewanus* computatus eſt primus abbas *Furneſii*, *Johannes* de **Cawnceſeld** ſecundus, *Willielmus Niger* tertius, *Radulphus* de **Flecham** quartus, *Robertus* de **Denton** quintus, *Willielmus* de **Wydilton** ſextus, *Hugo le Bron* ſeptimus, *Johannes* de **Cokerham** octavus, *Alexander* de **Walton** nonus, *Johannes* de **Bolton** decimus.

Ecquidem, ut ſuppono, uſus iſte, ſic computandi abbates, prius inolevit ab uſu illius ordinis de quo primò fundatum erat monaſterium *Furneſii* ſupradictum; quod patere poteſt ex eo, quod *Eudo* & *Michael* de **Lancaſter**, qui forte obierunt antequam decennium ſui regiminis compleverunt; Et *Petrus* qui ceſſit ut ſupra patet, in mortuario non ponuntur abbatum qui prioris ordinis erat, ut ſupra patet; & ſic uſus ille deducitur uſque ad nos. *Ewanus* tamen qui multùm citra decennium ſui regiminis obiit, ponitur abbas primus, pro eo fortè quod ipſe, cum commonachis ſuis de *Savigneio* miſſus, poſuit ſcpedicti monaſterii fundamentum. Ad ſalvandam prædictam conſuetudinem ab errore, neſcio rationem adhunc pretendere meliorem.

Hæ ſunt filiæ Furneſii.

Ib. fo. 1. b. MOnaſterium de *Caldra* fundatum eſt An. Dom. MCxxxiiij. quarto idus Januarii.

De **Swyneſheved** A. D. MCxlviij.

De *Caſtro* Dei in *Hibernia*, hibernicè *Fermoy*, *Clovenſis* dioceſis A. D. MClxx.

De *Inſula*, id eſt, **Pnes** ibidem, *Dunenſis* dioceſis, A. D. MClxxxiij. kalend. Junii.

De *Sancta Cruce* ibidem, hibernicè *Wethirlaghan*, *Caſſelenſis* dioceſis, eodem anno.

De *Wythneya* ibidem, *Imelenſis* dioceſis, A. D. MClxxxviij.

De *Petra fertili*, ibidem, hibernicè *Corkenrouth*, *Ficroberenſis* dioceſis, Anno MClxxxxvij.

De **Ruſſyn** in *Mannia*, *Sodorenſis* dioceſis, A. D. MCCxxxviij.

De *Surio* in *Hibernia*, hibernicè *Tnoſelughenaght*, *Liſmorenſis* dioceſis, A. D. MCCxlix.

De prædictis filiabus abbathiis, quatuor tantum de *Furneſio* exierunt; videlicet. Abbatiæ de *Caldra*, de **Swyneſheved**, de *Wethneya*, & de **Ruſſin**. Duæ primæ fundatæ fuerunt de ordine *Tyronenſi*, de quo ordine domus earũ materna tunc erat, & poſtea cum ea redditæ ſunt ordini *Ciſtercc*. Abbatiæ de caſtro Dei, de S. cruce. De *Petra Fertili* & de *Surio*, diu poſt earum fundationem datæ ſunt illi in filias per abbatem *Clarevallis* & per capitulum generale. Certa terra in *Mannia* data fuit abbatiæ de *Rievalle*, ad conſtruendum abbatiam de **Ruſſin**; poſtea tamen data fuit abbatiæ de *Furneſio* ad conſtruendam eam de ordine *Ciſtercienſi*, ubi modo ſcituata eſt, & ſic non de *Rievalle* ſed de *Furneſio* exivit. Abbatia de *Wythneya* primò fundata fuiſſet in **Wiersdale**. Sed ipſa fundatione retracta, radices fixit in *Hibernia* ubi modo conſtructa eſt, & de *Furneſio* exivit. Abbatia de **Pnes** in forma ſubſcripta filia *Furneſii* effecta eſt, prout in regiſtro & cronicis *Ultoniæ* de illius fundatione lucidius expreſſatur.

Igitur tertio kalend. Junii, Anno Domini MClxxx. & anno regni Regis *Henrici* ſecundi poſt conqueſtum *Angliæ* xxvj; poſt conqueſtum verò *Ultoniæ* anno tertio, vir illuſtris dominus *Johannes* de **Curcy** conqueſtor *Ultoniæ* fundavit abbatiam de **Pnes** in inſula de **Pneſcuſere**; ſic enim tunc vocabatur; quam utique abbatiam Rex quidam *Ultoniæ* nomine *Magnellus Makenlefe* prius fundavit, vj. idus Septembris anno Domini MCxxvij. prope fontem ſancti *Finiani* in terra quæ dicitur **Erynach**, & nominavit eam abbatiam de **Carrike**, & erat de ordine *Tyronenſi* & filia *Savignii*; Cujus primus abbas ſanctus *Evodius*, in die obitus ſui, precepit fratribus ſepelire corpus ejus in inſula de **Pnes**, & intulit cauſam, dicens; Domus iſta, fratres inquit, funditus deſtruetur, & hic erit deinceps habitatio ferarum & latronum. Ibi verò collegium juſtorum & alcenſus animarum ſanctarum. Hæc vepres, & ſpinæ ſolum deſertum operient, ibi virtutum fructus producentur & inducentur in horreum paradiſi; ſed nolite triſtari, quia deſolationem quæ fiet hic, ibi populus bonus ſuperveniens reformabit in ſtatum meliorem. Poſt cujus abbatis tranſitum manſit dictum monaſterium de **Carryke**, de ordine *Savigneacenſi*, per tempora trium abbatum; videlicet, *Odonis*, *Devincii*, & *Johannis*; in cujus tempore redditum fuit ipſum monaſterium ordini *Ciſtercienſi*, ſub conditione, quod imperpetuum eſſet deinceps filia *Furneſii*: ſet tempore conqueſtus *Ultoniæ* præfatus dominus *Johannes* de **Curcy** penitus illud deſtruxit, quia fortalicium fuit, & multum eum infeſtavit; ſed in recompenſationem fundavit, ſeu potius tranſtulit illud in Inſulam ſuam de **Pneſcuſere**, & dedit domui ſuæ maternæ de *Furneſio*, ad conſtruendum illud, eaſdem terras quas, in loco priori, habuit ex dono *Magnelli* regis antedicti; & ſic dicta abbatia de **Pnes** effecta eſt filia *Furneſii*, ſicut antea fuerat in loco priori.

Anno milleno centeno bis quadrageno
Curcy *fundavit* Ynes, *hoſtes hinc ſuperavit.*

RUSSINENSIS *Abbatia in Inſula* Manniæ, *cella* Furneſienſis *cœnobii.*

ANno Domini MCxij. fundata eſt abbatia ſanctæ *Mariæ Savinienſis*. Ex chronicis de Inſula *Mannia* in bibl. *Cottoniana* [ſub effigie Julii]

Eodem anno fundata eſt abbatia ſanctæ *Mariæ* de **Furnes**.

Anno Domini MCxxxiij. fundata eſt abbatia ſanctæ *Mariæ*

Mariæ Rievallis.

Anno Domini MCxxxiiij. fundata est abbatia sanctæ *Mariæ* de *Caldra.*

Eodem anno fundata est abbatia de **Rushin** (in Insula *Mannia.*)

Anno Domini MCxxxix. fundata est abbatia sanctæ *Mariæ* de **Melros** (in *Scotia.*)

Anno domini MCxlj. fundata est abbatia sanctæ *Mariæ* de **Holmcoltran.**

Anno Domini MCxlij. obiit sanctus *Bernardus* primus abbas *Clarevallis.*

Anno Domini MCxxvj. *Godredus* Rex *Mannie* dedit in oblationem venerabili abbati *Silvano* partem terræ apud **Pireſcog,** ubi mox monasterium construxit. Sed processu temporis terra tota, cum monachis concessa est abbatiæ sanctæ *Mariæ* de **Rushin.**

Anno Domini MCxcij. abbatia sanctæ *Mariæ* de **Rushin** translata est ad **Dufglas,** ibique per quatuor annos habitantes, iterum ad **Rushin** reversi sunt.

Anni Domini MCxxxiiij. *Olavus* Rex *Mannie* dedit *Yvoni* abbati de **Furnes** partem terræ suæ in *Mannia* ad abbatiam construendam in loco qui dicitur **Rushin.** Deditque ecclesiis Insularum terras & libertates, & erat circa cultum divinum devotus, & fervidus, tam Deo quam hominibus acceptabilis.

[Synodales quædam episcopi *Sodorensis* in Insula *Mannia* constitutiones perantiquæ, nunquam antehac typis mandatæ; quas ab hoc instituto licet alienas, antiquitatis tamen gratiâ, & veluti monumentum eo nomine satis insigne, reique ecclesiasticæ studiosis haud ingratum, hoc in loco, post quandam scil. illius insulæ abbatiam, attexendas, & in lucem emittendas duximus.]

A transcripto veteri penes v. cl. *Joh. Seldenum.*

Hæc sunt statuta Sinodalia & constitutiones Sodorienſis *diœcesis in Insula de* **Mann,** *per reverendum patrem* Simonem Sodorensem *episcopum, ibidem confecta & constituta anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo nono.*

De probationibus Testamentorum.

PRo probationibus testamentorum ultra summam triginta duorum denariorum nichil penitùs exigatur, sed de eadem summa partem bonorum quamlibet aliquid pauperibus subtrahatur.

Sic MS.

De bonis intestatorum discedentium.

BOna intestatorum ad arbitrium episcopi diocesani, vel ejus in absentia sui generalis vicarii ministrentur.

De mortuariis.

IN mortuariis principale animal ecclesiæ persolvatur, vacca vel bos vel equus si fuerit ad valorem sex solidorum aut minus. Et quantum ad vestes, si homo mortuarium persolverit ad arbitrium ecclesiæ stabit an vestes aut tres solidos & sex denarios habere maluerit. Et si pauper fuerit, & nullum mortuarium persolverit accipiantur vestes licuti sunt, & quintus quique denarius ex liberis, & de *Gilbogus* in bonis possessio ad mortuarii valorem se extendentibus mortuarium ecclesiæ persolvatur. Quod si bona sua ad hoc minimè se extendant, tunc quintus quisque denarius de liberis bonis ecclesiæ persolvatur. Et si quæratur, quid est *Gilbogus*, dicendum est, quod *Gilbogus* est quis, si unius tantum noctis ætatis extiterit, & ad habendum bona ordinatus, aut in bonis possessus existat, si ut dictum est obierit, ecclesia tunc suum debitum obtinebit. Item præfatus *Gilbogus*, licet mortuariam persolverit, ultra hoc tamen, tam presbytero & clerico, quam etiam ecclesiæ sua debita contententur. Et si nullum mortuarium persolverit, nichilominus cum eis concordet.

De debitis clerico persolvendis.

DEbita clerico persolvenda sunt hæc. Si homo mortuarium persolvat, clericus habeat ipsius hominis caligas, calceamenta ad precium sex denariorum, & capitium pileum, aut capellum precii majoris vel minoris, ficut ipse homo in die natilis domini ambulaverit; Item camisiam, zonam ad unius denarii valorem; bursam ad unius denarii valorem, & cultellum ad unius denarii valorem.

De anetis, porcis, buculis, vitulis & pullis.

AUcæ apud festum sancti *Michaelis*, aut post capiantur, & porci, buculi, vituli & pulli apud festum sancti *Martini* in liberos recipiantur, & apud pascha erigantur, rectore ecclesiæ de prædictis porcis pullis ac buculis in periculo persistente. Excepto quod si iconomi buculos desiderverint habere ad suas efficiendas vaccas lac præbere ipso rectore iconomum causante ad custodiendum illos ac si proprios.

De defunctis nulla bona habentibus.

SI vir aut mulier obierit, & nulla bona ad contentandam ecclesiam pro sua sepultura habuerit, tunc ii qui eorum bona habere voluissent, si divites extitissent, videlicet de eorum sanguine propinquiores, ecclesiæ presbytero & clerico, ad illorum humationem contentabunt.

De lacticiniis.

SI lacticinia in ecclesiam conformiter juxta consuetudinem non portentur, de una vacca duo denarii, de quatuor capris duo denarii, & de octo ovibus octo denarii persolvantur.

De electione & collectione agnorum decimalium, buculorum, porcorum, & pullorum.

CUm ad congregandos agnos decimales, buculos, porcos vel pullos procuratores pervenerint, iconomus duos, & procuratores tertium eligant.

De

De removentibus domicilia ac bona sua ab una parochia in alteram.

SI vir vel mulier forte ab una parochia in aliam domicilium suum permutaverit, & bona sua secum abduxerit; si vir vel præter uxorem suam, pueros, lectum, gallum, gallinam, craticulam, & mensulam pistoralem secum asportaverit, & ibidem nisi per tres noctes perseveraverit antequam ab hac luce decesserit, in illa parochia in quam nuper accessit, debita ecclesiastica persolvantur, quamvis bonorum suorum major porcio in altera parochia relinquatur.

De granis decimalibus.

IN antiquo statuto iconomi grana decimalia, ac si propria arconizabunt, & ad sua fenilia ducebant ac custodiebant, quousque rector, vel ejus procurator ob ea commodius venire posset, forte usque festum omnium sanctorum: Modernis verò diebus rectores grana decimalia in arconomolis accipiunt ob majorem iconomorum commoditatem.

De cervisia vendentibus.

SI vir vel mulier cervisiam vendendam pandoxaverint, sive communis pandoxator, vel pandoxatrix fuerit, sive non, si duos denarios & obolum de unaquaque pandoxatione accipiat, lagunculam decimalem ecclesiæ persolvat.

De textoribus, sive textricibus.

SI textor vel textrix tres telas a suis telariis descindat vel decidat, & pro earundem textura solutione percipiat, duos denarios ecclesiæ annuatim inde persolvat; & si centum descindat vel decidat, amplius non persolvat.

De sumptori debitis.

SUmptor de jure antiquo & statutis veteribus, ab omnibus iconomis garbam de trium ligarum longitudine scilicet frumenti ordi & avenæ annuatim percipere debet, & ad omnem caseorum decimationem, & collectionem, unum agnum electum habere debet, & ad lanæ decimationem unum vellus electum debet obtinere.

Incipiunt constitutiones synodales Sodorensis *ecclesiæ, in synodo ordinatæ, celebratæ & statutæ in ecclesia sancti* Bradani *in* Mannia, *sexto idus Marcii anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, cui præfuit venerabilis pater, dominus* Marcus Sodorensis *episcopus.*

De infirmis visitandis. Capitulum primum.

STatuimus ut singuli capellani prompti sint ad infirmos visitandos cum vocati fuerint, ne per eorum negligentiam, aliquos contigerit sine sacramentis ecclesiasticis mors. Et cum ad eos accesserint induti superpelliciis, reverenter corpus dominicum deferant, in pixide ad hoc deputata lintheo albo vel serico cooperta, & tintinnabulo præcedenti in villam ecclesiæ, vel in locos prope ecclesias constitutos. Ad loca verò remota corpus dominicum non deferatur nisi per capellanum ecclesiæ, capa clausa indutum. Et cum ad eo infirmos accesserint, moneant eos salubriter, & inducant ad veram confessionem & pœnitentiam, & testamentum ritè faciendum, nec aliquos sine candela accensa de cera communicet. Et ipsos ad fabricam parochialis ecclesiæ juxta facultates suas, ut aliquod relinquant, diligenter moneant. Ad quæ colligenda & reservanda duo fideles parochiæ, juxta providentiam rectorum ecclesiarum deputentur.

De indumentis capellanorum. Cap. 2.

STatuimus ut singuli capellani capis clausis utantur, & aliis indumentis suis ordinibus convenientibus; sed mantellam capellanis omnino interdicimus: & præcipimus quod capellani omnes, diebus festivis & solemnibus, maximè, capis clausis utantur. Et etiam cum ad capitula, vel ad synodum accesserint. Quod si secus fecerint, illud aliud indumentum inhibitum quod portaverint, fabricæ ecclesiæ sancti *Germani*, sine aliqua redemptione applicetur.

De honestate sacerdotum. Cap. 3.

PRæcipimus, quod omnes capellani caveant ne aliquo modo ad tabernas accedant, vel in suis domibus tabernas teneant, quo non sint ebriosi, luxuriosi, litigiosi, sed parati verbo & opere exempla bonæ vitæ, & laudabilis conversationis transmittant in subditos suos. Et quod unusquisque secundum quod sapit, de evangelio & sacra scriptura, articulos quoque fidei plebi *suæ* exponat; nec non diligenter moneant parochianos suos, ut pueros suos instruant cymbolum apostolorum, & orationem dominicam, cum salutatione beatæ *Mariæ* virginis.

De baptismo. Cap. 4.

CApellani caveant ne per negligentiam aliquis infans sine baptismo, quod absit, moriatur, & etiam sub pœna excommunicationis inhibemus, ne aliquis capellanus pro baptizandis infantibus vel infirmis visitandis aut mortuis sepeliendis premium aut munus exigat, & quod nullus capellanus tunicas seu crismalia baptizatorum in alios usus convertat quam in usus ecclesiæ, nec mutando tunicam seu crismale unius pueri nec alterius pueri, denuo recipiat sub pœna excommunicationis.

De castitate sacerdotum. Cap. 5.

STatuimus quod nullus capellanus focariam & concubinariam alterius capellani vel cujuscunque adulteram in parochia sua permittat, nisi tribus monitionibus præmissis parochiam suam deserat, aut nominatim excommunicet. Quod si non fecerit, sciat se pœnæ excommunicationis subjacere.

De

De pœna transgressorum. Cap. vj.

DIstrictiùs inhibemus ne ecclesiarum rectores, vicarii, sacerdotes, vel clerici in sacris ordinibus constituti, publicè vel privatim habeant focarias, unde siniſtra poterit oriri suspicio; quod si facere præsumpserint beneficia clericorum taliter viventium in nostra manu capiantur, eisque interdicatur ingressus ecclesiæ, quousque pœnituerint de commisso, & ad nos accesserint pœnitentiam canonicam accepturi. Hanc autem districtionem non tantùm de capellanis parochias regentibus, sed etiam de quibuscunque aliis præcipimus inviolabiliter observari. Personæ vero ecclesiarum qui ausu temerario, vel capellani, qui in ecclesiis publicè concubinarios retinent ministrantes, seu ministraturos, vel in parochiis sustinuerint, ad arbitrium nostrum puniantur.

De ministeriis clericorum. Cap. vij.

STatuimus item, quod omnes capellani, diaconi, & cæteri ministri altaris, honestè & devotè, sine murmuratione non capuciis in capitibus nec tinis vel piliis, aut cirothecis in manibus aut in pede calcaribus, cum tonsura & corona decenti juxta gradus sui dignitatem, ad divinum officium accedant.

De jejuniis injungendis.

ET præcipimus quod singuli capellani in suis parochiis jejunia quatuor temporum & rogationes, apostolorum vigilias, sanctorumque festivitates consuetas in dominicis præcedentibus ritè denuntient.

De vicariis, ut respondeant de ornamentis ecclesiæ.

STatuendo præcipimus, quod omnes vicarii tam de custodia vestimentorum & ornamentorum quam de omnibus aliis ecclesiæ, pro rata sua portione respondeant.

De purificatione post partum.

PRæcipimus ut singuli capellani moneant parochianas suas, ut inducant post puerperium ad ecclesias accedere cum candelis & oblationibus tempore purificationis statutæ, ut infra quindenam minimè purificentur.

De mortuariis discedentium.

STatuendo pronunciamus, quod de bonis cujuslibet discedentis ecclesia habeat optionem de omnibus, juxta consuetudinem vicinarum provinciarum, excepto uno, cum omnibus indumentis suis & fulcro vel culcitra. Quod si non habeat pirottum vel culcitram, vij. denarii. Et cum quolibet mortuo juxta facultates fiant oblationes, tam in denariis quam in candelis in ecclesia sua parochiali. Et sub pena excommunicationis inhibemus, ne aliquis mortuus alio loco deferatur sepeliendus, donec missa pro eo fuerit celebrata in ecclesia sua parochiali.

De intestatis.

ITem statuimus, ut cum aliquis intestatus decesserit, quod omnia bona sua sequestrentur in manu episcopi per loci rectorem vel vicarium, donec per episcopum quid debeat fieri fuerit ordinatum. Et nullus executorum bonis discedentium se ingerat, donec coram rectore, aut officiali, vel archidiacono de ultima voluntate doceantur.

De vicariis religiosorum.

STatuimus, ut in ecclesiis religiosorum ad proprios usus appropriatis, secundum concilium *Lateranense* vicarii ordinentur.

De periculo parvulorum.

INhibemus sub pœna excommunicationis, ne aliqua mulier vel uxores parvulos suos in lectulis suis secum collocari permittant antequam ætatis suæ tertium compleverint. Quod statutum ad minus semel in anno, singulis sacerdotibus volumus promulgari.

De decimis primiciis & oblationibus.

SUb pœna excommunicationis statuimus, quod omnes diocesani nostri decimas omnium bonorum suorum, quæ eis de anno in annum renovantur, integrè, plenariè, sine deductione, diminutione aliqua solvant, sicut in veteri & novo Testamento præcipitur, videlicet de omni genere bladi, leguminum, porcorum & fructuum, tam in hortis quam in rure crescentium. Decima autem bladi, leguminis deferatur per parochianos ad domos vel grangias suas, & eadem diligentia eam custodiant qua suam partem, donec rectores ecclesiæ vel sui procuratores de toto decimam recipiant. Item de blado suo non decimato nihil præparent in quantum rectores ecclesiæ, vel suos procuratores scire fecerint. Item statuimus ut de qualibet domo dentur in æstate octodecim caseï de melioribus, & octodecim in autumno facti mundi, salsi, & bene præparati. Item in domibus in quibus fit butyrum, detur decima butiri sine aliqua fraude, vel diminutione lactis. Si verò lac diminuatur, vel in alios usus distribuatur, fiat recompensatio de caseo vel butiro. Quod si aliis temporibus anni, caseum vel butirum contingat fieri, de hoc decima integra sine aliqua fraude persolvatur. Item statuimus de lana, agnis, edis, vitulis, porcellis, pullis equorum, aucarum, de ovis gallinarum, de lino, canabo, feno, decima integra persolvatur. Et ubi decem animalia decimanda sunt, habeat possessor optionem de duobus, ecclesia verò de reliquis; & ubi sunt nisi novem, detur nonum animal eodem modo sicut prius. Et si fuerint undecim detur nisi unum. Quod si fuerint unum vel duo, seu tria aut quatuor, pro singulis capitibus vitulorum & pullorum, detur denarius: pro agnis verò & hædis quadrans, pro porcellis obolus. Quod si fuerint quinque vel sex, vel citra novem, tunc quintum animal estimetur, & dividatur inter rectorem & possessorem: & in op-

tione rectorum sit an velit redimere, aut dimidium pretii recipere. Item de uno agno vel duobus detur obolus, de tribus vel quatuor, detur denarius: Si fuerint quinque vel citra novem, estimetur, prout dictum est. De sex vero, septem vel octo fiat sicut dictum est, de uno, vel duobus, vel tribus, vel quatuor. Si verò undecim vel novem, animal solvatur de porcellis. Si decem vel quinque fuerint, fiat decimatio sicut statutum est de vitulis. Quod si pauciores quinque vel citra novem, pro singulis detur obolus.

De molendinis, piscaturis, & aliis minutis decimis.

ITem de molendinis & piscaturis, tam aquarum dulcium quam salsarum, decima integra persolvatur. Item si contingat aliquem oves suas bis in anno tondere, bis decima solvatur. Item de agnis decimatis in sequenti anno tonsis, sine aliqua contradictione decima solvatur. Item de pellibus agnorum, hædorum, vitulorum & aliarum bestiarum, omnium inmortuatarum & interfectarum, decima integra persolvatur. Item ubi animalia alicujus pascuntur & cubant, tota decima solvatur ecclesiæ loci illius. Quod si loca communibus pasturis sint deputata, tunc decima ecclesiæ parochiali solvatur. Quod si pascant in una, & cubent in alia, decima casei & butiri dividatur. Quod si pascantur in una & cubent in alia, tunc si in aliena parochia tondeantur, & agnos pariant, tunc inter alienam parochiam & propriam parochiam decima dividatur, tam de lana, quam de agnis.

Inhibitio ne vendant animalia ante decimationem

INhibemus sub pœna excommunicationis, ne aliqui agnos, porcellos, pullos, hædos, vitulos, vel aliqua alia animalia decimanda vendant, vel eorum decimam aliquo modo in alios usus transferant, ante legitimam decimationem. Quod si ausu temerario hoc fecerint, statuimus omnes sic alienantes ad decimam teneri, & nomine pœnæ excommunicationi subjacere.

De piscatoribus applicantibus in aliqua parochia.

STatuimus quod si piscatores applicuerint cum piscaturis in parochiam alienam, vel cimbam alterius parochiæ causa piscandi acceperint, tunc decima dividatur. Quod si duo vel tres in aliam parochiam causa piscandi accesserint, pro rata porcione eorum decima dividatur.

De textoribus, & textricibus.

ITem statuimus quod textores vel textrices, qui non solvunt decimam de aliis rebus, solvant quatuor denarios, alii vero quinque denarios, quod si plus lucrentur, conscientiæ eorum relinquatur.

De mercatoribus, & cæteris operariis.

STatuimus quod mercatores, negotiatores, & laboratores cæterique de omni lucro suo decimam solvant. Similiter & servientes qui conducti fuerint ab aliis, decimam solvant de stipendio suo.

De diminutione lactis.

STatuimus ut hii qui propter paucitatem animalium nec caseum nec butirum facere possunt, pro decima vaccæ vitulatæ, solvant duos denarios & obolum. Pro non vitulata, lac tunc faciente, unum denarium & obolum. Scilicet de ovibus octo tantum reputentur pro vacca.

De Fabris & aliis artificibus.

ITem aurifabri, fabri, fabricatores, ferrarii, falcatores, carpentarii, cementarii, de lucro suo decimam solvant, quorum solutio proprio sacramento relinquatur. *Sequitur de oblationibus.* Ordinamus & sancimus, quod omnes parochiani & parochianæ ter in anno singuli, singulis vicibus offerant obolum, videlicet ad festum Nativitatis Domini, Paschæ, Pentecostes, vel ad festum dedicationis ecclesiæ. Et quod unusquisque habens domicilium et certa bona solvat, in quadragesima duos denarios & obolum ad luminaria ecclesiæ. Si verò morantur in aliis domibus dum tamen habeant in bonis ad valorem sex solidorum solvant duos denarios juxta consuetudinem vicinarum provinciarum.

De excommunicatione quater per annum.

ET in singulis ecclesiis quorumcunque religiosorum seu sæcularium, statuimus quater in anno, videlicet in dominicis proximis post observationem quatuor temporum, & etiam in synodo, in genere excommunicentur omnes sortilegi, venifici, incendiarii ecclesiarum, factores falsarii, usurarii manifesti, impedientes testimonia legitime facta. Laici invadentes detinentes defraudantes & auferentes possessiones seu quæcunque ecclesiastica, aut libertates, & omnes illi qui se in beneficio ecclesiastico intruserint, & testes scienter perjuri, unde amittitur ab aliquo hæreditas sua, aut beneficium, seu terrenum; raptores etiam publici & notorii, & omnes fures & latrones, vel eos qui manuteneant vel pro eis fidem dabunt cum dicta causa revelatur. Item omnes qui in causa matrimoniali falsum testimonium perhibent, vel falsas exceptiones opponunt malitiose, vel opponi procurant, vel in causa matrimoniali testes subornant, & omnes ipsos impedientes ordinarios, quo minus de bonis discedentium ab intestatis, secundum consuetudinem ecclesiæ Anglicanæ & nostræ valeant ordinare excommunicationis sententiæ volumus subjacere. Item excommunicamus omnes conspiratores contra episcopos proprios vel alienos regni, seu contra tales prælatos, & omnes conspiratoribus consentientes, ita q^d. omnes tales, schismatici sunt & infames. Item authoritate hujus sacræ synodus nostræ excommunicamus omnes illos qui pacem Regis & regni perturbant; & omnes illos, qui causa odii vel lucri aliis falsa crimina imponunt, pro quibus mors, exilium, membrorum mutilatio, exhæredatio, vel bonorum spoliatio, aut bona fama amissa sequi debeat, si judicialiter convincantur.

De

De confessionibus.

INhibemus ne aliquis religiosus infra terram vel extra venientium sine nostra licentia confessionem audiat, pueros baptizet, infirmos communicet. Item inhibemus ne aliquis parochianus extra ecclesiam suam parochialem, causa confessionis, vel alicujus alterius sacri ecclesiastici habendi, ad alienam parochiam, sive ad quemcunque alium locum secularem, vel religiosorum accedere præsumat. Et si ter monitus fuerit, excommunicetur, & quod nullus capellanus alterius parochiæ ejus confessionem audiat, vel ipsum communicet, vel sacra alia ecclesiastica ministret, nisi in articulo mortis, vel de licentia proprii capellani.

De legatis in testamento.

INhibemus, ne aliquis vicarius vel capellanus in fraude ecclesiæ, vel aliquis alius legatarius aliquod legatum exigat aut recipiat, nisi prius debito ecclesiæ declarato, & soluto, quod si secus fecerint, pœnam excommunicationis incurrant. Item præcipimus, quod si aliquis adhuc in vita existens, causa donationis, vel aliqua alia ex causa, in filios, alienos, vel in alias personas, aliquid de bonis suis transferri voluerit, hoc publice in ecclesia faciat, vel saltem coram rectore ecclesiæ, vel ejus attornato, vel coram bonis testibus & fide dignis.

De matrimonio.

INhibemus ne aliquis sacerdos a septuagesima usque ad octavas paschæ inter aliquos matrimonium celebrare præsumat, nisi de nostra licentia, vel officialium nostrorum, & ne aliquis sæcularis vel clericus infra illud tempus aliquod sacrum judiciale aut in diebus festivis vel solemnibus præstare, vel subire præsumat. Item quod nullus capellanus clandestinis sponsalibus interesse præsumat, vel causa destinate pro anuli benedictione aliquos contrahi permittat, sed ea secundum quod moris est tribus denuntiationibus in ecclesia, publice & solemniter ad missæ celebrationem per debita intervalla præmissum contractum faciat. Item quod capellanus inter aliquos matrimonium vel sponsalia facere non præsumat, nisi tribus denuntiationibus prius factis in ecclesia, quærendo tam ubi vir manet, quam mulier, nisi ambo in una parochia fuerint. Et si qui postea contra matrimonium taliter contractum, aliquid alicui objicere voluerint, qui tempore contractus, in eadem parochia fuerint quod ad eorum notitiam verisimile sit tales denuntiationes deveniſſe, nullatenus audiantur.

De juramento cum contractu.

ITem statuimus, quod quilibet capellanus jurare faciat, non solum ipsos contrahentes, verumetiam tres vel quatuor aut quinque de senioribus & fide dignioribus utriusque parentele contrahentium, quorum nomina redigentur in scriptis, quod inter eosdem nesciunt aliquod impedimentum, quo minus possint legitime copulari. Similiter & ab omnibus circumstantibus sub periculo animarum suarum diligenter inquirant. Et hoc ab omnibus capellanis nostræ diocesis in matrimoniali contractu sub pœna suspensionis triennalis præcipimus observari. Et nullus de causis matrimonialibus cognoscat nisi qui jura noverit, & finem in causis matrimonialibus in scriptis proferant. Item statuimus quod secundum jura canonica omnes causæ matrimoniales & testamentariæ viduarum, pupillorum, cruce signatorum & miserabilium personarum, ad examen ecclesiæ pertineant.

De laicis vel clericis arma in ecclesia portantibus.

INhibemus ne quis laicus vel clericus de cætero in ecclesiis nostræ diocesis aliqua arma ferre vel aliquem tumultum seu perturbationem, maximè tempore celebrationis missæ, in eis facere præsumat. Quod si aliquis post tertiam monitionem in hujusmodi crimine incorrigibilis inventus fuerit, per censuram ecclesiasticam prout nobis videbitur, puniatur.

De secularibus placitis festivis diebus non tenendis.

STatuimus quod de cætero sæcularia placita in dominicis diebus aut festivis solempnibus minimè teneantur in ecclesiis, in cimiteriis, vel aliis locis Deo dicatis, & maximè causæ sanguinum, aut criminales, per quoscunque judices seculares locis aut temporibus prædictis. Quod si necesse fuerit edicta regalia vel aliqua ex parte principis forte coram populo proferre, non infra missarum solempnia, sed sive ante sive post ubi commodius potest fieri, extra tamen ecclesiam ne præpediantur divina, præcipimus & permittimus.

De testamentis condendis.

PRæcipimus & statuimus quod quilibet languens in extremis agoniis cum testamentum condere voluerit, vocet capellanum ecclesiæ & clericum, & ipsis præsentibus, duobus vel tribus viris adhibitis bonis & fide dignis, testamentum suum ore suo ordinet, & ipse sacerdos substantiam suam diligenter exquiret, Et si in aliquibus, creditoribus sit obnoxius vel de ære alieno oneratus. Quod si non fecerit tanquam intestatus reputatur. Quod statutum volumus ut singuli capellani in ecclesiis suis publicent. Item statuimus, ut quicunque amodo se creditorem alicui dixerit defuncti, vel aliquem cum eo iniisse contractum, & in eadem parochia manens, vel ita prope quod de infirmitate ejus constare poterit, non in vita sua, nec hora testamenti, vel tempore infirmitatis illius, super hoc questionem moverit, vel mentionem fecerit coram viris fide dignis, post mortem defuncti nullatenus audiantur.

De communicatione cum excommunicato.

INhibemus quod nulli cum publicè excommunicatis & maximè capellani communicent. In

quo delicto ſi capellani rei inventi fuerint, ultioni graviſſimæ ſubjacebunt.

De campanis pulſandis.

STatuimus quod campanarii eccleſiarum, cum epiſcopus ad eccleſias acceſſerit, vel prope tranſierit, campanas pulſent, quod ſi non fecerint ad arbitrium epiſcopi, clerici punientur.

De oleo & criſmate.

STatuimus quod quilibet capellanus criſma oleum ſanctum & oleum infirmorum ſemel in anno recipiat in vaſis mundiſſimis bene ceratis. Tempore receptionis ſinguli eorum quatuor denarios reddent.

De viſitatione archidiaconi & ornamentis eccleſiæ.

ITem ſtatuimus quod archidiaconus ſecundum Apoſtolum, non quæ ſua ſunt quærat, ſed quæ Jeſu Chriſti in ſua viſitatione provideat; quod canon miſſæ emendetur, & quod ſacerdotes rite proferre ſciant dicta canonis & baptiſterii, & doceant laicos in qua forma baptizare debeant in articulo neceſſitatis, vel ſaltem hoc ſciant facere in ſuo idiomate. Habeat etiam archidiaconus omnia ornamenta eccleſiarum in ſcriptis redacta & utenſilia, earum veſtes & libros, & ſingulis annis ſuo conſpectui faciat præſentari, ut videat quæ adjecta fuerunt per diligentiam parochianorum, vel quæ medio tempore per negligentiam vel maliciam vicariorum deprædata, vel per injuriam eorum aliquo modo diminuta, quid per clericos, quid per laicos.

De miſſis celebrandis.

DIſtrictius inhibemus, ne aliquis ſacerdos miſſarum ſolempnia bis in una die celebret, exceptis diebus Paſchali, & Natalium Domini, & in obſequiis mortuorum, Videlicet, cum corpus alicujus defuncti eo die fuerit in eccleſia tumulandum. Et hoc ſi in diebus dominicis & feſtivis contigerit, Tunc caveat ſacerdos cum ipſe recinxerat manus ſuas & calicem cum aqua & vino poſt communionem, ne ſumat ablutionem, ſed reponat illam in vaſo mundo uſque ad finem alterius miſſæ, & tunc ſumat utramque ablutionem, quia propter reverentiam ſacramenti non debet aliquis celebrare niſi jejunus. Si ablutionem illam ſumpſiſſet quæ eſt pura aqua, vel purum vinum tunc jejunus non eſſet. Item diſtrictius inhibemus, ne aliquis ſacerdos duabus matricibus eccleſiis deſervire præſumat; & provideat ſacerdos quod ab inchoatione miſſæ uſque ad finem, luceina cerea ardeat.

Explicunt ſtatuta Synodalia.

Hæ ſunt additiones addita per venerabilem patrem dominum Willielmum Ruſſell Sodorenſem *epiſcopum una cum toto clero* Mannix, *anno Domini milleſimo triceteſimo quinquageſimo, in eccleſia ſancti* Michaelis *Archangeli, ſeptimo kalendas Martii.*

AD paſtorale ſpectat officium circa ſtatum eccleſiarum & animarū ſalutem paſtori proridо commiſſarum curam impendere pervigilem, ut de grege ſibi commiſſo rationem redditurus, de talento ſibi credito lucrum reportare valeat indeficiens. Id eſt quod ex his quæ ab antiquis patribus prius ſtatuta ſunt, quædam ad præſens ad memoriam revocamus, pauca de novo ad hæc adjicientes, ne regimen commiſſum ſub diſſimulatione (quod abſit) negligere videamus. CUM regimen animarum ſit ars artium & ſancta & ſalubris eſt operatio pro defunctis exorare: Inprimis deliberato cleri noſtri conſilio, duximus ſtatuendum ut quocienſcunque aliquis rector, vicarius, vel capellanus eccleſiæ noſtræ *Mannie* vel aliqua alia honeſta perſona, orationum noſtrarum ſuffragiis commendata, & ad ſimilia ſuffragia commendata & nobis obligata ab hoc ſæculo migrare contigerit, ad locum & diem ſepulture ejus, omnes ubi ſuperſtites, abſque quocunque figmento vel colore, conveniant, & defuncto corpori congruum honorem impendant. Et ſi poterint ſinguli miſſas celebrare faciant cum aliis ſuffragiis ad hoc conſuetis. Et ab ipſo die ſepulturæ ejus quilibet prædictorum triginta miſſas ſine moræ diſpendio, per ſe, ſeu per alium faciat celebrari, & triginta diebus proximè ſequentibus, officium defunctorum cum novem lectionibus & conſuetis pſalmis ſine dierum interruptione per quemlibet ſuperſtitem continuè decantetur, cum decenti devotione. Injungentibus noſtris officialibus & decanis, ut dicta noſtra ordinatione, diligenter inquirant, ne quis inveniatur negligens vel remiſſus in præmiſſis. Et de qualibet dictarum noſtrarum ordinatione infra ſexaginta dierum ſpacium a die ſepulturæ non perſolvente pœna dimidiæ marcæ levetur abſque perſonarum exceptione per dictos officiales noſtros, & de ipſa pecunia tot miſſas, vel plures, ſi epiſcopus abſens fuerit, in ſuarum animarum periculum faciant celebrari, reſponſuri epiſcopo cum ad partes venerint, ſingulis præmiſſarum.

De capellanis qui tenentur fidem Catholicam plebi exponere.

STatuimus etiam quod omnes rectores, vicarii, ſen capellani in eccleſiaſticis officiis conſtituti populo ſuo omnibus dominicis diebus & feſtivis, verbum Dei & fidem catholicam & apoſtolicam, firmiter & indeſinenter exponant, & ſuos ſubditos in articulis fidei diligenter inſtruant, & ad informandum in lingua materna ſymbolum apoſtolorum moneant ipſos, & adinducant, & ſuis liberis eandem fidem exponant, & articulos doceant. Item ſtatuimus quod eccleſiaſtica ſacra de devota reverentia celebrentur, ſub certa forma a ſanctis patribus in ſcriptis tradita, quam formam catholica fide approbatam, nullus audeat in aliquas novitates commutare, & ſummopere præcaventes ne

vinum

vinum cum quo celebratur sit corruptum, vel in acetum commutatum, & quod potius sit rubrum quam album. In albo tamen bene conficitur sacrum, & non de aceto, cum in aceto mutatur omnes substanciales vires vini amisit, & aqua in tam modica quantitate apponatur, ut non vinum ab aqua sed aqua a vino absorbeatur. Hostia de frumento sit rotunda, & integra & sine macula quia agnus extitit sine macula, & os non fuit conjunctum ex eo. Unde versus.

Candida triticea tenuis non magna rotunda
Expers fermenti non juxta sit hostia Christi,
Inscribatur aqua, non cocta sed igne sit assa.

Renovetur hostia infirmis danda singulis dominicis diebus, & ponatur in loco honesto, scilicet in pixide ad hoc deputato corporali cooperto, & nusquam sine corporali recondetur. Aliis autem diebus ex necessitate poterit innovari. Et quoniam conficiuntur plures hostiæ, habeat conficiens intentionem ad omnes & non ad unam solam. Et ipsis sacerdotibus firmiter injungimus ad sacrosanctum conficiendum damnabiliter non se ingerant quamdiu sentiant se in quacumque macula mortali irretitos.

De reparatione cancelli, & navis ecclesiæ.

ITem statuimus ut ecclesiæ parochiales, & cimiteria earum, pro modo facultatum parochianorum per ipsos parochianos, & cancelli per rectorem in omnibus necessariis honestè construantur; & altaria de ornamentis, libris & lumine, calice argenteo vel aureo, non ligneo nec vitrio nec æreo, sed de solo argento vel auro, vel necessitate urgente de puro stanno, & aliis ornamentis dispositè ornentur, & postea per episcopum consecrentur. Ecclesia vero, & omnia ornamenta illius, tam in libris quam in vestibus & aliis necessariis munda & honesta, una cum fonte crismatorio, & loco in quo conditur sacramentum altaris, per vicarium ecclesiæ propriis sumptibus diligenter custodiantur. Qui quidem vicarius de omnibus quæ gerantur in ecclesia & ejus ambitu, domino episcopo & ejus ordinariis est rationem redditurus, & de lumine purificationis beatæ *Mariæ* ubi rectores non residunt; de quo lumine volumus quod ministrentur ecclesiis honestè in missis celebrandis, & fiant duo cerei ad elevationem sacramenti altaris, & cereus paschalis, quos nichilominus volumus deficere in quacunque ecclesia nostræ diocesis ad illud in festivis diebus. Et si illud ad hoc non sit sufficiens, rector apponat, ut in statutis prædecessorum nostrorum continetur. Item statuimus quod nulla ecclesia, sive oratorium sine consensu nostro in nostra diocesi construatur, vel constructa sine nostra authoritate divina aliqua temeritate celebrent, quin potius secundum canones prophanantur.

De ædificio in solo ecclesiæ.

ITem quod quilibet parochialis ecclesiæ rector habeat mansionem prope se honestè constructam in qua episcopus, archidiaconus, & eorum ordinarii recipi valeant, & procurari. Et maximè in ecclesiis domibus exemptis, appropriatis jurisdictione ordinariorum infra annum debere fieri a die publicationis præsentium, tam in expensis rectorum quam vicariorum solventium procurationes pro rata suarum portionum. Et ad hoc ipsi rectores & vicarii compellantur, per sequestrationes fructuum beneficiorum suorum tempore præfixo revoluto.

De clericis extraneis, & aliunde venientibus.

FIrmiter præcipiendo inhibemus sub interminatione anathematis, ut nullus sacerdos alienæ diocesis ad nostram veniens, inibi residentiam præsumat facere, vel cuiquam ad celebrandum pro vivis vel defunctis se ibidem obligare, nisi prius nobis vel nostris ordinariis in nostra absentia honestè & ritè pervenerit, ostendens nobis vel nostris deputatis instrumenta publica vel testes ydoneos de veritate suæ ordinationis & conversationis. Et quia nolumus pœna istius statuti ligari ignorantes decrevimus vicarios sacerdotes ad quos tales declinaverint, eis ostendere præsens statutū, & certificare debere, ne de præmissis se ignorantia excusent. Hoc idē statuim⁹ de questorib⁹ aliundevenientib⁹, ut non admittantur sine nostris litteris specialib⁹ & commendatitiis in quacunque parte nostræ diocesis, sub pœna decem solidorum sterlingorum. Et si nostri vicarii negligentes inveniantur in ostensione nostri præsentis statuti facienda præmissis personis infra octo dies postquam ad eos pervenerint, suspendantur a divinis, quousque congruè satisfaciant de negligentia & violatione nostri mandati. His adjicientes, ut clerici maxime in sacris ordinibus constituti, nisi causa peregrinationis, vel alia urgente necessitate in tabernis non comedant aut ultra unam vicem stantes bibant, nec interfint publicis morando potationibus aut societatibus, vel aliis joculationibus utendis locis publicis. Quod si fecerint ab ingressu ecclesiæ & divinis extunc se noverint virtute istius constitutionis fore suspensos per tres menses sequentes, nisi nobis vel ordinariis nostris de tali transgressione reatum suum infra dictum tempus ostenderint, & congruam pœnam inde peregerint.

Pœna absentium ab ecclesiis diebus dominicis.

ITem statuimus, ut in qualibet parochiali ecclesia pronuncietur parochianis, ut de qualibet domo vir vel mulier, vel uterque eorum quolibet die dominico veniant ad ecclesiam audituri divina & præcepta ecclesiæ, nisi rationabiliter sint excusandi, quam excusationem, non requisiti ostendant rectori vel ejus vices gerenti, in primo suo adventu ad eandem, sicuti catholicam voluerint evitare ultionem, & nichilominus pro qualibet transgressione levetur pœna trium solidorum & quatuor denariorum de quolibet qui consuetudinem sic se absentando subtraxerit a proprio ovili ut inter existentes ibi adhibeatur omnis humanitas, prout tangitur in concilio *Lugdunensi* de eminitate ecclesiarum capitulo *dominum tua decet sanctitudo.*

Explicium additiones Willielmi Russell.

Confirmatio ecclesiarum & terrarum atque libertatum, data concessa & facta per nobilissimum dominum *Thomam* comitem *Derbei* dominum **Stanley**, ac dominum Insulæ de **Mann**, & insularum, *Huano Sodorensi* episcopo suisque successoribus.

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis, præsentes litteras inspecturis vel audituris, Thomas *Dei gratia rex* Mannæ *& insularum, comes* **Derbey** *& dominus* **Stanley**, *salutem in domino sempiternam. Universitati vestræ innotescimus, quod nos pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum nostrorum atque omnium fidelium defunctorum, concessimus & dedimus dilecto nobis in Christo, reverendo in Christo patri ac domino, domino* Huano *permissione divina* Sodorienſi *episcopo moderno, in puram & perpetuam elemosinam ad mensam suam episcopalem, omnes ecclesias, terras, decimas, ac possessiones quas antecessores nostri reges & domini* Mannæ, *ecclesiæ* Sodorensi *& episcopatui ejusdem dederunt, concesserunt, & confirmaverunt. Videlicet ecclesiam cathedralem sancti* Germani *in* **Holme Sodor** *vel* **Pele** *vocatam, ecclesiamque sancti* Patricii *ibidem & locum prædictum in quo prædicta ecclesia sita sunt, & etiam ecclesiam sancti* Bradani, *& ecclesias sancti* Patricii *de* **Jourby**, *cum ecclesia sancti* Croræ *cum omnibus & singulis ecclesiarum prædictarum decimis primitiis fructibus emolumentis obventionibus libertatibus commoditatibus, & pertinentiis universis, & tertiam partem decimarum de omnibus ecclesiis de* **Mann**, *confirmantes eis tercianam plenæ villæ de* **Ryshby**, *propinquiorem ecclesiam sancti* Bradani, *cum terra sancti* Bradani; *& tertianam plenæ villæ de* Kirkmarona, *terras de* **Cullusby** *de* Glenfaba, *de* **Fotysdeyn**, *de* **Balymary**, *de baculo sancti* Patricii, *& de* **Holme Towne**, *cum piscariis, braciniis, consuetudinibus ancoragiis & vertenariis. Tertianam de* **Balycem**, *de* **Knokerokor**, *& de* **Balybrucke**, *de* **Jourby**, *de* **Balycane**, *de* **Bzettby**, *& de* **Ramsey**. *Terras etiam ecclesiæ sanctæ* Trinitatis *in* **Leayre**, *sanctæ* Mariæ *de* **Balylagh**, *sancti* Maghaldi *& sancti* Michaelis *adjacentis, & unciatam terræ sancti* Columbæ, *quæ vocatur* **Here**. *Necnon omnimodas libertates antiquitus eidem ecclesiæ concessas curiam suam de vita & membris, de furto, homicidio, & omnibus sceleribus; & quod habeant incarcerationem & incarceratorum evasionem, & furcas seu patibulum super terram suam & quod tam clerici, quam laici in prædiis & tenementis ecclesiasticis commorantes in curia domini episcopi in foro ecclesiastico agant & respondeant, & quod liberi sint ab omni servicio seculari, exactione & demanda, ac forisfactura seu merciamento. Et si aliqua causa non ecclesiastica, inter homines nostros & homines dicti episcopi, seu successorum nostrorum, vertatur, actor forisfactus rei forum sequatur. Dedimus etiam & confirmavimus eidem episcopo & successoribus suis, omne genus* Ice wreke, *& terram ubicunque & undecunque episcopo per* Mannam *venientibus, una cum villa de* **Byzereff** *juxta* **Ramsey** *integrè cum clericis & laicis, braciniis & aliis pertinentibus, sine aliquo retinemento, una cum medietate piscariæ ibidem in* **Pireseagh**. *Et quod idem episcopus, successores sui, clerici & firmarii reddituum ecclesiasticorum, habeant liberam potestatem de decimis suis, & cæteris rebus clericorum & laicorum in terris ecclesiasticis commorantium, vendendis, disponendis, ubicunque viderint expedire, tam infra terram nostram de* **Mann** *quam extra, sine contradictione nostra, seu heredum nostrorum vel successorum nostrorum, & etiam mineram plumbi vel ferri, quam invenire poterit per totam terram suam in* **Mann**. *Habenda & tenenda & possidenda prædicto* Huano *suisque successoribus episcopis* Manniæ *in perpetuum, adeo liberè quietè & honorificè sicut aliqua elemosina liberiùs & quietiùs ad quamcunque mensam episcopalem confertur & appropriatur, per reges vel dominos quoscunque, temporibus perpetuis duratura. In cujus rei testimonium præsentes literas sigillo nostro signatas fieri fecimus patentes. Datum apud* Lathum *vicesimo octavo die mensis Marcii anno domini millesimo quingentesimo quinto.*

YNESENSIS *Abbatia in* Hibernia, *cella* Furnesii.

Historia de fundatione ejusdem.

ABbatia de *Werbineya* primò fundata fuisset in **Wyresoale**; sed, ipsa fundatione retracta, radices fixit in *Hibernia*, ubi modo constructa est, & de *Furnesio* exivit. Ex primæ partis regist. de *Furnes* fol. 1.

Abbatia de **Ynes** in forma subscripta filia *Furnesii* effecta est, prout in registro & cronicis *Ultoniæ* de illius fundatione lucidiùs expressatur. Igitur tertio kalendas Junii anno Domini MClxxx. anno regni Regis *Henrici* secundi post conquestum *Angliæ* xxij. post conquestum *verò Ultoniæ* anno tertio, vir illustris dominus *Johannes* de **Curcy**, conquestor *Ultoniæ* fundavit abbatiam de **Ynes**, in insula de **Ynes-Curci**, sic enim tunc vocabatur; Quam itaque abbatiam Rex quidam *Ultoniæ*, nomine *Magnellus Makenlefe*, prius fundavit sexto idus Septembris, anno Domini MCxxvj. prope fontem sancti *Finani*, in terra quæ dicitur **Erynath**, & nominavit eam, abbatiam de **Carryk**, & erat de ordine *Tironensi*, & filia *Savigniti*, &c. 1180.

Tempore conquestus *Ultoniæ* præfatus dominus *Johannes* de **Curcy** penitus illud destruxit, scilicet, monasterium de **Carryk**, quia fortaliciam fuit, & multum ei infestavit: sed in recompensam, fundavit, seu potiùs transtulit illud in insulam suam de **Puescusere**, & dedit domui suæ maternæ de *Furnesio*, ad construendum illud easdem terras, quas in loco priori habuit ex dono *Magnelli* Regis antedicti. Et sic dicta abbatia de **Ynes** effecta est filia *Furnesii*, sicut ante fuerat in loco priori.

Anno millesimo centeno bis quadrageno
Curcy *fundavit* **Ynes**, *hostes hinc superavit.*

NETHENSIS

NETHENSIS *Abbatia in agro* Glamorganensi.

Carta fundationis per Ricardum *de* Grainvilla.

Ex regist. de *Nethe* penes *Edwardum Stradling* equit. aur.

NOtum sit omnibus, tam præsentibus quam futuris, quod ego *Richardus* de *Grainvilla*, & *Constantia* uxor mea, pro salute animæ *Roberti* comitis de *Gloceſtria*, & *Mabiliæ* uxoris suæ comitissæ, & *Willielmi* filii sui, & pro salute animarum nostrarum, & antecessorum nostrorum, damus Deo, & ecclesiæ sanctæ *Trinitatis* de *Savigneio*, totum vastum quod est infra has quatuor aquas; videlicet, **Neth**, **Thavy**, *Cloeda*, **Poncanum**. Et capellam nostri castelli de **Nethe**, cum omni decima procurationis nostræ domus, in annona, & cæteris rebus, & cum omni decima hominum nostrorum illius provinciæ, videlicet, *Francorum* & *Anglorum*, & dimidiam partem totius nostri piscis de **Nethe**, & molendinum de *Cloada*, & prata omnia quæ sunt à supradicto molendino, usque ad fossatum novæ villæ, fossata usque in aquam de **Nethe**; & omnia illa quæ habemus in villa *Laissa* in feudo, quam teneo de eo in *Devenesira*, quinque denarios; videlicet, **Bedisey**, & *Crinchentona*, & viginti solidos in villa de **Lytheham**; Et terram quam ego teneo de *Mauricio*, salvo redditu ipsius *Mauritii*; id est, decem solidos ad festum sancti *Michaelis*; & molendinum de *Pandelia* cum multura hominum in illo feodo manentium, quem teneo de *Richardo* sancti *Quintini*, & domum molendinarii, cum duabus acris terræ; Et hæc concesserunt *Mauricius* & *Richardus* ante comitem & comitissam, & ante *Willielmum* filium suum. Hæc omnia damus liberè, & quietè, & absque ulla seculari exactione, & *Henrici* Regis *Anglorum* patrocinio, & concessione, & *Roberti* consulis *Gloceſtrensis*, & *Mabiliæ* uxoris suæ comitissæ & *Willielmi* filii sui voluntate. Eo tenore quod abbas *Savigneiensis* ecclesiæ, & conventus ejusdem, in eadem elemosina conventum monachorum perhenniter inibi sub abbate permansurum instituent. Hujus donationis sunt testes. *Gardinus* capellanus, & *Torbertus* capellanus, & *Picotus*, *Robertus* Dapifer, *Odo* filius suus, *Robertus* filius *Ber*, *Mauricius*, *Richardus* de sancto *Quintino*, *Robertus* de *Umfranvilla*, *Paganus* de *Torbivilla*, *Willielmus* Pincerna, *Robertus* filius *Acelina*, *Thomas* de *Estona*, *Rogerus* de *Newtona*, *Girolt* de *Bosco*, *Herbertus*, *Robertus* de *Grainvilla*, *Willielmus* de *Reivilla*, & ego *Robertus Gloceſtria* comes has omnes res in meo patrocinio, custodia, & defensione suscipio, & abbas ibidem canonicè constituatur.

Donationum confirmatio per Regem *Johannem*.

Car. 9 *Jo.* m. 7. n. 76.

JOhannes *Dei gratia &c. Sciatis nos dediſſe & conceſſiſſe & præsenti carta nostra confirmaſſe Deo & ecclesiæ sanctæ* Trinitatis *de* **Neth** *& monachis ibidem Deo servientibus locum ubi caſtellum* Ricardi *de* **Granavill** *quondam fuit cum omnibus pertinentiis suis, & totam terram quam idem* Ricardus *habuit inter* **Thawy**, *&* **Neth**, *in boſco & plano cum omnibus pertinentiis suis. Habenda & tenenda in liberam puram & perpetuam elemoſinam, quieta ab omni servicio ſicut prædictum* Ricardus *ea illis priùs dedit & carta ſua confirmavit. Salvis tenementis Burgenſium noſtrorum de* **Neth**. *Ita quod prædicti monachi eos ſine judicio amovere non poſſint ſed tantum homagium & redditum illorum habeant. Salvis etiam tenementis* Walenſium *noſtrorum de prædicta terra. Ita quod dicti monachi eos ſine judicio amovere non poſſint ſed tantum homagium & redditum illorum habeant, & nos habeamus ſervicium quod nobis debent. Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum* W. *de* **Gray** *cancellarii noſtri, apud* **Wudeſtok** *v. die Auguſti anno regni noſtri ix.*

Ibid. m. 4. n. 30.

Videatur Cart. 10 E. 3. n. 42.

JOhannes Dei gratia &c. Sciatis nos pro Dei amore & salute animæ nostræ & animarum omnium antecessorum & hæredum nostrorum, concessisse & præsenti carta nostra confirmasse Deo & abbatiæ de **Neth** & monachis de ordine de **Saubenneie** ibidem Deo servientibus, omnes terras & ecclesias molendina & forestas & omnes tenuras suas quas habent de dono vel emptione vel commutatione sibi cartis suis confirmatas. Ex dono *Ricardi* de **Granvill** totum vastum in bosco & plano inter has quatuor aquas; videlicet **Thawi**, & **Clenvach**, & **Neth**, & **Pulkanan**, cum terra quæ est inter rivulum crucis *Constantiæ* & **Clenvach**: Capellam quoque castelli de **Neth** cum omni decima procurationis domus suæ in annona cæterisque rebus & cum omni decima hominum terræ illius *Francorum*, *Anglorum* & *Walensium*, & dimidiam partem totius piscis qui eidem castello pertinet. Totum etiam feudum de *Aissa* cum ecclesia & cum omnibus pertinentiis suis. Et molendinum de **Penvelin** cum xxiij. acris terræ & mansura molendinarii, & moltura *Ade* & hominum suorum. Willam quoque de **Litthcham** cum omnibus appendiciis ejus quam dederant *Sanſoni* de *Alltreia*, in excambium pro terra sua de **Biltiear**, concessu *Willielmi* comitis *Glouceſtria*, & *Willielmi* filii *Henrici*, & *Johannis Sori*, quod excambium postea inter abbatem de **Neth** & *Willielmum* filium prædicti *Sanſon* coram *H.* Rege patre nostro determinatum fuit; & ipsum feudum de **Biltthar** cum ecclesia & omnibus pertinentiis suis supradictis monachis ab eodem Rege patre nostro in perpetuum confirmatum. Ex dono *Roberti* comitis *Glouc.* terram de **Ponte** cum ecclesia quam tenuit *Radulfus* Heremita in elemosinam. Ex dono ejusdem comitis & *Willielmi* comitis filii ejus terram de *Blakekarra*.

Ex dono *Willielmi* prædicti comitis *Glouceſtria* totum wreccum terræ ipsorum. Ex dono ..... mansionem unam in villa de **Kaerdif**. Ex dono *Willielmi Moion* concessu filiorum suorum *Exeſordam* & **Cubehiete** cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Henrici* de **Miliers**, concessu domini sui *Henrici* de **Warewich** grangiam de **Lochoz** cum capella sancti *Michaelis* & cum terra quæ ad eandem grangiam pertinet. Ex dono *Mauricii* de *Londonia* concessu filiorum suorum

partem

partem terre ſue juxta *Aiſſam*. Ex dono *Gileberti* de **Turbervill** excluſagium molendini de **Bilteſkar**. Ex dono *Reſi* filii *Juſtini*, concedentibus filiis ſuis *Jovard* & *Oern* & *Hoel*, terram de **Saint** *Ilith* cum eccleſia & omnibus pertinentiis ſuis.

Concedimus & confirmamus eiſdem monachis ex dono noſtro primo dum eſſemus comes *Moretonii*, **Huntingeſhill** cum pertinentiis &c. acras de nuciſeis proximas terræ eorum de **Brigeton**. Et præterea **Turgehill** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Liſanti* fil. *Morgan* totam terram quam idem *Morgan* eis dedit in perpetuam elemoſinam inter **Avene** & **Neth**; videlicet **Pontwer**, & inde uſque ad **Partet**. Sexaginta quoque acras terræ arabilis proximas domibus ſuis; & inſuper totam inſulam illam quæ eſt intra magnam *Pullam*, & totam terram quæ eſt extra *Faldam*, & etiam communionem paſcuarii, & totam terram ipſius inter **Avene** & **Thawi**. Ex dono *Walterii* fil. *Gileberti* & fratrum ſuorum terram de **Barnotesdone** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Thomæ* de **Coznhely** x. acras terræ arabilis in feudo ſuo de **Coznhely**. Ex dono *Galteri Burdun* decem acras terræ in feudo de *Nova-villa*. Ex dono *Thomæ* de **Saunford** quitanciam ij. ſolidorum quos debebant ei reddere pro l. acris terræ & una acra & dimidia ſupra mare apud **Blakeſchen**. Ex dono *Galfridi Thalebot* totam terram ſuam de **Rivelande** cum pratis & paſcuis & omnibus aliis aiſiamentis ad eadem terram pertinentibus. Ex conceſſione & confirmatione *Willielmi* de **Staner** donum quod frater ſuus *Gervaſius* eis dedit; videlicet totam terram quam pater ſuus tenuit de feudo *Radulfi* fil. *Willielmi* inter eccleſiam ſancti *Decumani* & **Banesford**. Ex dono *Willielmi* de **Barri** xxx. acras terræ de feudo ſuo in **Guer**. Ex dono *Johannis* de *la* **Pare** totam terram quæ fuit *Oſmundi Groſſi* quam mater ſua tenuit in dotem. Ex dono *Thom. Blancaquiel* xl. acras terræ arabilis juxta **Portenmayn**, & inſuper aiſiamenta terræ ſuæ in aquis & viis, & ſemitis, & communione paſturæ ſuæ.

Ex dono *Rogeri* & **Benewzet** filiorum *Wian* totam terram quam pater eorum tenuit de *Morgano* filio *Karadoci* in mariſco de **Avene**. Ex dono eorundem communionem paſcuarii totius terræ eorum in boſco & plano, & aiſiamenta in aquis & viis & cæteris neceſſariis. Ex dono *Wgan Droyn* viij. acras terræ arabilis de terra quæ vocatur **Lamped** in **Cumtioch**. Ex venditione *Johannis* de **Grenehill**, & *Alienore* ſponſæ ſuæ terram ſuam apud ſanctum *Auguſtinum*, & cum domo lapidea quæ in ea fundata eſt.

Volumus etiam ſicut prædictum eſt & firmiter præcipimus quod prædicta abbatia de **Neth** & monachi ejuſdem loci & omnes poſſeſſiones eorum ſint in manu & cuſtodia & protectione noſtra, & quod nulla eis injuria vel contumelia inferatur; ſed ſi quis eis in aliquo forisfecerit plenaria eis ſine dilatione juſticia fiat. Et prohibemus ne ipſi de aliquo dominico ſuo ponantur in placitum unde habeant cartam noſtram niſi coram nobis vel coram juſticiariis noſtris capitalibus. Volumus etiam & præcipimus quod equi & homines & omnes res eorum quas homines ſui poterunt affidare ſuas eſſe proprias ſint quietæ de theloneo & paſſagio & pontagio & omni conſuetudine per totam terram noſtram, & prohibemus ſuper forisfactum x.l. ne quis eos inde injuſtè diſturbet. Hæc omnia eis conceſſimus & confirmavimus ſicut cartæ & literæ patentes regis *H.* patris noſtri & cartæ aliorum omnium tam donatorum quam confirmatorum vel venditorum quas inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum *H.* de *Well.* arch. de *Well.* apud **Burbech** vj. die Januarii anno regni noſtri ix.

BASINGWERKENSIS *Abbatia in agro* Flintenſi, * *fundata A. D. MCxxxj.*

* Chronica S. *Werburgæ Ceſtriæ* in bibl. *Cotton.*

Confirmatio donationum per regem Henricum *ſecundum.*

HEnricus Rex *Angliæ* & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis, epiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de **Baſingwerk**, in liberam & perpetuam elemoſinam decem libratas terræ, in **Longedenedale**, ſcilicet **Gloſſope** cum eccleſia quæ ibi eſt, cum omnibus terris & rebus ad eam pertinentibus ſicut *Willielmus Peverell* eam plenius habuit tempore regis *Henrici* avi mei. Et præterea concedo eis & confirmo omnia tenementa ſua quæ *Ranulphus* comes *Ceſtriæ* & alii barones eis dederunt & cartis ſuis confirmaverunt, ſcilicet **Haltwelle** & **Fulibroch**, & capellam de **Baſingwerk** in qua primitus manſerunt, cum molendinis & omnibus pertinentiis ſuis. Et *Kethlenedei* ex dono *Roberti Banaſtre*. Et **Holes** & medietatem **Lecche** & centum ſolidos de redditu *Ceſtr.* quos comes *Ranulphus* eis dedit. Et **Calders** cum hominibus & rebus & terris & omnibus pertinentiis ſuis, & quicquid eis rationabiliter datum eſt. Quare volo (*&c.*) Teſtibus *Thoma Canc. Ricardo Humeſt.* conſtabulario, & *R.* de *Dunſtanvill*, *Jocelino* de **Balloil**, & *Willelmo* filio *Hamonis*, apud *Ceſtriam*. Cart. de ann. 15. 16. 17. R. 2. n 7. per Inſpex.

Carta *Lewelini Principis* Northwalliæ

LEwelinus Princeps *Northwalliæ* omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris, in Chriſto ſalutem. Noverit præſens viventium ætas & univerſa futurorum poſteritas, quod ego *Lewelinus* concedo & confirmo Deo & ſanctæ *Mariæ* & monaſterio de **Baſingwerk**, monachiſque ibidem Deo ſervientibus omnes donationes quas anteceſſores mei præfato monaſterio pro ſuis animabus contulerunt, liberas & quietas ab omni ſervicio terreno & exactione ſeculari; ſcilicet locum illum in quo abbatia illorum fundata eſt cum molendino Ibid.

quod

quod ante portam habent; Terram quæ ante fores eorum jacet, quam *Ranulphus* & frater ejus *Eneas* prædictis monachis dederunt. Terram etiam quam *Meredith Wavver* in Baltwell & in campo ejusdem villæ habuit. Et Fulebyot cum omnibus pertinentiis suis, & communitatem pasturæ montium cum cæteris, & Banot de *le* Mecch & Creic-graft cum omnibus pertinentiis suis in terris & aquis & pasturis & omnibus cæteris aisiamentis. Ne igitur aliquis contra hanc nostram paginam temerè venire audeat, sigilli mei impressione & testibus eam communio. Hii autem sunt testes *Ricardus* filius *Kadwalad*, *Horm* filius *Ulf*, *Meiler* filius *Kadugan*, *Hitel* filius *Kenred*, *Griffinus* filius *Wikenen*, *Kenwreech* filius *Meredit*, *Willielmus* filius *Jerwerth*.

Carta Davidis *filii ejusdem* Lewelini, *Principis* Northwalliæ.

David filius *Levvelini* Princeps *Northwalliæ* omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris, in Christo salutem. Noverit universitas vestra quod ego *David* filius *Levelini* pro amore Dei & pro salute animæ meæ & pro animabus patris mei domini *Levelini* & matris meæ dominæ *Johannæ*, & pro animabus omnium hæredum meorum concedo, & præsenti carta confirmo Deo & sanctæ *Mariæ* & monasterio de Basingwerk, monachisque ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, omnes donationes & libertates quas pater meus dominus *Levelinus* & alii antecessores mei præfato monasterio pro suis animabus contulerunt, Tenendas imperpetuum & habendas liberas & quietas ab omni terreno servicio & exactione seculari sicut aliqua elemosina liberiùs & plenius possideri potest, cum omnibus pertinentiis suis, de quibus in præsenti scripto quædam placet exprimere & nominare; scilicet locum illum in quo Abbatia illorum fundata est cum molendinis quæ juxta portam abbatiæ habent. Terram quæ ante fores eorum jacet quam *Ranulphus* & *Eneas* frater ejus prædictis monachis dederunt. Terram etiam quam *Meredit Wavver* in villa de Baltwell & extra villam habuit, & terram quam *Huttredus* frater ejus secum excambiavit in ipsa villa pro sua parte terræ in *Quitfordia*, & grangiam illorum quæ appellatur Fetlebyot cum omnibus pertinentiis & aisiamentis suis, & communitatem pasturæ montium cum cæteris. Ecclesiam quoque de Baltwelle cum capella de Colsul, & cum omnibus aliis pertinentiis suis, ut eas habeant in proprios usus imperpetuum integrè possidendas. Terram etiam & pasturam de Gethlt quam habent ex donatione patris mei cum omnibus pertinentiis & aisiamentis suis per metas & divisas quæ in carta quam inde habent plenius continentur.

Insuper quietum clamavi eis imperpetuum tholnetum totius terræ meæ possessa & possidendæ marisque possessi & possidendi in omnibus rebus vendendis & emendis ad opus ibidem Deo servientium. Preterea concessi eis & confirmavi duas partes decimæ piscium qui in piscariis de Rothelan capiuntur, cum illa decima piscium meæ partis quos homines capiunt in aqua. Item ex dono *Howen* de *Porkentona* totum *Wenbewm*. cum omnibus hominibus ejusdem villæ & cum pertinentiis. Confirmationem quoque *Helyse* super eadem donatione. Ex donatione verò domini *Levelini* patris mei terras & pasturas in Penthlin per metas & divisas quæ nominantur in carta patris mei, quam inde habent. Et ego *David* & hæredes mei hæc omnia præfata tenementa ipsis monachis contra omnes homines imperpetuum warantizabimus; unde ut hæc mea concessio & confirmatio stabiles & inconcussæ permaneant præsens scriptum sigilli mei appositione roboravi. His testibus *Hugone* episcopo de sancto *Asaph*, *Edeneweth Vakan*, magistro *David* tunc cancellario, *Evino Vakan*, *Wrenon* filio *Kenwrit*, *Heylin* filio *Kenrith*, *Philippo* filio *Twer*, *Madoco Purewen*, *Wronon* filio *Seisel*, & multis aliis. Dat. apud Colefhul anno Domini MCCxl. in die sancti *Jacobi* apostoli, &c. A.D 1240

TINTERNENSIS *Abbatia in* Wallia * *Filia* Elemosinæ, *fundata Anno* MCxxxj.

* Annal. S. Werburgæ Cestriæ in bibl. Cotton.

Carta Willielmi *Comitis* Mareschalli *junioris de confirmatione fundationis abbatiæ de* Tynterne.

Willielmus mareschallus *Angliæ*, comes *Penbrochiæ*, universis hominibus suis *Francis* & *Anglicis Walensibus Hibernicis* & omnibus amicis ballivis & fidelibus suis salutem in domino. Noverit universitas vestra nos intuitu Dei & pro salute animæ meæ & pro animabus bonæ memoriæ *Walteri* filii *Ricardi* filii *Gilberti Strongbowe* avi mei, & *Willielmi Mareschalli* patris mei, & *Ysabellæ* matris meæ, & animarum antecessorum hæredum & successorum nostrorum, concessisse & præsenti carta mea confirmasse Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Tynterna* abbati & monachis & eorum successoribus ibidem Deo servientibus, in liberam puram & perpetuam elemosynam, omnes terras & possessiones, & libertates, & liberas consuetudines subscriptas quas habent ex donis antecessorum nostrorum & aliorum fundatorum seu donatorum sive ex dono nostro; videlicet totam hayam de Pozthcastek, & aquam quæ vocatur Angidy, & de Angidy per *Wayam* usque ad nemus de teodo Pozthskywet, & ex altera parte coopertum nemoris usque ad vallem quæ descendit ad terram de Pentir, & sic de valle per montem usque ad fontem Achur, & sic ad Angidy. Et piscariam de Walwero, Halswere, Badingwere cum omnibus pertinentiis suis, & totum dominium de Wlavestun cum advocatione ecclesiæ & cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis, in domibus, virgultis, boscis, planis, pascuis, pratis, pasturis, vivariis, piscariis, ghiseriis, aquis, wreccis, weyr, stagnis, molendinis, & quicquid habent in teodo de Tudeham de piscariis

Ex codice MS. in bibl. *Arundelia*.

Videatur cart. 33 E. 1. n 3. & n. 14, 15, & 21 per Index.

terris boscis aquis tenentibus & redditibus in villa de **Tudeham**; & libere piscari in toto dominio meo in *Sabrina*; & gurgites facere contra terram dictorum abbatis & monachorum de terra de **Averdeston** usque ad **Waldingespull**, & omnes tenentes sui in chacia nostra, pasturam animalium suorum & rusticorum ad ardendum de **Ascaurewe** usque ad **Wyatwere** sine aliquo impedimento vel calumpnia nostri hæredum seu assignatorum nostrorum imperpetuum.

Et totam terram de **Wodesgat** cum omnibus suis pertinentiis, & pasturam omnium animalium suorum ubique in chacia nostra de **Tudiham**, & de terra in dicta chacia ad terram dictorum monachorum marlendam sive meliorandam, & de subboſco in dicta chacia quicquid eis necessarium fuerit ad ardendum & ad haicias claudendas & plantandas & alia necessaria grangiæ perficienda. Et **Ribeham** cum una pulla de **Londemere** usque ad **Lynwere**. Et **Wyrcwere** cum omnibus libertatibus suis, pratis, pasturis, & aliis aisiamentis in chacia nostra, & quicquid habent in **Lanthant**, Et unam pullam quæ vocatur **Wayfhers** cum prato ex una parte, & piscariam de **Badyngwere**, **Halfwere**, **Walwere**, **Astanwere**, **Plumwere**, & medietatem de **Aswere** cum omnibus libertatibus & pertinentiis & pullis, & quicquid prædictis piscariis necessarium fuerit ad ardendum & ad ædificandum in chacia nostra. Et liceat eis de omnibus piscariis suis facere & ordinare prout ad commodum suum viderint expedire, sine aliqua calumpnia nostri hæredum seu assignatorum nostrorum, vel ballivorum qui pro tempore fuerint. Et grangiam de assarto cum villa de **Pozcastek**, & omnibus boscis tenementis & tenentibus & pertinentiis suis. Et passagium de **Betesleyo** quietum sibi & famulis suis & pecudibus eorum.

Et in mora de **Wagoz** totam terram sicut per fossas dividitur, & per circuitum terræ fossare, & in dicta fossa quicquid voluerint facere, & cursus aquæ ubicumque interiùs vel exteriùs ordinare ad commodum suum sicut viderint melius expedire, sine aliqua calumpnia nostri hæredum vel assignatorum nostrorum vel aliorum quorumcumque in perpetuum. Et omnes terras & possessiones quas habent in eadem mora in dominio meo cum tenementis tenentibus & redditibus suis in **Wagoz**, & *Pulla*, **Woudy**, & **Rodelwey**, & omnes tenentes sui liberam molturam ubicumque voluerint ire, sine aliqua calumpnia, cum consensu abbatis, & conventus. Et omnia prata & tenementa in dominio meo, cum libero ingressu & egressu & cum omnibus libertatibus suis, & libere piscari in *Sabrina*, & gurgites facere ubicumque voluerint eligere, & plenariam pasturam quorumcumque animalium suorum in *la* **Grenemoze**, & alibi in dominio nostro sine aliquo impedimento, & **Warthurgerin** & quicquid ad **Warthirgerye** pertinet in ecclesia in bosco plano, & cum terris tenementis tenentibus redditibus & omnibus libertatibus suis. Et in **Scintot** quaterviginti acras prati in mora, & pratum quod *Robertus* de sancta *Brigida* tenuit in mora de **Wagoz**. Et quicquid habent in **Pentiry**, & duas areas in orto meo de **Wagoz**, scilicet extremas versus occidentem. Et totam molturam meam & hominum meorum de **Pentiry**, & **Pozcastek**, & *Tinterna*, & **Landirogods** ad molendinum suum de **Angivy**. Et quicquid voluerint de aqua illa facere & ordinare ad commodum illorum. Et grangiam de **Rogereston** cum terris tenementis & omnibus libertatibus suis. Et quicquid habent in **Landoreston**, sancto *Wormero*, **Polwyk**, sancto *Arunno*, cum **Cophill**, **Bernardeswode**, **Bernetties** pertinentiis suis. Et quicquid habent infra burgum **Strugull**, **Trillek** & **Usk** in domibus, redditibus, tenementis, tenentibus, cum omnibus libertatibus suis; **Pencreck**, & **Yennefoth** cum omnibus boscis terris & pertinentiis suis.

Concedimus & confirmavimus pro nobis & hæredibus & assignatis nostris prædictis abbati & monachis & eorum successoribus omnimodam forisfacturam, redemptiones, fines, & amerciamenta propriorum hominum tenentium & servientium suorum, nos & hæredes seu assignatos nostros tangentia in curus nostris, *hundredis*, *shiris*, *halemotis*, & *Wodesprebes*, infra burgum & extra, quotienscumque & qualitercumque evenerint, quacunque occasione emerserint, quocumque etiam nomine censeantur. Et quod prædicta abbatia de *Tenterna* cum omnibus boscis terris & tenementis suis sint extra forestam, & omnino sine rewardo forestariæ, & sint ipsi abbas & monachi & eorum successores & omnes tenentes sui liberi & quieti ab omni vexatione & penitus extra ..... omnium ballivorum & forestariorum & servientum terræ de passu, & de **Wylyw**, & omnibus aliis exactionibus quas forestarii & alii ballivi seu servientes terræ solent exigere; & sint quieti de omnibus querelis, occasionibus, consuetudinibus, & omni servili opere & seculari exactione. Et sint ipsi abbas & monachi & eorum successores, res, homines, servientes, & possessiones eorum quieti de theoloneo, & de quibuslibet rebus aliis unde theoloneum exigi poterit, infra burgum & extra in omnibus locis, & de sectis curiarum, hundredorum, Assisarum, & schirarum, & summonitionibus, & omnibus auxiliis, placitis, querelis, & ad omnia comitatus, & de muragio, pontagio, pannagio, pavagio, passagio, carragio, tallagio, picagio, & de **Blodewyte**, **Fitwyte**, **Hengwyt**, **Flemeneswyte**, & de murdro, & de latrocinns.

Concedimus insuper & confirmamus pro nobis & hæredibus & assignatis nostris prædictis abbati & monachis & eorum successoribus, quod habeant & teneant omnes prædictas terras & boscos, piscarias tenementa, & omnes libertates & liberas consuetudines suas, ecclesias, capellas cum omnibus suis pertinentiis, cum **soke** & **sake**, **thol** & **theam**, **infangenethef** & quicquid aliud antecessores nostri seu quicumque alii fundatores & donatores eis pia devotione contulerunt, seu ipsimet acquisierunt, bene & in pace, liberè quietè plenariè integrè, in boscis, planis, pratis, pasturis, aquis, molendinis, wreccis, stagnis, vivariis, **weyfe**, mariscis, piscariis, gliseriis, grangiis, virgultis, chaciis, viis, semitis, infra burgum & extra, ubicumque in dominio nostro, sine aliquo retinemento, seu impedimento nostri hæredum vel assignatorum nostrorum, in puram & perpetuam elemosynam imperpetuum, & per omnes forestas meas *Wallie* de *Waya* usque ad **Usk**, pasturam omnium animalium suorum habeant quietam, & pannagium & quic-

& quicquid ad ardendum & ad ædificandum abbatiæ grangiis vel tenementis habuerint necessarium, & quararium ad ædificandum, sine visu forestariorum vel impedimento vel calumpnia nostri hæredum seu assignatorum nostrorum vel ballivorum nostrorum qui pro tempore fuerint. Et liceat abbati monachis & eorum successoribus de omnibus boscis suis proprios dare, vendere, assartare seminare, fossare, includere contra omnia animalia, & de pannagio, erbagio & omnibus aliis eorum exitibus commodum suum facere & ordinare, & malefactores in dictis boscis & tenementis attachiare, & in curiis suis amerciare, & de omnimodis placitis, querelis sine aliqua calumpnia placitare. Nec calumpnientur abbas monachi & eorum successores de receptamento si aliquis de familia eorundem in venatione nostra delinquat.

Item pro animabus bonæ memoriæ *Willielmi Mareschalli* patris mei & *Ysabellæ* matris meæ & *Gilberti* & *Ricardi Strongbowe*, & pro salute animæ nostræ, animarum antecessorum & hæredum nostrorum, dedimus concessimus & hac præsenti carta nostra confirmavimus Deo & ecclesiæ de *Tynterna*, abbati & monachis & eorum successoribus ibidem Deo servientibus, in liberam puram & perpetuam elemosynam, totam landam & terram de **Trillek** quas dicti monachi habuerunt de donis dicti *Gilberti Strongbowe* & *Ricardi* avi mei, per bundas subscriptas, videlicet, de via quæ ducit de *Monimutta* per *Spintam* ex una parte & veterem capellam ex altera directe versus **Strugull** usque **Kantrlinat** sub denigro rivulo directe ascendendo ad summitatem montis, & sic per summitatem montis, & circuitum inter **Wenhalt** & **Kilvechyn**, & sic per circuitum **Kilvechyn** directe descendendo usque ad rivulum qui vocatur **Angedy**, & sic per **Angedy** & vivarium ascendendo per terras hominum *Walensium* ex una parte **Angedy** ad vallem quæ vocatur **Gover-pantegoylin**, & de fonte usque ad summitatem montis, & sic per summitatem montis usque ad viam quæ ducit versus *Uskam* juxta ecclesiam sancti *Dionisii* **Lannillan**, & sic descendendo per caput **Sapant** usque ad fontem qui vocatur caput **Angedy**, & sic per **Angedy** usque ad rivulum qui vocatur **Acaneith**, sive **Alleos**, & sic per rivulum usque ad caput **Frinunkaygbrubv** sive **Blaenaraneith**, & sic per terras hominum de **Trillek** usque ad viam que ducit ad *Monimutta* versus **Strugull**. Et infra bundas prædictas vivaria facere, & molendina levare & ordinare, & molturam habere & recipere sine aliquo impedimento vel calumpnia, & quicquid in dicta landa & terra possent, ad commodum suum facere & ordinare. Et per omnes forestas landas & vesturas meas, pasturam plenariam omnium animalium suorum, & ubique in toto dominio meo vias rectas & latas ad commodum suum facere sine aliqua calumpnia nostri vel hæredum seu assignatorum nostrorum vel ballivorum qui pro tempore fuerint.

Volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus & assignatis nostris quod dicti abbas & monachi & eorum successores habeant & teneant prædictam landam terras tenentes & tenementa prædicta cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus supradictis sine aliquo retenemento nostri vel hæredum seu assignatorum nostrorum, adeo liberè & quietè sicut nos & antecessores nostri prædictam landam cum pertinentiis suis aliquo tempore liberius plenius seu melius habuimus vel tenuimus in liberam puram & perpetuam elemosinam. Item pro salute animæ meæ & animabus bonæ memoriæ *Willielmi Mareschalli* patris mei & *Ysabellæ* matris meæ, dedimus & concessimus & hac præsenti carta nostra confirmavimus, Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ de Tynterna* abbati & monachis & eorum successoribus, in liberam puram & perpetuam elemosynam, totam terram cum bosco de **Pochlenny**, cum omnibus pertinentiis suis infra bundas subscriptas; videlicet per rivulum qui vocatur **Aberwim** ex una parte, & ita per circuitum usque ad **Poxton**, & sic directe usque ad **Fobemhen**, & ita usque ad aquam de **Usk**, & sic per aquam de **Usk**, & in **Usk** usque ad terram hominum *Walensium*, & sic ascendendo contra torrentem per nigrum fagum directe per terras hominum *Walensium* usque ad aquam de **Ebberthin**. Et in tota aqua de *Uska* cum diversis instrumentis & retibus piscari, & medietatem unius gurgitis ubicumque eligere voluerint ædificare, & pullas facere & quicquid viderint ad commodum suum esse ordinare contra dictorum terram abbatis & monachorum, & infra bundas de terris boscis aquis pasturis cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis ad commodum suum facere & ordinare sine aliqua calumpnia & impedimento nostri hæredum seu assignatorum nostrorum vel ballivorum qui pro tempore fuerint sine aliquo retenemento imperpetuum.

Volumus etiam & concedimus & confirmamus pro nobis & hæredibus & assignatis nostris, quod prædicti abbas monachi & eorum successores habeant & teneant omnes prædictas terras & tenementa prædicta cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus supradictis sine aliquo retenemento nostri hæredum seu assignatorum nostrorum, adeo liberè & quietè sicut nos & antecessores nostri prædictas libertates aliquo tempore liberius plenius seu melius habuimus vel tenuimus, in liberam puram & perpetuam elemosynam, & sicut aliqua elemosyna liberius dari poterit vel teneri omnino extra dangerium nostrum hæredum vel assignatorum nostrorum, ballivorum vel ministrorum imperpetuum, rantummodo **Pontfongenethef** mihi retento. Si quis vero in præsenti vel in futurum quicquam de his quæ dictæ abbatiæ dedi concessi & confirmavi calumpniatus fuerit, non tenebuntur monachi inde respondere, sed ad me & hæredes meos pertinebit calumpniatoribus eorum excambio vel alio rationabili modo satisfacere, monachisque quicquid eis concessi warantizare, & integrum conservare. Districtè ergo prohibeo super forisfacturam meam, videlicet viginti marcharum, ne quis eos vel homines servientes res possessiones aut libertates eorum malitiosè vexet, aut gravet, vel in aliqua re disturbet; Quod si quis facere præsumpserit in Dei maledictionem & meam, similiter & forisfacturam præmonstratam se noverit incidisse.

Quicumque verò locum ipſum & elemoſynam noſtram & prædeceſſorum meorum eidem aſſignatam promoverint ſive manutenuerint, cum Dei benedictione & mea remuneratione æternam inveniant. Et ſub hac forma omnia ſupradicta pro nobis hæredibus & aſſignatis noſtris prædictis abbati monachis & eorum ſucceſſoribus warantibimus acquietabimus & defendemus contra omnes homines imperpetuum. In cujus rei teſtimonium hanc præſentem cartam & confirmationem noſtram ſigilli noſtri impreſſione fecimus roborari. Hiis teſtibus, domino *Willielmo Groſſo* primogenito, domino *Hamone Groſſo*, domino *Radulfo* filio *Ricardi*, domino *Roberto* de *Mora*, dominio *Philippo Denebaud*, *Nicholaa* de ſancta *Brigida*, domino *Roberto* filio *Pagani*, domino *Willielmo* de *Derneford*, magiſtro *Willielmo* de Chriſti eccleſia tunc ſeneſchallo inferioris *Wentiæ*, & militibus aliis. Datum apud **Strugull** viceſimo ſecundo die Martii, anno regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* ſeptimo.

Carta *Rogeri le Bigod Norfolciæ* comitis.

Ibid. ROgerus le Bigod *comes* Norfolchiæ & *mareſchallus* Angliæ *ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra me intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* Tynterna, *abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus ibidem Deo ſervientibus, in liberam puram & perpetuam elemoſynam, omnes terras & poſſeſſiones, libertates, & liberas conſuetudines ſubſcriptas quas habent ex donis anteceſſorum noſtrorum & aliorum fundatorum ſeu donatorum, ſive ex dono noſtro; videlicet totam hayam de* **Poxcallek**, *& ex altera parte cooperturium nemoris cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano, & quicquid habent in* **Pentirk** *de tenementis terris redditibus boſcis & planis cum aliis libertatibus ſuis, & totam terram de* **Podiſgat** *cum omnibus ſuis pertinentiis; videlicet cum paſtura ovium & aliorum animalium ſuorum ubique in chacia noſtra de* **Tudenham**, *& de ſubboſco in dicta chacia quicquid eis neceſſarium fuerit ad ardendum & ad hayas claudendas* (&c.) *Hiis teſtibus*, *domino* Johanne le Bygod *fratre meo*, *domino* Johanne le Bygod *de* **Stocton**, Nicholao *de* **Bingeſton** *militibus*, Elya *de* **Aylbrton** *tunc ſeneſchallo meo de* **Strugull**, Philippo *de* Mora, Rogero *de ſancto* Mauro, Willielmo *de* **Dynam**, Andrea *de* Bellocampo, *& aliis. Datum apud* **Podeſgat** *quarto die Auguſti anno Domini MCCCj.*

Genealogia fundatoris.

Ex MS. codice in bibl. *Cottonianâ* [ſub effig. *Vitellii* F. 4.] fol 7 GUnnora comitiſſa *Normanniæ* duas habuit ſorores, una *Turulphi* de *Ponte-Adamari* conjuncta erat in matrimonio, & procreavit *Humfridum* de *Vetulis* qui fuit pater *Rogeri* de *Bellomonte*, ex quo comites de **Warwike** & *Leiceſtriæ* proceſſerunt.

Turketillus fuit frater iſtius *Turulphi*, cujus filius *Hoſculfus* de **Harecurt** aliam ſororem prædictæ comitiſſæ *Gunnoræ* con..... erat duos procreavit filios. Scilicet *Walterum* de *Giffard* primogenitum, qui alium *Walterum* procreavit, & dictus fuit *Walterius Giffard* ſecundus. *Roheſia* una ſororum *Walteri* (duas plures enim habuit) conjuncta in matrimonio *Ricardo* filio comitis *Giſleberti*, qui in re militari, tempore conqueſtoris omnes ſui temporis magnates præceſſit. Prædicta *Roheſia* ſupervixit & renupta *Eudoni*, dapifero Regis *Normanniæ*, qui conſtruxit caſtrum *Coleceſtriæ*, cum cœnobio, in Honore ſancti *Johannis*, ubi ſepultus fuit, cum conjuge ſua, tempore *Henrici* primi *Margareta* filia eorum nupta fuit *Willielmo* de **Mandevill**, & fuit mater *Gaufridi* filii comitis *Eſſexiæ*, & jure matris, *Normanniæ* dapifer. Prædictus *Ricardus* apud ſanctum *Neotum* jacet ſepultus. Huic Rex *Willielmus* conceſſit baroniam de **Clare**, villam verò cum caſtello de **Tunbridge**, de archiepiſcopo *Cantuarienſi*, pro aliis terris in *Normannia*, perquiſivit in excambium. *Baldwinus* frater iſtius *Ricardi*, *Willielmum*, *Robertum*, & *Ricardum* cum tribus ſororibus genuit. Ex prædicta *Roheſia* hanc ſobolem procreavit *Ricardus*, *Rogerus* natu ſecundus terras patris ſui in *Normannia* adeptus eſt. *Walterus* dominium *Wenciæ* inferioris, in *Wallia*, qui conſtruxit abbatiam de *Tinterna* anno Domini MCxxxj. obiit ſine prole. A.D.1131

In Chronicis abbatiæ de **Tynterne** *in* Wallia *reperitur ſic.*

ANno Domini Mlxvj. obiit ſanctus *Edwardus* Rex *Angliæ* apud **London** & ſepelitus fuit apud *Weſtmonaſterium*, & ibidem poſtea fuit honorificè tranſlatus. Et eodem anno *Willielmus* qui fuit dux *Normanniæ* & conqueſtor *Angliæ* eam adquiſivit, fretus auxilio Regis *Franciæ* & magnatum *Normanniæ*, inter quos unus præcipuorum fuit *Willielmus* filius *Oſberti* comitis de *Ogi*. MS. in bibliothecâ *Cottonianâ* [ſub effig. *Cleopatræ* C. 3.] fol. 303. b.

Prædictus conqueſtor dedit manerium de **Wolleſton** & manerium de **Tudenham** in parte, & ſimiliter dedit ei licentiam conquerendi ſuper *Wallenſes* poſtea. Et dedit ei ſimiliter licentiam adquiſitionem ſuam adeo liberè tenere ſicut ipſemet potuit tenuiſſe, cum regalitate ut ita loquar. Cui ſucceſſit in hæreditatem *Richardus* filius ejus & fuit comes de *Ogi* per ſucceſſionem hæreditariam, & ſimiliter de **Wollaſton** & de **Tudenham**. Et ſimiliter dictus conqueſtor contulit ei licentiam eandem quam dedit patri ſuo, videlicet conquerendi ſuper *Wallenſes* eodem modo & in eadem forma quo vel qua contulit patri ſuo prædicto. Et poſtea genuit filium quem nominari fecit *Walterum*, & ideo vocabatur *Walterus* filius *Richardi*, fundator eccleſiæ de *Tynterna* in *Wallia* futurus, & poſtea idem *Richardus* obiit in ſenectute bona. Cui ſucceſſit in hæreditatem prædictus *Walterus* filius *Richardi* tam in tranſmarinis quam in ciſmarinis, & ſimiliter contulit licentiam eandem quam fecerat patri ſuo, videlicet conquerendi ſuper *Wallenſes* eodem modo & eadem forma quo vel qua dederat patri ſuo & avo ſimiliter. Et poſtquam anteceſſores ſui & ipſemet adquiſiverunt univerſam **nether-Wentiam** & medietatem de **Gwn**, tunc fundavit abbatiam de *Tinterna* in *Wallia* anno Domini milleſimo centeſimo triceſimo primo. Et poſtea idem *Walterus* filius *Richardi* obiit ſine hærede de corpore ſuo A.D.1131

suo, cujus animæ propitietur Deus, *Amen.*

Cui successit in hæreditatem *Gilbertus Strongbowe* filius patris sui, qui incontinenti factus fuit primus comes *Penbrochiæ.* Et idem *Gilbertus* dominium de **Strughulle** & totius **nether** *Wenciæ* cum prædictis terris habuit & tenuit per decennium; Qui quidem *Gilbertus* genuit filium & imposuit sibi nomen *Richardus*, & in anno Domini 1148. millesimo centesimo quadragesimo octavo obiit & sepultus est apud *Tynternam.* Cui successit in hæreditatem *Ricardus Strongbowe* filius ejus, & similiter factus est comes *Penbrochiæ.* Et postea potenter ad instantiam *Mocmorwy* reguli *Lageniæ* totam *Lageniam* in *Hibernia* sibi subjugavit; videlicet quartam partem *Hiberniæ.* Et postea dictus regulus prædictam *Lageniam* in maritagium cum *Eva* filia sua sibi dedit. Et postea idem *Richardus* obiit anno Domini millesimo centesimo septuagesimo octavo, & sic remansit prædicta *Isabella* in custodia Regis *Henrici* secundi usque ad obitum ejusdem Regis.

Cui quidem *Ricardo* successit in hæreditatem prædicta *Isabella* filia & hæres ejusdem, quæ remansit in custodia Regis *Henrici* secundi ut prædicitur usque ad obitum ejusdem Regis. Et primo 1189. anno Regis *Ricardi* primi qui coronatus fuit anno MCLxxxix. prædictus Rex dedit filiam *Ricardi Strongbowe, Will. Mareschallo* qui dictus est vetus *Mareschallus*, qui genuit ex ea quinque filios & totidem filias, & anno Domini MCCxix. obiit 1219. idem *Willielmus* & sepultus est apud **London** apud *novum Templum.* Vocabantur autem filii prædicti *Willielmi Mareschalli* comitis *Penbrochiæ*, *Willielmus*, *Richardus*, *Gilbertus*, *Walterus* & *Ancellimus*, quorum quilibet post alium fuit comes *Pembrochiæ*, & singuli eorum obierunt sine hærede.

Quorum exitu deficiente, successerunt eis in hæreditatem quinque sorores sive filiæ prædicti *Willielmi Mareschalli.* Quarum prima vocabatur *Matilda*, secunda *Johanna*, tercia *Isabella. Matilda* prima filia supradicti *Willielmi Mareschalli* desponsata fuit *Hugoni le Bigod* comiti **Norfolke** & **Suffolke**, de quibus *Hugo Bigod* primus filius comes **Norfolke & Suffolke**, & *Rogerus* sive *Radulfus* secundus filius.

De *Hugone Bigod* filio *Hugonis* supradicti. *Rogerus le Bigod* comes **Norfolke** & **Suffolke** & mareschallus *Angliæ*, &c.

Supradicta *Matilda* prima filia *Willielmi Mareschalli* post mortem prædicti *Hugonis le Bigod* viri sui nupta fuit iterum *Johanni* de *Garrene* comiti de **Surrey**, de quibus *Johannes* de *Garren* comes de *Garren* & *Isabella* de *Aubeni* soror ejus & comitissa de **Arundell.**

Titulus illorum de Verdon *& de* Genevill *ad terras & tenementa de* Lacyes.

Rogerus sive *Radulphus Bigod*, secundus filius *Hugonis le Bigod* com. **Norfolke** & **Suffolke** & *Matilda* primæ filiæ *Willielmi Mareschalli* &c. & frater *Hugonis Bygod* com. **Norfolke** & **Suffolce.** Iste *Rogerus* sive *Radulphus* desponsavit *Bertam* de *Fornivale* de quo *Johannes Bigod*, & ..... *Isabella* soror *Johannis*, quæ primum desponsata fuit *Gilberto* de *Lacy.* De quibus,

Walterus de *Lacy* (qui juvenis obiit) & *Margeria* & *Matilda* ut filiæ & cohæredes ipsius *Gilberti* de *Lacy.* Inter quas tota hæreditas ipsius *Gilberti* patris eorum partita fuit.

Margeria Lacy prima filia & una hæredum *Gilberti* de *Lacy* nupta fuit *Johanni* de *Verdon*, unde tota pars hæreditatis suæ descendebat

Nicholao Verdon ut filio suo & hæredi, qui obiit sine exitu. Post cujus obitum hæreditas descendebat

Johanni Verdon fratri suo, & de ipso *Johanne* quia obiit sine hærede de se, discendebat jus hæreditatis cuidam *Theobaldo Verdon* ut fratri suo & hæredi. Et de ipso jus descendebat

Johanni Verdon ut filio suo & hæredi, & de ipso *Johanne* quia obiit sine hærede de se, hæreditas discendebat cuidam

Theobaldo Verdon ut fratri suo & hæredi, qui duxit in uxorem *Matildam* filiam domini *Edmondi* de *Mortuo mari*, De quibus

Johannes & *Willielmus*, & 3. filiæ, videlicet *Johanna. Elizabetha*, & *Margeria.*

Post mortem *Matilda* dictus *Theobaldus* de *Verdon* disponsavit *Elizabetham* de *Burgo*, nuper uxorem *Johannis* de *Burgo* filii comitis *Ulsoniæ*, sororem *Gilberti* de *Clare* comitis *Glocestriæ.* De qua *Elizabetha* procreatæ fuerunt duæ filiæ *Isabella* & *Katherina.*

Johannes de *Verdon* filius & hæres *Theob.* de *Verdon* obiit in hæreditate sine ex tu de se. Post cujus mortem hæreditas descendebat

Willielmo de *Verdon* fratri suo qui obiit sine hærede de se. Post cujus mortem tota hæreditas (quia dicta *Katherina* mortua fuit sine hærede de se) divisa fuit inter quatuor filias dicti *Theobaldi* de *Verdon.*

Johanna prima filia nupta fuit *Thomæ* de *Fornyvale*, &c.

Elizabetha 2. filia nupta fuit cuidam domino *Bartholomæo* de *Borowas* sive **Burghershe**, &c.

Margareta 3. filia nupta fuit .... **Huffy.** Quo defuncto, nupta fuit iterum domino *Willielmo Blunt.* Quo defuncto sine hærede de se, desponsata fuit tertio, domino *Johanni Crophulle* militi, & habuit exitum *Thomam Crophulle* qui disponsavit *Sibillam* filiam domini *Johannis de la* **Bere**; de quibus *Agnes* nupta domino *Waltero Deveros* militi. De quibus *Walterus*, *Johannes*, *Richardus*, *Thomas*, *Elizabetha*, & *Margareta.* Quo quidem domino *Waltero Deveros* defuncto, dicta *Agnes* nupta fuit iterum *Johanni Parr* domino de **Ryxheby** in **Kendall.** De quibus *Thomas Parr*, & *Elizab.* soror ejus sine hærede de se defuncta.

Isabella quarta filia *Theobaldi* de *Verdon* nupta fuit domino *Henrico* de *Ferrers*, &c.

Gilbertus de *Lacy* habuit filium *Hugonem*, qui habuit filium *Walterum*, qui habuit filium *Gilbertum* de *Lacy*, qui disponsavit *Isabellam Bygod* sororem *Johannis Bigod.* De quibus *Walterus* de *Lacy* qui obiit juvenis sine exitu, & duæ filiæ sui hæredes, videlicet *Margeria*, & *Matilda.*

Matilda Lacy nupta fuit *Gaulfrido* de *Genyvle.* Et de ipsa *Matilda* descendebat jus cuidam

Gaulfrido Genevyle ut filio suo & hæredi, qui obiit sine hærede de se, & tunc jus descendebat

Petro de *Genyvile* ut fratri suo, qui disponsavit *Johannam* filiam ..... comitis *Marchiæ* de

partibus tranſmarinis & habuerunt exitum *Joannam, Matildam*, & *Beatricem*, quæ dimiſerunt ſe in ordinem monialium apud **Acornbury**, in quo ordine profeſſæ fuere, per quam dimiſſionem obiere ſine hæredibus de ſe &c. Jus partibus illarum diſcendit *Johannæ*, ut ſorori & hæredi.

Johanna Genyvill hæres unica *Petri* de *Genyvill* nupta fuit *Rogero* de *Mortuomari* primo comiti *Marchiæ*, de quibus

Edmundus de *Mortuomari* & plures alii filii & filiæ. Qui *Edmundus* diſponſavit *Elizabetham* filiam & unam hæredum domini *Bartholomæi* de **Badelesmer**, de quibus *Rogerus* de *Mortuomari* comes etiam *Marchiæ* maritus *Philippæ* filiæ domini *Willielmi Montagut* comitis *Sarum*, de quibus

Edmundus bonus de *Mortuomari* comes *Marchiæ* & etiam *Ultoniæ* maritus *Philippæ* filiæ & unius hæredum domini *Leonelli* ducis *Clarentii* filii regis *Edwardi* tertii, de quibus

Rogerus de *Mortimer* comes *Marchiæ* & *Ultoniæ* maritus *Elianoræ* filiæ domini *Thomæ Holland* comitis *Cantiæ*, de quibus

Edmundus, *Rogerus*, *Anna*, & *Elianora*.

Edmundus comes *Marchiæ* & *Ultoniæ* obiit ſine hærede de ſe

Rogerus frater *Edmundi*, ſine hærede de ſe

Anna ſoror & hæres *Edmundi* comitis *Marchiæ* &c. diſponſata fuit domino *Richardo* de **Conesburgh** comiti *Cantabrigiæ*, fratri *Edwardi* ducis *Eboracenſis*. De quibus *Richardus* & *Anna*

Ricardus Plantagenet comes *Marchiæ* & *Ultoniæ* &c. ex parte dictæ *Annæ* matris. Et ex parte dicti *Richardi* patris ſui dux *Eborum*. Qui quidem *Richardus* pater fuit frater *Edwardi* ducis *Eborum*, ſine herede de ſe, filius *Edmundi* tertii. Qui quidem *Edmundus* diſponſavit *Iſabellam* filiam *Petri* regis *Hiſpaniæ*. Qui quidem *Richardus* dux *Eborum* comes *Marchiæ* &c. deſponſavit *Ceciliam*.

Elianora ſoror *Annæ* & filia *Rogeri* de *Mortuomari* comitis *Marchiæ* & *Ultoniæ* diſponſata fuit ..... *Courteney* primogeniti ..... *Courteney* comitis *Devoniæ*, quæ obiit ſine hærede de ſe.

Iſabella Bygod ſoror *Johannis Bygod* uxor *Gilberti* de *Lacy* poſt mortem dicti *Gilberti* de *Lacy* iterum diſponſata fuit *Johanni Fitz Geffrey*. De quo habuit tres filios & quatuor filias.

Richardus le Fitz John. *Johannes* & *Willielmus*. *Matilda* uxor *Guidonis* comitis *Warwici*.

.... ſecunda filia nupta fuit comiti *Ultoniæ*.

.... tertia filia ad *le Boyler Hiberniæ*.

.... quarta filia nupta fuit domino ..... de **Westmerland**. De quibus

Duæ filiæ *Idonia* & *Iſabella*. De quibus una diſponſata fuit *Rogero* de **Clifford**. De quibus *Robertus* de **Clifford** &c.

Memorandum quod *Walterus* de *Lacy* conſtruxit monaſterium religioſorum à fundamentis in civitate **Hereford**, qui habuit filium nomine *Hugonem*, qui per aſſignationem dicti *Walteri* patris ſui primi a conqueſtu dedit monachis *Gloucęſtriæ* eccleſiam ſancti *Petri Hereford*. Et *Walterus* frater ſupradicti *Walteri* in egregio cœnobio S. *Petri Gloucęſtriæ* ſub patris imperio aliquamdiu in monachica profeſſione militavit, ubi poſtea abbas effectus, nepos ejus *Gilbertus* miles probatiſſimus ſub habitu *Templariorum* poſt multos certaminum & bellorum triumphos, pro ſervicio regis Chriſti agonizare non ceſſavit.

Secunda filia antedicti *Willielmi Mareſcalli* vocabatur *Johanna*, nupta *Warino* de *Montecanſo*, de qua habuit exitum *Johannem* de *Montecanſo* qui obiit ſine hærede de ſe, & *Johannam* ſororem ejus nuptam domino *Willielmo* de *Valentia*.

Tercia filia antedicti *Willielmi Mareſcalli* vocabatur *Iſabella* & nupta fuit domino *Gilberto* de **Clare** comiti *Glovernię*, & habuere exitum *Ricardum*, & *Amiciam* quæ fuit comitiſſa de ..... de qua comitiſſa de *Auberimarla* & *Iſabella* ſoror ejus quæ fuit uxor *Roberti* de **Burgo** & mater comitis de **Carrigo**.

Richardus de **Clare** comes *Glovernię* qui diſponſavit ſororem comitis *Marchiæ* & habuit exitum

Gilbertum de **Clare** comitem, qui diſponſavit *Johannam* filiam regis *Edwardi* primi, & habuere exitum.

Gilbertum de **Clare**, & *Alianoram*, *Margaretam*, & *Elizabetham*.

Gilbertus de **Clare** diſponſavit *Matildam* filiam comitis *Ultoniæ*, & obiit ſine hærede de corpore ſuo.

Alienora ſoror & una hæredum prædicti *Gilberti* de **Clare** diſponſata *Hugoni le Diſpenſer* juniori, quo defuncto, nupta fuit domino *Willielmo la* **Zouche** domino de **Glamorgan** & de **Morgannok**.

Margarita ſecunda ſoror & una hæredum prædicti *Gilberti* de **Clare** diſponſata *Hugoni Dundeley*.

Elizabetha tertia ſoror & tertia hæres dicti *Gilberti* de **Clare** diſponſata *Johanni* de *Burgo* comiti *Ultoniæ* & **Hertford**. De quibus

Willielmus de *Burgo* comes *Ultoniæ* & **Hertford** maritus *Matildæ* filiæ tertiæ *Henrici* comitis *Lancaſtriæ* fratris & hæredis comitis *Lancaſtriæ* apud *Pontefractum* decollati tempore regis *Edwardi* filii regis *Edwardi*, (qui fuere filii *Edmundi* comitis *Lancaſtriæ*) & qui quidem *Henricus* fuit pater *Henrici* ducis *Lancaſtriæ*, de quibus *Willielmus* de *Burgo* & *Matilda* uxor ejus, unica fuit filia & hæres ..... *Elizabetham* nupta primùm *Rogero D'ammori*, quo ſine hærede defuncto, poſtea nupta fuit ſecundò *Lyonello* ..... duci *Clarentiæ* filio regis *Edwardi* tertii. De quibus procreata fuit

Philippa unica filia & hæres, diſponſata illuſtriſſimo domino domino *Edmundo* de *Mortuomari* ſic nuncupato, bono, comiti *Marchiæ* & de jure uxoris ſuæ comiti *Ultoniæ*, de quibus *Rogerus* comes, de quo *Edmundus* comes ſine hærede de ſe. Qua de cauſa tota ejus hæreditas deſcendebat *Annæ* ſorori ſuæ & unicæ hæredi matri *Ricardi* ducis *Eborum* & comitis *Marchiæ*.

Quarta filia dicti *Willielmi Mareſcalli*, vocabatur *Sibilla*, & nupta fuit *Willielmo* de *Ferrers* comiti *Derbiæ*, de qua procreatæ fuere ſeptem filiæ. Quarum prima vocabatur *Agnes*, ſecunda *Iſabella*, tertia *Matilda*, quarta *Sibilla*, quinta *Johanna*, ſexta *Alianora*, ſeptima *Agatha*.

Agnes

Agnes prima filia nupta fuit *Willielmo* de *Vescy* de qua *Johannes* de *Vescy* sine hærede de se, & *Willielmus* de *Vescy* qui habuit exitum *Johannem* de *Vescy* qui obiit ante patrem suum, & postea dictus *Willielmus Vescy* pater sine hærede de se.

Isabella Basset, secunda filia nupta *Reginaldo* de *Monte-minori* de quibus *Willielmus* de *Monte-minore*, de quo *Willielmus* de *Monte* sine hærede de se de iisdem *Isabella* & *Reginaldo* filiam nomine *Alianoram* nuptam *Johanni* filio *Nicholai* de *Carrew*, & *Margaretam* sororem ejus sine hærede de se, & *Mariam* sororem ejus nuptam *Johanni Meriet*, qui obiit sine hærede de se.

Matylda de *Kyme*, tertia filia, nupta *Almarico* de *Rupe-Edwardi*, De quibus *Johanna* de *Vynon*, *Cecilia* de *Bellocampo*, *Sibilla* nupta *Almarico* de *Archiaks* in *Piganra*.

Sibilla de *Bohun*, quarta filia, de qua *Johannes Bohun* de **Midhurst**. De ipso *Johanne*, *Johannes*.

Johanna quinta filia nupta *Johanni* de *Mohun*, de quibus *Johannes* de *Mohun*, de quo *Johannes*, de eo *Johannes*.

Alianora, sexta filia, fuit comitissa de *Wintonia*, & obiit sine hærede de se.

Agatha septima filia nupta fuit *Hugoni* de *Mortuo-mari* domino de **Chelmersh**, qui fuit filius *Rodulphi* de *Mortuo mari* domini de **Wigmor**, de quibus *Hugo* & *Agatha*, *Johannes* de *Mortemer* qui obiit sine hærede de se, & *Henricus Mortymer*, de quo *Hugo*, de quo *Henricus* de *Mortymer* qui disponsavit *Elisabetham* filiam. De quibus

Willielmus, *Hugo*, *Jacobus*, *Edmundus*, *Thomas*, *Rogerus* } qui omnes obierunt sine hærede de se.

Et *Johanna* & *Margareta*.

Quæ quidem *Johanna* fuit mater *Matildis* matris *Johannis* de *Cressi* senioris, consanguinei & hæredis propinquioris *Hugonis* fratris *Willihelmi* supradicti. Qui quidem *Hugo* frater *Willihelmi* ut supponitur interfectus fuit in bello Regis *Henrici* quarti apud **Salop**. Et quia prædictus *Hugo* frater *Willihelmi* & cæteri omnes supradicti obierunt sine hærede masculo de se, manerium de **Cherlmersh** revertere debet *Richardo* duci *Eborum* comiti *Marchiæ* & *Ulteniæ* & domino de **Wigmor**, ut consanguineo & hæredi supradicti *Radulphi* de *Mortimer*, videlicet filio & hæredi *Annæ* sororis & vnicæ hæredis *Edmondi* comitis *Marchiæ* & *Ulteniæ* filii *Rogeri* filii *Edmondi*, filii *Rogeri*, filii *Edmondi*, filii *Rogeri*, filii *Edmondi*, filii *Rogeri*, filii *Radulphi* qui dedit, &c.

Quinta filia antedicti *Willielmi Marescalli* vocabatur *Eva*, quæ nupta fuit *Willielmo* de *Brewes* quarto antedicto cum domino de **Bzekenok**. De quibus tres filiæ, videlicet *Matilda*, *Alianora*, & *Eva*.

Matilda primogenita prædicti *Willihelmi* & *Evæ* consortis suæ nupta fuit domino *Rogero* de *Mortuo-mari* domino de **Wigmore**, de quibus *Edmondus* pater *Rogeri*. Pater *Edmondi* pater *Rogeri*. Pater *Edmondi* pater *Rogeri*. Pater *Edmondi* frater *Annæ*, matris *Richardi* ducis *Eboraci* & comitis *Marchiæ* & *Ulteniæ* &c.

Alianora secunda filia nupta fuit *Humfrido* de *Bohun* vj. de quibus *Humfridus* de *Bohun Hereferdiæ* comes &c. & de eo *Humfridus* de *Bohun*, &c.

Eva tertia filia nupta fuit *Willielmo* de *Cantilupo* de quibus *Georgius* sine hærede de se, & *Johanna* nupta *Henrico* de *Hastings* & *Milisanti* de *Monte-alto* quæ fuit uxor *Ivonis de la Zouch*.

RIEVALLENSE
Cœnobium in agro Eboracensi.

REgnante in *Anglia* illustri Rege *Henrico* filio *Willielmi* cognomento *Bastard* (&c.) monasteria constituuntur, & sopitis præliis, sancta ubique religio dilatatur. Floruit per idem tempus fœlicis recordationis beatus *Bernardus*, abbas *Clarevallensis*, vir magnificus, & in Dei rebus strenuè agens (*&c.*) Multorum siquidem monachorum pater, monasteria non pauca constituxerat, & missis expeditionis suæ militibus jam finitimas occupaverat regiones (*&c.*) Hic instinctu divino de nobili sua *Clarevallensi* vinea quandam bonæ spei plantationem ad *Anglicanas* partes direxerat, quærens fructum in gente illa, sicut ubique terrarum (*&c.*) Suscepti cum honore à Rege & regno, in provincia *Eboracensi* nova jaciunt fundamenta, constituentes abbatiam quæ *Rievallis* nominatur, & hæc prima plantatio ordinis *Cisterciensis* in territorio *Eboracensi* (*&c.*) MS. de originemonasterii de *Fontibus* in bibl *Arundeliana* p. 1.

Anno Domini MCxxxij. *Gualterus Espec* vir magnus, & potens in conspectu Regis & totius regni, monachos *Cisterciensis* observantiæ directos à *Barnardo* abbate *Clarevallis* recepit, & posuit in solitudine **Blachomour** secùs aquam **Rie**, à qua cœnobium eorum *Rievallis* dicitur, cum quibus missus est *Gulielmus* primus abbas eorum, vir consummatæ virtutis & excellentis memoriæ. A.D.1132 *Lel.* collectan. vol. 2 p. 310.

Fundationis & fundatorum historia.

DOminus *Walterus Especke* miles strenuus & decorus in ætate juvenili uxorem duxit quandam, nomine *Adelinam*, quæ concepit, & peperit ei unum filium, nomine *Walterum*, similem patri suo. Qui formosus factus adolescens, multum delectabatur in equis velocibus equitare. Contigit ut quadam die, cum equum velocem ascendisset, & ipsum ad currendum, ultra vires urgeret, apud parvam petrinam crucem, versus * **Frithby**, equus suus graviter cespitavit: Et ille sumto de equo cadens, collo suo fracto, vitam finivit temporalem. Quod cum rumor infortunii ad patrem suum pervenisset, consternatus dolore nimio, deliberavit de hæredibus sibi disponendis. Licet præcipue quando vir conquestus erat, & armorum actibus, quicquid habuit, acquisivit. Invocata igitur Spiritus Sancti gratia, amicos suos consuluit, præsertim *Willielmum* Ex MS. in bibl. *Cotton.* [sub effigie *Vitellii* F 4.]

* Juxta Priorat. de *Kirkby* in com. *Ebor.*

Gartonensem

Gartonensem rectorem, & avunculum suum cujus consilio plurimùm acquievit. Qui igitur consuluit ut de parte terrarum suarum Christum faceret hæredem, quod ad finem usque perduxit, fundans tria monasteria. Et primo monasterium de **Birkham** viij. kal. Marcii feria quarta anno Domini MCxxij. anno regni Regis *H.* primi xxij. & præsulatus *Thurstani Ebor.* archiep. anno quinto. Et idem præsul primum Priorem, *Willielmum* videlicet supradictum tunc Canonicum, instructum in domo sancti *Oswaldi* ordinavit & constituit in pastorem, adjuncto sibi uno socio de eadem domo; Qui quidem *Willielmus* Prior rexit Prioratum in domo de **Birkeham** per unum annum menses tres & duos dies, Et sic quinto nonas Julii ab hac luce subtractus est, & ad vitam migravit æternam fœliciter regnaturus. Et ad sustentationem ejusdem domus & onus hospitalitatis supportandum, idem *Walterus* dedit jus patronatus septem ecclesiarum per ipsum appropriandarum eisdem, in proprios usus habendum, & terras redditus ac possessiones ad summam mille & centum marcarum in comitatibus *Eboraci* & *Northumbria*.

A.D.1122

Postea fundavit monasterium *Rievallis* A. D. MCxxxj. Et postea fundavit monasterium de **Wardon** A. D. MCxxxvj. Vixit autem idem *Walterus*, postquam fundavit monasterium de **Birkham**, triginta annis, miles strenuus & circumspectus. Tandem dictus dominus *Walterus*, senio confractus, armis militaribus valefecit, *Willielmum* hæredem habens de corpore suo legitimè procreatum: Residuum verò terrarum suarum divisit inter tres sorores suas, sibi jure hæreditario successuras, quarum nomina hæc sunt. *Hawisa*, *Albreda*, *Adelina*. Primam duxit in uxorem *Willielmus Buscye*, secundam *Nicholaus* de *Traylye*, & tertiam *Petrus* de *Roos*; Sed *Adelina* sorori suæ inter cætera dedit specialiter advocationem de **Birkham**, & *Rievallis*, Et postea sumens habitum monachilem apud *Rievallem*, ibidem inter monachos per biennium conversans vitam finivit temporalem, jacens ibidem in sua ecclesia humatus vij. Idus Marcii Anno Domini MCliij. cujus animæ propitietur Deus, *Amen*,

Pro rerum venia **Birkham** *domus bona*,
Rievallis *deinceps, & hæc tria*, Wardona
Est fundata primitùs à dicta persona,
Pro quorum meritis datur illi trina corona.

Successio dominorum de Roos *post maritagium* Petri *domini de* Roos Adelinæ *sororis* Walteri Especk.

PEtrus de *Roos* duxit *Adelinam Especk*, & genuit ex ea quendam *Robertum* de *Roos*, qui quidem *Petrus* sepultus est in monasterio abbatiæ *Rievallensis*; qui *Robertus* duxit *Sibillam* de *Valoniis* in uxorem, & genuit ex ea *Everardum* de *Roos*, qui *Everardus* duxit quandam *Rosam*, & genuit ex ea *Robertum* de *Roos* dictum **Fursan**; Qui *Robertus* duxit in uxorem *Isabellam* filiam Regis *Scotiæ*, & genuit ex ea *Willielmum* de *Roos* & *Robertum*. Dictus verò *Robertus Fursan* levavit castra de **Helmisley** & de **Warke**, & Templariis dedit * **Ribstane**; Et postea divisit terras suas, & dedit *Willielmo* filio suo & hæredi castrum de **Hemmisley** cum pertinentiis suis, & advocationem monasteriorum de **Birkham**, **Rievalle**, & de *Wardona*; & *Roberto* filio suo dedit castrum de **Warke** cum pertinentiis suis, & cum baronia in *Scotia* ad tenendum de *Willielmo* fratre suo & hæredibus suis per servicium militare; Et postea dictus *Robertus Fursan* factus est Templarius & *Londini* est sepultus. *Willielmus* de *Roos* duxit in uxorem *Luciam*, & genuit ex ea quendam *Robertum* de *Roos*, qui quidem *Willielmus* sepultus est in monasterio de **Birkham** in medio coram summo altare. *Robertus* filius ejus duxit in uxorem *Isabellam* hæredem *D'Albany*, & genuit ex ea *Willielmum* de *Roos*, & sepultus est apud **Birkham** in tumba marmorea ex parte australi. *Willielmus* filius ejus duxit in uxorem *Matildam* de *Vaus* hæredem medietatis terrarum *Johannis* de *Vaus*, & genuit ex ea *Willielmum* de *Roos*, & sepultus est in eodem monasterio de **Birkham** in tumba marmorea ex parte boreali.

Willielmus de *Roos* filius ejus duxit in uxorem *Margeriam* de *Badilesmere*, & genuit ex ea *Willielmum*, *Thomam*, *Margaretam*, & *Matildem*, & sepultus est apud **Birkham** in mausoleo lapideo juxta magnum altare ex parte australi. *Willielmus* filius ejus duxit in uxorem *Margaretam* filiam domini *Radulphi* de *Nevill*, qui moriebatur in terra sancta sine hærede Ibique sepelitur; Cui successit *Thomas* frater ejus, qui quidem *Thomas* duxit in uxorem *Beatricem* filiam *Radulphi* comitis *Staffordiæ*, & genuit ex ea *Johannem*, *Willielmum*, *Thomam*, & *Robertum*, *Elizabetham*, & *Margaretam*; qui quidem *Thomas* de *Roos* obiit apud **Uffington** versus terram sanctam, & sepultus est in monasterio *Ryevallis* in medio chori; Qui quidem *Johannes* filius ejus duxit in uxorem *Mariam* de *Orebe* ..... comitis *Northumbriæ*, qui decessit sine hærede masculo apud *Cypresse* peregrinans versus terram sanctam, & sepultus est apud *Ryevallem* in australi parte chori juxta magnum altare. Cui successit *Willielmus* frater ejus qui duxit in uxorem *Margaretam* filiam domini *Johannis* de *Arundell*, & genuit ex ea *Johannem*, *Willielmum*, *Thomam*, *Robertum*, & *Ricardum*, *Beatricem*, *Aliciam*, *Margaretam*, & *Elizabetham*; qui *Willielmus* obiit apud *Belverum* primo die Septembris anno Domini MCCCxiiij. & sepultus est in medio chori Prioratus ibidem. Cui successit *Johannes* primogenitus, & hæres ejusdem *Willielmi*, qui duxit in uxorem *Margeriam* filiam & hæredem *Philippi* de *Spencer*, qui *Johannes* obiit in *Francia* sine hærede de corpore suo, cum quo obiit *Willielmus* frater suus in vigilia Paschæ anno Domini MCCCCxxj. qui *Johannes* sepultus est apud *Belverum* ex parte boreali chori ibidem juxta patrem suum. Cui successit *Thomas* frater ejus, qui duxit in uxorem *Elianoram* filiam domini *Ricardi* de *Bellocampo* de **Warwick**, ex qua genuit *Thomam* qui natus est nono die mensis Septembris anno Domini MCCCCxxvij. & anno regni Regis *Henrici* texti post conquestum *Anglia* sexto; Qui *Thomas* duxit in uxorem *Philippam* primam filiam domini de **Tiptoft**, unam de hæredibus ejusdem, & sororem comitis de **Worcester**, qui obiit apud *Novum-Castrum* anno Domini MCCCCxj. Qui *Thomas* genuit *Edmundum*, *Elianoram*, *Isabellam*,

* Præceptoria de *Ribstane* in com. *Ebor.*

Iſabellam Margaretam, & Johannem, qui *Edmundus* obiit ſine prole apud **Enefeild** anno domini MDviij, xxiij. die menſis Octobris, & ſepultus eſt in eccleſia parochiali ejuſdem.

Alianora prima filia domini de *Roos* fuit nupta *Roberto Manners* militi; de qua idem *Robertus* genuit *Georgium, Edwardum, Elizabetham* & *Cecelium.* Qui *Georgius* duxit in uxorem *Annam* filiam *Annæ* duciſſæ alias dictæ *Exceſtriæ* & *Thomæ Sellengeri* militis; quæ *Anna* ducilla fuit ſoror regis *Edwardi* quarti. Et *Georgius* genuit ex *Anna* uxore ſua *Thomam, Oliverum, Anthonium. Ricardum, Johannem, Elizebetham, Catherinam, Elianoram, Cecelium Margaretam* &c. & cum illuſtriſſimo rege *Henrico* octavo fuit ad *Franciam*, & tempore guerræ gravem corporis accepit infirmitatem, & in redeundo obiit in menſe Octobris A. domini MDxiij. Et ſepultus *Londini* in eccleſia monialium de **Hallywell.**

Carta *Walteri Eſpec* de fundatione abbatiæ *Rievallis.*

Ex regiſtro abbatiæ de *Rievaulx* in bibl. *cottoniana* [ſub effigie Julii D. 1. fol. 24. 2.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Walterus Eſpec, *univerſis ſanctæ catholicæ matris eccleſiæ filiis ſalutem. Notum ſit omnibus vobis, me dediſſe, & conceſſiſſe, conceſſu* Henrici *regis* Anglorum, *& conſilio* Adelinæ *uxoris meæ, Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Rievalle,** *in manu* Willielmi *abbatis, & fratribus ibi Deo ſervientibus, & pro Dei amore, & ſalute animæ regis* Willielmi Anglorum, *& pro ſalute* Henrici *regis* Anglorum, *& omnium parentum ſuorum, & pro ſalute animæ patris mei, & matris meæ, & pro anima* Hugonis *de* **Wildecher,** *& pro anima patris, & matris uxoris meæ, & omnium parentum, & anteceſſorum noſtrorum, novem caruca-tas terræ; ſcilicet, terram de* **Gzif** *ubi ſunt quatuor carucatæ, & terram de* Tilleſtona, *ubi ſunt quinque carucatæ cum omnibus appenditiis, & rebus eiſdem terris pertinentibus, in boſco. & plano, in paſtura. & pratis, & aquis, & omnibus aliis locis, bene, & in pace. & honorifice, & libere, & quiete de omnibus conſuetudinibus, & auxiliis, & aſſiſis, & occaſionibus. & placitis, & quarelis, & omni terreno ſervitio inperpetuum tenere; his diviſis; ſcilicet ab eo loco ubi* Sperragata *venit ad* Riam, *omnem aquam uſque ad* Fangadala, *& inde per* Fangdala, *ſicut diviſæ ſunt inter me, &* **Steintone,** *uſque ad magnam viam, quæ venit de* **Wildheris,** *& inde ſupra clivum montis, quantum meæ diviſæ tenduntur verſus* **Clive-land,** *& ſubtus clivum montis a monte qui vocatur* **Traneshof,** *per vallem quæ dicitur* **Landeſ-mere,** *uſque ad aquam quæ currit per* Bildeſ dala. *Hæ ſunt diviſæ a parte occidentis; Ex parte vero orientis, a ſupradicta* Sparagata *per eam, uſque ad illam viam, qua itur de* **Gzif,** *ad molendinum de* **Spzerton,** *& inde per viam, qua itur inter duas haias ſcilicet, illam de* **Grif,** *& mediam haiam uſque ad ſurtam. & inde totam vallem uſque ad parvam haiam de* **Thilleſtone.** *Inde inter plazum de* **Thileſton,** *& oram nemoris uſque ad quandam foſſam è contra, ubi* Depadala, *&* **Lithlebec** *conveniunt; & inde totam vallem* **Lithlebec,** *uſque ad* **Raudepade,** *& inde per magnam viam, uſque ad furcam viarum, & inde per viam à dextra ſuper* Sundhesdala, *uſque ad acervum lapidum qui vocatur* **Bachely,** *& inde recto ductu ſuper* Thripleſdala *uſque ad magnam viam, qua venit de* **Thurchileſt,** *& per illam viam, quantum meæ diviſæ tenduntur verſus* **Clibeland** *ſuper clivum montis, & ſubtus clivum, per rivulum qui vocatur* **Willeſmesbec,** *& eſt diviſa inter me &* Johannem *de* Engelram, *uſque ad ſupradictam aquam quæ currit per* **Bildesdale.** *Et præter hæc concedo eis omnia aiſiamenta ſua in maneriis & foreſta mea de* **Helmeſlac,** *ſcilicet materiem, & ligna ad ſuos proprios uſus, & paſcua, & pannagia ab omni conſuetudine quieta, in omnibus boſcis meis de* **Helmeſlac,** *ſicut ego ipſe liberius. & quietius habeo ad meum proprium opus. Hujus teſtibus,* Thoma Præpoſito *de* Beverlaco, Arnaldo Sacerdote *de* Beverlaco, Godefrido Capellano, Henrico *de* Munford, Waltero Capellano, Euſtachio *filio* Johannis, Roberto Capellano Walteri Eſpec, Galfrido *clerico de* Wartra, Ivone, Pagano, Hugone, Willielmo, Clemente *fratribus ejus. Teſtimonio etiam & conceſſu nepotum meorum, ſcilicet,* Willielmi *de* Buiſei & Jordani, & Rogeri, *qui ſunt filii ſororis meæ* Haawiſiæ, *primogenitæ patris & matris meæ, & nepotum meorum* Gaufridi *de* Trali, & Willielmi, & Gilberti, & Nicholai *filiorum mediæ ſororis meæ* Albreæ; *& nepotum meorum* Everardi, & Roberti * *filii ſororis meæ* Adelinæ *poſtgenitæ. Teſtimonio quoque & conſilio meorum hominum; ſcilicet,* Willielmi *de* **Steingrif,** Roberti **Lenveiſet,** Drogonis *de* Hirum, Roberti *de* **Spzerton,** Petri *de* Surdevals, Willielmi Luvelle, Johannis Elgelram, Willielmi *filii* Amfrei, Willielmi *de* Surdevalle, Rogeri *de* Flameville, Hugonis Camin. *Teſtibus etiam vicinis meis; ſcilicet,* Henrico *de* Munfort, Stephano *de* Meinill, Gervaſio *de* **Sneit,** & Benedicto *filio ejus,* Rogero *de* **Hiltune,** Auſchetino *filio* Willielmi *filii* Achelini; *& multis aliis meis vicinis, & amicis. Hanc abbatiam* Rievallis *fundavi ego* Walterus Eſpec, *conſilio & conceſſu* Turſtini *archiepiſcopi* Eboracenſis, *conceſſu etiam, & conſilio* Henrici *regis* Anglorum, *domino Papa* Innocentio, *auctoritate apoſtolica hæc omnia confirmante.*

Vide cart. 1. E. 3. n. 30.

Et pat. 6. E. 3 part. 2 m. 23.

* De *Ros.*

Iſtæ ſunt poſſeſſiones Rievallis *perhennes, quæ ſic collatæ ſunt nobis.*

IN principio datæ ſunt ix. carrucatæ terræ beato *Bernardo* abbati *Clarevallenſi,* ſcilicet **Gzif** & *Tilleſtona* ad conſtruendam ibi abbatiam anno domini MCxxx. primo. Ib. f. 1. a. A.D. 1131

Deinde poſt aliquot annos dedit *Odo* de **Wolthebi** domino *Willielmo* abbati, **Heſtelſcait** cum pertinentiis ſuis.

Anno domini MCxlv. dedit nobis *Walterus Eſpec* **Bildesdale** cum pertinentiis ſuis.

Stephanus de *Mainil* dedit nobis **Steintun** cum pertinentiis ſuis.

Item pratum de **Rokesbergh** dederunt nobis *Gervaſius* & *Benedictus* filius ejus, & *Hugo del* **Tuit.**

Pratum de **Waterholm** dedit nobis *Odo* de **Nes.**

Tempore domini *Ailredi* abbatis, dedit nobis

Gilbertus de *Gant* grangiam de **Hundemanebi** cum pertinentiis ſuis.

Anno Domini MCIj. dedit nobis *Willielmus* epiſcopus *Dunelmenſis* grangiam de **Crollebi** cum pertinentiis ſuis.

Poſtea dedit nobis *Hugo* epiſcopus *Dunelmenſis* **Cotun** cum pertinentiis ſuis.

Anno poſt hæc ſecundo dedit nobis *Rogerus* de *Melbrai Welleburnam* cum pertinentiis ſuis.

Bertrannus de *Bulemer* dedit nobis unam carrucatam terræ in *Welleburna* cum pertinentiis.

Radulfus Beler dedit nobis totam *Hovetonam*, præter dimidiam.

Anno ab incarnatione Domini MClviij. dedit nobis Rex *Henricus* ſecundus vaſtum ſubtus **Pikaring**, in eſcambium pro *Steintona* quam nobis dedit *Walterus* de *Gant* ad abbatiam conſtruendam ibi.

Robertus de *Laceles* dedit nobis unam carrucatam terræ in **Portun** cum pertinentiis ſuis.

Walterus Engelram dedit nobis v. bovatas terræ in *VVelleberga* cum pertinentiis ſuis.

VValterus filius *Yvonis* dedit nobis dimidiam carrucatam in **Fulketune** cum pertinentiis ſuis.

Torphinus de *Alvſtan* dedit nobis unam carrucatam terræ in **Alvestain** cum pertinentiis ſuis.

Walterus Engelram dedit nobis in *Heſelertona* xxx. acras terræ & paſturam ad M. oves.

Petrus de *Treſe* dedit nobis paſturam de **Erdene**.

Hugo Malebeſtie dedit nobis *Oſwaldeſengas*.

Jordanus de *Buſſai* dedit nobis dimidiam carrucatam terræ in **Boeltun**.

Richardus Cumin dedit nobis unam carucatam terræ & dimidiam in **Stainecroft**.

Adam filius *Petri* dedit nobis **Rumbleſmor** & favercas de **Stainburg**, & de *Scitlintuna*.

Copſi de **Tunſtal** dedit nobis domum unam in **Boultun** cum toſto.

Radulfus de *Novavilla* dedit unam carrucatam terræ in **Riccun**.

Tempore domni *Silvani* abbatis dedit nobis *VVillielmus* filius *Theobaldi* xvj. acras terræ in campo de **Folketun**.

Henricus VVillardebi & *Alardus* filius ejus dederunt nobis quatuor acras prati & dimidiam.

Torphinus de **Alvestain** dedit nobis xij. perticatas terræ arabilis & x. perticatas prati in *Latum*.

Decem bovatæ adquietate ſunt nobis in **Hovetun** & v. acræ.

Sanctimoniales de *VVelleburna* dederunt nobis duas bovatas terræ.

Apud *Favercas* noſtras datæ ſunt nobis lxx. acræ & dimidia.

Acharius de **Tunſtal** dedit nobis grangiam de **Boeltun** cum pertinentiis ſuis.

Everardus de **Ros** dedit nobis ſartum de **Helmeſley** & communam de **Pokeley**.

Robertus de **Sprortun** & *Symon* filius ejus dederunt nobis terram & paſturam ad CC. oves in campo de **Sprortun**.

VVillielmus de *Amundavilla* dedit nobis unam acram terræ in campo de **Treſord** juxta piſcariam de **Ness**.

Terram de **Teſedale** cum pertinentiis ſuis, & paſturam ad lx. equas cum pullis ſuis duorum annorum, & ad ſexies xx. animalia & ad xij. vaccas & duos tauros cum nutrimento ſuo, & terram de **Weſtdale** cum pertinentiis ſuis, & paſturam ad ſexies xx. animalia, & piſcariam de **Newhus**. Hæc omnia dedit nobis *Bernardus* de *Baiol*.

Grangiam de **Brottun** cum pertinentiis ſuis dederunt nobis *Jordanus Paen* & cæteri liberi homines ejuſdem villæ.

Piſcarias de **Normanebi** et xliij. acras terræ et paſturam ad centum oves et ad viij. equos vel boves et ad ſumarios qui neceſſarii fuerint dederunt nobis *Ricardus* filius *Turſtini*, et *Robertus* filius ejus, et *Richardus Loſth*.

Domum et terram de *Beverlacho* in *Flammangaria* dedit nobis *Johannes* filius *Johannis* Vinitoris.

Robertus de **Scylage** dedit nobis terram in gardino *VVillielmi* filii *Leverici* in *Beverlacho* lx. pedum in longum et xxx. in latum ad faciendam ibi unam domum.

VVillielmus de **Etun** dedit nobis ix. acras prati et unam perticatam in **Eorp** juxta *Eboracum*.

Tot carrucatas terræ habet Rievallis.

DE dono *VValteri Eſpeck* ix. carrucatas terræ.

De dono *Stephani* de *Mainil* ij. carrucatas terræ.

De donatione epiſcoporum *Dunelmenſium* vj. carrucatas.

De donatione *Gilberti* de *Gant* duas bovatas.

De donatione *Radulfi* de *Novavilla* unam carrucatam.

De donatione *Ranulfi* filii *VValteri* dimidiam carrucatam.

De donatione *Thorphini* de **Alvestain** unam carrucatam.

De donatione Regis xij. carrucatas.

De donatione *Rogeri* de *Melbrai* viij. carrucatas in *VVelleburna* et iiij. in **Hovetun**.

De donatione *Bertrani* de **Eulemer** unam carrucatam.

De donatione *Acharii* de **Tunſtal** duas carrucatas.

De donatione *Bernardi* de *Baiol* dimidiam carrucatam.

De donatione *Roberti* de *Laceles* unam carrucatam.

De donatione *VValteri Engelram* v. bovatas.

Summa L.

Carta Rogeri *de* Clera.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, *Rogerus* de *Clera* ſalutem. Sciatis me dediſſe, & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Rievallis*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro anima patris mei, & matris meæ, & pro ſalute animæ meæ, & omnium parentum, & hæredum meorum, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, foſſatum quod idem monachi fecerunt, inter vaſtum de **Pickering**, & villam meam *Wiltonam* & totam terram quæ eſt inter ipſum foſſatum, & vaſtum prædictum, & quicquid juris habui in præfato vaſto, de me & hæredibus meis, in perpetuam elemoſinam, per metas, & diviſas quæ continentur in carta Regis, quam habent prædicti monachi de eodem vaſto, Hæc omnia

omnia dedi eis, & confirmavi coram justitiis domini Regis apud *Donecastriam*, ubi tunc temporis tenebantur assisæ; scilicet, *Ranulpho* de *Glanvill*, *Godefrido* de *Luci*, *Johanne Cumin*, *Hugone* de *Galerst*, *Alano* de *Furneaux*, *VVillielmo* de *Bendenge*. His testibus, *Rogero* de *Molbrai*, *VVillielmo* de *Vesci*, *Rogero* de *Stuteville*, *VVillielmo* de *Stutevile*, *Radulpho* de *Albineio*, *VVillielmo Fossard*, *Gaufrido Trusbut*, *Everardo* de *Ros*, *VVillielmo* de *Luvelot*, *VVillielmo Paenell*, *Radulpho* de *Valoines*, *Alano* filio *Roaldi*, *Henrico* filio *Hervei*, *Terfino* filio *Roberti*, *Reinero Dapifero Ranulfi* de *Glanvile*, *Ada* filio *Petri*, *Stephano* de *Meinill*, *Simone* de Steingrif, *Roberto* de *Surdevalle*, *Willielmo* de Petrun, *Simone* de *Sproxton*, *Willielmo* de *Arune*, *Radulpho* de *Boivbec*, *Galfrido* de *Alveston*, *Rogero Mangevilan*, *Waltero Bardolf*, *Gocelino* de *Areſci*, *Ingelramo* de *Monceaux*, *Alano Malekak*, *VVillielmo* de Swinetune, *VVillielmo Buie*, *Alano Bucel*.

Cyrographum inter nos & Birkeham.

Ib f. 96. b. HÆc sunt illa quæ concessimus & donavimus monachis de Rievals de possessionibus nostris, pro amore Dei & salute animarum nostrarum, & pro communi societate statuenda inter nos & ipsos, pro pace & honore Prioris nostri, & pro voluntate & desiderio advocati nostri; videlicet, Birkeham cum ecclesia & ædificiis nostris, & cum gardinis, et ortis, et molendinis nostris, & omnibus in eodem loco consistentibus, præter unum horreum quod inde transferemus, & *Hwitewella*, & Wilveston, & quatuor carrucatæ terræ in *Sextendala* quas advocatus noster adhuc tenet in manu sua; & de nostro instauramento una carruca & C. oves, tali conditione, quod advocatus noster dabit nobis totam *Linstoniam* & Hwerflestorp cum omnibus ejusdem villæ pertinentibus & ipse eas nobis adquietabit ex omni calumpnia, & liberas faciet ex omni servicio. Et Prior noster & sui auxiliarii ædificabunt nobis ecclesiam, capitulum, dormitorium, Refectorium de Spuor sufficienti magnitudine, & alias quascumque domos necessarias de alia materie; scilicet infirmitorium, cellarium, hospicium, pistrinum, stabulum, granarium, horreum, & ibi nobis firmabunt bonum molendinum si fieri potest sine nimiis expensis; ecclesiam cooperient de scindula, & regulares officinas claustri de Ros. Cartas autem & confirmationes *Lintoniæ* & omnium possessionum nostrarum adquirent nobis. Privilegium etiam domini Papæ nobis impetrabunt sine nostro labore vel expensa ad tenorem illius privilegii quod nobis magis placuerit & sit canonicum in hac dioceſi.

Sciendum etiam quod in manu nostra cum ecclesia parrochiali de Wilveston unam carrucatam terræ retinemus quæ ad præfatam ecclesiam pertinet, & in qua ipsa ecclesia stat; id est in mora. Decimas etiam suas nobis dabunt monachi ubicumque terras excoluerint in ipsa parochia, & in *Hwitewella* & in dominiis advocati nostri; videlicet de omnibus rebus unde decima dari solet, nisi rationabili consideratione et ex nostro consensu eas adquietare voluerint. Omnia mobilia nostra nobiscum discedentes à Birkeham auferemus, id est, cruces, et calices libros, et vestes, et omnia quæ ad ornatum ecclesiæ pertinent, necnon et fenestras vitreas coloratas nobis retinemus, pro quibus illis albas faciemus. Tintinabulum unum eis remanebit quale voluerimus. Vasa etiam et utensilia et instrumenta domui necessaria quæcumque inventa fuerint sive in Birkeham, sive in *Hwitewella* nobis licebit pro nostra voluntate transferre. Hoc quoque sciendum est, quod nec à loco nostro volumus discedere, nec Priorem nostrum amittere donec ea quæ inter nos constituta sunt, ad predictum finem perducta fuerint. Et si fortè infra annum locum mutaverimus, res et redditus ecclesiæ nostræ sicut modò sunt per annum integrum in manu et potestate nostra erunt ad debita nostra acquietanda. Similiter etiam res et redditus *Lintoniæ* in manu monachorum ad construenda ædificia nostra. Hæc omnia prout inter nos constitutum est, ipsi ad finem debitum perducere satagent, salvis eorum conventionibus quos in terris nostris supradictis invenerint. Sciendum quoque quod omnes canonici et fratres de Birkeham qui in præsenti vivunt, tantum habebunt in capitulo et ordine *Cistercienſi*, quantum ejusdem ordinis monachus.

Privilegium *Alexandri* Papæ iij. de Rievalle.

A Lexander *episcopus servus servorum Dei dilectis filiis* Aelredo *abbati monasterii sanctæ* Mariæ *de* Rievalle, *ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris monasticam vitam professis in perpetuum. Religiosis votis annuere & ea operis exhibitione complere, officium nos invitat susceptæ regiminis, & ordo videtur exigere rationis. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatam ecclesiam sanctæ* Mariæ *de* Rievalle *in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati* Petri *& nostra protectione susciſimus, & præsentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes. ut ordo monasticus qui in ecclesia vestra secundùm Dei timorem & beati* Benedicti *regulam & institutionem* Cistercienſis *ordinis noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quæcumque possessiones quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum justè & canonicè possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis Deo propicio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus, hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Monasterium ipsum beatæ* Mariæ Rievalle *cum omnibus possessionibus & appendiciis suis secundùm fines & terminos earundem terrarum & possessionum a* Galtero Espec *fundatore loci vestri sic constitutos. Ex parte orientis à via dicta* Speragata *quæ ducit ad* Riam *usquè ad viam qua itur ad* Gilf; *ad molendinum de* Sproxtona; *& a valle quæ ducit ad parvum haium de* Tilestuna *usque ad foveam quæ est ex adverſo, ubi duo rivuli,* Depedale *videlicet &* Litlebec *confluunt; & a* Rauthepethe *usque ad acervum lapidum qui vocatur* Fachelet, *& inde usque ad viam quæ venit de* Turchilsti *ex parte austri & occidentis sicut* Ria *fluvius usque ad divisas de* Antona *fluit, & inde sunt termini*

Ibid. fol. 157. a.

usque ad Fangedala, *& ex inde usque ad viam quæ venit de* **Wiveris**, *ex parte septentrionis, à monte qui dicitur* **Transhoved** *per vallem* Landesmara *& rivulum qui dicitur* **Willelmesbech** *ubi sunt divisa* Johannis Engelram. *Terram de* **Gaif**, *terram de* Tilestuna, *terram quæ dicitur* Bildesdala *cum omnibus appendiciis suis. In foresta de* **Helmeslac** *omnia ad usus vestros necessaria in ligno in pascuis & in pannagiis. Ex dono filii nostri* Henrici, *videlicet junioris Regis* Angliæ, *terram quæ dicitur* **Culverthelmersch** *cum omnibus pertinentiis suis, & cum tota pastura de waste de subtus* **Licherug**, *sicut ipse carta sua confirmavit, & avus ejus Rex* Henricus *in dominio suo tenuit. Ex dono episcopi* Dunelmensis, **Cotun**, *&* **Crossebi** *cum omnibus pertinentiis suis, sicut ipse episcopus vobis concessit & carta sua confirmavit. Ex dono canonicorum* Eboracensium **Sanburn** *cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono* Rogeri de Molbrai Welleburnam *&* Hovetunam *cum omnibus pertinentiis suis sicut ipse* Rogerus *vobis concessit & carta propria confirmavit. Præterea ex dono ipsius,* Steintunam *cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono* Gilberti de Gant *grangiam de* **Hundemanebi** *& duas bovatas terræ in eadem villa cum omni communi pastura ejusdem villæ. Ex dono* Bertranni de Bulemer *illam carrucatam terræ quam habuit in* **Welleburn** *cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono* Raduni de Novavilla *unam carrucatam terræ in* **Riccun** *cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono* Odonis de Bolthebi *Wastinam de* **Yelkescheith**, *cum terris & pascuis adjacentium villarum,* **Bolthebi** *scilicet &* **Kaldenestorp**, *&* **Poztun**, *sicut ipse* Odo *vobis concessit & carta sua confirmavit. Et augmentum quod fecit vobis* Adam *filius ejusdem* Odonis. *Ex dono* Roberti de Herlesci, **Poztun** *cum omnibus pertinentiis suis secundùm formam cartæ ipsius. Ex dono* Adam *filii* Petri, *in* Rumblesmora *locum qui vocatur* **Faueddze** *cum omnibus pertinentiis suis, & in villa quæ vocatur* **Stainburch** *sartum illud quod vocatur* **Oggedwath**, *& totam mineram ferri de prædicta villa, & in bosco ipsius villæ materiam & ligna ad carbones, & alia quæ necessaria fuerint, & communem pasturam ipsius villæ & cætera secundùm formam cartæ ipsius. Ex dono* Torphini *&* Alani *filii ejus unam carrucatam terræ in* **Alvestein** *sicut in cirographo illorum continetur. Ex dono fratrum hospitalis sancti* Petri *de* Eboraco *illam partem terræ quam habuerunt in* **Bolthebi** *sicut in carta & cyrographo eorum continetur. Ex dono* Gervasii *&* Benedicti *filii ejus pratum quod dederunt vobis in* **Rocheberch**. *Ex dono* Odonis *de* Nes *pratum quod dedit vobis in* **Walterholm**. *Ex dono* Hugonis del Tuith *pratum quod dedit vobis in* **Rocheberch**. *Ex dono* Hugonis Malebestie *pratum quod dicitur* **Oswaldeshenges**. *Ex dono fratrum Hospitalis de* **Witebi** *duas bovatas terræ in* **Hovetun** *secundùm formam cartæ illorum. Ex dono* Ricardi Cumin *unam carrucatam & dimidiam in* **Stainchroft** *sicut ipse* Ricardus *vobis concessit & carta sua confirmavit. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus & sumptibus colitis sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino à vobis decimas exigere præsumat. Addentes etiam auctoritate apostolica prohibemus, ne quis fratres vestros, clericos vidlicet sive laicos post factum in monasterio vestro professionem, absque licentia vestra suscipere audeat vel retinere. Sancimus etiam ne quis archiepiscopus vel episcopus sive cujuslibet ordinis persona locum vestrum à divinis interdicat officiis nisi abbatis vel fratrum ipsius loci evidens & manifesta culpa extiterit. Liceat autem vobis cum communi interdicto terra fuerit, clausis januis, & exclusis excommunicatis & interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna solicitudine providentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut nullus infra clausuram locorum sive grangiarum vestrarum violentiam vel rapinam vel furtum facere vel hominem capere audeat, & si quis hoc temerario ausu præsumpserit, tanquam sacrilegus judicetur, & excommunicationis ultione plectatur. Præterea omnes libertates seu etiam immunitates ac regias consuetudines à karissimo filio nostro* Henrico *Rege* Anglorum *vobis & ecclesiæ vestræ indultas & scripti sui pagina roboratas auctoritate apostolica confirmamus & illibatas statuimus perpetuo permanere, prohibentes ne quispiam hominum vos aut ecclesiam vestram de omni* temanatala, *denegeldis, omnibus assisis, consuetudinibus, auxiliis, placitis, & de omni terreno servicio quod alicui seculari personæ pertinebat, audeat infestare, sed liberi & quieti ab hujusmodi exactionibus maneatis quemadmodum prædictus filius noster Rex* Henricus *sive avus ejus senior* Henricus *scriptis suis vobis rationabiliter confirmaverunt. Præterea dilecte in domino fili* A. *abbas, religionem in monasteriis quibus præesse dinosceris stabilitam in domino proficere cupientes, statuimus, ut in omnibus monasteriis quæ de monasterio cui præsides sunt egressa, & in his quæ de egressis ab eodem monasterio prodierunt, tam de ipsis personis quam de rebus monasteriorum juxta* Cistercienſium *fratrum institutionem, disponendi & ordinandi liberam habeas facultatem. Præsenti quoque decreto sancimus, ut episcopi in quorum episcopatibus monasteria vestra consistunt, nec regularem & canonicam electionem abbatis vestri unquam impediant, nec de removendo ac deponendo eo qui pro tempore fuerit contra statuta* Cistercienſis *ordinis & auctoritatem privilegiorum suorum se nullatenus intromittant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temerè perturbare* (&c.)

Data Anagniæ *per manum* Hermanni *sanctæ* Romanæ *ecclesiæ subdiaconi & Notarii, xij. kal. Decembris, indictione ix. incarnationis dominicæ anno MClx. Pontificatus verò domini* Alexandri *Papæ tertii anno secundo.*

Carta Stephani *de* Mainill, *de* Stainton.

STephanus de *Mainil*, omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, salutem. Notum sit vobis me dedisse, & concessisse in elemosinam, pro salute animæ meæ, & uxoris meæ & filiorum meorum, fratribus sanctæ *Mariæ Rievallis* totam terram de **Steintune** cum omnibus appendiciis suis, in nemore in plano & in aquis, concessu filiorum meorum *Roberti & Henrici*, & uxoris meæ *Sibillæ*, in feudo pro una marca per singulos annos, liberam & solutam ab omni alio terreno servitio, & consuetudine inperpetuum; Porro in nemore, materiem ad proprios usus, cum opus fuerit, licebit

Ex rotul. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

Authori et Posteritati amoris et honoris ergo hoc Templum Ecclesiæ misericordiam curavit et dono dedit Johannes Hewley Ar
FONTANENSE CŒNOBIUM in agro Eboracensi cella de Clarevalli fundatum An Dom MCXXXII
The Monastery of Fountaynes in Yorkshire a Cell of Clareuale Founded in the yeare of o.r lord MCXXXII
59
David Loggan delin. et sculpsit

cebit mihi accipere. His testibus, *Gaufrido* capellano, *Hugone* de **Rudebi**, *Eadmundo Constabulario*, *Willielmo* de **Carletune**, *Rogero* filio ejus, *Walstero* filio *Rogeri*, *Walstero* filio *Radulfi*.

Carta Hextildis *Comitissæ de* Ethehetela.

Ibid. OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris *Hextildis* comitissa de *Ethehetela* salutem. Sciatis me dedisse, & hac præsenti carta mea confirmasse Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ Rievall.* & monachis ibidem Deo servientibus, pro animabus patris, & matris meæ, & pro anima mea, & pro anima domini mei *Richardi Cumin*, & omnium parentum, & hæredum meorum, in liberam, & perpetuam elemosinam, totam illam donationem quam idem *Richardus Cumin*, dominus meus, donavit eis in vita sua, per gratum & concessum meum in **Staincroft**, cum omnibus pertinentiis suis, ita libere, soluté & quietè, in omnibus & per omnia, sicut in carta domini mei, præfati *Richardi Cumin*, & mea, quas inde habent continetur. Hanc donationem & confirmationem feci eis, concessi, & affidavi, manu mea, in manu *Willielmi* capellani de **Wardun**, servandam, manutenendam, & warantizandam, contra omnes homines imperpetuum. Hæc autem carta facta est ad festum sancti *Martini*, proximum postquam Rex *Anglia Henricus* secundus dedit mihi maritagium meum apud *Carleolum*. Testibus hiis, *Johanne* Priore & capitulo *Hagustaldensi*, *Philippo* de *Vallonijs*, *Willielmo* de *Haultona*, *Gileberto Marescallo*, *Simone* de **Valchtun**, *Samsone* de **Cotnowelle**, *Benedicto* & *Willielmo* capellanis, *Roberto Bertram*, *Laurentio* clerico, *Hustredo* de **Erintun**, *Reginaldo* de **Wardun**, *Edmundo* dapifero, *Rogero Blavet*, *Roberto* servientè Regis, *Helia* de cellario, *Gregorio Hamel*, domino *Richardo Malregard* heremita.

FONTANENSE *Cœnobium in agro* Eboracensi, (*Cella de* Clarevalli) * *fundatum An. Dom. MCxxxij.*

* Annal. de *Waverle*, & chro. *Petroburg.* in bibl. *Cotton.*

Incipit præfatio opusculi sequentis de origine monasterii de Fontibus, *&c.*

Ex MS. de orig. monasterii de *Fontibus* in bibl. *Arundeliana.*

REverendo patri ac domino *Johanni* abbati de *Fontibus*, frater *H.* monachus de **Birkestall** salutem quæ nunc est & æternam.

Placuit excellentiæ vestræ pater venerabilis, ut succincta brevitate in acta redigerem quo authore vel ordine illa mater nostra, scilicet sancta *Fontanensis* ecclesia (cui Deo disponente inpræsentiarum præsidetis) suæ fundationis sumpserit originem, qualiter illa vinea domini benedicta in loco horroris & vastæ solitudinis sic creverit, sic dilatata fuerit, *extendens palmites suos ad mare & propagines suas ad extremas nationes.* Monuisti etiam ad majorem evidentiam ut à seniori nostro *Serlone* sua super his sensa requirerem, qui in dubiis eo certiorem faceret fidem, quo & ipse rebus gestis ex parte interfuit, & veritatem à majoribus suis ex ordine audivit. Convenì senem super his quæ venerunt in dubio, contestans hominem ne qua nobis incomperta suggereret, parceretque ab incognitis, reticeret ambigua, & ea sola proponeret quæ vel præsens ipse vidisset, vel majorum relatione fideliter accepisset. Tunc ille, sicut est in dicendo serius, Sexagesimus, inquit, & nonus annus iste est conversionis meæ, & eram tunc ut memini incipiens quasi annorum triginta, cum me primò *Fontes* contuli, sacro illi conventui sociandus. Quæ tunc ibi gerebantur ignorare non potui. Egressioni monachorum de cœnobio *Eboracensi* ipse interfui, egredientes & facie & nomine à puericia cognovi, in territorio eorum natus, apud eos enutritus, quorum nonnullis secundum carnem propinquus fui. Et licet sum (ut ipse vides) ætate provectior, magnas tamen gratias habeo senectuti meæ quod memoria mihi constat illæsa, eorum maximè tenax quæ à primis annis servanda recepit. Igitur de origine *Fontanensis* monasterii, illa ut jubes evolvam quæ vel oculis ipse vidi, vel à majoribus meis indubitata fide accepi. Scripsi igitur ex ordine quæ ex ore senis audivi, rem supra vires aggressus, curam tamen adhibens ut rerum series servetur, imposterum donec veniet qui materiæ dignitatem cultiore stylo adæquet. Me igitur excipiente, senior suæ narrationis seriem ità exorsus est.

De monasterio Rievallis.

REgnante in *Anglia* illustri Rege *Henrico*, filio *Gulielmi*, cognomento **Bastaro**, siluit terra à facie ejus, erguntur passim ecclesiæ, monasteria construuntur, & sopitis præliis sancta ubique religio dilatatur. Floruit eodem tempore fœlicis memoriæ beatus *Bernardus* abbas *Clarevallensis*, vir magnificus & in Dei rebus strenuè se habens, sanctitate præcipuus, doctrina præcellens, miraculis clarus. Summa illi cura de cultu divino, de salute animarum, ampliare gentem suam, dare gloriam Deo à labris suis, & in nomine ejus gloriari. Multorum siquidem monachorum patet non pauca monasteria construxerat, Et missis expeditionis suæ militibus jam finitimas occupaverat regiones, claros agens de hoste antiquo triumphos, eripiens prædam & restituens Regi suo. Hic instinctu divino, de nobili sua *Clarevallensi* vinea quandam bonæ spei plantationem ad *Anglicanas* partes direxerat, fructum in gente illa quærens sicut ubique terrarum. Extat adhuc eadem epistola quam pro eis ad regem scripserat, asserens, Teneri prædam domini sui in terra illius, misisset de militia sua viros strenuos qui eam requirant recuperent & reducant. Suadet Regi uti nuntiis assistat & in hoc ne deserat feodum tuum. Quod & factum est. Susceptì cum honore à Rege & regno, in provincia *Eboracensi* jaciunt nova fundamenta, constituentes abbatiam quæ *Rievallis* nominatur. Et hæc prima plantatio ordinis

Cistercienſis in territorio *Eboracenſi*. Erant autem qui miſſi fuerunt viri ſancti & religioſi gloriantes in paupertate, ſanctam pacem habentes cum omnibus niſi cum corpore proprio & hoſte antiquo : præferebant ſiquidem illam ſuæ *Clarevallis* unde advenerant diſciplinam, & quaſi de domo aromatum recenter egreſſi matris ſuæ unguenta in moribus redolebant. Fama undique increbuit, advenisſe homines de terra longinqua ſanctitatis eximiæ, religionis conſummatæ qui angelicam in terra habentes converſationem monachorum nomen meritis adæquarunt. Æmulatio illorum provocavit multos, & adjunxerunt ſe illis quorum tetigerat corda Deus, & brevi facta ſunt gens innumeroſa.

De monaſterio Eboracenſi *& primis patribus ejus.* Cap. 2.

ERant tunc temporis in cœnobio *Eboracenſi*, quod monaſterium ſanctæ *Mariæ* dicitur, viri religioſi ambulantes in viis patrum ſuorum, incedentes ſine querela in inſtitutionibus quas à ſuis majoribus acceperunt. Vivebant pro more & conſuetudine traditionum paternarum, honeſtè quidem, ſub regula & abbate, longè tamen citra præceptum regulæ, citra votum profeſſionis ſuæ, longè citra perfectionem *Cistercienſis* diſciplinæ. Horum autem nonnulli, audita ordinis puritate, pia quadam æmulatione adducti ſunt (accuſantibus nimirum eos conſcientiis, quod minus profeſſionem ſuam impleviſſent ; & ex aliorum perfectione ſuam metientes imperfectionem) cœpit eos teporis ſui tædere, erubeſcere, imperfectionem damnare, delicias & conſuetas faſtidire.

Pudet eos citra perfectionem ſubſiſtere, conſedisſe tamdiu in finibus *Moab* & trans *Jordanem* accepiſſe hæreditatem. Tædet eos ſeculi tumultus & ſtrepitus civitatis : tota aviditate ſuſpiratur ad eremum, ad laborem manuum, & ollas prophetarum. Fit conjuratione valida ſpiritus adverſus carnem, bellum inteſtinum : licet jam ſacco indui, cilicio involvi, & remiſſioris vitæ delicias ſeveriori caſtigare cenſura. Horum primi & præcipui fuerunt *Ricardus Sacriſicus*, *Randulphus*, *Gamellus*, *Gregorius*, *Hanno*, *Thomas* atque *Walterus*. Hi ſunt quos elegit ſibi dominus in ſemen, quorum opera & exhortatione reliqui moventur ad curſum, trahuntur ad conſenſum. Conceperunt cum propheta a timore tuo domine, & peperierunt ſpiritum bonum ; ſicut rei probavit eventus ; Fœdus ineunt, firmant propoſitum. Et erat verbum illud adhuc abſconditum a Priore, verebantur ſiquidem hominem ne forte eis adverſaretur, & opus incœptum diſſiparet, ſed fruſtra. Jam verò ipſe, ſimili præventus gratia, in ſimiles transformatur affectus, eundem parturiens ſpiritum quem & ipſi conceperant ; pudebat enim monachi titulum in vanum accepiſſe, & perfectione profeſſa perfectionem minus ſtuduiſſe, Quid plura ? Audit vota fratrum, præbet aſſenſum, & gratias Deo agens ſe illis ſocium gratanter adjungit. Erat autem & ipſe vir religioſus & timens Deum, prudens in exterioribus, potentium amicus, fuit enim ob reverentiam religionis omnibus & honori & amori, familiariter notus pontifici qui tunc metropoli *Eboracenſi* præſidebat, nomen illi erat *Richardus*. Jam itaque familiarius conveniunt, fideliter colloquuntur, & mutuo ſeſe cohortantes etiam alios attrahunt. Facti jam treſdecim numero quorum erat cor unum & anima una, placet omnibus *Ciſtercienſis* ordinis ſancta ſimplicitas, illius inſeri olivæ pinguedini, paupertates experiri, & ſacratis illis gregibus ſociari. Tractant mutuo de egreſſione ſua, de modo egreſſionis, non paupertatem veriti, non hyemis aſperitatem, ſolum id cogitantes, quomodo ſalva fratrum pace ſine ſcandalo res ad effectum poſſit produci. Sed id factu difficile, jam enim palam factum eſt verbum iſtud, jam ſermo exiit inter fratres, Priorem & complices ejus levitatis ſpiritu incitatos diſceſſionem a populo ſuo docere, moliri etiam quædam nova quæ non licent, & in contemptum ordinis, in dedecus domus ſuæ, ad ſcandalum & confuſionem totius congregationis arguunt homines inconſtantiæ, cauſantur indiſcretionem, tranſgreſſionis obtendunt reatum, & reclamantibus fere omnibus factus erat tumultus magnus in domo. Errorem commiſſum videtur pro incertis certa relinquere, affluentiam pro paupertate, non curare de pace fraterna, de ſcandalo puſillorum, de facta olim inibi profeſſione. Periculoſa res patrum ſtatuta contemnere, & fraternæ dulcedinis reſcindere unitatem. Res defertur ad abbatem qui tunc præerat, & ipſe vir grandævus & ſenio pene confectus, *Galfridus* nomine. Conſternatur homo ad rei novitatem, ſuæ tribuens calamitati, quod in ſenecta, tanta ei evenisſent incommoda, domus infamia, deſtitutio ordinis, filiorum ſubverſiones. Monet eos ab incœptis deſiſtere, mutare in melius quod nimis licenter præſumptum eſt, meminiſſe profeſſionis olim factæ, non ſe ſui juris eſſe, nec licere infringere fœdus quod tam ſollenniter contraxerant. Intentat diſciplinam ordinis, pœnæ ſeveritatem, & quoniam exitus haberent incertos, manifeſtos docet ab initio tranſgreſſores. Inſtat modis omnibus eorum mutare propoſitum, revocare intentionem, extinguere ſpiritum quem jam parturiebant. Sed non eſt conſilium contra dominum, Stat immota ſententia, propoſitum immutabile, & quo eis diſſuadere inſiſtit, eo magis ferventioris fidei facibus inardeſcunt.

De archiepiſcopo Eboracenſi Turſtino.

PRæfuit in illo tempore *Eboracenſi* eccleſiæ piæ memoriæ archiepiſcopus *Turſtinus*, homo magnarum rerum & totius religionis amator. Nactus occaſionem Prior *Richardus* accedit ad eum, ſanctum illi revelat propoſitum, inquirit conſilium, & auxilium reverenter implorat. Oſtendit contradictionem fratrum, abbatis prohibitionem, ordinis diſciplinam. Oſtendit ei pondus profeſſionis, vivendi remiſſionem, conſcientiæ ſtimulum, proficiendi deſiderium, nec poſſe rem ad effectum produci niſi epiſcopalis auctoritas interveniat. Advertit ſanctus epiſcopus opus Dei eſſe non hominis, & ſpirituali congratulatus deſiderio ſuum præbet aſſenſum & adjutorium promittit. De communi igitur die ſtatuit quo ſanctus epiſcopus ad monaſterium fratres

viſitaturus

visitaturus accedat. Abbas loci hoc mandatum suspectum habuit, veritus ne & archiepiscopus parti faveret adversæ & in præjudicium domus suæ aliquid præsumeret inauditum. Missis itaque nunciis per *Angliam* ad monasteria, viros convocat litteratos, & convenit multitudo monachorum non modica in adventu domini *Eboracensis*. Et hoc totum factum est, ut eorum auxiliis & episcopo resisteret & fratrum insolentiam cohiberet. Instante die adest sanctus episcopus in spiritu lenitatis & pacis, habens in comitiva sua, uti decebat, viros graves, discretos clericos, canonicos, & alios quamplurimos Religiosos. Occurrit ei abbas in egressu capituli & unà monachorum turba, interdicens ingressum, asserens non licere ei cum tanta frequentia ad eos ingredi nec secularium quemquam capituli interesse secretis. Dimittat se turba, solus si velit ingrediatur, ne clericorum insolentiâ turbetur ordinis disciplina. Molestè tulit episcopus suos à se amoveri, dicens, Non decere se solum in tanto auditorio sine consiliariis residere, maximè cum & ipsi ex remotis partibus plures ibi monachos admisissent. Tumultuante itaque conventu & clero, pervalida dissensio facta est in claustro, propellentibus aliis, aliis verò volentibus introire. Tunc sanctus episcopus indicto silentio.

Vos (inquit ille) *debitam nobis hodie subtrahitis obedientiam, Nos verò authore Deo quod à nobis habetis subtrahentes, ecclesiam hanc interdicimus, & monachos in ea commorantes auctoritate qua fungimur à sacris suspendimus.* His dictis, recedens se cum suis in ecclesiam recepit, eumque sacer ejus conventus est secutus, separatus ab aliis sicut adeps à carne.

De egressione monachorum.

EGressi sunt cum archiepiscopo *Turstino* è cœnobio *Eboracensi* monachi tresdecim de rebus monasterii nihil secum ferentes præter simplicem habitum. Et hæc sunt nomina eorum, *Richardus Sacrificus, Ranulphus, Thomas, Gamellus, Harno, Robertus* de *Suella, Galfridus, Walterus*, atque *Gregorius, Jervasius, Radulphus* & *Alexander*. Adjunxit se eciam illis monachus quidam de **Witheby** nomine *Robertus*, sanctus & timens Deum, abbas postea & fundator *Novi-Monasterii*, de quo suis in locis plenius dicendum. Hi sunt viri sancti quos elegit sibi dominus in semen, radix generationis nostræ, plantatio domini ad ipsum glorificandum. Egressi de domo opulenta, de affluentia bonorum temporalium nunc primum sibi videntur seculum renunciasse, nil secum de mundi rebus habentes. Sed dominus providit eis. Venerabilis siquidem episcopus satis episcopaliter agens, recepit eos in domum suam, prospiciens eis in omnibus quæ ad curam corporis pertinerent.

De persecutione Abbatis.

1132 — *The Monks of Newminster & Meaux of S. Mary's, York.*

ANno ab incarnatione Domini millesimo centesimo tricesimo secundo, pridie nonas Octobris, egressi sunt monachi de cœnobio *Eboracensi* qui ecclesiam *Fontanensem* ædificaverunt, sacerdotes duodecim & unus levita. Abbas interim non segniter agens pro parte sua, Nuncios ad Regem dirigit, causam ex integro exponit, episcopi præsumptionem, monachorum pertinaciam, subversionem ordinis, & sanctæ religionis confusionem; rem profecto absurdam professionis formam infringere, majorum immutare statuta, jus sibi monachum dicere, & transferre terminos quos patres præfixerunt. Scribit etiam in odium novitatis episcopis abbatibus viris religiosis necnon & vicinis circumquaque monasteriis, & communem religionis totius in hoc casu causatur læsionem. Advertit hoc venerabilis archiepiscopus, & adversæ partis cupiens prævenire malitiam, domino *Gulielmo Cantuariensi* archiepiscopo apostolicæ sedis legato, processum scribit negotii, egressionis eorum causam & ordinem diligenter declarans. Extat ejusdem epistola, quam utique ad majorem veritatis evidentiam hac narratione censuimus interendam.

Epistola archiepiscopi Turstini *ad* Willielmum *archiepiscopum* Cantuariensem, *pro monachorum egressione.*

REverendissimo & in Christiana charitate domino *Willielmo* Dei gratia *Cantuariensi* archiepiscopo apostolicæ sedis legato, *Turstinus* eadem gratia archiepiscopus *Eboracensis*, in Christo proficere & nunquam deficere exoptat.

Ecclesiasticæ dignitatis summus honor est cum filiis & optimatibus ecclesiarum inter difficilimos eventus summa communicare consilia; unde paternitati vestræ rem insolitam quæ inter nos *Eboracenses* nuper contigit indicare decrevimus, domine venerabilis & egregie pater. Siquidem notum satis ac certum est multis, quanta bonitate ac fama enituit virtutis in auribus omnium insigne cœnobium sanctæ *Mariæ Eboracensis*, infra paucos namque annos & rebus plurimum excrevit & numero & religione fratrum laudabiliter abundavit. Verùm quia cum opibus virtutes minùs vigere, minùs consistere haud dubium est, aliqui ex fratribus ejusdem cœnobii ante dimidium ferme annum divino (ni fallor) instinctu permoti, cœperunt de modo ac statu conversationis suæ vehementer agitari, & remordenti conscientia (sicut ipsi testantur) multis angoribus æstuare, nempe falli se pene metuebant si tantum votum executio digna minimè sequeretur, unde inæstimabili horrore dicti fratres *Eboracenses* percussi, eo quod professionis suæ votum in nullis vel saltem minimis in reatu adimplere viderentur, metuentes sane ne in vacuum currerent aut cucurrissent, si voti reos tantæ inobedientiæ pœnalis ultio non reprobaret; facinus namque vel potius insaniam videri credebant, si portare regulam beati *Benedicti*, non ad profectum salutis, sed ad judicium mortis. His igitur permoti prædicti fratres, Priori suo, *Richardo* nomine, mentis suæ difficiles æstus innotescere studuerunt, prætendentesque de transgressione formidinem, ex voti correctione patrocinium supplicabant, ac ne prosperitatis alicujus respectu vel adversitatis timeret auxiliari, per Spiritum Dei & Christi nomen adjurabant. Expavit ipse de novitate rei; ac licet inter suos dulcis fortunæ summa facultate vigeret, audito tamen rumore melioris vitæ, perpendit velut intentione censoria dubios casus labentis fortunæ. Interimque

que brevi, uti res erat, interne virtutis ulus consilio, inter hoc & illud illico discrevit, decrevitque, pollicetur non modo auxilium verum etiam ejusdem voti fore se socium. Quid multa? paulo post numerus eorum ad tresdecim pene convaluit, qui de corrigendo statu vitæ suæ juxta regulam beati *Benedicti* immo veritatem Evangelii contendere proponebat. In vigiliis igitur apostolorum *Petri* & *Pauli* dilectus frater noster *Ricardus* Prior in quo tota pene monasterii cura pendebat, sumpto secum subpriore suo *Jervasio* inter suos concœnobitales nominato ac religioso, rem uti agitabatur domino abbati suo familiariter exponere curavit. Itaque dominus abbas, vir utique pro sensu & ingenio suo honestus ac bonus, nimis autem simplex & illiteratus, novi rumoris miraculum exhorruit, antiquos ritus & solitas consuetudines quas pene toto orbe generalis multitudo obtinuit posse se in locello suo mutare negavit. At verò dominus Prior utpote bene literatus, *Nil rude*, inquit, *ô pater, aut novum inducere contendimus. veram & antiquam religionem beati patris nostri* Benedicti, *immo etiam antiquissimum evangelium Christi, quod omnes religiones & regulas antecedit, assumere & totis viribus cum gratia observare debemus; caterorum monachorum nullos detrahimus, institutionibus eorum non invidemus, scimus quod in omni loco uni domino servitur, uni Regi militatur, & in foro, & in claustro gratia Dei eadem valet,* Job *etiam fortior extitit in sterquilinio quam* Adam *in paradiso; Denique quicquid beatus* Benedictus *instituit, ita totum Spiritus Sancti providentia destinatum est, ut nihil utilius, nihil sanctius, nihil felicius excogitari possit; Cumque sciret ac prædicaret, quod socordia inimica sit animæ, certa quidem tempora ordinavit lectionis & orationis instantiæ, certa quoq; tempora labori & industriæ, quatenus in altero salubriter exerceat animam, in altero carnem, in utroque verò tolleret fastidium. Hac quoque super adducit,* Scurrilitates aut verba otiosa & risum moventia æterna clausura in omnibus locis damnamus, & ad tale eloquium discipulum aperire os non permittimus. *Et alibi quoque ait,* Omni tempore debent studere monachi maximè tamen nocturnis horis. *Hoc decretum quam diligenter observatum neminem latet qui nostras consuetudines nosse potuit. Euntibus namque aliis ad ecclesiam, post collationem alii recedunt vicissim ad nugas & inutiles garrulasque confabulationes, quasi non sufficiat diei malicia sua nisi & superaddatur nobi & sua.* Multa addidit præterea de ciborum insolentia, de dulci & solemni vicissitudine potationum, de pretiosa subtilitate pannorum. *Non ita sapuit non ita docuit beatus pater noster* Benedictus, *ab eo quippe non color vestium, sed calor attenditur, non saper pulmentariorum exquiritur, sed parcitate ciborum necessitas fallitur. Non agnoscit suos beatus* Benedictus *nisi sub regula & abbate in cœnobiis degentes. Porro si libet, ô pater venerabilis, recurramus ad evangelicam puritatem, ad evangelicam perfectionem & pacem, & intueamur quam nihilum vel parum reluceat in moribus vel artibus nostris quod docuit Christus. Concupiscimus omnia, irascimur, rixamur, rapimus aliena, repetimus nostra cum lite, frandes & mendacia defensamus, carnem & affectus ejus sequimur, Nobis vivimus, nobis placemus, vinci formidamus, vicisse gloriamur, cæteros opprimimus, opprimi devitamus, cæteris invidemus, de nostris profectibus gloriamur & jocamur & ex alienis sudoribus impinguamur, & totus mundus non sufficit malitiæ nostræ. Et si videatur evangelium emortuum & impossibile in nobis, intueamur monachos* Saviniacenses *&* Clarevallenses, *qui nuper venerunt ad nos, quam clarè reluxit evangelium in illis, ut si dici fas est, utilius sit eos imitari quàm evangelium recitare; cum verò videtur sancta conversatio eorum, quasi revivisce judicatur evangelium in illis; Soli sua non repetunt, soli nihil possident unde se proximis anteferre contendant; soli sunt qui proximorum damnum non appetunt, modica cultura terræ & usu pecorum contenti sunt, ea verò non habere appetunt nisi quam diu Deus vult, quia cum vult Deus ea auferri, non licita appeterent. Eis ni fallor competit dicere.* Nobis mundus crucifixus est & nos mundo. *Eis competit dicere,* Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, *qui debitorem neminem habent à quo quicquam exigere velint. Fœlix hominum genus, quorum habitus, victus, totusque modus conversationis eorundem sapit evangelium, illorum portio solus est Deus. Illi plenè quantum humanæ facultatis est charitatem Dei & proximi implere dignoscuntur, quia soli Deo cohærentes, temporalia cuncta præter modicum & contemptibilem habitum ita planè deseruerunt, ut nihil concupiscant unde proximus sibi dignetur irasci. Non igitur, ô pater, unquam possibile videatur tenere regulam beati* Benedicti, *quandoquidem talia Deus nobis ministravit exemplaria qui sanctis virtutibus præcesserunt nos ut sequamur illos. Si verò propter vicinium & strepitum populorum non omnino valeamus sequi eorum puritatem, saltem modum vitæ & professionis juxta regulam nostram advertamus, propterea quod non monachi sed mortui sumus.*

In hunc modum locutus est dominus Prior *Richardus* cum domino *Galfrido* abbate suo de correctione monasterii sui. Quæ verba dominus abbas non satis jucundè accepit, quia difficile est diuturnos usus ammovere Verumtamen cum se fateretur minus perspicacem, & illiteratum, rogavit uti scripto pleniùs innoresceret, qualiter in loco suo talia actitari potuissent. Quod libenter amplectens non segniori studio suscepturn implevit imperium. Scripsit igitur, ut non aliis collocutionibus nec pannis nec cibariis uterentur quam regula permittere videretur. Situm quoque & ordinem monasterii tam diligenter expressit, ut vix melius in eremo quam in urbe regula teneri putaretur; possessiones verò, sicut in rebus secularibus edoctus, ita fideliter ordinavit, quatenus ut in illis evangelicam justitiam vix in nullo excessisse crederetur, de redditibus siquidem ecclesiarum vel decimarum (de quarum investitura monachi magis reprehensibiles haberi solent) omnia suscipi & fieri legitima & canonica, consideratione episcoporum, & non nisi in usus pauperum peregrinorum hospitumve debere expendi, at verò ex legitima cultura terræ & usu pecorum monachos victitare decrevit. Quæ cum omnia cœpissent inter alios rumore notari, furor subitus multitudinis cæterorum in tantam prorupit invidiam, ut tali homini familiaribusque suis nil

præter

præter exilium deputarent vel districtam custodiã

Tamen post multas & amicas altercationes hinc inde habitas, dominus abbas difficiliter se posse mutare referebat quod antecessores sui tenuisse videbantur, & velle super hac re bonis uti consiliis, plenam responsionem usque post nativitatem beatæ *Mariæ* protelavit. Interea ceteri fratres frustra metuentes se plus solito regulari districtione coartari, cœperunt in invidiam Prioris ceterorumque *Pharisaico* pene more grassari, & nisi quorundam benignitate intercessisset dilatio, intestinæ persecutionis modum impetus excessisset. Interea rumor seditionis internæ inter exteriores turbas volitabat. Audiebamus sane strepitum vulgi, rei tamen ipsa veritas latebat. Cum ecce *Richardus* Prior conjunctis secum subpriore & secretario monasterii sui totam rem uti erat nobis indicare curavit. Postulabant quidem clementiam beati *Petri* ac nostram quatenus ad observandum quod voverant benignam opem non negarem deferre, jamjamque necessitatem imminere proclamabant, præsertim quia jam conspiraverant fratres, ut si quis eorum de professione sua quicquam mussitaret, extra communionem fieret. De sociis etiam Prioris vel timore vel amore vel vanitate conterritis jam ibant retro, non aliter pace restituta nisi culpam fatendo quod de servanda professione sua quicquam murmurassent. Ego igitur *Turstinus* Dei gratia *Eboracensis* dictus archiepiscopus, audiens *Christi* servos juxta præceptum beati *Benedicti* nil amori *Christi* velle præponere, verebar in iis *Christi* gratiam offendere, si justæ petitioni eorum non curarem episcopali pietate subvenire, quippe cujus officii summa est, & de monachorum religiosa quiete providere, & oppressis in necessitate condolere. Ac proinde religiosarum personarum usus consilio, dominum *Galfridum* abbatem & *Richardum* Priorem cum subpriore suo ad oportuniorem locum evocavi, quatenus religiosis personis & fratrum petitionem & abbatis responsionem in bona pace consummarem. Ipsi nihil aliud quam ut prius cum multis lachrymis expetebant uti pauperem *Christum* in voluntaria paupertate sequerentur, & *Christi* crucem in corpora sua portarent, itemque evangelicam pacem regulamque beati patris *Benedicti* plenè observare non impedirentur. Ad hæc sanè domini abbatis licentiam opemque paternam flagitabant. At vero dominus abbas eorum operam longè fore necessariam sibi lachrimosè fatebatur, promittens quod eorum votum quia sanctum erat non impediret, opem vero quam expetebant nesciente capitulo suo promittere nullam audéret. Itaque dominus abbas cum monachis suis revertitur domum, data interim pace ac die constituta qua capitulum eorum advenirem, ac religiosis adventantibus personis rem cum abbate pertractarem. Interea reliqui fratres in eorum invidiam insurgere tanto crudeliùs enitebantur, quanto ipsi votum suum explere manifestiùs appetebant. Advocantur interim fratres *Majoris monasterii* & *Cluniacenses* monachi, qui in vicinia nostra demorantur, quatenus eis præsentibus & acclamantibus, eos velut communis ordinis desertores & violatores ab omni dignitate & cura monasterii sui reprobarent. Post abbatem namque in eorum manus summa monasterii cura fuerat delegata. Sed hæc interim. Ego igitur die statuta summo mane ad capitulum monachorum venire parabam, & jam ostii limen pene calcaveram, venientibus una viris sapientibus atque religiosis quorum nomina sunt hæc *Hugo* decanus, *Willielmus* Prior clericorum regularium de Gisburne, *Willielmus* thesaurarius, *Hugo* archidiaconus, *Serlo* canonicus, *Anfredus* capellanus meus, & canonicus, *Robertus* sacerdos de hospitali. Foris intra portam remanserunt equi nostri cum paucis hominibus. Denique introeuntibus nobis, ut dictum est, ostium capituli, occurrit nobis dominus abbas in ipso hostio cum monachis quibus capitulum plenissimum erat, & nisi partem clericorum qui mecum veniebant amoverem, intrare prohibuit. Vix ego respondere potui, quod cum clericis meis qui viri boni & sapientes & eorum amici erant, ad tantum negotium intrare non deberem, cum ecce totum capitulum tanto strepitu, tanto horrore personuit, ut magis seditiosus ebriorum & debacchantium hominum fremitus, quam monachorum humilitas quæ ibi nulla erat, videretur. Insurgunt plurimi & exertis brachiis velut ad luctandum advolabant, clamabant se exituros si ego intrarem. Tum ego, *Testis inquam mihi sit Deus, quod sicut pater adveniebam, nec quicquam mali vobis inferre putaram, pacem tantum inter vos cupiens & Christianam fraternitatem: Jam vero quia mihi quod episcopalis authoritatis & officii est auferre conamini, & ego quod vestræ necessitatis est itidem vobis tollo, cesset igitur ecclesia vestra.* Tum unus eorum nomine *Simeon, Maluimus*, inquit, *centum annis ecclesiam nostram cessare*; cui omnes assentientes, voce phreneticâ: *capite*, inquiunt, *capite*. Apprehendentesque Priorem sociosque ejus, jam trahere incipiebant, volentes eos, sicut inter se consilium fuerat, aut in carcerem impingere aut in exilium agere. Ipsi vero, aliam qua manus eorum evaderent spem non habentes, me totis ulnis complectuntur, pacem beati *Petri* & nostram expetentes. Et ita vix in ecclesiam reversi sumus, illis usque in ecclesiam frementibus & proclamantibus: *capite rebelles, apprehendite proditores.* Assedimus itaque in ecclesia & abbas cum reliquis monachis suis revertitur in capitulum suum. Interea homines abbatiæ, foribus clausis & ostiis, aditus astare & velut in insidiis excubare. Tum nos (ut vera fatear) monachorum impetus metuentes, ostium ecclesiæ, per quod itur in claustrum, intùs observandum curavimus. Interea rumor evolat, Occurrit populus. Nil tamen foris, aut dictum aut actum est mali. Cum ergo inter monachos nulla concordia fieri potuisset, domum revertimus, abducentes nobiscũ prædictos numero xij. presbyteros & subdiaconum unum, è quibus plures bene literati, omnes plenam observationem regulæ ac professionis suæ & evangelium pariter expetentes. Itaque in domo beati *Petri* & nostra hospitantur, nulla violentiæ adversitate à proposito deterrendi. Fratres autem abbatiæ nihilominus in eorum ordine debachantur. Abbas nescio quid acturus iter arripuit. Quocirca paternitatem vestram per *Christum* obtestamur, eorum partem qui ad severiora & arctiora transire cupiunt,

auctoritate veſtra defenſare velitis. Si verò abbas eorum ad vos venerit, pro veſtra a Deo data facultate & ſapientia, in pacem illum reducatis, & ne ejus filiorum ſanctum propoſitum impediat admoneatis. Quod ſi prevenerit & receſſit, rogamus ut per præſentem nuncium literas illi exhortatorias dirigatis, ne pertinaciter adverſetur illis immo potius opem conferat & oportunitatem qui *Chriſti* evangelio & regulæ beati *Benedicti* in veritate cupiunt obedire. Debet ſaltem abbas & monachi ſui in hac re *Ægiptios* & *Babilonios* imitari, qui filios *Iſrael* in terram promiſſionis permiſerunt utiliter repedare. *Laban* quoque *Jacob* ob ejus obſtinationem clanculum fugientem, poſt crudelem perſecutionem ad patrem redire permiſit; Neque vero deſertores ſed proviſores cenſendi ſunt, qui locum ubi peccandi libertas maior eſt relinquentes, tutius Deo famulari deſiderant; nempe *Chriſtus* ipſe deterrere eos debet, qui *Phariſeos* redarguit, eo quod nec ipſi intrent nec alios intrare ſinant. Notum ſiquidem omnibus eſt, quod regula beati *Benedicti* toto pene & communi, ut ita dicam, orbe monachorum modum ſuum in omnibus prorſus amiſerit & ſtatum, adeo ut nemo ſatis mirari poteſt, quod quis audiet coram Deo & ſanctis ejus, quod tanta ſolemnitate ipſe vel quotidie negligit, ſive, ut verius dicam, compellitur non obſervare. Cadit profecto in eos quod ait prophetа, *Populus his labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me.* Ut apoſtolus ait, *voce confitentur ſe noſcere Deum, factis autem negant.* Verum fortaſſis, quia multi ita faciunt, frequens uſus confert audaciam. Verùm, quod dolens enuntio, Fallitur, plane fallitur, audacia monachorum, quia multitudo peccantium non facit impunitatem ſcelerum. Unde non impediendi ſed protegendi ſunt qui regulam profeſſionis ſuæ cupiunt obſervare, neque reprehendendi qui idcirco feſtinant locum mutare; neque enim Deus ex loco ſed locus eligitur ex Deo. Beatus quoque *Benedictus* liquido conteſtatur, Quod in omni loco uni domino Deo ſervitur, uni regi militatur. In collationibus patrum, *Joſeph* heremita ſufficienter ediſſerit, quod ille fidem ſuæ profeſſionis rectius ſervat, qui ſe ad eum locum contulerit quo dominica fidei præcepta plenius adimplere potuerit. Et quidam, Juvat nos ſanctam oportunitatem appetere qui adiutor eſt in importunitatibus, in tribulatione. Illi verò (ni fallor) *Phariſei* vel hæretici judicandi ſunt qui nec timent nec alios timere ſinunt, quod veritas ait, *Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum aut Phariſeorum non intrabitis in regnum celorum: ſi enim angelus de celo evangelizaverit aliter quam evangelizatum eſt, anathema ſit.* Aliter enim evangelizat quam *Chriſtus* evangelizavit, qui angelicam pacem & regulam ſuæ profeſſionis obſervare cupientes impedire feſtinat. Quicumque vero ille ſit refellendus vero ſummopere eſt, cum veritas dicat, *ſi oculus tuus dexter ſcandalizat, erue eum & proice abs te.* Nil quippe moleſtius læditur vel cautius obſervatur in corpore quam oculus. Attamen cum impedit, ſpiritualiter eſt eruendus, hoc eſt enim prudentem eſſe ſicut ſerpentem, caput totum id eſt mentem ſubducere ab omni fallacia quæ lædit animam. Verumtamen propter ſcandalum infirmorum qui minus ſapiunt veritatem, rogamus ſanctitatem veſtram & omnium qui audire voluerint hanc petitionem noſtram, quatenus inter abbatem *Eboracenſem* & ſæpedictos fratres ſtudeatis reſtituere pacem. Poſtremo meminiſſe debemus, quod *Moliſmenſium* monachorum ſimilis egreſſus *Ciſtercienſis* vitæ perfectiſſimam normam (quam tota pene miratur eccleſia) inprimis inſtituit ac fundavit, quorum puritatis ingenium venerabilis memoriæ dominus *Hugo Lugdunenſis* archiepiſcopus Chriſtiana pietate laudavit, ſanctæ regulæ renovatione, in probatiſſimam integritatem fideliter adaptavit. Atque demum cum ad apoſtolicam notitiam æmulorum querimonia perveniret, domino *Urbano* Papa ſecundo præſidente, mandatum decretale porrigitur, quatenus ſolo abbate reportato ad regimen abbatiæ ſuæ qui pariter exierat, nemo ceterorum qui in plena obſervatione regulæ perſeverare voluiſſet, impedimentum aut moleſtiam aliquam pateretur. Luce vero clarius eſt, quantum in eorum excellentiſſima converſatione totius evangelii veritas eluceſcit. Prolixo & pene faſtidioſo ſermone uſi ſumus, quia ſtatus monachorum ceterorum fortaſſis haud placebit judicio ſane deſignandus eſſe videatur, ne ſecus quam contigit æmulorum devulgaretur judicio. Valeat in Chriſto ſanctitas veſtra. Ita MS.

Explicit epiſtola archiepiſcopi Turſtini *ad* Willielmum Cantuarienſem *archiepiſcopum conſcripta.*

INſtabat adhuc abbas ſollicitare ſervos Dei, agens per internuncios, nunc minis, nunc monitis, ſi quo modo vocaret abeuntes & monaſterio reſtitueret. Manent illi omnino immobiles, ſurdi ad incantationem, & volubilium inſtar rotarum non revertebantur cum ambularent. Obfirmant faciem ſuam ſicut cuntes *Jeruſalem*, fœdus ineunt, firmant propoſitum, & ambulantes coram facie ſua obturant aures ne audiant ſibilos incantantis. Morabantur interim cum ſancto epiſcopo in epiſcopio ſuo feriati ab opere ſed minimè otioſi in ſua feriatione, vigiliis ſiquidem & orationibus vacantes, jejunia ſolitudinis præſtantes in civitate. Sed heu nil tutum à temptatione quamdiu vivitur in hac vita.

De duobus monachis retro reſpicientibus.

ADeſt temptator qui eorum profectibus invidebat, & expetita licentia duos ex fratribus, *Gervaſium* ſcilicet, & *Radulphum* aggreditur ad temptandum; inſtillat eis conſilia venenoſa, cogitationes infideles, horrorem ſolitudinis, corporis . . . . . auſteritatem ordinis, conſuetudinem vitæ prioris. Proponit eis aſcenſum difficilem, lapſum gravem, ſtatum periculis obnoxium, nova ſemper fore ſuſpecta. Suadet eis ad priora reverti, reconciliari fratribus, ſufficere mediocritatem priſtinam, tutum ſemper eſſe in medio, *nec*, inquit, *meliores eſtis quam patres veſtri*, Res profecto ardua in eremo victitare, aſſueta relinquere, urgere hominem ultra humanam naturam & carnis ſuæ cruciatibus

bus non moveri. Quid plura? Succumbunt in temptatione, redeunt ad ollas pristinas, & abeuntes retrorsum facti sunt amicis in scandalum, æmulis in derisum. Sed *Gervasius* resumptis viribus redit ad castra, associatur fratribus, & apostaciæ maculam morum conversione detergit. *Radulphus* in remissiorem se vitam recepit, non adjiciens ut resurgat, init fœdus cum carne, & agglutinatus est in terra venter ejus.

De monasterii assignatione & abbatis electione.

INterea instat dies natalis domini, & venerabilis archiepiscopus tantæ solemnitatis festa celebraturus cum suo conventu *Ripponam* ascendit. Ibique inter ipsa solemnia in patrimonio beati *Petri* habitationis ejus sedem assignat locum a cunctis retro seculis non habitatum, spiris consitum, & inter convexa montium & scopulos hinc inde prominentes, ferarum latebris quam humanis usibus magis accommodatum, & nomen loci **Skelbale**, hoc est, vallis rivuli ibidem defluentis. Adjecit etiam vir beatus archiepiscopus vicum unum cum agris adjacentibus, *Sutona* nomine: & hoc initium matris quæ nunc *Fontes* nominatur. Loco igitur, ut decebat, solempniter confirmato, tractant secum de eligendo sibi abbate qui possit ingredi coram domino quasi pater & pastor animarum suarum. Adest sanctus archiepiscopus & electioni regulariter præsidens, pari omnium voto & voluntate, *Richardum* Priorem sibi eligunt in abbatem. Archiepiscopus in electum consentit, electionem confirmat, benedicit hominem, & hic primus abbas de *Fontibus*. Sed quid facturus est homo Dei? monachos habet sed mansionem non habet, non est ubi se recipiat, non est ubi caput reclinet, non est ubi aeris declinet inclementiam, imbrium injuriam, & hiems erat. Agit tamen pro officio injuncto quod potest, & jactans super dominum curam suam, contra paupertatis incommodum plenitudine fidei se armat, confidit de adjutorio domini, & accepta benedictione pontificis cum sacro suo collegio ad solitudinis secreta secedit. Erat autem plenum pietatis spectaculum videre homines tantæ fidei tantique fervoris, ut non hiemis asperitas, non solitudinis horror, non bonorum omnium indigentia, eos a proposito deflecteret, tardaret ab inceptis. Non est pecunia in sacculis, non annona in horreis, nihil iis ad victum quotidianum, nisi quod episcopalis liberalitas interim eis procurabat, non est domus ad habitandum, non umbraculum ad declinandum, nullum sibi solatium contra hiemis inclementiam, nisi quantum prominentes hinc inde rupes præstiterint.

Richardus primus abbas de Fontibus.

Quomodo sub ulmo dormiebant & manducabant.

ULmus erat vallis in medio, lignum frondosum, sicut est illud arboris genus, quæ cubantibus subter bestiis algorem in hyeme, in æstate fervorem frondium beneficio temperabat. Huic se conferunt viri sancti, sub umbra ejus hospitium quæsituri. Erat arbor in medio, ipsi circum excubantes, stramentis & stipulis superjectis, maliciam hyemis utcumque declinant. Erat adhuc ulmus illæsa virens foliis & fronde condensa, factura fidem posteris illa mater nostra *Fontanensis* ecclesia quanta ex humilitate fundationis suæ habuit originem. Nulla ibi ligna dolata, nulla saxa complanata, sed inops tugurium & pastorum quasi tabernaculum humili desuper cespite contectum. Res profecto digna memoria, vivere *Christi* milites tirocinii sui tempore tam fiducialiter se habentes, hiemem agentes sub pellibus, in ipsum mundum mundique principem fidei constantia triumphantes. Omnes una sub ulmo discumbunt, pauper conventus sed potens in domino, sacerdotes duodecim & unus levita. Panem illis sanctus episcopus, potum vero præterfluens rivulus pro tempore ministrabat. Nocte de more surgitur ad vigilias, psallitur secundum regulæ institutionem, orationi intentius incumbunt, & divinis se laudibus advocant invicem exhortantes. Per diem se operi accingunt, alii multas plectentes, alii de vicinia silva virgas cedentes unde oratorium construatur; quidam verò qui prudentiores fuerunt excolendis hortulis intendunt. Nec erat ibi panem sumere otiosum nec quieti indulgere nisi labore fatigatum. Famelici accedunt ad mensam, fatigati ad lectum, satiati nunquam, sine murmure tamen. Non erat ibi videre signum tristitiæ non murmuris audire vocem, sed cum omni alacritate benedicebant dominum, rebus pauperes sed fide potentes. In MS.

Uti se subdiderint ordini Cistercienſi *& domui* Clarevallensi

HIeme jam acta, sub pellibus, tractant de statu suo, de modo vivendi, de observatione regulæ & forma disciplinæ. Neque enim integrum arbitrantur suum sequi spiritum, suo se committere sensui, ne forte eis a spiritu erroris illudatur. Placet omnibus *Cistercienſis* ordinis sancta simplicitas & salutaris vitæ perfectio. Igitur de communi consilio dirigunt nuncios ad sanctum abbatem *Bernardum*, significantes se *Claramvallem* in matrem, ipsum vero in patrem elegisse, suis in omnibus monitis obsequi, præceptis parituros. Tamen ut ab eo accipiant vivendi formam & sanctæ religionis disciplinam scribunt ei de cœnobio *Eboracensi* egrediendi modum, & causam, conscientiæ stimulum, conversandi propositum, persecutionem abbatis, episcopi liberalitatem. Scribit etiam pro eis sanctus episcopus causam declarans & personas commendans. Suscipit nuncios vir beatus cum devotione multa, & audito plenius negotio gavisus est, gratias agit Deo. Præsentit siquidem in spiritu vir altioris consilii opus Dei esse non hominis quod tanto non potuit conamine dissipari. Petitioni igitur eorum nihil cunctatus assentit, commendans propositum & exhortans ad bravium, scribens eis epistolam consolatoriam in verba hæc.

Epiſtola ſancti *Bernardi* ad abbatem *Richardum Fontanenſem* & ſocios ejus.

FRatribus chariſſimis & deſideratiſſimis Richardo *abbati & his qui cum eo ſunt, frater* Bernardus *abbas* Clarevallis *ſalutem.*

Quanta audivimus & cognovimus lætitia ea qua fratres noſtri G. *&* W. *narraverunt nobis, quemadmodum noviter recalniſtis igne Dei, convaluiſtis ab infirmitate, reſloruiſtis in novitate ſancta! Digitus Dei eſt iſte, ſubtiliter operans, ſalubriter immutans, non quidem ex malis bonos, ſed ex bonis faciens meliores. Quis dabit mihi ut tranſeam & viſionem videam hanc maximam. Neque enim minus mira minuſque jucunda iſta promotio eſt, quam illa mutatio, niſi quod facilius reperies multos ſeculares converti ad bonum quàm quempiam è religioſis tranſire ad melius. Rariſſima avis in terris, ut quis de gradu quem forte in religione ſemel attigerit. vel parum aſcendis. Veſtrum proinde, dilectiſſimi, tam inſigne quam ſalubre factum, non ſolum nos qui ſervi veſtræ ſanctitatis eſſe percupimus, ſed & univerſam lætificas civitatem Dei, quippe quo rarius eo & charius. Eras autem ad cautelam vel neceſſarium, proximam defectui tranſcendere mediocritatem, & declinare teporem qui vomitum Dei provocat. Sed & ſic oportebat propter conſcientiam; Profeſſis ſiquidem ſanctam regulam, an citra puritatem ejus ſiſtere gradum tutum ſit ipſi ſenſiſtis. Dolens doleo quod urgente diei malitia & nuncio feſtinante plenum affectum exili cogor deſignare ſtylo, & brevi charta comprehendere. Sed quod deeſt frater* G. *viva voce ſupplebit.*

Explicit epiſtola ſancti *Bernardi.*

Scribit beatus *Bernardus* epiſtolam *Turſtino Eboracenſi* archiepiſcopo, more ſuo melliſluam, commendans & juſtitiæ zelum, vigorem ſacerdotalem, religionis amorem, pauperum defenſionem, officium charitatis. Et hic tenor epiſtolæ.

PAtri chariſſimo & domino reverendo Turſtino *Dei gratia* Eboracenſi *archiepiſcopo, frater* Bernardus *abbas* Clarevallis *ſalutem plurimam dicit.*

Splendor operis & opinionis odor bone, ut comperi, in gloria veſtra convenerunt. Opinionem opus probat nec falſam fuiſſe nec vanam, cum quod ante ſparſerat ubique volans fama, ubique res ipſa facit manifeſtum, quomodo nunc maximè claruit zelus juſtitiæ, vivit & invaluit ſacerdotalis vigor in defenſione pauperum, & pauperum quibus non erat adjutor. Olim quidem opera miſericordiæ & elemoſinas veſtras enarrabat omnis eccleſia ſanctorum, Sed hoc vobis commune cum pluribus, quippe quod a cunctis ſubſtantiam hujus mundi habentibus exigitur: Verum hoc opus epiſcopale hoc paternæ pietatis tam egregium ſpecimen, hic vero divinus fervor quo pro tuenàis ſuis pauperibus ille proculdubio zelum veſtrum accendit qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignem urentem, *Hoc totum, inquam, acceſſit veſtræ dignitatis decus inſigne, officii ornamentum, corona. Aliud eſt reficere ventrem eſurientis, & aliud ſanctam zelare paupertatem, ibi enim ſervitur naturæ, hic gratiæ. Viſitabis, inquit, ſpeciem tuam & non peccabis. Ergo qui alienam carnem fovet, facit ne pecces: qui alienam ſanctitatem honorat, fructificat ſibi. Ideo ait. Dotine elemoſinam in manu tua donec invenias juſtum cui des. Quo fructu? Quoniam* qui recipit juſtum in nomine juſti mercedem juſti accipiet. *Solvamus proinde naturæ debitum ni peccemus: ſimus gratiæ coadjutores, ut & participes fieri mereamur. Sane utrumque ita in vobis admiramur, ut utrumque datum vobis de ſuper faceamur, quatinus divinis laudibus æternaliter miſceatur quicquid a vobis temporaliter in neceſſitatibus noſtris impenditur, merito reverende & omni amoris ſinceritate colende atque amplectende pater.*

Epiſtola beati *Bernardi* ad abbatem *Eber.*

VIro venerabili domino G. *abbati eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Eboraci, *frater* Bernardus *dictus abbas* Clarevallis *ſalutem in domino.*

Placuit reverentiæ veſtræ literas parvitati meæ dirigere, in quibus me ſuper rebus dubiis conſulere voluiſtis. Verum de his & his ſimilibus certum quid reſpondere pertimeſcimus, quanto minus divinæ voluntatis beneplacitum novimus. Sicut homines propius aliorum animos intuentes, ſi quidquam aliud quam volunt edicimus offendere dubitamus. Quod ſane illis potiſſimum accidit quorum conſcientia quaſi faſtidioſa mentis angore confunditur, difficiles & anguloſas impuritatis ſuæ contumacias affectare conatur: ſed ipſa cum cæcitatis ſuæ vindex eſt, quia dum quaſi ſibi adulari nititur in eo quod egit, illico recurrenti veritatis aculeo repungitur & remordetur in eo quod meminit. Cujus nimirum difficultatis arumnam pſalmiſta deplorans erat & dicit, Educ domine de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo. *Non me igitur (vir bone) quaſi ſimulatæ calliditatis arguas, ſi minus quam velis inquiſitionibus tuis reſpondere ſufficiam, vel ſi quid valeam, totum tamen explicare non audeam. Literarum ſiquidem tuarum prima ſeries a querimoniis ſumpſit exordium, Quod videlicet ſenectuti tuæ grave infortunium ſit, quod monachorum tuorum aliqua pars ad arctiorem & ſeveriorem converſionis modum tranſire præſumpſit, Quia jure potius reformidare habes quod triſtitia hujus ſeculi mortem operatur Nempe ſi in humanis opinionibus ratio vigeat, dolendum non eſt, ſi homo creatoris ſui legibus quandoque rectius inhærere præſumat. Nempe & nos quidem non ſatis pie paternis ſollicitudinibus invigilamus ſi filiorum profectibus invidemus. Quocirca ſi conſiliarium unum ex mille habere me vis, immò (ni fallor) maximè vis, conſulto opus eſt, quatenus filiis tuis in mediocritate tecum remanentibus ne deficiant attendas, ceteris vero citra profeſſionis ſuæ puritatem remanere metuentibus propter conſcientiam, ac de bono quod aggreſſi ſunt ſemel religionis propoſito ad altiorem gradum tranſire nitentibus, juxta prophetam cum panibus occurras, illis, maximam curam impendas ne infateſcant ad ruinam, & ceteris ante benevolentiam auferas ne proficiant ad coronam. Nempe qui aſcenſiones in corde ſuo diſponunt.*

Ita MS.

ſponunt, qui de virtute eunt, Deum Deorum in Sion *eo felicius videre mereantur in retributione, quo ſummo bono familiarius adhærere ſtuduerunt purioris converſationis ordine. Denique de duobus monachis* Gervaſio *ſcilicet atque* Radulpho *qui ſimul cum aliis domino* Turſtino *archiepiſcopo paterne & epiſcopaliter ſatagente egreſſi ſunt, & ſicut ipſe teſtaris, te abſolvente. Quando ſunt dimiſſi certus ſum ſi infra puritatis gradum quam aſcenderunt permanſiſſent, non perperam ſed laudabiliter peragiſſent. Certus quoque nihilominus ſum, ſi velint reſumere puritatis gradum, a quo tamen corruerunt, ex virtutis gratia laudabiliores eruut quam ſolent milites fieri poſt fugam ignavia, qui tanto ſunt glorioſiores quanto poſt ignominiam in ſpem victoriæ ad pugnam redeunt alacriores. Et credo (ni fallor) quod abſolutio quæ facta eſt poteſt interim obediri, ſed apud omnipotentis Dei judicium nequit evacuari. Poſtremo vitam iſtam confiteris quidem eſſe ſanctiorem, illos tamen propter carnis fragilitatem vel propinquitatis affectionem non poſſe (dicis) ſuſtinere hujus anguſtiæ difficultatem. Ad hæc vero addis, eorum præſentiam tibi fore neceſſariam. & ideo vehementius inquiris, utrum ſine culpa queant remanere in loco unde non ſine ſcandalo ſunt egreſſi. De qualitate inquam ſcandalorum diſcernenda, de carnis affectione propter* Chriſtum *penitus amputanda, de commodis temporalibus propter animæ ſalutem ſummopere fugiendis tenor evangelium, clamat ubique tota ſcripturarum ſeries, adeo ut ignorare non tam malum quam pene hæreticum ſit: At verò non certus ſum an eorum talis reditus abſque pœnali culpa debeat æſtimari. Periculoſum quippe valde & gravi ruinæ proximum, præſumere de Dei miſericordia contra Dei juſtitiam & illam velle defendere contra iſtam. Denique ſcriptura ait* Ne adicias peccatum ſuper peccatum & dicas, miſeratio Dei magna eſt. *Nam & in aliis diſcretionis modus eſt cum præponderant minora majoribus ſive deteriora melioribus comparantur.*

Tum demum poſt vehementer expoſtulas, Cur merito apoſtatæ debent appellari ſi ad cœnobium ſuum revertentes cum bonis conſuetudinibus adimplere ſtudeant ſuam profeſſionem. Ego (inquam) eos damnare non debeo, Novit dominus qui ſunt ejus, *&* unuſquiſque onus ſuum portabit, *quem enim tenebræ non comprehendent cognoſcetur domino judicia faciente, in operibus manuum ſuarum comprehendatur peccator. De ſe quippe quod ſibi bonum eſt unuſquiſque ſentiet, ego de me dicam quod ſentio. Ego* Bernardus *ſi de bonis ad meliora, vel de periculoſis ad ſecuriora voto & opere liberè pertranſiſſem, & illicita voluntate ad ea quæ mutavi denuo redire præſumpſiſſem, non ſolum apoſtata, verum etiam non idoneus fieri pertimeſcerem. Hoc & beatus* Gregorius *ait.* Quiſquis (inquit) majus bonum ſubire propoſuit, minus bonum quod licitum fuit ſibi illicitum fecit, *ſcriptum eſt enim,* nemo mittens manum ad aratrum *&c. qui igitur fortiori ſtudio intenderat, retroſpicere convincitur ſi relictis bonis amplioribus ad minora retorqueatur.*

Quod autem de excommunicatione interſerere voluiſti, ut mihi videtur, nec tua interfuit inveſtigare, nec mea quicquam intereſt judicare, nec enim lex quemquam judicat niſi prius audiatur, *nec in abſentem judicium temere pronunciatur. Vale.*

De Galfrido *monacho quem miſit ſanctus* Bernardus *ad abbatem* Richardum *& conventum ut eos formam ordinis doceret.*

His ita peractis, reverſi ſunt nuncii, qui *Claramvallem* miſſi fuerant, habentes in comitatu monachum quendam de monaſterio *Clarevallenſi, Galfridum* nomine, virum ſanctum & religioſum; nec dubitamus de ejus perfectione qui tanti habitus eſt apud beatum *Bernardum*, deſtinatus a latere ejus ut primos patres doceret modum vivendi ſecundum *Ciſtercienſis* ordinis diſciplinam. Vidi hominem ætate grandævum, gravitatis modeſtæ, virum induſtrium in divinis & humanis rebus, multorum ſiquidem monaſteriorum ordinator & inſtitutor fuerat, & qui conſilio ſancti *Bernardi* perfectioris vitæ cauſa mutato habitu *Clarevallenſi* ſe monaſterio ſubdiderat. De quo licet digreſſionem faciam, quod ſubit interim non silebo. Erat monaſterium (cujus nomem excidit) ordinandum de novo & inſtituendum; fratres ſiquidem mutato habitu pro majore puritate ad ſanctæ *Clarevallenſis* ſe contulerant diſciplinam, & directis nunciis mitti ſibi poſtulant monachum ad ſalutaris vitæ informationem. Annuit ſanctus abbas, & vocato domino *Galfrido*, *Vade* (inquit) *cum viris iſtis & doce eos ut ſcis.* Suſcipit homo jubentis imperium, moleſtè tamen, aſſerens ſe annis jam gravem & ætate confectum, inſtare tempus reſolutionis ſuæ, optare apud *Claramvallem* ſortiri ſepulturam. At ſanctus, *Vade*, inquit, *ſecure, ne metuas, ego te ſepeliam hoc in loco*, & factum eſt ita; conſummato negotio *Claramvallem* revertitur, reverſus infirmatur, & ingraveſcente morbo, omnibus circa eum rite peractis, ſub manu ſancti abbatis appoſitus eſt ad patres ſuos. Hic *Galfridus*, ut diximus, *Fontes* veniens ſuſceptus eſt a fratribus honore condigno, & conſolati ſunt, ad mandatum ſancti abbatis diſciplinæ *Ciſtercienſi* ſe ſubmittentes. Audiunt verbum ex ore ſenis & cuſtodiunt illud, ad ejus conſilium caſas erigunt, ordinant officinas, cantantes & pſallentes ſicut ſenior eos docebat. Amplectuntur cum reverentia ſanctum mandatum, & quaſi cera ſigillo impreſſa calidior ſuſcipiunt formam inſtitutionis ſanctæ. Miratur homo *Burgundioſis* tantam in *Anglis* parcimoniam, tam celerem obedientiam, frugalitatem in victu, in moribus gravitatem. Invenit eos *fortes in fide, fundatos in charitate, ſp longanimes, patientiſſimos in paupertate.* Auctus eſt interim numerus eorum & adjuncti ſunt eis clerici & laici x. recepti in novitios ſecundum ordinis diſciplinam. Nulla tamen adhuc aucta eſt poſſeſſio & nulli agri collati, nullum fuit ſuſtentationis ſolatium niſi quod à ſancto epiſcopo acceperunt.

De inopia quam paſſi ſunt & quomodo folia arborum & herbas agreſtes coxerunt pro pulmento.

ET *factum eſt poſt dies aliquot ut invaluit fames in finibus illis, & coarctati ſunt viri ſancti i vehe-*

menter. Non sunt panes ad vescendū, non sunt sumptus ad emendum, nulla in horreis annona, & confluebat ad eos turba pauperum copiosa. Circuit abbas per loca vicina quærens fratribus victum, & non fuit qui daret ei: nec ipse quippiam habuit unde compararet. Angustiæ sunt undique & consilium in incerto. Loco cedere triste nimis: sedere in solitudine sine alimentis omnino impossibile. Ad extremam tandem adactō inopiam, de arboribus avellunt folia, herbas colligunt agrestes, & injecto salis modico
Ita MS. *coquunt pulmenta filiis prophetarum ulmus sub mentum, mors in olla erat, sed farina injecta amaritudinem coctionis utcumque temperabat. Sic victitabant viri sancti, olim deliciis assueti, edentes panem in pondere, & pulmentum in mensura, ipsumque amarum valde. Hi sunt patres nostri primitivi qui in sudore vultus sui plantaverunt vineam nostram, & in sanguine suo hanc hodiernam nobis sufficientiam consignaverunt. Se siquidem non sibi sed posteris vivere arbitrantes, omnem illam indigentiam sobolis nascitura solatio compensabant, certum nobis facturi documentum quanta sunt paupertatis merita quæ sic meruit exaltari.*

De pane pauperi dato & de recompensatione.

PEr idem tempus die quadam peregrinus pulsabat ad januam, clamitans & petens pro *Christi* nomine benedictionem. Portarius verò panem se non habere respondet. Instat pauper importune pretendens & victus inopiam & vitæ discrimen. Egenus, ut videbatur, & fame confectus, negat abscedere nisi accepta benedictione, contestatus & supplicans pro *Christi* nomine panem sibi dari. Adjuratus portarius adit sanctum abbatem, dicens peregrinum stare præforibus & fame confectum, petentem elemosinam, non habere se quod porrigat postulanti. Motus abbas ad clamorem pauperis, vocat fratrem qui panibus præerat ut petenti tribuat benedictionem. Ille se ad totius familiæ victum nihil habere respondet nisi tantum duos panes & dimidium, & hos carpentariis apponendos qui in instanti erant commessuri. *Et tu* (ait abbas) *panem unum da pauperi, quod reliquum est operariis reserva, nobis autem provideat dominus sicut vult.* Tulit ille panem & abiit. Et ecce duo viri de castro vicino (cui nomen **Knaresborough**) astiterunt præ foribus trahentes redam onustam panibus ex simila munda. Audierat enim nobilis vir *Eustachius* filius *Johannis*, de fratribus, quod laborarent inopia, & misit eis de mensa sua benedictionem. Vere bonus dominus & munificus in retribuendo, qui panem cibarium tot similaginibus compensavit. Nunciatum est abbati & fratribus, agnitum est Dei donum & benedixerunt domino qui dat escam timentibus se. Sic Deo procurante & vicinis ministrantibus, ætatem transigunt in paupertate multa & patientia, tempore novorum instante fruges colligunt & comportant in horreum: modicum nimis ad monasterii sustentationem, neque enim multum erat metere ubi modicum seminabatur.

De solatio eis facto per Hugonem *decanum* Eboracensem.

LAborabant fratres per biennium sub gravi paupertate, nec jam spes ulla solatii, nisi quod *Dominus deficere nescit sperantibus in se.* Abbas jam pene desperans dominum *Clarevallensem* adit, paupertatis prætendens discrimen & loci incommoditatem, postulans se cum suis recipi in partibus illis qui in sede propria fructificandi jam spem nullam haberent. Movetur super his sanctus *Bernardus* ad compassionem, & consilio cum suis inito, grangiam quandam domus suæ cum agris adjacentibus eis assignare disposuit, ubi se interim reciperent donec eis commodiùs provideret. Dominus autem melius procuravit, dispensans pietate mirabili, ut suum *Clarevalli* servaretur prædium, & *Clarevallensibus* compassio cederet ad meritum, & indigentibus solatium aliunde proveniret. Abbate siquidem in transmarinis agenti, contigit infirmari virum nobilem *Hugonem*, decanum *Eboraci*, hominem magnarum rerum & multis opibus ampliatum. Et misit dominus in cor ejus consilium bonum, ut se cum suis omnibus monasterio de *Fontibus* conferret. Et factum est ita; Erat autem homo dives non solum in pecunia numerata & possessione mobilium, sed & in libris scripturarum sanctarum quos domino procurante multis sibi sumptibus & studio comparaverat, & hic primus qui armariolum de *Fontibus* fœlici auspicio suscitavit. Confortati sunt fratres in his quæ acciderant, & donum Dei intelligentes, apportatam pecuniam prudenter dispensabant. Pauperum usibus pars prima dedicatur, & pars altera fabricæ deputatur, residuum monasterio in sanctorum usibus reservatur. Revertens abbas invenit rem meliuscule se habentem, fratres pro tempore commodiùs agentes, & universum domus statum in melius commutatum.

De Serlone *Canonico* Eboracensi.

ET addidit dominus ut benediceret eis. Clericus quidam, *Serlo* nomine, *Eboracensis* ecclesiæ canonicus infirmatus est usque ad mortem: erat autem dives in possessione auri & argenti. Non multo post concanonicus ejus, *Tosti* nomine, se cum omni substantia sua sacro illi conventui sociavit. Receptus in numerum, secundum ordinis disciplinam vixit ibi per annos aliquot, homo jucundus & sociabilis in conversatione, & cursu consummato quievit in senectute bona.

Quis contulit eis grangiam de Mortar *& Forestariam quæ dicitur* **Markesale**.

POst dies aliquot miles quidam ex vicinis, *Robertus* nomine, cognomento de *Sartis*, mulierem quandam, *Rachevillam* nomine, in uxorem sibi desponsavit cum quibusdam terris quæ ei de jure contingebant. Ambo pariter divinitus inspirati, villam suam, **Harlesthorp** nomine, cum agris adjacentibus, & forestariam quæ **Markesale** dicitur, donatione solenni monasterio de *Fontibus* contulerunt. Sepulti sunt inibi

sepultura

sepultura justorum; & memoria eorum apud nos in benedictione.

Quis dedit grangiam de Catton.

FUit in tempore illo juvenis quidam ex domo regis, dictus *Serlo* de Pembroke, habens in vicinia nostra villam quandam Catton nomine, quam ex dono regis habebat. Infirmatus vocat dominum abbatem de *Fontibus*, & in extremis agens, villam quam ex dono regis tenuit monasterio de *Fontibus* contulit inperpetuum possidendam. Confirmat rex donationem, & redacta est villa in grangiam perutilem usque hodie ad monasterii sustentationem. Mortuus est idem *Serlo* apud *Fontes*, & inter sanctos sortitus est sepulturam. Non multo post tempore adeptus est abbas Alvebzoughe cum pertinentiis suis grangiam utilem & frugibus valde accommodam. A die illo & deinceps benedixit Deus vallibus nostris *benedictione celi desuper & abyssi subjacentis*, multiplicans fratres, adjiciens possessiones, dilatans vineam & dans ei pluvias benedictionis. Misit igitur, secundum prophetam, *radicem deorsum, & fecit fructum sursum, consurgens in dies & ex seipsa semper robustior facta, brevi in vineam grandem, & dominus erat illi pro muro à dextris & à sinistris, non permisit hominem nocere eis, & jumenta eorum non moriuntur, operibus manuum earum benedixit, possessio eorum crevit in terra*, & confluxerunt ad eos viri quorum tetigerat corda Deus, & veterem deponentes hominem in novam renascuntur creaturam. Et aucta est domus exterius in possessione, interiùs vero personis. Per idem tempus ego *Serlo* valedicens seculo *Fontes* me contuli sanctæ religionis habitum suscepturus. Deus bone quanta tunc apud *Fontes* vitæ perfectio! Quanta virtutis æmulatio! Quis fervor ordinis! Quæ forma disciplinæ! Egressi enim patres nostri primitivi de domo opulenta, omnem temporalium affluentiam virtutis plenitudine adæquarunt. Spectaculum siquidem facti angelis & hominibus, illam sanctæ religionis formam suis posteris impresserunt quæ authore domino usque hodiè in modernis illæsa perdurat.

De fundatione Novi Monasterii.

ANno quinto fundationis monasterii de *Fontibus*, vir nobilis *Ranulphus* de *Merlay* *Fontes* visurus accessit. Videns fratrum conversationem compungitur homo, & inspirante domino, pro redemptione animæ suæ locum quendam in patrimonio suo ad monasterium construendum assignat. Suscipit oblationem sanctus abbas, & ædificiis inibi de more dispositis abbatiam construxit, quam *Novum monasterium*, nominavit. Et hæc prima filia *Fontanensis* ecclesiæ, unica adhuc matri suæ. Anno quinto fundationis suæ, mense primo, quinto nonas Januarii, emittitur conventus de domo *Fontium* ad *Novum monasterium*, cum abbate *Roberto*, viro sancto & religioso, monacho quondam de Witheby, qui de cœnobio *Eboracensi* egredientibus se sociavit. Multa de hoc viro audivimus digna relatu propium de se habitura tractatum, Erat autem modestus in gestu, mitis in convictu, misericors in judiciis, singularis in sancta conversatione, multis annis præfuit & profuit pater pius & pastor egregius, & conversationem sanctam sanctiori fine complevit. Beatus *Godricus* (sicut in vita ipsius legitur) nocte quadam inter orandum hujus sancti animam carne solutam angelorum manibus in celestia videt deferri. Sic se habuit *Novi monasterii* initium. Et hic primus palmes qui de vinea nostra processit. Semen sanctum solo coaluit, & quasi fertilis terræ gremio susceptum, continuò excrevit in culmum, & de granis paucis surrexit seges copiosa. Matris enim suæ fœcunditatem æmulata concepit & peperit tres filias, *Pipewellam*, *Saleiam* & *Rupem*. Et adjicit dominus dilatare vineam in territorio *Lincolniensi*. Homo quidam nobilis, *Hugo* nomine, filius *Eudonis* cœnobium ordinis *Cistercienſium* se voverat constructurum. Vocat abbatem de *Fontibus*, & ejus consilio hæreditatem suam cum domino dividens locum quendam oportunum cui nomen Birkesteade divinis usibus consecravit.

De Parco-lude.

EOdem tempore *Alexander* bonæ memoriæ *Lincolniensis* episcopus locum quendam, Haverholme nomine, ad abbatiam nostri ordinis construendam in manus ejusdem abbatis de *Fontibus* consignavit. Suscipit abbas offerentium munera, & de divino præsumens adjutorio, missis fratribus ad utrumque locum, ædificia construxit, erigit officinas anno vij. fundationis domus de *Fontibus*. Rebus pro tempore convenienter dispositis, una die quarto scilicet nonas Februarii, emissi sunt duo monachorum conventus, alter sub abbate *Roberto* de *Snella*, ad monasterium de Birkesteade, alter apud Haverholme sub abbate *Gervasio*. Et hi ambo de primis patribus erant, qui de cœnobio *Eboracensi* egressi in sudore vultus sui hanc vineam plantaverunt. Displicuit fratribus qui apud Haverholme missi fuerant de sede habitationis suæ, & commutatione facta locum alterum quem *Parcum-lude* nominant, de manu episcopi receperunt. Cecidit semen in terram bonam, & surrexit in messem copiosam, & facti sunt in gentem magnam.

De Alberico Hostiensi *episcopo, apostolicæ sedis legato.*

ET factum est in diebus illis ut *Albericus*, *Hostiensis* episcopus, à latere domini papæ ad *Anglicanas* partes legatus accederet. Occurritur ei a rege & regno, & inter ceteros abbas *Fontanensis* vocatus accedit. Suscepit eum legatus cum honore condigno, & advertens hominem literatum & prudentem, familiarem admodum habuit, & injuncti officii adjutorem, invenit hominem in consiliis providum, in judiciis discretum, solicitum in his quæ Dei sunt, & in scripturis sacris non mediocriter eruditum. Et visum est *Romanis* tantum virum innotescere, assistere domino Papæ, non debere lucernam talem sub modio latere. Denique peracta legatione renitentem trahit ad curiam, volens eum ad majoris

joris adminiſtrationis officium promoveri. Sed dominus melius providit ei, & fidelis ſervi ſudores remunerans, tranſtulit eum ex peregrinatione ad patriam, à *Romanorum* obſequio ad requiem diu deſideratam. *Romam* veniens febre corripitur, & in via obedientiæ votum terminans peracto curſu in pace conſummatur.

Hæc ſunt quæ ex ore ſenis accepi de origine Fontanenſis *eccleſiæ, annotatis ex ordine rebus geſtis uſque ad dormitionem venerabilis* Richardi *primi abbatis. Quæ ſequuntur ſequens libellus explicabit.*

Digeſtis ex ordine quæ accepi de egreſſione patrũ noſtrorum è cœnobio Eboracenſi, *de paupertate fundationis ſuæ tempore perpeſſa, ſive quæ ſub domino* Richardo *primo abbate geſta ſunt, ſenior ſuam narrationem ita proſequitur.*

Nunciatum eſt, quod venerabilis abbas *Richardus* in domino quievit, contriſtati ſunt fratres de tanti patris occaſu, ſed moleſtiam mæſtitudinis majoris fide moderantur. Solvunt homini humanitatis debitum & revertentem ad patriam pietatis obſequiis proſequuntur. Tractant exhinc de ſucceſſione & de ſucceſſore ſubſtituendo qui ſecundum legem ſuſcitet ſemen fratris defuncti. Dirigunt nuncios ad abbatem *Clarevallenſem*, & de ejus conſilio & aſſenſu, invocato Spiritu Sancto, communi omnium voto virum venerabilem *Richardum* Priorem eligunt in abbatem. Hic eſt ille *Richardus, Eboracenſis* cœnobii quondam ſacrificus, homo ſimplex & rectus & timens Deum, cujus exhortatione ſacer ille conventus, relictis ollis priſtinis, ad ſolitudinis ſecreta conſcendit. Erat autem gratioſus coram hominibus, ſpiritu fervens, & totius religionis ardentiſſimus æmulator. Virtus animi in vultu radiabat, & ipſe homo exterior interioris imaginem præ ſe ferebat.

De gratia quam habuit in confeſſionibus recipiendis.

INter cætera dona quæ à Deo acceperat homo ſanctus, ſingularem habuit gratiam in confeſſionibus recipiendis conſcientiarum ſcrutator mirabilis & ſpiritualium vulnerum curator. Et hæc erat cauſa quædam præcipua quæ omnium in ſe trahebat affectus, devotionem excitabat; Nihil ita occultum quod non ipſe ſuadendo eliceret; Nihil ita induratum quod non ipſo loquente liqueſceret. Nemo tam frigidus qui non ad ejus incaleſceret exhortationem. Deum teſtor, non inveni tantam in quovis gratiam, ad mœſtum conſolandum, ad lapſum relevandum, & ad læſæ conſcientiæ latentes cauſas cognoſcendum. Sæpè dum ad pedes ejus de conſcientia loquuturus acceſſi, prævenit me in his quæ dicturus eram, & quaſi mentis meæ faciem deſcriptam videret, ſic animi mei ſtatum me ſtupente ad liquidum depinxit. Electus in abbatem onus illud invitus accepit, ſpiritualibus ſiquidem deliciis deditus occupationes moleſtè admiſit, ægrè ferens poſt delicatos *Rachel* amplexus lippientis fœminæ faciem intueri. Durum illi valde videtur in exteriora deſcendi, & in cordis ſanctuarium ſuſciperet curas alienas. Agit tamen pro injuncto officio, & inter duo divitus in alteram partem propenſiùs cedebat. Partes *Martha* pro neceſſitate exequitur, ad *Mariæ* otium ex animo ſuſpirabat. Vacabat interiùs quantum licuit, & dominus exteriùs pro eo vigilabat, dirigens virum in omnibus viis ſuis. Et aucta eſt domus in diebus ſuis numero fratrum & incrementis poſſeſſionum. Sæpe ſuam cauſabatur habitudinem & imperitiam accuſabat, minus ſe ſufficientem judicans & propter meritorum inopiam & quia minus ſibi eloquens videretur, Erat enim linguæ impeditioris quoties in concione loquebatur; ſed hanc illi tarditatem non ſermonis imperitia ſed verecundia naturalis effecit. Quatuor annos agebat in officio paſtorali gemens ſub ſarcina quam invitus geſtabat, & cœpit eum tædere occupationum ſuarum, ſtatuens ſecum & deliberans ne ulterius villicaret. Adit ſanctum patrem *Bernardum* ſemel ſecundo & tertiò, rogans dimitti in pace, abſolvi ab adminiſtratione, licere ſibi in *Clarevalli* ſuæ vocationis diem præſtolari. Monet eum Sanctus ab incœptis deſiſtere, non ſe ſui juris eſſe, tenere gradum vocationis ſuæ & commiſſis ovibus paſtoralem ſollicitudinem exhibere. Inſtat ille attentius, ſupplicans ſe ab hoc onere relaxari, non poſſe ulteriùs in hoc gradu miniſtrare. Victus tandem petentis importunitate pater ſanctus annuit eum abſolvi, ſi tamen cum aſſenſu fratrum id fieri poſſit. Scribitur itaque ſub certa forma ſe ad petentis inſtantiam, ſi tamen conventus concederet abbatem ab officio paſtorali relaxare, alioqui nil in conventus præjudicium, nil præter monachorum conſenſum ſuper hoc ſtatui vel concedi. Redit cum his literis abbas *Richardus*, ſperans de facili fratrum animos pro voto inclinare, & inſperantibus nobis in vigilia Pentecoſtis monaſterium de *Fontibus* ingreſſus eſt. Gaviſi ſumus ex adventu ipſius, & Spiritus Sancti ſolennia cum ſpirituali tranſegimus jucunditate. Ipſe cuncta diſſimulat, cuncta ſupprimit, uſque in quartum diem, veritus ne audito negotio, illa tanta feſtivitas minus feſtivè ageretur. Poſt quartum, literas profert in medium, oſtendit deſiderium, requirit aſſenſum. Contriſtati ſumus ſuper hoc mandato, & mutata facie tota hæc noſtra exultatio clauditur in mœrore. Tunc vox omnium unà clamantium, nunquam ſe præbituros aſſenſum, gratias agentes ſancto abbati *Bernardo* ſuper adjecta in literis conditione. Unus autem ex fratribus *Hugo* de *Mathon* ſurgit in medium, & petita venia dominum abbatem his verbis appellavit. *Domus iſta quam donante Deo regendam ſuſcepiſtis, à fundatione ſua ea ſemper pace floruiſſe dignoſcitur, ut internam ejus tranquillitatem nulla unquam turbaret tempeſtas, nulla hoſtis antiqui invidia faſcinaret. Neſcit ſciſmatum incommoda, neſcit diſſenſionis zizania; Terra ſancta eſt & ſcandalorum ſpineta non gignit. Sic ſibi hactenus in unitate ſpiritus caput & corpus cohæſerunt, ut diviſionis gladium non ſentiant quæ tantæ neceſſitudinis nodo copulantur. Miramur proinde ſuper hac novitate profana, qua caput à membris molitur diſjungere, & noſtra ſi quæ eſt religionis lucernam conatur extinguere. Denique quis non ſcandalizetur audiens abbatem de* Fontibus *ſuos deſeruiſſe profeſſos, patrem filios, paſtorem oves ſibi commiſſas; alius in nos culpam inobedientiæ refundet, alius levitatis & inconſtantiæ notam impinget. Præterea, ſi paupertatis urgeret incommodum poſſit forſan hæc nota deleri. Nunc verò quod negari non poteſt.*

poteſt, aucta eſt domus in diebus tuis & numero fratrum & incrementis poſſeſſionum. Viget intus fervor ordinis, & forma diſciplinæ, foris pax & ſecuritas à domino miniſtratur, Res autem periculi eſt ad tantam gratiam ingratum inveniri. Quod ſi te occupationis cura moleſtat, nos quieti tuæ providebimus; vaca tibi interiùs prout placet, Nos, authore Deo, de exterioribus curam geremus. Sile, ſile, & ſanctificæ ſabbatha tua, tamen ne nos deſeras quos ſine ſcandalo deſerere non potes. Monachi tui ſumus alium neſcimus abbatem, alium quoad tu vixeris non admittemus. Stat immota ſententia, propoſitum immutabile, nullâ te à nobis ratione patiemur avelli. His dictis, abbas modicum ſecum deliberans, Putavi inquit aliam apud vos gratiam invenisſe; jam verò ulteriùs ſuper hæc negotia vos non conveniam; ſed hoc vobis fidenter denuncio, quod hoc anno ab hac miniſtratione abſolvar. Et ita factum eſt ipſo anno. Redeunte tempore, ad caput generale iturus, aſcendit, *Claramvallem* veniens infirmatur, & ingraveſcente morbo, ſub manu ſancti abbatis *Bernardi* exuens hominem appoſitus eſt ad patres ſuos, & adimpletus eſt ſermo quem dixit. Quoniam oportet hoc anno *Richardum* abſolvi.

Expleta narratione de abbate Richardo *ſecundo, haud abs re videtur alia quædam annectere quæ ſub his acciderunt.*

MOrtuo Rege *Henrico* filio *Willielmi* cognomento **Baſtard**, anno incarnationis dominicæ MCxxxvj. turbatum eſt regnum, commota eſt terra, & ſurgentibus aliis in alios facta eſt confuſio magna in populo, nec fuit qui cohiberet. Et ſurrexit *Stephanus Bleſenſis*, comes *Moretonia*, nepos Regis *Henrici* ex ſorore ſua, & multo ſtipatus milite impoſuit ſibi diadema. Adjuvabat partes illius frater ejus *Henricus*, *Wintonienſis* epiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus, homo magni nominis juxta nomen eorum qui ſunt in terra. Pars magna populi *Stephanum* ſequebatur, pars autem altera *Matildem* Imperatricem filiam Regis *Henrici*, & facta eſt grandis concertatio propter regnum. Mortuus eſt in tempore illo piæ recordationis dominus *Turſtinus*, *Eboracenſis* archiepiſcopus, & diſſidente clero facta eſt contentio non modica de alio ſubſtituendo. Convenientibus ſiquidem clericis ad electionem faciendam, pars major numero *Willielmum* Theſaurarium in archiepiſcopum elegit, pars verò ſanior appellatione interpoſita reclamavit. Fuerunt autem qui reclamaverunt viri graves & religioſi abbates Priores archidiaconi & decani, quorum unus erat *Richardus* abbas *Fontanenſis*. Ipſe tamen *Willielmus* ad tempus obtinuit, amicitia functus potentum, fretus regia poteſtate, favente epiſcopo *Wintonienſi Henrico*, qui ei manus impoſuit & in epiſcopum conſecravit, pallium tamen, procurante adverſa parte, impetrare non potuit. Erat autem homo alti ſanguinis, multis virtutibus adornatus, dignus omnino qui cathedræ preſideret, ſi magis canonica fuiſſet ipſius electio. Scripſit contra eum beatus *Bernardus* ad papam *Innocentium*, qui tunc rerum ſummam regebat, cujus adhuc extant epiſtolæ. Et facta eſt diſſentio magna in eccleſia *Eboracenſi* diebus multis.

De abbate Henrico Clarevallenſi.

DEfuncto interim apud *Clarevallem* abbate de *Fontibus*, *Ricardo* ſecundo, tractat ſecum ſanctus abbas *Bernardus* de paſtore ſubſtituendo qui præſit ovibus deſtitutis. Inito conſilio cum ſuis *Clarevallenſibus*, virum venerabilem dominum *Henricum* de *Valleclare*, abbatem ad *Anglicanas* partes transmittit, vices ſuas tam in ordinatione quam in exequenda viſitatione illi committens. Scribit etiam domino *Alexandro* Priori, & conventui de *Fontibus* conſolatoriam epiſtolam ſub his verbis.

Epiſtola conſolatoria ad conventum de *Fontibus*.

DIlectiſſimis in Chriſto fratribus, Alexandro *Priori*, *& conventui de* Fontibus, *frater* Bernardus, Clarevallis *abbas ſalutem & matris qualiſcumque orationes.*

Venerabilis pater veſter curſum conſummavit & obdormivit in domino. Ego verò licet omni tempore paterna pro vobis charitate tanquam pro viſceribus ſollicitus, nunc tanto pro vobis majorem ſollicitudinem gero, quanto major incumbit neceſſitas. Unde & jamdudum miſiſſem ad vos, niſi quod expectabam donec ad opportuniùs commodiùſque facere poſſem, eo quod venerabilis abbas Henricus *citiùs ad vos venire non poteſt, quibuſdam negotiis occupatus, quem præcipuè deſtinare propoſueram ab initio, eo quod ipſe utilior & huic negotio magis idoneus videretur. Hunc igitur fratres dilectiſſimi cum eo honore & amore ſuſcipite quo dignus eſt, & ſic eum audite in omnibus ſicut meipſum; immò tanto amplius quanto ille meritis & prudentia antecellit. Ei ſiquidem & in facienda electione & in omnibus quæcumque in monaſterio illo, vel in cæteris quæ ex eo exierunt, ordinanda fuerunt, omnino vicem noſtram commiſi. Miſi autem cum eo fratrem noſtrum* Gualterum, *qui eſt filius noſter dilectiſſimus. Et nunc obſecro vos tanquam filios chariſſimos ut in electione veſtra id ipſum ſapiatis, & non ſint in vobis ſciſmata, ſed unanimes uno ore glorificetis dominum qui non eſt diſſenſionis dominus ſed pacis, & in pace factus eſt locus ejus. Et dicit, qui non diligit diſpergit. Abſit enim ab his qui in ſchola Chriſti degunt ſub magiſterio ſpiritus Sancti, ut gaudeat inimicus de eis & eorum diſſenſione glorietur, quod & ipſorum anima periclitentur, & fruſtra depereat tantus pœnitentiæ labor & fœtere faciat odorem bonum ordinis boni, & per eos nomen* Chriſti *blaſphemetur per quos maximè fuerat glorificandus. Imò verò ſic bene de vobis confidimus ſicut decet ſanctos, ſicut oportet ſervos* Chriſti: *unanimiter obſecro eligite idoneum paſtorem animarum veſtrarum una cum abbatibus de* Rievalle *& de* Valleclare, *quorum conſilio volo vos in omnibus acquieſcere tanquam noſtro.*

Explicit epiſtola.

Incipit alia ejuſdem ad abbatem *Henricum* de eodem negotio.

DIlectiſſimo fratri & coabbati ſuo Henrico *frater* Bernardus *abbas* Clarevallis *ſalutem*

& orationes. Præcipio tibi frater Henrice, *ut ſi in te convenerit electio fratrum noſtrorum de* Fontibus, *cum conſilio venerabilis abbatis* Rievallis *non reſutes ſed obedias in charitate, quod quidem invitus facio, ſciens mihi ex tua abſentia magnum conſilium deperire; ſed convenientibus in unum contradicere timeo, credens à divino exiiſſe ſermone iſtum in quo tota religioſorum vota concordant, cum legerim in evangelio,* ubi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, in medio eorum ſum dicit dominus. *Ago igitur chariſſime, & ſuſcipe profeſſiones eorum, & de cætero curam eorum habe tanquam paſtor animarum, & ne timeas pro ea domo quam regendam ſuſcepiſti, ego enim Deo volente utilem ei providebo diſpenſatorem, illa mihi namque vicinior eſt; Sed neque pro epiſcopo dubites obedire, ſuper me illud dimitte. Explicit epiſtola.*

De creatione abbatis Henrici *de* Valleclare *in abbatem* Fontanenſem.

VEnientes igitur qui miſſi fuerunt à ſancto abbate *Bernardo* apud *Fontes*, ſuſcepti ſunt honore condigno. Litere domini *Clarevallenſis* proferuntur in medium, conventus reverenter obedit, & invocato Spiritu Sancto prædictum *Henricum* de communi omnium aſſenſu ſibi eligunt in abbatem. Hic eſt ille *Henricus* qui de abbate in archiepiſcopum poſtmodum electus *Eboracenſi* metropoli non minus utiliter quam laudabiliter præſidebat. Homo magnanimus & in cauſa injuſtitiæ omnino invincibilis, eligens magis pro juſtitia periclitari, quàm ut juſtitia ſe præſenti periclitetur. Curam igitur ſuſcepti regiminis magnificè adminiſtravit, evellens & deſtruens quicquid in agro dominico inventum eſt alienæ plantationis, ſuccidit lucos, excelſa deſtruit, fodet parietes, & ſcrutatus *Jeruſalem* eſt in lucernis. Erant ſiquidem adhuc ipſo veniente, levitatis quædam idola in tabernaculo *Jacob* de domo *Laban* latenter aſportata. Et inventæ ſunt res quædam peculiares præter licitum penes quoſdam ex fratribus ſecundùm conſuetudinem quam à prima matre traxiſſent. Sed ubi ſanctus verrit domum, inveſtigat abſcondita, & conflavit in unum quicquid manus avaritiæ contra formam ordinis in partes deſtraxerat. Hic primus *Fontanenſes* noſtros ad perfectam ordinis puritatem redegit, & erata rubigine vitæ prioris, ſecundum *Clarevallis* conſuetudines ſalutares inſtituit formam diſciplinæ. Ab illo die deinceps æmulata eſt filia matris perfectionem in regularibus exercitiis & religioſa converſatione. Et aucta eſt domus in diebus illis intus & extra. Et adjectæ ſunt grangiæ tres *Catona, Kilneſaia, & Martona.*

Quando & per quem fundata ſit domus de Woburne.

ET adjecit dominus ampliare gentem ſuam & dilatare terminos poſſeſſionis ejus. Erat vir quidam, dictus *Hugo* de Bolebecke, homo potens & magnarum rerum, inſpiratus à domino ut monaſterium conſtrueret ordinis *Ciſtercienſis*. Venit *Fontes*, & conſilio domini *Henrici* abbatis viculum quendam, *Woburniam* nomine, in *Lincolnienſi* dioceſi cum agris adjacentibus divinis uſibus conſecravit. Suſcepit abbas munus de manu divitis, & ædificiis de more conſtructis ad locum ipſum fratres regulares deſtinavit. Anno MCxlv. incarnationis domini, fundationis monaſterii *Fontanenſis* 13. diviſus eſt monachorum conventus ſub abbate *Alano* ad locum qui nunc Woburne nominatur.

Quando & per quem fundata eſt domus de Liſa.

ET factum eſt poſt dies alios ut epiſcopus *Bergenſis* de *Norwagia* ad *Anglicanas* partes accederet, venit *Fontes*, & ignota religionis forma permotus, magna precum inſtantia ſupplicans, ad eum monachorum conventũ tranſmitti poſtulavit. Annuit abbas, & inito conſilio conventum monachorum ſub abbate *Ranulpho* cum epiſcopo *Norwagie* tranſmittit. Annus ab incarnatione domini MCxlvj. hic erat, fundationis verò monaſterii de *Fontibus* 13. quando conventus *Norwagiam* ad monaſterium cui nomen *Liſa*, 6. idus Julii directus eſt. Hic *Ranulphus* ex primis patribus fuit, homo verendus & plenus dilectione. Monaſterium illud per dies multos regebat, & gentem barbaram docuit manſuefcere ſub jugo *Chriſti*. Dimiſſus tamen per licentiam domini *Fontanenſis* revertitur ad ſuos, & conſummato feliciter curſu vitæ, grandevus & plenus dierum quievit in pace. Multa de eo dicuntur digna memoria, quod fuerat ſanctitatis eximiæ, conſolationis immenſæ, habens gratiam revelationis & ſpiritum prophetiæ. Angelum etiam dicitur habuiſſe ſibi deputatum, cujus viſitationibus crebrò conſolatus, etiam ſi ſomno forſitan per noctem diutius indulgeret, excitari ſolebat.

De fundatione de Birkeſtall.

ANno MCxlvij. incarnationis dominicæ, homo quidam nobilis, *Henricus* de *Lacis* nomine, in territorio *Eboracenſi* monaſterium ordinis noſtri ſuſcipit conſtruendum, aſſignat locum, erigit officinas, & mittitur ad eum monachorum conventus ſub abbate *Alexandro*. Iſte *Alexander* unus erat ex primis patribus noſtris, frater uterinus domini *Richardi* abbatis de *Fontibus*, qui apud *Clarevallem* ut dictum eſt, quievit in pace. Inter hos monachos ego *Serlo* emiſſus ſum, homo jam decrepitus, ut ipſe vides, & ætate confectus. Locus habitationis noſtræ primo Barnolfwat dicebatur, quem nos mutato nomine *Montem ſanctæ Mariæ* fecimus nominari. Manſimus ibi per aliquot annos, multa perpeſſi incommoda famis & frigoris, tum quia turbato regno bona noſtra multoties diriperent graſſatores, tum propter aeris inclementiam & imbrium importunitatem, quæ in finibus illis (ut noſti) & fruges deſtruunt & habitatores reddunt egenos. Diſplicuit proinde nobis locus habitationis noſtræ, & abbatia in grangia redacta, ex aſſenſu & conſilio *Henrici* fundatoris noſtri, ad alterum locum migravimus qui nunc Birkeſtall nominatur. Anno 15. fundationis monaſterii de *Fontibus*, 14. cal. Junii emiſſi ſumus ſub abbate *Alexandro*, 12. monachi & 10. converſi.

De

De Valle Dei.

ANno incarnationis dominicæ MCxlvij. in territorio *Lincolniensi* fundata est **Witham**, quæ mutato in melius nomine nunc *Vallis Dei* vocatur. Domus inclyta & secundum nomen suum plena benedictione. Fundator ejus fuit *Willielmus*, comes *Albemarlie*, qui postmodum *Melsam* fundavit : vir magni nominis & clarissimus in generatione sua. Anno xv. fundationis monasterii de *Fontibus* missus est conventus monachorum sub abbate *Warino* ad locum qui nunc *Vallis Dei* nominatur x. cal. Junii ipso anno fundationis nostræ.

De fundatione Domus Melsæ.

ANno incarnationis domini MCl. in territorio *Eboracensi* fundata est abbatia quæ *Melsa* vocatur. Domus opulenta frugibus, & exuberans in his quæ nascuntur aquis, in omnibus accommoda nisi quod in hyeme difficilis est accessus. Fundator ejus erat *Willielmus*, comes *Albemarlie*. Anno xix. fundationis monasterii *Fontanensis*, quinto cal. Januarii missus est *Melsam* conventus monachorum sub abbate *Ada*. Et hæc novissima filiarum quas genuit mater nostra, & cessavit iterum parere. Hæ sunt cognationes papæ nostri, hæc soboles sanctæ matris nostræ. Septem genuit filias, quinque nepotes suscepit ex eis, videns filias filiarum suarum quartam usque generationem.

De electione archiepiscopi Willielmi *& contradictione.*

LAborabat per idem tempus *Eboracensis* ecclesia dissensione gravi, nec erat qui finem rebus imponeret : pars magna cleri archiepiscopum *Willielmum* sequebatur, pars altera nitebatur in contrarium. Ipse tamen cathedræ præsidebat usus regia potestate in eos qui resistebant. *Innocentius* Papa rebus interim humanis exuitur, & substitutus est pro eo Papa *Celestinus* ; Quo brevi è medio sublato, *Eugenius*, *Claravallensis* cœnobii quondam monachus, summus pontifex creatus est. *Eugenio* igitur rerum summa tenente, insurrexerunt in archiepiscopum qui eum accusabant abbates Priores & viri religiosi cum archidiaconis & clero, quorum unus erat abbas *Fontium*, *Henricus*, præsumentes in favore summi pontificis, trahunt hominem ad curiam. Ubi etiam auditis hinc inde propositis, judicante Papa *Eugenio*, è cathedra *Eboracensi* amotus est. Indignati sunt super dejectione sua qui *Willielmi* partes fovebant, & confusionem suam ferre non valentes, nefandos sibi ausus assumunt. Conglobati siquidem milites qui de ipsius cognatione erant in manu copiosa, in abbatem de *Fontibus*, *Henricum*, quasi in suæ dejectionis authorem, conjuratione facta, strictis gladiis insurgunt. Et invaluit eo usque sceleroſa præsumptio, quod in ipsius odium monasterium cui præfuit evertere non reverentur. Veniunt *Fontes* in manu armata, & effractis foribus ingrediuntur sanctuarium cum superbia, irruunt per officinas, diripiunt spolia, & non invento quem quærebant abbate, sancta illa ædificia grandi labore constructa subjectis ignibus redigunt in favillam. Non defertur altari. Stat prope facer ille conventus, & ædificia sudore suo constructa, non sine cordis dolore videt flammis involvi, cineres mox futura. Solum illis in tanto discrimine oratorium cum officinis contiguis, orationis, ut creditur, usibus reservatur, ipsumque semiustum sicut torris raptus ex incendio. Abbas sanctus ante basim altaris prostratus orationi incumbit. Non videtur ab aliquo non læditur ab aliquo, manus enim domini protexit eum. Cedunt milites scelere peracto, portantes secum spolia. Parum quidem pecuniæ sed plurimum damnationis. Sed, ne diu super impietate sua gauderent facinorosi, aggravata est manus domini super eos, plaga namque inimici percussit illos, castigatione crudeli, & mortui sunt in peccatis suis, alii tabe consumpti, alii aquis suffocati, alii versi in amentiam, alii cladibus diversis extincti, omnes ferè irreconciliati. Abbas verò & monachi confortati in domino quasi resumptis viribus post naufragium navigationem inituarant, lapsa reparant, ruinosa reformant, & sicut scriptum est, *lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus readificabant.* Adjuvabant eos ex vicinia viri fideles. Et consurgit fabrica longè festivior quam ante fuit.

De creatione Henrici Murdacke *in archiepiscopum* Eboracensem.

AMoto (ut dictum est) a sede *Eboracensi Willielmo*, venerabilis abbas de *Fontibus*, *Henricus*, ex assensu sanioris partis in archiepiscopum electus est. *Claramvallem* ascendit visurus sanctum abbatem *Bernardum*, è cujus consilio totus ipse pendebat. Inde profectus Papam *Eugenium Treveris* invenit, a quo & honorificè susceptus est. Consentit dominus papa in electum, cujus manu consecratur in archiepiscopum, & accepto pallio, cum favore sedis *Romanæ* infulatus ad propria redit. Multas tamen molestias & difficultates passus in initio pontificatus sui ; regis indignationem, bonorum distractionem, adversantium insidias, civium contradictionem. Cives enim *Eboraci*, vulgus semper ignobile, oderunt eum, & conjuratione facta, interdixerunt ei ingressum civitatis. *Venit ad suos*, & sicut de *Judæo* scriptum est, *sui domum non receperunt*. Divertit ergo **Ripon**, dans locum iræ donec deferviret regis indignatio. Vicit itaque sapientia maliciam, mansuetudine furorem, & indignationem regiam patientia fregit.

De abbate Mauricio.

VAcabat interim domus *Fontanensis*. Sed venerabilis archiepiscopus accedens, monachum quendam *Rievallensem*, *Mauricium* nomine, creavit in abbatem. Hic *Mauricius* non tres pene menses apud *Fontes* moram faciens resignata cura in manus archiepiscopi, redit ad locum unde assumptus est.

De abbate Thoroldo.

SUccessit *Mauricio* abbas *Thoroldus*, de monasterio *Rievallenſi* equè assumptus. Homo in scripturis sacris non mediocriter eruditus & in liberalibus artibus sufficienter edoctus, duobus annis præfuit monasterio *Fontanenſi*, multa pro potestate agens, quædam etiam contra consilium & voluntatem archiepiscopi venerabilis præsumens, unde etiam orta inter eos simultate, de mandato sancti patris *Bernardi*, resignato officio, *Rievallem* reversus est.

De creatione abbatis Richardi.

CEdente itaq; ab administratione abbate *Thoroldo*, vacabat iterum ecclesia *Fontanenſis* destituta pastore. Convenientes igitur in unum quorum interfuit de electione tractare, de communi consilio dirigunt nuncios ad sanctum patrem *Bernardum*, omnem curam ordinationis projicientes in eum, ut quem ipse, authore Deo, ordinare decreverit, sit eis in patrem & pastorem animarum suarum. Erat autem tunc temporis in monasterio *Clarevallenſi* Præcentor, *Richardus* nomine, abbas quondam *Vallis-clarae*, natione *Anglicus*, in civitate *Eboracenſi* oriundus, Vir vitæ venerabilis & consummatæ religionis, familiaris admodum sancto abbati *Bernardo* & archiepiscopo *Henrico*. Hic *Richardus*, procurante archiepiscopo, creatus est in abbatem, & *Fontes* veniens susceptus est cum honore condigno. Curam igitur subiens pastoralem pastoris officium operibus adimplevit. Studiosè vigilans super gregem sibi commissum, semper habens præ oculis futuram discussionem pecoris & pastoris, omnis ejus sollicitudo de salute animarum, de boni gregis augmento, de observantia regulari & ordinis disciplina. Multa strenuè gessit in administratione susceptа, æmulator ordinis, & severissimus castigator corporis sui, exemplis potiùs quam verbere agens, ad salutaris vitæ informationem; formator siquidem factus gregis, viam vivendo monstravit, operam adhibens ut doctrinam facta præcederent, & opus verbo conveniret. Assistebat ei per omnia sanctus episcopus, procurans pacem ecclesiæ & ordinis puritatem. Et aucta est domus in diebus ejus & possessionibus & pietate Religionis.

De morte Eugenii *Papæ*, *abbatis* Bernardi, *& archiepiscopi* Henrici.

EA tempestate contigit Papam *Eugenium*, vocante domino, carne resolvi. Et beatus *Bernardus* abbas *Clarevallenſis* sub his diebus migravit ad dominum. Archiepiscopus etiam *Henricus* hominem exuens sequutus est quos amavit. Dilexerunt se invicem in vita sua, in morte quoque non separati, duces gregis dominici, columnæ domus Dei, luminaria mundi.

De restitutione archiepiscopi Willielmi.

DEfuncto *Eboracenſi* archiepiscopo *Henrico*, succedit ei venerabilis archiepiscopus *Willielmus* restitutus in cathedram unde priùs fuerat amotus; In ipsa tamen restitutione, (jubente papa *Anastacio* qui *Eugenio* successit) spospondit se ecclesiæ *Fontanenſi* per omnia satisfacturum de injuriis & damnis quæ per se vel sui causa monachis fuerant illata, & quod locum ipsum & habitaturos ejus pastorali sollicitudine protegeret, & paterna pietate confoveret. Feciſſetque satis nisi eum mors immatura sustulisset. *Fontes* siquidem humiliter veniens satisfactionem promisit, suscipiens in osculo pacis omnes, omnes eis ad integrum possessiones confirmans quæ à suis prædecessoribus fuerant collatæ. Inde *Eboracum* divertens, prima sessione dum sacris altaribus astaret, inter offerendum (hausto ut dicitur, in calice veneno) extinctus est.

De schismate inter abbatem & monachos de Fontibus.

FLoruit per idem tempus domus *Fontanenſis* foris & intus, spiritualibus pariter ac temporalibus bonis aucta; Nec erat qui pacem illius turbaret. Videns hoc inimicus pacis, hostis noster antiquus, invidet tantæ paci, tanto iratoque fratrum profectu, & expetita permissione, aggressus est eos ad tentandum. Protulit subitò vasa iræ suæ, tollit pacem, castra turbavit, effundens inter cives contentionem, discordiam inter fratres, superseminans zizania tritico, dissensionem in conventu sacro. Et ecce subitò cœperunt spinæ quædam scandalorum succrescere, amaritudinis germina pullulare, murmurationis venena diffundi, volitare passim jacula detractionis. Mutuò sese impetunt, mutuo sese concidunt, Ephraim Manassem, & Manasses Epraim *simul & ipsi contra* Judam. In abbatem tota conflatur indignatio, seditio concitatur, & insurgunt filii in patrem, oves in pastorem, ecclesiæ in scandalum, adversariis in derisum. Advertit abbas difficultatem eventus, diaboli machinationem, & attendens multitudinis insolentiam suis viribus comprimi non posse, elegit ad tempus cedere donec procella deferveat & sileatur fluctus ejus. Cedit igitur ab injuncto sibi officio rogans Deum pro grege inquieto; Et dominus exaudivit eum. Reversi enim in se, confunduntur super temeritate præsumpta, & pœnitentiam agentes, mutato consilio abbatem *Richardum* in gradum pristinum sua restituunt authoritate. Sed non defuit tantæ præsumptioni condigna coercitio, temerarios ausus severiori censura castigans; emissis siquidem qui authores schismatis erant, reddita est authoritas ordini, reverentia patri, pax domui, peccantibus disciplina. Ab illa die & deinceps nil tale præsumitur, nil à conventu sacro contra formam ordinis temerè attentatur. Vixit posthæc annis pluribus *Richardus*, erudiens plebem suam in timore Dei, & benedixit dominus novissimis ejus magis quam principio. Rebus siquidem pacificatis pro voto foris & intus, videt filios suos fructificantes in gratia, ambulantes in dilectione. Ipse verò in senectute bona, sanctorum vallatus frequentia, plenus dierum & dives meritis migravit ad dominum.

De Abbate Roberto.

DEfuncto abbate *Richardo*, succeſſit venerabilis *Robertus* abbas de *Pipwella*, translatus de ſinu filiæ ut matrem gubernaret. Aſſumptus ad officium rem officii ſtrenuè adminiſtravit : vir omnium virtutum probatiſſimus, dignus omnino qui ad tanti regiminis apicem eligeretur. Nec memini me vidiſſe hominem quem ſuum magis deceret officium, qui ſubditorum curam commodius exequeretur, adeo illi cum injuncta adminiſtratione convenit. Magna illi cura in pauperibus confovendis, in peregrinis ſuſcipiendis, congruis hoſpitibus exhibere honorem, infirmis ſolatia, fratribus etiam ſecundum formam ordinis ſolitò diligentius neceſſaria procurare. Multa ſtrenue geſſit diſpenſator fidelis & prudens, providus in conſiliis, in judiciis diſcretus, miſericors in pauperes, liberalis ad omnes; liberalitate enim & honore præcedebat omnes qui fuerunt ante illum, civilitate multa regens ſubjectos, memor ſemper illius ſententiæ *Qui ſequitur avaritiam conturbat domum ſuam.* Approbatas conſuetudines ſervari præcepit, minùs aptas mutando correxit, & totius ſtatum monaſterii apud Deum & homines in melius reformavit. Honoravit miniſterium ſuum vir ſanctus, inſtaurans eccleſiæ fabricam & ædificia conſtituens ſumptuoſa. Non cauſatur de minori ſubſtantia, nec majorem ſumptum metuit ſumptuum defectu, Jactat ſuper Dominum curam ſuam, & non defuit manus confortans eum in omnibus operibus ſuis. Benedixit ei, multiplicans fratres, & adjiciens poſſeſſiones, & facta eſt pax & veritas in diebus ſuis. Annis ix. præfuit monaſterio *Fontium*, humanum ſe & communem omnibus exhibens, dilectus ab omnibus & ipſe diligens univerſos. Anno nono à generali capitulo revertens infirmatus eſt in itinere, & ingraveſcente morbo, apud *Woburniam* ſortis munus implevit. Corpus ejus *Fontes* delatum, cum honore condigno reconditum eſt in ſepulchris patrum ſuorum.

De abbate Willielmo.

VAcabat interim *Fontanenſis* eccleſia deſtituta paſtore, ſed dominus providebat ei. Convenientes in unum quorum interfuit elegerunt dominum *Willielmum*, *Novi-Monaſterii* abbatem, virum approbatum & ſanctum qui curæ ſuæ domum paſtorali vigilantia diligenter gubernaret. Hic *Willielmus* canonicus primò fuit militans ſub regula ſancti patris *Auguſtini* inter clericos regulares apud **Gisburne**, regularem vitam & ipſe profeſſus. Inde verò præ amore majoris perfectionis *Novum-Monaſterium* ſe tranferens, habitum ordinis de manu ſancti abbatis *Roberti* ſuſcepit. Novam igitur profeſſus militiam, novitate ſancti ſtuduit innovari. Indixit bellum viciis, voluptatibus conflictum, & membra mortificans carnem ſpiritui ſervire coegit, & hoc ſolo forſitan excedens, & quod rem virtutis nimietate fecit eſſe minus laudabilem. Vigiliis ſi quidem & abſtinentiis immoderatis corpus attenuans, ſemetipſum reddidit minus validum minuſque potentem. Annis multis præfuit *Novo-Monaſterio* & proſperata eſt domus in manibus ipſius. Inde translatus *Fontanenſis* eccleſiæ cauſam ſuſcepit vir grandævus admodum & ætate confectus, nihil tamen omiſſum eſt pro ætate majori de obſervantia ordinis vel exteriorum adminiſtratione. Erat autem homo conſilii, conſiliarios habens fideles, officiales ſtrenuos, filios obedientes, qui charitate filiali ſenectutem patris humeris ſuis ſuſtentabant. In manſuetudine gubernabat ſubjectos, quærens bona genti ſuæ, & ſuncta eſt domus in manu ipſius in prædiis & paſcuis & poſſeſſione copioſa. Annis 10. *Fontanenſem* rexit eccleſiam. Et conſummato curſu vitæ, in ſenectute bona quievit in pace, relinquens poſteris gratam ſui memoriam in gratia & benedictione.

Huc uſque ſenior. *Narratu* (inquit) *quæ de abbate* Radulpho *dicenda ſunt, diligenter evolve. Debes illi hanc dicendi viciſſitudinem, qui te & familiarem habuit, & ſanctæ religionis ſaporem tibi infudit. Noſti hominem, quanta in divinis & humanis gratia enituit, quam prudenter diſpenſationem ſibi creditam adminiſtravit.*

Tum ego.

Non me debitorem diffiteor : ſi dicendi peritia ſubeſſet. Totum me illi debeo ſemperque debebo, per quem mihi, mediante gratia, & ſalutis datur occaſio & ſalutaris forma diſciplinæ. Nulla mihi materia gratior, nulla jucundior oratio quam quæ ſancti patris noſtri memoriam ingerit & mores repræſentat. Libens igitur & gratanter evolvam quæ de viro ſancto dicenda occurrunt.

De abbate Radulpho.

DEfuncto abbate *Willielmo* ſucceſſit ei ſanctæ recordationis abbas *Radulphus*, vir omni laude dignus. Religionis ſpeculum, flos ordinis, forma diſciplinæ. Memoria illius in compoſitione odoris, opus pigmentarii, illius utique qui in vaſe fragili tot virtutum aromata congeſſit. Miles ante in ſeculo, militiæ cingulum non ſolvit ſed mutavit in melius, & adjunxit ſe caſtris *Hebreorum*, princeps poſtmodum futurus in populo Dei. Prognatus parentibus ſecundum carnem gloria præclaris, ſed natalium nobilitatem vitæ merito & virtutum gratia tranſcendit. Religionis habitum de manu ſancti abbatis *Roberti* accepit, annorum tunc ut putabatur xxx. viribus corporis ſtrenuus ſed virtute animi longe præſtantior. Novam igitur profeſſus militiam quantæ perfectionis puritati ſtuduerit norunt ipſi qui probationis ſuæ tempore ſocii fuerunt. Nullus eo maturior, nullus humilior, nullus magis anxius, & ſollicitus in ſalutaris obſervantia diſciplinæ. Omnia ordinis inſtituta ſumma alacritate percurrit, fervens in opere, frequens in oratione, patiens ad opprobria, obedientiſſimus ad injuncta, hilaris ſemper & impiger ad officia charitatis. Morabatur intus in domo conſcientiæ vacans ſibi quantum licuit, & à ſenſualibus ſecedens illecebris ad expertas ſemper recurrebat delicias, æmulans chariſmata meliora & ſe ſemper in uberiores urgens profectus. Intermiſerat literarum ſtudia tempore quo in armis agebat, ſed lectionis aſſiduitate intermiſſi temporis damna redimebat, legens in libro experientiæ quod alii in codice aſſitsbant. Fuerunt ei in his diebus in monaſterio *Fontanenſi* viri graves & religioſi.

La MS.

ligiosi, opinione celebres, sanctitate præcipui, contemplatione suspensi, inter quos conversus quidam singularis gratiæ & puritatis enituit, *Sunulphus* nomine; homo simplex & illiteratus. Sed dominus erudivit eum. Habebat conscientiam pro codice, spiritum sanctum pro eruditore, & legens in libro experientiæ crescebat quotidie in scientia sanctorum, habens etiam spiritum revelationis. Huic servo Dei familiaris admodum fuit sanctus abbas *Radulphus*, etiam dum adhuc in armis agebat, & multoties *Fontes* accessit gratia eum visitandi ut se orationibus ejus commendaret. Multa nobis narrare consuevit de hoc *Simulpho* digna relatu, de sobrietate & silentio, de maturitate in gestu & morum disciplina, quam alacer in exhortando, quam efficax in consolando, quam dulcis in collatione, quanto semper cavebat studio ne otiosum unquam verbum ex illius ore profluereet. Veni (inquit) aliquando ad hominem Dei in seculari adhuc habitu, consulens eum super his quæ me movebant de statu scilicet meo, qui mihi valde displicebat. Tædebat enim me vitæ, & conversationem pristinam abhorrens, fluctuabam in corde meo nedum spem habens quam videndi formam assumerem. Et erat grandis concertatio in animo meo. Deliberavi quandoque abjecto mundi onere sanctæ religionis habitum suscipere, sed consuetudinis cathena constrictus salutis iter arripere formidabam. Effudi itaque æstus cordis mei coram viro Dei, rogans attentius ut oraret pro me sic affecto. At ille. Ego pro te libenter orabo sed & tu similiter ora, & cave ne opera tua nostras impediant orationes. Recessit petita benedictione. Ille autem orabat & dominus exaudivit eum. Videbatur mihi orationis ejus sentire virtutem; adeo laxabantur vincula cordis mei & computrescebat jugum a facie olei. Morabar in his diebus in vico quodam ubi erat basilica in honore beatæ *Mariæ* virginis constructa, vicina domui in qua dormiebam. Nocte quadam surrexi temporis, & visum est capellam ingredi, gratia orationis. Stans ante crucem effudi animam meam in conspectu domini Dei mei, & cum lachrimis oravi ut dirigeret vias meas, sibi ad laudem & gloriam, mihi ad salutem æternam. Et ecce inter orandum vox de cruce in hæc verba emissa est, *Et quare non venis? quare tam diu tardas?* Corrui protinus ad hanc vocem in terram, & cum magno cordis affectu & voce lachrimosa respondi, *Ecce domine, ecce venio.*

Fœdere igitur inito firmavi propositum non ulterius in seculo commorari. Necdum statueram cui me religioni subdere debuissem: ascendi igitur ad virum Dei indicans quid de nocte audieram, & quale mihi esset propositum, paratum me illius acquiescere monitis, consiliis obedire. Consedimus soli seorsum cum ecce, inter loquendum subito conticuit, & erumpentibus ubertim lachrimis serenata me facie intuens, *Modò* (inquit) *revelavit mihi dominus quid te futurum esse dixerit. In monasterio de* Fontibus *habitum religionis accipies, & consummato vita cursu diem mihi claudes supremum.* Quo audito, nil cunctatus accessi, & mutato habitu ad senis consilium, suavi jugo Christi collum submisi. Hæc mihi de tene *Simulpho* sanctus abbas retulit, fida satis relatione, sicut rerum postea probavit eventus. Sed jam ad narrationis nostræ seriem redeamus.

In MS.

In MS.

De gratia Dei inter communicandum indulta.

ERat dies solennis quo de more fratres communicare solebant. Inter alios ipse adhuc novitius communicaturus accessit. Cumque de manu sacerdotis salutaris hostiæ munus acciperet, tanta & tam admirabili perfusus est suavitatis dulcedine, ut pene alienatus sensibus excederet, & oblitus sui vix se ipse teneret. Quæsivi de dulcedine cujusmodi speciem saporis pre se ferret? si quid mellis haberet simile vel cibi corporalis? At ille, *Nihil in omni vita mea expertus sum quod hujusmodi dulcedini possem adaptare*; nihil habebat melli simile vel cibo materiali, cum illa tantum in guttere sapiatur, hæc verò dulcedo non tam cordis penetralia perfudit, quàm interiora animæ mira quadam & ineffabili, ut mihi videtur, suavitate replevit.

De visione timoris Dei.

ALiud quiddam dicturus sum quod ex ore ejus accepi, licet nonnulli forsitan huic nostræ narrationi fidem non adhibeant; nec mirum si spiritualibus viri visionibus minimè credant, qui temporalibus ejus virtutibus invidebant. *Stabam* (inquit) *ad orationem, & ecce lucem quandam interius perfusus (mirabile dictu) vidi timorem domini, & ipse non timebam. Sed quis timor aut qualis ille timor? nihil hoc timore terribilius, nihil horribilius audiri excogitarive potest. Vidi tamen timorem sine timore, & timoris pondus adverti, quod reprobis imminet, de quo scriptum est,* videntes turbabuntur timore horribili & subitatione desperatæ salutis.

De revelatione illi facta.

REm dicturus sum quam ipsum sæpiùs audivi referentem, quod quidem non sine timore refero, sed supprimendum nequaquam existimo. Die quadam dominica cum laudibus sacer ille conventus intisteret, & ipse erat unus ex eis, psalmus qui tunc cantabatur hic erat *Confitemini Domino quoniam bonus.* Cumque vir Dei in titulum psalmi diligenter attenderet, facta est manus Domini super eum, & videt visionem magnam, visionem glorioſam, ipsam scilicet Trinitatem in 3. personis apparentem. Quæsivi ab eo sub qua forma vel schemate facta fuit illa Revelatio? At ille inquit, *nihil ibi formatum nihil figuratum apparuit, & tamen vidi in visione beata tres personas in unitate, Vidi* (inquit) *& cognovi patrem ingenitum, filium unigenitum, Spiritum Sanctum ab utroque processum. Et duravit visio illa donec duo versus predicti psalmi ex integro complerentur. Ab illa die & deinceps nihil triste nihil unquam tanta adversitatis mihi advenis quod non hujus felicis visionis recordatio temperaret. Hæc recordatio mihi & in dolore solatium, & in adversitate subsidium, gaudium meum & exultatio cordis mei, robur fidei, & spei firmamentum. Denique tanta mihi ex hac revelatione infusa est fiducia, ut nunquam de salute mea*

potui

potui dubitare cui tam beata visionis facta est manifestatio.

Hæc de se sanctus abbas ob fidem nostram confirmandam non sine lachymis aliquoties referebat.

Anno igitur xiij. conversionis suæ apud **Birkestall** in abbatem creatus novem annos ibi moram fecit, multa perpessus incommoda, *Foràs pugnas, intus timores, domesticorum insidias, rei familiaris inopiam, bonorum distractionem.* Semper tamen viam regiam incedens, eodem vultu eademque constantia casus ferebat adversos, & objectu fidei novercantis fortunæ biformes conatus elusit. Anno tertio creationis ejus in abbatem, ego valedicens seculo, de sacra manu illius hunc nostrum institutionis habitum recepi. Septem annos sub disciplinatu ejus vixi, fœlix si usque hodie sic perstitissem. Magna siquidem proficiendi materia fuit, mores viri & modum vivendi inspexisse familiarius Sermo ejus semper sale conditus in gratia, tum omnis gestus ejus & habitus perfectionis quandam disciplinæ formam præ se ferebat. Nullus eo in opulentia frugalior, in paupertate liberalior, in judiciis æquior, in amicitia constantior fuit. Novem annis apud **Birkestall** peractis, *Fontanensis* ecclesiæ curam suscepit. Suscepta igitur tanti cura regiminis, cœpit pro officio satis agere, puritatem ordinis zelare propensius, & offensas castigare severiùs, habita tamen moderata discretione. Domos suæ subjectionis visitabat in veritate, nil indiscussum relinquens quod sua potuit prudentiâ perscrutari. *Circuibat per singula & scrutatus est* Jerusalem *in lucernis, succidit lucos, excelsa destruxit, infodit idola subtus terebinthum, & immolantes in hortis acriùs insequebatur.* In hospitibus suscipiendis & pauperibus recreandis qualis fuerat, subjecta declarabunt. Invaluit fames sub his diebus, & erat concursus pauperum multus ad januam *Fontanensem.* Non fuit domus quæ eos capere posset, sed cæsis frondibus ex silva vicina fecerunt eis casas parvulas quasi tabernacula pastorum, ubi se receperunt pauperes expectantes de domo Dei refectionem. Procurabat etiam eis viros industrios hujus negotii dispensatores idoneos qui pauperibus alimoniam distribuerunt. Sacerdotes etiam instituit, qui languentes & ægrotos quotidiè visitarent, confessiones reciperent, viaticum præberent, & defunctis Christiano more sepulturam exhiberent. Accidit aliquando ut de capitulo generali reversus *Claravallem* devenisset, infirmatus inibi multis diebus jacuit desperatus. Erat tunc temporis cum eo monachus quidam *Radulphus* nomine de *Novo-Castello*, abbas postmodum factus de **Birkestall**, qui continuò assistebat ei tristis nimis & sollicitus pro patre suo quem timebat in proximo morituram. Quem sanctus abbas consolans, Ego inquit apud *Claravallem* mori non habeo, apud *Fontes* depositionis meæ diem expecto. Frater enim *Sunulphus* mihi prædixit quod apud *Fontes* viverem & ibidem vitam finirem. Et factum est ita, convaluit ab infirmitate, & *Fontes* reversus ibidem per aliquot annos optata sanitate gavisus est. Ægrotavit per idem tempus vir nobilis *Galfridus Hageth*, frater germanus abbatis *Radulphi*. Vocatus est abbas ad ægrotum, è cujus consilio ipse totus pendebat; Et de rebus suis disponens, villam quandam, **Thorpe** nomine, cum pertinentiis contulit ecclesiæ de *Fontibus* in puram elemosinam, cum corpore suo ad sepulturam, quæ (amotis postmodum accolis) redacta est in grangiam uberem frugibus & utilem usibus monasterii. Infirmatus est postmodum sanctus abbas & ingravescente morbo resolutionis suæ diem instare perpendit; Omnibus igitur circa eum ritè peractis, completis diebus peregrinationis suæ dives meritis migravit ad dominum. Aucta est domus in diebus ejus possessionibus & prædiis exterius, intus verò virtutibus & viris religiosis. Et hac possessione quæ adjecta fuit in tempore illius, ecclesiæ *Fontium*, grangia de **Thorpe** ex dono *Galfridi Hageth.*

Anno xiij. villicationis suæ apud *Fontes* abbas *Radulphus*, sicut frater *Sunulphus* prædixerat, quievit in pace.

De abbate Johanne.

SUblato è medio abbate *Radulpho*, cognomento *Hageth*, successit ei venerabilis abbas *Johannes*, vir liberalis & omni laude dignus, *Eboracensi* natione; sed de civitate sua & civium moribus nihil secum traxit nisi nomen & nasci tantùm; Natales siquidem suos animi ingenuitate transcendens, fastidiebat inveteratas plebis ineptias, & honestatis æmulator mediocritatem civium morum probitate compensat. Adolescens bonæ indolis in novitium apud *Fontes* receptus, postmodum celerarius effectus, inde abbas de *parco Lude* creatus, tandem *Fontanensis* ecclesiæ matris suæ curam suscepit. Nec defuit homini gratia Dei quæ ubique astitit illi quasi mater honorificata, quæ omnia opera ejus dirigebat, per quam fuit sicut de *Joseph* legitur, vir in cunctis prosperè agens, providus in rebus agendis, prudens in responsis, in consiliis sapiens, in judiciis discretus. Incedebat vestigiis prædecessoris sui abbatis *Radulphi*, illius attentiùs sequens exemplum in ordinis observantia & authoritate regendi, in visitationibus agendis & rebus ordinandis, in causis discutiendis & culpis corrigendis formam sequens per omnia quæ ab ipso acceperat, mites & humiles formans & diligens: inquietos & dissolutos corripiens & castigans, semper tamen exaltans misericordiam super judicium. Erat autem dulci moralitate naturaliter præditus, communem se omnibus exhibens & humanum, liberalitate & munificentia præcedebat omnes qui ante eum *Fontanensi* ecclesiæ præfuerant. Dapsilis in mensa, communis in convictu, communicabilis ad hospites, benificus in egentes, amabilis inter fratres, honoratus inter potentes. In beneficiis conferendis nullus eo liberalior, nullus præstantior fuit, nullus qui aptiùs aut commodiùs beneficia conferebat. Non differebat quod dare disposuit, sed benignitatem animi muneris celeritate monstrabat; & vultus hilaritate donum gratificabat. Nec tamen defuerunt aliqui qui ejus actus à latere diligenter observabant, & sumptuosas ejus expensas sinistrè interpretabantur, asserentes, effusiorem eum quam decebat captare favorem populi, potentium amicitias, Regis etiam affectare gratiam & familiaritatem, & privatis obsequiis sub prætextu religionis ad infulas aspirare. Ille verò

nequaquam

nequaquam ad hæc motus naturalem animi liberalitatem liberè prosequebatur, pius ad pauperes, beneficus ad petentes, officiosus ad omnes. Et benedixit dominus hominem in omnibus operibus suis, dans ei pacem intus & foris, inter fratres charitatem & concordiam, in temporalibus bonorum omnium affluentiam, Et sicut in *Job* legitur, *bos concipit & non abortivit, vacca peperit & non est privata fœtu suo; greges egrediuntur per turmas, omnes gemelli fœtibus, & non est sterilis inter eos.* Sed ne deesset viro fideli tentatio ad probationem, factum est sub his diebus ut Rex *Johannes* qui tunc regni summam tenebat, consiliis depravatus iniquis, filios ordinis exosos haberet & universas suæ potestatis domos nostri ordinis importabili exactionis onere violenter opprimeret. Nec pepercit *Fontanensi* ecclesiæ licet multa & magna ab ea donaria accepisset, sed mille & ducentas marcas argenti cum importuna celeritate solvendas ab ea extorsit, etiam & reliquas domus ordinis sub potestate sua adeo violenter oppressit, ut distractis ovibus & armentis, etiam vasa sacra divinis usibus consecrata & vestimenta sacerdotalia vendere cogerentur. Et erat videre miserum. Nam monachi qui sub claustralibus latebris lectioni & orationi & spiritualibus studiis antea inserviebant, jam, necessitate cogente, per villas & civitates dispersi, alii apud milites, alii apud monachos, alii in castris, alii in viculis apud seculares utcumque sustentabantur. Hujusmodi mali fomes & incensor erat *Richardus* de *Mariseo*, homo excepte actionis, de quo multa dicenda sunt tempore suo, cujus memoria non delebitur quamdiu ecclesia *Cistercienſis* durabit in seculo. Videns igitur abbas *Johannes* malitiam temporis, Regis sævitiam, ordinis oppressionem, deliberavit quid ageret, vel quomodo pro tempore oppressis subveniret. Et inito cum suis consilio, faciens de necessitate virtutem, projecit pecuniam ut emeret sibi pacem, dissimulans pro tempore quod non potuit evitare. Et conciliata sibi gratia Regis aperuit horrea & apothecas, & dona Dei dispensator fidelis in populum Dei diligenter distribuebat. Sed non defecit manus domini confortans eum, Nam sicut legitur de *Sareptina, quod non defecit in hydria aqua nec oleum in lychno*: sic domino benedicente & abbate dispensante, non defecit annona in horreis nec abundantia in collariis, non est panis imminutus, nec potus alteratus, nullus ibi defectus apparuit in victu, vel in vestitu, vel in his quæ secundum ordinem competebant ad pauperum recreationem, ad hospitum susceptionem, ad totius domus *Fontanensis* sustentationem. Et floruit per idem tempus ecclesia illa sicut vinea quam plantaverat manus domini, dans odorem suavitatis & sanctitatis, & confluebant ad eam multi à finibus terræ, & facta est congregatio monachorum numerosior quam solebat, nam & altaria pauciora ad celebrandum, & chorus humilior & obscurior & minus capax tante multitudinis. Et visum est homini Dei contra hujusmodi incommoda providere. Et aggressus est pro magnitudine animi opus magnum inchoare, novam scilicet ecclesiæ fabricam *Fontanensis*, opus inusitatum & admirandum, feliciter inchoatum, sed felicius consummatum. Mirabantur multi ausus hominis & animositatem, quod tali tempore tale opus aggredi præsumeret tam insolitum & tam sumptuosum. Ille verò confidens in adjutorio Dei, & ponens in Domino spem suam, fundamentum fabricæ posuit, columnas quasdam erexit, feciſsetque voto satis nisi fati conditio interveniſſet; anno siquidem octavo post creationem suam in abbatem de *Fontibus*, gravi ægritudine correptus, vocationis suæ tempus imminere præsentit, & disponens domui suæ, omnibus circa eum ritè peractis, in spe bona constitutus, feliciter migravit ad dominum. Nec defuit qui opus inchoatum instanter exequeretur. Surrexerunt enim post eum viri strenui successores sui qui defuncto fratri semen suscitaverunt Et factum est inusitatum quiddam in hac parte quod tres sibi *Johannes* successivè *Fontanensi* ecclesiæ præfuerunt, quorum unus fabricam inchoavit, secundus inchoatam viriliter provexit, tercius provectam glorioſè consummavit. Primus erat *Johannes* natione *Eboracensis*. secundus *Johannes* episcopus. Tercius, qui adhuc superest & præest *Johannes* de *Cancia* oriundus.

Explicit.

Carta Comitis *Alani* de *Aldeburg*.

ALanus *comes* Britanniæ & Angliæ, *dapifero suo & constabulario suo & camerario suo, baronibusque suis omnibus & hominibus*, Francis & Anglis, *salutem. Sciatis me pro anima patris mei & matris meæ & pro meipso & comitissa* Berta *uxore mea & pro heredibus meis, monachis de* Fontibus *ad ædificandam abbatiam quandam ejusdem ordinis, cum ipsis concessisse in elemosinam, & in perpetuo beneficio dedisse, totum nemus quod pertinet ad* Marsam, *quod est ex illa parte aquæ* Ioz *qua* Burtun *consistit. Ex alia autem parte prædictæ versus* Marsam *prædictis monachis concedo & dono* Rumoram & Bzaulei *ad opus prædictæ abbatiæ, nomine* Aldeburne. *Testibus*, Ricardo *filio* Eustachii *filii* Johannis, Scollando *dapifero*, Rualdo *constabulario*, Guarino *filio* Guimeri, Hugone *filio* Jarnagoti. Ex registro de *Fontibus*. fol 20 a

Carta Rogeri *de* Mubrai *de* Aldeburg.

OMnibus sanctæ ecclesiæ filiis præsentibus & futuris *Rogerus* de *Mubrai* salutem. Sciatis me pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, ac liberorum meorum, & patris mei & matris meæ omniumque parentum meorum, dedisse in elemosinam monachis sanctæ *Mariæ* de *Fontanis Aldeburgam*, in grangiam, solutam & quietam ab omnibus servitiis & quicquid ad eam pertinet ex illa parte *fori* fluminis, in bosco & plano, & campis & pratis & aquis, sicut pater meus de *Albinio* dedit eam antiquitùs monachis *Pontiniacensibus*, & communem pasturam ex altera parte aquæ in Suintun, & in Rumoz, & in Rutewith. Et ex eadem parte firmamentum stagni sui ad molendinum faciendum. Hii sunt testes, *Samson* de *Albinio*, *Mathias* de *Rampanne*, *Radulphus* de *Bellum*, *Gualterus de la Rivere*. Ibid.

Carta *Suani* de *Tornetun* de *Bramleia*.

OMnibus *sanctæ ecclesiæ filiis præsentibus & futuris* Suanus *de* Tornetun *salutem. Sciatis* Ib. f. 21. a.

me

me dediſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & monachis eccleſiæ ſanctæ Mariæ *de* Fontibus *in liberam & puram & perpetuam elemoſinam, totam* Bramleiam *quæ eſt de mercato meo, cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis ſuis, in boſco & plano, in prato & paſtura, & aquis, & in omnibus locis & rebus ad eandem terram pertinentibus, per eaſdem metas & diviſas per quas dominus meus* Rogerus *de* Mubrai, *qui eam mihi vendidit, eiſdem monachis confirmavit, & in carta ſua nominavit. Hanc terram dedi eis in perpetuum ſalutam quietam & liberam ab omni ſervicio & conſuetudine & ab omni re quæ mihi vel hæredibus meis pertinet, dando annuatim tantummodo duas marcas argenti* Rogero *de* Mubrai *vel hæredibus ſuis, pro omni re & conſuetudine & ſervicio quæ ad terram pertinent, ſine omni retinimento mei vel hæredum meorum. Hii ſunt teſtes,* Rogerus *de* Mubrai ; Radulfus *filius* Aldelini, Rogerus *filius* Gaufridi.

Confirmatio Rogeri *de* Mubrai, *de* Bramleia.

Ib.f.23.a. OMnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Rogerus* de *Mubrai* ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & monachis eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* totam *Bramleiam*, in boſco in plano, in prato & paſtura, & mora, & aquis, & in omnibus locis & rebus quæ infra has diviſas continentur ; ſcilicet à foſſato eorum quod incipit à Puſebec, & vadit uſque ad groſſam quercum quæ eſt ſub cilio collis qui eſt ſub ſepi de *Bramleia*, & inde tranſverſus boſcum ſub cilio prædicti collis uſque ad ſurſam cujuſdam ſichet juxta viam quæ vadit de *Bramleia* ad Paleſart ; & per illud ſichet deorſum uſque ad Beſebec ; & per Beſebec ſurſum uſque ad moram, & tranſverſus moram uſque ad diviſas *Johannis* de Mattum ; & inde ſicut diviſæ *Johannis* vadunt uſque ad Syendhou ; & inde deorſum uſque ad Puſekelde, & inde uſque ad prænominatum foſſatum monachorum quod eſt diviſa inter eos & Tozp, & Paleſart.

Totam hanc terram cum omnibus rebus & aiſiamentis quæ infra prædictas diviſas continentur habebunt monachi in perpetuum, ſolutam, quietam, & liberam ab omni ſervicio & conſuetudine & ab omni re ad terram pertinente, tantummodo pro duabus marcis per annum, dimidia infra octavas pentecoſtes, & dimidia infra octavas ſancti *Martini*. Et ego *Rogerus* & hæredes mei omnia prædicta eis guarentizabimus & acquietabimus ab omni re & ſervicio quod ad terram pertinet, pro prædicta firma, ſine omni retinemento mei vel hæredum meorum in perpetuum. Hiis teſtibus, *Guillielmo* de *Veſci*, *Galtero* de Bolebec, *Radulfo* de *Belvair*.

Compoſitio de terminis inter monachos de Fontibus *&* Jozevalle.

Ib.f.23.b. OMnibus has litteras legentibus & audientibus, notum ſit & manifeſtum hanc eſſe pactionem & confirmationem pacis inter monachos de *Fontibus* & monachos *Jorevallenſes* ; ſcilicet quod infra metas monachorum de *Fontibus* apud grangiam ſuam Aldeburg, ab orientali parte aquæ Joz, erunt *Tyrnum* Watlous, & Cliftun. Ab occidentali parte aquæ ſicut Prosbec protenditur & cadit in Bzunne, & ultra Bzunne ſicut Aigrif & Ring ſimul veniunt ; & ſic ultra, donec perveniatur ad Duſtun, & de Duttun uſque ad Joz, cum omnibus appenditiis locorum horum & prædictarum villarum. De Prosbec uſque Gzimesdalebec, & per Gzimesdalebec uſque ad Potsbec, & inde uſque dum cadit in Bzunne habebunt monachi *Jorevallenſes* groſſam materiem tantum ad ædificia communiter cum monachis de *Fontibus* & nichil aliud, nec prata nec paſturam nec paſtionem infra has diviſas vel ceteras diviſas prædictas aliquid aliquo modo accipient vel habebunt, nec procedent ſupra vel infra metas in aliquo niſi per licentiam monachorum de *Fontibus*, nec ipſi ſupra has diviſas ſe extendent niſi per licentiam fratrum *Jorevallenſium*, niſi ſecundum ordinem & uſus *Ciſtercienſes*.

Hæc conceſſit capitulum *Jorevallenſe* monachis de *Fontibus* ; & capitulum de *Fontibus*, hac compoſitione, conceſſit, ut abbatiam ſuam removerent uſque ad locum ex utraque parte proviſum, juxta grangiam de Belegrunh. Igitur ut hæc pacis confirmatio ex utraque parte firmiter teneatur in perpetuum, ego *Ricardus* abbas cum aſſenſu capituli de *Fontibus*, & ego *Johannes* abbas cum aſſenſu capituli *Jorevallenſis*, præſenti cyrographo & ſigillis noſtris ſignantes, confirmavimus, & volumus ut ratum & inconcuſſum inter utramque domum hoc maneat in perpetuum. Hujus compoſitionis teſtes ſunt hii quorum ſigilla hic appoſita ſunt *Philippus* de *Elemoſina* abbas. Abbas *Johannes* de Foznes, abbas *Gillebertus* de Hogle, abbas *Ricardus* de Bæland, *Radulphus* abbas de *Parco*.

Carta *Rogeri* de *Mubrai*, quam dedit *Ricardo* de Hædun ſupra terra de Putewith.

ROgerus *de* Mubrai *omnibus hominibus ſuis & amicis* Francis & Anglis *clericis & laicis præſentibus & futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac carta mea confirmaſſe* Ricardo *de* Hedona *ſexaginta acras terræ in* Putewith *juxta viam quæ vadit ad* Tozp *apud* Walham *verſus* le Caſtelet, *uſque ad diviſas* Aldredi, *& uſque ductum de* Puſebec, *illi & hæredibus ſuis, tenendum de me & hæredibus meis in feudo & hæreditate, liberè & quietè & honorificè per ſervicium quantum pertinet ſexaginta acris, unde duodecim carrucatæ terræ faciunt ſervicium unius militis. His teſtibus,* Roberto *de* Mubrai, Philippo *de* Muntpincer, Warino *filio* Symonis. ibid.

Carta Ricardi *de* Hedune *dantis eandem terram eccleſiæ de* Fontibus.

Ib.f.23.b. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris, *Ricardus* de *Heduna* ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & monachis eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* totam terram quam habui in Putewith vel circa ex donatione domini mei *Rogeri*

de *Mubrai*, pro servicio & homagio meo, integrè & absque omni diminutione, in bosco & plano, in pratis & pascuis, & aquis, & in omnibus locis & rebus & aisiamentis & libertatibus ad liberam terram pertinentibus, sicut præfatus dominus meus *Rogerus* de *Mubrai* eam mihi dedit & carta sua confirmavit, videlicet per has divisas, sicut Pusebec descendit in Puseclob usque in Ioz, & sic sursum Ioz usque ad divisas monachorum, & sic per divisas de Rig usque in Puseclob. Hæc omnia dedi Deo & monachis sanctæ *Mariæ* de *Fontibus*, & totum jus quod inde habui, quietum clamavi, & me & omnia mea super altare de *Fontibus* optuli tam adquisita quam adquirenda, in puram & perpetuam elemosinam, solutam quietam & liberam de me & cunctis hæredibus meis, finaliter, pro salute animæ meæ & dominorum meorum & omnium antecessorum meorum, & amicorum. His testibus, domino *Rogero* de *Mubrai*, *Rogero* de *Albinio*, *Rogero* filio *Gaufridi*.

Carta *Rogeri* de *Mubrai* de Birnebem.

Ibid. fol. 88. a.

EBoracensi *archiepiscopo & capitulo sanctæ* Petri Eboraci, *& omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentibus & futuris* Rogerus *de* Mubrai *salutem. Sciatis me dedisse & præsenti carta confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* Fontibus *totam terram de* Birnebem *cum omnibus pertinentiis suis in bosco & plano, pratis & aquis & pasturis, in viis & semitis, per rectas divisas plenarias; scilicet de* Felebziggebec *usque ad metas de* Rippelet, *sicut unquam melius & liberius tenui. Hanc donationem per directas divisas feci prædictæ ecclesiæ in perpetuam elemosinam, & ita in liberam & propriam possessionem & ad faciendum & donandum & vendendum, ita quod terra ubi nemus est cum tota alia terra de* Birnebem *imperpetuum ecclesiæ prædictæ de* Fontibus *remanebit, & quod nichil ibi mihi retineam præter cervum & cervam, aprum & capreolam & aves quæ aliis capiunt. Set & forestariis mei non habebunt ibi potestatem, nec de aliqua re se intromittent nisi de prædictis feris & avibus custodiendis. Et si aliqua calumpnia super prædicta terra aliquando evenerit, ego & hæredes mei prædictam terram cum omnibus pertinentiis suis monachis garentizabimus & acquietabimus ab omnibus serviciis & consuetudinibus quæ ad terram pertinent, & defendemus contra omnes homines, ita ut liberè & in pace omnia teneant.*

Hæc omnia concessimus & confirmavimus in præsentia capituli ecclesiæ sanctæ Mariæ Eboraci *ego &* Nigellus *filius meus, &* Robertus *filius meus in præsentia* Clementis *abbatis, & in præsentia* Roberti *decani & capituli* Eboraci. *Hiis testibus,* Rogero *abbate de* Beelanda, Landrico *monacho ejus,* Philippo *Priore sanctæ* Trinitatis, *magistro* Swano *de hospitali,* Roberto *capellano* Rogeri, Rogero *de* Knove, Willielmo *de* Muntpincer, Thoma *filio* Vivet, Roberto *de* Daivilia, Hugone Malebisse, Turgis *filio* Maugeri, Radulfo *de* Bauucir, Hamundo Beler, Helia *de* Ferlington, Rogero *de* Bavent, Willielmo Daivilla, Roberto *de* Busci, Thoma *de* Colevilla, Henrico *de* Lubbaham, Roberto *de* Bauuer, Rogero *filio* Aie, Ricardo *de* Insula, Willielmo, *de* Rainevilla, Rannulpho *de* Glaumvilla *tunc vicecomite* Eboraci, Radulpho *de* Mundavilla, Thoma Darel, Gaufrido *de* Neovilla, Adam *filio* Normanni, Bertram Haget, Adam Luvel, Radulfo *de* Eboraco, Stephano *de* Killum, *& de comitatu* Eboraci, *aliis multis.*

Cyrographum Rogeri *de* Mubrai, *de* Birnebem.

Ibid.

NOtum sit omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, hanc esse conventionem inter monachos de *Fontibus* & dominum *Rogerum* de *Molbrai* & filios suos *Nigellum* & *Robertum*, quod *Rogerus* & filii sui concesserunt & dederunt & carta sua confirmaverunt Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Fontibus* in perpetuam elemosinam totam terram de Birnebem cum omnibus pertinentiis suis in bosco & plano pratis & aquis & pasturis in viis & semitis per rectas divisas suas plenarias, scilicet de Felebziggebec usque ad metas de *Rippeleia*, sicut ut quam melius & liberius illam terram tenuerunt. Et hanc terram cum pertinentiis suis in perpetuum habebunt monachi solutam quietam ab omni servicio & consuetudine & ita in liberam & propriam possessionem & ad faciendum & donandum & vendendum ita quod terra ubi nemus est cum tota alia terra de Birnebem imperpetuum prædictæ ecclesiæ de *Fontibus* remanebit, & quod nichil *Rogerus* & filii sui ibi retinuerunt præter cervum & cervam, aprum & capreolam & aves quæ alias capiunt. Set & forestarii mei non habebunt ibi potestatem nec de aliqua re se intromittent nisi de prædictis feris & avibus custodiendis. Hoc etiam statutum est inter eos, quod servientes de Birnebem securitatem facient fide vel juramento fratribus ejusdem loci quod de feris non capient ejusdem forestæ neque de avibus quas in carta sua *Rogerus* & filii sui sibi retinuerunt. Et si aliquis de servientibus monachorum deprehensus fuerit, monachi de eo rectum facient prout capitulum *Eboraci* decreverit. Et propter hanc conventionem *Rogerus* de *Mubrai* accepit à monachis CCCl. marcas argenti. Ad hoc tenendum & garentizandum & defendendum monachis in perpetuum contra omnes homines & contra omnes feminas *Rogerus* de *Mubrai* & filii ejus, *Nigellus* & *Robertus* fidem affidaverunt, & *Robertus* de *Daivilla*, *Radulfus* de *Bauveir*, *Hugo Malebisse*, *Turgis* filius *Malgeri*, *Robertus Busci*. Et pro concessione & confirmatione hujus conventionis *Nigellus* filius *Rogeri* de *Mubrai* v. marcas à monachis recepit. Testes capitulum ecclesiæ sanctæ *Mariæ Eboraci*, *Philippus* Prior sanctæ *Trinitatis*, magister *Suanus*.

Carta Rogeri *de* Laci *constabularii* Cestriæ, *de* Bradleia.

Ibid fol. 110 b.

ROgerus de *Lasci* constabularius *Cestriæ* omnibus videntibus vel audientibus hanc cartam, salutem. Sciatis me dedisse concessisse & hac præsenti carta mea confirmasse Deo & monachis sanctæ *Mariæ* de *Fontibus* totam villam de *Bradeleia* cum omnibus pertinentiis libertatibus & aisiamentis suis, ut habeant ex dono meo quicquid habuerunt in Wadlei & in pertinentiis suis ex dono *Radulfi* filii *Nicolai*, & quicquid habuerunt ex dono *Adæ* de *Crideling* filii ejus, sicut cartæ eorum testantur & purportant, Et totum reti-

duum

duum prædictæ villæ de *Bradeleia* quod idem *Adam* de *Crideling* mihi & hæredibus meis in curia mea de *Pontefracto* dedit resignavit & quietum clamavit de se & hæredibus suis, excepta terra & servicio *Jordani* de Rie & hæredum suorum quæ ego in manu mea retinui. Dedi etiam eisdem monachis & quietum clamavi de me & de hæredibus totum forinsecum servicium prædictæ villæ de *Braddeleia*; scilicet quantum pertinet ad duas carrucatas terræ unde xiiij. carrucatæ faciunt feudum unius militis. Hæc omnia dedi ego prædictis monachis in puram & perpetuam elemosinam liberam quietam & solutam ab omni servicio & ab omni re ad terram pertinente, ita quod faciant de his omnibus quicquid voluerint sicut de propria & perpetua possessione sua. Et ego & hæredes mei omnia prænominata præfatis monachis warantizabimus acquietabimus & defendemus contra omnes in perpetuum sicut puram & perpetuam elemosinam nostram. Testibus his, *Willielmo* filio *Willielmi*, *Adam* de *Novo mercato* & *Henrico* fratre ejus.

Carta *Bertranni Haget*, de *Dacra*.

Ib. f. 143. a *Notum sit omnibus præsentibus & futuris quod ego* Bertrannus Haget *concessi monachis sanctæ* Mariæ *de* Fontibus *in elemosinam totam terram de* Dacra, *& in bosco & in plano & in pratis & in aquis & in omnibus aliis rebus justè ad ipsum locum pertinentibus, & prædictæ ecclesiæ monachi dabunt mihi per annum pro recognitione duas marcas argenti quamdiu eas recipere voluero. Hujus autem donationis testes sunt quorum nomina subscribuntur* Eustachius *filius* Johannis, Hugo *filius* Jarnagoti, *&* Petrus *monachus de* Fontibus.

Confirmatio Willielmi Haget, *de* Dacra.

Ibid. *Eboracensi* archiepiscopo & omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis *Willielmus Haget* salutem. Sciatis me concessisse & ex parte mea obtulisse super altare de *Fontibus* illam donationem quam fecit pater meus *Bertram* monachis ejusdem ecclesiæ, scilicet totum jus suum quod habuit in *Dacra*, in perpetuam elemosinam, solutam quietam & liberam ab omni servicio. Super hoc quietam clamavi prædictis monachis de me & hæredibus meis in perpetuum, calumpniam cujusdam recognitionis quam facere solebant patri meo in vita sua pro *Dacra*. Et pro hac quieta clamatione monachi dederunt mihi xxv. marcas & unum palefridum. Et ego & hæredes mei guarentizabimus eis prædictam terram sicut liberam elemosinam patris mei & nostram quantum ad me & ad meos pertinet. Hii sunt testes, *Rogerus* abbas de *Bellanda*, *Landricus*, *Radulfus*, monachi de *Bellanda*. *Thomas* filius *Wulhet*, *Gilebertus* de *Archis*, *Rollant Haget*.

Carta *Willielmi* de *Casteleia*.

Ib. f. 145. b *Omnibus sanctæ ecclesiæ filiis præsentibus & futuris* Willielmus *de* Castelei, *Salutem. Sciatis me quietum clamasse & in comitatu* Eboraci *coram* Rogero *de* Bavent *tunc vicecomite abjurasse totum jus & clamium quod ego & prædecessores mei unquam habuimus in terra de* Dacra *quam clamavi tenere de* Gaufrido Haget, *& quam ecclesia de* Fontibus *tenet, ita quod nec ego nec alius qui per me vel hæredes meos aliquod clamium in illa terra habere possit, aliquam calumpniam amodo prædictæ ecclesiæ movebimus, sed totam de nobis quietam eam sicut suam propriam possessionem tenebit. Et hoc feci pro servitiis & beneficiis quæ prædicta ecclesia sæpe fecit mihi & meis. His testibus*, Gaufrido Hagot, Ricardo Malebisse, Nigello *de* Plumton, Willielmo *de* Arona.

Carta Roberti *de* Sarz *de terra inter* Gillemora *&* Felebziggebec.

Ib. f. 152. a NOtum sit omnibus legentibus & audientibus litteras has, quod ego *Robertus* de Sarz cum consilio & bona voluntate uxoris meæ concessi & dedi ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Fontibus* & monachis ibidem Deo servientibus, in feudo & hæreditate, quicquid est in bosco & in plano quod pertinet ad villam meam *Thornatunam* inter *Gillemora* & Felebziggabec, & inter divisam de *Salleia* & Paithabec, quæ est divisa inter eandem *Tornetunam* & Bernebeam, quod totum scilicet est del Hozth & West de *Gillemora*; & in ipsa *Gillemora* unum angulum partim nemorosum & partim planum sicut ego perambulavi, & probi viri qui mecum erant ad exitum pecuniæ eorum, quia locus ille nimis artus videbatur eis & propter timorem latronum. Sciendum igitur quod idem monachi de *Fontibus* unoquoque anno pro ista tenura dabunt mihi & hæredibus meis dimidiam marcam argenti pro omni servicio, dimidia ad pentecostem & dimidia ad festum sancti *Martini*. Ubi concessi & saisiavi prædictos monachos de ista tenura fuerunt isti, *Gillebertus* canonicus sancti *Wilfridi* de Ripun, & ceteri multi. Et ad recordationem hujus conventionis fuerunt isti, *Robertus* de Pinchenni, *Symon* canonicus, *Ricardus Pes latronis*, & alii multi. Omnes hi interfuerunt quando ego & uxor mea concessimus hanc conventionem ante hostium ecclesiæ sancti *Wilfridi* de Ripun.

Confirmatio *Thurstini* archiepiscopi de donatione *Roberti* de Sarz. Hoc invenietur in tota regum & archiepiscoporum.

Ibid. THurstinus *Dei gratia* Eboracensis *archiepiscopus, omnibus successoribus suis & universis ecclesiæ filiis salutem. Sciatis me concessisse & præsentis cartulæ testimonio confirmasse, donationem quam* Robertus *de* Sarz *&* Raganildis *uxor ejus dederunt monachis sanctæ* Mariæ *de* Fontibus, *scilicet quicquid est in bosco & in plano quod pertinet ad* Tornetunam *quæ est de feudo meo inter* Gillemora *&* Felebziggebec; *& quicquid est inter divisam de* Sallaia *&* Peithebec. *Et in ipsa* Gillemora *unum angulum partim nemorosum & partim planum, sicut perambulaverunt ipse* Robertus *& alii probi qui cum ipso erant, perpetuo jure a prædictis monachis possidenda, libere & quiete ab omni servicio, pro dimidia marca argenti per annum, sicut continetur in carta*

quam ipſe Robertus *& prædicta uxor ejus inde eis tradiderunt ſigillata ſigillo ſancti* Wilfridi. *Et pro conceſſu & donatione ipſius* Roberti *& uxoris ſuæ perpetuo tenenda dederunt prædicti monachi ipſi* Roberto *marcam unam argenti & uxori ejus iij. ſolidos. Hiis teſtibus,* Willielmo *decano* Eboraci, Willielmo *Theſaurario, & multis aliis.*

Carta Roberti *de* Sarz, *de* Pozker.

Ibid. NOtum ſit omnibus legentibus & audientibus has litteras quod ego *Robertus* de *Sarz* cum conſilio & bona voluntate uxoris meæ *Ragnildæ*, conceſſi & dedi eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram elemoſinam, terram quam habui extra ſepem eorum nomine **Pozker**, & aliam terram eidem conjunctam pertingentem uſque ad **Frankilda-keld**, & uſque ad diviſas de **Perkilfeld**. Conceſſi igitur & dedi eis in liberam & puram elemoſinam terram de **Wardſale**, & dimidiam marcam argenti quam pro eadem terra unoquoque anno mihi dare ſolebant quietam illis clamavi, & ab omni calumpnia hæredum & poſterorum meorum liberam & ſolutam. Et hæc quidem illis conceſſi & dedi pro ſalute animæ meæ & uxoris meæ *Ragnildæ* omniumque parentum meorum viventium vel defunctorum, Hiis teſtibus, *Willielmo Martino*, & *Cliberto* canonico, & multis aliis.

Carta Henrici *archiepiſcopi, de* Herleſhou.

Ibid. fol. 126. b. HEnricus Dei gratia *Eboracenſis* archiepiſcopus univerſis filiis ſanctæ matris eccleſiæ ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem in domino. Quoniam ſine veræ cultu religionis nec caritatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervicium, eccleſiarum prælatis convenit religioſas perſonas diligere & earum neceſſitatibus paterna ſollicitudine providere. Eapropter donationem quam *Robertus* de *Sartis* & uxor illius *Ragnilda*, filia *Ligulfi*, fecerunt abbatiæ ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* & monachis ibidem Deo ſervientibus; totam videlicet villam de *Herleſhowia*, id eſt tres carucatas terræ per ipſas diviſas per quas prædictus *Robertus* & uxor ejus unquam melius tenuerunt, nos ratam habentes concedimus & præſentis ſcripti pagina confirmando communimus, ſtatuentes quatinus hanc donationem ab omni terreno ſervicio liberam & quietam in perpetuam elemoſinam poſſideant. Hujus rei teſtes ſunt magiſter *Robertus Butevillanus Eboracenſis* eccleſiæ archidiaconus, magiſter *Laurencius*, *Thomas Socavager*, & alii ſatis.

Carta *Henrici* archiepiſcopi, de univerſis.

Ibid. HEnricus *Dei gratia* Eboracenſis *archiepiſcopus dilectis filiis* R. *abbati monaſterii ſanctæ* Mariæ *de* Fontibus *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum, ſalutem & Dei benedictionem. Pontificali auctoritati competit religioſas perſonas diligere & earum quieti Deo auxiliante proſpicere. Eapropter dilecti filii in domino veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuentes, prædictam Dei genitricis ac ſemper virginis* Mariæ *eccleſiam in qua divino mancipati eſtis obſequio, totumque habitationis veſtræ locum cum univerſis terris ſilvis aquis pratis paſcuis de feudo ſancti* Petri *& noſtro quibuſlibet juſtis modis adquiſitis, vobis & ſucceſſoribus veſtris in puram & perpetuam elemoſinam concedimus & præſentis ſcripti pagina confirmando communimus. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam de* Fontibus *cum ſibi adjacentibus. Grangiam* Sutonæ *per plenarias & antiquas diviſas, cum terris adquiſitis à* Thorſino *filio* Goſpatric, *& à* Godwino *de* Cludr. Herleſhowiam *per ſuas diviſas plenarias per quas* Robertus *de* Sartis *& uxor ejus* Ragnilda *filia* Ligulfi *melius unquam tenuerunt. Grangiam de* Warthſala *ſicut prædictus* Robertus *& uxor ejus* Ragnilda *eam dederunt. Terram igitur quæ erat in calumpnia inter* Herleſhowiam *&* Bertrannum *&* Wulemer *quam ipſe quietam clamavit, & xx. acras terræ quas* Ricardus Pedelarrum *pro anima filii ſui vobis dedit: Sed & alias xx. acras quas* Normannus *filius* Huctredi *dedit vobis. Terram nichilominus quæ erat in calumpnia inter* Caitonam *&* Merchintonam *ſicut vobis quieta clamata fuit. Hujus rei teſtes ſunt,* Osbertus *archidiaconus*, Hugo *theſaurarius, & multi alii.*

Carta Rogeri *de* Mubrai *de recompenſatione de* Niderdala.

Ibid fol. 143. b. EBoracenſi archiepiſcopo & decano & capitulo ſancti *Petri Eboraci* & omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris *Rogerus* de *Mubrai* ſalutem. Sciatis me dediſſe & hac mea carta confirmaſſe Deo & monachis ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus* quicquid continetur infra has diviſas. Scilicet totum *Niderdala* ex illa parte aquæ deverſus *le* **Eſt**. De **Iwdenebec** ſurſum in longum **Pid** uſque ad **Beckermote**; Et inde ſurſum uſque ad moram, & ſic uſque ad **Froſtildehou, &** de **Froſtildehou** uſque ad **Hameldun**, & inde uſque ad *Dalhagha*, & totum *Dalhagha* deorſum ex utraque parte quantum durat. Et inde tranverſum moram deverſus **Scheldene** uſque ad diviſas archiepiſcopi, & inde devertus *le* **Weſt** uſque ad **Iwdenebec**. Et præterea totum **Loftuſ-hum** cum pertinentiis ſuis. Hæc omnia dedi eis in puram & perpetuam elemoſinam & recompenſationem illius terræ & illius boſci quod dedi eis *el* **Suth** de *Dacra*, quod perdiderunt. Et ego & hæredes mei omnia prædicta eis guarentizabimus in perpetuum & defendemus adverſus omnes calumpniatores, ita quod ipſi facient de omnibus his prædictis quicquid voluerint ſicut de ſua libera & propria & perpetua poſſeſſione ſoluta quieta & libera ab omni ſervicio conſuetudine & ab omni re quæ ad terram pertinet. Sciendum eſt etiam quod quandocumque ego *Rogerus* de *Mubrai* vel hæredes mei liberè & quietè deliberaverimus eis hoc quod perdiderunt *el* **Suth** de *Dacra* quod tenuerunt de me, hoc quod dedi eis in recompenſationem propter hoc, quietum ab eis mihi vel hæredibus meis remanebit. Teſte, *Roberto* decano & capitulo *Eboraci*, *Philippo* Priore ſanctæ *Trinitatis*, *Roberto* de *Mubrai*, *Willielmo* de *Tikehill*, *Roberto* de *Daivilla*.

Carta

Carta *Rogeri* de *Mubrai* de **Patleiagate** & **Iwdene.**

Ibid. ROgerus *de* Mubrai *omnibus hominibus suis & omnibus audientibus has literas salutem. Sciatis me dedisse & hac mea carta confirmasse Deo & monachis sanctæ* Mariæ *de* Fontibus *quicquid continetur inter* **Patleiagate** & **Iwdene.** *Hoc dedi eis in puram & perpetuam elemosinam liberum & quietum ab omni servicio & ab omni re quæ ad terram pertinet, & quietum de me & omnibus hæredibus meis in perpetuum, sine excambio illis dando si forte aliqua occasione quicquid de eo perdiderint. Et tamen pro omni posse nostro illud eis guarantizabimus sicut proprium nostrum, quod eis in perpetuum dedimus sine omni retinemento nostri vel hæredum nostrorum. Teste,* Roberto *de* Mubrai, Roberto *de* Auuill, Hugone Malebisse, Radulfo *de* Belvaco.

Confirmatio Nigelli *de* Mubrai, *de omnibus.*

Ibid. fol. 144. a. E*Boracensi* archiepiscopo & capitulo sancti *Petri Eboraci* & omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentibus & futuris *Nigellus* de *Mubrai* salutem. Sciatis me dedisse & præsenti carta confirmasse in perpetuam elemosinam Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Fontibus* & monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes quas pater meus *Rogerus* de *Mubrai* fecit eis & cartis suis confirmavit in perpetuam elemosinam; scilicet *Aldeburgam* in grangiam solutam & quietam ab omnibus serviciis, & quidquid ad illam pertinet ex illa parte *furi* fluminis, in bosco & plano & campis & pratis & aquis sicut avus meus *Nigellus* de *Albenio* dedit eam antiquitùs monachis *Pontiniacensibus*, & communem pasturam ex altera parte aquæ, & ex ipsa eadem parte firmamentum stagni ad molendinum faciendum.

Confirmavi eciam illis illam donationem quam *Turgisius* filius *Malgeri* fecit eis in puram & perpetuam elemosinam. Et confirmationem quam *Gualterus* de *Butri* de eadem terra monachis fecit, scilicet de **Smithuswat** usque ad *Gretgata*, & sicut *Gretgata* tenditur usque in **Elrebec**, & exinde inferius sicut **Elrebec** cadit in **Jor.** Confirmavi eciam monachis mortuum boscum in foresta mea de stante & jacente quicquid folium non portat ubicumque capere voluerint, ad carbonem faciendum ad forgiam suam de **Aldeburg.** Item confirmavi eis quicquid patris mei fuit inter terram de *Suttuna* & quendam rivulum meantem infra *Redleiam* juxta fontem quem adaquandis pecoribus suis illis dedit, & ab eodem rivulo recta linea præcedente in flexionem ejusdem rivuli, versus aquilonem usque ad tres spinas sitas in quodam monte petroso, & inde usque ad quendam magnum salicem sub margine silvæ quæ vocatur **Litlehage,** & inde usque ad quandam viam quæ jacet in fundo vicinæ vallis, & per eandem viam quantum terra illorum durat.

Et præterea confirmo donationem quam *Aaliz* de *Gaut* mater mea illis dedit per medium **Litlehage** a *Barra* usque ad viam petrosam sicut divisio facta est. Et post ultra viam petrosam usque ad **Waleserost,** & de **Waleserost** ultra **Cumbedene** usque ad siccum salicem juxta **Pirwintes,** & sic rectè usque ad fontem. Item confirmavi eis ad grangiam suam de *Suttuna* communem pasturam de **Aserlagh** & de **Winchestat** per totum, præter de blado & de prato omnibus bobus illius grangiæ & xxv. vaccis, & quando non sunt in labore in foresta mea ibunt ad pascendum diebus & noctibus, & ad utendum his pasturis villarum, scilicet & forestæ, habebunt vias ubi eis oportunum fuerit in cujuscumque manus prædictæ villæ devenerint. Et ut difficiant & cessupent unam viam quæ vadit per mediam culturam de *Suttuna* quia eis nocebat. Dedi eciam eis & confirmavi in perpetuam elemosinam xx. carucatas fœni in prato de **Wacalbeshevg** solutè & quietè de omnibus serviciis. Et quando prædictum fœnum falcare voluerint monstrabunt balivo de **Palesart,** & ipse balivus de **Palesart** monstrat it eis ubi falcare debeant. Item confirmavi eis donationem terræ illius quam *Aldelin* de *Aldefeld* & *Radulfus* filius ejus donaverunt & cæteri filii ejus concesserunt prædictis monachis in perpetuam elemosinam; scilicet de **Suanlet** usque ad vadum de **Waineshoz** & quinque pedes de terra arabili ad fossatum faciendum. Item confirmavi eis totam terram de **Birnebem** cum omnibus pertinentiis suis in boseo & plano pratis & aquis & pasturis in vis & semitis per rectas divisas plenarias, scilicet de **Felebriggebec** usque ad metas de **Rippelet,** sicut unquam melius & liberius illam terram pater meus tenuit.

Hanc donationem & confirmationem per prædictas divisas feci monachis in perpetuam elemosinam, & ita in liberam & propriam possessionem & ad faciendum & ad donandum & vendendum, ita quod terra ubi nemus est cum tota alia terra de **Birnebem** in perpetuum ecclesiæ de *Fontibus* remanebit, & quod nichil ibi mihi retineam præter cervum & cervam, aprum & capreolam & aves quæ alias capiunt. Sed & forestarii mei non habebunt ibi potestatem nec de aliqua re se intromittent nisi de prædictis feris & avibus custodiendis. Et si aliqua calumpnia super prædicta terra evenerit, ego & hæredes mei prædictam terram cum omnibus pertinentiis monachis guarentizabimus & adquietabimus ab omnibus serviciis & consuetudinibus quæ ad terram pertinent, & defendemus contra omnes homines, ita ut liberè & in pace omnia teneant. Super hæc omnia dedi & confirmavi ecclesiæ de *Fontibus* grangiam de *Dacra* cum omnibus pertinentiis suis in boseo in plano & omnibus aliis rebus & locis & libertatibus sicut in cartis patris mei continetur.

Præterea dedi eis & confirmavi ad incrementum sicut rivus in **Beverlat** cadit in **Hid,** ubi vetus capella fuit, & inde sicut **Hid** venit usque **Hiherfeldebec,** & inde sicut **Hiherfeldebec** pertingit usque ad divisas de *Cravena.* Hanc donationem per plenarias prædictas divisas feci monachis de *Fontibus* solutam & quietam in puram & perpetuam elemosinam, & ita in liberam & propriam possessionem quod nihil mihi vel hæredibus meis ibi retineam præter cervum & cervam aprum & capreolam & aves quæ alias capiunt. Sed & forestarii mei nullam potestatem ibi habebunt nec de re aliqua se intromittent nisi de prædictis feris & avibus custodiendis. Et ego & hæredes mei

hæc omnia guarentizabimus eis in boſco & plano & adquietabimus de omnibus ſerviciis & conſuetudinibus inperpetuum.

Confirmavi etiam eis terram de **Kedlei** quam *Radulfus* de *Beellun* eis in elemoſinam dedit, ſcilicet a barra ipſius **Kedlei** inferius ſicut foſſatum vadit uſque ad capud calcedæ verſus **Aſarlagh**, in boſco & plano. Hæc omnia ſupradicta dedit & confirmavit pater meus *Rogerus* de *Mubrai* per cartas ſuas. Et ego *Nigellus* filius & hæres ejus dedi & confirmavi per hanc cartam meam. Et ſciendum quod pro donatione & confirmatione mea, monachi de *Fontibus* dederunt mihi quinquaginta marcas. Teſtes, capitulum ſancti *Petri Eboraci*, *Philippus* Prior ſanctæ *Trinitatis Eboraci*, *Gualterus* de *Templo*.

Carta *Aaliz* de *Gant* de terra ad conſtruendum abbatiam de *Fontibus*.

Ex autographo nuper in turri beatæ *Mariæ Eboracenſis*.

Universis ſanctæ matris eccleſiæ filiis notum ſit, quod ego Aaliz *de* **Gant** *dedi & conceſſi eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Fontibus *terram, ſicut diviſa incipit apud calcetum de* Vedlaia, *uſque ad barram, & a barra uſque ad viam petroſam & inde uſque ad* **Walefcroft** *& de* **Walefcroft**, *uſque ad rogum uſque quercum & ſic recte uſque ad* **Stainlai**, *quantum mea terra durat. Hanc terram dedi primum ad ipſam eccleſiam conſtruendum, deinde in puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ meæ, & domini mei, & patris, & matris meæ, & filiorum meorum. Teſte* Roberto *filio meo, qui hanc donationem conceſſit, & ſuper altare obtulit, &* Richardo *clerico*, Uctredo *filio* Walefridi, Radulpho *filio* Adelini, *&* Hamelino *fratre ſuo*, Noel, Richardo *nepote* Samſonis *de* Albinio, Ketello *filio* Siwardi, Gaufrido *filio* Siwini, Pagano *homine* Noel, Gamel *de* **Stodlai**, Radulpho *parmentario* Eborum, Willielmo *curſore meo*. Uctredo *filio* Noel, Alano *ſagittario*, Adelino *filio* Uctredi *de* **Stodlei**.

Carta Aliciæ *de* **Gaunt**, *de* **Birnebem** *& omnibus aliis quæ pertinent ad honorem de* **Walefart**.

Ibid. Item ex regiſtro de *Fontibus*. fol 91. a.

Eboracenſi archiepiſcopo, & omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Alicia* de **Gaunt**, uxor *Rogeri* de **Mubray** ſalutem. Sciatis me de mea bona & libera voluntate, & ſine omni exactione alicujus hominis, conceſſiſſe, & hac carta mea confirmaſſe in perpetuam elemoſinam, Deo, & monachis ſanctæ *Mariæ* de *Fontibus*, quicquid habent de dote mea, in boſco, & plano, pratis, & aquis, paſturis, eſſartis, & terris cultis, quæ pertinent ad Honorem de **Walleſart**, & ad **Riddervale**, & ad villam de **Aſſerlac**, & preterea totam **Birnebem**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & aiſiamentis, in boſco, & in omnibus aliis locis, & rebus ad eam pertinentibus, ita quietè, liberè, & integrè, & plenariè ſicut inde continetur in cartis prenominati domini mei *Rogeri* de **Mubray**, & in cartis filiorum meorum *Nigelli*, & *Roberti*. Et ſciendum quod eccleſia de *Fontibus* recepit me in omnibus orationibus, & beneficiis ſuis, & faciet poſt deceſſum meum, pro me plenarium ſervitium in miſſis, & pſalteriis, ſicut pro monacho ejuſdem domus fieri ſolet. Hanc conceſſionem & confirmationem feci predictæ eccleſiæ poſt paſcha, ſcilicet iiij. idus Aprilis, anno incarnationis MClxxvj. eo anno, quo opida de **Trer**, & de **Walefart** proſternebantur. Et in teſtimonium & in rememorationem dederunt mihi predicti monachi unum annulum aureum.

Carta *Radulfi* filii *Ribaldi* domini de **Pidelham**.

Adhuc ex regiſtro de *Fontibus*.

Notum ſit omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, preſentibus & futuris, quod ego Radulfus *filius* Ribaldi *conceſſione filii mei* Roberti *dedi monachis eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Fontibus *terram illam, pro qua inter nos contenſio fuit aliquando inter* **Aldeburgh**, *&* **Welle**, *pro anima mea, patris & matris & uxoris meæ & omnium parentum meorum, in puram, & perpetuam elemoſinam. Super hoc etiam concedo eis communem paſturam de* **Welle**, *&* Snapa, *& villarum quæ ad* **Welle** *pertinent, decem annis à feſtivitate ſancti* Martini *quæ prima evenerit poſt mortem* Willielmi Eboracenſis *archiepiſcopi. Teſtibus*, Roberto *filio meo*, Ribaldo *filio meo*, Henrico *filio* Ribaldi, Johanne *preſbytero de* **Welle**, Radulfo *de* **Tozneton**, Alano *filio* Richardi, Abrahamo *de* **Crucehale**, Osberto *filio* **Copſi** *de* Ridemera, Richardo *filio* Abrahami, Radulfo *filio meo*.

Carta Aliciæ *de* Rumeli.

Adhuc ex regiſtro de *Fontibus*.

Universis ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus, & futuris, *Alicia* de **Rumelli**, filia *Willielmi*, filii *Dunecani* ſalutem; Noverit univerſitas veſtra, me, in libera poteſtate mea, & viduitate, conceſſiſſe, & dediſſe, & hac preſenti carta mea confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo, & ſanctæ *Mariæ*, & monachis de *Fontibus* totam medietatem villæ & molendini de **Croſtwayt** cum pertinentiis, illam ſcilicet, quam *Rogerius* clericus tenuit, & unum toftum in villa de **Cockermouth** cum pertinentiis, quod idem *R.* tenuit; habendas & tenendas de me, & heredibus meis, prædictas terras cum omnibus libertatibus, & honoribus, & aiſiamentis, predictis terris pertinentibus, ſolutas & quietas ab omni ſæculari ſervitio, ſicut aliqua elemoſina liberius datur, & conceditur. Ut autem hæc donatio mea rata ſit & ſtabilis, eam, ſigilli mei appoſitione, confirmavi. Ego verò & heredes mei warantizabimus, & defendemus predictas terras, predictis monachis, contra omnes homines. His teſtibus, *Willielmo* de *Boivill*, *Drocone* capellano, *Johanne Alem*. *Willielmo* de *Perci*, *Richardo* de *Alneburc*, *Rogero* de *Burneben*, *Richardo* clerico, de **Pitlum**, *Willielmo Harper*, *Willielmo* de camera & multis aliis.

Confirmatio terrarum & donationum { *Pat.* 5. E. 2. *part.* 2. *m.* 18. *&* 20.

Confirmatio donationum per regem Ricardum *primum.*

Pat. 9 R. 2. part. 2. m. 25 per Inſpex.

Ricardus Dei gracia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, & comes *Andegaviæ* archiepiſcopis,

archiepiscopis, episcopis, abbatibus, (&c.) salutem. Sciatis nos pro anima patris nostri, & pro salute nostra, & matris nostræ, & fratris nostri J. & omnium antecessorum & successorum nostrorum, concessisse, & hac carta nostra confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* & ecclesiæ de *Fontibus* & monachis ordinis *Cistercienſis* ibidem Deo servientibus & servituris imperpetuum ipsam suam de *Fontibus* abbatiam & locum in quo eadem abbatia sita est & fundata per bone memoriæ *Thurſtinum* quondam archiepiscopum *Eborum*, cum omnibus terris, & tenementis, nemoribus, aquis & aliis quibuscumque rebus & locis suis de **Horker, Herlesbowe, Haddokstanes, Horkerfall, Waynsord, Swanlay,** & **Warsall,** cum omnibus pertinentiis suis. Et grangias suas de **Sutton, Sleningford, Galghagh, Aldeburgh** cum **Nuttewith, Flattewith** & **Tanfeldridding. Bramlay, Kilnesay, Cayton,** cum *le* **Gollescroft** & stagno vivarii sui ibidem **Thorpundirwodde, Parton,** cum **Caldewell, Baloerbi, Huskeby, Arnesord, Nethirbordelay, Overbordelay, Conton, Grenebergh, Perston, Kirkebywisk, Bradelay, Palghom, Brinbem,** cum libertate ferarum & avium foreſtæ suæ ibidem, **Dacre** cum toto **Riderdale** sicut *Rogerus* de *Moubray* illud contulit eisdem, cum toto incremento & excambio quæ idem *Rogerus* similiter eisdem dedit ibidem, & cum logiis suis ibidem de **Beverlay, Bourchwayt, Sirsord, Dalagh, Lostbours, Crope** & **Caldestanes** cum omnibus maternis & minutis & omnibus aliis logiis & locis suis in eodem **Riderdale,** cum omnibus ad prædictam abbatiam, grangias, & logias, & loca pertinentibus quoquomodo. Villas etiam de **Palghum,** cum toto **Palghmore,** & **Palghwatre, Litton** cum toto **Littondale** & cum omnibus logiis & locis suis ibidem & cum tota foresta sua de **Gnoupe** & **Dernebroke** & libertate omnium ferarum & avium ibidem simul cum omnibus logiis & locis suis in eadem foresta: **Crosthwayt,** cum ecclesia ejusdem villæ, & cum logiis suis de **Wattendlane, de Staynthwayt,** & cum toto **Langestroth** & insula de **Hesthoim,** & **Estpenese, Nensom, Pelmurby, Staynburn, Aynderby, Aldesord, Muelbrik,** cum **Almarre, Horton, Hebden,** & **Wiglesworth** cum omnibus terris, tenementis redditibus, homagiis, & serviciis tam liberorum quàm nativorum, ac cum ipsis nativis suis & eorum catallis & sequelis & cum omnibus aliis pertinentiis ad prædictas villas & loca aliquo modo spectantibus, cum suis libertatibus universis. Item manerium de **Potts** cum pertinentiis suis per plenarias divisas suas. Omnia etiam terras, & tenementa, redditus, & servicia, prata, nemora, pascuas, & pasturas, quæ vel donatione vel venditione vel aliqua alia justa adquisitione habent in *Eborum*. **Ripon, Donecastre, Bothelstan, Grymesby, Scardeburgh, Hertilpole, Parum, Bromondby, Buskeby, Stokeslay, Redeker, Cotom, Linton, Stadwell, Elton, Ganton, Dwheriton, Blatonker, Carleton, Northcroton, Hidelton, Thorby, Scorton, Pulton, Stapilton, Redmire, Duhinholm, Wynstringham, Santon, Muelbrik,** tam de feodo *Ricardi Malbisse*, quàm de feodo *Willielmi Darell*, & *Willielmi* de *Percy* ibidem, **Wartre, Elvington, Acastre, Clifton, Monketon** super moram, **Hessayridding, Perston, Kirkehamerton, Grenhamerton, Cattehall, Kirkeby, Usburn,** Parva-**Usburne, Clingwik, Wythington, Quirlay, Feribrigge, Brothirton, Brampton, Eland, Heton, Dalton, Lyversegg, Helme, Aghenlay, Schagh, Hagh, Bairgrode, Somerrode, Pirkkestrikrode, Wolronwell, Horton** in **Aredale, Ilkelay, Castelay, Huby, Hunesete, Kiggton, Kipplay, Godewynscales, Aldewerk, Grafton, Wymbleton, Estmorton, Westmorton, Losthous, Kistenby, Askerik, Anndelay, Ganthorp, Sandehoton, Hoton, Conyers, Thornton** in mora, **Neubywisk, Neuby** super **Swale, Haghenby. Rokeby, Pokall, Holm, Ravington, Dissesord, Hewyk, Genendale, Thornebergh, Thresk, Helsanby, Hildeby, Skipton** super **Swale,** cum passagio ejusdem aque & libero batelagio ibidem. **Catton** super **Swale, Synderby, Routwell, Parnewyk, Shelton, Dunesford, Kyrkelyngton, Eseby, Evesby, Cukeswyk, Almonderby, Clingthorp, Southstanlay, Northstanlay, Ottelay, Osterburn, Folifaith, Scorton, Walterhwayt, Perkyngton, Herkyngfeld, Ingerthorp, Thornton** juxta **Bierton, Thorneton** episcopi, **Thorneton, Rust, Scrabbidenenton, Clingstring, Thorp** juxta **Nuttewyth, Hedonridding, Tanfeld, Ilketon, Swetton, Swynton** et **Wardonmersk, Carlesmeze, Kirkeby, Palasart, Azerlagh, Grantlay, Birkehowe, Wynkesay, Lanerton, Brathwayt, Pikethagh, Litlethagh, Redelay, Walton, Aldefeld, Northous, Longelay, Nethirstodelay, Overstodelay, Sallay, Hundegate, Gowkedush, Elton, Sutton, Holgrave, Sinthop, Eneston, Hoperton, Warthill, Cokermouth,** Parva-**Crosthwayt, Brathwayt, Thirlekeld, Appelthwayt, Allerdale, Lonesdale, Riblesdale, Querfdale, Ayredale, Riderdale, Anstewyk, Appeltrewyk, Arnecliff, Arnecliffeote, Linton, Brinsall, Lonnethwayt, Thorp** juxta **Brinsall, Coningeston, Grossetbacre, Landesmere, Gerlyngton, Bighon, Sebergh, Grisethorp, Haghulach, Hankeswyk, Helghfeld, Heton, Hertlington, Holmknottes, Retelwell, Preston** in **Craven, Calton, Scothorp, Ayrton, Thresfeld. Dalecotes, Lothenrigge, Waltrebergh,** & **Neuton** in **Craven** cum omnibus pertinentiis suis, & præter hæc quicquid alicubi habent de donis vel feoffamentis aut feodis supradicti *Thurſtini* archiepiscopi *Eborum* fundatoris sui & successorum suorum *Alicia* de *Romlay*, *Alicia* filia suæ, *Willielmi* de *Fortibus*, *Baldewini* de *Betun*, comitum *Albemarle*, *Alani* comitis *Britannie*, *Ricardi* vel *Willielmi* de *Percy*, *Rogeri* de *Moubray*, *O. Ruymond*, *P.* de *Brus*, *P.* de *Lassell*, *W.* de *Stutevil* vel aliorum quorumcumque feoffatorum suorum, sicut cartæ, scripta & muniments quæ inde habent rationabiliter testantur, ita omnia & singula supradicta ipsis monachis & successoribus suis imperpetuum concedimus & confirmamus, & volumus ut dictæ abbatiæ & monachis imperpetuum remaneant illibata, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profectura. Quare volumus (&c.) Dat.

per

per manum nostram apud **Clarendon** vicesimo sexto die Junii, anno regni nostri .....

QUARRERENSIS *Abbatia in* Insula Vectæ,* *filia* Savigniaci, *fundata anno* MCxxxij.

* Annal. S. Werburgæ Cestriæ in bibl. Cotton.

Carta fundationis Abbatiæ de Quarrera *per* Richardum *comitem* Exoniæ.

Ab exemplari quodam veteri penes *Johannem Langley* generosum.

QUoniam vita mortalium in hoc mundo, admodum brevi intercluditur spatio (*&c.*) Quapropter ego *Richardus* comes *Exoniæ*, comitis *Baldwini* filius, concedo & confirmo elemosinam, quam pater meus, concedente *Henrico* venerabili *Anglorum* rege, dedit Deo & sanctæ virgini & domino *Gaufrido* abbati de *Sanimneio* in insulâ de **Wit**; Terram scilicet ad ædificandum cœnobium; manerium scilicet **Arretone**, sicut in suo dominio habebat. Et terram de *Sicca*, de *Boecumba* & duo molendina, scilicet molendinum de **Christeschurch** & molendinum de **Boleherst**, cum moltis suis, cum terra & pratis eisdem molendinis pertinentibus, cum operationibus eorundem maneriorum ad exclusagium tenendum & reficiendum, & ligna in bosco meo supradictus molendinis tenendis & reficiendis. Ego etiam *Richardus* comes do & concedo Deo & sanctæ *Mariæ* de *Quarraria*, & monachis ibidem Deo servientibus terram quam *Tosti* de **Boleherst** tenet; scilicet quinque solidatas terræ, juxta molendinum de **Boleherst**, cum *Bristunio* qui eam colit; & *Suein*, & maisuram quam ipse tenet juxta molendinum de **Christeschurche**. Et terram *Anketilli* camerarii de **Lonecumbe**, terram *Huberti*, terram de **Tidlingham**. Et concedo & confirmo donum *Hugonis* de *Magnavill* de terra de **Lonecumbe**, quam ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Quarrera* contulit. Et donum *Hugonis Gernon* de terra **Achaldeslote**; & capellam sancti *Nicholai* castello de **Caresbyrc** edificatam, quam pater meus dedit prædictæ ecclesiæ sanctæ *Mariæ Quarrariæ*, & omnia quæ eidem capellæ pertinent in decimis, & terris & oblationibus. Quam capellam cum omnibus quæ eidem capellæ pertinent dederunt pro ... patris mei præfatæ ecclesiæ *Quarrariæ*, *Hugo Gernon.* & *Guarinus* de *Halla*, & *Brienus* de *Insula*, & *Gaufridus Jordani* filius ..... quietam & solutam ab omni exactione. Et concedo & confirmo ..... de **Aschaldeslot** quod *Gaufridus Jordani* filius eidem ecclesiæ dedit. Et donationem decimæ totius salis omnium salinarum *Lemintoniæ*, quam pater meus eidem ecclesiæ dedit & concessit. Et donum *Roberti* de *Witubuilla* qui dedit prædictæ ecclesiæ decimam omnium salinarum suarum. Confirmo etiam donum *Pagnani Trenchart* qui eidem ecclesiæ unam salinam dedit in *Hardella*, & donum dominæ *Hadewiæ* de *Chielle*, quæ dedit prædictæ ecclesiæ unum molendinum, cum terra eidem molendino pertinente in eodem manerio, & donum *Hugonis Anglici*, videlicet unam virgulatam terræ in manerio de **Cumptune**, quam *Robertus Luvell* tenuit. Et donum quod *Symeon. Hugonis* de *Magnavilla* filius eidem ecclesiæ dedit, scilicet ecclesiam de *Hardinstonia*. Confirmo etiam terram *Hugonis* fratris *Jordani* in *Sobeswella* quam idem *Hugo* prædictæ ecclesiæ, concensu *Gaufridi* filii *Jordani*, dedit. Et concedo donum terræ *Forwoda* quam *Hubertus* de *Vals* prædictæ ecclesiæ dedit. Et donum de *Estaldecumba* cum pertinentiis suis. Et ex dono *Hadewisæ* sororis meæ, unam virgatam terræ in *Pideltona* & domos; unam tenet *Reinaldus*, & alteram *Bristun* in castello de **Caresbyrc**; Et concedo etiam abbatiæ quam pro salute animæ suæ, & meæ, & omnium antecessorum pater meus fundavit, omnes elemosinas, quas omnes barones mei prædictæ ecclesiæ dederint, sive in terris sive in aliis quibuslibet beneficiis, liberas & quietas ab omni exactione auxiliorum & servitiorum possidere, sicut pater meus elemosinam suam quietam omnibus auxiliis, & servitiis fecit. Item hominibus in elemosinam prædicta in ecclesia manentibus, talem libertatem concedo, ut ad nullum hundredum eant, nisi ad hundredum latrocinii. Et si contigerit eos cadere in aliquod forisfactum, justitia inde sit mea, & emendatio & catellum sit abbatis & monachorum. Eandem etiam libertatem concedo terræ *Hasteleia* quam *Engelricus* de *Bohun* prædictæ ecclesiæ contulit, quam ut elemosinam patris mei & meam concessi. Qui verò hanc donationem violare præsumpserit, æterna maledictione puniatur. Ego *Richardus Exoniæ* comes, *Baldwini* comitis filius, hanc donationem hoc signo ✠ confirmo. Testibus hiis, *Henrico* de *Am. Willielmo* de *Morevill*, *Gaufrido* de *Insula*, *Willielmo* filio *Stor*, *Willielmo* filio *Radulfi*, *Olivero Avenell*, *Roberto* de *Curcy*, *Roberto Truncard*, *Pagano* capellano, *Willielmo* capellano, magistro *Thoma*, *Gaufrido* de sancto Beneficio, *Willielmo* filio *Scene*, *Willielmo* filio *Veri*, *Reginaldo* de *Viana*.

Carta *Henrici Normannorum* ducis, de *Locwella*.

Ex ipso autographo penes ..... dominum *Vaux*.

HEnricus *ducis* Normanniæ *& comitis* Andegaviæ *filius, archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, vicecomitibus, justiciariis, & omnibus fidelibus* Francis *&* Anglis *salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & sanctæ* Mariæ *de* Quadraria *in Insula de* **With** *in perpetuam elemosinam*, Locwellam *ad faciendam ibidem capitalem abbatiam pro salute & incolumitate domini* Gaufridi Normanniæ *ducis &* Andegaviæ *comitis; necnon pro salute domini Imperatricis matris meæ & meâ, & pro statu regni* Anglorum, *& pro animabus* Henrici *Regis avi mei &* M. *Reginæ, omniumque prædecessorum meorum defunctorum. Et idcirco volo & firmiter præcipio quod prænominatæ abbatiæ monachi prædictum locum habeant liberè & quietè & honorificè & plenariè cum omnibus illis libertatibus & consuetudinibus quas domina Imperatrix mater mea & ego dedimus & concessimus domino* Drogoni *domino matris meæ camerario, sicut*

sicut nos donum illud eidem *Drogoni* cartis nostris, quas prædicti monachi habent, testamur & confirmamus. Testibus, *Roberto* decano *Saresberia*, magistro *Mathèo*, *Gregorio Day*, *Humfrido de Bohun*, *Huberto de Vallibus*, *Humfrido* filio *Odonis* constabularii, *Willielmo* filio *Hamonis*, *Rielfo de Sessuns*; *Petro Boterello*, apud *Divisas*.

Carta Engelgerii *de* Bohun, *de* Haseleia.

Ex autogr. in officio Armorum.

QUoniam vita mortalium in hoc mundo admodum brevi intercluditur spatio, & antecessores nostri corporiis indumentis exuti, verissimis hoc approbant indiciis, oportet nos eorum adhuc superstites ultimam resolutionis inclementiam cum omni cautela providere, & qualiter in divinæ magestatis præsentia veniam consequamur utiliter pretractare. Sanctorum etenim patrum authoritate docemur, quod hæc activæ mortalitatis vita ad contemplativam celsitudinem sit quoddam assensionis adminiculum; & ideo bona transitoria nobis divinæ largitatis dono conceduntur, ut eterna vereque manentia Deo reddente vicissitudinem, per charitatis officium mercemur. Quapropter ego *Engelgerius* de *Bohun* in noticia omnium Christi fidelium tam præsentium quam futurorum do in elemosina Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Quadravia*, & monachis Deo ibidem servientibus, pro salute animæ meæ & parentum meorum terram meam de *Haseleia* quam in insula de Wit à progenitoribus meis jure hereditario possideo. Do inquam eandem terram liberam & quietam prædictæ ecclesiæ perpetuo possidendam, sicut ego liberius possedi. Sciant etiam præsentes & absentes quia ab abbate prædicti loci quinquaginta marcas argenti præ donatione accepi, ut si quis hanc donationem violare voluerit, jure emticio defendatur in judicio. Qui vero hanc donationem violare presumpserit eterna maledictione puniatur. Ego *Engelgerius* hanc donationem hoc signo confirmo. ✠ Signum *Algari* episcopi *Constantiensis*. ✠ Signum *Hugonis* abbatis *Cerasii*. ✠ Signum *Letri* abbatis *Montisburgi*. ✠ Signum *Theoderici* abbatis sancti *Landi*. ✠ Signum *Serlonis* abbatis de *Savegneio*. ✠ Signum *Willielmi* de *Bosevilla*. ✠ Signum *Bigot*. ✠ Signum *Gervasii* de *Boservilla*. ✠ Signum *Gaufridi Rufi*. ✠ Signum *Helie* de *Aignell*. ✠ Signum *Balduini* nepotis episcopi. ✠ Signum *Roberti Walensis*. ✠ Signum *Stephani* de *Seon*. ✠ Signum *Roberti* de *Brehal* ✠.

Carta *Willielmi* de *Vernun Devoniæ* comitis.

Ibid.

SCiant omnes tam præsentes quam futuri, quod ego Willielmus *de* Vernun, *comes* Devoniæ, *pro salute animæ meæ, & patris mei comitis* Baldewini, *& matris meæ, & omnium antecessorum meorum, dedi & concessi Deo & beatæ* Mariæ *de* Quarraria, *& monachis ibidem Deo servientibus, unam parvam insulam, quæ est ante piscateriam meam de Christi ecclesia, & unam parvulam insulam quæ est subtus prefatam piscateriam. Et novum mesuagium juxta molendinum eorum quod olim fuit vicus communis. Hanc vero donationem prædictis monachis in puram & perpetuam elemosinam liberam ab omni servitio in perpetuum possidendam, presenti carta confirmavi. Hiis testibus*, Willielmo *filio* Stur, Willielmo Avenel, Roberto *filio* Brien, Roberto Pincerna, Paulino *clerico comitis*, Symone *de* Diva, Willielmo & Waltero *filiis* Pagani, Willielmo *filio* Walteri *cementario*, Willielmo Purchez, Wimundo, *& multis aliis*.

Carta comitis Willielmi *de donatione terræ de* Welee *quæ est juxta terram de* Scandet, *signata ejus novo sigillo.*

Ibid.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ fidelibus tam præsentibus quam futuris *Willielmus* de *Vernon* comes *Devoniæ* & filius comitis *Baldewini* salutem. Cognitum sit vobis atque certissimum quod ego pro salute Regis *Henrici* & omnium antecessorum suorum & successorum, pro salute animæ meæ & patris mei comitis *Baldewini* & matris meæ *Adeliciæ* comitissæ, & fratris mei comitis *Ricardi*, & uxoris meæ *Mabiliæ* comitissæ & omnium antecessorum & parentum meorum dedi & concessi Deo & beatæ *Mariæ* de *Quarrara* & monachis ibidem Deo servientibus ducentas acras terræ in manerio meo de *Welega*; scilicet centum & quatuor acras de vilanagio meo in hiis culturis. In cultura quæ vocatur *Cuddehella* viginta & quatuor acras. In cultura quæ vocatur *Saddehella* duodecim acras. In cultura quæ vocatur Adelstaneswelle decem & novem acras & dimidiam. In cultura quæ vocatur Hegsturlang undecim acras & dimidiam. In cultura quæ vocatur Witgaresturlang quindecim acras & dimidiam. In cultura quæ vocatur *Estlida* duodecim acras. In cultura quæ vocatur Helpstaneswelle novem acras & dimidiam. Et de dominico meo quaterviginti & sedecim acras, in hiis culturis. In cultura quæ vocatur *Levegarestona* viginti & quatuor acras. In cultura quæ vocatur Rolland viginti acras. In cultura quæ vocatur Stanhelle viginti & unam acram. In cultura quæ vocatur *Butma* quindecim acras. à parte orientali de Stanhelle novem acras. In cultura quæ vocatur Adelstaneswelle septem acras. Hanc autem totam terram præfatis monachis dedi in puram & perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis pratis aquis & pasturis, tenendam de me & hæredibus meis liberam & quietam & absolutam ab omni terreno servicio, donis, & auxiliis, & consuetudinibus & exactionibus universis quæ ad me vel hæredes meos pertinerent. Et ut hæc donatio mea rata & inconcussa permaneat, eam præsentis cartæ munimine & sigilli mei impressione confirmavi. His testibus, *Mabilia* comitissa; *Willielmo* filio *Stur*. & *Willielmo* filio ejus, *Rogero* de *Aula*, & *Thoma* filio ejus, *Waltero* de *Insula* tunc temporis ballivo *Insulæ* & *Paulino* clerico, qui duo ex parte comitis monachos de prædicta terra saisaverunt, *Roberto* filio *Brien*, *Willielmo Avenel*, *Roberto* de *Sereswelle*, *Henrico Trenchard*, & multis aliis.

Conventiones inter monachos de Lyra *& de* Quarrera.

Ex autog. in bibl. *Hatton.*

NOtum sit omnibus hoc præsens scriptum visuris, vel audituris, quod cum inter religiosos viros abbatem & conventum de *Lyra* actores, ex parte una, & abbatem & conventum de *Quarrera* reos, ex altera, super decimis de dominico suo de **Arretone, Haſely, Titelingeham, Lovecumbe,** & **Sandecumbe** provenientibus, quas dicti religiosi de *Lyra* asserebant de jure speciali ad se pertinere; ac eciam super decimis de **Tolham** & circa castellum de **Caresbroke, Richerigg, Richeburg** infra limites parochiæ de **Caresbroke,** ad dictos religiosos de *Lyra,* ad prædictam ecclesiam de **Caresbroke** de jure communi spectantes, coram diversis judicibus, ordinariis, delegatis, & eorum commissariis, lis mota fuisset, tandem omnes lites prædictæ & controversiæ super dictis decimis motæ, communibus amicis intervenientibus de consensu partium per amicabilem compositionem conquieverunt in hunc modum. Videlicet quod renuntiatis prius hinc inde processibus, actis judicialibus, instrumentis, appellacionibus, rescriptis, literis, & omnibus aliis in dictis litibus in prædictis habitis, & factis, quæ & quas partes antedictæ voluerunt de cætero vacuas esse & viribus carere:

Volunt & concedunt dicti religiosi de *Lyra* quod dicti religiosi de *Quarrera* retineant decimas omnimodas tam majores quam minores undecunque provenientes maneriorum suorum & terrarum de **Arretone, Haſely, Titelingeham, Lovecumbe** & **Sandecumbe,** & decimas ad capellam sancti *Nicholai* in castro de **Caresbroke** pertinentes, & percipient prout hactenus percipere consueverunt; solvent insuper & se solvituros constituunt dicti religiosi de *Quarrera* prædictis religiosis de *Lyra* quadraginta solidos sterlingorum annuos apud **Caresbroke** in festo *Paschali* juxta formam compositionis super eisdem inter eos factam ab antiquo, pro omnibus decimis dictorum locorum. De decimis vero maneriorum suorum & terrarum de **Richerigg, & Richeburg,** post ultimum concilium *Lateranense* adquisitis & sitis infra limites ecclesiæ parochialis de **Caresbroke** dictis religiosis de *Lyra* appropriatæ, quas quidem decimas iidem religiosi de *Lyra* dicebant nomine dictæ ecclesiæ de **Caresbroke** ad se pertinere debere jure communi, sic est provisum, concessum & ordinatum per amicabilem & realem compositionem infra-scriptam; videlicet quod dicti religiosi de *Quarr.* volunt & concedunt nomine suo & ecclesiæ suæ quod præfati religiosi de *Lira* percipiant de prædictis maneriis de **Richerigg & Richeburg** omnimodas decimas majores de terris maneriorum prædictorum jam in culturam redactis, necnon de culturis imposterum redigendis & aliis undecunque & qualitercunque inibi provenientes, seu futuris temporibus proventuras, pacifice integrè sine diminutione qualibet, atque fraude, sicut dicti religiosi de *Lira* plenius & melius in retroactis temporibus perceperunt. Et dicti religiosi de *Lira* concedunt nomine suo & ecclesiæ suæ de **Caresbroke** quod dicti religiosi de *Quarrera* retineant, & habeant, prout etiam hactenus retinere, percipere, & habere consueverunt, liberè, pacificè, & integraliter decimas minutas omnimodas de dictis terris, à tempore præsentis compositionis factæ, incultis, & etiam de terris quæ ratione meliorationis incultæ jacebunt, ita quod dictæ ecclesiæ de **Caresbroke,** occasione ipsius terræ incultæ, nullum damnum generetur, seu compositioni præsenti in aliquo præjudicetur. Unde pro bono pacis compositionis prædictæ de dictis decimis **Richerigge & Richeburge** in forma superius expressa, & ut a litibus hinc inde discedatur in futurum, dabunt & se daturos constituunt dicti religiosi de *Quarrera* dictis religiosis de *Lyra* decem solidos annuos in festo sancti *Michaelis* in perpetuum percipiendos. In cujus rei testimonium partes antedictæ præsentibus sigilla sua alternatim apposuerunt. Datum & actum anno Domini MCClxxxix, in festo *Gregorii* Papæ, videlicet quarto Idus Martii.

Donationum confirmatio per regem *Henricum* secundum.

H *Rex* Angliæ, *& dux* Normanniæ *&* Aquitanniæ, *& comes* Andegaviæ *archiepiscopis* (&c.) *salutem. Sciatis me concessisse & in perpetuam elemosinam confirmasse Deo & sanctæ* Mariæ *de* Quarraria *& monachis ibidem Deo servientibus omnes terras & tenuras quæ eis in elemosinam rationabiliter datæ sunt, & quas habuerunt ex dono* Baldwini *comitis, ejusdem ecclesiæ fundatoris, &, filii ejusdem,* Ricardi *comitis. Terram ad ædificandum cœnobium maneriumscilicet* **Arretone** *sicut in suo dominio habebat, terram de* Syeta *in* **Boscumbe,** *molendinum de* **Brikeleschierche,** *molendinum de* **Holeherst** *cum molitis suis cum terra & pratis eisdem molendinis pertinentibus, cum operatione hominum eorundem maneriorum ad exclusagium tenendum & reficiendum, ligna in bosco suo ad opus eorundem molendinorum, terram quam* Tofti *de* Holeherst *tenuit scilicet quinque solidatas juxta molendinum de* **Holeherst** *cum* Bristmo *qui eam coluit, &* **Swien** *& mansuram quam tenuit juxta molendinum* **Chrikeleschierche,** *terram* Ausketilli *camerarii, terram* Huberti, *terram de* **Titelingeham** *ex dono* Hugonis *de* Magnavilla, *terram de* **Lonecumbe** *ex dono* Hugonis *de* Gernon, *terram* **Escaldefluet** *ex dono comitis* Baldwini *& filii ejus* Ricardi *comitis, &* Hugonis Gernon, *&* Garini *de* Halla, *&* Brieni *de* Insula, *&* Gaufridi *filii* Jordani, *capellam sancti* Nicholai *de* Castello **Caresbroc** *cum pertinentiis suis in decimis & terris & oblationibus & omnibus rebus. Ex dono* Gaufridi *filii* Jordani *molendinum de* **Escaldefluet.** *Ex dono comitis* Baldwini *& filii ejus comitis* Ricardi *decimam omnium salinarum de* Limentona. *Ex dono* Roberti *de* Witvilla *& filii ejus* Hugonis *decimam omnium salinarum suarum. Ex dono* Pagani Trenchart *unam salinam in* Hordella. *Ex dono* Hadewisæ *de* Chalc *unum molendinum cum terra eidem molendino pertinente. Ex dono* Oddonis Anglici *unam virgatam terræ in manerio de* Comptona *quam* Robertus Luvel *tenuit. Ex dono* Simonis *filii* Hugonis *de* Mannavilla *ecclesiam de* Hardinctona. *Ex dono* Hugonis *filii* Jordani *terram in* Sotewella. *Ex dono* Huberti

Pat. 7 *R.* 2. part. 2. m 37. per Inspex.

Vide etiam Pat. 23 *H.* 6. part. 2. mem. 2.

berti *de* Vals *terram de* **Foxewode**, *terram de* **Scaldecumbe** *cum pertinentiis ſuis*, *terram de* **Hampſtede** *quam* Rogerus Pynchon *tenuit*. *In villa* **Baresbyc** *duas manſuras quarum unam tenuit* Reinaldus Laxman *& alteram* Briſtwine. *Ex dono* Engelgerii *de* Bohun *terram de* Haſeleta. *Ex dono* Balduini *de* Porteſeia *terram de* Frundſtapla. *Ex dono* Ceceliæ *& filii ejus* Willielmi *unam virgatam terræ de* **Hubeſtane**. *Ex dono* Henrici *de* Tracy, *& Oliveri filii ejus &* Arnulphi Anglici *terram de* Fareweia. *Ex dono matris mea Imperatricis duas caretas equorum in* Nova-Foreſta *de juxta* **Suhantone** *ſingulis annis ad Paſchæ & ad feſtum ſancti* Michaelis *de mortuo boſco. Quare volo (&c.) T. T.* Cantuar. *archiepiſcopo* (&c.) *apud* Wintoniam.

Carta Iſabellæ *de* Fortibus *comitiſſæ de* Albamarle.

Ibid.

SCiant præſentes & futuri quod ego *Iſabella* de *Fortibus* comitiſſa de *Albemarle* & *Devonia*, ac domina *Inſulæ*, in ligia viduitate mea, pro anima mea & animabus domini mei *Willielmi* de *Fortibus* comitis *Albemarliæ*, & patris & matris meæ, puerorum meorum & animabus omnium anteceſſorum & ſucceſſorum meorum conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* de *Quarrera* in Inſula *Vectæ*, & monachis ibidem Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris totas donationes conceſſiones & confirmationes in terris tenementis libertatibus & omnibus aliis ad ipſas terras tenementa & libertates pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam, quæ vel quas anteceſſores mei per cartas ſuas eiſdem monachis dederunt & confirmaverunt abſque ullo retinemento mei hæredum vel aſſignatorum meorum imperpetuum. Concedo vero & hac præſenti carta mea confirmo pro me & hæredibus meis & aſſignatis imperpetuum abbati & monachis prædictis totum tenementum & manerium cum pertinentiis de **Arretone**, & terram & tenementum de **Beere** quæ quondam pertinebant ad manerium eorum de **Lonecumbe**; & duo molendina, ſcilicet de *Chriſti-eccleſia* & de **Holhurſt** cum moltis & ſectis ſuis, cum terra, tenemento pratis eiſdem molendinis pertinentibus, & opera hominum & hæredum ſive aſſignatorum de *Chriſti-eccleſia* & de **Holhurſt** ad excluſagium dictorum molendinorum tenendum & reficiendum quociens neceſſe fuerit, & ligna apta de boſco meo in **Holhurſt** ad prædicta molendina ſufficienter emendanda, ſuſtinenda & reficienda; Et totam terram & tenementum de **Holherſt** cum pertinentiis ſuis juxta molendinum de **Holhurſt**; & decimam omnium ſalinarum mearum de **Lementone** prout hæc mea & cartæ anteceſſorum meorum plenius proportant. Concedo etiam & confirmo prædictis monachis donum & confirmationem *Hugonis* de *Magnaville* de terra & tenementis cum pertinentiis de **Lonecumbe**, & molendinum de **Scarveſlet** juxta **Wodintone** cum pertinentiis ſuis quod *Willielmus Galfridi* filius ipſis monachis dederat. Concedo etiam & confirmo eiſdem monachis pro me & hæredibus meis & aſſignatis imperpetuum totam terram & tenementum cum pertinentiis de **Foxwode** & terram de **Scandeſlet** cum omnibus pertinentiis, & donum terræ & tenementi cum pertinentiis de **Rowebere**, & donum terræ & tenementi de **Sneye** cum molendinis moltis & ſectis ſuis, & donum terræ & tenementi cum pertinentiis de **Hamſtede**, & donum terræ & tenementi de **Haſeleye**, & donum terræ cum tenemento & pertinentiis de **Jerd**, & donum de **Eikeberye** cum pertinentiis ſuis. Do etiam concedo & confirmo pro me & hæredibus meis & aſſignatis prædictis monachis omnes elemoſinas quæ in terris tenementis libertatibus & omnibus aliis prædictæ eccleſiæ, & monachis datæ fuerunt, vel in futurum de feudo meo quocunque modo daturæ ſunt vel vendituræ, & liberum habeant ingreſſum per totas terras meas, & tenementa mea, terras hiertates tenementa & omnia alia ut ſibi viderint expedire, emendi, vel ex dono recipiendi abſque ullo impedimento aut contradictione mei vel hæredum ſeu aſſignatorum meorum. Do inſuper & concedo & præſenti carta mea confirmo prædictis eccleſiæ & monachis in perpetuum pro me & hæredibus ſive aſſignatis meis, has libertates ſubſcriptas Habendas & tenendas imperpetuum; videlicet quod nullus de hominibus dictorum monachorum, nec ipſi nec tenentes ipſorum, vel aliquis de feudo ipſorum ſectam aliquã ad curiam meam vel hundredum meum, vel ad curiam ſive ad Hundredum hæredum meorum ſive aſſignatorum meorum de cætero faciant, nec toltam dent, nec aliquam diſtrictionem faciant, nec dampnum vel gravamen per me vel per ballivos meos ſive hæredum vel aſſignatorum meorum habeant niſi indictati vel rettati fuerint de aliqua criminali cauſa, veluti de latrocinio homicidio & aliis quæ ultimo puniuntur ſupplicio. Et ſi contigerit gentes dictorum monachorum vel eorum tenentes aliquod forisfactum facere excluſo facto criminali prædicto, juſticia ſit mea, amerciamentum emendacio cum catallis eorum ſint ipſorum monachorum imperpetuum, abſque ullo impedimento mei hæredum vel aſſignatorum meorum. Has verò omnes libertates cum terris & libertatibus præſcriptis cum donationibus & confirmationibus anteceſſorum meorum & eorum pertinentiis omnibus dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi pro me & hæredibus meis ſive aſſignatis, Deo & beatæ *Mariæ* & monachis de *Quarrera*, Habendas & tenendas in puram & perpetuam elemoſinam liberè quietè bene & in pace ſicut liberiùs vel meliùs ego vel aliqui anteceſſorum meorum prædicta tenementa & libertates & ad ea pertinentia habuimus & tenuimus in terra in mari vel in litore maris, quiete ab omni exactione, & omnibus auxiliis tallagiis donis quærelis & omnibus aliis demandis (*&c.*) Hiis teſtibus, dominis *Th.* de *Aula*, *Th.* de *Emery*, *Willielmo* de *Scurs*, *Willielmo* de ſancto *Martino*, *Ricardo* de *Aſtone*, *Jordano* de *Kyngeſtone*, *Jacobo* de *Hantone* militibus, *Johanne* de *Inſula*, (*&c.*)

CUMBERMERENSE

Cœnobium in agro Ceſtrenſi *fundatum* * *anno* MCxxxiij.

* Annales de *Croksden* in bibl. *Cotton.*

Carta fundationis.

Ab exemplari quodam in biblioth. *Cottoniana* [*Fauſtina* B. 8]

IN nomine ſanctæ & individuæ *Trinitatis*, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Ego *Hugo Malbanc* ex una parte domini applaudens promiſſionem quæ dicit electis ſuis, *quod uni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis, intrate in regnum cœlorum vobis à mundi primordio paratum* : Ex altera ejuſdem expaveſcens commonitionem quæ reprobis dicit *quod uni ex minimis meis non feciſtis nec mihi feciſtis, propterea diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Propterea revolvens in mente mea frequenter illud dominicum præceptum in quo dicit *facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ut & ipſi vos recipiant in æterna tabernacula.* Hæc alia verba domini ſalvatoris ſepiùs in animo meo pertractans, mutabilitatem rerum temporalium, miſeriam, atque brevitatem vitæ humanæ conſiderans, diſpoſui in corde meo firmiter pro cœleſtibus bonis mutare ſeu cambire terreſtria atque caduca, pro veris umbracula, & hominibus illis, qui propter Dei amorem omnia mundana & vanitates hujus ſeculi contempſerunt, & propter æternæ vitæ deſiderium divino ſervicio ſeipſos totaliter mancipaverunt, hanc donationem facere decrevi. In principio igitur conditori meo maximo bonæ voluntatis affectu, & ex concilio & aſſenſu domini mei *Ranulfi* comitis *Ceſtrenſis*. & domini *Rogeri Ceſtrenſis* epiſcopi viri ſanctiſſimi, & *Willielmi* filii mei & hæredis, do & concedo pro ſalute & incolumitate mea, & *Petronillæ* uxoris meæ & liberorum meorum, & omnium amicorum meorum & omnino pro redemptione animarum noſtrarum ; do inquam humiliter & devotè domino Deo noſtro omnipotenti locum & ſitum qui vocatur **Cumbermere**, ad fundandum & conſtruendum quandam abbatiam monachorum ſecundùm regulam ſancti *Benedicti* in honore beatiſſimæ & gloriоſiſſimæ virginis *Mariæ* & genetricis ipſius Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſancti *Michaelis* archangeli, & boſcum, & planum, & aquas, & aquarum curſus, & piſcarias, & prata, & paſcua, cum omnibus aliis pertinentiis ſuis & cum omnibus aliis commoditatibus & rebus quæ ibi ſunt vel quæ ibi fieri poterint tam ſubtus terram quam ſuper imperpetuum, infra has diviſas videlicet ab exitu de **Yaremos** qui eſt inter *Marburiam*, & **Brombriatuam**, & ſic ſequendo & diſcendendo per rivulum uſq; ad boſcum de **Kuhale**, & medietatem dicti boſci, & ſic aſcendendo de dicto rivulo per orientem boſci verſus aquam de **Cumbermere** uſque ad verticem montis, & ſic ſequendo verticem montis per medium boſci de **Kuhale** verſus auſtrum uſque ad inferiorem partem dicti montis, & ſic à dicta inferiore parte dicti montis directè extranſverſo uſque ad quendam ſichetum verſus auſtrum juxta inferius caput de *le* **Bonepolle** ; & inde uſque ad inferius caput cujuſdam terræ quæ vocatur *Sychebleya*, & ſic uſque ad quandam viam quæ ducit verſus villam de **Wyke**, & ſic ſequendo dictam viam verſus occidentem directè uſque ad boſcum qui vocatur **Gzæneſozdeley**, & ſic ſequendo ſemper **Gzeneſozdeley** & dimittendo dictum boſcum à manu ſiniſtra, uſque ad bundas & diviſas inter terram *Willielmi* de *Warenna* & terram meam, & ſemper ſequendo dictas bundas & diviſas uſque ad antedictum exitum *de le* **Yaremos**.

Do etiam dictæ abbatiæ & monachis ibidem Deo ſervientibus manerium meum de **Winkhale**, & villam de **Kuhall** & **Lodmoze**, & illam terram adjacentem quæ vocatur **Burley**, & villam de **Dodecott** cum boſco dictæ villæ, & molendinum de **Chelley** cum toto ſtagno & piſcaria qualitercunque ex utraque parte, & centum pedes ultra ſtagnum terræ meæ de **Cheuhall**, ad reparandum ſtagnum prædictum, & molendinum, quotieſcunque & quandocunque viderint expedire, ſine calumpnia vel contradictione mea vel hæredum meorum ſeu aſſignatorum meorum quorumcunque ; Et etiam boſcum qui vocatur **Bzendetwod**, & boſcum qui vocatur **Lightbirchwod**, & boſcum qui vocatur **Buterlhey** integraliter, cum omnibus pertinentiis & commoditatibus ſuis. Ut in boſcis & vaſtis, planis, in viis, ſemitis, in aquis, in aquarum curſibus, & in piſcariis, in pratis, in paſturis, in mariſcis, in moris, & in omnibus aliis rebus quæ ibi ſunt vel quæ ibi poterunt fieri tam ſubtus terram quam ſupra imperpetuum infra has diviſas ; videlicet ab illo loco ubi rivulus de *Burleya* deſcendit in aquam de **Wæver**, & ſic ſequendo dictum rivulum aſcendendo uſque ad illam terram quæ vocatur *Burleya* ; Et ſic ſequendo ſemper diviſas inter *Burleyam* & boſcum qui vocatur **Gzæneſozdeſley** uſque ad boſcum qui vocatur **Coſhetwod**, & inde ſequendo ſemper borealem partem boſci uſque ad *le* **Trepetwod**. Et ſic ſequendo quendam ſichetum qui currit inter boſcum de **Dodecote** & antedictum boſcum de **Trepetwode** uſque ad boſcum qui vocatur **Pozthey**, & inde uſque ad *le* **Sparthiſhe**, & inde uſque ad bundas & diviſas de **Schavinton**, & ſequendo ſic quendam ſichetum uſque ad quandam aquam quæ vocatur **Doulebzoke** uſque ad illum locum ubi cadit in aquam de **Wæver**, & aſcendendo per aquam de **Wæver** uſque ad molendinum de **Checkley** ; & ſic ſemper aſcendendo & ſequendo dictam aquam de **Wæver** uſque ad illum locum ubi antedictus rivulus de *Burleya* cadit in dictam aquam de **Wæver**. Omnes verò iſtas bundas & diviſas tam ſupradicto loco de **Cumbermere** quam de dicto manerio de **Wyncheſle**, ego *Hugo Malbanc* cum *Petronilla* uxore mea, & *Willielmo* filio meo cum pluribus aliis hominibus perambulavi, & circumivi & dicte abbatie de **Cumbermere** & monachis ibidem Deo ſervientibus & eorum ſucceſſoribus omnia infra ſupradictas bundas & diviſas exiſtentia cum omnibus ſuis pertinentiis liberè dedi ſine retenemento alicujus rei temporalis mihi vel heredibus meis ſeu aſſignatis imperpetuum. Et faciunt de boſco & de plano ubique quicquid

quid voluerint ; videlicet ad includendum, & assartandum, & assidendum quandocunque eis placuerit. Do etiam eisdem monachis communem pasturam ad omnimoda animalia sua in omnibus boscis & pasturis meis **Cestrescire**, & quod poterint capere boscum ad ardendum, & maeremium ad edificandum tam extra abbatiam illam, quam infra pro voluntate ipsorum in omnibus boscis ita liberè sicut ulibus meis propriis excepta foresta mea de **Cowhull**. Et etiam concedo eisdem monachis quartam partem ville de **Wyco**, & decimam salis mei, & salinarum mearum & aliorum quorumcunque existentium, & denariorum meorum, & salem beate *Marie* virginis, & salem in die Veneris, & salem ad mensam abbatis, ita liberè sicut ego habeo ad mensam meam. Et habeant curiam suam in seperali à burgensibus suis, seu de tenentibus suis, & assisam panis & cervisie & omnimodam mensuram, & *theolonenum*, & **blodwit**, & amerciamenta & omnimoda emenda de omnimodis trangressionibus de omnibus tenentibus vel hominibus eorum, ita liberè sicut ego habui usibus meis propriis: Similiter concedo eisdem monachis & omnibus burgensibus seu tenentibus dictæ villæ communem pasturam in omnibus boscis & pasturis, pratis & moris, maricis, brueriis, & campis dictæ villæ pertinentibus, & per totum **Wabenesmore**, & boscum de **Creche**, sine impedimento alicujus. Et si contingat quod aliquis de burgensibus tenentibus vel hominibus eorum implacitetur in curia mea de aliqua transgressione, volo & concedo pro me & hæredibus meis vel meis assignatis quod prædicti monachi mei habeant amerciamenta, & emendas sine contradictione vel impedimento mei vel hæredum seu assignatorum meorum quorumcunque. Do etiam eisdem monachis unam carucatam terræ in villa de **Acton** cum ecclesia ejusdem villæ, & capellam de **Wyche-Malbanc** cum omnibus pertinentiis suis, & unam carucatam terræ in **Sandon** & medietatem villæ de **Altanesfeld** cum ecclesia ibidem, & ecclesiam de **Sandon** & communem pasturam cum omnibus averiis meis in foresta mea de **Sandon**. Concedo etiam eisdem monachis, & eorum successoribus liberum chiminum per omnes terras meas ubique, cum libero introitu & exitu ad capiendum omnia necessaria sua quandocunq; & quotiescunq; voluerint. Et habeant omnia & singula supradicta in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam, ita liberè, & absolutè ab omni seculari exactione & terreno servicio sicut aliqua elemosina liberius & quietius habere potelt, & nihil vendicare vel exigere poterimus imperpetuum nisi beneficia spiritualia & orationum suffragia tantum. Propterea, ex bona voluntate mea, concedo liberaliter quod dominus meus *Ranulfus* comes *Cestrensis* sit principalis fundator & defensor dictæ ecclesiæ & monachorũ ibidem Deo servientium, & hæredes ipsius post ipsum sint participes omnium bonorum quæ ibi fient in æternum. Testes hujus ordinationis & concessionis sunt ipse dominus meus *Ranulfus* comes *Cestrensis*, *Rogerus* episcopus *Cestrensis*, *Adelia* mater mea, *Petronilla* uxor mea, & *Willielmus* filius meus, *Willielmus* abbas *Cestrensis*, *Robertus* & *Odo* capellani, *Willielmus* filius *Radulfi*, & *Archebaldus* & multi alii qui audierunt & viderunt. Et ego *Rogerus* episcopus *Cestrensis* ad piam supplicationem domini *Hugonis* de *Malbanc*, & aliorum nobilium, ad perpetuam rei memoriam, & ut præsens donatio & concessio robur obtineat imperpetuum, in præsencia *Ranulfi* comitis *Cestrensis* & aliorum nobilium apud *Cestriam* sigillum episcopatus apponi fecimus. Et ideo si quis elemosinam istam, donationem & concessionem in aliquo violaverit vel diminuerit, aut scienter impedierit, maledictionem Dei & beatæ Virginis, & sancti *Michaelis* archangeli quibus hæc omnia specialiter donantur & meam finaliter incurrat, nisi ad emendationem congruam venerit. *Fiat, Fiat. Amen.*

Donationum confirmatio per Regem *Henricum* tertium.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ & Aquitanniæ, *comes* Andegaviæ, *archiepiscopus, episcopis* (&c.) *salutem. Sciatis nos concessisse, & hac præsenti carta nostra confirmasse, pro nobis & hæredibus nostris, dilectis nobis in Christo abbati & monachis monasterii de* **Cumbermere**, *& eorum successoribus, donationem & concessionem quam* Richardus *de* Chesthull *eis fecit de manerio de* **Chesthull**, *& de tota terra illa quæ vocatur* **Hulle**, *cum homagiis, servitiis, libertatibus, & omnibus pertinentiis suis, sicut carta ipsius* Richardi *quam dicti monachi inde habent infra has divisas ; videlicet de vado de* **Stratford** *sequendo viam regiam, usque ad viam quæ dicitur* **Grymbaldesuwey** ; *& sequendo* **Grymbaldesuwey**, *usque ad le* **Bromhock**, *& sic inde sequendo, & descendendo usque ad bundas de* **Burnhull** : *& sic sequendo bundas de* **Burnhull**, *usque ad bundas & divisas de* **Haselsewe** ; *& sic sequendo & descendendo bundas & divisas de* **Haselsewe**, *usque ad vadum de* **Wolverton** *inter aquam de* **Tetne** : *& sic semper sequendo aquam de* **Tirne** *usque ad* **Bulebrook**, *& sic ascendendo semper & sequendo* **Bulebrook** *usque ad* **Redehull**, *& sic de le* **Redehull**, *directe usque ad le* **Longeford**, *& sic de le* **Longeford**, *ascendendo & sequendo altam viam versus* **Stafford**, *usque ad vadum predictum de* **Stratford**. *Quare volumus* (&c.) *Datum per manus venerabilis Prioris* R. Cicestrensis *episcopi cancellarii nostri apud* Westmonasterium *sexto die Maii, anno regni nostri sexto decimo.* Cart 4 E. 3. n 4 per Inspex.

Alia carta ejusdem regis.

HEnricus Dei gratia rex *Anglia*. (&c.) Sciatis nos concessisse & hac presenti carta nostra confirmasse, dilectis nobis in Christo, abbati & monachis nostris de **Cumbermare** omnes terras & tenuras, quæ eidem ecclesiæ rationabiliter sunt donate, & concesse, sicut carte donatorum plenius testantur. Quæ donationes & concessiones in eisdem certis nominibus exprimuntur ; videlicet ipsum locum de **Cumbermare**, ubi dicta ecclesia sita est, & manerium de **Winesesele**, & quicquid pertinet eidem manerio, & habeant omnes commoditates quæ in dictis locis sunt, aut quæ in eisdem fieri possunt, tam subtus terram, quam super terram imperpetuum ; Ibid.

& etiam ecclesias de *Acton*, de *Sandon*, & Alstanesfeld cum capellis de *Wike-malbanc* cum quarta parte ejusdem ville, & communem pasturam, per totum boscum de Creche & Ravenesmore, in pratis, moris & mariciis, & in omnibus aliis locis dictæ villæ pertinentibus, eisdem monachis seu burgensibus in eadem villa manentibus, ex concessione *Hugonis Malbanc* & *Willielmi* filii sui, & cum omnibus terris & tenementis, & omnibus aliis rebus dictis ecclesiis pertinentibus, & molendinum de Chelylegh, cum stagno, & centum pedes ultra stagnum versus Couhul cum suis piscariis ex utraque parte aquæ, & omnibus aliis pertinentiis suis, & totam terram illam quæ vocatur Gatham, & duas bovatas terræ in eadem villa, & communem pasturam de Alstanesfeld, & pasturam de foresta ad equas suas, & omnia quæ *Hugo Malbenc* & *Willielmus* filius ejus eisdem monachis rationabiliter dederunt, & carta sua confirmaverunt; & unam bovatam terræ cum communione bosci in Punchulf cum toto jure patronatus capelle ejusdem villæ, & cum omnibus aliis pertinentiis suis, ex dono *Michaelis* domini de Punchulf, & ex concessione *Adæ* filii sui, & capellam de Wrennesburge, cum tota illa terra quæ vocatur Smethetun cum omnibus pertinentiis suis. & duos solidos de molendino de Smetheton ex dono *Nicholai* de *Welerston* & unam naviculam piscatoriam in villa *Cestriæ* ex dono comitis *Ranulphi*, & unam mansuram terræ in eadem villa ex dono *Radulphi* de *Aldeford*, & *Neutenam* & *le Cotes* cum omnibus pertinentiis suis, ex dono comitis *Roberti* de *Ferrariis*, & *Willielmi* filii sui; & *Doddecotam* in Feld, cum suis pertinentiis, & illam terram & brueriam quæ est inter Liberton, & Hulam, & illud pratum adjacens juxta aquam de Wees ex dono *Willielmi* filii *Alani* cum communione bosci de Herkall, & Bromhale & Shipford, & *Clivam* ex dono *Yvonis Pantulph* & *Bricii* filii sui & totam illam terram cum bosco quæ vocatur de Trepwade, cum omnibus pertinentiis suis ex dono *Rogeri* de *Tehfeld*, & manerium de Erlide juxta Stafford, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis ex dono *Roberti* de *Baskervill*, & manerium de Chesthull, cum suis libertatibus & pertinentiis suis ex dono *Richardi* de *Chesthull*, & manerium de magna Drayton in Hales ex concessione abbatis & conventus de sancto *Ebrulpho*, cum omnibus libertatibus & pertinentiis suis: & omnes donationes & concessiones elemosinas & libertates, in puram & perpetuam elemosinam, libere & quiete possidendas, quæ eisdem monachis nostris in terrâ comitis *Ranulphi* quondam comitis *Cestrensis* rationabiliter donate sunt, & concesse, scilicet ex dono & concessione comitis *Ranulphi* avi sui, & comitis *Hugonis* patris sui, & ex donis aliorum donatorum sicut cartæ prædecessorum ejusdem *Ranulphi*, & cartæ ipsorum monachorum, ac etiam aliorum donatorum rationabiliter & plenius testantur. Quare volumus (*&c.*) Data per manum nostram apud Havering, quarto die Aprilis, anno regni nostri quinquagesimo.

Carta *Wyoni* filii *Jona*.

WYon *filius* Jonæ, *omnibus filiis S. ecclesiæ, præsentibus & futuris*, Francis, Walensibus, & Anglicis *salutem. Sciatis quod ego cum bona voluntate & concessione fratrum meorum, concessione & consilio uxoris meæ* Margeriæ *filiæ* Madoci, *dedi & concessi Deo & sanctæ* Mariæ, *& sancto* Michaeli, *& ejus monachis de* Cumbermare, *pro salute animæ meæ, & patris mei* Jonæ, *& pro anima* Madoci, *& omnium parentum & amicorum meorum, decimam totius piscis & piscariæ de gurgitibus tam de retibus vel ingeniis qualitercunque evenientem sive contingentem qui capitur per totam aquam de* De, *ubique prope & longè per totum dominium meum de* Overton, *ex utraque parte per totum; & decimam totius tholnetii de molendino meo de* Overtone *cum omni incremento tholneorum vel molendinorum quæ quomodocunque vel ubicunque super aquam supradictam ædificari contigerint, in puram & perpetuam elemosinam, sicut rem quæ datur Deo domino nostro; & habebunt monachi prædicti hoc sine fine de me & heredibus meis, liberè, quietè, honorificè, sine omni servicio, vel mercede vel exactione seculari; & quicunque fuerit ibi molendinarius meus, vel hæredum meorum & custos piscariæ, dabit fidem suam & juramentum fideliter & legitimè se decimaturum sicut Deus piscem miserit & sicut venerit, ne ego perdam elemosinam meam, & parentes mei, & monachi aliquod dampnum habeant, & quemcunque monachi ibi posuerint vel habuerint in loco suo, recipiet decimam de pisce sicut captus fuerit, & de aqua veneris, ut fideliter & statim monachis mittatur. Et quicunque hanc elemosinam bene & legitimè post meos dies & meorum fratrum servaverit, & persolverit, Dei benedictionem & sanctæ* Mariæ *sanctique* Michaelis, *& omnium sanctorum habeat, & omnis cognacio ejus; Et quicunque retinuerit vel abstulerit, vel diminuerit, vindictam sancti* Michaelis *inveniat super corpus suum, & non possit unquam de hac subtractione gaudere, quia nos pro vero intelligimus quod quicquid in bono & in elemosina prafatis monachis donatur, dominus cœli ad grates suscipit. Testes*, Johannes *abbas de* Cumbermare, & Godfridus *suppriur*, Simon Johannes *cantor*, & Lucas *frater ejus*; Henricus *sacrista*, & Robertus *infirmarius*; Lever *presbiter de* Overton, & *domina* Margeria *filia* Madoci; David *frater meus*; *magister* Gilbertus *cementarius*, & Petrus *cementarius*, & *multi alii satis.* Ibid.

Carta Owyni *filii* Griffini *de* Bromfeild,

OWynus filius *Griffini* de *Bromfeld*, omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, tam præsentibus, quam futuris salutem. Sciatis me dedisse concessisse, & præsenti carta meâ confirmasse, Deo & beatæ *Mariæ*, sanctoque *Michaeli*, et monachis de Cumbermare, et eorum successoribus, pro salute animæ meæ, et antecessorum et successorum meorum, decimam totius piscis et piscariæ de gurgitibus tam de retibus vel ingeniis qualitercunque evenientem sive contingentem qui capitur per totam aquam de De, ubique Ibid.

que propè & longè per totum dominium meum de **Overtone** & **Bumfelb** ex utraque parte æquè per totum, & decimã totius tholonei de molendino meo de **Overtone**, cum omni incremento tholoneorum vel molendinorum quomodocunque vel ubicunque, super aquam prædictam ædificari contigerunt; Nam antecessores mei hæc aliis dederunt: Et si animalia eorum, vel hominum eorum furata fuerint, vel ullo modo capta vel perdita, licentiam meam habeant, & plenam potestatem, liberè ea capiendi, ubicunque super terram meam reperta fuerint. Igitur quicunque hæredum meorum, & hominum pacem meam bene illis tenuerit & eis benefecerit benedictionem Dei omnipotentis habeat & omnium sanctorum in cœlo & in terra. Quicunque fuerit molendinarius meus, vel hæredum meorum, & cultos piscariæ, dabit fidem suam & juramentum monachis, super bonas reliquias fideliter se decimaturum, sicut Deus piscem misit, & sicut venerit, ne ego perdam elemosinam meam & monachi aliquod dampnum habeant. Quemcunque etiam monachi ibi posuerint vel habuerint in loco suo, recipiet decimam de pisce, & totius tholonei, de molendino & de piscariis, sicut captus fuerit piscis, ut fideliter & statim monachis mittatur, sicut illis placuerit. Omnes verò qui hanc meam elemosinam bene & legitimè post meos dies & meorum fratrum servaverint, & persolverint, Dei benedictionem & sanctæ *Mariæ*, & *omnium Sanctorum*, & sancti *Michaelis* habeant, & omnes eorum cognationes. Qui autem retinuerit, vel abstulerit, vel diminuerit, vindicta sancti *Michaelis* veniat super eum in capite suo, *Amen*. Volo etiam ex toto corde, & in animo, ut in pace bona elemosinam meam recipiant, ut a Deo retributionem in cœlis suscipiam. Testes hujus donationis sunt isti *Sharverd* dapifer curiæ *Elevamb*, *Madoc* filius *Bleiem*, *Seisil* filius *Heylen* nepos *Kadrouth*, *Matheus* filius *Seysil*, *Pibin Robertus* filius *Simonis*, *Keve Wreich* filius *Eweni*, *Pren Powes* (*&c.*) & tota curia domini, & alii satis qui hæc viderunt, anno domini MCxcv. litera dominicali A. prima die post festum sancti *Benedicti*.

Ibid. EGo Ranulphus *comes* Cestriæ, *pro redemptione & salvatione animæ meæ, & animarum omnium liberorum meorum, & omnium antecessorum & successorum meorum, concessi libere & confirmo omnes terras & tenuras ac etiam libertates cum omnibus pertinentiis suis quæ & quas dictus* Hugo Malbanck, & Willielmus *filius ejus eis dederunt, & per cartam eorum eis confirmaverunt infra dominium meum* **Cestersire**. *Et nominatim locum illum qui vocatur* **Cumbermare** *ubi dicta abbatia constructa est, cum omnibus pertinentiis suis per bundas & divisas, sicut cartâ* Hugonis *plenius continetur, & etiam manerium de* **Winelestele**, *cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & pertinentiis suis, & ecclesias de* Actona *cum capellis suis, videlicet* Wiko-Malbano *&* **Wrenne-bury** *&* **Pumchull**, *cum communione bosci, & cum omnibus pertinentiis suis, & habeant & teneant omnia prædicta in omnibus & singulis rebus per bundas & divisas liberè & quietè, & ab omni seculari exactione, sicut in cartis prædicti* Hugonis *&* Willielmi Malbanck, *quas dicti monachi inde habent, plenius testatur. Concedo etiam dictis monachis & eorum successoribus, quod habeant liberam curiam & tholneum, & assisam panis & servicii, & vetitum, &* **blodwit**, *& catalla felonum, forisfacturas & felonias, & omnes mensuras, & omnimoda amerciamenta & emendas de omnimodis transgressionibus hominum & tenentium ipsorum vel aliorum quorumcunque existentium infra terras vel limites seu bundas ipsorum monachorum nostrorum infra dominium meum* **Cestreshire**, *& habeant in prædicto manerio furcas &* **infangenthef**, *&* **uttangenthef**, *in manerio prædicto in perpetuum. Concedo etiam & confirmo pro me & hæredibus meis, dictis monachis, & eorum successoribus, & hominibus, ac tenentibus ipsorum, tam infra villam* Cestriæ *quam extra infra dominium meum* **Cestreshire** *quietantiam de omni tholneo, & de servientibus meis prescindis, & jecta cemiterii, &* **hundred**, *placitis & querelis, muragiis, & pavagiis, passagiis, & pontagiis, & de omni tholneo, operationibus, & de scutagiis, & de opere parci & custodia castelli, & de omni opere, & genere servicii, cum omnibus libertatibus suis in hominibus & terris, in bosco & plano, in pratis & pascuis, in viis & semitis, in burgis in aquis, in molendinis, piscariis, & in omnibus locis, cum libertatibus & liberis consuetudinibus suis. Et prohibeo pro me & hæredibus meis, quod dicti monachi mei, vel eorum successores, aut homines seu tenentes ipsorum ponantur in placito de ullâ re extra curiam dictorum monachorum, nisi tantum coram me, aut capitali justiciario meo. Similiter concedo pro me & hæredibus meis, eisdem monachis & eorum successoribus, quod nullus escaetor vel vicecomes, nec aliquis ballivus seu minister* **Cestreshire**, *ingrediatur manerium ipsorum de* **Winelesde** *vel alias terras, infra limites seu bundas dictorum monachorum aliquo modo ad vexandum causa vacationis monasterii, vel ad distringendum seu ad grävandum ipsos monachos meos, aut homines seu tenentes ipsorum, sive speciali warranto meo, vel capitalis justiciarii mei, & hoc facient cum ballivo prædictorum monachorum meorum super forisfacturam meam decem librarum ad levandam nobis & hæredibus nostris quotiescunque fecerint in contrarium; Quia volo ex corde & animo, quod monachi mei & eorum successores habeant & teneant cuncta prædicta, in liberam puram & perpetuam elemosinam, æternaliter. Hiis testibus,* Willielmo *constabulario*, Roberto *dapifero*, Philippo *de* Horreby, Thoma *despensatore*, Thoma *filio ejus, & multis, qui hoc audierunt & viderunt. Apud* Cestriam *anno Domini millesimo ducentesimo & tricesimo.*

Carta Huberti *de* Burgo *Justiciarii* Angliæ.

OMnibus ad quos presens scriptum pervenerit, *Hubertus* de *Burgo* comes *Kantiæ* justiciarius *Angliæ* salutem. Sciatis nos concessisse, & hac præsenti charta nostra confirmasse abbati & monachis de **Cumbermere**, totam terram illam de **Chesthulle** & de **Hulle**, cum pertinentiis, quam habent ex dono *Richardi* de *Chesthulle*. Habendam & tenendam dictis abbati & monachis, cum homagiis, serviciis, releviis, libertatibus, & omnibus pertinentiis suis, liberè & quietè, & pacificè, in puram & perpetuam elemosinam imperpetuum.

petuùm. Conceſſimus etiam prædicto abbati & monachis, quod quieti ſint de warda, quam prædictus *Richardus* facere ſolebat annuatim ad caſtrum noſtrum de **Pangonneri** pro prædicta terra de **Cheſthulle** & de **Hulle**, pro me & hæredibus meis, vel meis aſſignatis, ſeu aliquo nomine noſtro inpoſterùm. Set ſint liberi & quieti ab omni terreno ſervicio & ſeculari exactione, conſuetudine & demanda, quantum ad me pertinet & hæredes meos. Ita quod nunquam de cætero, per me, neque per hæredes meos, neque per ballivos noſtros, vel per homines noſtros, aliquo modo vexabuntur, neque diſtringentur pro aliquo defectu wardæ, relevii, ſcutagii, muragii, vel alicujus alterius terreni ſervicii, quod ad me, vel ad hæredes, ſeu aſſignatos meos pertinet, vel aliquo modo pertinere poterit in futurum imperpetuùm. Ego verò dictus *Hubertus* de *Burgo* & hæredes mei, dictis monachis & eorum ſucceſſoribus omnia prædicta ſine diminutione contra omnes homines warrantizabimus, acquietabimus, & imperpetuùm defendemus. Et ut hæc noſtra confirmatio, donatio, & conceſſio, rata & ſtabilis permaneat, huic præſenti chartæ ſigillum noſtrum fecimus apponi. Hiis teſtibus, *Roberto* de *Cokſfeld*, *Waltero* de *Burgo*, *Radulpho* de *Gatele* (*&c.*)

Annales de *Peterborough* in bibl *Cottan.*

GEROUDONENSIS *Abbatia in agro* Leiceſtrenſi.

Hiſt. MS. *Henr. Knighton* in bibl. *Cottan.*

ANno MCxxxiij. fundata eſt abbatia de **Geroudon**, filia de **Waverle.**

Decimo quinto anno (ſcilicet Regis *H.* 2.) *Robertus* comes *Leyceſtrenſis* fundavit monaſterium de **Geroudon** de * monachis *Leyceſtrenſibus.*

* *Lege* Canonicis.

Donationum confirmatio per Regem.

Cart. 14. E. 3 n. 17. per Inſpex

REx &c. Donationem & conceſſionem, quas *Robertus* quondam comes *Leiceſtriæ*, per cartam ſuam fecit Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Geroldonia* & monachis ibidem degentibus, de quinque carucatis, & tribus virgatis terræ cum pertinentiis in *Geroldonia*, cum omnibus pratis & paſcuis eidèm terræ pertinentibus. Conceſſionem etiam, & donationem quam idem comes per eandem cartam fecit eiſdem monachis de omnibus quæ habebat in **Wiſſeleye**, excepta terra *Rogeri* fratris *Oſberti* capellani. Donationem verò quam idem comes per eandem cartam fecit eiſdem monachis de duabus carucatis terræ cum pertinentiis in **Kyngolthorp**. Donationem inſuper & confirmationem quas idem comes per cartam ſuam fecit eccleſiæ beatæ *Mariæ* de *Geroldonia*, & monachis prædictis, de tota terra quam *Rabellus* de *Seigneville* tenuit in *Dixeleya*, & de boſco de **Shepehed** continente unam leucatam in latitudine, & unam leucatam & dimidiam in longitudine. Donationem etiam & confirmationem quas *Margareta* dudum comitiſſa *Wyntoniæ*, ſoror *Roberti* comitis *Leyceſtriæ*, per cartam ſuam fecit eiſdem eccleſiæ & monachis de tota *Hemleya*, ad colendum, foſſandum, claudendum & ad quemlibet fructum inde percipiendum. Conceſſionem verò & confirmationem quas eadem comitiſſa per eandem cartam fecit eiſdem eccleſiæ & monachis de omnibus terris, & tenementis quæ ipſi habent, ex donationibus anteceſſorum ſuorum, cum pratis, paſcuis, & cum omnibus pertinentiis ſuis.

Donationem inſuper & confirmationem quas eadem comitiſſa, per cartam ſuam fecit eccleſiæ & monachis prædictis de una virgata terræ cum pertinentiis in **Weſtan**, quam *Walterus* & *Godwinus* filii *Rippyngi* tenuerunt, una cum toftis & croftis, pratis & paſcuis, & omnibus pertinentiis ſuis & de tota ſequela hominum prædictorum. Donationem etiam & conceſſionem quas eadem comitiſſa per cartam ſuam fecit eiſdem eccleſiæ & monachis, de uno molendino & ſede ejuſdem molendini, cum ſtagno & ſequela ſua, & cum omnibus cæteris pertinentiis, libertatibus & aiſiamentis, & de duabus virgatis terræ in eadem villa, ſcilicet illam virgatam terræ quam *Radulphus* ad **Byock** quondam tenuit, & eundem *Radulphum* cum ſequela ſua, et unam bovatam terræ quam *Hugo* de *Celevil* quondam tenuit, & eundem *Hugonem* cum ſequela ſua, & unam bovatam terræ quam *Radulphus de la* **Ozens** quondam tenuit, & eundem *Radulphum* cum ſequela ſua, Tenendum & habendum inperpetuùm, cum toftis, croftis, pratis, paſcuis, & cum omnibus pertinentiis ſuis, libertatibus & aiſiamentis, & de paſtura ad centum oves cum agnis eaque in eadem villa.

Donationem verò conceſſionem & confirmationem quas *Margareta* de *Ferrariis* quondam comitiſſa **Derby** per cartam ſuam fecit Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ Geroldon* & abbati & monachis ibidem Deo ſervientibus, de quindecim ſolidatis redditus cum pertinentiis in **Anſty**. Donationem inſuper conceſſionem & confirmationem quas *Willielmus* de *Dixel* filius *Roberti Burs* de **Dixel** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de uno meſſuagio, & tribus virgatis terræ cum pertinentiis in **Dixel**. Donationem etiam, conceſſionem, & confirmationem quas *Rogerus* de *Quincy*, quondam comes *Wintoniæ* & conſtabularius *Scotiæ* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis, de tota *Sauuagina* & omnibus beſtiis ſylveſtribus, cujuſcunque generis forent, quas dicti abbas & monachi, & eorum ſucceſſores, tunc habuerunt vel ex tunc habere poſſent, vel vellent, velquæ inventæ forent in clauſo de **Witt**, ad berſandum, venandum, capiendum, vel quicquid inde, per ſe vel per homines ſuos, vel per alios eorum nomine & licentia vellent, faciendum. Conceſſionem verò, & confirmationem quas idem comes per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de toto boſco ipſorum abbatis & monachorum, cum ſolo & omnibus pertinentiis ſuis quibuſcunque. Donationem inſuper & confirmationem quas idem comes per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de quinque virgatis terræ cum pertinentiis in **Belgrave** quas *Radulphus* de *Gouteby*, *Gilbertus* ſerviens *Swein*, *Willielmus* in **Lane**, *Johannes Niger*, *Galfridus* filius *Siwardi*, & *Walterus Sabere* tenuerunt, cum prædictis hominibus, & tota ſequela eorundem. Conceſſionem

nem insuper & confirmationem quas idem comes per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de uno molendino & uno situ molendini, quinque virgatis terræ, & una placea prati cum pertinentiis in **Westan, Hawethorn & Thorp** juxta **Geraudon**, & de hominibus dictas terras tenentibus, cum tota sequela eorundem. Remissionem verò & quietam clamantiam, quas idem comes per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis de visu franciplegii, & omnimoda secta curiæ ipsius comitis, & omni forinseco servicio, quæ de prædictis terris, seu de hominibus eas tenentibus aliquo modo exigi poterint. Remissionem insuper & quietam clamantiam quas idem comes per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis de visu franciplegii, & omni secta curiæ ipsius comitis, de omni forinseco servicio quinque virgatarum terræ cum pertinentiis in **Belgrave** quas habent de dono prædicti comitis, cum hominibus dictas terras tenentibus, & eorum sequela. *(&c.)*

Concessionem insuper, donationem & confirmationem quas *Ranulphus* quondam comes *Cestriæ*, per scriptum suum fecit eisdem abbati & monachis, de communa pasturæ ad omnimoda pecora cum pertinentiis in *Barona*, excepto parco de **Barwe**. Concessionem etiam & confirmationem quas idem comes per idem scriptum fecit eisdem abbati & monachis, de donationibus quas *Robertus* de *Torz*, *Willielmus* de *Torz* & *Thomas Dispensarius* fecerunt prædictis monachis in feudo ipsius comitis de **Haltwellhawe**. Donationem verò, & confirmationem quas *Thomas* filius *Rogeri* de *Haltone*, per cartam suam fecit eisdem monachis de uno molendino cum pertinentiis in **Thorp**; *(&c.)*

Concessionem insuper & confirmationem quas *Asketillus* de *Berges* per cartam fecit eisdem monachis, de donatione *Thomæ Dispensatoris* de decem bovatis terræ cum pertinentiis, de feodo suo in **Burton**. Concessionem verò & confirmationem quas *Hugo* de *Berges*, per cartam suam fecit eisdem monachis de omnibus terris, tenementis & possessionibus, cum pertinentiis quæ tenent & habent de feodo suo in eadem villa. Concessionem verò & confirmationem quas *Rogerus* de *Molbray*, per cartam suam fecit eisdem monachis de donatione elemosinæ de feodo suo in eadem villa. Ita quod prædicta elemosina sit soluta & libera ab omni forinseco servicio, & omni seculari exactione. *(&c.)*

Donationem verò & confirmationem quas *Gilbertus* de *Colevilla* per cartam suam fecit eisdem monachis de quatuor carucatis terræ, & dimidia cum pertinentiis in eadem villa. Donationem etiam & confirmationem quas *Hugo dispensator*, per cartam suam fecit eisdem monachis, de duobus messuagiis, & tribus virgatis terræ cum pertinentiis in eadem villa, cum hominibus prædicta messuagia & terram tenentibus, cum catallis, & sequelis eorum. Donationem verò & concessionem quas *Henricus Putrel* per cartam suam fecit eisdem monachis de una carucata terræ cum pertinentiis in eadem villa. Concessionem insuper & confirmationem quas *Robertus Putrellus* per cartam suam fecit eisdem monachis de illa carucata terræ in eadem villa quam habent ex dono *Henrici Putrel* avi sui *(&c.)* Donationem verò & confirmationem quas *Gaufridus Haget* per cartam suam fecit eisdem monachis de quatuor carucatis terræ cum pertinentiis in **Aleby**. Concessionem insuper & confirmationem quas *Nigellus* filius *Rogeri* de *Monbray* per scriptum suum fecit eisdem monachis de donatione *Galfridi Haget*, scilicet quatuor carucatis terræ cum pertinentiis in eadem villa. *(&c.)*

Concessionem etiam & confirmationem quas *Robertus* de *Bruys* filius *Isabellæ* de *Bruys*, per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent de feodo suo de **Hunteshone** cum pertinentiis in **Aleby, Sirtenby & Stanlesoze**. Concessionem etiam quam *Willielmus* de *Harecurt*, per cartam suam fecit eisdem monachis de tota terra **Stantunye** cum omnibus appendiciis, in pratis & pascuis, & cæteris necessariis ad terram illam pertinentibus. Donationē verò, remissionem & quietam clamantiam quas *Richardus* de *Harecurt* per scriptum suum fecit eisdem monachis de una marcata redditus cum pertinentiis in eadem villa. Donationem insuper, concessionem & confirmationem, quas *Reginaldus* filius *Ingennulfi* de *Thesloka*, per cartam suam fecit eisdem monachis de toto loco in quo grangia sua de *Thesloka* sita est, & tota clausura & curia ejusdem grangiæ, & bercheriarum suarum ibidem constructarum, & de quatuor carucatis, & tredecim acris terræ cum pertinentiis in *Thesloka*. Concessionem etiam & confirmationem, quas *Henricus* filius *Richardi* de *Burtone*, per cartam suam fecit eisdem monachis, de elemosinis & donationibus *Reginaldi* filii *Ingennulphi*, & *Reginaldi* filii ipsius *Reginaldi*, videlicet de tota grangia sua de *Thesloka*, & de toto loco in quo eadem grangia sita est, tota clausura & curia ejusdem grangiæ, & bercheriarum suarum ibidem constructarum, & quatuor carucatis & decem & septem acris terræ cum pertinentiis in eadem villa *(&c.)*

Donationem insuper, concessionem & confirmationem quas *Willielmus* filius *Roberti* de *Roppesle* per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de tota terra sua in **Neubold** quam habuit ex dono *Simonis* de *Roppesle* avunculi sui. Concessionem etiam, & confirmationem quas *Teobaldus* de *Verdone* quondam constabularius *Hiberniæ*, per scriptum suum fecit eisdem abbati & monachis, de una virgata & quinque bovatis terræ cum pertinentiis in **Worthintthone**. Concessionem verò & remissionem, & quietam clamantiam quas *Robertus* filius *Petri Dejng* de *Worthington*, per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de toto jure & clameo, quod habuit vel habere potuit in omnibus terris, redditibus, & tenementis quæ habuit ex donatione patris sui in **Wurthingtone**. Donationem insuper, concessionem & confirmationem quas *Radulphus Bohun* de *Claxetone*, & *Lora* uxor sua per cartam suam fecerunt eisdem abbati & monachis de toto bosco suo de **Wurthyntone**, cum toto solo eidem adjacente, & cum communa pasturæ, & minera carbonum & omnibus aliis pertinentiis suis. Donationem etiam concessionem & confirmationem quas iidem *Radulphus & Lora* per eandem cartam fecerunt eisdem

abbati & monachis de una bovata terræ cum pertinentiis in eadem villa quam *Richardus Breyd* de eo tenuit, cum eodem *Richardo* & omnibus catallis ſuis, & cum tota ſequela ſua, & de triginta ſolidatis redditus, & redditu unius libræ piperis cum pertinentiis in eadem villa. Conceſsionem vero & confirmationem quas iidem *Radulphus* & *Lora* per eandem cartam ſuam fecerunt eiſdem abbati & monachis de duabus virgatis terræ in eadem villa, cum toftis & croftis, & etiam aliis earum pertinentiis; ita quod iidem abbas & monachi, & eorum ſucceſſores omnino quieti ſunt & ſoluti erga ipſum & hæredes ſuos de omnibus terrenis ſerviciis & conſuetudinibus, & demandis, quæ de prædictis duabus virgatis terræ exigi poterunt vel extorqueri: Relaxationem inſuper & quietam clamanciam quas iidem *Radulphus* & *Lora* per eandem cartam fecerunt eiſdem abbati & monachis de redditu medietatis unius libræ cumini, & unius paris albarum cirotecarum quæ prædicti abbas & monachi eis quondam facere conſueverunt. Donationem inſuper, conceſsionem & confirmationem quas *Johannes* filius *Johannis* de *Gateſton* militis, per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de duabus acris terræ cum pertinentiis in **Birkeby**.

Conceſsionem etiam donationem & confirmationem quas *Gaufridus* de *Eſtune*, & *Agnes* filia *Walteri* de *Parys* uxor ſua per cartam ſuam fecerunt eiſdem abbati & monachis de toto jure & clameo quod unquam habuerunt, vel habere potuerunt in uno meſſuagio cum pertinentiis in *Norwico*. Donationem etiam conceſsionem & confirmationem quas *Zezilia* relicta *Nicholai* de *Drancfend* in **Colyntone** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de uno meſſuagio cum domibus in eodē conſtructis in **Colyntone**. Donationem verò, conceſsionem, & confirmationem quas *Walterus Fiſher* de *Mountforell* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de uno tofto cum pertinentiis in **Mountforell**. Donationem inſuper & confirmationem quas *Robertus Phis* de **Mountforell** per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de uno meſſuagio cum pertinentiis in eadem villa. Donationem etiam & confirmationem quas *Hugo* filius *Roberti Phis* de **Mountforell**, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de duabus denaratis redditus cum pertinentiis in eadem villa. Donationem verò & confirmationem quas idem *Hugo* per eandem cartam ſuam fecit eiſdem monachis de una denarata redditus cum pertinentiis in eadem villa. Donationem inſuper & confirmationem quas *Richardus* filius *Richardi Criſpi* de **Mountforel**, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de uno meſſuagio cum pertinentiis in eadem villa. Donationem etiam quam *Stephanus* ſcriba de **Betleby**, per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de una acra terræ in eadem villa, cum uno tofto ad illam acram pertinente. Conceſsionem etiam & confirmationem quas *Rogerus Godebert* filius & hæres *Rogeri Godebert* de **Swanyngton** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de quadam placea vocata *le* **Smallbeth** cum pertinentiis in **Swanyngtone**. Conceſsionem inſuper & confirmationem quas idem *Rogerus* per eandem cartam fecit eiſdem abbati & monachis de omnibus terris, & tenementis quæ tenent de feodo ſuo in eadem villa. Donationem etiam, conceſsionem & confirmationem quas idem *Rogerus* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de toto boſco ſuo in eadem villa, cum tota terra, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Donationem verò, conceſsionem & confirmationem quas idem *Rogerus* per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis, de tota parte brueræ ſuæ, quantum pertinet ad quinque virgatas terræ, cum decem ſelionibus in eadem villa. Donationem inſuper, remiſſionem & quietam clamanciam quas *Rogerus* filius *Rogeri Godebert* de **Swanyngton** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de quinque ſolidatis redditus cum pertinentiis in eadem villa. Donationem verò, conceſsionem & confirmationem quas *Rogerus Godebert* de **Swanyngtone** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis de toto aſſarto ſuo in eadem villa cum octo ſelionibus, & cum tota quarrera, & toto boſco adjacente, & prato cum omnibus pertinentiis ſuis in eadem villa.

Donationem etiam & confirmationem quas *Thomas* de **Stoke** per cartam ſuam fecit eiſdem monachis de una virgata terræ cum pertinentiis in eadem villa. Conceſsionem etiam, remiſſionem, & quietam clamanciam quas *Willielmus*, filius & hæres *Richardi Wareyn* de **Swanyngton** per ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis de duodecim denaratis redditus cum pertinentiis in eadem villa. Conceſsionem verò & remiſſionem quas idem *Willielmus* per idem ſcriptum fecit eiſdem abbati & monachis de toto jure & clameo quod habuit vel habere potuit in quadam portiuncula prati vocata **Pepelike** cum pertinentiis in eadem villa. Conceſsionem inſuper & confirmationem quas præfatus *Willielmus* per idem ſcriptum, fecit eiſdem abbati & monachis de eo quod ipſi appruare ſe poſſent de toto boſco ſuo, & omnibus vaſtis ſuis quæ habuerunt ex dono & conceſsione *Rogeri* filii *Rogeri Godebert* de **Swanyngtone**. Donationem inſuper, conceſsionem & confirmationem quas *Richardus Wareyn* de **Swanyngtone** per cartam ſuam fecit eiſdem abbati & monachis, de toto jure & clameo quod habuit, vel habere potuit in tota terra, quantum pertinet ad duas virgatas terræ de feodo ſuo in eadem villa, & in omnibus brueris & locis in eadem villa quæ aliquando excoli poſſent vel fruſtari. Donationem verò, conceſsionem & confirmationem, quas *Rogerus* filius *Briani* de *Watheton* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis de redditu unius libræ cumini cum pertinentiis in eadem villa. Conceſsionem etiam quam idem *Rogerus* per ſcriptum ſuum fecit eiſdem abbati & monachis de una virgata terræ cum wardis, releviis, homagiis, eſcaetis, & omnibus aliis forinceſis ſerviciis. Donationem verò, conceſsionem & confirmationem quas idem *Rogerus* per idem ſcriptum fecit eiſdem abbati & monachis de ſexdecim denaratis redditus cum pertinentiis in **Dictworth**. Donationem inſuper, conceſsionem & confirmationem quas *Rogerus* carpentarius de **Swanyngtone**, & *Agnes* uxor ejus per cartam ſuam fecerunt eiſdem abbati & monachis de toto vaſto ſuo quod habuerunt in tribus locis in **Longemor**, quantum pertinet ad unam bovatam

tam terræ in eadem villa. Donationem etiam concessionem & confirmationem quas *Willielmus*, filius *Willielmi* de *Wllarston* per scriptum suum fecit eisdem abbati & monachis, de una bovata terræ, & una placea, cum omnibus domibus in eadem placea constructis cum pertinentiis in eadem villa. Donationem verò, concessionem, & confirmationem quas idem *Willielmus* per idem scriptum suum fecit eisdem abbati & monachis de una bovata terræ cum pertinentiis in eadem villa. Donationem insuper & confirmationem quas *Richardus* de *Prestwold* per cartam suam fecit eisdem monachis de una bovata terræ cum pertinentiis in *Overtona*, (*&c.*)

Donationem insuper & confirmationem quas *Rogerus* de *Croft* per cartam suam fecit eisdem monachis, de duabus virgatis, & quinque acris terræ, & pastura ad trecentas oves cum agnis earum cum pertinentiis in **Alton**. Concessionem etiam & confirmationem quas *Rogerus la Zouch* per cartam suam fecit eisdem monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent in eâdem villâ, in feodo suo. Donationem verò, concessionem & confirmationem quas *Hugo* de *Herdebere*We filius *Rogeri* de *Herdebere* per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de tota terra sua cum pertinentiis in eadem villa, quam habuit ex hæreditate *Isabellæ* matris suæ. Donationem insuper & concessionem quas idem *Hugo* per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis, de homagiis, & serviciis omnium liberorum hominum suorum cum pertinentiis in **Radenston** (*&c.*)

Donationem verò, concessionem & confirmationem quas *Willielmus* de *Bones* filius *Willielmi* de *Bones* de **Coztyngestoke** per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de quatuor bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa. Concessionem etiam & confirmationem quas idem *Willielmus* per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis de duabus bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa: Concessionem insuper & confirmationem, quas *Robertus* de *Chevercourt* de **Wyvozdeby** per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent de feodo suo in dictis villis de **Kempeston** & **Coztelyngstoke**. Concessionem etiam & confirmationem quas *Richardus* filius & hæres *Roberti Rosel* de **Kempestone** per scriptum suum fecit eisdem abbati & monachis, de omnibus terris & tenementis, cum pertinentiis suis, quæ habent cum donatione sua & omni antecessorum suorum, in dicta villa de **Kempestone**, (*&c.*)

Donationem insuper & confimationem quas *Hugo* filius *Galfridi* de *Rempestone*, per cartam suam fecit eisdem monachis de quinque bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa. Concessionem etiam & confirmationem quas idem *Hugo* per cartam suam fecit eisdem monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent de feodo suo in eadem villa. Concessionem & confirmationem quas *Philippus* filius *Willielmi* de *Cortyngstoke* per cartam suam fecit eisdem monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent de feodo suo in elemosinam, ex donationibus & concessionibus antecessorum suorum in dictis villis de **Coztynstoke** & **Kampeston**, (*&c.*)

Concessionem vero & confirmationem quas *Willielmus Briware* per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis, de donationibus concessionibus & confirmationibus quas *Philippus* filius *Willielmi* de *Cortyngstoke*, et *Ranulphus* de *Cortyngstoke*, et *Hugo* filius ejus fecerunt eis de omnibus terris et tenementis cum pertinentiis quæ habent et tenent de feodo suo in dictis villis de **Coztyngstoke** et **Kempeston**. Concessionem etiam et donationem quas *Willielmus Peverellus* per cartam suam fecit eisdem abbati et monachis de tota terra sua quam habuit de dominio suo cum pertinentiis in **Coztyngstoke** : Concessionem insuper et confirmationem quas *Sampson* de *Stretleya* per cartam suam fecit eisdem monachis de tredecim bovatis terræ, cum pertinentiis in eadem villa. Concessionem etiam & confirmationem quas *Willielmus Peverellus* per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de tredecim bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa. Concessionem verò quam *Ascelinus* quondam Prior ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Blida* & conventus ejusdem per cartã suam fecerunt eisdem abbati & monachis de tota terra quæ fuit eorumdem Prioris & conventus in eadem villa. Concessionem verò & confirmationem quas *Willielmus* quondam abbas sanctæ *Trinitatis* de *monte-Rothomagi* & conventus ejusdem per cartam suam fecerunt eisdem abbati & monachis de convencione quæ facta fuit inter ecclesiam de *Blida* & ecclesiam de *Geroldonia*; videlicet quod monachi de *Geroldonia* totam terram suam tenebunt cum appendiciis suis quæ habuerunt monachi de *Blida* in **Coztyngestok** in feodo & hæreditate: Concessionem vero & confirmationem quas *Johannes* filius *Radulphi* de *Constatyn* per cartam suam fecit eisdem monachis de decem bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa: Concessionem verò & confirmationem quas *Johannes* quondam constabularius per cartam suam fecit eisdem monachis de decem bovatis terræ cum pertinentiis in eadem villa quas tenent de monachis de *Blida*, una cum toftis & croftis & aliis pertinentiis suis. Donationem etiam & concessionem quas *Nigellus* de *Luvetost* per cartam suam fecit eisdem monachis de centum acris terræ cum pertinentiis in **Wilshon** : Donationem verò quam idem *Nigellus* & *Margareta* uxor ejus per eandem cartam fecerunt eisdem monachis de viginti acris terræ cum pertinentiis in eadem villa : Donationem insuper & confirmationem quas idem *Nigellus* per cartam suam fecit eisdem monachis de tribus solidatis redditus cum pertinentiis in eadem villa. Redditionem etiam remissionem, & quietam clamanciam quas *Nigellus* filius *Nigelli* de *Lovetot*, per cartam suam fecit eisdem monachis de viginti denaratis redditus cum pertinentiis in eadem villa. Donationem verò & confirmationem quas *Elias* de *Amundevill* nepos *Nigelli* de *Lovetot* per cartam suam fecit eisdem monachis de quatuor acris prati & dimidia cum pertinentiis in eadem villa : Concessionem insuper, & remissionem quas idem *Elias* per eandem cartam fecit eisdem monachis de toto jure & clameo quæ habuit, vel habere potuit in toto prato, quod *Nigellus* avunculus suus dedit eisdem abbati & conventui in eadem villa (*&c.*)

Concessionem verò & confimationem quas

Adam de *Herthull* filius & hæres *Richardi* de *Herthull* militis, per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de toto situ loci qui vocatur **Renestanes**, cum pertinentiis : Concessionem etiam & confirmationem quas idem *Adam* per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis, de omnibus terris, & tenementis & feodis quæ iidem abbas & monachi habent in villa de **Baldeyne**, & de omnibus aliis terris libertatibus & tenementis quæ tenent in feodo suo ubicunque fuerint. Donationem insuper, concessionem & confirmationem quas idem *Adam* per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis de communi pastura ad omnimoda averia cum pertinentiis in dictis villis de **Baleden & Revestanes**, & in mora de **Baliden** : Concessionem etiam quam idem *Adam*, per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis de libero ingressu & egressu cum omnimodis averiis suis ad communem pasturam depascendam : Donationem verò, concessionem & confirmationem quas idem *Adam* per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis de una marcata redditus cum pertinentiis in eisdem villis. Concessionem etiam & confirmationem quas *Robertus* de *Ferrariis*, quondam comes **Derby**, per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de omnibus terris & tenementis quæ habent ex donis antecessorum suorum in **Hethkote** : Concessionem verò & confirmationem quas idem comes per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis de uno messuagio, viginti acris terræ, & dimidia cum pertinentiis in nova-**Byggyng**, & **Wolstoncote**, & **Hertyngdone**, & de quodam prato vocato **Gothebolvesike**, in dicta villa de **Hertyngdone**, & de medietate cujusdam prati vocati **Overmedewe** in **Lé**, & de uno prato quod vocatur **Heye** in **Bradeborne**, & de uno prato vocato **Swetedales** : Concessionem insuper & confirmationem quas idem comes per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis, de sex acris terræ & dimidia cum pertinentiis in **Penertwyk** : Concessionem etiam & confirmationem quas idem comes per eandem cartam fecit eisdem abbati & monachis de quatuor bovatis terræ cum pertinentiis in **Neubold**, una cum toftis & croftis : Donationem verò & confirmationem quas *Rogerus* filius *Eve* per cartam suam fecit eisdem monachis de tota terra sua in **Derby** juxta mercatum cum domibus & orto, & omnibus appendiciis & asiamentis ad terram illam pertinentibus : Donationem insuper & confirmationem quas *Aldeburga* de *Haia*, per cartam suam fecit eisdem monachis de tribus toftis, cum pertinentiis in eadem villa : Donationem etiam, concessionem & confirmationem quas *Radulphus* filius *Gilberti le Especer* de **Notyngham** per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de tota terra sua cum domibus ibidem ædificatis in foro cotidiano de **Notyngham** : Donationem etiam, concessionem & confirmationem quas *Stephanus Dewe* de **Grymesby** per cartam suam fecit eisdem abbati & monachis de uno messuagio cum pertinentiis in **Grymesby** (*&c.*) ratas habentes & gratas (*&c.*) confirmamus (*&c.*) Datum per manum *Edwardi* ducis *Cornubiæ*, & comitis *Cestriensis* filii nostri charissimi custodis *Angliæ*. Apud *Westmonasterium* duodecimo secundo die Julii.

Carta *Hawisiæ* comitissæ de *Albemarle*.

HAwisia *comitissa* Albamarlæ : *Omnibus hominibus & amicis suis* Francis & Anglis *clericis & laicis, præsentibus & futuris, salutem.* *Sciatis me in legitima potestate mea constitutam post mortem domini mei* Baldewini *de* Betunia, *& postquam finem feci de jure & hæreditate mea cum domino Rege, concessisse & hac carta mea confirmasse in puram & perpetuam eleemosinam Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* Geroudon *& monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ, & domini mei* Willielmi *de* Mandevill *comitis* **Esser**, *& hæredum, & antecessorum meorum, quatuor carrucatas terræ in* **Estwell**, *cum omnibus pertinentiis liberas & quietas ab omni servicio quod ad comitem* Albemarle *patrem meum pertinuit, & quod ad me & hæredes meos pertinet, & ab omni terreno servicio ; videlicet illas quatuor carrucatas quas monachi habuerunt ex donatione* Radulphi Pincernæ *postquam idem* Radulfus *dirationaverat terram illam in curia domini Regis ; & ex confirmatione* Willielmi *de* Evermue, *& confirmatione* Willielmi *comitis* Albemarle *patris mei, de cujus feodo terra illa est : Et prohibeo ne aliquis eos inde gravet, nec inquietet, neque molestiam faciat, quia omnibus hæredibus terra quæ de feodo patris mei est in* **Eytone & Estwell** ; *& omnibus qui terram illam tenuerunt vel tenebunt quietum clamavi à me & hæredibus meis forense servicium, & omne servicium quod ad comitem* Albemarle *patrem meum pertinuit, & quod ad me & hæredes meos pertinet de terra monachorum. Et ego & hæredes mei adquietabimus terram illam in perpetuum de omni seculari servicio, & hac omnia prædictis monachis warrantizabimus. Hiis testibus,* Hugone *abbate de* Melsa, Jordano *abbate de* **Thorneton**, Adam *capellano.* Ranulfo *vicecom.* Henrico *de* .... Engeramo *de* Albemarle, Johanne Mauveisin, Aliza *de* Fontibus, Richeuda, Clementia *puellis meis.*

Ex autog. in bibl. Harlon.

Carta *Willielmi* comitis *Albemarle*.

WIllielmus *comes de* Albamare *filius* Hawisiæ *comitissæ de* Albamare *omnibus hominibus & amicis suis* Francis & Anglis *clericis & laicis præsentibus & futuris, salutem.* *Sciatis me concessisse & hac carta confirmasse in liberam & puram & perpetuam eleemosinam Deo & ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* Geroudon *& monachis ibidem Deo servientibus, pro salute animæ meæ & uxoris meæ & omnium antecessorum & hæredum meorum : Quatuor carrucatas terræ de feodo meo in* **Estwelle** *cum omnibus pertinentiis suis liberas & quietas ab omni seculari servicio quod ad comitem de* Albamare *avum meum, & ad* Hawisam *matrem meam comitissam de* Albamare *pertinuit, & quod ad me & hæredes meos pertinet, & ab omni terreno servicio ; videlicet illas quatuor carrucatas terræ quas prædicti monachi habuerunt ex donatione* Radulphi Pincernæ *de* Eytona *postquam idem* Radulfus *dirationaverat terram illam in curia domini Regis, & ex confirmatione* Willielmi *comitis de* Albamare *avi mei, & ex confirmatione*

tione prædicta Hawisæ *matris meæ comitisse de* Albamare *de cujus feodo terra illa est. Et prohibeo ne aliquis prædictos monachos inde gravet neque inquietet, neque molestiam faciat imperpetuum, quia omnibus haredibus terra quæ de feodo matris meæ est in* Eytona *&* Ettwelle, *& omnibus qui terram illam tenuerunt vel tenebunt quietum clamavi à me & heredibus meis imperpetuum forense servicium, & omne servicium quod ad comitem de* Albamare *avum meum, & ad* Hawisiam *matrem meam comitissam de* Albamare *pertinuit, & quod ad me & ad heredes meos pertinet de terra monachorum: Et ego & heredes adquietabimus imperpetuum terram illam de omni seculari servicio: Et hæc omnia prædictis monachis warrantizabimus. Testibus hiis, domino* Henrico *de* Aldetheleighe, Waltero *de* Deyvill, Stephano *de* Segrave, Fulcone *de* Oyri, Gaufrido Dispensario, Hugone *de* Foresta, Roberto *de* Burton, Johanne *de* Folevill, Roberto *de* Withine, Hugone *de* Streteghe, *& multis aliis.*

SWINESHEVEDENSIS
Abbatia in agro Lincolnienſi,
* *fundata anno MCxxxiiij.*

* Annales de Peterborough in bibl. Cottoniana.

Donationum confirmatio per Regem Henricum *ſecundum.*

Cart. 10 E. 2. num. 47.

Vide Par. 10 E. 2. part. 2. mem. 15, 16, & 17.

HEnricus Dei gratia Rex *Anglie* (*&c.*) Sciatis me conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Marie* de *Swyneſheved* & monachis ibidem Deo ſervientibus locum infra ſalices in mariſco de *Swyneſheved* in quo abbatia fundata eſt, cum tota cultura de prato, & quartam partem de mariſco ibidem, & duas piſcarias, & molendinum de **Burtoſtby**, & molendinum de *Sudwella*, & molendinum de *Mainceſtria*, & molendinum de **Caldecoth**, & molendinum de *Caſtertonia*, & terram **Tolom**, & **Henſgcroſt** & lxxx. acras de **Haye** & totam terram *Roberti Greſle* quam habuit in *Cotegrava*, & medietatem eccleſiæ ejuſdem villæ, & unam bovatam terræ in *Hintonia*, & unam bovatam in **Blocheſham**. Et in territorio *Caſtertonia* xv. acras ex donatione *Willielmi Herm*; & **Bacheſtaneſwang** ex dono *Hugonis*: Et unam carucatam terræ in **Cotegrave** ex donatione *Roberti* de *Archis*; & quicquid *Robertus Greſlei* prædictæ abbatiæ, & *Albertus* filius ejus fundatores, eiſdem dederunt & cartis ſuis confirmaverunt. Et vaccariam quam habuit in mariſco juxta abbatiam ex donatione *Stephani* comitis *Britannie*; & quicquid ipſe & hæredes ejus eiſdem dederunt & cartis ſuis confirmaverunt. Et **Blakemanns Thoſtby**, & **Gutthebozthescroft**, ex donatione *Hugonis* de *Wicheſtoft*, & unam ſalinam in **Dringtun** ex donatione *Engelranni Peiſſun*; Et unam bovatam terræ & dimidiam in *Buſtonia* ex donatione *Alani* de *Creun*. Et xiiij. acras in *Cotegrava* ex donatione *Roberti Roſel*. Et omnem excambitionem quam *Rogerus* de *Burun* fecit eiſdem monachis & homines ſui. Et in territorio de **Neubold**, Ex donatione *Willielmi* de *Vilers* & *Pagani* filii ſui duas carucatas terræ & duas bovatas & dimidiam & **Beteleſwang** & **Holeboldeſwang** & xvij. acras terræ apud **Cranemere** & iiij. toftas cum croftis & totam bruſoam quæ ad **Neubold** pertinet, & in eodem territorio xij. bovatas ex donatione *Heliæ* de *Francecurth* cum toftis & croftis ſuis. Et in territorio de **Chaſchinthozp** vj. bovatas terræ ex donatione *Thomæ* filii *Alfgarii*: Et iij. bovatas ex donatione *Edæ* uxoris *Vitalis* de *Bergeby* cum conceſſu hæredum ſuorum, & xvj. acras & ij. ſeliunculas ex donatione *Roberti* filii *Willielmi*, & unam bovatam & molendinum de **Chaſchinthozp**, & terram quæ ad molendinum pertinet ex donatione *Willielmi* filii *Roberti* & iij. ſeliuncas infra curtem grangiæ ex donatione *Walteri* filii *Hugonis*; Et vj acras ex donatione *Gunnilde* uxoris prædicti *Willielmi* & *Amauri* filii ſui in campo de **Chaſtchinthozp**: Et in **Steinwath** unam carucatam terræ & x. acras & iij. acras prati ex donatione *Hugonis* filii *Asketilli* & *Roberti* filii ejus. Et ex donatione *Simonis* comitis totum ortum *Rogeri* ortolani de **Gerewic**, & toftum ejus, & xij. acras terræ in forcatura ubi aqua de *Linc.* & aqua de **Gerewic** conveniunt in mariſco de **Hekintun**. Et paſturam xx. vaccis & totidem vitulis unius anni in mariſco de **Hekentun** & **Hal**; & liberum ingreſſum & egreſſum. Et ex donatione *Willielmi* de *Amundvile* unam toftam & unam bovatam terræ & v. ſeliuncas ubi molendinum ad ventum ſitum fuerat. Et ex donatione *Rogeri* de *Rundeſtain* v. ſeliuncas in **Havercroſt**, & unum quadrarium in campo de **Hetoure**. Et ex donatione *Roberti* filii *Girz* de *Ricra* unam toftam juxta pontem & quartam partem prati in **Hanſozhirne** & ij. ſeliuncas in **Richolm** & unam culturam juxta **Wiketoft** quæ vocatur **Neucroſt**. Et ex donatione *Stephani* de *Hoilandia* claſum ubi *Loſwinus* manſit in extrema parte de **Swyneſheved**; & omnia infra villas & extra in pratis & paſcuis & viis & ſemitis in ſtagnis & in aquis, in boſcis & campis & mariſcis cum communis & omnibus pertinentiis quæ donatores eorum eiſdem monachis dederunt & cartis ſuis confirmaverunt.

Preterea omnium fidelium dona prefatæ eccleſiæ rationabiliter conceſſa & imperpetuum poſſidenda cum communis & libertatibus quas eorum cartæ & cyrographa teſtantur de cujuſcumque feodo ſint, eidem eccleſiæ in puram atque perpetuam elemoſinam confirmo & corroboro. Quare volo (*&c.*) Hæc omnia eis conceſſi pro anima avi mei *Henrici* regis & pro anima patris mei & pro ſalute animæ meæ & matris meæ imperatricis & pro ſalute reginæ & filiorum & fratrum meorum omniumque fidelium. Teſtibus, *Rogero* archiepiſc. *Eboracenſi*, *Gilleberto* epiſcopo **London**, *Willielmo* comite de *Mandevilla*, *Ricardo* de *Lanci*, *Reginaldo* de *Curtenai*, *Willielmo* filio *Radulphi*, apud **Windeleſhores**, &c.

CALDRAENSIS *Abbatia in agro* Cumbrenſi * *fundata A. MCxxxiiij.*

* Chron. Saverburge Cestria

Confirmatio donationum, per regem Henricum *ſecundum.*

Can. 15. H. 3. m 9.

Vide Par. 37. E. 3. part. 2. m. 29.

HEnricus Rex &c. ſalutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe abbati & monachis de *Kaldra* omnes terras & tenementa ſubſcripta; videlicet ex dono *Ranulphi Meſchin* terram de *Kaldra* cum pertinentiis ſuis in qua abbatia de *Kaldra* fundata eſt, & **Bemertone**, & **Holegate** cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam manſuram in burgo de **Egremunt**, & duas ſalinas de **Withane**, & piſcariam de **Derewent**, & piſcariam de **Egre**, & paſcua ad omnia animalia eorum in foreſta ipſius *Ranulphi* quantum eis opus fuerit, & ea quæ neceſſaria fuerint ſalinis & piſcariis ſuis, & edificiis domorum ſuarum, & porcis ſuis ſine paſnagio per totam terram prædicti *Ranulphi* ſicut ſuis propriis. Ex dono *Johannis* filii *Adæ* & *Matbei* fratris ejus totam terram de **Stavenerge** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Roberti Bunekill* unam carucatam terræ in parvo **Gillecruz** quam *Radulfus* clericus de *Karl.* tenuit, cum omnibus pertinentiis ſuis; & xij. acras & unam perticatam terræ in minori **Gillecruz**; & unam acram prati quod eſt inter minorem **Gillecruz** & majorem **Gillecruz**, & paſturam ad xx. boves & xij. vacas, & vj. equos cum ſequela eorum unius anni. Ex dono *Rogeri* filii *Willielmi* totam terram quam habent in **Ikelinton** & **Bzachamton**, & totam partem quam habent in molendino de **Bzachamton**. Ex dono *Ricardi* de *Lucy* medietatem molendini de **Ikelinton** cum tota ſequela ad ipſam medietatem molendini pertinente. Ex dono *Beatricis* de *Molle* quinque bovatas terræ cum pertinentiis ſuis in minori **Gillecruch** & quartam partem molendini de majori **Gillecruch**. Ex dono *Thomæ* filii *Goſpatricii* unum toftum ſex perticarum & quartæ partis unius perticatæ in longitudine, & quatuor in latitudine in **Wirkintone**; & xx. ſalmones annuatim ad feſtum ſancti *Johannis Baptiſtæ*; & unum rete in **Derewent** inter pontem & mare. Ex dono *Thomæ* de *Moleton* medietatem villæ de **Dereham** in **Alrebale** cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Quare volo &c. quod prædicti abbas & monachi & eorum ſucceſſores habeant & teneant omnes terras & tenementa prædicta bene & in pace liberè & integrè cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ad prædictas terras & tenementa pertinentibus ſicut cartæ prædictorum donatorum quas inde habent rationabiliter teſtantur. Hiis teſtibus, *H.* de *Burgo*, *S.* de *Sedgrave*, *Philippo* de *Albini*, *Radulfo* filio *Nicholai*, *Godefrido* de *Craucumbe*, *G. Diſpenſatore*, *H.* de *Capella* & aliis. Dat. apud *Weſtmonaſterium* xix. die Aprilis.

Conceſſio abbatis & conventus de Caldra *quod archiepiſc. ordinet de eccleſiis de* **Beltermet** *&* **Arlokedene.**

Ex regiſtro *Godefridi Eborac.* archiep. part. 2. fol. 100.

REverendo in Chriſto patri *Godefrido Eboracenſi* archiepiſcopo *Angliæ* primati devoti obedientiæ filii *Willielmus* Dei patientia abbas de *Caldra*, & ejuſdem loci conventus, ſalutem, reverentiam, & honorem. Licet in eccleſiis ſancti *Johannis Baptiſtæ* de *Beebermet*, & ſancti *Michaelis* de **Arlokedene** in **Couplana** jus habeamus patronatus, cum exinde nullus, vel rarus fructus provenit, cum propter preces magnatum, proviſiones, & alia varia quæ obſiſtunt, nobis cum vacaverint, libera facultas non ſuppetat preſentandi. Immo dum quorundam precibus annuimus, & inviti, aliorum frequenter multorum indignationem incurrimus, & magnorum: ideoque paternitati veſtræ reverendæ, devotè ſupplicamus, quatinus de prædictis eccleſiis ordinationem facere velitis perpetuo duraturam, per quam commodum monaſterio noſtro accreſcat, & archidiaconatui *Richemundiæ*, ad quem inſtitutiones ſequeſtra eccleſiarum vacantium pertinent, & collatio poſſet ex cauſis variis pertinere. Nos autem ordinationem quam feceritis de predictis eccleſiis gratam habebimus, & acceptam, & imperpetuum obſervabimus, & ſcripti noſtri munimine confirmabimus, & faciemus futuris temporibus inviolabiter obſervari. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum menſe Novembris anno domini MCClxij. 1262.

Ordinatio archiepiſcopi ſuper eccleſiis predictis.

Ibid. part. 3. fol. 1.

UNiverſis preſentes literas inſpecturis G. *Dei gratia* Eboracenſis *archiepiſcopus*, Angliæ *primas, ſalutem in domino ſempiternam. Dilecti filii abbas de* Caldra, *& ejuſdem loci conventus* Ciſtercienſis *ordinis, eccleſias ſancti* Johannis Baptiſtæ *de* Bechirmet, *& ſancti* Michaelis *de* Arlokedene *in* **Couplana** *archidiaconatu* Richemundiæ, *noſtra dioceſi, commiſerunt noſtræ ordinationi perpetuo duraturæ, in quibus licet jus obtineant patronatus, rarus tamen, vel modicus eis exinde fructus pervenit, cum eis non ſuppetat præſentandi libera facultas, propter preces potentum, proviſiones, & alia varia quæ obſiſtunt. Nos igitur eorum votis annuentes, de prædictis eccleſiis taliter ordinamus; videlicet quod eccleſia ſancti* Johannis *de* Bechirmet, *quæ domui de* Caldra *propinqua & parochiæ ſanctæ* Bridgittæ *quam habent contigua, ipſis aſſignavimus poſt deceſſum vel ceſſionem* Willielmi *nunc rectoris, in uſus proprios convertendam, & perpetuo retinendam, ut per hoc elimoſina domus augeatur, & conventus ſuſtentatio amplietur. Et quia per hoc in ſequeſtris, inſtitutionibus, & collationibus, quæ variis accidere poſſent, non detrahatur juri archidiaconi* Richemundiæ: *in recompenſationem horum, eccleſiam de* **Arlokedene**, *poſt deceſſum, vel ceſſionem* Alani, *qui eam nunc tenet, ordinamus archidiaconatui*

fore

fore perpetuò annexam, & in usus archidiaconi convertendam, qui nullum in Coupland *habet receptaculum, cum ipsum oporteat & suos officiales ad partes illas, per loca fabulosa, & aquarum inundationes, & varias tempestates accedere pro causis discutiendis & excessibus cognoscendis, & corrigendis; habens receptaculum proprium liberius & plenius exerceat ea quæ ad curam pertinent animarum, quæ in transitu fieri commodè non valerunt. Et ut hæc nostra ordinatio rata & stabilis imperpetuum perseveret eam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Actum apud* Cawode *xviij. kalendas Januarii anno Domini MCCLxij.*

BELLALANDENSIS *Abbatia in agro* Eboracensi, * *fundata anno MCxxxiiij.*

* Chron. de Crokesden in bibl. Cottoniana.

Origo Bellelandæ.

Hist. will. Newbrigensis lib. 1. cap. 15.

IN transmarinis partibus, sicut à majoribus accepi, tres memorabiles viri, uno tempore, fuere; Scilicet *Robertus* cognominatus de *Arbuscelo*, *Bernardus*, & *Vitalis*: Hi non ignobiliter eruditi, & spiritu ferventes, circuibant per castella & vicos, seminantesque, secundùm Esaiam super omnes aquas, de conversione multorum fructus uberes colligebant; pio inter se placito constituto: quod *Robertus* quidem feminarum, communi labore, ad meliora conversarum sollicitudinem gereret, *Bernardus*, & *Vitalis*, maribus propensiùs providerent. *Robertus* itaque famosissimum illud monasterium de *Fonte-Ebraudi* construxit, & regularibus disciplinis informavit: *Bernardus* verò apud *Tyrocinum* & *Vitalis* apud *Saviniacum*, monachis regulariter institutis, suos quisque ab aliis per quasdam præceptorum proprietates distinxit. Cumque ex his tribus, quasi radicibus, fervorum, atque ancillarum Dei per diversas provincias religiosa germina pullularent; quidam *Saviniacenses* monachi *Bellalandam* nostram condiderunt. Qui cum essent numero pauci & pauperes, locumque aptum quærerent, ubi, Deo propicio, cum fructu aliquo habitarent; nobili viro *Rogerio* de *Mulbray* (qui & *Newburgensem* fundavit ecclesiam) donante, locum, prius angustum acceperunt: deinde ad locum alium, de illo ad tertium, & de tertio ad quartum sub eodem patrocinio, diversis ex causis migrantes, ibidem fixis radicibus tandem resedêrunt: Benedixitque eis dominus, & de rebus angustis ad magnam jam amplitudinem pervenerunt sub patre *Rogerio*, mirandæ sinceritatis viro, qui adhuc superstes est, in senecta uberi, administrationis suæ annis circiter quinquaginta, & septem expletis. Fuit autem monasterii hujus initium post venerabilis *Turstini* decessum, memoratis duobus, scilicet *Rievallis*, & *Fontium* in bono jam statu agentibus. Et quoniam ante annos jam plurimos *Saviniacenses* per cujusdam abbatis religiosam instantiam in ritus *Clarevallenses* transierunt, hæc tria monasteria, per unitatem disciplinæ regularis, archori quoque animorum nexu cohærent, & tanquam tria nostræ provinciæ lumina, sacræ religionis prærogativa refulgent. Quid autem sentiendum est de his, & aliis locis religiosis, qui in diebus Regis *Stephani* copiosiùs extrui, & florere cœperunt, nisi quod castra Dei sunt hæc, in quibus contra spiritualia nequitiæ, Regis Christi excubant milites & exercentur tyrones? (*&c.*)

Quomodo mutatum fuit cognomen de Albantio *in cognomen de* Mubrai.

Ex vetusta membrana in turri b. *Mariæ Ebor.*

ROgerus de *Mowbray*, qui fundavit abbatiam de *Bellalanda*, non tenuit cognomen patris sui *Nigelli* de *Albantio*. Tempore Regis *Henrici* filii *Willielmi Bastard*, cum *Angliam* obtinuisset, *Roberto Curthose* fratre suo in partibus *Jerosolomitanis* agente, fuerunt duo, videlicet, fratres de familiâ Regis, strenui viri, quorum unus fuit comes de *Clara*, alter comes Arundell, & tertius frater eorum fuit *Nigellus* de *Albaneio* tunc adolescens, bonæ indolis, & magnæ spei, portans arcum Regis; qui cum miles factus fuisset, propter sui probitatem feoffavit eum Rex *Henricus*, in primis de Egmanton in foresta sua cum parcis, & pertinentiis suis; Quam villam post modicum tempus, dedit *Nigellus*, *Roberto* de *Ayvile*: Quod cum Rex audisset & inquisisset à *Nigello*, utrum sit esset; respondit quod sic, & quod Rex tunc duos probos milites habuit, ubi antea habuit non præter unum. Approbavit Rex factum, & feoffavit eum de vavaseria de Cantill & de vavaseria de Mibill. Præterea vero reverso *Roberto Curthose* de *Syria*, audiens quod *Willielmus* Rex *Rufus* frater ejus, in fata decessisset, voluit coronari in Regem, & invenit *Henricum*, fratrem suum coronatum, in processu temporis statuit cum eo pugnare apud Tenerchbray in *Normannia*, ubi *Nigellus* de *Albaneio* occidit dextrarium ipsius *Roberti Curthose*, & ita captum reddit Regi *Henrico*. Tunc Rex *Henricus* feoffavit ipsum *Nigellum* de tota terra *Roberti* de *Frontebovis* in *Anglia*, qui relicto rege, se convertit ad *Robertum Curthose*. Tunc temporis cepit *Nigellus* in uxorem filiam *Hugonis* de *Gurnay* in *Normannia*, nomine *Gundredam*; Hæc fuit fundatrix abbatiæ de *Bellalanda*. Postea obsedit idem Rex *Henricus* castrum unum in transmarinis partibus, quod *Nigellus* de *Albaneio*, primò intrans cepit. Tunc proposuit Rex ditare eum amplius; & dedit ei totam terram *Rogeri* de *Molbray* in *Normania*, qui *Rogerio* fuit comes de *Northumbria*; & statim fecit seisinam de castro de Molbray, & de castello de *Baiocis*, & de castro de *Cun*..... cum magnis possessionibus, & pertinentiis suis. Habuit autem tunc *Nigellus* sexies viginti milites feofatos in *Normania*, & septem viginti feofatos in *Anglia*. Et cum cepisset breve domini Regis de capienda seisinæ in comitatu *Northumbriæ*, & incepisset proficisci, infirmabatur apud *Rotomagum*, post modicum tempus obiit, & sepultus est apud *Rotomagum* in *Normania*; Cum verò *Henricus* Rex dedisset dicto *Nigello* terram *Rogeri* de *Molbray*, precepit ut filius & hæres ejus cognomen haberet *del* Mowbray.

byay. Filius & hæres dicti *Nigelli* de *Albanie*, fuit *Rogerus* de *Molbray*, qui fundavit abbatiam de *Bellalanda*, & plura alia loca sancta: Hic cruce signatus ivit in terram sanctam, & captus à *Saracenis*, redemptus fuit per militiam templi, & mortuus in terra sancta, sepultus est apud **Jores.** Filius *Rogeri* de *Molbray* primogenitus fuit *Nigellus* de *Molbray* qui ei successit. Hic *Nigellus* uxorem cepit *Mabiliam*, & genuit ex ea quatuor filios, *Willielmum*, *Robertum*, *Philippum*, & *Rogerum*, postea idem *Nigellus*, cruce signatus, obiit in mare Græco; in dolio, in mare projectus, continente, qualis vir fuerit. *Willielmus* verò primogenitus, & hæres captus fuit apud **Lincoln**, & dedit pro redemptione sua, quandam villam, nomine **Benstede.** Idem *Willielmus* de *Molbray* genuit *Nigellum* & *Rogerum*. *Nigellus* verò duxit in uxorem filiam *Rogeri* de *Camvilla*: obiit apud **Jauntys**, absque hærede, & sepultus est apud *Novum-Burgum*. *Willielmus* filius *Nigelli* obiit in insula de **Jareiholm**, & sepultus est apud *Novum-Burgum*; Cui successit *Rogerus* filius, qui duxit uxorem nomine *Matildam*, filiam *Willielmi* de *Bello-campo*, de qua genuit filias tres, & filium unum nomine *Rogerum*, Postea obiit, & sepultus est apud *Pontemfractum*, cui successit *Rogerus* filius ejus, qui duxit uxorem nomine *Roysam*, de qua genuit filium nomine *Johannem*.

Carta *Walteri* de *Sciflings* de duabus bovatis terræ in **Junnethozp.**

Ex autogr. in turri b. *Mariæ Ebor.*

Universis Christi fidelibus præsentibus & futuris, Walterus *de* Sciflings *persona de* **Bilsdale** *salutem in Domino. Noveritis me dedisse concessisse, & præsenti carta mea confirmasse Deo & abbati & monachis sanctæ* Mariæ *de* Bellalanda *duas bovatas terræ in* **Junnethozp**, *illas scilicet quas habui ex donatione* Willielmi *de* Scifling *fratris mei. Habendas & tenendas eisdem monachis & successoribus suis, & ad faciendum inde quicquid voluerint in perpetuum, cum omnibus pertinentiis & libertatibus, & aisiamentis, infra villam & extra ad dictas bovatas terra pertinentibus liberè, solutè & quietè, ab omni terreno servicio & exactione seculari, prater duos solidos tantum reddendos annuatim monialibus de* **Basedale** *pro omni servicio; scilicet ad festum sancti* Martini *in hyeme. Hanc verò donationem feci Deo, & predictis abbati & monachis de* Bellalanda *in perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ & omnium antecessorum & hæredum meorum, ad faciendam unam pitantiam predicto conventui de* Bellalanda *singulis annis; scilicet in die nativitatis domini. Et ego predictus* Willielmus *de* Sciflings *& hæredes mei predictas duas bovatas terra cum omnibus pertinentiis eisdem abbati & monachis de* Bellalanda, *& successoribus suis vel assignatis suis contra omnes homines in perpetuum warentizabimus. Hiis testibus*, Johanne *de* Bulemer, Willielmo *de* Malthebi, Engeram *de* Bovington, Gaufrido *de* Piketon, Willielmo *de* Lohareng, (*&c.*)

Carta Hugonis *de* Wake, *&* Johanne *de* Stutevill, *uxoris ejus.*

Ibid. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentibus & futuris, *Hugo Wake & Johanna de Sutevill* uxor ejus, salutem. Noveritis nos concessisse & quietum clamasse, à nobis & hæredibus & successoribus nostris, & hac præsenti carta nostra confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* de *Bellalanda*, & monachis ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam omnes terras & omnia tenementa qus habent vel habere poterunt de feodo *Thomæ Fossard* in **Sutton**, cum capitali messuagio ejusdem villæ, & in **Partherby**, & in **Lasthozpe**, & in villa *sancti Felicis*, & **Hod** cum omnibus aisiamentis, libertatibus, & pertinentiis in omnibus locis & rebus; scilicet in dominico in terra errabili, in pratis, pascuis, & pasturis, aquis, piscariis, molendinis, & boscis, in villenagiis & homagiis liberè tenentium, & maritagiis, releviis, wardis, escaetis, & omnibus aliis serviciis, consuetudinibus, auxiliis, & sectis curiæ quæ ad nos vel hæredes vel successores nostros aliquo modo potuerunt vel poterunt pertinere. Hæc omnia habebunt prædicti monachi in libera & perpetua elemosina, sicut ulla elemosina liberiùs & quietiùs teneri potest sine aliquo servitio, consuetudine, & exactione, excepto quod dicti monachi nobis & hæredibus nostris, vel successoribus nostris in perpetuum sexaginta solidos annui redditus persolvent, scilicet triginta solidos ad festum sancti *Martini* in hyeme, & triginta solidos ad Pentecosten; Et salvo nobis & hæredibus & successoribus nostris scutagio domini regis quantum pertinet ad feodum unius militis cum per regnum generaliter fuerit assisum. Hiis testibus, *Richardo Duket*, *Walrano* de *Mortimer*, *Rogero* de *Stapletona*, *Ada* de *Hiltona*, *Richardo* de *Saltfleetby*, *Nicholao* persona de *Hettona*, *Hanneray* de *Brune*, *Galfrido* de *Depehinges*, magistro *Johanne* de *Sutteby*, *Nicholao* de *Dundeburc*, *Roberto* de *Stokisley*, monachis de *Bellalanda*, & aliis.

Confirmatio donationum per Johannem *de* Moubray.

In registro de *Bellalanda* penes *Johannem Rushworth* armigerum. fol. 179.

Johannes filius & hæres *Johannis* de *Moubray* dominus Insulæ de **Barholme**, & de honoribus de **Gouher**, & de **Bzember**, omnibus senescallis meis, feodariis, forestariis, balivis, præpositis, & omnibus aliis ministris meis, ac omnibus Christi fidelibus salutem in Domino. Inspexi donationes, concessiones, confirmationes, ratificationes, & quietas clamationes progenitorum, & antecessorum meorum; videlicet dominæ *Gunredæ* de *Mowbray*, domini *Rogeri* filii ejus, domini *Nigelli* de *Moubray* filii ejusdem *Rogeri*, domini *Willielmi* de *Mowbray* filii sui, domini *Rogeri* filii *Willielmi* de *Mowbray*, domini *Rogeri* filii ejusdem *Rogeri* de *Mowbray*, domini *Johannis* filii ejusdem *Rogeri* de *Moubray*, & aliorum, Deo & beatæ *Mariæ*, abbati & monachis de *Bellalanda* datas, & concessas, de omnibus terris, & tenementis, redditibus, servitiis, tam liberorum hominum, quam nativorum, pratis, moris, pascuis, pasturis, marisicis, boscis, viis, semitis, forestis, bruariis,

ariis, virgultis, alnetis, turbariis, mineris plumbi, & ferri, quareriis, aquis, stagnis, vivariis, piscationibus, molendinis, communis & omnibus aliis rebus, & proficuis, in omnibus locis, propè, & procul, subtus terram, & supra terram in **Middlemor & Kamesgill,** per metas, & divisas, in donationibus & confirmationibus specificatas, quam alibi, ubicunque in feodo meo, una cum homagiis, maritagiis, wardis, releviis, escaetis, & cum omnibus aliis servitiis, & consuetudinibus, libertatibus, & aisamentis universis in perpetuum, in puram, liberam, & perpetuam elemosinam, solutam & quietam ab omni terreno servitio, & exactione & inquietatione seculari, & demanda. Ego verò dictus *Johannes* filius & hæres *Johannis* de *Moubray*, caritatis intuitu, & pro salute animæ patris, & matris meæ & omnium antecessorum, & hæredum meorum, omnes donationes, concessiones, confirmationes, ratificationes, & quietas clamantias, per progenitores & anteccessores meos, seu per quoscunque alios Feoffatores, datas, & concessas, vel in posterum dandas vel concedendas per hæredes meos, vel alios quoscunque feoffatores, abbati & monachis de *Bellalanda*, & eorum successoribus in perpetuum de omnibus terris & tenementis in dictis donationibus, concessionibus, confirmationibus progenitorum meorum, seu aliorum quorumcunque contentis, & specificatis, & omnibus aliis ubicunque in feodo meo jacentibus, & acquisitis; videlicet. in dominicis terris cultis, & incultis, pratis, pascuis, & pasturis, marisceis, viis, semitis, forestis, liberis chaceis, boscis, bruariis, virgultis, alnetis, mineris plumbi & ferri, quareriis, tam marmorei, quam alterius generis lapidum, aquis, stagnis, vivariis, piscationibus, gurgitibus, molendinis, communis, & omnibus aliis rebus, & locis propè, & procul, subtus terram & supra terram, tam in **Middlesmore, & Kammesgill,** & in omnibus aliis locis in **Niderdale,** infra feodum meum, per metas, & divisas, in donationibus & confirmationibus eorundem specificatas, per totum feodum meum, una cum villenagiis, homagiis liberè tenentium, maritagiis, wardis, releviis, escaetis, & cum omnibus aliis servitiis, consuetudinibus, libertatibus, & easimentis universis, ubicunque infra feodum meum, pro me, hæredibus meis, & assignatis in perpetuum, confirmo, & ratifico, dictis abbati & monachis, & eorum successoribus, in puram, liberam & perpetuam elemosinam, solutam & quietam ex omni terreno servitio, exactione, & inquietatione seculari, & demanda. Volo etiam & concedo, & pro me & hæredibus meis, in liberam, purã & perpetuam elemosinam confirmo: quod prædicti abbas, & monachi, & eorum successores, sint in perpetuum quieti de sectis curiæ quæ ad me, vel ad hæredes meos pertinent, & de omnimodis terrenis servitiis, exactionibus, & demandis universis; Similiter volo, & concedo, & pro me, & pro hæredibus meis, quietum clamo antedictis abbati, & monachis, quod ipsi, & successores sui, homines, famuli, & eorum quicunque tenentes, & infra libertatem beatæ *Mariæ* de *Bellalanda*, ubicunque commorantes, ementes, vel vendentes, sint in perpetuum quieti, liberi, & absoluti per totam terram meam, & feodum meum, de thelonio, & de omnibus custumis, exigendis, & demandis universis quibus possent aliquo modo accusari, calumniari, vel impediri, ratione merchandiæ suæ in perpetuum.

Concedo insuper & confirmo, pro me & hæredibus quibuscunque, quod prædicti abbas, & monachi, & successores eorum, ac homines & tenentes eorum habeant in perpetuum liberos & sufficientes introitus & exitus, ad se, & ad omnimoda averia sua fuganda, & carriagia sua facienda, in eundo, & redeundo ad loca sua, vel alibi, cum equis, summagiis, carris, carectis, & quadrigis, ubicunque fuerint per totam terram meam, & feodum meum, prope & procul, sine aliquo impedimento, vexatione, vel turbatione cujuscunq; vel quorumcumque, exceptis terris seminatis, & pratis tempore clauso. Concedo etiam & ratifico, & confirmo pro me, heredibus, & assignatis meis, omnes libertates, & earum quaslibet per dominum regem & progenitores suos concessas & confirmatas, & in posterum concedendas dictis abbati, & monachis & eorum successoribus in perpetuum, sine impedimento, vel calumnia, ita quod nec dicti abbas, & monachi, nec eorum homines, seu tenentes, nec aliqui alii extranei, supra terram & infra libertatem suam delinquentes, homicidia, vel latrocinia, vel aliquas felonias vel forisfacturas committentes, non conveniantur, occasionentur, nec justitiari distringantur coram me, vel hæredibus meis, vel senescallis, ballivis, vel aliis ministris meis, vel hæredum meorum in curia mea, vel hæredum meorum ubicunque; set jurisdictionem super taliter delinquentibus, super terram suam, & infra libertatem suam, in curia sua de **Sutton** subtus **Whitstancliffe,** & alibi prout testatur, & specificatur, in chartis, & confirmationibus regalibus de libertatibus suis eis concessis, habeant, & gaudeant sine aliquo impedimento mei, vel hæredum meorum in perpetuum, tam in omnibus terris suis de **Niderdale,** infra feodum meum, quam alibi, ita quod causa cujuscunque libertatis, titulo dominii mei in **Niderdale,** vel per totum territorium de **Eyzkelv-Dalfarde,** vel alibi mihi competentis, eorum libertas in **Niderdale,** nec alibi in terris, & feodis suis, infra feodum meum impugnetur, seu impediatur. Confirmo etiam & licentiã do, pro me & hæredibus meis, quod si qui infra feodum meum terras, vel tenementa, vel advocationem alicujus ecclesiæ, capellæ, vel hospitalis, dare, vendere, in posterum, vel servitia, vel consuetudines remittere vel relaxare voluerint dictis abbati & monachis, pro salute animæ suæ vel in escambium, vel aliqua alia causa quacunque, quod bene liceat eis hoc facere, & dictis abbati, & monachis mortificare in perpetuum, sine impedimento mei vel hæredum meorum. Omnes autem donationes, confirmationes, ratificationes & quietas clamantias per progenitores meos, & alios quoscunque, dictis abbati, & monachis de *Bellalanda* ratas, & concessas, ac omnes articulos superius concessos, & specificatos, tangentes libertates suas regales, & omnes alias libertates, exonerationes, pro me, & hæredibus meis, & assignatis meis, vel hæredum meorum, in puram liberam & perpetuam elemosinam, ac solutam ab omni terreno servitio, vel seculari inquietatione,

seu demanda concedo, confirmo, ratifico, & quietas clamo in perpetuum, intuitu caritatis, & pro salute animæ meæ, & antecessorum, & hæredum meorum, dictis abbati, & monachis, & eorum successoribus in forma prædicta in perpetuum permansuras. His testibus, domino *Willielmo Darell, Willielmo Malbys, Rogero* de *Weston, Johanne* de *Colvile, Johanne* de *Waxand* militibus. *Marmaduco Darell, Johanne* de *Kylvyngton, Johanne* de *Baxeby, Johanne Upsale, Roberto Busey*, & aliis. Datum in monasterio beatæ *Mariæ* virginis de *Bellalanda* in festo sanctæ *Margaretæ* virginis, anno domini MCCCxl. quinto.

Carta Thomæ *comitis* Mareschalli, *de confirmatione carta fundatoris.*

Ex autogr. in turri b. *Mariæ Ebor.*

THomas comes *Mareschallus* & **Notingham**, dominus de **Mowbray**, & de **Segrave**, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem in domino. Noveritis nos diligenter inspexisse, & intellexisse cartam quam piæ memoriæ dominus *Rogerus* de *Mowbray* progenitor noster & fundator monasterii sanctæ *Mariæ* de *Bellalanda* fecit Deo & monachis ejusdem domus in hæc verba.

Vide Pat. 4 E. 4. part. 4. mem. 18. Et Pat. 1 R. 2. part. 2 m 9 Et Cart. 14 R. 2. nu. 18.

Eboracensi *archiepiscopo & toti capitulo sancti* Petri *& omnibus hominibus* Francis & Anglis, *& omnibus sanctæ matris ecclesiæ fidelibus*, Rogerus de Mowbray, *salutem. Sciatis me dedisse, concessisse, & præsenti carta mea confirmasse Deo & monachis sanctæ* Mariæ *de* Bellalanda, *locum ubi sita est abbatia eorum, cum tota foresta qua circumjacet per has divisas, tam subtus terram quam supra terram. Sicut via descendit de* **Yedh** *usque ad fundum vallis quæ est inter* **Killeburne** *&* **Pidelberg**; *& inde per fundum ejusdem vallis usque ad* **Gilleberg**; *& inde sicut* **Fulfike** *vadit juxta* **Cambichebed** *usque ad* **Bzinks**; *& inde sicut parva vallis vadit ab aquilonari parte sub* **Bzink**, *usque ad rivulum aquæ quæ venit de* **Gzundleskeld** *& cadit in ipsam vallem*; *& inde vadit ad* **Wytekor**, *& ibi cadit in* **Pikelbek** *sub molendino ipsorum monachorum*; *& sic de foris, ab septentrionali parte de subtus* **Wyteker** *versus orientem, usque ad pedem montis d.* **Craiclynt**; *& inde flectendo versus aquilonem usque ad ductum aquæ currentis in valle in* **Burtoft**, *& pasturam* Amplesfordiæ, *& descendit in* **Polbek**; *& sic ascendendo per ipsam vallem in ductum aquæ usque ad latam viam super moram supra* **Dzakedalchebid**, *& juxta* Scalcomyam, *quæ via venit de* **Spzorton**, *& sic per eandem viam versus occidentem inter divisas de* **Cambe** *&* **Scaltune**, *usque ad locum, ubi via devenit de mora, per* **Yedh**: *& sic per le* **Mutandkeld** *usque ad fossatum sub* **Pidleberg**, *quod vadit de foris pratum monachorum.*

Dedi etiam & confirmavi Hod, **Cambe**, *& omnia necessaria in pastura, & materie & ceteris aysiamentis per totam forestam de* **Cuskewald**, *&* **Killeburne**; Bellalandam *super moram, cum ecclesia ejusdem villæ*; *magnam*-Wildonam, *& parvam* Wildonam; **Roseberg**, **Skaklden**, *& totum* **Erghum** *in bosco, & terra, & pratis, cum pertinentiis, & communam pasturæ omni tempore in terrura & boscis de* **Yodingham**. *Et terram in* **Tirnsholme** *de Insula de* **Yarholme** *cum omnibus piscariis suis quas ibi dedi eis & concessi, & cum aliis aysiamentis, quæ necessaria habuerint de marisco, & harundineto, & de virga & feno*; *Et terram quam dedi eis in* Cava, *&* **Yoton** *& in* **Palesard**: *Ac unum toftum & unam carucatam terræ in* **Treske**: *Et per omnes forestas meas planarie, quæ necessaria sunt illis per providentiam dapiferi mei. Concedo quoque & confirmo eis omnes donationes quas homines mei eis fecerunt*; Mortonam *scilicet*, **Snyleswath**, **Bagby**, *quas habent ex donatione* Hugonis Malebisse: **Thozp** *quoque cum omnibus pertinentiis suis, per metas & divisas quæ continentur in carta* Willielmi *de* Wyvill. *Concedo & corrobora quicquid habent in* **Thozp** *juxta* **Tresk**, *ex dono* Matildis *de* Staingrit, *&* Simonis *filii ejus. Remitto etiam eisdem monachis omnem redditum qui mihi debebatur de eadem terra. Concedo etiam & confirmo quicquid habent in* **Faldington** *ex dono meo, &* Willielmi *de* Mandevill. *Concedo eis servitium* Petri Basseth, *&* Willielmi *filii* Huicke *de una carrucata terræ in* **Amplesozp**, *de qua carrucata omnem libertatem, quam in propria manu habui, eis dedi. Concedo insuper & confirmo conventiones, quæ factæ sunt inter ipsos & canonicos de* Novo-Burgo *de* Craiclynt, *& de divisis & cæteris compositionibus inter eos confectis. Sed & donationes quas habent de* Thoma *de* Colevill *&* de Roberto *de* Eyvill, *& omnia prænominatis terris adjacentia, in boscis, & planis, & pasturis, viis, semitis, aquis, stagnis, & omnibus aliis rebus, & aysiamentis. Præterea si quis hominum meorum aliquod eis beneficium in terra, vel aliis rebus conferre, vel aliquod excambium cum eis, ad utilitatem eorum, facere voluerit, bene eis concedo, &* Nigellus *filius meus concedit.*

Hanc donationem, concessionem, & confirmationem solutam puram & quietam ab omni calumpnia & omni terreno servitio facio prædictis monachis & eorum posteris in liberam, puram & perpetuam elemosinam pro salute animæ meæ & Nigelli *de* Albeneyo *patris mei, et* Gunoriæ *matris meæ, & omnium fidelium. Et omnia prædicta ego* Rogerus *de* Mowbray, *& hæredes mei, & assignati nostri manutenebimus & guarantizabimus prædictis monachis, & eorum successoribus contra omnes mortales, & in perpetuum defendemus per hanc cartam. Et in testimonium hujus rei huic carta sigillum meum est appensum. His testibus*, Nigello *&* Roberto *filiis meis*, Swano *magistro hospitalis sancti* Petri, *&* Pagano *fratre ejusdem domus*, Oliveto *de* Busey, Johanne Crevequer, Roberto *capellano, & alio* Roberto *de* Mowbray *capellano*, Roberto Beler, Waltero *de* Meynill, Rogero *de* Erdena, Walkelino, Willielmo *filio* Ucce, Thoma *capellano, & aliis.*

Quam quidem cartam nos præfatus *Thomas*, ac tenorem ejusdem ad requisitionem dilectorum nobis in Christo, Religiosorum virorum, abbatis & conventus de *Bellalanda* exemplificari de verbo ad verbum fecimus per præsentes pro majori securitate eorundem. Et in hujus rei testimonium præsenti copiæ veraciter ex originali extractæ, sigillum nostrum est appensum. His testibus legalibus, & probis viris in comitiva nostra simul nobiscum proficiscentibus ad dominum nostrum

strum *Richardum* illustrem Regem *Anglie* versus *Scotiam*; videlicet dominis *Richardo* de *Ponynges*, *Laurentio* de *Bercroll*, *Thoma Camoys*, *Johanne* de *Multon*, *Johanne* de *Hastinges*, *Thoma* de *Calverlay* militibus. Domino *Johanne* . . . . . capellano, *Thoma* de *Rungeton*, *Johanne Rysom* & aliis in multitudine copiosa. Datum apud *Bellamlandam* die veneris proxima ante festum sanctæ *Mariæ Magdalenæ*; Anno regni ejusdem domini *Richardi* secundi, post conquestum *Anglie*, nono. Quo die abbas & conventus ejusdem domus, ad rogatum nostrum specialem, nos, intuitu caritatis, receperunt ad fraternitatem capituli sui, & concesserunt nobis participationem omnium missarum & orationum & aliorum bonorum spiritualium, quæ, per fratres sui conventus fieri concesserit clementia salvatoris. Et Nos prædictus *Thomas* igitur, vice versa memoratam cartam fundationis suæ, & omnia in eadem contenta, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, acceptamus, approbamus, & ratificamus, ipsisque abbati & conventui, & eorum successoribus imperpetuum confirmamus per tenorem præsentis scripti: Salvis semper legalibus, & rationabilibus excambiis inter progenitores nostros, & quosdam alios antiquitùs confectis de quibusdam præmissorum, quibus in aliquo præjudicandum & derogandum non intendimus per præsentes, aliqualiter. Acta die & anno suprapræmonstratis.

BILDEWASENSIS *Abbatia in agro* Salopiensi,

* Annal. de Peterborough in bibl. Cotton. * *fundata A.* MCxxxv.

Confirmatio fundationis per regem Stephanum.

Ex autographo in bibliotheca Cottoniana.

Stephanus rex *Anglorum* archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, & omnibus fidelibus suis totius *Anglie* salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse in perpetuam elemosinam Deo, & ecclesiæ sancti *Ceadde*, & abbati, & monachis de ordine *Saviniacensi* in ea Deo servientibus de Billewas, totum manerium ipsum in bosco, & plano, & hominibus & omnibus ad illud pertinentibus, sicut *Rogerus* episcopus *Cestriæ* locum illum eis dedit, & coram me concessit: Ego quoque pro animabus patrum, & parentum meorum, & nominatim pro anima regis *Henrici*, & pro salute mea, & uxoris meæ reginæ, & fratrum, & filiorum meorum clamo eis quietum imperpetuum manerium illud, quod se pro una hida defendebat, quietum dico, & liberum, de *Scotto*, & *Lotto*, & *Geldo*, & *Danegeldo* & auxiliis, & operationibus castellorum, & pontium, & exercitu, & omni terreno servitio quod mihi pertinebat de illa hida terræ. Quare volo & firmiter præcipio quod bene, & in pace, & liberè & quietè teneant amodo usque in sempiternum; & ut ista mea concessio & episcopi donatio firma & inconcussa permaneat præsentis sigilli mei eam confirmatione corroboro, & subsequentium attestatione communio. Testibus, *R.* episcopo *Hereford*, & *R.* comite *Legr* & comite *Symone* de *Silvanect.* & *Roberto* de *Ferrariis*, & *M. Gloecestriæ*, *Willielmo* de *Albinei Pincerna*, & *Hugone* de *Gurniaco*, & *Philippo* de *Belmico*, apud *Salopesberiam* in obsidione, anno incarnationis dominicæ MCxxxix. regni vero mei tertio. A. 1139.

Carta *Gilberti* de *Lacy*.

Cart. 20 E. 1 n 39. & 40 per Inspex.

Omnibus (&c.) Gilbertus *de* Lacy *filius* Aumericii *de* Lacy *salutem. Noveritis me dedisse* (&c.) *Deo & monachis ecclesiæ S.* Mariæ & *S.* Ceddæ *de* Buldewas, *totam* Herregiam *cum terra quam* Mauricius *aliquando tenuit*; *scilicet quicquid habuit in eadem villa tam in dominico quam in servitio, sine ullo retenemento* (&c.) *Habendam in puram & perpetuam elemosinam solutam liberam & quietam ab omni servicio seculari exactione & demanda, infra has divisas*; *scilicet à ficheto quod dicitur* Scitremozesiche *ubi descendit de campo de* Herenegia *ultra viam juxta eundem campum sursum juxta altum nemus haye, ultra cilium montis obliquando versus austrum, usque ad viam quæ vadit versus* Kenceleyam, *includendo totum le* Riffet, *& ita per illam viam de* Belneley *juxta molendinum*; *& per sepes ortorum versus* Belneley *usque ad rivulum ultra villam de* Belneley; *& ita per rivulum illum descendendo per divisas inter terram de* Herenege, *& terram* Wilhelmi Burnel *usque ad veterem rogum calcis juxta* Benildebzoc; *& sic per* Beo nildebzoc *deorsum usque ad divisas de* Poztone, *& sic per divisas de* Poztone *usque ad divisas inter campum de* Cristeseche, *& de* Herenege, *usque ad fossatum juxta capud de* Willardes medwe, *& inde per fossatum juxta altum nemus haye per assartum* Reynaldi, *& per* Scitremoze, *includendo totum* Scitremoze *usque ad prænominatam* Scitremozesiche *ubi descendit de campo de* Herenege *ultra viam prædictam, ad includendum & faciendum inde quicquid voluerint. Præterea dedi* (&c.) *præfatis monachis in puram & perpetuam elemosinam communam pasturæ in territorio manerii de* Cristeseche *tam in bosco qui vocatur* haya *quam alibi ubicunque liberi homines & alii de* Cristeseche *habuerint communam ad quinquaginta boves & vaccas cum nutritura decem vaccarum unius anni, & ad quinquaginta porcos liberè & sine pasnagio & in eadem* haya *decem carratas clausturæ & decem carratas focalis recipiendas annuatim imperpetuum per visum servientis mei sine mora & dilatione & cavillatione ipsius servientis. Quod si serviens impedierit vel distulerit ultra duos dies, liceat eis libere & sine contradictione accipere illas carratas clausturæ & focalis non expectato serviente. Concessi etiam eisdem monachis* (&c.) *quod ipsi & conversi & servientes eorum habeant liberum transitum ubique per terram meam, tam in villa de* Cristeseche *quam extra de* Herenege, *&*

de aliis locis uſque ad aquam Sabrinæ *cum ovibus ad lavandum, eundo, & redeundo, & morando in paſtura, quouſque perlate fuerint, & competenter inde amoveri poſſent; & cum omnibus carriagiis & aiſiamentis que voluerint, & quando voluerint, & ubi voluerint, & ibi ſuper ripam dimittant extra ſua quam diu voluerint & quando voluerint onerent naves ſuas & aſportent omnia ſua liberè & ſine impedimento & contradictione mei vel heredum meorũ per nos. Et ego & heredes mei* (&c.) *warantizabimus* (&c.) *Hiis teſtibus, dominis* Ymberto *Priore de* **Wenlok**, *domino* Johanne *filio* Alani, Willielmo *ſacerdote de* **Draytone** (&c.)

Carta Osberti *filii* Willielmi *domini de* **Stirtheleye.**

Ibid.

OMnibus (&c.) *Oſbertus* filius *Willielmi* dominus de **Stirtheleye** ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis me (&c.) dediſſe (&c.) monachis de **Buldewas** in liberam & perpetuam elemoſinam capitale meſuagium domus meæ in villa de **Stirtheleye** cum omnibus edificiis & pertinentiis ſuis, ſimul cum medietate magni gardini, & cum quodam orto extra portam curiæ meæ. Dedi etiam & conceſſi eiſdem lx. acras terræ de dominico meo in prædicta villa cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, Et triginta & ſex acras cum veſtitura boſci in eadem villa; videlicet quicquid eſt inter boſcum *Johannis* de *Perton* & boſcum dictorum abbatis & monachorum de **Buldewas**. Præterea dedi (&c.) eiſdem homagium & ſervicium *Johannis* de *Perton* & hæredum ſuorum, & *Randulphi* de *Colnham* & hæredum ſuorum, & *Juliani* filii *Walteri* de *Stutheleg* & hæredum ſuorum, & *Roberti Aleyn* & hæredum ſuorum, & *Willielmi* de *Wedewale* & hæredum ſuorum, & *Petronille* viduæ & hæredum ſuorum cum redditibus, reveliis (&c.) quæ ad me vel hæredes meos ratione alicujus juris aliquo modo inde tanquam ad dominum pertinere poſſent aut deberent, tam de terris & tenementis quas prænominati, vel Prior de **Wombrug**, vel quicunque alii in prædicta villa de **Stritheleg** de me clamant tenere, quam de aliis terris & tenementis quæ ipſi abbas & monachi de me & anteceſſoribus meis in prædicta villa habuerunt, ita quod nichil mihi vel hæredibus meis de tota villa de **Stritheleg** cum pertinentiis retinuerim preter orationum ſuffragia prædictæ domus de **Buldewas**; Sed dicti abbas & monachi omnia prænominata habebunt (&c.) imperpetuum. Reddendo inde annuatim *Ricardo Corbet* & hæredibus ſuis xx. ſol. argenti & pondus trium denariorum auri; videlicet ad annunciationem beatæ *Mariæ* in Martio x. ſol. & ad feſtum ſancti *Michaelis* x. ſol. & pondus trium denariorum auri pro omni ſervicio (&c.) de quibus etiam xx. ſol. idem *Ricardus* & hæredes ſui dictos abbatem & monachos verſus *Adam* de *Brunſtone* & hæredes ſuos de tota villa **Stirtheleg** ad eoſdem terminos acquietabunt (&c.) Hiis teſtibus domino *Ricardo* de *Leſtone*, *Roberto* de *Aſtone* clerico, *Johanne* de *Rekeburi*, (&c.)

Eſcambium villæ de **Edetwey** cum abbate de **Crokeſdene**, pro grangia de **Caldone.**

OMnibus (&c.) *frater* Johannes *dictus abbas vallis ſanctæ Mariæ de* Crokeſdene & *ejuſdem loci conventus ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis nos* (&c.) *conceſſiſſe* (&c.) *abbati & conventui de* **Buldewas** *& eorum ſucceſſoribus imperpetuum totam villam noſtram quæ vocatur* **Edeweney** *juxta* **Egmundon** *in com.* Salopiæ *cum omnibus pertinentiis ſuis ſine ullo retenemento in perpetuo excambio pro grangia eorum de* **Caldone** *cum pertinentiis ſuis. Habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus eorum* (&c.) *liberè* (&c.) *imperpetuum, faciendo inde idem ſervicium quod nos pro eo facere conſuevimus. Nos verò* (&c.) *warantizabimus* (&c.) *Hiis teſtibus, dompnis* Adam *de* Cumbermare, Willielmo *de* Miravalle, Willielmo *de* Hultone *abbatibus, dominis* Adam *de* Bruyntone, Willielmo *de* Titeſleye, Thoma Corbet, Petro *de* Eyton *militibus, & multis aliis.* Ibid.

Confirmatio villæ de **Upton** *per* Petronillam *de* Monteforti.

NOverint univerſi quod ego *Petronilla de Monteforti* domina de **Idesſhale** filia quondam *Walteri* de *Dunſtanville* inſpexi & ſenſibiliter inſpexi cartam patris mei quam fecit viris religioſis abbati & conventui de **Buldewas** (&c.) in hæc verba. "Hæc eſt conventio facta anno regni Regis *Henrici* xxxij. inter *Nicholaum* abb. & conventum de **Buldewas** & dominum *Walterum* de *Dunſtanville* dominum de **Idesſhale**; videlicet quod prædictus abbas & conventus remiſerunt & conceſſerunt dicto *Waltero* & hæredibus ſuis villam de **Upton** cum pertinentiis ſuis quam habuerunt de *Alano* de *la Zuche*. Tenendam & habendam ſibi & hæredibus ſuis de dicto abbate & ſucceſſoribus ſuis pro xl. ſol. argenti annuatim ad duos terminos; ſcilicet ad feſtum beatæ *Mariæ* in Martio xx. ſol. & ad feſtum ſancti *Michaelis* xx. ſol. apud eccleſiam de **Idesſhale** dicto abbati & ſucceſſoribus ſuis, vel eorum nuncio, de liberis hominibus ſuis ſubſcriptis & eorum hæredibus imperpetuum; videlicet de *Hereberto* de *Wyke* xvij. ſol. pro una virgata terræ quam habet in **Wyke**, de *Ricardo* de *Caſtello* octo ſol. (&c.) dictus etiam *Walterus* remiſit & quietum clamavit imperpetuum de ſe & hæredibus ſuis dicto abbati & conventui & ſucceſſ. ſuis redditum iiij. s. quem ab eis annuatim percipere conſuevit pro brueria de **Hathtone**. Dedit etiam & conceſſit prædictus *Walterus* præfatis abbati & conventui paſturam habendam ad CCC. oves per majus centum cubantes & levantes ad grangias ſuas de **Haltone** & de **Roclege** per totum infra has diviſas, exceptis bladis & pratis; ſcilicet à terra de **Haltone** per viam regiam quæ ducit de **Biſpeſwete** uſque ad villam de **Upton**, & de **Upton** per eandem viam uſque ad **Stauntone**, & ſic ſubtus **Stauntone** per ſichetum quod vocatur **Sparkmore** deſcendendo uſque ad **Worthy**; & inde uſque ad pontem de **Rocleg** ſine impedimento alicujus. Et ſciendum quod bene liceat dicto

dicto *Waltero* appruare sibi & suis infra dictas divisas, ita tamen quod iidem abbas & conventus & successores sui habeant liberum & largum ingressum & regressum, & sufficientem pasturam omni tempore anni ad prædictas CCC. oves; Et postquam blada & fena levata fuerint habebunt pasturam per totum infra prædictas divisas. Et prædictus abbas & successores sui prædictam villam cum pertinentiis prædicto *Waltero* & hæredibus suis contra omnes homines warantizabunt (&c.) His testibus, dominis, *Henrico* de *Pennebury*, *Waltero* de *Pedwardin*, *Johanne* filio *Philippi*, *Hugone* de *Westone* militibus (&c.)

Carta *Roberti Corbet*, de Hulemoze.

Ib. m. 40. SCiant *præsentes & futuri quod ego* Robertus Corbet *pro amore Dei, & pro salute animæ meæ totiusque prolis meæ, cum consilio uxoris meæ & hæredis mei dedi* (&c.) *Deo & sanctæ* Mariæ *& monachis de* **Buldewas**, **Hulemoze** *cum tota mersca & cum tota terra campestri, quæ subjacet, per has divisas; scilicet à* **Schakelire** *usque ad* **Lungebirch**, *& inde usque ad* **Stanehurst**, *& inde usque ad fontem, & a fonte usque ad* **Penlesbyke-hevet**, *& inde deorsum per* **Penlesbyc** *usque ad* **Redehull**, *& ita per* **Gretehull**, *&* **Penlesbyc** *usque* **Rittimesbyc**. *Tenendum & habendum de me & hæredibus meis imperpetuum, in liberam & puram elemosinam* (&c.) *His testibus*, Thoma Corbet, Baldwyno *de* Hodenet, Willielmo Burnel, Wydone *de* Harundele (&c.)

Alia carta ejusdem Roberti *de molendino de* **Montenoure.**

Ibid. SCiant (&c.) quod ego *Robertus Corbet* cum consilio & assensu uxoris meæ & hæredis mei (&c.) dedi (&c.) domui de **Buldewas** (&c.) molendinum de **Montenoure** cum secta & vivario & omnibus ad illud pertinentibus, & cum uno mesuagio & orto juxta molendinum, tenendum imperpetuum de me & hæredibus meis in feudo & hæreditate liberè (&c.) Reddendo michi & hæredibus meis annuatim xij.d. ad festum sancti *Michaelis* pro omnibus serviciis (&c.) Testes *Willielmus* filius *Alani*, *Hugo Pantulfe*, *Willielmus* filius *Rann*. *Johannes Extraneus*, & *Radulphus* frater ejus, *Hugo* frater meus, *Odo* de *Hodenet*, *Adam* de *Arundel*, *Fulco* filius *Warini*, & *Alanus* frater ejus, *Willielmus* filius *Odonis*, & multi alii.

Alia ejusdem *Roberti* carta de tota *Rittona*.

Ibid. OMnibus (&c.) Robertus Corbet *in domino salutem. Noverit universitas vestra me* (&c.) *dedisse* (&c.) *monachis de* **Buldewas** *totam* Rittonam *cum pertinentiis suis & omnibus aisiamentis quæ ad ipsam pertinere debent* (&c.) *in puram & perpetuam elemosinam* (&c.) *Isti autem sunt termini prænominatæ* Rittonæ, *sicut rivulus ad caput* **Hulemoz** *descendit usque* **Pukewyk** *ubi duo rivuli concurrunt, & inde usque* **Albenpulle**, *& inde per rivulum juxta petras de* **Holebeche** *usque ad rivulum de* **Vales**; *Et sic sursum per ipsum rivulum usque ad* **Blakerudinge**, *& inde sursum usque ad prædictum caput* **Hulemoze.** *Hanc itaque terram de* **Rittone** (&c.) *præfatis monachis warantizabimus* (&c.) *His testibus* Thoma *filio meo*, Willielmo Corbet, Willielmo *filio* Odonis, Henrico *&* Garino *capellanis*, Guidone *de* Arundel, Rogero Purcel (&c.)

Carta Ricardi *filii* Ricardi Corbet, *de* **Bynwarton.**

Ibid. SCiant (&c.) quod ego *Ricardus Corbet* filius *Ricardi Corbet* cum consilio & assensu amicorum meorum concessi (&c.) monachis de **Buldewas** totam **Bynwerton** cum omnibus pertinentiis (&c.) Tenendam & habendam eis & successoribus suis de me & hæredibus meis imperpetuum. Quam videlicet terram habent ex dono *Eynioni* sacerdotis de **Selbe**, *Henrici* fratris ipsius *Eynioni* nepotis ipsorum, *Dandelani* filii *Luharch*, *Griffini Leith* & *Luhard* fratris ejus; qui præfati homines & hæredes ipsorum totam prædictam **Bynwertone** de me & hæredibus meis jure hæreditario possidere deberent. Reddendo annuatim michi & hæredibus meis xij. sol. argenti pro omni servicio & exactione (&c.) His testibus, *Bartholomeo* de *Mortone*, *Viviano* de *Rossal*, *Baldewino* de *Hodeneth* (&c.)

Carta *Galfridi Randulf* de capitali mesuagio de **Bikedone.**

Ibid. SCiant (&c.) *quod ego* Galfridus Randulf *de novo-Burgo* Salopiæ *dedi* (&c.) *abbati & conventui de* **Buldewas** *capitale messuagium villæ de* **Bikedone** *cum curtilagio ad illud spectante cum omnimodis dominiis libertatibus* (&c.) *pertinentibus ad medietatem dominationis villæ de* **Bykedone.** *Habendum* (&c.) *in puram elemosinam* (&c.) *salvo decano sancti* Ceddæ Salop *qui pro tempore fuerit servicio debito & consueto pro medietate villæ de* **Bykedone** (&c.) *His testibus, dominis* Roberto Corbet, Thoma *de* Rosshal, Johanne *de* Lee, & Johanne *de* Arundel *militibus*, Johanne *domino de* **Panewode**, Johanne le Waleys, Reginaldo *de* Rosshal, Rogero *de* Hortone *& aliis. Dat. apud* Salopiam *die sabati prox. post festum Ascensionis Domini anno Domini MCClxxxviij. & anno regni Regis* Edwardi *xvj.*

Carta Ricardi *de* Leghtone.

Ibid. SCiant (&c.) quod ego *Ricardus* dominus de **Leghtone**, pro amore Dei (&c.) dedi (&c.) abbati & conventui de **Buldewas** & eorum successoribus quandam placeam terræ meæ in territorio de **Leghton**, cum pertinentiis suis; Illam videlicet quæ vocatur **Poserudinge**, & jacet inter terram meam ex una parte, & pratum dictorum abbatis & conventus ex altera, & inter feodum de parva **Buldewas** ex una parte, & aliud pratum eorundem abbatis & conventus ex altera, sicut rubis & una haya circumquaque includitur. Habendam (&c.) in liberam puram & perpetuam elemosinam (&c.) His testibus, domino *Adam* de *Lacy*, *Hugone* domino de **Scheyntone**, *Waltero* de *Dreytone*, *Henrico* de *Garmundestone* (&c.)

Carta *Hamonis* de *Walton.*

Ibid. SCiant (&c.) *quod ego* Hamo *filius* Walteri *filii* Hereman *de* Walton *dedi* (&c.) *Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *ſanctoque* Ceddæ *de* **Bulde-was**, *& monachis ibidem ſervientibus medietatem tocius villæ de* **Waltone** *cum pertinentiis ſuis, quæ me jure hereditario contingebat. Habendam & tenendam prædictis monachis in liberam puram & perpetuam elemoſinam* (&c.) *Conceſſi etiam* (&c.) *prædictis monachis & eorum ſucceſſoribus quicquid juris & clamii habui vel aliqua ratione habere potui in alia medietate prædictæ villæ de* **Waltone** *cum ſuis pertinentiis quam iidem monachi habuerunt ex dono præfati patris mei* (&c.) *Teſtes ſubſcriptos aſſignavi; ſcilicet* Johannem Boneth *tunc vicecomitem*, Robertum *de* Leye (&c.)

Carta Roberti Traynel, *de* **Hatton.**

Ibid. SCiant (&c.) quod ego *Robertus* filius *Roberti Traynel* de *Hattone*, pro ſalute animæ meæ (&c.) dedi (&c.) monachis de **Buldewas** in liberam (&c.) elemoſinam totam terram & boſcum & brueram & moram quam habui tam in dominico quam in ſervicio in medietate villæ de **Hattone** cum omnibus pertinentiis ſuis; ſcilicet quicquid eſt inter rivulum de **Tuybroc** ſicut deſcendit in aquam de **Wroth** ex una parte & diviſis de **Hynetone**, & de **Grenhull** ex alia parte uſque ad prædictam aquam de **Wroth**. Tenendum & habendum de me & hæredibus meis (&c.) Conceſſi (&c.) prædictis monachis & eorum ſucceſſoribus aliam medietatem prædictæ villæ de **Hatton** cum omnibus & ſingulis pertinentiis ſuis quam habent ex dono *Adæ Traynel* de **Hattone**. Ita quod (&c.) Et teſtes ſubſcriptos aſſignavi; ſcilicet dominum *Radulfum* de *Picheford*, *Ricardum* de *Grenehul*, *Hugonem* de *Leya*, *Oſbertum* de *Stirtheleg* (&c.)

Carta *Roberti* de *Acton.*

Ibid. SCiant (&c.) *quod ego* Robertus *de* Acton *clericus filius* Roberti *de* Lega *dedi* (&c.) *abbati & conventui de* **Buldewas** *pro animabus patris mei* (&c.) *totam terram meam de* **Raggedone** *cum omnibus pertinentiis ſuis. Habendam* (&c.) *ſibi & ſucceſſoribus ſuis* (&c.) *in puram & perpetuam elemoſinam* (&c.) *& cum omnibus communis in manerio de* **Hope**, *in boſco in plano* (&c.) *Hiis teſtibus dominis* Thoma Corbet, Hugone *de* Scheyntone, Willielmo *de* Lectone, Nicholao *perſona de* **Hope**, Philippo Burnel, Benedicto *de* Frodeſleg, Ricardo *de* Eton, Petro *de* Criſteſheth, *& aliis.*

Donationum confirmatio per regem Ricardum *primum,*

Cart. antiq. R. n. 20. RIcardus Dei gratia rex *Anglia*, dux *Normannia*, *Aquit.* comes *Andeg.* archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & in perpetuam elemoſinam confirmaſſe eccleſiæ S. *Mariæ* de *Bildewas*, & monachis ibidem Deo ſervientibus, tam præſentibus, quam futuris de ordine *Ciſtercienſi* omnes terras & tenuras ſuas quæ eidem eccleſiæ ſunt donatæ & conceſſæ, ſeu cartis confirmatæ. Et nominatim ex dono *Rogeri Ceſtrenſis* epiſcopi ipſum locum qui vocatur **Bildewas**, cum boſco & ſartis, & omnibus aliis pertinentiis ſuis, in quo abbatia fundata eſt, & terram quæ vocatur *Meela* cum **Gretfegh** & *Burgensibus* cum omnibus ad eam pertinentibus, & collectam bladi quæ vocatur **Chirchomber** de duobus hundredis *Wrokewardbina* & **Cuneboure**; & in territorio *Licheffeldenſi* hominem unum nomine *Edricum*, & cætera omnia quæ *Rogerus Ceſtrenſis* epiſcopus præfatis monachis dedit & carta ſua confirmavit. Ex dono *Ricardi Ceſtrenſis* epiſcopi unum meſſuagium in **Forgate** apud *Ceſtriam*, & in molendino apud **Burne** juxta **Lichesfeld** quatuor ſolidos. Ex dono *Willielmi* filii *Alani* villam quæ vocatur **Billeswas** cum omnibus pertinentiis, & omnia extarta quæ circa illam ſunt facta, quæ cum cæteris eſſartis ſuis libera ſunt & quieta de omni regardo. Ex dono *Geraldi* de *Brocktuna* & *Rein.* filii ſui terram quæ vocatur **Broctune**. Ex dono *Philippi* de *Belmeis* totam terram quæ fuit *Selfridi* de *Rocle*. Ex dono *Ricardi* de *Pichford* totum ſervicium *Richardi Craſſet* de terra de **Coſpetford**. Ex dono *Adæ* de *Hetune* & *Reginaldi* filii ſui medietatem villæ de **Hettune**. Ex dono *Walterii* filii *Heremanni* medietatem *Waltonæ*. Ex dono *Henrici* filii *Fulcheri* terram de **Iuenbroc**. Ex dono *Willielmi* de *Caldone* terram de **Caldone**. Ex dono *Roberti* filii *Thomæ* domum in **He..gfeld** cum area. Quare volumus, (&c.) Dat. apud *Winton.* per manum *Willielmi* de *Longo-campo Elienſis* electi cancellarii noſtri, xxij. die Octobris, regni noſtri anno primo.

SANCTAE *MARIAE* *Abbatia juxta* Dubliniam *in* Hibernia, *cella de* Buldewas, * *fundata anno* MCxxxix.

* Annales S. Werburgæ Ceſtriæ in bib. Cotton.

Donationum confirmatio per regem Henricum *ſecundum.*

Cart. 10. E. 2 n. 48. per Inſpex. HEnricus Dei gratia rex *Angliæ* dux *Normanniæ* & *Aquitanniæ* & comes *Andegaviæ*, archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis me pro Dei amore & pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum & hæredum meorum dediſſe & conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* juxta **Dublin**, & albis monachis ibidem Deo ſervientibus ſubſcriptas terras; ſcilicet **Clunlif** cum terra juxta mare inter monaſterium illorum & aquam **Tulken**, & **Dyſſoch**, & **Portmirnoch**, *Rathenia*, & **Purlegan**, **Karthyenan**, & **Donenathbirn**, & **Karrechbokan**, **Cuocroy**, & **Baltimacheltmer**,

mer, Culmin, & Bilmekefehe, Balilugan, & Lisloan, & Duninakon. Has terras & omnes tenuras prædictorum monachorum infra civitatem Dublin & extra quæ eis datæ fuerunt in elemosinam antequam comes *Ricardus* de Strigoil veniſſet in *Hiberniam*, & quæ poſtea eis datæ ſunt, conceſſi eis & confirmavi.

Quare volo (*&c.*) Teſtibus, *Willielmo* de *Curci* dapifero, *Rogero* de *Novo-Burgo*, *Willielmo* de ſancto *Johanne*, *Hugone* de *Creiſſi*, *Willielmo* de *Stut*. *Willielmo* filio *Andel*. Apud *Faleſiam*.

Alia ejuſdem Regis *Henrici* carta.

Ibid. H. *Dei gratia Rex* Angliæ (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe* Rannulpho *abbati de* Bildewas *& omnibus inpoſterum ejuſdem abbaciæ futuris abbatibus ad regendum & ſecundùm formam ordinis* Ciſtercii *diſponendum, monaſterium ſanctæ* Mariæ *juxta* Dublin *cum terris ſubſcriptis; ſcilicet* Clunlif, Drullh, Rathena, Portunurnoch, Glaſſachet, Parlegan, Donenathbun, Barrochbzenan, Barrechbecon, Balincathetlin, Culmin, Bilmekeſce, Diſſertale, Balibachel, Balilugan. *Has terras cum omnibus pertinentiis ſuis in eccleſiis, in capellis, in boſco & plano, in ſabulis, & gliſeriis, cum omni* Wrech *quod in terram illorum venerit, in pratis, & paſturis, in aquis & molendinis, in ſtagnis, & vivariis, in vlis & ſemitis, in piſcariis & piſcaturis, in portubus & villis, infra burgum & extra, & in omnibus aliis locis & omnibus aliis rebus, conceſſi præfato abbati & ſucceſſoribus ejus. Quare volo & firmiter præcipio, quod monachi prædicti monaſterii ſanctæ* Mariæ *juxta* Dublin *abbati de* Bildewas *ſubjecti ſint, & prænominatas terras & omnes elemoſinarum donationes quæ eis factæ ſunt vel inpoſterum rationabiliter ſient tam in rebus eccleſiaſticis quam in ſecularibus ad ejus diſpoſitionem tractent habeant & teneant adeo liberè & quietè plenariè & integrè ſicut aliqua abbatia vel domus religionis de terra mea melius & liberius tenet, cum* ſach, & ſoch, & tol, & them, & infangenthef, *& cum omnibus aliis libertatibus, & liberis conſuetudinibus, & quietanciis, & ſint liberi & ſoluti ipſi & homines eorum* Anglici & Hibernienſes *& terræ eorum de ſcbiris, de hundredis, de* wapentach, *de placitis,* (&c.) *Hiis teſtibus*. Ricardo *de* Luci, *comite* Ricardo *de* Strigoil, Willielmo *filio* Andel. *dapifero*, Hugone *de* Lacy, Hugone *de* Longocampo, Willielmo *de* Stutevill, Hugone le Creiſſi, Willielmo *filio* Radulphi. *Apud* Fecteham.

BITLESDENENSIS *Abbatia in agro* Buckinghamenſi * *fundata anno* MCxlvij.

* Annal. de Peterborough in bibl. Cottoniana.

Fundationis hiſtoria.

Ex regiſt. de *Bitleſden* penes præmob. G. ducem *Buckinghamiæ* an. 1640.

TEmpore veteris *Henrici* Regis fuit dominus de Bitlesden quidam nomine *Robertus* de *Meperteſhal*. Ille pro quodam infortunio quod ei in curia domini Regis acciderat; ſcilicet quod quendam canem furatus eſt, dedit *Gaufrido* camerario de Clinton, qui tunc fuit familiariſſimus Regi, totam villam de Betelesden cum quinque virgatis terræ adjacentibus de Witefeld, eo pacto, ut eum defenderet ne pro prædicto facto judicium curiæ ſuſtineret. Interim quia idem *Robertus* de *Meperteſhal*, propè Sulbeston hoſpicium non habuit, *Willielmus* filius *Aeluredi*, qui fuit dominus de Preston, & de tota terra de Parteland, dedit prædicto *Roberto* dimidiam partem de Parteland ad ſe hoſpitandum. Proceſſu verò temporis prædictus *Gaufridus* de *Clinton* dedit prædicto *Roberto* quandam parentem ſuam in uxorem & cum illa dedit ei prædictam villam de Bitlesden cum ſupradictis quinque virgatis terræ de Witefeld: Et tunc idem *Robertus* tenuit Bitelesden, & quinque virgatas præfatas & dimidiam partem de Parteland. Et ita extunc dimidia pars de Parteland ſecuta eſt Bitelesden. Tempore vero *Stephani* Regis, quando maxima guerra fuit, ſepedictus *Robertus* perhendinavit apud Peperteſhal & dimiſit Bitelesden, & nec ipſe nec aliquis pro eo inde ſervicium fecit comiti *Leyceſtriæ*, ſed terra illa eſcaeta comitis. Tunc idem comes dedit terram illam ſeneſcallo ſuo *Ernaldo* de *Boſco* pro ſervicio ſuo. Idem verò *Ernaldus*, prævidens inpoſterum quod fortè terra illa ſibi & hæredibus ſuis remanere non poſſit, conceſſu, conſilio & auxilio prædicti comitis, fundavit ibi abbatiam, quam comes carta ſua confirmavit. Proceſſu verò temporis prædictus *Robertus* de *Meperteſhal* voluit placitare de Bitlesden, & tunc monachi de Bitlesden auxilio & conſilio prædicti comitis dederunt prædicto *Roberto* decem marcas & ita habuerunt cartam & confirmationem ſuam. Ita incepta & fundata abbatia de Bitlesden, Anno gratiæ MCxlvij. ſexto idus Julii, hoc eſt anno xiiij. à fundatione de Geroudon. A. 1147.

Carta fundationis per *Ernaldum* de *Boſco*.

E *Piſcopo* Lincolnienſi & Davidi *archidiacono de* Buchingchamſire, *& omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ* Ernaldus *de* Boſco *fidelis Chriſti ſalutem. Sciatis me dediſſe terram meam de* Bitlesdena *in boſco & in plano ordini de* Ciſtels *intitulato ad abbatiam de* Gereldona, *pro amore Dei, & pro remiſſione peccatorum meorum, & pro ſalvatione*

animæ

anima mea & antecessorum meorum in elemosinam ad unam abbatiam faciendam de eodem ordine de Cistels. *Quare precor vos ut fideles Christi quatinus fratres illius loci pro amore Dei manuteneatis & ametis in Deo & propter Deum, & ne paciamini ut aliquis illis contumeliam faciat. Test.* Rob. *comite* Leerc. & A. *comitissa uxore sua; &* Roberto *filio suo, &* Roberto *capellano,*

De **Syrefham.**

SCiant filii sanctæ ecclesiæ quod ego *Ernaldus de Bosco* dedi concessi Deo & beatæ *Mariæ* de *Bicleſden* & fratribus ibi Deo famulantibus terram illam quam *Gaufridus* de *Clintona* camerarius dedit mihi, quæ est quædam pars de **Sygreſham**, & in **Sygreſham** tam in bosco quam in plano, & in cæteris rebus prædictæ rei adjacentibus. Et hoc donum concessi jure perpetuo amore Dei, & pro salute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium consanguineorum & amicorum & propinquorum meorum. Quare præcor omnes filios sanctæ ecclesiæ & fideles meos quod prædicti fratres rem prædictam bene & in pace & honorificè & quiete teneant, & possideant, relicta omni injuria aut calumpnia alicujus. Test. *Roberto* comite *Leerc.* & *Roberto* filio ejus, & *Gaufrido* abbate, &c.

De **Marlelond** *in* **Syreſham.**

TEmpore verò *Edwardi* Regis cum subjugaverat sibi *Walliam*, & cepit scutagium; videlicet anno viij. regni ejus, distringebamur pro scutagio de **Marlond**, & habuimus inquisitionem per gratiam domini *Edwardi* domini comitis *Leyceſtria*, fratris regis, si deberet scutagium an non, & dicebant Inquisitores quod nunquam dedit **Marlond** scutagium, hac ratione, quod quidam comes *Leyc.* dedit illam terram cuidam *Mariæ* nomine, postquam terra sic nominatur, ita liberè quod nullum servicium fecit, nec decimas dedit sed habuit ibi liberam capellam quæ serviebatur de decimis. Tandem obiit sine hærede & terra fuit escaeta comiti, & dedit eam *Ernaldo*, & ipse domui de **Bitleſden**, ita quod nunquam fecit servicium, & confirmatur à domino Rege *Henrico* veteri inter cætera.

Carta *Roberti* Comitis *Leiceſtriæ.*

ALexandro *Dei gratia* Lincoln. *episcopo & omnibus sanctæ ecclesiæ filiis* Robertus *comes* Legreceſtriæ *salutem. Sciatis quia pro amore Dei & remissione peccatorum meorum, & salvatione animæ patris mei & matris meæ & salvatione animarum meæ & antecessorum meorum, & rogatu* Ernaldi *de* Bosco, *volo & concedo donum quod* Ernaldus *prædictus dedit in elemosinam Deo & beatæ* Mariæ *& abbati de* Geroudona *ad abbaciam faciendam, & ad titulatam ad abbaciam de* Geroudona. *Hoc donum verò quod* Ernaldus *de* Bosco *dedit, & quod ego concessi est* Betleſdena; *sicut enim ordini de* Cistells *prædictus* Ernaldus Beteleſdenam *in bosco & in plano concessit & dedit, ita hanc concessionem volo & concedo. Quare firmiter præcipio quod istud bene & in pace & honorificè teneat. T.* Amicia *comitissa*, Roberto *filio comitis* Will. Burdet, *&c.*

WARDONENSIS *Abbatia in agro* Bedfordenſi, * *fundata an. MCxxxvj.*

* Annal. *Norwic.* in bibl. *Cotton.*

Confirmatio fundationis per Regem Stephanum.

Cart. 14. *E* 1. n. 12. per Inſpex.

STephanus Rex *Angliæ* archiepiscopis (*&c.*) salutem. Scitote me concessisse, Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Essariis*, & monachis ibidem Deo servientibus, qui de abbacia *Rievallis* exierunt, ut ibi abbatiam faciant, totam essartam de *Wardona*, & de *Sudgivela*, & totum illud boscum de illis duabus villis, per illas divisas, & metas, quas *Walterus Espec*, qui hæc eis donavit, illis fecit, & statuit, & sicut carta sua confirmavit. Et præter hoc concedo eis omnia aisiamenta sua in omnibus boscis ipsius *Walteri*, scilicet, materiem & ligna ad proprios usus suos, & pannagium, & herbagia, & pascua, quieta ab omni consuetudine, sicut *Walterus* quietiùs habuit ad suum opus proprium. Quare volo (*&c.*) Testibus, *Turstino* archiepiscopo *Eborum*, & *Alexandro* episcopo *Lincolnia* (*&c.*) & *R.* de *Ver*, & *R.* de *Curci*, & *Willielmo Marc.* & *Hugone Bigoto*, *Waltero Espec*, & *Gaufrido* de *Trailli*, & aliis omnibus nepotibus, & hæredibus *Walteri* tunc viventibus, Apud *Eboracum*. Anno incarnationis dominicæ millesimo centesimo tricesimo quinto & regni mei primo in Christo perfecto fæliciter.

Confirmatio donationum per Regem *Ricardum* primum.

Ibid.

RIcardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dux* Normanniæ, Aquitanniæ, *comes* Andegaviæ, *Archiepiscopis* (&c.) *salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti carta nostra confirmasse in puram & perpetuam elemosinam abbatiæ de* Wardona, *& monachis ibidem Deo secundùm ordinem* Cisterc. *servientibus, Inprimis locum ipsum in quo abbatia fundata est, cum omnibus pertinentiis, grangiam quoque de* **Kusyo**, *grangiam de* Parco, *grangiam de* **Putho**, *cum tota terra quæ dicitur* **Rode**, *in* **Middelton**, *grangiam de* **Middelho**, *cum tota cultura quæ dicitur* **Radenesho** *quæ jacet pro centum acris per perticam Regis, grangiam quoque de* **Kamhale**, *& grangiam de* **Holebzoke** *cum tota terra quam habent in* Preſtelia, *grangiam de* **Lundbolbesheye**, *grangiam de* **Westwardon**, *grangiam de* **Doleth** *cum tota terra quam habent in* **Duntone**, *grangiam quoque de* **Bradeſelo** *cum* Fildenewoda, *grangiam de* **Burnedene** *cum tota terra quam habent in* **Eerwham**, *grangiam de* **Linermere**, *& totam terram quam habent in* **Stainſeld** *& in* **Sucginel**, *& in* **Chickſaund**, *cum omnibus pertinentiis suprædictarum grangiarum. Et omnia alia tenementa & possessiones & libertates*

bertates suas sicut rationabiles cartæ antecessorum nostrorum vel aliorum donatorum, venditorum, escambitorum vel cirographa testantur. Quare volumus (&c.) Dat. per manum magistri Rocelini *tunc agentis vices cancellarii nostri Apud* Rupem-Andel. *xj. die Novembris, anno regni nostri x.*

FORDENSE *Cœnobium in agro* Dorsetensi.

Fundationis & fundatorum historia.

Ex MS. codice sub effigie Julii B. 10. in bibliotheca cottoniana.

DOminus *Baldwinus* de *Brioniis*, miles inclitus de *Normania*, *Albredam* neptem domini *Willielmi Bastardi* nobilissimi ducis *Normannia*, duxit in uxorem; ex qua dictus *Baldwinus* genuit, inter alios, unum filium dictum *Ricardum*, & unam filiam nuncupatam *Adeliciam*. Cum autem dux prefatus regnum *Anglie* sibi per conquestum (*Anglia* devictis & rege eorum *Heraldo* perempto) penitus subjugasset, regni imperio atque diademate demum potitus fuisset, magnatibus & commilitonibus secum de *Normania* advenientibus diversa dominia, & honores præcipuos in regno *Anglie* tunc & postea liberaliter contulit; inter quos & dicto *Ricardo* prafati *Baldwini* filio, & sibi dilecto consanguineo, totum honorem & baroniam de **Okehampton** in *Devonia* de ipso rege inperpetuum sibi & successoribus suis heredibus seu assignatis jure hæreditario habendum & tenendum munificè donavit. Deditq; itaque eidem *Ricardo* Castellum *Exonie*, & custodiam totius comitatus *Devonie*, pro quodam annuo redditu domino Regi solvendo; cujus obtentu donationis & custodiæ dicebatur dictus dominus *Ricardus*, *Vicecomes Devonie*. Quilibet autem successorum suorum sic consequentur, dicebatur usque ad annum regni regis *Henrici* filii regis *Johannis* sextum decimum, quum dictum castellum in manus regias assumebatur.

Dictus autem dominus *Ricardus*, nuper miles strennus sed demum inveteratus & Deo affectus, multum devotus, terram suam de **Brightley** infra dictum honorem de **Okehampton** situatam ad abbatiam ordinis *Cistercienſis* ibidem fundatam, anno domini MCxxxiij. concesserat, ac à domino *Gilberto* abbate de *Waverlea* sancto viro conventum de suis illuc transmittendum impetrabat. An. Dō. 1133.

In loco igitur abbatiæ competenti prædordinato, ædificia magis necessaria per triennium erexerat, ac anno domini MCxxxvj. & regni regis *Stephani* anno primo, duodecem monachos, cum domino *Ricardo* eis in abbatem præfecto tertio decimo, ad devotissimam sui instantiam illuc pedites & processionaliter cum cruce erecta & primò quinto nonas Maii de domo de *Waverlea Cistercienſis* ordinis *Wintonia* diocesis venientes tam benignè quam votivè suscipiens, ibidem tanquam in eorum possessione titulo sufficiente eis super hoc primitùs confecto devotè collocabat. Sic igitur præmissis voti sui compos pro majore parte effectus, illis in structuris & aliis necessariis subvenire non desiit, donec anno sequenti septimo calendas Julii anno videlicet Domini 1137. ac regni Regis *Stephani* secundo humatus fuit, cujus etiam corpus vel ossa cum dictis monachis postea de **Brightley** apud *Fordam* translata fuerunt, & cum ossibus dicti abbatis sui *Ricardi* postea apud **Brightlaye** etiam defuncti & dominæ *Adelicia* sororis suæ postmodum defunctorum, hic illic separatim in presbiterio ultra quod jam summum Altare erigitur sepulta erant. 1137.

Hic vicecomes *Ricardus* nullam prolem habuit, sed totum jus suum hæreditarium eidem *Adelicia* soli sorori suæ reliquit. Quæ quidem *Adelicia* dicto fratri suo in hæreditate successerat ac etiam vicecomitissa nuncupata erat.

Cum verò dicti monachi per quinque annos in loco memorato de **Brightley** mansissent, ac post mortem dicti domini vicecomitis *Ricardi* præ inopia & præ dira sterilitate victualium q; penuria ibidem amplius morari non potuissent, ad domum suam pristinam de *Waverlea* cum abbate suo secundo domino *Roberto* de *Penigton* redire sunt compulsi; quos cum dicta vicecomitissa per manerium suum de **Thorncomb** modo illo quo venerint domum revertentes, cum cruce erecta, & primò binos pedites procedentes conspexisset, illos statim ad se asciverat, ac demùm ei seriem, redditusq; sui causam palam ei facientibus, dolore tacta intrinsecus, cum gemitu dicebat *Absit à me Domini & Patres sanctissimi opprobrium tam damnabile & ignominiosum periculum, ut quod dominus meus & frater* Ricardus *pio devotionis affectu ad Dei honorem nostrumque omnium salutem tam solempniter quam salubriter inceperat, ego verò soror ejus, & hæres cui decedendo omnia tradidit in manus, non velim aut valeam ad debitum perducere effectum. Ecce manerium meum in quo jam consistimus fertile satis & nemorosum ac abundans frugibus, quod vobis in excambium pro terra sterili de* Brightleia *cum tota mansione nostra & domicilio imperpetuum donamus, manete hic donec alibi in ista possessione vobis competentius sit monasterium, nec vobis in hoc deesse possumus sed satis juvabimus ad construendum.* Sic ergo pia & religiosa domina dictos monachos in manerio suo de **Thorncomb** perpetuò mansuros grataner fundaverat, ac curiam suam seu domicilium dicti manerii principale, quod tunc **Forde**, nunc autem **Westford** dicitur, eis sufficienti titulo & plenaria seisina in integrum mancipabat.

Quo quidem in loco sic admissi & dimissi præfati monachi, ibidem, id est apud **Westford**, in domicilio quod tunc fuerat dictæ vicecomitissæ ferè sex annis residerant, donec nonnullæ sibi competentes structuræ officinarum regularium in loco monastrali quod tunc **Hartescath**, sed nunc *Forda* dicitur, illis erectæ erant. Concepit etiam dicta domina *Adelicia* de nobili viro domino suo quem priùs acceperat in conjugem & peperit unam filiam nomine *Aliciam* sui ipsius hæredem. Anno autem secundo post dictorum monachorum translationem de **Brightley** apud *Fordam*, & eorum ibidem ut præmittitur fundationem anno regni Regis *Stephani* septimo, Anno

videlicet poſt incarnationem Domini Jeſu Chriſti
1142. 1142. nono calendas Septembris, dicta vicecomitiſſa *Adelicia* obiit, & apud novum monaſterium de Ford ſepulta quieſcit, & ſucceſſit ei in dominio de Okehampton domina *Alicia* uxor domini *Randolphi Avenell* filia ſua antedicta, quam ſolam ſibi hæredem reliquerat, quæ & Caſtrum *Exonia* una cum cuſtodia comitatus *Devonie* pro certo redditu annuo ut priùs ſimiliter obtinuit. Hæc & unicam filiam dictam *Matildam* habuit, quæ in fata deceſſit, quæ *Matilda* filia ejus & hæres, prædictis parentibus ſuis defunctis, totam dictam hæreditatem, & cum caſtello *Exonia*, & totius comitatus cuſtodia obtinuit, dominoque *Roberto* de *Aubrincis* legitimè copulata, filiam unam dictam *Hawiſiam*, necnon duas alias, poſtea factas moniales, eidem pariendo produxit. Mortuo tandem dicto viro D. *Roberto* de *Abrincis* (id eſt, de Averinges) ſecundo marito (id eſt) nobili viro D. *Roberto* filio Regis *Henrici* primi notho, conjugata fuerat, de quo etiam concipiens peperit filiam ejuſdem viri ſui hæredem quam & *Matildam* vocabat.

Fuerat itaque tam poſt contractum matrimonium cum dicto D. *Roberto* de *Aubrincis* primo viro ſuo, quam & poſt ejus deceſſum, vicecomitiſſa nuncupata; ſed de ejuſdem cognomine, poſt ejus obitum, *Matildis* de *Aubrincis*, id eſt de Averinges vulgariter nominata. Hæc etiam ſuis monachis de *Ferda* tuta ſemper protectrix erat, & conſervatrix amiciſſima, in Deum & ſanctam religionem piæ devotionis & affectionis viſcera materna gerens, ad valentiam nempe ſexaginta marcarum ſuis interceſſoribus, dictis videlicet monachis, ſimul & ſemel contulit, præter alia bona & commoda innumera, quæ eis frequentiùs & libentiùs fecit.

Obiit denique vir ejus ſecundus, dominus *Ro-*
1172. *bertus* filius Regis *Henrici* anno Domini 1172. pridie calendas Junii, & poſt ipſum vicecomitiſſa *Matildis*, itaque de *Aubrincis* ut priùs nuncupata, undecimo calendas Octobris anno Domini 1173. & regni Regis *Henrici* ſecundi 19. Ambæ igitur ejuſdem filiæ, *Hawiſia* videlicet, prioris viri ſui hæres, & filia ſua, domini videlicet *Roberti* de *Aubrincis*, necnon *Matildis* proles domini *Roberti* filii Regis & ejuſdem hæres, occaſione cuſtodiæ & maritagii in manus regias aſſumptæ fuerunt, ac demum militi inclyto & generoſo domino *Reginaldo* de *Courtnay*, tam earum cuſtodia, quam maritagium à rege collata erant. Seniorem igitur filiam *Hawiſiam*, tanquam nobiliorem, dictam vicecomitiſſam dominus *Reginaldus* ſibi nupſerat, ſed juniorem, ſcilicet *Matildam*, dicti *Roberti* filii Regis patris ſui hæredem, filio ſuo *Willielmo* de *Courtnay* de priore conjuge in *Normania* primogenito, in uxorem contrahebat, annis Dom. & Regis *Henrici* ſupradictis.

Fuit autem iſte dictus *Reginaldus* de *Courtney* filius domini *Flori*, filii Regis *Francie Ludovici*, cognomento *Groſſi*; ac etiam iſta *Hawiſia* vicecomitiſſa uxor ejus ſecunda, de ſanguine Regio *Anglicano*, ex parte dominæ *Albredæ* neptis etiam Regis *Willielmi Baſtardi* matris aviæ ſuæ dominæ *Adelicia* vicecomitiſſæ primitùs memoratæ generoſæ exorta. Tota ergo illorum poſteritas *Reginaldi*, videlicet, & *Hawiſia* tam ex patre quam ex matre de regio ſemine prodiit, ac tribus regia *Francie* pariter & *Anglie* in eis mixta fuit, ſic ſanguis eorum ſit merè ingenuus & præcipue generoſus. Genuit prædictus dominus *Reginaldus* de memorata vicecomitiſſa domina *Hawiſia* uxore ſua prolem valde inclitam, *Robertum*, ſcilicet, de *Courtnay* ipſorum hæredem: Solitam itaque anteceſſorum ſuorum devotionem & affectionem in Deum, & dictos monachos ſuos de *Ferda* penitùs continuaverat, ac præter alia à pietatis obſequio ad ipſorum defenſionem, indemnitatem & promotionem frequenter, quaſi ubique illis exhibita, per quoddam munus centum marcarum in pecunia numerata, aliorumque jocalium & catallorum ſe illorum precibus devotè commendabat, magis enim confidebat in orationum ſuffragiis quam in prædiis quibuſcunque ſeu poſſeſſionibus terrenis.

Dilectus igitur à Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione, quinto calendas Octobris anno Domini 1194. & regni Regis *Ricardi* quarto fæliciter obiit in Chriſto, & apud *Ferdam* in aquilonari parte preſbiterii ſepultus quieſcit. Dicta verò vicecomitiſſa de cognomento viri ſui *Reginaldi* de *Courtnay*, cujus erat relicta, domina *Hawiſia* de *Courtnay* extitit nuncupata, quæ diutiùs in ſua viduitate ligia operibus miſericordiæ & pietatis intenta terram de Hertogne dictis monachis de *Ferda* ad ſuſtentationem trium pauperum in infirmitorio ſeculari perpetuò procurandorum tandem contulit, & alia beneficia ſimilia eiſdem fecit. Obiit tandem plena dierum in ſenectute bona pridie calendas Auguſti anno Dom. 1209. & anno regni Regis *Johannis* decimo, quæ in eccleſia *Ferdenſi* in auſtrali parte preſbiterii ſepelitur. 1194.

Surrexit ergo dictus *Robertus* de *Courtnay* dictorum *Reginaldi* & *Hawiſiæ* filius & hæres legitimus, qui totum honorem de Okehampton jure hæreditario obtinuit, caſtellumque *Exonie*, ac cuſtodiam totius comitatus pariter tenuit, donec rex *Henricus* anno ſui regni 16. dictum caſtellum ſicut alia caſtella *Anglie* plurima in manus ſuas aſſumpſerat, & ea cuidam *Petro* de *Rievalle* committebat: Et tunc verò dictum caſtellum ſimul & cuſtodiam totius comitatus *Devonie* amiſerat; ob cujus amiſſionem *vicecomes* ampliùs nuncupatus non erat. Prædiis tunc & redditibus propriæ & priſtinæ hæreditatis, de Okehampton, videlicet, ac aliis, ut oportuit, contentus, & tam ſtrenuitate probitatis, quam liberalitatis amore plurimum floruit, ſed de ſuis monachis eorumque monaſterio de *Ferda*, multum ſolicitus fuit, nullam eis moleſtiam, aut injuriam, ſeu gravamen quodcunque aliquando intulit, ſed nec ab aliis ipſos aliquando moleſtari vel gravari permiſit; ſolebat etiam inter alios aſſerere, & pluries ſuper hoc applaudare, quod pennam haberet in cauda pulcherrimam domum de *Ferda*, ſub ſua protectione & advocatione conſtitutam, ipſoſque monachos patres & patronos frequentiùs vocaverat, quibus & ipſe patronus verus protector & defenſor præcipuus, quaſi ſua omnia cum illis habens communia, ubique ſemper erat.

Ejus autem tempore *Galfridus* de *Pomerai* terram de Tale vendicaverat, & per poteſtatem ipſius domini *Roberti* & conſilium ductus & induc-

ctus,

ctus, totum jus suum inde & clameum dictis monachis relaxabat; dedit autem ei pro hac relaxatione dictus dominus *Robertus*, de ære proprio suo, quinquaginta marcas sterlingorum præ manibus tempore *Johannis* de *Warwick* tunc dicti monasterii abbatis. Genuit idem dictus *Robertus* de domina *Maria*, juniore filia domini *Willielmi* de *Redveriis* comitis *Devoniæ* sibi desponsata uxore, prolem Deo gratam & patri dilectam (videlicet) dominum *Johannem* de *Courtnay* virum simplicem & rectum, licet in armis strenuum eorum utcumq; hæredem; Cum ista *Maria* torũ habuit in liberum maritagium; habuerunt & chasiam de **Crukes**, exceptis patronatibus ecclesiarum & 50. libratis terræ de . . . Castris quæ priùs dabantur *Willielmo Brewer*, cum seniore filia comitis *Johannis*: Et quoniam ista sine hærede obiit, totum ad *Mariam* & hæredes suos rediit. Qui *Robertus* cum tandem vitæ suæ laudabilem cursum feliciter consummasset in stadio, septimo calend. Augusti apud **Pinen**, manerium suum, diem clausit extremum anno Domini 1242. & regni Regis *Henrici* 3. 26. qui statim ad monachos suos de *Forda*, ut idem prius adhuc vivens, ordinaverat, delatus extitit, & in eorum presbiterio die tertio (id est quinto kalend. Augusti,) omni cum devotione & honore anno secundo abbatis *Adæ* sepultus fuit, cui in piramide supposito armati militis incliti structura jam erigitur, ac in cujus circumferentia tale epitaphium reperitur

Hic jacet ingenui de **Courtnay** *gleba* Roberti
Militis egregii virtutum laude referti.
Quem genuit strenuum Reginaldus Courtinensis
Qui procer eximius fuerat tunc Devonensis.

Post mortem verò istius nobilissimi viri domini *Roberti* de *Courtnay*, ut premittitur defuncti, floruit perspicuus in Christo & seculo, filius suus & hæres, dominus *Johannes* de *Courtnay* prænotatus, & habuit totam patris sui hæreditatem in terris prædictis & possessionibus, adeo plenè & integrè sicut pater suus aliquando tenuerat. castellũ tamen *Exoniæ*, & custodiã comitatus *Devoniæ* à patre suo domino *Roberto* per Regem ablata nunquã obtinere valebat. Nupserat tamen sibi *Isabellam* filiam domini *Johannis* de *Veere* comitis *Oxoniæ*, quæ peperit ei *Huganem* de *Courtnay* primum, suumque hæredem. Fuit itaque iste dominus *Johannes* vir simplex & rectus ac timens Deum, & progenitoribus suis non minus devotus nec in monachos suos *Fordenses* minùs benevolus, sed illorum suffragia cunctis operibus præponens, & in eis plenarie confidens, munificus, & integer eis per omnia extitit amicus; in nullo eos vel eorum monasteriũ aliquando oneravit seu gravavit; neq; ab aliis onerari vel gravari permisit; Sed ipsos & eorũ prædia terras & possessiones, ubicunque infra hundredum suum & dominium scituata, à quibuscunque sectis, servitiis & secularibus exactionibus sufficienti titulo libera fecit & quieta, ac seipsum pro eis scutum, quasi, & defensorem tutissimum semper exhibuit, & à multis pressuris & dispendiis indemnes præservavit; fructus autem spei suæ qui in precibus dictorum monachorum habuit, sequenti narratione patebit.

Contigit illum aliquando de transmarinis ad propria navigantem alto in mare circa crepusculum tanto suis cum sequentibus mortis subjacere periculo, quod ipsi etiam nautæ singulos sibi Deo commendantes, præ confusione maris & turbinum, tam de vita sua, quam salute desperarunt omnino; *Nolite timere nautæ* (inquit iste dominus) *sed vires vestras resumite & nobis pene naufragantibus tam audacter quam viriliter unam saltem horam modò subvenite; erit enim tempus, quo monachi mei de* Forda *ad vigilias surgent, & pro me ad dominũ deprecantes & orantes intervenient, ita quod nulla tempestates & turbines aut aqua procellosa nos perdere seu quovismodo extinguere possint; ideo vos interim nolite torpere, nec vitam nostram nec salutem negligere, quia jam instat hora in qua omnipotens & misericors Deus eorum meritis & precibus, etiam omnibus dignabitur subvenire.* Ad ista unus de suis in via comitantibus taliter respondet; Quid domine de monachis illis seu illorum suffragiis taliter loquimini, qui jam ut nobis ad plenum constat, violenter somno sunt oppressi? quomodo pro vobis orare possunt qui etiam dormientes seipsos non sentiant? Ad hæc dominus in spe firmus solidissima respondit; *Etsi multi dormiant, scio quod eorum plurimi orationibus etiam instantes devotissimè pro me eorum servulo, quamvis & parvo, Deum in præsenti obsecrent & implorent, nec possunt aliqualiter in tanto is stanti periculo mei esse immemores, qui illos hactenus mihi meritis pluribus in adversitatibus conservavi indemnes; nullo modo perire poterunt, pro quibus illos & tanti dies noctesque intercedunt; & quia ego eos, & illi me diligunt scio & veraciter credo, quod ipsi ampliùs & devotiùs jam pro me, meaque salute, & incolumitate apud Deum intercedunt.* Ad hæc *Nauclerus* inquit, Ut quid frivolis intenditis? nam finis vitæ vobis instat, confitemini mutuo invicem & spes vestras ad dominum precibus commendetis; & cum his verbis objecit quicquid habebat in manibus quasi extemp'ô spiritum exhalaturus; nec solus corruit, sed omnes cum illo in nave constitutos præter unum dominum desperatione dejecit.

Tunc dominus ille *Johannes* (& veraciter *Johannes* sonat, consequutus) infremuit, & complosis ad Deum manibus sic supplicando oravit. *Omnipotens & misericors Deus*, monachos sanctos pro me jam deprecantes, & me *cum ipsis obsecrantem dignanter exaudias, & nos sanos & incolumes, pro tua pietate ad portum optatum perducas.* His dictis, quia in simplicibus gaudet Deus, fideli suo & simplici, quamvis seculariter potenti, ob fidei suæ meritum & spei firmamentum in ultimo & gal ulo, sicut potens est, misericorditer subvenerat, statuens omnem procellam in auram & fluctus maris, quousque mitigans ipsum navigium optato littore collocabat. Quod perpendentes, cum gaudio experrecti qui antea dejecti præ timore mortis & periculi totaliter fuerant, divinæ misericordiæ & militis incliti consortes sui meritis intuitu fidei, & suæ spei firmissimæ de monachorum suffragiis taliter obtentis de sua incolumitate potitus, pro vita debitas gratiarum actiones devotissimè persolvebat. Sed cum quanta humilitate & gratia munera divinæ largitatis illi à Deo misericorditer exhibita, inter monachos suos de *Forda* confe-

Sic MS.

quenter in reveniendo ad propria retulerit, & ea sibi affuisse per eorum preces & merita asseveraverit, vix enim ad plenum explicare valebat. Sed si antea devotus multum & dictis monachis suis benevolus aut munificus extiterit, postea verò devotior, benevolentior ac munificentior fore juravit. Ex tunc enim illis relaxabat, & confirmabat quodcunque petierant, quia ipsum eodem die in fraternitatem capituli sui ad devotissimam sui instantiam solemniter admittebant. Delegavit etiam corpus suum ibidem cum dilectis fratribus suis spiritualibus fore sepeliendum, ac eis etiam pro tunc valefacto, non diu post se eorum precibus ampliùs commendavit per donum quadraginta marcarum : obiit tandem fæliciter in Christo quinto nonas Maii anno Domini 1273. & regni Regis *Edwardi* primi, primo anno ; qui juxta patrem suum dominum *Robertum* de *Courtnay* apud *Ferdam* sepelitur coram summo altari. Legavit etiam cum corpore suo 40. libras sterling. eidem monasterio, necnon & arma sua cum vehiculo & totali apparatu quibus funus ejus illuc deferebatur eisdem monachis & fratribus suis legavit, tam ex fraterna affectione motus, quam animo devotus. Relicta vero ejusdem domina *Isabella* de *Courtney*, domino *Olivero* de *Dineham* postea se maritaverat ; sed diu post ipsum tertio idus Augusti defuncta apud *Fratres Prædicatores Exoniæ* à parte australi presbiterii, ex opposito ejusdem, humata erat.

1273.

Erexit se ergo dominus *Hugo* de *Courtney* primus, in progenitorum suorum hæreditatem & dominium ; sed quantum in ipsis viguit & floruit devotio & affectio in Deum & *Ferden.* cœnobium, tantum in isto tepuit & hebuit mentis sinceritas, pietas, puritas, præcordia suorum. Duxerat autem in uxorem *Elianoram* filiam proceris inclyti domini *Hugonis le Despencer* primi, patris etiam domini *Hugonis le Despencer* militis ingenuosi, strenui & famosissimi, postea comitis *Winton.* divitiis & potentia singulariter referti ; de qua genuit *Hugonem* secundum hæredem sibi futurum, & postea *Devoniæ* comitem ; ac *Philippum* postea dominum de **Bourton** prope **Dartmore** militem inclytum ; sed tandem 8. calendas Julii anno Domini 1314. in bello *Scotiæ* apud **Stirveling** interemptum. Genuit etiam ex eadem matrona sive domina prudentissima quatuor filias (videlicet) *Isabellam* domini *Johannis* de *St. John* uxorem, *Avelinam* domini *Johannis Gifford* militis uxorem, necnon *Egelinam Roberti* de *Scales* uxorem ; & *Margaretam Johannis* de *Mulis*, tironum nobilium, uxorem.

Iste *Hugo* primus, monasterio de *Ferda*, quod antecessores sui ad augmentationem cultus divini, & ad sui suorumque salutem & gloriam potiùs providendam, tam pie, quam salubriter in liberam puram & perpetuam elemosinam, possessiones & prædia cætera eidem conferendo, fundarunt, nihil ex omnibus sibi reservantes præter eorum suffragia, primis infestus & molestus extitit ; & quæ illi in pios usus assignaverant, iste ad usum canum & equorum vendicabat. Dixit enim, & minus veraciter asseruit, dictam abbatiam de *Ferda*, quæ in liberam puram & perpetuam elemosinam à suis progenitoribus extitit fundata, à se debere teneri per servicium inveniendi eidem in omni guerra cum contigeret unam carectam ferratam cum uno equo carectario liminare, & acilio seu apparatu ad quinque equos carectarios & cum uno baihudo coriario ad eandem carrectam, necnon & perhendinandi duos dextrarios vel palefridos ipsius *Hugonis* cum duobus garcionibus ad omnes custus in abbatia prædicta, & inveniendi huccas ad eosdem equos, & etiam perhendinandi unam leporariam vel unam bracheta cum catulis suis quolibet anno quousque catuli fuerint unius anni ætatis ; de quibus etiam servitiis asseruit dominum *Johannem* de *Courtnay* patrem suum per manus ipsorum religiosorum fuisse seisitum tempore Regis *Henrici* patris Regis *Edwardi* tunc regnantis ; ac seipsum postea, de carectario liminari per manus domini *Willielmi* abbatis in dicto monasterio tunc præsidentis, ad guerram *Wallia* anno nuper *Edwardi* decimo fuisse seisitum.

Et quia idem dominus *Hugo* ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Ferda* & monachis ibidem famulantibus Deo, qui morem paternum & consuetudinem antecessorũ suorum observabant, plus obesse, quam prodesse optaverat, occasione prædicti servitii qd. tunc sibi a retro fuisse minus veraciter asseruit, omnia averia eorum apud grangiam suam de **Westford** inventa die sancti *Laurentii* anno Domini 1288. & regni Regis *Edwardi* 16. ac etiam omnes alios boves eorum apud **Westford** & **Ozchard** cum populi multitudine illuc veniens, fecit ab aratro disjungi, & in **Dertmore** juxta **Okehampton** effugari ; pro quibus replegiandis Rex *Edwardus* scripsit vicecomiti *Devon.* nono die Septembris anno regni Regis *Edwardi* ejusdem 16. & vicecomes scripsit regi quod ballivi dominæ *Isabellæ* de *Fortibus* comitissæ *Devoniæ* de hundredo de **Exminster**, quibus idem vicecomes Returnum brevis regis habere fecerat, dictos boves cum aliis averiis abbatis de *Ferda* replegiare non potuerunt, eo quod præfatus *Hugo* averia illa advocavit esse sua, magnum super hiis in curia Regis placitum esse cepit ; ac tandem pax talis qualis inter partes reformata extitit, sed non in parvo tempore duravit. Venit namque postea dictus dominus *Hugo*, nescio qualiter motus, cum aliis multis apud **Ozchard** die dominico proximo post festum sanctæ *Agathæ* virginis anno regni Regis *Edwardi* 18. districtionem violenter, ut prius, facturus, sed per familiam abbatiæ vir sagittarum ictibus ac mortis periculo expers impeditus extitit, sed nullum averium ibi cepit, rediens autem versus **Colecombe** per grangiam de **Westford**, unum taurum, 12. vaccas, quatuor boves & quatuor juvencas tunc ceperat, & illa averia apud **Wimple** imparcari faciebat, sic ergo placitum quod prius inter ipsum & abbatem *Nicholaum*, sopitum in curia Regis suscitaverat, & hoc in perpetuum sui malum nisi abbas sectam suam subtraxisset. Ex his ergo plurimum indignatus dictam domum de *Ferda* postea odio habuit, cui & nunquam antea in ullo beneficus fuit. Obiit tandem apud **Colecombe** tertio calendas Martii anno Domini 1291. & regni Regis *Edwardi* primi 19. ac apud **Colwick** prope *Exon.* sepelitur. Post cujus obitum relicta ejus prænominata, domina *Alianora*, 37. annos superstes in ligia viduitate permanserat, ac domum suam & familiam in omni

1288.

ni

ni abundantia & honore tam prudenter, quam sapienter ut strenua materfamilias, ac domina discreta, apud **Colecombe** regebat; pollebat enim tam sensus vigore quam subtilitate ingenii, & quamvis dedita seculo, intenta nihilominus hospitalitati. Tandem *London.* de *Cancia* rediens anno
1328. Domini 1328. & regni Regis *Edwardi* 3. secundo calend. Octobris mortalibus valefecit, & propè maritum suum dominum *Hugonem* apud **Colnick** humata extitit.

Filius autem ejus dominus *Hugo* secundus, tam sapientia, quam scientia mirabiliter preditus dicto patri suo *Hugoni* de *Courtney* post in totam hæreditatem successerat, qui dominæ *Agneta* sorori sororii sui domini *Johannis* de *St. John* anno ætatis suæ 17. conjugatus erat. Ipsi autem sorores suas mutuo sibi nubebant. Genuitque dictus dominus *Hugo* secundus de præfata domina *Agneta*, dilecta Deo & hominibus, eo quod humilis mitis & benigna, prolem inclitam & religiosam, *Johannem* eorum primogenitum, qui postea *Tavestochiæ* abbas factus erat, quò & in juventute se transtulit ad monachatum. Genuit etiam secundo natu, *Hugonem* tertium, 4. idus Julii anno Domini 1303. hæredem sibi futurum, *Robertum* qui in juventute sua obiit, ac *Thomam* postea conjugem *Muriela* senioris filiæ & hæredis domini *Johannis* de *Mules*, militem strenuum. Duasque filias, videlicet *Elianoram* nuptam *Johanni* de *Gray*, sed non diu superstitem, & *Elizabetham* domini *Bartholomei* de *Lydell* uxorem. Crevit etiam iste dominus *Hugo* secundus in immensum, divitiis & gloria super omnes progenitores, & antecessores suos in *Anglia* tam singulariter quam excellenter, ingenio pollens & dominio, ad quem spectabat, & revertebatur hæreditas comitatus *Devoniæ* jure hæreditario & successione.

Factus sic igitur magnus, & antecessorum suorum ut prænotatur maximus, tria magna sed non magnifica imo tria mala sed utinam non sibi mala in domum de *Forda* fecit memorabilia, paternum in hac parte gerens & non deserens animum ex preconcepta indignatione suprascripta: sed pater suus tantum in uno dictam domum molebatur ledere; in hoc (videlicet) quod ipsam abbatiam a progenitóribus suis in liberam puram & perpetuam elemozinam fundatam, minùs veraciter vendicavit, & asseruit per certa, dira, duraque servitia de se teneri debere. Iste verò istud non deserens alia duo mala, malo isti malè super addidit, quia cum istam domum de competentibus sibi immunitatis, libertatisque privilegiis, per quasdam indenturas inter ipsas partes, ob minas & terrores ex parte sua & dominii, minus ritè confectas evacuasset, quantam libertatem quam in manerio suo de **Thale** dicta domus habuit nequiter & injustè abstulit, & tam abbatem quam tenentes suos ibidem omnes & singulos ad curiam & hundredum suum de **Barrigge** minus justè attraxit, & ad eorum sectam faciendam non absque gravamine compulit & coegit. Denique & rectorem de **Cruk** in causa decimarum de terris & prædiis suis de **Othull** & **Goggeber**, ac aliis infra fines & limites parochiæ suæ scituatis, Sed dictæ domui ante *Lateranense* concilium adquisitis, de quibus à præstatione decimarum eidem fuerunt, & esse debent, totaliter immunes, contra eosdem sustinuit, & tam ipse quam dominus *Hugo* tertius, filius suus & hæres cum prædicto rectore apud *Bathon.* & *Wellensem* epise. intervenit, quod idem episcopus, in quem dicti religiosi per eosdem dominos inducti & compulsi tanquam in arbitrum compromiserunt inviti, ordinavit judicialiter unam compositionem realem inter partes prædictas, per quam dicta domus de **Ston** obligatur ecclesiæ de **Cruck** in censu annuo quinquaginta solidorum, in suæ immunitatis præjudicium, & enormen ipsius monalterii læsionem.

Ista sunt ergo tria mala, quæ idem dominus *Hugo* secundus fecerat in exhæredationem *Fordensis* monasterii. Primum (videlicet) quod ejusdem libertatem in qua fundabatur in liberam puram & perfectam & perpetuam elemozinam, in temporale redegit servitium. Secundum quod libertatem, quam hactenus habere solebat in manerio suo de **Thale** simul cum redditu quem pro eodem solvere consuevit, ad suum attraxit Hundredum. Et tertium, quod ipsam abbatiam ad ecclesiam de **Cruck** obligari procuravit in dicto redditu annuo quinquaginta solidorum. Nupserat autem filius suus & hæres dominus *Hugo* tertius patre adhuc vivente anno Domini 1325. 3. de
1325. Idus Augusti, generosæ dominæ *Margaretæ* filiæ comitis *Herefordiæ* domini *Humphredi* de *Bohun*, tironis strenuissimi, & in armis famosissimi, sed ante contractum hujus matrimonii propter querelam communis justiciæ *Angliæ* prosequendam, à regiis satellitibus apud *Pontemfractum* nequiter occisi. Hæc *Margareta* matrem habuit ingenuam, dominam *Elizabetham* illustrissimi principis & Regis inclyti *Edwardi* post conquestum *Angliæ* primi filiam, anno Domini 1311. 3 nonas Aprilis natam; per quam contigit posteritatem *Courtneis* regio sanguine *Anglico* iterum renovari, ex ea provenientem. Ingenuitas enim hujus dominæ *Margaretæ* neptis Regis *Angliæ*, quæ fuit filia filiæ Regis *Edwardi* egregii, æquipollet generositati *Reginaldi* de *Courtney* supradicti, qui fuit filius domini *Flori* filii Regis *Franciæ Grossi Ludovici*, & sic generositas de *Courtneis* recentiori ingenuitate sublimatur, ac regia tribus, regalis necnon progenies *Franciæ* pariter & *Angliæ* in eis permiscetur.

Habuit idem dominus *Hugo* tertius donum gratum, ex mera liberalitate patris sui adhuc superstitis, sed occasione assumptæ sibi uxoris (videlicet) manerium totum de **Colecumb** cum suis pertinentiis, in domicilium; necnon duo maneria, de **Coker** penitùs cum manerio de **Wetteshene** ad singulare dominium seperatim à patre. Pro tempore exercendæ familiæ, & apud **Colecumb** presidentis genuit filios & filias; *Hugonem* (videlicet quartum, eorum primogenitum, anno Domini 1327. 2j. calendas Aprilis natum; *Thomam*, *Edwardum*, *Johannem*, *Margaretam*, *Elizabetham*, *Catherinam* anno Domini 1335. & regni Regis gloriosissimi *Edwardi* post conquestum tertii, nono.

Dictus dominus *Hugo* secundus omnes antecessores suos de *Courtneis* in seculari potestate & dominio excellens, eo quod in terris prædictis & possessionibus comitis *Devoniæ* jure hæreditario, ut præmittitur successit, sicut jure ita in nomine comes *Devoniæ* dici & esse promeruit, habuit 18

libras, vj. ſol. & octo denarios annui cenſus ſterlingorum ad dictum hunc comitem hæreditariè pertinentes. ſingulis annis de regiis perquiſitis in comitatu *Devonie* percepturos, quos antea minime habebat. Sublimatus taliter in comitem iſte dominus, tanto pietatis affectu eodem anno attractus fuerat, quod cuilibet monaſterio in *Devon.* 20. marcas, Prioratui de **Plumpton** totidem, cæteriſque Prioratibus ſingulis decem marcas, ac cuique domui fratrum mendicantium decem marcas conferebat. Sed qualiter ad eum pertinuit hæreditas comitatus *Devonia* ſubnectendum.

Comites *Devonie* de *Redveriis* nuncupati.

Rex *Henricus* poſt conqueſtum primus, filius Regis *Willielmi* magni ducis *Normanie*, totius *Anglie* conqueſtoris, cum poſt fratrem ſuum *Willielmum Rufum* ſuper totam *Angliam* fæliciter regnaſſet, dilecto & fideli ſuo *Ricardo* de *Redveriis* primò **Tiverton**, ac poſtea honorem de **Plinton** cum aliis locis ad eundem pertinentibus contulit, in comitemque *Devon.* tertium denarium annui exitus ejuſdem comitatus illi concedendo, cum conſequenter creavit. Exitus autem comitatus qui tunc ad regem pertinebat ad 30. marcas tantummodo ſe extendebat, de quibus dictus comes decem marcas annuatim in partem ſuam aſſumebat. Poſt hæc Inſulam *Vecta* à dicto Rege obtinuit, unde comes *Devonie* & dominus Inſulæ nuncupatus erat. Qui comes *Richardus* genuit primum *Baldwinum*, poſt ſe *Devonie* comitem, de **Timmuze** canonicorum & *Twina* ubi eſt Chriſti eccleſia & monaſterii *Quararæ* in Inſula *Vecta*, & de *Tira* in *Normannia* inclytum fundatorem. Hic comes *Baldwinus* primus tres filios, videlicet *Ricardum*, *Henricum* & *Willielmum* habuit, ac tandem anno Domini 1155. ſecundo nonas Junii mortuus apud *Quæreram* ubi uxor ſua *Adelicia* & dictus filius ſuus *Henricus* in juventute defunctus quieſcunt, ſepulturam accepit. Senior ergo filius ejus, *Ricardus* ſecundus, ei in hæreditatem ſucceſſit & comes *Devon.* extitit; & duos filios poſt ſe ſucceſſivos comites & hæredes (videlicet) *Baldwinum* ſecundum & *Ricardum* tertium legitimè procreavit, uterque autem eorum ſine prole obierat, & ſic ad patruum ſuum *Willielmum* de *Vernona* cognominatum, quia *Vernonæ* ſcholaris fuerat, hæreditas tota ſpectabat.

Iſte *Willielmus* comes genuit *Baldwinum* tertium de *Mabilia* comitiſſa uxore ſua, ac etiam duas filias *Johannam*, videlicet *Willielmi Brewer*, & *Mariam Roberti* de *Courtney*, inclytorum procerum uxores futuras. Cum prima filia, *Johanna* videlicet, dedit pater quinquaginta libratas terræ apud **Cruk** in manerio de **Cruck**, cum advocatione ejuſdem eccleſiæ genero ſuo *Willielmo*, ac cum ſecunda, totum reſiduum dicti manerii cum hundredo forinſeco & chacia de **Cruks** genero ſuo *Roberto*. Præfata denique *Johanna* uxor *Willielmi Brewer* omni prole caruit & ſic nullius mater debitum mortis perſolvit: *Maria* tamen fæcunda extitit, ac prolem etiam Deo & hominibus dilectam (videlicet) *Johannem* de *Courtney* tunc viri ſui & ſuum impoſterum hæredem votivè parebat. Iſte autem *Johannes* de *Courtney* genuit *Hugonem* primum; & ille *Hugo* primus *Hugonem* ſecundum, dictum comitatum jure hæreditario, ut conſequenter parebit, jam aſſecutum.

Ante mortem verò dicti comitis *Willielmi* de *Redveriis*, ac de *Vernona* nuncupati, filius ſuus *Baldwinus* tertius prænominatus, genuit ex *Margareta* filia & hærede *Warini* filii *Geraldi*, *Baldwinum* quartum; & patre ſuo adhuc ſuperſtite calendas Septembris anno Domini 1216. morte præreptus eſt. Anno itaque ſequenti, quarto Idus Septembris obiit idem comes *Willielmus*. Dictus ergo *Baldwinus* quartus *Amiciam* filiam *Gilberti* de *Clare* comitis *Gloucestriæ* & *Hertfordiæ* in uxorem duxerat, de qua *Baldwinum* quintum poſtea comitem & *Iſabellam Albemerlie* comitiſſam procreabat. Hic *Baldwinus* junior, poſt patrem comes, *Johannem* quendam genuit; qui *Johannes* moriens, patrem ſine prole reliquit. Tandem & pater ejus *Baldwinus* junior, qui & quintus, prole fraudatus obiit, & ſic tota hæreditas ad ſororem ejus *Iſabellam Albemarlie* comitiſſam legitimè pervenit; Quæ quidem comitiſſa *Iſabella*, in poſſeſſione comitatus *Devonie*, necnon dominii *Inſulæ* conſtituta, dote materna excepta, dedit proceſſu temporis *Amicie* matri ſuæ hæredibus & aſſignatis ſuis imperpetuum, manerium de **Buckland**, **Bickley**, **Wallampton** & **Colliton**, cum Hundredis & advocationibus eccleſiarum feodis militum & aliis omnibus quibuſcunque pertinentiis ſuis, quæ univerſa, ipſa mater ejus *Amicia* Deo poſtmodum liberaliter contulit, ac monaſterium ordinis *Ciſtercienſis*, monachis de *Quararia* illuc aſcitis, apud **Buckland**, ex hiis omnibus fundavit; quam quidem fundationem, & domum ſuam prædictam, tam dicta *Iſabella*, quam Rex *Anglie Edwardus* poſt conqueſtum primus ratificaverę, & approbavere; ac Deo & dictis monachis *Ciſtercienſis* ordinis, ibidem Deo ſervientibus, tam votivè, quam devotè confirmarunt anno videlicet Domini 1278. & regni ipſius Regis *Edwardi* 8.

Fundatio monaſterii de *Buckland.*

Tandem verò dicta domina *Iſabella* de *Fortibus Devon.* & *Albemarlie* comitiſſa abſque prole obiit, in qua tota ſucceſſio ex maſculina linea, à dicto domino *Willielmo* de *Redveriis* ſive de *Vernona* deſcendens penitùs defecit. Ad *Mariam* ergo juniorem filiam ejuſdem *Willielmi* domino *Roberto* de *Courtnay* deſponſatam, & hæredem ejus, tota dicta hæreditas comitatus *Devonie* retorquenda fuit, quia *Johanna* ſoror ejus & ſenior filia ejuſdem comitis *Willielmi* ſine prole obiit, ac conjugem ſuum *Willielmum Brewer* liberis etiam fraudatum reliquit. Jure ergo hæreditario & ſucceſſione legitima dictus *Hugo* de *Courtnay* ſecundus dictum comitatum obtinuit; eo quod de ſanguine proximus & hæres legitimus, quia filius primi *Hugonis* filii *Johannis* de *Courtnay*, qui filius fuit *Roberti* & dictæ *Mariæ* filiæ & hæredis dicti *Willielmi* de *Vernona*. Et licet idem *Hugo* de *Courtney* ſecundus ſic dictæ dominæ *Iſabellæ* de *Fortibus* nuper comitiſſæ *Devoniæ*, & dominæ *Inſulæ* in hæreditate comitatus ſucceſſerat, dominio tamen dictæ *Inſulæ Vectæ* adhuc fraudatus extitit; ſed hoc minus juſtè, quia ad hæreditatem ſuam & totum reliquum dignoſcitur pertinere. Vendicat tandem dominus Rex *Anglie* dictam *Inſulam* tanquam jus ſuum proprium à dicta domina comitiſſa *Iſabella*, donatam per chartam, quam tanquam

1216.

1278.

quam dictæ comitissæ exhibet, utinam non minus veraciter, non nequiter non fraudulenter contra voluntatem dictæ *Isabellæ*, vel præter, impetrata fuisset. Rex illustris *Edwardus* post conquestum *Angliæ* primus præfatam Insulam plurimum optaverat, ac aures dictæ dominæ ut inde sibi illum faceret hæredem, tam per se quam per alios sæpius pulsabat. Quæ & bona domina facere semper renuit, quotiescunque in hac parte requisita fuit, constanter recusavit hæreditatem suam ledere, vel in aliquo hæredibus suis derogare. Tum verò dominum de **Stratton** clericum & dictæ dominæ familiarissimum utpote per quem potius ipsa cartam faceret, Rex promotorem in hac parte sibi statuebat, quò plus timore quam amore ad hoc inductus Regem, quod petierat consequuturum promittebat, quod cum nullo modo domina vivente potuit efficere, ipsa tandem moriente, Regi ne videretur promissis illudere, cartam ei fecerat sigillo dominæ sigillatam, ut qui habuerat omnia in potestate sua, sic ergo regi satisfecerat & hæredes legitimos dominio *Insulæ* nequiter, & subdolè, hujus factionis commento hucusque defraudabat.

Anno Domini 1340. die dominica in festo sanctæ *Trinitatis* & sancti *Barnabæ* apostoli domina *Agneta* de *Courtnay* comitissa *Devoniæ* apud **Tiverton** obiit, quæ die Martis quinto calendas Junii apud **Colwick** propè *Exon.* solempniter humata fuit. Hæc cum à dicto conjuge sua *Hugone* de *Courtney* vidua facta fuit ut premittitur anno nono Regis *Edwardi* tertii, annis quinquaginta tribus vel circiter sub lege conjugali vixerat, sub qua plurimas molestias, etiamque calumnias toto tempore sororis suæ dominæ *Alianoræ* de *Courtnay* præfati mariti sui genetricis ipsam incessanter calumniantis, & super clandestino adulterio apud filium deferentis, tolerabat.

Carta *Joselini* de *Pomerei*.

Ex regist. de Ford cap. 20.

Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit Joselinus *de* Pomerei *salutem. Noverit universitas vestra me pro salute animæ meæ & domini mei Regis* Henrici *& animarum patris & matris meæ & domini fratris mei* Hen. *de* Pomerei *& antecessorum & successorum meorum, dedisse concessisse & hac præsenti carta mea confirmasse ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* Forda *& monachis ibidem Deo servientibus, totam villam meam de* **Tale** *cum omnibus pertinentiis suis cum me ipso in comitiva ad habitum religionis suscepturus eram, adeo integrè & liberè possidendam sicut idem dominus & frater meus* Henricus *de* Pomeria *pro servitio & homagio mihi eam dedit assensu hæredis sui, & carta sua confirmavit; scilicet per servicium quorundam calcariorum deauratorum, pro omni servicio. His testibus,* Johanne *archidiacono* Exoniæ, Willelmo *Priore sancti* Germani, Willielmo *de* Tracy *fratre* Hugonis *de* Courtenay, Henrico *filio* Willielmi *de* Tracy.

Confirmatio Johannis de la Pomerei *anno* 13 E. 2.

Ib. cap. 22.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Henricus de la Pomerei* filius & hæres *Henrici de la Pomerey* militis & *Amiciæ* filiæ *Galfridi Camvill* militis salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me inspexisse cartam confirmationem & quietam clamationem *Joselini de la Pomeray*, & *Henrici de la Pomerai* de **Byrye**, filii *Henrici* & *Margeriæ* filiæ ..... de *Vernun* avi mei, confectas Deo & beatæ *Mariæ* de *Forda* & monachis ibidem Deo servientibus, de manerio de **Tale**, in hæc verba. Omnibus Christi fidelibus *Henricus de la Pomeray* de **Byrye**, filius *Henrici de la Pomeray*, & *Margeriæ* de *Vernun* salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me inspexisse cartam *Joselini* de *Pomerai* confectam Deo & beatæ *Mariæ* de *Forda* & monachis ibidem Deo servientibus, de terra de **Tale** in hæc verba. Omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Joselinus de la Pomtray* (*&c.*) necnon cartam *Henrici de la Pomerai* filii *Henrici* junioris & *Aliciæ* de *Vernun* in hæc verba. Sciant præsentes & futuri quod ego *Henricus de la Pomeray* filius *Henrici* & *Aliciæ* de *Vernun* (*&c.*) Quare volo & firmiter præcipio quod prædicti monachi & successores sui habeant & teneant omnes prædictas terras & omnes alias terras quæ tenent de feudo meo tam in *Devonia* quam in *Cornubia*. His testibus, *Johanne* de *Courtney*, *Olivero Dynam*, *Henrico* de *Champernoun*, *Maugero* de sancto *Albino*, *Johanne Wier*, *Alexandro* de *Okeston*, *Warino* de *Lallone* militibus. Quas quidem cartas & confirmationes & quietam clamationem coram me lectas & diligenter inspectas ego dictus *Henricus de la Pomeray* filius *Henrici de la Pomeray* & *Amiciæ* filiæ *Galfridi Camvill* ratifico Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Forda* & monachis ibidem Deo servientibus (*&c.*) Testibus, domino *Hugone* de *Courtney*, *Nicholao* de *Cheiney*, *Roberto* de *Stokbaye*, *Johanne* de *Bikbury* tunc vicecomite *Devoniæ* militibus (*&c.*) Data apud *Exoniam* die Mercurii proxima ante festum Nativitatis beatæ *Mariæ* anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* xiij.

Confirmatio donationum per Regem *Ricardum* primum.

Cart. antiq. S. nu. 21.

Vide Cart. 10 E 3. nu. 60. & Cart. 6 E 2. nu. 26.

Ricardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dux* Normanniæ, Aquitaniæ, *& comes* Andegaviæ, *Archiepiscopis* (&c.) *salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti carta nostra confirmasse in perpetuam elemosinam abbatiæ de* Forda, *& monachis ibidem Deo servientibus, ecclesiam de* Thornecumba *in cujus parochia prædicta abbatia sita est. Et totum manerium de* Thornecumba *cum omnibus pertinentiis suis sicut* Aeliz *vicecomitissa, qua illud manerium eis in elemosinam dedit, unquam illud meliùs & liberiùs tenuit, Et terram de* Sterta *ex dono* H. *Regis secundi patris sui cum omnibus pertinentiis suis, Et* Assewetam *quam abbas & prædicti monachi emerunt de canonicis* **Tanton**, *& de* Hugone *de* Turbervill. *Ex dono* Ricardi *filii* Baldwini, Uppecotam. *Ex venditione monachorum de* **Pargan**, *quinque ferlingos. Et ex dono* Ricardi *de* Raleg *duos ferlingos in tenemento de* Aessa. *Et ex venditione* Walteri *filii* Baldwini *de* Aessa *quicquid est inter prædictos septem furlingos, præter solum pratum quod dicitur* **Bradmede**. *Ex dono* Ricardi *de* Turbervill *unam virgatam terræ in* Aessewei, *Ex dono & venditione* Hentici *filii* Willielmi,

Willielmi, Colebroke. *Ex dono* Henrici *de* Pomeria *unum ferlingum terra, quæ appellatur* **Tumbrighteslozd** *in* Exemora. *Ex dono* Eustachii *filii* Stephani *unam domum in* Exonia. *Ex dono* Manasseri Mauvaisin, & Mabiliæ *uxoris suæ terram de* Godesterta. *Ex dono* Savarici *unam domum in* **Bristoll.** *Ex venditione* Rogeri *de* Arundell, Brunneduna. *Ex dono* Savarici *de* Vall *vij. ferlinges terra in tenemento de* **Bere.** *Ex venditione* Henrici *de* Pomeria *unam piscariam in* Cornubia, *quæ appellatur* **Cozesturnan.** *Ex dono* Ricardi *filii* Willielmi *de* Langaforde, *hoc quod habet in parva* Windesoria *sicut carta ejus testantur. Ex dono* Ricardi del Estre *unam virgatam terra in* **Cornemue.** *Ex dono* Richardi *de* Morevilla *xx. sol. de tenemento de* Chaffcomba. *Ex dono* Henrici *de* Tylli, la villa. *Ex dono* Henrici *filii* Walteri *de* Leg. *unam virgatam terra in tenemento de* Lega, & *de dono patris ejus xij. acras in eodem tenemento. Ex donatione & venditione* Gaufridi Talebot, *tenementum de* Streta. *Ex dono & venditione* Roberti Burnilli *terras illas in tenemento de* Bera *de quibus carta quas fecit præfatis monachis de* **Fford,** *testantur. Ex dono* Osberti Daci *dimid. hidam terra in tenemento de* **Wrokesale.** *Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum* Willielmi *de* Longo Campo *cancellarii nostri, Anno primo regni nostri, xvj. die Septembris, Apud* Gadintonam.

BUCKFASTENSIS *Abbatia in agro* Devonienſi.

Carta Ricardi Banzan.

Cart. 43 H. 3 mem. 1. per Inſpex.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Ricardus Banzan* dedi concessi & hac præsenti carta mea confirmavi abbati & conventui de **Buckfastre** Deo & beatæ *Mariæ* servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, pro animabus patris mei & matris meæ & fratris mei *Stephani Banzan*, totam terram meam de *Holna* cum omnibus pertinentiis suis, ut in dominicis, villenagiis, boscis, turbariis, homagiis, & serviciis liberorum; videlicet *Stephani Mugge, Michaelis Mugge, Wimundi Sele, Osberti Corbyn*, & *Warini* de *Budditone*, & omnibus aliis pertinentiis. Tenendam & habendam dictis abbati & conventui & eorum successoribus, vel cui eam assignare voluerint, de me & hæredibus meis liberè, quietè, integrè, & pacificè jure hæreditario imperpetuum, in viis, semitis (&c.) faciendo inde mihi & hæredibus meis, ipsi & successores sui vel eorum assignati, tricessimam partem feodi unius militis pro omni servicio, querela, demanda, secta & exactione. (&c.) His testibus, *Gileberto* de *Umfranvill*, *Hugone* de *Cardinan*, *Martino* de *Fisacre*, *Gilberto* filio *Stephani*, *Philippo* de *Bodrigan*, *Waltero Bernas*, *Nicholao* de *Ferariis*, & aliis.

Carta Regis *Henrici* ſecundi.

H. *Rex* Angliæ, & *Dux* Norman. & Aquit. & *Comes* Andeg. *Archiepiscopis* (&c.) *salutem. Sciatis me concessisse in perpetuam elemosinam monachis de* Bugfasta *qui sunt de ordine de* Savineio, *ecclesiam & abbatiam de* Bugfalta *cum omnibus terris & tenementis, & ecclesiis, & aliis possessionibus prædictæ ecclesiæ pertinentibus, Ita bene & in pace* (&c.) *sicut prædicta abbatia unquam melius* (&c.) *tenuit tempore Regis* H. *avi mei* (&c.) *T.* Teobaldo Cantuar. *archiepiscopo*, Toma *cancellario*, Unfrido *de* Buhun *dapifero*, Rogero de Novant, Warino *filio* Guroldi *camerario*, & Willielmo *filio* Hamonis, *Apud* Wigorniam.

Pat. 1 E 4. part. 2. m 4. per Inſpex.

MELSAENSIS *Abbatia in agro* Eboracenſi, * *fundata anno MCxxxvj.*

* Annal. de *Wavere* in bibl. *Cottoniana*

Caput primum.

Qualiter primò sumpsit exordium monasterium de Melsa. *De ejus nomine, & nominis ejus etymologia.*

POst incarnationem Domini, anno millesimo centesimo quinquagesimo, à conquestu verò *Angliæ* per *Normannos* octuagesimo quarto, ab initio ordinis *Cistercienſis* quinquagesimo secundo, à fundatione autem monasterii de *Fontibus* decimo octavo, universalem ecclesiam & catholicam *Eugenio* Papâ tertio gubernante, regnum verò *Angliæ* regente *Stephano* de *Blois* Rege: vivente adhuc beatissimo patre nostro *Bernardo Clarevallensi* abbate, kalendas Januarii, in die videlicet circumcisionis dominicæ, sub bonæ memoriæ domino *Adam* abbate nostro primo, cepit initium hoc cœnobium *Melsa* latinè, **Meaux** gallicè, sive anglicè à nostris patribus nuncupatum. Locus autem ipse à pristinis habitatoribus sortitus est nomen, qui in conquestu *Normannorum* de quadam civitate *Galliæ Meldis* latine, sed **Meaux** gallicè vocitata exeuntes, post dictum conquestum ipsum locum inhabitantes nomen de **Meaux** ei imposuerunt, in memoriam suæ pristinæ civitatis. Prædictus autem *Adam* abbas noster primus, ut dicitur, aliquando fuit monachus de **Whitby**, & unus illorum qui egressi sunt de dicto monasterio de **Whitby** ad monasterium beatæ *Mariæ Eboraci* inchoandum. Postmodum verò Priorem dicti monasterii beatæ *Mariæ Eboraci*, & alios qui inde exierant & in territorio *Ripponensi* monasterii ordinis *Cistercienſis* quod *Fontes* dicitur inchoaverunt, secutus est. Pridie verò nonis Octobris anno Domini millesimo centesimo trigesimo secundo, facta est egressio monachorum *Eboracenſium* de cœnobio eorundem, & eodem anno incepta

Ex regiſt. de *Melſa* fol. 11. b.

est,

est abbatia sanctæ *Mariæ* de *Fontibus* sexto kalendas Januarii. Tresdecim monachi egressi sunt de cœnobio beatæ *Mariæ Eboraci*, scilicet *Richardus* Prior, primus abbas de *Fontibus*. *Richardus* sacrista secundus abbas de *Fontibus*; *Robertus* primus abbas de **Birksted**; *Gervasius* subprior primus abbas de **Parcolude**; *Walterus* elemosinarius secundus abbas de **Birksted**; *Ranulphus* primus abbas de *Lisa Norwagie*; *Alexander* primus abbas de **Birkstall**. Abbates septem; Reliqui verò quinque monachi, non abbatiantes obierunt. *Radulphus* autem cantor qui tertius decimus erat solus regressus est, in cujus loco dictus *Adam* de eadem ecclesia *Eborum* venit ad *Fontes*, & ipse *Adam* primus abbas de *Melsa*. Hujus autem cœnobii *Fountanensis* octo sunt filiæ, videlicet *Novum-Monasterium*, **Birksted, Parcolude, Woburne, Birkstall**, *Lisa*, *Vallis Dei*, & monasterium nostrum de *Melsa*. Et dicta est *Melsa* quasi sapor mellis, vel *Melsa* quod interpretatur rixa vel in azimis: vel dicitur *Melsa*, quasi Messa quod interpretatur hospes salvans, vel mensura salutis suæ dans potum. Hæc autem etymologiæ & interpretationes re satis lucide concordant: etenim dici potest mellis sapor propter loci amenitatem, propter religionis dulcedinem, & propter divini cultus specialem dulcorem; vel dicitur rixa, quia in principio fundationis suæ erat rixa & discordia de ipsius situ: vel quia ab initio sui usque in præsens, vix sine rixa & persecutione conquievit, vel quia inibi degentes continuam habent rixam contra triplicem hostem, dæmonem scilicet, mundum & carnem. Vel dicitur in azimis, sinceritatis quidem, hoc est rectæ intentionis, perfectæ veritatis, & bonæ operationis: vel dicitur hospes salvans temporaliter per se transeuntes; spiritualiter se in eo Christo mancipantes, temporaliter & spiritualiter inibi continuè permanentes; vel mensura salutis, quia secundùm mensuram uniuscujusque bonæ operationis retribuetur mensura salutis; vel dans potum confortationis indigentibus, pias elemosinas largiendo afflictis, carnis motibus insurgentibus calicem dominicæ passionis spiritualiter bibendo, & perpetuæ consolationis spiritibus sitientibus divinæ contemplationi jugiter insistendo. Igitur ad ordinem relationis stilum reducam.

Cap. secundum.

De causa fundationis, & situ loci.

HUjus monasterii de *Melsa* fundator erat *Willielmus le Gros* præclarus comes *Albemarliæ*, & dominus de **Holdernes**, & hæc causa fundationis ejusdem. Iste *Willielmus* comes vir erat nominatissimus, & quasi dominus totius provinciæ *Eborum*. Idemque iter *Jerosolimitanum* in voto habebat, quod propter ætatem, & corporis gravitatem minimè valebat adimplere. Erat autem eo tempore, in monasterio de *Fontibus* monachus quidam dictus dominus *Adam* postea abbas noster primus, vir summæ prudentiæ, & inter plures valdè nominatus, qui dum in ædificiis construendis monachorum videlicet de **Birkstede, Woburne**, præcipuè de *Valle Dei* cujus dictus comes fundator erat, occuparetur, & esset solicitus, cœpit dicti comitis notitiam aliqualiter obtinere. Et cum comperisset ipsum comitem propter voti sui præmissi solucionem anxium esse, suggessit eidem ut monasterium aliquod *Cisterciensis* ordinis in redemptionem voti sui fundaret. Adjungens quod si hoc secundùm ordinationem suam perficeret, ipse voti sui absolutionem a domino Papa impetraret. Annuit comes petitum si suum dictus *Adam* consummasset promissum. Cum igitur dictus *Adam* coadjuvante eum beato patre nostro *Bernardo* erga dominum Papam *Eugenium* tertium tum in *Galliis* commorantem negotium præmissum ad finem perduxisset optatum: circuit & perambulat prædia & possessiones ipsius comitis, locum commodum monasterii ædificandi ubique requirens. Cumque demùm ad locum qui *Melsa* dicebatur advenisset, contemplatur locum nemoribus & frutetis consitum, aquis & paludibus cinctum, ac frugi terrarum gleba fœcundum. Animadvertit dictum locum fore suis votis aptissimum. Erat autem in loco eodem monticulus quidam, qui collis beatæ *Mariæ* dicebatur, ubi nunc ipsius cœnobii ecclesia fundatur: in cujus verticem præfatus *Adam* ascendens, baculum quem in manu tenuit, in terram fortiter infixit, dicens, *Hic locus, nempe vocitetur aula Regis ..... etiam vineaque cæli, portaque vitæ, gens hic creetur christicolarum*: & adjecit, ad circumstantes loquens: *Num audistis charissimi quid propheta promiserit de domo domini ædificanda? Erit*, inquit, *in novissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montis: quæ verba tota hac die nescio qualiter in ore meo revolvi, & nunc perpendo quæ divina providentia agebat, quæ in hoc monticulo voluit templum suum fieri in nobis.* Audiens autem comes quod locum illum elegisset, graviter tulit, eo quod propter sui amœnitatem supra modum diligebat, cogitaverat enim eundem locum fossâ & vallo undique cinctum ferarum habitationem fecisse, & jam tunc fossatum qui adhuc dicitur **Parkedike** in occidentali parte inceperat. Nam ante paucos illos dies locum prænominatum, qui pro tribus carucatis terræ computabatur, cum domino *Johanne* de *Melsa* milite, cujus patrimonium locus ipse fuerat, commutavit pro manerio de **Bewic** juxta **Aldburgh** cum sex carucatis terræ ad eum pertinentibus. Ita ut dictus dominus *Johannes* & hæredes sui ipsum manerium de **Bewick** cum pertinentiis, per idem servitium de comite tenerent quod pro ipsa *Melsa* perantea reddi fuerat consuetum. Sed necdum fuerat dicta commutatio scripti munimento confirmata.

Cap. Tertium.

De causa nominis loci, & ejus separatione a dominiis adjacentibus.

ANte quidem hæc tempora *Gamellus* filius *Ketelli* de *Melsa* avus seu pater dicti *Johannis* de *Melsa*, cum *Gulielmo* notho rege & conquestore, de prædicta civitate Galliæ, **Meaux** gallice dicta exiens cum aliis, in his partibus *Holdernesia* sortem suæ habitationis est affectus, & ob memoriam civitatis suæ egressionis, nomen huic loco quem inhabitabat, ut **Meaux** nuncuparetur, imponebat. Postea autem dictus *Adam* abbas

noſter primus, de prædicti comitis conſenſu, atque dicti domini *Johannis* de *Meaux* militis, ei nomen latinum, ut *Melſa* latinè diceretur commutans imponebat, eo quod à dicta civitate *Gallia* dicta *Meldis* nomine tenus differetur, & ob religionis in eo jugiter aſſequendæ ſuavitatem mellis ſapore non immerito deberet comparari. Ipſe quidem *Gamellus* dicti loci incola, & alii dominiorum collateralium cohabitatores, dominus videlicet *Baſing* de *Waghun*, *Sywardus* de *Sutton*, *Frano* de *Falcenbery* de *Riſe*, *Richardus* de *Scrutevill* de *Rowthe* prædictis villis contemporanei & convenientes poſt guerram *Normannorum* ut domini præfuerunt. Qui poſt guerram præfatam pacificato regno, ex communi conſilio & proviſa utilitate hæredum ſuorum terminos inter ſe diſtinguentes, certas menſuras poſſeſſionum ſuarum poſuerunt, ad auferenda cartamina poſterorum. Nam hos terminos inter ſe de *Melſa* poſuerunt, videlicet ab extrema parte aquilonari foſſæ parci à jactu unius ſecuris verſus aquilonem uſque ad **Swynesholme**, & a **Swynesholme** uſque ad parvum **Collesholme**; & a parvo-**Collesholme**, uſque ad veterem pontem in medio mariſco juxta angulum boſci de *Ruda*. Et iſti ſunt termini inter *Felſam* & *Rudam*, ab iſto ponte uſque ad quercum in occidentali parte de **Leverykland**, in cujus medio ſupereminet quidam monticulus (id eſt) terra antiquitus congeſta in modum furni ad eruditionem futuri populi, & ab illo monticulo in parte ſeptentrionali juxta **Tirrynghelme**, uſque ad pontem qui vocatur pons *Ruda*; ſub quo poſuerunt antiqui grandem lapidem in teſtimonium, & iſti ſunt termini inter *Melſam* & *Rudam*. Et inde in directum uſque ad **Napleſtubb** in **Lumbercotes** veniente quadam duplici foſſa de mariſco in tranſverſum. Et ſciendum quod duæ partes de **Lumbercotes** pertinent ad *Melſam*, & a **Napleſtubb** uſque ad mediam partem de **Seggesholme** ubi vacca antiquitùs humata eſt. Similiter in teſtimonium diviſa inter **Waghun** & *Swynam* à **Seggesholme** uſque ad fraxinum quam *Henricus* de *Verley* ſuccidit ſuper **Braunceſholme**, & à media parte de **Snoxesholme** ſuper ripam de **Hull** uſque ad foſſam comitis ſed comminuitur. Hæc autem forma diviſa ſunt dominia villarum de **Waghun** & **Routh** à manerio de *Melſa* & ipſa *Melſa* à reliquis dominiis ſibi contiguis & vicinis. Sed quia hæ diviſæ ſigna & teſtimonia à modernis penitus ignorantur, reſtat ut de ipſo ſolo dominio de *Melſa* de quo nunc agitur, & de ſeparatione ejus a dominiis aliis adjacentibus, ſicut inpræſentiarum noſcitur, diſſeratur. Nam vaccaria de *Felſa* parcella hujus dominii de *Melſa* extat manifeſta. Sed utrum ipſa foſſa conſtructa fuerat vel ſeparata antequam monaſterium noſtrum ſumpſit exordium vel non, ſeu cujus tempore, fateor me omnino neſcire. Ipſius autem *Melſa* diviſio moderna ſic habetur, Primò ab auſtrali angulo de **Crykings** verſus occidentem per *le* **Parke dyke**, qui dividit paſturas de *Felſa* & mariſcum de **Wele** deducens verſus aquilonem in parte occidentali uſque ad **Peynpitt**, tendendo verſus orientem uſque ad viam quæ ducit verſus *Rudam*, & dehinc paululum verſus aquilonem uſque ad **Forbridge**, & ſic per borealem finem de **Benuris** & fines ſellionum verſus **Whyther** de *Ruda*, ubi foramina quædam in terra rotunda ad ſpacium trium pedum latitudinis perfoſſa quaſi per jactum lapidis inter ſe diſtancia in ſignum ſeparationis inter *Melſam* & *Rudam* in hac parte diſtinguunt, infra quæ foramina verſus capita ſellionum foſſatum in ſolo noſtro proprio de *Melſa* conficitur, ut ipſæ antiquæ diviſæ ſeu foramina extra dictum foſſatum per trium pedum ſpatium remaneant. Ut ſi quando in futurum dictum foſſatum mundari debeat, ſeu dilatari, in ſolo noſtro proprio pro dicto foſſato dilatando perfodamus. Et ſuper dictum foſſatum ſeu foramina non tamen æqua linea uſque ad **Wichoyk**, & hoc ex parte ejus boreali, & per dictum **Wichoyk** quod dividit in parte ejus ſuperiori *Rudam* & **Riſton**, & in hac parte inferiori *Melſam* & **Arnall**, tendendo verſus auſtrum uſque ad **Ponkedike**; & in tranſverſo de **Ponkdike** verſus **Napelſtubb** in **Lumbercotes** per **Ryelker**, & hæc ex parte ejus orientali, & de dicto **Napleſtubb** verſus occidentem uſque ad prædictum angulum de **Crykings** ubi præſcriptam diviſionem inchoavi ex parte ejus auſtrali. Dominium videlicet quadrum circuitum habens quaſi quatuor milliarium, agricultura, prato & paſtura dotatum, & boſco ſuper hæc omnia eminente pulcherrimè decoratum. Et ubi ipſum villa ſeu manerium de *Melſa* fuerat ſituatum, extat modo grangia noſtra quæ **Northgrange** nuncupatur. Et poſtea ipſa commutatio dictorum manerium de *Melſa* & **Belwick** fuerat perpetrata, dictus *Johannes* de *Melſa* miles & poſt eum hæredes ſui quandiu hæreditariè ſuccedere poterant, apud **Belwick** morabantur. Præfatus autem *Johannes* de *Melſa* miles cujus patrimonium proprium *Melſa* erat, genuit *Robertum*, qui genuit *Johannem*, qui genuit *Godfridum*, qui genuit *Johannem*, qui genuit *Godfridum*, qui genuit *Johannem*, qui ſine liberis mortuus eſt, qui obiit circa annum Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, cujus capitale manerium de **Belwik**, & patrimonium ejus in **Sutton** poſt ejus obitum dominus *Radulphus* de *Haſtings* comparavit. Sed nunc ad relationis ordinem ſtilus eſt revocandus.

Caput quartum.

De prima monaſterii edificatione, & monachorum inductione & tenementis nobis datis per Willielmum Groos *comitem fundatorem noſtrum, in* **Waghan**, *boſco de* Ruda, **Yotone**, & **Eggetone**.

CUm autem ut prædictum eſt dictus *Adam* monachus locum monaſterium ædificando aptum elegiſſet, & ipſius loci commutatio nondum fuerat ſcripti munimento confirmata, elaborabat dictus comes *Willielmus le Groos* in quantum potuit, ut dictus *Adam* monachus locum alium ubicunque voluit ſibi placeret in dominio ſuo eligere ad monaſterium fundandum. Sed nequaquam hunc ab incepto propoſito aliqualiter flectere prævalebat. Tandem ergo comes locum ipſum cum omnibus pertinentiis ſuis Deo & beatæ *Mariæ* Virgini ad monaſterium monachorum *Ciſtercienſis* ordinis ibidem faciendum ſolemniter conferebat. Fecit ergo ædificari quandam magnam

magnam domum licet ex vili cemate ubi nunc stabilitur pistrinum, in qua conventus adventurus, donec providentius pro eis ordinaretur, habitaret. Fecit etiam quandam capellam juxta domum prædictam, quæ modo dicitur camera cellerarii, ubi monachi omnes in inferiori solario postea decubabant, & in superiori divini officia devotionis persolvebant. Quibus nondum perfectis, conventum monachorum de monasterio de *Fontibus* v. kalendas eductum, in locum prædestinatum kalend. Januarii introduxit, atque ipsi conventui pro scripto *Adam* monacho præfecto in abbatem locum ipsum præfatis abbati & monachis suisque successoribus relaxabat. Deinde ceperunt dicti abbas & monachi ex operibus manuum suarum victum quærere quotidianum in sudore vultus sui pane suo vescentes, & in sanguine suo vineam domini sabaoth complicantes. Confluebant ad eos undique comprovinciales; ad coadjuvandum quidam, quidam verò ad conversionem. Stolidus enim populus gentem admirabat cucullatam quibusdam temporibus divinis obsequiis insistentem, & aliis temporibus operibus rusticanis occupatam. Ceperunt deinde dicti monachi in ædificiis & necessariis cotidie proficere & indies eorum numerus cepit augeri devotis comprovincialibus, manus eis porrigentibus adjutrices. Porro idem venerabilis comes cepit dictorum monachorum profectibus, congaudere, & in augmentum divini cultis dedit eis boscum de *Ruda*, quem pridem cum *Alano* de *Scrutyvill* pro sexaginta acris terræ erabilis in **Aldburgh** eo magis valentibus commutavit. Quicquid etiam habuit in **Waghun** de patrimonio proprio & de patrimonio archiepiscopi, & ecclesiam ejusdem villæ ac *Petrum* de **Waghun** militem suum & tenementa ipsius, ita tamen quod ipse *Petrus* esset attendens dictis monachis de singulis serviciis suis, donec idem comes præfato *Petro* changiam ad valitudinem terræ suæ conferret, dictis monachis in puram & perpetuam elemosinam est largitus, ut ipse *Petrus* occasione dictæ changiæ eisdem monachis ipsam terram suam in **Waghun** postea erogaret. Sed tamen prædictum *Petrum* aut ipsius tenentem non valuerunt aliqualiter optinere, donec post nonaginta novem annos. Alter *Petrus*, cujus prædictus *Petrus* avus fuerat, in sua ultima senectute, se fieri monachum postulavit & optinuit, & tunc divisa hæreditate, quicquid sibi competebat, eisdem monachis relaxavit, ut in sequentibus, tempore domini *Michaelis* abbatis octavi referetur. Ecclesiam etiam de **Waghun** multis adversantibus causis nunquam possidebant, cujus quidem clameum archiepiscopo *Eborum* tandem relaxabant sicut in tempore domini *Richardi* abbatis septimi constabit postea manifestum. Idem etiam comes dedit dictis monachis tresdecim acras terræ & pasturam tresdecim vaccarum in **Yoton** in **Whitbystrand** & eremitorium sancti *Leonardi* juxta **Eggiton** in **Whitbystrand** in perpetuam elemosinam. Sed si decem acrarum terræ, pastura & heremitorium unquam in possessione dictorum monachorum persistebant, vel si possessa qualiter fuerunt alienata, hiis diebus minime reperitur.

Caput quintum.

De terris datis nobis per eundem comitem in **Saltagh**, *de libero passagio apud* Pagulam *& uno tenemento in* **Yedon**.

ET cum dictus comes fundator noster hæc dictis monachis contulisset, quam terram dicti *Petri* militis ipsi monachi nondum habebant, & ipsa **Yoton** & **Eggeton** ab ipso monasterio nostro non prope distabant, cogitabat possessiones dictorum monachorum ampliare, unde quandam pasturam super *Humbriam* quæ dicitur **Saltagh**, & **Newland**, & unam carucatam terræ errabilis adjacens in **Bayngham**, dedit monasterio: monachi cum prædictis sexaginta marcas dederunt eis qui sibi in illa terra, jus immerito tamen sicut in sequentibus liquet, vendicabant. *Osbertus* siquidem vicecomes quondam opinatissimus sacerdos fuerat & à Rege *Henrico* primo vicecomes *Eborum* & *Lincolnia* constitutus. Hic à multis comitibus & baronibus *Anglia* multas terras adquisivit propter servicium suum, & quia famularis Regis erat. Inter quas à comite **Albemarle** qui tunc erat, impetravit, **Bayngham** in **Holdernes**, & in **Lindesay Totele**, & ea retinebat. De his quidem terris dedit prædictus *Osbertus* tribus militibus quatuor carucatas terræ liberè de ipso tenendas; duas videlicet *Humfrido* de *Kayngham*, & unam carucatam *Bernario* de *Haburr*, in mariſco de **Bayngham**, & *Fulcherio* de *Roston* dedit illam carucatam terræ, quam dictus comes nobis dedit: quam videlicet *Askillus* pater *Willielmi* de *Heduna*, qui fuit nativus dicti *Fulcherii*, de eodem *Fulcherio* tenendam. Et sciendum quod terram ipsam de *le* **Newland**, prædictus *Umfridus* de **Bayngham**, assensu & donatione prædicti *Osberti* de *Humbr.* adquisivit, & eam fossato circumcingi fecit, & ipsam terram de **Newland** de præfato *Osberto* vicecomite tenuit quamdiu ipse *Osbertus* vixit. Post cujus verò mortem, venerunt filii ejus, videlicet *Willielmus Turvecant* & *Richardus*. Et quoniam filii sacerdotis fuerant, nec hæreditatem clamare poterant, pacti sunt se regi *Henrico* dare pecuniam, ut permitteret eos, terras quæ fuerunt patris eorum possidere. Et cum partem regi dedissent, & de residuo Rex ab eis fidejussores exigeret nec invenire potuissent, omnes prædictæ terræ ex hac causa in manibus Regis remanserunt. Tunc *Stephanus* comes **Albemarl** pater dicti *Willielmi* comitis redemit terras hæreditatis suæ de manibus Regis *Henrici*, & cassatæ sunt omnes donationes illæ terrarum quas *Osbertus* vicecomes, vel illi qui de ipso tenuerunt alicui conferebant. Similiter & alii comites & barones fecerunt, de quibus *Osbertus* aliquid tenuerat. Ab illa omni die, & deinceps nec *Askillus* prædictus, nec *Willielmus* filius ejus de *Heduna*, nec *Simon Willielmi* filius, nec aliquis hæredum suorum præfatas carucatas terræ de **Saltagh** vel **Newland** habuerunt. Quæ postea dictis monachis in puram elemosinam collatæ fuerunt. Sed si præfatæ sexaginta marcæ, præscriptis *Willielmo* & *Richardo* filiis *Osberti*, aut militibus præscriptis seu præfatis *Askillo* & *Willielmo* in dictis terris juracclamantibus, aut omnibus aut alicui eorum fuerunt per-

ſolutæ, penitus ignoratur. Hoc tamen ſcitur, quod a ſolis hæredibus prædicti *Askilli* pro duodecim marcis & dimidio quietam clamantiam ipſius terræ ceperamus, ſicut in tempore *Philippi* abbatis ſecundi, poſtea referetur. Quibus quidem ſexaginta marcis, licet immerito perſolutis, grangiam unam ibidem apud **Saltagh** incæpimus ædificare. Idem ergo *Willielmus* comes fundator noſter, confirmationem domini Regis *Stephani* ſuper omnibus premiſſis nos fecit habere. Poſtea verò idem comes dedit nobis aliam terram in eodem mariſco de **Bainghам**, quam quidem ſucceſſores monachorum tunc exiſtentium, quia firmam quam comiti debuerant per aliquot annos retrahendo non rediderant, meritò perdiderunt. Sed quanta fuerit iſta terra ignoratur. Poſt cujus comitis mortem, *Willielmus* de *Fortibus* comes **Albemar** qui filiam *Willielmi* prædicti *Hawiſiam* quia hæredem maſculum non habuit, duxerat in uxorem, duobus fratribus, *Willielmo* ſcilicet prædicto & *Henrico* qui fuerant de progenie dicti *Askilli*, centum acras terræ in præfato mariſco conceſſis pro centum ſolidis annuis, de quibus viginti quinque acras & totum quod alter ipſorum ibidem habuit, nos tenemus ſicut in tempore *Alexandri* abbatis quarti referetur. Poſtea verò quam eandem grangiam de **Saltagh** ibidem inceperamus, propter frequentes *Humbriæ* inundationes fluctuoſas, non modicum portionem terræ verſus prædictam grangiam conſumantes, eadem grangia in locum interiorem ubi nunc ſituatur fuerat conſummata, ſicut in tempore domini *Willielmi* abbatis, qui poſtea referetur. Locus enim de quo prædicta grangia tranſlata fuit **Alv-Saltagh** vel **Weſt-Saltagh** nuncupatur, contraquem locum licet *Humbria* ibidem terram proprios conſumpſiſſet, terra jam recreſcere cœpit, præſcriptuſque etiam *Willielmus le Gros* comes fundator noſter, dedit nobis liberum & quietum paſſagium apud *Pagulam*, quatenus cum omnibus rebus noſtris propriis in eundo & redeundo libero paſſagio frueremur. Dedit etiam nobis quandam manſuram in **Hedon**, ut in eundo ad **Saltagh** & dictum paſſagium & inde redeundo, ibidem perpetuum hoſpitium haberemus. Quam manſuram etiam idem abbas *Adam* cuidam *Roberto* filio *Benedicti*, & *Sapiencie* uxori ſuæ filiæ *Haldene*, cui jure hæreditario prædicta manſura pertinebat, reddidit, quatenus eam in feodo & hæreditate rehaberent, & eam de eccleſia noſtra ipſi & juſti ſucceſſores eorum tenerent, ut in ea hoſpitium noſtrum, congruè & honorificè ad opus fratrum noſtrorum euntium & redeuntium haberemus. Quæ quidem manſura ad opus noſtrum iterum reverſa eſt.

Caput ſextum.

De genealogia nobilium comitum Albemar. *fundatorum noſtrorum.*

SEd quia ipſe *Willielmus le Gros* comes *Albemar.* noſter fundator fuit ut prefertur, reſtat nunc, ut de ejus anteceſſoribus, ejuſque hæredibus preclaris comitibus *Albemar.* & dominis de **Holderneſſe** pauliſper attendere quos breviter intenditur memoriæ commendare. Comes quondam *Campaniæ*, nepos Regis *Francorum*, habebat quendam filium militem egregium nomine *Odonem* qui propter homicidium cujuſdam magnatis terræ illius inde fugiens, ad *Willielmum* nothum qui fuit dux *Normanniæ* & poſt Rex *Angliæ* pervenit. Porro coadjuvante dictum *Odonem* archiepiſcopo *Rothomagi* erga ipſum Regem *Willielmum*, dedit ei præfatus Rex ſororem ſuam in uxorem. Poſtquam autem celebratæ ſunt nuptiæ, *Odo* rogavit eundem archiepiſcopum, ut ſuggereret Regi dare ſibi unde uxorem ſuam alere poſſet, & expoſuit ei cauſam quare de terra ſua jampridem fugiſſet; dedit ergo Rex dicto *Odoni* inſulam de **Holderneſſe**, & ipſe idem archiepiſcopus, dedit eidem *Odoni* comitatum *Albemarlie* ut in expeditionibus eſſet ejuſdem archiepiſcopi ſignifer cum decem militibus. Dederat autem præfatus Rex dictam inſulam de **Holderneſſe** priùs militi cuidam valdè probo & in armis probato qui cum ipſo in *Angliam* venerat *Drogoni de la Beverer Flandrenſi* qui conſtruxit caſtellum de **Bitpſe**: habuit autem idem *Drogo* quandam Regis cognatum, quam omine infauſto interemit, poſt cujus necem venit dictus *Drogo* ad Regem ſimulans ſe velle cum uxore ſua in *Flandriam* reverti, & petiit ab ipſo aliquantam pecuniam ſibi dari. Accepta ergo a Rege pecunia, feſtinavit ad mare; cujus nefandum factum & fictum negotium cum Rex cognoviſſet, miſit poſt illum ut comprehenderetur, ſed ipſe denuo non reverſurus transfretavit. Data eſt ergo *Odoni* de *Campania* qui habuit ſororem Regis uxorem, **Holdernеſſia**, ſicut dictum eſt, quæ valdè ſterilis & infructuoſa erat eo tempore, nec gignebat niſi avenam. Cumque *Odoni* uxor ſua filium peperiſſet, quam vocavit *Stephanum*, petiit à Rege ut daret ei terram ferentem frumentum, unde alere poſſet nepotem ſuum, dedit ergo ei Rex villam de **Bitham** cum pertinentiis & alias poſſeſſiones plurimas. Porro filius *Stephani* filii *Odonis*, fuit *Willielmus le Gros* prædictus fundator noſter, & ipſe *Willielmus le Gros* accepit uxorem *Ceciliam* nomine, filiam *Willelmi* filii *Duncani* qui fuit filius Regis *Scotiæ Malcolmi*, & frater Regis *David*. Perquam *Ceciliam* dominus *Willielmus le Gros* & hæredes ſui comites **Albemar.** jure hæreditario *Cruvenmam* poſſidebant. Ex qua *Cecilia* dictus *Willielmus* accepit unam filiam nomine *Hawiſiam*. Ipſe quidem *Willielmus* comes *le Gros* comes poſt fundationem monaſteriorum ſancti *Martini* de *Auxiato*, propè **Albemarl** de ordine *Cluniacenſi*, & S. *Mariæ* de **Thoznton** regularium canonicorum de ordine ſancti *Auguſtini*, & duorum monaſteriorum de *Valle Dei* & de *Melſa*, monaſterii videlicet noſtri prædicti de ordine *Ciſtercienſi*, vixit viginti novem annis, & apud **Thoznton** tumulatus eſt. Et cum ipſe belliger & dux exercitus temporibus requiſitis extitiſſet & in mari transfretando tempeſtates nocturnas & repentinas ei ſuiſque naufragium minantes ſæpe perpeſſus fuiſſet; eiſdem tempeſtatibus ingruentibus noctem uſque ad ejus mediam ſub ſpe inſompnem deducebat. Media autem nocte irruente, quia monachi ſui ſancti *Martini*, & canonici ſui de **Thoznton** ad nocturnas vigilias ſurgere conſueverunt ſub confidencia precum ipſorum monachorum & canonicorum, ſpretis tempeſtatibus ſecuriùs dormiebat.

miebat. Circa gallicantum quidam peractis monachorum & canonicorum prædictorum vigiliis cum evigilaret sub confidentia orationum monachorum de *Valle Dei* & de *Melsa* qui ipsa hora noctis ad suas vigilias etiam surgere festinarent, spretis iterum tempestatibus, sive dormiendo, sive vigilando diem securius expectabat. *Hawisia* vero filia ipsius *Willielmi* post mortem patris sui data est per Regem *Anglia* qui temporibus illis extiterat, nobili viro, *Willielmo* de *Mandevilla*, sed ipso mortuo sine hærede ex ipsis procreato, data est iterum dicta *Hawisia Baldwino* de *Betoyn* comiti *Insula*, de qua accepit unam filiam tantum, quæ filia maritata marischallo *Anglia* tunc existenti, prole non producta, animam Deo corpus terræ commendabat: mortuus est etiam ipse *Baldwinus* de *Betoyn*, & *Hawisia* per præceptum domini Regis, accepit maritum *Willielmum* de *Fortibus* primum & habuit ex ea *Willielmum* de *Fortibus* secundum, qui habens uxorem accepit ex ea *Willielmum* de *Fortibus* tertium, qui duxit uxorem *Isabellam* nomine, filiam comitis *Insula* & *Devonia*, ex qua filios & filias procreavit, quarum una sepulta est in presbyterio nostro, & alii diversis in locis sine hæredibus ex eis procreatis. Sed una earum *Avelina* nomine, quæ sola tunc superstes, data est *Edmundo* filio Regis *Henrici* tertii in uxorem. *Willielmus* verò de *Fortibus* tertius mortuus est, similiter & *Avelina* filia sua, & hæres uxor *Edmundi* supradicti, obiit sine hærede aliquo de corpore suo procreato. Et sic ob defectum hæredum fuit comitatus **Albemarl.** & honor de **Holderneſſe** seisiti in manu domini Regis. Sed tamen dominium de **Holderness** reges succedentes nunc unus nunc alter ad terminum vitæ suæ pro libitu concesserunt. Tandem Rex *Richardus* secundus à conquestu, duodecimo die Junii, anno Regni sui decimo tertio, dedit dictum dominium de **Holderness** cum omnibus membris, feodis militum, advocationibus ecclesiarum, abbatiarum, Prioratuum, & aliis pertinentiis suis in quocunque loco, & in quocunque modo eidem spectantibus, domino *Thomæ* duci *Glocestriæ*, comiti de **Eſſex** & de **Bokingham**, constabulario *Anglia*, ac filio Regis *Edwardi* tertii à conquestu, avunculo suo. Quod dominium *Anna* Regina tenuit ad terminum vitæ suæ. Tenendum dicto domino *Thomæ* duci, & hæredibus de corpore suo exeuntibus, per servicia inde debita & consueta in perpetuum, in valorem sexcentarum librarum per annum, in partem solutionis mille librarum annuarum per dictum dominum regem, eidem duci domino *Thomæ* pro statu suo comitis *Rutl.* honorabilius manutenendo, concessarum. Dicta ergo *Anna* Regina, circa festum Pentecostes, Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto, & dicti domini Regis decimo septimo, Deo spiritum commendante, dictus dominus *Thomas* dux possessionem dicti dominii de **Holderneſſe** continuò est adeptus. Omnes quidem comites præscripti à prima fundatione nostra, usque ad *Willielmum* de *Fortibus* tertium, & idem *Willielmus* de *Fortibus* tertius, omnia terras & tenementa quæ dicti monachi de *Melsa* suis temporibus possidebant, eis in perpetuam elemosinam confirmaverunt.

Fundationis & fundatorum historia.

ANno incarnationis dominicæ MCL. kal. Januarii inceptum est monasterium nostrum de *Melsa* sub abbate bonæ memoriæ domino *Adam*. Hic quidem aliquamdiu monachus fuit in monasterio sanctæ *Mariæ Eboraci*. Postmodum verò per Priorem ejusdem domus & alios qui inde exierant & in territorio *Riponensi* monasterium quod **Fontains** dicitur incoaverant, secus est. Inde post non longum cum aliis pluribus ad ædificanda monasteria de **Byrkestede**, de **Woburne**, de *Valle-Dei* directus est. Porro comes *Albemarlie Willielmus* primus, monasterium de *Valle-Dei* fundavit, quod tamen propter loci inopportunitatem ad aliud prædium translatum est, postmodum. *Willielmus* autem fuit filius *Stephani* filii *Odonis* qui fuit filius comitis *Campaniæ* junior, & propinquus regis *Francorum*. *Odo* autem propter homicidium cujusdam de magnatibus terræ fugit de terra sua, & venit ad *Willielmum* Northum qui fuit dux *Normanniæ* & rex *Angliæ*, & petit dari sibi sororem ejusdem *Willielmi* in uxorem, quod & factum est, archiepiscopo *Rotomagensi* adjuvante partes *Odonis*. Postquam autem nuptiæ celebratæ sunt *Odo* rogavit eundem archiepiscopum ut suggereret regi dari sibi unde uxorem suam, scilicet regis sororem, alere posset, exposuit ei causam quare de terra sua fugisset; dedit ergo archiepiscopus *Odoni* civitatem *Albemarlie* ut in expeditionibus esset ipsius archiepiscopi signifer cum decem militibus. Suggessit etiam idem archiepiscopus regi ut aliquam possessionem daret eidem, & exposuit ei causam ipsius. Qua audita, dedit rex *Odoni Holderneſſe*; dederat autem rex eandem **Holderneſſe** militi cuidam valdè probo & in armis probato qui cum ipso in *Angliam* venerat *Drogoni* de *la Beverer Flandrensi*, qui construxit castellum de **Skypſe**; habuit autem idem *Drogo* uxorem quandam regis cognatam quam omine infausto interemit. Venit ergo ad Regem simulans se velle cum uxore sua in *Flandriam* reverti, & petit aliquantam pecuniam sibi dari. Et dedit ei Rex. Accepta ergo pecunia festinavit ad mare. Quæ cum cognovisset Rex, misit post illum ut comprehenderetur, sed ipse jam non reversus transfretavit. Data est ergo *Odoni* de *Campania* qui habuit sororem Regis uxorem, **Holderneſſe**, sicut dictum est, quæ valde sterilis & infructuosa erat eo tempore, nec gingnebat nisi avenam. Cum autem peperisset *Odoni* uxor sua filium quem vocavit *Stephanum*, petiit à Rege ut daret ei terram ferentem frumentum unde alere posset nepotem suum. Dedit ergo Rex ei villam de **Witham** cum pertinentiis & alias possessiones plurimas. Porro filius *Stephani* fuit *Willielmus*, sicut dictum est. *Willielmus* vero habuit sorores quatuor, filias *Stephani*, quarum una data est vicedomino de **Pynkeney**, altera autem vicedomino de **Werberay**, tertia nobili viro *Bertranno* de *Brikebet*, quarta *Willielmo* de *Romare* & postea *Petro* de *Brus*. *Willielmus* quoque accepit uxorem *Ceciliam* nomine, filiam *Willielmi* filii *Dunnekan*, qui fuit filius Regis *Scotiæ Malcolmi* & frater Regis *Davis*. *Dunkan* autem habuit filium nomine *Willielmum* qui

Ex regist. de *Fontibus* penes *Willielm. Ingleby* mil. an 1630. fol. 10. a.

habuit uxorem *Aliz* de *Rumeli*, ex qua accepit tres filias ad quas jure hæreditario pertinent **Craven** & **Copaland** & **Allerdale** & **Cokerum**. Harum primam, nomine *Ceciliam*, *Willielmus* habuit, ut dictum eſt, ex qua accepit filiam unam nomine *Haviſam*, nec alios liberos habuit. *Haviſa* verò data eſt *Willielmo* de *Forz*, & habuit ex eo filium *Willielmum* de *Forz* ſecundum, qui habens uxorem *Avelinam* nomine filiam nobilis viri *Ricardi* de *Munfichet*, qui accepit ex ea filium nomine *Willielmum* de *Forz* tercium &c.

Carta *Willielmi* comitis *Albemarl* de fundatione abbatiæ de *Melſa* ordinis *Ciſtercienſis*.

Ibid. GUlielmus *comes* Albemarliæ, *omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis, tam futuris quam modernis ſalutem. Sciatis me dediſſe, monachis* Ciſterc. *ordinis locum quendam* Melſa *vocitatum, de meo hereditario jure, atque in perpetuam elemoſinam confirmaſſe, cum omnibus appentitiis ; videlicet, in terris colendis, & in pratis, & in nemoribus, & in paſcuis, & in mariſco. & tam integrè, & benè, & liberè, ſicuti, egomet eam unquam melius tenui pro ſalute animæ meæ, ac fratris mei* Hingeram, *& patris & matris meæ, nec non & omnium parentum meorum ; & ut ibidem ſedes abbatiæ fiat, ac permaneat inſtituiſſe. Dedi etiam eidem abbatiæ totum nemus de* **Rudhe**, *cum mariſco ei proximo, in perpetuam poſſeſſionem, quod juſtè commutavi ab* Alano *de* Ringburc, *dando eidem pro ipſo quandam terram ei magis valentem ; itaque precor omnes amicos & homines meos, quatinus ſupradictam abbatiam, & univerſos habitantes in ea ſtudioſe diligant, conſilii & auxilii eis beneficium impendere non ceſſent, ut univerſorum ipſius beneficiorum, mecum effecti participes, in æterna tabernacula, à domino recipiantur, & à ſalutari ſuo.* T. Hingeram *fratre comitis*, Elia *de* Mundevilla, *magiſtro* Warnario, *magiſtro* Rogero, Gerardo *de* Fauancourt, Iſaac *clerico*, Roberto *de* Ros, Stephano *Pincerna*, *Valete.*

Alia carta ejuſdem comitis Willielmi.

Ibid. Pat 51 E. 3 m. 12. & Pat. 1. R. 2. pars 3. m. 2. per Inſpex. GVilelmus comes *Albemarlie* dapifero ſuo, & vicecomiti & omnibus miniſtris ſuis, & hominibus, univerſiſque ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe & præſentis cartulæ meæ teſtimonio, confirmaſſe monachis *Ciſtercienſis* ordinis ; eccleſiæ videlicet ſanctæ *Mariæ* de *Melſa*, ad ordinem ſancti *Benedicti* tenendum, & manutenendum, ipſam *Melſam*, & omnia ad illam pertinentia, in boſco, in plano, in mareſco, in pratis, in aquis, & boſcum de *Rudha*, quem juſtè commutavi de *Alano* de *Ringburc*, dando eidem, pro ipſo, quandam terram eo magis, valentem. Similiter conceſſi eis & dedi, totam terram quæ eſt de patrimonio meo, in *Wagna*, in campis, in pratis, in aquis, in piſcariis, & in omnibus eidem terræ pertinentibus, & totam paſturam de **Saltehache**, & **Reulande**, & exitum ejuſdem paſturæ, cum omnibus aliis pertinentiis, & quandam carrucatam juxta eandem paſturam, quam *Willielmus* filius *Aſchilli* de me tenuit, pro qua ei bonum eſcambium tribui ; Hæc omnia eis concedo, do, & confirmo, in perpetuam, & liberam elemoſinam, abſque ullo terreno ſervitio, ſicut aliqua elemoſina liberiùs dari, aut confirmari poteſt, pro ſalute animæ meæ, patris, & matris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, & pro ſalute animæ *Hingeram* fratris mei, & *Stephani*, & pro ſalute omnium ſororum, parentum & amicorum meorum. Hujus donationis meæ teſtes ſunt ; clerici *Simon* capellanus, *Iſaac*, *Rogerius*, *Warnerius* : milites *Euſtachius* filius *Johannis*, *Robertus* de *Stuteville*, *Petrus* de *Falcheneburga*, *Stephanus* Pincerna, & *Radulfus*, & *Willielmus* filii ejus, *Robertus* conſtabularius, *Henricus Feliet*, *Helias* de *Amundeville*, & *Radulphus* frater ejus, *Simon* de *Torne*, & *Willielmus* frater ejus, *Willielmus* filius *Aſchetelli*, & *Willielmus* frater ejus, qui etiam aſſenſum præbuerunt.

Carta *Haviſia* comitiſſæ *Albamarlie*, filiæ fundatoris.

Ibi. OMnibus *ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, ad quos præſens carta pervenerit*, Haviſſa *comitiſſa* Albemarliæ *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & præſenti carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ, *& monachis de* Melſa, *ipſam* Melſam *in qua abbatia ſita eſt, & boſcum de* Ruda, *& quicquid habent, & quicquid habere debent, in* **Waghun**, *& in* **Salthag**, *in terra de* **Pivis**, *in* **Tharleſtorp**, *in* **Thorp**, *in* **Alneburg**, *in* **Yolm**, *in* **Ergum**, *in* **Seton**, *in* **Spza**, *in* **Biſorp**, *in* **Dudington**, *in* **Dringhou**, *in* **Yuggethorp**, *in* **Yedon**, *in territorio & mariſco de* **Sutton** *ex dono* Amandi *de* Sutton, *& aliorum de feodo meo, & omnes terræ jura, & tenementa, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ſuis, in feodo meo, ſicut, carta* Willielmi *comitis* Albemarliæ *patris mei, fundatoris ejuſdem abbatiæ & aliorum donatorum, & benefactorum ſuorum teſtantur. Hanc autem confirmationem feci eis pro ſalute animæ meæ & omnium anteceſſorum meorum in liberam & perpetuam elemoſinam. Hiis teſtibus*, Fulcone *de* Oyri *tunc ſeneſchallo*, Wallone *de* **Cotnes**, Everardo *de* Beverere, *& aliis.*

Carta inter W. *comitem* Albemarliæ *&* Johannem *de* Melſa *de manerio de* Melſa *ad abbatiam faciendam.*

Ex ipſo autographo in turri b *Mariæ Eboraci.* SCiant tam præſentes quam poſteri hunc finem eſſe terminatum inter *Willielmum* comitem *Albemarlie* & *Johannem* de *Melſa* quod comes dedit & conceſſit *Johanni* de *Melſa*, **Bewyc** quæ fuit de patris ſui & avi hereditate, in feodo & hereditate tenendam de comite & heredibus ſuis, pro *Melſa* quam predictus *Johannes* comiti reddidit, ad faciendam quandam abbatiam & confirmandam in perpetuam elemoſinam. Sic quod predictam *Melſam* per cultellum comiti reddidit ſolutam & quietam de ſe & heredibus ſuis. Et hanc redditionem juravit tenendam, ſic quod eccleſia fundata in *Melſa* ſicut elemoſina erit quieta, & ſine omni calumpnia tam de *Johanne* de *Melſa* quam de heredibus ſuis imperpetuum. Et *Johannes* de *Bewic* idem ſervicium faciet de **Bewic** quod debebat de *Melſa*. Hiis teſtibus,

Ricardo

Ricardo de ſancto *Quintino*, *Petro* de *Falchemberg*, *Petro* de *Gonſia*, *Helia* de *Amundevill*, *Ada* de *Brus*, *Stephano Pincerna*, & *Radulpho* & *Willielmo* ejus filiis. *Herveio* de *Golſa*, *Iſaac* clerico, *Roberto* de *Wyetona* & ejus duobus filiis *Ricardo* & *Henrico*, *Warnerio* capellano, *Stephano* filio *Petri* de *Falchemberg*, *Willielmo* vicecomite, *Ada* clerico de *Barwa*, *Johanne Arundell*, *Carbunel*, *Thoma* de *Horrenues*, *Willielmo* filio *Warini*, *Roberto* de *Golſa*, *Rogero* de *Rimeſwell*, *Benedicto* camerario, *Bernerdo* de *Helewell*, *Gilberto* de *Grimeſtona*, *Symone* filio *Willielmi*, *Terri* camerario, *Willielmo Jurdan*, *Willielmo Chideneth*, *Willielmo* filio *Symonis*, *Symone* capellano, *Ricardo* de *Friebois*, *Burring*, *Willielmo Hottringeham*, *Willielmo* de *Belewe*, *Aſchitino* de *Schartheburg*, *Reynero* de *Sutton*, *Symone* pincerna, *Willielmo* diſpenſario, *Willielmo* de *Pabla*, *Henrico* filio *Radulfi*, *Stephano* de *Otringham*, & *Ricardo* de *Otringham*, *Herberto* Priore de *Melſa*, & *Gaufrido* monacho, & *Warino* & *Ada*, & alio *Gaufrido*, *Abſolone* & *Ricardo*, *Agnete* ſorore comitis & fratre *Hugone*.

Genealogia fundatoris.

Adhuc ex regiſtro de *Fontibus*. fol. 19. b.

INicium genealogiæ *W.* de *Forz* comitis *Albemarlie* junioris qui nunc eſt, ſecundùm *Adam* perſonam do **Croſtwhait**. *Willielmus* de *Mechines* primus hæres de **Scyptun** in **Craven** cum pertinentiis & de **Egremund** cum pertinentiis, genuit *Aliciam* de *Rumelya*, quæ ſepulta jacet apud **Fontes**. Iſta nupta fuit *Willielmo* filio *Duncan*. Ex iſtis exiit *Cecilia*, quæ nupta fuit *Willielmo* de *Albemar* groſſo. Et ex illis procreata eſt *Hauwiſa* quæ nupta fuit *Willielmo* de *Maundevill* comiti. Iſti non fecerunt prolem. Poſtea nupta fuit eadem *Hauwiſa Willielmo* de *Forz*. Ex iſtis natus eſt *Willielmus* de *Forz* junior pater iſtius qui nunc eſt. Item dictus *Willielmus* habuit terciam filiam *Aliciam* de *Rumely* quæ nupta fuit *Gileberto Pipard* & non fecerunt prolem. Iſta eſt *Alicia* advocatrix de *Fontibus*, de **Croſtwait** & de **Wattenelangre**.

Diſcenſus Willielmi *Comitis* Albemarliæ.

Ex ipſo autographo in turri B. *Mariæ Ebor.*

ITem bonæ memoriæ *Willielmus le Groos* comes *Albemarlia* fundator noſter dedit monaſterio noſtro totam terram quæ fuit de patrimonio ſuo in **Wagun**, & totam reliquam terram quam tenuit de archiepiſcopo *Eboracenſi* in eadem villa, & paſſagium ejuſdem villæ. Hanc donationem Rex *Johannes* confirmavit & dominus *Willielmus* de *Foorz* primus comes *Albemarlia* qui deſponſavit *Hawyſiam* filiam & hæredem domini *Willielmi* comitis fundatoris noſtri, & ipſa domina *Hawiſia* comitiſſa poſt obitum domini *Willielmi* de *Forz* comitis *Albemarlia* viri ſui. Et dominus *Baldewynus* de *Beteyne* comes *Albemarlia* qui ipſam dominam *Hawiſiam* comitiſſam poſtea duxerat in uxorem. Et dominus *Willielmus* de *Forz* comes *Albemarlia* filius domini *Willielmi* de *Forz* primi. Et dominus *Willielmus* de *Forz* comes *Albemarlia* tercius confirmaverunt per cartas ſuas in puram & perpetuam elemoſinam. Quorum animæ & omnium fidelium defunctorum requieſcant in pace. *Amen.*

Carta magiſtri *Ricardi* de *Otringham* pro cantaria ad portam monaſterii de *Melſa* vij. monachorum.

Omnibus ad quos præſens carta pervenerit Ricardus *de* Otringham *Rector eccleſiæ de* **Schelford** Elyenſis *Dioceſis ſalutem in Domino ſempiternam. Quia dudum dedi conceſſi & per cartam meam confirmavi Deo & beatæ* Mariæ *abbati & conventui de* Melſa *& eorum ſucceſſoribus pro ſalute animæ meæ & animarum quarundam* Johannis *de* Otringham, Martini *de* Otringham, Ricardi *filii ſui, necnon & pro animabus omnium anteceſſorum meorum, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, unum meſſuagium, xx. toſta xx. & duas bovatas & medietatem unius bovatæ, ſexies viginti & ſex acras terræ, ducentas & lx. & decem acras prati, xx. & duos ſolidos, & ſex denariatas redditus, & communem paſturam ad quingentas oves, quicquid habui tam in dominico quam in ſervicio cum pertinentiis in* **Otringham**, **Tharleſthorp**, **Fryſmareis**, **Well**, **Dyppoll** & **Sutton**, *Tenendum & habendum eis & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, pro quadam Cantaria in capitali meſſuagio prædictorum tenementorum de* **Otringham** *vel* **Yubertcroſt** *in eadem villa facienda continuè imperpetuum ſuſtinenda, videlicet quod vij. monachi preſbiteri abbatiæ prædictæ de* Melſa, *in altero locorum prædictorum, videlicet in capitali meſſuagio vel in* **Yubertcroſt**, *pro anima meâ & animabus prædictorum ſicut prædictum eſt divina celebrent imperpetuum. Ego verò dictus* Ricardus *perpendens periculum animarum monachorum ibidem commorantium, & ſalubrius eſſe animæ meæ & animabus prædictorum* Johannis, Martini, Ricardi *filii ſui & omnium anteceſſorum noſtrorum, quod dicta Cantaria alibi fiat quam in locis prædictis: Noveritis me conceſſiſſe eiſdem abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus, quod dicta cantaria fiat per prædictos monachos ad portam abbatiæ de* Melſa *imperpetuum. Et ſi quid huic conceſſioni inventum fuerit contrarium, pro nullo habeatur, careatque omni vigore. Ita videlicet quod dicti abbas & conventus aut eorum ſucceſſores occaſione ſubtractionis cantariæ prædictæ à locis capitalis meſſuagii vel* **Yubertcroſt**, *dum tamen dicta cantaria ad abbatiam prædictam de* Melſa *fiat, in aliquo non aggravetur ſive per aliquem inquietetur in futurum. In cujus rei teſtimonium huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Datum apud* **Scelford** *xvj. kal. Novembris, anno Domini MCCCxvij.* Ibid.

De numero monachorum.

Johannes de *Friboys* miles dedit nobis ad ſuſtentationem perpetuam unius monachi augendi ad numerum quinquaginta monachorum quem duxit numerum fuiſſe taxatum monaſterii noſtri, ſex bovatas terræ cum ſex clauſis in **Holmeton**. Ex regiſt. abbatiæ de *Melſa* in bibl. *Cottan.* fol. 59 b.

Cantaria de **Otringham** *de vij. monachis.*

MAgiſter *Ric.* de *Otringham* clericus dedit nobis j. meſſuagium xx. toſta xxxij. bovatas & Ibid.

medie-

medietatem unius bovatæ, sexies viginti & sex acras terræ, ducentas sexaginta decem acras prati, xxij. sol. & sex denariatas redditus & communem pasturam ad quingentas oves, cum pertinentiis in **Dtringham, Tharlestorp, Frylmarys, Wellwyk, Dzypul, Sutton,** & **Suttscottes** pro quadam cantaria perpetua sustinenda, videlicet per septem monachos monasterii nostri presbyteros perpetuò celebrantes in messuagio capitali vel in **Yoberterost de Dtringham,** pro animabus *Johannis* de *Otringham*, domini *Martini* de *Otringham*, *Ricardi* de *Otringham*, magistri *Ricardi* de *Otringham* præscripti & omnium antecessorum suorum. Quorum septem monachorum, prout cartâ & licencia capituli generalis distinguitur, quatuor pro illis cæteris animabus & pro omnibus fidelibus, unus de beata virgine, & duo ad suum libitum ipsam cantariam debent celebrare. Pro uno quidem ipsorum septem monachorum unus capellanus secularis pro Præpositis *Beverlaci* cantariam ibidem celebrans est commutatus, & cantaria reliquorum sex monachorum ad capellam extra portas monasterii est translata.

Cantaria in bosco.

Ib f.60. a. PEtrus de *Malolacu* dedit nobis cum corpore *Isabella* de *Thornham* uxoris suæ homaginm & redditum lx. sol. de sex bovatis terræ in **Ake,** & duas bovatas terræ cum toftis in **Wharrom,** duo molendina cum croftis & pertinentiis in **Lokyngton,** unum molendinum cum holmo adjacente in **Wzyddelhall** cum stagnis fectis & serviciis eisdem pertinentibus, ad perpetuam sustentationem duorum sacerdotum secularium cum duobus clericis, unius videlicet sacerdotis qui cantet missam in honore beatæ *Mariæ* virginis cum nota & horas, & alterius qui celebret pro defunctis cotidiè similiter cum nota, & officium defunctorum in capella beatæ *Mariæ* prope pontem qui est in bosco. Et nos faciamus anniversarium dictæ *Isabellæ* annuatim viij. kal. Junii imperpetuum. Et ad sustentationem quinque cereorum ad supradictam missam de sancta *Maria* specialiter assignatorum. Ita planè quod nos memoratam sustentationem sacerdotum clericorum & luminarium plenariè faciamus quamdiu prædictos redditus integrè perceperimus. Et si ita evenerit quod processu temporis dictis redditibus penitùs expoliemur, à prædicta sustentatione penitùs cessabimus, aut si aliqua portio beneficii prædicti pro defectu suæ warantiæ aut hæredum suorum subtracta fuerit, juxta quantitatem portionis subtractæ, de sustentatione prædicta & numero personarum minuatur.

Confirmatio donationum per Regem *Johannem*.

Cart. 6. *Joh.* n. 38. JOhannes *Dei gratia, &c. Sciatis nos intuitu Dei dedisse & hac carta nostra confirmasse abbatiæ* de Melsa, *& monachis* Cistercienis *ordinis ibidem Deo servientibus & servisuris, ipsam* Melsam *in qua eadem abbatia sita est, & omnia ad illam pertinentia, & totum boscum de* Rutha, *cum pertinentiis suis, & totam* Waghenam, *cum ecclesia ejusdem villa, cum omnibus aliis pertinentiis suis, scilicet, tam terras illas quas habent ex dono* Willielmi *comitis* Albemarliæ, *quam terras illas quas habent ex dono* Henrici *quondam* Ebor. *archiepiscopi, de assensu capituli sui, & confirmatione* Willielmi *successoris ejusdem* Henrici; *videlicet, duas carrucatas terræ in eadem* Waghena, *cum passagio fluvii de* **Hul,** *& earum pertinentiis de quibus* Rogerus *archiepiscopus, successor ejusdem* Willielmi *prædictos monachos disseisivit, & ipsi monachi postmodum ea omnia contra* Gaufridum *archiepiscopum successorem ejusdem* Rogeri *in curia christianitatis per licentiam nostram, sicut puram & liberam elemosinam suam dirationaverunt. Item concessimus & confirmavimus eisdem monachis, locum & terras grangiæ eorum de* **Saltaghe,** *cum pertinentiis suis; locum & terras grangiæ eorum de* **Tharletorp,** *cum pertinentiis suis: locum & terras grangiæ eorum de* **Viton,** *cum pertinentiis suis, locum & terras grangiæ eorum de* Mora, *cum pertinentiis; locum & terras grangiæ eorum de* Octona *cum pertinentiis suis: locum & terras grangiæ eorum de* **Merram,** *cum pertinentiis suis: locum & terras grangiæ eorum de* **Blanchemarl,** *cum pertinentiis suis: locum & terras grangiæ eorum de* **Schirn,** *cum pertinentiis suis: locum & terras grangiæ eorum de* **Ergum,** *cum pertinentiis suis. Præterea* **Holm** *quod est inter* **Levene,** & **Wzlsyl,** *cum pertinentiis suis, piscariam & vaccariam super* **Hul,** *cum adjacenti mariseo de* **Sutton,** *& eorum pertinentiis. Omnes etiam terras & tenementa quæ habent in* Eboraco, *in* Beverlaco, *in* **Burgh,** *in* **Yedon,** *in* **Arnehale,** *in* **Aldeburgh,** *in* **Dudinton,** *in* **Bisco,** *in* **Wzyngo,** *in* **Sethon,** *in* Nozdalton, *in* Wartrya, *in* **Harolvesttorp,** *in* **Aggetorp,** *in* **Walescroft,** *in villa sancti* Botulphi, *in* **Cnotingele,** *cum omnibus ad prædicta loca, terras, & tenementa pertinentibus, sicut carta & munimenta quæ inde habent, vel habituri sunt, rationabiliter testantur vel testabuntur. Quare volumus* (&c.) *Datum per manum* I. *de* Well. *Apud* **Lutegarsale** *secundo die Aprilis.*

NEW-MINSTER

Abbatia, juxta **Nozpeth,** *in agro* Eboracensi.

De prima fundatione ejusdem.

Leland. coll. vol. 2. p. 313. EOdem anno, id est MCxxxviij. Quidam vir potens in *Northumbria* cepit in sua possessione apud castrum quod dicitur **Nozthpit** monachos de *Fontibus* viij. no. Januarii, qui construxerunt cœnobium scilicet *Novum-Monasterium* vocatum. Quibus hoc ipso he ..... anno circa Epiphaniæ diem *Galfridus* episcopus *Dunelmensis* benedixit abbatem *Rodbertum* scilicet virum quos libente ..... prædictus vir scilicet *Ranulfus* de *Merley*.

A.D. 1138

Ex MS de origine *Fontanensis* cœnobii in bibl. *Arundeliana* fol. 8. b.

Anno quinto fundationis monasterii de *Fontibus*, vir nobilis *Ranulphus* de *Merley*, *Fontes* visurus accessit. Videns fratrum conversationem, com-

Vide carr. 21. E. 1. n. 5. & 7.

compungitur homo, & inspirante domino pro redemptione animæ suæ, locum quendam in patrimonio suo ad construendum monasterium assignat. Suscipit oblationem S. abbas, & ædificiis inibi, de more dispositis, abbatiam construxit, quam *Novum monasterium* nominavit: : Et hæc prima filia *Fontanensis* ecclesiæ unica adhuc matri suæ, anno v. fundationis suæ, mense primo, v. nonas Januarii emittitur conventus de domo *Fontium* ad *Novum monasterium*, cum abbate *Roberto* viro sancto & religioso monacho, quondam de **Witheby**, qui de cœnobio *Eboracensi* egredientibus se sociavit (*&c.*) Sic se habuit *Novi monasterii* initium (*&c.*) matris enim suæ fœcunditatem emulata, concepit & peperit, tres filias, *Pipewellam*, *Salleiam* & *Rupem*.

Carta Henrici *primi regis* Anglix.

Ex rotulo per vetustò penes dominum *will. Howard* de *Naworth.*

HEnricus rex *Anglie* & dux *Normannie* justiciariis vicecomitibus, ministris, & omnibus baronibus, suis, *Francis* & *Anglis* salutem. Notum sit omnibus vobis me dedisse *Ranulpho* de *Merlay Julianam*, filiam comitis *Cospatricii*, & per conventionem inter me & patrem suum, dedimus ei in liberum mariale, sibi atque hæredibus suis, scilicet, **Hozsley, Stanton, Witton, Ritton, Wyndgates,** & quandam villam ultra moras, tam liberè quam aliquis potest liberius inter maria terram alicui dare, tenenda in suo dominico, & ex hoc precipio meis justiciariis ut videant, quod nihil ei desit; & si aliquis ei contradicere voluerit, tunc præcipio justiciariis & vicecomitibus meis, de comitatu *Northumbria*, ut plenum rectum ei teneant. Testib. *Patricio* filio ..... *Johanne Peverell* de *Baalcampo*; & *Edgarus* filius *Cospatricii* comitis confirmavit hanc cartam ut sequitur in hæc verba.

Edgarus Cospatricii comitis filius, omnibus amicis suis, *Francis*, & *Anglis* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse *Juliane* sorori meæ terram quam meus pater & suus, scilicet, comes *Cospatricius* ei dedit in franco maritagio, & concessit; scilicet, **Witton, Hozsley, Stanton, Ritton, Windegates,** & **Leverchilde,** cum pertinenciis &c. Post modum tempore regis *Stephani Ranulphus* de *Merley* & *Juliana* uxor ejus fundatores monasterii vocati *Novum monasterium* vocabulo, & per cartam suam dederunt terras & tenementa subscripta videlicet, (*&c.*)

Carta *Ranulphi* de *Merlay.*

Ibid.

RAnulphus *de* Merlay, *omnibus sanctæ ecclesiæ filiis* Francis, *&* Anglicis, *clericis & laicis, præsentibus & futuris, salutem. Sciatis me communi consilio, & concensu uxoris meæ & puerorum meorum, dedisse in feudo, & in elemosina, monachis abbatiæ* Novi monasterii *quam ego ipse construxi, pro salute meâ & uxoris meæ, puerorum meorum & dominorum meorum, & omnium amicorum meorum, & pro animabus patris, & matris meæ, parentum, & amicorum meorum, & cunctorum fidelium defunctorum.* Rittunam, *& quicquid ad illam pertinet, in bosco, & in plano, & partem silvæ de* **Witton,** *sicut eis, coram hominibus meis, divisi, & totam vallem inter* Mor-

pada *&* **Hebze,** *sicut currit rivulus qui vocatur* **Fulbeche,** *& cadit in* Cottingburna, *& sicut currit* Cottingburna *subtus* **Pzestley** *per unam divisam, quam eis, coram hominibus meis, feci usque in* **Wenespit** *& sic usque ad divisam, inter me, &* Willielmum Bertram, *quicquid ibi est in bosco, & in plano; & ex altera parte aqua per ipsum supercilium montis ex transverso usque ad* Lecha, *& sicut* Lecha *cadit usque in* **Woldig,** *& per* **Woldig,** *ad* **Perdene,** *& per* **Perdene,** *usque in* **Winespit,** *& silvam & terram. Et concedo ut habeant liberam exitum pecuniæ suæ ad communem pasturam totius terræ meæ; & apud* Wlacam *ad construendas grangias suas dedi eis a nido aquilæ, usque ad fontem* Erardi, *& sicut currit rivulus ejusdem fontis in* Limam, *& sicut* Lima *currit usque ad divisam de* Lyntona, *& sic usque ad divisam de* Forum. *Hujus donationis testes sunt* (&c.)

Carta Willielmi *de* Merlai.

Ex autographo in bibliotheca *Hattoniana.*

WIllielmus de *Merlai* omnibus suis hominibus, & amicis & vicinis, clericis, & laicis francigenis & angligenis, nec non & omnibus dilectis filiis sanctæ matris ecclesiæ salutem; Notum sit vobis omnibus, tam præsentibus quam futuris, ad quorum notitiam & audientiam litteræ istæ pervenerint; me & meos homines dedisse, & concessisse, in perpetua elemosina, unam carucatam terræ domui infirmorum de **Pozpathe,** pro animabus patrum & matrum & antecessorum nostrorum, & nostra salute, & pro remissione omnium peccatorum nostrorum, tam liberè, & tam quietè, quam liberiùs, & quierius ulla domus infirmorum potest habere, vel haber, in tota *Anglia* suarum donationem elemosinarum, vel sicut ulla elemosina melius, & liberius, & quietius, ullo modo potest tribui & concedi & perenniter donata haberi. Istam autem donationem meam, & meorum hominum fieri, & teneri, & haberi, sicut perennem elemosinam perenniter concedo, & cartulæ, hujus inscriptione, & sigilli mei attestatione confirmo. Testibus istis, *Petro* de *Morpathe*, *Helia* sacerdote, *Gaufrido Parchier*, *Waltero* de *Rochesboro*, *Aldret* de *Windegate*, *Raignaldo* filio *Wlfoe*, *Petro* janitore (*&c.*)

Confirmatio donationum per regem *Henricum* tertium.

RE X *archiepiscopis &c. salutem. Sciatis nos pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse & hac carta nostra confirmasse dilectis nobis in Christo abbati & monachis* Novimonasterii, Cisterciensis *ordinis, omnes donationes & concessiones subscriptas eis factas; videlicet de resignatione & restitutione* Rogeri *filii* Rogeri Bertram *de* **Pitlozd** *quandam partem terræ per has divisas, scilicet à* **Perden,** *qua est divisa inter baronias de* **Pidlozd** *&* **Pozpath** *inter terram cultam & incultam usque in* **Wanspit** *ad frontem stagni dictorum monachorum; & sic per filum aquæ per antiquam divisam ascendendo de filo aquæ de* **Wanspit** *usque in* **Capath**; *&*

Cart 39. H. 3. m. 3. Vide cart. 4 E 3. n. 85. Et cart 35 E. 1. n. 34.

ſicut vadit **Capath** *ex tranſverſo verſus auſtrum uſque ad ſemitam quæ vadit inter* **Pidlesd** *&* **Mappath**, *& ſic ſequendo ſemitam illam verſus orientem uſque in prænominatam* **Peredene** *ex occidentali parte bercariæ dictorum monachorum. Item de dono & conceſſione* Roberti *filii* Thomæ *de* **Crayſtoke** *homagium & ſervicium* Johannis *de* **Berſterne** *& hæredum ſuorum de manerio de* **Berſterne** *cum pertinentiis, ſine ullo retinemento cum cuſtodiis, releviis, omninodo eſcaetis, & omnibus aliis rebus quæ ad prædictum* Robertum, *vel ad hæredes ſuos de prædicto manerio pertinere poterant imperpetuum. Et de remiſſione & quieta clamancia* Gilberti *de* **Umfraunvyle** *ſalvaginam quam anteceſſores ejuſdem* Gilberti *ſibi & hæredibus ſuis retinuerant in terris ipſorum monachorum de feodo prædicti* Giloerti *in* **Chyntetemores**, *&* **Cokedale**, *ſicut carta prædictorum* Rogeri, *&* Roberti, *&* Gilberti *quas prædicti monachi inde habent & quas inſpeximus rationabiliter teſtantur. Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum noſtram, Apud* **Werke** *ſexto die Septembris.*

TAMENSIS *Abbatia in agro* Buckinghamenſi, * *fundata anno* M.cxxxviij.

* Annal. de Waverle in bibl. Cotton.

Ex MS. quodam in bibl. Cottoniana.

CUm cepiſſent abbatiæ *Ciſtercienſis* ordinis per *Angliam* diffundi, & jam domus de *Waverleia* duas generaſſet filias, *Wardonam* & *Fordam*, ad petitionem *Roberti Gait* militis, concepit & genuit tertiam quæ nunc dicitur *Thama*. Hic *Robertus Gait* qui in villa de **Ottendun** quartam partem habuit, ad abbatem *Gibertum* veniens, conventum ad abbatiam in memorata villa conſtruendam, petiit & accepit. Conſtruxitque ergo ibi abbatiam, & eam dotavit portione ſua modica quidem, videlicet quinque virgatis terræ quæ & ipſe quartam partem unius militis faciebant, vocavitque eam ex nomine eo adjacentis nemoris *Otteleam*.

Carta *Roberti Gait*.

Ibid. NOtum ſit omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris, quod ego Robertus Gait *dedi eidem terram de* **Ottendun** *& omnia eidem terræ pertinentia, in boſco & plano, prato & paſturis & aquis, liberam & quietam ab omni ſervitio ſæculari, & conſuetudine terrena, Deo & ſanctæ* Mariæ, *ad abbatiam conſtruendam de ordine* Ciſtercienſi, *in præſentia* Alexandri Lincolniæ *epiſcopi. Teſtibus, magiſtro* Oberoo *de* Hache, Roberto *de* Oilli *conſtabulario Regis*, Waukelin Wodardo, Rogero *de* Aumari, Radulpho *de* Sakchei.

Carta Editha *filia* Forn. *uxoris* Roberti *de* Oilli.

Ibid. NOtum ſit omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, quod ego *Editha Roberto* de *Oilly* conjugali copula juncta, conſilio & voluntate ejuſdem *Roberti* mariti mei de duario meo de **Weſton**, dedi in perpetuam elemoſinam Deo & ſanctæ *Mariæ*, & fratribus in *Oteleia* ſecundùm inſtitutionem *Ciſtercii* viventibus, dominium illud, quod extremitati nemoris illorum abſque alterius terræ intermixtione continuatur, & pro animabus *Henrici* & *Gilberti* filiorum meorum. Teſtibus, *Fulco* de *Oilly*, *Fulco Luval*, *Henrico* filio *Roberti* filii *Aumari*.

Carta Regis *Henrici* ſecundi conceſſiones donatorum confirmans.

Cart. 11 H. 3. part. 1. m. 26. per Inſpex.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *&c. Archiepiſcopis, epiſcopis, &c. Sciatis nos conceſſiſſe & in perpetuam elemoſinam confirmaſſe eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* **Thame** *& monachis ibidem Deo & ſanctæ* Mariæ *ſervientibus de ordine* Ciſtercienſi *omnes terras & tenuras ſuas quæ eis rationabiliter data ſunt & conceſſa ſicut donatorum carta teſtantur. Ex dono* Alexandri Lincoln. *epiſcopi, ejuſdem loci fundatoris, ipſum locum & parcum in quo abbatia illa fundata eſt, & terram quæ fuit* Nigelli Kyre, *Et* **Kugmereſhegge**, *&* **Wykald** *ex dono* Galfridi *de* Inoco. *Ex dono* Willielmi *filii* Othonis *ſeptem hidas terræ in* **Dibdon**. *Ex dono* Reginaldi *de* Geyt *quinque virgatas terræ in* Oteleia. *Ex dono* Roberti *de* Oyly *triginta & ſex acras terræ in* **Weſton**. *Ex dono* Roberti *fil.* Amar. *terram de* **Ceſtreton**. *Ex dono* Petri Talemaſch *duas hidas terræ in* **Stok** *quæ ſunt de feodo* Reginaldi *de* ſancto Walerico. *Ex dono* Ricardi *de* Veſnon, *&* Walteri *filii ejus duas hidas terræ in* **Dibenham**. *Ex dono* Hugonis *Conſtab. dimidiam hidam terræ in* **Poxton**. *Ex dono* Galfridi *filii* Omund *unam hidam terræ in* **Poxton**. *Ex dono* Roberti Chevancheſvill *unam hidam terræ in* **Tetelingtp**. *Ex dono* Hugonis *de* Horſedon *terram quam eis dedit. Ex dono* Osberti *de* Santerdon *croftam illam quæ vocatur* **Boeme**, *&* **Dudeham**, *&* **Delpert**, *& pannagium xxx. porcorum in boſco ſuo & partem ejuſdem boſci ſicut foſſa facta ſunt. Quare volo* (&c.) *Dat. per manum venerabilis patris* R. Cyceſtrenſis *epiſcopi cancellarii noſtri apud* Weſtm. *xj. die Febr. anno &c. xj.*

Vide etiam Pat. 17 E. 4. part. 2. mem. 3.

Alia donationum confirmatio, per Regem E. 2.

Pat. 10 E 2. mem. 21.

REx omnibus ad quos &c. ſalutem. Donationem quam *Alex.* quondam *Lincoln.* epiſc. fecit per ſcriptum ſuum abbati & conventui de *Thama* de omni terra quæ eſt inter ambitum parci de *Thama*, tam in nemore quam in paſtura & in terra arabili & prato, cum cultura quæ vocatur *Somerleſa* & prato quod vocatur *Humelda*; & de tota terra quam ruſtici de *Grava* tenebant, tam in prato quam in terra arrabili, & tota occidentali parte paſturæ quæ eſt extra parcum à porta veteri ipſius parci uſque ad pontem petrinum. Conceſſionem etiam quam *R.* quondam *Linc.* epiſc. fecit per ſcriptum ſuum monachis de *Thama* de ſtagno & molendino in mora & prato quod eſt ex utraque parte pontis lapidei. Donationem etiam conceſſ. & confirmationem quas *Odo* de *Braimonſtr.* fecit per cartam ſuam prædictis monachis de tota medietate villæ de *Etendona* tam in dominico quam in villenagio cum curte & gardino & perti-

& pertinentiis suis. Remissionem (*&c.*) quas *Brianus* filius *Johannis* de *Lincoln.* fecit per cartam suam eisdem monachis de annuo redditu quadraginta solidorum quos iidem monachi prædicto *Briano* pro medietate villæ de **Ettendone** annuatim solvere tenebantur. Donationem etiam (*&c.*) quas *Brianus* de *Herdeby* fecit per cartam suam eisdem monachis de duabus marcis & dimid. redditus cum pertinentiis in **Ettendone** quem redditum idem *Brianus* annuatim recipere solebat de *Alexandro* de *Hamdune* & *Maria* uxore ejus pro tenemento quod de ipso *Briano* & *Avicia* uxore ejus quondam tenuerunt in **Ettyndon** (*&c.*) Assignationem (*&c.*) quas *Gunnora* Prioriſſa de *Fontibus Merlavia* & ejusdem loci conventus fecerunt per cartam suam eisdem monachis de annuo redditu decem solidorum in villa de **Stoke-Talemache** cum advocatione ecclesiæ prædictæ villæ, & de toto servicio *Roberti* filii *Radulfi* de *Stoke*, (*&c.*) Donationem (*&c.*) quas *Ricardus* quondam *Romanorum* Rex fecit per cartas suas eisdem monachis de una virgata terræ & duobus feodis mil. cum pertinenciis in **Stoke-Talemache** (*&c.*) Donationem (*&c.*) quas *Ricardus* de *Vernoun* fecit per cartam suam eisdem monachis de duabus hydis terræ in **Sydenham.** Donationem (*&c.*) quas *Rogerus* de *Quency* quondam comes *Wynton.* fecit per cartam suam eisdem monachis de toto dominico suo & villenagio in **Sydenham,** & de villanis cum catallis & sequelis eorum & cum spineto pratis & pascuis & omnibus aliis pertinentiis libertatibus & aisiamentis suis cum visu franciplegii de hominibus ipsius abbatis, & cum eo quod ad ipsum visum pertinet absque ullo retenemento. Concessionem & confirmationem quas *Paulus Pever* fecit per cartam suam eisdem monachis de tota terra sua quam habuit in **Sydenham** cum capitali messuagio & pertinentiis suis (*&c.*) Remissionem (*&c.*) quas frater *Ricardus* quondam abbas de *Regali-loco* juxta *Oxon.* & ejusdem loci conventus fecerunt per scriptum suum eisdem monachis de annuo redditu triginta solidorum provenientium de summa sexaginta solidorum pro duobus feodis militum in **Stoke-Talemache** & de secta curiæ suæ de **North-Diseney,** & de scutagio quantum pertinet ad j. feod. mil. Necnon donationem (*&c.*) quas frater *Robertus* quondam abbas *Regalis-loci* prædicti & ejusdem loci conventus de assensu *Edmundi* tunc comitis *Cornubiæ* fundatoris sui fecerunt per cartam suam *Rogero* tunc abbati de **Thame,** & ejusdem loci conventui de annuo redditu triginta solid. quem prædicti abbas & conventus de *Loco-regali* de prædictis abbate & conventu de **Thame** ex dono & assignatione prædicti comitis pro dominio villæ de **Stoke-Talemache** quæ de eodem comite teneri consueverat, annuatim percipere solebant. Et similiter donationem quam prædicti abbas & conventus *Regalis-loci* prædicti fecerunt per cartam suam prædictam præfatis abbati & conventui de **Thame** de tota secta curiæ & hundredi de tribus septimanis in tres septimanas, quam iidem abbas & conventus *Loci-regalis* habuerunt in prædicta villa de **Stoke-Talemache** ex dono & concessione præfati comitis tam de ipso abbate de **Thame** quam de omnibus hominibus ejusdem villæ liberè tenentibus una cum visu franciplegii & omnibus proventibus de eodem visu provenientibus absque ullo retenemento. Habendum & tenendum ita libere purè & integrè sicut carta prædicti comitis & confirmatio domini *E.* nuper Regis *Angliæ* patris nostri præfatis abbati & conventui *Loci regalis* inde factæ plenius continent & testantur. In quibus quidem carta & confirmatione expresse vidimus, inter alia, contineri præfatum comitem dedisse prædictos sexaginta solidos annui redditus provenientes de duobus feodis mil. in **Stok-Talemache** præfatis abbati & conventui *Loci Regalis* cum omnibus juribus libertatibus & aliis pertinentiis suis, ut in dominicis homagiis, fidelitatibus, wardis, releviis, escaetis, serviciis, (*&c.*) una cum visu franciplegii & cum omnibus quæ ad visum illum pertinent. Et quod nullus ballivorum prædicti comitis in terris vel tenementis prædictis districtionem aliquem faciat, nec de aliquo se intromittat. Ita quod nec præfatus comes nec hæredes sui in terris illis aliquid juris servicii vel clamii exigere vel clamare possint, ratas habentes & gratas, eas pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est præfatis abbati & monachis de **Thame** & eorum successoribus concedimus & confirmamus, sicut cartæ & scripta prædicta & similiter dicta carta prædicti comitis *Cornubiæ* rationabiliter testantur. In cujus &c. Teste Rege apud **Clarindon** vij. die Marcii. *Per ipsum Regem.*

BORDESLEYENSIS
Abbatia in agro Wigornienſi,
* *fundata anno* MCxxxviij.

* Annal. de *Dereley* in bibl. *Cotton.*

Carta fundationis.

Ex ipso autographo penes *Clementem Throgmorton de Haseley* in com. warr. militem a. 1630.

MAtilda Imperatrix, *H.* Regis filia & *Anglorum* Domina, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus & omnibus fidelibus Anglis & Normannis tam presentibus quam futuris salutem. Notum sit vobis me pro Dei amore & pro anima *H.* Regis patris mei, & *M.* Reginæ, matris meæ, & parentum & antecessorum meorum & pro salute *G.* comitis *Andegavie* Domini mei, & mea, & *H.* heredis mei, & aliorum filiorum meorum, & pro pace & stabilitate Regni *Angliæ*, fundasse Abatiam quandam que dicitur *Bordesleia*, de ordine *Cistercienſi*, in honore beatissimæ virginis *Mariæ* Reginæ Cœlorum.

Vide Pat. 11. *R* 2. part. 2. m. 24.

Huic autem Abbatiæ dedi & concessi & confirmavi totam terram **Bordeslete**, & **Teneshale**, & **Ludeshale**, & **Tobeslete**, & **Holeslwete**, præter terram parcarii, & totum dominicatum *Budisfordiæ* & *Northuniæ*, in bosco, & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, & in omnibus aliis pertinentiis. Præterea jus advocationis & dominationis ecclesiæ de *Terdebiga*, cum virgata terræ in eadem villa, & quibusdam sartis prope divisam terræ ejusdem abbatiæ, &

novum puteum de **Wich** de proprio labore ſuo, & omnia aiſiamenta ſua in foreſta de **Feccaham**, cum omni libertate paſnagii & paſturæ, & materierem ad ædificia conſtruenda, & aliarum rerum uſui neceſſariarum. Et unam piſcariam apud *Herneleiam*, cum terra quæ ad eam pertinet. Hæc autem omnia liberè & quietè, bene & in pace ab omni ſervicio & exactione, & conſuetudine ſeculari imperpetuum permanſura concedo, & ſigilli mei impreſſione confirmo. Teſtibus *Roberto* Comite *Gloucestriæ*, & *Gualeranno* Comite *Mellenti*, & *Milone* Comite *Hereford*, & *Willielmo* de *Pontearch* Camerario, & *Willielmo* de *Bellocampo*, & *Willielmo Diffublato*, & *Gaufrido* de **Walterill**, & *Goſcelino* de **Baillol**, & *Roberto* de **Trumovill**. Apud Diviſes.

Ibid. RICARDUS Dei gratia, Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*. Archiepiſcopis (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos pro ſalute noſtra, & *A.* Reginæ matris noſtræ, & pro anima Regis *H.* patris noſtri, & pro animabus omnium anteceſſorum noſtrorum & ſucceſſorum, conceſſiſſe & preſenti Carta noſtra confirmaſſe Deo & abbatiæ ſanctæ *Mariæ* de *Bordeſleia* & monachis *Ciſtercienſis* ordinis ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, omnes rationabiles donationes quæ eis facte ſunt, & quæ rationabiliter ipſis fient. Ex dono videlicet *Matildis* Imperatricis, & Regis *H.* patris noſtri, totam terram de *Bordeſleia*, & de *Teneſhala* & *Terdebigga*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & jus advocationis & dominationis eccleſiæ ejuſdem villæ de *Terdebigga*. Et totam terram de *Holeweia*, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum aſſartis eidem terræ conjunctis, quæ ſunt de feodo epiſcopi *Wigorniæ*, præter terram parcarii, & omnia aiſiamenta ſua in foreſta de **Fecham**, cum omni libertate paſnagii & paſturæ, & ligna & materiem ad domos ſuas faciendas, & ad alias res uſui ſuo neceſſarias. Et in eadem foreſta unam Porchariam apud **Fecham**, cum dimidia virgata terræ. Et totum dominicum de **Budiford**, cum duobus molendinis, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis donec eis de eodem dominico de **Budiford** eſcambium donemus ad valentiam. Et totum dominicum de *Northona*, cum terra Foreſtarii & Bedelli & *Godrici* de **Hundesfeld**, & cum omnibus pertinentiis ſuis. Et novum puteum de **Wich**, de proprio labore ſuo ad proprios uſus ſuos ſine venditione quam inde faciant ibi. Et unam piſcariam apud *Erneleiam*, cum terra quæ ad eam pertinet. Præterea concedimus eis & confirmamus omnes donationes quæ eis rationabiliter factæ ſunt, ſicut Cartæ donatorum vel cyrographa teſtantur.

Ex dono *Simonis* epiſcopi *Wigornenſis*, quandam terram apud **Wich** juxta *Cholevillam* quæ fuit Inſula quedam, in qua prædicti monachi de proprio labore ſuo ſuum habent puteum. Et quedam eſſarta juxta terram de *Holeweia*, quæ ipſi eſſartaverunt.

Ex dono *Randulphi*, Comitis *Ceſtriæ*, totam terram de *Cumba*, cum pertinentiis ſuis.

Ex dono *Rogeri* Comitis de *Warwico*, totam terram de **Sudhanger**, & unam hidam terræ apud *Otteſelnam*, quæ fuit *R.* filii *Gregorii*, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Ex dono *Willielmi* & *Stephani* de *Bellocampo*, *Oſmareſleiam*, cum omnibus pertinentiis ſuis.

Ex dono *Petri* de *Stodleia*, decem acras terræ apud *Hildebergawrtha*.

Ex dono *Nicholai* filii *Bernardi*, duodecim acras terræ, juxta porchariam de **Fecham**.

Ex dono *Edrici* **Eſtrece**, unam virgatam terræ.

Ex dono *Ricardi Coventrenſis* epiſcopi, unum maſagium in **Lichesfeld**. & terram *Rogeri* de **Harland**, & terram quam habent de *Willielmo* de **Balance**, & de *Hereberto* **Putot**. Et unam virgatam terræ de *Gaufrido* **Peche**.

Ex dono *Willielmi* Comitis de *Warwico*, jus advocationis & dominationis eccleſiæ de *Claverdona*, ſicut Carta ejus teſtatur; Et terram quam habent de *Willielmo* de *Burleia*.

Ex dono *Roberti* de **Stafford** unam hidam terræ in *Burleia*, & duodecim acras terræ in **Miſo**, & duas acras prati & paſturam quæ dicitur **Dreyhei**.

Ex dono *Rogeri* de **Sanford**, molendinum de *Lea*, & terram quam *Walterus* **Cumin** eis dedit juxta *Suhangram*. Et in **Warewic** duo maſagia ex dono Comitis *Willielmi*.

Ex dono *Hugonis* de **Bleoz**, octo acras terræ & duas acras prati.

Ex dono *Radulfi* filii *Hugonis* gravam juxta *Sudhangram*.

Quare volumus (*&c.*) Teſtibus *Hugone Dunelmenſi* epiſcopo, *G. Wintonienſi* epiſcopo, *H. Coventrenſi* epiſcopo, *R. Londonienſi* electo, *Herberto Cantuarienſi*, & *Willielmo* archidiacono, *Willielmo Maundut* domini Regis Camerario, *Johanne* Maraſcallo, *Roberto* de **Witefeld**. Data per manum *Willielmi* Cancellarii noſtri *Elienſis* electi apud *Weſtmonaſterium* xv. die Novemb. anno primo regni noſtri.

Carta *G.* Comitis *Mellenti*.

Ex autogr. in bibl. *Hatton.*

G. *Comes* **Pellent**, *omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ tam præſentibus quam futuris, ſalutem. Sciatis me fundaſſe abbatiam de* Bordeſleia, *de ordine* Ciſtercienſi, *in honore beatæ virginis* Mariæ, *pro Dei amore, & pro anima patris mei, & anteceſſorum meorum, & pro ſalute mea & heredum meorum, & hujus abbatiæ, & monachis in ea Deo ſervientibus, dedimus in elemoſinam perpetuam & confirmavimus, totam terram de* Bordeſleia *& de* Teneſhala, *& de* Terdebigga *cum omnibus pertinentiis ſuis, & jus advocationis, & donationis eccleſiæ ejuſdem villæ de* Terdebiga, *& totam terram de* Helweia, *cum omnibus pertinentiis ſuis, præter terram parcharii. Et omnia eaſiamenta ſua in foreſta de* **Fecheham**, *cum omni libertate paſnagii, & paſtura & ligna, & materiem ad domos ſuas faciendas, & ad alias res uſui ſuo neceſſarias; Et in eadem foreſta unam porcariam apud* **Fecheham**, *cum dimidia virgata terræ, & totum dominium de* Budifordia, *cum duobus molendinis, & cum omnibus pertinentiis ſuis; & totum dominium de* **Northune**, *cum terra foreſtarii & bedelli, &* Godrici *de* **Hundesfeld**, *cum omnibus pertinentiis ſuis, & novum puteum de* **Wich**, *de proprio labore ad proprios ſuos, ſine venditione quam inde*

inde faciant ibi; & unam piscariam apud Ernelei *cum terra quæ ad eam pertinet. Præterea concedimus eis, & confirmamus omnes donationes, quæ eis factæ sunt de feodo meo, sicut carta donatorum testantur; Ex dono* Willielmi *de* Bellocampo, *&* Stephani *fratris ejus* Dmereſſe *cum omnibus pertinentiis suis; Ex dono* Alani *de* Novavilla, *molendinum unum apud* Bere, *cum pertinentiis suis. Ex dono* Edrichi Eltriche *virgatam unam terræ apud* Feckenam. *Quare volo.* (&c.) *Testibus,* Symone *episcopo* Wigornienſi, Roberto *comite de* Leiceſtria, Roberto *de* Novo-Burgo, Nicholao *de* Lunda, *&* Johanne *fratre ejus,* Richardo *de* Furmovilla, Willielmo *de* Pinu, Alano *de* Novavilla, Radulfo *de* Mainevilla.

Carta Matildis *Comitiſſæ* Ceſtriæ.

Ex autographo in officio armorum.

✠OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam prælatis, quam ſubditis, tam præſentibus, quam futuris Dei fidelibus, *Matildis* comitiſſa *Ceſtriæ*, & *Hugo* filius ſuus, veram quæ eſt in Chriſto ſalutem. Notum ſit vobis nos eandem donationem dediſſe, & in perpetuam elemoſinam conceſſiſſe *H.* abbati & monachis de *Bordeſleia*; ſcilicet, *Cumbam*, cum omnibus pertinentiis ſuis, & tam liberè, & quietè, & plenariè, uti, dominus & ſponſus meus, *R.* comes *Ceſtriæ*, illam donationem, ipſis monachis dederat, & conceſſerat, pro redemptione animarum noſtrarum, & anteceſſorum noſtrorum. Hujus donationis & conceſſionis teſtes ſunt, *S.* abbas de *Saviniaco*, *Johannes* abbas de Hoil, *R.* de *Bill. W.* de *Redemer, R.* capellano, *G.* de *Haud, R.* filius *H. Oſtr.* valete in Chriſto.

PARCO-LUDE *Abbatia* (*vulgariter* Louth-Parke *nuncupata*) *in agro* Lincolnienſi, * *fundata anno* MCxxxix.

* Annal. de Peterburgh in bibl. Cottoniana.

Ex codice MS. de origine Fontanenſis cœnobii in biblioth. Arundel. fol. 8. b.

EOdem tempore (ſcilicet anno quinto fundationis monaſterii de *Fontibus*) *Alexander* bonæ memoriæ *Lincolniensis* epiſcopus locum quendam Haverholme nomine, ad abbatiam ordinis noſtri conſtruendam in manus ejuſdem abbatis de *Fontibus* conſignavit.

Suſcipit abbas offerentium munus, & de Dei præſumens adjutorio, miſſis fratribus ad utrumque locum ædificia conſtruxit, erigit officinas. Anno ſeptimo fundationis domus de *Fontibus*, rebus pro tempore convenienter diſpoſitis, una die 4. ſcil. Non. Febr. emiſſi ſunt duo monachorum conventus, alter ſub abbate *Roberto* de *Snella*, ad monaſterium de Birkeſton, alter apud Haverholme ſub abbate *Gervaſio* & hi ambo de primis patribus erant, qui de cœnobio *Eboracenſi* egreſſi in ſudore vultus ſui, hanc vineam plantaverunt. Diſplicuit fratribus qui apud Haverholme miſſi fuerant ſedes habitationis ſuæ, & commutatione facta, locum alterum quem *Parcum-Lude* nominant, de manu epiſc. receperunt; cecidit ſemen in terram bonam, & ſurrexit in meſſem copioſam, & facti ſunt in gentem magnam.

Carta regis *Henrici* tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.

Cart. 10 *H.* 3. mu. 17 per Inſpex. Et ibid. num. 15.

H Rex Angliæ *& dux* Norm. *&* Aquitaniæ *& comes* Andeg. *archiepiſcopis* (&c.) *Sciatis me conceſſiſſe & præſenti carta mea confirmaſſe Deo & S.* Mariæ *& monachis de* Parcho-Lude *tam præſentibus quam futuris ibidem Deo ſervientibus pro amore Dei & ſalute animæ meæ, & omnium parentum meorum, & reginæ, & pro ſtatu regni mei, donationem illam quam* Alexander Lincolnienſis *epiſcopus fecit Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *& monachis ejuſdem loci; ſcilicet parchum in quo ipſe* Alexander *epiſcopus eccleſiam & abbatiam fundavit, & terras quas ipſe eis dedit & carta ſua confirmavit. Præterea confirmo eis loca omnia in quibus grangiæ eorum fundatæ ſunt, & omnes terras & paſturas eidem abbatiæ & grangiis eorum pertinentes. Scilicet ex dono* Ranulfi *comitis* Ceſtriæ *terras & paſturas quas dedit eis in* Tetteneia *cum cæteris adjacentiis in aquis & ſalinis, in mariſcis, in pratis. Et illas quas* Willielmus *de* Friſtona, *&* Hugo *de* Scotenio, *&* Lambertus *filius ejuſdem* Hugonis, *&* Berta *uxor ejus, &* Robertus *de* Pormota, *&* Euſtachius *filius* Willielmi *dederunt eis in campis de* Corintuna *tam de terra bruſcoſa quam de terra arabili. Et illas quas* Rogerus *filius* Goſcelini, *&* Johannes *filius* Mengi *eis dederunt in campis de* Alvingham; *& terram bruſcoſam quam idem* Rogerus *prænominatus dedit eis in campis de* Corintuna, *& quas* Hamelinus Croc *dedit eis in campis de* Ierburg, *& quas* Turſtinus *&* Gillebertus, *&* Ranulfus *filii ejuſdem* Turſtini *eis dederunt in campis de* Bracheberga, *& quas* Anfridus *&* Osbertus *nepos ejus, &* Rob. *filius* Gilleberti *eis dederunt in campis de* Lecheburna, *& quas* Turoldus *de* Wannebi *&* Alanus *filius ejus, &* Robertus del Mareis *dederunt eis in campis de* Ozimolby; *& quas* Ranulfus *de* Bajocis, *&* Hugo *&* Alanus *filii ejus, &* Margareta *mater eorum eis dederunt in campis de* Bruerne *de* Keleſterna; *& quas* Albreda *de* Tohem *&* Walterus *filius* Aluderi, *&* Simon *&* Robertus *filii ejus dederunt eis in campis de* Wunnebzoc, *& quas* Robertus *filius* Fulconis, *&* Robertus *filius ejus, &* Alexander *de* Achethozp *eis dederunt in campis & bruneris de* Elchinton, *& quas* Gillebertus *de* Ormesbia *dedit eis in campis & in bruneris de* Dmesby. *Et quas* Walterus *de* Humby, *&* Radulfus *de* Wyn *dederunt eis in campis de* Win *& de* Dmesby, *& quas* Johannes Obburvilla *dedit eis in campis de* Catheby, *& quas* Eudo *de* Ozetnesby *&* Radulfus *filius ejus &* Ivo *de* Scrubby *dederunt eis in campis de* Aby *&* Scrubby. *Et quas* Alanus *de* Bzeme *&* Muriel *uxor ejus, &* Willielmus *filius* Simonis, *gener prædicti* Alani, *dederunt eis in campis de* Wodetozpe *de terra bruſcoſa: & quas* Willielmus *filius* Walteri *de* Wella, *&* Robertus *filius* Simonis

de Dzieby & Ricardus *filius* Aluredi *de* Yaringtone *dederunt eis juxta grangiam eorum de* Aby *de terra bruſcoſa, & terram bruſcoſam quam Vicius de* Beſeby *dedit eis in campis de* Beſeby, *& quas* Rogerus *de* Laſcells, *&* Picotus *filius ejus, &* Robertus Walbert, *&* Osbertus *filius ejus, &* Willielmus *filius* Osberti *dederunt eis in campis de* Fugloſtowa ; *& quas* Joſcelinus *de* Bleſeby, *&* Willielmus *filius ejus, &* Alexander *gener illius, &* Willielmus *filius* Alexandri, *&* Remerus *de* Houtunia *dederunt eis in campis de* Bleſeby *tam in boſco quam in plano. Et quas* Robertus *de* Barra *dedit eis in campis de* Thirintona, *& quas* Gillebertus *filius* Hereberti, *&* Gilbertus *filius* Jocelini, *&* Radulfus *frater ejus, &* Giffardus *&* Paganus *filii ejus dederunt eis in campis de* Liſſintona, *& quas* Robertus *de* Nevilla, *&* Hubertus *de* Walmetone *dederunt eis in campis de* Walmetone *& quas* Gilbertus *filius* Radulfi *& fratres ejus dederunt eis in campis de* Ragnalotorp, *& quas* Henricus *de* Meſſingham *&* Robertus *filius* Ricardi *dederunt eis in campis de* Meſſingham. *Preterea omnia dona prefatæ eccleſiæ rationabiliter conceſſa imperpetuum obtinenda cum communiis & libertatibus ſicut donatorum karta teſtantur eidem eccleſiæ in perpetuam elemoſinam confirmo & corrobro. Quare volo* (*&c.*) *Dat. per manum noſtram apud* Weſtmonaſterium *xxiij. die Januarii anno regni noſtri octavo.*

Vide pluta in Pat. 8 E. 2. part. 2 m. 15.

KIRKSTEDENSIS
Abbatia in agro Lincolnienſi.

De prima fundatione ejuſdem.

MS. in bibl. *Cotto niana* [ſub effigie Tiberii C. 8] Scriptura 166.

ANNO Domini milleſimo centeſimo xxxix. fundatur domus de Birkeſtede, ſub Chriſti teſtimonio & ſanctæ & unicæ crucis, & ſanctiſſimæ Dei genetricis *Mariæ*, & ſancti *Petri* apoſtolorum principis, & omnium ſanctorum, in honore ſanctiſſimæ & perpetuæ virginis Dei genitricis *Mariæ* à domino *Hugone* Bzitone qui extitit vir nobilis, inter primos illius patriæ primus, natione Bzito, dignitate Baro, inſigni titulo militiæ inſignitus, cujus nomen Bzito, in *Hugonem* filium *Eudonis*, dominum de Tateſhale mutatur, à loco horroris & vaſtæ ſolitudinis qui ſic dicebatur antiquitùs, quandam in ſe planiciem continens, quæ nichilominus fructibus, vepribus & paluris undique cingebatur, qui ab anno antiquis in futuræ religionis preſagium Birkſted, id eſt, *locus eccleſiæ* ab incolis vocabatur. Ipſe *Hugo Fontes* adiit, & advertens in unius glorioſæ perfectionis gloriam apparere humili petitione ex illa fæliciſſima fiſtella examen, pecit & optinuit, cujus memoria ſit in benedictione in æternum & in ſeculum ſeculi, ut veri fundatoris & domini capitali cum ſuis ſucceſſoribus, videlicet domino *Philippo* de Tatteſhale, & *Elizabetha*, uxore ejuſdem, & domino *Roberto* & domina *Alicia* uxore ejuſdem, & domino *Roberto* milite ſtrenuo.

A. 1139.

De prima fundatione.

ANNO Domini 1139. fundatur domus de Birkeſtede, à domino *Hugone Bretone*, qui exſtitit vir nobilis inter primos illius patriæ primus, natione *Brito*, dignitate Baro, inſigni titulo militiæ inſignitus, cujus nomen *Brito* in *Hugonem* filium *Eudonis* domini de Tateſhale mutatur ; a loco horroris & vaſtæ ſolitudinis, qui ſic dicebatur antiquitùs. *Hugo* filius *Eudonis*, & *Hugo* filius *Pincionis* fuerunt fratres ſacri, quorum *Hugo* filius *Eudonis* fuit dominus de Tateſhale, qui habuit filium & hæredem nomine *Robertum* filium *Hugonis*, cui ſucceſſit *Johannes* filius ejuſdem *Roberti* & hæres. Iſte *Johannes* habuit frattem nomine *Robertum*, & *Johannes* habuit filium & hæredem nomine *Walterum*, cui ſucceſſit alius *Walterus*, filius & hæres primi *Walteri*, cui ſucceſſit *Roberſus* filius & hæres ejuſdem *Walteri*.

Ex veuſta membrana penes Peregrinum *willoughby* dominum de *Eresby* a. 1582.

A. 1139.

Carta fundationis per Hugonem *filium* Eudonis.

NOtum ſit omnibus fidelibus quod ego *Hugo* filius *Eudonis* conceſſi & dedi Deo & ſanctæ *Mariæ* & ordini *Ciſtercienſi*, terram ad conſtruendam Abbaciam in loco qui dicitur Birkeſtede, & eidem abbacie & monachis in ea Deo ſervientibus, dedo totum boſcum & mariſcum & moram, ſcilicet ab Alſtaneſwat uſque ad Wiltman, & Nozdbeltesholm Felth, ſicut vetus via dividit ab eodem Felth uſque ad Alſtaneſwat. Dedi etiam eis Eſchenape, cum tota mora ab utraque parte quantum pertinet ad feudum meum, & *Riſleum*, & moram juxta Hinchor, ſcilicet quicquid eſt inter Holebec & boſcum *Hugonis* filii *Pincionis*, quantum pertinet ad feudum meum & culturam de Nozdcroft, & Eneke: moram & piſcariam quæ fuit *Godmanni* & eam piſcariam quæ eſt propinquior de ſubtus Trocholm, & dimidium illius piſcariæ quæ eſt inter has duas piſcarias. Totum etiam mariſcum quod eſt de feudo meo à piſcaria *Godmanni* uſque ad metum Kuc inter altum boſcum & Wiltham. Et ſciendum quod hæc omnia conceſſi eis & dedi in puram & perpetuam elemoſinam cum totis paſturis & communiis tocius terræ meæ in boſcis & planis & moris & mariſcis, in viis & ſemitis, ut liberè & quietè & honorificè teneant ab omni ſeculari ſervicio & conſuetudine & omni exactione, pro ſalute mea & uxoris meæ, & omnium hæredum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium parentum meorum. Hæc autem donatio facta eſt coram *Alexandro* epiſcopo *Lincollia*, *Ricardo* abbate de *Fontibus*, *Ricardo* incluſo, *Outi* heremita, *Alap* fil filio *Glauci*.

Ex regiſtro de *Kirkſtede* in bibl. *Harleiana* a. 1640.

Carta *Willielmi* de *Dentuna*.

OMnibus ſanctæ eccleſiæ filiis preſentibus & futuris Willielmus *de* Dentuna *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & dediſſe, & hac mea Carta confirmaſſe*

confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ Mariæ *de* **Birkestede** *& monachis ejusdem loci in perpetuam elemosinam totum nemus de* **Langhage** *cum omnibus pertinentiis suis in terra & mera sicut idem nemus se extendit ab* **Alfstanesnat** *usque ad veterem viam quæ dividit* **Lofhage** *&* **Langhage** *& ex alia parte dividit* **Loufhage** *&* **Langhage**, *& illam partem terræ in campis de* **Birkebi** *quæ jacet ab aquilonari parte molendini prædictorum monachorum inter viam & stagnum molendini. Hæc prædicta concessi & dedi prædictis monachis in perpetuam elemosinam ut habeant & teneant ea libere & quietè & honorificè ab omni seculari servicio & consuetudine & exactione; & ego warantizabo ea monachis contra omnes homines. His testibus,* Roberto *filio* Hugonis, *&* Rogero *fratre ejus*, Isabella *uxore* Roberti *filii* Hugonis, Philippo *&* Roberto *&* Rogero *filiis ejus*, Waltero *filio* Walteri *filio* Hugonis, Gaufrido *capellano.*

Carta Roberti *filii* Hugonis.

Ib. pag. 2. NOtum sit omnibus sanctæ ecclesiæ filiis & fidelibus quod ego *Robertus* filius *Hugonis* concessi & firmiter confirmavi Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Birkestede** & monachis ejusdem loci omnes donationes quas *Hugo* pater meus dedit eis in elemosinam, scilicet **Noxtbeltesholm** à **Fleth** usque ad **Alfstanwat** & sicut via departitur; & **Rikeum** juxta **Sinker** quantum pertinet ad me & ad feudum meum; & **Eschesnap** piscariam *Godmanni* & dimidiam piscariam de **Belfesholm**, & totam piscariam *Godrici Wril* & piscariam totam de **Trocholm**, & totum mariscum inter piscarias, & bruerium de **Cinelikemor**, & culturam de **Noxthcroft**, & terram sedis abbatiæ, quæ vocatur **Birkestede**, & terram grangiæ & domorum juxta abbatiam, & totum dimidiũ dominii mei de *Strutuna* cum decimis ejusdem dominii, & dimidiũ pratum ejusdem dominii mei: & insuper culturam de *Tirna* quam pater meus dedit eis in augmentum in exitu vitæ suæ, & communem pasturam totius terræ meæ. Et hoc sciendum est quod concessi eis & dedi decimam ejusdem culturæ quæ vocatur *Tirna*. Hæc omnia prædicta dedi eis in elemosinam voluntate & concessu fratrum meorum pro anima patris mei & matris meæ & pro salute fratrum meorum & omnium antecessorum meorum liberè & quietè ab omni seculari servitio & consuetudine. His testibus, *Gaufrido* capellano, *Roberto* presbytero de *Martuna*, *Waltero* & *Andrea* fratribus meis, *Roberto* filio *Symonis*.

Alia Carta ejusdem *Roberti*.

Ib pag. 3. *OMnibus sanctæ ecclesiæ filiis præsentibus & futuris* Robertus *filius* Hugonis *salutem. Sciatis me concessisse & hac mea carta confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* **Birkestede** *& monachis ejusdem loci in perpetuam elemosinam donationem quam* Willielmus *de* **Dentun** *frater meus fecit eis de bosco qui vocatur* **Langhage** *cum pertinentiis suis & de illa parte terræ in campis de* **Birkeby** *quæ jacet ab aquilonari parte molendini prædictorum monachorum, inter viam & stagnum molendini sicut carta ipsum* Willielmi *quam monachi de his rebus habent testatur. Præterea concessi & dedi eisdem monachis in augmentum quando receperunt prædictum* W. *fratrem meum pro prece mea, totam moram quæ est inter ipsum boscum de* **Langhage** *& veterem viam quæ vadit à* **Lochage** *usque ad* **Loufhage**, *& quæ ex una parte dividit inter* **Langhage** *&* **Lochage** *& ex alia parte dividit inter* **Langhage** *&* **Loufhage**. *Et hæc totum feci prædictis monachis pro salute mea & uxoris meæ et hæredum meorum et antecessorum meorum. His testibus* Rogero *filio* Hugonis Isabella *uxore mea*, G. *capellano*, Petro *capellano de* **Castelcuesbi**.

Carta Girardi *filii* Girardi *de* **Furnivall**.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentibus, & futuris *Girardus* filius *Girardi* de **Furnivall** salutem. Noveritis me dedisse, & hac præsenti carta mea confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de **Birkestede** pro salute animæ meæ, & uxoris meæ *Matildis*, & *Ricardi*, & *Willielmi* de **Luvetot** & patris mei, & matris meæ & hæredum, ad luminare missarum medietatem molendini de **Wdehus**, cum omnibus pertinentiis, & consuetudinibus, quæ ad prædictum molendinum pertinere solent, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari servitio & exactione, & auxilio, sicut elemosina liberius teneri potest, & ego & hæredes mei warantizabimus omnia prædicta contra omnes homines imperpetuum. His testibus, *Osmundo* abbate, & *Theobaldo* monacho de *Rupe*, *Henrico* Priore & conventu de **Wirkesop**, *G.* de *Furnivall* patre meo, magistro *Alano* de *Belef. Roberto* de *Sumervill*, *Rogero del Hair*, *Thoma* de *Ranevill*, *Rogero* de *Lanum*, *Thoma* servientе. Ib. pag. 118

Carta *Girardi* de **Furnivall**.

OMnibus sanctæ ecclesiæ filiis præsentibus et futuris Girardus *de* **Furnivall** *maritus* Matildis *de* **Luvetot** *salutem. Sciatis me per bonam voluntatem prædictæ* Matildis *uxoris meæ concessisse, et hac præsenti carta confirmasse Deo et ecclesiæ sanctæ* Mariæ *& monachis de* **Birkestede** *in puram et perpetuam elemosinam, omnes donationes, quas* Ricardus *de* **Luvetot**, *et* Willielmus *filius ejus fecerunt eis in feodo suo. Et præterea donationem* Huctredi *de una bovata terræ in territorio de* **Vandeswath** *cum pertinentiis suis. Et donationem* Rogeri *filii* Arturi *de una bovata terræ in territorio de* **Wdehus**. *Et donationem* Radulfi Blundi, *scilicet dimidiam bovatam terræ in territorio prædictæ villæ de* **Wdehus**, *et duas terras, cum duabus gravis. Et donationem* Hugonis *de* Bramleyn; *scilicet unum toftum in quo continentur quatuor acræ. Omnia prædicta habebunt, et tenebunt prædicti monachi liberè et quietè sine omni seculari servitio, et consuetudine et exactione, mihi pertinenti, sicut carta donatorum quas prædicti monachi habent testatur. Hæc totum feci eis pro salute animæ meæ et uxoris meæ* Matildis *de* **Luvetot**, *et pro salute omnium antecessorum nostrorum et hæredum. His testibus,* Symone Folyot, Thoma *de* Reinvilla *tunc senescallo*, Symone de Campo Remigio, Ex eodem ms. tho pag. 244.

Digitized by Google

po Remigio, Euſtacio *fratre ſuo*, Radulfo *de* Eccheleſhall, Willielmo *de* Holton, Radulfo *de* Walderſchell.

Carta Ricardi *de* Luvetot, *de heremitorio ſancti* Johannis *de* Rymbywyth.

Ib. p. 233. *Ricardus* de Luvetot omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis preſentibus & futuris ſalutem. Notum vobis ſit, me conceſſiſſe & dediſſe, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de Kyrkeſtede & monachis ejuſdem loci in elemoſinam heremitorium ſancti *Johannis* quod eſt in parochia de Eccleſfeld, cum tota terra quæ ad ipſum heremitorium pertinet, & eam quam pater meus ibi dedit, & quam ego appoſui de augmento ſicut diviſæ terrarum *Ricardi* de Bulli, & *Jordani* de *Reinevilla* dividunt; & totam terram quæ fuit *Roberti le* Cras, dedi eis ſimiliter, ſicut prædictæ diviſæ eam dividunt. Hanc elemoſinam dedi eis monachis liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio, & conſuetudine & omni exactione pro ſalute meâ, & *Willielmi* filii mei, & hæredum & fratrum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, & *Ceciliæ* uxoris meæ, & omnium anteceſſorum meorum, & ipſi monachum facient ſervire Deo ibi ad capellam. Teſtibus, *Radulfo* filio *Gilberti*, *Hugone* de Luvetot, *Rogero* clerico, *Radulfo* filio *Radulfi* filii *Gilberti*, *Radulfo* filio *Ugtredi*, *Radulfo de la* Chambre.

Carta *Walteri* de Aencurt.

Ib pa. 57. *Omnibus ſanctæ eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris*, Walterus *de* Aencurt *ſalutem. Sciatis me, per voluntatem, & conceſſionem hæredum meorum*, Oliveri, & Johannis, *conceſſiſſe, & dediſſe in perpetuam elemoſinam, Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Kirkeſtede, *& monachis ejuſdem loci, totam terram quam* Ricardus *tenebat de me ad boſcum de* Chotes. *Et præterea conceſſiſſe eis, & confirmaſſe, totam terram quam* Ivo *de* Blancheneia *dedit eis in elemoſinam, cum decem perticatis prati, & nominatim quicquid habuit in* Sudwodengh, *& terram quam* Amfridus *de* Chotes *dedit eis, quæ eſt infra curiam grangiæ ſuæ, & culturam quæ eſt ab occidentali parte curiæ, per conceſſum* Roberti, *ad quem pertinebat hæreditas terræ, quam* Amfridus *tenebat*; *& ſimiliter omnes donationes terrarum, & prati rum, quas mei homines de* Blancheneia *& de* Chotes *dederunt eiſdem monachis infra curiam ſuam, vel extra. Et ſimiliter conceſſi eis communem paſturam, per totas campes de* Blancheneia, *ubique in boſco & plano, & liberos introitus, et exitus ubique ad eandem paſturam*; *& ſimiliter calcedas, et vias et omnes commoditates operationum ſuarum ubique in fundo meo. Et volo ut idem monachi habeant, et teneant omnia prædicta liberè, et quiete ab omni ſeculari ſervitio, et conſuetudine et omni exactione. Et ego et hæredes mei warantizabimus ea ad opus ipſorum monachorum, et de omnibus, rebus et ſervitiis adquietabimus erga omnes homines. Hoc autem factum fuit anno ab incarnatione domini* MCxl. *Teſt.* Hugone *fratre meo de* Aencurt. *&c.*

A D. 1140 5. *Steph.*

Carta Johannis *filii* Walteri *d'*Aencurt.

Johannes D'aencurt filius *Walteri D'aencurt*, omnibus hominibus ſuis & amicis, & omnibus, fidelibus ſanctæ eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, ſalutem. Notum vobis ſit, me per conceſſionem *Aelicia* ſponſæ meæ & hæredum meorum conceſſiſſe & dediſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de Kirkeſtede, & monachis ejuſdem loci in perpetuam elemoſinam duas carucatas terræ in campis de Branſtun, cum omnibus pertinentiis ſuis, in pratis & paſturis, in moris & mariſcis, in viis & ſemitis, in introitibus & exitibus, & nominatim paſturam ad mille oves, per majus centum, & ad boves de vij. carucis, & ad x. vaccas. Sciendum verò eſt, quod una de prædictis carucatis fuit de dominio meo menſæ meæ, & altera fuerat hominum meorum de Branſtun, quæ deciderat in meam manum. Utraque carucata eſt de octies viginti acris per perticam xvj. pedum & dimidii. Dedi etiam eis in elemoſinam unum managium in eadem villa congruum ad domos ſuas faciendas, & unum alterum managium in brueriis ubi ipſis placet, de v. acris, ad faciendas bercarias ſuas, & domos, & liberos introitus & exitus ad paſturas ſuas omnibus temporibus anni. Hæc omnia prædicta & prenominata dedi eiſdem monachis, & hac mea carta confirmavi in perpetuam elemoſinam, liberè & quietè ab omni ſeculari ſervitio & conſuetudine, & omni exactione. Et de boſco meo conceſſi & dedi eis in elemoſinam x. carucatas de Ramilia, & tres de virga, per ſingulos annos. Et ego & hæredes mei, ex toto acquietabimus predictam elemoſinam apud Regem, & apud omnes homines de omnibus terris & warantizabimus monachis omnia predicta imperpetuum contra omnes homines. Et nullus hominum meorum alicui alii dimittet de terra ſua in eadem villa, niſi ipſis monachis, ad idem precium quod alius rationabiliter dare voluerint. Nec recipientur alicujus alterius pecora ad paſturam in eiſdem campis niſi ipſorum monachorum & meorum propriorum hominum de eadem villa, neque pro me, nec per aliquam aliam qui de eodem feodo tenet vel tenebit; Sed ego paſturam predictam eis liberabo, & deliberatam eis tenebo. Totum hoc affidavi ego in manu *Ricardi* de Luvetot, & totum conceſſerunt mei proprii homines de eadem villa libere tenentes; Scilicet *Fulco* de *Alnei*, *Radulfus* de Cruncurt, & *Rogerus* filius *Suani*. Hoc factum fuit apud Notingham, anno ab incarnatione Domini MClxix. undecima die menſis Septembris, coram Juſticiis domini Regis errantibus; Scilicet, *Willielmo Baſſet*, & *Alano* de Novill juniore, & *Adam* de Cerneville, & *Ranulfo* de Glanvill Vicecomite. Teſte *Philippo* de *Kima* Vicecomite, *Roberto* filio *Ranulfi* Vicecomite Notingham, *Ricardo* de Luvetot, *Bertramo* de Verdun, *Simone* de Crevequer, *Ricardo* de Flet, *Widone de* Ver, *Rogero* de Benigwyth, *Stephano de* Holland, *Alexandro* filio *Tocie*, *Ricardo* Furmuntin, *&c.*

A D. 1149 15. *H.* 2.

Carta

Carta *Philippi* de *Kyma.*

Ib. pa. 129 *Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris,* Philippus de Kima *salutem. Sciatis me concessisse, & confirmasse ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* **Birkestede**, *& monachis ejusdem loci, elemosinam quam* Symon *filius* Willielmi, *pater meus dedit eis, in campis de* **Pedringham**; *scilicet, terram de brueria lucrabilem, & non lucrabilem, quicquid est de feodo meo, ad occidentem magnæ viæ quæ venit de* Mera, *& tenditur ad* **Claford**, *usque ad metas de* **Bodebi**; *& totum dominicum meum de terra lucrabili, ultra* **Litlesen** *ab orientali parte molendini ipsorum monachorum. Et concedo eis quantum pertinet ad feudum meum in eodem molendino; & fossatum, quod est, ab aquilone grangiæ ipsorum de* **Lindewode** *& quod infra ipsum includitur, quantum pertinet ad feudum meum. Præterea confirmo prædictis monachis donationem, quam eis fecerunt* Settebrandus *de* **Cuningesbi**, *&* Radulfus *filius* Odgari, *cognatus ejus, in campis de* **Cuningesbi**; *scilicet, totam terram quæ est inter* **Dgotebarnwd**, *& metam* Reg. *usque ad mariscum, cum fructeto, & sarto, & mansionem quam ibi fecerunt, & communem pasturam utrorumque camporum prædictorum, in bosco & plano, in moris, & mariscis, quantum pertinet ad feudum meum. Et de donatione* Odonis *de* Kal. *terram quam habuit juxta terram* Sotteber *de* **Cuningesbi**, *in prato, & fructeto, & mariseo, simul & unam piscariam, & dimidiam in* Widina; *videlicet, illam quæ proxima est subtus* **Duckedich**, *& dimid. in* Magalangraca, *sicut carta ipsius* Odonis *testatur. Hæc omnia concessi & confirmavi monachis sanctæ* Mariæ *de* **Birkested**, *in perpetuam elemosinam, liberè, & quietè ab omni seculari servitio, & consuetudine, & omni exactione. Hoc autem feci pro salute mea, & uxoris meæ, & hæredum meorum, & pro animabus patris, et matris meæ, et omnium antecessorum meorum, anno*
A.D. 1162 8 H. 2 *incarnationis Dominicæ MClxij. in die sancti* Stephani *in natali domini apud* Kund. *Sciendum quoque quod et eisdem monachis de* **Birkestede** *confirmavi, hac eadem carta mea, et sigillo, et subscriptione testium eorumdem, unam piscariam in* **Dockedicho** *proximam* **Widine**, *quæ est de meâ propriâ elemosina, et donatione. Testes sunt hujus meæ confirmationis de rebus suprascriptis,* Willielmus *filius* Simonis, *et* Simon, *et* Walterus *fratres mei,* Simon *de* Canci, Thomas *filius* Willielmi *filii* Haconis, Rogero *de* **Benigwrth**, *et multi alii.*

Carta Roberti *de* Arci.

Ib p. 177. *Robertus* de *Arci,* omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis salutem. Notum vobis sit, me concessisse, & dedisse Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Birkestede**, & monachis ibidem Deo servientibus totam terram, quæ pertinet ad *Nochetunam*, & ad *Dunestunam*, ab occidentali parte magnæ viæ quæ venit à *Lincolnia* per villam, quæ dicitur *Mera*, & tendit ad **Scapewich**, in elemosinam, cum omnibus aisiamentis, & commoditatibus eidem terræ pertinentibus. Concessionem autem, & donationem hujus terræ, & pertinentium feci eis in elemosinam, concessu & voluntate *Thomæ* filii mei & hæredis, & aliorum filiorum meorum, necnon, & concilio & voluntate omnium hominum meorum de prædictis villis. Et hoc feci pro salute mea, & uxoris meæ, & filiorum meorum, & pro animabus patris, & matris meæ, & omnium antecessorum meorum, in capitulo *Lincolniæ*, & in præsentia domini *Roberti* episcopi *Lincolniæ*, & frequentis capituli, in anno secundo ordinationis ejusdem *Roberti* episcopi, mense 14 Steph. tertio, & xxviij. de mensis ejusdem. Et sciendum quod istam meam elemosinam, & istam donationem prædictæ terræ, & aisiamentorum ejus, & commoditatuum posui in manu *Roberti* episcopi *Lincoln.* ad opus & utilitatē monasterii de **Birkestede**, & monachorum. Ego autem, & hæredes mei warantizabimus istam elemosinam ecclesiæ **Birkestede** in perpetuum, contra omnes homines. Et postquam ego confirmaveram elemosinam istam per hanc meam cartam & sigillum Deo & ecclesiæ de **Birkestede**, ipse *Robertus* episcopus apposuit auctoritatem sui testimonii per sigillum. Hujus rei testes sunt, *Robertus* episcopus *Lincolniæ*, & capitulum, & *Thuroldus* abbas de *Fontibus*, *Johannes* abbas de *Bardeneia*, *Walo* abbas de *sancto Laurencio*, *Warinus* abbas de *Valle-Dei*, *Gamellus* abbas de **Rucford**, *Walterus* capellanus de **Bardenei**, *Elfius* presbiter de **Bukenhal**, *Hamelinus Croc*, *Willielmus* filius *Haconis*, **Beardus** filius *Outi*, *Wido* de **Ver**, *Herbertus* de **Dxebi**, *Robertus* de *Barkwrda.*

Carta Thomæ *filii* Rob. *de* Arci.

Ibid. pag. 128. b. Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Thomas* de *Arci* salutem. Notum vobis sit, quod ego *Thomas* de *Arci*, per voluntatem & concilium amicorum & hominum meorum de *Dunestuna*, & de *Nochetuna* concedo & confirmo, per hanc meam cartam, & sigillum, Deo & abbatiæ sanctæ *Mariæ* de **Birkestede**, & monachis ejusdem loci, donationem quam *Robertus* de *Arci*, pater meus, fecit eis de tota terra, quæ pertinet ad *Dunestunam* & *Nochetunam* ab occidentali parte magnæ viæ, quæ venit a *Lincolnia*. per villam, quæ dicitur *Mera*, & tendit versus **Scapewich**, sicut carta sua testatur, quam habent. Hanc itaque totam terram prædictam do illis & confirmo, per istam meam cartam, & sigillum pro salute mea, & sponsæ meæ, & filiorum, & omnium amicorum meorum, & pro anima patris mei, & matris meæ, & omnium antecessorum meorum, in puram, & perpetuam elemosinam, liberè & quietè, ab omni seculari servitio, & consuetudine, & omni exactione. Et ego, & hæredes mei warantizabimus illam terram totam prædictam, contra omnes homines in perpetuum, & acquietabimus. Hoc factum fuit anno ab incarnatione Domini MClxiij. nono kalendas A.D. 1163 9 H. 2. Junii, apud *Lincolniam*, coram his testibus, *Roberto* de **Dunestun**, decano, *Augustino* de **Dunestun** presbitero, *Roberto* de *Nevilla*, *Radulfo* filio *Gilberti*, *Rogero* de **Boningwrth**, & *Matheo* fratre ejus, *Hugone Pinceun*, *Roberto* de **Langestun**, *Herberto* filio *Alardi*, *Thoma* filio *Willelmi*, & *Symone* fratre suo, *Rogero* de **Trehamtun**, *Widone* de **Ver**, & *Petro* de *Bilingheia*. Et sciendum quod monachi dant mihi annuatim ad festum

stum sancti *Botulphi* dimidiam marcam argenti, propter hoc, nominatim, ne vel ego, vel heredes mei cogamus illos mansiones facere in memorata terra nisi ad libitum & voluntatem ipsorum.

Carta Thomæ *filii* Thomæ *de* Areci.

Ib. pa. 135 OMnibus sanctæ ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Thomas*, filius *Thomæ* de **Areci**, salutem. Noveritis me concessisse, & dedisse, & hac mea carta omnino quietum clamasse monachis de **Birkestede**, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum meorum, dimidiam marcam, quam dabant mihi annuatim, ita quod nec ego, nec hæredes mei, aliquid exigere poterimus ab eis pro tenemento quod tenent, per cartam *Roberti* avi mei, de feodo meo in territorio de **Hocheton**, & de **Dunelton**. Sed volo ut habeant & tenant prædictum tenementum liberè, & quietè, ab omni seculari servitio, & consuetudine, & exactione, sicut ulla elemosina meliùs, & liberius teneri potest. Etsin testimonium hujus meæ donationis & quietæ clamationis, feci eisdem monachis hanc meam cartam coram his testibus, *J.* abbate de *Fontibus*, *G.* abbate de **Pargan**, *Walleranno* de **Roshefort**, *Petro* de **Neuill**, *Roberto* de **Areci**, & multis aliis.

Inter Nos et Monachos de **Begar**.

Ib. pa. 140 ONnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, *Omnibus* Abbas de **Begar** salutem in Christo. Sciatis quod *Alanus* Comes *Britanniæ* dedit, in obitu suo, Deo & Abbaciæ de **Begar**, ubi corpus suum jacet, terram ad unam grangiam faciendam in socha de *Gaituna* in elemosinam, pro salutæ animæ suæ, & antecessorum suorum sicut Carta sua testatur. Sed quoniam hæc elemosina, tam longè erat de abbatia nostra, quod non potuimus eam ad libitum nostrum & proficuum collaborare, dilectis autem monachis de **Birkestede** eandem elemosinam fratribus nostris erat admodum utilis & contigua; eorum precibus & fraternitate compulsi, deposuimus in manu Comitis *Conani*, omne jus & omnem donationem & investituram præfatæ elemosinæ, quam de manu comitis *Alani* recepimus, & ipse Comes *Conanus* concessit & dedit prædictis fratribus nostris de **Birkestede** eandem elemosinam in manu *Radulfi* celerarii, qui in loco abbatis sui de **Birkestede** præsens aderat in presentia nostra, nobis eandem donationem concedentibus & confirmantibus, & assignavit eis in terra sua, pro eadem elemosina, duas carucatas terræ & dimidiam de suo dominio in territorio de **Gaiton**, & frutectum quod appellatur **Gaiton-Rahaga**, & hoc factum fuit coram his testibus. *Roaldo* Constabulario, & *Alano* & *Willielmo* filiis ejus, & *Pico* de **Lacels**, *Johanne* filio *Mengi*, *Gaufrido* filio *Morican*, *Wigano* filio *Cade*, *Alano* filio *Gaufridi*, *Johanne* filio *Alvieti*. Pepigimus etiam eis, coram his & multis testibus, quod per operam nostram & perquisitionem, sine aliquo rei familiaris suæ dispendio, faciemus eos habere Cartam & Sigillum *Conani* ad confirmationem prædictæ elemosinæ, cum ipse illius ætatis ☞ fuerit, quod terram tenere poterit, & sigillum habuerit. Hoc etiam pepigimus quod si morte preventus, vel qualibet casu perpeditus fuerim quod hanc conventionem eis perficere non potuerim, apud conventum de **Begar**, & apud Abbates qui de domo de **Begar** facti sunt impetrabo, quod quicunque post me abbas, in domo de **Begar** substituetur, eandem pactionem eis per omnia perficiet. Et hoc pepigimus quod omnes has conventiones presentabo per me, & per abbates factas de abbatia de **Begar**, primo generali capitulo *Cistercienſi*; & privilegium domini papæ, & Cartas per quas hæc elemosina confirmata est, illuc nobiscum portabimus, & de eis hanc elemosinam tenere faciam, & in eorum privilegiis & cartis ascribi faciam. Et has conventiones confirmavimus hujus cirographi subscriptione, & testium annotatione, Scilicet *Mathei* prioris de **Usvesbi**, &c.

Carta de Gaitona.

Conanus dux *Britanniæ* & comes de **Richemund**, omnibus suis hominibus & amicis *Britannicis* & *Anglis*, & universis sanctæ matris ecclesiæ, tam clericis, quam laicis salutem. Notum sit vobis omnibus me concessisse, & dedisse Deo, & abbatiæ de **Birkestede**, & monachis, ejusdem loci, ecclesiam de *Gaitona*, & duas carucatas terræ & dimidiam, de meo dominio in campis de *Kaituna*, cum frutecto, quod vocatur **Baltuno-cahage**, cum omnibus quæ ad has duas carucatas & dimidiam pertinent; in toftis, & croftis, in viis & semitis, in pratis, & pasturis, & aquis, & molendinis, in puram, & perpetuam elemosinam, libere, & quiete, & honorifice, ab omni seculari servitio, & consuetudine, quæ ad aliquem hominem, vel ad terram illam pertinent, pro salute meæ, & pro anima patris mei comitis *Alani*, & pro animabus omnium antecessorum meorum & omnium parentem meorum. T. *Willielmo* abbate sancti *Melavii* de **Kedon**, *Willielmo* abbate de *Fulgeriis*, *Rollando* de **Dinam**, *Radulfo* de *Fulgeriis*. Ibid. pag. 142. b.

Carta de Scamtona.

VEnerabili patri *Roberto Lincoln.* episcopo, & toti capitulo, & omnibus filiis sanctæ matris ecclesiæ *Radulfus* filius *Gilleberti* salutem. Sciatis me concessisse, & dedisse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Birkestede** & monachis ejusdem loci, totam terram meam de *Scamtunia*; scilicet totum dominicum ejusdem villæ, & xxvj. bovatas terræ, cum omnibus appendiciis; in toftis, & croftis, in pratis, & pasturis, in viis, & semitis, in aquis, & boscum, & molendinum. Hanc donationem concedo eis liberam & quietam, ab omni seculari servitio & consuetudine in elemosinam, pro salute meæ, & uxoris meæ, & pro animabus patris, & matris meæ, & filii mei, ibidem sepulti, & omnium antecessorum meorum. Et sciendum est quod hanc donationem confirmavi Deo, & prædictæ ecclesiæ in capitulo sanctæ *Mariæ Lincolniæ*, & optuli super altare sanctæ *Mariæ* ad opus præfatæ ecclesiæ de **Birkestede**, & monachorum, in præsentia canonicorum capituli *Lincolniæ*, & clericorum Pag. 179.

ricorum de choro. Teste *Humfrido* Subdecano, *Gilleberto* filio Archidiaconi, *Alexandro*, *Wigero*, *Radulfo* de *Cadamo*, *Roberto* de *Barchwerda*.

Confirmatio Gilberti *Comitis* Lincolniæ.

OMnibus sanctæ ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris *Gillebertus* comes *Lincolniæ* salutem. Notum sit vobis me concessisse & firmiter confirmasse pro salute mea & hæredum meorum & omnium amicorum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, & omnium antecessorum meorum, in perpetuam elemosinam donationem & elemosinam, quam *Radulfus* filius *Gilleberti* fecit Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Kirkestede* & monachis ejusdem loci de terra de *Scamtunia*, cum omnibus suis pertinentiis, sicut carta *Radulfi* filii *Gilleberti* testatur. Et hujus confirmationis meæ testes sunt, *Philippus* de *Kyma*, *Herbertus* filius *Alardi*, *Willielmus* filius *Walteri*, *Ricardus Baard*, *Petrus* de **Scrembi**.

Carta Richardi *de* **Builli**.

Ib. p 232.

OMnibus sanctæ ecclesiæ filiis *Ricardus* de *Builli* salutem. Sciatis me per voluntatem & consilium *Emmæ* sponsæ meæ, & hæredum meorum dimisisse monachis de **Birkested** unum managium in territorio de **Bymberwrth**, ad domos suas & ortum, & quatuor forgias faciendas; duas scilicet ad quoquendum ferrum & duas ad fabricandam, quandocunque voluerint; & mineram ad fodiendum per totum territorium ejusdem villæ, quantum sufficit duabus ignibus, & mortuum nemus de **Byzberwrth** quantum sufficit illis quatuor ignibus, & pasturam ad decem animalia, & quatuor equos, in communibus pascuis camporum eorum. Omnia hæc dimisi & concessi eis tenere de me, & de hæredibus meis liberè, & quietè ab omni servitio, & consuetudine, præter quod dabunt singulis annis mihi, vel hæredibus meis v. solidos, ad pentecosten. Et sciendum quod totam firmam de primis quinque annis adquietaverunt monachi in territorio suo, qui fuit anno incarnationis dominicæ MCLxj. in die apostolorum *Philippi* & *Jacobi*. Post finem autem horum quinque annorum, si voluerint monachi prædicti tenere, tenebunt omnia illa in perpetuum de me & hæredibus meis per eandem conventionem; scilicet, reddendo annuatim v. solidos pro omnibus servitiis. Hanc autem conventionem tenendam, & warantizandam per me & hæredes meos confirmavi, per cartam & testes subscriptos, & sigilli mei confirmationem. Hujus rei testes sunt, *Hugo* clericus de *Dernham*, *Simon* & *Petrus* capellani ejusdem villæ. *Jugan* filius *Radulfi*, *Lamb.* dispensator, *Thomas* filius *Jocelini Ebor.*

A. 1161. 8 H. 2.

Carta Guarini *filii* Geroldi.

Ib. p. 100.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Guarinus* filius *Geroldi* camerarius domini regis concessi & hac præsenti carta confirmavi amicis meis karissimis monachis de **Birkestede** quarreram sufficientem ad proprios usus suos in perpetuum, capiendam super dominicum meum de **Wassenbyc**, quam *Conanus* Dux *Britanniæ* dedit eis. Hiis testibus, *Johanne* de **Ferlington** tunc senescallo, *Rogero* de **Cobham**, *Radulfo* de **Langetot**, *Petro* de *Mara*, *Hugone* de *Mara*, *Hugone* de **Wassinbyc**, & multis aliis.

KINGESWODENSIS *Abbatia in agro* Glocestrensi, * *fundata anno* MCxxxix.

* Annal. de Margan in bibl. Cotton.

Historia fundationis.

HÆc est narratio abbatis & conventus de *Tynterna*, de **Kingeswode**. *Willielmus* de **Berkeley** dedit abbatiæ de *Tynterna* **Kingeswode** ad fundandam ibidem abbatiam ordinis *Cisterciensis*; & *Matildis* Imperatrix filia *Henrici* Regis *Anglia* carta sua donum illud confirmavit. Processu verò temporis & tempore hostilitatis, regnante Rege *Stephano* post mortem *Henrici* Regis *Anglia*, emerunt illi de **Kingeswode Haselvene** à quodam *Johanne* de sancto *Johanne* cui Rex ille *Stephanus* dederat quasdam terras *Reginaldi* de sancto *Walerico* tempore hostilitatis. Redeunte autem pace & justitia, reddente unicuique quod suum erat, *Reginaldus* de sancto *Walerico* recepit **Haselvene** & monachos effugavit. Quibus tandem, post multas quas ab eo perpessi sunt vexationes, **Haselvene** cum cæteris terris quamplurimis se redditurum spospondit, si abbatiam suam transferre vellent illuc, quia ex injuncta sibi à domino Papa penitentia abbatiam de ordine *Cisterciensi* fundare susceperat; Quod pacti sunt illi & partiti conventum de **Kingeswode**, paucos apud **Kingeswode** relinquentes, abbas cum pluribus translatus se ad **Haselvene** sic tenentes utrumque locum. Et quoniam aquæ penuriam habebant apud **Haselvene**, secundò transtulit illos *Reginaldus* de sancto *Walerico* ad locum qui dicitur *Tettebiria* quem & dedit illis. Conquerente autem *Rogero* de **Berkeleye**, hærede scilicet *Willielmi* de **Berkeley**, quod **Kingeswode** quæ prius abbatia fuerat, & ad id à prædecessore suo data, quasi grangia teneretur de *Tettebiria*, volente eo, aut fundum suum recipere aut conventum illuc revocari, rogatu Regis qui id volebat sed & petitione capituli *Cistercii* concessit ut **Kingeswode** grangia esset de *Tettebiria*; ita tamen ut apud **Kingeswode** ab uno sacerdote monacho privatim continuè missa celebraretur. Ob hoc datis sibi à monachis xxvij. marcis argenti & dimidium, sicut de hoc ejusdem *Rogeri* carta testatur, & filio suo qui adhuc superest unum chacorem, aut unam marcam argenti, qui & ipse carta sua donum prædecessorum suorum & patris sui cum monachis conventionem testatur & confirmat. Et hoc totum regis charta confirmatum est. Postea verò Missam illam, proprio altari ad eam deputato, idem *Rogerus* in abbatia celebrari promisit rogatu generalis

Ex regist. Abb. de Kingeswod. penes *Johannem Smith* de Nibley in com. Glouc. ar. 1651.

capituli, sicut literæ ipsius capituli ad hoc testantur.

Omnibus autem hiis ita se habentibus, habitum est capitulum in *Anglia* apud **Kirchestede** ubi inter cæteros coabbates suos fuerunt *Philippus* abbas *Elemosinæ*, & *Henricus* abbas **Waverleye**, & *Paganus* abbas de *Tettebiria*, ibique pro sedanda controversia quadam, quæ versabatur inter abbatem *Elemosinæ* & abbatem **Waverleye**, quæ unde vel qualis fuerit ipsi melius sciunt, concessum fuit abbati **Waverleye**, ut apud **Kingeswode** abbatiam ædificaret quæ jam grangia fuit abbatis de *Tettebiria*, concessu fundatoris & confirmatione Regis, sicut cartæ eorum testantur; abbate *Elemosinæ* interducente ad hoc *Paganum* abbatem de *Tettebiria* ut illud concederet, qui erat homo simplex & nullius astuciæ; compositionem quandam facientes inter depossessiones ecclesiæ de *Tettebiria* quæ & tenuis erat in possessionibus & vix in toto suo stare poterat parcientes; & pro libitu suo quod suum erat non dividentes. Hoc autem totum factum est nescience nec assentiente conventu de *Tettebiria* & sine conscientia & consensu patris abbatis scilicet de *Tynterna*: Quibus postea reclamantibus & contradicentibus, res in litem vocata est, & super ea diu litigatum etiam in præsenti capitulo; tandem, convenientibus quamplurimis abbatibus in unum apud **Kingeswode**, judiciaria determinatione, abbas **Waverleye** quatuor monachos quos ad **Kingeswode** transmiserat cum eo quod suum erat ad se revocavit, & **Kingeswode** sicut fuerat in grangiam de *Tettebiria* reducta est. Supersunt adhuc multi monachi, conversi, clerici, laici, & *Rogerus* fundator de **Kingeswode** qui hiis omnibus interfuerunt. Et quoniam locus angustus erat apud *Tettebiriam*, & minus sufficiens ad positionem abbatiæ, maximè quia ligna ad ardendum non habebant nisi de bosco de **Kingeswode** qui longè erat, *Bernardus* de sancto *Walerico* fundator ecclesiæ de *Tettebiria* accepit à *Rogero* de **Berkeleye** fundatore de **Kingeswode**, mediante homagio suo, quadraginta acras terræ apud **Pirefode**, qui locus confinis est & conterminus terræ de **Kingeswode**, & transtulit illuc abbatiam suam de *Tettebiria* sicut exinde utriusque cartæ testantur; in quo loco abbatia adhuc posita est: Et sic xxviij. annis aut eo amplius *Tynterna* abbatiam illam sicut revera filiam suam quam ædificavit, & toties transplantavit, multos provincia sibi defundans labores, tenuit in pace ab omni calumpnia, donec abbas de **Waverle** in generali capitulo, cui non interfui ego abbas de *Tynterna*, neque aliquis qui pro me aperiret os ad reclamandum de re antiquata, & abbatem, judiciaria determinatione sopita, novam disposuit querelam, ostendens quædam scripta facta sine conscientia & assensu conventus de **Tettebiri** cujus grangia & tunc temporis fuit **Kingeswode**, & abbatis & conventus de *Tynterna* ad quem spectat locus ille ratione filialitatis: Justumque est à capitulo ne abbas *Elemosinæ* conventionem factam inter abbatem *Elemosinæ* & illum **Waverle** exequeretur & teneret capitulo fortè pro tractu temporis, non reducente ad memoriam quid super hoc factū sit in diebus antiquis. Abbas *Elemosinæ* abbatiam nostram translatam de *Tettebiria* ad **Pirefode**, qui est confinis & conterminus terræ de **Kingeswode**, unde & abbatia pro loci vicinitate; & quia nominacior est **Kingeswode**, quam **Pirefode** accepit & nomen ejus, cum abbate & conventu nostro contradidit abbati de **Waverle** plùs ut nobis videtur invitus voluntati quam rationi, cum scripta illorum nullam faciant mentionem præter de loco de **Kingeswode** in quo priùs abbatia posita fuit; qui & tunc fuit grangia abbatiæ de *Tettebiria* & adhuc est grangia translata abbatiæ de *Tettebiria*, quæ est ad **Pirefode**; an dicta sunt hæc coram judicibus à capitulo sub hac causa delegatis & super hoc oculi nostri, videant equitatem.

Prohemium Cartarum de Tynterna.

REverendis dominis & patribus *Willielmo* abbati de *Cistercio* & cæteris abbatibus ibidem in spiritu sancto congregatis, *Willielmus* abbas de *Quarreria* & abbas de **Woburne** salutem, & suæ humilitatis obsequium. Ad præcavenda varia pericula quæ itinerantibus & maximè in navigatione solent contigere, visum est *E.* abbati de *Tynterna* nostra potiùs testimonia quàm sua nobis transmittere munimenta super subjectione translatæ abbathiæ de **Kingeswode**. Nos itaque fraterni postulationi nostrum suffragium pro posse volentes impendere, prænotata munimenta diligenter inspeximus, & eandem formam quam ibi legimus, vestri discretioni plenius adnotare procuravimus. Valete.

Carta Matildis *Imperatricis.*

MAtildis Imperatrix *Henrici* regis filia, omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, tam clericis quam laicis suæ subjectionis, salutem. Volo vos non ignorare me concessisse, & Carta mea confirmasse illud caritatis donum quod pro patris mei regis *Henrici* animæ redemptione, & prædecessorum suorum remedio *Willielmus* de **Berchelis** contulit abbathiæ de *Tynterna*; scilicet totam **Kingeswode**, & quicquid deinceps ipsius abbatiæ cristicolis de suo collaturus est. Præcipiendo, etiam addendo ne super hoc uteriùs quicquam injuriæ seu inquietudinis eis vel alicui de suis inde fiat. Hii interfuere obtestantes, &c.

Carta Bernardi *de sancto* Walerico.

BErnardus de sancto *Walerico*, omnibus hominibus & amicis suis *Francis* & *Anglis* salutem. Sciant presentes & futuri, quod ego *Bernardus* concessi *Rogero* de **Berchelay** & hæredibus suis auxilium & concilium meum in curia Domini mei Regis *Anglia*, salva fide mea, & quitanciam in portu sancti *Walerici* sibi & hæredibus suis, & omnibus hominibus mensæ suæ, & ipse dedit & concessit mihi, annuente *R.* filio suo, xl acras terræ apud **Pirefode**, ad removendam Abbathiam meam de *Tettebiria*, Testes, &c.

Carta *R.* de **Berchley.**

NOtum sit fidelibus omnibus quod ego R. de **Berchley** *concessu Regis & rogatu, sed & petitione*

petitione capituli Cistercii, *concensu quoque conjugis mee & heredis mei, concessi monachis de* **Bingeswode**, *miserius pauperpatis eorum, transferre abbatiam suam de fundo meo quam antecessores mei fundaverunt; hoc tenore, ut manerium illud, scilicet* **Bingeswode** *remaneat illis liberum & quietum ab omnibus serviciis secularibus & querelis sicut priùs fuit, stante ibi abbatia; Ita tamen, ut ibi ab uno sacerdote monacho Missa continuè privatim celebretur, simque particeps omnium beneficiorum translata abbatia tanquam fundator, & omnium abbatiarum* Cisterciensis *ordinis, tam ego quam conjux mea & hæres meus cum antecessoribus & successoribus meis. Ipsi autem monachi ut meliorem gratiam invenirent apud me, dederunt michi viginti septem marcas & dimidium, & filio meo unum cacorem vel unam marcam, & manutenebo eos pro posse meo sicut fundator. Et si forte quolibet modo redierint, reddam eis, quantum dederunt ad suum placitum. Hanc pactionem me servaturum fide firma. Testes, &c.*

Carta G. *Abbatis* Cistercii.

FRater *G. Cisterciis* dictus abbas, totusque abbathiæ conventus in generali capitulo congregatus, Domino *R* de **Berckle**, salutem quæ est in Christo Jesu cum devotis orationibus. Magnas misericordiæ Dei referimus gracias qui dedit in corde vestro pauperum suorum curam, & magnam, sicut audivimus, in ordinem nostram devotionem, quam..... Abbathiam de **Bingeswode** translatam pia solicitudine fovetis & defenditis, & in omnibus prout possibilitas vestra permittat promovetis. Unde universi ordinis nostri orationes vestræ salutis curam agunt, & fine memoria vestri ad aures divinitatis non ascendunt; ut autem predictum devotionis vestræ sacrificium sincerum, & sine omni fermento conspectui divinæ pietatis offeratur, obsecramus vos & monemus ut de Missa illa cotidiana quàm in **Bingeswode** celebrandam statuistis, nostrum audiatis consilium, & eandem Missam, proprio Altari ad eam deputato, in Abbathia celebrari permittatis. Videtur enim nobis saluti vestræ non esse congruam ut aliquid per vos & propter vos à fratribus nostris fiat quod consuetudini ordinis nostri non conveniat. Porro si super hoc vobis non placuerit nostro consentiri consilio, concedimus interim ut pactum vestrum vobis teneatur, ne in aliquo vestram exacerbare videamur caritatem: Diligimus enim vos tanquam fratrem nostrum & omnia quæ honori & saluti vestræ competerint non minus devotè quam debitè exequi, viribus nostris parati sumus, Valete.

Carta R. *de* **Berckley**.

RDe **Berckley** omnibus fidelibus qui litteras istas inspexerint salutem. Notum sit vobis quod *Willielmus* de **Berckley** dedit abbatiæ de *Tynterna* pro salute animæ *Henrici* regis *Anglia* & suæ, totum **Bingeswode** cum omnibus pertinentiis suis ad construendam ibi abbatiam de ordine *Cistercienſi* & pater meus illud gratum habuit, & ratum tenuit. Et postquam abbatia de **Bingeswode** translata erat ad *Tetebiriam*, consensu patris mei *R.* de **Berckley**, ipse pater meus, concensu & voluntate mea, dedit & concessit *Bernardo* de sancto *Waleric* quadraginta acras apud **Purefoyd** ad removendam illuc abbatiam suam quæ fuit priùs apud *Tetebiriam*. His testibus, &c.

Carta *H.* regis *Angliæ*.

HRex Angliæ *S.* Wigorn. *episcopo, &* N. Gloucestriæ, *omnibusque baronibus suis & fidelibus suis* Francis *et* Anglis *de* **Gloucestreschire** *salutem. Sciatis me concessisse* Rogero *de* **Berchley** *quod det* **Acheolt** *in perpetuam elemosinam canonicis vel monachis pro animabus nostris & antecessorum nostrorum. Quare volo et firmiter precipio quod predicta terra sit ita libera et quieta ex omnibus serviciis et querelis et consuetudinibus sicut ego ipse melius et liberius tenebam in toto dominio. Testibus* W. *Cameario de* **Tancervill** *et* M. Gloucestriæ, *et* Pagano *filio* Johannis, *apud* **Eltugas**.

Scriptum Willielmi *de* **Berkley** Innocencio *Papæ*.

REverendissimo Dei gracia domino Papæ *Innocencio*, *Willielmus* de **Berkeley** & fundator **Bingeswode** reverentiam cum fide, & ..... hilaritate summo pontifici debitam. Pia pastoris gratia subditos affectio votum beati *Petri* apostolorum principis successorem interpellat pusillanimitati nostræ ausum dedit. Preterea dextra in sublevando sedula, in dando munifica omnem in desiderio sancto querulam exclusit repulsam; inde, ne in hoc negotio ulla tumultuetur opacitas, rem ex integra majestati vestræ intimari juravimus. *Henricus* rex *Anglorum* patruo nostro *Rogero* de **Berkeley** certi pretii taxatione terram quandam absque calumpnia sibimet reservatam dedit, condicione tali quatenus eam religioni horum alteri professi monachatum, scilicet seu canonicatum sanciret. Sed quoniam hic idem morte præventus est, memor tum propositi, illam nobis condicione prædicta legavit. Et ne inde ulla imposterum exactio violens posset inferri, ejus prefati munimento, præsentiæ vestræ delato, confirmavit. Nos itaque voluntate ejus supplentes ordini *Cistercienſi*, quia cæteris in sanctitate præponderare nobis visus est, terram illam ab patruo scilicet hoc fine vobis legatam ad abbatiam fundandam concessimus. Proinde vestra eidem ordini auctoritatis moderetur cautelam, quatenus idem ratam habeatur & constans & ne ejus rei ulla possit dissolucio uspiam inveniri, præcamur benevolenciæ vestræ gratiam, quatenus auctoritate apostolica corroboretur, ut siquis exactionis cujuslibet, aut etiam detrementi calumpnia molitus, Romano insuper privilegio verluciam conetur inferre, anathematis gladio repercussus ablistat. Valete.

Carta Rogeri *de* **Berkley** *de* **Bingeswode** *cum pertinentiis*.

S*Iwoni* episcopo *Wigorn.* & omnibus fidelibus *Rogerus* de **Berkley** salutem. Notum vobis

sit quod ego *Rogerus* de **Berkeley** pro me ipso & uxore mea, & liberis meis, & pro anima patris mei & antecessorum meorum, concedo & confirmo abbati & monachis de **Kingeswode** totam terram de **Kingeswode**, tam nemus quàm culturas & prata, & quicquid ad ipsam pertinet liberam & quietam ab omnibus querelis, & nominatim à servicio unius militis quod *Willielmus* de **Berkley** pro feudo ipsius abbatis mihi debebat. Ipsi verò monachi in capitulo eorum receperunt me prædicti loci fundatorem. Datum apud *Chiveleiam* sexto idus Martii anno ab incarnatione millesimo centesimo quadragesimo octavo. Testes sunt, *Simon* episcopus *Wigorn.* *Willielmus* abbas de **Margan**, & *Gervasius* archidiaconus, *Hugo* monachus de *Trnarco*, *Hugo* decanus, *Johannes Papa*, *Willielmus* de **Winton**, & alii.

Carta *Rogeri* de **Berkley** senioris, de **Acholt**.

SCiant *præsentes & futuri quod ego* Rogerus *de* Berkeleya, *pro Deo & salute animæ domini mei* Henrici *regis & animæ meæ & animarum hæredum meorum & omnium antecessorum & successorum meorum, dedi concessi & hac præsenti carta mea confirmavi Deo & ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* **Kingeswode** *& monachis ibidem Deo servientibus totam manerium meum de* **Acholte**, *cum omnibus pertinentiis suis in liberam puram & perpetuam elemosinam. Tenendum & habendum omnia prædicta, ecclesiæ suæ prædictæ, & monachis ibidem Deo servientibus & eorum successoribus liberè & quietè ab omnibus exactionibus secularibus sicut libera & pura elemosina liberius & purius haberi & teneri & excogitari poterit imperpetuum. Et ego prædictus* Rogerus *& hæredes mei warantizabimus prædictum manerium de* **Acholte** *cum omnibus quibuscumque pertinentiis suis prædictæ ecclesiæ de* **Kingeswode** *& monachis ibidem Deo servientibus & eorum successoribus sicut liberam & puram & perpetuam elemosinam: & acquietabimus eos & defendemus ab omnibus quæ unquam inde aliquo modo poterint contra omnes mortales imperpetuum. Et ut hæc mea donacio concessio & præsentis cartæ meæ confirmatio rata & stabilis imperpetuum permaneat, eandem sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus,* Simone *episcopo* Wigorn. *abbate sancti* Augustini *de* **Bristol**. *abbate de* Tynterna, Roberto *filio* Hardyngi, Henrico Lovel, *& aliis.*

Confirmacio Rogeri *de* **Berkley** *junioris de Manerio de* **Kingeswode**.

UNiversis Christi fidelibus ad quos presens Carta pervenerit, *Rogerus* de **Berkley**, æternam in domino salutem: Noverit universitas vestra me caritatis intuitu, pro animabus patris & matris meæ, & animabus antecessorum & hæredum meorum, & uxorum mearum, concilio & assensu hæredum meorum, concessisse & confirmasse Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ* de **Kingeswode**, & monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam & puram elemosinam, totum Manerium de **Kingeswode**, quod prefati monachi ejusdem loci tenuerunt de *Rogero* patre meo & me. Tenendum & Habendum de me & hæredibus meis, in bosco & plano, culturis & pasturis, aquis & pratis, viis & semitis, liberum & quietum ab omnibus querelis & exactionibus, & nominatim à servicio unius militis quod *Willielmus* de **Berkley**, pro feudo ipsius Abbathiæ, patri meo debebat: Prædicti verò Monachi in capitulo eorum receperunt prenominatum *R.* patrem meum & hæredes ipsius, prædicto *Willielmo* de **Berkley** annuente & consentiente, suæ domus Fundatore. Hiis testibus *Roberto* de *Berkleya*, nepote meo, *Philippo* & *Olivero* fratribus meis, & *Willielmo* filio meo, magistro *Richardo* de **Rozestan**, & *Benedicto* capellano, fratre *Richardo* de *Bradeleya*, & aliis.

Carta Regis Henrici *de viginti & septem acris assarti de* **Kingeswode**.

HEnricus Dei gratia Rex *Anglie* & Dux *Normannie* & *Aquitanie*, & comes *Andegavie*, justiciariis, & vicecomitibus, & forestariis, & omnibus ministris suis totius *Anglie* salutem. Sciatis me concessisse & dedisse inperpetuam elemosinam ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Kingeswode** & monachis ibidem Deo servientibus, & hac carta mea confirmasse, septies viginti acras assartorum apud **Kingeswode**. Habendas & tenendas imperpetuum solutas & quietas ab omni regardo & exactione; Et ideo volo & firmiter præcipio quod prædictos monachos inde non vexetis, neque ab aliquo vexari permittatis. Teste, *Willielmo* filio *Audelini*, *Richardo* de *Anfei*, *Willielmo* de *Stut.* & aliis.

Carta *H.* ducis *Normannie* & comitis *Andegavie* de duodecim acris terræ juxta abbatiam.

H. *Ducis* Normanniæ *& comitis* Andegaviæ *filius*, *S.* Wigorn. *episcopo*, *& omnibus baronibus suis vicecomitibus justiciariis & omnibus ministris suis atque fidelibus &* Francis *&* Anglis *totius* **Gloucestreschire**, *salutem. Sciatis me pro anima regis* Henrici *avi mei*, *&* Matildis *reginæ dedisse & concessisse monachis de* **Kingeswode** *duodecim acras de illa terra, quæ jacet inter boscum de* Haga *& aquam quæ dividit terram ipsorum monachorum & terram de* Wetona. *Et ideo mando & præcipio quod quietè & liberè teneant absque consuetudine vel servicio seculari. Teste,* Willielmo *comite* Glouceſtriæ, Reginaldo *comite* Cornubiæ, Rogero *comite* **Herefordie**.

Quieta clamatio domini Nicholai *de* **Kingestone** *militis super concessionem* Hawisiæ le **Keel**.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *Nicholaus* de **Kingestone** miles dominus de **Toxteworthe** salutem in domino sempiternã. Noveritis me remisisse, (*&c.*) viris religiosis abbati & conventui de **Kingeswode** totum jus & clamium quod habui seu quovismodo habere potui in una portiuncula prati quæ vocatur **Jonesham** infra manerium de **Cherfeld**, jacentem apud **Hozesfordbrigge**; quod quidem pratum dicti religiosi habuerunt ex donatione & concessione *Hawisiæ le* **Keel** uxoris quondam

quondam *Roberti le* **Wel** in puram & perpetuam elemosinam, prout in carta feoffamenti quam inde habent plenius continetur. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum meum est appensum. His testibus *Johanne le* **Chanſy**, *Laurentio* de **Treſham**, *Rogero Joye*, *Willielmo Colewiche*, *Willielmo* de **Coumbe** & aliis. Datum apud **Toztewozthe** in festo beati *Bernardi* abbatis, anno regni regis *Edwardi* filii regis *Edwardi* nono.

PIPWELLENSIS *Abbatia in agro* Northamptonienſi.

Fundationis historia, & de boscorum destructione.

Ex regist. de *Pipwell* in bibl. Cotton.

A.D. 1143

ANNO ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo tertio idus Septembris fundata eſt abbatia de *Pipewella*. Et anno gratiæ MCCC xxiij. idus Septembris in capitulo generali per abbatem *Nicholaum* fuit diſperſio impetrata, & paulo poſt per eundem facta, prætextu paupertatis, Et ſic patet quod inter primam fundationem & diſperſionem monachorum & converſorum factam fluxerunt anni novies viginti: Dicta verò abbatia in prima fundatione dicebatur *ſancta Maria de Diviſis* prout cartæ multæ teſtantur. De primò iſto nomine dictæ abbatiæ tres ſunt opiniones: Nam quidam dicunt quod ante fundationem dictæ abbatiæ ibi fuit quidam heremita in quodam parviſſimo tugurio cui tunc erat contigua quædam capella quæ dicebatur *ſancta Maria de Diviſis*. Et certum eſt quod ſanctus *Thomas Cantuarienſis* archiepiſcopus, qui ſitum abbatiæ carta ſua confirmavit, de quodam in eodem heremitorio mentionem facit. Alii dicunt quod quia dicta abbatia ſita eſt ex utraque parte *le* **Harpereſbook** & duos hundredos dividit, primum vocabulum dictæ abbatiæ *ſancta Maria de Diviſis* fuit. Tercii dicunt quod in prima fundatione uno in die venerunt duo conventus monachorum unus de *Gerudonia* & alter de *Novo-monaſterio* ad habitandum in eodem loco. Inter quos ſurrexit altercatio magna, ut ſcilicet quis eorum deberet primatum tenere, ſicque diu ibi manſerunt diviſi. Poſtea verò per judices ordinis inter partes datos, altercatione partium ſopita, monachi de *Gerudonia* ad proprium monaſterium ſunt reverſi, monachique *Novi-Monaſterii* ibi tunc pacificè ædificare cœperunt, & in eodem loco uſque ad diem ultimum in laboribus magnis domino gubernante permanſerunt. Hinc eſt quod propter diviſionem iſtorum monachorum dicunt quidam ſupradicta abbatia primò vocabatur *ſancta Maria de diviſis*, ſed quorum opinionibus ſtandum eſt pro certo neſcitur. De ſecundo vocabulo non eſt dubium, ſed certum eſt quod ubi **meſt**grangia ſita eſt fuit quædam villa quæ à quodam fonte nomen **Pipewelle** accepit, indeque abbatiæ nomen ſecundum aſſumpſit, quod manet uſque in hodiernum diem. Quæ quidem abbatia in prima fundatione ſua inter nemora pulcherima frondoſa ſita fuit atque condenſa, quæ nunc velud quercus defluentibus foliis ſicut avis ad coquinam quæ deplumata ſtat ex omni parte nuda.

In prima fundatione monachi, atque converſi, in locis perquiſitis arbores diverſas cotidiè plantare cœperunt, nemoraque ſua quæ magnis tribulationibus ac laboribus ſumptuoſis à diverſis perſonis adquiſierunt ſicut mater unicum amat ſuum filium tenerè dilexerunt. Quamobrem unam carectam cotidianam cum duobus hominibus fortiſſimis ad cariandum ſpinas & tribulos pro piſtrino & bracino ordinaverunt. Talis verò carecta re & nomine dicebatur in lingua materna **Thorn-carte**. Item ordinaverat ligniferos ad portandum cotidie ſiccum boſcum & mortuum veteresque radices quercuum ad dorſum in quodam inſtrumento ad hoc ſubtiliter aptato. Fueruntque in diverſis locis tot ligniferi; videlicet ad bracinum j. ad hoſpicium & ad coquinam conventus j. ad coquinam abbatis j. ad infirmitorium monachorum j. ad infirmitorium converſorum j. ad infirmitorium ſecularium j. ad grangiam de **Eſt** j. ad grangiam de **Weſt** j. Tot ligniferi annuatim fuerunt tunc præſentati coram miniſtris foreſtæ ante tempus defenſionis ad præſtandum juramentum de *Vert* & de *Veniſon* tantum. Poſtea verò per incrementa temporum diverſorum abbatum tranſlata eſt carecta ſpinea ad decapitationem quercuum, quæ nunquam revertebatur ad ſpinas & tribulos cariandum quamdiu boſcus duravit. Omneſque ligniferi à bajulatione ſicci boſci & mortui paulo poſt fuerunt ſuſpenſi. Et cum infra abbatiam vel in duabus grangiis focalia habere voluerunt & præcipue tempore hyemali, cum ſecuribus in manibus nunc ad radices quercuum nunc ad capita earundem velociter cucurrerunt. Sicque per focalia annuatim de quercubus ſumpta inceperunt nemora ſanctæ *Mariæ* de *Pipewella* indies pejorari ac diminuere. Nec mirum, quia omnes quercus ſemel per capitis detruncationem abſciſæ nunquam poſtea in altum ſe extollere potuerunt nec vigere. Hæc fuit prima cauſa deſtructionis boſcorum de *Pipewella*.

Cauſa ſecunda deſtructionis boſcorum fuit per literas & minas potentum magnatum, quibus propter majus periculum non audebant abbates reſiſtere, quia divitum terror ſemper ſibi exigit honorem. Verbi gratia, dominus *Walterus* de **Langetone**, quondam epiſcopus *Ceſtriæ*, Teſaurariuſque *Edwardi* boni Regis *Angliæ* habuit electionem meremii in boſcis de *Pipewella* pro quodam ædificio magno & ſumptuoſo quod ipſe fecit apud **Thorp-waterville**. *Johannes* de **Potot**, qui fuit quaſi altera manus dicti epiſcopi habuit de prædictis boſcis majorem partem groſſi meremii pro manerio ſuo de **Brampton** pulcherimo, de novo conſtruendo. Magiſter *Henricus* de **Stoke** quondam officialis *Northamptoniæ* per quantum tempus vitam duxit in humanis, habuit meremium pro ædificio domorum & emendatione apud **Stoke**, & apud eccleſiam ſuam de **Ravenſthorpe**, nec audebant abbates eidem reſiſtere, quia aut pro denariis, aut pro bladis ſemper fuerunt abbates in daungerio dicti officialis: *Thomas le* **Latymer** de **Braybrok**, habuit

buit cumulum magnæ cameræ ſuæ apud **Braybrok**, de meremio abbatis & conventus. *Stephanus* **Brown** habuit magnam partem meremii pro illo novo ædificio quod ipſe fecit in perſonagio de **Deſeborough**. Perſona de **Herleſtone**, habuit meremium pro una camera quam fecit & plantavit frater *Thomas* Carpentarius, ſanctæ *Mariæ* de **Pipewella**. Præterea non fuit in patria, aula, camera, orreum, molendinum venticium ſive aquaticum alicujus valoris plantata ſine adminiculo aliquo boſcorum ſanctæ *Mariæ* de **Pipewella**. Et quot virgæ molendinorum venticiorum dabantur in temporibus diverſorum abbatum nemo novit niſi Deus cui omnia patent. De cauſa ſecunda tantum.

Cauſa tercia deſtructionis boſcorum fuit in conſtructione & emendatione domorum infra abbathiam & extra, utpote in grangiis, orreis, bercariis, molendinis aquaticis & venticiis per vices, in cotagiis & aliis neceſſariis per multorum annorum revolutiones. Eſt autem cauſa iſta utilis & approbanda.

Cauſa quarta fuit in furtivis alienationibus donationibus, & privatis venditionibus, verbi gratia; Ante diſperſionem monachorum fuit ſemper unus converſus eques cuſtos boſcorum, & habuit ſub ipſo foreſtarios tres pedites, una cum pagiis eorum. Et quando venerunt ballivi ſeu foreſtæ miniſtri vel aſſiſores patriæ qui locum tenuerunt in aſſiſis & in inquiſitionibus coram Juſticiariis domini Regis, aliquid petentes deficiente pecunia in communi burſa, ad cuſtodem boſcorum aliquando pro uno quercu, & aliquando pro duobus mittebantur. Et nichilominus per multorum annorum revolutionem ante domus diſperſionem, ſupradictus converſus levavit annuatim de boſco per præceptum ſuperiorum ſuorum mercedes autumpnales & aliquando hyemales pro carucariis grangiarum de **Eſt** & **Weſt**. Et in hujuſmodi donationibus venditionibuſque privatis præfati cuſtodes, curialitate aliqua mediante, aliquid addiderunt, quia ut dicebatur quod per proprios foreſtarios noſtros in boſco per vices mala multa facta fuerunt. Inſuper in **Deſeborug**, **Stoke**, **Milborſtone**, **Carleton**, **Acle**, & præcipuè in **Riſtone** die noctuque fuerunt raptores qui nunquam ad boſcum ſanctæ *Mariæ* de **Pipewella** accedere cauſa deprædandi ceſſaverunt; excepto tempore autumpnali. Et malefactores de **Riſtone** aliis operibus negotiiſque omiſſis, de boſco de *Pipewella* ſemper vixerunt, nec timuerunt cuſtodes boſci, nec ſententiam excommunicationis quæ frequenter trina amonitione præmiſſa canonica, in hujuſmodi malefactores pulſatis campanis candeliſque accenſis fuit fulminata. Sufficiunt iſta de cauſa deſtructionis boſci quarta.

Cauſa quinta incepit per vendiciones cropporum diverſarum quercuum in temporibus quatuor abbatum, videlicet *Johannis* de **Pillum**, *Ricardi* de **Peyham**, *Andreæ de* **Roxetwell**, & *Thomæ* de **Thokeringtone**. Quantam pecuniæ quantitatem pro hujuſmodi venditionibus duo primi, videlicet *Johannes* & *Ricardus* receperunt per vices pro certo neſcitur, ſed *Andreæ* conceſſit conventus quod ipſe levaret de detruncatione quercuum x marcas tantùm. Abbas *Thomas* levavit per fratrem *Ricardum* de **Bromwych** tunc grangiarum de **Eſt**-grangia de decapitatione quercuum in **Perſoneſwode** viij. l. argenti. Tantum de cauſa quinta.

Accedamus nunc ad cauſam ſextam quæ omnes cauſas tranſcendit ſupraſcriptas, ſcilicet ad exſtirpationem boſci per radices factam in diverſis locis. Sciendum eſt cariſſimi quod ſuper illam culturam terræ arrabilis quæ vocatur **Coleſhawe**, juxta **Eſt**-grangiam crevit boſcus, ut cartæ *Andreæ* de **Riſtone**, qui fuit dominus ad aulam orientalem manifeſtè teſtantur. Et inter **Coleſhawe**, & illam terram arabilem quam homines de **Berefort** tenent de Rege, crevit boſcus quæ dicebatur **Seneroſes**, prout Cartæ *Hawiſiæ* filiæ *Willielmi* de **Riſtone** qui fuit filius *Andreæ* de **Riſtone** teſtantur. Poſtea vero *Robertus* de *ſancto Germano*, qui fuit filius & hæres dictæ *Hawiſiæ*, donationes matris ſuæ Carta ſua confirmavit; Et nunc tota illa terra, videlicet à diviſis camporum de **Riſtone** uſque ad illam culturam quam tenent ipſi de **Berefort** vocatur **Coleſhawe**. Quando verò monachi decreverunt dictos boſcos de **Coleſhawe**, & de **Seneroſes** aſſartare & in agriculturam terram redigere, *Simon* **Waſſet** de **Riſton**, qui fuit dominus ad aulam occidentalem petiit communiam paſturæ in terris ſupradictis. Et facta eſt finalis concordia inter partes in curia Regis *Johannis*, anno regni ejus iv. Quære in rubeo libro Cartarum inter fines concordales capitulo viij, folio ejuſdem primo. Memorandum quod inter abbathiam & grangiam de **Eſt**, ex parte aquilonari crevit boſcus de **Rohawe**, & adhuc manent ibi **Rohawe-hegges**. Et ſciendum quod monachi boriales ſcripſerunt in Cartis noſtris **Rahage** pro **Rohawe**. Terram de **Rohawe** & boſcum qui crevit in ea dederunt monachis de **Pipewell**, *Andreas* de **Riſtone**, *Willielmus* filius ejus, & *Robertus* filius ejuſdem *Willielmi*. Iſti ſucceſſivè domini fuerunt ad aulam orientalem. Et ſciendum quod dicti monachi conceſſerunt præfato *Andreæ* & hæredibus ſuis communiam in boſco de **Rohawe**, pro porcis tempore pannagii quamdiu boſcum ſupradictum extirpare noluerint, ut patet in libro cartarum folio xj, octavi capituli.

Item *Reginaldus* **Waſſet** de **Riſtone**, & *Robertus* filius ejus, qui fuerunt tunc domini ad aulam occidentalem, dederunt terras ſuas de **Rohawe** & boſcum qui in eiſdem crevit, ut patet in quo ſupra fol iv & v, primi capituli. De terra autem quæ eſt inter grangiam de **Eſt** & **Oldefold**, ex parte illa, unde fuit vel cujus fuit cartæ non docent, ſed in quodam regiſtro antiquo invenitur de **Rohawe** & **Effehawe** & quot acras boſci continebant. Et cartæ docent quod *Robertus* filius *Laurencii* de **Acle** & hæredes ſui dederunt monachis de **Pipewell**, unum nemus quod **Effehawe** dicebatur, & nemus de **Effshawe** dominus *Symon* quondam Comes *Northamtoniæ* Carta ſua confirmavit. Et illud nemus ut creditur crevit ſuper illam terram quæ jacet inter **Eſt** grangiam, & illud chiminum quod vadit de ſtagno molendini de **Eſt**, ad landam de **Baneſeld**, videlicet ſub capite occidentali de **Oldefold**. De iſtis terris ſupraſcriptis in quibus crevit boſcus de **Coleſhawe**, **Seneroſes**, **Rohawe**, & **Effehawe**, non

ſolvimus

solvimus alicui decimas prædiales nec personales, quia de novalibus à præstatione decimarum per privilegia nostra absoluti sumus. Et sciendum est quod super illam terram quæ nunc dicitur **Wilberstone-pleyne**, & in illa terra quæ dicitur **Wilberstone-Stokyng** in campo **West-grangiæ**, & in illa terra de **Pykemede** quæ est inter boscum & cursum aquæ hyemalis, videlicet *le* **Watersal** crevit boscus, ideoque jure quo supra non debent illæ terræ decimari. Fuit autem boscus qui crevit in istis tribus locis extirpatus anno regni regis *Henrici* filii *Johannis* xxj. Pro istis assartis fuit contentio & distantia maxima inter dominos de **Stokes** & monachos de *Pipewella* prout docet liber cartarum capitulo lx. folioque ejusdem iij. & iiij. Tantum de causa vj.

Causa septima destructionis boscorum de *Pipewella* incepit per venditiones multiplices in quadam placea quæ dicebatur **Sywardesfunt** quæ jacet inter **Defebozug-Stokyng** & longam fossam & spinosam, quæ se extendit in longum de **Inwodehebed** usque ad boscum de **Defebozug**, crevit quidam bosculus de quo habetur in libro cartarum capitulo ix. folioque ejusdem primo. Inter **Inwodehebed** & **Basetteshawe** crevit quidam boscus qui vocatur **Inwode**, & vendebatur boscus ille in tempore abbatis *Thomæ* de **Thokeringstone**, videlicet in tempore regis *Edwardi* filii boni regis *Edwardi* & anno domini MCCCxv. ante quam venditionem fuit boscus supradictus detruncatus per abscisionem ramorum. Et tunc voluit præfatus abbas terram illam in qua dictus boscus crevit, particulariter clausisse cum fossa, & in quibus locis incepit fossare patet usque in hodiernum diem, sed malicia vicinorum patriæ noluit tunc ipsum permittere opus inceptum finire.

Inter **Basetteshawe** & abbatiam crevit boscus per abscisionem ramorum detruncatus qui vocabatur **Southwode**. Et vendebatur boscus qui crevit super illam placeam in tempore abbatis *Willielmi* de **Lallefozd**. Et in tempore regis *Edwardi* filii boni regis *Edwardi* anno gratiæ MCCCxxij. infra assartum quod habuimus de rege ex opposito curtilagii versus orientem fuit quædam placea bosci quæ vocabatur **Marinnesgoze**, quia quidam dominus de **Clendone** nomine *Warinus* dedit dictam placeam monachis de *Pipewella*. Sciendum est quod boscus qui crevit in prædicta placea vendebatur in tempore abbatis *Thomæ* de **Thokeringtone**, fuitque postea dicta placea clausa infra assartum quod tenemus de rege & hoc cum maximo dangerio patriæ Juxta assartum quod tenemus de rege quod vocatur **Bettesgrene** versus grangiam de **Est** fuit quidam boscus qui vocabatur **Littlehawe** quem monachi de *Pipewella* emerunt pro xj. marcis argenti de *Ricardo Persoun* de **Kilkone**. Et postea mutabatur nomen illius placeæ bosci & dicebatur & dicitur usque in hodiernum diem **Personeswode**, quia de *Ricardo Persoun* emebatur. Quæ quidem placea jacet inter cauceam quæ est juxta *le* **Parpereswozk**, & se extendit in longum usque ad boscum *Roberti Lovet*, & in latum se extendit illa fossa assarti quæ est juxta **Betesgrene**, versus occidentem, videlicet ad quandam goram regis quæ jacet juxta boscum *Roberti* de **Kilkone**. Et inter goram regis & prædictam placeam quæ dicebatur **Personeswode**, adhuc manet quidam cursus aquæ hyemalis sed tortuosus quia non linialiter currit. Et ut breviter dicam, boscus de **Personeswode** prius vendebatur per abscisionem ramorum in tempore abbatis *Thomæ* de **Thokerington** ut supra scriptum est, & postea residuum dicti boscus vendebatur in tempore abbatis *Willielmi* de **Lallefozd**. De emptione non de venditione dicti boscus patet in libro cartarum capitulo viij. folio ejusdem x. In illo loco juxta **Est-grangiam** qui vocatur *le* **Park** vendebatur certus numerus quercuum in tempore prædicti abbatis *Willielmi*.

In **Divefold** fuit boscus pulcherimus & condensus sine detruncatione ramorum seu cropporum quem habuerunt monachi de dono *Galfridi Argent* de **Acle**, & de dono *Willielmi Argent*, *Saræ Argent* & *Petri Malesoueres*. & ut patet in libro cartarum capitulo j. folio ejusdem j. & vj. quære. Vendebatur boscus de **Divefold** in tempore abbatis *Thomæ* de **Thokeringtone** & in tempore Regis *Edwardi* filii boni Regis *Edwardi* anno Domini MCCCxvj. & xvij. excepto quodam angulo versus orientem, qui postea vendebatur in tempore abbatis *Willielmi* de **Lallefozd** pro decem marcis. Sciendum est carissimi quod isti duo abbates quorum unus alteri in onere successit non in honore, in maximis angustiis & pressuris tunc temporis fuerunt quas nisi per hujusmodi boscorum venditiones evasisse minimè potuerunt. Quorum culpa fuit in causa novit Deus. In illo clauso in quo vaccaria una cum crofto suo sita est crevit boscus pulcherimus. Et in quadam placea in campo **west-grangiæ** quæ nunc est terra arabilis, videlicet contra **Caperoneswode** crevit quidam boscus qui vocabatur **Lettlehawe** quem habuerunt monachi ex dono *Willielmi Bontevileyn*. Et in multis aliis locis in quibus nunc est terra arrabilis & quorum noticiam non habemus, crevit boscus, & præcipuè in campis **west-grangiæ**.

Memorandum quod omnia nemora suprascripta ante tempus dispersionis fuerunt consumpta atque destructa, videlicet infra novies viginti annos quia à prima domus fundatione usque ad dispersionem triennalem tot anni fluxerunt tantùm.

Post dispersionem prætextu paupertatis in dicta domo factam, ista adhuc fuerunt nemora sanctæ *Mariæ* crescentia quæ sequuntur nominanda, videlicet de capite de **Rohawedich** per albam crucem & per divisas de **Asketeshawe**, & sic per fossam de **Pekemede** usque ad **Wilberstone-pleyne** in longum ex parte una, & de cornerio orientali muri abbatiæ ex parte altera usque ad vaccariam. Et per fossam quæ cingit crofrum vaccariæ usque ad fossam quæ est inter **Caperoneswode** & terram arabilem quæ vocatur *le* **Berwes** usque ad boscum de **Letlehawe** crevit boscus, videlicet **Rohawe**, **Hikelehawe**, **Chouscoze**, **Bredeleye**, **Caperoneswode**.

Inter **Wilberstone-pleyne** & quandam parvam culturam terræ arrabilis fuit quidam boscus pulcherimus qui vocabatur **Littlehawe** quem *Hugo* de *Pipewella* dedit monachis, & *Robertus* dictus *Vicecomes* donationes *Hugonis* carta sua

confirmavit, ut patet in libro cartarum capitulo 3. fol. ejuſdem 3. Inter prædictum boſculum & **Werehoteſoxlong** crevit boſcus de **Joungwode.** Et ſciendum eſt quod omnes iſtas particulas boſcorum, videlicet de **Rohawedick** uſque **Jounwodehebed** in longum & in latum dederunt monachis ſanctæ *Mariæ Willielmus* de *Albeneya* & homines ſui, exceptis **Rohawe, Pikelshawe,** & **Littlehawe.** Omneſque iſtas donationes confirmavit *Ranulphus* comes *Ceſtriæ* qui habuit tunc feodum de *Geytindona.* Et de dicto comite tenebatur aliquando manerium de **Stoke-Danbarney.** Tot fuerunt nemora quæ modo ſunt conſumpta.

Adhuc dicetur à diverſis perſonis cauſas deſtructionis boſcorum *Pipewelle* ignorantibus, væ væ illis væ qui deſtruxerunt nemora *Pipewelle.* Melius eſt cariſſimi ſilere quam alicui in oratione malum optare, quia quicumque in oratione aliquibus malum optat, oratio ejus fiet in peccatum, quia in ipſis ſuis precibus contra conditorem ſuum pugnat.

Dictum eſt cariſſimi de boſcorum deſtructione, de binis nominibus abbatiæ. Nunc autem de ſitu ejuſdem & de diverſis infortuniis quæ eidem evenerunt, Necnon & de diverſis anguſtiis & preſſuris quas alma Chriſti eccleſia quæ dicitur *Pipewella* ſuſtinuit ante tempus diſperſionis.

In libro cartarum capitulo xlviij. habetur, quod abbatia ſita eſt ex parte orientali ſuper feodum de *Geytindona* ex dono *Ranulphi* comitis *Ceſtriæ.* Ex parte verò occidentali ſuper feodum de **Wahille** ex dono *Willielmi Bontevileyn* qui dictæ abbatiæ primus fundator erat. Hinc eſt quod poſt mortem præfati *Willielmi* fundatoris noſtri ſuadente humanæ ſalutis æmulo ſurrexit quidam miles nomine *Willielmus Flaming,* qui poſuit calumpniam ſuper dimidiam partem terræ de **Pipewelle** quam dederat monachis *Willielmus* de **Bontevileyn.** Dicti monachi ſumma cum feſtinatione agreſſi ſunt *Robertum Bontevileyn* filium & hæredem dicti *Willielmi,* lacrimoſiſque querimoniis ipſum conſuluerunt quid in tali caſu eſſent facturi. Præfatus *Robertus* zelo Dei armatus, inſpirante que gratia divina, dedit *Willielmo Flaming* in excambias iiij. virgatas terræ in **Cotesbyok,** ita quod monachi bene & pacificè imperpetuum gauderent illis terris in *Pipewella* quas priùs dederat monachis *Willielmus* pater ſuus. Econtra præfati monachi ex mera voluntate dederunt dicto *Roberto Bontevileyn* quaſdam terras in campo de **Cotesbyok** quas ejs dederat dictus *Willielmus Bontevileyn* qui ut ſupradictum eſt primus fundator erat. Et ſciendum eſt quod hæredes de **Bontebileyns** tenentur imperpetuum acquietare illas terras de *Pipewella* de forinſeco ſervicio, videlicet pro dimidio feodo unius militis pertinente ad dominos de **Wahills.** Deinde poſt annorum multorum revolutionem accidit quod apud **Cotesbyok** fuit quidam bonus miles nomine *Willielmus* qui pro monachis ſuis in eorum anguſtiis & preſſuris pro poſſe ſuo ſemper ſtetit quaſi murus. Cui ſucceſſit filius ſuus & hæres nomine *Robertus Bontevileyn* qui monachos de *Pipewella* in multis infeſtavit atque vexavit. Verbi gratia, præfatus *Robertus* non ſano ſed *Achitophel* ductus conſilio jure ſuo hæreditario ut ipſe dixit vendicabat perhendinationem unius equi ſtantis in ſtabulo abbatis quocienſcumque & per quantum tempus voluerit. Item petiit annuatim unam robam hyemalem de ſecta capæ abbatis. Item vendicabat quatuor minutiones per annum infra abbatiam. Item petiit ut canes ſui venatici moram facerent infra abbatiam ſumptibus monachorum & pro voluntate ſua. Item impoſuit monachis quod nunquam habuerunt cartam aliquam de fundatione abbatiæ nec tunc habuerunt niſi quandam indenturam quæ ſemel apud **Langepoſt** oſtenſa fuit coram ſalubri conſilio utriuſque partis ad quendam diem amoris. Quid ultra? dictus *Robertus* quadam die miſit unum equum apud *Pipewellam* ad perhendinandum quem puer ſuus duxit in ſtabulum abbatis, ibique ad præſepe per capiſtrum equum ſuum nodavit abbate inconſulto Tandem iſtud devenit ad aures abbatis, qui ſumma cum feſtinatione conſuluit legiſperitos quid in tali caſu eſſet ipſe facturus. Qui conſuluerunt abbati, quod quando puer dicti *Roberti* adaquaret dictum equum, quod pueri abbatis ipſum una cum equo ſuo excluderent, & ita factum eſt. Qui dictum equum ad hoſtium ſtabuli abbatis dimiſit, & arepto cornu circumivit abbatiam bis vel ter levando hutefium ſuper abbatem & conventum. Tunc autem per conſilium ſanum ac ſalubre ex parte abbatis & conventus ordinatum, duo monachi, videlicet *Petrus* de **Thirnebi,** & *Robertus* de **Dunchirche** & quidam ſecularis nomine *Henricus* de **Spalding** aliique ſeculares pedites dictum equum apud **Cotesbyok** duxerunt quodam tempore autumpnali, ibique in quodam ſtabulo per capiſtrum ad præſepe domini ſui nemine in curia invento firmiter ligaverunt. Quid ultra? vix monachis de curia egreſſis, ſupervenerunt de campis homines dicti *Roberti,* & *Henricum* de **Spalding** una cum equo detinuerunt per biduum ſive per tridium, videlicet uſque adventum dicti *Roberti.* Tunc *Robertus* nimio furore repletus minabatur abbati & omnibus monachis quod ſi ipſe aliquos illorum inveniret equites, in inſtanti equos decaudaret, ſi verò pedites, perſonas maletractaret. Qui omnes & ſinguli quaſi alterum *Herodem* cum timuerunt. Tunc ad inſtantiam abbatis & conventus fuit dies amoris captus inter partes & tentus in eccleſia de **Langepoſt,** nec valere potuit. Poſtea verò fuit dies ſecundus aſſignatus in capella beatæ *Mariæ* ad portam de *Pipewella.* Ad quem diem fuerunt ix. milites & alii diverſi juris-periti. Et tunc in nomine Domini fuit concordia talis inter partes facta, videlicet quod abbas & conventus darent dicto *Roberto* xl. lib. argenti Et ipſe tunc fecit eiſdem quandam confirmationem de fundatione abbatiæ ſigillo ſuo ſignatam pro ſe & hæredibus inperpetuum. Fuitque tunc abbas *Thomas* de **Thokertingtone.** Præfatus *Robertus* ſtatim adivit guerram *Scociæ* cum comite *Gloucestriæ,* & ibi cum domino ſuo ſolvit mortis debitum in die ſancti *Johannis* Baptiſtæ anno gratiæ MCCCxiiij. Tantum de prima fundatione abbatiæ ſanctæ *Mariæ.*

Genealogia

Genealogia Dominorum dominii de **Braibzoke** *in comitatu* **Soythamton.**

Ibid. MEmorandum quod apud **Bzaybzoke** fuit aliquando quidam dominus qui tenuit in **Bzaybzoke** & in parva **Boudon** feodum unius militis per tervitium militare; scilicet apud **Bzaybzoke** xxj virgatas terræ, & apud **Boudon** xv, scilicet de honore de **Huntingdon**; & ille prædictus dominus tenuit prædictum feodum in capite de *Symone* de **Forton** domino Baroniæ de **Forton.** Mortuo prædicto domino, descenderunt prædicta tenementa jure hæreditario duabus filiabus suis, quarum senior vocabatur *Emma*, junior verò *Awbreia*. Seniorem autem scilicet *Emmam* duxit in uxorem *Hugo* **Senliz**; qui quidem *Hugo* & *Emma* dederunt monachis de **Pypewell**, illum locum in quo grangia de **Bzaybzoke** sita est, una cum aliis tenementis prout cartæ eorum testantur. Et prædicta *Emma* prædictum donum viri sui post obitum ejusdem, scilicet in libera viduitate, carta sua confirmavit. Postea verò *Henricus* de **Senliz**, filius & hæres prædictorum *Hugonis* & *Emmæ* eorum facta carta sua sigillo suo signata, in perpetuam & puram elemosinam confirmavit. Ista patent in libro cartarum capitulo septimo, folio primo & secundo. Omnia verò tenementa quæ habent prædicti monachi de dono prædictorum *Hugonis* & *Emmæ* & *Henrici* filii & hæredis eorundem in **Bzaybzoke**, capitales domini confirmaverunt, videlicet *Symon* de **Forton**, *Ricardus* filius ejus, & *Ricardus* filius ejusdem *Ricardi*, ut patet in cartulario quo supra fol. vj. Tantum dictum est de *Emma*.

Juniorem filiam, scilicet *Awbreiam*, duxit in uxorem quidam qui dicebatur *Ingebaldus*, qui genuit ex ea *Robertum le* **Bay**, & *Robertus* genuit *Henricum* de **Bzaybzoke**, *Henricus* genuit *Wiscardum* **Ledet** filium suum & hæredem. Contigit medio tempore quod ultimus *Ricardus* de **Forton**, de quo supra mentionem fecimus, genuit unicam filiam nomine *Agnetem*, quam matrimonio duxit *Willielmus* **Paydewill**. Prædicti verò *Willielmus* & *Agnes* vendiderunt monachis de **Pypewell**, wardam, custodiam & maritagium hæredum *Wiscardi* **Ledet** de **Bzaybzoke** pro xl marcis argenti. Quamquidem venditionem prædicta *Agnes* de **Forton**, post decessum supradicti viri sui, carta sua confirmavit, ut patet libro cartarum cap. xj. folio ejusdem xij, & inde est finis levatus, ut patet inter fines concordales, capite sexto. Mortuo interim *Wiscardo* **Ledet** de **Bzaybzoke**, *Waltero* filio ejus & hærede infra legitimam ætatem existente monachi seiserunt prædictum *Walterum* ratione venditionis prædictæ, cum omnibus tenementis suis, & vendiderunt wardam & maritagium ipsius *Walteri* dominæ *Mariæ* matri ejusdem *Walteri*, pro l. marcis, ut patet inter cartas de **Bzaybzok**, per quandam indenturam pluribus sigillis signatam. Iste *Walterus* genuit duas filias, scilicet *Aliciam* & *Christianam*, de quibus post mortem prædicti *Walteri*, habuerunt monachi iterato wardam & custodiam, & vendiderunt wardam istarum puellarum dominæ *Emerenciane* uxori dicti *Walteri*, & matri eorum pro CC marcis, ut patet quo supra.

De una istarum puellarum, scilicet *Christiana*, descendit dominus *Thomas le* **Latimer**; *Thomas* vero genuit *Garinum* **Latimer**. De alia filia dicti *Walteri*, scilicet *Alicia*, descenderunt dominus *Willielmus* **Latimer** *le* **Riche**, & dominus *Nicolaus* **Latimer**. Istæ duæ filiæ prædicti *Walteri* diviserunt inter se terras de **Bzaybzoke** & parva **Boudon**. *Alicia* verò habuit terras de **Boudon** pro portione sua, quas terras dedit ipsa filio suo juniori, scilicet *Nicolao le* **Latimer**. *Nicholao* verò mortuo in *Wasconiâ* abbas *Nicholaus* seisivit redditus & tenementa quæ habuit in **Boudon**, & tenuit usque ad legitimam ætatem *Johannis* **Latimer** filii & hæredis prædicti *Nicholai*. Insuper dominus *Willielmus* **Latimer** filius & hæres dictæ dominæ *Alicie* vendicavit ..... **Pippewell** vendicavit. Tandem per sanum consilium ruit inter partes prædictas ..... cordata ita, scilicet quod prædictus dominus *Willielmus* dedit abbati pro una vice x marcas: Mortuo interim *Johanne* **Latimer**, iterum abbas seisivit tenementa sua in **Boudon**, & utitur jure suo per omnia, sicut prius, & videtur quod de similibus simile erat judicium, videlicet, sicut de *Alicia* & hæredibus suis, sic fiat de *Christiana* sorore sua, & hæredibus suis, scilicet homagium, maritagium & relevium, &c.

Concessio landæ de **Benifeld.**

HEnricus *Rex concessit monachis suis de* **Pipewell** *pasturam & herbam pasturæ de* **Benifeud**, *habendam & tenendam bene & in pace absque omni vexatione, & ad voluntatem inde faciendam. Et quod habeant in prædicta landa ducenta & quinquaginta animalia tantum custodienda per proprios custodes suos. Et quod habeant custodiam herbagii prædictæ landæ, & unum hominem suum a festo annuntiationis beatæ* Mariæ *usque ad horam aspertationis feni ejusdem landæ, ita quod nullus ponat tempore prædicto aliqua averia in prædicta landa ad destructionem herbagii ejusdem landæ, salvis sibi imparcamento & emenda imparcamenti de alienis averiis quæ landam prædictam intraverunt. Et quod licite possint herbam ejusdem landæ pro voluntate sua falcare & aspertare & post falcationem pasturam ejusdem landæ per omnia prædicta animalia pascere sine contradictione & impedimento sui & hæredum suorum & balliverum suorum; Ita tamen quod feræ suæ in eadem landa pacifice pasci possint tam ante falcationem herbæ ejusdem landæ quam post. Hiis testibus.* Cart. antiq. L.L. n. 32.

Vide confirm. donationum pat. 21. *H.* 6. part. 2. m. 22. & cart. 20. *E.* 1. n. 68. Vid. cart. 19. H. 3.

STONELEYENSIS
Abbatia in agro Warwicensi.

De Matilda *Imperatrice.*

Ex regist. de *Stoneley* penes *Thom. Leigh* de *Stoneley*, mil. & bar. 1640.

SUpradicta *Matilda* Imperatrix prædicti *Henr.* regis filia, dedit Deo & ecclesiæ de *Rademora* locum *Heremi* in foresta de **Banc**, & **Weylusho** sub forma quæ sequitur.

Matilda Imperatrix *Henrici* Regis filia, & *Anglorum* domina, Archiep. episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, ministris, & omnibus fidelibus suis, *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & sanctæ *Mariæ* de *Rademora*, & fratribus ibidem Deo servientibus, in perpetuam elemosinam, pro statu regni & pro anima patris mei Regis *Henrici* & pro anima matris meæ, & antecessorum meorum, & pro salute viri mei, & mea, & liberorum nostrorum, locum *Heremi* sue in foresta de **Banoc**, & totam landam de **Beleshо** ad culturam fratrum, & pasturam animalium sine nimia exartatione nemoris. T. *Herb.* clerico, & *Unfrido* de **Buhun**, & *Patric.* de *Sarum* consul. & *Radulfo Pagano*, & *Roberto* de *Dunstanvilla*, Apud *Divisas*.

De Rege Stephano.

QUi quidem *Steph.* Rex dedit & confirmavit *Clementi*, & *Herveio*, & eorum fratribus, locum & fundationem Prioratus de *Rademora*, & pasturam de **Beleshо**, prout continetur in carta *Rogeri Cestren.* episcopi sub hac forma verborum.

Rogerus *Dei gratia* Cestrensis *episc. Omnibus sanctæ Dei ecclesiæ filiis tam prælatis, quam subditis de* **Staffordshyre** *salutem, & paternam benedictionem. Cum nostri ministerii hoc exigat, ut de bono fraterna dilectionis proposito congaudeamus, & in religionis incrementi efficaciam pro posse nostro propagare studeamus;*

Hujus rei gratia provocati, & dilatandæ caritatis zelo succensi, donationem & concessionem Regis Stephani *de loco heremi, quem* Clementi, & Herveyo *& sociis suis in foresta de* **Banoc** *ad serviendum Deo se dedisse & concessisse prædictus Rex* Steph. *per breve suum nobis innotuit. Prædicti inquam Regis devotionem attendentes prædictam donationem, & concessionem comprobantes, eundem locum* **Rademore** *videlicet ad serviendum Deo, &* **Beleshо** *scil. ad victum, colendum, & ad pasturam prædictis fratribus presentis scripti pagina confirmamus, & nostri sigilli munimine munivimus; & quod juris ecclesia nostræ in eodē loco habuisse dicebamur, totum eisdem fratribus pro Dei amore ex parte nostra dedimus & concessimus. Salva tamen & à nobis retenta episcopalis juris canonica justitia.*

Eisdem etiam fratribus concessimus, ut quamcunque vitam regularem & authenticam Deo inspirante subire voluerint, nostra licentia subeant & regulariter in futurum teneant. Si quas mulieres Deo devotas religiosas, & regularem vitam professas ad Dei cultum necessarias prædicti fratres congregare, Deo propitio, aliquando potuerint in divina doctrina eas suscipiant, & nostra licentia & concessione eas regulariter doceant, & regant. Huic nostræ sanctioni etiam adjecimus, & pastorali cura prohibemus, quod nulla ecclesiastica sive secularis persona eisdem fratribus de Rademora *aliquam injuriam vel contumeliam aliquatenus faciat, sed eidem loco religionis justa servantibus, & eisdem fratribus aliqua bona pro Dei amore impercientibus sit pax divina, & benedictio nostra, & ecclesiæ nostræ concessa beneficia. Valete in æternum.* Amen.

Quemodo locus de **Rademore** *cretis in Abbatiam.*

WIllielmus Prior cum fratribus suis loci heremi beatæ *Mariæ* de **Rademore**, pregravantibus illos nimium, & destruentibus foreſtariis de **Banoc** multo equitatu ad loca sua qualibet ebdomada adventantibus, adiverunt Imperatricem *Matildam* prædictam, filiam & hæredem *Henr.* Regis, petentes instanter ab ea loci sui mutationem. Ibid.

Quæ non adquievit petitionem eorum nisi habitum suum vellent & concederent mutari, & præclaro ordini *Cistercienſi* quem illa plurimum diligebat incorporari. Qui, per aliquod tempus secum deliberantes, ad ipsam redierunt, & sub conditione propositâ petitionem suam optinuerunt: Et sic locus heremi de *Rademora* mutatus est in abbatiam, promoto ibidem *Willielmo* ejusdem loci Priore in abbatem anno Domini .....

Igitur *Henricus* Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & comes *Andegaviæ*, filius *Galfridi* comitis *Andegaviæ* & ejusdem *Matildis* Imp. ad instantiam prædictæ Imperatricis matris suæ, concessit & confirmavit prædictis religiosis in elemosinam perpetuam locum & fundationem abbatiæ ordinis *Cistercienſis* in foresta sua de **Canoc** apud *Rademoram* cum omnibus pertinentiis suis sicut patet in cartis.

Carta *Henrici* Ducis *Normanniæ.*

HEnricus *Dux* Normanniæ & Aquitanniæ, *& comes* Andegaviæ, *Archiepiscopis, episcopis, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, & omnibus fidelibus & amicis suis* Francis & Anglis *salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse in perpetuam elemosinam Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* **Rademore**, & Willielmo *abbati & monachis in* Cistercienſi *ordine ibidem Deo servientibus, ad ecclesiam faciendam, & officinas construendas, villam de* **Canoc** *cum omnibus reddituibus & pertinentiis suis, cum molendino de* Wytleya, *& omnibus aliis rebus eidem villæ pertinentibus, sicut* Ranulphus *comes* Cestriæ *eandem villam eis dedit, & concessit & carta sua confirmavit. Quare volo, & firmiter precipio, ut prafata ecclesia, & abbas & monachi, prædictam villam cum omnibus pertinentiis suis bene & in pace, liberè & quietè, & honorificè teneant, & possideant. T.* Rog. *com.* **Pereseya**, Walt. Maminot, Guar. *fil.* Ger. *camer.* Hug. *de* **Pirie**, Rog. *fil.* Ric. *apud* Coventriam.

Alia

Alia Carta ejusdem Ducis.

HEnricus Dux *Normannia*, &c. Archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, vicecomitibus, & omnibus fidelibus & amicis suis, *Norm.* & *Angl.* salutem. Sciatis me concessisse in perpetuum locum & fundationem abbatiæ ordiniis *Cistercienſis* in foresta mea de **Canoc** apud *Rademoram* cum omnibus appendiciis suis; (scilicet) **Pelesho**, & *Wirleiam* in culturam & pasturam, & **Benenesfort** in pasturam, & quicionem pasnagii sui. Quare volo (*&c.*) Test. *Willielmo* cancellario, *Willielmo Cum. R.* com. *Cestrie*, *R.* com. *Legeceſt. R.* com. **Herefort**, *Sozone* de *Dinam*, *Ernaldo* de *Bosco*, Apud *Glouceſtriam*.

Qualiter & quando transmigraverunt de Rademora.

PEractis igitur in eodem loco (*scilicet de Rademora*) trefdecem annis, multa inedia molestati, & foreſtariorũ oneroso adventu pregravati, adierunt prædictum *Henricum*, prædictæ Imperatricis filium tunc in regem consecratum, scilicet anno Domini MCliiij. xiiij. kal. Januarii, & procurante prædicta Imperatrice regis matre, suaque advocatrice, in excambio abbatiæ suæ de *Rademora*, locum & fundationem abbatiæ suæ apud **Stanleg** in bruillo de **Cachelea**, una cum toto bruillo eodem, & toto dominio de **Stanleg** quod erat antiquum dominicum regis obtinuerunt; ut patet in cartis regiis, reſervata sibi grangia sua de *Radeweia* quam priùs habuerunt.

A.D.1154 Et sic anno Domini MCliiij. de *Rademora* transmigrantes, xiij. kal. Julii venerunt in manerium de **Stanleg** in *Arderna*.

Et primitus quidem in loco ubi nunc est grangia de **Crulefeld** manserunt, translatis hominibus qui ibi habitaverunt ad villam quæ nunc dicitur **Hurſt**: Sed quia juxta portionem suam minorem & nimis propè viam regiam ibi locabantur, elegerunt fundationem suam juxta portionem suam majorem, præcipuè propter fluvii de **Avene** vicinitatem ex una parte, & boscum qui dicitur **Cachelea**. Et sic in loco qui nunc dicitur, **Hungrange** tabernacula mansoria fecerunt, & totum illum desertum subtiliùs perscrutantes benè interiùs, ecclesiam fundaverunt, & abbatiam, ut patet, construxerunt; primarium monasterialis ecclesiæ lapidem Idus Aprilis ponentes, anno dominicæ incarnationis MCliiij.

Carta fundationis abbatiæ de **Stanle.**

Carta 12 *H.* 3 m. 6. & mem. 24. HEnricus *rex* Angliæ, & *dux* Norm. & Aquit. & *com.* Andeg. *archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comit. justic. baron. vicecom. & omnibus fidelibus suis* Francis, & Anglis *totius* Angliæ *salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse & confirmasse in perpetuam elemosinam* Willielmo *abbati & monachis de* Cisterciensi *ordine qui apud* Rademoram *manserunt, in escambio abbatiæ suæ de* Rademora, *locum & fundationem abbatiæ suæ apud* Stanleiam *in bruillo de* **Cachelia**. *Et do eis & concedo totum eundem bruillum, & totum dominium meum in* Stanleia; *scilicet vj. carucatas terræ cum pratis & pascuis & rivis & piscariis & essartis ubicunque fuerunt eidem dominio pertinentibus & omnibus aliis pertinentiis suis & molendinum ejusdem villæ quod solebat reddere singulis annis xl. solid.* Henrico *regi avo meo. Et redditum salis apud* **Wych**, *videlicet xxv. summas salva decima canonicorum de* **Kenilwourde**; *scilicet ij. summis salis & dimid. quas inde solebant habere. Do etiam & concedo eidem abbati & monachis in foca de* Stanleia *alias vj carucat. terræ*; *scilicet duas carucatas apud* Dulleswordam *cum essartis & omnibus aliis pertinentiis suis. Et quatuor carucatas terræ apud* Croilesfeldam *cum omnibus essartis, & pratis, & pascuis, & rivis & omnibus rebus eidem terræ pertinentibus. Præterea concedo eis omnia aisiamenta sua in foresta & boscis & bruillis meis, & ligna & materiem ad omnia necessaria sua, & ad domos suas edificandas, & ad ignem suum sine waſto & per visum forestarii mei. Quare volo & firmiter præcipio quod idem* Willielmus *abbas & monachi ibidem Deo servientes omnia prædicta in perpetuam elemosinam habeant & teneant, & grangias suas apud* Radeweiam & Merstonam & *omnia sua quæ in futurum rationabilibus modis, Deo propicio eis data fuerint, soluta & libera ab omni seculari servicio & quieta de schiris & hundredis & murdro, & danegeldo, & placitis, & querelis, & geldis, & auxiliis, & omni consuetudine & exactione. Test.* Theob. Cantuar. *archiep.* Rog. Eborac. *archiep.* I. *episcopo* Wigorn. Walt. Cestr. Thoma *cancellario*, Regin. *com.* Cornubiæ, Rob. *com.* Legrec. Ric. *de* Hum. *constab.* War. *fil.* Gerar. *camer.* Willielmo *de* Bellocampo, Mauritio *de* Ambresleya, *apud* Brugiam *in obsidione*.

COGESHALENSIS
Abbatia in agro Essexensi.

ANNO 1142. facta est abbatia de *Cogeshala* à Rege *Stephano* & *Matilda*, consorte sua; qui etiam fundaverunt abbatiam de **Furnes**, & abbatiam de **Lungvillars**, & abbatiam de **Feverescham**, qua corpora eorum humata sunt. Eodem anno convenit Conventus apud *Cogesalam* iij. nonas Augusti. Chron. de *Cogeshale* in bibl. *Cottoniana* ſub effigie *Neronis* D. 2 A.1142.

Concessio manerii de **Tyllingham-Hall.**

REX licenciam dedit *Willielmo* de **Humberstane** & aliis, quod ipsi manerium vocatum **Tyllingam-hall**, cum pertinentiis in **Thildermich**, **Dodingherst** & **Southwelde**, quod nuper fuit *Willielmi Bande*, dare possint & assignare abbati & conventui de **Cogeshale**, & eorum successoribus, ad inveniendum quendam cereum ardentem singulis diebus coram summo Altari ad altam Missam in ecclesia abbatiæ prædictæ. Escaet 51 E. 3. n. 13. *Eſſex.*

Digitized by Google

Carta reginæ *Matildis* de manerio de **Coggeshale.**

Cart. 19 E. n 10. per Index.

MAtildis *Dei gratia* Anglorum *regina, omnibus prelatis, & filiis, & fidelibus sanctæ ecclesiæ salutem. Notum sit omnibus vobis quia dominus meus rex* Stephanus, *& ego, & filius meus* Eustachius, *damus & in perpetuam elemosinam concedimus, pro salute animarum nostrarum, & antecessorum, & liberorum & omnium amicorum nostrorum, tam vivorum, quam mortuorum, Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ, *atque abbati & conventui de* **Coggeshale,** *ipsum idem manerium de* **Coggeshale** *totum in terra, & hominibus, in bosco, & plano, in aqua, & extra aquam, in via, & extra viam, & in omnibus rebus ad ipsum pertinentibus; ita liberè, & quietè sicut comes* Eustachius *pater meus, & nos postea, liberius, & quietius illud tenuimus solutum, videlicet, & quietum de placitis, & querelis, de scottis, & auxiliis, de firis, & hundredis, de danegeldis, & omnibus rebus, de exercitu, & equitatu, de opera parci, de opera & custodia castelli, de omni alio opere, & omni genere servitii, de* **Spurge,** *& omnibus aliis rebus, & omnibus exactionibus, cum* **sacha, & socha, & thol, & them, & infangene-thef,** *& omnibus consuetudinibus & libertatibus suis. Unde vestram precor bonitatem, quatinus pro Dei amore, eandem elemosinam, in supradicta libertate custodiatis, & manuteneatis, ut ejusdem beneficii participes effecti, a Deo in æterna beatitudine mercedem recipiatis. Testibus, comite* Waleranno *de* Mellent, *& comite* Gilberto, *& comite* Gaufrido *de* M. *& comite* Willelmo *de* Guarenna, *& comite* Simone, *&* Willielmo *de* Ipre, *et* Radulpho *cancellario meo, et* Huberto *camerario, apud* **London.** *Dat. per manum nostram apud sanctum* Edmundum *xxvj. die Decembris.*

REVESBYENSIS *Abbatia in agro* Eboracensi, * *fundata Anno* MCxlij.

* Annal. de Peterburgh in biol. Cotton.

Carta Willielmi *de* Romara *de fundatione abbaciæ de sancto* Laurentio *de* **Revesby.**

Ex vetusto exemplari penes virum clariss. *Henricum Spelmannum* equitem auratum.

REGI *Angliæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus & omni clero, Comitibus, Baronibus & omnibus filiis sanctæ matris ecclesiæ, *Willielmus* de *Romara*, Comes de *Lincolnia*, & *Willielmus* filius ejus, & *Hawdewisa* Comitissa uxor ejus, salutem. Sciatis nos concessisse & dedisse Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de *Rievalle* in manu *Willielmi* abbatis, ad construendam abbaciam de ordine *Cisterciі* pro animabus nostris, & animabus patrum & matrum nostrorum, & omnium antecessorum & successorum nostrorum, totam terram de **Revesbia,** & **Thoresbi,** & *Schitlhesbia,* cum omnibus appenditiis suis, plenariè, in bosco & in plano, & pratis & aquis & piscariis & maresco, per divisas suas, ab omnibus consuetudinibus & placitis & causis, & ab omni terreno servicio imperpetuum, benè & honorificè, liberam & quietam: Et quia terra ista non erat de meo proprio dominio, dedi hominibus qui eam in feudo & hæreditate habebant escambiam, scilicet *Lamberto* nepoti *Bristive* & hæredi ejus, pro duabus carucatis in **Revesby,** & hiis quæ eisdem carucatis appendebant, duas carucatas in *Minigesbia*, cum Rusticis ibidem manentibus, per servicium quartæ partis unius militis sicut aliam habebat in *Revesbia*. Et *Roberto Briewerre*, & hæredi ejus dedi pro duabus carucatis in *Schitlhesbia*, & *Thoresbia*, & *Revesbia*, & hiis quæ duabus iisdem carucatis appendebant (quæ omnia per servicium unius militis in hereditate de me tenebat) unam carucatam & dimidiam bovatam in **Austertiales,** & rusticos ibidem manentes, & unum molendinum ibidem existens, per servicium quarte partis militis. Et *Hugoni* pictori & *Willielmo* fratri ejus dedi pro duabus carucatis in *Thoresbia*, & hiis quæ eisdem carucatis appendebant, quæ omnia habebat per servicium pictrini, xiij bovatas in *Minigisbia*, & ecclesiam cum hiis quæ appendebant ad feudum eorum per servicium dimidii militis. Et *Ivoni* presbytero de *Thoresbia* dedi escambiam pro ecclesia sua de *Thoresbia*, ecclesiam de *Chircebia* cum hiis quæ appendebant, & unum toftum juxta Cimiterium. Et pro una bovata terræ quam habebat in *Thoresbia* de *Roberto Briewere* fratre suo, accepit unam bovatam in *Austeriales*, à *Roberto* fratre suo per servicium quartæ partis militis.

Willielmus etiam nepos Bristivæ accepit pro duabus bovatis quas tenebat in *Revesbia*, de feudo quem reddidi *Lamberto*, duas bovatas in *Minigesbia* à *Lamberto* de escambia, quam dedi ei pro una bovata quam tenebat sub *Roberto* patre uxoris ejus, & pro uno tofto accepit unam bovatam in *Austeriales* ab eodem *Roberto*. Et pro quatuor acris quas tenebat sub *Ivone* presbytero accepit quatuor acras ab eodem in *Eastertales* de bovata quam tenet sub *Roberto Briewerra* fratre suo. Rusticis etiam in *Schitlhesbia*, & *Thoresbia*, & *Revesbia* manentibus omnibus terram accipere volentibus dedi escambiam ad placitum eorum; quibusdam eorum libertatem cum omnibus suis eundi & manendi ubi vellent absque calumnia. Magis eligentibus & petentibus sicut elegerunt & petierunt & benignè voluerunt, liberos cum domibus & omnibus suis dimisi.

Hæc sunt nomina eorum qui remanentes terram de me acceperunt.

De Revesbia.

Alfurnus recepit in escambiam duas bovatas in *Chircebia* per servicium viij. solidorum per annum & nihil amplius, & primo anno quietas.

Normannus recepit in escambiam unam bovatam in *Hagnebia* per servicium duorum solidorum per annum & operationem unius diei in hebdomada, & primo anno quietam.

Edricus recepit unum toftum in *Hagnebia* & duas acras terræ per servicium viij.s. per annum

&

& operationem viij. dierum in Augusto, & primo anno quietam.

Godricus recepit in exscambium unam bovetam in *Sticcenaria* per servicium duorum solidorum per annum & unum Escheppe bracii ordei contra nativitatem domini & operationem iij. dierum in hebdomada in Augusto & aliis hebdomadis per annum operationem duorum dierum & primo anno quietam.

Richardus de *Revesbia* recepit unam bovetam in *Sticcefordia* per idem servicium per annum, excepto quod Escheppa bracii quam debet dare erit de avena.

Paie Blaucherd recepit unum toftum per servitium sex denariorum per annum & nihil amplius, & primo anno quietum.

Et hæc nomina eorum qui libertatem petierunt & acceperunt.

De Revesbia.

Tornerdus, Fegg, frater suus. *Colsveu* filius *Alricii*, *Willielmus* medicus, *Grauncesell*, *Abbe*, *Lundi*, *Cinerdus*, *Alwinus* homo *Willielmi* cum omnibus suis.

De Stichesbia.

Lundi, *Lugerwine*, *Ingemundus* frater ejus, *Wlmarus*, *Achi*, *Anche* frater ejus, *Rogerus Barkarius*, *Willielmus* filius *Roberti Reolf*, *Gunne* frater ejus, uxor *Habbe* & fil. ejus.

De Thoresbia.

Teri, *Richardus*, *Godricus*, *Oden* frater *Guarini*, *Ailmarus*, *Siggenoert*, *Wlmar*, *Afferth Asches*, *Paie* filius *Wlstanni*, *Rogerus*, *Palmarius*. Hiis testibus, *Alexandro* episcopo *Lincolnienſi*, *Willielmo* archidiacono, *Restedo* capellano, *Widone* de Ver, *Willielmo* de Ver, *Roberto Carbunet*, *Gisleberto* de Bec, *Henrico Peverell*, *Henrico* de Perci, *Hamero* præposito, *Brad* filio *Hamundi* & *Henrico* de Totinton, *Ricardo Pasturell*, *Gaufrido* de *Trehamtona*, *Waltero* de *Amundevilla*, *Gisleberto* de *Novavilla*, *Willielmo* filio Bacon, *Gaufrido* dispensatore, *Willielmo* cancell: *Herberto* de Calz, *Gaufrido Malabestia*. Et hiis supradictis testibus dedi *Gaufrido* elimosinario pro ecclesia de *Chirchebia* j. toft & terram quinquaginta solidorum in dominio in elemosina sicut ecclesiam habebat.

Carta *Willielmi* de *Romara* Comitis, de sede abbatiæ de *Revesbia*.

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus & omni clero, comitibus, baronibus & omnibus filiis sanctæ matris ecclesiæ Willielmus *de* Romara *comes* Lincolniæ *&* Willielmus *filius &* Haudewisa *uxor ejus salutem. Sciatis nos concessisse & dedisse Deo & sanctæ* Mariæ *& monachis de sancto* Laurentio *de* Revesbia *tam presentibus quam futuris in eodem loco Deo servientibus totam terram de* Revesbia, *&* Thoresbia, *&* Schicthesbia *cum omnibus appendiciis suis plenarie in bosco & plano, & aquis, & maresco, & pasturis, & in* Minigisbia *viginti acras & octo, quarum quinq; dedit eis* Hugo *filius* Udardi. *Et concessimus etiam eis in eadem villa communem pasturam, & in* Chirchebia *iiij. acras & quandam partem silvæ quam postea ipsi monachi extirpaverunt, & in* Cibreia *heremitorium* Hacchæ *cum communi pastura, & de dominio nostro terram quæ vocatur* Bayholme *&* Westferiwra *cum prato adjacente, & licentiam ædificandi domos in maresco ubicunque voluerint, & omnia aisiamenta cum communione pasturæ ejusdem villæ. Et in* Stichenete *illam portionem terræ quam habuimus in dominio nostro, & communem pasturam ejusdem villæ & licentiam ædificandi domos in maresco & accipere ibi omnia aisiamenta sua prout indigerint; Et in* Gemlobyg *totam terram quæ dicitur* Watthebergh *cum omni bosco in prædicta terra, & boscum de* Lit. *Et de pratis quantum pertinet ad duas carucatas terræ & communem pasturam. Hæc omnia dedimus eis in perpetuam elemosinam libera & quieta ab omni terreno servicio & omni seculari exactione, & prohibemus ne hæredes nostri clament warrentum in prædicta terra eorum. Hiis testibus.* Alexandro *episcopo* Lincolniæ, Willielmo *archidiacono*, Restedo *capellano*, Stephano *capellano*, Gaufrido Malabestia, Waltero *de* Amundevilla, Henrico *de* Percy, Gisleberto *de* Novavilla, Widone *de* Ver, Willielmo *filio* Haconis, Gaufrido *dispensatore*, Herberto *de* Cha ...., Roberto Carbunell, Hamundo *prævosito &* Simone *filio ejus*, Gaufrido *de* Trehamtun, Baldrico *de* Cales, Henrico *de* Thotinton, Ricardo Pasturell, Willielmo *cancell:* Gaufrido *de* Cantelu.

Carta Willielmi *comitis de omnibus terris nostrit in foca de* Bullunbywke.

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus & omni clero, comitibus, baronibus & omnibus filiis sanctæ matris ecclesiæ, *Willielmus* de *Romara* comes *Lincolniæ* & *Willielmus* filius ejus & *Hawdewisa* comitissa uxor ejus salutem. Sciatis nos concessisse & dedisse Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de sancto *Laurencio* de *Revesbia* tam præsentibus quam futuris in eodem loco Deo servientibus totam terram de *Revesbia*, *Schicthesbia* & *Thoresbia* cum omnibus appendiciis suis plenariè in bosco & plano, & pratis, & aquis, & maresco, & pasturis. Et in Pinigesby xxviij. acras terræ quarum quinque dedit eis *Hugo* filius *Udardi*, & unam bovetam terræ quam *Willielmus* clericus ejusdem villæ dedit eis, & aliam bovetam quam *Hugo* frater ejus dedit eis, & concessimus etiam eis in eadem villa communem pasturam, & in Pocum terram quæ vocatur *Legesbaga* cum appendiciis suis, & in Chirchebi centum acras terræ inter silvas & marescum contiguas terræ eorum, & ex alia parte silvæ quatuor acras terræ, & quandam partem silvæ quam postea ipsi monachi extirpaverunt, cum communione pasturæ ejusdem villæ. Et in *Sibberia* hermitorium Ache cum communi pastura, & de dominio nostro terram quæ vocatur Hatholme, & *Westferiwra* cum prato adjacente, & licentiam ædificandi domos in maresco ubicumque voluerint, & omnia aisiamenta ibi habere cum communione pasturæ ejusdem villæ. Et in *Stichenaia* illam portionem terræ

quam

quam habuimus in dominio noſtro & communem paſturam ejuſdem villæ, & licentiam ædificandi domos in mareſco, & accipere ibi omnia aiſiamenta ſua prout indiguerint, & in mariſco de *Haltuna* manſionem quandam cum croftis quas ibi facere voluerint cum communione paſturæ totius mariſci, & aliis aiſiamentis quæ ibi habere potuerint, Et in **Gernesbyng** totam terram quæ dicitur **Wethebergh**, cum omni boſco inter prædictam terram & boſcum de **Lee**, & de pratis quantum pertinet ad duas carucatas terræ, & communem paſturam; Et *Hagnebiam*, cum omnibus appendiciis ſuis in monalteriis, & terris & pratis, & aquis, & molendinis & paſturis, & in mareſco. Hæc omnia dedimus eis in perpetuam elemoſinam, libera & quieta ab omni terreno ſervicio & omni ſæculari exactione. Et prohibemus etiam ne hæredes noſtri clament warrennam in prædicta terra eorum. Hiis teſtibus *Alexandro* epiſcopo *Lincolnia*. *Willielmo* archidiacono. *Reſtedo* capellano. *Stephano* capellano. *Gaufrido* Malabeſtia. *Widone* de **Ver**. *Willielmo* filio *Hugonis*. *Waltero* de **Vamunsevill**. *Henrico* de **Percy**. *Giſleberto* de *Nova-villa*. *Waltero* de *Hamundo* & *Simone* filio ejus, *Gaufrido* de **Trehampton**. *Baldrico* de **Cheles**. *Henrico* de **Totintun**. *Ricardo* **Paſturell**. *Willielmo* Cancell. *Gaufrido* de **Cautelu**. *Giſleberto de* **Semplingham**. *Rogero capellano*. *Hacone* decano. *Roberto* de **Cales**. *Ricardo* de **Caice**. *Waltero* de **Buhere**. *Odone* & *Uwardo* fratribus ejus. *Rogero* de **Bengiwyth**, & *Mathæo* fratre ejus. *Roberto* filio *Martini*.

Carta *Willielmi* de *Roumara* nepotis comitis *Willielmi*.

Ex armario comitis de *Lindſey* apud *Grimſthorp*. 1172.

VVIllielmus *de* Roumara *nepos* Willielmi *comitis, & hæres ejus confirmat monachis de S.* Laurencio *in perpetuum ipſam abbatiam quam idem avus meus fundavit ſcilicet totam terram de* **Revesby** & **Thoresby** & **Scuthesbi** *cum eccleſia, & omnem terram in* **Hagnebi** *cum eccleſia, & in* **Withinggesbi** *xxviij. acras, & terram in* **Parum**, *& in* **Byrchebi** *C. acras &c. & in* Stibecria *hermitoriums &c. & in* Stichencia *terram quam avus meus habuit in dominio &c. & in mareſco de* Haltuna *&c. Teſtibus,* Roberto *decano de* **Bullinbroc**, Willielmo *de* **Tillol**, Rogero *de* **Tillol**, Gilberto *de* Bolonia, Alano Smerholm, *&c. Hæc confirmatio facta eſt MClxxij. kal. Aprilis apud abbatiam de ſancto* Laurencio *in tempore* Hugonis *abbatis*.

Carta Ranulphi *comitis* Ceſtriæ.

R*Anulphus* comes *Ceſtriæ* confirmat monachis de S. *Laurencio* de **Revesby** ipſam abbatiam quam *Willielmus* comes *Lincolniæ* fundavit cum omni donatione quam prædictus comes & *Willielmus* filius ejus & *Willielmus* nepos ejus dederunt, ſcilicet terram de **Revesbi**, & **Schuteby**, & **Tozesbi** cum eccleſia, & terram in **Hagnebi** cum eccleſia &c. (ut ſupra.) Præterea concedo eis warennam ubique in terris eorum. Teſtibus, *David* comite fratre regis *Scotiæ*, *Hugone Bardolf*, *Simone* de *Kyma*, *Philippo* filio *Roberti*, *Petro Reald*, *Roberto* de *Mortuo-Mari*, *Willielmo* de **Ver**, *Philippo* de **Orrebi**, *Simone* de **Orrebi**, *Thoma* diſpenſatore, *Simone Tuſchet*, *Simone* de **Orrebi**, &c.

Donationum confirmatio per regem *Ricardum* primum.

RIcardus *Dei gratia rex* Angl. *dux* Norman. Aquit. *& comes* Andeg. *archiepiſcopis* (&c.) *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & preſenti carta noſtra confirmaſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis de ſancto* Laurencio *de* **Revesby** *pro ſalute animæ noſtræ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum ex dono & elemoſina* Willielmi *de* Romara, *ſedem abbatiæ ſuæ & totam terram de* **Revesby**, & **Thoresby**, & **Skydeby**, *& quicquid habuit in* **Hagneby** *plenarie in monaſteriis & in omnibus aliis rebus, & terram quæ dicitur* **Leggeshaghe**, *& ſexcies viginti acras terræ in territorio de* **Birkeby**, *& hermitorium* **Acke** & le **Swinecote**, & **Haiholm** & Weſtferwra *cum prato adjacente, &* **Seggedich** *& quandam partem ſilvæ de* **Birkeby** *per viam quæ dicitur* **Swinestigate**, *& communem paſturæ tocius mariſci quod pertinet ad ſokam de* **Bolingbroc**, *& ne aliquis clamet warennam in terra monachorum, ſicut rationabiles cartæ ejus teſtantur. Item ex dono* Willielmi *de* **Romare** *nepotis* Willielmi *ſenioris j. carucatam terræ in territorio de* **Enderby** *& totum dominium ſuum in* **Todington**, *& totam terram ſuam de* **Stykeneye**, *& homagium & ſervitium* Alani *filii* Willielmi *& hæredum ejus imperpetuum, &* **Pevelham** *in mariſco & omnia alia tenementa & res & libertates quas habent de prædicto* Willielmo *ſicut rationabiles cartæ ejus teſtantur. Item concedimus eis & confirmamus grangiam de* **Toft** *cum omnibus pertinentiis ſuis, et* **Cuhus** *quæ eſt in* **Wilbemoze** *de ſoka de* **Hoznecaſtre** *cum omnibus pertinentiis ſuis, et omnes alias grangias ſuas cum omnibus pertinentiis ſuis, videlicet* Thoresbiam, Strikeneiam, **Hagnesby**, *molendinum de* **Foleesbykele**, **Halebec**, Thoreſweiam, *et* **Thorp-Mayteberwe** *et piſcariam in* Trenta, **Winelinghame**, *et* **Filingham** *cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut rationabiles cartæ teſtantur quas monachi habent de prænominatis tenementis.*

Concedimus etiam et confirmamus prædictis monachis omnes terras et poſſeſſiones quas habent in territoriis de **Withingesby**, *et de* **Birkeby**, *de* **Clareby** *et de* **Parum**, *de* **Lincoln** *et* **Grimmesby**, *de* **Coningesby**, *et de* **Tumby**, *de* **Woodenorby**, *et de* **Wilgheby**, *de* **Cibeteye**, *et de ſancto* Botulpho *de* **Stukeneye**, *et de* **Stikeford**, *de* **Hagneby**, *et de* **Toynton**, *de* **Halton**, *et de* **Bele**, *de* **Pundelby**, *et de* **Enderby**, *de* **Hamerynghame**, *et de* **Wainfelo**, *de* **Ireby** *et de* **Sautho**ꝛ*p*, *de* **Thoꝛp**, *de* **Stamelesby**; *de* **Burg** *et de* **Skeggenelle**, *de* **Eſtenderby**, *et* **Bilingeie**, *de* **Stafnesby**, *et de* **Askeby**, *de* **Salmundeby**, *et de* **Thefoꝛd**, *de* **Thoꝛtisweye**, *et de* **Walesby**, *de* Ottebeya, *et de* **Greyneſburgh**, *de* **Somerdeby**, *et de* **Lac**, *de* **Apton**, *et de* **Lerneſle**, *de* **Berg**, *et de* **Glentwyth**, *de* **Stolthoꝛp**, *et de* **Aſphaldeby**, *de* **Tunestal**, *et*

de

de **Tozp**, de **Bliburg**, de **Wivelingham**, & de **Filingeham** & omnes alias terras & possessiones & tenementa sua secundùm rationabiles cartas vel cyrographa donatorum venditorum vel escambiatorum suorum. Quare volumus (*&c.*) Testibus, *H. Cantuar.* archiepisc. magistro *Rogero* de S. *Edmundo* archidiacono de **Richemund**, *H. Cant.* archid. *Roberto* de **Haretourt**, *Willielmo* de *Stagno*, *Willielmo* filio *Alani*. Dat. per manum magistri *Roscelini* tunc agentis vices cancellarii nostri apud *Rupem Andeli*, anno regni nostri decimo nono die Decembris.

CUMHIRENSIS
Abbatia in agro Penbrochiensi.

Annal. S. *Werburgæ Cestriæ* in bibl. *Cotton.*

ANNO Millesimo centesimo quadragesimo tertio fundata est **Cumhyze** in *Wallia*, filia **Blanchland**, ibi *Griffinus* filius *Lewelli* sepultus est.

Leland. Itin. vol 5. fol 13.

COmchere, an **Abbay of white monkes stondith betwixt two grete hylls in** Melennith **in a bottome, where rennith a little broke, It is a seven miles from** Knighton; **The first fundation was made by** Cadwathel **and ap** Madok **for sixty monks. No chirch in** Wales **is scene of such length as the foundation of the wall there begonne doth showe; but the third part of this worke was never finisshid. All the house was soiled and defaced by** Owen Glindour.

Id est. **Comchere**, alborum monachorum abbatia, *Mellenithæ*, in quadam inter duos grandiores montes valle quam irrigat amniculus, sita est. Septimo à *Knightona* distat lapide. A *Cadwathelo* & *ap Madoco* ad sustentationem 60. monachorum primitus fundata fuit. Nulla extat apud *Cambrenses* tantæ longitudinis ecclesia, quàm longam illam ex muri ibidem incepti vestigiis licet colliges. Tertia verò operis pars nunquam erat perfecta. Universam domum *Owenus Glindour* deturpavit.

Donationum confirmatio per Lewelinum *Principem* Northwalliæ.

Pat 2 H. 6. part. 1. m 6 per Inspex.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris ad quorum noticiam tenor præsencium literarum pervenerit *Lewelinus Gervasii* filius *Northwalliæ* Princeps salutem

Pat 6 E 3. part. 2. m. 9 per Inspex.

& pacem. Cum cunctis quantum in nobis est pacis beneficium conservare tenemur his maximè quos commendat ordo religionis debemus solicitè providere ne pacis defectu molestentur injustè; Quocirca dilectorum fratrum nostrorum abbatis & monachorum *Cistercienses* ordinis *Bangoren.* diocesis apud **Benmer** Deo & gloriosæ virgini *Mariæ* devotè servientium, atque sub regula sancti *Benedicti* nostri patroni regulariter viventium justas petitiones exaudientes, & eorum precibus inclinantes, utilitatibus eorundem diligenter providere volentes, quicquid vel à nobis vel ab aliis, seu a comprincipibus nostris eisdem collatum accepimus nostro sigillo duximus confirmare, ne quod justè collatum fuerit injusta possit in futuro permutari præsumptione; Eapropter terrarum eisdem monachis collatarum nomina, quæ à nobis & ab aliis illis fratribus principibus datæ sunt huic scripto liquidè duximus commendare cum integris terminis, & pertinentiis suis prout melius & certius & manifestius continentur in cartis & donationibus dominorum principum *Maredud* scilicet & *Griffud* filii *Kenan.* & *Howeli* filii *Griffini* & aliorum, & prout plenius & expressius omnes terras dictis monachis ac libertates dicti principes contulerunt & donaverunt;

Benmer videlicet in quo loco monasterium eorum fratrum situm est cum omnibus terminis & pertinentiis suis. **Aberydone**, & **Eskerydone** in his terminis, rivulus qui nominatur **Prohul**, qui de monte qui vocatur **Irobell** oritur est terminus, & currit directè inter hunc qui dicitur **Pthanotwen**, & terram **Banhew** usque ad flumen **Pawuheth**, & iterum per crepidinem dicti montis directe usque ad collem **Pzerhill**, & item per directum usque ad cacumen montis qui dicitur **Pohualt**, deindè usque ad ortum rivuli qui vocatur **Penach**, & **Penach** prout certiùs currit usque **Banneth**, ac postea usque ad rivulum **Creon** qui est terminus inter **Peryonyth** & **Penrellin**. Ex alia parte fluminis **Banneher Cumdadhu** & **Pdymant** usque ad terminum **Penllin**. **Esgerkaur Cupkaur** inter **Kaur** & **Hayrnawe**, **Bzynbetwyn**, **Pdolwen** cum omnibus terminis & finibus & pertinentiis suis. **Benenkrewnan**, **Pzanockelynnawe**, **Nantykeyliochou Bzythgum**, **Partnam** cum integris terminis & pertinentiis suis.

Llwydyarath Kellyleth Kellynozlcyw, **Mayllypwydyath**, **Kespolodze**, **Kumpgerhwyn**, **Bulytirie**, **Pkychul**, **Cumkelly**, **Kyullathhidwyn**, **Esgeyranerin**, **Pcumkozsawe** cum omnibus terminis & pertinentiis integris. **Cuningwernach** in cunctis terminis & pertinentiis suis. **Mecarneth** partem terræ. **Beneny**, **Kellynllhwyn**. Totam terram **Benneth** filii *Seysyll* apud **Tannoth** duas acras *Lewelyn* fil. *Seysill*. In **Tamhot** totam partem de **Benneth** de hæreditate sua ubicunque fuerit sive in **Tannoth** sive in alii locis esse constiterit, pro **Willymarch**. **Bzoncynwch**. Acriam *Lewelin* preconis. **Balneythey**, **Kyhukweryth** in omnibus finibus & pertinentiis suis. Partem **Padawe** & **Llewozth** filiorum *Morydhyc* cum prato de **Bodyghwyn**. Partem trium filiorum **Gollwyn**, de **Bodywyn**, & de **Hyzoyllanogrin**. **Bedynoz**, **Cnyaiwn**, *Adam*, **Barodyn**. Partem terræ de villa **Crennays**. **Gmennyfalc** acras duas *Dewelyn* fi. *Seysill*. Actam *Kenedir Kelly Wassarane* cum omnibus terminis & pertinentiis suis, **Golewernkennahet** in omnibus terminis & pertinentiis suis.

In provincia **Arvudwy**, **Llanhuldut**, **Cunigwenyn**, **Poyleesbzyn**, **Kellepigum**, **Cummeneyth** in omnibus finibus & terminis & integris pertinentiis suis. Omnes terras quæ sunt constitutæ inter duo flumina **Beyn** & **Paudhu** simili donatione prædictis fratribus donavimus & concessimus cum cunctis terminis & finibus & pertinentiis

ſuis & locis quorum nomina expreſſè exarata ſunt hæc, **Cwynnenyth, Guertyondeyew,** & **Nantygarancw, Aigayn, Nazithir, Bethezzelgyn, Pnepynawe, Nantymoch,** & **Beyn** poſtea uſque ad crepedinem nigri montis qui eſt ſupra **Llyn,** & per crepedinem nigri montis illius qui directè extenditur ſupra **Llyn Pheleycmoch** & ſupra **Crhylyncdwen** uſque ad rivulum qui de ſtagno paludis qui vocatur **Pycyneleyn,** & per illam paludem defluit planè uſque **Crylynedwen** & deindè currit uſque **Lin** qui rivulus eſt terminus inter **Arduony** & **Penllyn** & **Pandhu** qui de dicto ſtagno & de dicta palude ſurgit & ſtatim in annem derivatur dictas terras terminans uſque ad **Abkeyn. Llwynyzhic, Pkenyelluydyow Peſkyndu, Pzhanoztanolawe, Pbwllellwyth vollcanccon** per totum prout melius major pars fluvii **Pandhu** quæ vicinior currit juxta terram **Panhen** terminat, quia **Pandhu** ibi in tribus rivulis dividitur & iterum in unum conveniunt. **Jrallthwyt,** cum **Pelgyn, Dynaſtelery, Cukedyn, Kyhukenerthuc, Pemarthwonawe, Nantylaſtegwaret, Nantyrhendy, Bekhicoydhur, Pwenallt.** In provincia **Lheyn Pengwl** cum integris terminis ſuis & pertinentiis & locis quorum nomina ſcribere volumus in præſenti carta; videlicet **Pgnaſdadnays, Ppennrhyneu, Pk, Arrachdir, Kollychulyt,** terram **Cynyawn Penuras Bzynylan, Trennoydyt, Pzos** partem **Pdanaty, Tren, Wykwarhac, Pnyskellywyt, Patyllenryth, Oganawe, Bzynycrochwyt, Trevywen, Dolkaradawe,** dimidietatem villæ **Reydyan** cum particula terræ quæ vocatur **Peynblevthud.**

Omnes igitur ſupranominatas in tribus præfatis provinciis terras & quaſcunque alias, ſeu à nobis ſeu ab aliis ſunt adepti vel impoſterum adepturi & eciam domui de **Kemmer** & monachis ejuſdem loci collatas warantizabo & manutenebo pro me & hæredibus meis à me in perpetuam donationem, vel ab aliis illis datas, in campis & ſilvis, in pratis, aquis, molendinis, in paſturis & piſcationibus, in retium ſtationibus, fluminibus, in ſtagnis & portubus atque littoribus, & mari, in navium & ſcapharum libertatibus, in earum onera de propriis rebus monachorum tantum ſi malo eventu contingat ut à parcella maris fuerint confractæ aut ſubmerſæ; habenda & tollenda ſine contradictione & tallio, in omnibus lignis ſuſcipiendis, & lapidibus cujuſlibet generis. In avibus & feris ſilveſtribus, & animalibus agreſtibus cujuſcunque generis vel ſpeciei fuerint habendis; In metallis, in theſauris effodiendis & deducendis, in montibus & nemoribus, in omnibus mobilibus & immobilibus, in omnibus quæ ſuper dictas terras aut ſubtus eas continentur de rebus materialibus vel non materialibus poſſidendis, & in proprios uſus habendis; in omnibus utilitatibus, & commoditatibus liberè & quietè ab omni ſeculari exactione ſive gravamine, ſine alicujus moleſtia aut calumpnia vel controverſia, ſine conſuetudine legum ſecularium aut tributo aliquo unquam, ſine aliqua conventione cum aliquo in paſturis ſeu in aliis utilitatibus in præfatis terris vel in cohabitatione aut conſortio.

Præterea ipſis monachis dedimus & conceſſimus ut ſi quis de hæredibus in omni terra quæ meæ ditioni ſubjacet agrum vel ſtagnum ad tempus conceſſerit, libertatem habeant ſuſcipiendi eorumque fructus tollendi in omnibus, quorum & ante omnia domini Papæ præceptis obedientes præfatis fratribus donavimus, ut ſummi pontificis privilegia beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* auctoritate roborata, ipſiſque monachis ſive data ſive danda in omnibus vim ſuam obtineant & inconcuſſa atque inviolata permaneant. In eos verò qui Apoſtolicæ mageſtatis apices manifeſtè fregerint & contra eas egerint, aut quamlibet de domibus ipſorum monachorum incendendo aut ſanguinem intra ſepta monaſterii fundendo, vel etiam grangiarum aut locorum, aut hominem tenendo, aut furtum aut rapinam, ſeu hominem verberando ſive aliquam irreverenciam exiterando hominem ſpoliando vel aliud quid contra apoſtolica ſcripta & indulta faciendo, quantumlibet nobis caros & vicinos ſecularem juſtitiam plenariè exercebimus, & eccleſiaſticam cenſuram in eos latam patienter & libenter ſuſtinebimus. Hanc autem præſentem noſtram donationem dilectis fratribus monachis de **Kemmer** ſic dedimus & conceſſimus, pro ſalute & remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum in perpetuam donationem & puram elemoſinam poſſidendam, atque prædictos fratres & eorum res & poſſeſſiones ſub noſtra protectione & defenſione in evum protegendos ſuſcepimus, ut nullus de poſteris noſtris, vel alius quiſquam hæreditario jure nobis ſuccedens eam poſſit effringere, vel aliquo modo inquietare aut uſu temerario audeat contraire. Et ut ea firma & ſtabilis rata & inconcuſſa & inviolata ab omnibus nobis in futurum ſuccedentibus perpetuò prænominatis fratribus perſeveret, ut beneficiorum ipſorum & orationum caritatis divinæ intuitu, ordiniſque reverentia præſentem cartam noſtræ donationis ſigilli noſtri munimine & impreſſione conſignavimus, & corroboravimus, per manum domini *Eſau* tunc abbatis ejuſdem monaſterii, multis coram aſtantibus, ex quibus idoneos teſtes adhibuimus quorum nomina ſunt hæc; de religioſis *Gervaſius* monachus, & frater *Madocus* converſus, *Llwydyarth* religioſi de **Kemmer**; de ſecularibus verò *Gwyn* filius *Ednewyn* ſeneſcallus noſter, *Eynyawn* filius *Rudri*, magiſter *Serwyth Ywen*, & multis aliis ydoneis & fidelibus. Dat. anno ab incarnatione Domini MCCix.

Donationum confirmatio per regem *Henricum* tertium.

H. *Rex &c. ſalutem. Noveritis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe & hac carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ *de* **Cumbyr** *& monachis ibidem Deo ſervientibus* Ciſtercienſis *ordinis omnes terras quas habent de dono* Mereduc *filii* Mailgum; *ſcilicet terram de* **Legwythan Sarkyzin** & **Benenpatwell,** & **Forghaheyl,** & **Kutigſre,** & **Bolugithblich,** & **Kutharth,** & **Nantrum,** & **Dinmanner,** & **Kuylynyman,** & **Crudas,** & **Delynein,** & **Frangyam** *qua vocatur* **Gwentwen,** & **Bayrogherem,** & **Laythoc** & *dimid.* **Nantu,** & **Gwernegof,** & **Baghewenth** & **Dolaughern,**

Carr. 16 H. 3. mem. 6. Vide etiam Part. 1. E. 2. part. 2. mem. 23.

Dolanghern, *& partem quam habent de* Kellybir, *&* Gweuriw, *&* Pebbelewith *&* Bagwethlon, *& communem pasturarum per totam* Pelemd, *&* Bery, *& terras de* Payfegragur, *&* Rayrinton, *&* Brennecroys, *venditas pro castro de* Rannarum. *Concedimus etiam eis & confirmamus terram de* Dolleinem, *&* Pulleremmy, *& totam de* Pantu *& communem pasturam in* Werthton *quam habent de dono* Rogeri *de* Mortuo Mari; *& terram de* Foxton *quam habent de dono* Howel *filii* Cathwalan, *& de dono* Willielmi *filii* Alani, Eskyvorew *ex utraque parte rivuli de* Berton, *et de dono* Eygnan Clut *terram de* Carnals *cum nemore quod vocatur* Coedrenis. *Et de dono* Eygnan *de* Porta *terram de* Kenbalus, *et terram de* Speis, *et terram de* Weywenn. *Et de dono* Berebut *terram de* Bilwist, *et* Lygrith. *Et de dono* Lewelin *filii* Amarant *terram de* Bokilhir, *et* Guernobowys, *et* Belunruey, *et* Cinch. *Quare volo (&c.) Dat. &c. apud* Ebus *primo die Junii.*

BOXLEENSIS *Abbatia in agro* Cantiano.

Ex Chron. claustri *Roffensis.*

ANNO millesimo centesimo quadragesimo quarto *Willielmus* de Ipre, præfectus bello sub Rege *Stephano*, Abbatiam de Boxley fundavit; erat autem albis repleta monachis.

Confirmatio donationum per Regem Ricardum *primum.*

Cart. 37 H 3. m. 9. per Inspex.

Ricardus Dei gratia Rex *Anglie* (&c.) Sciatis nos concessisse, & presenti carta nostra confirmasse in perpetuam elemosinam, pro anima patris nostri Regis *Henrici*, & pro salute nostra & matris nostræ, & antecessorum nostrorum Abbaciæ de Boxele, & monachis secundum ordinem *Cisterciensem*, ibidem Deo servientibus, totum manerium de Boxele, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & in omnibus aliis locis & aliis rebus ad idem manerium pertinentibus, cum omni jure & libertate ejusdem manerii, liberè & quietè, integrè & honorificè & plenariè, sicut gloriosus Rex *Henricus* proavus noster manerium illud tenuit. Et parcum cum clausuris suis & omnibus pertinentiis suis sine ullo retenemento. Ad hæc autem concedimus eisdem monachis, & presenti Carta confirmavimus omnes conventiones quas ipsi fecerunt erga homines qui tenent de eodem manerio; in pasturis, videlicet & in escambiis, & in emptione terræ, & in terris unde eis redditus condonaverunt, & in terris unde monachi eis redditus reddunt; Et conventiones erga *Johannem* de Hespole & filios ejus de terra sub montibus & supra, & apud Wavering, & de Tattelmele, & erga *Edwardum* de Burnleg, & erga filios *Johannis* de *Capella* super Tattelmelle in feudi firmam per quinque marcas argenti annuatim reddendas illi & hæredibus ejus. Et terram quæ dicitur Hereburchelane Archiepiscopi *Cantuar.* & unum mercatum in Yo ex dono *Matildis* de Canvill, & domos *Anselmi*. Decimas *Sandicenses* in Dover, cum suo maisagio. Et in *Surreia* teram de Chillendon, cum pastura quam *Robertus* de Chillendon in liberam eis dedit elemosinam liberè & plenariè secundùm ejusdem *Roberti* cartæ rationabiliter attestatum. Et *Londini* domos *Paridis*, *Roffensis* archidiaconi, super *Thamisiam*, novas & veteres, sicut ejus Carta rationabiliter testatur. Et marisc um quod tenent apud Rommenel de archiepiscopo *Cantuar.* sicut rationabiles cartæ quas inde habent testantur. Et omnes alias terras & tenementa & possessiones suas secundùm Cartas rationabiles vel chyrographa donatorum vel venditorum vel escambitorum suorum. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicta abbacia omnia tenementa sua & homines & redditus suos habeat & teneat integrè & liberè (*&c.*) cum *sacca & socca (&c.)* Testibus *Hugone Dunelmensi. G. Winton. H. Sarum. R. Bathon.* episcopis (*&c.*) Dat. per manum *W.* de *Longocampo Elyen.* Cancellarii nostri, septimo die Decembris anno primo regni nostri.

SINNINGTHWAITENSIS *Abbatia in agro* Eboracensi.

Carta Rogeri *de* Mubrai *de confirmatione fundationis monasterii de* Sinningthwaith.

Ex autographo in turri bibliothecæ *Mariæ Ebor.*

Rogerus de Mubrai omnibus filiis sanctæ ecclesiæ præsentibus & futuris salutem. Sciatis me concessisse, & præsenti carta confirmasse, donationem in bosco, & plano, & omnibus aisiamentis, quam *Bertram Haget*, homo meus, dedit sanctimonialibus de Sinningthwaith, & insuper concedo & confirmo illam terram, cum omnibus aisiamentis, & pertinentiis quam *Galfridus Haget* filius prædicti *Bertrami*, eis dedit, quando sororem suam receperunt; scilicet, dimidiam carucatam in Biletun, & unam carucatam, & dimidiam in Dozp, carucatam in Wittintun, & dimidiam in Sinewic. Si prædictus *Galfridus* aliquid super-addere voluerit, concedo quod imperpetuum ratum habeatur. Hanc confirmationem feci eis in perpetuam elemosinam, solutam, quietam, & liberam de omnibus servitiis, & consuetudinibus ad terram pertinentibus de me, & omnibus hæredibus meis imperpetuum. Testibus, *Roberto* capellano, *Roberto* de Daibile, *Radulpho* de Beunait, *Hereberto* filio *Richardi*, *Radulpho* de Novile, *Roberto* de Beuscamp, *Hugone* de *Flamvilla.*

Carta *Galfridi* archiepiſcopi *Eborum*.

Ibid. GAlfridus *Dei gratia* Eboracenſis *archiepiſcopus, et* Angliæ *primas, dilectis in Chriſto filiabus, monialibus de* **Yaningwhete** *ſalutem. Paci et quieti domorum religioſorum providere, epiſcopale officium nos amonet ; inde eſt quod vos locum veſtrum jam dictum, in quo divinis officiis mancipati eſtis, cum omnibus ad eundem locum de jure pertinentibus, et quicquid, intuitu religionis, a* Bertramo Haget, *vobis collatum eſt, ſub beati* Petri, *et noſtra protectione ſuſcipimus ; prohibentes, ne quis ſuper his de cætero, vos vexare aut perturbare præſumat. Si quis vero, hanc paginam noſtram, ſciens, auſu temerario, hoc attemptaverit, indignationem beati* Petri *ſe incurſurum, et a corpore Dei, ac ſanguine, alienum fieri noverit. Quieti vero veſtræ providentes, et vos a malignatium incurſu defendentes, benedictionem Dei omnipotentis habeam. Hiis teſtibus,* Petro *archidiacono* Lincolniæ, Henrico *decano de* **Art**, Allano *capellano domini archiepiſcopi*, Willielmo *de* **Gilling**, Nicholao Murdac, H. *de* **Pinkeni**, R. *de* **Wiget**, Henrico, *magiſtro* Johanne *de* Eboraco, *magiſtro* Honorio, *magiſtro* Richardo.

Carta Gundredæ Haget *de advocatione Eccleſiæ de* **Bileton**.

Ibid. SCiant omnes præſentes & futuri, quod ego *Gundreda Hageth*, in ligia poteſtate mea, pro amore Dei, & ſalute animæ meæ, hæredum & anteceſſorum meorum, dedi, conceſſi, & hac preſenti carta mea confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ*, & monialibus de **Yiningthwaite**, advocationem eccleſiæ de **Bileton**, quæ pertinet ad me, de hæreditate *Bertrami Haget*, patris mei, cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſco & plano, in pratis & paſturis, infra villam & extra, & in omnibus locis ſine aliquo retenemento, liberam, quietam & ſolutam, de me & hæredibus meis in puram & perpetuam elemoſinam. Et ego & hæredes mei hanc prædictam elemoſinam præfatis monialibus warantizabimus & defendemus ubiq; & erga omnes homines. T. *Helia* abbate de **Kirkſtall**, *Willielmo* de **Lethlei**, *Roberto* & *Hugone* filiis ejus, *Simone* de *Montealto*, *Roberto* fratre ejus, *Willielmo Graimare*, *Roberto* de **Widelſoyp**, *Johanne* fratre ejus, *Widone* de **Bileton**.

Carta *Ranulfi* filii *Henrici* & *Alicia* uxoris ejus, filiæ & hæredis *Adæ* de **Staveley**, de duabus carucatis terræ in **Lofthus**.

Ibid. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris Ranulfus *filius* Henrici, & Alicia *uxor ejus ſalutem. Sciatis nos dediſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo, & monialibus* ſanctæ Mariæ *de* **Yuningthwaite** *duas carucatas terræ, & dimidiam in* **Lofthus**; *ſcilicet duodecim bovatas terræ quas iſti tenuerunt ; duas videlicet bovatas quas* Robertus *filius* Willielmi *tenuit, & duas bovatas quas* Bernardus *filius* Ivonis *tenuit. & duas bovatas quas* Adam *filius* Gaufridi *tenuit, & unam bovatam quam* Thomas *filius* Willielmi *tenuit. Et duas bovatas quas* Thomas le Rus *tenuit. Et unam bovatam quam* Walterus *filius* Ivonis *tenuit. Et duas bovatas quæ fuerunt de terra* Wimari. *Et pro una carucata terræ, ſexaginta & ſex acras in* **Lofthus**, *de dominico noſtro, ad perticatam decem & octo pedum & dimidium ; ſcilicet in cultura quæ vocatur* **Loftſchoghe** *& in alia cultura quæ vocatur* **Gibbettegath** ; *& ſi, in prædictis culturis, aliquid de prædictis ſexaginta & ſex acris defuerit, perficiemus vis in tertia cultura quæ vocatur* **Aſpelund**. *Hæc omnia dedimus prædictis monialibus in puram & perpetuam elemoſinam ſolutam liberam & quietam ab omnimodis ſervitiis conſuetudinibus & demandis & ab omni re ad terram pertinente cum toftis & croftis, pratis & paſturis, & cum omnimodis aliis pertinentiis, libertatibus & aiſiamentis ſuis infra villam & extra, in excambium pro novem bovatis terræ in* **Wereſwyk** *ſuper* Theſciam *quas* Alicia *quondam uxor* Adæ *de* **Staveley** *dedit eis in elemoſinam, ſimul cum corpore ſuo. Et nos & hæredes noſtri omnia prænominata, prædictis monialibus warantizabimus, acquietabimus & defendemus contra omnes imperpetuum ita quod ipſi facient de his omnibus quicquid voluerint, ſicut de propria & perpetua poſſeſſione ſua. Si autem præfatas duas carucatas terræ & dimidiam cum pertinentiis in* **Loftehous** *warrantizare non poterimus, dicta moniales ſine difficultate, impedimento, vel contradictione aliqua prænominatas novem bovatas terræ cum pertinentiis in* **Wereſwyk** *recuperabunt pacifice, & poſſidebunt. Hiis teſtibus.* Richardo *de* Mariſco *epiſcopo* Dunelmenſi, Martino *de* **Pattesholl**, Willielmo *filio* Richardi, Rogero Hulcarle, Jordano *de ſancta* Maria, Willielmo *de* **Thomston**, Briano *filio* Alani, Philippo *filio* Johannis, Roberto Hageth, Adamo *de* **Wereſoyp**, Henrico *filio* Conani, Richardo *de* **Winteſloyp**.

ESSEHOLTENSE

Cœnobium in agro Eboracenſi, *cella de* **Yiningthwait**.

Bulla *Alexandri* Papæ tertii de confirmatione locorum de **Yiningthwait** & **Eſholt** in com. *Eber.*

LEXANDER *epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus* Chriſtianæ *Prioriſſæ monaſterii eccleſia ſanctæ* Mariæ *de* **Yuningthwayte** *ejuſdem ſororibus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Quoticns illud à nobis petitur quod religioni & honeſtati convenire dinoſcitur animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum ſuffragium impertiri ; Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & præfatum monaſterium beatæ Dei genitricis ſemper virginis* Mariæ *in quo divino eſtis obſequio mancipatæ, ſub beati* Petri *&*

Ex autographo penes *Johannem Stanhope de Horſford ar.*

noſtra

nostra presentiâ suscepimus & presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundùm Dei & beati Benedicti *regulam & institutionem* Cistercien. *fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium inpresentiarum juste & canonicè possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatū monasteriū situm est cum omnibus pertinentiis suis, ex dono* Galfridi *filii* Bertranni Haget. *Duas carucatas terre, ex dono* Simonis Ward & Matildæ *uxoris sue &* Willielmi *filii ejus. Locum qui dicitur* Eulholt *cum suis pertinentiis in bosco & plano & in terra arata & aqua, libera & absoluta ab omni exactione sicut in eorum auctentico scripto exinde facto continetur. Paci quoque & tranquilitati vestre paterna sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam sive furtum committere ignem apponere seu hominem capere vel interficere audeat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos & absolutos ad conversionem vestram recipere & in vestro monasterio absque contradictione alicujus retinere. Prohibemus insuper (&c.) Dat.* Tusculani *per manum* Graciani Romanæ *ecclesie subdiaconi notarii, decimo quinto die kalend. Januar. indictione sexta, incarnationis dominicæ anno millesimo centesimo septuagesimo secundo, Pont. verò domini* Alexandri *Pape tertii anno xiii).*

Examin. & concordat. cum Origin. remanen. inter Eviden. domini regis apud turrem sive palac. sanctæ *Mariæ* extra murum civitatis *Ebor.*

Per *Henricum Sandwich* Custod. Evid. ibid.

WOBURNENSIS *Abbatia*

in agro Bedfordensi * *fundata Anno MCxlv.*

* Annal. de *Waverle* in bibl. *Cotton.*

Ex MS. de orig. *Fontanensis* cœnobii in bibl. *Arundeliana.*

ET adjecit Dominus ampliare gentem suam, & dilatare terminos possessionis ejus. Erat vir quidam dictus *Hugo de* Bolebeck, homo potens, & magnarum rerum, inspiratus à Domino, ut monasterium construeret ordinis *Cistercienſis*, venit *Fontes*, & ad consilium domini *Henrici* abbatis viculum quendam *Woburniam* nomine in *Line.* dioecesi cum agris adjacentibus divinis usibus consecravit. Suscepit abbas munus de manu divitis, & ædificiis de more constructis ad locum ipsum fratres regulares destinavit. Anno MCxlv. incarnationis Dominicæ, fundationis monasterii *Fontanensis* xiij. divisus est monachorum conventus suo abbate *Allano* ad locum qui nunc Woburne nominatur.

Confirmatio fundationis per Regem Johannem.

JOHANNES Dei gratia, &c. Sciatis nos pro amore D.i concessisse, & presenti Carta nostra confirmasse monachis ecclesiæ Woburnensis ad construendam Abbaciam ordinis *Cistercienſis*, manerium de *Medineham*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis quod habuit de dono *Hugonis* de Bolebec. Quare volumus, (*&c.*) Dat per manum *S. Wellen.* Archidiac. apud Welbeston, iij. die Januar, anno regni nostri secundo. Carta 2. *Joh.* n. 50. m. 17.

Confirmatio donationum per regem *Henricum* secundum.

HEnricus *Rex* Angliæ *& dux* Norm. *&* Aquit. *&* comes Andeg. *archiepiscopis* (&c.) *salutem. Sciatis me concessisse & in perpetuam elemosinam confirmasse Deo & ecclesiæ de* Woborna *& monachis de ordine* Cistercienſi *ibidem Deo servientibus totum manerium de* Woborne *quod* Hugo *de* Bolebec *eis in elemosinam dedit, & locum in quo ecclesia illa fundata est; & omnes alias donationes & elemosinas & possessiones suas quas eis rationabiliter data & facta sunt sicut carta & scripta donatorum & fundatorum ecclesiæ suæ testantur. Ex dono* Hugonis *de* Bolebec *totum predictum manerium de* Woborna *cum omnibus pertinentiis suis; & nominatim cum illa virgata terræ quæ vocatur* Baghehella. *Ex dono* Radulphi Pyrot *totam terram quam de feodo ipsius tenent sicut carta sua testatur. Et totam terram quam tenent ex dono* Hugonis *de* Lucellis *cum tota terra quam de eodem feodo tenent de* Willielmo *de* Lucellis. *Et totam terram quam tenent ex dono* Willielmi *de* Flicton, *& totam terram quam tenent ex dono* Stephani *de* Pulotheshella. *Et totam terram quam tenent ex dono* Piroti Binnion. *Et totam terram quam tenent ex dono* Henrici *de* Pullocheshella, *& totam terram quam tenent ex dono* Walteri *de* Caisneto *cum communi pastura ville suæ de* Potteſgrava. *Quare volo* (&c.) *Testibus*, Philippo Baioc. *&* Arnulpho Lexov. *episcopis*, *&* Thoma Canc. *&* Frogero *archid. &* Ricardo *de* Humet *constabul. &* Roberto *de* Novo-Burgo *&* Warino *filio* Geroldi Cam. *&* Manaſſ. Biset *dapifero, &* Waltero *de* Herefeyp, *&* Roberto *de* Doneſtr. *apud* Rotomagum, (&c.) Carr. 9. E. 2. n. 50.

Carta Hugonis Maleth.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Hugo Maleth*, assensu & consilio uxoris meæ *Margaretæ Passelewe*, & hæredum meorum dedi & concessi (*&c.*) Deo & ecclesiæ S. *Mariæ* de Woburne, & monachis ibidem Deo servientibus, in perpetuam elemosinam (*&c.*) totam terram meam, & totum jus meum, & omnia servicia & consuetudines hominum meorum de Hugue- Carr. 9. E. 2. n. 50. per Inſpex.

burne & de **Purfele**, tam liberorum quam rusticorum cum omnibus pertinentiis (*&c.*) præter unam virgatam terræ quam dedi & carta mea confirmavi monialibus infirmis S. *Mariæ* de *Prato*. Totam hanc prædictam terram cum omnibus supradictis pertinentiis & libertatibus excepta prædicta virgata, tenebunt & habebunt prædicti monachi de **Woburne** de me & hæredibus meis in perpetuam elemosinam (*&c.*) Hiis testibus, *Hamone Passelewe*, *Waltero Passelewe*, *Nicholao Passelewe*, *Roberto Passelewe*, *Radulpho Maleth*, *Petro Maleth*, (*&c.*)

MEREVALENSIS
Abbatia in agro Warwicensi * *fundata Anno* MCxlviij.

* Annal. de *Dereye* in bibl. *Cotton.*

Carta fundationis.

Ex ipso autographo penes *Ricardum Chamberleine* armigerum a. 1640.

ROGERO *Cestriæ* episcopo, & omnibus filiis sanctæ ecclesiæ. *Robertus* Comes de *Ferrariis*, salutem. Sciatis me concessisse pro anima *Roberti* Comitis de *Ferrariis* patris mei, & pro salute animæ meæ & uxoris meæ, Deo & beatæ *Mariæ*, & ecclesiæ de **Miraball**, ad construendam Abbathiam ordinis *Cisterciensis*, totam forestam meam de *Ardena*, & quicquid habeo in **Wytinton**, & manerium de **Wellon**, & manerium de **Overton**, & unam *Herdewicam* in *Petco* ad **Crannokesbune**, & communam pasturæ, scilicet de **Pertenton**, & **Pillesbury**, ad oves & animalia nutrienda. Test. *Ricardo Peche* Archidiacono, magistris *Edm.* & *Hugone* de *Ferrariis*, *Willielmo* filio *Nigelli*, *Henrico* filio *Selwali*, *Willielmo* filio *Herberti*, *Roberto* de **Bakepuiz**, *Galfrido* de **Bakepuiz**, *Ricardo* de **Curcun**, *Willielmo* de **Seyl**, *Henrico* de **Cambzeys**, *Roberto* **Luvet**.

Donationum confirmatio per Regem Henricum *secundum.*

Cart. 19 E. 2 n 9. per Inspex.

HENRICUS Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis (*&c.*) salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse, pro anima Regis *Henrici*, & aliorum antecessorum meorum, & pro salute animæ meæ, & matris meæ, Imperatricis, & Reginæ uxoris meæ, & puerorum meorum, Deo & sanctæ *Mariæ* & Monachis *Mirevallis*, totam donacionem illam, quam Comes *Robertus* de *Ferrariis* illis dedit, in elemozinam, ad quandam Abbathiam construendam ordinis *Cisterciensis*. Quare volo & firmiter præcipio, ut præfati monachi habeant & teneant omnes terras suas, cum omnibus appendiciis suis, de cujuscunque feudo sint, & omnes possessiones suas, benè & in pace, quietè & liberè ab omni consuetudine seculari; sicut aliqua ecclesia, in tota terra mea meliùs & liberius tenet. Præterea volo & firmiter præcipio ut sint quieti per totam terram meam, de Thelonco, & de Scires, & de Hundredis, & de Wapentachiis, & de **Dingelo**, & de **Denegelo**, & de **Purdre**, & **Infangenthef**, & de omnibus aliis secularibus infestationibus. Concedo itaque & confirmo cum tali libertate, quali *Robertus* Comes de *Ferrariis* dedit & concessit eis, videlicet, totam forestam suam de *Ardena*, & quicquid habuit in *Witentona* & *Overtonia* & **Leam**. Et totam terram quam *Gerardus* de **Linnes** eis dedit; & quicquid *Walterus* de *Canvilla* concessit eis de terra sua; & quicquid *Radulphus* de *Baschervilla*, & *Paganus* de *Baschervilla* concesserunt eis; & quicquid hæredes *Roberti* Comitis de *Ferrariis*, vel quicunque alii justè & rationabiliter dederunt, ad incrementum ejusdem Abbatiæ, vel quicquid emerint, aut escambierint ad aisiamenta sua, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in aquis & stagnis, in molendinis & minariis, & in omnibus aliis rebus. Et prohibeo ne quis clamet consuetudinem in bosco eorum, nemo mittat Abbatem in placitum de terra aliqua nisi ante me. Præterea volo quod omnes qui amant salutem animæ, & diligant & manuteneant Abbatiam illam. Teste *Theobaldo* Archiepiscopo, & *W. Cestrensi* episcopo, & *Thoma* Cancellario, & *Rein.* Comite, & *Rogero* Comite de **Herefort**, & *Gocelino* de *Balliol*, & *Matfero* **Wyseth**, apud *Brugeam*. Datum per manum nostram apud **Tamworth** xij die Marcii.

HAMPOLENSIS
Abbatia in agro Eboracensi.

Carta Radulphi *de* **Tilli**.

Ex autographo penes *Darcy Wasbington* de *Hampole*.

OMnibus filiis sanctæ matris ecclesiæ, tam futuris, quam præsentibus, qui hanc cartam viderint, vel audierint, *Radulphus* de **Tilli**, filius *Radulphi* de **Tilli**, & *Sibillæ* de **Clereſai**, salutem. Præsentibus literis, istis vobis notum facio, me pro salute animæ meæ concessisse & hac præsenti carta mea confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Hanepole**, & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus omnes donationes & concessiones quas *Avicia* de *Tanai* avia mea, & *Sibilla* mater mea, de sua hereditate fecerunt eisdem sanctimonialibus, & cartis suis confirmaverunt; scilicet totam villam de **Hanepol**, cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam de *Mealtona*, & molendina ejusdem villæ &c. & ecclesiam de **Eretewelle** cum tribus bovatis terræ, & unam mansuram terræ in *Lincolnia* juxta aquam ubi mansit *Radulphus* de *Lundoniis*, (*&c.*)

Carta Rogeri *de* **Tilli**.

Ibid.

OMnibus (*&c.*) *Rogerus* de **Tilli**, filius *Radulfi* de **Tilli** & *Sibillæ* de **Clereſai** salutem. Universitati vestræ notum facio me pro salute animæ meæ (*&c.*) dedisse concessisse & hac

hac presenti carta mea confirmasse ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Yanepol** & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus omnes donationes & concessiones quas *Avicia* de *Tancia*, avia mea, & *Sibilla* mater mea, fecerunt eisdem monialibus in ecclesiis, & terris, & molendinis, sicut *Radulphus* de **Tilli** frater meus eis postea confirmavit per cartam suam; scilicet totam villam de **Yanepol** (*&c.*) Teste *Hugone* de **Tilli** avunculo meo, *Jordano* de **Pikeburne**, (*&c.*)

Rogerus archiepiscopus *Eboracensis* confirmat sanctimonialibus de **Yanepole** cartas & instrumenta patronorum ecclesiæ de **Adwich**; scilicet *Willelmi* de **Clarafai**, & *Avicia* de **Tami** uxoris suæ, & *Albrede* de **Lisurs**, de ecclesiis de **Adwich**, & **Weltun**, & præter dictas ecclesias confirmat situm loci de **Yanepol** (*&c.*) ex donatione *Willelmi* de **Clerefai** & *Avicia* uxoris suæ, & *Willelmi Painel*, & aliorum advocatorum suorum. Test. *Rodberto* decano (*&c.*)

Carta *Willelmi* filii *Willelmi*, antecessorum donationes confirmans.

Omnibus (&c.) Willelmus *filius* Willelmi *dominus de* **Sprotbrugh** *salutem. Noveritis me inspexisse cartas & feoffamenta antecessorum meorum Deo, & beatæ* Mariæ, *& sanctimonialibus de* **Yanepole**, *ibidem Deo servientibus, facta de diversis tenementis in comitatibus* Eboracen. *&* **Nottingham**; *videlicet inprimis cartam* Albredæ *de* **Lisours**, *testantem quod prædicta* Albreda *dedit eis ecclesiam de* **Athewike**. *Et etiam inspexi cartam* Johannis *constabularii* Cestriæ *filii dictæ* Albredæ, *testantem, & confirmantem donationem dictæ* Albredæ *prædictæ ecclesiæ de* **Athewike**, *Insuper inspexi cartam* Willelmi *filii* Willelmi, *filii & hæredis prædictæ* Albredæ *de* **Lisours**, *testantem quod idem* Willelmus *filius* Willelmi *confirmavit donationem matris suæ* Albredæ, *de ecclesia de* **Athewyke**, *& de annuo redditu viginti solidorum, de redditu suo apud* **Plomtre**, *juxta* **Scroby**, *quem quidem redditum concessit, ad pitantiam dictarum monialium, & ad oleum emendum, ut lampas una, nocte dieque indesinenter sit ardens ad tumbam* Matildis *quondam uxoris suæ. Inspexi etiam confirmationem* Thomæ *filii* Willelmi, *testantem quod idem* Thomas *confirmat donationem* Albredæ *de* **Lisours** *aviæ suæ, &* Willelmi *patris sui, de supradictis* (&c.) *Et inspexi etiam cartam* Willelmi *filii* Thomæ, *domini de* **Sprotbrugh**, *patris mei testantem quod idem* Willelmus *confirmat sanctimonialibus de* Hanepola *triginta solidos redditus de redditu suo de* **Athewyke**. *Quas concessiones, ego prædictus* Willelmus *filius* Willelmi *confirmo* 1331. *&c. Datum anno millesimo trecentesimo trigesimo primo. Test. dominis, domino* Johanne *de* **Clavo**, Rogero *de* Novo-mercato, Thoma *de* **Metham**, *militibus* (&c.)

VALLE-DEI *Abbatia* (*vulgariter* **Vaudey** *appellata*) *in agro* Lincolniensi.

ANNO incarnationis dominicæ MCxlvij. in territorio *Lincolniensi* fundata est **Biham**, quæ mutato in melius nomine, nunc *Vallis Dei* vocatur, domus inclita & secundum nomen suum plena benedictione. Fundator ejus fuit *Willelmus* comes *Albamarlie* qui postmodum *Melsam* fundavit, vir magni nominis, & clarissimus in generatione sua. Anno xv. fundationis monasterii de *Fontibus*, missus est conventus monachorum sub abbate *Warino* ad locum qui nunc *Vallis Dei* vocatur x. kal. Junii ipso anno fundationis nostræ. Ex MS. de orig. *Fontanen.* cœnobii in bibl. *Aran del* fo. 11 a. A. 1147.

Carta Gaufridi *de* **Wachecurt**.

Gaufridus de **Wachecurt** consensu *Alani* de *Mortuna* nepotis, & hæredis mei dedi mansuram, cum pomerio, ubi abbatia fundata est, & omnia quæ possedi in **Wachecurt**: & presente domino meo, comite *Gilberto*, hæc omnia tradidi, ipso consentiente & carta sua confirmante. Mihi & uxori meæ, quamdiu vixerimus, procurabunt monachi quæ necessaria sunt in victu & vestitu, lineo, & laneo, & duobus servientibus nostris in victu tantum. Mihi autem & uxori victum providebunt eodem modo, & mensura quo duobus monachis, & servientibus nostris, sicut duobus ex servientibus suis. Vestimenta autem dabunt mihi de **Gaiseng**, vel **Halberget**, & pellibus agninis; uxori autem meæ, ad carium **Blued**, & pellibus similiter agninis. Ego verò *Alanus* confirmo terras quas *Gaufridus* avunculus meus tenet ad **Warnoth**. His testibus, *David* abbate, & capitulo canonicorum de *Bruma*, *Alneredo* sacerdote, & *Willelmo* fratre de **Allachebi**, *Roberto* clerico de **Stoke**, *Wilielmo* filio *Alexandri*, *Turpin* de *Billingheia*, *Hugone* de **Scaldefeyo**, *Ada* de **Bukaminster**. Ex autog. penes prænobilem comitem *Lindsej*.

Donationum confirmatio per Regem Ricardum *primum.*

Richardus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti carta confirmasse, Deo, & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Valle-Dei*, & monachis ibidem Deo servientibus, locum ipsum in quo abbatia eorum sita est in territorio de **Ebenham**, qui locus vocabatur **Wrenhuait**, quem comes *Gilbertus* de **Gant**, dedit eis, in terris, & pratis, pascuis, aquis, molendinis, & omnibus aliis pertinentiis suis; Quasdam etiam culturas de dominio suo de **Ebenham**; scilicet, **Erlesbegrwang**, **Limpuswang**, **Watercroft**, & **Kathuait**, & alias culturas quas ipsi habent ex dono ipsius *Gilberti*. Duo etiam nemora, cum terris in quibus sita sit; scilicet, unum quod vocatur **Erlesbage** & aliud **Biscopesbage**: Carta antiq. litera W. nu. 6.

coreſhage. Et inſuper communem paſturam totius terræ ſuæ, molendinum quoque de Pannetorpe, & ſtagnum, & alnetum, & pratum, & unum toftum, cum una bovata terræ, & omnibus pertinentiis ſuis, ſicut idem *Gilbertus* Comes eis prius dedit,& *Rogerus* filius *Remfridi* poſtea confirmavit, Ex dono Comitiſſe *Alicie* de Gant, nemus quoddam, quod olim dicebatur Baldacre, & aliud nemus, quod dicitur Aithage, cum terris in quibus ſita ſunt,& quietanciam quatuor ſolidorum de terra *Pagani*. Ex dono *Roberti* de Gant, & *Gundredæ* uxoris ejus, unam bovatam terræ in territorio de Ebenham. Preterea xvij. acras terræ, quas *Adam* de Amundevill eis dedit, cum una via ad quarrariam eorum, in territorio de Ebenham, & novem acras, & unam perticatam,& unum pratum quæ *Hugo* filius *Gille* eis dedit in eodem territorio, & una via ad exitum porcorum ſuorum, & quatuor acras quas *David* Presbyter, & duas acras quas *Robertus* Roie, & dimidiam acram quam *Willielmus Morant* eis dederunt in eodem territorio, cum omnibus pertinentiis ſuis. In territorio de Baſſeburg, quatuor acras quas *Willielmus* filius *Nicholai* dedit eis.

In territorio de Luttebye, duas acras & dimidiam, cum uno toſto quas *Ivo* filius *Ricardi* eis dedit, & tres acras quas *Wulſtanus* de Longtoft, & *Farſtanus* filius ejus eis dederunt in territorio eodem. In territorio de Pannetorp quatuor acras terræ quas *Helias* & *Henricus* filius ejus eis dederunt. Et ex dono *Walteri* de Pannetorp duodecem acras terræ & unam prati in eodem territorio. In territorio de Ernham, quater viginti acras terræ, dimidia acra minus, cum paſtura ad trecentas oves, & commune nemus quod dicitur Dliche, cum terra ſuper quam ſitum eſt, quam *Robertus* de Gant, & *Alicia Painell* uxor ejus dederunt eis, & quatuor acras in territorio de Boleby, quas *Robertus* de Langetun dedit eis, & in territorio de Swinefarde, quæ *Henricus* de Stainegrave dedit eis, in terra prato & paſtura, & aliis pertinentiis. Et unam bovatam quam *Gozelinus* homo illius dedit eis in eodem territorio, cum pertinentiis ſuis. In territorio de Flet, unam ſalinam quam *Augerus* de Flet, & unam aliam quam *Gerdus* in territorio de Bikne dederunt eis. Locum etiam qui dicitur Eſcroft, in mariſco de *Mortuna*, cum communi paſtura, & omni uſu mariſci, & unam manſuram foris *Brunnam*, inter villam & ortum abbatis, quæ *Baldwinus* filius *Gilberti* dedit eis, & decem acras in mariſco de *Brunna*, ubi domus eorum ſita eſt, quas *Hugo Wac* dedit eis. Et ex dono *Baldewini Wac* filii ejus, commune uſagium mariſci de *Brunna*, & ut ea quæ de eodem mariſco colligerint, & quæ in villa de *Brunna* emerint, liberè & quietè carient & abducant per ipſam villam abſque omni exactione & teloneo. Et ex dono ejuſdem paſturam ad ſepties viginti averia in mariſco de Eſtdeping.

In territorio de Biham, ex dono *Willielmi* Comitis *Albemarl. Suthgrangiam*, ſcilicet ſexies centum acras terræ arabilis, & nemus quod vocatur Dufthage, cum terra in qua ſitum eſt, & ſedem cujuſdam molendini juxta Bihamel, cum omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Radulfi* de Norfolk, unam acram terræ in eodem territorio. Ex dono *Gilberti* de Briencourt, communem paſturam terræ ſuæ de Witham. Ex dono *Reineri* de Sally grangiam quæ dicitur parva *Lanintona*, ſcilicet, quatuor carucatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, & quietantiam, & libertates ejuſdem terræ, quas *Alicia* de Gant Comitiſſa, & *Robertus* de Gant eis conceſſerunt. Et duas rodas prati quas *Richardus Diſpenſator* dedit eis in territorio de Ingolveby. Grangiam quoque de Ropeſleia, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſcilicet terram quam *Robertus* de Ropelle dedit eis, & *Simon* filius ejus confirmavit, per eaſdem metas & diviſas quæ nominatæ ſunt in cartis ipſius *Symonis*, cum terra quæ vocatur Weſtling, & communem paſturam ad quadragentas oves, & boves trium carucatarum in paſtura ſua de Ropelle. In territorio de Yetbur, quatuor bovatas terræ, cum prato & paſtura ad ducentas oves, & unam culturam quæ vocatur Kiving, & quinque acras terræ, quæ *Walterus* de Rudſtan dedit eis, & unam bovatam & dimidiam acram prati, cum paſtura ad ſexties viginti oves, quæ *Oſbertus* de *Diva* dedit eis in eodem territorio. Ex dono *Willielmi* filii *Waldingi*, tertiam partem dominicæ terræ ſuæ, ſuper quam bercaria eorum ſita eſt, cum paſtura ad CCC. oves, & omnibus aliis pertinentiis ſuis in territorio de Aſſeby. Et in eodem territorio tres acras terræ, quas *Thomas* de Aſcby dedit eis, & terram quam habent ex aquilonari parte berçariæ eorum, cum uno ſtagno prati, & undecem acras terræ quas *Thomas* de Pikeworth eis dedit,& *Robertus* filius ejus eis confirmavit,ſcilicet illam culturam quæ vocatur Stapelhorwand. Ex dono *Nigelli* filii *Alexandri* pratum quoddam in territorio de *Beltona*.

Ex dono *Willielmi* filii Aſzumuri, unam carucatam terræ, & unam acram terræ in territorio de *Lunderterune*, cum paſtura ad trecentas oves & omnibus aliis pertinentiis ſuis. Ex dono *Johannis* filii *Rogeri*, decem bovatas terræ & dimidiam in territorio de Welleby, & duo nemora, quæ vocantur Albenhage & Hallefuthwud, & præterea nemus quod fuit *Roberti* filii *Arnaldi*, cum terris in quibus ſita ſit, cum toftis & croftis, pratis & paſturis, & omnibus aliis, quæ idem *Johannis* dedit eis. In eodem territorio duas bovatas terræ, cum omnibus pertinentiis ſuis, quas *Robertus* filius *Wimari* & *Dioniſia* uxor *Ainueredi* de Wilgeby eis dederunt, & in eodem territorio portiones terræ, quas *Johannes* filius Ingebr . . . in boſco & plano & brueria dedit eis, cum communi paſtura totius terræ ſuæ, & in prædicto territorio quædam portiones terræ quas *Robertus Spron* & *Johannes* filius ejus, & *Alanus* clericus,& Fegge, & *Willielmus* filius *Oſberti* dederunt eis, in prato, in paſtura, in brueria & aliis pertinentiis ſuis. Et unam bovatam terræ quam *Nicholaus* presbiter dedit eis, cum culturis & aliis pertinentibus terræ, & terram quam *Rogerus*, & *Hugo* filii ejus, & *Johannes* frater ejus dederunt eis, cum boſco prato & paſtura, & aliis pertinentiis ſuis. In territorio de Ekton, terram quæ vocatur Croz & Northwud, quæ ſuper grangia eorum ſita eſt, quam tenent de monachis ſanctæ *Mariæ Eboraci*. Et in eodem territorio tenementum

mentum quod fuit *Walteri* monachi quod *Robertus* de **Foumezim**, & *Willielmus* filius ejus, & *Raulf* de **Bellavill** dederunt eis, cum omnibus pertinentiis suis, præter illam terram quam sanctimoniales de **Stikeswald** tenent de eodem feodo. Ex dono *Radulfi* de **Waltervill** nemora quæ vocantur **Asketelhage**, & mora, cum terris super quas sita est, & terra ejusdem nemoribus adjacente, quæ vocantur **Sledes**, & culturam unam in **Scrapthuait**. Ex dono *Roberti* filii *Conani* & *Alicia* uxoris suæ novem acras in **Emerlund**. Ex dono *Walteri* filii *Hugonis* novem acras, & sex seliones ad unam viam faciendam, & lij. perticatas terræ in longum, & tres & dimidiam in latum in mora.

Ex dono *Radulfi* de **Bakerun** in territorio de **Stokes** unam culturam, **Estriding**, cum pastura ad centum oves. Ex dono *Willielmi Palestre*, & *Thomæ* filii ejus triginta tres acras terræ, & pastura ad boves viij. carucatarum, & centum oves in territorio de **Elton**. Ex dono *Willielmi* filii *Algeri* in territorio de **Billesfeld** viginti acras terræ, in nemore quod vocatur **Colleyhage**. In territorio de **Cozeby** ex dono *Alicia Peverell*, & *Gaufridi* & *Gilberti* **Peche** filiorum ejus, nemus, quod vocatur **Algerhage**, & **Almesend**, cum terra in qua situm est. Ex dono *Petri* presbiteri de **Cozby** unam viam ad idem nemus. Ex dono *Jordani* de **Panton** viginti acras terræ, & duos toftos in territorio de **Panton**, cum pastura ad centum oves & ad tot aruras, quibus eadem terra coli posset. In territorio de **Salteby**. Ex dono *Avicia* de **Mumely**, & confirmatione *Roberti* de **Gant**, & *Alicia Pagnell* uxoris ejus, unam carucatam terræ, cum prato, & pastura ad quingentas oves, & uno molendino. Ex dono *Simonis* de **Mocheford**, & *Emmæ* uxoris suæ unam carucatam terræ, cum pertinentiis suis in eodem territorio. Ex dono *Heliæ* de **Salter** unam carucatam terræ, & xl. & unam acram cum pertinentiis suis. Ex dono *Ogeri* filii ejus unam bovatam terræ, & unam acram & unum selionem & unum molendinum cum pertinentiis suis. Ex dono *Rogeri Briton* in territorio de **Elton** xij. acras, & xvj. denaratas redditus. In territorio de **Chilinton** sex acras, una pertica minus.

Ex dono *Willielmi* de **Scures**, & ex dono *Richardi* de **Scures** unam carucatam, & pasturam ad sexies viginti oves, cum aliis pertinentiis, & terram quæ vocatur **Frith**, & unam acram, loco tofti, & viginti seliones ad locum bercariæ faciendæ. Ex dono *Thomæ* de **Scures** duas acras & dimidiam. Ex dono *Osberti* de **Soeby** & *Osberti* nepotis ejus decem acras. Ex dono *Roberti* & *Petri* de **Schileng** quatuor acras in territorio de **Seusterne**. Ex dono *Adæ* militis duas bovatas terræ, cum duobus toftis, & tres acras, & pasturam ad trecentas oves, & usus cæterorum animalium, cum aliis pertinentiis suis. Ex dono *Willielmi* de **Seusterne** quatuor bovatas terræ, & tres seliones loco tofti, & quinque acras cum pratis, & pasturis & aliis pertinentiis suis. Ex dono *Richardi* de **Scures** duas bovatas terræ quæ fuerunt *Bridline* in territorio eodem cum tofto, & crofto, & prato, & pastura. Ex dono *Acardi Ammbery*, & confirmatione *Richardi* de **Sufterne**, & *Alicia* filiæ suæ unam carucatam terræ, cum pertinentiis suis. Ex dono *Acardi Monach* in mora de **Wundham**, decem acras prati. In territorio de **Burton** unam carucatam terræ una bovata minus, quam *Walkelinus* de **Dereby** dedit eis in territorio de **Eurton**, cum pertinentiis suis.

Ex dono *Rogeri* de **Pulbay** decem acras terræ. Ex dono *Warini* filii *Simonis* unam bovatam, cum prato, & communi pastura totius terræ suæ & aliis pertinentiis suis. Ex dono *Hamonis Beler* duas bovatas terræ & septem seliones infra turrem grangiæ, & extra, cum prato, pastura, & aliis pertinentiis suis. Ex dono *Gerardi* de *Lampeta* duas bovatas, & duas acras. Et ex dono *Walteri* fratris sui quinque bovatas, & xv. acras, & xvij. seliones. Et ex dono *Roberti* filii ejus unam bovatam, & duas acras in territorio de **Burton**, & novum pratum in campis de **Mozp**. Ex dono *Matilda* de **Aumari**, unam bovatam cum pertinentiis suis. Ex dono *Willielmi* de **Cozby**, & *Walteri* fratris ejus duas acras terræ, & tres rodas prati. Ex dono *Henrici* de **Pereres** quatuor bovatas terræ, cum uno tofto, & crofto, & aliis pertinentiis suis, in territorio parvæ **Dalby**. Ex dono *Hugonis Norris* duas acras prati in territorio magnæ **Dalbie**. Ex dono *Galfridi* de **Mozp** quinque bovatas terræ, & tres acras, & duas seliones, cum pastura ad quingentas oves, & prato, & aliis pertinentiis suis. Præterea omnia fidelium dona sicut à prædictis viris præfatæ ecclesiæ rationabiliter sunt concessa, cum communis, & libertatibus, quas eorum cartæ testantur, eidem ecclesiæ in puram atque perpetuam elemosinam confirmamus, & corroboramus. Quare volumus, (*&c.*) Hæc omnia eis concessimus pro anima patris nostri Regis *Henrici*, & omnium antecessorum nostrorum, & pro salute nostra & matris nostræ Reginæ *Alienoræ* (*&c.*) Dat. per manum *Willielmi* de *Longocampo* cancellarii nostri, primo anno regni nostri, septimo die Septembris; Apud *sanctum Albanum*.

Discensus de Gant.

In cartis nuper in turri apud *Northhame* reservatis, 1640.

GIselbertus de **Gaunt**, filius *Baldwini* comitis de *Flandria*, venit cum *Willielmo* conquestore avunculo suo in *Angliam*, de cujus dono habuit terras cujusdam domini vocati **Tour** ex natione *Danorum*; qui cepit in uxorem *Aliciam* de *Monteforti*, & habuit exitum, *Walterum*, & *Robertum*, & tenebat dominium per xxviii. annos, & moriebatur in tempore *Willielmi Rufi* Regis *Anglia*, & sepultus est apud **Bardeney**. Et *Walterus* suus primogenitus, cepit *Matildam*, filiam comitis *Stephani Britanniæ*, cum **Swaldale** in liberum maritagium, & genuit *Gilbertum* filium suum primogenitum, postea comitem *Lincolniæ*, in jure uxoris suæ, & *Robertum*. Qui quidem *Gilbertus* cepit in uxorem *Roesiam*, comitissam *Lincolniæ*, tempore Regis *Stephani*, & genuit *Aliciam* sepultam apud **Bzedlinton**: Quæ *Alicia* nupta fuit *Simoni* de sancto *Licio*, comiti *Huntingtoniæ*, & *Northamptoniæ* & obiit sine hærede de corpore: per quod hæreditas de **Gaunt** legitimè descendebat *Roberto* filio *Walteri* prædicto. Qui quidem *Robertus* genuit *Gilbertum* bonum,

1162. & moriebatur anno Domini MCixij. & sepultus fuit apud **Walwoyt**, *Gilbertus* bonus genuit *Gilbertum*, postea captum apud **Kenilworth**, inter barones in castro, & exhæreditatus pro proditione, & redemit terras suas, pro 3000. marcarum tem-
1274. pore *Edw.* primi, & moriebatur an. Dom. 1274. nonas Januarii, apud **Falsingham**, & sepultus est apud **Bridlington**, & habuit filium *Gilbertum* quartum *Gilbertus* quartus, pro eo quod nullos habuit filios, fecit Regem *Edwardum* filium Regis *Henrici*, hæredem suum de baronia de **Gant**, nullas terras penès se retinendo, nisi **Swaledale**, & portionem de **Shendelby**. Qui quidem *Gilbertus* quartus tunc habuit duas filias, *Margaretam* & *Nicholaam*, ex *Lora*, uxore sua, sorore *Alexandri Baliell*, quas ..... quam quidem magister *Willielmus* de **Berdeston** nupsit. *Willielmus* genuit *Rogerum*, *Rogerus* genuit *Willielmum*.

Ibid. ALicia de **Gaunt**, filia *Gilberti* de **Gaunt** fuit nupta *Symoni* de sancto *Licio* comiti *Northamptonia*, de qua *Alicia* venit *Roesia* comitissa, nupta cuidam comiti; post decessum cujus comitis, nupta fuit *Roberto* dapifero. De quo *Roberto*, & *Roesia* veniebat *Roesia* de **Bulington** nupta *Simoni* de *Kyma*, de quibus *Symone* de *Kima*, & *Roesia* de **Bullington** venit *Philippus* de *Kyma*, qui duxit in uxorem *Agnetem Waleys*, de quibus venit *Symon* de *Kyma* qui duxit in uxorem *Matildam* de *Ferrars*, & obiit sine hærede de se; Et *Willielmus* de *Kima* frater ejus ei successit in hæreditate, qui duxit in uxorem *Luciam* de **Ros**, de quibus venit *Philippus* de **Kyme**, infra ætatem, & in custodia domini Regis existens, post mortem patris sui; cujus custodiam & maritagium dominus Rex concessit *Hugoni Bigot*, & duxit filiam suam, de quibus venit *Willielmus* de *Kyma*, qui obiit sine hærede de se, per quod hæreditas successit *Luciæ* sorori suæ, nuptæ *Roberto* de **Umphravill**, comiti de **Anguishe**; de quibus venit *Gilbertus Umphravill* comes de **Anguishe**, qui obiit sine hærede de se, unde hæreditas descendebat *Waltero Taylboys* filio filiæ sororis suæ.

SUINENSIS *Abbatia in agro* Eboracensi.

Carta Erenburch *uxoris* Ulberti Constabularii *de una caruccata terræ in* **Freistingthorp**.

Ex autogr. in turr. S. Mariæ Ebor.

OMnibus has literas visuris & audituris *Erenburch* de *Burtona* uxor *Ulberti Constabularii* salutem. Sciatis me concessisse & dedisse, & præsenti carta confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Suina*, & fratribus & sororibus ibidem Deo servientibus, unam caruccatam terræ in **Freistingthorp** cum omnibus pertinentiis suis, in pratis & pasturis, in marisco, in aquis, in viis & semitis, & in omnibus ejusdem villæ aisiamentis; videlicet illam caruccatam terræ quæ apud **Bzellinton** in parte aquilonari prædictæ villæ jacet exterior cum hominibus in eadem terra manentibus, in perpetuam elemosinam liberam, & quietam ab omni servicio & consuetudine humana ad me & ad hæredes meos pertinente, faciendo forinsecum servicium regis & superiorum dominorum meorum quantum pertinet ad unam caruccatam unde septem faciunt servicium unius militis. Hanc donationem feci de patrimonio, & hæreditate mea, Deo & sanctæ religioni pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum. Ego etiam & hæredes mei debemus eam manutenere & warrantizare ad opus prænominatæ ecclesiæ contra omnes homines imperpetuum. Hi sunt testes, *Isaac* clericus, *Thoroldus* presbiter sancti *Nicholai* in **Beverly**, *Willielmus* de *Kaitona*, *Willielmus Haltben*, (*&c.*)

Bulla *Alexandri* Papæ.

ALexander *episcopus servus servorum Dei*, *venerabili fratri* Eboracensi *archiepiscopo*, *& dilecto filio* Lincolniensi *episcopo*, *salutem & apostolicam benedictionem. Significaverunt nobis dilecta filia nostra moniales de* Swina, *& de* **Cotum**, *quod cum eis, sicut fratribus* Cisterciensis *ordinis indultum sit de clementia sedis apostolica, ut de laboribus suis, quos propriis manibus, vel sumptibus excolunt nemini decimas solvere teneantur, quidam ecclesiastici viri capitulum ipsum prava, & sinistra interpretatione pervenerunt asserentes labores novalia intelligi, & sic contra privilegium apostolica sedis predicta, moniales decimarum exactione gravantur: Quoniam igitur horum interpretatio ab intellectu nostro & aliorum qui id sane intelligere volunt est penitùs aliena, cum secundùm capitulum illud à solutione decimarum, tam de terris quas deduxerunt ad cultum, quam etiam de terris cultis quas ipsæ propriis manibus vel sumptibus excolunt libera sint, & immunes, fraternitati vestræ, & discretioni vestræ, per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus à prædictis monialibus quæ in episcopatibus vestris consistunt de laboribus vel de terris suis, quas propriis manibus vel sumptibus excolunt, decimas nullatenus exigatis nec ab aliquibus exigi permittatis, quia non est conveniens, nec honestum, ut contra privilegia sedis apostolica veniatur, quæ optinere debent inviolabilem firmitatem. Si qui autem clerici vel laici contra privilegia sedis apostolica eas decimarum exactione gravaverint, laicos excommunicationis sententia percellatis, & clericos contradictione & appellatione cessante, ab officio suspendatis, & tam excommunicationis quam suspensionis sententiam faciatis, usque ad dignam satisfactionem inviolabiliter observari. Dat.* Venet. *in* Rivalto *quarto nonas Augusti.* Ibid.

Carta Hugonis *de* **Pusac**, *ecclesiæ* Eborum *Thesaurarii.*

HUgo de **Pusac**, Dei gratia *Eboracensis* ecclesiæ thesaurarius, necnon archidiaconus, omnibus sanctæ ecclesiæ filiis, tam præsentibus quam futuris, cum Dei benedictione salutem. Ibid.

Notum

Notum vobis sit, ecclesiam sanctæ *Mariæ* de **Swine** meo archidiaconatui attinentem, cum omnibus rebus eidem pertinentibus atque concessis, sanctimonialibus, secundùm institutionem sancti *Benedicti* Deo devotè ibidem servientibus, divinæ respectu remunerationis, ac concessione fratris *Roberti* de *Verli*, cujus ipia ecclesia esse dinoscitur, me firmiter concessisse. Hoc itaque piæ devotionis inceptum, quatinus ad honorem creatoris convenientiùs instituetur, atque perficiatur, præsentis scripturæ aminiculo, ac proprio sigillo communiri feci. Valete.

BRUERIA *Abbatia in agro* Oxonienſi, *fundata anno* MCxlvij.

* Annal. de winchc cumbe in bibl Cotton

Carta Regis Johannis *donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Pat. 3 R. 2. part. 3. m. 8. per Inspex.

JOHANNES Dei gratia Rex *Angliæ (&c.)* Sciatis nos concessisse & præsenti carta nostra confirmasse in puram & perpetuam elemosinam ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Bruera* & monachis *Cisterciensis* ordinis ibidem Deo servientibus

Et cart. 46 E. 3. n. 7. m. 6.

Vide etiam cart. antiq. R. n. 1.

ipsum locum qui vocatur *Brueria* in quo abbatia eorum fundata est; & *Tretoniam* cum ecclesia & omnibus appendiciis suis; scilicet **Tengle**, & **Pethercote** cum omnibus pertinentiis suis. Et unam quadrigatam ex dono Regis *H.* patris nostri in bosco de **Wichewode** ad focum suum, Ex dono *R.* fratris nostri aliam quadrigam in eodem bosco cotidie, & universas terras & tenuras suas quas aliquis eis justè & rationabiliter dedit vel est daturus, & emptiones suas quas justè mercati vel mercaturi sint. Ex dono *Rogeri* comitis de **Warewic** totam *Mersdenam* cum pertinentiis suis. Ex dono *Roberti de la Mare* & *Galfridi* fratris ejus unam virgatam terræ in territorio de **Huverbidecumbe** in costera montis juxta *Mersdenam*, & croftam *Brightwoldi*. Ex dono *Willielmi de la Mare* sexaginta & sex acras de dominico de **Huverbidecumbe** à **Berecrofte** versus boscum de **Cliffordham** & eundem boscum totum liberum ab aliorum communione, & pratum cum terra culta inter boscum & aquam & duas virgatas terræ de villenagio de **Huverbidecumbe** cum omnibus pertinentiis suis; & alias terras & pasturas quas idem *Willielmus* eis carta sua confirmavit. Ex dono *Eliæ Lobolt*, & *Matildis* de **Watevill** terras quas eis dederunt in territorio de **Collesburne**. Ex dono *Walteri* filii *Roberti* unam virgatam terræ in *Siptona*. Ex dono *Radulfi* de **Albemarle** unam dimidiam hidam terræ cum sex acris in *Cordena* cum pertinentiis suis. Ex dono *Radulfi* de *Suthleia* unam hidam quæ fuit *Nicholai* de *Bosco* & *Kentwini*. De feodo *Willielmi* filii *Bernardi* unam hidam in **Hunchewic**. Ex dono *Hugonis* de **Candicote** terram illam quæ fuit *David* sacerdotis cum cultura **Paylesgare**. Ex dono *Eliæ* unam virgatam terræ ex feodo *Rogeri* de **Dikelesdone**. Ex dono *Ricardi* de *Stoke Holewellam* cum xxx. acris, & alias terras quas idem *Ricardus* eis confirmavit. Ex dono *Willielmi* de **Sibesord** quinque virgatas cum pertinentiis in **Sibesord** cum viginti acris, & terras quas *Robertus Chenancheſul* eis dedit & cartis confirmavit. Ex dono *Willielmi* de *Fishida* in territorio de *Fishida* centum & quinquaginta & duas acras in waldo juxta *le* **Stret** & totum *le* **Stret** & tres virgatas terræ de dominio de **Fishide**, & alias terras & pasturas quas idem *Willielmus* eis cartis suis confirmavit. Ex dono *Willielmi* filii *Ricardi* terras in territorio de **Piddelton** quas eis dedit & confirmavit. Ex dono *Walteri* de **Wichindone** unum meſuagium apud *Gloecestriam*. Ex dono *Willielmi* filii *Willielmi* filii *Johannis* omnes terras & pasturas apud **Harpetre** & **Pividam** quas eis dedit & cartis suis confirmavit. Ex dono *Lefwini Lamb* duo burgagia in **Bureford** sicut cartæ Regis *H.* patris nostri & Regis *R.* fratris nostri & nostra quam eis fecimus dum essemus comes *Moretonia* quas inde habent rationabiliter testantur. Concessimus etiam eis & confirmavimus ex dono *Willielmi Cameravii* ad feodi firmam totam terram suam de **Lech** cum omnibus pertinentiis suis sicut carta ejusdem *Willielmi* quam inde habent rationabiliter testatur. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum *Joscelini* de **Welles**, Apud *Oxon.* xxix. die Marcii anno regni nostri sexto.

RUPENSIS *Abbatia in agro* Eboracenſi, * *fundata anno* MCxlvij.

* Annal. Cestr. in bibl. Cotton.

Carta Richardi *de* Builli *fundatione Abbatiæ de* Rupe.

Ex autogr. in turri S. *Mariæ Ebor.*

NOtum sit omnibus videntibus vel audientibus literas has quod ego *Richardus* de *Builli*, cum consensu uxoris meæ, & hæredum meorum, dedi Deo & sanctæ *Mariæ*, & monachis de *Rupe*, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum meorum, boscum totum sicut media via vadit de **Eilrichetorp** usque ad **Lounetuelt**, & sic usque ad aquam, quæ est divisa inter **Paltebi** & **Hotun**; & duas sartas quæ fuerunt *Gamel*, cum magna cultura, quæ ibi juxta adjacet, & communem pasturam ad centum oves, numero sexies viginti, in Sochogia de **Paltebi**; eo tenore, ut construant Abbatiam suam ex qualibet parte aquæ voluerint, secundùm quod ſicus loci meliùs condonabit, *Richardo* de *Bulli*, & *Ricardo* filio **Turgis**, inter se concordantibus & concedentibus, ut ambo fundatores abbatiæ sint, in cujuscunque parte abbatia evenerit, in perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni seculari servitio, sive dono. Testibus *Ada* de *Novoforo*, *Hugone* de *Steintun*, *Odone* filio *Johannis*, *Willielmo* filio *Raven*, *Jurdano Peinel*, *Gamel* filio *Beſing*, *Hugone* de *Langetuit*, *Roberto*

Vide Pat. 20 E. 4. part. 1. m. 6.

F. Pat. 24 H. 6. part. 2. m. 17.

Et cart. 5 E. 2. n. 12.

de *Scalzebi*, *Willielmo le Buteiler*, *Willielmo* de *Mileri*, *Roberto* filio *Jun: Richardo Barbot*, *Gervaſio* de **Barnebi**, *Sueni* filio *Tor* & *Jurdein* filio ſuo.

Carta Richardi *filii* Turgis, *de fundatione Abbatiæ de* Rupe.

Ibid. NOtum ſit omnibus videntibus vel audientibus Cartam hanc, quod ego *Richardus* filius *Turgis*, cum conſenſu uxoris meæ, & heredum meorum, dedi Deo & ſancte *Mariæ*, & monachis de *Rupe*, pro ſalute animæ meæ, & omnium anteceſſorum meorum, totam terram de diviſis de **Etrichetorp**, uſque ad ſupercilium montis ultra rivulum qui currit de **Fogſwelle**, & ſic ad acervum lapidum qui jacet in ſarta *Elſi*, & ſic ultra viam uſque ad *Wlvepit*, & ſic per caput culture de **Hertelhou**, uſque ad diviſas de **Blemoſtun**. Totam illam terram, & totum boſcum infra has diviſas, & communem paſturam totius terræ meæ, & quinginta carrectas unoquoque anno in boſco meo de **Wicherefleſ**, ubi ego providebo, vel aliquis de parte mea, in perpetuam elemoſinam, liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio, eo tenore, ut conſtruant abbatiam ex qualibet parte aquæ voluerint, ſecundum quod ſitus loci melius condonabit, *Richardo* filio *Turgis* & *Richardo* de *Bulli* inter ſe concordantibus & concedentibus ut ambo fundatores abbatiæ ſint, in cujuſcunque parte aquæ evenerit. Teſtibus *Ada* de *Nove-foro*, *Hugone* de **Stentune**, *Odone* filio *Johannis*, *Willielmo* filio *Raven*, *Jordano Painel*.

Carta Richardi *de* Bulli *de* **Ailrictorp**.

Ibid. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam preſentibus quam futuris, *Richardus* de *Bulli*, ſalutem. Notum ſit omnibus videntibus & audientibus literas has, quod ego *Richardus* de *Bulli*, conſilio & conſenſu uxoris meæ, & heredum meorum, dedi Deo & ſancte *Mariæ*, & monachis de *Rupe*, pro ſalute animæ meæ, & omnium amicorum meorum, **Eilrichetorp** & quicquid ad illam pertinet in omnibus rebus. Et conceſſi eis terram *Willielmi* de *Alz*, quam pater meus dedit illis, & terram quam habent de *Roberto* milite meo de **Scalzbi** prædicti monachi, & conceſſi tenere in perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio ſive dono. Hujus donationis Teſtes ſunt *Willielmus* filius & hæres meus, & *R.* filius meus, *Radulfus* presbyter, *Hugo* clericus de **Roderham**, *Robertus* de **Bulli**, *Willielmus* de **Sandebi**, magiſter *Willielmus* de **Duningetun**, *Richardus Barret*, *Willielmus Barbot*, *Radulphus* de **Turlavestun**.

Carta Johannis *de* **Bulli** *filii* Richardi *de* **Bulli**.

Ibid. OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris Johannes *de* **Bulli** *ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & hac carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ* Mariæ *& monachis de* Rupe *pro ſalute animæ meæ & animarum patris & matris & omnium anteceſſorum & heredum meorum, omnes donationes & libertates ſine ullo retinemento quas* Ricardus *de* **Bulli** *pater meus eis dedit & cartis ſuis confirmavit; ita quod foſſatum prædictorum monachorum ſicut factum eſt circa boſcum ſuum remanebit in bono & pace ſine omni clamore commune de me & heredibus meis præter eria ſperneriorum quæ prædicti monachi mihi conceſſerunt. Conceſſi etiam prædictis monachis foſſata facere & includere circa campos ſuos inter boſcum de* **Paltebi** *& inter campos de* **Sandbec** *infra terminos ſuos ſecundùm voluntatem ſuam ſalvis duabus viis; ſcilicet* **Bolgate** *& via qua venit de* Blida. *Hæc omnia conceſſi & confirmavi prædictis monachis in puram & perpetuam elemoſinam liberam & quietam ab omni ſeculari ſervitio & ab omni re quæ ad terram pertinet. Ita quod ego & hæredes mei warantizabimus eis & defendemus iſtam elemoſinam contra omnes. Hiis teſtibus* Nicholao *perſona de* **Tikehill**, Humfrido *clerico*, Willielmo *capellano de* Caſtello, Roberto *filio* Pagani, Radulpho *filio ejus*, Hugone Seancebi, Hugone *filio* Roberti, Roberto *de* **Berewe**, Hugone *le* **Engleis**, Thoma *ſerviente*. *In curia de* **Tikehill**.

Teſtificatio Ricardi *de* **Boyvill** *de mantrio de* **Sandebec**.

Ibid. OMnibus has literas viſuris vel audituris & præcipue duodecim militibus electis ad faciendam magnam aſſiſam inter *Robertum* de *Veteriponte* & abbatem de *Rupe*, *Ricardus* de **Boyvill** ſalutem in domino æternam. Volens vos certificare ſuper ſacramento quod facturi eſtis vobis præſentibus teſtificor in veritate quod Deus eſt, & per baptiſma quo baptizatus & per militiam quam indutus quod die ſancti *Egidii* anno domini MCCxlj, Domina mea *Idanea* de **Bulli**, mera & ſpontanea voluntate & libera poteſtate corporis ſui cum magna deliberatione mentis dedit eccleſiæ de *Rupe* totum manerium de **Sandbec** cum carucis, & omnibus aliis in eo exiſtentibus, & cum omnibus ad illud pertinentibus, coram pluribus ex amicis & fidelibus ſuis tunc ibi præſentibus, domino *Johanne* de **Crorton**, domino *Thoma* de **Eury**, domino *R.* de **Boyvill**, militibus; domino *J.* de **Ponby**. In craſtino ſancti *Egidii* ſcripta fuit carta hujus donationis, & ſignata magno ſigillo dominæ, & privato, in craſtino nativitatis beatæ *Mariæ* proximò ſequenti.

Carta *Matildis* de **Lunetot** relictæ *Gerardi* de **Furnivall**.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Ebor.* *OMnibus ſanctæ eccleſiæ filiis præſentibus & futuris* Matildis *de* **Lunetot**, *quondam uxor* Gerardi *de* **Furnivall**, *ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod ego in viduitate mea, & in propria poteſtate corporis mei, conceſſi, & hac carta mea confirmavi Deo, & beatæ* Mariæ, *& monachis de* Rupe *pro ſalute animæ meæ, & domini mei* Gerardi *de* **Furnival**, *& omnium anteceſſorum, & hæredum meorum omnes terras in territorio de* **Tatewith**, *cum omnibus pertinentiis, quas* Radulphus Tortemains, *&* Willielmus Tortemains, *&* Willielmus *de ſancto* Paulo, *&* Nicholaus

cholaus *de sancto* Paulo *eisdem monachis dederunt, tenendas & habendas, sicut carta eorum, quas inde habent testantur. His testibus,* Roberto *persona de* **Pitterton** *tunc senescallo,* Radulpho *de* **Ecclesshale,** Philippo Scrop, Waltero *de* **Peyr,** Rogero Wilton, Willielmo *de* **Lindzich,** Radulpho *de* **Baunent.**

Carta Edmundi *de* **Lasey,** *Constabularii* Cestriæ.

Ibid. SCiant præsentes & futuri, quod ego *Edmundus* de **Lascy** constabularius *Cestriæ,* concessi & hac presenti Carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ,* & Abbati & Conventui de *Rupe,* ordinis *Cisterciensis,* omnes donationes & venditiones eis factas in baronia mea de *Pontefracto,* & in constabularia mea, & in baronia mea de **Tikehill,** & in Socagio meo de **Suaid**; Quas, scilicet donationes & venditiones tenuerunt in Pascha, anno gratiæ millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, secundum tenorem cartarum donatorum vel venditorum; Hanc concessionem feci eis & confirmationem pro salute animæ meæ, & patris mei *Johannis* de **Lascy,** & *Margaretæ* matris meæ, & *Alesiæ* uxoris meæ, & omnium antecessorum & hæredum meorum. His Testibus domino *Ada,* tunc Abbate de **Birkestall,** domino *Johanne* de **Poderone,** tunc Seneschallo de *Pontefracto, Roberto* de *sancto Andrea, Johanne Beke* militibus, domino *Osberto* tunc Rectore Ecclesiæ de *Silkeston,* domino *Roberto* de **Nottingham** tunc Rectore Ecclesiæ de **Almanbury,** magistro *Willielmo* de **Lichefeld,** Rectore Ecclesiæ de **Brailon,** & multis aliis.

1258.

Carta *Willielmi* Comitis **Warenn** de decima anguillarum in * **Yoffeld.**

* Vulgo *Hatfeld.*

Ibid. WIllielmus *comes* **Warenn** *maneriis suis de* **Brademare** *salutem. Sciatis me caritatis intuitu dedisse Deo, & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* Rupe, *& monachis ibidem Deo servientibus, decimam de toto redditu meo anguillarum mearum de omnibus piscariis meis, quæ sunt in parochia de* **Yoffeld,** *de* **Thorne,** *& de* **Fillak,** *præter plenam decimationem anguillarum mearum quæ pertinet ad monachos de* **Lewis,** *in puram & perpetuam elemosinam. Quare mando vobis quod prædictam decimam eis habere faciatis annuatim sine omni dilatione & occasione. Et in cujus rei testimonium mitto vobis has literas meas patentes.*

Valete.

Carta Johannis Lyvett *filii & hæredis* Willielmi Lyvett *de toto statu suo in fundatione abbatiæ de* **Roche.**

Ex autographo penes *Thomam Levet* super de *Tikesover* in com. *Rutl.* asmuseti.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Johannes Lyvett* filius & hæres *Willielmi Lyvett* de **Yoton-Lyvett,** dedi, concessi, & hac præsenti carta mea confirmavi *Richardo Barry* civi & mercatori **London** totum statum meum quem habeo vel antecessores mei unquam habuerunt in fundatione abbatiæ *de le* **Roche** in comitatu *Eboraci,* simul cum patronagio & vacatione ejusdem abbatiæ cum vacaverint, & cum toto dominio meo quod habeo vel quod prædicti antecessores mei unquam habuerunt in prædicta abbatia ratione fundationis ejusdem, vel alicujus alterius tituli. Do etiam & concedo eidem *Richardo* quendam redditum duorum solidorum & sex denariorum exeuntem de omnibus illis terris & tenementis cum pertinentiis suis quæ data fuerunt per antecessores meos prædictos in fundationem abbatiæ prædictæ, simul cum uno obolatu redditus cum pertinentiis suis exeunte de quodam molendino fullonico scituato in abbatia prædicta dato in parcellam fundationis ejusdem abbatiæ, qui quidem redditus fuerat reservatus per antecessores meos prædictos & hæredes suos imperpetuum de prædictis terris & tenementis, & de molendino prædicto cum pertinentiis suis super donationem earundem terrarum simul cum tenementis & molendino prædicto, in fundationem abbatiæ prædictæ. Do etiam & concedo eidem *Richardo* omnimoda alia servicia mea cum omnibus commoditatibus temporalibus & spiritualibus, cum omnibus proficuis, & pertinentiis suis quæ habeo vel aliqualiter habere debeo de prædicta abbatia causa cujuscunque reservationis super fundatione abbatiæ prædictæ. Habenda & tenenda omnia prædicta, scilicet statum meum in fundatione prædicta simul cum patronagio & vacatione prædictis, & cum toto dominio meo supradicto, & prædicto redditu, cum omnibus aliis prænominatis & eorum omnium pertinentibus, præfato *Richardo* hæredibus & assignatis suis, ita liberè, integrè & quietè, sicut ego vel aliquis antecessorum meorum unquam aliquem statum in eisdem habuimus vel ea habere possimus imperpetuum. Percipiendum redditus prædictos in forma prædicta; scilicet prædictos duos solidos & sex denarios de omnibus terris & tenementis prædictis, excepto prædicto molendino & obulato redditus de eodem molendino cum pertinentiis suis, ad terminos usuales: Et ego prædictus *Johannes* & hæredes mei totum statum meum in fundatione prædicta simul cum patronagio & vacatione prædictis, & cum toto dominio meo supradicto & prædictos redditus cum omnibus aliis servicius, & proficuis temporalibus & spiritualibus supradictis cum omnibus eorum pertinentiis & omnia alia prænominata in hac præsenti donatione mea contenta præfato *Richardo* hæredibus & assignatis suis in forma prædicta contra omnes gentes warrantizabimus & imperpetuum defendemus. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ meæ sigillum meum appposui. Hiis testibus, dominis *Johanne Fitz-William, Willielmo* de **Meleton,** *Thoma* de **Meteham** militibus, *Henrico* de **Grenon,** *Willielmo* de **Yalaghby,** *Roberto* de **Persil,** & aliis. Datum apud **Yoton** quæsimo die Februarii anno regni Regis *Edwardi* tertii post conquestum quinquagesimo primo.

&c. Carta *Ydonea* de *Veteriponte* de manerio de **Sandbec.**

Ex autog. in turri Abbatiæ Ebor.

SCiant præsentes & futuri, quod ego Ydonea de Veteriponte, *in viduitate mea, & in libera potestate corporis mei, dedi, concessi, & hac præsenti carta mea confirmavi, Deo & beatæ* Mariæ, *& monachis de* Rupe, *pro salute animæ meæ & omnium*

omnium antecessorum & haredum meorum in dotem ad dedicationem ecclesia sua de Rupe, totum manerium meum de **Sandbec**, *cum corpore meo, cum homagiis & servitiis tam liberorum hominum quam custumariorum, & cum omnibus communis, & libertatibus, & aisiamentis ad dictum manerium pertinentibus, ubique infra dictam villam* **Sandbec**, *& extra sine retenemento. Tenendum & habendum in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni servitio, consuetudine, exactione & demanda. Et ego* Idonia *& haredes mei warantizabimus dictum manerium de* **Sandbec** *cum omnibus pertinentiis suis dicto monacho, & adquietabimus & defendemus in perpetuum versus omnes. Ad majorem autem hujus rei securitatem huic scripto sigillum meum apposui. His testibus*, Johanne *de* **Croyston**, Thoma *de* **Eug**, Johanne *de* **Steinton**, Richardo *de* **Pozbiri**, Roberto *de* **Wykersby** *militibus*, Waltero *camerario tunc seneschallo de* **Tykehill**, Petro *de* **Maddewozth**, Wilhelmo *de* **Steinton**, Johanne *de* **Monteby**, Hugone *de* **Scelhale**, Johanne *de* **Wluethwait**.

Antiqui domini manerierum de **Elreton** *&* **Tadewyke**.

Ibid. ANte tempus *Willielmi Bastard* in *Angliam* erat quidam dominus integer de maneriis de **Elreton**, & **Tadewyke**, qui vocabatur *Symon* filius *Thorn*. In cujus tempore venit *Willielmus Bastard* conquestor. Qui *Symon* habuit tres filias, & hæredes : videlicet *Mariam, Matildam & Cassandram*. Quæ *Maria* fuit data & desponsata per conquestorem, cuidam *Humfrido* de **Wallingburne**, ac militi comitis de *Westmorlandia*. Et habuit dictus *Humfridus*, cum dicta *Maria* in hæreditate, totum dominium de **Elreton**, cum omnibus wardis, releviis, eschaetis &c. De quibus domino *Humfrido* & *Maria*, venerunt duo filii, videlicet *Matheus*, & *Edwardus*. Cui *Matheo*, dicta *Maria* mater ejusdem, dederat & concesserat omnes terras, & tenementa quæ habuit in **Elreton** cum pertinentiis, excepto *Galfrido Toppynge* nativo suo, cum sequela sua, cum uno tofto & crofto, & duabus bovatis terræ, quæ idem *Galfridus* tenet de ea in villenagio in eadem villa. Habendum & tenendum prædictas terras & tenementa eidem *Matheo* & hæredibus suis de corpore suo legitime procreatis de eadem & hæredibus suis. Reddendo inde annuatim sibi, ad totam vitam suam viginti libras argenti ad terminos, in carta sua ei inde confecta contentos. Et etiam si objerit prædictus *Matheus*, sine hærede de se legitime procreato, quod prædicta tenementa remanerent *Edwardo* fratri suo, & hæredibus suis de corpore suo legitime procreatis. Ita tamen quod si dictus *Edwardus* obierit sine hærede de se legitime procreato, quod ex tunc dicta tenementa dictæ *Mariæ* & hæredibus suis revertentur in perpetuum. Postea idem *Matheus*, cum assensu & confirmatione *Mariæ* matris ejus, omnia prædicta tenementa, quæ habuit ex dono matris suæ prædictæ ut prædictum est, excepto bosco suo in eadem villa, dederat & concesserat per scriptum suum cyrographatum, domino *Asculpho* de **Clesby**, & *Asculpho* nepoti suo, tenenda ad terminum vitæ eorum *Asculphi* & *Asculphi*, vel alterius eorum diutius viventis, tantum, sicut in scriptis cyrographatis, inter prædictum *Matheum*, *Asculphum* & *Asculphum* continetur. Qui verò prædictus *Matheus* habuit tres filios, scilicet *Huganem*, *Andrigdam* & *W.* sed fuerunt extra matrimonium geniti. Tunc infra prædictos annos, discessit prædictus *Matheus* ab hoc seculo. Et sic defiit sanguis dicti *Mathei* de corpore suo legitime procreatus. Tunc venit superstes, & succedit in hæreditate junior frater, videlicet *Edwardus*. Qui *Edwardus* genuit duas filias & hæredes scilicet *Isabellam* & *Julianam*. Prædicta verò *Isabella* senior soror, disponsata fuit *Roberto*, ac filio & hæredi *Thomæ* de **Stanlay**. De quibus venerunt tres filiæ scilicet *Idonia*, *Avicia* & *Isabella*, in matrimonio legitime procreatæ, quæ quidem *Idonia* & *Avicia* infra duodecim annos, ab hoc seculo migraverunt ad dominum & tertia filia, scilicet *Isabella*, remanens ut hæres, desponsata fuit *W.* ac filio *T. Baldinsun*, de quibus venerunt tres filii, & duæ filiæ, scilicet *Robertus*, *Nicholaus*, *Willielmus*, *Alicia*, & *Juliana*, in matrimonio legitime procreati. Item *Juliana* junior soror desponsata fuit cuidam armigero, nomine *Roberto*, ac filio domini *Willielmi* de **Haringeton**. De quibus venerunt duo filii, & tres filiæ in matrimonio legitime procreati ; scilicet *Jacobus*, *Andreas*, **Frethsand**, *Alicia* & *Isabella*, & sic remanet totum dominium de **Elreton** rectis hæredibus, *E.* filii *Mariæ*, ac uxoris domini *Humfredi* de **Wallingburn**.

Item de secunda sorore scilicet *Matilda*, quæ fuit data & desponsata per dictum conquestorem cuidam *Radulfo Tortemayns*, ac armigero domini *Lovetofte*. De quibus *Radulfo* & *Matilda*, venit alius *Radulfus Tortemayns* filius & hæres, qui vendidit domui de *Rupe* parvam **Tadewyke**, & quicquid ad villam pertinet. Et de illo secundo *Radulfo*, venit *W. Tortemayns* filius & hæres, qui vendidit manerium de **Tadewyke** *Radulfo Horbiry* militi, de quo *Radulfo* venit dominus *Johannes Horbiry* filius & hæres, qui iterum vendidit prædictum manerium *Edwardo Wastrnays*, qui modo est.

De tertia sorore, scilicet *Cassandra*, quæ fuit desponsata cuidam armigero, per prædictum dominum *Lovetofte*, *W.* de sancto *Paulo* nomine, de quibus *W.* & *Cassandra*, venit *Nicholaus* de sancto *Paulo* filius & hæres. Qui *W.* & *Nicholaus* contulerunt domui de *Rupe*, totam terram suam inter **Botyldewelewange**, & grangiam, & totam dominationem, & omnia servitia pertinentia de septem bovatis terræ, & etiam totam terram & boscum & redditum quæ diratiocinavit de *Michaele* de **Patroners**. Item de illo *Nicholao* venit *Gilbertus* filius & hæres, & duravit in hæreditate sex annis tantum, & de illo *Gilberto* venit *Alicia* filia, & hæres, & desponsata fuit *Gregorio* de **Tadewyke**, de quibus *Alicia* & *Gregorio* venit *Willielmus* de S. *Paulo* qui nunc est.

Carta Hadeliæ *Comitissa de* **Augy**.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentibus & futuris *Hadisia* comitissa **Augy** quondam Ibid.

quondam uxor *Radulfi* de **Ysonvm** comitis **Angg** salutem. Noverit universitas vestra quod ego in viduitate & in propria potestate corporis mei constituta, pro salute animæ dicti *Radulfi* domini mei & pro salute animæ meæ & *Radulfi* filii mei & omnium antecessorum & hæredum meorum concessi & hac carta mea confirmavi monachis abbatiæ sanctæ *Mariæ* de *Rupe*, situm ejusdem abbatiæ, & grangiam de **Aggecroft** cum pertinentiis, & boscum de **Lundzic** sicut fossato includitur, in puram & perpetuam elemosinam Et præterea omnes terras & possessiones quas habent in baronia de **Tikehill** cum omnibus pertinentiis libertatibus communis & aisiamentis in boscis & planis & in omnibus locis sicut rationabiles cartæ donatorum & venditorum suorum continent & testantur. His testibus, domino *Willielmo* comite *Warenne* avunculo meo, *Philippo* de **Ulecotes**, *Willielmo* de **Cressi**, *Mavesin* de **Hersy**, *Baldewino* fratre ejus, *Matheo* de *Shepeleya*, militibus. Dat. apud **Tikehill** anno gratiæ millesimo ducentesimo nonodecimo.

Confirmatio donationum, per Papam *Urbanum* tertium.

Ibid. URbanus *episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis* Osmundo *abbati de* Rupe *ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis: In Christo salutem. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos à proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium de* Rupe, *in quo divino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicis recordationis prædecessoris nostri* Lucii *Papæ, sub beati* Petri *& nostra protectione suscipimus & præsentis scripti privilegio communimus: In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum domini & beati* Benedicti *regulam atque institutionem* Cisterciensium *fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidē temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones quæcunque bona idem monasterium in præsenciarum juste & canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis præstante domino poteris adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant: In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.*

Ex dono Ric. *de* **Builli**, & Richardi *de* **Wikeresl**, *locum ipsum in quo abbatia vestra sita est. Ex dono domini* Henrici *Regis secundi, centum acras in* **Lyndzic** *juxta eandem abbatiam. Ex eorumdem dono grangiam* **Aggacroft**, *cum pertinentiis suis. Ex dono ejusdem* Ricardi *de* **Builli** & Hug. *de* **Dzigwzt Lambecroft** *cum pertinentiis suis. Ex dono* Leonis *de* Manners Brantecliva *cum pertinentiis suis. Ex dono* Radulfi Torteſmanle, **Tatewic** *cum pertinentiis suis. Ex dono* Willielmi Avenell, Anes . . . . . *cum pertinentiis suis. Ex dono* Walteri *de* **Scoteni**, **Rokesbyc** *cum pertinentiis suis. Ex dono* Symonis *filii* Symonis, *terram in* **Insselbyc**, *cum pertinentiis suis. Ex dono* Himelini Birdouſe, & Roberti *filii* Eudonis, *terram de* Wintringtona *cum pertinentiis suis. Ex dono* Roberti *de* **Scalcebyc**, & Adæ *de* Novo-foro & Rogeri *de* **Par**, **Newsum** *cum pertinentiis suis. Ex dono* Willielmi Vavassoris, **Thirnesco** *cum pertinentiis suis. Ex dono* Gervasii *de* **Barneby** *grangiam in* **Barneby** & **Brawith**. *Ex dono* Thomæ *de* **Arnelzorp**, *grangiam in eadem villa. Ex dono* Roberti *filii* Pagani, Wellingleia *cum pertinentiis suis, & totam terram quod habetis in territorio de* **Wadburthe**. *Ex dono* Willielmi *de* **Poles** & Willielmi *filii* Gerardi, Sezaeres *cum pertinentiis suis. Ex dono* Symonis *de* **Plesset**, **Alhoure** *cum pertinentiis suis. Ex dono* Roberti *filii* Glai *terram & nemus de* **Cunresbzuig** *usque apud* **Witewelle** *inter viam & rivulum. Ex dono* Willielmi Flandrigene *totam terram quam tenuit* **Ligulf** & *quoddam essartum suum proprium quæ est inter* **Pestwelle** & *essartum* Ormi *hominis* Adæ *filii* Swani *cum omnibus pertinentiis, Ex dono* Girardi *de* **Strap** *quandam turbariam in territorio ejusdem villæ. Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus à vobis decimas exterquere præsumat (&c) Dat.* Veron. *per manum* Alberti *S.* Romanæ *ecclesiæ presbiteri cardinalis & cancellarii, vij. Idus Aprilis, indictione quarta, incarnationis dominicæ anno MClxxxvij. Pontificatus verò domni* Urbani *Papæ tertii, anno primo.* 1188.

Successio Abbatum.

MEmorandum, quod in anno gratiæ millesimo centesimo quadragesimo septimo fundata est domus de *Rupe* tertio kalendas Augusti, in qua primo abbatizavit frater *Durandus* xij. annis; post cum *Dionisius* aliis xij. annis; & post eum *Rogerus* de *Tikehilla* viij. annis; & post eum *Hugo* de **Waddewozth** v. annis; cujus tempore empta fuit grangia de **Roreby**, & domus obligata in magnis debitis in Judaismo. Item post eum *Osmundus* cellararius de *Fontibus* xxxix. annis, cujus tempore remisit Rex *Richardus*, dictæ domui, mille, & trecentas marcas de Judayſmo; cujus autem anno septimo vel octavo factus est procurator dictus abbas *Osmundus*, *Stephani* cardinalis, de omnibus proventibus suis in *Anglia*; ita quod tam ipse, quam *Reginaldus* qui quindecim annis abbatizavit, & *Richardus* qui sextendecem annis, & etiam *Walterus* qui quatuordecem annis, usque ad undecimum annum suum, receperunt de bonis dicti cardinalis ad diversos terminos annuatim ad summam CCCC. marcarum; de qua pecunia sibi competenter providerunt, tàm in nutriciis, quàm in omnibus terris, tenementis, redditibus multiplicandis, & ex dictis bonis illius cardinalis, per quinquaginta tres annos, in tantum ditati sunt, quod quasi sapientes, & nullius boni temporalis indigentes comprobantur. Præterea habuimus prebendam de **Lacon** pro tentum marcis per tantum tempus. Ex vetusta membrana in turre S. *Mariæ Ebor.* A. 1147.

Durandus primus abbas de *Rupe* 12 *Stephani. Dionisius. Rogerus* de *Tikehilla. Hugo* de **Waddewurth**. *Osmundus* 13 *Joh. Reginaldus. Richardus. Walterus. Alanus* abbas. *Jordanus. Philippus.*

Carta

Carta *Ernaldi* de **Percy**.

Ibid. NOtum *ſit omnibus iſtas literas audientibus, quod ego* Ernaldus *de* **Percy** *concedo* Radulfo *de* Novilla *donationem quam fecit ſanctimonialibus de* Hotona; *ſcilicet duas carucatas terræ & unam bovatam, & molendinum unum in* **Lozp**, *ſalvo ſervicio quod* Radulfus, *& hæredes ſui debent mihi & hæredibus meis facere pro illo feudo, ſicuti pro alio. Teſtibus his,* Radulfo *archidiacono & capitulo apud* **Stokeſlai**, *& abbate de* Beglanda, *& Priore de* **Gisburne**, *& Priore de* **Kirkeburc**, *&* Humfrido *de* **Hotun**, *&* Johanne Engeram.

HOTONENSIS *Prioratus in agro* Eboracenſi.

Carta fundationis per Adam *de* **Bzus**.

Ex autographo penes ..... dominum *Fairfax de Gilling in com. Ebor.* ADam de **Bzus** omnibus amicis & hominibus, *Francis*, & *Anglis*, ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me dediſſe, & conceſſiſſe licentiam *Radulfo* de **Nevill**, facere habaciam ſanctimonialium, ad **Hoton**: ſcilicet, liberum matrimonium conjugis ſuæ. T. Priore de **Giſeburne**, & *Nicholao* canonico, & uxore mea, *Willielmo* capellano, *Waltero Engelram*, *Petro* de **Bzus**, *Leone* camerario, *Petro Wrenghe*, *Roberto Eſcarbot*, & *Alano Cato*, *Gregorio Goce* portario.

Carta *Willielmi* filii *Fulconis*.

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Ebor.* WIllielmus *filius* Fulconis *omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, & hominibus & amicis ſuis præſentibus & futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac carta mea confirmaſſe Deo, & ſanctimonialibus de* **Lozp**, *duas bovatas terræ in* Kildala *cum omnibus pertinentiis in perpetuam elemoſinam, Tenendas ſolutas & quietas ab omni actione ſeculari. Teſte,* Roberto *clerico de* **Parton**, Richardo *filio* Willielmi *de* **Lumeton**, Willielmo *de* **Poubzai**, Roberto *de* **Hotun**, Baldrico *de* **Parton**, & Willielmo *filio* Brien.

BASEDALENSIS *Prioratus in agro* Eboracenſi.

Carta Johannis *de* **Cuer**.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Ebor.* OMnibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Johannes* de **Cuer** ſalutem in domino. Noveritis me conceſſiſſe remiſſiſſe relaxaſſe & omnino de me & hæredibus meis vel aſſignatis imperpetuum quietum clamaſſe *Johanna* Prioriſſæ de **Baſedale** & ejuſdem loci conventui & earum ſucceſſoribus, totum jus & clamium quod habui, vel habeo, vel aliquo modo habere potero in homagiis & ſectis curiæ quibuſcunque, mihi & hæredibus meis, vel meis aſſignatis pertinentibus, de omnibus terris & tenementis quas & quæ in villa & territorio de **Birkeby** in **Clieveland** & **Ingelby** juxta **Ozenhaw** de me tenent. Ita quod nec ego, nec hæredes mei, nec aliquis alius nomine noſtro, aliquod jus vel clamium in prædictis homagiis & ſectis curiæ, de prædicta Prioriſſa & conventu ejuſdem loci, & earum ſucceſſoribus de cætero exigere vel vendicare poterimus in perpetuum. His teſtibus, dominis, *Nicholao* de **Meynill**, domino *Arnaldo* de **Percy**, domino *Roberto* de **Cuer**, *Willielmo* de **Poubzay**, *Johanne* de **Redmereſhill**, & aliis. Dat. apud **Baſedale** die lunæ prox. ante feſtum ſancti *Lawrencii*, anno Domini MCCCiiij.

Carta *Willielmi* de **Percy**.

Ibid. OMnibus *Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* Willielmus *de* **Percy** *de* **Kildale** *ſalutem. Noveritis me conceſſiſſe & hac præſenti carta mea confirmaſſe pro me & hæredibus meis Deo & beatæ* Mariæ *de* **Baſedale**, *& monialibus ibidem Deo ſervientibus, in puram & perpetuam elemoſinam, ſicuti aliqua elemoſina poteſt liberius conferri, duas bovatas terræ in villa de* **Upſale**, *cum toſto & croſto & omnibus pertinentiis ſuis; Illas ſcilicet quas* Stephanus *filius* Uſtingi *tenuit, jacentes propinquiores terræ dominæ* Agnetis *de* **Upſale** *per totum campum, & eundem* Stephanum *filium* Uſtingi *cum catallis ſuis & tota ſequela ſua, ſine contradictione aliqua. Tenendas & habendas prædictis monialibus in liberam puram & perpetuam elemoſinam, prout continetur in carta* Amiciæ *de* Tunſtall *quam inde habent. Et ut hac mea conceſſio & confirmatio rata & ſtabilis permaneat imperpetuum, huic ſcripto ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus, domino* Roberto *de* **Layſingby**, *domino* Ricardo *de* **Mozmaneby**, *domino* Waltero *de* **Skeftling**, *domino* Waltero *de* **Poubzay**, Thoma *de* **Thozpay** *tunc ſeneſcallo meo*, Alano *de* **Nevill**, Roberto *de* **Bayuſe**, *& aliis.*

Carta Regis Henrici *tertii, donationes recitans & confirmans.*

Ex autographo in turri B. *Mariæ. Ebor.* HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, dominus *Hiberniæ*, Dux *Normaniæ* & *Aquitaniæ*, comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac noſtrâ cartâ confirmaſſe, pro nobis & hæredibus noſtris, Deo & beatæ *Mariæ* & monialibus de **Baſedale** omnes donationes ſubſcriptas; videlicet, ex dono *Guidonis* de **Bovincurt**, totum redditum ſuum de **Kaderesby**. Ex dono ejuſdem *Guidonis*, totam terram quam habuit in **Neuby**, cum pertinentiis, excepto tenemento *Willielmi* de **Lumeton**. Ex dono ejuſdem *Guidonis* totam terram inter **Redemire**, & **Pewhemire**, cum toto boſco, & cilio montis, uſque in aquam quæ dicitur **Baſedalebec**, & ipſam prænominatam **Redemire**, ſcilicet ſicut **Hallokemire** cadit à celio

Vide etiam cartam H. 3. n. 2.

celio montis in **Basedalebec.** Ex dono *Radulphi* de **Nevill,** duas carrucatas, & unam bovatam terræ, cum tanto terræ spacio ad ædificationem suam faciendam, quanta sunt mansa in **Thorp** adjacentia supradictæ terræ, & unum molendinum cum pertinentiis in eadem villa. Ex dono prædicti *Guidonis* sex bovatas terræ in **Stokesley** cum pertinentiis suis, exceptis toftis ad eas pertinentibus, pro quibus dedit eis duas acras de cultura sua supra *Rubera* & quoddam pratum ad caput villæ de **Westerdale,** & pasturam ad viginti vaccas, & unum taurum, cum sua secta de duobus annis, & ad ducentas oves, sine secta, & ad duodecim porcos sine secta. Ex dono *Willielmi* filii *Fulconis* duas bovatas terræ in **Ryvale.** Ex dono *Stephani* de **Rosel** duas bovatas terræ cum toftis suis in **Neuton** cum tanto prato, quantum adjicet eisdem bovatis, & quandam partem terræ cultæ, latitudinis septem perticarum, cujus longitudo extenditur usque ad pratum versus **Stapelho,** & quoddam pratum de suo proprio, latitudinis perticarum, & pasturam ad sexaginta oves. Quare volumus (*&c.*) Hiis testibus, venerabili patre *W. Karl.* episcopo, *W.* comite *Albemarl. Petro* de *Malolacu, Godefrido* de **Cracumbe,** *Johanne* filio *Philippi, Amarico* de sancto *Amando, Richardo* filio *Hugonis, Willielmo Gernoun,* & aliis. Datum per manum venerabilis patris *R. Ciceſtrenſis* episcopi cancellarii nostri, apud *Dunelmum,* decimo die Septembris, anno regni nostri vicesimo.

Carta *Isabellæ* Prioriſſæ de **Basedale.**

Ibi[1]. *Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, has literas visuris vel audituris,* Isabel *Prioriſſa de* **Basedale** *salutem. Cum ex gratia liberalitatis suæ nulli debeant dispendium sustinere, ad multiplices gratiarum actiones & orationes in Christo tenemur* Roberto *de* Longo-Campo *abbati, & monachis beatæ* Mariæ Eboracensis, *quod ipsi dictæ pietatis intuitu de voluntate* Geraldi *personæ de* **Stocheſley,** *nobis cimiterium in* **Basdale,** *ad sanctimoniales, & sorores, & fratres nostros qui habitum nostrum susceperint, ibidem sepeliendum, liberaliter concesserunt. Servientes tamen, & homines sepulturam & omnia alia ecclesiastica sacramenta, a matrici ecclesia de* **Stocheſley** *percipient. Domus vero nostra de* **Basdale,** *ecclesiæ beatæ* Mariæ Eboraci, *in assumptione beatæ* Mariæ, *dimidiam libram incensi singulis annis persolvet. Et nihil amplius quam prædictam sepulturam sibi vendicabit de matrici ecclesia de* **Stocheſley.** *Hiis testibus, domino* Roaldo *Priore de* **Giseburn,** *domino* Guidone *de* **Bovingcurt,** Laurentio *decano de* **Deilton,** Helia *decano de* **Rudale,** Gerardo *personæ de* **Stocheſlei,** Roberto *personæ de* Mortona, Alano *de* **Wiltone,** Willielmo *de* **Perci,** Radulpho *de* **Nevile,** Willielmo *de* **Thameton,** Waltero *de* **Boigton,** Thoroldo *capellano,* Thugisio *clerico,* Roberto Bacheler, Richardo *de* Camera, Osberto *janitore, & multis aliis.*

Carta Guidonis *de* **Bovincurt** *fundatoris monialium de* **Basedale,** *facta eisdem monialibus, de sex bovatis terræ in* **Stokesley,** *& aliis rebus.*

SCiant præsentes & futuri, quod ego *Wydo* de **Bovigcurt,** dedi & concessi, & hac præsenti charta mea confirmavi Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Basedal,** & monialibus ibidem Deo servientibus, pro anima *Roberti Bovigcurt,* & *Bernardi* de **Baliol,** & pro anima mea, & pro animabus omnium antecessorum meorum, & hæredum meorum, sex bovatas terræ in **Stokesley,** cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus, aysiamentis infra villam & extra, exceptis toftis ad easdem bovatas pertinentibus, pro quibus dedi eis duas acras de mea cultura super **Ruber** juxta domum *W fabri,* scilicet illas duas bovatas terræ, quas *Willielmus L'enfant* tenuit, & illas duas bovatas terræ, quas *Robertus Ra.* tenuit, & illas duas bovatas terræ quas *Adam* filius *Huberti* tenuit. Ad hæc autem dedi prædictis monialibus duas bovatas terræ in **Westerdale,** illas scilicet quas *Augustinus* tenuit, cum toftis & croftis eisdem bovatis pertinentibus, & cum aliis pertinentiis suis & libertatibus infra villam & extra, & in bosco ad sufficientiam ad ardendum & ædificandum apud locum suum de **Westerdale.** Dedi etiam præfatis monialibus quoddam pratum ad caput villæ de **Westerdale** apud austrum de sub **Kelholes,** in proprio usu, & in clauso: in quo prato quatuor acræ continentur, & pasturam ad viginti vaccas, & unum taurum, cum sua secta de duobus annis, & ad ducentas oves, & ad undecim sues, & unum senglarium cum sua secta de duobus annis, & ad quinque jumenta ad unum stalonum, cum sua secta de duobus annis; & ad decem boves, & unum afferum ad carucam suam per omne territorium præfatæ villæ de **Westerdale,** longè & propè absque ullo retenemento, exceptis pratis, & bladis, ubi post ablatam vesturam, libere pascentur. Hæc omnia prænominata dedi & concessi prædictis monialibus, Tenenda & habenda de me & hæredibus meis in liberam & puram & perpetuam & quietam elemosinam ab omni seculari servitio, & consuetudine sicut aliqua elemosina liberius dari potest. Hiis testibus, *Petro* abbate de **Whiteby,** *Radulpho* Priore de **Whiteby,** *Ranulpho* monacho de eadem, *Roaldo* Priore de **Gyseburn,** *Petro* celerario de eadem; *Willielmo* de **Percy,** *Rogero* de sancto *Germano, Willielmo* de **Tameton,** *Helya* de **Eston,** *Willielmo* de **Nowbay,** & aliis.

Ibi.

SALLEYENSIS *Abbatia in agro* Eboracensi.

ANNO ab incarnatione domini MCxlvij. kal. Januarii, emissus est conventus, cum abbate *Benedicto,* ad construendum abbatiam de *Salleia,* petente & præparante eis locum nobili

Ex regiſtro de *Sallaia* in bibl. *Dugdaleiana.*

A. 1147.

viro *Willielmo* de **Percy**, viij. idus Januarii. Fundata eſt ipſa die, luna prima.

Carta prima ejuſdem Willielmi.

VV *Illielmus* de **Percy**, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Francis* & *Anglis*, clericis, & laicis, præſentibus & futuris ſalutem. Notum ſit vobis omnibus me communi conſilio & conſenſu uxoris meæ & liberorum meorum dediſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & abbati *Benedicto* & monachis abbatiæ de *monte ſancti Andreæ* quam ego ipſe conſtruxi, pro Dei amore & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & liberorum meorum, & fratrum meorum, dominorum meorum, & omnium amicorum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, parentum & amicorum meorum, cunctorum fidelium defunctorum, **Sallaym**, & **Dudelant**, & **Yelwinethorp** cum omnibus appenditiis & rebus eiſdem terris pertinentibus, in boſco & in plano, in paſcuis & in pratis, & in aquis, in puram & perpetuam elemoſynam. Et præter hæc concedo eis unam carucam in **Kimington** quam *Normannus Huctredi* filius eis dedit & conceſſit in elemoſynam perpetuam, & duas bovatas terræ in *Hilleclaia* de donatione *Roberti* dapiferi mei. Iſta & omnia illorum & aliorum meorum hominum dona illi eccleſiæ imperpetuum optinenda confirmo. Teſtes ſubſcripti ſunt, in quorum audientia hæc carta facta lecta & conceſſa fuit, ſcilicet *Alanus* filius *Willielmi* de **Percy**, *Willielmus* de **Arches**, *Gilbertus* de **Arches**, *Bertrannus Haget* & *Faricius* frater ejus, & alii multi.

Carta ſecunda Willielmi *primi de* **Perci** *de* **Sallai, Dudeland, Crocum, Kilwinethorp, Stainton.**

Ibid. IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, *Eboracenſi* archiepiſcopo, omniq; ejuſdem eccleſiæ capitulo, & univerſis ſanctæ eccleſiæ filiis nunc exiſtentibus, & deinceps futuris, *Willielmus* de **Percy** ſalutes. Noverit igitur præſens ætas omniumque ſecutura poſteritas me communi conſilio & conceſſu uxoris meæ & liberorum meorum dediſſe & conceſſiſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* & abbati *Benedicto*, & monachis abbatiæ de *monte ſancti Andreæ Sallaie* quam ego ipſe conſtruxi, pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, & uxoris meæ, & liberorum meorum, & fratrum meorum, dominorum meorum & omniũ amicorum meorum, & pro animabus patris & matris meæ, parentum & amicorum meorum, cunctorumque fidelium defunctorum, *Sallaiam* & **Dudelant** & **Elwinuthorp** & **Crochum** & omne ſervitium de **Stainton** quod ad me pertinuit, cum omnibus appendiciis & rebus eiſdem terris pertinentibus, in boſco & in plano, & in paſcuis & in aquis, ſolutas & quietas & liberas ab omnibus terrenis ſervitiis, in puram & perpetuam elemoſynam. Teſtibus ſubſcriptis in quorum audientia hæc carta facta fuit lecta & conceſſa, *Alano* de **Percy** filio ejuſdem *Willielmi* de **Perci**, *Willielmo* de **Arches**, *Gilberto* de **Arches**, & aliis multis. Et hi teſtes de **Crochum**, *Gillebertus* filius *Fulconis*, *Robertus* dapifer nepos ejus, *Gilbertus* de **Arches**, *Robertus* de **Perci** & alii quamplures. Et hi teſtes donationis & confirmationis de **Stainton**, *Gilbertus* filius *Fulconis*, *Robertus* de **Percy**, *Robertus* Dapifer, *Gilbertus* de **Arches**, necnon & alii quamplures tam clerici quam laici quorum nomina ſeriatim inſerere perlongum foret. Valete.

Carta H. *de* **Percy** *de eccleſia de* **Gargrave.**

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus, & futuris, *Henricus* filius & hæres domini *Henrici* de **Perci**, ſalutem in domino. Noveritis nos paupertatem, & cauſam paupertatis, abbatiæ noſtræ de **Sallay** in **Craven**, de fundatione anteceſſorum noſtrorum, conſideraſſe, eidemque abbatiæ in aliquo ſubſidio, ut honeſtè ſuſtentari poſſit, miſericorditer providere cupientes, In honore Dei, & beatæ *Mariæ* virginis, & pro ſalute animæ noſtræ & *Alienoræ* ſponſæ noſtræ, & omnium hæredum noſtrorum dediſſe, & conceſſiſſe, & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo, & beatæ *Mariæ*, & abbati, & monachis noſtris de **Sallai** ibidem Deo ſervientibus, eccleſiam ſancti *Andreæ* de **Gatrgrave** in **Craven**, cum omnibus pertinentiis, integritatibus, & omnibus penſionibus, à quibuſcunque religioſis, ſeu ſæcularibus, qualitercunque debitis, cum omnibus juribus ſuis, & libertatibus, capellis, & capellanariis, una cum omnibus proficuis, quæ ad dictam advocationem accidunt, vel aliquo modo accidere poterunt in perpetuum. Et bene liceat dicto abbati, & ſucceſſoribus ſuis, dictam eccleſiam de **Gayrgrave**, cum omnibus juribus, & ſuis pertinentiis ſupradictis, capellis, & capellanariis in proprios uſus adquirere, & poſſidere quandocunque poterunt, vel ſibi viderint expedire, ſine contradictione noſtri vel hæredum noſtrorum, Tenendam & habendam (&c.) Teſtibus, domino *Thoma* comite *Lancaſtriæ*, domino *Humfrido* comite *Herefordiæ*, domino *Edmundo* comite *Arundeliæ*, domino *Roberto* de **Cliffort**, domino *Johanne* de *Beteurre*, domino *Johanne* de **Haſeterton**, & aliis multis. Datum apud **Lequenfeld** in feſto nativitatis beatæ *Mariæ* virginis, anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Edwardi* ſeptimo. 7 E. 2.

Eccleſia de **Gayrgrave** appropriata in uſus abbatiæ de **Sallai** per *Willielmum* archiepiſcopum *Eboracenſem*, ſexto decimo kalendas Aprilis, MCCGxxj.

Carta Matildis *de* **Percy**, *Comitiſſæ de* **Warwic**, *de ſecunda fundatione Abbatiæ de Salleia.*

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris, *Mathildis* de **Percy** Comitiſſa de **Warwic**, filia *Willielmi* de **Perci** & hæres, ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod pater meus Abbathiam quandam *Salleiam* nomine fundavit in *Cravena*, in terra nebuloſa & pluvioſa, ita quod ſegetes jam aliæ ad meſſem, per conſuetudinem in culmo computreſcant. Et ubi conventus per quadraginta annos & ampliùs, propter aeris intemperiem, inedia, & omnium neceſſariorum inopia, attritus eſt, quod paupertatis eorum univerſitas, in contumeliam, Ex regiſt. de Salleia fol. 2. a.

tumeliam, & opprobrium patris mei, & omnium hæredum suorum redundat. Tandem verò cognita eorum paupertate, & causa paupertatis, per considerationem domini *Clarevallensis* abbatis & abbatum visitatorum, provisum fuit, ut memorata abbatia aut penitus distructur, aut per advocatum ejusdem loci, in aliquo ei, unde honestè sustentari possit, misericorditer provideretur. Inde est quod spiritu Dei provecta, & tacta dolore cordis intrinsecus, præfatæ abbatiæ destructione, tùm super prædictæ abbatiæ destructione tùm super prædicti conventus miseria, & tam victus quam vestitus inopia intollerabili; Nolensque elemosinam patris mei, pro toto deperire: Invocato nomine sanctæ Trinitatis & vivificæ crucis Dei, & domini salvatoris nostri *Jesu Christi*, sancteque Dei genetricis *Mariæ*, in die annunciationis dominicæ, consilio domini *Juliani Igniascensis*, & domini *Willielmi* de *Mortuomari* abbatum visitatorum; præsente, & assensum præbente domino *Nicholao* persona ecclesiæ de **Tatecastre**, & consilio domini *Willielmi Vavasoris*, & aliorum virorum, & fidelium meorum, & totius curiæ meæ, Deo propitio, de ejusdem domus relevatione cœpi diligentiùs tractare, & quoniam in mente & proposito, ex longinquo habueram, ecclesiam beatæ *Mariæ* de **Tattecastre**, ad viros religiosos transferre, ejusdem ecclesiæ beneficia, in usus bonos, & salubres, per gratiam, & misericordiam Jesu Christi convertere, communi omnium consilio, & assensu eandem ecclesiam beatæ *Mariæ* de **Tattecastre**, cum capella de **Nesselnode**, & cum annua pensione ecclesiæ de **Southon**, & cum omnibus appenditiis, & libertatibus, ad præfatam ecclesiam beatæ *Mariæ* de **Tattecastre** pertinentibus; & unam carucatam terræ in *Carthona*, in qua secundùm carnem nata fui, libera & soluta, & quieta ab omni servitio seculari, & ab omni operatione, & omni re ad terram pertinente, Deo & beatæ *Mariæ* de *Salleia* obtuli, & monachis ibidem Deo servientibus, in liberam, in puram, & perpetuam elemosinam dedi, & concessi, & præsenti carta mea confirmavi, ad præfatam abbatiam perpetuò in servitio Dei, & in conventus victus & vestitus administratione, & in pauperum, & peregrinorum susceptione, caritativè sustentandum, pro salute animæ meæ, & *Willielmi* comitis **Warwich**, quondam sponsi mei, & carissimi domini nostri *Henrici* illustris *Anglorum* Regis, & pro anima patris mei *Willielmi* de **Percy**, & *Adalidis* de **Tunbrige** matris meæ, & *Alani* de **Percy** fratris mei, & *Agnetis* sororis meæ, & omnium antecessorum & hæredum meorum, & omnium benefactorum præfatæ abbatiæ. Quare volo quod antedicta abbatia, præfata omnia, ita liberè & plenariè, integrè, & honorificè possideat, sicut elemosina liberius dari, & possideri potest. Et ego & hæredes mei perpetuo ea præfatis monachis guarantizabimus, & contra omnes homines, sicut libera elemosina adquietabimus. His testibus, *Juliano Igniacensi*, *Willielmo* de *Mortuomari*, *Bernardo Rievallis*, *Gaufrido Novi-Monasterii* abbatibus, *Nicolao* persona de **Tatecastre**, *Petro* de **Ros**, *Gaufrido* de **Perci**, *Malgero* de **Gisburne** personis, *Willielmo Vavasor*, *Roberto* & *Malgero* filiis ejus, *Richardo Vavasore*, *Nigello* de **Plumpton**, *Nigello* de **Stockelde**, *Gilberto* seneschallo comitissæ, & multis aliis.

Confirmatio Agnetis *de* **Percy** *de ecclesia de* **Tadecastter**, *& pastura C. quadraginta ovibus in* **Litton** *de dono suo.*

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Agnes* de **Percy** salutem. Sciatis me divinæ pietatis intuitu, & pro salute animæ meæ & charissimi domini nostri Regis *Henrici* & Reginæ *Alienoræ* & *Jocelini* de **Lovein** quondam sponsi mei, & *Willielmi* de **Percy** patris mei & *Adelidis* de **Tunebrigge** matris meæ, & omnium antecessorum & hæredum meorum, concessisse & præsenti charta confirmasse, Deo & beatæ *Mariæ* de **Sallay** & monachis ibidem Deo servientibus, donationem ecclesiæ de **Tadecastter**, quam *Matildis* comitissa de **Warwicke**, soror mea eis fecit. Ita planè & integrè, liberè & quietè, sicut in charta prædictæ sororis meæ (cujus ego legitima & propria hæres sum) plenius constinctur. Præterea dedi præfatæ abbatiæ de **Sallay** quam pater meus fundavit, concessi & præsenti chartâ meâ confirmavi, in pastura de **Litton**, ut habeant ibi ex propria donatione mea centum quadraginta oves. Et ego & hæredes mei, præfatis monachis hanc cartam warrantizabimus. His testibus, *Rogero Arund W.* de **Percy**, *W.* de **Burers**, *Richardo* de **Vaulai**, *B.* de **Gargrave**, & aliis. lb. f. 111.

Carta Agnetis *de* **Percy**.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis, hoc scriptum audituris vel visuris, *Agnes* de **Percy** salutem. Noverit universitas vestra me concessisse & præsenti chartâ meâ confirmasse, Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Sallay**, & monachis ibidem Deo servientibus, duas bovatas terræ cum pertinentiis suis in **Litton**, & pasturam ad sexcentas oves in eadem villa: illas scilicet bovatas, quas ego *Ricardo Malebis* nepoti meo pro homagio & servitio donavi, quas scilicet bovatas terræ predictus *Richardus* predictis monachis, in puram & perpetuam & liberam elemosinam donavit. Habendas & tenendas adeò liberè & quietè, sicut carta ipsius *Ricardi* testatur. Et ut hec etiam concessio & confirmatio rata & stabilis in perpetuum permaneat, tam presentis scripti serie, quam sigilli mei appositione confirmavi. His testibus, *R. Vavasor*, & *Malgerio*, fratre ejus, *Rob.* de *Mara*, & aliis. Ibid.

Carta ejusdem Agnetis *de* **Percy**.

UNiversis sancte matris ecclesie filiis presentibus & futuris, *Agnes* de **Percy** salutem. Sciatis me divine pietatis intuitu, & pro salute anime mee, & charissimi domini mei Regis *Henrici*, & *Jocelini* de **Lovein** quondam sponsi mei, & *Willielmi Percy* patris & *Adelidis* de **Tunebrig** matris mee, & omnium antecessorum & heredum meorum, concessisse, & presenti chartâ meâ confirmasse, Deo & beate *Marie* de **Sallay**, & monachis ibidem Deo servientibus, donationem ecclesie de **Tadecastter**, quam *Matilda* comitissa *Warwicensis* soror mea eis fecit. Ita Ibid.

Digitized by Google

plenè, & integrè, liberè, & quietè, sicut in carta predicte sororis meæ, cujus ego legitima & proxima heres sum plenius continetur. Præterea dedi prefato abbati de **Sallay** quam pater meus fundavit concessi & presenti charta mea confirmavi in pastura de **Litton**, ut habeant ibi ex propria donatione mea centum & quadraginta oves: & ego, & heredes mei prefatis monachis hanc chartam warantizabimus. His testibus, *Rogero Arundell*, *W.* de **Percy**, *W.* de **Mureus**, *Rad.* de **Padelay**, *B.* de **Gaergrave**, & aliis.

Carta quarta primi Willielmi *de* Percy.

Ibid fol. 145. b.

IN nomine sanctæ Trinitatis domino *Eboracensi* archiepiscopo, & omni capitulo sancti *Petri Eborum*, omnibusque sanctæ ecclesiæ fidelibus, presentibus & futuris *Willielmus* de **Percy** salutem. Notum sit vobis omnibus, me, communi consilio & consensu *Adelidæ* uxoris meæ, & *Alani* hæredis mei, concessisse & dedisse, & hac præsenti carta confirmasse perpetua libertate & inviolabili jure Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de **Sallay** quam ego ipse fundavi, villas istas, videlicet ipsam *Sallayam*, **Dunelant**, **Crocum**, **Elwinesthorp**, & **Stainton** pro amore Dei & salute domini regis & hæredum suorum, & pro redemptione animæ meæ & uxoris meæ, & heredis mei, & pro animabus patris & matris meæ, fratrum, sororum, parentum, dominorum & omnium amicorum meorum, cunctorumque fidelium defunctorum. Et præterea concedo & confirmo prædictis monachis duas bovatas terræ in *Illelaya*, cum toftis & croftis & sartis eisdem terris pertinentibus ex donatione *Roberti* filii *Fulconis*; & **Stropheferoft** & **Aschetales** ex dono *Widonis* de **Hunay**, ut stabilia & illibata permaneant & in æternum perseverent cum omnibus ad omnia supradicta pertinentibus in terris & aquis, in silvis & planis, in pascuis & pratis & in omnibus necessitatis humanæ usibus, solutas, quietas & liberas, sicut sanctam Christi altaris hostiam, ab omnibus terrenis servitiis, & absque universis secularibus exactionibus: & ne aliquis ullam molestiam, abbati vel monachis predicti monasterii inferre presumat, aut ullas in aliqua re exactiones exigat, seu servitia aliqua ex eis exactet, sed sub perenni pace & quiete, domino adjuvante, absque ullius gravamine, omnia que hic inserta habentur, rata & inconcussa illa permaneant, & sine omni perturbatione & vexatione, in puram & perpetuam elemosinam possideant, quatenus monachi in cœnobio supradicto, Deo secundum regulam Sic MS. sancti *Benedicti* liberè deservire valeant, & fideliter pro nobis orare queant nobisque pro rata donatione illa verò propria & sancta observatione mercas in perpetua compensetur beatitudine. Testibus subscriptis, in quorum audientia hæc carta facta lecta & concessa fuit, in magno placito apud **Tadecaster**, *Alano* de **Percy** filio & herede *Willielmi* de **Percy**, *Roberto* de **Percy**, *Roberto* dapifero, filio *Roberti* dapiferi, *G.* cancellario filio *Fulconis*, *R.* cap ..... de **Samer** & multis aliis.

Carta Roberti *Dapiferi &c.*

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis presentibus & futuris *Robertus* Dapifer *Willielmi* de **Percy**, salutem & reverentiam debitam. Notum sit omnibus has literas legentibus vel audientibus, quod ego *Robertus* Dapifer *Willielmi* de **Percy**, concessi & dedi duas bovatas in **Illeclai** cum duabus sartis, & omnibus ad eas pertinentibus, ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *monte sancti Andreæ Sallay*, & abbati & fratribus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam solutas & quietas ab omnibus terrenis servitiis & consuetudinibus, pro salute animæ meæ, & pro animabus patris & matris meæ & omnium parentum meorum. Hujus concessionis & donationis testes sunt, *Martinus* ..... *Robertus* clericus, *Gregorius* clericus, *Willielmus* præpositus de **Thorpton**, & alii multi. Ibid.

Carta Roysiæ *de* **Humbe** *de duabus bovatis &c.*

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ (*&c.*) *Roysia* uxor *Simonis* de *Kima* salutem. Noverint me pro salute animæ meæ & patris & matris meæ, & omnium antecessorum & heredum meorum, in propria viduitate mea, dedisse concessisse, & hac presenti charta mea confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* & monachis de **Sallay**, duas bovatas in **Illeclay** cum duobus croftis & toftis propinquioribus terræ suæ, quam habent de dono patris mei versus **Suth** in eadem villa, cum omnibus pertinentiis, libertatibus & communis, infra villam & extra ad tantam terram pertinentibus. Tenendas & habendas de me & hæredibus meis in puram & perpetuam elemosinam liberè & quietè, sicut aliqua elemosina liberiùs & quietiùs dari aut teneri potest. Concessi etiam eisdem monachis & hominibus supra terras has manentibus, molere bladum suum ad molendinum meum de **Illeclai**, ad vicesimum vasculum. Et si contigerit quod per habundantiam, aquam vel aliquo defectu ipsius molendini ad predictum molendinum molere non valuerint, ubicunque voluerint sine molestia & exactione de me & meis molere poterunt. Preterea confirmavi eisdem monachis omnes terras quas habent de dono patris mei, & **Traveker** quod habent de dono *Simonis* de *Kyma* sponsi mei in predicta villa, sicut carte eorum quas inde habent testantur. Et ego & heredes mei hæc omnia predicta, prefatis monachis contra omnes warrantizabimus & defendemus in perpetuum. Testibus, *Philippo* de *Kima* filio meo & herede, *Thoma* de **Sulton** & *Lamberto* filio ejus, *Simone* de **Dubi**, & aliis. Ib. fo. 146.

Finalis Concordia de manerio de **Stainton**, *&c.*

HÆc est finalis concordia facta in curia domini Regis apud *Westmonasterium* in crastino ascensionis Domini, anno regni Regis *Edwardi* filii Regis *Henrici* sexto, coram magistro *Rogero* de **Seyton**, magistro *Radulpho* de **Hrenyham**, *Thoma Weyland*, *Johanne* de **Lobetot**, & Ibid.

& *Rogero* de *Leicestriâ* justiciariis, & aliis domini Regis fidelibus tunc ibi presentibus; Inter *Thomam* abbatem de **Seleby** petentem per *Radulphum* de **Scotton**, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, & *Thomam* abbatem de **Sallai** tenentem, per *Richardum* de **Bourolano** positum in loco suo ad lucrandum vel perdendum, de manerio de **Stainton** in **Craven** cum pertinentiis, unde placitum fuit inter eos in eadem curia; scilicet quod predictus abbas de **Seleby** recognovit predictum manerium cum pertinentiis, scilicet quicquid idem abbas de **Sallay**, & ecclesia sua de **Sallay** tenuerunt in eodem manerio de feodo ipsius abbatis de **Salebi**, die quo hec concordia facta fuit, esse jus ipsius abbatis de **Sallay**, & ecclesie sue de **Sallay**. Habendum & tenendum eidem abbati de **Sallay**, & successoribus suis, & ecclesie sue predicte de prædicto abbate de **Saleby** & successoribus suis, & ecclesia sua prædicta, in perpetuum. Reddendo inde per annum apud **Saleby** quadraginta solidos sterlingorum, scilicet medietatem ad Pentecostem & alteram medietatem ad festum sancti *Martini* in yeme pro omni servitio & exactione. Et pro hac recognitione fine & concordia, idem abbas de **Sallai** dedit predicto abbati de **Seleby** unum spervarium sorum.

Carta Ro: *Archiepiscopi* Eboracensis *confirmationis, &c.*

Ibid. R*O:* Dei gratia universis &c. sancte matris, &c. salutem. Ad Pontificalis officii dignitatē constat pertinere, ea que ecclesiis a fidelibus juste collata fuisse noscuntur, vel in futurum, Deo authore, conferentur, auctoritate sua confirmare, & ut in perpetuùm stabilis perseverent scripti sui munimine roborare. Inde est quod nos omnes possessiones quas ecclesia de *Saleya* donatione *Willielmi* de **Percy**, & *Henrici* de **Lacy** vel aliorum fidelium juste adepta est, vel in futurum justis modis poterit adipisci, necnon & terram quam tenent de abbatia de **Seleby**, sicut carta capellani de **Seleby** testatur, eidem ecclesie confirmavimus, & in perpetuùm inconcussas conservari precipimus: quas propriis duximus exprimendas vocabulis. De *Willielmo* de **Percy**, villam de **Sallay**, ubi abbatia fundata est, & omnis ad prædictam villam pertinentia; villas etiam istas **Dundelant, Crocum, Elwinthorp.** De *Normanno* filio *Uctredi*, unam carucatam terræ in **Rimmington**. De *Roberto* filio *Fulconis* dapiferi *Willielmi* de **Percy**, duas bovatas terræ in **Pileclay**. De *Henrico* de **Lacy** saltus qui jacent contra abbatiam. De abbatia de **Seleby**, villam de *Stantuna*, cum omnibus ad omnia supradicta pertinentibus, in terris, in aquis & silvis & planis, & pascuis, & pratis cum omni libertate, & absque omni seculari exactione, sicut cartæ *Willielmi* & aliorum supradictorum testantur. Si quis autem hanc nostræ confirmationis paginam, sciens contra eam tenerè venire tentaverit, indignationem Dei omnipotentis & beatorum apostolorum *Petri* & *Pauli* se noverit incursurum. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Hujus nostræ confirmationis testes sunt, *Johannes* & *Jordanus* canonici *Eborum*, *Willielmus* capellanus, *Jeremias*, *Rogerus Hurel*, *Petrus* de **Carthason**, *Nicholaus Archer*, & alii.

Confirmacio Willielmi Vavasor *de, &c.*

Ibid. OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis, &c. *Willielmus Vavasor* salutem. Noverit universitas vestra, me concessisse & præsenti carta mea confirmasse, Deo & beatæ *Mariæ* de **Sallay**, & monachis ibidem Deo servientibus omnes donationes, scilicet, quas eis fecit pater meus *Malgerus Vavasor*, in terris & rebus aliis, specialiter & molendinum de **Hunesflet**, dimidiam carucatam terræ in eadem villa, cum omnibus aliis pertinentiis suis, & omnes terras quas dedit eis in territorio de **Boulton** & de **Winerdlay** cum omnibus pertinentiis suis in bosco & in plano pratis & pascuis & aquis & molendinis, & omnibus aliis libertatibus & aisiamentis. Confirmo etiam eis v. carucatas terræ, in villa & in territorio de **Walton**, cum sartis & pratis, & nemoribus & pasturis cum omnibus aliis libertatibus & aisiamentis, sicut in carta *Ade* de **Crveliger**, & in carta patris mei quas inde habent continetur. Optuli etiam hanc confirmacionem meam una cum corpore meo, super altare beatæ *Mariæ* de **Sallay**. Ita quod si infra regnum *Anglie* in fata cessero, in domo de **Sallay** sepulturam habebo. Et ego & hæredes mei prænominatam concessionem & confirmationem warantizabimus contra omnes homines. Testibus, *Simone* de **Hale**, *Roberto* de **Percy**, *R. Vavasor*, &c.

Carta Malgeri Vavasor *de molendino de* **Hunesflet**, *&c.*

Ibid. SCiant omnes tam præsentes quam futuri, quod ego *Malgerus Vavasor* & hæredes mei, pro querela quam abbas & conventus de **Sallay** mihi moverunt super elemosinam patris mei *Willielmi Vavasor*, scilicet de molendino de **Hunesflet**, & de triginta marcis argenti, & de dimidia carucata terræ, & sexdecim acris in **Aswid** unde placitum fuit inter nos in curia domini Regis, annuatim quinque marcas argenti in eodem molendino de **Hunflet** dimidiam ad Pentecostem & dimidiam ad festum sancti *Martini* fideliter & legaliter, & sine dolo & malo ingenio, Deo & beatæ *Mariæ* de **Sallay** & monachis ibidem Deo servientibus pro salvanda elemosina patris mei, & pro salute animæ meæ, & pro salute animarum nostrarum, & omnium antecessorum, in perpetuum persolvemus. Et sciendum, quod si prædictas quinque marcas, ego vel hæredes mei aliquo eventu, in eodem molendino persolvere non poterimus; de cæteris terris meis quinque marcas ad eosdem terminos perficiemus. Hanc autem quinque marcarum solutionem in prædictis terminis firmiter & fideliter, & sine fraude aliqua perpetuò tenendam de me & hæredibus meis, ego *Malgerus* in manu *Alberti* de *Longo-Campo* tunc vicecomitis *Eboracensis* affidavi; & abbas & conventus de **Sallay** versa vice, mihi & hæredibus meis totum quietum clamaverunt quicquid juris

in *Wlfingtona* & in dimidia carucata terræ in **Orton** de venditione mea & uxoris meæ *Agnetis* habuerunt. Testibus, *H. Dunelmensi* episcopo, & *Rogero* filio *Reinfridi*, *Osberto* de *Longo-campo*, & aliis multis.

Carta Malgeri Vavasor, *de* **Walton.**

Ibid. OMnibus Christi fidelibus *Malgerus Vavasor* salutem. Noverit universitas vestra quod ego resignavi & quieta clamavi de me & hæredibus meis, abbati & monasterio de **Sallay**, molendina sua cum omnibus pertinentiis suis in **Wunfflet**, quæ habent de dono patris mei *W. Vavasor* & ego *Malgerus* tenui de prædictis monachis ad firmam pro quinque marcis annuis; Et quoniam iidem monachi resignaverunt & concesserunt mihi & hæredibus meis terram suam in **Aswid** quam habuerunt de dono *Richardi* de **Orrington**, & *Walteri* de **Denton**, tenendam & habendam cum omnibus pertinentiis suis in perpetuum: Ego *Malgerus* dedi etiam dictis monachis, totam terram meam cum omnibus pertinentiis suis in **Walton**, tenendam & habendam in perpetuam elemosinam; Et ego & hæredes mei warantizabimus & defendemus omnia prædicta, præfatis monachis in perpetuum. Testibus, *Oliverо* de **Burgels**, *Waltero* de **Stokeld**, *Helia* de **Boulton**, & aliis.

Carta Ricardi *de* **Oterington** *de dimidia carucata terra, &c.*

Ibid. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis, &c. *Ric:* de **Oterington**, salutem. Notum sit universitati vestræ me licentia & concessione hæredis mei et domini mei scilicet *Henrici* filii *Ipolisi*, concessisse et dedisse præsentique carta confirmasse, Deo et monachis sanctæ *Mariæ* de **Sallay** dimidiam carucatam terræ in **Aswit**, cum omnibus pertinentiis suis in terris et aquis, in planis et silvis, in pascuis et pratis, in toftis et in croftis et in omni qualitate eidem terræ pertinentibus, in puram et perpetuam elemosinam, solutam et quietam de me et de omnibus hæredibus meis, absque omni seculari servitio, et exactione, Excepto quod dimidia carucata faciet forinsecum servicium quantum pertinet ad vicesimam octavam partem unius militis *Henrico* filio *Hipolisi*. Ad hæc omnia prædictis monachis manutenenda et warantizanda, ego et hæredes mei, in manu domini *Alani* de **Piadune** fidefirmavimus; et ut hoc liberius libentiusque facerem, dederunt mihi præfati monachi in caritate sexdecim marcas argenti. Hujus confirmationis testes hi, *R.* sacerdos de **Pelletlay**, *Henricus* filius *Tpoliti*, *Hugo* frater ejus, et alii multi.

Carta Roberti *de* **Laci.**

lb. fol. 16. OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentibus et futuris, *Robertus* de **Laci** salutem. Sciatis me dedisse, concessisse, et hac præsenti carta mea confirmasse Deo et beatæ *Mariæ* de **Sallay**, et monachis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam, totam illam terram ultra fluvium de **Ribell** de contra abbatiam in bosco et plano quod *R. Baret* quandoque de me tenuit, scilicet triginta acras, pro salute animæ meæ, et *Sabinæ* sponsæ meæ, et omnium antecessorum meorum, et hæredum meorum. Quare volo et firmiter præcipio ut prædicti monachi jam dictam terram habeant et teneant, bene et quietè, plenè et integrè, liberè et honorifice, cum omnibus libertatibus et aisiamentis ad liberam elemosinam pertinentibus, sicut aliqua elemosina liberius dari et concedi potest. Et sciendum quod omnes dumos in eadem terra memorati monachi sertare possint, exceptis illis, qui in cilio montis sunt, quos ad operandum abbati volumus reservare. Hiis testibus, *Nicholao* capellano, *Galfrido Maunsel* de **Gillington**, *Henrico* de *Mungar*, et aliis.

Carta Johannis *Constabularii* Cestriæ.

lb. fol. 57. JOhannes de **Lacy** Constabularius *Cestriæ*, dilecto & fideli suo *G.* de **Dutton**, seneschallo suo salutem. Scias quod sicut prolocutum fuit inter nos quando fuimus in partibus illis, nos reddidisse abbati & monachis de **Sallay**, centum acras terræ in **Akerland**, cum pertinentiis contentis in charta patris nostri *Roberti* de **Laci**, exceptis triginta acris, quas *Richardus* de **Bolton** tenet de eisdem. Quare vobis mandamus, quatinus visis literis, facias mensurari sexaginta decem acras, incipiendo à prædictis triginta acris, extra terram monachorum & inde iisdem monachis plenariam facias seisinam. Scias tamen quod predicti monachi concesserunt nobis quod homines qui modo sedent super terram illam, usque in ætatem proximam sustinebunt. Datum apud *Pontemfractum* in octavis sancti *Martini*, anno dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo tertio.

Carta regis Stephani.

Ex vetusta membrana in turre S. *Mariæ Ebor.* STephanus rex *Anglorum* archiepiscopo *Eboracensi*, & justiciariis, & vicecomiti, & ministris & baronibus, & omnibus fidelibus suis *Eboracsciri* salutem. Sciatis me concessisse, & presenti carta confirmasse Deo & ecclesiæ de *Salleya*, & *Benedicto* abbati & monachis ibidem Deo servientibus, in perpetuam elemosinam, donationem, quam *Willielmus* de **Percy** eis fecit de *Sallea*, & **Dudeland**, & **Clwtnestorp**, & **Crotum** & servitium de *Steintona*. Preterea confirmo eis donationem illam quam *Normannus* filius *Uctredi* eis fecit de una carucata terre in *Rimintona*, & illam donationem quam *Robertus* dapifer ejus eis fecit in *Illecles*, & quam *Henricus* de **Laci** eis fecit de landis que jacent contra abbatiam suam. Quare volo & firmiter precipio quod supradicta ecclesia & monachi ibidem Deo servientes, hæc supradicta omnia bene & in pace, & libere habeant & teneant in perpetuam elemosinam, sicut *Willielmus* de **Percy**, & *Henricus* de **Laci** eis illa dederunt, & cartis suis confirmaverunt, & libera & quieta de omni seculari servitio & exactione. Testibus, *Hugone* episcopo *Dunelmensi*, & *Richardo* de **Laci**, & *Hugone* de *Essartis*, apud *Eboracum*.

Carta

Carta Henrici *de* Puteaco *filii* Matildis *de* **Perci** *de toto* **Stochedale.**

Ibid. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis, præsentibus & futuris, *Henricus* de *Puteaco* salutem. Sciatis me concessisse & præsenti chartâ meâ confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* de *Salleia*, & monachis ibidem Deo servientibus, totam **Stochedale**, in liberam & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & *Adelidis* de **Perci** matris meæ, & *Dionisiæ* sponsæ meæ, & omnium antecessorum & hæredum meorum sicut in cartis *Richardi* de **Mozebill**, & *Willielmi* de **Perci** plenius continetur, (&c.)

Genealogia Perciorum.

Ex vetusta membrana in turri B. *Mariæ Ebor.* WIllielmus de **Percy** dictus ove *le* **Gernouns** venit in *Angliã* cum conquestore, & ipse genuit *Alanum* de **Percy** sepultum apud **Radingeu**. De *Alano* processit *Willielmus*, qui quidem *Willielmus* fundavit abbatiam de **Sallay** & genuit *Alanum*, *Matildem*, & *Agnetem*, & sepultus est apud **Whiteby**. *Alanus* obiit sine hærede de corpore suo vivente patre suo, propter quod hæreditas dividebatur inter *Matildem* & *Agnetem*. Et *Matilda* prædicta fuit disponsata *Willielmo* comiti **Marrewyk** & qui obiit sine hærede de corpore suo exeunte vivente *Agnete* sorore sua; & prædicta *Agnes* fuit disponsata cuidam militi curiæ domini Regis dicto *Goselino Lovayn* fratri Ducis *Brabantiæ*. De qua genuit *Henricum* & *Ricardum* fratrem ejus. Qui quidem *Ricardus* quia vir animosus erat intravit in purpartiam matris suæ vivente matre sua de consilio Regis & permissione matris suæ sine aliquo jure hæreditario, & petebat totam hæreditatem sororis matris suæ prædictæ, & sic tenuit ad vitam suam. Et prædictus *Henricus* in vita *Agnetis* matris suæ genuit *Willielmum*, cui post mortem *Agnetis* aviæ suæ & *Ricardi* avunculi sui descendebat tota hæreditas integraliter; Et iste *Willielmus* sepultus est apud **Sallay**. Et idem *Willielmus* genuit. *Henricum* de **Percy**, *Walterum*, *Willielmum*, & *Ingeramum*. Et idem *Henricus* hæres & primogenitus ipsius *Willielmi* genuit *Willielmum*, *Johannem*, & *Henricum* & sepultus est juxta patrem suum apud **Sallay**. *Willielmus* primogenitus obiit sine hærede de corpore suo, & descendit hæreditas *Johanni* tanquam fratri & hæredi, qui quidem *Johannes* obiit sine hærede, & sic descendebat hæreditas prædicto *Henrico* fratri suo, qui dedit abbatiæ de **Sallay** advocationem ecclesiæ de **Gairgrave**, & sepultus est apud *Fontes*. Et iste *Henricus* genuit *Henricum* & *Willielmum*. Qui quidem *Henricus* disponsavit *Idoniam* de **Clifford**, de qua genuit *Henricum*, & *Willielmum*, & *Ricardum*, *Aliasoram*, *Matildem* . . . . . & *Isabellam*. Iste *Henricus* primogenitus disponsavit *Mariam* filiam domini *Henrici* comitis *Lancastriæ*. De qua natus est *Henricus* primogenitus suus, decimo die mensis Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo, & *Thomas* secundus filius.

Depradatio & combustio abbatiæ de Salleya *per* Scotorum *exercitum.*

Ex chron. de Whitby V de cart. 55 H. 3. membr. 8. SAnctissimo patri in Christo & domino, domino *J.* divina providentia sacrosancte *Romane*, ac universalis ecclesiæ summo Pontifici, suus devotus filius *E.* Dei gratia Rex *Angliæ* (*&c.*) cum devotione pedum oscula beatorum. Cum non modicum arbitremur esse pietatis obsequium, honestos viros, religiosorum mores, & pia opera, digno testimonio veritatis extollere, ac pauperum ministrorum Christi defectus, & inopias maximas personis dignis & potentibus, sub spe recuperationis habende studiosius intimare, Hinc auribus vestræ pietatis, fideli relatione, referimus per presentes, quod monasterium de *Salleya* in **Cravene**, in *Anglia*, ordinis *Cistercienſis*, *Eboracenſis* diocesis, quasi in abjectioribus, & ultimis totius regni nostri finibus, versus mare *Hybernicum*, in patria scilicet mirabiliter silvestri, & montuosa, ac nimia tempestatum frequentia, ferè sterili & infructuosa fundatum, & scituatum, ex multis causis, & variis eventibus infortunis, maximè tamen, prè crudeli & inhumana omnium bonorum suorum mobilium depredatione, ac quorundam locorum suorum horribili nimis combustione, quam in eos malignus *Scotorum* exercitus, per totam illam patriam (nobis absentibus) diffusus, nuper exercuit, ad tam profundam paupertatem, & inopiam desperatam, præter omnimodam occasionem suam, sint deducti, ac fine spe respirationis suppeditati, ut nec ad suam propriam sustentationem, sicut deceret religiosos viros, & oporteret; nec ad confluentium ad eos, pauperum peregrinorum, & hospitum caritativam administrationem nisi citiùs eisdem subveniatur, de cætero, valere poterint vel sufficere; Quod nobilis vir dominus *Henricus* de **Perci** miles, & baro præfati patronus monasterii oculata fide, perpendens, & dolorosa pietate cordis commotus, intrinsecùs, suique conventus expirationem, & progenitorum suorum elemosinam in alendis pauperibus, peregrinisque suscipiendis, non sustinens deperire, inspirante Deo, abbati & conventui monasterii prædicti, jus patronatus, & advocationem ecclesiæ de **Gergrave** in spe appropriationis impetrandæ, pro dictis piis operibus finaliter sustinendis, liberaliter contulit, & concessit. Ad quam tandem semel vacantem, & scriptis nostris confirmatam, præfati abbas & conventus, ut veri patroni, & advocati legitimè præsentarunt. Quapropter vestræ pie paternitati, cum affectione, & humilitate qua possumus, devotè supplicamus, & attentè, quatenus dictorum monachorum nostrorum defectus, & extremas paupertates oculis vestræ bonitatis, & compassionis intuentes, eisdem in sua petitione coram vestra dominatione prosequenda, intuitu Dei, & istarum precum nostrarum instantia, ad præsens si placet, favorabiles existere dignemini, & gratiosi, ut dictam ecclesiam in proprios usus optinendam, cedente, vel decedente Rectore, de gratia vestra speciali, vestra clementia eisdem concedere dignetur, & gratiosè conferre.

RUFFORD.

RUFFORDENSIS

Abbatia in agro Notinghamenſi,
* *fundata A. MCxlviij.*

* Annal. *Cellria* in bibl. Cot ton.

Carta Gilberti *comitis* Lincolniæ.

Ex regiſtro de *Rufford* in com. *Not.* penes ..... *Stvelley* militem, anno 1633. fol. 17. b.

GIlbertus comes *Lincolniæ* omnibus filiis ſanctæ eccleſiæ ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Ruffoꝛd**, & monachis ibidem Deo ſervientibus, pro anima patris mei & matris meæ, & pro animabus omnium parentum meorum, ſcilicet totam terram de **Ruffoꝛd** cum omnibus pertinentiis in boſco & plano, in pratis & aquis, in molendinis & paſturis, in viis & ſemitis, & nominatim triginta acras prati ſuper ripam *Trentæ*. Concedo etiam & do predictis fratribus, totam terram de *Cratela* cum omnibus eidem terræ pertinentiis, in boſco & plano, in pratis & aquis, in molendinis & paſturis, in viis & ſemitis. Pro qua terra de *Cratela* ego dedi *Radulpho* filio *Remigii* in eſcambium totam terram meam de **Loꝛpe**, ad tenendum de me & heredibus meis, & unam carucatam terræ in *Bartona*, & hoc bona voluntate & conceſſione *Radulphi* filii *Remigii*, & *Hugonis* filii ejus. Conceſſi adhuc eis, & dedi terram cultam & incultam in territorio de *Bartona*, ubi grangia eorum ſita eſt, cum terris adjacentibus, per divitas, & metas ibi deſignatas, & communem paſturum in duabus bovatis terræ in **Wilgeby**, quas *Radulphus Silvanus* tenuit de me. Omnes iſtas terras et tenementa dedi et conceſſi prefatis monachis de **Ruffoꝛd**, liberas et quietas ab omnibus terrenis ſervitiis, et conſuetudinibus imperpetuum. His teſtibus, *Philippo* dapifero, *Gaufredo* de **Gaunt**, *Radulpho* filio *Richardi* de **Barthewile**, *Roberto* filio *Willielmi* conſtabulario *Ceſtriæ*, *Thoma le Albaleſtre*. *Gerardo* coco.

Carta *Roberti* de **Gaunt**.

Ib fol 5. RObertus *de* **Gaunt** *juſtitiariis domini regis, Vicecomiti, & omnibus miniſtris regis de* **Nottinghamſhire** *ſalutem. Sciatis quod ego præſens vidi & audivi, quod* Gilbertus *comes frater meus totum dominium ſuum de* **Hiering** *cum omnibus pertinentiis ſuis, in boſcis & herbis, in curia ſua diſrationavit de purpreſtura ſibi in eadem curia, totum prædictum dominium abbatiæ de* **Ruffoꝛd**, *ad honorem beatæ* Mariæ *in perpetuam elemoſinam dedit. Hujus donationis teſtes ſum ego, & paratus ſum ubique inde facere, quod legitimus teſtis facere debet, & multi alii qui mecum fuerunt. Valete.*

Carta Hugonis *filii* Radulfi *de* **Wilcheby**.

Ib. fol. 47 EGo *Hugo* filius *Radulphi* de **Wilchebi** dedi monachis de **Ruffoꝛd**, ſedem unius molendini in **Alreton**, quod pertinet ad feudam & tenementum meum de **Cratela**.

Aliæ donationes.

THomas *gener* Roberti Filioll *de* **Papelbec** (*& Deryth uxor ejus, filia dicti* Roberti) *dedit monachis de* **Ruffoꝛd**, *cum corpore ſuo, totum ſartum ſuum* **Papelbec**. Ibid.

Johannes Burdon *filius* Johannis Burdon *dedit monachis de* **Ruffoꝛd**, Robertum *filium* Gaufridi *carpentarii de* **Papelbec**. *Teſtibus, domino* Willielmo Punchardin *abbate de* **Rievall**, Gaufrido *monacho ejuſdem loci*, Roberto *de* **Bevereus**, Rogero Burdon, Thoma Filioll *de* **Papelbec**. Ibid.

Thomas *de* Bella-aqua *pro anima* Aliciæ *uxoris ſuæ confirmavit monachis de* **Ruffoꝛd**, *unam acram terræ in* **Stockys**, *in campo de* **Crleſhow** *in* **Calbeton**, *quam habuerunt de dono* Hugonis *filii* Willielmi *de* **Calbeton** *&c. Teſtibus, domino* Nicholao *de* **Cyvill** *&c.* Ib. fol 84.

Avicia *filia* Amiciæ *de* **Stoke**, *dedit monachis de* **Ruffoꝛd** *totam illam donationem, quam* Matheus *filius* Walleui *de* **Pontnton**, *&* Amicia *mater ejus eis dedit, ſcilicet totam medietatem terræ de* Abeneia *cum ſuis pertinentiis. Teſtibus,* Richardo le Archer, Matheo *filio* Roberti *de* **Abeney**. Ib. f 66 b.

Gilbertus *de* Stoka *dedit medietatem de* Abeneia *in boſco & redditu ſexdecim ſolidorum* (&c.) *Omnibus* (&c.) Amicia *domina de* Stocha, *ſalutem. Sciatis quod ego dedi monachis de* **Ruffoꝛd**, *totam medietatem de* Abeneia, *in boſco & plano &c. Reddendo* (&c.) *ſexdecim ſolides annuatim, ſicut charta patris mei continetur &c.* Ib. fol 67.

Donationum confirmatio per Regem Henricum *tertium.*

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ* (*&c.*) Archiepiſcopis, (*&c*) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe, & hac Carta noſtra confirmaſſe dilectis nobis in Chriſto Abbati & Monachis de **Ruchfoꝛd**, omnes donationes & conceſſiones ſubſcriptas, videlicet de dono *Roberti* de **Furnell**, totam medietatem illius **Poꝛtone**, quæ proxima eſt villæ de **Bomeſhill**, ſcilicet totam terram illam quam *Adam* de **Wallum** & cæteri homines ſui quondam tenuerunt. De dono *Radulphi* de *ſancto Georgio*, totam medietatem illius **Poꝛtone**, quæ proxima eſt dictæ villæ de **Bomeſhill**, ſcilicet totam terram illam quam *Hugo* de **Stretton**, & cæteri homines ſui quondam tenuerunt. De dono *Radulphi* de **Yertfoꝛd** totam terram quam habuit in **Okering**. De dono *Radulphi* de **Furnell**, totam terram illam quam tenent de dono anteceſſorum ſuorum in **Bomeſhill**. De dono *Ranulphi* filii *Rogeri* de **Pareſey** quandam partem terræ, & prati in **Poꝛton** cum aqua de **Hiodell**, quantum terra illa ſe extendit. De dono *Hugonis* filii *Radulphi* totum dominicum ſuum in **Birketon**, **Wllegby**, **Walesby** & **Leſtoꝛp**. De dono *Willielmi* filii *Willielmi* terram quam tenent in **Leſtoꝛp**. De dono *Johannis* **Burdon**, totam terram Cart. 9 E. 2 n. 34 per Inſpex.

Vide Pat. 1 E 4 part. 5 m. 10.

terram quam tenet in **Papelbec**. De dono *Elie* de **Whittechurch**, & *Idonie* uxoris ejus, tres bovatas terræ in **Belum**. De dono *Thomæ* de **Kollecton**, terram quam habent in **Belum**. De dono *Lancelini* de **Stoke**, & *Amicie* uxoris ejus, medietatem manerii de **Albeney**. De dono *Hugonis* **Folenfant** & *Richardi* **Folenfant** quandam terram in *Mortonia*. Et de dono *Roberti* filii *Waltheffi* de **Poxneshalle** medietatem villæ de **Wythythefend**. Quare volumus & firmiter præcipimus (*&c.*) Concedimus etiam & hâc Chartâ noſtrâ confirmamus eiſdem Abbati & Monachis, omnes donationes quas *Gilbertus* quondam comes *Lincolnie* eis fecit, & quas *Henricus* quondam Rex *Anglie*, avus noſter eis confirmavit, ſcilicet totum manerium de **Kuchfozd**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & totam terram cum pertinentiis quam habent in **Wartone**, de dono ejuſdem comitis, & duas bovatas terræ in **Wileghebey**, & donationes quas *Hugo* de **Puſcampo**, *Adam Tiſun*, *Willielmus Tiſun* filius ejus, & *Galfridus* de **Stanton** eis in elemoſinam fecerunt, & nominatim quinque bovatas terræ in **Belum**, & donationes quas *Malgerus* de **Kollecton**, & homines ſui de **Belum**, & *Radulphus Silvan* & homines ſui de **Belum**, & *Galfridus* de **Eytring**, & *Roſcelinus* & *Radulphus* frater eis fecerunt in **Roage** & etiam terram illam quam tenent de dono *Radulphi* de **Pocreton** quæ vocatur **Wodehuſe**. Et quod idem abbas & monachi habeant & teneant omnes libertates, & liberas conſuetudines & quietantias ſuas cum *ſocka* & *ſaca*, **thol** & **theam**, & **infangenetheof**, & quod quieti ſint & liberi de omnibus terrenis conſuetudinibus, ſervitiis, auxiliis, aſſiſis, placitis, querelis, danegeldis, & murdro, ponta gio & paſſagio, ſicut in chartis præfati *Henrici* Regis quas inde habent continetur, & ſicut hucuſque rationabiliter uſi ſunt.

Et quia accepimus per inquiſitionem quam per dilectum & fidelem noſtrum *Galfridum* de **Langele** juſticiarium noſtrum foreſtæ fieri fecimus, quod præfati abbas & monachi de **Kuffozd** à tempore præfati *Henrici* Regis avi noſtri, liberè & in pace capere ſolebant viride in boſco ſuo qui eſt infra regardum in foreſta noſtra de **Shirewood**, & quicquid eis neceſſe fuerit ad uſus proprios, & ad omnia eſtoveria ſua tam ad omnes grangias ſuas infra foreſtam & extra quam ad abbaciam ſuam de **Kuchfozd**, & quod habent proprium foreſtarium ſuum ad cuſtodiendum prædictum boſcum ſuum, qui faciet nobis fidelitatem coram foreſtariis & viridariis, & habet poteſtatem liberandi eiſdem abbati & monachis viride in dicto boſco ſuo ad omnia neceſſaria ſua prædicta liberè & in pace, Ita quod idem foreſtarius præſentabit ad omnia attachiamenta coram foreſtariis & viridariis ejuſdem foreſtæ, captionem lignorum captorum per dictos monachos ibidem prout moris eſt: Nos pro nobis & hæredibus noſtris, volumus & concedimus, quod iidem abbas & monachi hujuſmodi libertatibus & conſuetudinibus liberè & quietè utantur, & de cætero eas teneant, ſicut in charta prædicti *Henrici* Regis avi noſtri quam inde habent teſtatur, & ſicut hucuſque uſi ſunt. Hiis teſtibus, *Guidone* de **Lezingnian** fratre noſtro, magiſtro *Willielmo* de **Bilkeni** (*&c.*) Datum per manum noſtram apud **Wodeſtock** quarto die Februarii, anno regni noſtri triceſimo ſexto.

Inſpeximus cartam quam dilectus & fidelis noſter *Johannes* de **Veſcy** fecit fratri *Thomæ* de **Stayngrene** abbati de **Kuffozd**, & eccleſiæ ſuæ ſanctæ *Mariæ* de **Kuffozd** & monachis *Ciſtercien.* ibidem Deo ſervientibus, octo bovatas terræ in villa de **Roderham**, & totum dominium meum totius manerii mei de **Roderham**, cum omnibus pertinentiis, & advocationem medietatis eccleſiæ ejuſdem manerii de **Roderham**, Habendum & tenendum eiſdem abbati & monachis & eorum ſucceſſoribus cum homagio & ſervitio *Thomæ* de **Furnivall** & hæredum ſuorum de terris & tenementis quæ prædictus *Willielmus* de **Veſcy** pater meus dedit *Willielmo* de **Furnivall** avunculo ipſius *Thomæ* in **Roderham**, & cum homagio hæredum *Guillielmi* de *Cantilupo* de terris & tenementis quæ idem *Willielmus* pater meus ſibi dedit in eodem manerio, & cum toto jure quod habuit, vel habere potuit in terris & tenementis quæ *Hugo Fraſſel* de **Roderham** quondam perſona eccleſiæ de **Penyeſton** tenuit de feodo meo in **Roderham**, & cum homagio *Willielmi Lovel* filii *Willielmi Lovel* pro tenemento quod de me tenuit in **Roderham**, & in molendino villæ ejuſdem, & cum homagio, & ſervitio hæredis *Johannis* de **Lexington** quæ michi debebant pro terra quæ aliquando fuit *Radulphi Tilly*, & cum homagiis & ſerviciis aliorum liberorum hominum, conſuetudinibus, ſerviciis, redditibus, & cum catallis & ſequelis villanorum, & cum wardis, releviis, & eſcaetis qualecunque modo accidere poterunt, terris & tenementis, pratis, paſturis, boſcis, aquis, ſtagnis, piſcariis, molendinis, furnis, & ſectis molendinorum & furnorum, ſectis & exitibus curiarum, & cum dominio medietatis mercati & feriæ de **Roderham**, & cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, & rebus aliis tam nominatis quam non nominatis ad me ibidem pertinentibus. Præterea per hanc eandem cartam, concedo & confirmo pro me & hæredibus meis, prædictis monachis, & eorum ſucceſſoribus, quod liberè poſſint ſibi appruiare terras & tenementa & redditus liberorum hominum & villanorum de eis tenentium in prædicto manerio de **Roderham**, ſine calumpnia mei vel hæredum meorum, exceptis homagio *Johannis* de **Dayvil** de tenemento quod *Thomas* de **Dayvil** tenet in **Anſtan**, & homagio *Nicholai* de **Lybet** de feodis quæ de me tenet in **Voton** juxta abbatiam de *Rupe*, quæ michi & hæredibus meis retineo. Omnia alia prædicta tenebunt & habebunt prædicti abbas & monachi & ſucceſſores ſui de me & hæredibus meis in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum. Et ego *Johannes* & hæredes mei, omnia & ſingula prædicta, ſicut liberam, puram, & perpetuam elemoſinam noſtram prædictis abbati & monachis (*&c.*) warrantizabimus. Hiis teſtibus dominis *Antonio Beekes* archidiacono *Dunelmenſi*, *Waltero* de **Camhou**, *Rogero* de **Shirland** (*&c.*)

SALTREENSIS *Abbatia in agro* Huntendonenſi, * *fund. A. MCxlvij.*

* Annal. de *Peterburgh* in bibl. *Cottonicna.*

Carta fundationis per Simonem Northamptoniæ *comitem.*

Ex autogr. in bibl. *Cottoniana*

Vide Pat. 6 E. 3. part 1. memb. 1.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ fidelibus *Simon* comes de *Northamptona* ſalutem. Notum ſit tam præſentibus quam futuris me dediſſe & conceſſiſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de *Saltreia* & monachis ibi manentibus, de ordine *Ciſtercienſi*, in perpetuam elemoſinam, ad conſtruendam abbatiam, tam eccleſiam ejuſdem villæ cum omnibus pertinentiis ſuis, (eamque pro hoc verius *Rotbertum Lincollie* epiſcopum & perſonam ejuſdem eccleſiæ perpetualiter de me adquietavi ne quis in poſterum inde contra eoſdem monachos malignandi haberet facultatem aut quoquomodo eos inquietandi perciperet occaſionem :) quam totam terram meam de ipſa *Saltreia* & in boſco & in plano, & mariſco & piſcariis verſus **Wittemare** & in ipſo *Wistemari*, ſicut juratum eſt ad feudum meum pertinere, & ab anteceſſoribus meis à tempore **Cnut** regis uſque ad hoc nunc tempus meum habitum & libere poſſeſſum fuiſſe, & ſicut idem **Cnut** rex ipſum mariſcum ſingulis villis juxta mariſcum in illa parte poſitis proprium mariſcum dividi juſſit & conſtituit per *Turkillum* Danenſem qui ipſam *Saltreiam* ab eodem rege **Cnut** ſibi datam, certis terminis ac diviſis tam in boſco & plano quam in mariſco uſque in **Wittemare** & piſcariam in **Wittemare** habuit & poſſedit in vita ſua. Ita ſcilicet ut unaquaq; villa uſque ad terminos & diviſas ejuſdem *Turkilli* circa eandem *Saltreiam* in mariſco tantum de mariſco ipſo ad uſus proprios propriè haberet quantum firma terra cujuſq; villæ mariſcum contra ſe poſitum tangeret, & ſicut pater meus *Simon* comes & mater mea *Mathildis* comitiſſa & ſicut avi mei *Wallevus* comes & *Judeta* comitiſſa poſt conqueſtum *Anglia* diebus ſuis ipſam *Saltreiam* eiſdem terminis ac diviſis quibus *Turkillus* Danenſis per donationem regis **Cnut** eam habuerat, in boſco & plano et mariſco certis diviſis uſque in **Wittemare** et piſcationem in **Wittemare** jure hæreditario habuerunt et poſſederunt, cum omnibus libertatibus quas habuit villa eadem temporibus prædictorum anteceſſorum meorum, et omnibus aliis appendiciis ſuis, per terminos ac diviſas ſuas, ſicut fideles homines mei liberi et ſenes et in eadem villa nati, coram *Alexandro Malſe* per cujus manum prædictos monachos de tota *Saltreia* inſaiſiavi juraverunt et propriis corporibus probare voluerunt, prædictos anteceſſores meos et ſub ipſis ſe et patres ſuos à tempore **Cnut** regis ipſam meam *Saltreiam* integre tenuiſſe, ſicut et iſdem *Alexander Malſe* ſcripto ſuo quod de eorum juramento atque reſponſo fieri volui, ne oblivioni traderentur, teſtatur.

His ſcilicet terminis ac diviſis nominatim. A **Blachemere** directe ut corda tendi poteſt uſque ad ſummitatem collis ſuper diviſam inter *Saltreiam* et aliam *Saltreiam*, ita quod quicquid de boſco infra cordæ tenſitudinis rectitudinem verſus meam *Saltreiam* fuerit, mei juris eſt, & ad illam meam *Saltreiam* pertinet. De ſummitate collis per medium parvum pontem de *Saltreia* & per medium **Stanchille**. Inde in directe per medium **Ozundleſemere**. Inde verò rectitudine qua corda tendi poteſt uſque in **Sweroȝd** in exteriori loco ſuper **Wittemarebanc**. Haç diviſa extitit terra mea temporibus anteceſſorum meorum à terra aliorum dominorum verſus occidentem in ſicco & in mariſco diviſata. A **Sweroȝd** verò ſuper **Wittemarebanc** debet homo ad hoc electus ſuper pedes ſuos quo profundius potuerit intrare, & dum ultra ire nequiverit, avirunatum unum octo pedibus longum introrſus de deverſo lanceando propellere, & à loco quo avirunatus ille tranſnatare deſierit, ſpacium quadraginta pedum per cordam debet menſurari, ibique ſignum in aquam infigi à quo ſigno in directè ut corda tendi poteſt uſque in **Chelfremerebeche**. Totum verò illud ſpacium quod de ſigno illo ultra **Wittemare** uſque in **Chelfremerebeche** in parte fuerit auſtrali cum omni in ea parte adjacenti mariſco, feudi & juris mei eſt ad *Saltreiam* meam pertinens, per quod prædicti anteceſſores mei omnes à tempore **Cnut** regis uſque ad hoc nunc tempus meum navicellæ unius piſcationem ad eandem *Saltreiam* pertinentem in **Wittemare** habuerunt & poſſederunt, quam & ego jure hæreditario habere & poſſidere debeo, & ſic de **Wittemare** per in longum **Chelfremerebeche**, & **Chelfremere**, & **Abbemerelade**, & **Abbemere**, & **Birchmere** uſque ad ejuſdem maris exitum verſus **Waltune**. His enim aquis à **Sweroȝd** in **Wittemare** uſque ad exitum de **Birchmere** verſus **Waltune** cingitur & ſeperatur mariſcus *Saltreie* meæ proprius a mariſco abbatum de **Burch** & de *Torneia* & de *Rammeſia* verſus aquilonem & orientem. Ab illo vero exitu de **Birchemere** indirectè per tranſiverſum mariſci uſque ad tertium haſſocum à firma terra in aquilonali fine de *Higgeneia*, & ſic deinde per omnem tertium haſſocum à firma terra inter mariſcum & *Higgeneiam* verſus occidentem per **venes** & per **Uthotes** uſque in foſſato *Edwini* firmæ terræ in heremitorio propinquiori, & ſic per idem foſſatum & per **Higgenetelade** uſque ad **Wilewenesſtubstede**. Inde ad **Waltuncholm**.

His diviſis undique circumcingitur & ſeparatur mariſcus meus ad eandem *Saltreiam* proprie pertinens ab aliorum mariſco, à ponte de *Saltreia* uſq; ad **Waltuncholm** cum aquis quæ infra ſunt, & ad ipſam *Saltreiam* pertinent. Inde per diviſam uſque ad **Fiſhersmere**. Inde circa boſcum ſicut *Judeta* comitiſſa illum ſepe circumcluſit ; ſcilicet ab inde uſque circum linguam de **Walterhacche**. Inde indirecte uſque ad **Willesrodeſende**, & ſic per deforis **Holeſtoc**, ad **Derneheigate**. Inde ad **Stangate**. Inde ad **Gzenehirſt**:

hirst. Inde ad Coupmannefordemer usque ad Pæstefcroft per quercus exteriores, & sic per inter campos de *Saltereia* & Coupmanneferdemere usque itidem in Blackemere.

His itaque terminis ac divisis dedi prædictis monachis totam *Saltereiam* meam, cum omnibus libertatibus & appendiciis suis & rebus prænominatis, & concessi & præsenti carta confirmavi, quibus eam habuerunt & possederunt antecessores mei prædicti. Quare volo ut hæc omnia habeant & teneant & possideant, in puram & perpetuam elemosinam bene & in pace quiete & honorifice pro salute animæ meæ, & patris mei, & matris meæ, & uxoris meæ, & liberorum meorum, & omnium parentum meorum, libera & quieta & soluta de omni terreno servicio, & omni temporali exactione & omni seculari consuetudine versum me & hæredes meos & omnes homines, sicut & ego vel pater meus & mater mea, seu *Wallevus* Comes & *Judeta* Comitissa, vel quisquam antecessorum meorum cujuslibet Regis tempore ipsam *Saltereiam* melius & quietius, propius ac liberius, longius & latius, per terminos prænominatos tam in bosco & plano, & mariseo & piscaria in Witlemare, unquam habuimus & tenuimus, & ante Conquestum *Anglia*, vel post, jure hæreditario possedimus.

Sciendum vero quod *Willielmus* Rex *Anglia* adquisitor, per neptem suam *Judetam*, Comitissam, quæ villam illam specialiter amavit et frequentavit, ipsam *Saltereiam* ab omnibus regiis consuetudinibus absoluit, etiam de murdris et Danegeldis, & omnibus aliis, sic et filii ejus post eum rex *Willielmus* et rex *Henricus*, unde nec firam petit nec hundzes, fractos pontes non restaurat, ad foresta dissoluta vel facienda nova non adjuvat. Ad bellum commune nec hominem, nec arma, nec sustentationem aliquam præbet. Vicecomitum vel justiciariorum seu præpositorum aut Forestariorum quorumlibetve Regis ministrorum nullus præter forestarios et ministros antecessorum meorum à tempore quo *Wallevus* Comes neptem Regis *Willielmi Judetam* in matrimonio accepit, et præter ministros nunc meos de bosco sive de bestiis seu de rebus quibuslibet ad *Saltereiam* pertinentibus terminis prædictis comprehensis, se quicquam intromisit. Prædictorum etenim tempore Regum antecessores mei omnes cujusque generis bestias agrestes infra terminos prædictos inventas liberè capiebant. Canum in ea pedes nunquam truncabantur. Qui cum quadriga vel traga aut onere per licentiam forestarii de bosco fuisset egressus, inter boscum et illius hominis domum cum nullus inde inquietare vel disturbare ausus fuit per viam. Reos infra terminos prædictos interceptos ad firam vel hundzes non mittit sed infra se præsente Curia domini sui judicium de eis facit et justitiam. Optinuit enim eadem Comitissa *Judeta* ab avunculo suo Rege *Willielmo* concedentibus hoc post eum filiis suis Regibus *Willielmo & Henrico*, villam illam cum multis aliis libertatibus habere in se sake & soke, Tol & Tem & infanganthef, nichilque consuetudinis temporalis vel servicii secularis cuiquam hominum exhibere, nisi tantum Dominis suis antecessoribus meis et michi illorum nunc hæredi. Si quis verò in posterum de quibuslibet horum sive de fossatis suis quæ jussi eos facere circa loca & habitacula sua, & de abbatia sua usque in Witlemare, seu ad quamlibet aquarum quæ mariscum quem eis dedi à mariseo abbatum de Burch & *Torneia* & *Rameseia* dividit, infra terminos prænominatos prout sibi viderint melius congruere, prædictos monachos inquietaverint, ego & hæredes mei eos & hæc omnia eis warentizabimus & manutenebimus & defendemus sicut de eo debemus quod me jubente fecerunt in suo proprio & meo feudo. De placitis etiam omnibus quæ de horum quovis contra eos emerserint, ad baronatum meum eos defendere pertinet. Hanc autem donationem & libertatem & confirmationem Deo & sanctæ *Mariæ* & prædictis monachis versus omnes homines warentizabimus. Hoc autem totum factum est per manum abbatis de *Sartis*. His Testibus, *Simone* filio meo, *Waltero* abbate de *Rammeseia*, *Henrico* archidiacono, *Hugone* capellano, *Waltero* de Dant, *Roberto Grimbald*, *Roberto Folior*, *Turgisio* de *Avarencis*, *Radulfo* de *Normannevilla*, *Hugone Grimbald*, *Dazid* de Ecchi, *Willielmo Olifard*, *Geroldo* de *Normannevilla*, *Alexandro Malse*, *Ricardo Walensi*, *Gilleberto* de *Blosmevilla*, *Simone* de *Latur*, *Toma* fratre ejus.

Carta *Malcolmi* Regis *Scotiæ* de fundatione ejusdem.

M. *Rex* Scotiæ *episc. abbat. justiciariis, comitibus, vicecomitibus, baronibus, ministris, & omnibus probis hominibus totius regni sui & honoris de* Huntedune *clericis & laicis salutem. Sciant tam posteri quam præsentes me dedisse & concessisse, & per hanc meam cartam confirmasse Deo & sanctæ* Mariæ *& monachis ordinis* Cistercii *qui sunt de domo de* Sartis, *in perpetuam elemosinam, ad abbatiam construendam, pro salute animæ meæ & antecessorum & successorum meorum, totam* Salterciam *cum omnibus pertinentiis suis, in bosco & in plano, in pratis & aquis, & pasturis, & mariscis, & omnibus aliis rebus sicut eam tenuit bonæ memoriæ* David *Rex avus meus, & sicut eam reddidit michi* Henricus *Rex* Angliæ *cum aliis rectis meis de* Huntedune. *Quare volo (&c.) His Testibus,* Herberto *episcopo* Glast. Waldevo *abbate de* Melros, Ernaldo *abbate de* Ruchb. Osberto *abbate de* Jedeburg, Waltero *cancellario*, Adam *capellano de* Rochb. Nicholao, Osberto *clerico*, Willielmo *fratre meo*, Waltero *fil.* Alani, Richardo *de* Morevilla, Rand. *de* Sulis, Willielmo *de* Morevilla, Willielmo *de* Sumervilla, Liolfo *filio* Maccus, Ormo *filio* Eilavi, David Olifard, Roberto Freb. David *de* Boevilla, H. *de* Peret. *Apud* Rocheburg. Ex autographo in bibl. Cottoniana.

De fundatione ejusdem & terrarum bundis.

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ fidelibus *Alexander Manse* salutem. Sciant omnes hoc scriptum attestationis meæ videntes audientesque, quando dominus meus *Simon* comes *Northamptoniæ* dedit monachis ordinis *Cisterciensis* pro construenda abbatia, in perpetuam elemosinam, totam terram de *Saltreia* in bosco & in plano & in mariseo per proprias divisas cum omnibus aliis pertinentiis Ex registro cartarum abbatiæ de *Ramsey* ex parte Remembratorii regis in Scaccario. fol. 56 b.

pertinentiis & libertatibus & quitantiis & omnibus aliis rebus prout melius & liberius & largius & longius ipsam *Saltreiã* tenuit ipse & habuit, vel pater ejus *Simon* comes, vel avus ejus & avia, *Waldevus* scilicet comes, *Judeta* comitissa, & sicut *Turchillus Daneys* cum *Hurogonda* uxore sua & alii prædecessores sui habuerunt et tenuerunt, et sicut *Wiferus* Rex qui monasterium de **Burch** fundavit cartâ suâ quam de illa fundatione fecit, mariscum cum stagnis et lacis, **Chelwremare** et **Wittlesmare** et aliis quamplurimis ad hoc pertinentibus dimisit, ipsam *Saltreiam* monachis prædictis dedit per proprias divisas, et carta sua confirmavit. Unde idem *Simon* comes monachorum paci et quieti et libertati providens, ut quamdiu hoc sæculum duraverit sciatur quomodo ipsam *Salteriam* vel ipse vel antecessores ejus liberius et longius et largius tenuerit, præcepit mihi et *Ricardo Walensi*, qui per ejus præceptum prædictos monachos de ipsa *Saltreya* insaisavimus et tradidimus, ut faceremus homines ejusdem villæ jurare, quod verum dicerent, quibus terminis et divisis et libertatibus ipsi vel patres eorum sub dominis suis ipsam *Saltreyam* tenuerunt: Sicque illi jurantes et post juramentum consilium secum habentes, et nominatim *Levetus* villæ præpositus qui prius juravit, et *Humfridus* de *Huptona*, et *Willielmus* de **Alpes**, et *Lambertus* et alii quamplures, post juramentum sic responderunt. Patres nostri qui in hac villa fuerunt tempore *Turkilli Daneys* et *Huregunda* terram iltius villæ istus terminis et divisis et libertatibus in bosco et plano et mariseo, et **Wittlesmere** tenuerunt, sicut nos ab eis audivimus; et nos eorum filii sub *Waldevo* comite & *Judeta* comitissa, et *Simone* comite qui filiam prædictorum *Waldevi* et *Judetæ* cum toto feudo, per donationem regis *Williel.* qui *Angliam* adquisivit, in matrimonio accepit, et sub *David* rege *Scotiæ*, qui eandem eorum filiam *Matildam* post mortem *Simonis* comitis domini sui in matrimonium accepit, tempore Regis *Henrici*, et huc usque sub domino nostro *Simone* comite, priore *Simonis* comitis filio, tenuimus, & ita terram istam supradictis dominis tentam esse & teneri debuisse, modo quem lex patriæ servaret, præsto essemus dirationare, si opus esset, & securè dirationare poterunt qui eam post nos tenuerint & habuerint.

Hiis scilicet terminis tam de tota terra quam de toto bosco quæ vocatur **Ewingesmode** & mariseo, & parte de **Withlesmere**, quibus terminis & divisis prædictorum dominorum tempore, & patres nostri & nos *Saltreiam* tenuimus; scilicet de **Slakemare** ut antiquitus dicebatur, quod ibi possunt quatuor domini super terram suam sedere, & de uno scuto comedere, inde usque ad summitatem collis corda tendatur, & quercus omnes quæ extra cordam inde ad divisum supra collem prætensam fuerint ad *Saltreiam* sint pertinentes; & sic per magnum divisum quod est inter *Saltreiam* & **Saltre** ultra collem usque ad permedium pontis parvi de *Saltreia*; & inde usque per medium locum qui dicitur **Stonehille** in directum, & inde in directum usque ad **Cumbelesmare** per medium, & inde rectitudine quâ corda recti potest usq; in exteriorem locum **Swerdesho;de** super **Withlesmere**.

Hoc est divisum antiquitus constitutum inter paludem de **Saltre**, & inter paludem de aliis villis a parte occidentali; ibi scilicet in **Swerdesho;de** super **Withlesmere** homo ad hoc electus infra aquam quò profundiùs poterunt intrare pedibus debet, & tunc amrimatum unum octo pedibus longum de deverso se tota vi lanceando propellere, & quantum transnataverit cum addito adhuc ultra spatio quadraginta pedum, quo signum fieri debet tantum de **Withlesmere** usque **Chelfreberche** versus austrum cum omni in ea parte adjacenti mariseo, inter comit. est quod habuit *Turkillus* & *Huregunda*, *Waldevus* comes & *Judeta* comitissa, *Simon* comes cum eorum filia *Matilda*. Rex etiam *David* cum eadem *Matilda* unam naviculam piscantem in **Withlesmere** dirationatam. Præter hæc omnes piscatores ejusdem maris, qui retia sua in hac parte maris siccabant, de captura sua sæpius in anno prædictis dominis præsentationem congruam faciebant. Hoc & oculis nostris tam de navicula quàm de piscatione & præsentatione vidimus, & sic ab orientali parte de **Withlesmere**, id est ab exitu versus *Rameſiam* per **Chelureme:rebeche** usque ad **Chelureme:re**, & inde per *Ulbermerelade* usque per de foris **Ulbemere** & **Birchemere**, scilicet ad exitum ejusdem **Birchemere** versus **Walton**, & ab illo exitu per transversum paludis usque ad tertium hassocum a firma terra, & in aquilonari fine de **Hygeney**, & sic per omnem tertium hassocum à firma terra circa **Hygeney** per **benes-Hutthites** usque in interiori fossato *Edwini* heremitæ versus **Hygeney**, ultra quod prædictus heremita pontem vertentem fecit: nam exterius quidem fossatum in mariseo de **Saltre** pro pastoribus domum suam comburere volentibus cepit, sed prohibentibus & fugantibus eum inde hominibus de **Saltre** non profecit donec *Berengarius Engayne* illud fossatum exterius in mariseo de **Saltre** ei pro numine suo facere permisit: & sic per illud interius fossatum usque in **Hygeney-lade**, & per **Hygeney-lade** usque ad **Wilewebestok** super *Hygeney lade* prope terram, & sic per omne tertium hassocum usque ad **Walton-holm**, & sic per divisum quod est inter terras de **Saltre** & **Walton** usque ad boscum per intra **Fissheresmere**.

De hiis divisis hic nominatis sciendum est, quod tempore Regis *Henrici* primi orta est inter nos & homines de **Walton** discordia, unde die constituto ad **Wylawe** convenimus, & alternatis rationamentis utentes, & nos nostris & illi suis consiliis adquiescentes, ne inde lis vel discordia oriretur inter nos, ita terminos nostros certificavimus; hominem unum statuimus pro signo in medio divisi sub bosco contra **Fissheresmere**, & alium ad **Strache** & tertium ad **Walton-holm**, & quartum ad **Wilwebestok** super *Hygeney-lade*, & sic de homine primo per singulos ad quartum in directum ambulantes, & sicut ambulavimus sic divisum inter nos & illos esse concessimus, cum prænominatis divisis inter mariscum nostrum & suum ultra **Hygeney** versus mare, sicque nos & illi ad **Wilawe** bene pacati discessimus. De **Fissheresmere** verò circa boscum, sicut *Judeta* comitissa illud boscum circumclusit sepe, & est de ipso **Fissheresmere** per divisum

inter

inter boscum de **Saltre**, & boscum de **Waltone** usque ad amulingum de **Waltonhaeth**, & inde in directum rectitudine qua tenditur corda usque ad **Pilleſcodeſhuue**, & de **Pilles** usque ad **Holestock** ad **Derneley-gate**, & inde usque ad **Stangate**, & inde usque ad **Grenshyrſt**, & inde per **Stangate** usque **Copmanfordemere**, inter boscum de **Copmanfordemere** & boscum de **Saltrey** usque ad **Epaſeleroſt**, per quercus exteriores, & inde per viam quæ dividit campos de **Saltrey** & **Copmanfordeſmere** usque ad **Slathomere**.

His terminis ac divisis quibus *Turkillus Daneys* **Saltre** certificavit & munivit, qui quia & censu suo & expensis suis tantum de mariſco usque in **Withleſmere** per divisas prænominatas, & partem de **Withleſmere** & piscationem, ut prædictum est, sibi adquisivit, & disafavit, & in vita sua cum pace tenuit, quantum de sicca terra habuit, & post eum tenuerunt & habuerunt per easdem divisas benè & in pace & absque omni diminutione prædicti domini *Waldevus* comes & *Juetta* comitissa, *Simon* comes & eorum filia *Matilda* comitissa, *David* rex *Scotiæ* cum eadem *Matilda*, & sub ipsis patres nostri & nos usque ad hunc diem eam tenuimus liberam & quietam versus omnes homines de omnibus servitiis & exactionibus universis præter tantum versus dominos nostros prædictos, libera & quieta extitit hucusque villa sub ipsis de omnibus regni consuetudinibus & exactionibus, & de murdris & de danegeldis, ne quis schyram vel **hundzed** petunt vel ad pontem fractum de **Huntedon** pro reſtauratione quicquam exhibuit, rei in ea inventi infra eam judicabantur, & justi omnia patiebantur, canum pedes in ea nunquam truncabantur, vicecomitum vel justiciariorum, seu præpositorum aut foreſtariorum quorumlibetve regis ministrorum nullus, præter foreſtarios & ministros prædictorum dominorum nostrorum, de bosco sive de bestiis se quicquam intromisit.

Scientes quod *Willielmus* rex *Angliæ* adquisitor pro neptis suæ comitissæ *Jobetæ* amore, *Saltreiam* quam illa specialiter amavit & frequentavit, ab omnibus regiis consuetudinibus absolvit, & omnibus exactionibus liberam & quietam esse fecit & concessit. Hoc idem fecerunt & concesserunt post eum filii ejus rex *Willielmus* & rex *Henricus*; unde & prædictorum tempore regum domini fundi cervos & cervas & omnes agreſtes bestias infra terminos prædictos inventas eorundem regum concessione, & donatione, retibus & canibus & modis quibus volebant, libere capiebant, sed & infra terminos inventas & extra eorum venationem egressas libere persequebantur & capiebant, ubicunque attingere poterant. Hanc libertatem habebant domini fundi non solum a *David* regis tempore, sed etiam a conquestu *Angliæ*, quando de bosco nostro homines cum quadrigis vel tragis seu oneribus per licentiam foreſtariorum exibant inter boscum & eorum domum, nullus eos inquietare vel viam prohibere ausus fuit prædictorum tempore regum, infra prædictas divisas per regem **Cnut** a *Turkillo Daneys* in sicco & mariſco constitutas, & a *Waldevo* comite & *Juetta* comitissa, & *Simone* comite & *Matilda* comitissa, & *David* rege & eadem *Matilda* comitissa, & domino nostro *Simone* comite liberè habitas & possessas liberè potuimus falcare & fodere, & per foreſtam domini nostri ligna cædere, & omnia nobis necessaria perquirere: extra verò hos terminos hoc, sine aliarum villatarum licentia, facere non potuimus, sicut nec ipsi infra nostros sine nostra licentia potuerunt, nec in mariſco plusquam in bosco; sic enim *Turkillus* per regem **Cnud** constituit; ut nulla villata in alterius mariſco foderet vel falcaret sine licentia; villis enim singulis juxta mariſcum positis, per jussum regis **Cnut** ipse mariſcum divisit, & quantum unaquæque villa de mariſco in proprium habere debuit; ut videlicet quantum unius cujusque villæ sicca terra de mariſco tangeret, tantum usque ad terminos manerii sui de **Saltre** prænominatos, unaquæque villa in proprium haberet, tam pro pastura ad pascendum, quam ad falcandum & fodiendum. Pastores vero nostri super exteriores hassocos versus **Walton** inter pratum & mariſcum debent stare & animalia sua usque ad pedes suos venire permittere.

Pro nimiis verò & multis perturbationibus quæ per pastores inter villas acciderant, milites vicini hoc nostro tempore convenerunt; scilicet, *Berengarius* **Engayne**, *Hervæus le* **Poygne**, & *Eustachius* de **Waltone**, & dominus de **Cumptune**, & dominus de **Glattone**; & ut pastura eis esset omnibus communis, id est, cornu sub cornu pro pace & concordia inter se tuenda, per se sine scitu & permissu aliorum dominorum concesserunt. Hoc autem sciendum, quod homines abbatis de **Thorney**, nihil omnino habere debeant in australi parte de **Withleſmere** sive **Chelteremerebeche** vel **Chelunmere**, nec quicquam proprium ibi unquam habuerunt. *Robertus* verò abbas de **Thorney** jure loquens, cum de communione pasturæ verbà apud aliquos movisset, die statuto convenerunt contra eum ad **Withleſmerestwilen** validi & homines de **Saltrey**, *Hervæus le* **Poygne** cum suis de **Saltrey**, & ex singulis villis ex hac parte positis multi alii qui eum in aquilonali parte de **Beche** sedens inde abbas ille causaretur, ut nostrorum in australi parte **Beche** sedentium rationamentis & veris antiquitatis ostensionibus sibi causatio adnullaretur, in hoc gaudebant, quod eorum rationamentis suum esse mariſcum in parte tantum aquilonali usque **Cholumerebeche** advertit; sicque discedentes ab omni causatione, vera rerum ostensione deincepsque omninò cessante, *Hervæus le* **Poygne** pater *Oliveri* dixit abbati *Roberto*, *de aliorum paupertate hic tuas divitias non potes multiplicare*; sicque discessit, & quia tunc rerum veritatem didicit, ejus causatio inde adnullata remansit, nec inde nos ultra convenire voluit. Præter hoc nullis prædictorum dominorum temporibus nunquam inde causationem à quoquam hominum audivimus, neque patres nostri à tempore *Turkilli Daneys*. His itaque terminis & libertatibus tenuerunt & habuerunt *Saltreiam* prædicti domini nostri usque ad diem hunc, & hæc ita fuisse, si fuisset opus propriis corporibus probaremus, & securè probare possunt, qui eam post nos habituri & possessuri sunt. Post juramentum quod prædicti homines sub bosco ad **Stangate** fecerunt

runt, hoc reſponderunt. Hiis igitur terminis & diviſis & omnibus libertatibus juſſu domini mei *Simonis* comitis, monachis de *Saltreia* in ſaiſinam tradidi in perpetuam elemoſinam poſſidendi, & in abbathiam conſtruendam. Sed quoniam nova vetera a memoria expellunt, & per veterum negligentiam alii aliena ſibi quaſi in juris poſſeſſionem convertunt, ne monachos nuper inſaiſiatos aliquis de hiis, quæ infra terminos prænominatos perceperunt inquietet, in monaſterio de **Burch**, quod quidem multis annis antequam *Thorneya* vel *Rameſia* vel *Croylandia* fundata fuit, quæſitum eſt, & in Carta *Wlfteri* Regis, qui illud fundauit, inventum, quomodo mariſcus etiam ab initio Chriſtianitatis fuit diviſus, in qua Carta confirmante Papa *Agathone* præcepit idem Rex ut abbas de **Burch**, & habitatores *Huntingdonienſis* provinciæ debeant & mariſcum & aquas medium partiri. Cum enim terminos eorum ab aqua quæ *Bradenea* nomine vocatur, uſque ad **Pakkelode** deſcripſiſſent, præcipit & ſic in medium partitis ſtagnis plurimis & immenſis paludibus cum habitatoribus *Huntingdonenſis* provinciæ, una cum ſtagnis & lacis **Chalberemere** & **Whitelemere** & aliis plurimis ad hæc pertinentibus, cum terris quoque & manſionibus quæ jacent in auſtrali parte **Chalberemere**. Manu igitur mea monachos de **Saltrey** inſaiſavi, & inſaiſatione illa præſenti ſcripto ſigillo meo ſignato in ævum conteſtor, unde & hæredibus meis præcipio quod de hiis quæ dicuntur loco mei pro tuitione monachorum ſecurè faciant, quicquid ego, ſi opus fuiſſet facere debuiſſem. Huic juramento & reſponſo & inſaiſationi & traditioni præſentes teſtes in villa tunc fuerunt *Malgerus* presbiter, *Ricardus Walenſis*, &c.

Cirographum de lada monachorum apud **Walton**.

Ex regiſtro de *Rameſey* fol. 38. b.

HÆc eſt finalis concordia facta in curia domini Regis apud **Huntedon** in octavis aſſumptionis beatæ *Mariæ*, anno regni *Ricardi* tertio, coram *Gaufrido* filio *Petri*, & *Oſberto* filio *Hervei*, & *Willielmo Ruffo*, & *Michaele Beleth*, & *Willielmo* filio *Ricardi*, & *Simone* de **Pateſhill** juſticiariis domini regis, & aliis fidelibus domini regis ibi tunc præſentibus, inter abbatem de *Rameſia*, per *Walterum* de **Stivecle** ſeneſcallum ejuſdem abbatis poſitum in loco ſuo in curia domini Regis ad lucrandum vel perdendum, & abbatem de *Saltreia* & conventum utriuſque loci per *Rogerum* eccleſiarium de *Saltreia*, & fratrem *Willielmum* monachum poſitos in loco ejuſdem abbatis in curia domini Regis ad lucrandum vel perdendum, de mariſco inter **Withleſmare** & **Albemare**, unde placitum fuit inter eos in curia domini Regis, ſcilicet quod omnes ladæ quas monachi de *Saltreia* fecerant in illo mariſco obſtupabuntur, excepta illa magna lada quæ vadit de **Withleſmare** verſus *Saltreiam*, quæ remanebit aperta, per quam ipſi monachi de *Saltreia* adducent lapides & cætera neceſſaria ad conſtructionem monaſterii ſui & aliarum officinarum ſuarum, & monachi de *Saltreia* habebunt unam parvam caſam tantum ſuper ipſam ladam, in qua adductores lapidum quieſcere poſſunt cum opus fuerit, & nullam aliam caſam nec domum in mariſco illo facient præter illam ſolam, nec arbores plantabunt, nec curtilagium, nec ladas nec trencheias ulterius facient ibi, nec patientur ut piſcatores ſui intrent in maras monachorum de *Rameſia* piſcandi cauſa. Pratum quoque quod *Willielmus Brito* falcare ſolebat quietum remanebit abbati & monachis de *Rameſia*. Ita quod omni tempore quo prata in defenſione eſſe ſolent & debent, fratres *Saltreiæ* averia ſua ab illo cuſtodient, nec illud ſcienter depaſci ſinent. Cuſtodient etiam averia ſua nè dampnum faciant in retibus piſcatorum de *Rameſia*, quæ ſuſpendi ſolent juxta maras de **Hulbemare** & de **Withleſmare**, & ſi dampnum fecerint fratres de *Saltreia*, ſolvent dampnum, ſicut piſcatores de *Rameſia* probare poterint per teſtes & per juramentum.

KIRKSTALLENSIS
Abbatia in agro Eboracenſi

ANNO MCxlvij. incarnationis dominicæ, homo quidam nobilis, *Henricus* de *Laceio* nomine in territorio *Eborac.* monaſterium ordinis noſtri ſuſcepit conſtruendum, aſſignat locum, erigit officinas, & mittitur ad eum monachorum conventus ſub abbate *Alexandro*. Iſte *Alexander* unus erat ex primis patribus noſtris, frater uterinus domini *Ricardi* abbatis de *Fontibus*, qui apud *Claram-Vallem* (ut dictum eſt) quievit in pace. Inter hos monachos ego *Serlo* emiſſus ſum, homo jam decrepidus, ut ipſe vides, & ætate confectus. Locus habitationis noſtræ primò **Bernolfwic** dicebatur, quem nos mutato nomine, montem S. *Mariæ* fecimus appellari. Manſimus ibi per aliquot annos multa perpeſſi incommoda famis & frigoris, tum quia turbato regno bona noſtra multoties diriperent graſſatores, tum propter aeris inclementiam, & imbrium importunitatem, qui in finibus illis, ut noſti, & fruges deſtruunt & habitatores reddunt egenos. Diſplicuit proinde nobis locus habitationis noſtræ, & abbatia in grangiam redacta, de aſſenſu & conſilio *Henrici* fundatoris noſtri, ad locum alterum migravimus, qui nunc **Kirkſtall** nominatur. Anno xv. fundationis monaſterii de *Fontibus*, xiiij. kal. Junii emiſſi ſumus ſub *Alexandro* xij. monachi & x. converſi.

MS. de orig. *Fontenſis* cœnobii in bibl. *Arundeliana*. fol. 11. b.

A. 1147. 13. Kal. Jun.

Fundationis hiſtoria.

FActum eſt poſt mortem *Henrici* Regis *Angliæ* filii *Willielmi* cognomento *Baſtardi*, ut regnaret pro eo *Stephanus Bleſenſis*, nepos regis ex ſorore ſua. Tumultuante ſiquidem milite & turbato regno diadema ſibi impoſuit, fretus auxilio *Henrici Wintonienſis* epiſcopi fratris ſui.

Ex MS. in bibliotheca *Bodleiana* inter collect. per *Willielmum Cantuar.* archiep. collatos. [G. 9.] fol. 129. a.

Fuit autem in hiis diebus in provincia *Eboracenſi* vir quidam magnarum rerum & inter proceres regni notiſſimus, & nominatiſſimus, nomine *Henricus*

Henricus de **Lacy**, & factum est ut egrotaret diebus multis. Compunctus homo sub flagello Dei votum fecit domino quod abbatiam construeret ordinis *Cisterciensis* in honore gloriosæ virginis & matris Dei *Mariæ*. Convaluit, & voti sui non immemor, abbatem de *Fontibus* mox fecit accersiri, revelat ei propositum, ostendit votum & ad abbatiam construendam villam quandam nomine **Wernolfwyk** cum appendiciis suis donatione solempniter, facta ei assignat & carta sua confirmat.

Erat autem prædicta villa de feodo *Hugonis Bigot* comitis de **Norfolc**, quam prædictus *Henricus* tenuerat, reddendo comiti annuatim quinque marcas & unum accipitrem de sovagio. Sed jam multis annis cessaverat à solutione. Suscepit abbas munus oblatum de manu viri, ignorans rem esse litigiosam, & missis fratribus officinas humiles erexit secundum formam ordinis, novum nomen loco imponens *Montem sanctæ Mariæ*. Officinis igitur de more dispositis, anno incarnationis Domini MCxlvij. ordinatus est in abbatem ejusdem loci venerabilis dompnus *Alexander* Prior de *Fontibus*, & ipso die videlicet xiiij. kal. Junii de monasterio *Fontanensi* emissus cum monachis xij. & conversis x. ad abbatiam novam quæ *Mons sanctæ Mariæ* dicebatur. Erat tunc temporis *Eboracensis* archiepiscopus bonæ memoriæ *Henricus Murdac* abbas quondam de *Fontibus* qui locum ipsum cum pertinentibus & ecclesiam ejusdem loci solutam & quietam & ab omni calumpnia liberatam monachis ibidem Deo servientibus Pontificali auctoritate concessit & confirmavit.

Fuit autem ecclesia de **Wernolfwick** antiqua nimis & ab olim fundata, habens villas parochiales quatuor, videlicet *Martonam*, & aliam *Martonam*, *Bracewellam*, & *Stokam*, excepta villa de **Wernolfwik** & duabus villulis appendentibus **Elfwynetrop** & **Broccavene**, quas amotis habitatoribus jam dicti monachi possidebant. Convenerunt parochiani ad ecclesiam de more diebus festis cum presbitero & clericis & erant molesti monasterio & fratribus ibidem commorantibus. Volens igitur abbas quieti monachorum & paci providere, licet minus consultè, à fundamento ecclesiam ipsam evertit reclamantibus clericis & parochianis. Facta est itaque questio non levis de tam insolita præsumptione, clericus siquidem qui rector erat & persona ecclesiæ ipsam molestè ferens eversionem, abbatem & monachos coram metropolitano in jus trahebat Tandem partibus in præsentia archiepiscopi constitutis, hinc inde ad sedem apostolicam est appellatum, ubi in præsentia domini Papæ terminatum est pro monachis, & parti adversæ silentium impositum. Pium enim videbatur & dignum favore ut ecclesia caderet dummodo abbatia pro ea construeretur, ut minus bonum majori cederet, & illa pars optineret in causa quæ uberiores proferret fructus pietatis. Pace igitur reddita et lite sopita, utilitati monasterii fratres quietius insistebant, duplici tamen incommodo laborabant. Nam grassatores, quia tempus guerræ erat, bona eorum frequenter deripiebant & importunitas imbrium omni ferè anno fruges eorum suffocabat. Sex annis & amplius ibidem manserunt in paupertate continua & penuria victus & vestitus. Videns abbas quod locus habitationis suæ minus erat idoneus monasterio construendo, cogitare secum cœpit de sede mutanda & monasterio alias transferendo. Et contigit tempore quodam ut iterum agens pro negotiis domus suæ, transiret per vallem quandam tunc temporis nemorosam & umbrosam & nomen vallis **Aierdale**, id est vallis aquæ quæ vocatur **Air**, & invenit in ipsius vallis planicie fratres quosdam in habitu religionis heremeticam vitam ducentes. Delectatus loci amenitate divertit ad eos sciscitans ab eis de modo vivendi & forma suæ religionis, unde illuc advenerint, vel quis eis locum contulerit ad inhabitandum. Respondit ei unus ex eis cui nomen *Seleth* & ipse quasi magister eorum. Ego inquit natus in australi parte regni hujus, revelatione celitùs ad me facta huc adveni. Nam cum essem in terra nativitatis meæ, facta est ad me vox per somnium tertio dicens *Surge Seleth & vade in provinciam* Eboracensem *& quære diligenter in valle quæ vocatur* **Aierdale** *locum quendam qui dicitur* **Birkestall** *ubi enim providebis habitationem futuram fratribus ad serviendum filio meo.* Et tu, inquam, dic quis sit filius tuus cui servire debemus. *Ego inquit sum* Maria *& filius meus vocatur* Jesus Nazarenus *salvator mundi.* Evigilans excogitavi mecum de revelatione facta quid agerem, & jactans domino spem meam, relicta domo & domesticis meis nil cunctatus, iter arripui. Eaque ducente quæ me vocavit, ad hanc vallem quam vides non sine difficultate perveni, hic autem à pastoribus armentariis primo accepi, locũ istum in quo nunc habitamus **Birkestall** nominari. Solus eram diebus multis, radicibus victitans & herbis, & elemosinis quas mihi christiani caritatis intuitu ministrabant. Adjunxerunt se mihi postea fratres isti quos nunc vides me habentes pro regula & magistro, vitam ducimus in commune secundum formam fratrum de *Leonib*, nichil habentes proprium, victum & vestitum quæritantes labore manuum nostrarum. Audiens hæc abbas cogitare secum cœpit de situ loci & circumstanciis ejus, de vallis amenitate & aqua ibidem præterfluente, de silvis adjacentibus ad fabricas erigendas. Et visum est ei quod locus satis amenus est & opportunus ad abbatiam inibi construendã. Cœpit igitur leniter monere fratres de salute & profectu animarum suarum proponens ei propriæ voluntatis periculum, paucitatem fratrum, discipulos sine magistro, laicos sine sacerdote, suadens eos ad majorem perfectionem & ad meliorem formam religionis. Et valedicens fratribus profectus est ad fundatorem monasterii *Henricum* de **Lacy**. Susceptus ab eo cum honore condigno suggerit ei de negotiis domus suæ, de paupertate fratrum et loci incommoditate, difficultates varias & gravamina, invenisse se locum valdè accomodum & amenum, posse de facili rem illam in ejus dominium devenire. Miles autem qui erat dominus fundi illius vocabatur *Willielmus Pictaviensis*. Igitur de communi consilio tractant secum abbas & fundator qualiter res ad effectum facilius & celerius perducatur. Abbas itaque heremitas conveniens alios ad se traxit ordini incorporandos, alii accepta pecunia suum ei jus cesserunt & habitationem.

Henricus de **Lacy**, *Willielmum Pictaviensem* ad

ad se vocans suum impetravit assensum, & sopita simultate & discordia quæ inter eos exiterat facti sunt amici in die illa.

Igitur *Willielmus Pictavensis* ad instantiam *Henrici* dictum locum heremitarum cum aqua & boseo adjacente per metas & certas divisas Deo & monachis contulit & carta sua confirmavit imperpetuum possidendum, sub annuo tamen reddito quinque marcarum sibi & hæredibus suis persolvendo.

Abbas itaque securus de sede ubi locus erat commodior, basilicam erigit in honore matris Dei semper virginis *Mariæ* & dispositis ex ordine humilibus offi inis, monasterium suum, mutato nomine, **Kirkestall** nominavit. Anno dominicæ incarnationis MClij. regnante in *Anglia* Rege *Stephano*, presidente sedi *Eboracensi* archiepiscopo *Rogero*, xiiij. kal. Junii, Ipsa die potentianæ virginis venit conventus monachorum de sede prima jam in grangiam redacta, ad locum qui nunc **Kirkestall** nominatur, locum nemorosum & frugibus infecundum, locum bonis ferè destitutum preter ligna & lapides & vallem amenam cum aqua fluminis quæ vallis medium præterfluebat. Porrò aqua illa discriminabat limites inter feodum *Willielmi Pictavensis* & feodum *Willielmi* de *Ramevilla*. Monachi ex aquilonari parte fluminis residentes, ex australi plaga nullam habebant possessionem. Sed favente domino & abbate procurante terram à medio fluminis usque ad clivum montis per certas metas & divisas tandem sunt adepti. Accepto igitur ferro succiderunt silvas & novalia sibi novantes cum filiis *Effraim* fecerunt sibi locum ad habitandum & spineta condensa ad cultum redigentes anarum globam letis frugibus luxuriare cogebant. Et vidit dominus labores eorum & benedixit eis, & multiplicati sunt in brevi numero fratrum & nomine possessionum. Abbas vero homo religiosus & prudens cum sollicitudine & sagacitate circa domus suæ promotionem modis omnibus invigilabat, & justis quantum potuit titulis dilatabat.

Astitit ei per omnia fundator monasterii *Henricus* de **Lacy** nunc annonam tribuens, nunc commodans pecuniam prout domus necessitas exigebat. Ipse edificiis providendis interfuit. Ipse manu sua ecclesiæ fundamenta jecit. Ipse totam ecclesiæ fabricam impensis propriis consummavit.

Interea mota est controversia super grangiam de **Bernolswyk**. Comes enim de **Mortfolc** *Hugo* cognomento *Bigot* eam sibi in dominicum vendicavit & in curia domini Regis sibi dirationavit, & monachos pro defectu warranti per judicium curiæ fecit disseisiri. Consternatus abbas dampno rei familiaris adiit comitem ejusque pedibus provolutus movit hominem ad pietatem, tandem convenit inter eos ut ex donatione comitis grangiam cum pertinentiis susciperent tenendam de eo & hæredibus suis in perpetuam elemosinam, reddendo annuatim antiquam firmam V. scilicet marcarum vel palefridum ad valentiam & unum accipitrem. Sed tunc annuum redditum bonæ memoriæ Rex *Henricus* fecit amoveri, movens diligenter & inducens comitem ut pro redemptione peccatorum suorum grangiam dictam cum pertinentiis in puram & perpetuam elemosinam Deo & monachis conferret, quod & factum est sicut carta prædicti comitis testatur & confirmacio Regis quas inde habent, ita tamen quod in diebus suis hunc annuum censum ei solverent, post decessum ejus liberi ab omni præstatione sint quieti imperpetuum.

Redit ergo abbas ad propriam domum cum carta comitis & confirmatione regis, & rebus prosperè peractis benedicitur dominus in omnibus donis suis. Et aucta est domus in pecoribus in pascuis in terris & tenementis. Et hæc locorum nomina quæ favente domino temporibus suis adquisivit.

Inprimis **Bernolswyk** cum **Clitwynthorp** & **Brocadene** cum pertinentiis suis. In **Clivacher** unam carrucatam terræ cum pertinentiis suis, & pasturam equis & armentis amplam nimis, **Aldefeld, Cokerick, Berehay, Horsforo, Alreton**, *Rondebaiam*, **Pikilthwayt, Thorpe**, messuagium in *Eboraco*, *Hotenam* & *Besecra* cum duabus grangiis vicinis abbatiæ quæ sunt de feodo *Willielmi Pictavensis*.

In diebus illis erecta sunt edificia de **Kirkestall** ex lapide & lignis delatis. Ecclesia videlicet & utrumque dormitorium monachorum scilicet & conversorum, utrumque etiam refectorium, claustrum, & capitulum & aliæ officinæ infra abbatiam necessariæ, & hæc omnia tegulis optimè cooperta. Officinas grangiarum ipse disposuit & omnia foris & intus sapienter ordinavit. Ampla nemora quæ favente Deo adquisierat ita diligenter adquisivit posteris profutura, ut nil unquam ad edificandum inde sumeret, sed aliunde omnia comparavit.

Triginta & quinque annis præfuit monasterio de **Kirkestall**, verus abbas & re & nomine, & consummatus in senectute bona homo senex & grandevus appositus est ad patres suos.

Successit ei vir venerabilis dominus *Radulphus* cognomento *Hageth* monachus primo de *Fontibus* (*&c.*)

Ablata est sub hiis diebus grangia de **Pikilthwayt** major & melior sustentatio monasterii. Rex enim *Henricus* malè suasus a suis consiliariis in odium *Rogeri* de **Poudray** eos fecit disseisiri, quia grangia prædicta fuit de feodo ipsius, & ipsam grangiam cum pertinentiis & totum feodum de **Colingham** & de *Berdeleya* dedit *Adæ* de **Brus** in escambium pro castello de **Daneby** quod dictus rex ei ante abstulerat.

Successit ei abbas *Lambertus* (*&c.*) Fuit in diebus illius pax inter fratres cum vicinis (*&c.*) Sed ne viro deesset temptatio ad profectum, accidit ut miles quidam *Ricardus* nomine de **Eland** grangiam de **Clivacher** cum pastura sibi vendicaret. Intelligens abbas quod miles justè eum impetebat, advocato suo scilicet domino *Roberto* de **Lacy** ipsam grangiam resignabat data sibi villa de **Alkerington** in escambium. Hanc villam, amotis habitatoribus, redegit in grangiam usibus monasterii profuturam, si cum pace eam possidisset, sed maligni quidam in vicinia habitantes quorum antecessores *Alkeringtonam* olim possiderant, instinctu diaboli ipsam grangiam cum supellectile combusserunt, & tres conversos, *Normannum Unfridum* & *Robertum* qui grangiam regebant crudeliter interemerunt. Contristatus

tristatus abbas casu adverso, defunctorum Deo animas, corpora commendabat sepulturæ. Et *Robertum* de **Lacy**, advocatum domus suæ expetens causam suam cum lacrimis ei commendavit. Indignatus vir nobilis ad tantam præsumptionem, aggressus est ipsos malefactores, & tam eos quam omnem cognationem eorum exulare compulit, donec ad abbatis genua provoluti, de licentia domini *Roberti* de **Lacy**, Deo & fratribus pro tam enormi peccato satisfecerunt, ipsam etiam grangiam pro se & successoribus suis abjurare jurarent, quicquid juris in ea habuerunt Deo & monachis conferentes, data insuper pecunia pro dampnis quæ eis intulerunt.

Facta igitur pace cum adversariis reedificat grangiam quæ corruerat, *(&c.)*

Successit ei bonæ memoriæ Abbas *Helias* monachus olim de *Rupe*, *(&c.)* Nec defuit temptatio initio creationis suæ. Nam vir nobilis *Rogerus* de **Lacy**, advocatus ipsius Monasterii malè suasus à quibusdam, tantam erga dictum abbatem concepit indignationem quod nec videre quidem hominem, nec in sua presentia dignabatur admittere. Sed dominus in cujus manu sunt corda principum & consilia eorum, mitigavit motus ejus & rancorem illum in plenam gratiam & amorem convertit. Nam & Abbatem ipsum de inceps familiarem habuit & privatum, & negotia domus non mediocriter promovit. Abbas igitur de gratia Dei & adjutorio illius confidens, convenit Regem *Johannem* super grangia de **Pikelthwayt**, quam pater ejus Rex *Henricus* olim monachis abstulerat. Adjuvabant partes ejus *Rogerus* de **Lacy**, Constabularius *Cestriæ*, & omnes magnates Curiæ qui amici ejus erant; sed Rex nullatenus grangiam concedere adquievit nisi manerium in cujus pertinentiis sita erat ad feodi firmam accipere voluisset. Hac igitur necessitate inductus prædictam grangiam cum maneriis de **Colingham** & de *Berdseya*, ad feodi firmam de manu Regis accepit, reddendo annuatim quaterviginti libras & decem, sicut Carta Regis testatur.

In diebus suis adjecta est soca **Abel** monasterio de **Birkestall** & villa de **Alreton**, scilicet dimidium feodi militis cum quibusdam aliis locis.

Ablata est tempore suo grangia de **Yoton**, violentia Regis *Johannis*, Et terram de **Thorp** cuidam *Laurencio* Clerico de **Wyton** concessit.

Inventum est in Chronicis Abbatiæ de **Birkestall**, quod anno regis *Henrici* quarto, & anno Domini MCxciiij. mensis Augusti die xxj. viz kal. Februarii, obiit bonæ memoriæ Dominus *Robertus* de **Lasey**, secundus fundator monasterii de **Birkestall**, & ibi sepelitur.

Carta *Henrici* de **Laci** de fundatione abbatiæ de **Birkestal.**

Cartæ A. 1 E. 3. n. 37.

Notum sit omnibus præsentibus, & futuris me Henricum *de* Laccio *dedisse & concessisse, & hac præsenti carta mea confirmasse Deo & sanctæ* Mariæ, *& abbati* Alexandro *de* **Birkestall** *& monachis ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, ad ædificandam abbatiam de ordine* Cisterciensi, *ipsum locum de* **Birkestall**, *&* **Bernolveswich**, *cum omnibus appendiciis suis in boseo, & plano, in pratis, & pascuis, & aquis, & in omnibus quæ eisdem terris appendent, &* Brachmeleiam, *vaccariam juxta* le Rundeheiam, *& pasturam. Et hac eis concedo, & presenti carta confirmo, libera, & soluta, & quieta ab omnibus consuetudinibus, & terrenis servitiis, pro salute animæ uxoris meæ &* Ilberti *avi mei, &* Hawis *uxoris suæ, & hæredum meorum, & patru, & matris & fratrum meorum sororumque mearum, &* Matildis *amitæ, & omnium parentum meorum, & omnium fidelium defunctorum. Concedo etiam eis, & hac carta confirmo donationem quam* Willielmus *de* Reinavilla, *& uxor ejus fecerunt eis, per conventionem, & per divisas, & metas, quas ipse eis statuerit, & carta sua confirmavit. Concedo insuper eis, & hac eadem carta confirmo illam donationem terræ quam fecit eis* Willielmus *de* Hedigleia, *& uxor ejus, & filius ejus, per conventionem, & per divisas, & metas quas idem* Willielmus *eis fecit, & statuit, & sicut ipse, &* Robertus *filius suus, per cartas suas confirmavit; sub eadem quoque confirmatione, eis concedo donationem quam fecit eis* Samson *de* Alretuna, *per conventionem, & per divisas, & metas quas idem* Samson *eis statuit, & carta sua confirmavit. Precor autem & præcipio omnibus hominibus meis, quatenus hunc locum, & hujus loci habitatores, & omnia eis pertinentia diligant, & honorificent, & manuteneant. Testes dominus* Henricus *archiepiscopus* Eboraci, Otto *de* **Tilli**, Richardus *grammaticus*, Jordanus *frater ejus*, Richardus *filius* Gubaldi, Radulphus *filius* Nicholai, Willielmus *de* Mungei, Robertus Pictavensis, Willielmus *de* Hedingleia, Lambertus *medicus*, Adam *presbiter de* Pontefracto, Arnaldus *presbiter*, Gamellus *filius* Besing, Adam *presbiter*, Alanus *camerarius*, Asketillus Maluuerer, Robertus *Barbu*, Henricus Gualensis, Adam *filius* Petri, Willielmus *filius* Adelini, Hugo *de* Cleituna, Henricus Hathecrist, Thomas *filius* Petri, Alexander *de* **Kid.**

Carta *Henrici* de **Laci** divisas inter **Bernolveswic** & **Blakeburnescire** indigitans.

Ex autographo in bibl. Hatton.

Omnibus sanctæ matris filiis præsentibus & futuris H. *de* **Laci** *salutem. Sciatis has esse rectas divisas inter* **Bernolveswic** *& foresiam meam de* **Blakeburnescire** *quas ego & homines mei perambulavimus ea die qua tradidi* **Bernolveswic** *cum omnibus appendiciis suis monachis ordinis* Cisterciensis *ad abbatiam construendam, & prædictam* **Bernolveswic** *per has easdem divisas perpetuò possidendam eisdem monachis assignavi; scilicet per rivum qui vocatur* **Blakebroc** *& ita sursum ultra moram in directum usque ad* **Gatlmers**, *& ita in directum usque ad caput de* **Elesaghe** *& ita in transversu montem qui vocatur* **Blachou**, *& ita usque ad* **Dregile**, *& ita per* **Dregile** *sursum usque ad* **Pikedelaue** *qui vocatur* **Alainesete**, *& de* **Pikedelaue** *usque ad antiquum fossatum inter* **Bidhop** *&* **Colredene.** *Et ideo ne inter eosdem monachos & hæredes meos possit de eisdem divisis aliqua in posterum oriri contentio, hanc cartam dedi eis in testimonium prædictarum*

Vide cart. 1 E. 3. n. 37, & 63.

Eburum divisarum. His testibus, Ottone *de* **Tilli**, Oberto *archidiacono*, Jordano Foliot, Willielmo *elemosinario*, Ketel *filio* Ulberti, Gamelino *fratre Jus*, Ricardo *de* **Cliderhou**, Johanne *coco*.

Inquisitio super eisdem divisis.

Inf'.

7 E 3.

1335

INquisitio capta apud *Eboracum* die sabbati proxima post festum Purificationis beatæ *Mariæ* virginis anno regni Regis *Edwardi* tertii post conquestum septimo, coram *Willielmo* de *Denum*, *Johanne Giffard*, *Adam* de **Hoperton**, & *Thoma Deyvill*, secundum formam commissionis domini Regis eis inde directæ, & huic inquisitioni consutæ, in præsentia *Petri* de **Saltmersh** vicecomitis *Eboraci* ad hoc ex parte domini Regis interessendi præmuniti, per *Willielmum* de **Parton**, *Petrum Gilyot* (*&c.*) juratores electos & triatos. Qui dicunt super sacramentum suum quod quidam *Henricus* de **Lacy** quondam dominus de **Blakeburneshire**, & manerii de **Bernolveswik**, in fundatione abbatiæ de **Kirkstall**, per cartam suam dedit cuidam *Alexandro* tunc abbati ejusdem loci & monachis ibidem Deo servientibus manerium de **Bernolveswik** cum suis pertinentiis per certas metas & divisas inter forestam tunc ipsius *Henrici* de **Blakeburneshire** & manerium illud factas, quæ quidem metæ & divisæ in eadem carta continentur & in dicta commissione domini Regis pleniùs annotantur. Virtute cujus donationis idem *Alexander* tunc abbas & successores sui abbates loci prædicti manerium prædictum cum pertinentiis per metas & divisas prædictas habuerunt tenuerunt & inde seisiti fuerunt pacificè ut de jure ecclesiæ suæ prædictæ, & commodum & voluntatem suam ut in terris tenementis boscis pasturis & aliis ad idem manerium pertinentibus sine impedimento aliquorum seu alicujus fecerunt; quousque dominus *Henricus* de **Lacy** nuper comes *Lincolniæ* tempore Regis *Edwardi* avi domini Regis nunc quendam *Hugonem* de **Ozymstun** quondam abbatem loci prædicti prædecessorem istius abbatis qui nunc est impedivit & ipsum per dominium suum ejecit tam de solo quam de communa habendis circiter in octingentis & quadraginta acris bosci moræ & pasturæ de pertinentiis manerii prædicti infra dictas metas & divisas existentibus incipiendo ad caput de **Ellershaghe** & sic usque **Blachou**, & de **Blachou** usque **Dregile**, & de **Dregile** usque **Pykedelawe** quæ vocatur **Alnisete** & de **Pykedelawe** usque ad antiquum fossatum inter **Bishop** & **Colreden**, eaque occupando & ad forestam prædictam sic attrahendo quominus dictus *Hugo* tunc abbas & successores sui comodum suum de tenementis illis facere aut communam in eisdem habere potuerunt, minus justè. Et dicunt quod tenementa illa per hujusmodi impedimentum sic ad prædictam forestam tracta valent per annum triginta & quinque solidos, scilicet acra obolum & non plus, quia nullum extat ibi aliud proficuum capiendum nisi morosa pastura frisca pro grossis animalibus inde pascendis, & debilis existit.

Dicunt etiam quod idem nunc abbas nec prædecessores sui post prædictum impedimentum per dictum comitem præfato *Hugoni* abbati factum nullam communam in prædictis tenementis sic ad dictam forestam tractis habuerunt, set inde hucusque minus justè impediti sunt. Et dicunt quod *Thomas* nuper comes *Lancastriæ* & *Aleſia* uxor ejus post discessum prædicti *Henrici* comitis, ac dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* pater Regis nunc ad cujus manus prædicta foresta de **Blakeburnshire** post mortem ipsius *Thomæ* devenit, per ministros suos, necnon & domina *Isabella* Regina *Angliæ* mater domini Regis nunc, per *Willielmum* de **Tatham** custodem terrarum ipsius Reginæ de **Blakeburnshire** & *Ricardum* de **Percleſden** capitalem forestarium dictæ Reginæ forestæ prædictæ, hujusmodi impedimentum de dictis tenementis sic ad forestam illam tractis continuaverunt versus ipsum nunc abbatem & prædecessores suos à tempore obitus prædicti *Henrici* comitis. Requisiti Juratores qua de causa. Dicunt quod voluntariè & injuriosè & per vim dominii. Et dicunt similiter jurati quod idem nunc abbas nec aliquis prædecessorum suorum jus quod habuit in prædictis tenementis ad forestam prædictam sic tractis, præfato *Henrico* nuper comiti nec alicui alii domino ibidem postea remisit quietum clamavit nec statum suum in aliquo inde mutavit. Et dicunt etiam quod non est ad dampnum seu præjudicium aliquorum nec alicujus si idem dominus Rex nunc & præfata domina *Isabella* Regina restitutionem eidem nunc abbati de tenementis prædictis sic ad forestam prædictam tractis habere faciant, eo quod tenementa illa sunt de pertinentiis manerii prædicti, & nullus habet jus in tenementis prædictis nisi dominus nunc abbas & successores sui ut de jure ecclesiæ suæ supradictæ. Et sciendum est quod *Willielmus* de **Tatham** custos terrarum prædictæ Reginæ de **Blakeburnshire** & *Ricardus* de **Percleſden** capitalis forestarius ibidem præmuniti fuerunt essendi captioni hujusmodi inquisitionis per *Petrum Giliot*, & *Johannem* de **Bolington** & non venerunt. In cujus rei testimonium prædicti jurati huic inquisitioni sigilla sua apposuerunt.

Historia Laceiorum.

MEmorandum quod tempore *Ethelbart* regis *Angliæ* qui cœpit regnare anno domini quingentesimo nonagesimo sexto, eo viz. tempore quo beatus *Augustinus Anglorum* apostolus missus per beatum *Gregorium* Papam in *Angliam*, & fidem docuit Christianam, fuerat apud **Whalley** in **Blackburnshire** ecclesia quædam parochialis constructa, in honorem omnium sanctorum, in cujus quidem ecclesiæ cimiterio, erant cruces quædam lapideæ tum erectæ, & vocatæ à populo *cruces beati Augustini*, quæ sub eodem usque hodie ibi durant, appellataque fuerat tempore illo ecclesia prædicta, *Alba ecclesia subtus lege*. Infra fines autem & limites parochiæ ejusdem ecclesiæ continebantur tunc temporis tota **Blackburnshier**, & tota **Boland**, & sic annis plurimis perduravit. Postea, crescente fidelium devotione numeroque credentium augmentato in illis partibus, constructæ aliæ tres ecclesiæ parochiales in **Blackburnshire**, videlicet, ecclesia de **Blackburn**, ecclesia de

Ex codice MS penes *Ric. Lacy* armiger. 1590

Chepin

Chepin & de **Ribchester**, parochiæque ecclesiarum earundem ab invicem distinctæ, & certis undique limitibus designatæ, prout usque in præsens continuè perleverant, & apud omnes de illis partibus innotescunt. Et quia parochia ecclesiæ de **Blackburne** tam sterilis tunc fuerat, & exilis quod ad sustinendum onera incumbentia sufficere non valebat, extitit per loci diocesanum de rectorum ecclesiæ de **Walley** licentia & assensu pro futuris temporibus ordinatio, quod rectores dictæ ecclesiæ de **Blackburne** perpetuis annis percipient quartam partem omnium proventuum ecclesiæ de **Whalley** prædictæ, pro sua porcione sufficientius amplianda, quod & usque in præsens, tanquam jus ecclesiæ ejusdem obtinet. His autem temporibus, dum dictæ ecclesiæ taliter fuerant ordinatæ, non erant in **Blackburnshire** apud **Cliderhow** vel alibi castrum aliquod ædificatum, neque capella quæcunque præter ecclesias supradictas, nec dominus aliquis qui patronatum dictarum vel alicujus earundem ullatenus vendicaret ; sed rector quilibet, terram & villam in qua ecclesia sua fuerat situata, tanquam dotem ecclesiæ suæ tenuit, & possedit, ipsamque ecclesiam sic dotatam, tanquam patrimonium suum, & hæreditatem propriam, successoremque sibi de filiis vel amicis suis, liberè inrogavit, interveniente duntaxat acceptatione seu institutione episcopi *Lichfeldensis*. Fueruntque dicti rectores de **Whalley** & **Blackburne**, præcipuè homines uxorati, & domini villarum, & illi quidem de **Whalley**, decani non personæ fuerant appellati. Ac per hunc modum ordinabantur ecclesiæ illæ, usque ad tempus regis *Willielmi* conquestoris, cognomento **Bastard**, scilicet per sexcentos ferè annos, & post tempus ejusdem regis, usque ad concilium *Lateranense*, prout ex antiquis & veracibus cronicis satis liquet. Quis dominium de **Blackburnshire** tenebat ante tempus dicti regis *Willielmi* sub certo cronicis non habetur, vulgaris autem opinio tenet & asserit, quod quot fuerant vel mansa seu maneria hominum, tot fuerunt domini, nedum in **Blackburnshier**, verum etiam in **Rochedale**, **Totington**, & **Bowland**, & toto convicinio adjacenti; quorum nullus de alio tenebat, sed omnes in capite de ipso domino rege. Post conquestum autem in unum dominium omnia sunt redacta ; quod quidem dominium de **Blackburnshire** præfatus *Willielmus* rex conquestor, dedit cuidam *Ilberto* de **Lacy** militi qui secum venerat de *Normannia* in conquestu suo, cum dominio & honore de *Pontefracto*, & alias terras multas, hæredibus suis jure hæreditario possidendas. Iste autem *Ilbertus* in castro suo quod fecerat apud *Pontefractum*, capellam quandam construxit in honorem sancti *Clementis*, per dominum *Thomam* archiepiscopum *Eboracensem* dedicari fecit, & in eadem capella cantariam quandam ordinavit, & canonicos ibidem, cum decano constituit perpetuò servituros ; ipsamque capellam terris, redditibus, decimis garbarum & pullorum armenti sui, ac multis aliis dotavit, & capellam liberam eandem per dominum *Alexandrum* Papam tertium universali tunc ecclesiæ præsidentem decerni & fieri procuravit, prout in bullis ejusdem domini Papæ plenius continetur. / Iste *Ilbertus Lacy* genuit ex *Hauisia* uxore sua *Robertum Lacy*.

Robertus Lacy ex *Matilda* uxore sua genuit duos filios, *Hilbertum* & *Henricum* : & iste *Robertus* fundavit monasterium apud *Pontefractum*, in honorem Dei, beatæ *Mariæ* virginis, & beati *Johannis* apostoli & evangelistæ, transferens illud de loco ubi nunc est hospitale sancti *Nicholai* constructum in locum ubi corpus glorioſi *Thomæ Lancastrensis* jam humatum. Obiit tempore *Willielmi Rufi* Regis & sepultus est in monasterio prædicto.

Nota quod prædictus *Ilbertus* cui prædictus *Willielmus* conquestor dedit dominium & honorem de *Pontefracto* & alias terras jure hæreditario possidendum, sepultus fuit ad dextrum cornu altaris sancti *Benedicti*, & uxor ejus ad sinistrum cornu ejusdem altaris sub lapidibus marmoreis. *Ilbertus Roberti* filius duxit *Aliciam Gaunt*, & obiit sine prole, qui sepultus ad sinistrum cornu altaris sancti *Benedicti* ejusdem inter sepulchrum *Matildis* matris suæ & murum, unde hæreditas transiit ad *Henricum* fratrem suum.

Henricus **Lacy**, fecit dedicari ecclesiam monasterii ejusdem ; anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo nono, qui etiam fundavit monasterium sanctæ *Mariæ* de **Birkstall**, ordinis *Cisterciensis*, primo apud **Bernolwike**, postmodùm autem conventum eundem transtulit ad locum vocatum **Birkstall**, scilicet tempore Regis *Stephani*, anno regni ejus decimo tertio, & annó gratiæ millesimo centesimo quadragesimo septimo. Iste *Henricus* duxit in uxorem sororem *Willielmi Vesci* Rectoris de **Berwic**, & genuit ex ea *Robertum*. Nescitur ubi sepultus fuit, creditur quod ipse in terra sancta obiit vij. kalendas Octobris.

A. 1159. 6 Hen. 2.

13 Steph. 1147

Robertus Lacy patri suo *Henrico* successit, regnante *Henrico* Rege secundo, qui quidem *Robertus* ædificare cœpit castrum de **Cliderhow** in **Blackburnshire**, in quo castro construi fecit quandam capellam in honorem beati *Michaelis* Archangeli, in qua capella, per assensum & licentiam *Galfridi* tunc decani ecclesiæ de **Whalley** senioris, fecit divina celebrari, & tenentibus suis domesticis, ac pastoribus & forestariis Sacramenta ecclesiastica ministrari, unde iidem tenentes sui domestici, pastores, forestarii, & alii servientes ejus distanter a prædicta ecclesia manentes possent in dicta capella per capellanum ibidem servientem ecclesiastica percipere Sacramenta, & jura parochialia persolvere, prout alii parochiani infra dictam ecclesiam in diversis capellis alibi faciebant, & per consensum decani prædicti ad hoc facilius obtinendum, eidem capelle nomine Dotis terras & redditus assignavit. Dictus tamen *Galfridus*, & alii decani & rectores successores sui, de prædictis terris, redditibus, & proventibus dictæ ecclesiæ taliter assignatis una cum eadem capella, non obstante quod infra castrum domini fuit situata, tanquam de capella annexa, & rebus & proventibus ad suam ecclesiam de **Whalley** pertinentibus pro suo libito disponebant. Unde dictus *Galfridus* senior, eandem capellam, cum terris, redditibus & proventibus

prædictis, conceſſit cuidam *Waltero* capellano ad totam vitam ſuam, poſt mortem autem cujus *Walteri*, *Galfridus* decanus junior, filius, hæres & ſucceſſor *Galfridi* ſenioris, eandem capellam cum pertinentiis ut jus & parcellam ſuæ eccleſiæ reacrepit & tenuit ut annexam. Dictus autem *Robertus Lacy* dedit monachis de *Fontibus*, palturam in Foreſta ſua de **Barcheſden**, ad decem libras. Iſte *Robertus*, de *Iſabella* uxore ſua hæredem non habuit, unde hæreditas ejus totalis venit poſt ejus mortem, ad hæredes domini *Richardi* Conſtabularii *Ceſtriæ*, & domini de **Halton**, qui deſponſaverant ſororem ejus, ex parte matris *Albredæ*. Obiit anno Regis *Richardi* quarto, & anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo tertio, xij. kalendas Septembris, ſepultus eſt apud **Birkſtall**, cum epitaphio, & dedit monachis ibidem habitationem & grangeam de **Staney** & villam de **Aſton**, & quoſdam redditus in *Ceſtria*.

Succeſſit dicto *Roberto*, *Albreda*, vel *Aubreia*, filia *Roberti Liſours*, ſoror ex parte matris, unde & illa poſt mortem ipſius utramque hæreditatem, ſcilicet de **Lacy** & de **Liſoures** occupavit, unde & dominium de **Blackburnſhier**, ac totalis hæreditas ejuſdem *Roberti*, poſt mortem ejus ad hæredes domini Conſtabularii *Ceſtriæ* & domini de **Halton** (qui deſponſaverat dominam *Aubreiam*) deſcendit, & ſic hæreditas dominorum de **Lacy**, & hæreditas Conſtabulariorum *Ceſtriæ* ſunt conjunctæ.

Richardus conſtabularius *Ceſtriæ* genuit ex prædicta *Albreda* duos filios *Johannem* conſtabularium *Ceſtriæ* fundatorem domus de **Stanlaw**, & *Robertum* hoſpitalarem, & duas filias; ſcilicet *Saram*, & *Aubreiam*. Sara fuit data *Roberto* de **Aldeworth**, *Aubreia* data fuit *Henrico Biſet*.

Johannes de **Lacy** dictus conſtabularius *Ceſtriæ* prout ſui poſteri propter conjunctionem hæreditatum ſupradictarum, ſemper ſe poſtmodum inſtilebatur, filius & hæres eorum, duxit in uxorem *Aliciam Vere* uxorem *Willielmi Mauduit*, & genuit *Rogerum* de **Pell** (à *Vallenſibus* ita cognominatum, eo quod eoldem *Wallicos* Regi *Angliæ* rebelles, tanquam inferni, undique devaſtavit) & alium filium nomine *Euſtachium* & plures alios. Iſte *Johannes* poſt mortem patris ſui *Richardi*, fundavit monaſterium de **Stanlaw** in **Wirall** in comitatu *Ceſtriæ*, anno regni Regis *Henrici* ſecundi dicti filii Imperatricis decimo quinto, anno domini milleſimo centeſimo ſexageſimo octavo. Poſt cujus fundationem idem *Johannes* profectus eſt in terram ſanctam ad expugnandum inimicos fidei Chriſtianæ, & in illa expeditione fuerat pro Chriſti nomine interfectus, & ut legitur in hiſtoria terræ ſanctæ in obſidione civitatis *Samy* & *Egypti*, quod ſi *Blandus* vel *Oliverus* quorum fama per mundum dilatatur, interfuiſſent non potuiſſent, nec de jure tenerent reputari eorum facta ad majorem probitatem vel audaciam quam ipſius *Johannis* de **Lacy** animoſitatis invaſionem. Quinto Idus Octobris anno Domini milleſimo centeſimo octuageſimo tertio obiit.

Cui ſucceſſit filius ſuus *Rogerus* de **Lacy**, & licet jus hæreditarium dominorum de **Lacy** ad hæredes domini *Richardi* conſtabularii per modum prædictum tranſlatum eſſet, iſte tamen *Rogerus* primus fuit de progenie dicti *Richardi*, qui eandem hæreditatem corporaliter apprehendit. Hujus autem *Rogeri* tempore, quidam comes *Ceſtriæ Ranulphus* nomine, exiit in *Walliam* cum exercitu ſuo, & contigit quod deficiente exercitu, fugeret ad quoddam caſtellum, & ibi eſt à *Wallenſibus* obſeſſus. Quod audiens idem *Rogerus* conſtabularius, qui non erat illa vice cum domino ſuo (nam remanſit in *Ceſtria*) per nuncios idem comes ei mandavit neceſſitate compulſus quod quàcitius ei faceret ſuccurſum. Qui continuo acceſſit ſutoribus *Ceſtriæ* & hiſtrionibus & feſtinato, cum exercitu ſuo venit domino ſuo facere ſuccurſum. *Wallenſes* verò videntes multitudinem magnam venientium, relicta obſidione fugerunt; comes verò cum conſtabulario ſuo & exercitu exeuntes, venerunt, & pervenerunt ad *Ceſtriam*. Et propter hoc dedit comes antedictus *Rogero* conſtabulario dominationem & advocationem dictorum ſutorum & hiſtrionum. Conſtabularius verò retinuit ſibi & hæredibus ſui dominationem ſutorum & hiſtrionum. Dedit verò ſeneſcallo ſuo, ſcilicet ex hæredibus dicti *Hudardi*, quas libertates hæredes eorum tenuerunt uſque in præſentem diem.

Iſte autem *Rogerus* habuit quendam fratrem nomine *Richardum* cui dedit villam de **Poze**, & hic poſtmodum fuit leproſus, & ſepultus in capitulo canonicorum de **Poxton**. Iſte *Rogerus* de **Lacy** duxit in uxorem *Matildam* de **Clare** ſororem theſaurarii *Eborum* eccleſiæ, de qua genuit *Johannem*, ſecundum conſtabularium, & comitem *Lincolniæ*. Hic dedit domui de **Stanlaw** advocationem eccleſiæ de **Ratchdall**, **Burnham**, & quatuor bovatas terræ in **Caſtelton**. Item conceſſit monachis de *Fontibus*, quicquid ad eum pertinuit in **Bradley** ut patet in charta duodecima. Hujus autem *Rogeri* tempore, fuit apud **Whalley** decanus quidam *Rogerus* nomine, filius *Galfridi* decani junioris, qui quidem decanus propter conſtitutionē concilii *Lateranenſis* (quod tunc temporis recenter fuerat celebratum) continentiam clericis imponens beneficiatis, primus rectorum ſeu decanorum de **Whalley** continenter vixit, & ad ſacerdotalem ſe fecerat ordinem promoveri. Conſideranſque quod beneficia eccleſiaſtica juxta ordinationem concilii ſupradicti non debebant ex tunc per ſucceſſionem hæreditariam occupari, cuidam fratri ſuo *Richardo* poſtmodum domino de **Townley**, ſaltem in parte ſui patrimonii de **Whalley** providere volens, cum in toto non poſſet, dedit eidem *Richardo* capellam beati *Michaelis* in caſtro de **Clitherhow** per aſſenſum dicti domini *Rogeri* de **Lacy**, cujus conſanguineus erat, una cum decimis, oblationibus, & proventibus eidem capellæ (ut præmittitur) aſſignatis. Dedit & eidem *Richardo*, jure hæreditario, quæ adhuc tenet. His ita diſpoſitis, moritur dictus *Rogerus* de **Lacy**, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexto, & regni Regis *Johannis* tertio, in feſto ſancti *Remigii*, & cum domina *Matilda* uxore ſua ſepultus eſt in choro monachorum de **Stanlaw** cum epitaphio.

Cui ſucceſſit *Johannes* de **Lacy** (primus comes *Lincolniæ*) filius ejus & hæres, & duxit in uxorem *Aliciam*

Aliciam filiam *Gilberti* de *Aquila*, quâ defunctâ & sepultâ apud **Norton**, desponsavit idem *Johannes Margaretam* filiam *Roberti Quincy* comitis *Wintoniæ* nepotem *Randulphi* comitis *Cestriæ*, & per illam factus est comes *Lincolniæ* anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo primo, & regni Regis *Henrici* tertii quinto, & genuit ex ea *Edmundum* de **Lacy** comitem, conſtabularium *Ceſtriæ*, ſed non comitem *Lincolniæ*, quia obiit ante matrem ſuam. Iſte *Johannes* dedit monachis de **Stanlaw** advocationem medietatis eccleſiæ de **Blachburne Stanygeu**, manerium de **Hoyvern, Newton**, & **Calderſtath** cum molendino: Item confirmavit monachis de *Fontibus* quicquid habent de *Jordano del* **Rid**, & quicquid habent de dono *Rogeri* de **Laſci** patris ſui ut patet in chartis *Edwardi* primi, de **Wadley**. Hujus autem *Johannis* tempore, dominus *Rogerus* decanus de **Whalley**, volens eidem domino & cognato ſuo placere, jus patronatus totius eccleſiæ ſuæ de **Whalley** ſibi & ſuis hæredibus confirmari imperpetuũ & tranferri, ceſſit rectoriæ & decanatui eccleſiæ prædictæ, ſolum ſibi retinens (per aſſenſum epiſcopi) ejuſdem eccleſiæ vicariam; unde dictus dominus *Johannes* de **Laſey** comes *Lincolniæ*, ad perſonatum dictæ eccleſiæ de **Whalley** præſentavit quendam clericum ſuum *Petrum* de *Ceſtria*, qui quidem *Petrus* extitit primus ejuſdem eccleſiæ perſona nominatus, atque ad præſentationem ejuſdem domini ab epiſcopo **Lichfeld** *Alexandro* admiſſus ad eundem perſonatum, & inſtitutus canonicè & inductus. Obiit *Johannes* primus comes *Lincolniæ* xj. Kalend. Auguſti anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo, & regni Regis *Henrici* tertii vigeſimo quarto, ſepultuſque eſt apud **Stanlaw** cum epitaphio.

Cui ſucceſſit *Edmundus* filius ejus conſtabularius *Ceſtriæ*, ſed non comes *Lincolniæ*, quia mater ejus ſupervixerat ei. Natus erat anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono, & anno decimo tertio regni *Henrici* tertii. Vixerat poſt mortem patris tredecim annis, deſponſaverat dominam *Aleciam* filiam marchionis de *Salves* in *Italia*, cognatam Reginæ *Angliæ* ex parte *Sabinenſi*, quam in juventute ſua duxerat in uxorem. Mater verò prædictæ *Alicie* uxoris *Edmundi* (mortuo marchione de *Salves* viro ſuo) deſponſata fuit. *Johannes* primus comes *Lincolniæ* mutavit cognomen prædeceſſorum ſuorum, in cognomen fundatorum noſtrorum, cujus cor.....

.....

De quo *Edmundo* proceſſit *Henricus* de **Lacy** comes *Lincolniæ*, de quo *Henrico* proceſſit *Alicia*, quæ deſponſata erat *Thomæ* filio comitis *Lancaſtriæ*, qui quidem *Thomas* feoffatus erat cum dicta *Alicia* filia *Henrici Lacy*, in omnibus terris &c. Et ſi contigeret eos obire ſine hæredibus de corporibus ſuis, tunc hæreditas dictæ *Aliciæ* remaneret rectis hæredibus dicti *Thomæ*: & ſic hæreditas dicti *Henrici* de **Lacy**, reverſa eſt ad quendam *Henricum* comitem *Leiceſtrienſem* fratrem dicti *Thomæ*. De quo *Henrico* proceſſit *Henricus* dux *Lancaſtriæ*, de quo *Henrico* duce proceſſit *Blanchia* quæ deſponſata erat *Johanni* de **Gaunt** filio *Edwardi* tertii Regis *Angliæ*, de quibus *Johanne* & *Blanchia* proceſſit *Henricus* Rex *Angliæ* quartus, de quo proceſſit *Henricus* quintus, de quo proceſſit *Henricus* ſextus Rex *Angliæ*, &c.

Carta Regis Johannis.

JOHANNES Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, Comes *Andegaviæ*, Archiepiſcopis, (*&c.*) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & preſenti carta noſtra confirmaſſe Abbati & Monachis ſanctæ *Mariæ* de **Byrkeſtall**, manerium noſtrum de **Colyngham**, & **Berdeſley** cum omnibus pertinentiis ſuis. Habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris ad feodi firmam. Reddendo inde annuatim nobis, & hæredibus noſtris, quater viginti & decem libras, ad duo Scacaria per annum, pro omni ſervitio & ..... ſcilicet unam medietatem ad Scaccarium Paſchæ, & alteram medietatem ad Scacarium ſancti *Michaelis*. Quare volumus (*&c.*) Datum anno ſexto regni noſtri quarto die Maij. 1206.

Ex autographo in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

Carta *Richardi Tempeſt*, filii *Rogeri Tempeſt* de **Bracewell**.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, Richardus Tempeſt *filius* Rogeri Tempeſt *de* **Bracewell**, *ſalutem. Sciatis quod ego* Richardus Tempeſt, *intuitu Dei, & pro ſalute animæ meæ relaxavi & quietum clamavi de me & hæredibus meis imperpetuum abbati & conventui ſanctæ* Mariæ *de* **Birkeſtall** *totum jus & clamium quod ego & anteceſſores mei unquam habuimus in advocatione eccleſiæ de* **Bracewell**, *cum tota terra ejuſdem eccleſiæ, & aliis pertinentiis ad eandem eccleſiam pertinentibus. Ita quod nec ego, nec hæredes mei, aliquid juris in eadem eccleſia de cætero clamare vel calumpniam erga eos movere poterimus. Ut autem hæc mea conceſſio, & quieta clamatio, robur & firmitatem habeat imperpetuum, hoc præſens ſcriptum ſigillo meo roboravi, Hiis teſtibus*, Hugone *de* **Lelay**, Richardo *grammatico*, Simone *de* **Hartune**, Johanne *de* **Stoc**, Rogero *de* **Ryche-lay**, Richardo & Ranulfo *filiis ejus*, Paulino *tunc ballivo domini archiepiſcopi de* **Ottelay**, *& multis aliis*. Ibid.

Carta Roberti *de* **Laci**.

NOtum ſit omnibus præſentibus & futuris quod ego *Robertus* de **Lacy**, pro amore Dei, & per ſalute animæ meæ, & *Iſabel* uxoris meæ, hæredum & anteceſſorum meorum, dedi & conceſſi, & hac præſenti Cartâ confirmavi Deo & ſanctæ *Mariæ*, & monachis meis de **Birkeſtal**, totam **Akarinton**, cum boſco qui vocatur *la Haia de* **Akarinton**, & cum omnibus ſuis pertinentiis ubique ſine aliquo retinemento, tenendam de me & hæredibus meis, in puram & perpetuam elemoſinam, liberam & quietam, & ſolutam ab omni terreno ſervitio & ſeculari exactione, per iſtas videlicet metas & diviſas verſus **Hunecotes**, uſq; ad rivulum qui vocatur **Wirmeleiacloche**, & ſic in directum per medium cilium montis uſque ad **Hameldon**, & inde in tranverſum moræ, Ibid.

usque ad **Dzmeltanes**, & inde usque ad **Marieneden**, & inde usque ad capud rivuli qui vocatur **Blacabzoc**, & inde sicut ille rivulus descendit in **Bestane . . . . cloch**, & inde usque ad capud de **Clenecloch**, & inde usque ad **Readde-lache**, & inde in directum usque ad **Dzcethes**, & inde per rivulum qui vocatur **Amteleasic**, usque in aquam quæ vocatur **Hindeburn**. Et ego & hæredes mei, has prædictas terras, cum præscriptis metis & divisis, præfatis monachis warantizabimus & defendemus ubique & erga omnes homines. Testibus *Samsone* de **Wridlesforð**, *Ada* de **Kanervill**, & *Thoma* filio ejus, *Thoma* filio *Petri*, *Willielmo* de **Lunguillers**, *Henrico* de **Poniait**, *Galfredo* **Hanselin**, *Helia* Camerario.

Carta *Henrici* de *Laci*.

Ibid. HEnricus *de* **Laci**, *omnibus hominibus suis*, Francis, & Anglis, *& omnibus filiis sanctæ ecclesiæ salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse, & præsenti carta confirmasse, Deo & abbatiæ sanctæ* Mariæ *de* **Birkestall**, *& monachis ibidem Deo servientibus dimidiam marcam argenti, de firma de* **Cliderhou** *unoquoque anno ad quendam lampadem accendendam die noctuque coram altari in præsentia sacrosancti corporis domini, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ & hæredum meorum. Quare volo & firmiter præcipio ballivis meis de* **Cliderhou**, *qui firmam meam colligunt, ut omni anno, remota omni dilatione, & occasione, prædictis monachis præfatam dimidiam marcam reddant in die assumptionis sanctæ* Mariæ *in autumno. Hujus rei testes sunt* Henricus *medicus*, Robertus Gaunt, Otto *de* **Tilli**, Hilbertus *Painel*.

Carta Henrici *de* **Lacy**.

Ibid. *HENRICUS* de **Laci**, omnibus hominibus suis *Francis* & *Anglis*, omnibus filiis sanctæ ecclesiæ salutem. Sciatis me dedisse & concessisse, & præsenti Carta confirmasse Deo & Abbatiæ sanctæ *Mariæ* de **Kirkestal**, & monachis ibidem Deo servientibus, unam marcam argenti de firma mea de **Cliderhou**, unoquoque anno ad vestiendum Abbatem suum, in puram & perpetuam elemosinam, pro salute animæ meæ, & hæredum meorum; Et volo & firmiter præcipio Ballivis meis de **Cliderhou**, qui firmam meam colligunt, ut omni anno, remota omni dilatione & occasione prædictis monachis præfatam marcam reddant in die assumptionis sanctæ *Mariæ* in autumno. Hujus rei testes sunt, frater *Walterus* de *Temple*, *Willielmus* de **Hallai**, *Osbertus* archidiaconus, *Willielmus* elemosinarius, *Willielmus* de **Clerfai**, *Adam* filius *Swani*, *Robertus Pictavus*, *Willielmus* de **Kainvil**, *Otto* de **Tilli**, *Jordanus Foliot*.

Ex autographo penes *Steph. Tempest* de Broghton ar.

Carta *Roberti* de **Lacy**.

SCiant *omnes præsentes, & futuri ego* Robertus *de* **Lacy** *pro amore Dei, & pro salute animæ meæ, & uxoris meæ & hæredum meorum dedi & concessi, & hac mea charta confirmavi Deo & monachis meis de* **Birkestall** *imperpetuum, vaccariam juxta* la Roudehaiam, *quæ appellatur* Brakineleia, *& communitatem totius moræ quæ vocatur* **Winnemor**, *& pasturam de* la Rundehaia, *omnibus averiis suis quæ pertinent ad grangiam suam de* la Rundehaia. *Et boscum in* la Rundehaia *ad omnes usus suos, apud præfatam grangiam, tam ad ardendum quam ad ædificandum, & sepes faciendas, tenere de me, & hæredibus meis in puram & perpetuam elemosinam, liberè, & quietè ab omni servitio. Præterea dedi eis & hac eadem carta confirmavi unam acram terræ in* **Wenet**, *cum mesagiis super eandem acram factis, quam* Warinus Lorimer *tenuit ex occidentali parte pontis, super ripam aquæ. Tenendam de me, & hæredibus meis in puram, & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni servitio, ita quod ego & hæredes mei debemus warantizare & defendere & adquietare prædictis monachis prædictas terras & pasturas ubique & erga omnes homines imperpetuum. Concessi etiam & hac eadem carta confirmavi tam ipsis monachis, quam omnibus hominibus suis, qui manebunt super terras quas eis dedi, quietantiam de theloneo, & omni alia consuetudine, super terram meam ubique, & in omnibus locis. Testibus istis*, Osberto *archidiacono*, Radulfo *filio* Nicholai, Roberto *de* **Stapeleton**, Willielmo *de* **Bulli**, Hugone *de* **Tilli**, Adam *de* **Reinevill**, & Richardo *fratre ejus*, Eudone *de* **Lungvillers**, Willielmo *fratre ejus*, **Burnell**, Helia *camerario*, Richardo *de* **Lewes**, Gilberto *de* **Lacy**, Radulpho *coco*, Adam *piscerna*, *& aliis multis*.

DORENSIS *Abbatia in agro* Herefordensi,

Carta Roberti *Comitis de* Ferrariis.

Vincent contra Broke. p. 6, 7.

ROBERTUS Comes de *Ferrariis*, omnibus filiis sanctæ ecclesiæ, & omnibus hominibus suis & amicis, tàm præsentibus quàm futuris, salutem. Notum sit vobis omnibus, me dedisse & concessisse, Deo & sanctæ *Mariæ* & Monachis vallis de *Dora*, in perpetuam elemosinam, in feudum & hæreditatem, totam *Oxemeedum*, desuper viam & desuper terram, quam antea in elemosinam eis dederam, totam in circuitu sicut terra arabilis dividit, solutam & liberam & quietam ab omni seculari servitio, per tres solidos singulis annis reddendos ad festum S. *Petri* ad vincula, in recognitionem apud *Kingestonam*, donec inde meliùs faciam eis. Et concedo si voluerint fossare totam in circuitu, & arare, vel quid voluerint facere, sicut de feudo suo, & guarantizabo contra omnes homines, sicut elemosinam meam. Hoc autem feci pro salute Domini mei *H.* & mea, *W.* filii mei, & hæredum nostrorum, & pro anima Regis *H.* & antecessorum nostrorum, & pro anima *Sibillæ* de *Braosa*, uxoris meæ, matris *W.*

filii

filii mei, & sui, & pro salute *Bertæ* [fuit filia *Milonis* Comitis *Herefordiæ*] matris uxoris meæ, quæ dedit mihi hanc terram, & pro pace & stabilitate totius *Angliæ & Walliæ*. Pro hac donatione de karitate ecclesiæ, habui duas marcas argenti. Testibus *Nicholao* de **Cloptune**, *Waltero Giffardo*, *Waltero Baschervilla*, *Gaufrido* **Waritteven**, & *Johanne* filio ejus.

Carta Regis *Johannis*.

Ex autog. in officio armorum.

JOhannes *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ, Aquitanniæ, *& comes* Andegaviæ, *Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, forestariis, vicecomitibus, præpositis & omnibus ballivis suis & fidelibus suis salutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ, antecessorum & hæredum nostrorum dedisse, concessisse, & hac carta nostra confirmasse Deo & ecclesiæ beatæ* Mariæ de Dora, *& monachis ordinis* Cistercienſis *ibidem Deo servientibus, in liberam puram, & perpetuam elemosinam, totam terram in bosco, & plano, quæ jacet inter aquam quæ appellatur* **Doze**, *& rivulum qui appellatur* **Trivelbzoc**; *scilicet à terra* Ricardi *filii* Fulconis, *sicut rivulus de* **Trivelbzoc** *descendit usquè ad terram Hospitalariorum* Jerusalem, *& ex alia parte terræ ejusdem* Ricardi *filii* Fulconis, *usque ad essartum* **Hozn**, *& deindè usq; ad rivulum de* **Cvesneshille**, *& inde sicut rivulus ille descendit, & cadit in* **Doze**, *& inde sicut aqua de* Dora *currit, usque ad terram de* **Heaunue**, *& deinde sub bosco de* **Trivel** *per terram hospitalariorum, usque in* **Trivelbzoc**. *Ita quod prædicta terra, tam in bosco, quam in plano, infra metas prædictas de æforestetur, & quieta sit in perpetuum de regardo, & vasto, & de omnibus quæ ad forestam vel forestarios vel viridarios, vel eorum ministros pertinent. Manucepimus etiam quod adquietabimus prædictos monachos versus dominum de* **Wilpes**, *de quadraginta acris bosci quas exigit ab eis per cartam suam quam de eis habet, ut dicit. Et præterea concessimus eis latitudinem viginti pedum à capite de* **Trivelbzoo** *usque ad terram Hospitalariorum ex parte aquilonis, ad ampliandum stagnum molendini sui, quod de dono nostro, ibidem licet eis erigere. Quare volumus* (&c.) *Testibus, domino* Henrico Dublinensi *archiepiscopo, domino* W. Coventrensi *episcopo*, R. *comite* Cestriæ, Willielmo *comite* Sarresburiæ, H. *de* Burgo *justiciario nostro*, Waltero *de* **Laci**, Hugone *de* Mortuomari, Johanne *de* Monemuta, Waltero *de* **Clifozd**, Gaufrido *de* **Luterel**. *Datum per manum magistri* Ricardi *de* Mariscis *cancellarii nostri, apud* Brug. *xxx. die Julii anno regni nostri septimo decimo. Ut constet sacrosanctæ sedi Apostolicæ quod domus de* Dora *tali gaudet instrumento, dominus* Herefordensis *episcopus & capitulum ejusdem ecclesiæ præsenti rescripto sigilla sua apposuerunt.*

Carta Gaufridi *de* **Genevile**.

Ibid.

UNiversis Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris *Gaufridus* de **Genvile** dominus de **Waucolour** miles, & *Matildis* de **Lacy** filia *Gileberti* de **Lacy** uxor ejus salutem in domino sempiternam. Vestræ noverit universitas nos de communi assensu & consensu nostro dedisse concessisse & hoc præsenti scripto confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* & monachis de *Dora* Deo ibidem servientibus & eorum successoribus, pro salute animarum nostrarum & pro salute antecessorum nostrorum & successorum omnium, in liberam puram & perpetuam elemosinam totam terram illam cum omnibus suis pertinentiis quæ jacet inter rivulum qui appellatur **Hevyvozesbzoc** includendo semper & ascendendo usque ad terram quæ fuit *Cradoc* filii *Meredith*, & inde per terram semper circumeundo quæ fuit *Jowan Gob*, & inde semper per terram *Lewelini* filii *Meredyth* usque ad angulum terræ quæ fuit grangiæ monachorum tempore firmæ ipsorum de **Pelboh**; & inde semper includendo & per terram *Philippi Vabhan* descendendo totum dominicum nostrum usque ad prædictum rivulum de **Hevyvozesbzoch**. Totam itaque prædictam terram dictis monachis & eorum successoribus dedimus & concessimus. Tenendam & habendam de nobis & hæredibus nostris sibi & successoribus suis liberè integrè & quietè in viis semitis planis pascuis & omnibus aliis libertatibus ad dictam terram spectantibus, à secta curiæ, seculari servicio, exactione omni & demanda, quæ ad terram pertinent vel pertinere possunt, sicut libera pura & perpetua elemosina liberius securiùs & quietius dari potest vel concedi. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus nostris quod possint totam prædictam terram infossare includere excolere vendere & dare, & proficuum suum ad beneplacitum illorum facere sine impedimento & contradictione nostra, & hæredum nostrorum inperpetuum. Nos verò & hæredes nostri totam prædictam terram cum dictis pertinentiis suis, prædictis monachis & eorum successoribus contra omnes homines & fœminas warantizabimus defendemus & in omnibus adquietabimus inperpetuum. Et ut hæc nostra donatio warentizatio defensio & adquietatio robur firmitatis inperpetuum obtineant, presenti scripto sigilla nostra apponi fecimus. Hiis testibus, domino *Johanne* de **Waucolour** milite, magistro *Willielmo* de **Poywycke**, *Johanne le* **Poxmand** tunc ballivo nostro de **Ewyas**, *Ricardo del* **Hoc**, *Jervord ap Jowan*, *Roberto Wrod*, *Roberto le* **Botyller**, & multis aliis.

Carta *Alani* de **Plokenet**.

Ibid.

OMnibus *Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit* Alanus *de* **Plokenet** *dominus de* **Rylepek** *salutem. Noveritis me dedisse concessisse & præsenti carta mea confirmasse abbatiæ de* **Doze**, *& ejusdem loci conventui advocationem ecclesiæ sancti* Andreæ *de* **Lugwardyn** *in comitatu* Herefordiæ, *cum omnibus capellis sibi adjacentibus in* **Archyncheylde** *cum pertinentiis suis quibuscunque. Habendum & tenendum prædictam advocationem prædictæ ecclesiæ, cum capellis adjacentibus, ut præmittitur, prædicto abbati de* **Doze** *& ejusdem loci conventui, & eorum successoribus, de capitalibus dominis feodi illius, per servitia quæ ad eos pertinent jure & hæreditariè imperpetuum. Et ego dictus* Alanus *& hæredes mei prædictam advocationem dictæ ecclesiæ & capellarum*

pellarum, cum pertinentiis ſuis quibuſcunque, præfato abbati de **Doꝛe** *& ejuſdem loci conventui & eorum ſucceſſoribus contra omnes mortales warantizabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum meum appoſui. Hiis teſtibus,* Thoma le **Petyt,** Johanne *de* **Barewe,** Johanne *de* **Buddeſhawe,** Edmundo le **Galeys,** Ricardo le **Galeys,** Johanne Marmyon, Ricardo *de* **Penbꝛigge,** *& aliis. Datum apud* **Lylpec,** *die dominica proxima ante feſtum ſancti* Johannis *Baptiſtæ anno regni Regis* Edwardi *filii Regis* Edwardi *duodecimo.*

Ibid. SCiant præſentes & futuri quod nos *Johannes la* **Warre** dominus de **Elmyas** dimiſimus conceſſimus & hac præſenti carta noſtra confirmavimus Deo beatæ *Mariæ* & abbati & conventui monaſterii *Vallis* **Doꝛe** unam acram terræ cum pertinentiis in **Wyketoſte** in comitatu *Lincolniæ* cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ **de Wygtoſt**; illam videlicet acram quam *Robertus* filius *Alexandri* de **Weſtenges** nuper de nobis tenuit in bondagio jacentem inter terram noſtram quam *Thomas* filius *Johannis* tenet in bondagio (*&c.*) Habendum & tenendum eiſdem abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus prædictas terram & advocationem cum ſuis pertinentiis in puram & perpetuam elemoſinam de nobis & hæredibus noſtris imperpetuum. Et nos (*&c.*) warantizabimus (*&c.*) Dat. apud **Iſoꝛfeld** in com. *Eſſexiæ* die ſabati in feſto nativitatis beatæ *Mariæ* anno regni Regis *Edwardi* tertii à conqueſtu quarto.

Carta *Walteri* de **Cliffoꝛd** de loco & **Panteglus.**

Ex autographo in bib *Dugdaleiana.* SCiant omnes *ſanctæ matris eccleſiæ filii præſentes, & futuri,* Franci, Anglici, & Walenſes, *quod ego* Walterus *de* **Cliffoꝛd** *filius* Walteri *de* **Cliffoꝛd,** *& filius* Agnetis *de* **Cundi,** *dedi & confirmavi, aſſenſu hæredum meorum, & conſilio legalium hominum meorum, pro anima mea & animabus patris & matris meæ, & omnium prædeceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, Deo & eccleſiæ ſanctæ* Mariæ *de* Dora, *& abbati, & monachis ibidem Deo ſervientibus, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam, locum de* **Panteglas,** *cum omnibus pertinentiis ſuis, ex utraque parte rivuli, qui vocatur* **Baletuꝛ-bochan,** *ſcilicet ſupra prænominatum locum de* **Panteglas,** *ex utraque parte rivuli, ſurſum uſque ad* **Cpint,** *& ſubtus, ex una parte prædicti rivuli, uſque ad locum ubi* **Pankarntathe-rech** *cadit in* **Baletuꝛ.** *Et ex alia parte* **Baletuꝛ** *uſque ad locum ubi* **Pantmanach** *cadit in* **Baletuꝛ.** *Et ita tantam terram in boſco & in plano infra* **Pantmanach,** *&* **Baletuꝛ-bochan** *uſque ad caput* **Pantmanach,** *quod eſt inter* **Muritket** *&* **Cpint,** *ſicut* **Pantmanach** *deſcendit uſque in* **Baletuꝛ.** *Et præterea dedi, & conceſſi antedictis monachis, totam terram in boſco & in plano ultra* **Baletuꝛ-maur,** *ſicut* **Baletuꝛ-maur** *deſcendit ab* **Cpint,** *uſque in* Waram, *& uſque ad fines de* **Buelt,** *ſcilicet, per viam à* **Meninbielm,** *uſque ad* **Crintwedhanc,** *& a* **Crintwedhanc,** *uſque ad* **Pantlethdunaitt,** *& ſic ut* **Pantelechdunaut** *cadit uſque in* Waiam. *Omnes iſtas terras quas ſupra nominavi dedi, & conceſſi antedictis monachis in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam, in boſco, & in plano, in pratis, & in paſcuis, in viis & in ſemitis, in ſtagnis, in aquis & in molendinis, ad aſſertandas, claudendas, & excolendas, & foſſandas, & ſecundum beneplacitum eorum tractandas, libere & quiete ab omni ſervitio ſæculari & exactione, quæ ad dominium pertinent, vel pertinere poſſunt. Et ſi aliquod ſervitium evenerit, ego, & hæredes mei prædictos monachos adquietabimus. Volo autem ut prædicti monachi habeant & teneant prædictas terras, in puram, liberam, & perpetuam elemoſinam bene & in pace, libere & quiete, honorifice & plenarie, integre, & inconcuſſe, cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad prædictas terras pertinentibus, & ut prædicti monachi de ſupradictis terris, in boſco, & in plano, in pratis, & in paſturis, in viis & in ſemitis, in ſtagnis in aquis, & in molendinis, omne beneplacitum ſuum faciant, & tam boſco, quam plano, ſecundum velle ſuum tractent; ſi autem fera, de foreſta mea, vel aliunde, infra ſupradictas terras monachorum tranſierint, venatus meus erit, & ſi accipiter nidum ſuum ibi fecerit, nidus meus erit. Præterea conceſſi prænominato abbati de* Dora, *& ejuſdem loci monachis, & ſuis, liberum ingreſſum, & exitum cum catallis ſuis per viam ſuper* Waiam, *qua dirigitur à* **Liswen** *uſque* **Buelt.** *Si autem, aliqui in ſupradictis terris aliquod jus, vel aliquam libertatem clamaverint, ego, & hæredes mei prædictos monachos adquietabimus & warantizabimus. Et ſi aliqui prædictis terris, vel paſcuis monachorum contra voluntatem eorum per vim, vel aliquam violentiam intrare voluerint, ego & hæredes prædictas terras monachorum, tanquam terras meas dominicas & foreſtam meam dominicam defendemus & warantizabimus. Pro iſta autem conceſſione, & confirmatione, dederunt mihi, prædicti monachi, viginti marcas. Et quia volo quod hoc ratum, & inconcuſſum permaneat imperpetuum, præſenti ſcripto, & ſigilli mei impreſſione confirmavi. Hiis teſtibus,* Willielmo *de* Breoſa *&* Willielmo *filio ſuo, magiſtro* Simone, Roberto *de* **Cliffoꝛd,** *canonicis de* Herefordia, *& toto ejuſdem loci capitulo,* Gilberto *de* **Wans,** Johanne le *Puer,* Laurentio *clerico,* Radulfo *de* **Bzeinzun,** Hugone *de* **Lynardeſley,** Waltero *fratre ejus,* Johanne de la Merſa, Geffrei *de* **Noꝛmanvill,** Waltero *de* **Monchegꝛos,** Rohard *de* Chauna, Johanne *de* **Soleꝛs,** Robin *de* **Walois,** Willielmo *de* **Gurney,** Johanne Chinun, Henrico Brein, *& multis aliis.*

Alia carta ejuſdem Walteri *de* **Cliffoꝛd** *de terra de* **Canteꝛſciyph.**

SCiant præſentes & futuri quod ego *Walterus* de **Cliffoꝛd,** filius *Walteri* de **Cliffoꝛd** & *Agnetis* de **Cundy,** pro me & hæredibus meis univerſis, ex bona voluntate mea conceſſi, & preſenti carta confirmavi Deo, & beatæ *Mariæ* & abbati & monachis de *Dora* pro ſalute mea, & anteceſſorum, & ſucceſſorum meorum, omnes terras, & tenementa eorum, cum omnibus libertatibus,

tibus, & pertinentiis, quæ habent de me, & antecessoribus meis in **Canterscliph**, plenè, & integrè, & pacificè possidenda, prout pleniùs, meliùs, & liberius eadem unquam tenuerunt. Et quod tota finalis concordia inter me, pro me, & hæredibus meis, & ballivis nostris ex una parte facta, & *Stephanum* tunc abbatem de *Dora*, pro se, & ecclesia sua & successoribus suis ex altera, in curia
36 H. 3. domini Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* anno regni ejus tricesimo sexto à die sanctæ Trinitatis in quindecim dies, coram justiciariis de Banco, videlicet, magistro *Symone* de **Wauton**, *Alano* de **Wassand**, *Egidio* de **Erdinton**, & aliis domini Regis fidelibus, tunc ibi præsentibus, in omnibus articulis plenè, integrè, & inviolabiliter observetur inperpetuum, sine impedimento mei, & hæredum meorum, vel ballivorum aut hominum nostrorum, absque ullo retenemento, vel calumnia. Et etiam quod nunquam, de cætero, occasione alicujus conventionis inter me, & dominum abbatem, vel prædecessores suos, aliquo modo priùs factæ, feras, vel aves aliquas aut quicquam aliud in boscis, vel tenementis abbatis & ecclesiæ de *Dora* in **Canterscliph**, apud **Wendoz**, & **Panteglas**, vel alicubi aliàs, contra plenam observationem & libertatem dictæ finalis concordiæ, de dictis terris & tenementis exigere possimus. Præterea remisi, & ex integro condonavi, pro me & hæredibus meis omnibus, in perpetuum omnes quærelas & contentiones motas inter me, & omnes meos, & dominum abbatem, & omnes suos, ante festum annuntiationis beatæ *Mariæ* anno regni domini Regis *Henrici* quadragesimo primo, ita quod
41 H. 3. si aliquando, de cætero, quacunque occasione, aliqua querela, vel dissentio per me, vel hæredes meos, vel ballivos aut homines nostros contra dominum abbatem, & ecclesiam suam, vel suos, qui pro tempore fuerint, exorta fuerit, per providentiam & discretionem proborum & legalium virorum, ex utraque parte sine controversia electorum, secundùm formam transgressionis, sine cavillatione, vel contradictone aliqua amicabilitèr absque vexatione servientum, vel averiorum dictorum, abbatis, & monachorum emendabitur, & sopietur. Salvo tamen in omnibus dicto abbati, & ecclesiæ suæ de *Dora*, & omnibus successoribus suis, dicta finali concordia, cum omnibus articulis, & remediis suis, pro me, & hæredibus meis, & ballivis nostris inperpetuum. Et ego *Walterus* de **Cliffozd**, & hæredes mei omnes, dictum abbatem de *Dora*, & ecclesiam suam, & omnes successores suos, & omnia sua in omni pace, libertate, & honore, pro fideli posse nostro, manutenebimus, warantizabimus, & defendemus contra eorum malefactores, & injuriatores. Ut igitur omnia in præsenti scripto contenta, firma & stabilia pro me omnibus hæredibus meis & balivis & hominibus nostris in perpetuum, sine læsione, & diminutione aliqua serventur, præsens scriptum sigilli mei impressione confirmavi; His testibus, domino *Roberto* de **Tregos**, domino *Rogero* de **Chaunous**, domino *Willielmo* de **Solers**, domino *Richardo Tirrell*, domino *Roberto le* **Ewt**, *Johanne* de **Bzetun**, tunc vicecomite *Herfordiæ*, *Hugone Muredak*, *Reso ap Meurik*, *Philippo Bras*, *Richardo* de **Boys**, *Waltero Walensi*, *Johanne Tope*, *Hugone* de **Radenoz**, *Johanne Ragun*, *Waltero* de **Badasane**, & multis aliis.

Donationum confirmatio per Regem *Henricum* tertium.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *Dux* Normaniæ, Aquitaniæ, & *Comes* Andegaviæ, *Archiepiscopis* (&c.) *salutem. Sciatis nos intuitu Dei, concessisse & hac carta nostra confirmasse, Deo & ecclesiæ beatæ* Mariæ de Dora, *& abbati, & monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes, concessiones & venditiones subscriptas, eisdem abbati, & monachis rationabiliter factas; videlicet de dono* Roberti *de* **Ewias** *ad abbatiam suam construendam, terram de* **Blancharbesal** *& communem pasturam, per totam terram suam. De dono* Roberti *secundi de* **Ewias**, *totam planam terram quæ est inter* Blakapolam, *&* Broc Justini, *& dimidium boscum qui est inter quarrariam, propinquiorem prædictæ abbaciæ. De escambio ejusdem* Roberti *pro piscaria de* **Caton** *& dimidia virgata terræ quæ pertinet ad ipsam piscariam; totam longam moram, in bosco, in plano, & totam* Schepeneforlingham, *& forlingam unam juxta moram longam de duodecem acris, & in summitate ipsius forlongæ unam acram, & novem perticatas terræ, undique usque ad divisam factam, & omnes assartas de* **Walcott**, *usque ad* **Bzorgestyn**. *De dono* Walteri *de* **Ewias** *duas acras terræ subtus* Blakapolam. *Et de dono* Gilberti *de* **Bakyntune** *dimidiam hidam terræ de* **Bautre**, *de tenemento* Roberti *de* **Chaundos** *à foresta usque ad* Doram. *Et de dono* Henrici *de* **Hereford** *terram in villa* **Byngeston**, *usque ad forestam; & communem pasturam in bosco, & plano, per totam terram de* **Byngeston**. *De dono* Laurencii *de* **Byngeston** *terram à grava de* **Riperlegh** *usque ad quercum quæ stat in foresta, & pratum unum juxta grangiam suam, & quandam mansiunculam, cum tribus acris terræ. De confirmatione ejusdem* Laurencii *sex acras terræ, quas dedit eis* Brianus. *Et de dono* Walteri *filii* Margaretæ *de* **Cliffozd**, *terram quæ fuit* Willielmi *de* Forda *in* **Cantercliff**, *in bosco, & plano, in aquis, & pratis, & omnibus pertinentiis suis, & pascuam totius* Epii. *& communem pasturam totius terræ ejus. Et ut monachi capiant in foresta ejus, omnia quæ eis sunt necessaria ad ædificia facienda, & ad ignem, & ad sepes faciendas & totam terram* Canan *clerici. De dono* Walteri *junioris de* **Cliffozd**, *locum de* Nantegliis, *cum omnibus pertinentiis suis, ex utraque parte rivuli, qui vocatur* **Caletur-boththan**, *& totam terram in bosco & plano ultra* **Caleturmaur**, *& liberum ingressum, & egressum cum carrucis suis, per viam super* Waiam, *quæ dirigitur à* **Lyswey** *usque* **Buelt**; *Et de dono* Radulfi *de* **Baskervill** *totam terram desuper parcum de* **Bzedewozthyn**; *scilicet virgatam terræ, quæ fuit* Nicholai *senescaldi; & totam terram desuper illam usque ad fontem* **Pozedic**; *& duas acras prati, & propter hoc totum* Benefeldum *ad pasturam ovium suarum, & pecorum suorum, & communem pasturam de* **Bzedewozthyn**, *in bosco, & plano. Et præterea ut prædicti monachi capiant in bosco ejus extra parcum clausturam ad sepes suas faciendas, ad foces, & ad ædificia & ad cætera*

Cart. 16. H. 3 m. 13

Cart. 1 E. 3. n. 48. per In-

eſſiamenta, quæ eis fuerint neceſſaria: & piſcationes habeant in Waya, *liberas; necnon & libertates molendi in molendino ejus ſine theloneo; & totam paſturam in parco ejus ad pullos ſuos nutriendos; Et de dono* Radulfi *de* **Scudemore** *duas acras terræ de dominico ejus in villa de* **Puſeyton.** *De dono ejuſdem totam gravam ejuſdem* Radulphi *in* **Beſly,** *quæ eſt ad fontem, qui vocatur* **Mythewell:** *& totam culturam inferiorem quæ fuit* Willielmi *filii* Emmæ, *uſque ad terram* Richardi Belſire. *Et totam communem paſturam, per totam terram ſuam, & liberum ingreſſum, & egreſſum, de prædicta terra monachorum in* **Beſly,** *uſque ad totam prædictam paſturam. De venditione* Thomæ *de* Aneſeya, *totum molendinum ejuſdem* Thomæ *in* **Puſeyton,** *cum bibulco quodam juxta idem molendinum; & cum omnibus pertinentiis ſuis, & duas acras in prædicta villa. De dono ejuſdem* Thomæ *deſuper villam de* **Linhale** *totam terram illam in latum quæ jacet inter terram monachorum* Malverniæ, *& terram* **Purtel,** *& in longum inter viridem viam, & diviſas quæ ſunt verſus* **Walſelo,** *& decem acras terræ inter prædictam viridem viam &* Simonis *filii* Madoc; *& communem paſturam per totam terram ſuam, & liberum ingreſſum, & egreſſum de prædicta terra, ad totam prædictam paſturam. De dono* Johannis *de* Ebroicis *totam terram ejuſdem* Johannis *de dominico ſuo in* **Godweye,** *& communem paſturam per totam terram de* **Paubache,** *& liberum ingreſſum, & egreſſum per totam terram ſuam uſque ad prædictam terram monachorum. De confirmatione* Gilberti *de* **Lacy** *totam terram, quam habent ex dono* Radulfi *de* **Scudemore** *in* **Beſly** *& communem paſturam per totam terram de* **Beſly;** *eadem integritate, & libertate, per omnia, qua ea habent per cartam prædicti* Radulphi *de* **Scudemor;** *& communem paſturam per totam* **Cokelyn.** *Et ut dicti monachi habeant omnia aiſiamenta ſua in terra & boſco de* **Walcoyt** *in omnibus locis, libertatibus, & rebus ſicut carta avi & patris ſui teſtantur, quas inde habent. Et ex conceſſione & confirmatione* Walteri *de* **Lacy,** *totam terram illam quam* Robertus *clericus, frater* Danielis *ſacerdotis, tenuit in foreſta de* **Walcoyt,** *quando ſe monachis de* Dora *reddidit. Et de venditione* Warneri *filii* Radulfi, *terram quæ vocatur* **Cheuenerouneu,** *& prata per arabiem qui eſt ſuper montem, à rivulo uſque ad rivulum à dextris & à ſiniſtris; De dono* Huberti *de* Burgo *tunc juſticiarii* Angliæ, *terram de* **Linchoit,** *& paſturam in terra de* **Gyolmunt,** *tam in boſco, quam in plano, ad omnia pecora ſua. Et quociens perſona fuerit in foreſta de* **Gyolmunt** *ponant, & habeant ibi porcos ſuos, ſine pannagio. Et ad ædificia ſua facienda in grangia de* **Linchoit,** *& ad ſepes claudendas, capiant omnia neceſſaria rationabiliter per viſum foreſtariorum in prædicta foreſta de* **Gyolmunt,** *& mortuum boſcum ad focum ſuum. De dono ejuſdem* Huberti *hereditarium beatæ* Mariæ *in foreſta de* **Gyolmunt** *quod vocatur* **Lanneir,** *& placeam circumjacentem, & ſex bovatas terræ cum pertinentiis in eadem foreſta. (&c.) Dat. per manum venerabilis patris* Radulfi Ciceſtriæ *epiſcopi cancellarii noſtri. Apud* **Hereford,** *quinto decimo die Decembris, anno regni noſtri ſeptimo decimo.*

SIBETONENSIS

Abbatia in agro Norfolcienſi, * *fundata anno MCl.*

* Annal. *Norwic.* in bibl. *cottoniana*

Carta regis Stephani.

Cart. 16 *E.* 1. n . . . per Inſpex.

SRex *Angliæ* epiſcopo *Norwycenſi* & juſticiariis & vicecomit. & baronibus & miniſtris & omnibus fidelibus ſuis de **Northfolk** & de **Suffolk** ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe illam donationem quam *Willielmus* filius *Roberti* filii *Walteri* fecit Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de **Sibeton** de toto dominico ſuo de **Sibeton.** Quare volo *(&c)* Teſtibus, *Roberto* de **Ver,** & *Rain.* de **Warren,** & *Willielmo* filio *Ricardi,* & *Hugone* filio *Eudonis,* apud *ſanctum Edmundum.*

Carta regis Henrici *ſecundi.*

Cart. 32 *H.* 3. m. 7. per Inſpex.

HEnricus rex *Angliæ,* & dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ,* & comes *Andegaviæ* omnibus archiepiſcopis *(&c.)* Sciatis me conceſſiſſe & præſenti carta in perpetuam elemoſynam confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Sibeton** & monachis de ordine *Ciſtercii* ibidem Deo ſervientibus qui de *Wardona* exierunt, totam illam donationem quam *Willielmus* filius *Roberti* vicecomes ejuſdem eccleſiæ fundator eiſdem monachis dedit in **Sibeton,** & **Wrabeton,** & in **Peſehal,** & in **Stihinglane** ad conſtruendam abbatiam de ordine *Ciſtercii,* ſcilicet totum dominicum ſuum tam in boſco quam in plano in pratis & paſcuis & omnibus rebus; terras etiam quas ruſticis de anno in annum locare ſolebant; illas quoque terras quas per mortem poſſeſſorum vel pro defectu manutenendi ſervicii in dominicum ceciderunt. Et terram totam quæ fuit *Ulfi* de **Wrabeton.** Eas etiam terras quas jam dicti monachi ruſticis ſive vicinis ſuis eſcambiaverunt. Præterea omnes terras quas homines ipſius *Willielmi* in elemoſynam illis dederunt vel quietas clamaverunt. Terram etiam de **Catcliue,** ſed & incrementum quod eis accrevit, ſcilicet totam terram quam *Robertus Walenſis* illis vendidit pro xxx. marcis argenti in **Wrabeton** & in **Peſehal,** cum omnibus pertinentiis ſuis in boſco & plano & in omnibus rebus. Omnia denique quæ prædictis monachis ipſe *Willielmus* dedit in terris & in rebus ſicut ipſe cartis ſuis eis ſtatuit, & confirmavit. Quare volo *(&c.)* Teſtibus, *Thoma Cantuarienſi* archiepiſcopo, *Rogero Eboracenſi* archiepiſcopo, *Hilario Ciceſtrenſi, Roberto* comite *Legreceſtriæ, Ricardo* de **Humez** conſtabulario, *Manaſſero Biſet* dapifero, *Ricardo* de **Luci,** apud *Weſtmonaſterium.*

Litera

Linea consanguinitatis, de stirpe fundatorum abbacia de **Sybeton.**

Ex regist. de *Sibton* in comitatu *Norff.* in bibl. *Arundel.* tol. 4. a.

DOmina *Sibilla* soror *Johannis* de *Cayneto* filia *Radulphi* de *Cayneto* qui venit ad conquestum *Anglie*, maritata fuit domino *Roberto* filio *Walteri* fundatori domus sancte *Fidis* de **Hoxsham**, qui genuit ex ea filium nomine *Rogerum*, & *Johannem Vic.* & *Willielmum* de *Cayneto* fundatorem abbacie de **Sybeton**. *Rogerus* & *Johannes Vic.* obierunt sine prole de se; *Willielmus* verò accepit uxorem, & genuit ex ea tres filias, videlicet *Margaretam*, *Clementiam*, & *Sarram*. *Clementia* & * *Sarra* obierunt sine liberis. *Margareta* autem maritata fuit cuidam *Normanno*, *Hugoni* de **Cressi**, qui genuit ex ea filium nomine *Rogerum*, *Rogerus* de **Cressi** accepit uxorem nomine *Isabellam* de **Ry**, & genuit ex ea quatuor filios, videlicet *Hugonem*, *Rogerum*, *Johannem*, & *Stephanum*, qui omnes mortui sunt sine prole. Prædicta *Margareta*, mortuo primo viro suo scilicet domino *Hugone* de **Cressi**, maritata fuit alio nobili viro, nomine *Roberto* filio *Rogeri*, qui genuit ex ea *Johannem* filium *Roberti*. *Johannes* genuit filium nomine *Rogerum*. Idem *Rogerus* genuit filium nomine *Robertum* filium *Rogeri* nunc patronum, qui post obitum *Stephani* de **Cressi** successit in hæreditatem baroniæ de **Hoxsoxo** quasi hæres dominæ *Margaretæ* de **Cheyney** quæ duobus nupsit viris ut prædictum est. Prædictus verò *Robertus* duxit uxorem nomine *Margeriam de la* **Suche**, de qua genuit multos filios & filias, videlicet *Johannem*, cujus cognomen Rex *Edwardus* filius Regis *Henrici* fecit vocari **Clavering** à principali manerio suo; *Alexandrum*, *Rogerum*, *Robertum*, *Alanum*, *Henricum* & *Edmundum*. *Johannes* duxit uxorem nomine *Hawisiam*, de qua genuit filiam nomine *Evam*, quæ nunc se clamat advocatam domus de **Sybeton**, de **Langele**, *sancte Fidis*, & de **Bliburg**, & hoc jure hæreditario, quæ quidem *Eva* nupsit cuidam nomine . . . . . qui mortuus est sine prole de se. Item nupsit cuidam militi nomine *Radulfus* de **Uffoxo**, qui genuit ex ea tres filios, videlicet dominos *Johannem*, *Robertum* & *Edmundum* milites. Prædicto *Radulfo* mortuo nupsit . . . . . de **Aule**, qui genuit ex ea duos filios & duas filias, videlicet *Jacobum* & *Petrum*, *Avisiam*, & *Hawisiam*.

* Maximus est hic error de *Sarra* filia *Willielmi* de *Cayneto* quod obiit sine liberis. Indubie enim apparet *Placitis de banco de Termino sancti* Michaelis *anno* 7 H. 3. *incipientibus anno* 8 *Rotulo* 9 Suff. quod dominus *Willielmus* de *Caineto*, sive de *Chedney* qui obiit tempore H. 2 duas reliquit filias cohæredes, *Margeriam* nuptam *Hugoni* de *Cressi* tempore Regis ejusdem, & *Sarram* in uxorem ductam a *Ricardo Engane* tempore R. 1. Et filium & hæredem habuerunt *Vitalem Engane*, &c cujus posteri per femellas hæredes in hunc usque annum 1648 vitales existunt.

STANLEGHENSIS
Abbatia in agro Wiltonienſi.

ANNO Domini MClj. hoc anno situata est domus primò de **Stanlegh** apud **Lokeswell**, & conventus de *Quararia* ibidem. Post annos tres transfluta est abbatia ad locum qui dicitur **Stanlegh** Imperatricis; Imperatrix eam primò fundavit. Ex regist. de *Lacock* in bibl. cottoniana.

Matildis Imperatrix primo fundavit domum in loco vocato **Lorwelle**, deinde Rex *Henricus* secundus transtulit fratres ad hunc locum quem fundavit, & dedit eis dominium de **Stanley**. *Leland. coll.* v. 1. p. 8.

Benefactores.

Philipus Basset. Dominus *Radulphus.* Filii *Stephani* Regis. Ecclesia de **Wotton-Basset** appriata. Hæc domus filialis monasterii de *Quarrera* in *Insula Vecta.*

Carta *Henrici* ducis *Normannie*, & comitis *Andegavie* filii, de fundatione hujus cœnobii.

HEnricus *ducis* Normanniæ & *comitis* Andegaviæ *filius*, *archiepiscopis*, *episcopis*, *comitibus*, *baronibus*, *vicecomitibus*, *justiciariis* & *omnibus fidelibus* Francis, & Anglis *salutem*. *Sciatis me dedisse*, & *concessisse Deo*, & *sancte* Mariæ *de* Quadraria *in insula de* **Wicht** *in perpetuam elemosinam*, Locwellam, *ad faciendam ibidem capitalem abbatiam*, *pro salute*, & *incolumitate domini* Gaufridi Normanniæ *ducis*, & Andegaviæ *comitis*, *necnon pro salute domine imperatricis matris mee*, & *mea*, & *pro statu regni* Anglorum, & *pro animabus* Henrici *regis avi mei*, & M. *regine*, *omniumque predecessorum meorum defunctorum*. *Et ideo volo*, & *firmiter precipio*, *quod prememorata abbatie monachi*, *predictum locum habeant*, *libere* & *quiete*, & *honorifice*, & *plenarie*, *cum omnibus illis libertatibus*, & *consuetudinibus*, *quas domina imperatrix mater mea*, & *ego dedimus*, & *concessimus domino* Drogoni *domine matris mee camerario*, *sicut nos donum illud eidem* Drogoni *cartis nostris*, *quas predicti monachi habent dedimus*, & *confirmavimus*. *Testibus*, Roberto *decano* Saresberiæ, *magistro* Matheo, Gregorio Day, Humfrido *de* **Bohun**, Huberto *de* Vallibus, Humfrido *filio* Otonis *constabularii*, Willielmo *filio* Hamonis, Riolfo *de* **Hesluns**, Petro Boterello, *apud* Divisas. Ex autographo in officio armorum.

Carta regis Henrici *secundi.*

HEnricus Rex *Anglie*, dux *Normannie*, *Aquitanie*, & comes *Andegavie*, abbati, & universo capitulo *Cistercienſi*, & omnibus ad quos præsens carta pervenerit salutem. Noverit universitas vestra quod cum, Deo largiente, adeptus fuerim regnum *Anglie*, reperi quod tempore Carta antiqua Lit. X. n. 22. Vide Par. 2 H. 6. part. 3. m. 11.

regis *Stephani* ablatoris mei, multa diſperſa fuerant, etiam à dominiis regni alienata, cum in feodis militum, tum in elemoſinis eccleſiarum; inter quæ abbatia de *Thama* membrum quoddam manerii mei de **Ferendon**, quod vocatur *Wurda*, tenebat, ex dono inimicorum meorum, quod in integrum mihi reſignavit, ſed quia fuerat religioſæ domui quoquomodo collatum; ad petitionem imperatricis dominæ & matris meæ, & *Gilberti*, tunc temporis, abbatis *Ciſtercienſium* & coabbatum ſuorum petitione, & aſſenſu, dedi prædictum membrum manerii mei *Ferendonia*, *Wurda* vocatum, mihi prædeterminato ex toto mihi reſignatum, abbatiæ de *Stanlega*, quæ eſt de fundatione præfatæ imperatricis dominæ, & matris meæ, & mea, & monachis ibidem Deo ſervientibus, cum omnibus rebus, & libertatibus, & liberis conſuetudinibus ad illud pertinentibus, in liberam, & puram, & perpetuam elemoſinam, poſſidendum. Quare volo (*&c.*) Teſtibus, *H. Lincolnienſi* epiſcopo, *Rogero*, & *Richardo*, & *Nicholao* capellanis meis, *Hugone* de **Pozwich**, *Hugone Bardulfo* dapiferis, *Radulfo* filio *Stephani* camerario, *Roberto* de **Witefeld**, *Michaele Belet*, apud **Wudeſtoke**.

Carta Regis Richardi *primi*.

Chart. antiq. littera X. n. 23. Carr. 11 *H* 3. nu. 49. [et Inſpex. Et Pat. 2 *H* 6. part. 3. m. 11.

Richardus Dei gratia Rex *Anglorum*, (*&c.*) Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, juſticiariis, vicecomitibus, ballivis, miniſtris, & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis* totius *Anglia* ſalutem. Sciatis nos ſuſcepiſſe in manum, & cuſtodiam & protectionem noſtram abbatiam de *Stanlega*, quam pater noſter Rex *Henricus*, & mater ejus, avia noſtra domina *Matildis* Imperatrix fundaverunt, & omnem eorum donationem Deo & eidem abbatiæ, monachiſque ibidem Deo ſervientibus, in perpetuam, & puram elemoſinam conceſſiſſe; & carta noſtra præſenti confirmaſſe. Totam, videlicet, terram de prædicta *Stanlega*, quæ membrum erat manerii noſtri de **Chippeham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ reddebat patri noſtro xl.s. & *Migellam*, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ reddebat ei ſeptem libras, & *Heilandam* quæ eſt juxta pontem de **Lakoc**, cum omnibus pertinentiis ſuis, quæ reddebat ei xx. ſol. & *Werdam* quæ membrum erat manerii noſtri de **Ferendon**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & *Lakeſwellam*, quæ eſt in foreſta de **Chippeham**, cum omnibus pertinentiis ſuis quæ reddebat ei xx. ſol. ſicut carta patris noſtri & aviæ noſtræ teſtatur, Et totum dominium noſtrum de **Hedfeld**, citra & ultra rivum cum ſeptem hominibus ibidem manentibus, & de mortuo boſco, in foreſta de **Chippeham** quantum neceſſe fuerit ad ignem monachorum, & ad eorum ædificia præparanda cum neceſſe fuerit materiam in ipſo boſco, per conſiderationem foreſtarii accipiendam; Inſuper & paſturam, & pannagium liberum, & quietum ſibi de prædictis ſeptem hominibus in eadem foreſta de ſuis dominicis porcis, & animalibus & pecudibus, & pratum de **Dumleg**, quod eſt in foreſta de **Chippeham**, ſuper ripam fluminis *Havena*, & dictus ſingulis inperpetuum tres denarios de firma noſtra de **Chippeham**. Conceſſimus etiam eidem abbatiæ, & monachis in ea Deo ſervientibus, & confirmavimus terram quam comes *Patricius* dedit eis; totam videlicet, terram quam ipſe habuit in **Hetfeld** juxta foreſtam de **Chippeham**, quæ pertinebat ad **Wyrolt**, ſcilicet quatuor ſolidatas terræ. Ex dono *Hugonis* de **Plugenete**, unam hidatam terræ cum paſturis & omnibus pertinentiis ſuis in **Hup-Lamburne**, & inſuper decem acras terræ de **Sepland**, ſingulis annis, & paſturam decem boum, & trium vaccarum, cum ſuis dominicis bobus, & unam virgam in boſco ſuo ad caulas ſuas faciendas. Et totam terram dominii ſui de **Gouelwell**, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Guidonis* de *Diva* & *Lucia* ſponſæ ſuæ totam terram ſuam de **Dadinton** cum omnibus pertinentiis ſuis & libertatibus ſicut cartæ eorum teſtantur. Ex dono *Radulfi* filii *Stephani* totam terram ſuam de **Wappel** & de **Cudelinton** cum omnibus pertinentiis ſuis quam dominus Rex *H.* pater noſter ei dedit pro homagio & ſervicio ſuo. Ex dono *Henrici Hoſati* & *Galfridi* filii ejus, terram quam *Faber* tenuit in villa de **Stapelford**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & ſeptem acras de dominico ſuo in *Brecha* de *Suhamtona*. Ex dono *Hugonis Hoſati*, totam illam terram de *Mercumba*, quam *Robertus* filius *Martini* dederat, pro ſervitio ſuo cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut eam *Gervaſius* de *Halwri* meliùs, & pleniùs habuit, & tenuit. Ex dono *Reginaldi* de **Paydelei** dimidium nemoris ſui in **Halwurth**: Ex dono *Aewiſæ* comitiſſæ de **Romare**, dimidiam virgatam terræ quam *Ordgarus* de *Ponte* tenuit de ea in villa de **Feltham**. Ex dono *Thomæ* de **Landalete** duas ſolidatas terræ, quam *Richardus le Lover* in **Chepmaneſland** quondam tenuerat, & terram illam totam quam *Richardus Ches* in eadem villa tenuerat. Ex dono *Walteri Croch* quarrariam ſuam de *Haſelberga*, & terram *Sampſonis Bigot* uſque ad antiquum foſſatum, & uſque ad veterem viam. Ex dono *Willielmi* de **Pogland** terram illam in *Penna* quam *Wimundus* tenuit. Ex dono *Rogeri Burel* totam croftam illam, quæ **Berlege** appellata eſt. Ex dono *Symonis* de *Cochelberga*, & *Petri* filii ejus totum redditum, & quicquid juris habuerunt, in illa virgata terræ, quam *Seſwardus* tenuit, & poſtea *Nigellus* de *Stanlega*, totamque medietatem molendini de *Peckinilla* cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Nigelli* de *Stanlega* terram illam quæ **Styleghe** appellatur, & quicquid terræ habuit in **Hetfelde**. Ex dono *Richardi* filii *Luca* ſuſagium unum, ſuper terram ſuam, ad molendinum monachorum fullericum. Ex dono *Willielmi* comitis *Gloceſtriæ* quietantiam theolonei in **Bridgeſtoll**. Ex dono *Roberti* filii *Martini* eccleſiam de **Blachedon**, quam eis donavit in perpetuam elemoſinam. Ex dono magiſtri *Rogeri* de **Calne** burgagium unum in eadem villa. Ex dono *Radulfi le Ethine* meſſuagium unum. Ex dono *Richardi Withar* meſſuagium unum. Ex dono *Walteri Piſtoris* meſſuagium unum juxta pontem de *Calna*, & aliud meſſuagium ex dono *Adæ Cocbks*, & quæcunque alia pia donatorum, vel venditorum devotione adquiſierint. Quare volumus (*&c.*) Teſtibus, *Hugone Dunelmenſi*, *Godefrido Wintonienſi* (*&c.*) epiſcopis (*&c.*) Dat. apud *Weſtm.* per manum *Willielmi* de *Longecampo Elienſis*.

Eliensis electi, cancellarii nostri, xiij. die Nov. regni nostri anno primo.

Alia carta ejusdem Regis *Ricardi.*

Cart. antiq X n.6

RIchardus *Dei gratia Rex* Angliæ, (&c.) *salutem. Sciatis nos concessisse, & præsenti carta nostra confirmasse abbatiæ de* **Stanlæ**, *& monachis ibidem Deo servientibus rationabile donum quod eis fecit* R. *filius* Stephani, *scilicet,* **Covinton** *&* **Wapelæ**, *cum omnibus pertinentiis, quæ pater noster bona memoria* H. *prædicto* R. *filio* Stephani *pro homagio, & servicio suo dedit. Quare volumus & firmiter præcipimus* (&c.) *Testibus,* Rogero *de* Pratellis *dapifero nostro,* Richardo *de* **Camvill,** Willielmo Giffard, *& pluribus aliis. Datum per manum magistri* Rogeri Malicatuli *clerici nostri, apud* Messanam, *tertio die Aprilis, anno regni nostri secundo.*

JOREVAULXENSIS
Abbatia in agro Eboracensi.

Historia fundationis.

Ex regist. de Bellalanda f. 15

TEmpore Regis *Stephani*, qui *Henrico* primo successit in regnum *Angliæ*, fuit quidam miles generosæ prosapiæ nomine *Akarius* filius *Bardolfi*, magnus dominus terrarum & possessionum in comitatu *Eboracensi*. Divina gratia inspiratus, hic dedit cuidam monacho servienti Deo, *Petro* de *Quinciaco* in arte medecinæ valdè subtili & bene experto, & quibusdam aliis monachis de *Savignio*, quandam partem terræ suæ in **Wandesleydale**, scilicet in **Fozs**, & in *Wrtona*, ubi prædictus frater *Petrus* & socii sui, prout melius poterant initium cujusdam abbatiæ ordinare cœperunt, & simpliciter ædificare, & primitus vocabatur illa habitatio, abbatia de **Fozs**, postea abbatia de **Wandesleydale**, deinde vocabatur abbatia de *Charitate*; & tandem juxta proprietatem aquæ currentis, & loci, vocabatur abbatia de **Joyvalle**. In quo loco prædicti monachi multiplices defectus laboresq; sustinuerunt. Qualiter autem, aut quibus ex causis idem frater *Petrus* cum cæteris sociis suis de *Savigneio* in *Angliam* venit, incertum habetur, nisi secundùm quod creditur ipsos moram traxisse in curia *Alani* comitis *Britanniæ & Richmundiæ* prætextu artis medendi infirmitates & plagas, vel ut elemosinas aulæ colligerent, & egenis distribuerent. Donationes verò quas prædictus dominus *Akarius*, & alii fecerunt prædictis monachis, confirmavit prænominatus comes *Alanus* per cartas suas sic.

Carta prima Alani *comitis* Britanniæ *&* Richmundiæ.

ALanus comes *Britannia & Anglia*, omnibus prælatis S. ecclesiæ, omnibusque baronibus suis & hominibus suis de *Anglia* Francigenis & *Anglicis*, salutem. Volo vobis notum fieri me concessisse & confirmasse illam elemosinam quam *Akarius* filius *Bardolfi* dedit monachis de *Savigneio* pro anima patris sui & matris suæ, & pro animabus antecessorum suorum; scilicet totam terram quam habuit in *Forsa* & in **Wrton**, & in *Burtonica* solutam & quietam ab omni servicio quod ei pertinet, & tamen sic, quod prædictus *Akarius* mihi servitium plenariè faciat. Terram prædictam concessit eis, me vidente & audiente, cum omnibus rebus & pertinentibus, in bosco & in plano, & in pratis, & in aquis & in campis & pasturis. Et ego insuper concedo eis in honorem domini nostri Jesu Christi, & pro animabus omnium fidelium, communam pasturarum mearum quantumcunque pecuniæ habeant, & præcipio quod bene & in pace & honorifice prædictam elemosinam teneant, & quod nullus eis contrarium vel molestiam faciat. Et precor omnes homines ut manuteneant eos. Teste *Conano* archidiacono.

Alia carta ejusdem comitis.

ALanus comes *Britannia*, & *Anglia*, dapifero suo & constabulario suo de *Richemonte*, & omnibus baronibus suis & hominibus suis, *Francis & Britonibus & Anglis*, salutem. Scire volo vos & posteros meos & vestros, quod ego pro amore Dei & redemptione animæ meæ, & pro anima patris mei & matris meæ, & antecessorum meorum concedo & confirmo donationem quam *Akarius* dedit monachis & fratribus de **Wandesleydale**, scilicet tres carucatas terræ in **Wrton**, & unam carucatam & dimidiam in **Fozs**. Concedo & confirmo eisdem monachis & fratribus totam villam de **Engilby**, quam *Rogerius* de **Cunyngary**, & *Warnerus* frater suus eis dedit. Concedo etiam & confirmo unam carucatam & dimidiam in **Fozs** de *Hugone* filio *Gernagelli*. Si quis autem baronum meorum, vel hominum meorum ipsis terras vel aliquod aliud pro amore Dei dare voluerit, ego illas eorum donationes concedo libenter & confirmo, salvo tamen meo servicio, & ita salvo, quod per defectum illius servitii nec alicujus petitionis, supra eosdem fratres nec super homines illorum namium capiatur nec aliqua molestia eis inferatur. Ego eis do & concedo pasturam per totam forestam meam de **Wandesleydale** & prata falcanda, quantum eis opus fuerit. Do etiam eis & concedo ut capiant materiam ubicunque voluerint in eadem foresta, ad domos suas & ad omnia necessaria sua facienda, sine omni impedimento & perturbatione. Quod si minaria ferri vel plumbi in sua terra invenerint, concedo ut ad opus suum ea fodiant. Si vero fratres ipsi, vel aliqui suorum servientium carnem alicujus feræ in mea foresta invenerint, cum Dei benedictione illam accipiant, feræ dico quæ luporum morsu peremptarentur. Volo autem & concedo, & firmiter præcipio, ut omnia quæ memoratis fratribus dedi & concessi, bene & in pace, & honorifice, in nemore & in plano, in terris & in aquis, & pratis & pasturis, & exitibus & omnibus consuetudinibus suis liberis, in perpetuum teneant:

teneant & possideant cum Tol & Teame, Infangentheof (*&c.*) Test. (*&c.*)

Postmodum verò idem *Alanus* comes, præcepit prædicto fratri *Petro*, quod ipsum certificaret quando deberet erigere primum ædificium suum, quia tunc ibidem voluit personaliter adesse. Omnibus autem præparatis ad erectionem primi ædificii frater *Petrus* quæsivit comitem sicut præceperat. Qui veniens ad locum illum ubi domus illa deberet levari, advocavit sibi nominatim quatuor vel quinque de militibus qui secum advenerant, & dixit illis jocundo vultu quasi in ludendo. *Nos omnes habemus terras magnas & possessiones, nunc ergo propriis manibus adjuvemus, & erigamus istam domum in nomine domini nostri, & unusquisque nostrum terram vel redditum exhibeat, in perpetuam elemosinam & sustentationem partis quam levaverit.* Cui suggestioni quidam eorum satis bene concenserunt, & alii consentire noluerunt, nisi per conditionem. Et sic erexerunt primam domum ligneam in loco oratorii scilicet anno domini millesimo centesimo quadragesimo quinto.

Audiens autem dominus *Rogerus* de Wolbay fundator noster quod quidam monachi de *Savigneio* inceperant construere de novo quandam abbatiam, volens esse particeps orationum suarum, & beneficiorum spiritualium sicut & aliorum religiosorum, cum magna devotione, & liberalitate animi, dedit eidem fratri *Petro* terram, pasturam & boscum de dominio suo de Washam per talem cartam.

Carta Rogeri *de* Molbraio.

Rogerus de Wolbay, omnibus ministris suis & hominibus suis de *Eboracscira*, *Francis* & *Anglis* salutem. Sciatis me dedisse & concessisse Deo & sanctæ *Mariæ* de *Caritate*, & *Petro* monacho, & fratribus suis de abbatia super Joy flumen totam terram & boscum totum sicut semita vadit de Wigwath usque Witebercunde, & præter hoc ad piscandum in Hyglamare, & warrennam & pasturam totius nemoris mei. Et volo quod habeant hanc terram usque in Joy liberam & quietam sicut terra potest esse, libere & in elemosina. Teste *Rogero* abbate de *Bellalanda*.

Alia carta ejusdem Rogeri.

OMnibus qui has literas sunt visuri *Rogerus* de Wolbay, salutem. In veritate testificor quod antequam prima vice irem ad Jerusalem in peregrinatione, & quatuor annis antequam *Walterus Bury* haberet terram in Washamshire, dedi abbatiæ quæ tunc vocabatur de *Caritate* nunc vocatur de Joyevalle, terram quam monachi tenent apud Wigwath, & pasturam & maremium de toto bosco meo de Washamshire, in perpetuam & liberam elemosinam, sicut cartulæ meæ quas monachi inde habent testantur. Et si quis voluerit ipsas cartulas contradicere, vel falsificare, ego & hæredes mei parati erimus defendere & warantizare ubique.

Non diu post ipsam donationem comes *Alanus* transfretavit in *Britanniam* ad terras suas. Qui veniens apud *Savign.* intimavit abbati & conventui, quod frater *Petrus* & alii monachi socii eorum inceperant unam abbatiam in dominio suo non longè a castello suo de *Richo-monte* in *Anglia*. Et idem comes statim dedit illam abbatiam qualicunque tunc metatam potius quam inceptam ipsi abbati *Savign.* qui illam domum suscepit, sed tanquam invitus & renitens, & tenuit bene & in pace, sed per quantum tempus non constat. Prænominatus autem *Petrus* sedulus promotor illius novæ plantationis *Benedicti*, de die in diem adventum cujusdam abbatis cum uno conventu de domo *Savign.* desideratissimè præstolabatur, & sæpissimè scripsit abbati suo, ut abbatem & conventum sibi transmitteret, & ad inhabitandum ibidem per successionem. Sed abbas *Savign.* in animo suo revolvens pericula, labores & defectus quos monachi sui sustinuerant qui in *Angliam* diversis in locis aliàs missi fuerant de *Savign.* ad abbatias incipiendas, & construendas, à quibus sæpiùs hortabatur ut ipsos domi revocaret, in auditorio suo coram pluribus cum magna indignatione juravit per virtutem summe civitatis in cujus honore fundata extitit ecclesia *Savign.* quod nunquam voluit ibidem conventum destinare, & gratissimum haberet, si de donatione ejusdem loci bono in modo totaliter posset exui, & liberari. Rescripsit etiam fratri *Petro*, quod stultissimè egit in hoc, quod abbatiam inceperant sine consilio domus *Savign.* & istud mandatum fratri *Petro* & sociis suis multum displicuit, & eorum animos dejecit, non tamen à bono incepto cessaverunt. Postea verò regni Regis *Stephani*, secundùm quosdam, undecimo sive duodecimo, eo scilicet anno quo abbas de *Fontibus*, *Henricus Murdac* nomine fuit consecratus in archiepiscopum *Eborum*, anno Domini millesimo centesimo quadragesimo sexto, contigit quod abbas noster *Rogerus* processit ad capitulum generale apud *Savign.* & pro quibusdam negotiis hujus domus ulterius in *Normanniam*, ad dominum *Rogerum* fundatorem nostrum, qui tunc ibi morabatur. Audiens autem hoc frater *Petrus* accessit ad abbatem nostrum, ipsum exorando ut portaret unam litteram abbati *Savign.* ex parte sua & illius litteræ responsum suum reportaret, ac suggereret & instaret provocando ut abbas *Savign.* litteratorie eundem *Petrum* certificaret quod sibi placeret fieri de illa nova plantatione abbatiæ quam inceperat, & secundùm quod abbas mandaret, ipse & socii sui libenter parere vellent in debita executione. Abbas noster litteram assumpsit, transfretavit, & usque *Savign.* venit, ubi inter cætera, negotia fratris *Petri* exposuit, ac litteram ejus abbati *Savign.* liberavit, qui abbatem nostrum recepit cum magno honore.

In ipso quidem capitulo generali fuerunt abbates de *Anglia*, scilicet de *Quarera* & de Beth tantùm, & denunciatum fuit ibidem quod Papa *Eugenius* proposuit celebrare concilium generale *Rhemis*, sed certitudinem nondum receperant, si illo anno vel anno sequente. Evoluto primo die capituli generalis, secundo die sermo quæstionis ab ipso abbate *Savign.* coram quindecim abbatibus de sua gubernatione ibidem præsentibus, proponebatur, quid melius esset faciendum de negotio fratris *Petri*, quod plenè in audiencia

fuit

fuit recitatum. In qua sermocinatione diversi diversa dixerunt. Sed tandem quia abbas *Savign.* cui locus **Jozeball** datus fuit à comite *Conano*, nullo modo consentire voluit, quod abbas, cum uno conventu monachorum de *Savign.* ibi mitteretur, ordinatum fuit ut idem abbas *Savign.* si sibi placeret, daret illam novam abbatiam juniori filiæ suæ de *Bellalanda*, quæ illi loco propinquior erat in *Anglia* de sua propagatione, quod & factum postea fuit. Et quia abbas noster diutiùs expectare non potuit, volens se festinare ad dominum *Rogerum* fundatorem nostrum pro remedio impetrando contra multas injurias & dampna nobis illata per *Robertum* de *Davidvilla*, *Willielmum* & *Hugonem* de *Malabissa*, in absencia prædicti fundatoris nostri, constituit loco suo prædictum abbatem de *Quarrera*, in omnibus quæ ipsum tangebant, ac sic cum omni devotione & reverentia abbatis *Savign.* & totius capituli, non sine magnis donis licentiatus est, & sic recessit. Domum tandem prospere reversus est, sed diutiùs moram traxit in partibus *Normanniæ*, cum domino *Rogero* fundatore nostro.

Finito capitulo generali, & abbatibus disgregatis, abbas *Savign. Serlo* nomine, fecit advocari abbatem de *Quarera* coram pluribus de domo sua, & de pluribus ipsum convenit, cui tandem tradidit illam cartam, quam habemus de donatione abbatiæ de **Jozeball**, & injunxit ei, ut illo anno visitaret per totam generationem suam in *Anglia*, & si viderit quod unus conventus monachorum, cum abbate, posset apud **Foss** de terra &substantia ibidem sustentari, tunc eandem cartam & locum cum tota substantia traderet abbati nostro, ex sua & sui conventus donatione, ac ipsum poneret in plena possessione. Et si terra cum substantia sufficere non posset quod tunc retinerent illam cartam penes se, & diceret fratri *Petro* quod locum illum bene custodiret, ac promoveret ad proprios usus abbatiæ *Savign.* Liberavit etiam eidem abbati de *Quarera*, alias litteras clausas sub tali tenore, quod si terra & substantia sufficere posset ad præmissa, quod tunc ipse frater *Petrus* & socii si vellent abbati nostro licitè profiterentur aut apud *Savign.* remanerent. Cum ergo tali mandato & præcepto venit abbas de *Quarrera* in *Angliam*, & in Pascha subsequente, visitavit domum nostram una cum domino *Matthæo* monacho *Savign.* qui sibi imperanti fuerat destinatus & associatus, cum prænominato fratre *Petro* apud **Jozeball** commorante.

Peracta nostra visitatione, prædictus frater *Petrus*, duxit secum abbatem de *Quarera* & abbatem nostrum usque *Jorevallem*, ubi idem abbas de *Quarrera*, tradidit eidem fratri *Petro* litteras clausas domini abbatis *Savign.* cui etiam oretenus dixit, quod abbas de *Savign.* illam novam plantationem dederat abbatiæ de *Bellalanda* si tamen quidam abbas, cum uno conventu monachorum de terra & substantia ibidem possent sustentari, ac cartam donationis illi demonstravit, dicens quod abbas & conventus *Savign.* nunquam ibidem voluerunt conventum destinare, & ideo talem fecerat donationem. Prænominatus frater *Petrus*, litteras clausas sibi transmissas, coram duobus monachis sociis suis, scilicet *Conano* & *Himberto*, produxit, qui advocabant sibi prænominatum D. *Matthæum*, & sic diligenter & diu mutuò vicissim tractaverunt super negotio superiùs tacto. Inter quos concilium domini *Matthæi* tale fuit. Ut locus ille cum pertinentiis & substantia tanquam minus sufficiens abbati & conventui, remaneret abbatiæ *Savign.* in proprios usus. Sed frater *Petrus* & socii ejus, qui multos & graves ibidem sustinuerant labores, una voce & voluntate dixerunt, quod magnus honor & commodum ecclesiæ *Savign.* & ipsis coram domino Deo meritum eveniret sempiternum, si in eorum labores, abbas & conventus possent induci, ac debita & justa successione ibidem perpetuari, nec aliquo modo consentire voluerunt, ut ille locus domui *Savign.* in proprios usus remaneret, & sic eorum concilio soluto omnes pariter in oratorio ad abbates accesserunt, ubi frater *Petrus* ad abbatem de *Quarera*, taliter est locutus. *Sancte pater de* Quarera, *super negotiis quibus huc advenistis, nunc & alias sufficienter tractavimus. Vos volo certificare in præsenti, quod ego & duo socii mei, quibus locus iste specialiter primitùs donatus fuit ad servitium Dei, eundem locum pro viribus nostris hucusque interius & exterius promovimus & substanciam multiplicavimus. Nam nunc benedictus sit altissimus, habemus carucatas quinque arantes, vaccas quadraginta, cum secta, equas sexdecim cum sequela de dono comitis, sues quinque cum secta, oves trecentas & triginta coria in tanno, & plus ceram & oleum pro duobus annis cum parvo adjutorio, & certi sumus quod nos inveniemus panem & cerevisiam, caseum & butirum pro primo anno & credimus quod quidam abbas & unus conventus monachorum de tanta substantia incipere possunt, in hoc loco scilicet vivere, donec Deo placuerit illis uberius providere. Et ego frater* Petrus, *dico tam pro me, quam pro istis duobus sociis meis, quod ex quo placet abbati meo & conventui* Savign. *quod abbas de* Bellalanda *locum istum obtineat, ex eorum donatione, si idem abbas nobis fideliter promittat, quod abbatem cum uno conventu monachorum huc de domo sua destinare voluerit successione perpetuâ ad inhabitandum in servicio Christi, sicut à nostris superioribus ordinatum est, & nobis licitè præceptum, secundùm tenorem carta confecta, & litterarum nobis transmissarum, parati sumus locum istum cum tota substantia sibi reddere, & etiam profiteri.*

His dictis abbas de *Quarera* secretè tractavit aliquantulum, cum abbate nostro & domino *Matthæo*, ac postea in audientia omnium dixit, *Satis expresse liquet sancta voluntas cordium & animarum vestrarum, qua tam syncerè affectatis animarum salutem, & ordinis incrementum: & abbas de* Bellalanda *ore proprio hic coram nobis hoc quod petistis, benignè facere compromittit. Sed & ego subjicio me & domum meam de* Quarera *vobis & domui vestræ de* Savign. *ad complendam, si vestram petitionem non adimpleverit, cum viderit melius oportere.* Et tunc coram omnibus legit cartam donationis quæ talis est.

Carta Serlonis *abbatis* Savignei.

UNiversis sanctæ Dei ecclesiæ filiis & fidelibus *Serlo* abbas monasterii *Savign.* totiusque loci ejusdem conventus, salutem. Sciatis

nos

nos omnium fratrum noſtrorum conſilio, & concenſu, dediſſe & conceſſiſſe, Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de **Wilande**, abbatiam de **Wandeleſvale**, quæ & **Jozeballe**, dicitur, cum omnibus pertinentiis ſuis, habitis & habendis, liberam & quietam ſicut comes *Alanus* de **Richmond** eam nobis dedit & conceſſit. Hæc etiam hæredè ſuo *Conano*, cum baronibus ſuis concedente & confirmante eo ſcilicet tenore & intuitu ut hæc eccleſia prædicta de **Weyland** ſicut filia matri ſit ſubjecta, & ſecundum ordinem noſtrum eidem obediat per omnia. Teſtibus iis, *Henrico* archiepiſcopo *Eborum*, *Aldredo* abbate *Rievallis*, *Turoldo* abbate de *Fontibus*, & fratribus eorum plurimis.

Quæ carta perlecta, prædictus frater *Petrus*, locum cum tota ſubſtantia reddidit abbati noſtro, & eidem cum prænominatis duobus ſociis ſuis & uno converſo, in oratorio, ſuam fecit profeſſionem. Alius converſus ibidem fuit, qui profiteri noluit, & ideo cito poſt cum domino *Matheo* apud *Savign.* remeavit. Deinde abbas de *Quarera* ulterius proceſſit ad officium ſibi injunctum proſequendum, & abbas noſter, curam ejuſdem loci, ſicut prius, eidem fratri *Petro* tunc monacho ſuo commiſit, & ſic domum reverſus eſt, ac quotiens ſibi placuit ibidem acceſſit, & negocia loci pro libitu ſuo diſpoſuit, & ordinavit, unum monachum ad officium hoſtellariæ & quendam converſum tannatorem ibidem deſtinavit. Poſt circulum unius anni ſecundum dictum *Amplredi* Prioris, & ſecundum dominum *Walkelynum* poſt duos annos, abbas *Savign.* tranſmiſit litteras cum domino *Guidone* Priore ſuo ad univerſam generationem ſuam in *Anglia*, authoritate apoſtolica præcipiendo, ut conſtitutiones ordinis *Ciſtercienſis*, & habitum ſicut Papa *Eugenius* in ſuo generali conſilio celebrato *Rhemis* anno D. milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo ordinaverat omnes de generatione ordinis *Savign.* ſine mora, accepto mandato ſumerent & conſervarent. Timens autem abbas noſter *Rogerus*, ne in tali ſubita mutatione habitus, donatio ſibi facta abbatiæ **Jozeball** irrita fieret, aut fortè revocaretur quia abbatem & conventum nondum ibi tranſmiſerat, ſeduló cogitavit, & conſilium diverſimode quæſivit quod ſit ei melius faciendum. Sed tandem ſibi conſultum fuit à diverſis amicis, quod procederet uſque *Savign.* & inquireret ſi prædictus *Serlo* abbas *Savign.* & conventus adhuc ratum haberent, donum quod fecerant eccleſiæ *Bellalandæ* de abbatia **Jozeball**, vel non, quod ſi ſit incorporatio ordinis *Ciſtercien.* non obſtiteret quia abbas noſter poſſet ibidem abbatem cum conventu deſtinare ſecurè pro ſua voluntate. Et cum tali conſilio abbas noſter *Rogerus* tranſfretavit, ſcilicet anno domini milleſimo centeſimo quadrageſimo nono. Qui cum apud *Savign.* perveniſſet, tempore opportuno cauſam adventus ſui, abbati & conventui *Savign.* plenè & maturè demonſtravit. Et poſt biduum vel triduum, habita conſulendi deliberatione, tale recepit reſponſum. Quod ſi vellet promiſſionem adimplere quam fecerat abbati de *Quarera*, & domino *Petro* de *Quinciaco*, quod ingreſſum habuit in abbatiam de **Jozeballe**, & ſeiſinam recepit, quod donatio ſibi facta in perpetuum ſtabilis permaneret. Et abbas noſter *Rogerus* ibidem iterum proteſtabatur quod infra breve tempus poſt ſuam reverſionem promiſſionem veterem deberet adimplere. In vigilia verò ſancti *Laurentii* anno prædicto apud *Savign.* viam arripuit verſus *Ciſtertium*, ad capitulum generale, & habuit in comitatu ſuo abbates de **Wyoſtell**, de ſancto *Andrea*, & abbatem noſtrum. Cum apud *Clarevallenſem* perveniſſet, abbas *Savign.* adduxit abbatem noſtrum coram beato *Bernardo* tunc ibidem abbate. Cui negocium abbatis noſtri, pro quo ibi venerat, plenè expoſuit, & cartam donationis ſuæ demonſtravit, & legit, ac ejus conſilium & auxilium poſtulavit. Cui breviter ſic reſpondit beatus *Bernardus*. *Iſta tua donatio conſilio & authoritate tui capituli generalis, aliquando facta evidenti inſtrumento, cum corporali poſſeſſione,* Ciſtertien. *capituli non indiget fulcimento. Nam omnia quæ in capitulo* Savign. *ordinata & ſtabilita fuerunt, in* Ciſtercienſi *capitulo non debent aliqualiter retractari, ſed rata & firma ſemper permanebunt. Benè quidem ſcimus omnes quod momentanea donatio à vero domino data aliis jus perpetuum poſſidendi, & ideo condecet ut celeriter ſuppleatur, quod certis ex cauſis hucuſque eſt prorogatum.* Plus illa vice de iſto negotio non loquebantur. Cum autem apud *Ciſtertium* perveniſſent, tertia die, capitulum generale quando abbas *Ciſtertii* præcipiebat, ſecundùm morem, ut nomina abbatiarum illo anno fundatarum in tabula *Ciſtertii* tribuerentur, inter alia dixit beatus *Bernardus*. Abbas *Savign.* conſilio & ordinatione ſui capituli generalis, ac aſſenſu fratrum domus ſuæ jam quatuor annis elapſis dedit quandam abbatiam ſuam de **Wandeleyvale** in *Anglia*, quæ nunc **Jozeballe** dicitur & nominatur, filiæ ſuæ de *Bellalanda* per cartam ſuam, quæ ſi placet coram vobis recitetur. Sed & abbas de *Bellalanda* certis ex cauſis abbatem in illo loco hucuſque ordinare non potuit, infra annum abbatem cum uno conventu monachorum ibidem deſtinavit, & ideo nomen abbatiæ **Jozeball** inter cæteras abbatias hoc anno fundatas in tabula redigatur. Tunc abbas noſter *Rogerus* ſurrexit, & tradidit cartam ſuam abbati *Savign.* qui illam tradidit beato *Bernardo*, & beatus *Bernardus* cuidam abbati ad pedes ejus ſedenti, qui illam recitavit. Qua perlecta, abbas *Savign.* dixit in pleno capitulo quod tam pro ſe, quam pro confratribus ſuis *Savign.* illam donationem ratam & gratam habuit. Sic ſtatim ad ſuggeſtionem B. *Bernardi* & abbatis *Serlonis Savign.* nomen abbatiæ **Jozeball** ibidem inter alias ſcriptum fuit in tabula *Ciſtertii*, prout manifeſtè liquet, nec unquam aliud in ſcriptis habuimus à capitulo *Ciſtertii* de abbatia **Jozeball**. Et hoc quia præſcriptionem ſive poſſeſſionem ejuſdem loci cum perſonis & tota ſubſtantia, ordinatione capituli generalis *Savign.* diu obtinuimus antequam ordo *Savign.* fuit incorporatus ordini *Ciſtertii*. Unde abbas *Robertus* de **Jozeball** aut *Willielmus* exortus, quibuſdam ſimultatibus aliquando ſecrete cauſabatur à latere obloquendo, quod minus habuimus pro nobis in munimentis ad viſitandum domum ſuam. Et ſæpius petiit inſpectionem cartæ abbatis *Serlonis Savign.* de donatione nobis

bis facta, sed sua importunitate caruit effectu petitionis, & sic tandem omnes conatus suos subtraxit ex desperatione optatum consequendi. Sed redeundum est ad processum. Postquam autem capitulum generale *Cistercii* finitum fuit, licentia cum benedictione tam a beato *Bernardo* quam abbate *Savign* humiliter petita & optenta, abbas noster *Rogerus* in bona prosperitate domum reversus est in vigiliis omnium sanctorum. Et cum aliquantulum post suum laborem quieti vacasset, præcepit domino *Laurico* tunc cellerario nostro, ut meliorem campanam ecclesiæ parochiali veteris *Bellelandæ* destinaret in quodam plaustro usque *Jorevallem*, qui præceptum celeriter adimplevit. Post circumcisionem Domini, abbas noster processit usque *Jorevallem*, & ibidem traxit moram usque ad Purificationem beatæ *Mariæ*, tractans & disponens interius & exterius negocia illius loci & necessaria ad humanam vitam ibi provisa, & scribi fecit. Tandem præcepit domino *Petro* & duobus monachis sociis suis ibi manentibus, quod omnes essent apud *Bellamlandam* prima dominica quadragesimæ, & sic inde recedens domum accessit. Cumque prima dominica quadragesimæ advenisset, prænominatus dominus *Petrus* cum sociis suis, & omnes alii monachi domus nostræ in capitulo præsentes fuerunt, & consummatis omnibus quæ ad capitulum pertinent, omnes in pace sedebant.

Tunc abbas noster *Rogerus*, longum ab intimis suspirium trahens, talia verba dixit: *Jam diu est, ut benè scitis, ex quo promissa facere & adimplere cupivi quod Deus ante ordinaverat in sua æternitate manens: sed ut meliùs & securiùs illud producerem in opus, hucusque expectavi, et sæpe a vobis omnibus et singulis consilium et vestram voluntatem diligenter quæsivi. Nunc ergo invocans virtutem divinæ gratiæ in nostra operatione, ad laudem et honorem Dei, et utilitatem et incrementum universalis ecclesiæ, et salutem animarum, in nomine Patris Filii, et Spiritus Sancti, ordino et constituo abbatem dominum* Johannem *de* **Kinstan.** Quo nominato, omnes statim surrexerunt, & elevantes eum à terra inter brachia sua, portaverunt usque ad magnum altare dicendo *Tu es abbas Jorevallis*. Iste dominus *Johannes*, fuit unus de illis, qui recesserunt de *Caldra* cum abbate *Geroldo*, & inceperunt domum nostram. Postea sedato clamore monachorum, omnes in capitulum redierunt, & abbas noster sumens abbatem *Johannem* per dextram manum in principali sede collocavit dicens, *Ego te confirmo abbatem, & tibi committo curam animarum, & regimen abbatiæ* **Jozeball,** *cum tota substantia, personis & possessionibus habitis & habendis, tam in temporalibus quam in spiritualibus, sicut* Serlo *abbas* Savign. *illam nobis dedit.* Et tunc tradidit illi in manibus regulam sancti *Benedicti*, & parvulam teeam cum reliquiis.

Deinde abbas noster nominavit prædictum *Petrum* & duos socios ejus, & novem alios monachos de conventu & de professione eorum sibi facta ipsos absolvit, qui omnes abbati *Johanni* statim ibidem profitebantur. Et die Mercurii proximo sequente, scilicet viij. Idus Martii, anno Domini
A.1150. millesimo centesimo quinquagesimo, recepta benedictione consueta, post vigilias nocturnas, abbas *Johannes* cum duodecim monachis suis exivit de domo nostra versus *Jorevallem*, in quo itinere ipsum *Jesum Christum* habuit ductorem, & beatam *Mariam* virginem consolatricem, sicut sæpius abbati nostro *Rogero* secretè fatebatur, & revelationem sibi factam, non sine lachrymis demonstravit, quam hic pertranseo ratione brevitatis. Sed postea eam tangere volo ut ad noticiam succedentium perveniat. Die Veneris proxima, abbas *Johannes* cum conventu suo venit apud *Jorevallem*, ubi nunc est bona grangia cum sex carucis, quæ vocatur, Vallis grangia, & ibidem fuerunt & venerunt contra eum dominus *Akarius*, primus fundator illius loci, & plures alii nobiles viri, qui ipsum receperunt in magna reverentia & honore, promittentes ei consilium & auxilium in omnibus quæ ipsum tangebant, & post refectionem recesserunt, humillime petendo participationem orationum & beneficiorum suorum spiritualium. Tunc abbas *Johannes* constituit dominum *Edwaldum* Priorem suum, & dominum *Petrum* prædictum cellarium suum, & cæteros officiales diversos, & ibidem simul vivebant in magnis laboribus, & variis defectibus, prout melius poterant, quatuor annis. In quinto verò anno tanta pluvia extitit, in partibus illis circa festum sancti *Michaelis*, cum metere deberent, & in horreum congregare; quod omnes segetes eorum perierunt, ita quod nullum semen de proprio habuerunt. Propter quod abbas noster *Rogerus*, ad petitionem abbatis *Johannis*, quinque skeppas frumenti illis destinavit ad seminandum, & plus habuerunt de emptione alibi, quam similiter abbas noster fecit ipsis cariari, & illum annum in magno defectu tam bladi quam brasii transegerunt. Sed nullus in tantum angustiatus est, quam cellarius solus. Et cum sic vixissent, percipientes sterilitatem terræ, & patriæ illius maximè quantum ad granum, quod ibi maturescere & crescere non potuit, propter pluviam & intemperiem aeris, sæpius mutuo tractabant, de reversione ad matemam domum, & nihil resistebat eis, nisi sola exprobratio hominum, qui dicere possent, Isti monachi cœperunt ædificare, & consummare non potuerunt. Veniens autem abbas noster, secundum morem ad visitandum, invenit abbatem *Johannem* & ejus conventum valdè desolatos, pro causa memorata. Nam expenderant illo anno totam pecuniam quam ceperant pro lana sua, & animalibus venditis, in blado & amplius. Unde abbas noster pro posse suo volens relevari eorum desolationem, transmisit illis iterum quinque skeppas frumenti, & decem brasii ad sustentationem eorum contra autumnum. Insuper dedit eis per assensum conventus nostri decem bovatas terræ in **Ellington**, quas frater *Serlo* conversus noster dedit nobis ad suum ingressum in domum nostram cum decem bobus, & decem vaccis ibidem & sex equabus cum pullis earum in eadem pastura.

Tenor cartæ abbatis nostri talis est.

ARchiepiscopo *Eboracensi*, omnibusque filiis sanctæ matris ecclesiæ, *Rogerus* abbas *Bellalandæ*, salutem. Notum sit vobis nos dedisse & concessisse abbatiæ de **Jozballe,** decem bovatas terræ in **Ellington,** quas *Serlo* cocus prius dedit nobis, per concessionem *Rogeri Monbray* fun-

datoris nostræ abbatiæ de *Bellalanda*, quietè in perpetuam elemosinam. Valete.

Qua donatione facta, abbas noster præcepit abbati *Johanni*, & consuluit, ut cum festinatione nuntiaret per aliquem de suis domino *Alano* comiti qui tunc fuit in partibus transmarinis suam necessitatem, qui si subvenire noluisset, tunc bene voluit abbas noster, ut omnes remearent ad domum nostram matrem suam, quousque tempus fertilius se offerret. Sed dominus *Petrus* cellarius, bene semper in adjutorio Dei confidens, omni modo reditum apud *Bellalandam* dissuasit, volens si abbati placeret sub omni festinatione proficisci in *Brittanniam* ad comitem *Alanum* & ipsum convenire super eorum defectū & destructionem, qui sic fecit. Et cum ibi pervenit, demonstravit comiti cum lachrymis defectum abbatis & conventus sui, ubi talem gratiam consecutus est, quod comes scripsit abbati *Johanni*, inhibendo, ne recederet de **Jervalle**, & promisit ei bonum subsidium in proximo ejus adventu apud **Richemond**. Sub tali promisso recessit dominus *Petrus* de comite & ivit apud *Savign*. & ibi traxit moram cum antiquis sociis ejus per quindecim dies & amplius, ubi dominus abbas plures reliquias dedit ad novam abbatiam quam inceperat, & sic honorificè licentiatus, domum reversus est cum literis comitis. Sed quia comes *Alanus* diutius prorogavit venire in *Angliam*, & abbas *Johannes* non habuit unde conventum suum per totum annum potuit sustinere, quinque de monachis suis misit ad domum nostram, & tres apud *Furnesiam* ad perhendinandum. Interim ferè transierunt duo anni, & tandem comes *Alanus* venit apud **Richemond**, qui infra breve tempus, fecit adjuvare motam causam suorum, & sic inde processit rursum in valle, ad veniendum cum baronibus & militibus suis, ubi traxit moram per sex dies continuos, nec unquam alicubi tanta copia cervorum & bissarum succederat ad votum pro tractu arcus & cursu canum sicuti tunc. Sed graviter irascebatur contra *Scollandum* dapiferum suum, & *Rollandum* constabularium suum, & quosdam alios pro multitudine luporum ibi commorantium, qui multa mala tam hominibus quam bestiis faciebant, & sic de Valle, rediit per illam novam plantationem abbatiæ, ubi stando aliquantulum, comedit, & bibit.

Postea autem abbas *Johannes* duxit illum ad parvas officinas suas, & dicendo exposuit ei graves defectus, quos ipse & conventus suus ibidem patiebatur, subsidium ab eo postulans, & auxilium, quia si non subveniret, diutius in tam sterili patria comorari non potuerunt, sed ipsos recedere oporteret omnimodo. Cui comes *Alanus*, compaciendo dixit, quod vellet loqui cum dapifero suo & aliis de statu & queremonia sua, & secundùm quod illi consulerent, voluit facere & operari. Et sic idem recessit valdè ædificatus de principio illo, & duxit secum dominum *Petrum* cellerarium, qui continue traxit moram in curia domini comitis. *Alanus* fecit illi suam magnam cartam de terris sibi datis de domino *Akaria* & aliis militibus & hominibus ejus, & dedit illis de proprio suo dono magnam pasturam in **Wandesleydale** meremium & minam, & multa alia quæ superiùs in illa carta continentur, & hoc fuit ultimum donum *Alani* comitis, licet scribatur in principio supra.

Quo defuncto successit comes *Conanus* filius ejus, qui multum dilexit abbatiam de **Jozeball**. Et cum vidisset quod locus ille ineptus & insufficiens fuit ad abbatiam construendam dedit abbati *Johanni* & conventui, terram vastam & incultam in territorio de **Ellwitton** & magnam pasturam in seperabili in **Wandesleydale** cum multis aliis pertinentiis & commoditatibus, sicut patet in carta sua, quæ talis est.

Carta Conani *Ducis* Britanniæ.

ARchiepiscopo *Eborum*, & omnibus filiis sanctæ matris ecclesiæ, *Conanus Britanniæ* dux & comes *Richmundiæ*, salutem. Notum sit vobis me dedisse & concessisse, in puram & perpetuam elemosinam Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de **Jozeballe**, totam terram in territorio de **Witton** in bosco & in plano, & in omnibus aliis pertinentiis, quæ est ultra **Holbec** usque ad divisas inter **Witton** & **Hallamshire**, videlicet sicut **Holbec** descendit de mora in **Napewith**, & sicut ego & homines mei perambulavimus divisas inter **Leybec** sicut **Lubec** currit in **Joy** sub **Thurlhou**, & exinde usque illuc ubi **Whitebec** cadit in **Joy**, & dividit inter **Witton** & **Ellington**, & inde usque ad caput de **Whitebec**, & inde usque ad **Staynbaytle wherth**, & inde usque ad **Dunelhil**, & inde usque ad **Pakereſgate**, & inde quantum divisæ durant versus **Pallam**. Do etiam ei & concedo pasturam in omni mora & bosco & plano quæ pertinet ad **Witton** & meremium & ligna ad focos suos, & ad omnia necessaria sua. Præterea concedo & confirmo prædictæ abbatiæ & monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes concessiones patris mei comitis *Alani*, cum omnibus libertatibus & aisiamentis suis per totam foresiam de **Wandesleydale**, & prohibeo quod nullus ducat animalia ad pascendum in prædicta foresta ad molestiam monachorum meorum. Præter hæc dedi eis & concessi ut faciant vaccarias in foresta mea de **Wandesleydale**. Insuper concedo & confirmo ipsis monachis, totam terram quam habent ex dono *Akaria* filii *Bardolfi* in **Wirton**, & in **Foys**, cum omnibus rebus eidem terræ pertinentibus. Concedo & confirmo eisdem monachis totam villam de **Ingelby** cum suis libertatibus & pertinentiis, quam *Hugo* filius *Wymar*, & *Garnarus* frater ejus eis dederunt, & ex dono *Briani* filii *Scolandi*, & *Hugonis* filii *Garnegoti*, unam carucatam terræ & dimidiam in **Foys**, cum omnibus suis pertinentiis. Hanc meam elemosinam & patris mei, volo esse puram, liberam & quietam ab omni servicio, pro salute animæ meæ, & omnium antecessorum meorum, ita quod omnes donationes & confirmationes meas prænominatas, ego & hæredes mei prædictis monachis contra omnes homines warrantizabimus imperpetuum. Testes hujus donationis & confirmationis meæ sunt *Radulphus* filius *Ribaldi*, *Henricus* filius *Akaria*, &c.

Item

Item alia carta.

Conanus Dux *Britanniæ*, & Comes *Richmundiæ* omnibus hominibus suis *Francis* & *Anglis*, salutem. Quia pater meus *Alanus* Dux *Britanniæ*, & Comes *Richmundiæ*, dedit & concessit, monachis de *Sacign.* communionem pasturarum suarum per totam forestam suam de **Wandesleydale**, & prata falcanda, quantum eis opus fuerit, & materiem ubicunque voluerint in prædicta foresta ad domos suas & necessaria omnia sua facienda, sine impedimento vel disturbatione. Iccirco ut hæc vita degens, & saluti animæ meæ volens providere, Deo & beatæ *Mariæ*, & abbatiæ de **Jozevalle** *Cisterciensis* ordinis, quam fundavi in honorem Domini nostri *Jesu Christi*, & monachis meis ibi Deo servientibus, & pro me orantibus, dedi & concessi pro me & meis hæredibus imperpetuum totam partem & pasturam *del* **South** *del* **Joz** seperalem, altè & bassè, subtus terram & supra terram nihil mihi vel hæredibus meis ibidem retinens ex omnibus rebus nisi feras, & custodiam forestæ. Ita quod ibidem commodum suum faciant, in omnibus & per omnia secundum quod voluerint. Præterea accipiant omnia estoveria sua & necessaria sua, & ad omnia loca sua quæ habent vel adquirere poterunt, sine alicujus contradictione impedimento, vel disturbatione *del* **South** de **Joz**, altè & bassè, subtus terram & supra terram cum tota pastura ad omnimoda genera animalium, quæ habent, vel in futurum adquirere poterunt, nihil mihi vel hæredibus meis ibi plus retinens, nisi feras & forestariam. Dedi etiam & concessi prædictis monachis meis imperpetuum pasturam per totam novam forestam meam juxta **Richmond** ad omnia averia sua, quæ habere poterunt, sine contradictione mei vel hæredum meorum. Et præcipio quod habeant mastivos ad lupos coercendos de pasturis suis. Volo insuper & concedo pro me & hæredibus meis imperpetuum, quod dicti monachi, libere & sine contradictione intrent ubicunque in feodum meum ad terras recipiendas, & possessiones adquirendas & emendas. Et si quis baronum vel hominum meorum eisdem monachis, terras, possessiones vel aliquid aliud pro amore Dei dare voluerint, ego illas omnes eorum donationes, concedo libenter & confirmo in perpetuam elemosinam habendas & optinendas salvo servitio meo. Ita tamen salvo quod non occasionentur, nec pro defectu alicujus servitii, vel alicujus præcepti averia sua capiantur vel distingantur, seu molestentur. Sed sint bene & in pace, pro me orantes assiduè. Præterea concedo corpus meum prædictæ abbatiæ ad sepulturam ubicunque obiero in *Anglia*. Hæc autem omnia supradicta cum suis omnibus pertinentiis & aisiamentis, ego & hæredes mei warrantizabimus & defendemus præfatis monachis contra omnes homines in perpetuum. Testibus, comitissa *Margar.* *Alano* constabulario.

Translatio abbatiæ ad **Jozeball.**

A.1156. POstea vero scil an. Do. MClvj. comes *Conanus* fecit abbatem *Johannem*, & conventū se transferre de **Foxs**, cum omnibus bonis suis mobilibus, usque ad dictum locum in territorio de **East-witton**, de permissione capituli generalis, & bona voluntate domini *Hervei* filii *Akariæ*.

Littera permissionis capituli generalis

AMantissimo patri & domino *Rogero*, Dei gratia *Eborum* archiepiscopo & abbati de *Fontibus* omnibus venerabilibus abbatibus *Cisterciī* ordinis, frater *Lucas Cister.* & totus conventus abbatum *Cisterc.* capituli, perpetuam in domino salutem. Inprimis multiplices domino nostro *Eborum* archiepiscopo referimus gratias, quia sicut audivimus, gratiam & protectionem nostri ordinis fratribus summa cum diligentia paterne impendit. Quia vero ut eadem gratia quam cepit, necesse est nobis perseveret, preces ei pro fratribus nostris porigimus, & maxime pro coabbate nostro de **Jozevalle**, qui de ipsius benignitate apud nos plurimum est gloriatus. Notum autem vobis esse volumus quod communi licentia prædicti abbates omnes, in commune concessimus ut domum suam transmittet, & in territorium *Wittoniæ* super fluvium **Joz**, licet infra terminos esse videatur, eam transponat. Constituimus itaque & præsenti pagina confirmamus, ut quod a nobis sancitum est nullus deinceps impetere præsumat. Valete.

Concessio domini Hervæi *filii* Akariæ.

ARchiepiscopo *Eborum*, & omnibus filiis sanctæ ecclesiæ, *Hervæus* filius *Akariæ*, salutem. Quia video quod monachi de **Jozevalle** nequeunt abbatiam tenere in feodo meo apud **Foxs**, propter penuriam & paupertatem loci, & aeris intemperanciam, ideo in bona pace & amore concentio, quod transferant abbatiam suam de **Foxs** in dominica terra domini mei comitis *Conani* de **Richmond** apud **East-Witton**. Salvis sibi omnibus terris suis, & tenuris quas de me tenent ubicunque sint, liberè & quietè, videlicet unâ carucatâ terræ & dimidiâ in **Foxs**, & tribus carucatis terræ in **Wirton**, ad grangiam suam construendam, cum omnibus rebus quæ pertinent ad prædictam terram, in liberam puram & perpetuam elemosinam, in bosco & in plano, in aquis, pratis & pasturis, altè & bassè subtus terram & supra terram, nihil mihi & hæredibus meis retinens, ex omnibus. Ita quod ego & hæredes mei, omnia prædicta, sicut prædictum est, præfatis monachis warrantizabimus, & acquietabimus, & defendemus contra omnes homines in perpetuum. Et sciant omnes homines, qui sunt vel futuri sunt, quod baronia de **Witton**, incipit deorsum ad aquam de **Joz**, tendendo sursum usque ad **Scaynlupanegil** ex occidentali parte de **Thorneton Ruske**, usque ad medium montis de **Otholburgh**, & inde usque ad **Ozeneberghe**, & inde iterum usque ad **Ozenesker**, & inde sicut fons descendit deorsum in **Beldebothem**, & inde sicut idem siketum manat & currit in **Blaynbeck**, & inde sicut aqua de **Blaynbeck** currit in **Semerwater**, & inde iterum per **Bayn** usque in **Joz**. Testes hujus rei sunt *Hervæus* sacerdos, *Walterus* clericus de sancto *Reynaldo*.

In alia ejus confirmatione non nominatur iste,

sed dicitur ibi; *hanc translationem prædictæ abbatiæ concedo & confirmo tali conditione, quod nihil perdam de advocatione, quoad prædictam elemosinam patris mei & meam pertinet, sed particeps orationum & beneficiorum quæ in abbatia de* **Jozevalle** *fient, imperpetuùm efficiar, & ossa patris mei & matris meæ secum removebunt & honorificè collocabunt. Testes sunt qui supra.*

Cum-que prædictus *Johannes* abbas cum suo conventu se transtulisset de **Foss** usque in territorium de **Cal-Mitton,** incepere fundare & construere magnam ecclesiam suam quæ est in fiendo, ubi charitas & fraterna dilectio, ac sanctæ religionis profectus, continuè crescit & multiplicat, ad laudem & honorem Dei & multarum animarum salutem.

Conano comiti, successit nobilissima domina filia ejus *Constantina* nomine, quam filius Regis nostri (cujus nomen ignoro) duxit in uxorem. Ista *Constantina* sicut ejus antecessores, multa bona contulit abbatiæ **Jozevalle,** sed certificationē sive evidentiam in transcriptis, sicut de donis antecessorum ejus & quorundam aliorum non habemus. Cum autem abbas *Serlo* de *Savign.* debitum exsolvisset, successit ei abbas *Willielmus*, qui donationem prædecessoris sui domui nostræ factam, de abbatia de **Jozevalle** citè confirmavit in forma quæ sequitur.

Confirmatio Willielmi *abbatis* Savign:

UNiversis sanctæ Dei ecclesiæ filiis & fidelibus, *Willielmus* monasterii *Savign.* dictus abbas salutem. Sciatis nos concessisse, & hac carta confirmasse ecclesiæ de *Bellalanda* abbatiam nostram de **Wandelesdale,** quæ & **Jozevalle** dicitur cum omnibus pertinentiis suis, habitis & habendis, eo videlicet tenore & intuitu, ut hæc ecclesia de **Jozevall,** prædictæ ecclesiæ de *Bellelanda* sicut filia matri sit subjecta, & secundùm ordinem nostrum eidem obediat per omnia sicut continetur in carta prædecessoris nostri, piæ memoriæ domini *Serlonis* abbatis de *Savign.* quam de donatione **Jozevall** habet.

Carta Ricardi *abbatis de* Savigneio.

UNiversis sanctæ ecclesiæ Dei filiis *Richardus* dictus abbas *Savign.* in domino salutem. Sciatis nos inspexisse quasdam cartas prædecessorum nostrorum piæ memoriæ dominorum *Serlonis* & *Willielmi* abbatum *Savign.* de abbatia nostra de **Wandelesdale,** quæ & **Jozevall** dicitur, quam dederunt & concesserunt, dilectæ filiæ nostræ ecclesiæ de *Bellalanda* in perpetuum, cum possessionibus habitis & habendis. Quas quidem cartas confirmamus, ratificamus & probamus, eo videlicet tenore & intuitu, ut hæc ecclesia de **Jozevall** prædictæ ecclesiæ de *Bellalanda* sicut filia matri sit subjecta, & secundùm ordinem nostrum eidem obediat per omnia sicut in cartis prædecessorum nostrorum plenius continetur.

Valete.

Cum dominus *Johannes* primus abbas *Jorevalli* ac duodecim monachi sui profecti fuerunt de domo nostra versus **Jozevalle,** prima nocte quieverunt in quadam villa in itinere, cujus nomen sæpius vocare audivi, sed nunc elapsum est à memoria mea, ubi abbati *Johanni* talis facta fuit in somnis revelatio. Videbatur sibi quod fuit in domo nostra apud *Bellalandam*, & quod abbas noster *Rogerus* præceperat ei proficisci cum pluribus monachis nostris in regionem longinquam quasi ad ordines recipiendos; & cum exisset per claustrum, videt in medio claustri quandam mulierem nobilissimam indutam & ornatam, cujus pulchritudo omnem pulchritudinem humanam excellebat, quæ tenuit in sinistra manu quendam puerum speciosum valdè, cujus facies quasi lux lunæ. Et puer discerpsit quendam pulcherrimum ramum de parva arbore quæ stetit in medio claustri, & sic inde recesserunt & evanuerunt ab aspectu ejus. Processit ulterius ad portam, & ibi invenit socios suos paratos & abierunt: quibus invicem progredientibus dixit abbas *Johannes* sociis suis, *Nostis bene viam ad locum quo tendimus*, & respondernnt *non.* Quibus ille dixit, *putabam vos nosse, & ecce jam ingressi sumus quandam silvam valdè spissam & condensam, & si erraverimus, quis nos educet?* cui unus respondit, *procedamus & fidenter, quia diu errare non poterimus ut spero.* Et cum aliquantulum processissent, videbatur sibi quod omnes inclusi fuerunt arctissimè inter spinas, vepres, & magnas rupes, ubi omnino nulla apparebat vel semita progrediendi, sed & regredi quoquo modo non potuerunt. Cumque taliter diutissimè hæsitantes stetissent, de vita sua desperaverunt, & unusquisque alterum ad subveniendum cum magna cordis angustia excitabat & provocabat. Sed nullus alium potuit de loco in quo stabat amovere vel adjuvare. Tunc dixit abbas *Johannes, Ex quo sic prepedimur interim dicamus horas & evangelia nostra*; qui sic fecerunt, & cum perdixissent, subito, quasi subsequens, venit illa pulcherrima mulier cum puero suo quam idem abbas *Johannes* viderat in claustro nostro, cui ille dixit, *O pulchra mulier, tenera & delicioſa, quid agis in deserto cum filio tuo & quo tendis?* cui illa, *Sæpe sum in locis desertis, & nunc venio de* Ryvalle *&* Bellalanda, *& habui colloquium cum abbatibus illis, & quibusdam monachis eorum quibus sum valde specialis, domestica, & multum amabilis, & nunc vado ad* Novum-Monasterium, *ut aliquantulum specialis meus abbas & quidam monachi sui de meo adventu ibidem consulentur.* Tunc dixit abbas *Johannes* ad illam, *Tu una cum sis, qualiter & quomodo unus amicus tibi non sufficit, quin multos habeas, & inter se distantes?* Tunc illa, *verè unum habeo amicum qui me sibi elegit, & ab illo nunquam me substraxi corpore vel voluntate, & tamen nitor mihi quærere alios amicos, qui me sub illo fideliter diligant & alios amicos quos ipsi sub me diligant cum tamen amor noster semper optimus nunquam decrescit, sed augmentatur,* Tunc abbas *Johannes* ad illam *Bona domina humiliter te supplico ut me & socios meos in tam arcto loco & ignoto deviantes educere velis, & in viam ponere quæ ducit ad illam civitatem ubi isti monachi, domino auxiliante debent ordinari. Hoc autem peto pro amore amicorum tuorum qui sunt in* Bellalanda, *de qua nos omnes monachi sumus.* Tunc illa, *Verum inquit dicis de* Bellalanda *estiu, sed annexi tanquam pars toti, sicu membrum capiti. Fuistis nuper de* Bellalanda *sed nunc de*

Jozevalle

Jorevalle *estiu.* Cumque illa nominasset Jorevalle, mirabatur ille & dixit, *Bona domina docet nos viam versus* Jorevallem, *nam illuc tendimur.* Tunc illa respiciens filium suum dixit, *Dulcissime fili pro amore quo semper me dilexisti, esto ductor istius, nostri & conventus, consternati sunt nimis de isto impedimento. Invocata enim sum alibi ubi accelerare me oportet* : & his dictis recessit. Puer vero prætendens ramum quem habebat in manu discerptum de claustro *Bellalande*, voce clara & vultu jocundo, dixit, *Procedo, viriliter me sequamini* Et cum sic processissent, sequebantur per vias duras & difficiles, nec inde gravabantur. Nam infinitæ volucres albæ & parvæ ut passeres inestimabilis candoris descendebant super ramum quem in manu gestabat, & ibidem crebrius cantabant totum hymnum, *Benedicite omnia opera domini domino*, de quo cantu, in tantum refocillabantur, quod nil difficultatis ex itinere sentiebant. Tandem pervenerunt ad quendam locum horridum nimis & incultum, in quem puer ingreditur quasi usque in medium, & ibi fixit in terram, & plantavit prædictum ramum cum avibus canentibus, dicens, *Hic Deus adorabitur & invocabitur post modicum tempus. & quasi in momento ramus crevit in pulcherrimam arborem, per totum repletam avibus albis. Sub isto arbore quiescite, & vires vestras reparate, nihil respicere jam potestis locum ad quem tenditis, & via quæ illuc ducit satis est vobis manifesta.* Quibus dictis, puer disparuit. Non illico sed paululum abbas *Johannes* evigilavit, & omnia suprascripta diligenter in animo suo revolvit, & valde admirabatur & consolabatur multum de tali visione, nec amplius illa nocte obdormivit, nam ex verbis pueri concepit quod diu apud Jors non essent commansuri. Summo mane abbas *Johannes* surrexit, & dictis vigiliis ipse & monachi sui, adhuc lucentibus luna & stellis processerunt. Et cum per medium cujusdam villæ in aurora diei venissent, quidam habitantium illuc fuerunt in surgendo, qui audientes magnum latratum canum, ut fieri solet, per fenestras domorum suarum, in viam respexerunt, & cum vidissent plurimos in albis pannis transeuntes, unus eorum dixit, *Quam multi albi homines transeunt hic?* Quod audiens abbas *Johannes* substitit sub quodam muro in umbra quasi exploraturus & auditurus quid de illis ulterius diceretur, & alius homo dixit socio suo qui ipsos viderat, *Nescis qui sunt isti?* & alius respondit, *Non*, & ille qui prius, *Dictum fuit mihi heri ad aulam quod unus abbas & duodecim monachi se transferunt, & transmigrant de* Bellalanda *ad habitandum apud* Jorevallem, quod certius homo audiens sub omni festinatione hostium domus exivit, & suspiciens aliquantulum lunam, stellas, signa & statum firmamenti, talia verba dixit, *In fœlici tempore se transferunt boni homines isti, nam infra breve tempus, scilicet triginta vel quadraginta annorum ad talem statum vivendi in hoc sæculo pervenient, quod nunquam defectum patientur, sed in omnibus bonis temporalibus semper vegetabunt & accrescent.* Quibus verbis auditis abbas *Johannes* processit, & se festinavit ad socios suos bene comfortatus & animatus, tam de verbo simplicis hominis boni fide loquentis, quam de revelatione suprascripta. Cui in omni prorsus & gratia, majorem spem & fidem adhibebat. Interpretetur tam dictum quam revelationem prout libet, quicunque voluerit. Sufficit mihi quod ea simpliciter notificavi sicut à senioribus nostris, non semel, sed sæpius audivi.

Genealogia comitum Richmundiæ *post conquestum* Angliæ.

EUdo comes *Britanniæ* ante conquestum *Angliæ* filius *Galfridi* ducis genuit tres filios successivè post ejus mortem in comitatu *Brittaniæ* præsidentes, *Alanum* scilicet dictum *Rufum* vel *Fergaunt* qui primò venit in *Angliam* cum *Willielmo* Bastardo duce *Normaniæ*. Cui idem *Willielmus* postquam coronatus fuit in Regem *Angliæ* per conquestum, auxilio *Matildis* Reginæ suæ dedit honorem & comitatum comitis *Edwini* in *Eborakshira* (qui modo vocatur Richmondshire) & qui ad tunc extitit geldable, sed postea Regum privilegio in libertatem est mutatus. Ex regist. Teodorum de Richmondshire in bibl. Cottoniana fol. 54 b.

Hic *Alanus* primò incepit facere castrum & munitionem juxta manerium suum capitale de Gilling pro tuitione suorum contra infestationem *Anglorum* tunc ubiq; exhæredatorum similiter & *Danorum*, & nominavit dictum castrum Richmond suo ydiomate Gallico, quod sonat latinè divitem montem, in editiori & fortiori loco sui territorii situatum. Et obiit sine exitu de corpore suo & apud sanctum *Edmundum* sepultus est.

Alanus Niger frater suus eidem successit in honorem *Richmundiæ*. Cujus anno gubernationis xvj. quidam miles nomine *Acharias* filius *Bardolfi* fundavit monasterium ordinis *Cistercienfis* apud Jors in Wenslatdale quod postea translatum est usque in territorium de Witton & vocatur *Jorevallis* per *Stephanum* postea comitem *Richmondiæ*. Et obiit sine liberis.

Stephanus frater dicti *Alani* eidem successit in honorem prædictum qui transtulit abbatiam de Jors usque locum qui nunc *Jorevallis* dicitur, genuitque filium nomine *Alanum* & obiit Idus Aprilis anno gratiæ millesimo centesimo quadragesimo quarto & sepultus est apud Begar, tamen cor suum jussit sepeliri in monasterio sanctæ *Mariæ* apud *Eboracum* quod ipse prius construxerat & possessionibus amplissimis dotaverat anno gratiæ M'xxxviij secundo *Willielmi Rufi*.

Alanus filius *Stephani* comitis eidem successit qui obiit in *Britannia* 3. kal. Aprilis anno gratiæ MClxvj.

Conanus filius *Alani* comes *Britanniæ* & *Richmondiæ* successit in honorem *Richmondiæ* & disponsavit *Margaretam* sororem *Willielmi* Regis *Scotiæ*. Ex quâ genuit unicam filiam & hæredem nomine *Constanciam* quam *Galfridus* frater Regis *Angliæ Ricardi* disponsavit.

Iste *Conanus* ædificavit turrim magnâ infra castellum *Richmundiæ*. Et obiit in *Bratannia* & apud Begar sepelitur anno gratiæ MClxx.

Constantia filia *Conani* tenuit honorem prædictum & ex *Galfrido* fratre Regis habuit filium nomine *Arturum* quem *Johannes* Rex *Angliæ* occidi fecit & *Aliunoram* incarceravit apud Corf post mortem *Arturi* fratris sui. Postea duxit eam *Ranulphus* comes *Cestriæ*, quæ ab eo propter adulterium divortiata & sine prole generata nupsit

cu'dam *Guidoni* de *Tourche*. Ex quibus proceſſit filia nomine *Adelicia* quæ poſt mortem parentum remanſit in cuſtodia Regis *Francie* quam Rex dedit in matrimonio domino *Petro Mauclerc* militi ſuo cum *Britannia*. Et obiit in *Britannia* ſepultus apud **Wegar** anno MCCj.

Adelicia obiit in *Britannia* & ſepulta eſt apud **Plonarmel** anno gratiæ MCCxxj.

Johannes filius *Adelicie* obiit in *Britannia* anno MCCxxiiij. & nunquam fuit comes *Richmundie*.

Johannes filius *Johannis* comes *Richmondie* diſponſavit *Beatricem* filiam *Henrici* Regis *Anglie*. De qua genuit *Arturum*, *Petrum*, & *Johannem*. O cuius fuit apud *Lugdunum* in coronatione domini *Clementis* Papæ anno MCCCv. ibique ſepu'tus fuit.

Arthurus Dux ſet non comes *Richmondie* filius ſuus obiit in *Britannia* & ſepultus eſt apud **Plonarmel** MCCCxj.

Johannes frater *Arthuri* comes obiit in *Britannia* & ſepultus eſt apud **Manys** MCCCxxx.

Johannes filius *Arthuri* comes obiit in *Britannia* & ſepultus eſt apud **Plonarmel** anno gratiæ MCCCxlj.

Carta Johannis Britanniæ *Ducis*, *donationes anteceſſorum ſuorum confirmans.*

Cart 4. E. 2. n. 99 per Inſpex.

Vide cart. 35. E. 1 n. 15. Et cart. 6. E. 2. n. 49.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, præſentibus & futuris, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Johannes* Dux *Britannie*, & Comes *Richmondie* in *Anglia* ſalutem in domino ſempiternam. Sciatis nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum & hæredum noſtrorum, conceſſiſſe & præſenti ſcripto confirmaſſe, Deo & beatæ *Marie* & monachis de **Jozeball** ordinis *Ciſtercienſis*, Deo ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus imperpetuùm, ipſam abbatiam ſuam de **Jozeball**, in honorem beatæ *Marie* conſtructam, in territorio de **Eſt-Wittone**, cum tota terra ejuſdem villæ, & advocatione eccleſiæ, cum omnibus pertinentiis, ayſiamentis, libertatibus in terra, aqua, boſco & omnibus aliis rebus, in liberam, puram & perpetuam elemoſinam. Inſuper concedimus, & confirmamus pro nobis & hæredibus noſtris, omnes alias terras quas ipſi religioſi habent, de dono anteceſſorum noſtrorum fundatorum ſuorum, ſeu quorumcunque aliorum; ſcilicet in **Askerig**, **Nappal**, **Newbigyng**, **Ridmere**, **Herveby**, **Walburn**, **Berske**, **Feldome**, **Dalton**, **Pelſamby**, cum **Dioceſtone**, **Rich**, **Langton** ſuper **Swale**, **Witewell**, **Apilton**, **Tunſtall**, **Burhg**, **Heſelton**, **Hankilſwell**, **Burton**, **Cunſtable**, **Fingall**, **Hotonhang**, **Ellyngſtring**, **Ellyngton**, **Sturneton**, **Lemyng**, **Ekleby**, **Biddelton**, **Quenerow**, cum pertinentiis ſuis in puram & perpetuam elemoſinam ſo'utam & quietam de omnibus ſerviciis, exactionibus & demandis imperpetuùm. Præterea concedimus & confirmamus pro nobis & hæredibus noſtris prænominatis monachis, & eorum ſucceſſoribus, omnes alias terras ſuas, ſcilicet grangias, poſſeſſiones eccleſiaſticas, & mundanas, toſta & croſta, redditus & prata, paſcuas, moras, paſturas, boſcos & communas, & omnia alia tenementa ſua, tam in dominicis quam in ſerviciis cum omnimodis pertinentiis, libertatibus & ayſiamentis prope & procul, de quorumcunque Chriſtianorum fuerint donatione, infra honorem **Richemund**; Ita quod ipſi monachi & eorum ſucceſſores teneant & habeant imperpetuùm omnes dictas terras ſuas, & poſſeſſiones cum omnibus pertinentiis, ad laudem & honorem Dei, & ſalutem animarum, liberè, quietè, bene & in pace in liberam puram & perpetuam elemoſinam, pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum & hæredum noſtrorum. Et nos & hæredes noſtri præſentem confirmationem, in omnibus ſicut ſcriptum eſt, prænominatis monachis de **Jozeball**, & eorum ſucceſſoribus, contra omnes homines warantizabimus, aquietabimus, & defendemus imperpetuùm. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum noſtrum appoſuimus (*&c.*) Datum apud *Eborum* die exaltationis ſanctæ crucis anno gratiæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo, & anno regni Regis *Henrici* filii Regis *Johannis*, quinquageſimo ſecundo.

Alia carta ejus Johannis.

Johannes Dux *Britannia* & comes *Richmundia*, omnibus hominibus ſalutem. Cum contineatur in carta, quam abbas & conventus de **Jozevalle** habent de foreſta de **Wandeſlaydale**, quod ſalvis nobis & hæredibus noſtris, vel aſſignatis noſtris, omnibus quæ ad foreſtam & foreſtariam pertinent, tam in dominicis terris ſuis, quam extra ex utraque parte de **Joz**, volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus noſtris vel aſſignatis noſtris, ſicut intelligi, quod tranſgreſſores ſalvagine attachientur & amercientur, ſimiliter ſi aliquid de viridi de boſco noſtro abque viſu foreſtariorum noſtrorum ceperint, eorundem attachiamenta & amerciamenta nobis pertineant. Et ſi aliqui ceperint de boſco prædictorum monachorum infra baronias ſuas, ſive alibi in ſeperabili ſuo, emendas ſibi faciant, ſecundum delictum per ſectam dictorum monachorum ubicunque voluerint. Volumus etiam quod dicti monachi poſſint quolibet anno pro voluntate ſua ſcindere quandam portionem de boſco ſuo, & illam portionem vendere aut in ferrum comburere. Præterea concedimus pro nobis & hæredibus noſtris, quod dicti monachi paſcant cum omnimodis beſtiis ſuis undicunque venientibus, in boreali parte de **Joz**, ſicut in ſuo ſeparabili, prout voluerint. Præterea volumus quod nullus hominum noſtrorum de foreſta de **Wandeſlaydale**, habeat communionem paſturæ de **Bayne**, uſque ad murum de **Burgh**, & ſic ſurſum verſus **Anthelburi**, vel eſtoveria in turbaria de **Wirton** exceptis hominibus de loco qui dicitur **Baynebrig**, ſine vaſto ibidem faciendo, & ſuperoneratione paſturæ. Volumus etiam quod animalia noſtra, vel tenentium noſtrorum de **Wandeſlaydale** non intrent, nec paſcant infra baronias prædictorum monachorum, nec aliquod agiſtiamentum in prædictis de cætero capiemus, ſed faciant in eiſdem prout voluerint, omnimodum commodum ſuum. Præterea volumus & concedimus, quod ſi aliqua prata clauſa vel nova ædificia de cætero fecerimus vel conſtruxerimus in prædicta foreſta, bene liceat prædictis monachis tantum ubicunque voluerint facere

cere

cere in suo separabili, sine aliqua calumpnia vel contradictione. Concedimus, etiam confirmamus eisdem monachis omnes donationes eis factas, scilicet terras, tenementa, redditus & possessiones, cum omnibus pertinentiis suis in villa de **Somercotes**, & unum toftum & croftum ad sanctum *Botulphum* in **Wozmegate**, a filo aquæ, usque ad locum qui dicitur **Warvick**, & decem solidos argenti quolibet anno de nundinis ejusdem villæ, ad vinum emendum propter missas, ac omnes donationes eis factas in eadem villa, in liberam, puram & perpetuam elemosinam, ad omnimoda commoda sua facienda. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum nostrum appositum. Datum apud *Londinum* die sancti *Edmundi* archiepiscopi; anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo primo.

Carta Johannis *de* Britania *comitis* Richmundiæ *&* Willielmi *abbatis de* Savygneio *sub uno sigillo, de subjectione abbatiæ* Jorevallis *in* **Wandesleybale** *abbatiæ de* Bellalanda.

Ex ipso autogr. in turri beatæ Mariæ Ebor.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit *Johannes* de *Britania* comes, *Richmundiæ* ducis primogenitus salutem in domino. Noveritis nos inspexisse cartas monasterii de *Bellalanda* sigillis venerabilium patrum *Savygneii* de verbo ad verbum in forma subscripta. Universis sanctæ Dei ecclesiæ filiis & fidelibus *Serlo* abbas monasterii *Savygnyacensis* totiusque loci conventus salutem. Sciatis nos communi fratrum nostrorum consilio & consensu dedisse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Beylanda* abbaciam nostram de **Wandelesdale** quæ etiam *Jorevallis* dicitur cum omnibus pertinentiis suis habitis vel habendis, liberam & quietam sicut comes *Alanus* de **Richemunt** eam nobis dedit & concessit, hoc etiam hæredes suo comite *Conane* cum baronibus suis concedente & confirmante, eo videlicet tenore & intuitu ut hæc ecclesia prædictæ *Beilandiæ* sicut filia matri sit subjecta, & secundum ordinem nostrum eidem obediat per omnia. Testibus hiis, *Henrico* archiepisc. *Eboracensi*, *Aillredo* abbate *Ryevallis*, *Turoldo* abbate de *Fontibus* & fratribus eorum plurimis.

Universis sanctæ Dei ecclesiæ filiis & fidelibus *Willielmus* monasterii *Savigni* dictus abbas salutem. Sciatis nos concessisse & hac carta confirmasse ecclesiæ *Beylande* abbaciam nostram de **Wandelesdale** quæ & *Jorevallis* dicitur, cum omnibus pertinentiis suis habitis & habendis. Eo videlicet tenore & intuitu ut hæc ecclesia de *Jorevallis* prædictæ ecclesiæ de *Bellalanda* sicut filia matri sit subjecta & secundum ordinem nostrum eidem obediat per omnia, sicut continetur in carta prædecessoris nostri piæ memoriæ dompni *Serlonis* abbatis de *Savygno* & ejusdem conventus quam de donatione *Jorevallis* habet. Quas quidem cartas nos prædictus *Johannes* de *Britania* comes *Richmundiæ* pro salute animæ nostræ & pro anima karissimæ sponsæ nostræ & consortis nostræ *Beatricis* domini *Henrici* quondam illustris Regis *Angliæ* filiæ, & pro animabus omnium antecessorum & hæredum nostrorum ratificamus approbamus pro nobis & hæredibus nostris ac assignatis quibuscumque imperpetuum confirmamus per præsentes abbati & conventui de *Bellalanda* & eorum successoribus valituras. In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigillum nostrum appositum. His testibus dominis *Guycardo* de **Charron** seneschallo nostro, *Johanne* de *Mora*, *Willielmo* de *Traille*, *Briano* filio *Alani*, *Johanne* de sancto *Michaele* militibus, *Roberto* de **Appilgarth**, *Willielmo del* **Scrope**, & aliis.

Carta Ricardi *abbatis* Savygni.

UNiversis sanctæ ecclesiæ filiis *Ricardus* dictus abbas *Savigni* in domino salutem. Sciatis nos inspexisse quasdam cartas prædecessorum nostrorum piæ memoriæ dominorum *Serlonis* & *Willielmi* abbatum *Savygni*, de abbatia nostra de **Wandeleybale** quæ & **Jozevall** dicitur, quam dederunt & concesserunt dilectæ filiæ nostræ de *Bellalanda* imperpetuum cum suis possessionibus habitis & habendis; Quas quidem cartas confirmamus ratificamus & approbamus, eo videlicet tenore & intuitu ut hæc ecclesia de **Jozevalle** prædictæ ecclesiæ de *Bellalanda* sicut filia matri sit subjecta, & secundum ordinem nostrum eidem obediat per omnia, sicut in cartis prædecessorum nostrorum plenius continetur. Valete. ibid.

Carta Regis Henrici *tercii donationes plurimorum confirmans.*

REX omnibus &c. Noveritis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum concessisse & hac carta nostra confirmasse abbati & monachis de **Jozevall** omnes donationes & concessiones subscriptas, videlicet ex dono abbatis & conventus de *Fontibus* sex bovatas terræ cum pertinentiis in **Yoxtone** & homagium & servicium *Ricardi* clerici, & hæredum suorum de terra de **Salberg**. Ex dono *Suani* filii *Dolfini* unam carucatam terræ cum pertinentiis in **Yoxtone**. Ex dono *Radulfi* filii *Suani* duas bovatas terræ & servicium unius bovatæ terræ in eadem villa. Ex dono *Willielmi* filii *Arkilli* duas bovatas terræ cum pertinentiis in eadem villa. Ex dono *Waldrani* filii *Johannis* de **Yalgtone** unam bovatam terræ cum pertinentiis in eadem villa. Ex dono *Adæ* de **Stavele** totam **Ezisendene** cum omnibus pertinentiis, scilicet **Ulvedale**, & medietatem de **Roauthavocton**, & **Yerterono** in communia, & aliam medietatem de **Rauthavocton** cum communia illorum de **Sadberge**. Ex dono *Willielmi* de **Wytewell** duas bovatas terræ cum pertinentiis in **Pelsamby**. Ex dono *Briani* filii *Alani* duas carucatas terræ cum pertinentiis in eadem villa. Ex dono *Juliane* filiæ *Alani* de **Lins** duas bovatas terræ cum pertinentiis in eadem villa. Ex dono *Aliciæ* filiæ *Willielmi* de *Bermingeham* duas bovatas terræ cum pertinentiis in eadem villa, & servicium *Elenæ* filiæ ejusdem *Aliciæ* de illis bovatis quas ipsa tenuit de eadem *Alicia*. Ex dono *Nicholai* filii *Galfridi* de **Stapelton** quinque bovatas terræ cum pertinentiis in **Yerok** & unam bovatam terræ cum pertinentiis in **Wartone**. Ex dono *Henrici* filii *Mich.* dimidiam carucatam terræ cum pertinentiis in **Yerok**. Ex dono *Henrici* filii *Hervei* unam carucatam terræ cum pertinentiis Cart. 12 H. 3. memb. 10.

tinentiis in **Feldone.** Ex redditione & conceſſione prædicti *Hemici* totam terram & paſturam & boſcum & planum & omnes libertates & aiſiamenta, & omnia quæ pertinent ad duas carucatas terræ infra diviſas de **Feldone.** Ex dono *Rogeri* filii *Cecelie* unam carucatam terræ cum pertinentiis in **Feldone.** Ex dono *Hamonis* de *Valuniis* totam terram de **Rokwike** cum pertinentiis. Ex dono *Petri Boterel* filii & hæredis *Reginaldi Boterel* totam terram de **Eſt-Witton** cum omnibus pertinentiis ſuis & cum eccleſia ejuſdem villæ. Ex dono *Ade Barn* de **Newbigging** dimidiam carucatam terræ in **Aſkerik** & **Newbigging** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Aveline* quondam uxoris *Rogeri* de **Gaitenebi** unam carucatam terræ in **Stratforð** cum pertinentiis ſuis. Ex dono *Conani* ducis *Britannie* & comitis *Richmundie* C. ſol. terræ in **Sumercots.** Ex dono ejuſdem *Conani* x. ſol. annuatim de redditibus nundinarum S. *Botulfi* in **Poiland.** Ex dono *Radulfi* filii *Suani* ſex bovatas terræ in **Rideмere** cum pertinentiis. Ex dono *Cecelie* filiæ *Copſi* de **Riddemere** unam carucatam terræ in **Rideмere** cum pertinentiis. Ex dono *Radulfi* filii *Rogeri* quinquaginta acras terræ cum pertinentiis in **Tozintone** & paſturam ad quinquaginta oves. Ex dono *Aimari* filii *Rogeri* unam acram terræ in **Tozintone** quæ jacet in **Heneyban** & unam acram prati ex auſtrali parte de **Joȝ.** Ex dono *Willielmi* filii *Willielmi* de **Wyteby** duas bovatas terræ in **Torintone** cum pertinentiis. Ex dono *Roberti* filii *Haskewy* homagium & ſervicium *Ranulfi* filii *Willielmi* de **Middelton** & hæredum ſuorum. Ex dono *Roberti Ruſſi* de **Claſeby** filii *Haskewy* duas bovatas terræ in **Eſtanefeld** cum pertinentiis. Ex dono *Ranulfi* comitis *Ceſtrie* unam liberam ſalinam in harenis de **Wenflet** ex parte orientali portus inter portum & mare, & unum liberum boſcum ad turbam fodiendam in mariſco de **Todintone,** cum uno homine ad dictam ſalinam ſuſtentandam, cum libero introitu & exitu ad prædictam turbam cariandam ad eandem ſalinam. Ex dono *Roberti* filii *Odonis* de **Yunitone** dimidiam carucatam terræ in **Yunitone** cum pertinentiis. Ex dono *Helewiſe* de **Yuntone** novem acras terræ in **Yuntone** cum pertinentiis. Ex dono *Thome* de **Wytewell** unam bovatam terræ cum pertinentiis in **Wytewell.** Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum venerab. patris *Radulfi Ciceſtr.* epiſcopi cancellarii noſtri, Apud *Weſtmonaſt.* xij. die Februarii anno regni xij.

Alia carta ejuſdem Regis.

Fœdera, tom. 9. Vide etiam Pat. 5 R. 2. part. 2. m. 14

H Dei gratia (*&c.*) Sciatis nos intuitu Dei & pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe (*&c.*) Deo & abbatiæ de **Jorevall,** & monachis ibidem Deo ſervientibus rationabiles conceſſiones eis factas tam per *Alanum* quondam comitem *Richmundie*, quàm per *Conanum* filium ſuum, & per *Conſtantiam* comitiſſam filiam ipſius *Conani*; ſcilicet de conceſſione & confirmatione prædicti comitis *Alani* tres carucatas terræ in **Wirtone,** & unam carucatam & dimidiam in **Foſſe** de dono *Akarie.* Et totam villam de **Engelby** de dono *Rogeri* filii *Wyemari*, & *Garnerii* fratris ſui, & unam carucatam & dimidiam in **Foſſe** de dono *Hugonis* filii *Fernagan.* Et de dono *Alani* comitis quod pro defectu ullius ſervicii nec alicujus petonis quod ad comitem **Richemund** pertineat, ſuper eoſdem fratres, nec ſuper homines eorum namium capiatur, nec aliqua moleſtia eis inferatur. Et de dono ejuſdem quod habeant paſturam per totam foreſtam de **Wendeſlaydale** & prata falcanda quantum eis opus fuerit. Et ut capiant materiem ubicunque voluerint in eadem foreſta ad domos ſuas, & ad omnia neceſſaria ſua facienda, ſine omni impedimento & diſturbatione. Et quod ſi mineram ferri vel plumbi in terra ſua invenerint ad opus ſuum eam fodiant, Et quod habeant feras luporum morſu peremptas, quas ipſi vel ſervientes ſui in foreſta illa invenerint. Et ut omnia quæ idem comes memoratis fratribus dedit & conceſſit, bene & in pace & honorificè in nemore & plano, in terris & aquis, & pratis & paſcuis, & exitibus & omnibus conſuetudinibus ſuis liberis imperpetuum teneant & poſſideant. De donatione autem & conceſſione *Conani* quondam comitis *Richmundie* totam terram in territorio de **Wittone** in boſco & plano quæ eſt ultra **Holebec** uſque ad diviſas inter **Wittone Paſhamſhire,** & paſturam in omni mora & boſco & plano quæ pertinent ad **Wittone,** & maeremium & ligna ad focos ſuos, & ad omnia neceſſaria ſufficienter, Et ut nullus inducat animalia ad paſcendum in foreſta de **Wandeſlaydale** ad moleſtiam monachorum: Et conceſſionem & confirmationem *Conſtantie* comitiſſæ filiæ *Conani* quod monachi prædicti poſſint piſcari per omnes aquas comitis *Richmundie* in **Wandeſlaydale** ad opus infirmorum de infirmitorio ſuo, & ut faciant fandas ad pullos ſuos capiendos ubi eis placuerit *del ſu de* **Chambeſgathe.** Et ut faciant logias per viſum ſenetchalli comitis *Richemundie* ad vaccarias ſuas in marginibus foreſtæ. Conceſſimus etiam eis & confirmavimus unam carucatam terræ in **Belgrimhou,** & unam carucatam terræ & dimidiam in **Diveriſtone,** & unam carucatam & dimidiam in **Peſſitone,** & unum toftum ad ſanctum *Botulfum.* Et ex dono *Rogeri* de **Poubay** terram apud **Bzigewath.** Hæc ſupradicta (*&c.*) prædictæ abbatiæ in perpetuam elemoſinam concedimus & confirmamus (*&c.*) Datum, ut ſupra.

GRENEFEILDENSIS
Abbatia in agro Lincolnienſi.

Carta Radulfi *de* **Abi** *ad abbatiam conſtruendam apud* **Grenefeild.**

Ex autographo in bibl. *Dugdaleana.*

EPiſcopo *Lincolnie* & capitulo & univerſis filiis ſanctæ matris eccleſiæ tam præſentibus quam futuris *Radulfus* de **Abi** ſalutem Noveritis me dediſſe conſilio & conceſſione hæredum meorum & domini mei *Rogeri*

Rogeri Arsic & præsentis cartæ meæ testimonio confirmasse sanctimonialibus de **Gzenefeld**, ipsum locum qui vocatur **Gzenfeld**, ad abbatiam construendam, & ecclesiam de **Abi** cum omnibus pertinentiis suis, & culturam de **Sunewith** quæ est inter fossatum & boscum, & pratum ad caput ejusdem culturæ, & culturam de **Wargethweit** undecim acras. Ad culturam de **Sunewith** duas acras, ad *Tofmaram* iiij. acras, & totum boscum de **Crorehage** quod *Normannus* habuit, & **Eisterlund** & **Theodolfbarnewude**, & decimam de molendinis meis. Hoc etiam concessi eis ut molant bladum suum ad molendinum meum si voluerint post primum bladum quod supererit ad molendinum. Hæc omnia supradicta prædictis sanctimonialibus in loco prænominato Deo servientibus dedi in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni terreno servicio vel dono possidenda, & pro salute animæ meæ & uxoris meæ & filiorum & filiarum meorum, & patris & matris meæ & omnium parentum meorum. Hujus rei testes sunt *Robertus Lincolniensis* episcopus, *Radulfus* abbas de *Parcolude*, *Willielmus* abbas de **Gzimesbi**, *Willielmus* & *Thomas* canonic. de **Gzimesbi** capellani *Roberti* episcopi, *Hamelinus* decanus, *Willielmus* decanus de *Breidala*, *Radulfus* filius ejus, *Jacobus* de *Munbegunia*, *Picotus* de **Houtun**, *Ricardus* presbiter de **Cateobi**, *Benedictus* presbiter de **Thozesbi**, *Amfridus* de **Haghe** & *Willielmus* & *Walterus* clerici ejus, *Simon* de **Clacketopp**, *Ricardus* frater *Anfridi*, *Philippus* clericus de **Gzetnesbi** & *Endo* frater ejus, *Willielmus* præpositus de **Helghelo** & *Tomas* de **Bates**, *Willielmus* Cocus de *Abia*.

Carta *Hugonis* episcopi *Lincolnia* de confirmatione.

Ibid. *Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit* Hugo *Dei gratia* Lincolniensis *episcopus salutem in domino. Ne donationes locis religiosis a fidelibus facta aliqua malignantium machinatione possint in irritum revocari, solers antiquorum cavit prudentia eas episcopali autoritate confirmari; inde est quod nos eorum sequentes vestigia, & domui de* **Gzdnefeld** *atque monialibus in ea Deo servientibus quantum in nobis est providere volentes, ea quæ ipsis piè collata sunt autoritate qua fungimur duximus ipsis confirmare, & ea propriis vocabulis annotata scripto autentico inprimere; videlicet. Ex dono* Eudonis *de* **Gzenesbi** & Radulfi *filii ejus, fundatorum prefati loci, ecclesiam de* **Abi** *cum omnibus pertinentiis suis, & culturam de* **Boland** *& de* **Wargarthweit**, *& de* **Cattecroft**, *cum cultura juxta boscum de* **Swinewit**, *& pratum quod pertinet ad* **Cattecroft**. *Sedecim acras prati in campis de* **Abi**, *& boscum de* **Aitterlund** *&* **Tiedolf Barnewde**, *& decimam molendinorum de* **Abi**, *& totum boscum de* **Crorhage** *quod* Normannus *habuit. Ex dono* Roscelini *de* **Riggesbi** *&* Jodlani *filii ejus quicquid ipsi habuerunt in* **Wlurikehage**. *Ex dono* Gilleberti *de* **Riggesbi** *&* Hereberti *filii ejus quicquid ipsi habuerunt in* **Wlurikehage** *&* **Prestehage** *& sartum juxta* **Prestehage** *& quatuor acras terræ in* **Heregerestehage** *cum communi pastura de* **Riggesbi**. *Ex dono* Amfridi *de* **Hage** *quinquaginta quinque acras de terra culta, & quinque acras prati in communi pastura de* **Hage**. *Ex dono* Alani *de* **Wunbi** *&* Eudonis *filii ejus quicquid ipsi habuerunt in* **Wlurikehage**, *& ecclesiam de* **Cumbzetworth** *quantum ad ipsos pertinebat, scilicet tres partes ejusdem ecclesiæ. Et* **Snouthecroft** *& unam bovatam terræ quæ pertinet ad* **Snothecroft** *cum communi pastura de* **Sutton**, *& unum toftum quod fuit* **Gunebien** *& pasturam ad trescentas oves in pastura ultra* **Hadebic** *de* **Wunbi**. *Ex dono* Willielmi *filii* Osveri *triginta tres acras in campis de* **Abi** *&* **Tozesbi**. *Ex dono* Ivonis *de* **Strubi** *&* Henrici *filii ejus quadraginta duas acras terræ in* **Crarcker** *&* **Crorhage**. *Ex dono* Willielmi *de* **Wdetozp** *&* Alani *filii ejus* **Potteker** *& unam bovatam terræ in* **Farfozd** *cum toftu uno. Ex dono* Willielmi *de* **Wells** *&* Roberti *filii ejus sex acras terræ in territorio de* **Wiern** *in loco qui vocatur* **Parlham**. *Ex dono* Hereberti *de* **Alebi** *&* Walteri *&* Willielmi *filiorum ejus quicquid ipsi habuerunt in* **Wlurikehage** *&* **Prestehage**, *& quicquid ipsi habuerunt inter* **Bolandewange** *&* **Derwennehille**, *& inter abbatiam & fossatum de* **Crakethweit** *per metas dispositas a* **Crakethweit** *usque* **Trentest**, *cum communi pastura de* **Abi**. *Ex dono* Gunteri *de* **Alebi** *quicquid ipse habuit in* **Wlurikehage**, *& quicquid habuit inter culturam de* **Prestehage** *& terram* Gilberti *de* Campania. *Ex dono* Picoti *de* **Houton** *&* Ricardi *filii ejus unam salinam in mariscо de* **Neweton**, *& quinque acras prati in* **Twaslates** *& in* **Westenges**. *Ex dono* Thomæ Burgefurn *duas acras terræ in territorio de* **Hage**, *& totam terram suam in* **Nozthou** *quæ jacet inter viam & culturam suam. Ex dono* Gileberti Testard *tres perticatas terræ in territorio de* **Abi**. *Ex dono* Willielmi Burgefurn *unam acram terræ in territorio de* **Swabi** *in cultura quæ vocatur* **Peerthebuskewange**. *Hæc omnia sicut eis juste collata sunt & rationabiliter, præsenti scripto & sigilli mei patrocinio confirmo. Salvis episcopalibus consuetudinibus &* Lincolniensis *ecclesiæ dignitate. Hiis testibus,* Haimone *decano* Lincolniensis *ecclesiæ, magistro* Rogero *de* **Kolbeston** *archidiacono de* Lincestria, *magistro* Ricardo *de* Swaleweclіva, Galfrido *de* **Lechelade**, Roberto *de* Capella, Eustachio *de* **Wilton**, *& aliis multis.*

Carta Eudonis *de* **Gzetnesbi**.

Ibid. E Piscopo *Lincolniæ* & capitul. & universis filiis sanctæ matris ecclesiæ tam præsentibus quam futuris *Endo de* **Gzetnesbi** salutem. Noveritis me dedisse concessisse & consilio *Radulfi* hæredis mei & aliorum hæredum meorum & domini nostri *Rogeri Arsic* & præsentis cartæ meæ testimonio confirmasse sanctimonialibus de **Gzenefeld** ipsum locum qui vocatur **Gzenefeld**, ad abbatiam construendam, & ecclesiam de **Abi** cum omnibus pertinentiis suis, & culturam de **Sunewith** quæ est inter fossatum & boscum, & pratum ad caput ejusdem culturæ. Et culturam de **Warghethweit**, & totam terram de **Boland** sicut pra-

tum divi dit, & sedecim acras prati in his locis. Ad caput de **Boland**, & in longitudine de **Warghethelweat** undecim acras. Ad culturam de **Suncwith** duas acras. Ad *Costmaram* quatuor acras. Et totum boscum de *Croxebaga* quod *Norman* habuit & **Cestreland** & **Theodolfbarnwude**, & decimam de molendinis meis. Hoc etiam concessi eis ut molant bladum suum ad molendinum meum si voluerint, post primum bladum quod supererit ad molendinum. Hæc omnia supradicta prædictis sanctimonialibus in loco prænominato Deo servientibus dedi, in puram & perpetuam elemosinam liberam & quietam ab omni terreno servicio vel dono possidenda, pro salute animæ meæ & uxoris meæ & filiorum & filiarum mearum, & patris mei & matris meæ, & omnium parentum nostrorum. Hujus rei testes sunt, *Robertus Lincolniensis* episcopus, *Radulfus* abbas de *Parco-Lude*, *Willielmus* abbas de **Gyrnesbi**, *Willielmus* & *Thomas* capellani episcopi, *Hamelinus* decanus, *Willielmus* decanus de *Breidala* & *Radulfus* filius ejus, *Jacobus* de *Mumbegunia*, *Picotus* de *Hontunia*, *Simon* de **Clactorp**, *Philippus* clericus de **Gyrnesbi**, & *Eudo* frater ejus.

Carta *Willielmi* de **Gyrnesby**.

Ibid. *Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentibus & futuris* Willielmus *de* **Gyrnesby** *salutem. Noveritis me concessisse & hac præsenti carta mea confirmasse Deo & ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* **Gyrnefeld** *& sanctimonialibus ibidem Deo servientibus ipsum locum qui vocatur* **Gyrnefeld** *& ecclesiam de* **Abi** *cum omnibus pertinentiis suis, & quicquid* Eudo *avus meus &* Radulfus *pater meus eis contulerunt & cartis suis confirmaverunt in terra arabili in pratis & pasturis & molendinis in bosco & plano & omnibus aisiamentis sicut carta eorum testantur. Et hoc feci pro salute animæ meæ & antecessorum & successorum meorum. Hanc prædictam concessionem & confirmationem ego* Willielmus *& hæredes mei warantizabimus prædictis sanctimonialibus in perpetuam elemosinam & defendemus contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus,* Ivone *capellano de* **Helpe**, Eudone *capellano de* **Salebi**, Gilberto *capellano de* **Abi**, Roberto *de* **Welle**, Radulfo *de* **Crumbwell**, Ernisio *de* **Wesebi**, Hugone *persona de* **Gyrnesbi**, Radulfo & Ricardo *fratribus ejus*.

Fundatio Cantariæ in ecclesia ejusdem Prioratus.

OMnibus (*&c.*) *Margareta* Prioriſſa de **Gyrnefeld** & ejusdem loci conventus salutem (*&c.*) Cum *Johannes* filius & hæres domini *Adæ* de **Welle** advocati nostri sumptibus dicti domini *Adæ* patris sui per manus executorum ejusdem fecerit adquirere nobis & successoribus nostris decem libratas annui redditus percipiendas de abbate & conventu de **Bardeneye**, & successoribus suis, & de manerio ipsorum de magna **Stepyng**, & de omnibus terris & tenementis suis in **Frisby**, **Winthorp**, (*&c.*) volumus & pro redditu prædicto obligamus nos & successores nostros (*&c.*) ad inveniendum (*&c.*) duos capellanos idoneos (*&c.*) singulis diebus celebraturos imperpetuum in ecclesia Prioratus nostri, videlicet in capella beatæ *Mariæ* per dictum dominum *Adam* & antecessores suos constructa & reparata, pro animabus ipsius domini *Adæ* & *Margaretæ* uxoris suæ, *Adæ* patris prædicti domini *Adæ*, *Johannæ* uxoris suæ, antecessorum & hæredum præfati domini *Adæ*, & pro salubri statu prædicti *Johannis* & *Matildæ* uxoris suæ dum vixerint, & pro animabus suis cum ab hac luce migraverint, & animabus omnium fidelium defunctorum *missas, matutinas, Placebo, Dirige, commendationes, horas canonicas* & alia divina in hac parte convenientia (*&c.*) In cujus (*&c.*) Hiis testibus domino *Johanne* de **Hardreshull** domino de **Saleby**, *Petro* de *Bavent* de **Billesby**, *Willielmo* de **Mowtheby**, *Johanne* de **Welle** militibus (*&c.*) Data in capitulo nostro apud **Gyrnefeld** die dominica proxima post festum sancti *Ambrosii* episcopi & confessoris, anno Dom. MCCCxlvij. & regni Regis *Edwardi* tercii à conquestu *Anglia*, xxij.

Cœnobium de CUMBA *in agro* Warwicensi.

Carta Richardi *de* Camvilla, *de fundatione ejusdem.*

REverendissimo domino & patri, Dei gratia episcopo *Coventrensi* *Waltero* & cunctis universalis ecclesiæ fidelibus literatis, & laicis, *Francis* & *Anglis*, *Richardus* de *Camvilla* in domino salutem. Sciatis me dedisse domino *Gilberto* abbati ecclesiæ beatæ Dei genetricis semperque virginis *Mariæ* de *Waverleia*, & monachis ibidem Deo servientibus, totam terram de *Smita*, ad fundandam abbatiam ordinis *Cisterciensis* cum dominio, & omnibus pertinentiis ejus, in bosco, & plano, in viis & semitis, in pratis & pascuis, in perpetuam elemosinam liberam & quietam ab omni consuetudine, & quærela sive exactione, pro salute animæ meæ & uxoris meæ, liberorumque meorum; quod & feci concessu, & favore uxoris meæ, filii mei & hæredis *Gerardi*. Testibus, *Hugone* sacerdote de *Aminionia*, *Gerardo* filio meo, & hærede, *Hugone* fratre meo, *Waltero Camp.* de *Avena*, *Richardo Affagard*, *Gileberto* de *Barrevill*. Ex regist. de *Cumba* in bibl. *Cottoniana* [sub effigie *Vitellii*. A. 1.] fol. 33. a.

Carta *Rogeri* de **Mowbray**.

ROgerus *de* **Mowbray** *comitis de* Leicestria & *matris suæ*, & *filio suo & omnibus hominibus suis* Francis & Anglis *salutem. Sciatis quia dedi & concessi* Richardo *de* Camvilla *& hæredibus suis villam de* **Smite**, *& teneant bene & in pace, & honorificè, in bosco, & plano, in pratis, & pasturis, & in omnibus bonis consuetudinibus de me tenendam & hæredibus meis. Testibus, com. de* **Arundel**, *&* com. Simone.

Carta

Ædium Cumbens: sicuti nunc extant
à Joh: D. Harington, quondam è
Cœnobij ruinis extruct: Prospectus

The Prospect of Comb as it is now
extant late by John Lord Harington
built out of ye ruines of ye Monistery.



Structores Tuguriorum qui fuerint monstrans
Antonius Craven
Gener.

Carta Rogeri *de* Poubray.

Ibid. fol. 33. b. WAltero Dei gratia episcopo *Coventrensi*, & universis sanctæ ecclesiæ fidelibus tam præsentibus quam futuris *Rogerus* de *Molbraio* salutem. Quoniam ad nos pertinet in hiis quæ de jure nostro sunt servos Dei fovere & beneficiis temporalibus ampliare: Notum vobis facio me concessisse & præsentis cartæ testimonio confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis de *Cumba* in puram & perpetuam elemosinam pro salute animæ meæ & omnium parentum meorum totam terram de *Smita* quam *Ricardus* de **Camvill** de me tenuit per servitium unius militis, & eisdem monachis dedit ad fundandam abbatiam *Cisterciensis* ordinis. Totam autem prædictam terram de *Smita* tam in terris assisis quam in hominibus cum toto dominico in bosco & plano, in pratis & pascuis, in viis, & aquis, in sichis & moris concessi prædictis monachis de *Cumba* liberam solutam & quietam ab omni seculari servicio, sicut ipse *Ricardus* dedit eis, & per cartam suam confirmavit, & ut quieti sint ab illius militis servicio quod idem *Ricardus* mihi debebat, & ego comiti de **Legreceastre**. Servicium autem alterius militis quod eidem comiti debeo fiet de **Wynkelawe**, ita quod egonec hæredes mei aliquod servicium à prædictis monachis exigemus. Concedo etiam prædictis monachis in bosco meo de *Burceleia* mortuum boscum & pasturam pecoribus ipsorum, & ut eorum porci quieti sint de pasnagio. Testibus, *Rogero* de **Fanvill**, *Hereberto* de **Poxevill**, & *Ricardo* filio ejus, *Willielmo* de **Arches**, *Roberto* de **Dabill**, *Bertramo Haget*, & *Willielmo* filio ipsius, *Willielmo* de **Canvill**, *Radulfo* de **Belveir**, & *Roberto* fratre ipsius, *Radulfo* de **Betlum**, & multis aliis.

STRATFORDENSIS *Abbatia* (*vulgo* **Stratford-Langton** *appellata*) *in agro* Essexiensi, * *fundata anno* MCxxxv.

* Chron. S. *Werburgæ Cestr.* in bibl. *Cotton.*

Carta Willielmi *de* **Pontesichet** *facta monachis de* Hamma *de manerio de* Hamma.

Ex autographo in bibliotheca *Dunelmiana.* WIllielmus de **Pontesichet**, omnibus præpositis, & ministris, & hominibus suis, tam *Francis* quam *Anglis*, salutem. Notum sit omnibus, quod ego *Willielmus* de **Pontesichet**, gratia Dei præmonente, concilio domini *Willielmi Cantuar.* archiepiscopi, & aliorum religiosorum virorum, & consensu & voluntate uxoris meæ *Margaretæ*, & concessu filiorum meorum, pro salute animæ Regis *Henrici*, & meæ, & uxoris meæ *M.* & filiorum meorum & omnium antecessorum meorum, dedi in elemosinam ecclesiæ Dei, & sanctæ *Mariæ*, & omnium sanctorum de *Hamma*, & abbati & monachis ibi Deo servientibus, totũ dominium meum de *Hamma*, in terris, in culturis, in pratis, in mariscis, in aquis, & nominatim, totam terram quæ fuit *Ranulfi* sacerdotis. Et præter pratum dominii mei xj. acras quas excambiavi de *Geraldo* de *Hamma* pro xiiij. acris terræ in mariscо, & duo molendina juxta calceatam de **Stratford**, videlicet unum quod tenebat *Ædwinus* filius *Algari*, & aliud quod tenebat *Wlwinus* molendinarius, & boscum meum de **Borherst**, & decimam pasnagii mei de..... pastur. Testibus, *Henrico* episcopo *Wintonienſi*, & *Willielmo*, & *Richardo* archidiac. *London.* & *Margareta* uxore mea, & *Richardo* de **Potli**, & *Johanne*....., & *Mathia Gernun*, & *Willielmo* filio *Radulfi*, & *Willielmo* de **Pontesichet** nepote meo, *Rogero* capellano (*&c.*) *In Dorso.*

De fundatione abbatiæ sanctæ Mariæ *de* **Stratford**

Carta Regis *Henrici* secundi donatorum concessiones confirmans.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ *& Dux* Normanniæ *&* Aquitaniæ *& Comes* Andegaviæ, *Archiepiscopis* (&c.) *salutem. Sciatis me concessisse & præsenti carta mea confirmasse Deo, & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* **Stratford**, *& monachis ibidem Deo servientibus, in liberam, & perpetuam, & puram elemosinam, omnes rationabiles donationes quæ eis facta sunt, aut fient, & cartis donatorum confirmata sunt, vel confirmanda; scilicet, ex dono* Willielmi *de* **Pounfitchet**, *locum ipsius abbatiæ, quæ dicitur* **Stratford** *in* Westhamma, *cum toto dominico ejusdem villæ, sicut carta ejusdem* Willielmi, *&* Gilberti *filii sui testantur, & terram quam habent in eadem villa, ex dono* Lucæ *filii* Martini, *sicut carta ejus testatur; & terram quam habent, ex dono* Sibillæ *uxoris* Normanni, *& terram quam eis dedit* Galfridus *de sancto* Elegio; *grangiamque de* Ledehala, *cum omnibus pertinentiis suis, ex dono* Willielmi *filii* Elye, *&* Emmæ *uxoris ejus, & terram de* Thomelea, *ex dono* Jordani, *&* Rualdi *fratris ejus; & grangiam de* Suineleia, *cum omnibus pertinentiis suis, quam habent de monachis* Abbendoniæ. *Et terram de* **Dinges** *ex dono* Godefridi *de* **Nevill**, *& terram de* **Cubige**, *cum omnibus pertinentiis suis ex dono* Mathei Germin. *Et terram de* Takeleia *ex dono* Willielmi *filii* Aliziæ; *Et terram de* **Fuilmere** *quam* Richardus *de* **Punfichet** *eis dedit de feodo* Radulfi *filii* Ursi, *Et terram de* **Mokendone**, *de dono* Willielmi *de* **Ane**; *Et terram quam habent in urbe* Londonensi, *ex dono* Galfridi *de sancto* Elegio, *& alias terras quæ in eadem civitate eis rationabiliter datæ sunt. Ecclesias quoque de* Westhamma, *& de Leya de dono* Gilberti *de* **Punfichet**, *Et ecclesiam de* **Dxeneford** *de dono* Sibillæ *uxoris* Normanni. *Quare volo* (&c.) *Teste*, Richardo Wintonienſi *episcopo*, *&* G. Elyensi, B. Wigornienſi *&* S. Ciceſtrenſi *episcopis*, G. *filio meo, & cancellario, magistro* Laurentio Bedefordiæ *archidiacono, magistro* Waltero *de* Const. Godefrido *de* **Lucy**, Richardo *Thesaurario*, Ranulfo *de* **Glanvill**, Rogero Bigot, Reginaldo *de* **Curteney**, Waltero *filio* Roberti, Hugone *de* **Cressy**, Hugone *de* Bellocampo, Reginaldo *de* **Pavelei**. *Apud* Wintoniam.

Chartæ antiquæ litera X. n. 24.

Vide Pat. 20 *R.* 2. part. 3. m. 9. Et Pat. 7 *H.* 4 part. 2. m. 46. Et Pat 4. *E.* 4. part. 3. m. 12.

FLEXLEYENSIS *Abbatia, in agro* Glouceſtrenſi.

Carta Henrici Normannorum *Ducis, donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. antiq X. num. 4

HEnricus Dux *Normanniæ* & Comes *Andegaviæ*, Archiepiſc. *(&c.)* ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe & confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & Monachis ordinis *Ciſtercienſis*, pro ſalute anteceſſorum meorum, & mea propria, in elemoſinam perpetuam, omnes illas donationes quas *Rogerus* Comes *Herefordiæ* eiſdem Monachis in elemoſinam dedit, juxta teſtimonium Cartarum ſuarum, ſcilicet, locum quendam in valle **Caſtiart**, quæ dicitur *Flexleia*, ad conſtruendam Abbatiam, & totam terram illam quæ dicitur **Waſtadene**, quæ fuit *Walfrici*, & quandam ferrariam apud *Edlandam*, & totam terram ſub veteri Caſtello de *Dena* ad ſartandam, & illam quæ eſt aſſartata, & quandam piſcariam apud *Redleiam* quæ dicitur *Newerra*, & quoddam pratum in **Pulmede**, & omnia aiſiamenta ſua in foreſta de *Dena*, & dominicum totum de **Dimmoc**, & terram illam quæ fuit *Vibredi* clerici, & terram *Ernaldi*, & terram *Wolfrici*, Ita ſcilicet, quod ipſe *Vibredus* clericus remaneat in manu Abbatis, cum eſcambio ſuo, ſcilicet duabus virgatis terræ quod nemini inde reſpondeat niſi Abbati; & dimidium nemus apud **Dimmoc**; & ſingulis annis totam decimam Caſtanearum de *Dena*, & terram illam quam adquietavit ipſe Comes *Herefordiæ* de *Gaufrido* filio prædicti *Wulfrici*, & aliam quam ipſe Comes adquietavit de *Leffrico* de *Stattra*. Quare volo *(&c.)* Nos autem has prædictas donationes non tantum eis confirmo, ſed etiam omnes alias quas idem *Rogerus* Comes *Herefordiæ* illis in elemoſinam daturus eſt. Teſtibus *Rogero* Comite *Herefordiæ*, *Willielmo* de **Cribecuer**, *Ricardo* de **Pumet** Conſtab. *Philippo* de *Columbariis*, *Roberto* de **Ivigum**, *Willielmo* de **Angervill**, *Willielmo* **Cumin**, apud **Eveſham**.

Carta regis *Henrici* ſecundi.

Pat. 22 H. 2. part. 3. m. 16 per Inſpex.

Vide carr antiq. NN n. 20 Et Pat 27 H 6 par 1 m. 6.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ & *Dux* Normanniæ & Aquitanniæ & *Comes* Andegaviæ *archiepiſcopis (&c.)* & *omnibus fidelibus ſuis* Anglis & Normannis, *tam preſentibus, quam futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe & confirmaſſe Deo & beatæ* Mariæ & *monachis meis de* Dena, *quos in propria protectione ſuſcepi, pro ſalute mea & anteceſſorum meorum, in elemoſinam perpetuam, locum quendam in foreſta de* Dena, *videlicet, totam vallem de* **Caſtiard**, & *locum qui dicitur* Flexleia, *ubi abbatia fundata eſt de ordine* Ciſtercienſi, *in honore beatæ virginis* Mariæ, *pro amore Dei, & pro anima regis* Henrici *avi mei, & comitis* Gaufridi Andegaviæ *patris mei, &* Matildis *imperatricis matris meæ, & aliorum parentum & anteceſſorum meorum, & pro ſalute mea, & hæredum meorum, & pro ſtabilitate & pace regni* Angliæ. *Conceſſi etiam eis & confirmavi omnes illas donationes quas* Rogerus *comes* Herefordiæ *eiſdem in elemoſinam dedit ſicut carta ejus teſtatur. Præterea dedi eis & confirmavi omnia aeſiamenta in eadem foreſta mea de* Dena, *ſcilicet paſturam juvencis ſuis & porcis ſuis, & omnibus aliis pecoribus ſuis, & ligna & materiem ad domos ſuas & ad ædificia ſua facienda, & ad alias res uſui ſuo neceſſarias, ſine vaſto in eadem foreſta mea. Et de eadem foreſta dedi eis decimam caſtanearum mearum, & grangeam quæ dicitur* Waſtedena, *& unam forgeam ferrariam, ita liberam & quietam & operantem, per omnia, ſicut mea dominica forgea. Et totam terram ſub veteri caſtello de* Dena *ad ſartandam, & illam quæ eſt aſſartata; videlicet, centum acras, & quandam piſcariam apud* Reidleiam, *quæ dicitur,* Noewera, *& quoddã pratum apud* Reidleiam, *quod vocatur* **Pulmede**; *ſcilicet quatuor acras, & terram quam illis dedit in elemoſinam* Leuvericus *de* Scaura, *& grangiam quam eis dedi apud* **Wallemere**, *de aſſartis meis; videlicet, ducentas acras, cum pratis & paſcuis, & omnibus aliis aeſiamentis, & quatuor acras de* Northwoda, *& totum dominicatum meum de* **Dimmoch**, *& quinque virgatas terræ & dimidiam, præter dominicatum, & dimidium nemus meum de* **Dimmoch**, *& dimidium reſtium in manu mea, propter aeſiamenta hominum mearum, ea, ſcilicet de cauſa, ut monachi mei habeant ſuam partem nemoris in bene & in pace, & ſine omni communione aliorum hominum; & firmiter præcipio, ut nullus eos ſuper hoc inquietet. Præterea dedi eis aſſartum quoddam ſubtus* **Caſtiard**, *quod vocatur* **terra** Vincentii. *Hæc omnia dedi Deo & beatæ* Mariæ *& monachis meis Deo devotè ſervientibus, habenda & tenenda imperpetuum, ſoluta & quieta ab omni reguardo & exactione ſeculari. Quare volo (&c.) Teſte.* Ricardo *de* **Pumet**, Willielmo *de* **Crevecoz**, Philippo *de* Columbariis, Willielmo *de* **Angervill**, *apud* **Eveſham**.

ALBALANDENSE *Cœnobium (vulgò* Blancland *nuncupatum) in* Wallia.

Carta regis Johannis *donatorum conceſſiones recitans & confirmans.*

Cart. 9 E. 2. n. 54. per Inſpex.

Vide Pat. 25 H 6. part 2. m. 28.

IOHANNES Dei gratia Rex *Angliæ, (&c.)* Noverit univerſitas veſtra nos intuitu Dei, & pro ſalute animæ noſtræ & anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ *Mariæ de Alba-landa*, & Monachis *Ciſtercienſis* ordinis ibidem Deo ſervientibus, terram in qua abbacia de *Alba-landa* ſita eſt, quam habent de dono *Johannis* de **Toxton**, & terram quæ vocatur **Penteiwyn**, & **Treigrygh**, & **Eskeyzonell**, & **Kevenkennarghan**, & **Kennuonnoy**, & **Kilgrenman**, & **Breſhowiſtell**,

Wiskell, & Hinod, & Dunenkeredic; & totam Sylvam de Garthdil, & terram de Brennaituddon, & Kaldudgeyn, & terram de Trefgun, de dono ejusdem *Johannis* de Lozyton, & terram *Godfelini* militis quam habent de dono *Howel Seys*, quas omnes prædictas terras *Resus* filius *Griffini* quantum ad eum pertinuit, tempore quo potuit, eis dedit & Carta sua confirmavit. Confirmavimus etiam eis alias terras quas idem *Resus* eis dedit & carta sua confirmavit, scilicet terram de Osterloyth, & Lanunhangell, & Penfos, & Bevenlegheigan, & Blanwytheno, & Kilrargeyn, & Penney, & Kidemaygwin, & Bevendzun, & partem filiorum Maredud de Kilredin, scilicet Rosenerich, & Bzoncled, & Hankebewyte, & Maynozvoreon, & Eskerkayz, & Maynar-crucwhil, & Kuthelan, & Dinowin, & Cruch-Crir, & Cumketlibzogh, & Crugewathlan, & Catpust, & Hauttarren, & Dadwathcozannuus, & Blaunobedewe, & Blaniseith, & Coker-seyth, & unam carucatam terræ de Pozth-Veghan, quas omnes prædictas terras idem *Resus* eis dedit, & carta sua confirmavit quantum in eo fuit. Confirmamus etiam eis sexaginta acras terræ quas habent de dono *Ricardi* filii Kenwric, & *Kedivor* filii *Roberti* & fratrum suorum. & viginti & quatuor acras terræ quas habent de dono Pozewozth filii Pozewozth; Et de dono *Maylgum* filii *Resi* terram de Penloynebaul & Kat-lanneu. Confirmamus etiam eis unum messuagium in villa de Haverfozd, quod habent de dono *Roberti* filii *Ricardi*, & piscariam ejusdem villæ singulis septimanis per noctem & diem Veneris quam habent de dono ejusdem *Roberti*. Quare volumus (*&c.* Testibus dominis *P. Wynton.* (*&c.* Dat. per manum magistri *Ricardi* de *Mariseo*, Canc. nostri apud *Wygorn.* vicesimo septimo die Decembris, anno regni nostri sexto-decimo.

cessaria facienda & pasturam porcis eorum, sine pasnagio, & cortices lignorum, quæ preciderint; ipsorum erunt. Quare volo (*&c.*) Testibus, *Nicholao*, & *Rogero* capellanis domini Regis.

Carta Regis *Richardi*. Ibid. f. 5 b.

RIchardus *Dei gratia Rex* Angliæ &c. *Archiepiscopis* (&c.) *salutem. Sciatis nos dedisse* (&c.) *Deo, & beatæ* Mariæ *de* Holmcoltram, *& monachis ibidem Deo servientibus, pro salute nostra, & pro anima patris nostri, in liberam, & puram, & perpetuam elemosinam, totam Insulam de* Holm *per rectas divisas suas, cum omnibus pertinentiis suis; scilicet per illas divisas quas pater noster eis dedit; hoc est per rivulum qui fluit subtus* Kirkebzyd, *inter exterius fossatum monachorum, & viam de* Kirkebzyd, *& cadit in* Wathepol; *& sic ascendendo per eundem rivulum de foris prædictum fossatum, versus* Cokelayk, *semper sicut dura terra & Mussa sibi invicem obviant, & inde ascendendo in directum usque ad medietatem mussæ quæ est inter* Wagtheholm, *& insulam sancti* Laurentii, *& inde per transversum mussæ, & nemoris, usque ad* Antrepot; *& inde descendendo per* Waver, *usque ad locum ubi* Waver, *& Crombok sibi obviant; & inde ascendendo per* Crombok *usque ad locum ubi rivulus de* Wyteskelo *cadit in* Crombok; *& inde ascendendo per ipsum rivulum usque ad ipsum* Wyteskelo, *& inde in directum versus occidentem, usque ad siccam quæ circuit* Piotrig *ex septentrionali, & occidentali parte, & cadit in* Polventon, *& inde descendendo per ipsum* Polventon *usque ad locum ubi* Polventon *cadit in mari, & inde per circuitum maris usque ad locum ubi* Wathepol *cadit in mari, & sic ascendendo per* Wathepol *usque ad locum ubi prædictus rivulus qui fluit subtus* Kirkebzide, *cadit in* Withepol, *& mairemium & petram in tota foresta nostra de* Englewood, *ad ædificia sua, & ad omnia facienda, quæ domui suæ fuerint necessaria. Et cortices lignorum quæ preciderint ipsorum erunt, & pasturam porcis suis, sine pasnagio & pasturam haiarum suæ inter* Calden *&* Alne, *& hominibus suis quando trahunt mairemium, & alia domui suæ necessaria; & omnia alia ayssamenta, & libertates quas hactenus habuerunt in foresta habeant sine disturbatione, & vexatione forestariorum nostrorum, præcipuè cum ipsa abbatia nostra propria sit. Habeant etiam liberos exitus, & introitus, de abbatia, & locis suis infra & extra prædictas divisas, ubique per mare, & per terram. & per vastum nostrum, & visnetum, & per sabulones, vias, & semitas, cum catallis suis, & hominibus suis, & mayssuras suas infra muros de* Karduil, *quietas de burgagio, & de omnibus consuetudinibus quæ ad burgagium pertinent. Quare volumus* (&c.) *Testibus*, B. Cantuarensi *archiepiscopo* (&c.) *Dat. per manum* Willielmi *de* Longo-campo *cancellarii nostri*, Eliensis *electi, in die ..... anno primo regni nostri, Apud* Cantuariam.

Carta Regis *Henrici secundi*.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis quod suscepi in manu mea, & custodia & protectione abbatiam de Holmcoltram, & abbatem ipsius abbatiæ, & monachos ibidem Deo servientes, & terras, & omnes res, & possessiones suas. Et dono & concedo eis in perpetuam elemosinam, & præsenti carta mea confirmo totam Insulam de Holmcoltram, per rectas divisas suas, cum omnibus pertinentiis suis; Raby cum rectis divisis suis, & mayremium in foresta de Englewood ad ædificia sua, & ad omnia domui suæ ne-

Carr. 35 E. 1. n. 53. Par. 2 H 6 part. 4. m. 1.

HOLMCOLTRUM
Abbatia in agro Cumbrensi, * *fundata anno MCI.*

* Chron. abb. de *Melros* in *Scotia* MS. in bibl. *Cottoniana.*

Ex regist. de *Holmcoltrum* penes *Will.* dom. *Howard* de *Naworth*, fol. 3.

Vide cart. 12 *H* 3. m. 9.

Carta Henrici *comitis* Cumbriæ Davidis *regis* Scotiæ *filii.*

Ex Miſcell. G. in Cöl. corp. Chriſti Cantabr. p. 171.

HComes filius *Davidis* regis *Scotiæ* epiſcopis abbatibus, comitibus, juſticiis, baronibus, vicecomitibus, miniſtris & omnibus probis hominibus totius terræ ſuæ clericis & laicis, *Francis* & *Anglicis* tam præſentibus quam futuris ſalutem. Sciatis me dediſſe & conceſſiſſe in perpetuam elemoſinam duas partes *Holmcoltria* abbati & monachis ibidem Deo ſervientibus, quas ego & plures probi homines mecum perambulavimus, in primis inter eos & *Alanum* filium *Waldeff* quando ego tertiam partem prædictæ *Holmcoltriæ* prenominato *Alano* ad venationes ſuas conceſſi. Præterea vero concedo & hac mea charta confirmo donationem ejuſdem *Alani* filii *Waldeff* & *Waldeff* filii ſui de illa tertia ſua parte *Holmcoltriæ* quam illi ad venationes ſuas conceſſeram quam ipſe in præſentia patris mei & mea & baronum meorum apud *Carleolum* prædicti loci abbati & monachis in perpetuam elemoſynam dedit & conceſſit & charta ſua teſtante confirmavit. Volo itaque ut abbas *Holmcoltriæ* & monachi ibidem Deo ſervientes habeant plenariè *Holmcoltriam* per ſuas rectas diviſas in nemore & plano, pratis & paſcuis, piſcationibus & aquis, & **Rabi** cum ſuis rectis diviſis ſicut ego & barones mei mecum ipſas perambulavimus inter prædictos monachos & *Aſthetillum* filium *Udardi*: concedo etiam eis materiem in foreſta de *Engleſwoda* ad ædificia ſua & ad omnia domi ſuæ neceſſaria facienda, & paſturam porcis eorum ſine paſnagio; Cum hiis autem prædictis infra terminos abbatiæ *Holmcoltriæ* & diviſas ſuas tantam pacem & libertatem conſtituo, quantam abbatia de **Paylros**, & abbatia de *Neubolla* conceſſione patris mei tranquillius & ſanctius & quietius poſſident, & poſſeſſionibus ſuis infra perfruuntur. His teſtibus, *Adulpho Carleoli* epiſcopo *Waltero* Priore, *Waltero* de . . Regis cancellario, *Engerram* comitis cancell. *Hugone* de *Maravilla*, *Willielmo* de *Sommervilla*, *Willielmo* de **Veriz**, *Willielmo Engaine*, *Raun.* de *Sol.* *Raun.* de *Ludeſeia*, *Waltero* de **Rivale**, *Coſpatrico* filio *Orm.* *Henr.* filio *Suani*, *Waltero* fil. *Alani*, *Hugone Ridill*, *Alano* de **Lateles.**

Carta regis *Henrici* tertii donatorum conceſſiones recitans & confirmans.

Cart. 39. H. 3. m. 3. Pat. 16 E. 4 part. 1. m. 5. & m. 7. Pat. 2. H. 6. part 4. m. 1. & Pat. 11 H. 6. part. 1. m. 28 & Cart. 8. E. 2. n. 10.

REX archiepiſcopis &c. ſalutem. Sciatis nos pro ſalute anima noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum conceſſiſſe, & hac carta noſtra confirmaſſe dilectis nobis in Chriſto abbati & monachis de Holmcoltram, Ciſtercienſis *ordinis, omnes donationes ſubſcriptas eis factas; videlicet de dono* Hugonis de Morevilla *paſturam in* **Laylingby** *ad quingentas oves, decem boves, x. vaccas, & ſectam earum unius anni, & ad unum taurum, & duos eques, & quatuor acras terræ arabilis in eadem villa; videlicet, illas ſuper quas ædificia ſua ſunt inter ovile ſuum & viam regiam, & novem acras prati inſimul ad* Keldegledus *inter pratum ipſius* Hugonis, *& metam de* **Salbyld**, *& communem paſturam prædictis averiis in omnibus locis ubi dominica averia ipſius* Hugonis, *& averia prænominata villa paſcuntur, & aiſiamenta in boſco ad omnia neceſſaria ſua facienda; & totam terram illam in territorio ejuſdem villæ, quæ jacet inter prædictas quatuor acras, & rivulum qui eſt diviſa inter* **Laylingby** *&* **Salbyld.** *Inſuper de dono* Thomæ *filii* Thomæ *de* **Pulton** *paſturam ad quingentas multones in communi paſtura ejuſdem villæ de* **Laylingby** *per totum ubicunque dominica averia ſua, & hominum paſcuntur. De dono* Roberti *de* **Lurp** *quatuordecim acras terræ de dominico ſuo in villa de* **Ebenhale**, *& in eodem feodo locum unius bercariæ, in exitu prædictæ villæ de* **Ebenhale** *in* **Thornbyancroft**, *& paſturam ad ſeptingentas multones in prædicto feodo, & ad tot alia animalia, quæ pertinent ad prædictam terram, cum omnibus pertinentiis ſuis. De dono* Bricii *de* **Penret** *ſervientis, totam illam terram, ſine aliquo retinemento, ſuper aquam de* **Amot**, *quæ vocatur* **Saint Wylfritholm**, *ſcilicet, a ſummitate coſtera dependentis ſuper eundem holmum uſque ad aquam de* **Amot** *in latitudine, & in longitudine a ſummitate dictæ coſteræ, uſque ad haiam, quæ eſt ſuper dictam aquam de* **Amot**, *ſicut carta prædictorum donatorum quas prædicti monachi inde habent & quas inſpeximus rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.) Datum per manum noſtram apud* **Chydelyngham** *v. die Septembris.*

Pro Cantaria in eccleſia de **Wyggeton.**

INquiſitio capta apud **Wyggeton**, coram *Johanne* de **Louthe**, Eſcaetore domini Regis ultra *Trentam*, quinto die Februarii anno regni Regis *Edwardi* tertii poſt conqueſtum ſexto, per Sacramentum, *Thomæ* de **Redman**, *Gilberti* de **Holtecle**, *Randulfi* de **Dimunderlawe**, *Hugonis* de **Bromfelt**, *Johannis* de **Ireby**, *Adæ* de **Langrigge**, *Thomæ* de **Langrigge**, *Thomæ de la* **Ferte**, *Randulfi* de **Daneby**, *Roberti* de **Vaus**, *Alani* de **Arcleby** ſenioris, & *Willielmi del* **Lathes**, ſecundùm tenorem Brevis huic Inquiſitioni conſuti. Qui dicunt ſuper Sacramentum ſuum quod non eſt ad dampnum ſeu prejuditium domini Regis, nec aliorum, ſi idem dominus Rex concedat *Johani Gernoun* & *Margaretæ* uxori ejus, quod ipſi unam acram terræ cum pertinentiis in **Wyggeton**, & advocationem eccleſiæ ejuſdem villæ dare poſſint & concedere Abbati & Conventui de **Holmcoltram.** Habendam & tenendam ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, ad inveniendum quatuor Capellanos monachos ordinis prædicti, divina in eccleſia Abbathiæ prædictæ, & duos Capellanos ſeculares, divina in eccleſia beatæ *Mariæ* de **Wyggeton**, pro ſalubri ſtatu ejuſdem domini Regis dum vitam duxerit in humanis, & pro anima ipſius domini Regis cum ab hoc ſeculo migraverit, & pro animabus prædictorum *Johannis* & *Margaretæ*, & anteceſſorum ipſius *Margaretæ*, & pro animabus omnium fidelium defunctorum imperpetuũ celebraturos; & eiſdem Abbati & Conventui quod ipſi terram & advocationem prædictas, à præfatis *Johanne* & *Margaretæ* recipere, & eccleſiam illam appropriare & eam appropriatam tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus

Eſc. 5. E. 3. n. 135.

successoribus suis predictis imperpetuum. Item dicunt quod predicta terra & advocatio ecclesiæ predictæ tenentur de domino *Antonio* de **Lucy**, per servitium reddendi eidem *Antonio* per annum unum ob. Et dicunt quod prædicta acra terræ per se valet per annum, in omnibus exitibus, juxta verum valorem ejusdem sex denarios. Et dicunt quod predicta ecclesia per se valet per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem ejusdem, triginta sex libras. Item dicunt quod dominus *Antonius* de **Luci**, est dominus medius inter dominum Regem & prædictos *Johannem* & *Margaretam* de terra & advocatione predictis, & nullus alius. Et dicunt quod remanent eisdem *Johanni* & *Margaretæ* ultra donationem & assignationem predictas, due partes manerii de **Wyggeton**, cum pertinentiis que tenentur de domino *Antonio* de **Luci**, per cornagium, reddendo eidem *Antonio* v. marc. per annum, & faciendo sectam Cur. ejusdem *Antonii* apud **Cokermouth**, de tribus sept. in tres septimanas; Et valent dicte due partes dicti Manerii in omnibus exitibus, juxta verum valorem per annum quadraginta libras. Item dicunt quod terre & tenementa ejusdem *Johannis* & *Margarete* remanentia ultra donationem & assignationem predictas sufficiunt ad consuetudines & servicia tam de predictis terra & advocatione, sic datis, quàm de aliis terris & tenementis sibi retentis debita facienda. Dicunt etiam quod dicta terra & tenementa sibi retenta sufficiunt ad omnia alia onera quæ sustinuerunt & antea sustinere consueverunt, ut in sectis, visibus francipleg. auxiliis, tallagiis, vigiliis, finibus, redemptionibus, amerciamentis, contribucionibus & aliis oneribus quibuscumque emergentibus sustinendis. Et dicunt quod idem *Johannes* & hæredes ipsius *Margaretæ*, in assisis, juratis, & aliis recognitionibus quibuscumque poni possint, prout ante donationem & assignationem prædictas poni consueverunt (*&c.*) In cujus (*&c.*)

TARENTEENSIS *Abbatia in agro* Dorsetensi.

Carta Regis Henrici *tertii de manerio de* **Husseburn.**

Rot. Fin. 50 H. 3. m. 8.

REX Archiepiscopis &c. salutem. Sciatis nos, pro salute animæ nostræ, & animæ *Alianoræ* Reginæ *Anglie* consortis nostræ; necnon animarum antecessorum, & hæredum nostrorum, dedisse, concessisse, & hac carta nostra confirmasse dilectis nobis in Christo abbatissæ & monialibus de **Tarente** *Cisterciens.* ordinis, Deo servientibus, & inperpetuum servituris, manerium nostrum de **Husseburn** cum pertinentiis, habendum & tenendum eisdem abbatissæ & monialibus, & earum successoribus imperpetuum, de nobis & hæredibus nostris, in liberam, & perpetuam elemosinam, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus, ad idem manerium pertinentibus, faciendo inde nobis, & hæredibus nostris servicium medietatis feodi unius militis, pro omni servitio. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum nostram apud *Wyndes.* quarto decimo die Decembris.

Carta *Bernardi* de **Sanue** militis.

Carte 8 E. 1. n. 35. per Inspex.

SCiant *presentes & futuri quod ego* Bernardus *de* **Sanue** *miles dedi concessi & hac presenti carta confirmavi Deo & beate* Marie *& abbatisse & conventui de* **Tarente** *& suis successoribus manerium meum de* **Bendzinton** *cum homagiis & servitiis* (&c.) *Teste domino* Roberto Mucegros, Petro Russeus, Bartholomeo *de* **Turbervill** (&c.) *militibus.*

Carta Johannis *de* **Bohun.**

Ibid.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Johannes* de **Bohun** filius & hæres *Franconis* de **Bohun**, pro salute animæ meæ &c. dedi Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ* de loco benedicto reginæ super **Tarente** & *Matildi* de *Brionia* ejusdem loci abbatissæ (*&c.*) totum boscum meum quod habeo in bosco de **Bere** (*&c.*) Testibus domino *Ricardo* de **Colehull** tunc vicecomite **Dorset**, *Briano Guniz*, *Herewardo* de *Marcis*, *Jacobo* de **Trowe**, *Dionisio* de *Crofta* militibus, *Roberto* de **Raignes**, (*&c.*)

Carta Regis *Henrici* tertii.

Ibid. n. 38

HEnricus (&c.) *salutem. Sciatis nos suscepisse in manum & protectionem nostram abbatiam de* **Tarente** *quam quidam* Ricardus, *bone memorie* **Duneholm** *episcopus fundavit. Concessimus eis omnes donationes subscriptas; videlicet ex dono* Alicie *de* **Blanefozd**, & Roberti *filii sui quatuor acras prati* (&c.) *Ex dono* Olive *de* **Tilly** *duodecim acras terre in* **Lobepenn** *in campo de* **Longblanefozd**, & *pasturam ad sexaginta oves*, (&c.)

De terris in **Stanton** *per* Johannam Scotorum *Reginam concessis.*

Claus. 22 H. 3. mem. 14.

MAndatum est vicecomiti *Cantabrigiæ* quod secundùm extentionem quam fieri fecit per preceptum Regis de viginti libratis terræ, ad opus abbatissæ & sanctimonialium de **Tarent**, quas eis legavit *Johanna* quondam Regina *Scotorum*, cum corpore suo, in manerio de **Stanton**. Concessit eidem abbatissæ & sanctimonialibus Cxij. acras terræ & dimidiam de dominico ejusdem manerii, & novem virgatas terræ de villenagio cum villanis illas novem virgatas terræ tenentibus & eorum sequela; videlicet cum *Willielmo* ad *Pontem* (*&c.*) Concessimus etiam eisdem quoddam pratum apud **Hilton** & viginti novem acras prati in mariseo de **Stanton**, & quindecem acras prati in **Hay**, (*&c.*) eisdem abbatisse (*&c.*) secundùm extentam inde factam plenam seisinam habere facias; Salvis executoribus prædictæ Reginæ bladis provenientibus & aliis exitibus ejusdē terræ.

terræ. Teste Rege, Apud **Windlesore** xxiij. Maii.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum concessiones recitans & confirmans:*

Cart 19. H 3. m. 4. REX archiepiscopis (*&c.*) Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum nostrorum concessisse, & hac carta nostra confirmasse pro nobis & hæredibus nostris Deo & ecclesiæ omnium Sanctorum de **Tarente**, & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris omnes donationes subscriptas; scilicet de dono *Radulfi* de **Bahaynes** prædictam ecclesiam omnium Sanctorum, & mansuram illam quæ est ante ecclesiam omnium Sanctorum, & croftum illum quod est juxta mansuram illam, & molendinum ante ipsam mansuram; & totam dunam quæ dicitur **Thorendune**, & dunam illam quæ dicitur **Holdeleye** & **Barsedene**; & quatuor acras & dimidiam in **Caldecroste**; et terram quæ vocatur **Podgare**; et duas acras prati ad pontem de **Cranforde**; et duas acras apud fordam *Serlonis*; et duas acras in bosco de **Chetred**. Et pasturam ad unam carucatam boum cum bobus ipsius *Radulfi*; et unam ..... geram terræ in **Speceberi**. De dono *Aliciæ* de **Blanesord**, et *Roberti* filii sui quatuor acras prati. De dono *Willielmi* de **Bahaynes** croftam illam quæ est ante ecclesiam omnium sanctorum, et quadraginta quinque ..... in longitudine, et xxv. in latitudine de gardino quod est juxta ecclesiam omnium Sanctorum, et totam decimam panis sui facti in domo sua ubicunque fuerit in aliquo dominico suo ..... pane de ..... et totam decimam carnis salsæ porcinæ, ovinæ, vaccinæ occisæ in domo sua per annum; et unum tonellum contra natale de prima et bona cervisia sua, et aliud tonellum de secunda cervisia, vel brasium ad faciendum tantam cervisiam singulis annis imperpetuum; Et totam culturam in **Tarente** quæ est inter viam quæ incipit extra fossatum juxta viridem placiam sicut via illa extendit usque ..... stratam versus **Blanesord**, et totam terram in veteri gardino quod dicitur **Olburge Croharo**. Et totam terram quæ jacet inter terram ecclesiæ de **Tarente-Bahaynes** versus aquam de **Stures**, et inter viam quæ vadit de *Tarenta* ad molendinum situm super aquas de **Stures**, et ripas utriusque partis gardini in eadem parte usque ad novum fossatum, et pasturam et herbagium in bosco suo de **Cetred**, et ad eam liberum ingressum et egressum; Et totam terram quæ est in parte orientali inter vetus gardinum & terram monialium quæ dicitur **Quarenteyne**, et totum pratum quod est juxta pratum personæ **Tarente-Bahaynes**. De dono Prioris et conventus Christi ecclesiæ de **Lupnam** duo molendina in **Tarente** cum pertinentiis suis et totam terram quæ est in australi parte magnæ viæ quæ tendit apud **Blanesord**, et xij. acras quæ jacent inter terram personæ de **Tarente-Bahaynes** et **Clifordeshal**; et unam de bosco in **Chetred**, et pasturam x. boum, et duarum vaccarum, et unius averii et centum ovium cum bobus et vaccis et ovibus *Willielmi* de **Bahaynes** in dominica pastura sua. De dono *Rogeri* de *Bosco* totam terram quam habuit usque **Barsedene** quæ dicitur **Rogeresbyrche**. De dono *Walteri Frye* decem et septem acras terræ in **Wudic**, et medietatem curtæ terræ in remotiore parte gardini. Item de dono ejusdem *Walteri* octo acras terræ in **Stonihel** et totum spinetum sicut se extendit juxta **Stonihel**. De dono *Willielmi* de **Wudic** manerium suum de **Wudic** cum omnibus pertinentiis suis. De dono *Wil.* de **Antioch** ix. acras terræ cum pertinentiis suis. Item de dono ejusdem *Willielmi* quinquaginta et quinque acras terræ et pasturam ad ducentas oves et octo castritios, et sexdecem boves vel sexdecem vaccas cum dominicis bobus et vaccis suis, Et liberum ingressum et egressum ad prædicta omnia per totam terram suam. De dono *Sarræ* sororis *Willielmi* de **Antioche** dimidiam virgatam terræ cum mesuagio et curtillo et aliis pertinentiis suis in **Tarente**. De dono *Kaynelli* de **Wudic** totam curiam suam quam habuit in **Wudic** cum crofta vicina, et croftam quæ jacet inter **Estputte** et **Pulwytsend**, et xxj. acras terræ et homagium et servicium *Willielmi* de **Chyuel** et *Stephani* de **Wudic** & hæredum suorum. De dono *Kaynelli* filii *Reginaldi* dimidiam hidam terræ in dominio de **Wudic** & pasturam ad centum oves & x. averia. De dono *Radulfi Bret* homagium & servicium cum releviis wardis & eschaetis, & omnibus aliis proventibus ad ipsum & hæredes suos pertinentibus de terra quam *David Conyngas* tenuit in **Wudic** cum pertinentiis. De dono *Olyve* de **Tylly** xij. acras terræ in **Lepen** & pasturam ad lx. oves & unum castricium & tria animalia & tres porcos. De dono *R. Dunelmensis* episcopi totum jus & clamium quod magister *Johannes* de **Keygate** ei dedit & concessit per cartam suam in tertia parte unius hidæ terræ, & in quodam mesuagio cum gardino in **Pynpre**. De dono *Alexandri* de *Monteforti* & *Matildis* de **Pynpre** tertiam partem unius hidæ terræ cum mesuagio & curtilagio cum prato & pastura & omnibus aliis ad dictam terram pertinentibus in villa de **Pynpre**. De dono *Amiciæ* de **Pynpre** tertiam partem unius hidæ terræ cum mesuagio & curtilagio, & omnibus aliis ad prædictam terram pertinentibus in villa de **Pynpre**. De dono *Willielmi* de **Coleuill** tres virgatas terræ & dimidiam in villa de **Tarente**. Habendum & tenendum bene & in pace liberè & quietè sicut cartæ donatorum prædictorum in quibus donationes prædictæ plenius continentur rationabiliter testantur. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris *Radulfi Cicestrensis* episcopi cancellarii nostri, Apud **Wudestoke**, xxiij. die Julii, anno regni nostri xix.

TILTEY.

TILTEYENSIS *Abbatia, alias* Oudeham, *in agro Essexiensi,* * *fundata anno MClij.*

* Chron. S. Werburgæ Cestr. in bibl. Cotton.

Carta Regis Henrici *secundi donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cartæ antiquæ. GG. n. 4.

Vide Pat. 35 E. 3. part. 1. m. 28. Et Pat. 15 E. 4. part. 1. m 3.

HEnricus Dei gratia Rex *Angliæ*, & Dux *Normanniæ*, & *Aquitaniæ* & comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis, (*&c.*) salutem. Sciatis me petitione, & prece *Mauricii* filii *Galfridi* de *Tireteia*, concessisse & præsenti carta confirmasse terras & redditus quos idem *Mauricius* concessit & dedit ecclesiæ sancti *Johannis* Bapt. de **Wodeham** & canonicis ibidem Deo servientibus, pro pecunia quam mihi debebat; scilicet in **Yaningefeld** & in *Ginga* iiij. hidas terræ de feodo comitis de *Warenna*: & in **Liltinges** de feodo *Walteri* filii *Roberti* j. hidam & j. virgatam; Et de eodem feodo in *Nortona* dimidiam hidam. Et in eadem villa de feodo *Hamonis Coci* dimidiam hidam. Et in **Wodeham** de feodo comitis de *Ferrariis* totum essartum *Ainulfi* quod idem comes *W.* dedit, petitione ipsius *Mauricii* præfatæ ecclesiæ sancti *Johannis*. Et in *Halesteia* de feodo *Warini* xl. acras terræ. Et in **Stodleg** de feodo *Gilberti* de **Punfichet** unam carucatam terræ, simul cum molendino de *Twifelda*. Et xl. sol. redditus de terra *Walwardi Church*, quam *Robertus Blundus* tenuit in **Wudeham**. Et totum tenementum de *Eltmeia* quod *Fulco* de *Blendec.* eis dedit in perpetuam elemosinam quod *Mauricius* prædictus de eo tenuit, quod et ipse *Mauricius* eis dedit. Et totum boscum quod idem *Mauricius* habuit in **Stodleg**. & in **Fildemschewde**, & nominatim boscum quod *Johannes* de *Duno* dedit præfatæ ecclesiæ. Et totum boscum de **Fildemschewde** quod pertinet ad **Steplun**. Et præter hæc tantum de bosco de **Wodeham** quantum *Mauricius* habebat in dominico suo sicut via vadit in **Wichhage** versus orientem totum ultra rivulum versus aquilonem qui currit sub abbatia usque ad **Fulebroc**. Et de bosco *Mauricii* de **Wodeham** quicquid est intra clausum abbatiæ & boscum com. in australi parte, usque ad viam quæ ducit de **Wichhage**, & usque ad cameram clausi abbatiæ quæ est in orienti. Quare volo (*&c.*) Test. *G.* episcopo *Londin. Ric.* Thesaur. *Ric.* de **Lucy**, *Regin.* de **Curtenay** (*&c.*) apud *Westm.*

Carta Regis *Ricardi* primi.

Cartæ antiquæ Y. n. 9.

Vide cart. de ann 34. & 35 H 3. m. 7.

RIcardus *Dei gratia Rex* Angliæ, *Dux* Normanniæ, Aquitanniæ, *Comes* Andegaviæ, *Archiepisc.* (&c.) *salutem. Sciatis nos pro amore Dei & pro salute nostra, & omnium antecessorum & successorum nostrorum concessisse & præsenti carta nostra confirmasse abbatiæ de* Tilteia, *& monachis ibidem Deo servientibus secundùm ordinem* Cistercienſium *omnes donationes, venditiones & concessiones eis rationabiliter factas; videlicet totam terram de* Tilteia, *quæ est de feodo comitis de* Ferrariis *cum omnibus pertinentiis, in qua illorum abbatia fundata est, sicut comes* Rob. *de* Ferrariis *& Mauricius fil.* Gaufridi *eis concesserunt & per cartas suas rationabiles eis confirmaverunt. Et totam terram quam habent de feodo* Mathei Peverell, *cum omnibus pertinentiis, &* Derkin *de* **Lake**, *&* Willielmi *filii* Ganfridi, *&* Radulfi *de* Chaureia, *&* Garin *de* Chaureia; *&* Rad. *de* **Buell**, *&* Will Cucire. *Et totam terram quam habent in villa* **Depeden** *&* **Amberdene** *cum omnibus pertinentiis, de feodo* Hudonis *fil.* Ernisii, *&* Rob. *fil.* Ernisii, *&* Hug. Carbonell, *&* Will. *de* **Stilbinge**, *&* Ric. Turbern; *Et grangiam de* **Dudenho** *cum omnibus pertinentiis de feodo* Henr. le Hovic. *Et totam terram quam habent de feodo* Roberti *de* **Lucy**, *cum omnibus pertinentiis; Et de feodo* Reimbaldi *de* **Claveringe**, *&* Will. *de* **Rokell**, Will. Goer, *&* Ric. Goer, *&* Rob *de* **Betvillies**, Walteri *de* **Dittone**: *Grangiam etiam de* **Chistlhall** *quæ est de feodo* Roberti *de* **Lucy** *cum omnibus pertinentiis. Et totam terram quam habent de feodo* Roberti Rumbald, *&* Willielmi Kardun, *&* Hug. Furre, *&* Will. Barun, *&* Rogeri *fil.* Fulconis. *Et totam terram quam habent in territorio de* **Dukeswyth** *cum omni pastura ejusdem villæ, & omnibus aliis pertinentiis. Et terram quam habent in campo de* **Fugelmere**. *Et grangiam de* **Bokeswyth** *cum omnibus pertinentiis de feodo* Albrici Picot, *Et totam terram quam habent ex dono* Will. Korges, *&* Ric. *de* **Rouncon** *cum communi pastura de* **Rouncon**. *Grangiam etiam de* **Ringmere** *de feodo* Petri *de* Valoniis, *cum communi pastura & cum omnibus aliis pertinentiis. Et totam terram & bruerium quam habent de feodo* Theobaldi Cachenathe, *&* Rad. Kachenathe, *&* Philippi *de* **Merley**. *Et totam terram quam habent in Hundr. de* Denegeia *cum omnibus pertinentiis de feodo* Rann. *de* **Pandevill**, *Et de feodo* Briani *fil.* Radulfi *cum molendino; &* Richardi Peittevilein, *et* Gervasii *de* **Wineswith**, *et* Petronillæ *de* Mortuo mare. *Et totam terram quam habent de feodo* Hug. *de* **Burgon**, *et* Hamonis *de* **Badewe**, *et* Will. Parvi *de* Sioberi, *cum omnibus pertinentiis in berkariis, domibus, ædificiis, hominibus, homagiis, redditibus, serviciis, servientibus, pratis, pasturis, (&c.) sicut rationabiles carta vel cirographa donatorum, venditorum, concessorum, vel excambiatorum suorum testantur de possessionibus quas ipsi habent vel quas in posterum rationabiliter adquirent de cujuscunque feodo fuerint. Quare volumus* (&c.) *Dat. per manum magistri* Rosselin *agentis cancellarii nostri vices, Apud* Susam, *tertio die Februarii, anno regni nostri decimo.*

DIEULACRESSENSIS
Abbatia in agro Ceſtrenſi.

Fundationis Hiſteria.

Ex hiſt. *Angl.* MS. contexta ab *Henr.* archidiac. ad *Alex. Linc.* epiſc. an. 1145. fol. 138.

ANno milleſimo centeſimo triceſimo tertio, fundata eſt Abbathia de **Cumbermere**, filia de **Saveney** : *Ranulfus* verò Conſul *Ceſtriæ*, cum magnis militum copiis apud **Walingford** veniens, cum Rege concordatus eſt, ſed cito poſtea in Parliamento apud *Northamptoniam* tento, doloſè captus eſt, nec liberari potuit, donec Caſtrum *Lincolnienſe* reddidiſſet ; interim *Walenſes* provinciam *Ceſtriæ* vaſtaverunt, ſcilicet, apud wicum **Malbanc**.

Ibid. Sub hoc tempore *Robertus Pincerna* incepit fundare Abbathiam de **Pulton**, in provincia *Ceſtriæ*, & adduxit ibidem Conventum *Ciſtercienſis* Ordinis, ad deprecandum pro ſalute & incolumitate domini ſui prefulgentiſſimi *Ceſtrenſis* Comitis *Ranulfi* dum ipſe *Ranulfus* eſſet in cuſtodia domini Regis, quam Abbathiam idem *Ranulfus* poſtmodum confirmavit, & dedit illis piſcariam de **Dee**, & quietanciam de blado ſuo proprio in molendinis ſuis *Ceſtriæ*.

Ibid. Anno milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio, fundata eſt Abbathia de **Pulton**, filia de **Cumbermere**.

A. 1153.

Ibid. Anno milleſimo ducenteſimo decimo quarto, Conventus de **Pulton** tranſlatus eſt apud **Deulacres** calendas Maii, anno dicto, per *Ranulfum* Comitem *Ceſtriæ*, maximè propter intruſionem *Wallenſium*, per quos multa damna perpeſſi ſunt.

1214.

Ib. fol. 94. Fertur de iſto *Ranulpho* Comite, quod cum obiret, latitudo quaſi hominum, cum aliquo potente feſtinanter tranſibat juxta cellam cujuſdam ſolitarii qui manebat juxta **Walingford**, qui interogavit unum ex eis quinam eſſent, & quo feſtinaſſet, & ille, *Dæmones ſumus, & ad mortem* Ranulfi *properamus, ut eum de peccatis ſuis accuſemus* ; Demon ergo adjuratus ut infra triginta dies redeat, et quod de *Ranulpho* Comite actum ſit enarret, qui rediens dixit ut profecimus quod *Ranulphus* Comes, pro maleficiis ſuis adjudicatus fuit magnis penis inferni, ſed moloſi de **Deulacres**, & cum eis alii multi ſine ceſſatione ſic latrabant ut habitacula noſtra dum apud nos eſſet magno clamore replebant, unde princeps noſter gravatus juſſit eum de finibus noſtris expelli, qui nunc factus eſt nobis gravis adverſarius, quia ſuffragia quæ fuerint pro eo pertiti cum aliis, ſic multas animas liberaverant à locis penalibus.

pag. 119 *Ranulphus* Comes *Ceſtriæ* rediens de tranſmarinis partibus reliquit Conſtantiam comitiſſam *Britanniæ* (*&c.*) & ſe copulavit *Clemencie* filiæ *Radulfi* de *Fengere*. Idem *Ranulfus* cum quadam nocte in ſtratu ſuo quieſcit, apparuit ei per viſum *Ranulfus* Comes avus ſuus, dicens. Vade ad **Cholpeſdale**, quod eſt in territorio de **Leeke**, & in illo loco in quo quedam capella in honore beatæ *Mariæ* virginis olim fuit conſtructa, fundabis Abbatiam albi ordinis Monachorum, & eam edificiis inſtaurabis, & poſſeſſionibus ampliabis, & erit tibi gaudia & multis aliis qui per locum illum ſalvabuntur. Ibidem enim erigenda eſt ſcala, per quam deſcendunt & aſcendunt Angelorum preces, & vota hominum Deo offerentur, & referant gratiam eritque nomen Domini invocatum ſuper locum illum de precatione aſſidua. Et hoc tempore horum nuncio ſignum erit eccleſiæ, D. papa chriſtianitatem in *Anglia* interdicit, ſed tu interim ibis ad monachos de **Pulton**, quorum Abbatiam *Robertus* Pincerna in nomine meo fundavit, & particeps ibi Sacramenti Domini, habent enim privilegia hæc ſuis fundatoribus miniſtris. Et in ſeptimo anno interdictionis transferes eoſdem monachos ad locum quem prædixi. Qui cum *Ranulfo* Comiti, & *Clementia* Comitiſſe retuliſſet, & in dicto loco ſe velle conſtruere monaſterium indicaſſet, illa in Gallicis verbis ſic reſpondit *Deux encres*, & Comes congratulans ad dictum ejus, hoc inquit, *erit nomen ejus loci, Deulacres.*

Ranulfus Comes *Ceſtriæ* fundavit Abbatiam de **Deulacres**, & cum poneret primum lapidem fundamenti ejuſdem eccleſiæ, dixit in Gallicis verbis *Deux encres*, & alii circumſtantes reſponderunt *Amen* ; & Comes, *hoc* (inquit) *Monaſterium vocatur* **Deulacres**, *ut nomen Domini ſuper illud invocetur.*

Hoc anno milleſimo centeſimo quartodecimo relaxata *Anglia* eſt ab interdictione &c. & *Ranulfus* comes *Ceſtriæ*, priuſquam *H.* Rex concordatus eſt cum proceribus ſuis, profectus eſt *Jeroſolymam* & capta eſt civitas *Damieta*, ubi *Ranulfus* comes dux Chriſtianæ cohortis preſtitit glorioſa. Qui in redeundo de terra ſancta, cum quadam nocte navis in qua erat ſubita maris tempeſtate periclitaretur, dixit ad nautas, *Quantum tempus eſt ad mediam noctem*, qui reſponderunt, *ſpacium fere duarum horarum*. Omnibus ille dixit, *laborate interim uſque ad mediam* noctis, & ſpero in Deo quod habebitis auxilium & tempeſtas ceſſabit. Cunque media nox appropinquaret, gubernator navis dixit ad comitem, *domine commenda te ipſum Deo quia tempeſtas creſcit, & nos deficimus laborare, & in periculo vitæ ſumus.* Tunc *Ranulfus* comes ſtatim exivit de conclavi ſuo & cepit juvare fortiſſime in rudentibus, & antempnis aliiſque navis ornamentis ; nec multo poſt omnis pelagi ceciđit ..... omniſq; ceſſavit tempeſtas, & die ſequenti cum pacata jam ſulcarent equora, & cum jam ſalus appareret, gubernator navis ait ad comitem, *domine mi comes narrare nobis velitis ſi placet, qua de cauſa juvare nos voluiſti* uſque ad mediam noctis, & tunc nos juviſti ſolus plus quam omnes viri qui erant in nave. Cui ille, *quia inquit a media nocte, & deinceps monachi mei, & alii religioſi quos progenitores mei & ego in diverſis locis fundavimus ſurrexerunt ad cantandum ſervicium divinum, & tunc confiſus ſui in eorum orationibus, & ſpero quod Deus propter eorum orationes & ſuffragia mihi dederit fortitudinem quam prius non habui, & fecit tempeſtatem ceſſare ut prædixi &c.*

Carta

Carta fundationis abbatiæ de *Pultona.*

Ex ipso autographo in bibl. cot ton.

Vide cart. 20 E. 1. m. 8. n 47.

UNiversa sanctæ matris ecclesiæ soboli, nobilissimi Cestrensis *comitis* Ranulphi R. Pincerna *in Christo salutem. In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis patris, & filii & spiritus sancti, clarissimi siquidem* Cestrensis *comitis karissimi domini mei* Ranulphi, *ego* Robertus Pincerna, *considerans omnia quæ sub cælo sunt esse transitoria, statui aliquid facere quod domino meo comiti* Ranulpho, *& antecessoribus suis, mihique, & antecessoribus meis in cælesti palacio in æternum proficiat; Ad hoc faciendum dominus noster* Jesus Christus, *me animavit atque in evangelio suo incitavit, dicens,* date, & dabitur vobis, *hoc est dicere, date terrena, & recipietis cælestia, date transitoria, & pro illis habebitis in perpetuum mansura; & facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut & ipsi recipiant vos in æterna tabernacula, id est, Date de facultatibus vestris per iniquitatem adquisitis; omnis enim dives, aut iniquus est, aut hæres iniqui. Date inquam pauperibus Christi ut ipsi cum Angelis recipiant vos in æterna gloria. Quoniam, teste evangelio, ipsorum est regnum cælorum. His igitur, atque aliis sacræ Scripturæ monitis excitatus do domino Deo creatori ac redemptori nostro, & gloriosæ semper virgini ejus genetrici sanctissimæ* Matrix, *&* Willielmo *primo abbati* **Cumbermare,** *pro salute, & incolumitate domini mei præfulgentissimi* Cestrensis *comitis* Ranulphi *& antecessorum suorum,* Hugonis, *videlicet comitis &* Ranulphi *consulis, & aliorum; nec non & pro redemptione animæ meæ, & uxoris meæ* Ivettæ, *& filii atque hæredis mei* Roberti, *& pro salute antecessorum meorum dimidiam* Puntonam, *cum omnibus pertinentiis suis, in campis, & in silvis, in viis, & in semitis in aquis & in piscariis, in pratis, & in pascuis, super terram, & subtus terram ad construendam ibidem quandam abbatiam monachorum secundum regulam beati* Benedicti, *& secundum instituta* Savigneii *viventium. Hujus donationis sunt testes,* Willielmus *primus abbas* **Cumbermare,** Gemmanus *monachus ejus,* Robertus Pincerna, Robertus *filius ejus,* Herveus *de* Filgeriis, Ricardus Wallensis, Radulphus *sacerdos,* Morinus, Ansgerius, Jveta *uxor* Roberti, Willielmus *spuens mendacium. Signum* ✠ Roberti Pincernæ. ✠ *Signum* Roberti *filii ejus.* ✠ *Signum* Jvetæ *uxoris illius.* ✠.

In dorso hujus cartæ.

A. 1158. Anno millesimo centesimo quinquagesimo octavo fundata est abbatia de **Pultune** in comitatu *Cestriæ.*

A. 1214. Anno millesimo ducentesimo xiiij. conventus de **Pultune** translatus est apud **Deulacresse** x. kal. Maii anno prædicto per *Ranulphum* Canonicum *Cestriæ.*

Carta Hugonis *Cestriæ comitis.*

Ex registro de *Deulacresse* penes ... *Jolly* de *Lete.*

HUgo Comes *Cestriæ*, Episcopo Cestrensi, & Constabulario suo, & Dapifero suo, & Vicecomiti, & Ballivis, & omnibus hominibus suis *Francis & Anglis*, tam futuris quam presentibus salutem. Sciatote quod concedo, & Carta mea confirmo donationem illam quam *Ranulphus* Comes, pater meus, Carta sua liberam fecit; scilicet, dimidiam partem totius **Pulton,** quam *Robertus Pincerna* ejus fecit Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Cumbermare** ad Abbaciam de ordine suo ibidem construendam. Hanc verò eandem donationem, scilicet dimidiam partem totius **Pulton,** cum omnibus pertinentiis suis ad eam juste pertinentibus, Volo & firmiter præcipio ut ipsa Abbacia de **Pulton,** & Abbas & Conventus ejusdem ecclesiæ, in perpetuam elemosinam possidendam, liberè, quietè & justè ab omni servicio seculari habeant & teneant, pro salute animæ meæ & prædecessorum meorum, in villa & extra, in bosco & in plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis, & in omnibus aliis comoditatibus quæ in eadem terra fieri poterunt; & præcipio atque prohibeo ne aliquis eis amodo ullam molestiam faciat neque disturbet super meam forisfacturam. Teste *Roberto* Dapifero, *Alured* de **Combray,** & *Willielmo* filio *Otuer.* & *Gilberto* filio *Pichot,* & *Roberto* filio *Hugonis,* & *Hugone* filio *Oliveri,* & *Hugone* sacerdote de **Dodleston,** & *Geralino*, & *Willielmo* clerico de *Aldesordia*, & *Simone* de **Vendeford,** apud *Cestriam.*

Carta Ranulphi *Comitis* Cestriæ.

RAnulphus Comes *Cestriæ* & *Lincolniæ,* Constabulario suo & Dapifero, vicecomiti, Baronibus et Ballivis suis, et omnibus hominibus suis tam presentibus quam futuris salutem. Sciatis me in honore Dei et beatæ *Mariæ* semper virginis, et sancti *Benedicti* abbatis, et omnium sanctorum Dei, pro salute animæ meæ, et omnium antecessorum et successorum meorum, quandam abbaciam quæ vocatur **Deulacres** de ordine *Cisterciensi* fundasse. Abbacia igitur illa et conversi, et homines et illorum res omnes, et omnes terræ et possessiones, et omnia ad eandem pertinencia sunt in manu mea, custodia et protectione. Quare volo *(&c.)* His testibus domino Abbate *Cestriæ*, *Philippo* de **Dreby,** tunc justiciario meo, *Johanne* Constabulario, *Rogero* Senescallo, *Henrico* de **Aldithele,** *Willielmo* de **Venables,** *Hamone* de **Pasci,** *Warino* de **Vernoun,** *Rogero* de **Pein-Warin,** *Radulpho* filio *Simonis*, *Johanne* de **Ardern,** *Joram* de **Helesby,** *Petro* clerico domini Comitis, *David* de *Malopassu*, *Richardo* de **Kingesley,** & multis aliis.

Finalis concordia inter domum de **Deulacres** & de **Crokesden.**

UNiversis Cistercienſis *ordinis abbatibus frater* T. *dictus abbas vallis sanctæ* Matrix *de* **Crokesden** *& humilis ejusdem loci conventus salutem in auctore salutis. Noverit universitas vestra quod cum* Ranulphus *venerabilis comes* Cestriæ *transferat domum de* **Pulton** *ad locum magis opportunum vicinius tamen abbaciæ nostræ & infra terminos ab ordine constitutos, ita inter nos & conventum nostrum & abbatem & conventum dictæ domus de* **Pulton** *convenit, quod citra unum miliare Anglicum ab abbacia sua distans* 151.

ſtans terras & paſturas ubi nobis opportunum fuerit & utile infra ſpacium inter nos & ipſos conſtitutum licitè poterimus adquirere & poſſidere; ipſi autem nihil terra vel paſtura ab eodem miliari Anglico verſus domum noſtram accipient niſi de manerio de **Lec** *cum pertinentiis ſuis; ita tamen quod de terris in parochia de* **Lec** *quas jam adquiſivimus vel adhuc adquiremus & propriis ſumptibus excolemus nullas prorſus decimas eis dabimus. His teſtibus, dominis abbatibus de* **Claravalle**, *de* Savign. *de* **Bemubec**, *de* Alneto, *de ſancto* Andrea, *de* Forneſio, *de* Bellalanda, *de* **Bildewas**, *de* Quarreria, *de* **Stratford**, *de* Barberio, *& multis aliis.*

Carta Ranulphi *comitis* Ceſtriæ *&* Lincolniæ.

Pat. 5 H. 6 part. 2. n. 17. per Inſpex.

Vide etiam Par. 7 E. 4. part. 2. m. 21.

Et Clauſ. 13 E. 3. part. 2. m. 6.

Ranulphus comes *Ceſtriæ & Lincolniæ* univerſis Chriſti fidelibus præſentem cartam viſuris vel audituris ſalutem. Noverit univerſitas veſtra me pro ſalute animæ meæ animarumque anteceſſorum & ſucceſſorum meorum dediſſe conceſſiſſe & hac preſenti carta mea confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ* & abbati & conventui abbatiæ meæ de **Deulacreſſe** totum manerium de **Lec** cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis cum corde meo quod ibidem legavi ſepeliendum. Habendum & tenendum ſibi & ſucceſſoribus ſuis bene quiete integre & pacifice in liberam puram & perpetuam elemoſinam (*&c.*) Hiis teſtibus venerabilibus patribus *Petro Wintonienſi*, *Alexandro Coventrenſi* & *Lychefeldenſi* epiſcopis. *Johanne* de **Laſcy** conſtabulario *Ceſtriæ*, *Stephano* de *Segrava*, *Fulcone* filio *Warini*, *Henrico* de **Aldithele**, *Willielmo* de *Cantilupo* juniore, *Waltero* de **Daybill**, *Baldewyno* de **Ver**, *Ricardo* de **Ardern**, *Simone* & *Johanne* clericis & aliis (*&c.*)

Alia carta ejuſdem Comitis.

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis præſentibus & futuris hanc cartam inſpecturis vel audituris *Ranulphus* comes *Ceſtriæ & Lincolniæ* ſalutem. Noveritis me pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum dediſſe in puram & perpetuam elemoſinam Deo & beatæ *Mariæ* & monachis apud **Deulacreſſe** Deo ſervientibus terram de **Rudeyard** cum omnibus pertinentiis ſuis ad conſtruendam ibidem abbaciam; ſcilicet per iſtas diviſas. Per aquam de **Ludebechc** quæ currit inter **Rudeyard**, & **Lech** uſque ad domum *Radulfi Bec*, & inde uſque ad **Herebroc** & à **Herebroc** uſque ad **Quamendehul**, & inde deorſum per domum **Dodin** uſque ad ſepulcrum *Thomi*; & inde uſque ad **Falingbrok**, & per **Falingbroc** uſque ad **Fulhe**; & inde uſque ad **Ludebroc**. Quare volo (*&c.*) quod dicti monachi mei de **Deulacreſſe** habeant & teneant imperpetuum prædictam terram ad fundandam abbaciam ſuam eis collatam, liberè (*&c.*) Ita quod prædicta terra cum ſuis pertinentiis ſit omnino extra foreſtam & libera penitus ab omni exactione ſeculari ſicut aliqua elemoſina poteſt eſſe liberior. Et ut hæc mea donatio ſtabilis ſit imperpetuum eam hac carta mea & ſigilli mei impreſſione roboravi. Hiis teſtibus, *Willielmo de Ferariis* comite **Derbeie**, *Johanne* comite de **Huntedon**, *Johanne* conſtabulario *Ceſtriæ*, *Willielmo* de **Canteln**, *Willielmo* de **Vernun** tunc juſticiario, *Baldewino* de **Ver**, *Waltero* de **Deybill**, *Radulpho* de **Brey**, *Ricardo* de **Burun**, *Johanne* de **Larington**, *Simone* clerico, *Ricardo* de **Ardern**, & aliis.

Conceſſio villarum de **Northbree** & **Biſcopham**

Ex regiſt. abbatiæ de *Salop.* n. 170.

OMnibus Chriſti fidelibus, præſens ſcriptum viſuris vel audituris, frater Willielmus *abbas* Salop. *& ejuſdem loci conventus, ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra nos unanimi conceſſu, & communi voluntate noſtra, dediſſe conceſſiſſe & hac præſenti carta noſtra confirmaſſe abbati, & conventui de* **Deulacres**, *& eorum ſucceſſoribus, ad perpetuam feodi firmam villas de* **Northbree**. *& de parva* **Biſcopham** *cum omnibus pertinentiis ſuis, una cum quibuſdam decimis ad nos de quadam terra in* **Laton** *ſpectantibus, Habendas & tenendas dictis abbati, & conventui de* **Deulacres**, *& eorum ſucceſſoribus de nobis & ſucceſſoribus noſtris, in dominiis homagiis* (&c.) *ſalvis nobis & ſucceſſoribus noſtris advocationibus eccleſiarum de* **Waleton** *& de* **Birkeham**, *cum omnibus ſuis capellis. Reddendo inde nobis & ſucceſſoribus noſtris, idem abbas & conventus de* **Deulacres**, *& eorum ſucceſſores, apud* **Betton** *ſubtus* Lymam *octo marcas argenti in feſto beati* Martini *in hyeme, pro omni ſervitio* (&c.) *Hiis teſtibus* Richardo Coventr. *& Lychfeld. epiſcopo, domino* S. *abbate* Ceſtriæ, *dominis* Willielmo le **Botyler**, Richardo *fratre ſuo*, Johanne *de* **Lancefeld** *tunc vicecomite* Lancaſtriæ, Henrico *de* **Lee** *militibus*, Willielmo *de* **Singleton**, Waltero *de* **Barleton**, Adam *de* **Holmes**, *& aliis.*

CLUNOK-VAURENSIS *Abbatia in* Wallia.

Leland. Itin. vol 5. fol. 13.

CLUNNOK-VAUR, a monaſteri ſumtime of white monks ſuppreſſid many yeres ago; but the orignal of this monaſteri was by S. Benow, **of whom mention is made in** S. Wenefrides **life. The whit monks were of a newer fundation.** Guithin, **uncle to one of the princes of** North-Wales **was the firſt giver of** Clunnok **village and place to** Benow. **The chirch that ys now ther with croſſe Iſles, is almoſt as bigge as ſaint** Davids, **but it is a very new worke. The old chirch where ſaint** Bennow **lyith is hard by the new.**

Ideſt. Clunnok-Vaur, alborum quondam monachorum cœnobium pridem abolitum. Hujus autem cœnobii fundator erat quidam S. *Benous*, de quo in vitâ S. *Wenefridæ* facta mentio. Monachi albi poſterioris erant inſtitutionis. *Guithinus*, cujuſdam *North Wallia* [i. *Cambriæ aquilonalis*] principis avunculus, villam & locum *Clunnokenſem Bennoo* primus dedit. Eccleſia moderna, ex tranſverſis conſtans inſulis, illam S. *Davidis*

vidis magnitudinis ferè æquat, structuræ tamen est valde recentis. Vetus, ubi S. *Benens* sepultus est, ecclesia novæ prope contigua est.

STRATFLURENSIS
Abbatia in agro Cardigensi,
* *fundata anno MClxiij.*

* Chron. S. *Werburgæ Cestriæ* in bibl. *Cottoniana.*

Carta Resi Walliarum *principis.*

Cart. 10 E. 3. m 6. n 9. per Inspex.

Vide etiam Pat. 4 R. 2. part. 1 m. 13.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentibus & futuris *Resus Walliarum* princeps, salutem & pacem. Veritæ universitatis notitiæ innotescat quod ego *Resus Sudwall.* proprietarius princeps, venerabile monasterium vocabulo **Stratflur** ædificare cepi, & ædificatum dilexi, & fovi, res ejus auxi & possessiones, in quantum suffragante A. 1184. domino valui, ampliavi; terrã campestrem & agriculturam & montuosam ad animalium pasturam, devota mente, ad remedium animæ, prædecessorum & successorum meorum quantum sibi congruebat indulgens, & omnem quidem donationem quam eidem monasterio antea contuli, anno iterum ab incarnatione Domini MClxxxiij. præsentis scripti memoria stabilivi. Tres etiam filii mei, scilicet *Griffinus*, *Resus*, & *Maredud* eandem donationem eodem tempore & loco in manu abbatis de **Stratflur** optulerunt, statuentes firmiter coram multis de exercitu in ecclesia S. *Brigidæ* apud **Katador** mecum, ut quascunque possessiones quæcunque bona idem monasterium in præsentiarum possidet & custodit, sive concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis, Deo propitio adepta fuerit, firma monachis illius & eorum successoribus ab omni seculari & ecclesiastica consuetudine, & debitæ immunia & illibata permaneant. In quibus hæc duximus exprimenda vocabulis propriis. **Nanneyzth** in terminis suis, id est **Nant hi, wletdast, hitar wy Gwy, hit in Hedernaul Hedernaul,** deinde **hit blain,** deinde in transversum usque **blain ystinch ystinch in hit** usque **Tavalogen Gwaylant Tawlogen hit hi blain,** deinde per rectum transversum usque **Marchnant, Marchnant** usque **Meurit** usque **Teyvy Seyvy hit Tandur Wethan Tadur Wethan in hit hit blain**; deinde sicut ducit **Pant Guenu hit hi Tandur waur.** Postea per **Tandur** in transversum **hi ar hirweym Tadaithni** usque **Dtron** sicut ducit usque fossam quæ est inter **Tref Coll.** & **Bzunurit foss. hit hi blain Dwlain hr foss.** recte **hi benu nant, hi Gelly hyz**; deinde rectè **hit ar hivant** inter **vuarth caraun** & **dinas dzitwyz**; deinde sicut amnis ille ducit usque grangiam quæ vocatur **Castel hi flemis,** de grangia postea ex alia parte amnis trans collem sicut ducit **Pant Guenu hit hi nant** inter **mais Glas** & **Trebzith hi nant hit ar Detwy Teyvy hit hi mais Tref tinu Pais Treflain** rectè **hit in blaumbuden hubudeu hit hi Llain n und Aint** rectè per transversum usque **Llanmerth hi Gunithwa o Lauberth hi Gunithwa,** rectè per transversum montis **hi ar Gelly hagharat.** Mons ille postea terminus est recte in transversum usque **blain Tandur Tandur** sicut ducit usque **Tiwy Tiwy** deinde sursum ex utraque parte **hit hi blain** rectè postea **Owlain Tiwy hit hi blain** arban arban in hit usque **Talarwenn** usque **Elan Elan** exindè usque **Gzoen Gwynnmon hi Gzoen** rectè sursum **hi tal Lluchiut hi Tetwyr hir Esteyz ar Esteyz ar hit** usque **blain Rifcant Owlain rista** per transversum montis usque **llam hi unben** ubi fines prænominatæ terræ quæ appellatur **Panneryth** istis terminis quos diximus pariter intermiscentur; Sed & quicquid continetur infra terminos præscriptos per circuitum in campo & silva, in aquis & **pratis** & pascuis, in culto & inculto, ego *Resus* & prænominati filii mei & tota posteritas mea prædictis monachis de **Stratflur** & eorum successoribus jure perpetuo mancipamus. Et hæc nomina locorum in eisdem terminis excellentiorum **Peyl, Geydiau, Nauu, Eylmer, Nauu, Eyrm, Nauu, Porant, Brithu, Abercoyl, Abermuthen, Stratonmru, Helly, Tamgoyt, Prithyeu, Eunnaun, Stratflur, Ryt, Wendygaet, Dol, Waur, Llungog, Tref hi Gutdei, Funnaun, Dyer, Kellyeu. Brun, Deny, Esteyr, Perwyth Castellflemis, Pays, Glas.** Ex donatione vero filiorum *Cadugaun* & eorum hæredum & nostri domini **Tetwyn hi Rit Esteir Daisson**; dimidia pars verò **Brantwennu** præter **Esteir hi ki ar arch** ubi filii *Seilfunt* ædificia sua fundaverunt, **Tref-Boyth** cum appendiciis suis, & hii sunt termini ejusdem, describente *Reso* cum optimatibus suis & etiam *Griffino* filio ejus *O Aber Meyhor* sursum **ar hit arth** usque fossam quæ manat de fonte **Bleydud Drfannaun hir Pant in hit** usque fossam **Bylcynoyt hi foss. ar hit** usque **Pant Gwenu** inter **Parchei** & **Bruin Llende hi Pant ar hit** usque fossam quæ est terminus inter **Perchdi** & villam quæ vocatur **Ardiferkywet** quam optulit *Gwenllianæ* prædictis monachis in perpetuam elemosinam, cum consilio nostro & filiorum nostrorum; fossa verò præfata in termino est usque ad mare, mare verò usque ad hostium **arch arch hit in Aber metlyz,** Et in litore & in mari ab hostio **arch** usque ad hostium **Dyron Coreden,** & omnem piscaturam sepedicto monasterio offerimus imperpetuum. Et etiam de propria mea piscaria unum diem, & unam noctem in qualibet septimana.

Hujus verò universæ donationis isti sunt testes, duo filii *Llaudent, Grifri* & *Res. Forwert* fil. *Edmweyn, Ediorwerth* fil. *Kedivor*, duo filii *Lewelini Gurgeneu* & *Cadugaun, Maredud* filius *Ryderth*, & *Gugaun, Scacca, Grisut* filius *Bledrit O Wabudrid*, & *Maredud* fil. *Eunnaun* fil. *Bledrit. O Werthinnaun.*

Carta Regis *Henrici* secundi.

HEnr. *Dei gratia Rex* Angliæ *Dux* Norm. & Aquit. (&c.) *Sciatis me concessisse* (&c.) *abbatiæ de* **Stratflur** *& monachis ibidem Deo servientibus rationabilem donationem quam* Resus *filius* Griffini *eis fecit de terris subscriptis; videlicet de campo qui est inter* **Pendroskynauandu** & ibid.

torrentem de **Ewarchegre**, *& inde uſque ad* **Teivi** *&* **Hirgarth** *uſque* **Flur**, *& uſque* **Teivi**. *Et de* **Langhereth** *uſque* **Hedegeu** *cum terminis ſuis, & de rivulo qui dicitur* **Paſtruth Akelly agarat** *uſque ad* **Teivi**, *&* **Liſpennard** *& de* **Stratflur** *cum terminis ſuis & de* **Reven Caſtel** *terminis ſuis. Et* **Rillyeu avan** *& de* **Mays Glas** *cum terminis ſuis. Et de* **Pennal** *uſque* **Dyrondu**, *& uſque* **Canndimor**, *& de* **Reven-puet** *cum terminis ſuis. Et de* **Rellyeu Urmoe-voy**, *& de* **Paysbre** *cum terminis ſuis; Et de* **Fennan noyr** *à* **Ritheuelyu** *ſurſum uſque* **Payesbre**. *Et de* **Dzelſpoyth Riwardh** *uſque mare. Quare volumus (&c.) T.* Ricardo Winton *&* Gaufrido Elien. *&* Sefrido Ciceſtren. *&* Petro Menevin. *epiſcopis*, Gaufrido *cancellario filio meo* (&c.) *Apud* Wyntoniam.

Carta Regis Edwardi *primi.*

Pat. 28 E. 1. m. 23. REX omnibus ad quos, &c. ſalutem. Sciatis quod dedimus licenciam, dilectis nobis in Chriſto Abbati & Conventui de *Strata Florida* quod ipſi in loco illo in quo Abbatia ſua de *Strataflorida*, nuper in guerra *Wallie*, anno regni noſtri viceſimo tercio, contra voluntatem noſtram combuſta prius ſita fuit, abbaciam ſuam de novo conſtruere & reedificare, ac morari poſſint ibidem, Deo imperpetuum ſerviturі. Ita tamen quod boſci & viæ circa locum prædictum propter pericula quæ per boſcos illos & viarum illarum diſcrimina futuris temporibus poterunt evenire vitanda, per ordinationem juſticiarii noſtri weſt-*Wallia* proſternantur. & etiam emendentur. In cujus (*&c.*) Teſte Rege apud *Weſtm.* xxx. die Marcii.

Per ipſum Regem nunciante Ottone *de* Grandiſono.

LEKEBURNENSIS,

Abbatia in agro Lincolnienſi.

Littera Willielmi *filii & hæredis* Roberti *filii* Gilberti.

Ex regiſtro de *Lekeburne* penes *Georgium Henage* equit. aurat.

IN die qua ſepultus fuit *Robertus* filius *Gilberti*, in capitulo ſanctimonialium de **Lekeburn**, antequam ſepeliretur, *Willielmus* filius ſuus, & hæres in hanc prorupit vocem. *Video hic ſepeliri patrem meum, & quia ita eſt, concedo & do omnes donationes, & omnes conceſſiones, quas pater meus* Robertus *conceſſit & dedit ſanctimonialibus de* **Lekeburn**, *eiſdem ſanctimonialibus ſicut carta patris mei teſtantur, quæ, paulo antequam ſepeliretur, coram me, & omnibus aſtantibus, in clauſtro lecta fuerunt; ſcilicet, locum ubi abbatia ſanctimonialium ſita eſt, & dimidietatem eccleſiæ de* **Lekeburn** *& molendinum de* Luthena, *& cætera omnia, ſicut carta teſtantur* Roberti *patris mei; & ut firmius, & liberius ſtet, pono ſuper altare ſanctimonialium omnes donationes, & conceſſiones, quas dederat & conceſſerat pater meus prædictis ſanctimonialibus, & per hanc poſitionem confirmo omnia prædicta in liberam elemoſinam, quietam ab omni terreno ſervitio, exactione, & reclamatione. Hujus donationis & conceſſionis & poſitionis & confirmationis, vos omnes aſtantes, & hæc audientes, & videntes advoco in teſtimonium. Et ſuper hæc omnia quæ ſupra ſcripta ſunt addo, pro anima patris mei, & ſalute animæ meæ, ſanctimonialibus, unoquoque anno reddituri duorum ſolidorum ad feſtum ſancti* Botulfi, *in liberam elemoſinam de me & meis hæredibus imperpetuum poſſidendum.* Sunt hi quidam ex Teſtibus qui hoc viderint & audierint, *Randulphus* frater *Roberti* filii *Gilberti*, *Thomas* de *Cobba*, monachi de *Parcha*, *Richardus*, & *Achardus* Canonici de **Alvingham**, *Oſbertus*, & *Eilwardus* & *Gilebertus*, & *Robertus* & *Willielmus* omnes ſacerdotes, & multi plures quos enumerare longiſſimum eſt, *Hanſridus* de **Habe**, *Fulco Ribald*, *Willielmus* de **Fethereſtan**, *Richardus* frater *Matildis* uxoris *Roberti* filii *Gileberti*, *Richardus* frater *Aufrei*, *Willielmus* filius *Aufrei*, *Willielmus* clericus de **Wanneby**, *Alanus* de **Walle**, *Haraldus*, *Richardus*, *Walterus* filii *Roberti*, *Randulphus* filius *Rogeri*. Interfuere etiam plures alii, *Matildis* uxor *Roberti*, *Hawis*, & *Aliz* & *Mahald.*

Carta Willielmi *de* **Lekeburn**, *filii* Roberti, *de ſede Abbathiæ.*

OMnibus filiis ſancte matris Eccleſiæ *Willielmus* filius *Roberti* de **Lekeburne**, ſalutem. Sciatis me conceſſiſſe, & hac preſenti Carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ* de **Lekeburn**, in perpetuam elemoſinam, & pro ſalute animæ meæ, & anima patris mei, & omnium anteceſſorum meorum, omnes donationes quas pater meus illis dedit; ſcilicet, ſedem Abbathiæ de **Lekeburn**, & dimidiam eccleſiam de **Lekeburn**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & in territorio ejuſdem villæ **Weſtcroft**, & totam terram quæ eſt de feudo meo, ex occidentali parte **Weſtcroft** ejuſdem, & inter **Litlehaichahe**, & inter molendinum de **Calthorp**, & in eodem territorio de **Lekeburn** quadraginta acras terræ cultæ, ſcilicet, viginti ex una parte villæ, & viginti ex altera, & in eadem villa quatuor manſuras, quæ fuerunt *Ranulfi*, *Gaucelli*, *Walteri*, *Rainneri*, **Haichaghefte**, & in eodem territorio **Litleaichahe**, cum appenditiis ſuis; Et totam culturam quæ jacet ad **Heudedyke**, & communem paſturam ejuſdem villæ, in territorio de **Thathewelle**, et de **Cattedale**. Et totam terram quæ pertinet ad feudum meum quæ continetur inter **Quenildewange** in campis de **Thathwelle**, et inter regiam viam que vadit de **Wuſhou**, et inter viam de **Thathewelle**, que tendit apud *Lincoln.* et inter diviſam de **Wyccall**, et communem paſturam in **Catdale** et **Thathewelle**. Item in territorio de **Halington**, ſedem molendini in loco qui dicitur **Crabbeke**, cum appenditiis ſuis; ſcilicet cum duobus croftis, uno ex auſtrali parte, et altero ex parte aquilonari, et croftum quod dicitur **Botcrofte**, et molendinum illud quod *Randulphus* avunculus meus, conſenſu patris mei dedit eis

eis, cum vivario et crofto, et communem pasturam ejusdem villæ. Item in territorio de **Somercotes**, illud pratum quod vocatur **Hulvanesfeu**, scilicet, illud toftum quod *Germundus* de **Halington** tenet, & unam salinam juxta mare, in campis ejusdem villæ, et in eodem territorio mansionem quam ibi habent. Item in villa de **Conigsholam**, unum croftum, unde magister *Rogerus* reddit xij. d. Item in territorio de **Saltfleeby**, decem acras in cultura quæ dicitur **Bzacuesswang**. Item molendinum de *Ludena*, quod est de feudo meo, illud scil. quod situm inter molendinum sanctimonialium de **Alvingham**, et molendinum *Willielmi* de **Cokerington**, et *Roberti* de **Bozmozt**, cum omnibus appenditiis suis. Item in territorio de **Schopholm**, decem acras prati, ex quas tenuit *Siwat* de *Luda*, et quatuor illas propinquiores de feudo meo, Concedo et illis, et confirmo illas donationes hominum meorum quas illis prius concesserat pater meus; scilicet illam culturam que dicitur **Pestchalles**, in territorio de **Lekeburn**, et in territorio de **Halington**, unam acram de dono *Suani*, et ex dono meo proprio in perpetuam elemosinam, unam acram in cultura quæ dicitur **Croft**, ex parte orientali, & duos solidos ex redditu molendini de **Wittewalht** annuatim, pro anima patris mei, & mei, ad pascha illis dandos. Concedo etiam communem pasturam per totam terram meam, & nominatim illam terram, quam pater meus concessit eis in crofto suo, per quam itur ad **Pesterofte**, & que jacet juxta croftum *Hugonis* filii *Reginaldi*, & communes exitus & introitus totius terræ meæ, & communes vias & semitas, & aquas sine omni calumpnia. Hæc omnia concessi eis, & hac presenti Carta confirmavi libera & quieta, à me et hæredibus meis, et soluta ab omnibus quærelis et placitis et consuetudinibus, et ab omni terreno servitio, et seculari exactione. Et volo ut predictæ sanctimoniales habeant omnem electionem ita bene et in pace, liberè et honorificè teneant, sicut electio liberiùs et honorabiliùs teneri potest; Omnes predictas donationes ego et hæredes mei adquietabimus et warantizabimus eis, contra omnes homines, (*&c.*)

Carta *Roberti* filii *Gilberti* de **Thathewelle**.

Ibid. *Notum sit omnibus legentibus & audientibus literas has, quod ego* Robertus *filius* Gilberti *de* **Tadwelle**, *per concessionem hæredum meorum, & uxoris meæ* Matildis, *dedi sanctimonialibus de* **Redington**, *terram quæ vocatur* **Careldale**, *& illam aliam terram quæ in circuitu ejus continetur, & unum molendinum quod est juxta* **Halington** *in occidentali parte, & vivarium ibi juxta positum; quod excambiavi à fratre meo* Ranulfo. *Et etiam illud pratum totum, quod vocatur* **Ulvesholm**; *scilicet, totum illud quod* Germundus *tenuit; & insuper unam salinam juxta mare. Hæc omnia dedi predictis sanctimonialibus, in puram elemosinam perpetuò possidenda libera & quieta ab omni terreno servitio, & ab omni terreno dono. Hujus donationis testes sunt* (&c.)

Carta Regis Johannis *donationes concessiones recitans & confirmans:*

Carræ 1. *Jeb.* parte 2. n. 93. *Johannes* Dei gratia, &c. Sciatis nos concessisse, & hac carta nostra confirmasse Deo, & sanctæ *Mariæ*, & sanctimonialibus de **Lakeburne**, totam ecclesiam de **Faleftozp**, cum omnibus pertinentiis suis in puram & perpetuam elemosinam, quam habent ex dono *Rogeri* de **Faleftozp**, & *Murielis* sponsæ suæ. Et præterea quicquid *Robertus* filius *Gilberti* habuit dominii, & donationis in septem subscriptis ecclesiis, quæ fundatæ sunt in feodo, quod fuit ipsius *Roberti*, & patrimonio suo, quas habent de dono ejusdem *Roberti*; scilicet ecclesiam de **Retheby**, cum omnibus libertatibus, & pertinentiis suis: Et ecclesiam de **Halington** cum omnibus pertinentiis, & libertatibus suis: Et ecclesiam sancti *Petri* de **Saltfleetby**, cum omnibus pertinentiis, & libertatibus suis. Et duas ecclesias in **Somercotes**, simul cum omnibus pertinentiis, & libertatibus suis. Et ecclesiam de **Cuneigesholm**, & medietatem ecclesiæ de **Lekeburne**; & medietatem ecclesiæ illius, quam tenuit *Hogrim* sacerdos in **Thedleftozp**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis. Concessimus etiam & confirmavimus illam viam, quæ jacet ex **sud**-parte rivi, currentis juxta abbatiam suam, & illam viam quæ jacebat ex **nozd**-parte rivi inter abbatiam, & molendinum suum, & quicquid includitur infra curiam suam, de feudo *Willielmi* filii *Amfridi*, & *Fulconis Ribaldi*, & hæredum eorum, quæ habent ex dono *Willielmi* filii *Amfridi*, & *Fulconis Ribaldi*, & *Willielmi* filii *Roberti*, & totius villatæ de **Lekeburne**. Quare volumus (*&c.*) Datum per manus S. *Walteri* archidiaconi, & *J.* de **Ozay**, Apud **Lichefeld** tertio die Aprilis anno regni nostri primo.

STRATMARGELLENSIS
Abbatia, alias dicta, vallis Crucis, in agro Montgomerensi,
* *fundat. an. MClxx.*

* Chron. Sirewburg. Cestr. in bibl. Cottonianæ

Fundationis carta per Madocum Griffini *filium.*

Carr. 23 E 1. n 17. per inspex. NOtum sit omnibus tam præsentibus quam futuris quod ego *Madocus Griffini* filius, eternæ patriæ desiderio, & caritatis intuitu, non transitoriæ laudis apetitu, dedi & concessi & hac præsenti carta mea confirmavi Deo & beatæ *Mariæ* & monachis de **Stratmarchell**, villam quæ vocatur **Llyniequeckell** cum omnibus terminis suis ad construendum ibidem monasterium in honorem Dei & beatæ genetricis, semperque virginis *Mariæ*; & ut conventus *Cisterciensis* ordinis ibi jugiter Deo militaret. Hanc inquam dedi rogatu venerabilium personarum, videlicet iiij. abbatum quorum ista sunt nomina,

Petrus

Petrus dictus abbas de *Alba Domo, Deniawal* de **Stratſtur**, *Philippus* abbas de **Stratmarhell**, *Rind.* de **Cumhir**. Dedi eciam prædictam villam jam dicto conventui *Ciſtercienſis* ordinis ibidem Deo ſervienti liberam & quietam. Cui eciam alias terras dedi & conceſſi quas hæreditario jure apud **Powys** poſſidebam quarum iſta ſunt nomina. **Lauhekeneyl** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. **Kynderth** cum omnibus pertinentiis ſuis. **Banhadlen** cum omnibus terminis ſuis, medietatem villæ quæ dicitur **Buducure** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. **Creychanch** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. **Cumbzuynanch** cum omnibus terminis ſuis. **Beneuilluheſten** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. **Long** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. Medietatem villæ quæ dicitur **Pyſtuyz** cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis. Et de aliis terris particulas quaſdam inde de **Wrechteſham**, & de **Berertesham**, & de **Actun**. Has itaque jam nominatas terras dedi Deo & beatæ *Mariæ* & monachis *Ciſtercienſis* ordinis apud *Vallem Crucis* Deo ſervientibus liberas & quietas & immunes ab omni exactione & ſervitute ſeculari cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis in boſco in plano, in aquis in ſilvis, in molendinis in pratis in paſcuis, in lignis tam ſuccidendis quam cremabilibus, in lapidibus efodendis ſive tollendis. Et ut hæc mea donatio rata ſit & apud poſteros firma & ſtabilis imperpetuum, multorum virorum ateſtatione & ſigilli mei munimine confirmavi. Hiis teſtibus, *Phill.* abbate de **Polatphill**, abbate de *Valle Crucis*, *Hugone* monacho, *J.* monacho, *R.* converſo. De laicis *Keirradauch* filio *Hugonis*, & *M.* & *G.* fratribus ejus. *Edaweyn Seys*, & *J.* fratre ejus, & multis aliis.

Alia ejuſdem *Madoci* carta.

Universis ſanctæ matris eccleſiæ filiis tam præſentibus quam futuris. Notum ſit omnibus quod ego Madocus *filius* Griffini *conſenſu & aſſenſu domine* I. *uxoris meæ, proſalute animæ noſtræ & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum dedi conceſſi & hac præſenti carta mea confirmavi Deo & beatæ* Mariæ *& monachis de* Valle Crucis *in puram & perpetuam & pacificam elemoſinam abſque ulla exactione & conſuetudine ſeculari vel eccleſiaſtica, totam villam quæ dicitur* **Lunegueſtel**, *& villam de* **Lanegemel**; *& villam de* **Hallhtun** *& terram quæ dicitur* **Tonc**, *& portiunculam quam prædicti monachi habent de* **Hacum** *& terram quam habent de* **Wrethteſſam**, *& de* **Breichanc**, *& dimidietatem villæ quæ vocatur* **Euchuchze**, *&* **Hahadlen**, *cum* **Bzomanc**, **Campzoulh**, **Gunerich**, **Peiboch**, *& cum* **Beſil**; *& dimidietatem villæ quæ dicitur* **Pictuir**, *&* **Benen**, **Lueſten** *cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis, ſicut eorum carta proteſtantur, in boſco in plano in pratis & paſturis in aquis & molendinis in moris in campis & ſilvis in omnibus libertatibus & conſuetudinibus bonis in omnibus utilitatibus & commodis ſuper terram & ſubtus quiètè ab omni moleſtatione in perpetuum poſſidendas. warantizabimus eciam eaſdem terras dictis monachis pro poſſe noſtro contra omnes homines in perpetuum. Quicunque contra hanc donationem noſtram prædictos monachos ſuper prædictis terris moleſtare preſumpſerint, conſenſimus eciam ut viri eccleſiaſtici auctoritate ſanctæ eccleſiæ eorum inſolentiam compeſcant. Facta eſt hæc donatio noſtra anno incarnationis dominicæ MCCxxij.* Hiis teſtibus, A. 1222. Owem Mab, Trahaiarmh. Yenvaf *filio* Maredud. David Rouſſo. Jorverth Mab. Rachwallann. Seiſel *decano de* **Cognain**. Johanne Ruſſo. *De religioſis autem.* I. *tunc temporis abbate*, I. *ſuppriore.* G. *magiſtro converſorum*, & R. *monacho*, & *multis aliis.*

Carta Oueni *filii* Griffini.

Cart. 13 E. 2. n. 21.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ego *Oueus* filius *Griffini*, intuitu caritatis, pro ſalute animæ meæ, & anteceſſorum meorum, patris videlicet mei, & matris meæ, cæterorumque prædeceſſorum meorum conceſſi & dedi fratribus *Ciſtercienſis* ordinis, eccleſiæ ſcilicet beatæ atque perpetuæ virginis *Mariæ* de *Alba domo*, **Stratmarghell**, hiis contentam finibus; Ab uno latere **Hauren**, uſque ad foſſam quæ eſt inter **Rideſhin** & **Crengat**; & ab eadem foſſa uſque ad puteum ovium, & ſic circuiens clarum nemus terminus protenditur uſque ad patibula; abhinc vero procedit inter pratum et ſilvam uſque ad rivulum aquæ; dehinc autem per medium nemus uſque ad rivum qui eſt in lata villa; quo diſterminante, progreditur uſque ad terminum **Argemunte**; & ab ejuſdem termino per ſupercilium clivi **Wozgy**, uſque puteum caballi, & ſic concluditur in **Hauren**; liberam & quietam ab omni conſuetudine, & redditu decimarum, aliarumque conſuetudinum reſpectibus, in boſco, & plano, & aquis, cæteriſque omnimodis utilitatibus, ad ædificandam abbatiam Deo in honore ſemper virginis *Mariæ*. Teſtificantibus hiis, *Davide* filio *Goliunn*, *Suglen* filio *Carodauc*, *Johanne* filio *Guardwot*, *Beauvoir* clerico. Laicis *Gorgenn* filio *Griſini*, *Salve* filio *Chengret*, *Meurich* filio *Griſini*, *Chewellni* filio *Delſini*, *Jorverd* filio *Wiannd*, *Caldeldellin* filio *Rogeri*, & fratre ejus *Chengret*, *Riarval* filio *Buder*, *Roberto* filio *Caradauc*.

STANLAWENSIS

Abbatia in agro Ceſtrenſi, * *fundata anno* MClxxij. *poſtea verò ad* **Whalley** *tranſlata.*

* Chron. S. werburg. Ceſtr. in bibl. Cotton.

Carta fundationis per Johannem *conſtabularium* Ceſtriæ.

Ex regiſtro de Whalley penes Radulphum Aſhton militem & bar. a. 1627.

UNiverſis ſanctæ matris Eccleſiæ filiis, tam præſentibus quam futuris, *Johannes* Conſtabularius *Ceſtriæ*, ſalutem. Sciatis me dediſſe, & hac præſenti Carta mea confirmaſſe Deo & ſanctæ *Mariæ*, & Abbati atque Monachis de **Stanlawe**, ad conſtruendam Abbathiam ordinis *Ciſtercienſis*,

Vide Pat. 2 E. 2. part. 1 m. 23.

sis, ipsum locum **Stanlawe**, quæ, mutato nomine *Benedictum-locum* vocari volumus; Et villam unam quæ vocatur *Seaneya*, & alteram villam quæ vocatur **Mauricaceston**, cum omnibus pertinentiis earum; in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in viis, in semitis, in aquis in piscariis, in mariscis, in molendinis, & in omnibus aliis etiamentis suis, liberas & quietas ab omni terreno servitio, & seculari exactione; pro salute animæ meæ, & patris mei, & meæ, & uxoris meæ, & omnium antecessorum & hæredum meorum, in puram & perpetuam elemosinam. Concessi quoque eis in perpetuam elemosinam quietantiam Tolnei in emptione & venditione omnium rerum suarum per totam terram meam; necnon & quietantiam tolnei de proprio blado suo, in molendinis meis. Dedi etiam eis Messuagium unum in villa *Cestriæ*, cum omnibus edificiis suis, quod habui juxta ecclesiam sancti *Michaelis*, similiter in puram & perpetuam elemosinam cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis: Et quando ego & hæredes mei voluerimus, in domo prænominata placita nostra tenebimus, & ad expensas nostras hospitabimus. Hæc verò omnia prænominata ego *Johannes* & hæredes mei erga Regem, & Comitem *Cestriæ*, de omni terreno & forensi servitio, quod ad prædictas terras pertinet, warrantizabimus, & acquietabimus, & contra omnes alios homines, in omnibus, & ubique warantizabimus, manutenebimus & defendemus; Et quicunque hanc meam elemosinam destruere vel minuere voluerit, destruat eum Dominus, & ejus maledictionem, & omnium sanctorum & meam habeat. Hanc autem elemosinam dedi & concessi liberam & quietam, atque honorificam sicut ulla elemosina liberius & quietius, atque honorificentius dari potest, Anno ab
A.1178. incarnatione Domini millesimo centesimo septuagesimo octavo. Hujus autem donationis & confirmationis testes sunt isti. *Robertus* decanus de **Donnington**, *Nicholaus* persona de **Warnham**, *Radulphus* sacerdos de **Swallow**, *Simon* sacerdos de **Elton**, *Gregorius* sacerdos de *Castello*; *Gaufridus* monachus de *Parco*, *Symon* monachus de **Cumbermere**, *Henricus Biset*. *Johannes* de *Daville*, *Martinus Angevinus*, *Hugo* de **Dutton**, *Johannes* filius *Thurstani*, *Ranulphus* filius *Gilberti*, *Gilbertus* filius *Ranulphi*, *Matheus* filius *Johannis*, *Johannes* filius *Affr*. *Richardus Ayton*, *Willielmus* filius *Richardi*, *Robertus* venator, *Adam* de **Dutton**, *Hugo* suus frater, *Robertus* filius *Rogeri*. *Rogerus* **Burdon**, *Gaufridus* de **Peringe**, *Willielmus* **Benvena**, *Ricardus* de **Cheile**, *Fulco* dispensator, *Henricus* de *Alintona*, *Petrus* de **Sandall**, *Willielmus* clericus de **Cambzakbelle**, *Osbertus* mareschallus, *Willielmus* **Legat**, apud **Donnington**.

Carta *Johannis Constabularii*, de marisco & fundatione de **Stanlawe**.

lb.f.31.b UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris Johannes *Constabularius* Cestriæ *salutem*. *Notum vobis facio, quod ego* Johannes *Constab*. Cestriæ, *construxi quoddam cœnobium monachorum in terra mea, de proprio feudo & baronia mea, quod* **Stanlawe**, *sive* locus Benedictus *dicitur, quod dedi & concessi, & charta mea confirmavi abbati & monachis ibidem Deo servientibus cum omnibus pertinentiis & libertatibus, & liberis consuetudinibus quas ego vel antecessores mei unquam habuerunt in terra illa, libere & quiete & absque omni exactione seculari. Scire etiam omnes volo, literatos & laicos, præsentes & futuros, & firmiter tenere, quod nullus vicinorum prefati cœnobii in pastura mariscí quod dicitur* **Rythemarsh** *communionem de jure vel debito, sine gratuita voluntate abbatis, aut fratrum prædicti loci, habere debet. Sed neque abbas vel monachi* Cestriæ *in festivitate sancti* Johannis *ad nundinas in prædicto mariscо herbam vel juncum ad legas suas tegendas ex jure vel debito, vel aliqua consuetudine, sive bona voluntate, aut gratuita permissione abbatis aut fratrum* loci Benedicti *habere debent, quia nunquam temporibus meis, aut antecessorum meorum, alio modo habuerunt.*

Querela abbatis de **Salleye** *de translatione abbatiæ de* **Stanlaw** *ad ecclesiam de* **Whalley**.

HÆc sunt gravamina quibus abbas & conventus de **Salleye**, se conqueruntur aggravari, de translatione abbatiæ de **Stanlawe** ad ecclesiam de *Whalleya*. lib.f.

Primum est quod abbatia de *Whalleya* nimis propè scituata est ad abbatiam de *Salleya*, contra constitutiones ordinis.

Secundum est, quod monachi de *Whalleya* modò occupant, & expendunt decimas ecclesiæ de *Whalleya*, quas monachi de *Salleya* solebant emere tempore domini *Petri* de *Cestria* Rectoris dicti ecclesiæ, & tempore omnium prædecessorum suorum ad sustentationem suam, pro majori parte, sed modo impediuntur per prædictos monachos de *Whalleya* ad dampnum ipsorum de *Salleya* c. sol. per annum.

Item monachi de *Whalleya* modò discurrunt per se, & per suos servientes, & procuratores infra patriam de **Craven**, & in foro dicti abbatis de *Salleya* emunt omnimoda blada quæ monachi de *Salleya* emere solebant ad sustentationem suam, & venduntur modo eis blada infra **Craven** carius, causa illorum, omni anno ad tertium denarium, ad dampnum ipsorum x.l. per annum, quia oportet ipsos de *Salleya* emere bladum suum, & cariare per xl. sine ix. leugas pessimæ viæ si vivere volunt.

Item quod butirum, & caseus ex quo venerunt dicti monachi, apud *Whalleyam*, venduntur carius monachis de *Salleya* ad tertium denarium, ad dampnum eorum xl.s. per annum.

Item quod maremium, quo monachi de *Salleya* ædificare deberent, & ædificia sua sustentare, venditur eis carius ad quartum denarium ratione quod monachi de *Whalleya* modo ædificant, & imposterum ædificare intendunt, ad dampnum ipsorum de *Salleya* xxx.s. per annum.

Item ferrum, & sal venduntur eis carius, causa illorum ad tertium denarium ad dampnum illorum de *Salleya* xx.s. per annum.

Item venditores tanæ in partibus illis sperantes monachos de *Whalleya* magnam tanam-

am habituros, tanam carius vendunt ad tertium denarium, unde tanaria de *Salleia* ferè deſtructa eſt, ad dampnum ipſorum c.s. per annum.

Item pices rarius veniunt ad *Salleyam* cauſa illorum, & venduntur carius eis cum veniunt, ad tertium denarium, ad dampnum illorum xl.s. per annum.

Item aucæ, gallinæ, ova, & cætera minuta neceſſaria, carius venduntur eis ad tertium denarium quia rarius inveniuntur, ad dampnum illorum xx.s. per annum.

Summa omnium dampnorum xxvij.l. x.s.

Concordia hujus querelæ.

CUm mota eſſet contentio per abbatem & conventum de *Salleya* contra abbatem & conventum de *Whalleya* ſuper quibuſdam articulis de nimia propinquitate, & majori cariſtia venalium cauſa propinquitatis abbatiæ de *Whalleya* ad *Salleyam*, datis judicibus a capitulo generali, domini videlicet de *Ryevalle*, & de *Bellalanda* abbatibus, qui dictam cauſam ſecundum conſuetudinem ordinis pace vel judicio terminarent. Tandem vocatis, & aſſiſtentibus partibus coram dictis judicibus in eccleſia *Heſpitalariorum* juxta S. *Botulphum* in craſtino S. *Petri* ad vincula anno D. MCCCv. mediantibus venerabilibus patribus de **Revesby** & **Swinſheaved** abbatibus & annuentibus præfatis judicibus, in hac forma amicabiliter conquievit; videlicet quod ſopitis & extinctis penitus omnibus querelis de temporibus retroactis, deinceps utraque pars, bona fide, alterius negotium tanquam proprium promovebit, comodum, & proficuum procurabit; & ſi forte monachi vel converſi de *Whalleya* contra domum de *Salleya* in aliquo notabiliter exceſſerint, cum de tali tranſgreſſione, abbati & conventui de **Whalley** manifeſte conſtiterit, delinquentes ad abbatiam de *Salleia* ſine mora mittentur puniendi in capitulo monachorum ſecundum quantitatem delicti, & ad arbitrium præſidentis; & ſi a parte ipſorum de *Salleya* aliquid tale contigerit, per ipſos de *Whalleya*, ſimiliter punientur. Et ſi illi de *Whalleya* decimas venales habuerint, quas abbas & conventus de *Salleya*, ſuis uſibus viderint competentes, vendentur eis citius & liberius, quam aliis, ſaltem pro precio quod alii dare volunt. In cujus rei teſtimonium tam partes quam judices & mediatores huic ſcripto cyrographato ſigilla ſua appoſuerunt. Datum apud ſanctum *Botulphum* die & anno ſubſcriptis.

Ex cartul. S. *Johan.* de *Pontefracto* penes *Thomam Widdrington* equit. aurat.

De Eccleſia de Whallea *data, & poſtmodum abrepta Prioratui ſancti* Johannis *de* Pontefracto, *& data Abbati de* **Stanlawe**, *& de amotione Monachorum de* **Stanlawe** *uſque ad* **Whalley**, *& de aliis occurrentibus nota digna.*

QUidam anteceſſorum Comitis *Lincolniæ*, *Hugo* de **Lavale** nomine, dedit jus patronatus eccleſiæ de **Whalley** priori & conventui de *Pontefracto* per Cartam ſuam quam habent. Qui preſentaverunt ad eam ſucceſſivè *A.B.C.D.* qui omnes prædicti admiſſi & inſtituti fuerunt; inter quos erat quidam nomine *Sparlinge*, quo defuncto, ſucceſſit ei quidam *Liwlphus*, qui cognominabatur, *Cuttewulfe*, eo quod ſedens quadam vice in foreſta de **Rossendale**, ad locum qui vocatur **Levmeſgreve**, reſpiciendo Canes ſuos currentes, Lupum quendam juxta ſe currentem decaudavit; defuncto verò prædicto *Liwlpho*, quidam prædeceſſor dicti Comitis, vacante dicto Prioratu, & in ſua cuſtodia exiſtente, præſentavit, nomine cuſtodis, quendam *Galfridum* ad eandem, qui duxit in uxorem filiam domini *Goſpatricii* de **Samelesbury**, de quo genuit filios & filias, de quorum progenie multi adhuc nobiles in partibus illis manent. Defuncto prædicto *Galfrido*, ſucceſſit ei *Galfridus* filius ejus, quaſi nomine hæreditario, gratia, ſuper hoc, priùs à curia Romana impetrata; quo defuncto quidam anteceſſor dicti Comitis præſentavit quendam *Rogerum*, & poſt ipſum, *Petrum* de *Ceſtria*, prædictis Priore & Conventu reclamare non audentibus. Vivente autem *Petro* de *Ceſtria* prædictus Comes *Lincolniæ*, *Henricus* de **Laſcy** nomine, dedit Patronatum prædictæ Eccleſiæ de **Whalley**, *Coventrenſis* & *Lichefeldenſis* dioceſis, Abbati & conventui de **Stanlawe**, ordinis *Ciſtercienſis* dictæ Dioceſis, recepta priùs ab eis litera obligatoria quod quotieſcumque vacaret, preſentaret ad eam quem ipſe aut hæredes ſui vellent, & non alium, niſi poſſent eam in proprios uſus impetrare; Qua impetrata, augmentarent numerum ſolitum Monachorum; Ita quod ab illo tempore eſſent ſexaginta, ubi priùs fuerunt quadraginta, & quod Monaſterium ſuum ad territorium dictæ Eccleſiæ transferrent, Poſtea *Nicholaus* Papa quartus conceſſit eis appropriationem ejuſdem (cedente vel decedente Rectore) ſalvis congruis portionibus pro Vicaria. Poſtea Papa *Bonifacius* revocavit appropriationes conceſſas per prædictum prædeceſſorem ſuum *Nicholaum*, de quibus non habebatur ipſo die jus in re licet ad rem. Poſtea deceſſit prædictus *Petrus* de *Ceſtria* octodecimo kalendas Januarii, anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto, quondam ad præſentationem avi dicti Comitis, id eſt, domini *Johannis* de **Laſcy** inſtitutus, qui in vita ſua nunquam cedere voluit; Quo defuncto, prædictus *Henricus* de **Laſcy** Comes, tanquam in jure proprio exiſtens, ingreſſus eſt ad dictam eccleſiam, dictos religioſos multis diebus excludendo, qui pro ingreſſu habendo remiſerunt & quietum clamaverunt, dicto Comiti & hæredibus ſuis imperpetuum, quandam capellam infra limites dictæ Eccleſiæ exiſtentem valentem annuatim centum marcas ſterlingorum, & alias multas libertates infra foreſtas dicti comitis, dictæ eccleſiæ ab antiquo ſpectantes, ut venandi & feras omni tempore anni, ad libitum capiendi; & ſic lectis ante fores dictæ eccleſiæ ſuper hiis inſtrumentis, die purificationis ſanctæ *Mariæ*, poſt revocationem prædictam, adepti ſunt ingreſſum, nullum jus ad appropriationem prædictam, ut prædictum eſt, habentes, præſente populo non parvo & clamante, *ve vobis Simoniacis*. Poſtea compoſuerunt cum domino *Rogero* de **Beaulande** tunc epiſcopo contra hujuſmodi ingreſſum provocante, appellante, & ſequeſtrum interponente, de CCCl. marcis ſterlingorum, de quibus

poſt

post obitum suum satisfecerunt executoribus dicti episcopi de centum libris sterlingorum, obligantes se & successores suos ad anniversarium dicti episcopi imperpetuùm pro residuo faciendum, & sic pacto, & pretio mediantibus, adepti sunt possessiones dictæ ecclesiæ, nullum jus habentes ad ejusdem appropriationem. Et sic lapsu temporis duodecem annorum devolvitur collatio ejusdem ad dominum Papam, eo quod de jure vacaret per idem tempus. Ex præmissis patet quod Prior & conventus prædicti habent cartam, & sesynam quod non est aliud nisi præsentatio cum effectu. Abbas & conventus prædicti habent cartam solomodo sine sesyna, eo quod nunquam præsentaverunt. Ecclesia verò prædicta valet singulis annis ad minus, deductis expensis, quinquaginta marcas sterlingorum. Qualiter postea impetraverunt confirmationem prædicti Papæ *Bonefacii* (nulla facta mentione de conventionibus prædictis,) & confirmationem episcopi qui tunc temporis fuit, pro mille marcis sterlingorum, & confirmationem capitulorum *Conventrensis* & *Lichefeldensis*, & loci archidiaconi pro quindecem libris sterlingorum, annue pensionis imperpetuùm solvendis, non est opus exprimere; Set errores prædictos radicis infecte. Hoc autem sciendum quod omnia præmissa notoria sunt, & quod ab ingressu dictorum religiosorum in dictum beneficium de malo in pejus, usque ad hodiernum diem, ad scandalum cleri, & populi dissentio semper pullulavit. Et sciendum quod omnes rectores dictæ ecclesiæ usque ad tempus domini *Petri* de *Cestria* cognominabantur decani, & non rectores. Nuper decessit vicarius dictæ ecclesiæ, cujus portio, secundùm ordinationem ordinariorum valebat annuatim centum libras sterlingorum. Et præsentatus est ad vicariam, nuper ordinatam per dominum Papam, nunc quidam capellanus, contra cujus ordinationem appellatum est per episcopum & archidiaconum. Et causa per impletionem, similiter & collatio, eo quod de jure, & de facto, per annum & dimidium jam vacavit, devolvitur ad Papam.

De statu de Blagbornesbire.

Ecclesiæ de Whalleya *prima fundatio per* Augustinum *archiepiscopum* Doroverniæ, *aliarumque ecclesiarum infra limites de* **Blagburnesbire.** *Successio decanorum in eadem. Ejusdem appropriatio, & concessio monachorum de* **Stanlawe** *per* Johannem *de* **Lasey** *comitem* Lincolniæ, *cum multis rebus dignissimis.*

Ex autenticis nuper penes *Radulfum Dissetum Barones.*

MEmorandum quod tempore *Ethelberti* Regis *Anglorum* qui cœpit regnare, anno Domini Dxcvj. eo videlicet tempore beatus *Augustinus Anglorum* apostolus missus per beatum *Gregorium* Papam, tertio papatus anno, ad instantiam, & rogatum dicti Regis prædicavit in *Anglia*, & fidem docuit Christianam, fuit apud **Whalley** in **Blagbornshire**, ecclesia quædam parochialis constructa, in honore omnium Sanctorum, In cujus quidem ecclesiæ cimiterio erant cruces quædam lapideæ tunc erectæ & vocatæ à populo, cruces beati *Augustini*, quæ sub eodem nomine usque hodiè ibi durant, appellataque erat, tempore illo, ecclesia supradicta *Alba ecclesia subtus* **Legh.** Infra fines autem & limites parochiæ ejusdem ecclesiæ continebantur tunc temporis, tota **Blagburnshire** & tota **Boland**, & sic annis plurimis perdurabant. Post hæc autem crescente fidelium devotione, numeroque credentium augmentato in partibus illis, constructæ fuerunt aliæ tres ecclesiæ infra **Blagbornshire**; videlicet ecclesia de **Blagborne**, ecclesia de **Theppen**, & ecclesia de **Ribblechester**; parochiæ ecclesiarum earundem ab invicem distinctæ, & certis undique limitibus designatæ, prout in præsens usque continuè perseverant & apud omnes partibus illis innotescunt. His autem temporibus, dum dictæ ecclesiæ taliter fuerant ordinatæ non erat in **Blagbornshire** apud **Clitherowe**, vel alibi, castrum ædificatum, neque capella quæcunque, præter ecclesias supradictas, nec dominus aliquis qui patrocinium dictarum ecclesiarum vel alicujus earundem ullatenus vendicaret; Sed rector quilibet terram & villam in qua ecclesia sua fuerat situata, tanquam dotem ecclesiæ suæ tenuit & possedit; ipsamque ecclesiam suam sic dotatam tanquam patrimonium suum & hæreditatem propriam gubernavit; successoremque sibi de filiis vel amicis suis liberè subrogavit, interveniente duntaxat acceptatione seu institutione episcopi *Lichefeldiensis*; fuerantque dicti rectores de **Whalley** & de **Blagborn**, præcipuè, homines uxorati, & domini villarum. Et quidam de **Whalley** decani, non personæ, fuerunt appellati. Cujus causa verisimilis estimatur, quod tempore fundationis ejusdem ecclesiæ, & per tempora diu postmodum subsequentia, populus illarum partium tam rarus fuerit, tamque indomitus & silvestris, tanta insuper vulpium, & ferarum nocivarum ibidem existerat multitudo, necnon locus quasi hominibus inaccessibilis adeo videbatur, quod tam episcopi ejusdem loci qui pro tempore fuerant, quam ipsorum officiales totam jurisdictionem ordinariorum parochiæ supradictæ, pertinentem ad officium communium decanorum, præfatis rectoribus propter incommoditates præhabitas penitùs reliquerunt, & quasi jugiter commiserant, causis difficilioribus & arduis duntaxat episcopo reservatis. Undè ex hujus decanatus officio quod successivè & continuè exercebant, non rectores, sed decani à populo vocabantur; Ac per hunc modum ordinabantur ecclesiæ usque ad tempus Regis *Willelmi* conquestoris, scilicet per CCCClxx. annos, & post tempus ejusdem Regis *Willelmi* conquestoris usque ad concilium *Lateranense* (1215.) prout ex antiquis & veracibus cronicis satis liquet. Quis autem dominium de **Blagbornesbire** tenebat ante tempus dicti Regis *Willelmi* sub certo in cronicis non habetur. Vulgaris opinio tenet, & asserit quod quot fuerant villæ vel mansæ, seu maneria hominum, tot fuerant domini, nedum in **Blagbornshire**, verum etiam in **Rachdale**, **Tottington**, & **Boland**, & toto convicinio adjacente, quorum nullus de alio tenebat, sed omnes in capite de ipso domino Rege. Memorandum quod rectores de **Whalley** ab antiquo fuerunt uxorati, & decani vocabantur, non rectores aut personæ; tenebantque dictam ecclesiam, una cum ecclesia de **Rachedale**, jure quo-

dam hæreditario. Ita quod semper filius patri, vel frater fratri, aut alius parens proximior in jure, possessione dictarum ecclesiarum hæreditariè succedebat; sic videlicet, quod defuncto quocunque decano de **Whalley**, statim filius ejus, aut frater, aut alius parens ad quem jus hæreditarium dictarum ecclesiarum pertinebat offerret se domino de **Blagbornshire** tanquam hæredem proximum earum ecclesiarum, & acceptis ipsius domini litteris hoc testantibus, ad episcopum loci ordinarium, presbiteros aliquos, in prædictis ecclesiis, & earum capellis, servituros, ad eundem episcopum cum suis & præfati domini litteris transmitteret pro cura parochianorum subeunda, vel saltem pro licencia, & potestate ministrandi ecclesiastica sacramenta in eisdem ecclesiis, & capellis. Et per istum modum regebantur ecclesiæ supradictæ usque ad concilium prædictum *Lateranense*. Et sciendum quod primus rector, sive decanus ecclesiæ de **Whalley**, de quo, in registro diocesanorum *Licheſeldienſium* mentio reperitur vel cujus nominis est memoria in cronicis, vel apud plebem vocabatur *Spartlingus*, vocabatur decanus de **Whalley**, cui successit *Liwlphus Cutwolfe* filius suus & hæres, decanus ejusdem ecclesiæ appellatus. Post hunc successit *Cudwolfus* ejusdem ecclesiæ decanus. Huic etiam successit *Henricus* senior hæres, similiter ejusdem ecclesiæ decanus. Post quem *Robertus* filius suus & ejusdem ecclesiæ decanus, & huic successit *Henricus* junior filius & hæres, ejusdem ecccleſiæ decanus. Cui successit *Willielmus* decanus. Post hunc successit *Galfridus* senior, ejusdem ecclesiæ similiter decanus. Iste *Galfridus* senior desponsavit filiam domini *Rogeri* de **Lasey** tunc domini de **Blagbornshire**, Huic etiam *Galfrido* successit *Galfridus* junior filius suus & hæres, ejusdem ecclesiæ decanus, cui successit *Rogerus* filius etiam suus & hæres, qui ultimus ejusdem ecclesiæ decanus, existit nominatus, nec ex tunc permittebatur successio hæreditaria in decanatu, vel in possessione ecclesiæ supradictæ, quæ per homines uxoratos, & successione hæreditaria, ut præmittitur, solebat antiquitùs occupari, obstante concilio *Lateranensi* tunc temporis celebrato clericis quibuslibet, & ecclesiarum rectoribus, continentiam imponente.

Quamobrem dictus *Rogerus* continenter vixit & ad sacerdotalem se fecit ordinem promoveri. Consideransque quod beneficia ecclesiastica juxta ordinationem concilii supradicti non debebant ex tunc per concessionem hereditariam occupari, volensque nobili viro domino *Johanni* de **Lasey** comiti *Lincolniæ*, ac domino de **Blagbornshire** cognato suo placere, & jus patronatus totius ecclesiæ suæ de **Whalley** cum capellis, sibi & hæredibus suis confirmare, ac ipsum transferre, cessit Rectoriæ & Decanatui ecclesiæ suæ prædictæ, ut sic jus presentandi ad personatum ejusdem ecclesiæ per dictum comitem & hæredes suos, quantum in ipso fuerat, evidentius affirmaret, solum sibi retinens, per assensum episcopi, ejusdem ecclesiæ vicariam, unde dominus comes ad personatum dictæ ecclesiæ de **Whalley** quendam clericum suum *Petrum* de *Ceſtria* presentavit. Qui quidem *Petrus* extitit primus ejusdem ecclesiæ persona nominatus; atque ad præsentationem ejusdem domini comitis ab episcopo *Lichfeldensi Alexandro*, admissus ad eundem personatum & institutus canonicè ac inductus, & eandem ecclesiam ex tunc tenuit, & possedit per totam vitam suam, videlicet per quinquaginta novem annos, & amplius. Idem tamen *Petrus* pro tempore dicti *Rogeri*, non habuit de prefata ecclesia nisi quinquaginta marcas annuæ pensionis nomine rectoriæ suæ, & dictus *Rogerus* totum residuum ecclesiæ habuit dum advixit, nomine vicariæ, prout in literis præsentationis, & institutionis dicti *Petri*, & ordinationis episcopi inde factis, satis liquet. Huic autem *Petro* successerunt in personatu prædicto, Religiosi viri, abbas & conventus vocati, quondam de **Stanlaw**, nuper de **Whalley**, & intraverunt in manerium de **Whalley**. (Domino *Gregorio* de **Norbury** tunc abbate) septimo idus Aprilis anno regni regis *Edwardi* viginti quatuor, ætatis verò domini *Henrici* de **Lasey** comitis *Lincolniæ*, quadragesimo septimo, Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, anno bissextili littera dominicali G. &c. Sciendum quod prædictus *Galfridus* junior Decanus de **Whalley** fratrem quendam habuit nomine *Robertum*, cui idem *Galfridus* dedit capellam de **Alnetham** nomine vicariæ de **Whalley**, ut patet ex mupimentis inde factis. Qui quidem *Robertus* postmodum ad ecclesiam de **Rachedam**, nomine hujus vicariæ promotus, dedit prædictam capellam cuidam *Henrico* filio filii *Hugonis* de **Clayton** nepoti suo nomine vicariæ prædictæ prout scripta indè facta testantur. Supradictus igitur *Petrus* de *Ceſtria* postquam rectoriam ecclesiæ de **Whalley** integram est adeptus dictam capellam de **Alnetham** ad jus & proprietatem pristinam ecclesiæ suæ de **Whalley**, per viam litis reduxit coram Priore sanctæ *Fredeſwydæ* de *Oxonia*, judice subdelegato in hac parte per Decanum de **Warwyk** principalem delegatum sedis apostolicæ deputatum; coram quo dictus *Petrus* eandem capellam per sententiam diffinitivam judicialiter obtinuit & evicit, videlicet in die crastino cinerum, Anno domini MCCxlj, & sic eadem capella extunc usque in præsens, tanquam capella dependens, & ad eandem ecclesiam pertinens, obtinetur. Supradictus *Rogerus* Decanus considerans quod beneficia ecclesiastica, juxta ordinacionem concilii supradicti non debebant extunc, per successionem hæreditariam occupari, cuidam fratri suo, nomine *Richardo* postmodum dicto de **Townley**, saltèm in parte sui patrimonii de **Whalley**, providere volens, cum in toto non posset, dedit eidem *Richardo* capellam beati *Michaelis*, in Castro de **Cliderow**, per assensum domini *Rogeri* de **Lasey**, domini de **Blagbornshire**, cujus consanguineus erat, una cum dictis oblacionibus & proventibus, eidem capellæ assignatis. Dedit etiam eidem *Richardo* villam de **Townley**, & quam adhuc tenent hæredes ejusdem *Richardi*, & manerium suum de **Coldcotes**, quæ de patrimonio fuerant Decanorum de **Whalley**. Sed prefatus *Petrus*, postquam Rectoriam integram Ecclesiæ de **Whalley**, post mortem dicti *Rogeri* decani, adeptus fuerat, dictam capellam de præfato *Richardo*, tanquam jus & parcellam Ecclesiæ suæ supradictæ repetiit, & obtinuit ab eodem. *Galfridus*

fridus decanus dedit cuidam servienti, nomine *Elie*, pro homagio & servitio suo, totam illam terram suam que fuit *Radulphi Prendfote*, cum omnibus pertinentiis suis; & insuper dedit etiam eidem *Elie*, totam terram suam dominicam ex orientali parte vie que ducit de **Watstuall** apud **Rebed**, cum novo assereto, & totam terram quam poterit assartare à prædicta via in **Carecloghes**, salvo dicto Decano bosco suo, habendum & tenendum dicto *Elie* & hæredibus suis, de ecclesia de **Whalley** & Decano & successoribus suis, reddendo ipsis annuatim tres solidos pro omni servitio ad festum omnium sanctorum &c. que omnia prædicta terra, (*&c.*) Decanus *Petrus* recepit, & suæ ecclesiæ restituit, de quo *Roberto* **Gillechon**, ut luculentius in Cartis inde factis patet. *Galfridus* decanus dedit septem acras & dimidiam in **Rebed**, cuidam *Luce* citharedo, tenendum & habendum de illo, & ecclesia de **Whalley**, (*&c.*) Postea Abbas & Conventus considerantes quod prædictæ terræ (*&c.*) in villa de **Rebede** fuerant libera elemosina & jus pertinens ad ecclesiam suam de **Whalley**, & non laicum feodum *Luce*, & aliorum qui jure hæreditario successivè tenuerunt, tulerunt Breve de juris utrum versus *Johannem* fil. (*&c.*) & per placitum in curia domini Regis recuperaverunt, ut patet in Chartulario de **Whalley** titulo 29. Tempore *Johannis Lindelay* abbatis decima pars manerii de **Rebed** acquisita fuit.

Bulla *Nicholai* quarti Papæ de ecclesia de *Whalleya* approprianda, & de translatione monasterii de **Stanlawe** illic.

Adhuc ex rectro de *Whalley.*

NIcholaus *episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati, & conventui monachorum* Loci Benedicti *de* **Stanlawe**, Cistercien. *ordinis*, Coventrensis & Lichfeildien. *diocesis, salutem, & apostolicam benedictionem. Ordinis vestri sacra religio, sub qua virtutum domino gratum jugiter impenditis famulatum, nec non dilecti filii nobilis viri* Henrici *de* **Lacy**, *comitis* Lincolniæ, *qui pro vobis, devotas per suas literas, nobis supplicationes porrexit consideratio nos induxunt, ut, votis vestris, in hiis favorabiliter quantū cum Deo possumus, annuamus, que vobis dinoscimus opportuna. Sane petitio vestra, nobis exhibita, continebat, quod locus qui dicitur* Locus Benedictus *de* **Stanlawe** Coventrensis & Lichfeildien. *diocesis, in quo monasterium vestrum situm est, per inundationes maris, juxta quod monasterium ipsum consistit, adeo concutitur, & aquis nimiis irrigatur, quæ interdum in dicti monasterii officinis, usque ad trium pedum altitudinem, colliguntur; quod personæ degentes in ipso non possunt ibidem, absque gravi rerum & corporum periculo, remanere. Terra quoque sive possessiones dicti monasterii circa illud consistentes, occasione dictarum inundationum terræ & possessionum superficiem occupancium, adeo sunt destructæ, quod advenientibus ad monasterium, sive recedentibus ab eodem, securus transitus, patere non potest, propter quod verisimiliter formidatur quod prefatum monasterium, in loco ipso versus totalem destructionem, quæ sibi ex fluctuationibus dicti maris imminet, diu subsistere non valebit. Hac igitur venerabilis frater noster* Coventrensis & Lichfeldensis *episcopus, loci diocesanus, diligenter attendens, vobis licentiam authoritate ordinaria tribuit, vos, ad alium locum, quem dictus comes vobis opportunum videritis transferendi; Idem quoque comes monasterii prædicti patronus, cupiens, ad locum ubi ecclesia de* Whalleya *diocesis supradictæ consistit, qui habitationi vestræ admodum est accommodus, vos transferri, jus patronatus, & quicquid juris in ipsa ecclesia continebat, vobis, ea intentione, pia & provida liberalitate, concessit, quod de proventibus, vobis ratione hujus concessionis, licite proventuris, viginti monachi ultra monachorum numerum in dicto monasterio solitum observari, in vestro assumendi collegio, congruam sustentationem haberent, ad quod proventus ipsi dicuntur sufficere competenter; & quod idem viginti monachi, pro nostra, & predecessorum, ac successorum nostrorum, dictique comitis animabus, devotas orationes altissimo effundere tenerentur, bona infradicti monasterii ferè omnia sicut asseritis propè ecclesiam prædictam consistunt. Vos autem premissa sollicitè attendentes, ac pro hoc affectantes ad locum prædictum, ubi ecclesia præfata sita est, transire, & inibi .... tutum domino perpetuum impendere famulatum, & in præfato monasterio, in quo nunc degitis per quatuor monachos in sacerdotio constitutos, continuè facere deserviri, à nobis suppliciter petiistis, ut vobis specialem gratiam facere per quam vestrum in hac parte desiderium valeat adimpleri, paterna diligentia dignaremur: Nos igitur vestris & prefati comitis supplicationibus grato concurrentes assensu, prædictam ecclesiam, cum omnibus capellis, juribus, & pertinentiis suis, vobis, autoritate apostolica, in usus proprios concedimus, à vobis, vestrisque successoribus, in usus ipsos perpetuo retinendam, Ita quod cedente, vel decedente ipsius ecclesiæ rectore, possessionem ejus apprehendere, autoritate propria valeatis, alicujus assensu minimè requisito: vobisque transferendi vos ad locum prædictum, in quo ecclesia præfata consistit, sine juris præjudicio alterius, ac ibidem sub prædicti ordinis observantia imperpetuum remanendi, eadem autoritate, licentiam elargimur: Et quod ipsius ecclesiæ fructus redditus & proventus, in usus proprios possitis convertere supradictos, reservata tamen ex eis vicario perpetuo, in eadem ecclesia servituro, & ad præsentationem vestram, per eundem diocesanum, in ipsa ecclesia instituendo, congrua portione, ex qua commodè sustentari valeat, jura episcopalia solvere, & alia incumbentia ipsi ecclesiæ onera supportare. Nulli igitur (&c.) Dat. ..... x. kalend. Augusti, pontificatus nostri anno .....*

Carta Henrici *de* **Lacy**, *Comitis* Lincolniæ, *de advocatione ecclesiæ de* **Whalley**.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis, ad quos presens scriptum pervenerit, *Henricus* de **Lacy**, Comes *Lincolniæ*, Constabularius *Cestriæ*, & Dominus de *Ros*, & de **Rewenoll**, salutem in Domino. Noveritis nos, caritatis contemplatione, dedisse, concessisse, & hac presenti Carta nostra confirmasse Deo & beatæ *Mariæ*, & Abbati & Monachis nostris, *loci benedicti* de **Stanlawe**, advocationem Ecclesiæ de **Whalley**, illius partis quam prius non habuerant de

dono alicujus anteceſſorum noſtrorum, & ad quam *Petrus* de *Ceſtria* fuit admiſſus, ad preſentationem nobilis viri *Johannis* de **Lacy**, Comitis *Lincolnie*, avi noſtri; Ita quod dicti abbas, & nobis in Chriſto cariſſimi, de cætero habeant jus patronatus totius predictæ eccleſiæ de **Whalley**, cum omnibus pertinentiis, integritatibus, juribus & libertatibus ad ipſam pertinentibus, quantum pertinet ad laicalem donationem, tenendam de nobis & hæredibus noſtris, ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum dictam advocationem, ſive jus patronatus totius eccleſiæ de **Whalley**, cum omnibus prænominatis ad ipſam pertinentibus, in puram & perpetuam elemoſinam, nihil inde nobis, vel hæredibus noſtris faciendo vel reddendo, niſi ſalutaria ſuffragia orationum. Et nos, prædictus *Henricus* & hæredes noſtri dictis Abbati & Monachis noſtris, & eorum ſucceſſoribus, dictam advocationem ſive jus patronatus totius predictæ Eccleſiæ, ut prætactum eſt, contra omnes gentes imperpetuum warantizabimus & defendemus. Conſiderantes etiam, oculata fide dictis Abbati, & Monachis noſtris, nobis in Chriſto cariſſimis, grave periculum imminere, ex vicinitate maris, quod jam terram ipſorum ex una parte Monaſterii conſumpſit, & devaſtavit, & ex alia in proximo eſt conſumpturum, adeò quod per ipſius maris minas, & inſuetas inundationes diutinam moram ibidem facere non poſſunt. Volenteſque quod ad honorem Dei & ad ipſius ſanctiſſimi cultus augmentum, tempore noſtro predictis Abbati & Monachis, & eorum ſucceſſoribus de ſecuritate manſionis provideatur, & ſtatus eorum, tam in numero perſonarum, quam in ſuſtentationis poſſeſſione amplietur: volumus, quantum in nobis eſt, & pro nobis & hæredibus noſtris concedimus, quod dicti viri religioſi periculo maris fugiendo, Monaſterium ſuum, ab eo loco, quo per anteceſſores noſtros fundatum eſt, amoveant, & in terra dictæ Eccleſiæ de **Whalley**, ubicunque ſibi viderint expedire, de novo conſtruant & edificent, Oſſa anteceſſorum noſtrorum, & aliorum ibidem humatorum, per aſſenſum dioceſani epiſcopi, ſecum transferendo, & apud **Whalley**, honorificè recondendo. Quia verò quidam anteceſſorum noſtrorum, *Johannes* de **Lacy** nomine, Conſtabularius *Ceſtriæ*, primus fundator dictæ domus, mutato nomine de **Stanlaw**, voluit *Locum Benedictum* nominari; Nos prædictus *Henricus* eam transferentes, & in loco quieti religioſorum competentiori collocantes, volumus quod idem nomen obtineat, & *locus Benedictus* de **Whalley** appelletur, omneſque terras, poſſeſſiones, tenementa, jura, libertates, paſturas & prata, & omnia quæcunque dicti abbas & monachi habent in feudo noſtro, ex dono ſivè conceſſione alicujus anteceſſorum noſtrorum, ſivè ex dono noſtro, eiſdem, & ſuis ſucceſſoribus imperpetuum poſſidenda & habenda confirmamus, & eiſdem juribus, feoffamentis, & libertatibus gaudeant apud **Whalley**, per nos tranſlati, quibus gaudere ſolebant apud **Stanlaw**, per predictum *Johannem* de **Lacy**, primo fundati. In cujus rei teſtimonium preſenti ſcripto Sigillum noſtrum fecimus apponi. Actum apud *Pontefractum* anno Gratiæ milleſimo ducenteſimo octogeſimo tertio, & anno regni illuſtriſſimi Regis *Edwardi*, filii Regis *Henrici*, xij. in die circumciſionis, ipſo Rege conſentiente. Hiis teſtibus domino *Johanne Beke*, domino *Rogero* de **Trumpington**, domino *Willielmo le Vavaſor*, domino *Jacobo* de **Beeville**, domino *Ada* de **Blagburn**, *Alexandro* de **Riverdall**, *Henrico* de **Clayton**, *Willielmo* de **Hakkings**, & aliis.

1283. 12 E. 1

Capella caſtri de **Cliderow** *ab* Henrico *de* **Lacy** *comite* Lincolniæ, *per vim à matrici eccleſiæ de* **Whalley** *capta.*

MEmorandum quod dominus *Henricus* de **Lacy** comes *Lincolniæ* poſt donationem advocationis eccleſiæ de **Whalley**, per ipſum comitem nobis factam, confirmationemque domini epiſcopi dioceſani noſtri, de donatione ſua ſubſequentem, & appropriationem dictæ eccleſiæ in uſus proprios, per ſummos pontifices nobis perpetuò poſſidendam, dicti domini comitis ſuper appropriatione prædicta expreſſum aſſenſum, & quietam clamationem per ipſum de omni jure, & clamio ſuo, nobis factam; confirmationemque domini regis, ſuper hiis ſubſequentem, pacificamque poſſeſſionem noſtram in eadem eccleſia de *Whalleia*, & ingreſſum, poſt mortem domini *Petri* de *Ceſtria*, ultimi rectoris ejuſdem, decimarum maiorum, & minorum, oblationum, & obvencionum quarumcunque in dicta eccleſia, & in omnibus, & ſingulis capellis ejuſdem perceptionem, dominique epiſcopi dioceſani, & capitulorum ſuorum *Coventrenſis* & *Lichefeldenſis* confirmationem de dicta eccleſia nobis factam, capellam beati *Michaelis* in caſtro de **Cliderhow** ſitam, eccleſiæ præfatæ de **Whalley**, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis annexam, & ab eadem ut à matrice eccleſia dependentem, non aliquo jure quod in ea habebat, aut privilegio per ſummum pontificem, ſed per vim, & magnitudinem ſuæ dominationis, cui ad illam horam reſiſtere nullatenus valebamus, à nobis voluntariè abſtulit, & extorſit, contra formam donationis ſuæ nobis factæ (ut in pluribus inſtrumentis in iſto titulo quinto ſuperius eſt expreſſum) dictamque capellam caſtri de **Cliderhow** cuidam clerico ſuo *Willielmo* de **Munney** dedit, & quantum in ipſo fuit injuſte à matrice eccleſia de **Whalley** abſtulit, & non ſine gravi periculo animæ ſuæ, ſeperavit. Quam quidem injuriam poſt mortem dicti *Henrici* de **Lacy**, comitis *Lincolniæ*, omnes domini dominium de **Blagburnſhire** habentes continuaverunt, dictam capellam diverſis clericis ſucceſſive dantes, qui dictam capellam per donationem laicalem ingreſſi, fructus, & obventiones præfatæ capellæ perceperunt omni autoritate ordinaria circumſcripta; quæ quidem injuria per diverſos dominos continuata fuerat ſucceſſive per longum tempus, uſque ad annum domini *Edwardi* regis *Anglie* tercii poſt conqueſtum quintum. Et in eodem anno dominus *Robertus* de **Topeclif**, tunc abbas hujus domus, petitionem ſuam de jure quod habebat in præfata capella caſtri de **Cliderhow**, ratione eccleſiæ ſuæ de **Whalley** prædictæ, eidem domino regi dedit in pleno Parliamento ſuo, continentem inter cætera quod eadem Ibid.

eadem

dem capella fuit annexa eidem ecclesiæ suæ de **Whalley**; & per potentiam dominationis advocati ejusdem, injustè ablata, & non capella libera, prout idem dominus rex credebat, eo quod non habebat baptisterium, nec sepulturam, nec aliquod privilegium à sede apostolica, quod aliæ liberæ capellæ habent in diversis partibus *Anglie*; sed omnes parochiani ejusdem capellæ baptismum, & sepulturam capiebant in aliis capellis ecclesiæ de **Whalley** supradictæ. Quæ vero petitio dicti abbatis, de consensu Regis, episcoporum, comitum, baronum, & omnium aliorum magnatum *Anglie*, tunc in Parliamento existentium, missa fuit domino cancellario Regis, ut coram eo super eadem fieret diligens discussio, & ad finem debitum duceretur. Prætatoque abbate dictam petitionem suam de Parliamento, in Parliamentum continuè prosequente, cancellarius misit brevia Regis in diversis locis ad inquirendum si aliquid allegari posset, quod dictum abbatem à petione sua excludere valeret. Et cum nihil inveniretur quod contra eum ad cassandam petitionem legitimè objici potuisset, dominus Rex, super præmissis, cum consilio suo, (matura deliberatione præhabita) quicquid juris, vel clamei in advocatione præfatæ capellæ castri de **Cliderhou** habuit, dicto abbati, & conventui, & eorum successoribus de se, & hæredibus suis imperpetuum relaxavit, & cartam suam eisdem inde fecit.

Redditio & quieta clamatio domini Regis de capella castri de **Cliderhou** facta.

EDwardus *Dei gratia Rex* Anglix, *Dominus* Hiberniæ, *& Dux* Aquitaniæ, *omnibus ad quos præsentes litera pervenerint salutem. Licet nuper credentes, nos jus ad collationem capellæ de* **Cliderhou**, *infra castrum de* **Cliderhou** *habere, eandem capellam dilecto clerico nostro* Johanni *de* **Wodehouse**, *dederimus & concesserimus, habendam, cum suis juribus, & pertinentiis universis. Idemque* Johannes *possessionem ejusdem capellæ, virtute donationis, & concessionis nostrarum prædictarum, adeptus fuisset; Quia tamen per diversas evidentias coram nobis & consilio nostro, in diversis parliamentis nostris, ostensas, fumus plenius informati, quod capella prædicta ecclesiæ de* **Whalley** *(quam dilecti nobis in Christo, abbas & conventus de* **Whalley** *tenent in proprios usus) fuit, & est annexa, ut de jure ecclesiæ suæ supradictæ: Volentes ipsorum indemnitati prospicere in hac parte; advocationem capellæ prædictæ, de assensu concilii nostri, præfatis abbati & conventui reddidimus necnon totum jus, & clameum quæ in advocatione illa habemus, eis, & eorum successoribus, pro nobis & hæredibus nostris remittimus, & quietum clamamus imperpetuum, volentes & concedentes, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, quod præfati abbas, & conventus habeant, & teneant capellam prædictam cum suis juribus & pertinentiis quibuscunque sibi, & successoribus suis ecclesiæ supradictæ annexam sicut* Petrus de Celtris, *quondam persona ecclesiæ prædictæ eandem capellam eidem ecclesiæ annexam tenuit, prinsquam eadem ecclesia ut præmittitur, extitit appropriata; In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud* Northampton *xviij. die Martii anno regni nostri octavo.*

Indentura inter *Henricum* ducem *Lancastriæ*, & abbatem & conventum de **Whalley**, pro quodam recluso ibidem supportando. Ibid.

CEste escrit indente faict a **Whalley** *le sestzime jour de Decembre, lan du regne de Roy* Edward *tenz puis le conqueste xxxiiij. perenter* Henry *Duc de* **Lancastre**, *Counte de* **Derby**, *de* **Richole**, *de* **Leycestre**, *& seneschall* **Dengleterre** *dune parte & labbe & covent de* **Whalley** *dautre parte, Tezmoigne que le dit Duc per license especialle de nostre seigneur le Roi sur ceo eue, ad donne & graunte, & per ceste presens escrit confirme as ditz abbe & covent, & a lours successeurs a toutz jours deux cotages, sept acres de terre, cent quatre vingtz, & trese acres de pasture, & deux centz acres de boys, oue les appurtenaunces, appellez* **Rommesgreve** *en sa chace juste* **Blakeburne**. *Et auxint que le dit Duc per mesme le license ad graunte que deux mees cent vint & sys acres de terre, vint & sys acres de pree, & cent & trent acres de pasture, oue les appurtenaunces apellez* **Standen, Hulcroft, & Grenelache**, *en les villes de* **Penhulton** *& Cliderhou, ensimblement oue la faude de* **Standen**, *& le faudage de mesme la faude annciennent acustumez. Queux mees, terre, pree, pasture, faude, & faudage oue lours appurtenaunces, & proffits de suysditz,* William *de* **Pues** *tiens a tout sa vie, du lesse & graunte le dit Duc, & queux apres la morte de mesme cely* William, *au dit duc & a ses heires revert devirient, entierement remainent apres la mort du dyt* William, *as ditz abbe & covent, & a lours successeurs a toutz jours. A avoir & tenir les avantditz mees, cottages, terres, prees, pastures, boys, faude & faudage oue toutz lours aisementz, franchisez, severalties, communes & oue toutz autres proffitz, & appurtenances, as ditz abbez & covent & lours successeurs, dudit Duc, & de ses heires, a toutz jours, Auxi entierement, franchement, pleinement, quitement, & peisiblement, en toutz pointz & en touts proffitz, come ledit Duc & ses aunceſtres, en auqun temps par devaunt, les tendrent, ou avoient per les services qu'ensuent. Ceſt assavoir, a trouuer sufficiaunt & covenable sustenaunce a une Recluse demourante en une place deins le cimiter de leglise perochiele de* **Whalleye**, *& a ses successeurs Recluses illoeques demoraunles a toutz jours, & as deux femmes lours servauntes eſliewes per les dites Recluses, & per chesqune dyceles, que pur le temps y serra perpetuelment priauntes pur le dit Duc, ses aunceſtres & ses heires. Ceſt assavoir de paier a les dites Recluses, & a leurs successors illoeques Recluses a touts jours en la dite abbaye, chesqune semaigne del an, de an en an per my tout lan, dys & sept payns conventueles, chesqune pain du poys de cynquant soudz de sterlinge. Sept payns du secound endroit de mesme le poys, oet gallouns de la mailour cervoise conventuele & trois deners pur lour companage & de trouer, & payer dan en an perpetuelement a la feste de toutz saintz en la dit abbeye a meismes les recluses, & a lours successeurs illoeques dys pessons durs appelles* **Stockfithe**, *dys grosses pessons des lenges, un bussel de faryne dac eyne pur*

lour

lour **potage**, *& un buſſel de ſeel, deux gallouns d'oyle pur lumer des lampes ; une piere de ſue pur chaundel, & auxſint ſys charres des tourbes, & une charre de buſche pur fuel, cariez pur le dis abbe, & ſes ſucceſſeurs, a la place de leſdites recluſes, & enſement, de recourrer, redreſſer & ſuſtenir touts les meiſones, & les encloſturs qu'ore ſunt illoeques edifies pur la demoer de la dite recluſe, & ſes ſucceſſeurs, & les reperailer tout temps qaunt meſtier y ſoit covenablement pur leſtat des dites recluſes a touz jours, en maner come les ditz meiſones ſont ed fies au preſent, as cuſtages des ditz abbe & covent, & lours ſucceſſours. Et de trouuer illéques un moigne chappelayn de meiſme l'abbeye de honeſte converſacione, & un clerc de ly miniſtrer a la meſſe, a chauntre meſſes cheſqun jour perpetuellement, en la chapelle de la dite recluſe, & de ſes ſucceſſeurs recluſes illoeques, pur le dit Duc, ſes aunceſtres, & ſes heires a touts jours. Iſſynt que ledit moigne, qaunt as offices des meſſes, & heure de chaunter ſoit rieule ſolonc la diſpoſicione de la dite Recluſe, & de cheſqune de ſes ſucceſſours illoeques Recluſes, que pur le temps y ſera. Et en temps de voidaunce de cheſqune Recluſe, ſoit il per morte, ou per quecunqes autre cauſe, que recluſe ne y ſoit, les dits abbe & covent, & lours ſucceſſeurs, un autre a la denominacione, maundement ou ordinance le dit duc & de ſes heires ſaunz contredit, ou nulle reclamacione acceptrent, & atteinrent quele, demoura illoeqes Recluſe, & prendra, reccyura, & auera ez touz choſes come deuaunt eſt dit. Et le dit moigne cheſqune jour de voidaunce de Recluſe, chantra meſſe en ladite chapelle come deſuys eſt dit. Et meiſme l'abbe & covent, & lours ſucceſſours, trouuera veſtiment, chalice, payn, vin, lumer & autres ournaments neceſſaires pur la dit meſſe perpetuallement. Et outre ceo, payerent au dit Duc & a ſes heires, une annuele rente de terres & tenements avantdiz. Ceſt aſſavoir, un roſe per an, a la feſte de la nativite de ſeint* John *le* Baptiſte, *a tout la vie du dis* William de **Pues**. *Et apres la morte le dit* William *ſeſſaunt ſys ſouds & oct deners deſterlings annuelement a touz jours, a deux termes del an. Ceſt aſſavoir a ladite nativite, & la feſte de ſeint* Martin *en yeuer per eweles porciones. Et as touts ceſtes choſes avaunt nomes en touts poyntz bien & loyalement perfair a touz jours, auxſi avaunt devers la dite Recluſe, & ſes ſucceſſours illoeques Recluſes, come deuers ledit duc, & ſes heires, les auaunt ditz abbe & covent obligent eaux & lours ſucceſſours, & lour abbaye a touts jours.*

Et outre ceo, grauntont pur eaux & lours ſucceſſeurs, que a quele heure que defaute ou miſpriſione en aqune manere ſoit apres ces heures trone en eux, ou en aucun de lour ſucceſſours en aqun des poyntz, ou articles ſuſditz, que adonques bien liſe au dit duc, & a ſes heires, & a lour bayliffs en touz lez auantdiz terres, & tenementz, & en cheſqune parcelle diceux en qi mains que eux deuoignent diſtrendre, & les diſtreſs enchacer, emporter & retenir, tauntque gree ſoit pleinement faite a la recluſe dite, & a ſes ſucceſſours illoeqes recluſes, de touz choſes auaunt nomez que a eaux atteignent ; & auxſint a dit duc & a ſes heires de ceo que a ly & a ſes heires attient, & tauntque touz les dit choſes auaunt nomez, par les ditz abbe & covent & par lours ſucceſſours, ſoyent pleinement parfaitz, & perfourmez en touz poinz come deſuys eſt dit. Et ſur ceo lavant dit duc, & ſes heires touz lez mees, cottages, terres, prees, paſtures, boys, ſaude & ſaudage deſuysnomez, ove touz lours liberties, proffitz & appurtenaunces, en la forme ſuſdite as ditz abbe & covent, & a lours ſucceſſours countre touts gentz garaunterent, acquiterent, & defendrent a touz jours. En teſmoignaunce de quele choſe, a la partie de ceſt eſcrit endente demoraunt per deuers les auaunt ditz abbe & covent, le dit duc ad mis ſon ſeal, & a lautre partie de meiſme leſcrit demoraunt per deuers ledit duc, les dits abbe & covent, ount mis lour ſeale commun, per ces teſmoignes. William *de* **Dacre**, Adam *de* **Yoghton**, Roger *de* **Pilkington**, & Nicholas le Botiler *cheualers*, Richard *de* **Radecliff** *ſeneſchall & miniſter de Foreſte de* **Blackburnſhir**, *& de* **Bouland**, William *de* **Radecliffe** *Viſcount de* **Lancaſtre**, Roberte *de* **Cliderhou**, Gilbert de la Legh, John *de* **Baleghe**, *& pluſors autres. Don a* **Whalleye**, *le ſecond jour de Januer, lan de la duchie de la dit duc diſme.*

Carta Thomæ *Comitis* Lancaſtriæ, *de loco qui vocatur* Toxſtathe, *pro ſitu Abbathiæ.*

UNiverſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Thomas* Comes *Lancaſtriæ & Leyceſtriæ*, Seneſcallus *Anglie*, ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis Nos dediſſe, conceſſiſſe, & hac preſenti Carta noſtra confirmaſſe Deo & beatæ *Mariæ*, & monachis noſtris *Loci Benedicti* de **Whalleye**, illum locum integrum, qui vocatur **Tocſtath**, tam infra clauſturam quam extra, & **Smethedon**, quem priùs tenere ſolebat in defenſo. Habendum & tenendum dictis Abbati & Monachis, & eorum ſucceſſoribus, dictum locum de **Tocſtath** integrum, & **Smethedon**, tam in venatione, quam in aliis quibuſcunque, ſine aliquo retenemento cum omnibus ſuis pertinentiis, & cum liberis & ſufficientibus introitibus & egreſſibus, ſine aliqua perturbatione noſtri vel hæredum noſtrorum, ad omnia ſua neceſſaria carianda, fuganda, ſive minanda, de nobis & hæredibus noſtris in liberam, puram & perpetuam elemoſinam, quietam de omni ſervitio ſeculari exactione & demanda, nihil nobis & hæredibus noſtris indè reſervando, preter preces & orationes. Et nos vero dictus *Thomas* & hæredes noſtri, dictis abbati & monachis, & eorum ſucceſſoribus dictum locum de **Tocſtath** integrum, & **Smethedon**, cum omnibus ſuis pertinentiis, integritatibus, & liberis introitibus & egreſſibus, ut prædictum eſt, contra omnes gentes warantizabimus & imperpetuum defendemus. Conſiderantes etiam quod ſitus Abbathiæ de **Whalleye** minus ſufficiens eſt, maximè propter defectum boſci, & maremii, ad monaſterium ſuum de novo conſtruendum, & alias domos ſuas faciendas, & propter defectum focaliæ, & propter diſtrictionem, & inſufficientiam loci predicti ad blada, & alia cariagia Abbathiæ neceſſaria, tam victualia quam alia quecunque, volentes quod ad honorem Dei & beatæ *Mariæ*, locus habitabilis, & pro abbathia magis ſufficiens

Pat. 10 E. 2. part. 1. m. 5.

sufficiens, & ydoneus dictis Abbati & Monachis, & eorum successoribus provideatur, volumus, quantum in nobis est, & pro nobis & hæredibus nostris concedimus, quod dicti religiosi inhabilitationem, & insufficientiam loci prædicti fugiendo, Monasterium suum ab eo loco de **Whalleye** (quo per nobilem virum dominum *Henricum* de **Lascy**, quondam Comitem *Lincolnia*, fundatum est) amoveant, & in dicto loco de **Locstath**, ubicunque sibi viderint expedire, ac de novo construant & edificent. Quia verò dictus *Henricus* Comes, fundator dictæ domus, muta to nomine de *Whalleya* voluit locum *Benedictum* nominari: Nos predictus *Thomas* Comes, eam transferentes, & in loco quieti Religiosorum competentiori collocantes, volumus quod idem nomen optineat, & *Locus Benedictus* de **Locstath** appelletur; omnesque terras, possessiones, tenementa, jura, libertates, pasturas, prata, & omnia alia quæcunque dicti abbas & monachi habent, ex donatione sive ex concessione alicujus prædecessorum nostrorum eisdem & successoribus suis imperpetuum possidenda, & habenda confirmamus, ut eisdem juribus, feofamentis & libertatibus gaudeant, apud **Locstath**, per nos translati, quibus gaudere solebant apud **Whaley**, per prædictum *Henricum* de **Lascy**, priùs fundati; Et quod illi idem jus ibidem imperpetuum habeant, tam in libera Chacea, & in omnibus ad eadem pertinentibus, quam in aliis quibuscunque, sicut & nos meliùs & liberiùs priùs habuimus, & ita liberè & quietè, sicut aliqua elimosina liberiùs & quietiùs dari potest, & concedi. In cujus rei testimonio præsenti scripto Sigillum nostrum fecimus apponi Hiis testibus dominis *Roberto* de **Holand**, *Willielmo Tuchet*, *Willielmo* de **Holand**, *Hugone* de **Cuylli**, & *Willielmo* de **Dacre** militibus, *Edmundo* de **Mesvile**, tunc vicecomite *Lancastriæ*, *Roberto le* **Mozres**, *Johanne* fratre ejus, *Ada* de *Hibernia*, *Richardo le Molyneux* de **Seton**, *Matheo* de **Haydobe**, *Roberto* de **Schirburn**, & aliis. Datum apud **Whalleye**, in festo sancti *Jacobi* apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto.

1316. 9. E. 2.

Genealogia fundatorum monasterii de **Stanlawe** *& de* **Whalley** *secundùm cronicas.*

Ex codice MS. in bibl. *Cotton.* [sub *Cleopatra* C. 1.] fol. 329. a.

VEnit quidam miles cum *Hugone* comite *Cestriæ*, *Nigellus* nomine, qui duxit secum quinque fratres, scilicet *Hudard*, *Eadwardus Wolmer*, *Horswyn*, & *Woffanus*. *Nigellus* genuit *Willielmum* qui fundavit *Nortonam*, qui sepultus est apud *Cestriam*. Cui successit *Willielmus* filius ejus. Iste obiit in *Normannia* non relicto hærede de corpore suo, sed habuit duas sorores, scilicet *Agnetam* & *Matildam* inter quas divisa fuit hæreditas de **Halton**. *Matildam* desponsavit quidam miles nomine *Eustachius* qui postea interfectus fuit in *Wallia*. *Aubry* verò **Grelley** desponsavit *Agnetam*. *Eustachius* vero prædictus genuit quendam filium nomine *Ricardum* qui duxit in uxorem *Auberiam* sororem *Roberti* de **Lascy**, de qua genuit *Johannem* fundatorem domus de **Stanlawe** in **Wyrale** & fratrem *Robertum* Hospitalarium. Prædictus verò *Johannes* fundavit domum de **Stanlawe** anno Domini MCLxxiij. & fuit constabularius *Cestriæ* & dominus de **Halton** eodem tempore, & desponsavit *Aliciam* sororem *Willielmi* de *Mandevilla*, & prædicto anno profectus est in terram sanctam & ibi obiit. Huic *Johanni* successit *Rogerus* filius ejus qui vocabatur *Rogerus Belle* constabularius *Cestriæ* & dominus de **Halton**, & sepultus est apud **Stanlawe**, cujus ossa sunt modo apud **Whalley**. Huic *Rogero* successit *Johannes* de **Lacy** constabularius *Cestriæ* & dominus de **Halton** & desponsavit comitissam *Lincolniæ* & comes factus est & sepultus est apud **Stanlawe** & ossa ejus apud **Whalley**. Huic *Johanni* successit *Eadmundus* filius ejus constabularius *Cestriæ* & dominus de **Halton**, & non fuit comes *Lincolniæ* quia obiit matre sua vivente, & sepultus est apud **Stanlawe** & ossa ejus apud **Whalley**. Huic *Eadmundo* successit *Henricus* comes *Lincolniæ* & sepultus est apud **London** in nova fabrica supra chorum in monasterio sancti *Pauli*, & ille fuit novissimus comes *Lincolniæ* illius generis. Ille *Henricus* habuit filiam nomine *Aleſiam* quæ fuit comitissa *Lincolniæ* quam desponsavit dominus *Thomas* de *Lancastria*. Et dominus *Henricus* de **Lacy** comes *Lincolniæ* feoffavit dominum Regem *Angliæ* in terris suis ut ipse dominus Rex *Edwardus* bonus feoffaret dominum *Thomam* de *Lancastria* in eisdem terris & dominiis, ita quod si idem obiret sine hærede de corpore suo procreato cum *Alesia* uxore sua, quod eodem mortuo terræ dominia roverterent ad hæredes suos legitimos. Et sic factum est quod dominus Rex *Edwardus*, tercius à conquestu feoffavit dominum *Henricum* Ducem *Lancastriæ*.

A D. 1113

Primus Fundator *Johannes* dedit habitationem de **Stanlawe** & grangiam de **Staney** & villam de **Alton** & quosdam redditus in *Cestria*. *Rogerus* filius ejus dedit advocationem ecclesiæ de **Rachedale Wyndewod** & iiij. bovatas terræ in villa de **Castelton**. *Johannes* filius ejus & comes *Lincolniæ* dedit medietatem ecclesiæ de **Blakeburn haynges**, videlicet **Hozdene**, **Neuton**, **Balderstath** & manerium cum molendino. *Edmundus* filius ejus dedit alteram medietatem ecclesiæ de **Blakeburn** & villam de **Croenton**. *Henricus* filius ejus & comes *Lincolniæ* dedit advocationem ecclesiæ de **Whalley**, & iiij. bovatas terræ in **Castelton**. Et tempore dicti *Henrici* translata fuit abbatia de **Stanlawe** apud **Whalley** propter nimias inundationes maris apud **Stanlawe** imminentes. Sicut patet in cartis suis nobis concessis.

Memorandum quod Rex *Willielmus* conquestor dedit cuidam *Ilberto* de **Lacy** militi qui secum venerat de *Normannia* in conquestum & hæredibus suis jure hæreditario possidendum dominium de **Blakburnshire** una cum dominio & honore de *Pontefracto* & alias terras multas. Hujus autem *Ilberti* primi filius & hæres fuerat *Ilbertus* junior, cui etiam successit in hereditate *Henricus* de **Lacy** filius & heres ejusdem *Ilberti* junioris, qui quidem *Henricus* de **Lacy** fundavit abbatiam de **Birkestall** anno Domini MCxlvij. Huic etiam *Henrico* successit *Robertus* de **Lacy** filius ejus & heres regnante rege *Henrico* ij. qui dicebatur filius Imperatricis. Dictus autem *Robertus* de

Ibid. fol. 330. b.

Lacy heredem non habuit de corpore suo procreatum, unde dominium de Blakeburneshire ac totalis hereditas ejusdem *Roberti* post ejus mortem ad heredes domini *Ricardi* constabularii *Cestriæ* & domini de Haulton qui disponsaverat dominam *Aubreyam* sororem unicam & heredem dicti *Roberti* descendebat. Et sic hereditas dominorum de Lacy & hereditas constabulariorum *Cestriæ* sunt conjunctæ. &c.

ibi'. Dictus autem *Ricardus* constabularius sic descendebat à conquestu. Nam cum Rege *Willielmo* conquestore venit quidam nobilis nomine *Nigellus* qui fuit factus constabularius *Cestriæ* & dominus de Haulton per dominum *Hugonem* primum comitem *Cestriæ*. Huic *Nigello* successit *Willielmus* filius ejus & hæres qui fundavit Prioratum abbatiam de Norton. Huic *Willielmo* successit *Willielmus* junior qui habuit duas sorores *Agnetem* & *Matildem*. *Matildem* desponsavit quidam miles *Eustachius* nomine de qua genuit *Ricardum* constabularium *Cestriæ* qui disponsaverat *Abreciam Lysours* sororem *Roberti* de Lacy de qua genuit *Johannem* de Lacy constabularium *Cestriæ* & primum fundatorem abbaciæ de Stanlawe.

Anno ab incarnatione Domini MClxxviij. fundata fuit abbatia de Stanlawe per dominum *Johannem* de Lacy constabularium *Cestriæ* & dominum de Haulton, qui dedit habitationem de Stanlawe Stanney Alton & quosdam redditus in *Cestria* & obiit in Terra sancta anno sequenti. Cui successit *Rogerus* filius ejus & hæres qui dedit nobis advocationem ecclesiæ de Rachedale Wrenbwon & iiij. bovatas terræ in Castelton & obiit anno Domini MCCxj. in festo sancti *Remigii* & sepultus apud Stanlawe cum uxore sua. Cui successit *Johannes* filius ejus & hæres postea comes *Lincolniæ* per uxorem suam *Margaretam* filiam *Roberti* de Quency, qui dedit ecclesiam de Eccles & medietatem ecclesiæ de Blakburn, Staynges, Horbern, Neuton, & multa alia bona, qui obiit anno Domini MCCxl. in festo sanctæ *Mariæ Magdalenæ* & sepultus apud Stanlawe cum patre. Cui successit *Edmundus* filius ejus & hæres qui dedit alteram medietatem de Blakburn cum capella & villam de Croenton cum corpore suo, qui obiit anno Dom. MCClviij. nonis Junii & sepultus apud Stanlawe. Cui successit *Henricus* filius ejus hæres & comes *Lincolniæ* constabularius *Cestriæ* & dominus de Haulton qui dedit ecclesiam de Whalley cum capella & alia multa bona. Tempore dicti *Henrici* translata fuit abbatia de Stanlawe apud Whalley propter nimias maris inundationes anno Domini MCCxcvj. in festo sancti *Ambrosii* episcopi. Et A. 1296. Translatio domus de *Stanlaw* ad *Whall y* ille *Henricus* obiit anno ætatis suæ lx. & anno Domini MCCCx. in festo sanctæ *Agathæ* virginis & martyris & sepultus apud London. Et sic fluxerunt anni ducenti octodecim à fundatione abbatiæ de Stanlawe usque ad vicesimum primum Regis *Ricardi* secundi post conquestum, de quibus vero ducentis octodecim annis abbas & conventus manserunt apud Stanlawe & apud Whalley centum duobus annis.

Anno Domini MCCxcvj. indictione nona anno bisextili littera dominicali G. vij. idus Aprilis anno Regis *Edwardi* xxiiij. anno ætatis domini *Henrici* de Lascy xlvij. intravit conventus de Stanlawe in Wirall in manerium de Whalley præsidente in officio abbatis viro venerabili domino *Gregorio* de Northbury.

Eustachius quidam duxit *Matildam* in uxorem qui postea interfectus in *Wallia*. *Albertus* de Ozelley duxit dictam *Agnetem* de Gaunt. Prædictus verò *Eustachius* habuit cum dicta *Matilda* unum filium, qui vocabatur *Ricardus*. Ille *Ricardus* duxit in uxorem, sororem *Roberti* de Lacy, quæ vocatur *Aubray* de Lysures, de qua genuit duos filios, scilicet, *Johannem* constabularium *Cestriæ*, fundatorem de Stanlawe, & *Robertum* Hospitalarem, & duas filias, scilicet, *Saram* & *Aubrayam*: *Sara* verò data fuit *Roberto* de Aldford, sicut habetur supra in prima parte. Altera verò, scilicet, *Aubraya* data fuit domino *Henrico Byset*. *Johannes* verò constabularius, filius prædicti *Ricardi*, & *Aubreæ* de Lysures duxit in uxorem *Aliciam Ver*, sororem *Willielmi* de Vandevill &c. Ex regist. de Kirkstall in officio ducatus *Lancastriæ*, fol. 71.

Epitaphium *Rogeri Lacy*.

Ex veteri MS. in bibl. *Cotton*. [sub *Cleopatra* C 3. fol. 325 b.

Hic sepelitur herus generosus in orbe Rogerus
Conjuge cũ cara quã mors prostravit amara.
Forti Sampsoni similis fuit atque leoni
Tauro cornuto pungendi semper acuto.
Tectum tuace nullus superare valebat
Regnum cum pace miles sub rege regebat.
Nullus Trojanus *sibi par fuit in probitate.*
Victor in estate fuit alter Waspasianus
Gentes linguarum male credentes variarum,
Scitas Persarum, Medorum, Sparsiatarum,
Grecos, Cretenses, Romanos *bella moventes,*
Francos, Flandrenses *nostras portis rapientes,*
His dum pugnavit pugnans pugnando domavit.
Vivus ut optavit defuncto tumba paratur
Pictor adornavit petram sub qua tumulatur.
Inferni claustro cartat perflatus ab austro
Sit prece conventus fulgens in arce potentus.
Inclita matrona digna Matilda *corona*
Sit cum matre pia Christi conjuncta Maria.
Qui legis, absque mora pro fundatoribus ora.

Epitaphium *Johannis Lacy*

E Gregii comitis en hac est tumba Johannis.
Hostibus immitis cunctis dum vixerat annis.
Jure suum comitem luget Lincolnia *mitem,*
Quem plangunt unum Cestrensia *castra tribunum.*
Anglia *flet vite tali carnisse Quirite*
Et Stanlawe *bonum dolet amisisse patronum.*
Christo devotus miles fuit, undique notus,
Wallea *quem* Scotus *timuit mundus quoque totus.*
Gallus & Hispanus, Normannus, *britoque* Danus
Almannus *quarus bello*, Lumbardus *avarus.*
Indus, & *obscenus gentilis, atrox* Saracenus.
Æthiopes *fusci*, Greci, Babilonii, Tusci,
Rex & Soldanus, *omnis populusque prophanus*
Hunc cum cernebant armatum corde tremebant.
Vicit cum vermis qui victor erat in armis
Sic & vincemur. Pro quo dicendo precemur
Ultima censura cum venerit illa futura,
J. *comes à dira servetur judicis ira.*

Epitaphium

Epitaphium commendationis *Johannis* de Lacy comitis *Lincolniæ* & fundatoris iij. loci benedicti de *Whalleya.*

UT hoc in loco legitur sub hac structura tegitur cor comitis Johannis
In carne non plus claditur sed à carne dividitur in universis annis.
Cordis & carnis unitas efficitur dualitas & paritas partita.
O misera conditio, tam flebilis divisio nunquam fuit audita.
Tristantur cives Cestriæ, *plangunt primates patriæ, nec volunt consolari.*
Flet Pontefracti *populus, vir uxor senex parvulus non cessant lacrimari*
A solis ortus cardine cuncti debent ex ordine rurales & burgenses,
Magni minores pariter, pra cunctis singulariter lugent Lincolnienses.
Nec mirum, Flos militiæ jam marcuit, letitiæ spes est exinanita.
Quia post hunc in seculo, carnali visu oculo non erit vigens ita,
Heu planctus sit perpetuus cum pugil tam pracipuus privatus sit hac vita.
Planctus, ploratus, gemitus nunquam cessabunt amplius secula per infinita.
Ut Job *simplex ut* Salomon *doctus, & sicut* Absolon *pulcher & Sampson fortis.*
Ut Joseth *fuit providus, ut* Mars *in bello validus, totius dux cohortis.*
Hic erat mundi lilium, solempnitas nobilium, si tamen aquans imis.
Ut Moyses *mitissimus, ut* Josue *justissimus, plus audax* Gedione.
Vellem fari quis fuerit sed nulla dici poterit humanâ ratione.
Non fuit inter millia tam promptus quis ad pralia, sub armis tam discretus,
Nullus ad arma promptior, in armis nec ferocior, post arma tam quietus.
Lorica corpus, galea frons, ense femur, lancea manus ecce munitur,
Scuto latus protegitur, morte tamen subigitur, per hac non impeditur.
Castra, domus, famuli, & opes & his similia non poterunt prodesse.
Lira, census & pradia jam nulla dant remedia quin mori sit necesse.
Et jam consumptis carnibus nunc esca datur vermibus qui fuit tam probatus,
Nunc ejus aula tumulus, & vermis suus famulus, & lira sit ploratus.
Sic transit mundi gloria, sic vita transitoria disparet & deletur.
Sic desinit dies hominis sic & omnis laus nunquam finietur.
Johannes *Dei gratia fertur sine fallacia nomen interpretetur.*
Precemur ergo singuli ut iste prece populi cum sanctis glorietur.
Et Christus *vera veritas det ut sua posteritas sit hæres ejus morum;*
Et hanc in cunctis prosperet & hunc à pœnis liberet aternis infernorum.

Epitaphium commendationis *Edmundi Lacy.*

MOrs probat Edmundi *brevis est quod gloria mundi*
Mendax & mundus quamvis quandoque secundus.
Scandere qui primò cum cœpit lapsus in imo,
Monstrat quod mundus est labilis atque rotundus.
Nilque sit in mundo quod non pertransit eundo
Protinus à mundo, cum sit quasi vas sine fundo.
Ergo det Edmundo *Deus à contamine mundo*
Vis jocundo vultu Christi *rediendo.*

Respice qui transis, in me circumspice quid sis,
Exemploque mei sis memor ipse tui.
Sum quod eris, quod es ipse fui, mundeq; superstes
Florueram mundo, Terra cinisque modo. (dū
Quid probitas, quid opes, quid honor, quid gloria mū-
Omnia quid fuerint cum cecidere docent.
Hic jacet & funus Cestrensis *vure tribunus.*
Me pro posse bonum sensit domus ista patronum.

Epitaphium commendationis loci.

O Stanlawes *mortis jura me solventem posi-*
tura tibi in depositum
Non in vanum sub figura pro locali est natura tibi nomen positum.
Fatis licet pressa savis nunc existas fama levis, es nequaquam minima.
Adhuc restat hora brevis qua potenter loca queas transcendere finitima.
Stan & Lawes *sunt diversa, set ad* Lawam **stan** *conversa est ei apposita,*
Hæc ne duo sint dispersa, sunt in unum ambo versa, & sit pars composita.
Lawe *est collis.* **Stan** *est lapis quem exercet lassa apis sui refrigerio.*
Hujus dicti rem si sapis rei dictum gratè capis nec sine misterio.
Christus *lapis angularis est, & collis singularis altitudo dominî.*
Lapis sacris jacet aris, in quo cibus salutaris sit donandus homini
He **Stanlaw** *tuum nomen tale tibi dedit omen auctor tui nominis.*

NUN-APLETONENSIS
Prioratus in agro Eboracensi.

Carta fundationis.

NOtum sit omnibus audientibus hanc Cartam, quod *Adheliz* de *Sancto-Quintino*, & *Robertus* filius & hæres suus dederunt & concesserunt in puram & perpetuam elemosinam, locum quæ *Juliana* tenuit juxta *Appletonam*, Deo & sanctæ *Mariæ*, sanctoque *Johanni* Apostolo, & fratri *Richardo*, & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, pro salute animæ *Roberti* filii *Fulco-*

Ex ipso autographo penes *Thomam* dominum *Fairfax* e *Cameron* a. 1621.

nis, & pro salute animarum, & parentum suorum; Necnon terram circa locum, partim sartatam partim non sartatam, ex utraque parte rivi usque ad metas positas, ab *Hugone* & *Siwardo* & *Willielmo*, & duas bovatas in *Apletona*, & unam bovatam in Mozp, liberas & quietas, ab omni terreno servitio, & reddita, vel ulla subjectione sohta, in agris, in sylvis, in herbariis, in pratis, & in omnibus rebus ad terram pertinentibus, tam de se, quam de hæredibus suis subsequentibus perpetuò tenendas. Testibus *Osberto* archidiacono, *Henrico* & *Godefrido* monachis de *Pontefracto*, *Gilleberto* filio *Fulconis*, *Gilleberto* de Archis, *Rainero* canonico, *Ernaldo* presbytero, *Nicholao* filio suo, *Thoma* diacono filio *Ulfi*, *Waltero* de Mitnze, *Agneta* filia ejusdem, domino de *Sancto Quintino*, *Richardo* monetario.

Confirmatio T. Cantuariensis *Archiepiscopi.*

Ibid. T Dei grati *Cantuariensis* Archiepiscopus, *Anglorum* primas, & Apostolicæ sedis Legatus, universis sanctæ ecclesiæ fidelibus salutem. Quæ pietatis intuitu locis religiosis, à fidelibus Christi conferuntur, ea nostræ authoritatis munimine merito confirmantur. Ea igitur ratione elemosinam quam *Adeliz* de *S. Quintino*, & *Robertus* hæres ejus, Deo & sancto *Johanni* & fratri *Richardo*, & ibidem religiosè viventibus dederunt, concesserunt, & Carta sua confirmaverunt, Nos quoque juxta tenorem Cartæ suæ, eidem loco in perpetuam confirmavimus possessionem, & præsentis scripti nostri testimonio corroboramus, scilicet in *Appiltona*, duas bovatas terræ, quas *Juliana* tenuit in terra circa locum partim sartatam partim non sartatam, ex utraque parte rivi usque ad metas positas ab *Hugone* & *Siwardo* & *Willielmo*, & unam bovatam terræ in Thozp, liberas & quietas ab omni seculari servitio & exactione solutas, sicut Carta prædictæ *Adeliz*, quam oculis nostris conspeximus, attestatur. Quicunque hanc igitur elemosinam infirmare, vel inquietare attemptaverit in divini Judicis examine divinam ultionem incurrat. Valete.

Carta Roberti *filii* Roberti *filii* Fulconis.

Ex ipso autogr. in turri beatæ *Mariæ Ebor.* S Ciant omnes videntes & audientes literas has, Quod Ego *Robertus* filius *Roberti* filii *Fulconis* concessi, & hac Carta mea confirmavi, pro salute animæ meæ, et animæ patris & matris meæ & omnium antecessorum & successorum meorum, donationem quam fecit *Adeliz* de *Sancto Quintino* mater mea, Deo & sanctæ *Mariæ*, & sancto *Johanni* Apostolo, & sanctimonialibus in territorio de *Apeltona* manentibus juxta fluvium Ulherf, scilicet locum illum quem *Juliana* tenuit, necnon & terram circa ipsum locum, partim sartatam, partim non sartatam, ex utraque parte Rivi, usque ad metas per matrem meam positas, & Sarta *Lamberti* & *Johannis* & *Richardi*, & Sarta *Roberti Perree*, & *Siwardi* & quatuor bovatas terræ in *Apletona*, cum omnibus pertinentiis suis, plenarias in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in aquis, in viis, in semitis; cum duabus mansuris, & unam bovatam terræ in Mozp, libera & quieta ab omni servitio & huma na consuetudine, & duas bovatas terræ in Himmingham, cum omnibus pertinentiis suis, & aisiamentis ejusdem villæ; & communem pasturam quadringentis ovibus, cum cæteris animalibus suis; & unam mansuram de dominio suo factam, scilicet, totam culturam suam, quæ vocatur Lathum juxta Flet, & unam salinam in maritimo ejusdem villæ, cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam de Houm, cum omnibus pertinentiis suis. Hæc omnia Deo & sanctæ *Mariæ* & sancto *Johanni* Apostolo, & conventui suprædictarum sanctimonialium concessi, & hac Carta confirmavi in perpetuam elemosinam, sicuti superiùs determinata sunt. Insuper autem concedo & confirmo prædictis sanctimonialibus quicquid mater mea eis rationabiliter dederit. His testibus, *Eustachio* de *Beulena*, *Henrico* medico, *Willielmo Vavasur*, *Alexandro* presbytero, *Petro* milite de Toulestun, *Martino* milite, *Carbunel*, *Willielmo* filio *Aeliz* de *Sancto Quintino*, *Willielmo* presbytero, *Helisio* filio *Gilberti*, *Humfrido*, *Gilberto* milite filio *Gaufridi*, *Alano* filio *Helsitl*, *Macus* preposito Passewat, *Petro* filio *Macus*, *Agnete* filia *Aeliz* de *Sancto Quintino*.

Conventiones inter Ricardum *de* Fauconbergh *& Prioriſſam & conventum de* Apelton.

Ex ipso autographo penes præfatum *Thomam* dominum *Fairfax.* A D festum sancti *Martini* in hyeme, anno regni Regis *Edwardi* vicesimo nono, Ita convenit inter *Richardum* de Fauconbergh, ex una parte, & Priorissam & Conventum de Apelton, ex altera; videlicet quod dictus *Richardus* concessit & dimisit Priorissæ & Conventui, totam terram suam quæ vocatur Suthwod cum sex acris prati, in pratis occidentalibus de Apelton, cum omnibus pertinentiis suis, & omnimodis commoditatibus percipiendis, usque ad terminum duodecem annorum proximè futurorum plenariè completorum; Reddendo inde annuatim predicta priorissa & conventus, predicto *Ricardo* vel assignatis suis, duas marcas argenti per annum, per equales portiones, ad festum Pentecostes, & ad festum sancti *Martini*; Et prædicta Priorissa & Conventus invenient & reddent prædicto *Richardo*, vel assignatis suis, Cibum & Potum; scilicet, unum panem conventualem de antiquo pondere, & unam Lagenam cervisiæ, & de Coquina cotidie per totum terminum prædictum, sicut una Monialis ejusdem domus cepit. Et predictus *Richardus* & hæredes sui, prædictam terram, cum prato, & suis pertinentiis, prædictæ Priorissæ & successoribus, contra omnes homines warantizabunt, acquietabunt, & defendebunt. Et prædictus *Richardus* habebit unam cameram in toto termino prædicto in Prioratu de Apelton, pro statu suo competente; Et prædictus *Richardus* concessit quod si per fraudem se subtrahat vel elonget quominùs prædictam terram habere & colere possunt, & super hoc convincatur, quod ex tunc benè liceat prædictæ Priorissæ & Conventui prædictam liberationem subtrahere ac retinere. In cujus rei testimonium partes predictæ præsenti scripto indentato Sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus, domino *Johanne Sampson*, domino *Roberto Huttred* militibus, *Ada de Ple-*

dicton,

dleton, *Roberto* fratre ejus, *Michaele* de Knapton, *Hermico* de Colton, & aliis.

Cyrographum inter *Ricardum* filium *Philippi* de Faukenberg, & moniales de Apelton.

Ex ipso autogr in bibl. *Harleiana.*

49 H. 3

Hoc cyrographum testatur quod Richardus *filius* Philippi *de* Faukenberg *dimisit & concessit ad quindenam paschæ anno regni regis* Henrici *filii regis* Johannis *quadragesimo nono, Prioriſſæ & monialibus de* Apelton *duas partes manerii de* Duboys *habendas & tenendas eis de prædicto* Ricardo *& hæredibus ſuis uſque ad finem duodecim annorum proximè ſequentium. Reddendo inde annuatim eidem* Ricardo *& hæredibus ſuis quatuor denarios ad feſtum nativitatis beati* Johannis Baptiſtæ *pro omni ſervitio. Et dictus* Ricardus *& hæredes ſui prædictas duas partes dicti manerii præfatæ Prioriſſæ & monialibus uſque ad finem prædicti termini contra omnes gentes warantizabunt & defendent. In cujus rei teſtimonium partes huic ſcripto cyrographato ſigilla ſua appoſuerunt. Hiis teſtibus, domino* Thoma *de* Mora *milite,* Waltero *de* Faukenberg, Wyot *de* Apelton, Willielmo *de* Rouceſtria, Willielmo Puſet, *& aliis.*

Carta Regis Johannis *donationes diverſas recitans & confirmans.*

Cart. 6 *Joh.* n 52.

JOHANNES Dei gratia, &c. Sciatis Nos conceſſiſſe & præſenti Carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſancti *Johannis* Apoſtoli & Evangeliſtæ de Appelton, & ſanctimonialibus ibidem Deo ſervientibus, omnes ſubſcriptas rationabiles donationes quæ eis factæ ſunt, & Cartis donatorum confirmatæ, videlicet ex dono *Alicia* de *Sancto Quintino* ipſum locum ubi prædicta eccleſia ſancti *Johannis* fundata eſt juxta Ywerf, & terram circa ipſum locum partim ſartatam, partim non ſartatam ex utraque parte Rivi uſque ad metas per ipſam poſitas; Et ſarta *Lamberti* & *Johannis* & *Ricardi*, & ſarta *Roberti Purce*, & *Sirwardi*, & quatuor bovatas terræ in Appelton, cum omnibus pertinentiis ſuis & aiſiamentis, & duas manſas in eadem villa; Et præterea quod habeant unaquaque die unam carectam de mortuo boſco & ſicco ad ignem ſuum; Et præterea eccleſiam de Ymmingeham, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis, & duas bovatas terræ in eadem villa, cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis ſuis, & manſuram *Owus*, juxta cimiterium ad quietandum forinſecum ſervicium noſtrum quantum pertinet ad duas bovatas; Et unam manſuram juxta Flet, factam de dominico ſuo, videlicet totam culturam quæ vocatur Thaim, & unam ſalinam in mariſco ejuſdem villæ, & unam manſuram in capite ejuſdem villæ, ad faciendum ibi domiculam ovibus ſuis; Et eccleſiam de Houm, cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis. Item ex dono ejuſdem *Alicia*, unam carucatam terræ in ſupradicta villa de Appeltone quam eis dedit cum corpore ſuo, cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis quæ ad prædictam terram pertinent, cum communi paſtura ejuſdem villæ, videlicet illam carucatam terræ quam tenuit de ea *Ric.* Newtone, & *Rogerus Cote*, *Aſſigarus* & *Godefridus* filii *Hugonis*. Ex dono *Roberti* filii *Roberti* filii *Fulconis* & filii prædictæ *Alicia* in villa de Immingeham communem paſturam quadringentis ovibus, cum cæteris animalibus ſuis. Ex dono *Roberti* dapiferi, & *Rohaiſiæ* Comitiſſæ, uxoris ſuæ, eccleſiam de Northalkinſtone, cum omnibus pertinentiis ſuis, & x. acras terræ de cultura Askel in campo ejuſdem villæ cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Willielmi* de *Kina* xxx. acras terræ in territorio de Eskintone cum communi paſtura quantum pertinet ad duas bovatas terræ ejuſdem villæ; Has autem xxx. acras terræ dedit eis pro duabus bovatis terræ quas *Robertus* dapifer pater *Margaretæ* uxoris ſuæ eis in obitu ſuo diviſit. Ex dono *Willielmi Rider* eccleſiam de Rider, cum omnibus pertinentiis ſuis. Ex dono *Henrici* filii *Henrici* de Wernol xx. acras terræ ſimul in campis de Coburg, in loco qui vocatur Withingland, & duas acras aliibi in eiſdem campis, & paſturam CCC ovium, & xxx. animalium, & xxx porcorum, & xxx. caprarum, & communiam cum hominibus ſuis ubique in omnibus quæ ad eandem villam pertinent. Et iſtam elemoſinam illis warantizare debet, contra omnes homines liberam quietam & immunem ab omnibus geldis & auxiliis & conſuetudinibus & exactionibus, & omni ſeculari ſervicio præter iiij. s. annuatim, in die Pentecoſtes ſolvendos. Ex dono *Willielmi Bernere* de Haburg, unam bovatam terræ in Haburg, de ſuo dominico, & unum toftum in eadem villa qui fuit *Thomæ*, & præterea tantum prati de ſuo dominico quantum uni convenit bovatæ, & cum eo & hominibus ſuis in predicta villa commuem paſturam, & cum ipſo & hominibus ſuis ejuſdem villæ communiter in boſco & plano, & mariſco, in viis & ſemitis, in aquis & in omnibus hujuſmodi participare. Et præter hæc ix. perticatas latitudinis prati de ſuo dominico, videlicet culturam quæ vocatur Gyſlewell. Ex dono *Ricardi Berner*, & *Roberti* hæredis ſui unam bovatam terræ in campis de Kilmingeholme, de ſuo dominico . . . . . aliis bovatis tenuræ ſuæ, cum omnibus eidem bovatæ adjacentibus, ſcilicet, in pratis & paſcuis, & in omnibus aliis communibus prædictæ villæ. Et unam manſuram quæ fuit *Giuel* filii *Godwini*, & unum toftum in eadem villa quem *Thedit* tenuit. Ex dono *Willielmi* de Deteringham in Kilmingeholme, tertiam partem unius acræ terræ in Foxſtalcroft, & tertiam partem octo acrarum & dimidiam ex orientali parte villæ de cultura quæ vocatur Wernelmarc, & tertiam partem vij. acrarum & dimid. ex parte occidentali in culturis quæ vocantur Winge & Snoubbere verſus campum de Habinton, & unam acram prati de warloto ſuo de *Bradwat*. & communem paſturam quantum pertinet ad prædictam terram in mariſcis & in omnibus locis præfatæ terræ pertinentibus. Ex dono *Willielmi* filii *Berardi* in Kilmingeholme tertiam partem unius acræ terræ, & tertiam partem octo acrarum & dimid. & tertiam partem ſeptem acrarum & dimid. & unam acram prati de warloto ſuo, & communem paſturam quantum pertinet ad prædictam terram. Ex dono *Billelmi* de Killingeholmo in eadem villa tertiam partem unius acræ terræ, & tertiam partem octo acrarum & dimid.

& tertiam partem ſeptem acrarum & dimid. & unam acram prati de warloto ſuo, & communem paſturam quantum pertinet ad prædictam terram. Ex dono *Willielmi* de **Sailly** ſex acras terre in **Bramacris**, & in **Haverholme**. Ex dono *Roberti* filii *Alani* de **Torpe** duas bovatas terræ in **Braitone**, cum toftis & omnibus croftis ad illas pertinentibus. Ex dono *Roberti* filii *Petri Eborac.* terram ſuam in parochia S. *Benedicti* in *Eboraco*. Ex dono *Gocelini* de **Arecy** duas bovatas terræ in **Acaſtre**. Ex dono ejuſdem *Gocelini* unam acram prati in prato de **Riverſ**. Ex dono *Willielmi* de **Percy** de **Boelſtone** unam acram prati in prato de **Boelſtone** qui vocatur **Middelenge**. Ex dono *Euſtacii* de **Pere** eccleſiam S. *Mariæ* de **Codeneham** cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis. Ex dono *Willielmi Sen.* de **Appeltone** duas bovatas terræ in **Appelton** cum omnibus pertinentiis & aiſiamentis ſuis quas *Johannes* filius *Rogeri Cote* tenuit. Ex dono *Sibillæ* de **Percy** xiij. bovatas terræ cum omnibus pertinentiis ſuis & cum capitali meſuagio & omnibus libertatibus & aiſiamentis ſuis, quas ipſa eis dedit cum corpore ſuo ſicut cartæ donatorum prædictorum & ſicut carta regis *H.* patris noſtri quæ eis omnes prædictas donationes, exceptis duabus ultimis, confirmavit, & quas inde habent rationabiliter teſtantur. Quare volo (*&c.*). Dat. per manum *J. de Well.* apud **Notingeham** xij. die Martii anno &c. vj.

Injunctiones factæ Prioriſſæ & Conventui domus ſive Prioratus de **Apleton**, anno domini 1489.

Ex regiſtro *Thomæ Rotheram* archiep. *Ebor.* fol. 245.

Firſt and principally we command, and inſoyne that the divine ſervice, and the rules of your religion be obſerved and kept accordingely to your Order that ye be profeſſed.

Item that the Cloyſter doores be ſhett and ſpary in Winter at ſeven, and in Summer, at eight of the cloche at night, and the keyes nightly to be delivered to your Prioriſſe, and then after the ſaid howres ſuffer noe perſone to come in or furth, without a cauſe reaſonable.

Item that the Prioriſſe ſuffer no man to lodge under the dorter, nor on the backſide, but if hit be ſuch ſad perſons by whome your houſe may be holpyne, and ſecured without ſlaunder or ſuſpition.

Item that the Prioriſſe and all your ſiſters lodge nightly in the dorter, ſaveing if ye, or your ſiſters be ſeke or diſeaſed to kepe a chamber.

Item that non of your ſiſters uſe the Alehouſe, nor the waterſyde, where courſe of ſtrangers dayly reſorte.

Item that non of your ſiſters have their ſervice of meat and drinke to the chamber, but kepe the frater, and the hale according to your religion excepte any of thaim be ſeke.

Item that noon of your ſiſters bring in, receave, or take any lay man, religious or ſeculer into the chambre or any ſecrete place, day or night, nor with thaim in ſuch private places to commune, ete, or drinke, without lycenſe of your Prioriſſe.

Item that the Prioriſſe licenſe none of your ſiſters to goe pilgrimage, or viſite their frende without great cauſe, and then ſuch a ſiſter, ſo licenciate by you, to have with her on of the moſt ſad, and well diſpoſed ſiſters tell ſhe come home againe.

Item that ye grant or ſell no corrodies, or liveres of breed, nor Ale, or other victell to any perſon or perſons from henſforward, without th'auctority, and ſpeciall licence of us, or our vicar generall.

Item that ye fee ſuch ſervants, as longeth to your place, come in to meate and drinke, and not to have your liveres of breed and ale outward, but if ye thinke it neceſſary and for the welth of your houſe.

Item that ye take noe perhendinaunceres, or ſojorners into your place from henſforward, but if they be children or elles old perſons, by which availe by likelihod may grow to your place.

CODENHAMENSIS

Prioratus in agro . . . . . .

Carta Euſtachii *de* **Percy** *de fundatione monaſterii Sanctimonialium apud* **Codeneham** *Deo, ſanctæ Mariæ, & Johanni Apoſtolo & Evangeliſtæ, de ordine Sanctimonialium de* Apeltuna.

Ex MS. codice in b bl. *Cottoniano* [ſuo effigie *Neronis* C 3]

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti *Amen*. Univerſis ſanctæ matris eccleſiæ filiis *Euſtachius* de **Percy** ſalutem. Notum ſit univerſitati, tam preſentium quam futurorum, me dediſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe Deo, & ſanctæ *Mariæ* & beato *Johanni* apoſtolo, & evangeliſtæ, eccleſiam ſanctæ *Mariæ* de **Codenham**, cum omnibus pertinentiis ſuis, & libertatibus, in liberam puram & perpetuam elemoſinam, ad conſtruendum, & fundandum ibidem monaſterium, cuidam conventui ſanctimonialium in Honorem Dei, & beatæ virginis *Mariæ* in perpetuum, in loco eodem, favente Deo, ſervientium, & hoc nominatim de congregatione, & de profeſſione, & de ordine ſanctimonialium de *Apeltuna*: Conceſſu, & aſſenſu *Aeliz* de *ſancto Quintino* uxoris meæ, in cujus dote ſita eſt eccleſia prædicta. Volo ſiquidem, & conſtituo ut conventus illic Deo ſerviens, liber, & quietus ſit ab omni ſubjectione, & exactione, ſalvo eo, quod ad ordinem ſuum ſpectat, & ad emendationem animarum. Hiis teſtibus, magiſtro *Suano* de Hoſpitali *Eboraci*, *Harpino* de **Dresbi**, *Normanno*, *Herveo*, *Thoma*, preſbiteris; *Albino*, *Adam.* monachis; *Ingelramo* de **Puncealz**, *Alexandro* fratre ejus, *Willielmo* ſenefcaldo, & *Walſtero* fratre ejus militibus, *Johanne* medico, *Simone* de **Holvernes**,

Holdernes, *Rogero* de *Neutona*, *Martino Malaherbe*, *Turstino* de Garton, *Willielmo* de Bunegai, *Adam* de Potun clericis, *Petro* de Purabel, *Widone*, *Waltero* de Cozneburc, *Willielmo* de *Vitri*, *Willielmo* de *Hamtona*, *Henrico* de Perci, *Alano* de Punceals, & *Roberto* fratre ejus, domina *Aeliz* de *sancto Quintino*, *Agnete*, *Dionisia*, *Sibilla* filiabus ejus, *Agnete*, & *Aeliz* neptibus ejus.

BINEDONENSIS *Abbatia in agro* Dorsetensi, * *fundat. anno* MClxxij.

* Chron. S. Werburg. Cest. in bibl. Cottoniana.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 9 E 1. n. 90. m. 13. per Inspex.

Vide etiam Cart. antiq. Q. n. 18.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ*, *Aquitanniæ*, & Comes *Andegaviæ* Archiepiscopis (*&c.*) Noveritis nos concessisse & præsenti carta confirmasse in perpetuam elemosinam ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Bynedone & monachis ibidem Deo servientibus Ex dono *Rogeri* de *Novo-Burgo* & *Matildis* uxoris ejus, locum in quo sita est ipsa abbatia sicut carta prædicti *Rogeri* testatur. Ex dono *Willielmi* de *Glastonia* & *Matildis* uxoris ejus locum de Bynedone ubi abbatia prætaxata priùs incepta fuit sicut carta ejusdem testatur. Ex dono & concessione *Rogeri* de *Novo-burgo* & *Matildis* uxoris ejus, duas virgatas terræ in Lolletoxth cum pastura adjacente sicut ejusdem carta testatur. Ex dono *Matildis* de Arundell & concessione Regis *Henrici* manerium de Berintone sicut carta ejusdem determinat. Ex dono *Gilberti* de Percy terram de Nottingtone & de *Luca* quas ipse emit à conventu de Foxde sicut carta utrorumque testatur, & terram de Yethfeldtone sicut conventio inter prædictos monachos & *Simonem* de Enefoxd testatur. Totam terram de Wodeffer cum prato adjacente quam prædicti monachi de *Willielmo* de Wodeffert & hæredibus ejus imperpetuum tenebunt, sicut carta ejusdem *Willielmi* testatur. Dimidiam hidam cum pastura trescentarum ovium in manerio de Chalvedone ex dono *Thomæ Harang* sicut carta ejusdem loquitur, sicut confimatio domini *Johannis* Regis patris nostri & carte prædictorum donatorum quas inde habent rationabiliter testantur. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum venerabilis patris *Radulfi Ciceftr.* episcopi cancellarii nostri, apud Yenitone xxiiij. die Aprilis anno regni nostri xvij.

Alia carta ejusdem Regis *Henrici*.

Ibid.

HEnricus (*&c. ut supra*) *Sciatis nos concessisse* (*&c.*) *abbati & monachis de* Bynedone *omnes terras & tenementa subscripta*; *videlicet ex dono* Roberti *de* Novo-burgo *totum boscum de* Stotwode *qui est extra abbatiam de* Bynedone *cum tota terra ubi crescit. Ex dono ejusdem* Roberti *totam illam partem bosci de* Pamstede *quæ est ad austrum trenchie quæ ducit de grangia de* Bzumzete *usque ad terram suam quam habent de* Willielmo *de* Baynes. *Ex dono ejusdem* Roberti *octo acras & dimid. in australi & occidentali parte bosci de* Pamstede *qui dicitur* Stocfalda, *& communiam pastura totius bosci de* Pamstede, *& totam terram de* Pulham, *& centum & quinquaginta acras de vasto, & molendinum de* Lollesworth *cum terra appendente, & multura hominum de* Lullewurth, *& omnibus aliis pertinentiis, & unam virgatam terra in eadem villa. Et octo acras terræ in manerio de* Lollewxth *proximas grangiæ de* Bzumsete. *Ex dono* Willielmi Lok *de* Dorcestre *omnes domos cum placeis gardinis & curtilagiis in* Dorcestre, *& totam terram arabilem quam habent infra muros de* Dorcestre *Et totam terram cum domibus & curtilagiis quæ fuit unt* Radulfi *de* Pukelfoxd. *Quare volumus* (*&c.*) *Dat. per manum venerabilis patris* R. Cicestrix *episcopi cancellarii nostri, Apud* Gloucestre iij. *die Junii anno regni nostri* xviij.

Carta Alianoræ *Reginæ.*

Ibid.

ALianora Regina *Anglia*, domina *Hiberniæ*, ducissa *Aquitaniæ*, mater domini *Edwardi* Regis, Universis (*&c.*) Noveritis nos pro salute animæ celebris memoriæ domini *Henrici* Regis domini nostri, & omnium antecessorum suorum, & pro salute animæ nostræ liberorumque nostrorum, & omnium antecessorum & successorum nostrorum, dedisse concessisse & hac presenti carta nostra confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de Binedone & monachis ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituris, in liberam puram & perpetuam elemosinam omnes terras & tenementa quæ habuimus in villa de Welle in com Dorset ex dono & concessione *Thomæ* de Welle filii & hæredis *Willielmi* de Welle, cum omnibus pertinentiis & juribus quibuscunque ad easdem terras & tenementa quocunque modo aut loco spectantibus. Habendum & tenendum eisdem monachis & successoribus suis (*&c.*) in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Nos verò & hæredes nostri (*&c.*) warantizabimus (*&c.*) His testibus dominis *Edmundo* comite *Lancastriæ* filio nostro, *Imberto* de Monteferant, *Guidone* de *Ferariis* militibus (*&c.*)

Carta *Roberti* de *Novoburgo.*

Ibid. n. 17.

SCiant *presentes & futuri quod ego* Robertus *de* Novoburgo *pro salute animæ meæ & antecessorum & successorum meorum omnium dedi & concessi & hac presenti carta confirmavi ecclesiæ S.* Mariæ *de* Binedon, *& ejusdem loci conventui in liberam & perpetuam elemosinam, totum manerium meum de* Wolavecton *cum omnibus pertinentiis, libertatibus & liberis consuetudinibus suis habendum & tenendum sibi imperpetuum, integrè, liberè, & quietè, pacificè & honorificè ab omni seculari servitio & exactione, querelis, & demandis omnibus ad me vel ad hered-*

des

des meos ſpectantibus. Hanc vero donationem & conceſſionem ego & heredes mei predicto conventui de **Binadon** *contra omnes homines & feminas warantizare tenemur ſicut liberam & perpetuam elemoſinam. Et ut hec mea donatio & conceſſio firma & ſtabilis imperpetuum permaneat, preſenti ſcripto ſigillum meum appoſui. Hijs teſtibus,* Willielmo *de* **Chaames,** P. *de* **Paulay,** Aluredo *de* Lincolnia. Joh. *de* Baius, Petro *de* **Ruſſell,** Radulfo *de* **Bray,** Scirico *milite de* **Wolaveſton,** Benedicto *de* **Bere,** Joh. Belet, Joh. Ardur. Rogero Arblaſtario, *& multis aliis.*

Carta Regis Henrici *tertii de advocatione ejuſdem Abbatie.*

Pat. 7 E. 1. part. 1. m. 1.

HENRICUS Dei gratia, Rex *Anglie*, Dominus *Hibernie*, & Dux *Aquitanie*. Omnibus Ballivis & fidelibus ſuis ad quos præſentes lite e pervenerint, ſalutem. Cum *Henricus* de *Novo-Burgo* quondam patronus & advocatus Abbathiæ de **Bynedon,** per Cartam ſuam quam inſpeximus conceſſerit & licentiam dederit Abbati & Monachis ejuſdem Abbathiæ alium quemcunque voluerint eligendi ſibi & domui ſue in advocatum & patronum, ac idem Abbas & Monachi, juxta illam conceſſionem & licentiam, Nos & *Alianoram* Reginam *Anglie*, conſortem noſtram & hæredes noſtros Reges *Anglie* elegerint ſibi & domui ſuæ predictæ in advocatum & patronum. Nos electionem illam acceptantes & volentes quod abbathia predicta de cætero ſit de advocatione noſtri, & dictæ Reginæ noſtræ, & hæredum noſtrorum prædictorum, ſuſcepimus in protectionem & defenſionem noſtram ipſam Abbathiam, Abbatem & Monachos ejuſdem Abbathiæ, homines terras res redditus, & omnes poſſeſſiones ipſorum; Et ideo vobis mandamus quod prædictam abbaciam, abbatem & monachos ejuſdem abbaciæ, homines, terras, res redditus & omnes poſſeſſiones ipſorum manuteneatis protegatis & defendatis, non inferentes eis vel inferri permittentes injuriam, moleſtiam, dampnum, aut gravamen. Et ſi quid eis forisfactum fuerit id eis ſine dilatione faciatis emendari. Salvo nobis & hæredibus noſtris jure noſtro in abbatia predicta & tenementis ad ipſam ſpectantibus ſi alias inde loqui voluerimus. In cujus *(&c.)* T. meipſo apud *Weſtm.* decimo octavo die Auguſti anno regni noſtri quinquageſimo ſexto.

CROXDENENSIS
Abbatia in agro Staffordienſi.

Ex chron. de *Croxeſden* in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Fauſtina* B. 6]

ANno domini MClxxvj. *Bertramus* de **Verdun,** in ſalutem animæ ſuæ, per Dei gratiam, in redemptionem omnium delictorum ſuorum, dedit monachis de *Alneto* terram de **Chotes,** ad fundandam abbatiam valle ſanctæ *Mariæ*, ſed qui ſuaviter diſponit omnia præordinavit alibi laudare nomen domini.

Anno domini MClxxviij. *Thomas*, primus abbas hujus monaſterii, natione *Anglicus*, cum adhuc eſſet diaconus, in die pentecoſtes circa horam tertiam tanquam ſpiritus ſancti receptaculum mundum electus eſt in abbatem. 24 *H.* 2.

Anno domini MClxxix. conventus venit de **Chotene** ad **Crokesden.** 25 *H.* 2.

Anno domini MClxxxj. dedicatio loci de **Crokesden.** 28 *H.* 2.

Anno domini MCxcij. Item piæ memoriæ *Bertramus* de **Verdun** fundator obiit, & in die ſancti *Bartholomei* apud **Acon** ſepultus eſt. 4 *R.* 1.

Anno domini MCxcix. obiit *Thomas* de **Verdun,** in *Hibernia*, & ſucceſſit ei in hæreditate *Nicholaus* frater ſuus. 9 *R.* 1.

Anno domini MCCxxix. *Thomas* primus abbas hujus monaſterii quievit in domino 2 nonas Decembris & ſepultus eſt in capitulo ibidem, & dominus *Willielmus* de **Chancombe** electus eſt in abbatem. 1 *Jo.*

Anno domini MCCxxxvij. obiit dominus *Willielmus* de **Eſſeburne** tertius abbas hujus domus, x. kalendarum Octobris, cui ſucceſſit dominus *Johannes* de **Elton,** qui dimiſit officium, anno domini 1241.

Anno domini MCCxlij. dominus *Walterus* de **London** electus abbas hujus domus, & dominica proxima ante aſcentionem domini ſuſcepit regimen. Iſte multa ædificavit.

Anno domini MCCxlviij. obiit domina *Royſia* de **Verdun,** fundatrix abbatiæ de **Crokeſden,** quarto idus Februarii, & ſucceſſit ſibi dominus *Johannes* de **Verdun** filius ejus.

Anno Domini MCClxvij. *Umfridus* de **Verdun** natus eſt in vigilia pentecoſtes.

Anno Domini MCClxviij obiit *Walterus* de **London** quintus abbas hujus domus, cum in diebus ſuis abbatiam iſtam perfeciſſet ad plenum. 33 *H.* 3.

Anno Domini MCClxxviij. dominus *Willielmus* de **Houton** hujus monaſterii abbas ſextus viam univerſæ carnis ingreſſus eſt xvj. kalend. Octob. cui ſucceſſit die beatæ *Luciæ* ſequenti, dominus *Henricus* de **Hopſam.**

Eodem anno obiit dominus *Johannes* de **Verdun** validus patronus domus hujus xij. kalend. Novembris, cui ſucceſſit dominus *Theobaldus* filius ejus.

Anno Domini MCClxxxiiij. dominus *Henricus* de **Hopſam** abbas vij. hujus domus, ceſſit ab officio (propter impotentiam) in die ſancti *Barnabæ* apoſtoli. Eodem die dominus *Johannes* de **Billesdon** electus eſt in abbatem.

Anno Domini MCCxciij. dominus *Johannes* de **Billesdon** abbas hujus domus obiit viij. idus Julii, cui ſucceſſit dominus *Richardus* de **Twiſord** in die ſanctæ *Trinitatis* anno 1294.

Anno Domini MCCxcvij. obiit *Richardus* **Twiſord** abbas hujus domus, die ſanctæ *Trinitatis* &c. & abbatia vacabat pro vij. menſibus & ſex diebus.

Eodem anno *Johannes* de **Verdun** primogenitus domini *Theobaldi* obiit idibus Junii in *Hibernia.*

Eodem anno dominus *Willielmus* de *Evera*

3 kalend.

3. kalend. Januarii in abbatem hujus domus electus est.

Anno Domini MCCxcvIij. *Theobaldus* filius *Theobaldi* de **Verdun** rediit de *Hibernia* in *Angliam*, & factus est miles à Rege *Edwardo*, die sancti *Johannis* Baptistæ, una cum *Philippo* de **Barinton** commilitone suo.

Anno Domini MCCCij. dominus *Theobaldus* de **Verdun** hæres domini *Theobaldi* filii *Johannis* de **Verdun**, duxit in uxorem *Matildam* filiam domini *Edmundi* de *Mortuomari*, Apud **Wigmore**, 4. kal. Augusti.

Johannes de **Twiford** filius domini *Radulfi Pipard* desponsavit *Margaretam* filiam domini *Philippi* de **Barinton**, Apud **Crokesden** 2. idus Aprilis.

Anno Domini MCCCviij. dominus *Ricardus* de **Essebi** electus est in abbatem hujus domus.

Anno Domini MCCCix. dominus *T.* de **Verdun**, Patronus noster die dominica in festo *Bartholomei* apostoli apud **Alveton** migravit ad dominum, & apud **Crokesden**, cum magno honore appositus ad patres suos tertio idus Octobris, de quo congruè dici potest Id sapientis, ecclesiast. 21. *Mortuus est, & quasi non est mortuus similem sibi, & nomine & re relinquens post se*. Et ut veraciter dici possit quod sequitur ibidem, *Reliquit defensorem domus contra inimicos, & amicis rediit.*

Anno Domini MCCCxij. die beati *Laurentii* peperit *Matildis* de **Verdun**, domina de **Alveton**, ibidem quartam filiam nomine *Margeriam*, & die beati *Lamberti* episcopi sequente, scilicet xiiij. kalend. Octobris in castro de **Alveton** ab hac luce migravit; die vero beatorum martirum *Dionisii* sociorumque ejus in ecclesia conventuali de **Crokesden**, coram altare sancti *Benedicti*, per dominum *Gilbertum Evagdunensem* episcopum tradita est honorificè ecclesiasticæ sepulturæ, occurrente ibidem *T.* comite *Lancastriæ*, cum omnibus magnatibus patriæ.

Anno Domini MCCCxiij. x. kalend. Junii dominus *R.* de **Essebi** officium abbatis dimisit, & *Thomas* de **Castreton** dictum officium per electionem canonicorum in crastino recepit.

Anno Domini MCCCxiiij. *Theobaldus* de **Verdun** factus est justiciarius *Hiberniæ*, & profectus est illic ante natalem sancti *Johannis* Baptistæ.

Eodem anno tertio nonas Februarii, scilicet die Mercurii proxima post festum Purificationis, dominus *Theobaldus* de **Verdun**, hujus domus patronus, desponsavit *Elizabetham* filiam domini *Gilberti* de **Clare**, comitis *Glocestriæ*, & dominæ *Johannæ* de **Acres** filiæ *Edwardi* Regis, apud **Bystoll**, prius namque nupta erat filio primogenito comitis de **Glucestre**, in *Hibernia*, & peperit ei filium & hæredem.

Anno Domini MCCCxvj. sexto kalend. Augusti, qui erat dies martis, in mane diluculo dominus *T.* de **Verdun**, Patronus hujus domus, apud castrum de **Alveton**, ab hac luce migravit, & sepultus est apud **Croxden**, per abbatem loci xiij. kalend. Octobris, scilicet die sancti *Bertini* abbatis. Domina autem *Elizabetha* uxor ejus post sepulturam infra abbatiam perhendinavit per mensem & amplius.

Eodem anno domina *Elizabetha*, relicta domini *Theobaldi* de **Verdun**, die sancti *Benedicti* peperit sibi filiam nomine *Isabellam* apud **Almesbury**. Et sunt sorores quatuor & hæredes baroniæ de **Verdun**. *Johannam*, eneeyam, unam earum, desponsavit filius domini *Willielmi* de **Montagne**, qui in brevi mortuus est, & desponsavit eam dominus *Thomas* de **Furnivall**, die sabati in festo sancti *Mathei* apostoli.

Anno Domini MCCCxx. dominus *Richardus* de **Essebi** factus est iterum abbas domus hujus in festo sancti *Barnabæ* apostoli.

Anno prædicto, domina *Joanna* de **Furnivall**, domina de **Alveton**, peperit filiam suam primogenitam vigilia circumcisionis Domini, nomine *Margaretam*, quam baptizavit abbas de **Crokesden**, & abbas de **Roucester** illam de fonte levavit.

Anno Domini MCCCxxvj. obiit dominus *Philippus* de **Barinton** septimo idus Septembris & sepultus est in ecclesia de **Crokesden**, coram altari sancti *Laurentii* in crastino sancti *Mathei* apostoli.

Eodem anno x. kalendas Septembris natus est *Willielmus* filius domini *Thomæ* de **Furnivall**, apud castrum de **Alveton**.

Anno Domini MCCCxxvij. domina *Alianora* de **Barinton** obiit 3. idus Septembris.

Anno Domini MCCCxxviij. *Nicholaus* filius domini *Thomæ* de **Furnivall** domini de **Alveton** natus est ibidem die Epiphaniæ.

Dominus *Richardus* de **Essebi** abbas xj. cessit ab officio gratis, ob impotentiam.

Anno Domini MCCCxxxij. obiit dominus *Thomas* de **Furnivall**, dominus de **Sheffeld**, & **Wirsop** cum pertinentiis, crastino Purificationis; cui successit Dominus *Thomas* filius ejus, qui priùs desponsaverat dominam *Isabellam*. eineciam filiam domini *Theobaldi* de **Verdun**, &c.

Anno Domini MCCCxxxiiij. domina *Joanna* de **Furnivall**, domina de **Alveton** quæ fuit filia & prima hæredum domini *Theobaldi* de **Verdun** junioris, immatura morte in pariendo ibidem præventa est vj. non. Octobris, die quo obiit tantum triginta annorum, & ferè duorum mensium extitit, & septimo idus Januarii sequente, apposita est honorificè, coram magno altare ecclesiæ, ad patres suos; videlicet, inter dominum *Nicholaum* de **Verdun** filium fundatoris, progenitorem suum, & dominum *Johannem* de **Verdun** proavum suum. Porro in latere australi seorsum coram illis duobus altaribus humati sunt dominus *Theobaldus* avus suus, dominus *Theobaldus* pater suus, domina *Matilda* mater sua, & *Theobaldus* infans filius suus, dominus autem *Bertramus* de **Verdun** fundator egregius domus hujus, ut tradiderunt nobis seniores nostri, obiit in terra sancta, cum peregrinaretur ibidem, cum domino *Richardo* Rege famosissimo *Angliæ*, sepultusque est apud **Acon**. dominus autem *Normannus* pater ejus sepultus juxta altare sanctæ *Trinitatis*; Sed ossa ejus ex parte aquilonari. Porro domini, *Robertus*, & *Thomas* de **Verdun** filii fundatoris mortui sunt, & sepulti in *Hibernia*, Quorum omnium animas absolvat ille qui non solum creavit sed etiam redemit eas.

Anno Domini MCCCxxxv. dominus *Ricardus* de **Schepesheved** abbas de **Crokesden** ædificavit novam cameram suam.

Anno Domini MCCCxxxix. pridie idus Octobris, obiit dominus *Thomas* de **Furnivall** apud **Scheffeld** & sepultus fuit per abbatem de **Crokesden**, in abbatia de *Belle-capite*, die lunæ infra octavas Ascensionis Domini subsequentis.

Carta Regis *Henrici* secundi donatorum concessiones recitans & confirmans.

Chart. antiq. in R. nu. 26.

HEnricus *Dei gratia Rex* Angliæ, *& Dux* Normanniæ, & Aquitaniæ, *& Comes* Andegaviæ, *Archiepiscopis* (&c.) *salutem. Sciatis me, ad petitionem* Bertrami *de* **Verdun** *concessisse, & præsenti carta mea confirmasse Deo & abbatiæ de valle sanctæ* Mariæ *de* **Crorden**, *omnes subscriptas donationes ipsius* Bertrami, *& omnes alias rationabiles donationes, sibi factas, vel quæ factæ erunt, & cartis donatorum confirmatas. Ex dono ipsius* Bertrami *pro salute mea & pro salute animæ suæ, &* Normanni *patris sui, &* Richardi *de* **Humet** *constabularii, domini ipsius, & pro salute omnium antecessorum, & successorum suorum, totam terram suam de* **Crorden**, *cum omnibus pertinentiis suis, exceptis assartis suis, quæ homines de* **Wodehus** *fecerunt, & excepta terra quam vivaria sua, & calcia sua occupabunt, & tanta terra quanta capere voluerit ad faciendas calcetas vivariorum suorum; Et medietatem nemoris de* **Crakemerse**, *proximam ipsi abbatiæ, altera medietate sibi retenta; Item ex dono ejusdem totam terram de* Mosedena, *cum omnibus pertinentiis suis, & totam terram suam de* Archa, *cum nemore ad ipsam pertinente, & cum omnibus aliis pertinentiis suis; Item ex dono ipsius unum molendinum in* **Stanford**, *quod est inter pontem & castellum, cum toto tenemento quod ad ipsum molendinum pertinet, & totum tenementum quod* Akardus *de* **Stanford** *tenet de ipso* Bertramo. *Item ex dono ipsius* Bertrami *ecclesiam de* **Alverton**, *cum omnibus pertinentiis suis; & ecclesiam de* **Tothby**, *cum capella de* Nortona, *& capella de* **Carethorpe**, *& cum omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono* Roberti *de* **Beaufay** *quadraginta acras terræ ad perticam meam in* **Trosele**. *Quare volo* (&c.) *Testibus*, Waltero *episcopo* Lincolniensi, Ranulfo *de* Glanvilla, Willielmo *filio* Radulfi *senescallo* Normanniæ, Hugone *de* **Pozewich** *dapifero*, Hugone Bardulfe *dapifero*, Radulfo *de* **Arderne**, Galfrido *filio* **Petri**, Gilberto *filio* Reinfridi, *Apud* **Leon**.

KELDEHOLMENSIS
Abbatia, in agro Eboracensi.

Carta Regis Johannis *donatorum concessione recitans & confirmans.*

Cart. 2 *Joh.* num. 23. mem. 13.

JOHANNES Dei gratia &c. Sciatis Nos concessisse & præsenti Carta confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de **Beldeholm** juxta fluvium qui dicitur *Duna*, & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, totam terram de **Ouenewit**, per has divisas quam habent de dono *Willielmi* de **Stutevill**, & omnia quæ inter has divisas subscriptas continentur; scilicet, à rogo **Caleis**, quæ est juxta *Dunam*, per fossatum ipsarum sanctimonialium usque ad divisam terræ monachorum sanctæ *Mariæ* de *Eboraco*, quæ est in valle versus orientem, & per fundum ejusdem vallis usque in **Chatwait**, & per rectam divisam quæ est inter **Kirkebi Pozesheved** & **Sivelington**, à **Chatwait**, per vallem usque ad divisam de parva **Edeston**; & deinde usque in fluvium de *Duna*, & ab illo loco fluvii de *Duna* per ipsum fluvium usque ad predictum rogum. Et ex dono *Ernaldi* de **Benefeld**, terram de subtus *Crofton*am quæ fuit *Durand* & **Inthehill**, Croftum, scilicet, versus Austrum juxta fontem, & croftum versus aquilonem iuxta Rivum de **Hamclif**, & dimidiam carucatam terræ in **Cropton**, scilicet duas bovatas quas tenuit *Willielmus* filius presbiteri, & alias duas bovatas quas tenuit *Ranulfus*. Ex dono *Edæ* filii *Askilli* de **Abbeton**, unam carucatam terræ in **Habeton**, cum omnibus pertinentiis suis infra villam & extra. Ex dono *Willielmi* filii *Ingaldi* de parva **Habeton** duas bovatas terræ in parva **Habeton**, cum tofto quod fuit *Wbrici*, & cum omnibus pertinentiis suis infra villam & extra. Ex dono *Normanni* de **Redeman**, terram de **Tranesthern**, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Radulfi Paen* & *Columbæ* uxoris ejus, & *Willielmi* filii ejus & hæredis, viginti quinque acras terræ arabilis in dominicis culturis de **Engelby**, simul cum pastura. Et ex dono *Willielmi* filii *Columbæ* de **Engelby**, septem acras terræ & unam perticam & dimidiam in **Engelby**, de suo dominico. Ex dono *Willielmi* filii *Ranulfi* & *Hawisiæ* uxoris ejus, unam acram terræ infra territorium de **Engelby**. Ex dono *Roberti* de **Walteby**, & *Emmæ*, uxoris ejus, duas bovatas terræ in **Nunington**, & unam bovatam terræ in **Faddemor**, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Jordani* de **Wolteby** & *Sibillæ*, uxoris ejus, duas bovatas terræ in **Nunington**, & unam bovatam terræ in **Faddemor**, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Willielmi* filii *Columbæ*, duas carucatas terræ in **Engelby**, & de **Offmanus**, viginti & octo acras terræ in eadem villa. Ex dono *Roberti* de **Surdevall**, duos toftos in villa de **Boslum**, sicut Cartæ predictorum donatorum rationabiliter testantur. Testibus *Hug.* **Wardulf**, *Petro* de *Pratellis*,

tellis, Hug. de **Hebil**, *Sim.* de **Patesh**ul. Dat. per manum *S. Well.* archid. apud **Eggeton**, quarto die Februarii Anno Regni nostri secundo.

Alia Carta ejusdem Regis.

JOHANNES Dei gratia &c. Sciatis Nos concessisse & præsenti Carta nostra confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ* & sanctimonialibus quæ apud **Beldeholm** Deo serviunt, omnia subscripta quæ rationabiliter data sunt eis, & concessa & Cartis donatorum confirmata. Ex dono *Roberti* de **Stutevill**, & concessione *Willielmi* de **Stutevill** hæredis sui, locum illum de **Beldeholm**, cum tota terra culta versus Aquilonem per divisas in Cartis eorum determinatas, & parcum ad olera facienda, & molendinum cum soca & molta de **Birkeby**, & totam terram versus Austrum, et prata usque ad divisas in eorundem Cartis notatas, & pasturam in boscо de **Kevenwich**, & ibidem, In *Farendala* materiem ad edificia sua facienda & reficienda; & ligna ad focarium, & clausturam ad sepes suas restituendas consideratione forestariorum suorum, & pascua in **Wandeshal**, ad nutrienda animalia sua, & oves, & porcos, cum vaccaria sua ibidem & terra culta quæ ibi continetur, & totam corticem lignorum totius forestæ provinciæ illius, quæ per se cadunt, vel succiduntur à Carpentariis. Et totam terram de **Kogeberg**, cum pertinentiis suis, & duas carucatas terræ in **Engelby**, faciendo inde forinsecum servicium. Ex dono *Turstani* de **Beregeby**, vj. bovatas terræ, cum omnibus pertinentiis suis in **Beregby**. Ex dono *Willielmi* de **Vesci**, concessu *Burgiæ*, uxoris suæ, unam marcam argenti in molendino de **Tozonton**. Ex dono *Hugonis del* **Tuit**, molendinum de **Eneston**, & culturam de **Coleslanu**, & duas acras de **Seliflat**. Quare volumus (*&c.*) Datum per manum *S.* Archid. *Well.* apud **Scardeburg**, tercia die Februarii anno Regni nostri secundo.

Carta *Nicholai* de *Stutevilla.*

Ex autog. in turri beatæ *Mariæ Eber.*

OMnibus *sanctæ matris ecclesiæ filiis, tam præsentibus quam futuris*, Nicholaus *de* Stutevilla *salutem. Noverit universitas vestra me dedisse & concessisse & præsenti carta confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ* Mariæ *de* **Beldholm**, *& monialibus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam elemosinam, quatuor marcas annuas in molendino de* **Gillingmoz**, *percipiendas ad duos terminos; scilicet, duas marcas ad pentecosten, & duas marcas ad festum sancti* Martini, *de meipso, si molendinum sit in manu mea, vel de quocunque predictum molendinum habuerit, pro salute animæ meæ, & uxoris meæ, & omnium antecessorum meorum, quousque ego vel hæredes mei perfecerimus eisdem monialibus redditum centum solidorum in ecclesiastico beneficio in* Eboracsira, *quod cum perfecero eisdem redditum centum solidorum, quietus ero à solutione predictarum quatuor marcarum, de predicto molendino. Et ut hæc donatio mea firmitatem optineat imperpetuum, præsens scriptum sigillo meo confirmavi. Hiis testibus*, Willielmo Britone, Waltero *de* **Haver**by, Waltero *de* **Hulcaster**, Roberto *de* **Barwindelawe**, Thoma *de* **Chen**, Martino *servientе de* **Birkeby**, & multis aliis.

Carta Willielmi *filii* Willielmi *filii* Nicholai *de* **Habbeton.**

OMnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris *Willielmus* filius *Willielmi* filii *Nicholai* de *Habbetona* salutem in domino. Noveritis me concessisse & hoc præsenti scripto meo confirmasse Deo & beatæ *Mariæ* de **Beldeholm** juxta *Dunam* & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, decem bovatas terræ cum pertinentiis in campis de parva **Habbeton**, cum omnibus ædificiis & tostis & croftis dictis Sanctimonialibus spectantibus in eadem villa. Et totam terram arabilem quam habent in loco qui dicitur **Benedictat**, & communam pasturæ in loco qui dicitur **Pilnegrene** juxta pontem de **Neusom**. Et totam terram arabilem quam habent in locis de **Hozuse** & **Goldilandes**. Et communam pasturæ in **Hozuse**. Et communem pasturam per totam moram meam de magna **Habbeton** ad ducentas bidentes pascendas, & communem pasturam ad omnimoda animalia sua de manerio suo de parva **Habbeton** pertinentem, simul cum animalibus de tenentibus suis in eadem villa de parva **Habbeton** ibidem sine impedimento pascenda; & foditionem turbarum in eadem mora de magna **Habbeton** ad voluntatem & utilitatem dictarum Sanctimonialium, cum libero introitu & exitu ubique ad aysiamenta sua, sine destructione bladi & prati. Concessi etiam & confirmavi prædictis Sanctimonialibus omnes terras tenementa possessiones & redditus quæ prædictæ Sanctimoniales habent de donatione & confirmatione antecessorum meorum vel de eorundem tenentibus in villa & campis de parva *Habbetona* & magna *Habbetona*. Tenendum & habendum prædictis Sanctimonialibus & earum successoribus liberè quietè integrè & pacificè in liberam puram & perpetuam elemosinam, ad omnem voluntatem suam & utilitatem inde faciendam, sine aliqua contradictione mei vel hæredum meorum vel aliquorum successorum meorum, & adeo liberè & quietè sicut aliqua elemosina liberius purius & quietius aliquibus mulieribus religiosis potest dari aut ab aliquo feoffatore confirmari, cum omnibus suis pertinentiis in moris, campis, pratis, pascuis, pasturis, viis, semitis, mariscis, lykettis, turbariis, frustuis, fossatis, aquis & piscariis, & in omnibus aliis aysiamentis, prope & procul, infra villam & extra. Et sciendum est quod de illis forinsecis servitiis quæ dictæ Sanctimoniales pro prædicto tenemento reddere solebant, ego dictus *Willielmus* & hæredes mei illi si quis fuerit hæreditate aut assignatione pro prædictis Sanctimonialibus solvemus. Et totum prædictum tenementum quod de feodo meo tenetur pro omni servicio vicecomitum ballivorum & bedellorum adquietabimus & pro omni terreno servicio consuetudine exactione & demanda quæ a dicto tenemento aliquo modo exigi poterunt, Ego vero dictus *Willielmus* & hæredes mei totum prædictum tenementum cum omnibus suis

pertinentiis, sicut superius annotatur, contra omnes homines & feminas warantibimus adquietabimus imperpetuum & defendemus. Ut hæc mea concessio & præsentis scripti confirmatio rata & stabilis imperpetuum permaneat, huic præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, *Waltero* de **Percehay**, *Willielmo* de **Yarum**, *Rogero Grymes*, *Willielmo Luvell* militibus, *Bernardo* de **Berg**, *Jacobo* de **Holm**, *Johanne* de **Yeland**, *Johanne* de **Bulefozd**, *Ricardo* de **Dyzkby**, *Nicholao* de **Fedmoze**, *Waltero Romano*.

PONTE-ROBERTI
Abbatia in agro Sussexiensi.

Ex chron. claustri *Rossensis*.

ANNO millesimo centesimo septuagesimo sexto *Robertus* de *Sancto-Martino*, regnante *Henrico* Rege secundo, eique familiaris, condidit super flumen *Rotheri* Abbatiam de *Ponte-Roberti*.

Carta Regis Edwardi *tertii*.

Cart. 11 E. 3. n. 24 per inspex.

RIcardus Dei gratia Rex *Anglie* (*&c.*) Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis nos concessisse & præsenti carta confirmasse abbatiæ de *Ponte Roberti* & monachis ibidem Deo secundùm ordinem *Cistercii* servientibus omnes terras & tenuras & homines & servitia & redditus quæ *Aluredus* de *sancto Martino* fundator ejusdem abbaciæ dedit eis in liberam & perpétuam elemosinam sicut rationabiles cartæ ejus testantur; videlicet omnem terram quam ipse *Aluredus* tenuit de *Galfrido* de *sancto Martino* & hæredibus suis in rapo de **Hastyng** cum pertinentiis, sicut eam melius unquam & liberius tenuit; & totam terram quam ipsi tenent de canonicis sanctæ *Mariæ* de **Hasting**, & totum mariscum & terram quam tenent de feodo de **Pette** sicut rationabiles cartæ eorum testantur. Et totum feodum de **Fodyland** cum pertinentiis quod emerunt de *Reginaldo* de **Payner** & *Matill.* uxore ejus, & de *Inger.* de **Frettenvill**. Et terram de **Wicham**, & de **Pokeleth**: & de **Betener** quas præfati *Regin.* & *Matill.* & *Inger.* cum terra de **Potleg** eis vendiderunt. Et terram de **Farleg** quam emerunt de *Thoma* de *sancto Leodegario*; & terram quam emerunt de *Gilberto* filio *Gencelini* de feodo de **Setelescumbe**; & totam falsam morã quæ est subtus **Cures** versus *Ryam* inter fines *Kanc.* & feodum abbatis *Fiscampi*, & inter terram *Roberti* de **Crevequer** & **Wyncheli** quam emerunt de *Johanne* de *sancto Leodegario*, & *Rogero* de **Sokeneresse**; & terram quam emerunt de *Stephano* de **Cuell** apud **Horbregge** in mora; & terram quam tenent in mariseo de feodo de *Hikeleth*. & de **Oestel**; & terram de **Pyombell**; & terram de **Mapelesden**, & **Cundenner**; & terram de **Holbemesherse**, & de **Westenherst** cum pertinentiis; & terram de **Blakebeok** quam emerunt de *Alano Pellar*; & totam terram de **Swergate**, & pasturam infrà *Wallam* & extra quam habent de dono *Alicie* comitissæ de *Augo* & *Henrici* filii ejus comitis *Augi*; scilicet septingentas acras cum pertinentiis, tam de parte sua quàm de parte quam emit de feodo *Willielmi* de **Curty**, tenendas per tres solidos annuatim solvendos pro omni servicio; & terram de **Werth**, & de **Cumb**, & de **Mombenn**, & de **Andewell** cum pertinentiis; & terram quam habent in manerio de *Helh*: ex dono *Henrici* comitis *Augi*; & terram quam tenent de feodo *Randulfi* de **Hettinden**. Et omnes alias terras & tenementa & possessiones suas secundùm rationabiles cartas vel cirographa donatorum vel venditorum vel escambitorum suorum. Quare volumus (*&c.*) Testibus, *H. Cantuariensi* archiepiscopo, magistro *Rogero* (*&c.*) Dat. (*&c.*) nono die Novembris anno regni nostri decimo.

WICKHAMENSIS
Abbatia in agro Eboracensi.

Carta Tedbaldi *filii* Pagani *de* **Witcham**.

Ex ipso autogr. in turri beatæ *Mariæ Ebor.*

TEdbaldus filius *Pagani* de **Witcham**, universis sanctæ matris ecclesiæ filiis, tam futuris, quam præsentibus, salutem. Notum sit vobis me concessisse, & hac præsenti carta confirmasse Sanctimonialibus de **Witcham**, in liberam, & perpetuam elemosinam, & ab omni temporale subjectione solutam, donationem quam fecit eisdem supradictis sanctimonialibus de **Witcham** pater meus *Paganus*; videlicet, mansuram in qua habitant, & viginti quatuor acras terræ. Et similiter meam donationem cum eadem supradicta libertate, confirmo eisdem Sanctimonialibus de **Witcham**, videlicet decem & octo acras terræ in territorio de **Witcham** & partem meæ advocationis in ecclesia omnium Sanctorum de **Witcham**; & quicquid est de feudo meo, in vasto juxta grangias suas, & in **Bondale**: & quicquid habent in universo territorio de **Witcham**, & rationabiliter saisitæ sunt de meo feudo. Hiis testibus, *Reinaldo* de **Pitheringe**, *Ascherino* de **Palecake**, *Briano* clerico vicecomitis, *Aschelino* capellano de **Scaresbur**, *Gilberto* filio *Lagni* de **Atun**, & *Willielmo* filio ejus, *Torfin*, & *Gamfrido* de **Alhestin**, *Roberto* sacerdote de **Pumthune**, *Wigero*, & *Gamello*. & *Rogero* filio *Huche* de **Roston**, *Galtero* de **Busli**, *Tedbaldo* de **Partun**, *Alano Bucel*, *Toraldo* de **Nevil**, *Goscelino Bardolf*, *Hugone* filio *Walsuthe*, *Holivero* de **Clocum**, *Adestain* de **Roston**, & multis aliis.

Alia carta ejusdem *Theobaldi*.

Ibid.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis, tam futuris, quam præsentibus Teodbaldus filius Pagani *de* **Witcham** salutem. Sciatis me dedisse, & concessisse, & præsentis carta testimonio confirmasse, Deo & ecclesiæ sanctæ Mariæ *de* **Witcham**, & mo-

& monialibus ibidem Deo servientibus, totam culturam meam in **Bzetthozndale** *juxta terram prædictæ ecclesiæ, in perpetuam elemosinam liberam & quietam ab omni servitio, & consuetudine temporali. His testibus, magistro* Alano *de* **Witcham,** Nigello *canonico ejusdem loci,* Nichol. *capellano,* Waltero *de* **Bussei,** *& ejus filio* Reginaldo (&c.)

De duabus bovatis terræ in **Witcham** *per eundem* Teobaldum *concessis.*

Ibid. INgelramus decanus de **Weleburn,** & capitulum de *Ridala,* omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos litteræ istæ pervenerint, in domino salutem. Notum vobis facimus quod *Tedbaldus* filius *Pagani* de **Witcham,** in præsentia nostra dedit & concessit, atque fide in manu nostra affirmavit ecclesiæ sancti *Michaelis* de **Witcham,** & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, duas bovatas terræ in campis de **Witcham,** cum pertinentiis suis, cùm filia sua religioni in eadem tradita, in perpetuam elemosinam liberam & quietam ab omni humana consuetudine, & seculari servitio, quod ad eum, & ad hæredes suos attinet, excepto servitio Regis. Hanc autem elemosinam ipse *Tedbaldus*, & hæredes sui, ad opus prædictæ ecclesiæ warantizabunt supradictis Sanctimonialibus ab omnibus calumniantibus eam. Hiis testibus, *Roberto* de **Bumtun,** *Gervasio* sacerdote de **Widetun,** *Willielmo* clerico de **Birhabi,** magistro *Willielmo* de *Maltuna, Samsone* de **Hlingesbi,** *Rainaldo* de *Staingrifa, Nicholao* de **Rumnigtun,** magistro *Richardo* de **Yotun,** (*&c.*) & multis aliis. Hæc carta facta fuit apud **Pozmanbi.**

Carta Alani Buscell *de* **Yoton.**

Ibid. OMnibus hoc scriptum visuris vel audituris *Alanus Buscell* de **Yoton** salutem in Domino. Noveritis me concessisse, & hac præsenti carta mea confirmasse *Aliciæ* Prioriſſe de **Witcham,** & ejusdem loci conventui, & successoribus suis, quod liberè teneant, & habeant imperpetuum, dimidiam carucatam terræ, cum pertinentiis omnibus in villa, & territorio de **Yoton,** quam tenent de hæredibus *Rogeri* de **Pundemanbi,** sine aliquo impedimento, vel gravamine mei, vel hæredum meorum imperpetuum, salvo servitio domini Regis; Ita quod nec ego *Alanus*, nec hæredes mei, de supradicta dimidia carucata cum pertinentiis homagium de cætero, wardum, nec relevium, sectam curiæ, nec sequelam nec aliquod aliud servitium habere, exigere, vel vendicare possumus. In cujus rei testimonium pro me, & hæredibus meis, sigillum meum duxi apponendum. Hiis testibus, domino *Petro* de **Percy,** *Willielmo* de **Aton,** *Rogero Meraund, Thoma* de **Cobzerton,** *Willielmo Malekake, Willielmo* filio *Roberti* de **Kokton,** *Radulpho* filio *Petri* de eadem, *Willielmo* clerico de **Witcham,** & aliis.

Carta Hugonis *Prioris de* Bredlingtona *de ecclesia de* **Witcham.**

Ibid. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis, *Hugo* Prior, & conventus ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Bredlingtona*, salutem æternam in domino. Noverit universitas vestra, nos inspexisse cartam Sanctimonialium de **Witcham,** quam ab antiquo habuerunt de *Bernardo* Priore nostro, & conventu, sic continentem. *Venerabili domino & Priori suo, Dei gratia* Eborum *archiepiscopo* B. *servus fratrum ecclesiæ* Brellentonæ, *& conventus, salutem & debitam reverentiam. Noveris prudentia vestra, quod* Wimarus *presbiter de* **Witcham,** *& duo homines de quibus idem* Wimarus *partem ecclesiæ ipsius villa tenebat, scilicet,* Urci *filius* Karli, *&* Gamellus: *hi tres simul obtulerunt super altare nostrum, totum jus quod habebant in eadem ecclesia, & ad signum hujus donationis, optulit idem presbyter tres candelas cum multis testibus. Si quid juris in ipsa ecclesia propter hanc actionem nos habere dcernitis, totum Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus nos concedere sciatis. Valete.*

Nos itaque prædecessorum nostrorum voluntati, libenter faventes, prædicti juris nostri, qualecunque fuit, cessionem gratam habemus, & hoc præsenti scripto attestantes, sigillo capituli nostri communimus. Hiis testibus, magistro *Gerardo* de *Hoilandia, Henrico Silver* de *Bredlingtona,* & *Luca* filio ejus.

Carta Regis Johannis *donationem concessiones ratificans & confirmans.*

Johannes Dei gratia, &c. Sciatis nos concessisse & confirmasse Sanctimonialibus sancti *Michaelis* de **Witcham** quicquid eis rationabiliter datum est; videlicet ex dono *Pagani* filii *Osberti* locum ubi manent; & in eadem villa xlviij. acras concessu *Theobaldi* filii sui. Ex dono Regis *Henrici* fratris nostri C. & tres acras in eadem villa & unam sedem molendini in **Radak.** Ex dono *Willielmi* & *Godfridi* in **Charton** lij. acras & pasturam quingentarum ovium & omnes ecclesias & possessiones suas de quocumque illas teneant. Et volumus & firmiter precipimus quod ipsæ moniales habeant & teneant hæc omnia prædicta & omnia alia tenementa sua cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis in bosco & plano (*&c.*) sicut cartæ donatorum suorum eis testantur, & sicut cartæ *H.* Regis patris nostri rationabiliter testatur. Testibus, *Hugone Bardulf, R.* de **Turnham,** *Petro* de *Pratellis,* &c. Dat. per manum *S. Wellensis* archid. Apud **Pigering** j. die Febr. anno regni nostri secundo. Cart. 2 *Jo.* n. 29 m. 14

ABERCONWEYENSIS
Abbatia in agro Carmarthenſi,
* *fundata anno MClxxxv.*

* Chron. Burgenſe Ceſtrien. bibl. Cottoniana.

Cart 6 E. 3. n. 36. manu per inſpex.

NOtum ſit omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis, tam preſentibus quam futuris, quod ego *Lewelinus Gervaſii* filius, totius *Norwallie* Princeps, intuitu divine pietatis, pro ſalute animæ meæ & animarum omnium anteceſſorum & hæredum ac ſucceſſorum meorum dedi & conceſſi, atque preſenti Carta mea confirmavi pro me & hæredibus ac ſucceſſoribus meis, in puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum Deo & ſanctæ *Mariæ* & monachis de **Aberconewey**, ſub regulari habitu Deo ſervituris, locum ipſum in quo idem monaſterium fundatum eſt, per hos ſcilicet terminos. Aſcendendo de flumine **Conwy**, uſque ad **Aberegelyn**, deinde totum fluvium **Gelyn** uſque ad quoddam claud juxta **Gweridyos**, hinc divertendo ad dextram per illud * claud lapidibus ſignatum uſque ad rivulum **Perhey**, hinc aſcendendo per illum rivulum uſque ad quoddam claud juxta **Coetmaur**, hinc per illud claud uſque ad quandam rupem propè hinc per altitudinem collium petroſarum uſque ad os **Chriſtiani**, hinc deſcendendo uſque ad mare, & deinde per flumen **Conwy**, uſque ad **Aberegelyn**. Dedi eciam & conceſſi atque confirmavi eiſdem Monachis has terras apud **Crendyn**, per hos videlicet terminos. Aſcendendo de **Conwy** uſque ad quendam fonticulum exiſtentem in extrema parte terræ arabilis monachorum apud **Pennitron**; Hinc per ſuperiorem partem terræ ab eiſdem cultæ uſque ad lapides grandes exiſtentes in **Erw-boruran**, Inde uſque ad communem viam, hinc per ductum viæ uſque ad claud ſupra **Erwedus**, hinc uſque ad caput **Carret-Wyber**, hinc per ſuperiorem partem **Kyuozyn**, & terræ arabilis Monachorum uſque ad extremam partem **Gwernegof**, hinc per alveum deſubtus **Gwernegof** uſque ad terram **Crocuryn**; hinc per lapides in termino conſtitutos uſque ad rivulum juxta **Dglwys-Kos**, hinc per ductum rivuli uſque ad alveum qui eſt in extrema parte prati monachorum ſubtus **Crocuryn**, hinc per ductum alvei uſque ad deſcenſum rivuli qui eſt inter **Bodeſgallen** & **Bzongoch**, & deſcendit in dictum alveum. Hinc uſque ad fontem quendam, hinc per rupem proximam deſuper pendentem uſque ad lapidem quem vocant quadratum, hinc uſque ad rupem in qua eſt fovea, hinc uſque ad **Carreteren**, hinc uſque ad ſecundam rupem ultra **Carretwalth**, hinc per ſuperiorem partem terræ cultæ monachorum uſque ad claud inter **Trefwarth** & **Callaurwerth**, & ſic per ductum illius claud uſque ad paludem ſubtus, hinc per extremam partem terræ arabilis monachorum uſque ad nemus *Eardur* filii *Kendu*, hinc per claud uſque ad caput illius claud. Inde per ripam paludis inter terram arabilem & paludem uſque ad **Argaeyelin**, hinc per ductum aquæ uſque ad **Conwy**. Conceſſi eciam eiſdem monachis totam aquam **Conwy**, & ejuſdem aquæ tranſitum atque piſcariam de **Aberegelyn** uſque **Aberconwy**. Conceſſi inſuper & confirmavi eiſdem monachis **Frywlwyt**, per hos ſcilicet terminos. Aſcendendo de mari per medium cujuſdam foſſæ in terminum facte uſque ad fluvium **Barroc**, hinc per medium **Barroc** uſque ad rivulum **Chwilogen**, hinc per medium **Chwilogen** uſque **Blaenchwilogen**, hinc aſcendendo per paludem uſque **Pwllberwz**, hinc per alveum paludis uſque **Gwernebleiddu**, hinc per medium **Gwernebleiddu** uſque **Wennbant**, hinc per medium **Wennbant** deſcendendo per quendam rivulum fluentem per quendam valliculam uſque ad fluvium **Dwynech**, & ſic deſcendendo totam aquam **Dwynech**, & molendinum atque piſcariam totaliter & integre uſque ad fluvium **Dwynaur**, deinde per medium aquæ **Dwynaur**, cum medietate piſcarie, uſque ad mare, & abhinc per litus uſque ad foſſam ſupradictam.

* Id eſt *Foſſa*.

Conceſſi eciam & confirmavi eiſdem monachis **Ewin**, per hos videlicet terminos. Aſcendendo de **Penſarngwin** juxta **Pentyrth** per quendam alveum uſque ad fluvium **Retlot**. Hinc per medium **Retlot** uſque ad quendam rivum fluentem de **Sychnant**, hinc per illum rivum uſque ad **claud-Hert**, hinc deſcendendo per aquam fluentem de **claud-Hert** uſque **Blaen** rivi **Cfelanc**, hinc per medium rivi **Cfelanc** uſque **Kytefelanc**. Hinc aſcendendo per quendam alveum uſque **Kytuerthbocllen**, hinc per extremum alveum ultra **Bzynbzych**, & **Cnys-Las** uſque ad fluvium **Barroc**, & abhinc aſcendendo per quendam alveum uſque **Penſarngwin**. Dedi eciam & confirmavi eiſdem **Kevenocuelen**, per hos videlicet terminos; ab illo loco quo fluvius **Barroc** fluit juxta quendam fontem exiſtentem prope *Llanwnda* uſque ad quendam alveum qui eſt inter **Gefenys-Uechan**, & **Cnys-Kenbzen** verſus **Gerthic**, hinc divertendo ad dexteram per quendam alveum ultra **Cnys-Kenbzen** uſque **Wernvofyn**, hinc per medium **Wernvofyn** deſcendendo uſque ad fluvium **Gwyleyt**, hinc per medium **Gwyleit** uſque **Aberkarroc** juxta **Pozna-Duillen**, & ſic aſcendendo per medium aquæ **Barroc** verſus *Llanwnda* uſque ad dictum locum juxta prædictum fontem. Conceſſi eciam & confirmavi eiſdem **Pankall**, per hos ſcilicet terminos. Aſcendendo de **Aberkall** per fluvium **Kall** uſque **Pelethyn**, hinc uſque ad altitudinem **Llwytmaur**, hinc ad cacumen montis **Llwytmaur** uſque **Blangwennyn**, **Gwynem**. Hinc uſque **Blaen-Peyr**, hinc deſcendendo per medium **Peyr** uſque **Dwynech**; & ab hinc per aquam **Dwynech** uſque **Aberkall**. Conceſſi inſuper eiſdem & confirmavi **Kellhmeor**, per hos ſcilicet terminos. Aſcendendo de **Peney** per fluvium **Pzent** uſque **Aber-Pwllelwyzran**, hinc per medium aquæ **Pwllelwyzran** uſque **Garnigerd**, hinc per quoddam **claud** lapidibus ſignatum uſque ad quoddam ſtagnum juxta **Trefarthen**, hinc per medium illius ſtagni uſque **Clauderadwy**, hinc per illud **claud** uſque ad litus, hinc directè uſque ad alveum **Peney**, & ſic

fic per medium aque **Peney** uſque **Aber-Bzemt.** Conceſſi eciam & confirmavi eiſdem molendinum de **Talebout** cum pertinenciis; aquam quoque & foſſam de **Harny-Melyn** uſque **Carrec-Elgar,** atque viam communem omni tempore de **Bellhineoc** uſque ad molendinum prædictum ſine impedimento cujuſcumque. Dedi etiam & confirmavi eiſdem **Bodgedwyd,** per hos videlicet terminos. Aſcendendo de quadam parva inſula exiſtente in **Llyn-cozon** per medium **clandyago** uſque **Carned-Pozwerth.** Hinc divertendo verſus **Aberfraw** per quoddam cland lapidibus ſignatum uſque **Wenn-wenn.** Hinc per claud quoddam lapidibus ſignatum uſque **Murdynen-kefnerth.** Hinc directè verſus **Penllys** uſque **Bozſenllys.** Hinc diverſendo ad dexteram per medium alvei uſque **Rytdu.** Hinc per medium illius alvei uſque **Aber-goner garanen,** prout deſcendit in **Bozſcallellyn.** Hinc aſcendendo per **Gonergaranen** juxta quoddam cland lapidibus ſignatum utique **Wenn-las.** Hinc per medium **Wen-las** uſque **Wenn-baur.** Hinc aſcendendo per alveum uſque **Fynnony-meyirch.** Hinc per quoddam cland lapidibus ſignatum uſque ad latus **Bodwzdyn.** Hinc per ductum lapidum utique **Cerric-poetheon.** Hinc per quoddam cland divertens verſus **Treſdraeth** uſque ad latus **Treſdzaeth.** Hinc per medium alvei exiſtentis in confinio **Treſdraeth** per medium **Bozſy girbran** uſque **Pyllen-Halog,** & ab hinc per alveum uſque ad prædictam inſulam. Dedi etiam & confirmavi eiſdem plateam de **Lannaes** per terminos ſuos cum omnibus pertinentiis ſuis.

Conceſſi inſuper & confirmavi eiſdem monachis **Noelas-Beirnanc** & **Llanbeir-Ryt caſtell,** per hos videlicet terminos. Aſcendendo de **Aber-Gwzyſgane** per fluvium **Gwyſgane** uſque ad quoddam latum vadum in **Blaengwzyſgane.** Hinc per alveum uſque **Maenefarty.** Hinc uſque **Cerric-Llwynogod.** Hinc uſque **Carnedrun.** Hinc uſque ad montem ſubtus **Moel-feiſſanc.** Hinc uſque ad ſummitatem **Moelfeiſſanc.** Hinc uſque **blaen gwenn eneas.** Hinc deſcendendo per alveum uſque **Henrytbelt.** Hinc per fluvium **Baletwyn** uſque **Blaen Baletwyn** ſubtus **Bozſgaranen.** Hinc directè ducta linea uſque **Eſgynbaen-giwgann.** Hinc uſque **Llynalwen.** Hinc per medium **Llynalwen,** & medium fluvii **Alwen** uſque **Rytgwynn.** Hinc per **Nant-heilynſeis** uſque ad quandam valliculam divertentem ad ſiniſtram, & per illam valliculam aſcendendo uſque ad caput cujuſdam alvei profundi ſubtus **Bzondengynllwyn.** Hinc relinquendo **Bzondengyn llwyn** ad dexteram intra terminos monachorum per vallem uſque **blaen Llaethanc.** Hinc per medium **Llaethanc** utque ad fluvium **Nuc.** Hinc per medium **Nuc** uſque ad flumen **Conwy** & per medium aque **Conwy** uſque ad **Aber gwriſcauc.**

Conceſſi etiam & confirmavi eiſdem **Llynkemer,** per hos ſcilicet terminos; aſcendendo per **Llynkemer** per fluvium **Alwen** uſque **Aber Dzywes.** Hinc per medium aque **Dzywes** utque **Bonerelic bzas.** Hinc uſque **Nant Ringhylleyt.** Hinc ad fluvium **Bzemt,** & per medium **Bzemt** utque **Llyno kemer.** Conceſſi etiam & confirmavi eiſdem **Llethwedkrynllwyn,** per hos ſcilicet terminos, à **Pylle** propinquiori **Talomas-Dmoumant** contra **Alwen** uſque ad locum ubi rivulus deſcendit in **Alwen** de **bwlchomewyt.** Inde contra eundem rivulum uſque **Bwlchomewyt.** Inde per deſcenſum rivuli ex alia parte montis verſus **Herricedrudeon** uſque ad **Cynſerheid.** Hinc a ſuperiori parte ejuſdem **Cnys** per paludem uſque ad rivulum ulteriorem fluentem de quodam fonte. Inde per longitudinem cujuſdam valliculæ uſque ad caput magnæ paludis verſus orientem. Hinc per longitudinem illius paludis uſque ad rivulum decurrentem de fonte ulteriori verſus orientem è regione **Alwen,** & ab eodem fonte uſque ad cland infernus ſubtus viam. Inde per longitudinem illius cland ad **Helicllwynen** apud **blaen-nant** quod deſcendit verſus **Alwen.** Inde uſque ad **Herricllwydeon** verſus aquilonem in ſupercilio cujuſdam collis. Hinc uſque ſuper **blaen** vallis qui deſcendit verſus **Dinas dundmant.** Hinc per ejuſdem vallis longitudinem utque ad ſupradictum **Pwlle** juxta **Tal** ipſius **Dinas.**

Conceſſi inſuper & confirmavi eiſdem monachis has terras apud **Manhoenem,** ſcilicet **gwaſcat minoo Bzyngwynem, Hafat, Tandzer, Llyndu, Chwmygozet, Scubozdynemreis, Hendzeſwynein, Wernoſdet, Pennant, Pozgenen Pennant crwnn** cum **Llom** ex utraque parte **Llem, Chwmerth** ex utraque parte **Crth, Chwmdelis** ex utraque parte **delis, kemen trinent,** & **gwzyt, koi** ex utraque parte **Degynnn,** per videlicet terminos ſubſcriptos. Aſcendendo de **Abercolwyn** prout deſcendit in **ferlas** per medium **Colwyn** uſque **blaencolwyn** prout deſcendit de **bwlch chwmllem.** Hinc per crepidinem rupium utque ad caput **Weddua-baur.** Hinc uſque ad caput **Cybgoch.** Hinc uſque ad caput **Wregyſſant.** Hinc per altitudinem rupium, uſque ad ſedem **peris.** Hinc uſque ad caput **Moel berned.** Hinc directè uſque ad illum locum in quo fluvius **Member** incipit ſicut torrens precipitanter deſcendere Hinc per medium aque **Member** uſque **Cranongoch.** Hinc aſcendendo per illam aquam uſque **Llegat-Crych.** Hinc uſque ad altitudinem **Cerric-cryppch.** Hinc uſque **Lloth edear.** Hinc uſque **bankarw.** Hinc per cacumen rupium **Bancarw** uſque **bleau teyzw.** Hinc per fluvium **Teyru** utque ad petram quæ deſcendit in **Teyru** juxta **Ryt Teyru** ſuperiorem. Hinc per parvos colles petroſos à latere **Gerrynt** uſque **Llethwedgwelvau.** Hinc ducta linea indirecte utque ad monticulum qui in ſimilitudinem caſtelli apparet à dextera parte **Llethewedgwellvau.** Hinc per altitudinem uſque ad caput **carrecererery.** Hinc per ſummitatem rupium uſque ad verticem **Hoctomewyt.** Hinc uſque **Bylchen ternyn.** Hinc per cacumen rupium uſque ad **Gozſcod-Kellygynt** prout pendet deſuper vallem. Hinc diverſendo verſus **Llyndmas** per longitudinem cujuſdam brachii petroſi deſuper vallem apparentis uſque ad caput cland **meun.** Hinc per medium illius cland uſque ad fluvium **ferlas,** & deinde per medium **ferlas** uſque ad **Abercolwyn** prout deſcendit in **Llynckemer.** Dedi eciam & confirmavi eiſdem monachis **Arven** & **Darlas,**

[R]

per hos ſcilicet terminos ; aſcendendo de **Aberpwllevarlas** per medium aque uſque ad ſtagnum **Cawlwyd**. Hinc per medium illius ſtagni uſque ad paludem que eſt ſupra capud ſtagni & per illam directè paludem uſque ad **Mygynfoz-thant**. Hinc per altitudinem rupium uſque ad capud **Llithzetewzath**. Hinc per altitudinem illius montis verſus occidentem uſque **Bwlcherpivarthant**. Hinc deſcendendo per illam vallem & per illum rivulum deſcendentem per illam vallem qui dicitur **frwt-du** qui eſt directè ſubtus **Carrec-Gwenolyod**, & deſcendit in fluvium **Eggyen**, & per fluvium **Eggyen** uſque ad ſtagnum **Eigyen**, & per illud ſtagnum & per fluvium deſcendentem de ſtagno uſque ad flumen **Conwy**, & per medium **Conwy** uſque ad **Aberpwllevarlas**.

Conceſſi inſuper eiſdem monachis quod liberi ſint imperpetuum & quieti ab omnibus paſtibus & poturis hominum, equorum, canum, & avium, & non compellantur ad paſcendum me aut miniſtros meos aut alios quoſcumque ſeculares ſub obtentu conſuetudinis, & quod circa electiones depoſitiones ſeu reſignationes abbatum tempore vacationis aut alio tempore ego nullatenus intromittam, ſeu miniſtri mei aut alii ſeculares minimè intromittent ; ſet omnia in dicto monaſterio facienda per religioſos ordinentur regulariter & tractentur. Conceſſi eciam eiſdem ut uti & gaudere poſſint naufragio in omnibus terris ſuis & litoribus meliori modo quo in terris meis ego utor, videlicet quecumq; bona ſeu res per ſubmerſionem aut fractionem ſeu per aliud infortunium ad terras ſuas ſeu ad litora terris ſuis conjuncta de mari evenerint, ipſa bona totaliter & integrè ſint ipſorum monachorum ; ſimiliter ſi naves aut ſcaphæ aut bona ipſorum monachorum infra dominium meum per procellam maris aut naufragium aut per aliud infortunium fracta aut ſubmerſa fuerint, ipſa vaſa & bona ſint ipſorum monachorum. Conceſſi eciam eiſdem monachis quod ipſi & omnes ſervientes ſui cum omnibus bonis ſuis quieti ſint ab omni theoloneo, paſſagio, pagio, & pontagio in omnibus terris meis. Et quod ipſi & omnes ſervientes ſui in terris ſuis liberè poſſint emere & vendere animalia, cibum & potum atque alia quæcumque bona. Et ſimiliter ipſi & ſervientes ſui ac omnia bona ſua liberè ſine quocumque precio paratum tranſitum habeant per **Meney, Conwy, Abermaw**, & **Dyni**, & in omnibus paſſagiis per omnem poteſtatem meam non obſtante quacumque lege aut conſuetudine. Conceſſi eciam eiſdem quod ſi animalia ſua aut alia quecumque bona furata rapta ſeu ablata vel ad tempus perdita fuerint, tam cito iidem monachi illa bona probaverint eſſe ſua ipſis ſine dilatione pacificè liberentur. Similiter prohibeo ne aliqua perſona ſecularis aut religioſa de dominio meo preter dictos monachos utatur illo ſigno ferreo quo ipſi ſignare ſolent animalia ſua & jumenta, & ſi animalia quorumcumque in venta fuerint ſigno ipſo ſignata ipſis monachis liberentur. Conceſſi inſuper eiſdem monachis imperpetuum quod pro quacumque cauſa dicto aut facto ſeu forisfacto in curiis meis aut in quacunque curia laicali nullatenus judicentur amercientur ſeu puniantur, ſet in capitulis ſuis ſecundum ordinem ſuum corrigantur. Conceſſi etiam eiſdem monachis ut nullus hominum extorqueat ab eis vicinitatem aut partem de paſturis ſilvis aut molendinis ſuis, ſet ipſi monachi contra, omnes cuſtodiant & poſſideant fines & terminos ſuos in hac carta contentos, & intra eoſdem terminos araturas, ædificia, molendina, culturas, & alios quoſcumque labores pro libito ſuo faciant ſine contradictione cujuſcumque. Conceſſi etiam eiſdem monachis quod nullus hominum poſſit ſuper ipſos calumpniam ſeu actionem facere propter receptionem aliquarum perſonarum ad habitum ſuum cujuſcunque conditionis ſint, poſtquam ipſi recepti in dicto monaſterio profiteantur : ſet ſi qui tales perſonas ad religionem de ſeculo fugientes ſuper aliquibus calumpniaverint, durante anno probationis, & non poſt profeſſionem factam actionem ſuam oſtendant. Conceſſi etiam eiſdem monachis, ut ſi qui profeſſorum dicti monaſterii ſine licentia & conſenſu abbatis ſui pecuniam aut alia bona a creditoribus incaute mutuo acceperint aut ſeculatibus fidejuſſionibus ſe immiſcuerint, monaſterium prædictum pro talibus mutuis & fidejuſſionibus minimè ſatisfaciat. Conceſſi inſuper eiſdem quod licitè poſſint ſuper aquas currentes inter terras meas ſeu hominum meorum ex una parte, & terras ipſorum ex altera levare & ædificare molendina, & etiam eaſdem aquas de canalibus ſuis ad terras ſuas vertere & declinare ſine impedimento cujuſcumque. Conceſſi eciam eiſdem quod licitè poſſint recipere ad habitum ſuum & ad famulatum ſuum & ſervicia liberos meos ſpadarios & homines de advocatione mea, atque omnes primam tonſuram habentes cujuſcunque conditionis extiterint, ſine moleſtia & calumpnia cujuſcumque. Et quia pium eſt ut omnibus qui ſeculi vanitates & mundanas divicias derelinquunt & ad regis regum obſequia voluntarie convertuntur principum aſſint preſidium & tutela, volo pro me & hæredibus ac ſucceſſoribus meis quod iidem monachi tam præſentes quam futuri habeant & poſſideant omnes terras prædictas per limites & fines ac terminos prænominatos, In ſilvis & campis cultis & incultis, pratis, paſcuis, paſturis, piſcariis, ſtagnis, vivariis, aquis, molendinis, viis, ſemitis, moris, glebariis, lapidibus, metallis, avibus, omniumque avium nidis, litoribus, portubus, naufragiis, theſauris, omnibuſque rebus tam ſuper terras ſuas quam ſub terris ſuis inventis, benè & in pace, liberè quietè integrè, plenariè honorificè, firmiter & inconcuſſe in liberam puram & perpetuam elemoſinam imperpetuum, ſolutas & liberas ab omni terreno ſervicio & exactione ſeculari ; Volo eciam ut iidem monachi tam præſentes quam futuri omnibus prædictis libertatibus quietanciis & aliis liberis conſuetudinibus per omnes terras meas & per totum principatum meum imperpetuum gaudeant & utantur : Et prohibeo ſub periculo indignationis meæ ut nullus hominum eiſdem monachis aut ſervientibus ſuis contra hanc cartam meam prejudicium faciat aut gravamen, Quoniam ipſos & omnes res ac poſſeſſiones ſuas ſub protectione mea ſuſcepi. Et ut hæc mea donatio atque confirmatio imperpetuum

petuum firma & inconcussa permaneat, ne aliqua contentionis aut perturbationis occasio contra prædictos monachos possit imposterum suboriri eam præsentis cartæ munimine & sigilli mei impressione roboravi. Testibus his, *Yorwerthgam, gwynn* filio *Eduerwein ydon* capellano meo, & *Madoco* filio *Cadur*. Dat. apud **Aberconwy** anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo octavo, septimo idus Januarii, & principatus mei anno decimo, (*&c.*)

A.1198.

De translatione ejusdem abbatiæ ad **Paynan.**

Cart. 12 E. 1. n. 18.

REX *Archiepiscopis, &c. salutem. Sciatis nos pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & hæredum nostrorum dedisse concessisse & hac carta nostra confirmasse dilectis nobis in Christo abbati & conventui de* **Aberconewey**, *quorum situm transferri volumus usque* **Paynan**, *de assensu eorundem abbatis & conventus & coabbatum suorum ordinis* Cistercienſis *per quos locum illum fecimus visitari, quod totam ecclesiam de* **Aberconewey** *quam prius conventualem habuerunt & tenuerunt de cætero habeant & teneant quantum in nobis est in proprios usus parochialem, cum omni jure patronatus & proprietatis sibi & successoribus suis, & in puram & perpetuam elemosinam, cum omnibus juribus possessionibus & rebus aliis ad prædictam ecclesiam parochialem spectantibus quocunque nomine censeantur tam infra muros quam extra, cum omnibus decimationibus omnium terrarum & maris ex utraque parte de* **Conewey** *ad prafatam ecclesiam de* **Aberconewey** *spectantium ab antiquo. Ita tamen quod eidem ecclesia deservire faciant per duos capellanos Anglicos & idoneos, & honestos, quorum unus sit perpetuus vicarius in eadem, & per ipsos abbatem & conventum in singulis vacationibus ipsius vicaria loci diocesani præsentetur, & per unum tertium capellanum* Walensem *honestum, propter idiomatis diversitatem. Quare volumus (&c.) Dat. per manum nostram, apud* **Karnarvan** *xvj. die Julii.*

Et memorandum quod hæc carta irrotulatur in rotulo *Wallie* de hoc anno.

Adhuc de translatione ejusdem ad **Paynan.**

Cart. 12 E. 1. n. 3.

REX Archiepiscopis, (*&c.*) salutem. Sciatis quod in recompensationem situs quondam abbacie de **Aberconewey** & terrarum adjacentium, & grangiæ de **Crenthyn** cum pertinentiis ad eandem abbaciam tunc spectantium, quas abbas & conventus loci ejusdem in manus nostras reddiderunt, dedimus & concessimus & hac carta nostra confirmavimus prædictis abbati & conventui ordinis *Cistercienſis*, quorum monasterium postmodum de novo apud **Paynan** in honore omnipotentis Dei & beatæ *Mariæ* & omnium Sanctorum, pro salute animæ nostræ & animarum omnium antecessorum & hæredum seu aliorum nostrorum successorum fundavimus, prædictam villam de **Paynan** cum pertinentiis, quam una cum quibusdam aliis terris *Henrico* de **Lacy** comiti *Lincolniæ* & hæredibus suis & quam idem comes postmodum quietam de se & hæredibus suis in manus nostras reddidit. Et etiam centum & decem & septem solidatas, & octo denaratas terræ quas *Mereducus Grath* & *Gorgonen* frater ejus; & quindecim solidatas terræ quas *Rogerus Bezun*; & decem solidatas terræ quas **Tuderius** ab **Bartwet** tenuerunt in eadem villa de **Paynan**, & quas in manus nostras quietè similiter reddiderunt. Habendas & tenendas prafatis abbati & conventui & eorum successoribus in eodem monasterio Deo & beatæ *Mariæ* servituris, cum omnibus suis pertinentiis, in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Concessimus etiam eisdem abbati & conventui & confirmavimus omnes rationabiles donationes terrarum ecclesiarum hominum & elemosinarum eis a quibuscumque jam collatas & imposterum conferendas vel adquirendas. Quare volumus (*&c.*) quod prædicti abbas & monachi & eorum successores habeant & teneant villam terras & redditus prædictos cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad eos spectantibus ut in boscis pratis (*&c.*) per metas & bundas subscriptas; videlicet ascendendo de **Conewey** versus montes de **Abercamwi**; ubi descendit fluvius qui appellatur **Cynnogan** a flumine de **Conewey**: & sic ascendendo per illum fluvium de **Cynnogan** usque ad fontem de **Tangwys**: & de fonte illo per viam magnam directe usque ad **Rytylliwydeirche**; & exinde per rivulum parvum usque ad fluvium de **Gwybenging**: & sic ascendendo per illum fluvium usque ad rivulum parvum qui descendit de **Dewilwyn** & deindè usque **Graflwyn-chwydane**; & sic directè usque **Pwll** in medio **Gwenn-Bennarwann**; & deinde usque **Pwll** in medio **Pwmus Bycheyn** & sic usque **Arnonyn, Heol**, deindè usque moram **Phaekeirth**; deinde usque **Clawd** juxta domos fratrorum: deinde usque ad caput **Erw Pynallen**; exinde usque flumen **Erethlin**: deinde usque **Gwen-Bowys**; & sic juxta lacus **Gwenn-Bowys** usque **Pwll-Budy**; & exinde usque **Nantiwyach**; & deindè descendendo usque ad moram quæ dicitur **Gwennyco**: & deinde usque **Pbwich-Coch**, deinde usque ad moram quæ est inter **Gwernnelane**, & **Garthgynannel**; & inde usque ad aquam quæ appellatur **Ballenllethane**, & sic per illam aquam usque longum vadum, deindè usque ad moram quæ appellatur **Gwernnaenan**, & sic per quendam rivulum usque **Pwll-ydon**, & per aquam **Pwll-ydon** usque **Conewey**; & sic per filum aque **Conewey** usque ad **Aberycambwll**. Et quod habeant omnes rationabiles donationes terrarum ecclesiarum hominum & elemosinarum eis a quibuscumque jam collatas & imposterum conferendas vel adquirendas bene & in pace liberè, quietè, integrè, plenariè, & honorificè, cum **sok & sak, tol, & theam, infangenethef, & utfangenethef, hamesok, gridbrich, bolwyk, fichwych, Ferwych, hengwych, leirwych, flemmefrith**, murdro, latrocinio, **fossal, hozel**, & **hozelt** infra tempus & extra tempus, & in omnibus locis & cum omnibus causis quæ sunt & esse possunt.

Vide etiam Pat. 3 E. 2. part. 2. m. 9.

Concessimus etiam quod prædicti abbas & monachi quieti sint imperpetuum de omnibus misericordiis, & quod ipsi & omnes homines sui liberi sint & ab omni scoto & geldo & omnibus

auxiliis regum vicecomitum & omnium ministerialium eorum, & de hidagio, carucagio, **danegeld**, **hornegelde**, & excercitibus, scutagiis, tallagiis, testagiis, stallagiis, siris, & assisis, & assartis, de vasto nemorum, de maeremio cariando, de armis portandis, de thesauro portando, de chaciis, establiis, scotallis Regalibus, de purprestura, hundredis, wapentachiis, placitis & querelis, warda & **wardepeny**, **averpeny**, **hundredespeny**, **borhalpeny**, **trythingpeny**, & de operibus castellorum parcorum pontium, & de clausuris & omni carragio summagio navagio passagio muragio & domuum regalium edificatione, & omnimoda operatione. Et prohibemus ne bosci eorum ad prædicta opera vel ad aliqua alia capiantur, & similiter ne blada illorum vel hominum suorum ad castella munienda capiantur.

Concedimus eciam quod omnia tenementa eorum tam in bosco quam in plano sint deaforestata & extra omnem potestatem forestariorum. Præcipimus eciam quod prædicti abbas & monachi & homines sui liberi sint & quieti ab omni theolonio in omni foro & in omnibus nundinis & in omni transitu pontium viarum & maris per omnem potestatem nostram & per omnes terras nostras in quibus eis libertatem dare possumus, & omnia mercata sua & hominum suorum sint similiter in prædictis locis ab omni theolonio quieta; & quod naves eorundem abbatis & monachorum liberum transitum per omnem potestatem nostram habeant absque omni exactione & consuetudine.

Concedimus eciam & confirmamus eisdem abbati & monachis, quod si aliquis hominum suorum pro delicto suo vitam vel membra debeat amittere vel fugerit & judicio stare noluerit vel aliud delictum fecerit pro quo catalla sua debeat perdere, ipsa catalla sint prædictorum abbatis & monachorum. Similiter si aliquis hominum suorum sit amerciatus erga nos vel ballivos nostros pro quacumque causa vel delicto seu forisfacto, amerciamenta prædicta dictis abbati & monachis reddantur, servata regiæ potestati justitia mortis & membrorum. Hæc omnia prædicta & omnes alias quietancias libertates & liberas consuetudines quæ in hoc scripto non comprehenduntur & liberiores alicui domui religiosæ conferri possunt, concedimus prædictis abbati & monachis pro Dei amore & gloriosæ virginis *Mariæ* & pro salute animæ nostræ & omnium antecessorum & hæredum nostrorum, in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuú. Et prohibemus super forisfacturam nostram quod nullus eisdem abbati & monachis vel hominibus suis contra hanc cartam nostram forisfaciat sub pœna viginti librarum quia ipsos & omnes res & possessiones suas & hominum suorum in custodiam & protectionem nostram recepimus. Et prohibemus ne iidem abbas & monachi ponantur in placitum de aliquo tenemento suo nisi coram nobismet ipsis vel hæredibus nostris. Hiis testibus venerabili patre *Roberto Bathonienſi & Wellenſi* episcopo cancellario nostro, (*&c.*) Dat. per manum nostram, Apud **Kaernarvan** xxiij. die Octobris.

NUN-COTUNENSIS
Abbatia in agro Lincolnienſi.

COmes *Albemarle* tenet in **Beleby** dimidium feudi unius militis de domino rege in capite de conquestu. *Ingeramus* de *Munceus* tenuit illud de dicto comite; & domus de **Cotun** fuit fundata in eodem ex dono dicti *Ingerami* in elemosina. Ex rotulo Hundr. de an. 3 E. 1.

Carta Alani *de* **Muncels** *de tota villa de* Cotuna.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris notum sit, me *Alanum* de **Muncels** dedisse, & concessisse, & præsentis cartæ meæ testimonio confirmasse Deo, & ecclesiæ beatæ *Mariæ*, & sanctis monialibus ibidem Deo servientibus, præsentibus, & futuris, totam villam de *Cotuna* cum omnibus hominibus ejusdem villæ, & cum omnibus pertinentiis eidem villæ adjacentibus; in terris, & in pratis, in pascuis, & mariscis, in viis, in semitis, & in cæteris aisiamentis suis. Et in mariseo de **Stalingburg** viginti & unam perticatam in latitudine, juxta pontem, & ad **Schiroſmurs** viginti & unam perticatam juxta pratum de **Riby**, & ad **Hobenswell** septem perticatas in latitudine, & septem quadrantenas in longitudine; & totum quod est propinquius *Saltura* in occidentali parte, & in **Filecher** duas perticatas, ad **Ozisetwel** unam perticatam, & in mariseo de **Haburch** undecim perticatas in latitudine ad *Belleſwella*, cum tota ejus longitudine, in puram & perpetuam, & liberam elemosinam, & quietam ab omni consuetudine humana, & seculari actione. Et ecclesiam de **Cushewald**, cum duabus bovatis terræ de dominio meo, & pasturam ducentarum ovium in eadem villa de **Cushewald**. Hæc omnia supradicta dedi, & concessi, & confirmavi Deo, & ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Cotuna*, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, in puram, & perpetuam, & liberam elemosinam, pro salute animæ meæ, patris & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, necnon & amicorum, & maximè pro salute *Stephani* comitis *Albemarlie*, & *Awiſiæ* uxoris suæ, & pro salute animæ sponsæ meæ, & omnium hæredum meorum. Hæc omnia supradicta ut determinata sunt, ego & hæredes mei warantizabimus contra omnes homines, imperpetuum. Hiis testibus *Hacuno* presbitero de *Burgo*, *Haldano* presbitero de **Beleby**, *Simone* filio ejus clerico, *Rogero Criſpin* de **Beleby**, *Richardo* de **Merlin**, *Alano* de **Merlin**, *Richardo* de **Soures**, *Willielmo* filio *Bernardi*, *Willielmo* de **Burch**, *Willielmo* clerico de **Beleby**, *Willielmo* filio *Viel*, & multis aliis. Ex regiſt. *Nun-Cotun* penes *Dudleium North* de balneo militem 1652 fol. 1.

Hac

Hæc est carta & confirmatio Engerami *de* **Puncels** *de tota villa de* **Cotun**, & de *pastura CC. ovium in* **Cuchewald.**

Ibid. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris, notum sit, Me *Engelramum* de **Puncels** dedisse concessisse & præsentis cartæ testimonio confirmasse Deo, & ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Cotuna*, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus donationem patris mei *Alani* de **Puncels**, quam fecit eidem ecclesiæ & prædictis monialibus, cum assensu & concensu *Matildis* matris meæ, & omnium hæredum suorum; scilicet, totam villam de *Cotuna*, cum omnibus hominibus ejusdem villæ, & cum omnibus pertinentiis eidem villæ adjacentibus; scilicet, in terris, & in pratis, in pascuis, in mariscis, in viis, in semitis, & in cæteris aisiamentis, & in marisco de **Stalingburg** viginti & unam perticatam in latitudine juxta pontem, ad **Schiresmurs**, viginti & unam perticatam juxta pratum de **Kiby**, ad **Hovosnesdeil**, septem perticatas in latitudine, & septem quadrantenas in longitudine, & toftum quod est propinquius **Saltwat** in occedentali parte. In **Filecher** duas perticatas, ad **Ozieswelle** juxta pratum *Rogeri Crispini* de **Keleby**, unam perticatam, in mariseo de **Haburg**, undecim perticatas in latitudine, ad *Bellesuella* quadraginta & unam perticatam in latitudine, in puram, & perpetuam & liberam elemosinam, & quietam ab omni servitio & consuetudine humana, & seculari exactione. Et ecclesiam de **Cuchewald**, quam pater meus concessit eidem ecclesiæ, cum duabus bovatis terræ de dominio meo, & uno tofto similiter de dominio meo. Et ex dono meo pasturam ducentarum ovium in eadem villa de **Cuchewald** in puram & perpetuam elemosinam. Ex dono *Willielmi* filii *Richardi* de **Otringham** unum toftum in **Bilningheim** quæ fuit *Alwini Pellificis*. Hæc omnia supradicta concessi, & confirmavi Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Cotuna*, & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, in puram & perpetuam & liberam elemosinam, pro salute animarum patris & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, necnon & amicorum, & maximè pro salute animæ *Stephani* comitis *Albemarliæ*, & *Hawisiæ* uxoris suæ, & pro salute animæ meæ, & omnium hæredum meorum. Hæc omnia supradicta, ut determinata sunt, ego & hæredes mei warantizabimus contra omnes calumpniatores in perpetuum. Hujus confirmationis hii sunt testes, *Philippus* abbas de **Toznetun**, *Thomas* canonicus ejus, *Philippus* canonicus de *Swyna*, *Alanus* presbiter de *Swalua*, *Ernisius* presbiter de **Egiligge**, *Johannes* presbiter de *Brocl.* *Simon* presbiter de **Keleby**, *Alexander* presbiter de **Castre**, *Willielmus* decanus de *Bracela*, *Robertus* de *Rowella*, *Willielmus* persona de **Nozcotun.**

Hoc est privilegium *Alexandri* Papæ monialibus de **Cotun** indultum.

Ibid. ALexander *episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus* Matildi *Priorissæ monasterii de* Cotuna *ejusque sororibus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Quoties illud à nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri; Eapropter dilectæ in Christo filiæ, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & monasterium vestrum in quo divino estis obsequio mancipatæ, ad exemplar prædecessoris nostri felicis memoriæ* Anastasii, *sub beati* Petri, *& nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti authoritate communimus. Inprimis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui in eodem monasterio, secundùm Deum & beati* Benedicti *regulam instituus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium inpræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum, concessione pontificum largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium; seu aliis justis modis, præstante domino, poterit adipisci, firma vobis inperpetuum, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ex dono* Alani *de* **Moncels**, & Hingeram *filii ejus, & hæredis, villam, quæ vocatur* **Chotun**, *in qua fundatum est ipsum monasterium, cum omnibus hominibus ejusdem villæ, & natis & nascituris, & cum omnibus pertinentiis suis, infra campum, & extra; scilicet, pratum quod est in campo de* **Stalingburg**, *viginti quatuor perticarum in latitudine juxta pontem, & viginti quatuor perticarum ad* **Scirebmurs**, *& septem perticarum in latitudine, & septem quarentenarum in longitudine juxta pratum de* **Kiby**. *In* **Filacher** *duas perticatas. In marisco de* **Habur** *undecim perticatas in latitudine. Ex concessione* Lincolniensis *episcopi ecclesiam de* **Cuhewald**, *unum toftum, & duas bovatas terræ in eadem villa liberas de dominio dicti* Alani. *Ex dono* Juet *de* **Uerli**, *& promissione* Richardi *de* **Scires** *filii sui, & hæredis quatuor bovatas terræ & dimidiam in* **Cheleby** *cum omnibus pertinentiis suis. Ex concessione episcopi* Lincolniensis *medietatem ecclesiæ de* **Cheleby**, *& unum toftum ex concessione ejusdem episcopi. Ex dono capituli de* Suyna, *concessu quoque* Richardi *de* **Uerley** *ecclesiam de* **Burg**, *cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono* Matildis *de* **Bayo** *duas bovatas terræ in* **Burg** *quæ fuerunt* **Betel**, *cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono* Ivonis *de* **Scurby**, *& Henrici filii ejus & hæredis, duas bovatas terræ in* Swalua *cum omnibus pertinentiis. Ex dono* Alani *de* **Uerli** *unam bovatam terræ in eadem villa, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono* Rogeri *filii* Durandi, *septem bovatas terræ in prædicta villa, cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono* Thomæ *de* **Lareles** *unam mansuram in* **Swualewe** *juxta pontem, quæ mansura est proxima domui vestræ, ex parte australi. Ex dono* Lamberti *de* **Scotenay** *unam bovatam terræ in* Limberga, *& duas garbas decimationis de dominio suo. Ex dono* Albri Maler, *&* Simonis *filii sui, &*

hæredis, duas bovatas terræ in **Yusur** *cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono* Henrici *clerici de* **Bzokelesby** *viginti quatuor acras terræ in eadem villa, de dominio suo, duodecim ex una parte villæ, & duodecim ex altera. Ex dono* Willielmi *filii* Bernardi, *&* Roberti *filii sui & consensu* Roberti *de* **Calz** *domini sui, in* **Bzochelesby**, *duas bovatas terræ; unam quæ fuit* **Smenlinh** *cum omnibus pertinentiis suis, & alteram de dominio ipsius* Willielmi, *quatuordecim acræ sunt ex una parte villæ, & duodecim ex altera, cum mansuris suis. Ex dono* Richardi *filii* Hugonis *de* **Crocastun**, *quicquid habuit de feodo suo in* **Loznecroft**, *Ex dono* Milonis *molendinarii totam culturam quæ fuit de feodo suo & feodo* Petri *de* Gaulala, *& quæ jacet inter viam de* **Rocastun**, *&* **Thoznecroft**, *& hæc est propinquior domui de* **Cotun** *ex parte orientali. Ex dono* Willielmi *de* **Burch** *unam acram in campo de* **Kartun** *super* **Augeril**. *Ex dono* Willielmi *de* **Otrinham** *unam mansuram in* **Chilvinholme**; *& quatuor solidos annuos in* **Achastozne**. *Ex dono* Osmundi *unam mansuram in* Lincolnia, *in* **Wicfort** *in eadem civitate, juxta aquam quæ vocatur* Vidma. *De mansura* Edwini *duodecim denarios annuales. Nihilominus etiam tres bovatas terræ in* Haburna, *cum tribus mansuris, & omnibus pertinentiis suis; nec non & unam salinam in australi parte in mariſco de* Haburna, *& unam piscaturam in* Umbria *quemadmodum eam* Willielmus Berner, *monasterio vestro, pia largitione contulit, & scripto authentico roboravit, vobis per vos eidem monasterio imperpetuum, auctoritate apostolica confirmamus. Salvo novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis; sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas præsumat exigere, ubicunque fuerint. Sepulturam quoq; illius loci liberam esse decernimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi excommunicati, vel interdicti sint, devotioni & extremæ voluntati nullus obsistat, salva justitia illarum ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur; & ut servientes vestros, & hospites liberè vobis liceat in vestro cymiterio sepelire, auctoritate vobis apostolica indulgemus. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum, vel sororum post factam in eodem loco professionem, sine magistri & capituli licentia, de monasterio vestro discedere liceat, nisi voluerint ad arctiorem religionem transire; Discedentes verò absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, non pulsatis tintinnabulis, exclusis excommunicatis, & interdictis, suppressa voce, divina officia celebrare. Insuper etiam inhibemus ne episcopus seu alia qualibet persona pro crismate à vobis, vel ab ecclesiis vestris jus Paschale præsumat secundum pravam consuetudinem exorquere. Decernimus ergo ut nulli omnino liceat præfatum monasterium temerè perturbare,* (&c.)

Carta Henrici *de* Scruby.

Ibid. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ fidelibus *Willielmus* filius *Henrici* de *Scruby*, salutem. Noverit universitas vestra me concessisse Deo & beatæ *Mariæ* & sanctimonialibus de **Cotun**, donationem illam quam *Ivo* de **Grapnesby**, avus meus, & *Henricus* hæres ejus pater meus eis fecerunt; scilicet duas bovatas terræ ad geldum domini Regis in villa de **Swalue**, liberas & quietas ab omni servitio (*&c.*) videlicet terram illam quam ego *Henricus* filius *Willielmi* de **Scruby** recuperavi per breve domini Regis *Johannis* (*&c.*)

Carta Regis Henrici *tertii.*

In regiſtr. cartarum de *Nun-Cotun.* H. Dei gratia &c. vicecomiti *Lincolniæ*. Cum domus ordinis *Cisterciensis* à præstatione decimæ vobis, à sede Apostolica concessæ sint exemptæ, sicut in litera papali inde confecta plenius continetur. Ac dilectæ nobis in Christo Moniales de **Stixwold**, **Grenefeld**, **Goucewell**, **Lehsburn** & **Cotun** sunt ordinis prædicti, sicut per literas patentes venerabilis patris *R. Lincolniensis* episcopi, plenius intelligimus; tibi præcipimus quatinus à districtione quam prædictis Monialibus facis pro decima prædicta omnino desistas. Et si quid de eadem decima, seu occasione ejusdem decimæ, a præfatis Monialibus à te perceptum fuerit id eis sine dilatione restituas. Ita quod non oporteat nos amplius inde solicitari. Teste meipso, &c. Dat. apud *Westmonasterium* vicesimo secundo die Octobris, anno regni nostri liij.

Hæ sunt litteræ constitutionum Hugonis *Lincoln. Episcopi in visitatione.*

Ibid. OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, *H.* Dei gratia *Lincolniæ* episcopus salutem in Domino. Cum ad congregationem ancillarum Christi de **Cotun**, causa visitationis, ex officii nostri debito faciende accederemus, ad ea quæ didiscimus ibidem corrigenda, remedium studuimus adhibere. Advertentes igitur multitudinem Monialium ampliorem quam sustinere valeant domus illius facultates, habita deliberatione statuimus, cum consensu magistri, priorissæ & conventus, quod congregatio Monialium, de cætero, trigintarium numerum non excedat, Sororum numerus sub denario concludatur, duodecem fratres conversi ad officia ruralia sint ibidem excercenda. Magister Capellanus, cum duobus Capellanis tantum, ad divina deputentur adimplenda. Nulli vero religionis habitus in eadem domo tribuatur donec minutus fuerit præsens conventus ad numerum prætaxatum, nisi propter manifestam domus utilitatem, & hoc ex speciali licentia Dyocesani. Sigillum domus sub custodia Magistri, Priorissæ & Monialium ad hoc communitèr electæ, cujus religio fuerit & discretio approbata, sub clavi triplici reservetur, nec aliquod scriptum inde signetur, sine conscientia totius Capituli, vel majoris, vel sanioris partis ejusdem. Redditus omnes, Instaura, proventus quicunque, singulis annis rediguntur in scriptum, quod Priorissæ & sub-Priorissæ, & cæteris quatuor de melioribus & prudentioribus, à toto capitulo, vel majori ac saniori parte communitèr electis, tradatur custodiendum. Magister & Procuratores domus, totam pecuniam domus in denariis vel hujusmodi ex quacunque causa domui suæ provenientem

cum

cum coram eisdem sex numerata fuerit, sub sigillo Magistri signatam ipsis tradent, quam eedem ad negotia domus expedienda quociens necesse fuerit, & quantum opus fuerit, sub fidei testimonio, tam magistri quam aliorum, sine difficultate liberabunt, & residuum sigillo Magistri signatum iterato reponent. Singulis autem mensibus, eedem sex compotum audient de simplicibus ejusdem domus expensis. Et quoniam abdicatio proprietatis professioni Religiosorum est annexa, firmiter inhibuimus ne qua, vel quis in eadem domo, post susceptum Religionis habitum, aliquid proprium habere præsumat, sed sint eis omnia communia. Eodem etiam pane, tam Moniales, Capellani, Fratres & Sorores, quam hospites vescantur, & potum habeant eundem; excepto quod infirmorum necessitati, prout oportunum fuerit, delicatiùs provideatur. Quia verò per frequentiam secularium quies Religiosorum turbari solet, prohibuimus ne vir, vel mulier recipiatur in habitu seculari moram facturus in domo memorata, nisi forsàn hospitalitatis gratia quis ibi pernoctaverit. Item ne quis vel qua, sive secularis persona, sive Religiosæ professionis aliundè veniens, cum sola moniali solus vel sola loquatur, sed honesto testimonio, tali, quod sinistra careat suspitione, & cum licentia, secundùm regulam suam ab his quæ presunt, optenta. Preterea quia Religiosis, & præsertim in sexu mulieri, discurrere, vel vagari modis omnibus est inhonestum, constituimus ne Soror, vel monialis, apud grangiam moretur, causa nutrimentorum animalium, vel aliqua qualibet occasione. Moniales etiam, causa visitandi proximos, aut parentes, nullatenus extramittantur, ex earum sola voluntate vel levi qualibet occasione, nec tandem ullo modo, sine Magistri & Prioriſſæ licentia speciali, & maxima, ac cognita necessitate. Quia Simoniaca pravitas, plures in errores & interitum adduxit, animarum saluti providere volentes, districtè prohibuimus, ne vir vel mulier, pro pecunia vel re qualibet temporali recipiatur unquam ibidem ex pacto. Sub anathematis interminatione præcipientes quod omnia præmissa salubriter à nobis constituta firmiter ab omnibus utriusque sexus in eadem domo serventur inperpetuum.

DUNKEWELLENSIS
Abbatia in agro Devonienſi,
fundata * *anno D. MCCj.*

* Chron. S. *Werburgæ Cestr.* in bibl. *Cottoniana.*

Carta Regis Henrici *tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. 11 *H.* 3. part. 1. mem. 21.

HENRICUS &c. Archiepiscopis, episcopis, &c. Sciatis nos concessisse & præsenti carta nostra confirmasse in perpetuam elemosinam abbatiæ de **Dunekewell** & monachis ibidem Deo servientibus omnes rationabiles donationes & concessiones & venditiones subscriptas; scilicet ex dono *Willielmi Briwer* omnes terras quæ fuerunt ejusdem *Willielmi* in **Dunekewell**, & **Wulferetherth** cum advocationibus ecclesiarum prædictarum terrarum & omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono ejusdem *Willielmi* totam terram quam habuit in manerio de **Offecolum** cum molendino quod in prædicta terra situm est, & cum omnibus aliis pertinentiis suis. Ex dono abbatis de *Forda* & conventus totum jus quod idem abbas & conventus habuerunt in **Bywude**, & omnes terras quas habuerunt in **Boleham**, & **Freschic**, & in **Bocland**, & in **Lodzesozd**, & in **Hikeresdon** cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Ricardi* de **Hyson** totam terram ejusdem *Ricardi* de **Bureheg**, scilicet quatuor ferlingas terræ cum pertinentiis suis. Ex dono *Ricardi* de **Creminett** totam terram quam habuit in **Banteſtnap** cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Willielmi* de **Pym** totam terram quam habuit in **Banteſtnap** cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Johannis* de **Thozlton** unum ferlingum terræ in **Stenetewude** cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono *Ivonis* filii *Alani* totum manerium de **Sobbescumbe** cum omnibus pertinentiis suis. Ex concessione *Ricardi* de **Banesleg** totum tenementum quod habuit in **Parlecumbe** cum omnibus pertinentiis suis. Ex concessione *Thomæ* de *Duna* totam terram ejusdem *Thomæ* de **Uggetone** cum toto tenemento suo de **Conesozde** & cum omnibus aliis pertinentiis suis. Ex venditione *Ph.* de **Gatesden** unum ferlingum terræ in **Uggetone** cum omnibus pertinentiis suis. Ex concessione *Roberti* filii *Annc.* totum jus quod habuit vel habere potuit de terra de **Linoz** & pertinentiis suis. Ex dono *Urselli* filii *Willielmi* totum jus quod habuit vel habere potuit in tenemento de **Linoz** & pertinentiis suis & in toto tenemento de **Liwude** & pertinentiis suis. Ex concessione *Roberti* nepotis *Roberti le* **Goiz** totum jus quod habuit vel habere potuit in terra de **Linoz** & pertinentiis suis. Ex dono *Aviciæ* de **Dun** totam terram quam habuit apud **Yoked**; Illam scilicet terram quam *Robertus Coc* & *Semer* frater ejus tenuerunt. Quare volumus (*&c.*) Dat. per manum, &c. xx. die Febr. anno xj.

BELLO LOCO-REGIS
Abbatia in agro Hantonienſi.

ANNO milleſimo ducenteſimo quarto *Johannes* Rex conſtruxit quandam abbatiam in *Nova-foresta* quæ vocitatur *Bellus-locus*, & conventum triginta monachorum fecit adduci de domo *Cistercienſi*.

Ex chron. S. *Benedicti de Holme* in bibl. *Cottoniana* A. 1204.

Fundationis historia.

ANno sexto Regis *Johannis* idem Rex conſtruxit quoddam cœnobium ordinis *Ciſtercienſis*

Ex MS. codice in bibl. *Cottoniana* ad abbatiam de *Whitehall* ſpectante.

cienſis in *Anglia*, & *Bellum-locum* nominavit. Quod quidem Cœnobium tali occaſione narratur ab eo factum. Quia enim idem Rex verſus Abbates, & alias perſonas ordinis *Ciſtercienſis* prænominatas, ſupra modum, ſine cauſa eſt iratus, & eoſdem non mediocriter, per miniſtros ſuos gravarat, ad quoddam Parliamentum, quod ipſe apud *Lincolniam* tenuit, abbates dicti ordinis venerunt ſi quo modo regis ejuſdem gratiam, & favorem potuiſſent aliquatenus invenire. Quibus viſis ſicut crudelis animi erat, præcepit ſuis, ut dictos abbates ſub pedibus equorum viliter conculcarent; Regis verò injuſtum tam facinoroſum & inauditum hactenus mandatum ab aliquo principe Chriſtiano, perficere nolentibus, Hii domini Abbates, jam ferè deſperantes de Regia benignitate, ad ſua hoſpicia feſtinantèr acceſſerunt. Nocte verò ſequenti cum idem Rex *Johannes* in lecto ſuo dormiret, videbatur ei quod coram quodam judice prædictis abbatibus illuc aſſiſtentibus ductus fuiſſet; Qui eiſdem abbatibus juſſerat dictum Regem ſupra dorſum ſuum, cum flagellis & virgis verberare; Quam quidem verberationē, manè vigilans, ſe ſentiſſe dixit. Somnium verò ſuum cuidam perſonæ eccleſiaſticæ, de curia ſua narravit, qui dixit ei, quod Deus erga eum ſupra modum eſſet miſericors, qui eum tam clementèr, & paternè, in præſenti ſeculo dignatus eſt corripere, & eidem ſua miſteria revelare; Et conſuluit Regem ut pro Abbatibus dicti ordinis velocitèr mitteret, & ab eiſdem de reatu ſuo veniam humilitèr imploraret. Rege ſiquidem acquieſcente, pro eis, ut ad Regem venirent, miſſum eſt. Quod audientes per nuncium Regis putaverunt ſe ab *Anglia* fore exterminandos, Deo tamen, qui ſuos non deſerit, aliter diſponente; Cum nunc ad conſpectum Regis veniſſent indignationem ſuam, quam erga eos habuit, Rex remiſit.

Carta Regis *Johannis* facta Deo & Eccleſiæ beatæ *Mariæ Ciſterc.* de **Farendon.**

Ex regiſtro abbatiæ de *Bello loco* in bibliotheca *cottoniana* [ſub effigie *Neronis* A. 12]

Johannes *Dei gratia rex* Angliæ (&c.) *Sciatis nos dediſſe & præſenti carta confirmaſſe Deo & eccleſiæ beatæ* Mariæ Ciſterc. *pro ſalute animæ noſtræ & anteceſſorum, & hæredum noſtrorum manerium de* **Farendon** *ſicut monachi prædicti monaſterii* Ciſterc. *qui ſunt apud* **Farendon** *illud tenent, cum pertinentiis ſuis, ad conſtruendum ibi quandam abbatiam de ordine* Ciſtercienſi, *ita quod ibi ſit conventus. Habendum & tenendum de nobis & hæredibus noſtris in puram & perpetuam elemoſinam. Quare volumus & firmiter præcipimus quod prædicti monachi habeant & teneant prædictum manerium bene & in pace, libere & quiete, & honorifice in omnibus locis cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis, ad idem manerium pertinentibus, ut prædictum eſt. Teſte domino* E. Burdeg. *archiepiſcopo, & domino* J. Norwic. *epiſcopo. com.* W. Mareſc. R. *com.* Ceſtr. W. *com.* Sarr. W. *com.* Arundel. Willielmo *de* **Wrhous**, Rogero *de* **Thoeny**, Petro *de* Pratell. *Dat. per manum* Simonis *præpoſiti* Beverlacen. *& archidiaconi* Wellen. *apud* Vernellium *ij. die Novembris, regni noſtri anno quinto.*

Carr. 53 H. 3 m. 13

Carta fundationis per regem Johannem.

Sciatis nos pro ſalute animæ noſtræ & animarum anteceſſorum & hæredum noſtrorum dediſſe, conceſſiſſe, & præſenti carta noſtra confirmaſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Mariæ* de *Belloloco regis* quam nos fundavimus in *Nova foreſta* in **Suthampteſchire**, & abbati & monachis ibidem Deo ſervientibus & ſerviturîs, ipſum locum in quo ſita eſt abbatia eorum cum tota terra infra metas ſubſcriptas contenta; ſcilicet cum tota terra angulorum ſuper mare in prædicta foreſta à primo termino ſuper mare ſicut aqua cadit in mare ſub **Colgrimeſmore**, quæ **Freiſwater** dicitur; & exinde uſque ad caput de **Colgrimeſmore** ubi mora ſe furcat; & exinde uſque ad caput occidentale de **Wombaye** per foſſatum uſque ad longum vadum, & de longo vado uſque ad foſſatum de *Hurpleya* quod dominus rex *Ricardus* incipere fecit, & de foſſato illo uſque ad vadum de **Harefore**. Et de illo vado per mediam hydam recta linea uſque ad originem fontium aquæ de **Schirrebourne** quæ tendit uſque ad prædictam abbatiam de *Bello loco regis*. Et de origine fontium aquæ prædictæ recta linea uſque ad alveum foſſati ſuper quem eadem abbatia fundata eſt, & prædictum alveum a prædicto vado de **Harefore** cum fluctu maris in aſcendendo & deſcendendo infra utramque ripam, ita quod quicquid eſt infra prædictos terminos remaneat prædictæ abbatiæ *Belli loci regis*. Dedimus eciam eiſdem monachis manerium noſtrum de **Farendone**, ſcilicet *magnam* **Farendon** & *parvam* **Farendon** & *magnam*-**Cokewell**, & *parvam*-**Cokewell**, & villas de **Schulton**, & **Inglesham** cum omnibus pertinentiis & libertatibus & liberis conſuetudinibus ſuis. Et præterea eccleſias de **Schulton**, & **Inglesham**, cum capella de *Cokewella* & cum omnibus pertinentiis ſuis & quicquid habebamus in villa de **Langeford**. Concedimus eciam eiſdem monachis & confirmavimus omnes rationabiles donationes terrarum hominum & elemoſinarum eis vel in præſenti à nobis collatas vel in futuro à regibus vel ex aliorum liberalitate conferendas, vel aliter adquiſitas vel adquirendas, tam in eccleſiis, quam in rebus & poſſeſſionibus mundanis. Quare volumus (&c.) Dat. per manum *Hug.* de **Welles** archid. *Wellen* apud *Wynton.* xxv. die Januarii, anno regni noſtri ſexto.

Carr. 2 E. 3 m. 24. n. 80 per Inſpex.

Vide carr. antiq G. n. 15.

MENDHAMENSIS
Abbatia in agro Buckinghamienſi, *cella de* **Woburne**.

Johannes Dei gratia Rex *Angliæ*, &c. Sciatis nos pro amore Dei conceſſiſſe & præſenti carta noſtra confirmaſſe monachis eccleſiæ *Woburnenſis*, ad conſtruendam abbatiam *Ciſtercienſis* ordinis, manerium de **Pendham**, cum omnibus

Cartæ antiquæ litera I. n. 28.

bus pertinentiis suis, & libertatibus suis, quod habent de dono *Hugonis* de **Bolebec**. Quare volumus & firmiter præcipimus, quod prædicti monachi habeant & teneant prædictum manerium, cum omnibus pertinentiis, bene & in pace, liberè & quietè, & honorificè, in ecclesia & molendino, in bosco & plano, in pratis scilicet & pascuis, & omnibus pertinentiis & libertatibus suis, sicut carta prædicti *Hugonis* de **Bolebec**, quam inde habent rationabiliter testatur. T. R. sancti *Andreæ* episcopo, *R.* comite *Leicestriæ*, *Willielmo* de *Braiosa*, & pluribus aliis. Datum per manum *S.* archidiaconi *Wellensis*, Apud **Woldeston** iij. die Januarii anno regni nostri secundo.

Ex MS. codice in bibl. *Bodleiana*. nu. 21. (inter codices *Digbeianos*) fol. 174. b.

Anno MCCiiij. Exivit hoc anno conventus de **Wlburne** ad villam quæ vocatur **Pedmeham** super *Tamisiam*.

Eodem anno revocatus est conventus de **Pedmeham**, & abbas de **Wlburne** depositus est propter eandem causam.

GRATIA-DEI *Abbatia in Wallia,* * *fundata anno MCCxxix.*

* Chron. *Swerburgæ Cestr.* in bibl. *Cotton.*

Lel. Itin. vol. 4. fol. 176.

THE John of Monmouth a knight was lord of Monmouth and founder of Gracedieu Abby, or Trody, ripa dextra, two miles from Monmouth by west north-west.

Ex Annal. domus Dei in bibl. *Cotton.* sub effigie *Vespasiani* A. 16.

Anno MCCxxxiij. Abbatia de *Gratia Dei Cisterciensis* ordinis, à *Johanne* de **Monemue** fundata, à *Wallensibus* funditùs eversa est.

De cantaria duorum capellanorum in Heremitorio de S. *Briavello*.

Pat. 35 E. 3. part. 2. mem. 29

videClaus 13 H. 3. mem. 19.

Cart. antiq QQ num. 27.

REX omnibus ad quos &c. salutem. Supplicarunt nobis dilecti nobis in Christo abbas & conventus de Gratia Dei *in marchia* Walliæ, *ut cum ipsi teneant quendam locum vocatum* le Heremitorie *de sancto* Briauello *in foresta nostra de* **Dene**, *ex dono & concessione progenitorum nostrorum quondam regum* Angliæ, *ad inveniendum ibidem quandam Cantariam duorum monachorum divina singulis diebus pro animabus dictorum progenitorum nostrorum celebraturorum imperpetuum. Jamque pastura juxta Heremiterium predictum ubi dicti monachi communiam pro animalibus suis habere, & unde major pars sustentationis sua provenire solebat assartata existant, & in manibus tenentium nostrorum arrentata, per quod dicti monachi communiam in eisdem habere non possunt, & blada in dominicis terris ad Heremiterium predictum pertinentibus crescentia cum feris nostris foreste predicte annuatim sint depasta conculcata & consumpta, ita quod dicti duo monachi apud Heremitorium predictum de bonis ejusdem sustentari nequeant, Velimus concedere prefatis abbati & conventui quod ipsi dictam cantariam dictorum monachorum in abbatia sua predicta, divina pro animabus predictis singulis diebus celebraturorum invenire possent & eos de dicta Cantaria apud Heremiterium predictum inveniendorum exonerari facere ex causa supradicta. Nos compertо per Inquisitionem de mandato nostro captam & in cancellaria nostra returnatam, quod ducente acra pasture & ultra juxta Heremiterium predictum in quibus dicti abbas & conventus communiam habere solebant, assartata & in manibus tenentium arrentata existunt; & quod blada in dominicis terris ad Heremiterium predictum pertinentibus crescentia, cum feris nostris de foresta predicta annuatim sunt depasta conculcata & consumpta, sicut predictum est: Volentes tranquillitati & quieti predictorum abbatis & conventus, qui variis adversitatibus multipliciter sunt depressi, ut ipsi Deo deservire & ejus obsequiis insendere, & pro animabus progenitorum nostrorum & nostra devotius exorare valeant, providere, cepimus sacramentum predicti abbatis, quod ipse & conventus sui jam dictam Cantariam duorum monachorum ad altare beate* Mariæ *in ecclesia abbatia sua predicta, pro anima nostra & animabus dictorum progenitorum nostrorum & heredum nostrorum singulis diebus celebraturorum loco dicte Cantarie duorum monachorum apud Heremiterium predictum per dictos progenitores nostros sic fundate fideliter invenient & imperpetuum sustentabunt, & ipsos abbatem & conventum & successores suos de dictis duobus monachis in dicto Heremiterio de cetero inveniendis totaliter exoneramus & quietamus. Volentes & concedentes pro nobis & heredibus nostris quod iidem abbas & conventus dictam Cantariam duorum monachorum in abbatia sua predicta pro animabus predictis ad altare predictum faciant & inveniant in forma supradicta imperpetuum. Et quod iidem abbas & conventus & successores sui habeant & teneant dictum Heremiterium cum terris reddditibus & proficuis quibuscunque ad illud spectantibus adeo plene & integrè sicut ea ante hec tempora habuerunt & tenuerunt, absque occasione molestatione impetitione seu inquietatione forestariorum, vel aliorum ministrorum quorumcunque, faciendo & sustentando Cantariam predictam in abbatia sua predicta, sicut predictum est. Et ut eadem Cantaria aliqualiter subtrahatur, volumus quod quilibet abbas loci predicti pro tempore existens, statim cum prefectus fuerit, ad custodem sive constabularium castri nostri de S.* Briauello *accedat, & coram eo corporale prestet sacramentum, quod iidem abbas & conventus eandem Cantariam duorum monachorum in abbatia illa, in forma superius expressa, invenient & sustentabunt. Et cum contigerit aliquem eorundem duorum monachorum infirmum debilem vel impotentem existere, aut alias in fata decedere, tunc loco ipsius vel ipsorum sic deficientium alium vel alios idoneum vel idoneos ad eandem Cantariam modo quo predicitur fideliter faciendum invenient & sustentabunt quacunque excusatione cessante. In cujus &c. T. Rege, Apud* Westm. *quinto die Maii.*

HAYLES-

HAYLESENSE *Cœnobium, in agro* Glouceſtrenſi.

Tyd. Neuſtr. n. 66 n 40

ANno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto, Comes *Cornubiæ Richardus* quandam domum ordinis *Ciſterſienſium*, non procul à *Winchecumbia*, loco opportuno, juxta votum quod in mari periclitans fecerat, competenter fundavit.

Math. Weſt. p. 649. n. 10

Richardus Rex *Romanorum*, frater regis *Anglorum*, quinta nonas Aprilis, apud caſtrũ de **Berkhamſted**, viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, cujus cor in eccleſia fratrum *Minorum Oxonia*, corpus verò in eccleſia Monachorum *Ciſterſienſium* de **Hayles**, quam ipſe conſtruxit impenſis propriis ſepelitur.

Ex chron. Eveſham. in bibl. Bodleiana [K 84.] fol 54 a.

Anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto. Hoc anno *Ricardus* Comes *Cornubiæ* fundavit Abbatiam de **Hayles**, & viginti Monachos de *Bello-loco* ad illam ſecum adduxit; qui unum eorum elegerunt in Abbatem, quem ipſe Comes abbathiæ cum omnibus ad ipſam pertinentibus inveſtivit.

Math. Pariſ. hiſt. Angl. p. 827. n. 40.

Anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, nono Novembris, vigilia ſancti *Leonardi*, Comes *Ricardus* ſolenniter & magnificè nimis fecit dedicari eccleſiam de **Hales**, quam magnis fundaverat ſumptibus, & ædificia conſtruxerat, prout in mari voverat, quando à *Gaſconia* rediens in mari ſuborta tempeſtate periclitabatur, vix portum attingens in *Cornubia*. Erant autem in memorata dedicatione præſentes, dominus Rex & Regina, & ferè omnes *Angliæ* magnates & prælati. Epiſcopi verò tredecim, qui omnes Miſſam die dedicationis celebrarunt, quilibet vero ad ſuum Altare *Lincolnienſiſque* ad majus Altare Miſſam ſolenniter valde decantavit. Erat autem dies Dominica in qua ſplendidè & ordinatè cum epiſcopis & aliis carne veſcentibus coëpulabantur. Religioſi verò piſcium multitudine & varietate reficiebantur, ſeorſum collocati. Erantque ibidem milites pluſquàm trecenti. Iſtius nempè feſti ſolennis & convivii magnitudinem ad plenum ſi deſcriberem, limites transgredi dicerer veritatis: Mihi autem *Matheo Pariſienſi* ſuper hoc edoceri cupienti, ne falſa huic libro inſererem, ſub indubitata certitudine Comes ſignificavit, quod omnibus ſumptibus computatis, in ipſius eccleſiæ conſtructione decem millia marcarum expoſuerat, addens quoddam verbum memorabile, immo & commendabile, *utinam Deo complaceret, ut omnia quæ in caſtro de* **Walingeford** *expendi, tam ſapienter & tam ſalubriter expendiſſem.*

Lelandi Itin. vol. 5. fol 5.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo, conſummata eſt eccleſia de **Hales**, cum dormitorio, clauſtro & refectorio, expenſis in operationibus octo marcarum millibus.

Carta Fundationis.

OMnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, *Richardus* Comes *Cornubiæ* ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, Nos, in honore Dei omnipotentis, & glorioſæ virginis *Mariæ*, & omnium ſanctorum, pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, fundaſſe quandam Abbatiam de ordine *Ciſtertii*, in Manerio de **Hayles**, quod habuimus de dono domini *Henrici* Regis *Angliæ* fratris noſtri; Et idem Manerium cum pertinentiis dedimus, conceſſimus, & hac preſenti Carta noſtra confirmavimus, Abbati & Monachis ibidem Deo, & beatæ *Mariæ* ſervientibus, & eorum ſucceſſoribus; habendum & tenendum eiſdem Abbati & Monachis, & eorum ſucceſſoribus, in liberam, puram, & perpetuam elemoſinam, cum advocatione Eccleſiæ ejuſdem Manerii, & cum omnibus aliis pertinentiis & libertatibus ſuis, in Homagiis, & ſerviciis liberorum hominum, & Eſchaetis, in villenagiis & villenariis, in redditibus & boſcis, in pratis, planis & paſturis, in aquis, molendinis, ſtagnis, vivariis, viis & ſemitis, & in omnibus aliis rebus ad dictum Manerium pertinentibus, liberè, quietè, pacificè, integrè, liberum & quietũ ab omni ſeculari ſervicio, exactione & demanda, ſicut aliqua alia elemoſina liberius, quietius, & melius haberi poterit, & teneri imperpetuum; Et nos & hæredes noſtri prædictum manerium, cum omnibus pertinentiis ſuis, ut prædictum eſt, prædictis abbati & monachis, & eorum ſucceſſoribus warantizabimus, & contra omnes homines & feminas, ſicut liberam, puram, & perpetuam elemoſinam acquietabimus, & defendemus imperpetuum. Et ut hæc noſtra donatio conceſſio, & hujus cartæ noſtræ confirmatio perpetuæ firmitatis robur optineat præſenti ſcripto ſigillum noſtrum appoſuimus. Hiis teſtibus, dominis *Simone* de *Monteforti* comite *Leyceſtriæ*, *Petro* de *Sabaudia*, domino *Willielmo* de *Eborace* præpoſito *Beverlaci* domino *Roberto Paſſelewe* archidiacono *Lewenſi*, *S.* de **Everdon** archid. *Ceſtriæ*, *Hugone* de *Vivonia*, *Petro* de **Geneve**, *Roberto* de **Muſegros**, *Paulino Pejure*, *Willielmo* de **Ireby**, *Egidio* de *Cancellis*, *W. Blundell*, *Philippo* de *Eya* clericis; & multis aliis.

Cart. 19 E a n. 2. per Inſpex.

Vide Pat. 6 E 4 part. 2. m 23. Et Pat. 11 R. 2. part. 2 m. 18.

NEWENHAMENSIS *Abbatia in agro* Devonienſi, * *fundata A. D. MCCxlj.*

Carta fundationis per Reginaldum *de* **Moun.**

* Chron. S. *Werburga Ceſtr.* in bibl. *Cottoniana.*

NIverſis Chriſti fidelibus hoc ſcriptum viſuris vel audituris *Reginaldus* de **Moun** ſalutem æternam in domino. Noveritis me dediſſe, conceſſiſſe, & hac præſenti carta mea confirmaſſe totum manerium meum de **Aremintre** cum omnibus pertinentiis ſuis Deo & beatæ *Mariæ* virgini

Cart. 31 H. 3. m. 2. per Inſpex.

gini & monachis *Cisterciensis* ordinis ibidem Deo servientibus & servituris pro salute animarum *Willielmi Britwer* senioris & *Willielmi Britwer* junioris & uxorum suarum; & pro salute animæ meæ & patris mei & matris meæ, & *Hawisiæ* de **Boun** & *Isabellæ Basset* uxorum mearum, & *Willielmi* de **Boun** fratris mei, & hæredum meorum & omnium antecessorum & successorum meorum. Habendum & tenendum de me & hæredibus meis ..... prædictum manerium de **Areminstre** cum hundredo forinseco pertinente ad dictum manerium, cum omnibus libertatibus ..... Et cum sectis *Mathei* de **Bainton** & hæredum suorum, & *Philippi* de **Grenewey** & hæredum suorum ..... dum suorum, & *Willielmi* de **Hauuill** & hæredum suorum tantummodo ad dictum hundredum forinsecum ..... itibus. Aliis servitiis & omnimodis exactionibus mihi & hæredibus meis in perpetuum retentis & cum aliis pertin ..... nemento dicti manerii ad opus meum & hæredum meorum exceptis sectis de me & hæredibus meis & exceptis sectis ..... & exactionibus & omnimodis demandis omnium ..... meorum de **Ottry**, & de **Holeuich**; quæ omnia mihi & hæredibus meis quietè & integrè remanui in perpetuum, ad fundandam & construendam ibi abbaciam *Cisterc.* ordinis In honore Dei & B. *Mariæ* virginis in prædicto manerio de **Areminstre** per abbatem *Belli loci-Regis*, de cujus domo ad dictam abbatiam sumatur conventus. Volo igitur & concedo pro me & hæredibus meis, ut monachi ibidem Deo servientes & servituri habeant & teneant dictum manerium cum omnibus pertinentiis suis de me & hæredibus meis in puram & perpetuam elemosinam liberè quietè & solutè ab omni terreno servicio consuetudine & demanda & exactione seculari, & ab omnibus sectis placitis causis cavillationibus & quærelis quæ ad me vel hæredes meos de dicto manerio aliquatenus possent pertinere.

Concedo etiam ut ipsi monachi ibidem Deo servientes & servituri, dictum manerium habeant & teneant & plenarie possideant integrè bene & in pace, in villa & extra villam, in terris, redditibus, escaetis, in wardis, in releviis, & in omnibus rebus & locis cum omnibus libertatibus & pertinenciis ad dictum manerium spectantibus, ut prædictum est, adeo liberè, quietè bene & honorificè sicut aliqua elemosina in mundo liberius quietius & honorificentius ab aliquo homine dari poterit vel teneri. Omnia vero servicia & exactiones quæ de dicto manerio Regiæ potestati debentur vel deberi poterunt ego *Reginaldus* de **Boun** & hæredes mei de aliis terris nostris plenariè acquietabimus, & dictos monachos ibidem Deo servientes & servituros indemnes inde conservabimus. Et ego *Reginaldus* & hæredes mei omnia prædicta prædictis monachis ibidem Deo servientibus & servituris contra omnes mortales warantizabimus inperpetuum. Ut hæc autem mea donatio concessio warantizatio & præsentis cartæ meæ confirmatio ratam & perpetuam stabilitatem optineat, præsens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus, venerabili domino *Ricardo* abbate episcopo *Exoniensi*, domino *Ricardo* fratre domini Regis comite *Cornubiæ*, domino *Simone* comite de *Leicestria*, domino *Willielmo* de **Cantelou** seniore, domino *Johanne* filio *Galfridi*, domino *Radulpho* filio *Nicholai*, domino *Willielmo* de **Cantelou** juniore, domino *Henrico* de **Tracy**, domino *Hugone Peverel* de **Erningthon**, domino *Willielmo* de *Raleg.* domino *Wilhelmo* de **Boun**, domino *Hamelino* de **Beaudon**, domino *Willielmo Malerbe*, & multis aliis.

Certa Regis *Edwardi* tertii, donatorum concessiones recitans & confirmans.

Ex omnibus ad quos &c. salutem. Donationem concessionem & confirmationem quas Reginaldus *de* **Boun** *fecit per cartam suam Deo & beatæ* Mariæ *virgini & monachis* Cistercienſis *ordinis de toto manerio suo de* **Areminstre** *ad fundandum abbaciam ordinis prædicti in honore Dei & B.* Mariæ *virginis in manerio prædicto, quæ quidem abbacia nunc* **Newehame** *nuncupatur, una cum hundredo forinseco pertinente ad dictum manerium, ac libertatibus & liberis consuetudinibus, & sectis* Mathei *de* **Hamuthon**, *& hæredum suorum,* Philippi *de* **Grenewey** *& hæredum suorum,* Andreæ *de* **Lunepitte**, *& hæredum suorum, &* Willielmi *de* **Hauuill** *& hæredum suorum, tantummodo ad dictum hundredum faciendum de jure ibidem spectantibus; necnon placitis, causis, querelis, serviciis, redditibus, escaetis, wardis, releviis, & omnibus aliis pertinentiis suis. exceptis sectis, consuetudinibus, exactionibus, & omnimodis demandis omnium aliorum hominum ipsius* Reginaldi, *de* **Ottry**, *&* **Holeuich**. *Remissionem eciam (&c.) quas* Ricardus *filius* Willielmi *de* **Aleth** *fecit, per scriptum suum, abbati & conventui dicti loci de* **Newehame** *de toto jure quod habuit vel habere potuit in manerio de* **Plenynt** *& advocatione ecclesiæ ejusdem loci, cum redditibus, homagiis, sectis, wardis, escaetis, fidelitatibus, releviis, herietis, scutagiis, tallagiis, auxiliis, & aliis pertinentiis suis. Remissionem insuper & quietam clamanciam quas* Walterus *de* **Aleth** *filius & heres* Johannis *de* **Aleth** *fecit per scriptum suum prafatis abbati & conventui & successoribus suis de toto jure quod habuit vel habere potuit in manerio de* **Plenynt**, *& advocatione ecclesiæ ejusdem loci cum omnibus pertinenciis suis. Donationem (&c.) quas* Johannes *de* Cancellis *filius & heres* Egidii *de* Cancellis *fecit per scriptum suum eisdem abbati & conventui & eorum successoribus de manerio de* **Plenynt** *in* Cornubia *& advocatione ecclesiæ ejusdem manerii cum omnibus pertinentiis suis. Remissionem insuper & quietam clamantiam quas* Johannes *de* Calvo-monte *fil. & heres* Bartholomei *de* Calvo-monte, *&* Isabellæ *uxoris ejus fecit per scriptum suum prafatis abbati & conventui, & successoribus suis de manerio de* **Plenynt** *& advocatione ecclesiæ ejusdem loci cum omnibus pertinenciis suis. Donationem* (&c.) *quas* Ricardus Wranghe *fecit* (&c.) *de toto tenemento suo de* **Wrangahegh**, *cum pratis, pascuis, pasturis, aquis, redditibus, & omnibus aliis pertinentiis suis. Donationem* (&c.) *quas* Thomas Stede *fil. & heres* Radulfi Stede *fecit* (&c.) *de tota terra sua quam habuit in manerio de* **Areminstre** *cum edificiis, curtellis* (&c.) *Donationem* (&c.) *quas* Henr. *de* **Burton** *&* Mabilla *uxor ejus fecerunt per cartam suam eisdem abbati & conventui de toto tenemento*

Part 4 E. 3. part 1. m 31.

suo cum pratis (&c.) quod habuerunt apud **Sapewike** *in manerio de* **Areminstre** *de dono* Ricardi *de* **Burton**. *Donationem (&c.) quas* Alicia *de* **Tynten Caleweheigh** *fecit per cartam suam eisdem abbati (&c.) de toto illo tenemento & terra quæ* Philippus Rog: *de* **Schapewyk** *quondam tenuit apud* **Schapewyk** *in manerio de* **Areminstre**; *& etiam de tota terra & prato quæ eadem* Alicia *habuit de dono* Johannis *de* **Schapewyk** *ibidem cum curtillis (&c.) Relaxationem etiam (&c.) quas* Johannes *de* **Tynten** *miles fil. & hæres* Aliciæ *de* **Tynten** *fecit (&c.) de toto jure & clamio quæ habuit (&c.) in toto illo tenemento & terra quæ* Philippus Rog. *de* **Schapewyk** *quondam tenuit apud* **Schapewyk** (&c.) *Donationem insuper (&c.) quas* Nicholaus *de* **Bolevill** *fecit per cartam suam eisdem abbati (&c.) de viginti & quinque solidatis & quatuor denaratis annui redditus quas* Alexander *de* **Chelesham** *& hæredes sui aliquando eidem* Nicholao *reddere consueverunt de terris quas de ipso tenuerunt in* **Belmeton** *in com.* Devon. *&* **Dalmo** *in com.* Dorſ. *cum Wardis (&c.) Donationem (&c.) quas* Robertus *nuper abbas monasterii beatæ Mariæ de* **Gretton** *& ejusdem loci conventus fecerunt per scriptum suum eisdem abbati & conventui de* **Newenham** *de sexaginta solidatis annui redditus quas aliquando prædicti abbas & conventus de* **Gretton** *percipere consueverunt de quodam manerio quod vocatur* **Moython** *in* Cornubia: *& de toto jure & clamio quæ prædicti abbas & conventus de* **Gretton** *unquam habuerunt vel habere potuerunt in prædicto manerio de* **Moython** *cum omnibus pertinentiis suis ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est (&c.) confirmamus (&c.) In cujus &c. T. R. Apud* **Woodstok** *primo die Aprilis.*

Progenies Aliciæ *quartæ filiarum & hæredum* Willielmi Brewer.

Ex regiſt. abbatiæ de *Sibetun.*

Alicia de **Mohun** quarta filia *Willielmi Bruer*, ad cujus participationem, inter quinque filias, hæredes dicti *Willielmi Bruer*, cecidit manerium de **Areminster** cum pertinentiis. Quæ *Alicia* prædicta nupta fuit domino *Reginaldo* de **Mohun**, domino de **Dunsterre**, de qua procreavit *Reginaldum* de **Mohun** hæredem ipſorum *Reginaldi* & *Aliciæ*, & ille *Reginaldus* filius *Reginaldi* prædicti fundavit abbatiam de **Newenham** in manerio de **Areminster** A.1246. anno gratiæ MCCxlvj. octavo idus Januarii die dominica, luna xv. epacta prima concurrente prima, ſub Papa *Innocentio* quarto, regnante in *Anglia Henrico* Chriſtianiſſimo rege, filio *Johannis* regis; regnante in *Francia Ludovico* filio *Ludovici* filii regis *Philippi*, vacante imperio *Romano*, *Frederico* depoſito; *Gubernante* eccleſiam *Cantuarienſem Bonifatio*, eccleſiam verò *Exoniensem* magiſtro *Richardo Albo*, de eadem civitate *Exoniensi* nato, abbatizante apud *Bellum locum* dompno *Acio* de *Gyſortis*, cum dicta domus *Belli loci* eſſet quadraginta duorum annorum & dimidii. Abbatizante apud *Furdam* domino *Adamo*. Qui ſupradictus *Reginaldus* de **Mohun**, habuit duas uxores; ſcilicet, *Hawyſiam* de **Mohun** & *Iſabellam Baſſet*, & in dicta *Hawyſia* procreavit unum filium nomine *Johannem*, hæredem ipſius. Qui *Johannes* prædictus in *Gaſconia* moriebatur; cujus corpus jacet coram magno altare, inter ſepulcrum *Reginaldi* de **Mohun**, & *Willielmi* de **Mohun**, domini de **Moun-Otery**, & de **Newenham**, corpus verò apud **Wetwiton**. Qui *Johannes* de **Mohun** ſecundus, habuit unum filium hæredem nomine *Johannem*. Qui *Johannes* modo tertius, fuit in cuſtodia domini regis, in tempore quo juſticiarii domini regis itinerantes in *Devonia* ſederunt. Qui *Johannes* de **Mohun** tertius ſumpſit uxorem *Audam Typetoft*, in qua procreavit de ſe ſeptem filios, & unam filiam, quorum nomina patent. Idem *Johannes* de **Mohun** tertius mutavit arma antiqua eorum qui ſolebant portare manicam ermiatam. Iſte *Johannes* tertius portavit ſcutum aureum, cum nigra cruce engrellata.

Filii *Johannis* de **Mohun** tertii.
- *Johannes* hæres ipſius.
- *Robertus* dominus de **Purbec**.
- *Baldewynus* Rector de **Wytheiton**.
- *Paganus*,
- *Reginaldus* miles.
- *Patricius*.
- *Hervicus* & *Laurentius*.

Filia ſupradicti *Johannis* de **Mohun** tertii *Elianora* nupta *Radulfo* de **Wyleton**. *Johannes* de **Mohun** quartus habuit unum filium hæredem ejus, & duas filias procreatas. Filius dicti *Johannis* quarti *Johannes*, hæres ejuſdem. Filia dicti *Johannis* quarti, *Margareta* nupta *Johanni* de **Carew**, *Elizabetha* quæ moriebatur ſine exitu. Dominus *Johannes* de **Mohun** quartus moriebatur in *Scocia*, per plurimos annos, ante *Johannem* tertium patrem ſuum. Et filius ejus & hæres *Johannes* modo quintus, poſt mortem avi ſui, fuit in cuſtodia domini *Henrici* de **Burghwaſh** *Lincolnienſis* epiſcopi. Qui *Johannes* quintus ſumſit in uxorem *Joannam* filiam domini *Bartholomei* de **Burghwaſche** fratris dicti epiſcopi.

De fundatoribus de Newenham.

Ex regiſt. de *Niwenham* in bibl. *Arundel.* fol. 50.

PRimus fundator eſt dominus *Henricus* Rex *Angliæ* filius Regis *Johannis*, qui anno regni ſui 30. dedit licentiam ſuam conſtruendi Abbathiam hoc loco, vocatam **Newham**. Secundus fundator erat *Reginaldus* de **Moun**, qui dedit manerium de **Arminſter**, cum hundredo, huic Monaſterio; & anno quolibet vitæ ſuæ centum marchas aſſignavit argenti ad conſtructionem ejuſdem, & in teſtamento ſuo ſeptingentas marcas argenti legavit, ut in Cronicis de *Furda* plenius apparet; Item dedit advocacionem eccleſiæ de **Lovepitta**.

Willielmus de **Moun**, frater ejuſdem *Reginaldi*, dedit fratri ſuo predicto, omnes terras & tenementa, pro manerio de **Arminſter**, ad ſoſtentandum ibidem dictum monaſterium, qui dedit ſupradicto fratri nomen Fundatoris, eo quod ipſe erat totalis cauſa fundationis. Idem perquiſivit totum manerium de *Nortona*, cum hundredo & balliva de **Strattone**, & multa alia bona innumerabilia huic loco procuravit, & fecit. Dominus *Egidius* de *Cancellis* habuit manerium de **Plesmt** in *Cornubia*, in feodi firma, pro cujus anima ejus executores dictum manerium huic Monaſterio

rio assignaverunt, cum advocatione ecclesiæ.

Et *Willielmus* filius *Richardi* **Alre**, eundem manerium relaxavit & quietum clamavit *(&c.)* *Bartholomeus* de **Chaumond**, similiter, & *Johannes* de **Ancell** similiter relaxavit.

Dominus *Nicholaus* de **Bolevile** dedit nobis viginti sex solidos annui redditus in **Tuddesheve**, cum corpore suo.

Richardus de **Stamerligh** dedit nobis terram suam in **Stamerligh**.

Radulfus Steede dedit nobis omnes terras suas in **Stedehero**.

Richardus de **Wrange** dedit nobis omnes terras suas in **Wrangth**.

Robertus de **Bacheler** dedit nobis terram suam in **Bacaler**.

Johannes de **Burton** dedit terram suam in **Shapwicke**.

Dominus *Johannes* Miles de **Tinten**, dedit quadraginta acras terræ in **Shapwicke**.

Johannes de **Shapewicke** dedit nobis omnes terras suas in **Shapewicke**.

Adam de **Cranmoze** dedit nobis terram suam in **Cranmoze**.

Hillarius Borda, molendinum dedit nobis de **Hoddeselive**.

Dominus *David Anselmus*, Cantor *Crydionensis*, dedit nobis domos in civitate *Exonia*.

Richardus Cotehere, xiiij. acras terræ in **Cotehere**.

Robertus de **Lou** dedit nobis domos juxta barbicanum in civitate *Exonia*.

De anniversario Fundatorum hujus Monasterii.

1257. TErtio kal. Februarii, obiit dominus *Reginaldus* de **Pohun** Fundator.

1260. Obiit *Isabella Basset* uxor *Reginaldi* prædicti.

1265. Obiit *Willielmus* de **Poun**, Fundator hujus Monasterii, & frater germanus supradicti *Reginaldi*, qui apud **Noz-tun** in *Cornubia* in manerio hujus domus moriebatur.

1248. Obiit dominus *Egidius* de *Cancellis*, dator de **Plemynt**.

1264. Obiit *Johannes* de **Bolevile**, qui contulit huic domui octoginta solidos annui redditus in **Rimeton**, & **Blecchehere**.

1280. Obiit dominus *Willielmus* de **Pohun**, filius domini *Reginaldi*, qui quidem *Willielmus* fuit dominus de **Oteri-Poun**; & jacet sepultus coram magno Altari de **Pyweham**, & reliquit hæreditatem duabus filiabus.

1258. Obiit *Wymundus* de **Raleghe** in vigilia sancti *Nicolai*.

1258. Obiit Dominus *Richardus* Abbas.

1291. Obiit *Petrus Squinel* episcopus *Exon.*

1307. Obiit dominus *Thomas* de **Bintone**, episcopus *Exonia*.

1326. Obiit dominus *Walterus* de **Stapleton**, episcopus *Exonia*.

1326. Obiit dominus *Jacobus* de **Berkeley**, episcopus *Exonia*.

Corpora istorum qui jacent humata coram magno Altare de **Pyweham**.

EGIDIUS de **Chanceaux**, dator de **Plenent**, jacet in dextra presbyterii prope sedes Ministrorum.

Item juxta illum, in sinistra parte, jacet *Willielmus* de **Poun**, frater *Reginaldi*, & alter fundator dictæ Abbathiæ.

Item juxta illum, in sinistra parte, ultra stationem Diaconi jacet *Reginaldus* de **Poun**, principalis fundator.

Item juxta illum, in sinistra parte, sub parva petra jacet cor *Johannis* de **Poun**, filii & hæredis dicti *Reginaldi*, & ejus corpus jacet apud **Bumton**. Et juxta illud cor, in sinistra parte, jacet dominus *Willielmus* de **Pohun**, dominus de **Oteri-Poun**, filius dicti *Reginaldi*, de *Isabella* secunda uxore sua, procreatus. Item in sinistro muro presbyterii, jacet *Nicholaus* de **Bolevill a**; qui dedit nobis xxvj. s. iiij. d. annui redditus.

Omnes supradicti milites fuerunt.

Nomina Abbatum Belli luci *Regis.*

DOmpnus *Hugo* primus Abbas.
Hugo.

Alcius de *Gisortio* misit primum conventum **Newcham**, ad Abbathiam construendam.

Dionisius mutavit conventum primum, & misit conventum secundum ad **Newcham**.

Willielmus de *Gisortio*.

Robertus de **Boclonde**.

Petrus de *Chicestria*, iste dedit imaginem beatæ *Mariæ* ad magnum Altare de **Newcham**.

Willielmus de **Hameldon**, qui dedit nobis tabulam sex imaginibus ornatam, ad magnum Altare hujus ecclesiæ.

Nomina Abbatum de Newcham.

JOhannes *Godard*, natus in *Cantuaria*, primus Abbas hujus Monasterii, vir nobilis scientiæ, & mirabilis eloquentiæ, qui octavo idus Januarii, die videlicet Dominica, in festo Epiphaniæ Domini dictam domum cepit regendam anno ejusdem millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, 1246.
Et anno Regis *Henrici* filii Regis *Johannis* xxxj. Et anno Domini MCCxlviij. quarto die mensis Aprilis cessavit, & apud *Clivam* in comitatu **Somerset** per annos plurimos postmodum abbatizavit. Cui successit *Henricus* de **Sperholt** in **Barzsetre** natus, primus cellerarius ejusdem domus in abbatem creatus, sexto die mensis Aprilis, Anno Domini MCCxlvij. qui adquisivit manerium de **Plenint** in *Cornubia* cum advocatione ecclesiæ ejusdem manerii, tenementa de **Tuddesheire**, manerium de **Shapewike** in una parte, **Bacalre**, **Cromoz** juxta **Furshagh**, & ecclesiam de **Lovepitte**, & primam petram posuit pro fundamento hujus ecclesiæ. Idem relaxavit abbati, & conventui de **Glastonbiri** sectas ad hundredum de **Areminster**, & ad turnum vicecomitis, cum sexdecim solidis, & octo denariis, qui solebant solvi in auxilium ad turnum, & ad hundredum, pro **Hardzisgene**, compulsus per placitum.

Et anno Domini MCCliij. tertio die mensis Maii, cessit propter quandam infirmitatem intervenientem.

Cui successit *Johannes* de *Ponte-Roberti* Prior *Belli loci*, vir valdè religiosus, ad cujus rogatum *Richardus Blund*, qui abbas dicebatur, situm hujus abbatiæ dedicavit, &, pro signo dedicationis, poni fecit cruces ligneas, ad sancta loca, & benedicta discernenda, donec circundata extitit curia sive abbatia opere fossario. Idem episcopus sententiam dedit tunc, super omnes, qui aliquam violentiam fecerunt, in locis supradictis. Idem abbas contulit huic ecclesiæ, librum unum, videlicet ex quatuor evangeliistis. Anno Domini MCClij. vicesimo quinto die Februarii cessit.

Cui successit *Galfridus* de **Blanchebile** placitator *Bellilocí*, in abbatem creatus vicesimo nono die mensis Martii anno Domini MCClij. qui perquisivit omnia privilegia hujus domus, & appropriavit, per curiam Romanam, ecclesias de **Plunynt** & **Lovepitte**, & primò presentavit ad ecclesiam de **Plunynt** quendam *Robertum Everard* &c. Idem *Galfridus* adquisivit manerium de **Roxton**, in comitatu *Cornubiæ*, per consilium, & auxilium *Willielmi* de **Boun** fundatoris, pro quo quidem manerio idem *Willielmus* de bonis suis, pro nobis satisfecit, usque ad magnam summam pecuniæ. Idem *Galfridus* adquisivit **Wrangeheis** & **Blamerligh** in parte. Idem *Galfridus* incepit ædificare super fundamentum ecclesiæ, & in tantum expedivit, in ædificatione prædicta, quod missam primam celebrari fecit in eadem ecclesia; & post multos labores, huic ecclesiæ valdè fructuosos, moriebatur extra abbatiam prædictam, Anno Domini MCClxij.

Cui successit *Hugo* de **Cokeswell**, portarius *Belli-loci*, in abbatem creatus quartodecimo die mensis Junii anno Domini MCClxij. qui benedictionem episcopalem nunquam recepit. Idem, callidis machinationibus suis, mutavit conventum hujus domus, & anno Domini MCClxv. tertio nonas Julii, apud *Bellum-locum* secretè cessit, & ibidem, in crastino alium abbatem & conventum elegerunt, ad **Aywebam** transmissuros, unde sors electionis cecidit super *Johannem* de **Northampton**, custodem de **Faringdone**, & super duodecim monachos pro conventu suo computandos &c. Et anno Domini MCClxxij. tertio idus Septembris, cessit.

Cui successit *Willielmus* de *Cornubia* Prior *Belli-loci*, in abbatem creatus duodecimo die mensis Septembris, anno Domini MCClxxij. &c. & post multos labores, cæcus factus est & decrepitus. Et anno Domini MCClxxxviij. apud *Bellum-locum*, cessavit, & ibidem vitam finivit.

Cui successit *Richardus* de **Chichestre**, monachus *Belli-loci* in abbatem creatus tertiodecimo die mensis Septembris, Anno Domini quo supra; qui propriis manibus cartam domini Regis de advocatione ecclesiæ de **Areminstre**, in curia Regis cancellavit, & adnullavit, & detruncavit; pro qua quidem cancellatione, a canonicis *Eboraci* recepit argentum multum, qui per *Bellum-locum* regrediens, ibidem legitimè fuit depositus de suo regimine, & sigilla hujus domus ablata ab eo; Et anno Domini MCClxxxx. iij. idus Octobris, hæc omnia ab ipso sunt facta, vel orta.

Cui successit *Richardus* de **Pedirton**, subcellarius *Belli-loci*, in abbatem creatus tertio idus Novembris, Anno Domini MCClxxxxiij. qui quietam clamavit advocationem dictæ ecclesiæ canonicis *Eboraci*, & sic erat novus error pejor priore, pro qua quidem quieta clamancia pecuniam recepit, de qua fecit convivia, & letè, & lautè vixit, dum duravit. Et anno MCCxc. vij. Idus Aprilis cessit.

Cui successit *Willielmus le Fris*, in abbatem creatus decimo quarto die mensis Aprilis, anno quo supra, qui custodivit domum intra & extra, sine lite, & placito, sumptuosis. Et anno Domini MCCCiij. cessit, & in domo ista vitam finivit, & apud *Fordam* jacet humatus.

Cui successit *Richardus* de **Pedirtone**, alia vice in eodem anno creatus in abbatem, secundo nonas Februarii. In cujus tempore justiciarii itinerantes sederunt in *Cornubia*. Qui anno Domini MCCCiiij. nonas Novembris, in redeundo de capitulo generali, moriebatur, cujus corpus jacebat humatum apud **Waverleigh**.

Cui successit *Radulfus* de **Shapewike**, Prior hujus domus, in *Sommersetia* natus, in abbatem creatus octavo idus Decembris anno quo supra, qui perquisivit quatuordecim acras terræ arabilis in **Cotehere**, &c. Et anno Domini MCCCxiiij. idus Augusti, apud *Bellum-locum* cessit & apud **Aywebam** vitam finivit, cujus corpus jacet humatum ante ostium ecclesiæ in panello in claustrali, quod ipse fecit.

Cui successit *Robertus* de **Puppleswyke**, in *Sommersetia* natus, cellerarius *Belli-loci*, in abbatem creatus tricesimo die mensis Septembris anno quo supra, & anno Domini MCCCxxj. quarto idus Maii, apud **Aywebam** cessit, & apud *Bellum locum* finivit.

Cui successit *Johannes* de **Cokyswill**, Prior *Belli-loci*, & post diuturnam infirmitatem, die sancti *Stephani*, hora tertia, moriebatur, cujus corpus jacet humatum in fronte capituli hujus domus, Anno Domini MCCCxxiiij.

Cui successit *Johannes* de **Geytingtone**, natus in comitatu *Northamptoniæ*, portarius *Belli-loci*, & priùs archidiaconus de **Lewes**, ac canonicus **Chicestre**, in abbatem postulatus, die Lunæ in festo cathedræ sancti *Petri*, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quarto, qui novam fecit introductionem in ecclesiam de **Lovepitte**, & pacifica possessione nacta, expulsi fuerunt ejus procuratores à possessione ejusdem ecclesiæ, &c. Idem abbas portavit breve de ingressu super *Johannem* de **Pelleplas**, pro manerio de **Bremelham** recuperando. Idem abbas adquisivit terram *Johannis* de **Shapewike**, & terram *Willielmi Tudder*, ac domos juxta **Crakenepitte** in civitate *Exoniæ*. Fecit etiam tria panella in claustro, per auxilium, & adjuvamen domini *Walteri* de **Stapildon** *Exoniensis* episcopi secundi, qui semper amicus hujus domus extitit, & multa bona domui contulit; fecit etiam claustrum, versus infirmarium monachorum, lavatorium; & incepit novum refectorium, quod ejus successor complevit, Idem fecit voltam calefactorii, grangias de **Wetwre**, & **Bzewesheggs** & columbare de **Burligh**; & fecit confirmare cartas hujus domus, confirmatione Regis, & licentiam obtinuit

à Re-

à Rege decem libratas terræ, vel redditus perquirendi; & post multos labores, lumen oculorum amisit, & anno Domini MCCCxxxviij. die dominica in vigilia *Prancratii*, cessavit, & die sancti *Petri* in cathedra moriebatur, in eodem anno, cujus corpus jacet sepultum in prima archa in claustro, ubi illud incepit ædificare. In cujus tempore fuerunt anni fertiles in blado, & vino.

Cui successit *Walterus de la* **Hous**, hujus domus portarius, in *Devonia* natus, in abbatem creatus tertio decimo die mensis Maii, anno Domini millesimo trecentesimo octavodecimo.

GRACEDIEUENSIS *Abbatia in agro* Leicestrensi.

Carta Roesiæ *de* **Verdun**.

Cart. 29 *H.* 3. memb. 7.

SCiant præsentes & futuri quod ego *Roesia* de **Verdun** concessi & hac præsenti carta mea confirmavi Deo & sanctæ *Mariæ* & ecclesiæ sanctæ Trinitatis *de la* **Gracedieu** apud **Beleton**, & famulis Christi monialibus in eadem ecclesia Deo famulantibus, in puram & perpetuam elemosinam, pro me & hæredibus meis, & animabus parentum meorum, & omnium antecessorum meorum, ac maritorum, totum manerium meum de **Beleton** cum advocatione ecclesiæ ejusdem loci, & omnibus aliis pertinentiis & libertatibus quas ego & antecessores mei unquam in dicto manerio habere consuevimus. Tenendum & habendum de me & hæredibus meis in puram & perpetuam elemosinam liberè, quietè, pacificè, & integrè in dominicis, villenagiis, pratis, pascuis, boscis, parco, vivario, molendinis, hominibus, redditibus, serviciis, sequelis, libertatibus, & omnibus aliis ad dictum manerium pertinentibus absque omni exactione, servicio, & seculari demanda. Ego vero *Roesia* & hæredes mei prænominatas moniales de regali servicio quod ad dictum manerium pertinet imperpetuum adquietabimus; prædictum etiam manerium cum pertinentiis supradictis eisdem monialibus in prædicta ecclesia Deo servientibus contra omnes gentes imperpetuum warantizabimus. Et ut hæc mea donatio, concessio, confirmatio, & warantizatio perpetuam optineat firmitatem hoc præsens scriptum sigilli mei appositione duxi roborandum. Hiis testibus, domino *Richardo* de **Harecurt**, domino *Ernaldo* de *Bosco*, domino *Radulfo Basset* de **Depecote**, domino *Richardo* de **Normanvill**, domino *Ada* de **Quatremars**, domino *Milone* de **Verdon**, *Rogero Gernun*, domino *Ada* de **Hetwyst**, magistro *Thoma* de **Verdon** tunc rectore ecclesiæ de **Iuestoke**, *Henrico* de **Herteshorn**, & aliis.

LETLEYENSIS *Abbatia in agro* Hantonensi.

Carta Regis Henrici *tertii donatorum concessiones recitans & confirmans.*

Cart. antiq. L. n. 26

Vide Par. 1 *H.* 4. part. 8. mem. 18. Et Par. 1 *E.* 4. part. 6. m. 26. Et cart. 5 *E.* 3. n. 44. Et Par. 2 *H.* 5. part. 3. memb. 31.

HENRICUS Dei gratia Rex *Angliæ*, Dominus *Hiberniæ*, Dux *Normanniæ* & *Aquitaniæ*, & Comes *Andegaviæ*, Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis nos pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & successorum nostrorum, concessisse, & hac Carta nostra confirmasse Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de loco sancti *Edwardi*, quam nos fundavimus in **Southampteseir**, & Abbati & monachis ibidem Deo servientibus & servituris ipsum locum in quo abbatia eorum sita est, cum omnibus pertinentiis suis, & cum omnibus terris subscriptis, videlicet de **Letteleye**, de **Hune**, de **Welewe**, de **Totinton**, de **Gumeleulne**, de **Hordleg**, de **Doverell-Kingston**, de **Waddon**, de **Aybleg**, de **Laton** cum omnibus pertinentiis earum, & cum redditibus de **Cherleton**, de **Suthampton**, & de **Suthwerk** cum pertinentiis, & C. acras terræ in manerio de **Schire** cum advocatione ecclesiæ ejusdem manerii. Concessimus eciam eisdem monachis, & confirmavimus omnes rationabiles donationes terrarum hominum & elemosinarum eis vel in presenti à nobis collatas vel in futuro à Regibus vel ex aliorum liberalitate conferendas, tam in ecclesiis quam in rebus & possessionibus mundanis, sicut Cartæ donatorum quas inde habent rationabiliter testantur. Quare volumus (*&c.*) Datum per manum nostram apud *Westmonasterium*, septimo die Martii, anno Regni nostri tricesimo quinto.

Carta *Johannis* de *Warenna* comitis *Surregiæ*.

Ex autogr. in bibl. Mottoniana. 1640.

OMnibus *Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit* Johannes *de* Warenna *comes* Surreiæ *filius* Willielmi *quondam comitis de* Wârenna *salutem in domino. Noveritis nos cartam* Rogeri *de* **Clere** *inspexisse in hac verba. Sciant præsentes & futuri quod ego* Rogerus *de* **Clere** *dedi concessi & hac præsenti carta mea confirmavi pro me & hæredibus meis abbati & conventui* loci sancti Edwardi, Cistercientis *ordinis, totam culturam illam cum omnibus pertinentiis suis in manerio de* **Schire**, *quæ se extendit ex orientali parte usque terram dictorum abbatis & conventus, manerii de* **Gumeslue**, *ex occidentali parte usque ad sepem viæ vocatam* **Heyrew** *de* **Schyre**; *ex australi parte usque ad regiam viam quæ est inter* **Guldeforde** & **Dorkynge**; *ex parte aquilonali, usque ad angulum occidentalem terræ quæ vocatur le* **Stapellond**, *cum tota pastura quam habui vel habere potui infra prædictas metas; & advocationem ecclesiæ de* **Schyre** *cum omnibus pertinentiis suis, Habendum*

& tenendum sibi & successoribus suis imperpetuum, libere, integre, & quiete, in viis, semitis, planis, cum omnibus aliis libertatibus, & liberis consuetudinibus ab omni servicio, exactione & seculari demanda, & secta curiæ ad me vel ad hæredes meos pertinentibus. Pro hac autem donatione, concessione & præsentis carta mea confirmatione, dederunt mihi prædicti abbas & conventus trecentas marcas esterlingorum. Et ego dictus Rogerus *& hæredes mei totum prædictam culturam terræ cum omnibus pertinentiis suis, & prædictam pasturam una cum prædicta advocatione dictæ ecclesiæ de* Bchyre *cum pertinentiis suis dictis abbati & conventui & eorum successoribus contra omnes homines & feminas warantizabimus, defendemus, & acquietabimus imperpetuum. Ut autem hæc mea donatio concessio & præsentis carta mea confirmatio rata & stabilis imperpetuum perseveret, præsenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus,* Waltero *de* **Cotewyth,** Hugone *de* **Wyndesore,** Thoma *de* **Hertmere,** Roberto *de* **Pekelham** *militibus.* Thoma *de* **Polesdene,** Johanne *de* **Hale,** Henrico *de* **Weston,** Willielmo *de* **Pollingfonde,** Willielmo Baynard, Thoma *de* **Waselholte,** Johanne *de* **Radmore,** Martino Keuipe *& multis aliis. Actum anno gratia milesimo ducentesimo quadragesimo tertio in octabis assumptionis beatæ* Mariæ. *Nos igitur prædictam donationem, (&c.) confirmamus. Pro hac vero ratificatione & præscripta carta confirmatione, dederunt nobis prædicti abbas & conventus* loci sancti Edwardi *viginti marcas sterlingorum. Cujus rei testimonio præsenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus, domino* Ailmero *tunc* Wynton. *electo,* Johanne *de* **Gray,** Roberto Walerand, Waltero *de* **Ottewyth,** Hugone *de* **Windesore,** Roberto *de* **Pithelham** *militibus,* Johanne de la **Hale,** Henrico *de* **Weston** *& multis aliis. Actum anno gratia milesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, die Epiphaniæ domini.*

REWLEYENSIS

Abbatia in suburbio Civitatis Oxoniæ, * *fundata anno* MCCLxxxj. 9 E. 1.

* Cart. 3 E. 2. m. 33.

Hist. MS. *Joh. Rossi, warwicensis,* in bibl. *Cottoniana* lib. X de regibus

FRater etiam hujus Regis (*Henrici* tertii) *Ricardus* primo Comes *Cornubiæ,* post Rex *Alemaniæ,* & semper *Augustus,* fundavit Abbatias Monachorum *Cistercienſis* ordinis de **Royal** alias **Rewley** *Oxon.* & de **Hayles,** in comitatu *Glocestriæ,* ubi honorificè est sepultus. Cor tamen suum *Oxoniæ,* in choro fratrum Minorum, sub sumptuosa & mirandi operis pyramide decentissimè humatum est.

Carta Edmundi *Comitis* Cornubiæ.

Pat. de anno 22 E. 1. m. 16. per Inspex.

SCiant presentes & futuri quod nos *Edmundus* claræ memoriæ domini *Ricardi* Regis *Alemanniæ* filius & Comes *Cornubiæ,* dedimus, concessimus, & hac presenti Carta nostra confirmavimus Deo & ecclesiæ beatæ *Mariæ* de *Regali-loco* in **Hoxth-Oseney** juxta *Oxon.* & abbati inibi commoranti & quindecim monachis, capellanis, ordinis *Cistercienſis* sibi professis, pro anima *Ricardi* quondam Regis *Alemanniæ* patris nostri divina celebrantibus, & eorum successoribus ibidem commorantibus Deo servientibus, & imperpetuum servituris, omnes terras & tenementa quæ habuimus in **Hoxth-Oseneye,** propè *Oxon.* cum omnibus pertinentiis suis, ut in dominicis, homagiis, vilenagiis, redditibus, serviciis, fidelitatibus, aquis, vivariis, gardinis, ortis, virgultis, cotagiis, pratis, pascuis, pasturis, piscariis, fossatis, haiis, viis, semitis, wardis, releviis, escaetis, sectis Curiarum nobis debitis omnium tenentium ibidem commorantium. Salva tamen nobis sufficienti placea ad Curiam nostram de honore sancti *Waleriei* tenendam; quam quidem placeam & curiam, cum suis pertinentiis, ad opus nostrum & hæredum nostrorum retinemus. Dedimus eciam & concessimus, & hac præsenti Carta confirmavimus Deo & dictæ ecclesiæ beatæ *Mariæ,* & prædictis abbati & monachis, pro anima dicti *Ricardi* Regis, patris nostri, totum manerium nostrum de **Erdingtone,** in comitatu *Oxon.* tàm in messuagiis, edificiis, terris arabilibus, dominicis, pratis, pascuis, pasturis, quàm in homagiis, fidelitatibus, serviciis, consuetudinibus, una cum vilenagiis & villanis, eorum catallis & sequelis, wardis, releviis, heriettis, escaetis & aliis pertinentiis ad dictum manerium spectantibus, simul cum molendinis nostris quæ sunt sita in **Berkintona.**

Preterea dedimus, concessimus, & hac presenti Carta nostra confirmavimus Deo & dictæ ecclesiæ beatæ *Mariæ,* & prædictis abbati & monachis, pro anima dicti *Ricardi* Regis, patris nostri, unam acram terræ, secundum *Anglia* consuetudinem mensuratam, de dominico nostro in terra de **Wel** juxta **Roslyn,** cum advocatione ecclesiæ de sancta *Wendrova,* & aliis pertinentiis suis in hundredo de **Berier** in *Cornubia.* Preterea dedimus & concessimus, & hac presenti Carta nostra confirmavimus Deo & dictæ ecclesiæ beatæ *Mariæ,* & predictis abbati & monachis, pro anima dicti *Ricardi* Regis, patris nostri, totum nemus quod habuimus apud **Hetlebedde,** videlicet duos parcos nostros, unum qui vocatur **Peymers** minorem, & alium parcum majorem secundum quod fossata & haye, utriusque parci circumquaque proportant, cum omnibus juribus libertatibus & pertinentiis suis. Dedimus eciam & concessimus, & hac presenti Carta nostra confirmavimus Deo & dictæ ecclesiæ beatæ *Mariæ,* & prædictis abbati & monachis, pro anima dicti *Ricardi,* patris nostri, totam terram illam cum domibus super edificatis redditibus, & aliis pertinentiis suis, quam habuimus in civitate *London.* in parochia sancti *Thome* apostoli, ex concessione & dimissione

Vide etiam cart. 3 E. 2. m. 33.

dimissione *Pancii de la* **Moze**, quæ terra cum domibus superedificatis, redditibus & pertinentiis suis quondam fuit *Johannis* **Kenger**. Dedimus eciam & concessimus, & hac præsenti Carta nostra confirmavimus Deo & dictæ ecclesiæ beatæ *Mariæ* & prædictis abbati & monachis pro anima dicti *Ricardi* Regis patris nostri totam terram cum suis pertinentiis, quam habuimus in villa de **Wylauston**, & sexaginta solidos sterlingorum annui redditus, cum pertinentiis suis quos de abbate & conventu de **Thame**, in villa de **Stoke-Talemache** consueyimus percipere, provenientes de duobus feodis militum quæ dicti abbas & conventus de **Thame** de nobis tenere consueverunt in eadem cum omnibus juribus, libertatibus & aliis pertinentiis suis, ut in dominicis, homagiis, fidelitatibus, wardis, releviis, escaetis, terviciis, consuetudinibus, sectis Curiarum & hundredorum, scutagiis, vilenagiis, villanis, cum catallis & sequelis eorum. In aquis, molendinis, pratis, paicuis, pasturis, in viis, semitis, fossatis, & haiis infra villam & extra, & in omnibus locis & rebus. Habenda & tenenda Deo & dictæ ecclesiæ beatæ *Mariæ* & prædictis abbati & monachis, ac eorum successoribus hec omnia & singula prenominata, in liberam puram & perpetuam elemosinam, absque ullo retenemento. Volumus eciam & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, vel assignatis nostris, quod prædicti abbas & monachi, & eorum successores habeant visum franci plegii, cum omnibus quæ ad visum pertinent, & omnes libertates & liberas consuetudines quæ in supradictis terris & tenementis nos vel antecessores nostri hactenus habuimus, vel hucusque usi fuimus, sine ullo retenemento nostri vel hæredum nostrorum. Et quod nullus Ballivorum nostrorum in dictis terris vel tenementis distructionem aliquam faciat nec de aliquo se intromittat. Ita quod nec nos, nec hæredes nostri, in dictis terris & in aliis prænominatis aliquid juris servicii vel clamii de cetero exigere vel clamare poterimus. Et nos predictus *Edmundus*, & hæredes nostri, predictis abbati & monachis, & eorum successoribus, omnia supradicta cum suis pertinentiis, sicut prædictum est contrà omnes gentes, sicut nostram & prædicti patris nostri liberam puram & perpetuam elemosinam, warantizabimus, acquietabimus, & imperpetuum defendemus. Et ut hæc omnia rata & stabilia permaneant imperpetuum præsentem cartam sigilli nostri impressione fecimus roborari. Hiis testibus, dominis *Thoma* de **Bizante**, *Ricardo* de *Cornubia*, *Henr.* de **Sottebyrie**, *Petro Becard*, *Waltero de la* **Puylle** militibus, *Rogero* de **Drayton**, *Rogero* de **Walingford**, *Johanne* de **Pendelfre**, *Willielmo* de **Harpedene**, & aliis.

Carta abbatis & conventus de **Pynn** in *Pictavia* de quibusdam terris in territorio de **Saham**.

Par. 14 E. 2. part. 1. memb. 7. per Inspex.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis frater Petrus *dictus abbas de* **Pynn**, *& ejusdem loci conventus*, Cystercienſis *ordinis*, Pictavien. *diec. salutem in domino sempiternam. Ad vestræ universitatis noticiam volumus pervenire, nos, pro nobis & successoribus nostris, monasterio nostro de* **Pynn**, *dedisse, concessisse, tradidisse, abbati & conventui de* Regali loco *juxta* Oxoniam, Cystercienſis *ordinis supradicti*, Lincoln. *dioc. & successoribus suis, & monasterio suo predicto, & in dominium & proprietatem suam, & monasterii sui predicti, pleno jure & perpetuo transtulisse, omnes terras & tenementa, cum omnibus pertinentiis suis quæ habebamus in villa, loco, seu territorio de* **Saham** *prope* **Ely** *in episcopatu* Norwycenſi, *cum jure patronatus ecclesiæ predictæ villæ, & omnibus aliis pertinentiis suis in quibuscunque consistunt, ut in possessionibus ecclesiasticis & mundanis, juribus, jurisdictionibus, decimis, fructibus, proventibus* (&c.) *ad nos & monasterium nostrum prædictum quocunque jure vel modo spectantibus, una cum jure quod habebamus vel habere poteramus in decimis de* **Pennoye**, *& capella de* **Barneye**, *cum pertinentiis suis. Habenda & tenenda universa & singula supradicta prædictis abbati & conventui & successoribus suis, & monasterio suo predicto integrè libere & in pace, jureque perpetuo possidenda. Reddendo nobis & successoribus nostris, & monasterio nostro predicto annuatim imperpetuum quadraginta tres marcas bonorum & legalium sterlingorum apud S.* Bernardum Parisius *in xv. nativitatis S.* Johannis *Baptiste. Et ut hæc premissa rata & stabilia perseverent sigilla capituli generalis* Cisterc. *& abbatis de* Pontyniaco *& nostrum, presenti scripto apponi fecimus, tam pro testimonio facti, quam pro munimine firmitatis. Datum* Londini *pridie idus Maii anno Domini MCCLxxxv.*

Inquisitio.

Ese. 31 E. 1. n. 128.

INquisitio capta coram vic. *Oxon.* & *Roberto le* **Ey** ballivo domini Regis de **Wodestoke**, in pleno com. per breve domini Regis per sacramentum *Walteri* de **Wythulle** (*&c.*) juratorum ad inquirendum utrum abbas de *Loco Regali* juxta *Oxon.* sectam aliquam ad comitatum *Oxon.* seu ad hundredum domini Regis de **Poghedelegh**, vel ad aliquod aliud hundredum domini Regis in com. prædicto pro terris & tenementis suis quæ tenentur in eodem com. facere debeat, & ipse & prædecessores sui hujusmodi sectas aliquibus retroactis temporibus pro terris & tenementis suis prædictis facere consueverint, vel terræ & tenementa prædicta de aliqua secta ad prædictum com. vel ad aliquod hundredum domini Regis infra prædictum comitatum facienda antequam ad manus ipsius abbatis aut prædecessorum suorum devenerunt onerata fuerunt necne. Qui dicunt super sacramentum suum quod prædictus abbas, nec prædecessores sui à tempore fundationis abbatiæ prædictæ hujusmodi sectas fecerunt, nec facere consueverunt pro terris & tenementis quæ tenet in com. prædicto; nec terræ prædictæ de aliquibus sectis ad com. prædictum, seu ad hundredum de **Potheuelegh**, aut aliquod aliud hundredum domini Regis in com. prædicto faciendis oneratæ fuerunt temporibus retroactis antequam ad manus prædicti abbatis & prædecessorum suorum devenerunt. Quia prædictus abbas nullas habet terras in comitatu prædicto nisi manerium de **Croynton**, & **Willaiston**, & situm abbatiæ prædictæ quæ sunt de Honore sancti *Walerici*, cum

cum duabus placeis nemoris apud **Nettelbedde** fossatis undique inclusi in procinctu manerii de **Benfington**, quæ quidem omnia habuerunt de dono *Edmundi* comitis *Cornubiæ*, & unum messuagium cum dimidia carucata terræ & quadraginta acras bosci quæ sunt infra procinctum manerii de **Benfington** quæ habuerunt de dono *Thomæ Costard*. Et octo virgatas terræ cum viginti acris prati cum pertinentiis in **Wendelebury** quæ sunt de feodo *Almarici* de sancto *Amando*, qui nunquam aliquam sectam ad comitatum predictum, nec ad aliquod aliud hundredum domini regis in com. prædicto fecerunt nec tenementa prædicta inde fuerunt onerata. In cujus rei testimonium prædicti juratores sigilla sua huic inquisitioni apposuerunt.

DERNHALLENSIS
Abbatia in agro Cestrensi, *postea ad* Vallem-Regalem *translata.*

Carta fundationis.

Cart. 54. H. 3. m. 3. per inspex.

EDWARDUS illustris Regis *Anglie* primogenitus, Archiepiscopis (*&c.*) salutem. Sciatis nos pro salute animæ nostræ & animarum omnium antecessorum & hæredum, seu aliorum successorum nostrorum dedisse, concessisse & præsenti Carta nostra confirmasse pro nobis, & hæredibus & successoribus nostris universis, Deo & beatæ *Mariæ*, & Monasterio ejusdem gloriosæ virginis de **Dernhall**, *Cistercienſis* ordinis, quod ex voto nostro aliquando in periculo maris constituti Deo & beatæ *Mariæ* facto, fundavimus in comitatu nostro de *Cestria*, *Coventr.* & *Lich.* Dioc, & abbati & monachis omnipotenti Deo & prædictæ Dominæ nostræ ibidem servientibus & servituris, ipsum locum in quo sita est dicta abbatia eorum, cum totis maneriis de **Dernhall** & **Over**, una cum parco, in bosco, in plano, in hominibus & rebus aliis seu libertatibus universis, & cum aliis ad dicta maneria pertinentibus, sicut nos eadem plenius & liberius unquam tenuimus absque ullo retenemento: Et præterea totam haiam de **Langwyth** in comitatu *Eboracensi*, cum solo, brueria, marisco, & cum omnibus aliis pertinentiis suis; adeò plenè, liberè, integrè & pacifice, sicut dominus Rex, pater noster eam tenuit, & nobis dedit, cum advocationibus ecclesiarum de **Offeburn**, de *Castro* de **Pecke**, de **Frodesham**, & de **Weverham**, cum capellis earum, & aliis pertinentiis suis. Concedentes & desiderantes, ut prædictæ ecclesiæ, cum capellis suis in proprios usus eorundem monachorum & successorum suorum, ad sustentationem suam in divino servitio convertantur. Concessimus etiam eisdem Monachis, & confirmavimus omnes rationabiles donationes terrarum, hominum & elemosinarum eis vel in presenti à nobis collatas, vel in futuro, à quorumcumque aliorum liberalitate, conferendas, vel aliter adquisitas, vel adquirendas tam in ecclesiis quam in rebus & possessionibus mundanis. Concessimus insuper hac Carta nostra, pro nobis & hæredibus nostris, prædictis abbati & monachis, de dono nostro, quod quandocunque contigerit nos, vel hæredes nostros, dominica nostra communiter talliare, ipsi abbas & monachi, & eorum successores imperpetuum talliare possint maneria sua, sine speciali præcepto nostro vel hæredum nostrorum. Quare volumus (*&c.*) Testibus venerabilibus patribus *Waltero Eboracen.* archiepiscopo, *N. Wynton. G. Wygorn. R. Coventr.* episcopis, *Edmundo* fratre nostro charissimo, *Gilberto* de **Clare** comite *Glouc.* & *Hertford.* *Johanne* de *Warenna* Com. *Surr.* *Humphrido* de **Bohun**, Comite *Herefordiæ* & *Essexiæ*, *Henrico* de *Alemannia*, *Philippo Basset*, *Rogero* de *Mortuomari*, *Rogero* de **Clifford**, *Reginaldo* de **Grey** tunc Justiciario *Cestriæ*; *Jacobo* de *Audelegh*, *Roberto Walleraund*, *Roberto Burnell*, Magistro de **Fremgham**, *Johanne* de **London**, & aliis. Dat. per manum nostram apud *Wynton.* secundo die Augusti Anno Regni domini Regis, patris nostri 54.

Literæ domini regis *Henrici* tertii commendatoriæ pro libris eidem abbatiæ conferendis

Pat. 55 H. 3. m. 24.

REX *abbatibus Prioribus & eorum conventibus per regnum* Angliæ *constitutis cujuscunque ordinis vel religionis extiterint salutem. Cum* Edwardus *primogenitus noster dilectus, ad ampliandum divini cultus honorem novam de ordine* Cistercienſi *jam inceperit abbaciam fundare in maneriis suo de* **Dernhale**, *universitatem vestram attentè requirimus & rogamus quatinus ad ejusdem abbaciæ subsidium, monachos dicti loci de aliquibus libris theologicis assignandis gratiam facere precum nostrarum contemplatione velitis. Et quid super hiis duxeritis faciendum singuli vestrum nobis per dilectum & fidelem nostrum* Thomam *de* **Boulton** *per vestras literas significare curetis, ut pro curialitatis vestræ gratia ad precum nostrarum instantiam dicto primogenito nostro facta vobis ad merita gratiarum condigna specialius teneamur. T. rege apud* Westm. *x. die Januarii.*

Translatio ejusdem abbatiæ ad Vallem-Regalem.

Cart. 17 E. 1. n. 17.

REX archiepiscopis &c. salutem. Sciatis quod cum nos pro salute animæ nostræ, & pro salute animæ celebris memoriæ domini *Henrici* regis patris nostri & animarum hæredum & antecessorum & successorum nostrorum, abbatiam de **Dernehale** ordinis *Cistercienſis*, quam, ex voto, aliquo tempore in periculo maris constituti, nuper fundavimus infra precinctum manerii de **Dernehale** in comitatu *Cestrensi*: Et nos ad procurationem abbatis & monachorum abbatiæ prædictæ abbatiam illam in aptiori loco non longe à loco prædicto de **Dernehale**, qui **Whetenehalewes** & **Bunechenewyo** vocabatur, quem idem abbas & monachi possident sibi & successoribus suis imperpetuum ex concessione

Vide Par. 6 H. 6. part 2. m. 18.

cessione nostra, & quem locum *Vallem-Regalem* fecimus nuncupari, jam de novo fundaverimus: Nos ne abbati & conventui ejusdem abbatiæ de *Valle-Regali*, aut successoribus suis super terris, rebus, possessionibus, ecclesiis, juribus aut libertatibus suis sibi dum abbatia prædicta sita fuit per nos concessis, occasione transmutationis prædictæ, dampnum vel periculum per processum temporis possit imminere quoquo modo: Volumus & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti abbas & monachi, & eorum successores, abbatiam illam in eodem loco de *Valle-Regali*, de novo fundatam, cum maneriis, terris, & tenementis, boscis, pratis, pasturis, vivariis, piscariis, ecclesiis de **Birkham**, **Frodesham**, **Weverham**, & castro de **Pek** cum capellis, membris, & aliis eisdem ecclesiis pertinentibus, cum omnibus juribus & libertatibus, & liberis consuetudinibus subscriptis, habeant & teneant, liberè, quietè, plenariè, bene, & in pace, sibi & successoribus suis, ibidem Deo servituris, in puram elemosinam imperpetuum, sub hac forma; videlicet totum manerium de **Dernehale** & **Dure**, una cum prato, in bosco & plano, in hominibus & rebus aliis, seu libertatibus universis, & cum omnibus aliis ad dicta maneria pertinentibus sicut nos eadem plenius & liberius unquam tenuimus absque ullo retenemento: & etiam advocationes ecclesiarum de **Frodesham** & castro de **Pek** cum capellis earum & aliis pertinentiis suis.

Et etiam totum manerium de **Weverham** cum advocatione ecclesiæ ejusdem villæ, homagiis, & serviciis liberè tenentium ejusdem manerii, villenagiis, villanis & eorum sequela, wardis, releviis, escaetis, redditibus, boscis, pratis, pasturis, haiis, aquis, molendinis, stagnis, vivariis, & cum omnibus aliis libertatibus, liberis consuetudinibus ad idem manerium aliquo modo spectantibus, salvis nobis & hæredibus nostris homagiis & servitiis eorum, qui de nobis tenent in dicto manerio per serjantiam vel servicium militare, adeo liberè, integrè, & pacificè, sicut nos illud manerium melius & integrius unquam tenuimus, & quod manerium dudum dedimus dilecto & fideli nostro *Rogero* de **Cliffozd**, qui illud postea nobis reddidit, & de se & hæredibus suis imperpetuum quietum clamavit.

Et eciam totum manerium de **Conewardesle** cum pertinentiis quod olim dederamus *Waltero* de **Vernoun**, & quod idem *Walterus* per cartam suam mera & spontanea voluntate sua nuper nobis reddidit, & de se & hæredibus, & assignatis suis, nobis & hæredibus seu assignatis nostris imperpetuum quietum clamavit, cum homagiis, redditibus, dominicis, villenagiis, servitiis libere tenentium, & villanorum, villanis & eorum sequelis, vardis, releviis, escaetis, boscis, pratis, pasturis, moris, turbariis, haiis, vivariis, stagnis molendinis, & omnibus aliis aisiamentis, libertatibus & liberis consuetudinibus ad prædictum manerium, aliquo modo spectantibus. Et etiam totum manerium de **Gayton** in **Wyzhale** in comitatu *Cestriæ*, cum pertinentiis, quod dudum dedimus, & concessimus *Reginaldo* de **Tyberment** de *Normania*. Et idem *Reginaldus*, prædictum manerium, cum omnibus ad idem manerium spectantibus, postmodum in manus nostras reddidit & per cartam suam, nobis & hæredibus nostris, seu assignatis, de se & hæredibus suis imperpetuum quietum clamavit. Et etiam totam terram cum pertinentiis suis in **Hozesbarewe**, quam per cartam nostram dederamus & concesseramus *Jacobo le* **Vilur**, & quam terram idem *Jacobus* nobis postmodum in manus nostras reddidit, & etiam nobis pro se & hæredibus suis, per cartam suam imperpetuum remisit et quietum clamavit. Et etiam totam terram in **Nethre-litel-Dure**, quæ fuit *Hugonis* de **Perton**, fratris, et hæredis *Ranulphi* de **Perton** clerici, et totam terram *Ranulfi* filii *Johannis* de **Littel-ober**, et totam terram *Nicholai Baret*, filii *Ricardi Baret* in **Nether-litel-Dure**. Et totam terram *Hervici* de **Bzadefozd**, et *Roberti* filij et hæredis ejusdem *Hervici* in **Bzadefozd**. Et etiam totam terram *Ranulphi* de **Sutton** filii et hæredis *Ranulphi* de **Perton** in **Sutton**, quas quidem terras prædicti, *Hugo*, *Ranulphus*, *Nicholaus*, *Hervicus*, *Robertus*, et *Ranulphus*, cum omnibus libertatibus, quas habuerunt, vel habere potuerunt in boscis, communis, moris, pasturis, vastis, et omnibus aliis pertinentiis suis, sine aliquo retenemento, in manus nostras quietas de se, et hæredibus suis imperpetuum reddiderunt. Et etiam duas bovatas terræ, cum pertinentiis in **Lachemanbank**, quas habuimus de dono, & concessione *Rogeri Throstel* de **Wakelesfeld**. Et totam terram cum pertinentiis, quam habuimus de dono & concessione *Johannis* de **Cotun** filii *Matildis* de **Lache**, quæ fuit filia *Gralami* de **Lostoke** in manerio de **Lachemanbank**. Et etiam totam terram de **Twamelawe**; quam *Willielmus* de **Halwardyn** nuper vendidit, cum omnibus suis pertinentiis, absque ullo retenemento, in hominibus, redditibus, bosco & plano, semitis, viis, pratis, pasturis, moris, haiis, aquis, stagnis, molendinis, vivariis, & omnibus aliis aisiamentis, libertatibus, & liberis consuetudinibus ad prædictam terram pertinentibus; & etiam moram & vivarium cum pertinentiis, quod vocatur **Detnare** in foresta nostra *de la* **Mare**. Concedimus etiam & confirmavimus, pro nobis, & hæredibus nostris, eisdem abbati & monachis & eorum successoribus, omnes rationabiles donationes terrarum, hominum & elemosinarum eis, vel in præsenti a nobis collatas, seu in futuro, à quorumcunque liberalitate conferendas seu aliter adquisitas, vel adquirendas, tam in ecclesiis, quam in rebus & possessionibus mundanis, una cum subscriptis tenementis; videlicet totam terram quæ fuit *Johannis* de **Wydynton** in parva **Duer**, cum omnibus pertinentiis suis, & libertatibus, ac juribus, ad dictam terram spectantibus, quam habuimus ex dono & concessione dicti *Johannis*, assensu & consensu *Sibillæ* filiæ & hæredis *Ranulphi* de **Alsbe**, uxoris dicti *Johannis*. Et totam terram quæ fuit *Hugonis* de *Norwiches* clerici, cum omnibus ædificiis constructis, aisiamentis, commoditatibus, libertatibus, & pertinentiis, quam quidem terram dictus *Hugo* nobis dedit & concessit, & per cartam suam confirmavit. Et unam salinam in medio *Wiches*, quam habuimus ex dono & concessione *Willielmi* filii *Radulphi Selysawell*; illam videlicet, quæ est juxta **Nemeton**, per divisas,

visas, & metas, quas *Ricardus* de **Wodefozd** capellanus eandem salinam aliquando tenuit, & habuit, cum omnibus libertatibus, & aisiamentis ad dictam salinam pertinentibus. Et totam octavam partem totius bosci de **Twamelawe**, quam habuimus ex dono & concessione *Thomæ Bathel*, & totam illam partem totius bosci, & vasti, & illam partem illius prati, quod vocatur *le* **Tounemedowe**, tam in exteriori bosco, quam in *les* **greves**, quæ habuimus ex dono & concessione *Thomæ* filii *Brun* de eadem villa, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis.

Concedimus etiam & confirmamus, pro nobis & hæredibus nostris, eisdem abbati & conventui, & successoribus suis totam terram de **Westcroft** in villa de parva **Stanthirle**, cum omnibus pertinentiis suis, quam habent ex dono & concessione *Radulphi* de **Vernon**; & totam terram quam habent de *Radulpho* de **Vernon**, cum omnibus pertinentiis suis in eadem villa, quam dictus *Radulphus* de **Vernon** emit de *Henrico Dudesyn*, & totam mussam quam dictus *Radulphus* habuit ex dono *Gilberti Dudesyn*, cum pertinentiis suis in eadem villa; Et totum campum illum in magna **Stanthirle**, quem dictus *Radulphus* habuit de dono *Hugonis le Royer*, una cum tota parte Moræ pertinente prædictæ terræ dicti *Radulphi*, cum omnibus pertinentiis suis. Et totam terram in civitate nostra *Cestriæ*, quam *Robertus le Bern* dedit & concessit prædictis abbati & monachis, quæ jacet inter terram hospitalis sancti *Johannis Cestriæ*, & domum *Radulphi del* **Pillori**, & etiam domum in qua *Thomas* de **Newenaive** aliquando mansit, cum omnibus pertinentiis suis, & unam seldam quam *Ricardus* Apothecarius aliquando tenuit, & seldam quam *Cristiana* mater uxoris dicti *Roberti le* **Bern** quandoque tenuit, & undecim seldas, quæ vocantur seldæ sutorum in **Bzuggestrete**, quas *Alexander Hurel* aliquando tenuit cum omnibus pertinentiis, & libertatibus suis, & totam terram illam in vico orientali civitatis *Cestriæ*, jacentem inter terram quæ fuit *Mathei* clerici, & terram quæ fuit *Johannis* filii **Hulkel**, cum omnibus pertinentiis suis, & libertatibus, & etiam illam placeam terræ quæ fuit *Roberti*, dicti, camerarii, jacentem inter terram dicti *Roberti*, & terram abbatis de *Valle-Regali* in **Bzuggestrete**, in civitate *Cestriæ*, quæ quidem placea terræ continet in latitudine decem & novem pedes, & in longitudine extendit se à terra quæ fuit *Ricardi* le **Percer**, usque ad terram domus dicti abbatis de *Valle-Regali*, & continet in illa longitudine triginta & duos pedes, una cum omnibus pertinentiis, & suis libertatibus, & etiam unam salinam in villa de **Nozthwiche**, quam habent ex dono & concessione *Hugonis* de **Wynynton**, & *Matildis* uxoris suæ, & ex dono & concessione *Radulphi Swetbrond*, cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus, & etiam illud messuagium in **Byngesle** quod habent ex dono & concessione *Willielmi Launcelyn*, cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus; Et etiam illam bovatam terræ in **Lache**, apud **Rudhethe**, quam habent in escambio à prioriss & monialibus *Cestriæ*, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis. Volumus etiam & concedimus pro nobis & hæredibus nostris, quod predicti abbas & conventus, & successores sui habeant pasturam, & rationabilia estoveria sua, cum aliis aisiamentis in Forestis nostris in comitatu *Cestriæ*, & etiam quæreram & alia quæ necessaria fuerint ad ædificia infra abbatiam nostram prædictam construenda & sustentanda, & pro vitro faciendo. Et quod homines & tenentes predictorum abbatis & conventus habeant pasturam, & rationabilia estoveria sua in forestis nostris predictis, sicut tempore Comitis *Ranulphi*, & aliorum quondam Dominorum *Cestriæ* habere consueverunt.

Volumus etiam & concedimus, & præsenti Carta confirmavimus, pro nobis & hæredibus nostris Deo & beatæ *Mariæ*, & predictis abbati & monachis de *Valle-Regali*, ac eorum successoribus, quod habeant & teneant omnia maneria, ecclesias, terras & tenementa predicta, in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum, cum homagiis, redditibus, dominicis, villenagiis, servitiis libere tenentium, & villanorum, villanis, & eorum sequelis, advocariis, wardis, relevis, escaetis, boscis, planis, pratis, pasturis, viis, semitis, moris, turbariis, haiis, aquis, vivariis, stagnis, piscariis, molendinis, in grangiis, virgultis, infra burgum & extra, & in omnibus aliis locis, cum omnibus aisiamentis, libertatibus, quietanciis, & liberis consuetudinibus, ad predicta maneria, ecclesias, terras & tenementa aliquo modo spectantibus. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus nostris, prefatis abbati & monachis, & eorum successoribus, quod quandocunque nos, vel heredes nostros dominica nostra talliare contigerit, quod ipsi abbas & monachi, & eorum successores imperpetuum, homines & tenentes suos de maneriis de **Darnhale**, **Weverham** & **Conewardesle** talliare, sine licentia, vel mandato nostro speciali, vel hæredum nostrorum & tallagia illa, per se vel ministros suos, ad opus suum levare possint & habere. Concedimus etiam pro nobis & hæredibus nostris, eisdem abbati & monachis, & eorum successoribus, quod ipsi sint quieti de omnibus misericordiis imperpetuum. Et quod habeant in maneriis prædictis, *Socam* & *Sacam*, **toll** & **team**, **infangenthefe**, **utfangenthefe**, **wyfgilthefe**, **hamsokam**, **wayf grythebzuche**, **Blodewyte**, **fyghtwyte**, **ferdewite**, **frythewyte**, **hengwyte**, **leyzwyte**, **flemeneswyte**, **flemenesfrethe**, murdrum, latrocinium, **fozstall**, **ozdelf**, **ozeff**, & emendas panis & cervisiæ, & etiam amerciamenta hominum suorum ubicunque & qualitercunque fuerint amerciati in Curia nostra, vel hæredum nostrorum, coram nobis & hæredibus nostris, vel Justiciariis seu Ballivis aut ministris nostris quibuscunque. Et etiam si aliquis hominum suorum sit amerciatus erga nos vel Ballivos nostros, pro quacunque causa vel debito, seu forisfacto, merciæ & amerciamenta prædictis monachis reddantur.

Concedimus etiam pro nobis, & hæredibus nostris, quod prædicti abbas, & monachi, & eorum successores, & eorum successorum homines liberi sint ab omni scotto, & geldo, & omnibus auxiliis regum, vicecomitum, & omnium ministralium suorum, & de hidagio, carucagio, danegeldo, hornegeldo, & de scutagiis, tallagiis, hostagiis, stallagiis,

stallagiis, & shyris, hundredis, wapentachiis, placitis, & querelis, wardis, **wardepayni, haberpeny, hundredpeny, scotpeni, bozehalpeny, botelpeny, tynigpeny,** & de operibus castellorum, parcorum, pontium, & de clausuris, & de omni cariagio, muragio, summagio, navigio, & domorum regalium edificatione, & omnimoda operatione. Et prohibemus ne bosci eorum, vel hominum suorum, seu tenentium, ad prædicta opera, vel ad aliqua alia, aliquo modo capiantur, sine eorum licentia & voluntate. Et similiter ne bladum eorum, vel hominum, seu tenentium suorum prædictorum, aut aliqua alia bona sua ad castella munienda capiantur.

Concedimus etiam pro nobis, & hæredibus nostris, eisdem abbati, & monachis, & eorum successoribus, quod omnes terræ & tenementa sua, & hominum ac tenentium suorum in maneriis, & locis prædictis, tam in bosco, quam in plano existentia, sint deaforestata, & extra omnem potestatem forestariorum, viridariorum, regardatorum, agistatorum, & omnium aliorum ballivorum, & ministrorum forestæ nostræ, & quod possint de boscis suis, do maneriis prædictis, pro voluntate sua, quotienscunque, & quandocunque voluerint, & sibi viderint expedire, commodum suum facere & boscos illos assartare, & in culturam redigere, & eos in culturam redactos, sibi, & successoribus suis imperpetuum tenere, sine impedimento nostro, & hæredum nostrorum, forestariorum, & viridariorum, & quorumcunque aliorum ballivorum seu ministrorum forestæ nostræ, vel aliorum. Prohibentes ne quis forestariorum, viridariorum, agistatorum, regardatorum, vel omnium aliorum myniſtrorum forestæ nostræ, vel hæredum nostrorum, terras, & tenementa, ad abbatiam prædictam spectantia ingrediatur ad districtiones aliquas faciendas, seu namia in eisdem capienda, seu aliqua alia facienda quæ ad forestarium, seu ministrum foreste pertinent.

Concessimus insuper pro nobis, & hæredibus nostris, quod prædicti abbas, & monachi, & eorum successores, ac homines & tenentes sui prædicti, imperpetuum sint quieti ab omni theoloneo prestando pro rebus & mercandisis suis propriis, quas vendiderint, vel ad usus proprios emerint, in omni foro, & in omnibus nundinis, & in omni transitu pontium, viarum, & maris, per totam terram, & potestatem nostram, & in omnibus aliis locis, in quibus libertates eis dare possumus & concedere, & omnia mercata sua, & hominum suorum sint similiter in prædictis locis, ab omni theolonio quieta. Et quod naves eorundem monachorum liberum transitum per omnem potestatem nostram habeant, absque omni exactione, & consuetudine.

Concedimus etiam, pro nobis, & hæredibus nostris præfatis abbati, & monachis, & eorum successoribus, quod si quis hominum, seu tenentium suorum prædictorum, pro delicto aliquo vitam, vel membrum debeat amittere, vel fugerit & judicio stare noluerit, vel delictum aliud fecerit, pro quo catalla sua perdere debeat, catalla ipsa sint abbatis & monachorum prædictorum, & successorum suorum, una cum anno, & vasto terrarum & tenementorum prædictorum quæ ad nos, vel hæredes nostros, de tergis & tenementis illis pertinere deberent. Præterea cum sanctissimi patres in Christo, domini *Osorius* Papa quartus, & *Nicolaus* Papa quartus Dei ducti ducatu, & ad nostram instantiam, ecclesias de **Byrkham** in comitatu **Lancastre** & castri de **Pek** in comitatu *Derbia* & **Frodesham** & **Weverham** in comitatu *Cestriæ*, quarum advocationes prædictis abbati & monachis de *Valle-Regali* & eorum successoribus per cartas nostras concesseramus, prædictis abbati & conventui & eorum successoribus in proprios usus concesserint: nos concessionem & appropriationem hujusmodi ratas habentes et gratas, eisdem pro nobis et hæredibus nostris regium præbemus assensum. Unde licet prædicti abbas et conventus ante appropriationem eis ut præmissum factam seu in *Romana* curia impetratam nullas personas ad ipsas ecclesias de **Birkham** castro de **Pek** & **Frodesham** & **Weverham** prædictas præsentaverint; nichilominus tamen volumus et concedimus pro nobis et hæredibus nostris, quod prædicti abbas et conventus et eorum successores memoratas ecclesias sic appropriatas eisdem, imperpetuum habeant tenant et possideant in pace omnimoda et quiete, ita quod nec nos nec hæredes nostri aliquod jus vel clamium seu aliquam actionem per breve de ultima præsentatione vel sine brevi seu per aliud breve quodcumque, aut etiam ratione statuti nostri nuper editi de terris aut tenementis aliquibus ad manum mortuam non ponendis, versus prædictos abbatem & conventum vel eorum successores habere poterimus vel movere, nec aliquod jus vel clamium in advocationibus prædictarum ecclesiarum imperpetuum vendicare. Quare volumus (*&c*) Dat. per manum nostram, Apud **Stebenheth** xv. die Maii. Per ipsum Regem.

BOCLANDENSIS
Abbatia in agro Devonienſi.

Carta fundationis per Amiciam *comitissam* Devoniæ.

IN nomine gloriosissimæ, & individuæ *Trinitatis*, patris & filii & spiritus sancti *Amen*; ac intuitu beatissimæ *Mariæ* virginis, & beati *Benedicti*, nos *Amicia* comitissa *Devoniæ*, & domina de *Insula*, de summi rerum & bonorum opificis bonitate confisæ, ejusdem gratia qui vota hominum, & mulierum, pro sua voluntate, ad bonum disponit, & dirigit fidenter inniſæ, animique revolutione sæpe sollicitæ, si quid sui nominis honori ad perpetuam memoriam retribuamus, abbatiam quam locum sancti *Benedicti* de **Boclande** intitulari seu nuncupari volumus, & quam in manerio nostro de **Boclande**, ad perpetuam sustentationem abbatum, & monachorum ordinis sancti *Benedicti*, *Cisterciensis*, ibidem degentium, pro salute animarum domini *Henrici* quondam regis *Angliæ*, & nobilis reginæ dominæ *Alienoræ* uxoris suæ Carr'd 8. t.n.85.

& liberorum ſuorum, & domini *Edwardi* illuſtris regis *Angliæ*, filii ejuſdem regis *Henrici*, & nobilis reginæ domine *Alienore* uxoris ſuæ & liberorum eorundem ; & pro ſalute animarum domini *Gilberti* de **Clare** quondam comitis de *Gloceſtria*, & *Herefordia*, patris noſtri, & *Iſabella* comitiſſæ matris noſtræ, & animarum *Baldwini* comitis *Devon.* mariti noſtri, & *Iſſabella* filiæ noſtræ comitiſſæ *Devon.* & *Albemarliæ*, & *Margaretæ* filiæ noſtræ ſanctimonialis de **Lacok**, & omnium anteceſſorum & ſucceſſorum noſtrorum, & omnium quibus tenemur pro aliquo beneficio, fundamus, appropriamus, locumque eiſdem abbatibus, & monachis, & abbatiam damus concedimus & aſſignavimus, atque in eadem abbatia abbates, & monachos ordinis prædicti eſſe decernimus, perpetuò moraturos. Cui ſiquidem abbatiæ fratri *Roberto* abbati, & monachis in eadem domo exiſtentibus, de abbatia de *Quarera* per nos aſſumptis, & ſucceſſoribus ſuis perpetuò ſuſtinendis, in honore Dei, & beatiſſimæ Dei genetricis *Mariæ*, & beati *Benedicti*, ipſum manerium noſtrum de **Bocland**, & maneria noſtra de **Columpton**, **Bykeley**, & **Walkhampton**, cum advocationibus eccleſiarum, & cum hundredo **Dughe-Berewe**, cum tota ſecta, tam liberorum, villanorum, quam aliorum, quæ ad prædictum hundredum pertinent, cum omnibus pertinentiis ſuis, ut in dominiis, dominicis, feodis militum, ſervitiis liberorum hominum, villanis, villenagiis, cum eorum catallis, & ſequelis, releviis, auxiliis, redditibus, herietis, eſcaetis quibuſcunque, pratis, paſcuis, paſturis, viis, ſemitis, boſcis, planis, molendinis, aquis, piſcariis, moris, brueriis, turbariis, una cum omnibus libertatibus, & liberis conſuetudinibus eidem abbatiæ per nos adquiſitis, & cum omnibus aliis pertinentiis nominatis & non nominatis, quæ ad prædicta maneria, & prædictum hundredum pertinent, vel aliquo modo pertinere poterunt, quocunque nomine cenſeantur, ſine ullo retenemento noſtri vel hæredum noſtrorum, damus concedimus & hac præſenti carta confirmavimus in liberam & puram elemoſinam imperpetuum Habendum dictis abbati & conventui, & eorum ſucceſſoribus, liberè, quietè, bene, & in pace imperpetuum ſine aliqua contradictione, vel impedimento noſtri, vel hæredum noſtrorum. Et nos prædicta *Amicia* & hæredes noſtri præfatis abbati & conventui, & eorum ſucceſſoribus prædicta maneria cum advocationibus eccleſiarum, & cum prædicto hundredo, una cum omnibus libertatibus & liberis conſuetudinibus & aliis pertinentiis nominatis & non nominatis quæ ad prædicta maneria & hundredum prædictum aliquo modo pertinent, vel pertinere poterunt, in ſanctam puram & perpetuam elemoſinam, ut prædictum eſt, contra omnes gentes Chriſtianos & Judeos warrantizabimus, ac acquietabimus, & defendemus imperpetuum. Et ut hæc mea donatio, conceſſio, & præſentis cartæ meæ confirmatio rata, & ſtabilis permaneat, huic cartæ ſigillum noſtrum apponi fecimus. His teſtibus, *Hugone Peverell*, *Willielmo* de **Bikelle**, *Thoma* de **Pyn**, *Warino* de **Setthevill**, *Reginaldo* de *Ferrariis* militibus, *Johanne* de **Maufort**, *Richardo Mony*, *Radulpho* de **Lenham**, *Stephano* de **Stoyll**, *Baldwino le* **Baſtard**, *Humphrido* de **Doneſterre**, & aliis.

Carta *Iſabella* de *Fortibus* Comitiſſæ *Albemarle*.

OMnibus *Chriſti fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit* Iſabella *de* Fortibus *comitiſſa* Albemarliæ & Devoniæ *ac domina Inſulæ ſalutem in domino. Noveritis nos conceſſiſſe, confirmaſſe, & præſenti ſcripto quietas clamaſſe pro nobis & hæredibus noſtris, Deo & monaſterio beatæ* Mariæ *& beati* Benedicti *de* **Bocland**, *ac abbati & conventui & eorum ſucceſſoribus* Ciſtercienſis *ordinis in ipſo monaſterio Deo ſervientibus & imperpetuum ſervituris, omnes donationes & conceſſiones quas nobilis mulier mater noſtra cariſſima domina* Amicia *quondam comitiſſa* Devoniæ *ac domina* Inſulæ *adquiſivit & dedit eiſdem ; videlicet maneria de* **Bocland**, **Bykelie**, & **Walkampton** *ſecundùm metas & diviſas eorundem ; ſcilicet* de la Lobbapilla *ex occidentali parte de* **Bocland** *verſus aquilonem, & orientem, per medium curſum aquæ de* **Lavie**, *& de* **Walkamp** *ad diviſas de* **Dertemoze** *ex parte boriali de* **Piſtoze** ; *& inde verſus auſtrum per metas regarderum de* **Dertemoze** ; *videlicet per* Miſtorpanna, *& per* **Pyſtochres**, *& crucem* Siwardi & **Gyllesburgh**, & Plymcrundla *ad* Plymma, *& inde per* Plymma *verſus occidentem ad* **Padabzok**; *& ſic per bundas quæ cingunt* **Rydemoze** & Smalacumba ; *ſcilicet per foſſam veterem ad angulum foſſæ de* Yllalonda, *& inde per* **Purtwallen** *ad* **Smalacumbacroſſe**, & **Smalacumbalak**, *& per curſum aquæ de* **Pelwy** *ad* Olyake ; *& per foſſam ad viam quæ ducit de* **Plympton** *ad* **Schiteſtoze** ; *& ſic per diviſas lapideas ad* Biricombaforda *& per* Crewecumba, & **Denebzok**, *& curſum aquæ de* **Pelwy** *ad* Schollaforda ; *& ſic per veteres metas ad* **Panesonecroſſe**, *& inde per bundas ad* **Stoloze**, & **Lak**, & **Churcheſoze**, *& per diviſas inter* **Elleſoze**, & **Ozopeton**, *ad* **Elleſozdlak**, *& ad curſum aquæ de* **Pelwy**, *& ſic ad locum ubi* **Pelwy** *cadit in* Plymma, *& per* Plymma *ad diviſas de* **Peſcumbe** *& ad diviſionem itineris ſuper* **Purpus**, *& inde pertranſeundo viam quæ ducit de ponte de* **Cadawozth** *ad* **Plympton** *per terram de* **Lethagh** *verſus orientem uſque ad* **Shitaburgh**, *& inde per veteres metas lapideas ad* **Panebetoze**, *& inde verſus occidentem & aquilonem per terram de* **Farnhill** *ad* Maynſtonkvilla & Maynſtoncroſſa & **Hozingbzok**, *& ad* **Writewillelak**, *& inde per ſemitam quandam ad* **Pudehel** *includendo* **Southpondehel**, *& ſic per bundas verſus orientem ad* **Hozsfoze**, *& inde per metas veteres ad* **Writewille**, *& ad* **Hozingbzok** *& ſic ad* Plymma *& ad* **Willebzoke** *& ad crucem de* **Wolfewille**, *& inde per viam quæ ducit de* **Sutton** *ad* **Taviſtok** *ad* **Copziſcroſſe** ; *& inde verſus boream per foſſam veterem ad* Bycacumbayoneda, *& ſic per veteres bundas ad* Lobbapilla. *Et terram & villanos de la* **Toze** *apud* **Shiteſtoze** *ad dictum manerium de* **Lykelie** *cum pertinentiis cum eorum villenagiis catallis & ſequelis, & hundredis de* **Rugheburgh** *cum omnibus proficuis inde provenientibus cum tota ſecta liberorum hominum & villanorum & cum omnibus aliis quæ ad hundredum pertinent vel pertinere poterunt. Et*

Pat. 9 H 4 part. 2. m. 18 per Inſpex.

manerium

manerium de **Culumpton** *secundùm bundas ipsius; videlicet de* **Culump** *per terram Prioris sancti* Nicholai Exon. *ad* **Smalabzok**, *& per exteriores metas terræ de la* **Bzok** *ad viam quæ ducit ad* **Padokbzok**, *& inde per* **Luttekestel**, *&* **Pontesozd**, *& per divisas de* **Hillesdon** *ad* **Burn** *& per* **Linoz**, *&* **Sweton**, *&* **Pozston**, *&* **Burn** *ad* **Culump**, *& sic per la* **Pywelond** *ad* **Rothuls-lozodbzigg** *& quandam peciam terræ ex orientali parte ipsius aquæ apud* **Byngesmull**; *& inde per* Stonweya, Crundla, Waterleta, Halstrewa, **Westeshayes**, *&* **Lathemere** *ad* **Clisbzigg** *cum terris de la* **Halsholte** *& pratis & boscis de* **Swenham** *cum pertinentiis. Et terram de* **Lygh** *cum pertinentiis in* **Hamsozd-Spinæ**. *Et advocationes ecclesiarum de* **Boclond**, **Walkampton**, *&* **Bykelie** *cum capella de* **Scutestozr**. *Et omnia quæ ad prædicta maneria & terras & ad hundredum prædictum pertinent ut in feltis auriæ, dominiis, dominicis, feodis militum, homagiis, scutagiis, serviciis liberorum hominum, villanis villenagiis cum eorum serviciis catallis & sequelis, cum wardis, maritagiis, relevis, auxiliis, redditibus, heriettis, & quibuscumque escaetis, cum pratis, pascuis, pasturis, viis, semitis, boscis, planis, molendinis, cum eorum bedis & multuris, columbariis, aquis, piscariis, vivariis, alnetis, moris, vastis, brueris, turbariis, strauris, &* **weyf**, *una cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus & omnibus aliis rebus & pertinentiis nominatis & non nominatis quæ ad prædicta maneria & terram & ad hundredum prædict' pertinent vel quæ de eis nobis aut hæredibus nostris accidere vel descendere poterunt, sine ullo retenemento nostri vel hæredum nostrorum imperpetuum. Habendum & tenendum prædicta maneria terras hundreda & advocationes ecclesiarum, & capella prædicta cum omnibus eorum libertatibus rebus & pertinentiis quocumque nomine censeantur, de domino Rege & hæredibus suis, prædictis abbati & conventui & eorum successoribus ordinis prædicti libere, quiete, integre, bene & in pace sine ulla exactione vel demanda calumpnia vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum, in liberam & puram elemosinam imperpetuum. Et nos prædicta* Isabella *& hæredes nostri prædictis abbati & conventui & eorum successoribus prædicta maneria & terras advocationes ecclesiarum & capella prædicta ac hundredum prædictum cum omnibus libertatibus rebus & pertinentiis suis nominatis & non nominatis, contra omnes gentes Christianos & Judæos warantizabimus acquietabimus & defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum nostrum apponi fecimus. Hiis testibus fratre* Ricardo *Priore* Christi ecclesiæ *de* **Twynham**, *fratre* Thoma *Priore de* **Bzommoz**, *domino* Ricardo *fil.* Johannis, Ricardo *de* **Affeton**, Hugone *de* **Peverell**, Gilberto *de* **Knovile**, Reginaldo *de* Ferariis, *militibus*; Radulfo *de* **Lynham**, Stephano Stoil, Willielmo *de* **Stapeldon**, Simone *de* **Travaileswoth**, Willielmo *de* **Budeksive**, Roberto *de* **Colescozd**, *& aliis. Dat. apud* **Bzommoz** *die sancti* Edmundi *Regis & martiris anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo.*

A. 1291.

Carta Amiciæ *Comitissæ* Devoniæ, *&c.*

SCiant præsentes & futuri quod nos *Amicia* comitissa *Devoniæ* ac domina *Insulæ* in ligia viduitate nostra, intuitu Dei & pro salute animarum domini *Henrici* quondam Regis *Angliæ* & nobilis Reginæ dominæ *Alienoræ* uxoris suæ & liberorum suorum, & domini *Edwardi* illustris Regis *Angliæ*, filii ejusdem Regis *Henrici*, & nobilis Reginæ dominæ *Alienoræ* uxoris suæ, & liberorum eorundem, & pro salute animarum domini *Gilberti* de **Clare** quondam comitis *Glouc.* & **Hertfozd** patris nostri & *Isabellæ* comitissæ matris nostræ & *Baldewini* comitis *Devon.* mariti nostri & pro salute animæ nostræ & animarum *Baldewini* filii nostri quondam comitis *Devoniæ* & *Isabellæ* filiæ nostræ comitissæ *Devon.* & *Albemarliæ* & *Margaretæ* filiæ nostræ Sanctimonialis de **Lacok**, & omnium antecessorum & successorum nostrorum & omnium quibus tenemur pro aliquo beneficio, & cæterorum qui elemosinas vel aliquod beneficium conferunt vel collatueri sunt, dedimus & concessimus & hac præsenti carta nostra confirmavimus Deo & beatæ *Mariæ* & sancto *Benedicto* & fratri *Roberto* & ejus conventui de *Quarrera* assumpto & eorum successoribus ordinis *Cisterc.* in sanctam liberam puram & perpetuam elemosinam ad construendum abbatiam & perpetuo sustinendum in honore beatissimæ Dei genetricis *Mariæ* & beati *Benedicti*, maneria de **Boclond**, **Bickely**, & **Walkampton** secundùm metas & divisas eorundem; videlicet de *Lobbapilla*, ex occidentali parte de **Boclond** (&c. sicut in carta præcedente.)

Dedimus etiam concessimus & confirmavimus prædictis abbati & conventui & eorum successoribus terras & villanos cum eorum catallis & sequelis *de la* **Lozr** apud **Schitestozr** adjacentes manerio de **Buckeleye**. Dedimus etiam concessimus & confirmavimus eisdem abbati & conventui & eorum successoribus hundredum de **Rugheburgh** cum omnibus proficuis inde provenientibus & cum tota secta liberorum hominum & villanorum & cum omnibus libertatibus liberis consuetudibus seu quibuscumque rebus quæ ad hundredum pertinent seu accidere vel pertinere poterunt quocumque modo. Dedimus etiam concessimus & confirmavimus eisdem abbati & conventui & eorum successoribus manerium de **Colomptun** secundùm metas & bundas ipsius; videlicet de **Columb** per terram Prioris sancti *Nicholai* ad **Smalebzok**, & per exteriores metas terræ *de la* **Bzok** ad viam quæ ducit ad **Padokbzok**; & sic per **Littekechel** ad **Pontesozd**; & per divisas de **Hillesdone** ad **Burr**, & per **Linoz**, & **Sweton** Pozston, & **Burn** ad **Colump**. & sic per *la* **Pywelond** ad **Rothozneslozodbzigg** cum illa pecia terræ ex orientali parte ejusdem aquæ apud **Byngesmull**; & inde per *Stonweya*, *Crundla*, *Waterleta*, *Halestrewa*, **Wyestesheyes**, & **Lachemer** ad **Clisbzigg** cum terris *de la* **Halsholte**, & pratis, & boscis de **Swenham**, & cum advocationibus ecclesiarum de **Boclond**, **Walkampton**, & **Bykelie** cum capella de **Schitestozr** cum omnibus quæ ad prædicta maneria & terras & ad hundredum prædictum

ctum pertinent, ut in sectis curiæ, dominiis, dominicis, feodis militum, homagiis, scutagiis, servitiis liberorum hominum &c. sine ullo retenemento nostro vel hæredum nostrorum. Habenda & tenenda de domino rege & hæredibus suis præfatis abbati & conventui & eorum successoribus prædicta maneria & terras cum advocationibus ecclesiarum de **Bocland**, **Walkampton**, & **Bykelle** & capellæ de **Schitestoke**, & cum hundredo prædicto (*&c.*) in lanctam liberam puram & perpetuam elemosinam liberè (*&c.*) Hiis testibus, dominis *Henr.* de **Thaumbernon**, *Olivero* de **Derham**, *Hugone Peverell* (*&c.*)

Carta regis *Edwardi* secundi.

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ *dominus* Hiberniæ *& dux* Aquitaniæ *omnibus ad quos præsentes litera pervenerint salutem. Noveritis nos concessisse & confirmasse* Amiciæ *de* Redveriis *comitissæ* Devon. *manerium de* **Bocland** *cum hameletis de* **Columpton**, **Walkampton**, *&* **Bykele**, *una cum omnibus & singulis eorum pertinentiis ubicunque existentibus. Habendum & tenendum eidem* Amiciæ *secundum formam & tenorem cartarum quas inde habet de dono* Isabellæ *de* Fortibus *comitissæ* Albemarl. *filiæ suæ. Et si contingat quod prædicta* Amicia *dictum manerium & hameletta cum eorum pertinentiis quibuslibet viris religiosis dare velit & assignare, & inde novam domum religiosam construere, noveritis nos pro nobis & hæredibus nostris dictum donum gratum habituros & acceptum; ita tamen quod dicta domus post decessum dictæ* Amiciæ *de nobis & hæredibus nostris teneatur in capite. Et bona fide promittimus ipsam cum constructa fuerit aut ordinata, in puram & perpetuam elemosinam confirmare. In cujus* (&c.) *T. meipso apud* **Dytham** *viij. die* Aug. *anno regni nostri quarto.*

HILTONENSIS *Abbatia in agro* Staffordiensi.

Carta Fundationis.

Ab exemplari autentico penes *Ric. Leveson* de balneo militem a. 1640.

IN nomine sanctæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti, & in honore beatissimæ Dei genitricis, semperque virginis *Mariæ*, sanctique *Benedicti*, & omnium sanctorum, Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo vicesimo tertio, ego *Henricus* de **Audethele**, in remissionem peccatorum meorum, & pro redemptione & salute animæ meæ, atque uxoris meæ, & liberorum meorum, & hæredum, & pro salute animarum patris mei & matris meæ, & omnium antecessorum & successorum meorum, Do atque concedo, & præsenti Carta confirmo Deo & sanctæ *Mariæ*, & abbati & monachis meis, villam de **Hulton**, & boscum de **Shed**, cum haia clausa de **Kennermunt**, & cum omnibus pertinentiis suis, ad fundandum Cœnobium Monachorum ordinis *Cistercienſis*, secundùm regulam sancti *Benedicti* viventium; Doque & concedo prædictis monachis meis villam de **Kuston**, cum **Wannesmor**, & cum omnibus aliis pertinentiis suis. Doque & concedo prædictis monachis meis, totam terram meam in **Bekenhall**, & pratum meum quod vocatur **Bukkeleg**, cum pertinentiis suis. Doque & concedo monachis meis totam terram meam de **Norumncote**, & quicquid ibi in dominico meo habui, in terris & in omnibus locis, & in omnibus aliis rebus, per has divisas, scilicet de **Walverslaw**, per viam descendentem usque **Apletreslade**, & sic descendentem usque in **Whitesiche**, & inde descendendo usque **Horston**, & sic usque **Whitewell**, & sic usque **old-Blithford**, & sic per antiquum curtum de **Blithe**, usque ad **Wetemotesbrok**, & sic descendendo per medium **Thuresmor**, usque ad **Hyndewell**, & inde ascendendo per **Richmildestrete**, & per villam de **Pære**, usque ad fontem fluentem de assartis de **Pære**, & per sichetum ejusdem fontis usque in **Ebroc**, & per quendam sichetū, usq; in **Longadone** or **Putton**, & sic in **Whitewellisiche**, & inde descendendo per eundem sichetum usque **Blurton-brok**, & sic ascendendo usque in **Lindinehurst**, & inde ascendendo per **Depelowe** & per **Pesleg**, usque in **Sondisford**, & ascendendo per vetus fossatum usque in **Walverslowe**.

Præterea do & concedo prædictis monachis meis villam de **Pirne**, cum pratis & pasturis adjacentibus, & villas & tenementa de **Brademore**, & **Pinlesclif**, **Arpelford**, **Ruhegg**, et **Pulnesley**, cum omnibus pertinentiis & libertatibus suis, & cum servitiis hominum in dictis villis manentium, scilicet, quod ipsi homines faciant prædictis abbati & monachis meis omnimoda servitia, quæ mihi facere consueverunt, vel aliquo modo facere debuerunt. Do & concedo prædictis monachis meis pasturam de **Horrugg**, cum bosco de **Whiterward**, & cum vasto & cum omnibus aliis pertinentiis, appropriantiis & libertatibus suis, per has divisas, scilicet, de **Risenebrugg** usque **Reverestey**, & inde usque **Snettesiche**, & inde usque **Covenesiche**, & inde usque in **Rutindepol**, & inde usque in **Housp**, et inde ascendendo usque ad grangiam de **Avecote**, et inde usque in **Smalebrok**, et inde usque in **Blakelond**, et inde usque in **Wridelache**, et inde usque in **Herrylennesslode**, et sic descendendo usque in **Birchenesford**, et inde usque in **Henginsecton**, et inde usque in **Thorneteley**, et inde usque in **Clingesbroc**, et inde usque in **Ruynedonebrok**, et inde usque in **Fines**, & sic usque in **Rysenebrigg**. Præterea do et concedo prædictis monachis meis annuam pensionem decem marcarum de ecclesia de **Audithele**, percipiendam singulis annis per manus cujuscunque Rectoris dictæ ecclesiæ, qui pro tempore fuerit, sicut ordinatio domini *Hugonis Coventriæ* et *Lichfeldiæ* episcopi, quam prædicti monachi mei inde habent plenius testatur. Hæc omnia prænominata ego *Henricus* de **Audithele** do et concedo, et per presentem Cartam meam confirmo Deo et beatæ *Mariæ* et monachis meis prædictis, Habenda et tenenda sibi et successoribus suis in perpetuum, liberè et quietè, pacifice

A.D. 1223

Vide cart 41 *H.* 3. m. 14.

pacifice et honorifice, absque omni terreno servitio, et consuetudine, et exactione seculari, in liberam puram et perpetuam elemosinam, sicut aliqua elemosina liberior et quietior esse potest, cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, in bosco et in plano, in pratis et pasturis, in stagnis et molendinis, in aquis et piscariis, in moris et marisc̃is, in viis et semitis, in omnibus locis, & in omnibus rebus, cum omnibus aisiamentis et commoditatibus quæ ibi sunt, vel quæ ibi fieri poterunt; Et ego et hæredes mei omnia prenominata prædictis monachis warantizabimus, defendemus, acquietabimus et manutenebimus contra omnes homines inperpetuum. Ut igitur hæc mea donatio, concessio et confirmatio stabilis et firma permaneat inperpetuum, præsentem Cartam sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus *Nicholao* de **Verdon**, *Willielmo Paunn*, *Willielmo* de **Audithelie**, *Willielmo Russo*, *Henrico* de **Chetham**, *Henrico* de **Verdun**, *Willielmo* de **Erdinton**, *Galfrido Griffin* clerico, *Bernardo* clerico & *Waltero* capellano, *Nicholao* clerico, *Bertramo Griffin*, *Willielmo* de **Bromlegg**, *Roberto Blunde*, *Willielmo* de **Stant**, & multis aliis.

Ab exemplari quodam in officio Armorum.

Hervens de **Staffort** filius *Hervei Bagoth* salutem in domino. Noverit universitas vestra me concessisse & hac præsenti carta mea confirmasse Deo et beatæ *Mariæ* et abbatiæ et monachis de **Hulton** ibidem Deo servituris, in liberam et quietam et puram et perpetuam elemosinam, totam terram quam habui in **Normanchote** quam dedi *Simoni* de **Verney** pro homagio et servicio suo; videlicet illam terram quam in excambiis recepi de domino *H.* de **Audithelegh** pro bosco et terra quam ipse *Henricus* inclusit in parco suo de **Hele**, et quam ipse *Simon* de **Verney** dedit abbatiæ et monachis de **Hulton**, &c.

De manerio de **Cameringham** abbatiæ de **Hilton** concesso.

Clauſ. 19 R. 2. In dorso memb. 15.

REX thesaurario & baronibus suis de scaccario, salutem. Cum de gratia nostra speciali, & pro quodam fine quem Elizabeth, *quæ fuit uxor* Nicholai *de* **Audeley** *chivaler nobis solvit in hanaperio nostro, concesserimus & licentiam dederimus pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis fuit, abbati & conventui de* Blaunclanda *in* Normannia *de potestate* Franciæ, *quod ipsi dare possent, concedere & assignare dilectis nobis in Christo* Richardo *abbati ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* **Hulton** *in comitatu* Staffordiæ *& conventui ejusdem ecclesiæ de* **Hulton**, *manerium de* **Cameryngham**, *aliter vocatum Prioratum de* **Cameryngham**, *cum omnibus terris, tenementis, redditibus, feodis, serviciis, pensionibus, reversionibus, libertatibus & possessionibus quibuscunque ad manerium, sive Prioratum prædictum spectantibus, sive pertinentibus. necnon advocationem & patronatum ecclesiæ de* **Cameryngham** *cum advocatione & patronatu vicariæ ejusdem ecclesiæ de* **Cameryngham**, *quam quidem ecclesiam de* **Cameryngham** *prædicti abbas & conventus de* **Blaunclande** *habent & tenent in propios usus de advocatione & patronatu suis propriis, sibi & ecclesiæ suæ sancti* Nicholai *de* **Blaunclande** *appropriatam ut dicitur.*

Concesserimus insuper, & licentiam dederimus, pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis fuit, quod prædicta ecclesia de **Cameryngham**, *prefatis abbati & conventui de* **Blaunclande**, *ac prædicta ecclesiæ suæ sancti* Nicholai *de* **Blaunclande** *sic appropriata, & quam ipsi tenent in propios usus ut præmittitur, licitè transferri possit, in & ad prædictos abbatem & conventum de* **Hulton** *& successores suos ac dictam ecclesiam suam beatæ* Mariæ *de* **Hulton**, *melioribus modo & forma, quibus fieri posset imperpetuum, & quod unio, appropriatio, & incorporatio prædicta ecclesiæ de* **Cameryngham** *prædictis abbati & conventui de* **Blaunclande**, *ac prædicta ecclesiæ suæ sancti* Nicholai *de* **Blaunclande** *antea facta penitùs dissolverentur, & de eis penitùs exonerarentur; & quod prædicti abbas & conventus de* **Hulton**, *& concessores sui prædictam ecclesiam de* **Cameryngham** *de novo appropriare & prædicta ecclesiæ suæ de* **Hulton** *unire & incorporare, & eam sic appropriatam, unitam, & incorporatam, habere possent, & tenere, sibi & successoribus suis imperpetuùm. Quæ quidem manerium sive prioratus, terræ, tenementa, redditus, feoda, servicia, pensiones, reversiones, libertates, & possessiones cum pertinentiis, ac advocationes & patronatus prædicti in manu nostra occasione guerræ inter nos & adversarium nostrum Franciæ mota extiterunt* (&c.) *Habend. & tenend. prædictum manerium, sive Prioratum, cum omnibus terris, tenementis, redditibus, feodis, possessionibus, serviciis, pensionibus, & reversionibus, cum pertinenciis, & advocationibus, & patronatibus prædictarum ecclesiæ & vicariæ de* **Cameryngham**, *necnon libertatibus, franchesiis, privilegiis, quietanciis, immunitatibus, juribus & consuetudinibus, ac omnibus aliis ad prædictũ manerium, sive Prioratum de* **Cameryngham** *qualitercunque spectantibus sive pertinentibus, eisdem abbati & conventui de* **Hulton**, *& successoribus suis de nobu & hæredibus nostris, in liberam, puram & perpetuam elemosinam imperpetuum* (&c.) *Teste Rege, apud* Westmonasterium *vigesimo septimo die* Novembris.

De GRACIIS *Abbatia juxta Turrim* Londini.

Carta regis Ricardi *secundi, fundationem* Edwardi *regis avi sui, aliasque donationes recitans & confirmans.*

Pat. 22 R. 2 part. 1. mem. 26.

REX omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod cum dominus *Edwardus* nuper Rex *Angliæ* avus noster defunctus abbatiam beatæ *Mariæ de Graciis* juxta Turrim nostram **London** ex devocione fundasset & literas suas patentes de fundacione ejusdem abbatiæ sub magno sigillo suo fieri fecisset, in hæc verba, *Edwardus* Dei gratia Rex *Angliæ* & *Franciæ* & dominus *Hyberniæ*, omnibus ad quos presentes literæ pervenerint salutem. Dum pericula varia quibus pluries tam in

vide clauſ. 25 E. 3. mem. 20. in dorso.

Et Pat. 24 E. 3. part. 1. m. 14.

Et Pat. 1 H. 4. part. 1. m. 28

in terra quam in mari irremediabiliter juxta racionis humanæ judicium expoſiti fuimus, ac profuſas gracias quibus Chriſti clemencia tunc ad invocationem ſuam & glorioſiſſimæ virginis matris ſuæ *Mariæ* miſericorditer nos prevenit devota conſideratione penſamus, nimirum concaleſcit cor noſtrum in nobis, & in amorem accendimur ipſius domini noſtri Jeſu Chriſti & dominæ noſtræ dilectiſſimæ genetricis ſuæ *Mariæ* prædictæ, deſiderantes ad ipſorum laudem & gloriam aliquid in memoriam graciarum hujuſmodi humiliter ordinare, ſperantes quod qui ſic tantis graciis miſericorditer nos prevenit nos ſemper per piam mediacionem matris ſuæ ſuper infuſione graciarum cæleſtium miſericorditer ſubſequetur. Ex hac itaque conſideracione quandam domum monachorum ordinis *Ciſtercienſis* quam liberam capellam regiam beatæ *Mariæ* de *Graciis* volumus appellari, ad immolandum devotas laudes gratias & hoſtias Deo, & protectrici noſtræ precipuæ beatiſſimæ *Mariæ* prædictæ ſpecialiter, ex hac cauſa in novo cimiterio ſanctæ *Trinitatis* juxta turrim noſtram **London** fundare diſpoſuimus & dotare. Unde ſciatis quod pro fundatione & dotatione primaria dictæ domus, dedimus & conceſſimus præſidenti & monachis Deo & beatæ virgini prædictæ juxta ordinacionem inde faciendam ibidem perpetuo ſervituris, omnia illa meſuagia noſtra apud *le* **Tourhull**, cum gardinis, & curtillagiis eiſdem adjacentibus, & aliis pertinentiis ſuis, quæ habuimus ex dono & feoffamento *Johannis Cory*, prout charta ipſius *Johannis Cory* nobis indè confecta & in rotulis cancellariæ noſtræ irrotulata plenius teſtatur: Habend. & tenend. præfatis præſidenti & monachis & eorum ſucceſſoribus de nobis & hæredibus noſtris in liberam puram & perpetuam elemoſinam inperpetuum. In cujus rei teſtimonium has literas noſtras fieri fecimus patentes. Teſte meipſo apud *Weſtm.* viceſſimo die Marcii anno regni noſtri *Angliæ* viceſſimo quarto, regni verò noſtri *Franciæ* undecimo.

Et poſtmodum idem avus noſter quinto die Octobris anno regni ſui quinquageſſimo per alias literas ſuas patentes dediſſet & conceſſiſſet chariſſimo avunculo noſtro *Johanni* duci *Lancaſtriæ* tunc regi *Caſtellæ* & *Legionis*, ac venerabilibus patribus *Simoni* tunc archiepiſcopo *Cantuarienſi*, *Johanni* epiſcopo *Lincoln.* *Henrico* tunc epiſcopo *Wigorniæ*, *Will.* domino *le* **Latymer**, *Johanni Knivet* tunc cancellario, *Roberto* de **Aſhton** militi tunc theſaurario, *Rogero* de **Beauchamp** militi tunc camerario, *Johanni* de **Ipre** militi tunc ſeneſcallo hoſpitii, & *Nicholao Carew* ſeniori tunc cuſtodi privati ſigilli dicti noſtri avi certa maneria terras redditus & reverſiones quæ prædictus noſter avus adquiſivit de certis perſonis tam in dominico quam in reverſione in com. *Kantiæ*, & aliis comitatibus regni noſtri *Angliæ*, Habend. & tenend. prædictis *Johanni* duci, *Simoni* archiepiſcopo (*&c.*) & hæredibus ſuis inperpetuum ad ipſos abbatem & monachos & alias certas perſonas & domos de fundatione ejuſdem avi noſtri in maneriis terris tenementis & redditibus hujuſmodi dotandum & feoffandum inperpetuum. Ac poſt mortem dicti avi noſtri idem avunculus noſter & prædicti epiſcopi *Lincoln.* (*&c.*) ultimam voluntatem & intentionem ipſius avi noſtri prout in teſtamento ſuo expreſſè onerabantur ſummo deſiderio cupientes adimplere, per ſcripta ſua indentata conceſſiſſent & dimiſiſſent & per eadem ſcripta confirmaſſent præfatis abbati & monachis maneria de **Gravelend**, **Leuches**, **Laybourne**, **Wattingbury**, & **Goze** cum pertinentiis; cum advocationibus eccleſiarum dictorũ maneriorum de **Gravelend** & **Laybourn** in dicto comitatu *Kantiæ*, quæ dicti feofati habuerunt ex dono & feofamento dicti avi noſtri ut prædictum eſt, una cum ſtauro vivo & mortuo in maneriis prædictis ad tunc exiſtentibus, ac reverſione manerii de **Gomſhull** cum pertinentiis in comitatu *Surriæ* poſt deceſſum *Thomæ* de **Stanes** cum acciderit, Habend. & tenend. omnia prædicta maneria de **Laybourne** (*&c.*) poſt mortem *Thomæ Stanes* prædicti prefatis abbati & monachis & ſucceſſoribus ſuis à feſto paſchæ anno regni noſtri quinto uſque ad finem quadraginta annorum ex tunc proximè ſequentium plenariè completorum, ad effectum & intentionem quod eadem maneria terræ (*&c.*) eiſdem abbati ac monachis de *Graciis* per nos ſeu hæredes noſtros ad manum mortuam data & conceſſa forent inperpetuum, prout (*&c.*) de quibus quidem maneriis de **Leybourne** (*&c.*) iidem abbas & monachi ſeiſiti fuerunt de termino ſuo prædicto, & in plena poſſeſſione eorundem maneriorum terrarum & tenementorum cum omnibus pertinentiis ſuis per tempus non modicum exiſtentes, omnia eadem maneria terras tenementa cum pertinentiis *Simoni* de **Burley** chivaler jam defuncto ad dictum terminum annorum nondum completum ad firmam dimiſiſſent pro certa ſumma pecuniæ eiſdem abbati & monachis inde annuatim reddenda durante termino ſupradicto, prout per indenturas inter prædictos abbatem & monachos & præfatum *Simonem* inde confectas planè liquet, & poſt mortem ipſius *Simonis* omnia prædicta (*&c.*) ſimul cum maneriis de **Parroke** & **Bykenoze** cum pertinentiis & cum advocatione eccleſiæ de **Bykenoze** quæ dicti feoffati ſimiliter habuerunt ex dono & feoffamento ejuſdem avi noſtri in eodem comitatu *Kantiæ*, certis de cauſis ſeiſita & capta fuerunt in manum noſtram tanquam nobis forisfacta. Subſequenterque tertio die Auguſti anno regni noſtri duodecimo ad ſupplicationem prædictorum abbatis & monachorum, de aſſenſu & aviſamento concilii noſtri, per literas noſtras patentes, dederimus & conceſſerimus prefatis abbati & monachis omnia exitus redditus & proficua de maneriis predictis cum pertinentiis provenientia Habend. & percipiend. ſibi & ſucceſſoribus ſuis ſingulis annis quouſque eis per nos & dictum noſtrum conſilium de maneriis prædictis ſeu aliis poſſeſſionibus pro ſufficienti dotatione ſua aliter ordinatum foret & proviſum. Et inſuper voluerimus & conceſſerimus quod prefati abbas & monachi haberent omnia domos & edificia maneriorum prædictorum pro cuſtodia & hoſpitatione bonorum & catallorum ſuorum, ac exituum & proficuorum predictorum: & nos eciam ſecundo die Octobris dicto anno duodecimo quibuſdam certis de cauſis coram nobis & conſilio noſtro

stro in Parliamento nostro apud **Cantabrigge** motis & propositis ac expressè declaratis, volentes eisdem abbati ac monachis gratiam facere ampliorem, de assensu & avisamento prælatorum procerum & magnatum nobis in dicto Parliamento nostro assistentium dictas donaciones & concessiones nostras ac feoffatorum prædictorum prefatis abbati & monachis, sic factas, juxta intentionem & voluntatem dicti avi nostri pro nobis & heredibus nostris per literas nostras patentes acceptaverimus aj probaverimus declaraverimus & plene affirmaverimus. Et præterea de avisamento & assensu prædictis in eodem Parliamento nostro ad finem quod præfati abbas & monachi omnia exitus redditus bladа fenum & proficua maneriorum prædictorum cum pertinentiis juxta effectum donacionum & concessionum nostrarum prædictarum melius liberius & quietius habere & percipere valerent, ex mero motu nostro, pro majori securitate sua ne ipsi imposterum quovis modo defraudentur, concesserimus & commiserimus dilectis nobis *Waltero* de **Boudeye**, ac *Thomæ Sakeveyle* custodiam omnium maneriorum prædictorum cum pertinentiis universis in dicto comitatu *Kantiæ* exceptis domibus & edificiis prædictis præfatis abbati & monachis ex causa prædicta sic per nos prius concessis, habend. eisdem *Waltero* & *Thomæ* & assignatis suis, usa cum escaetis, reversionibus, *(&c.)* usque ad finem triginta annorum ex tunc proximè sequentium plenariè completorum. Reddendo inde nobis & hæredibus nostris, quolibet anno, unam rosam tantum ad festum nativitatis sancti *Johannis* Baptistæ, pro omnibus servitiis & demandis. Salvis semper & reservatis prædictis abbati & monachis & eorum successoribus omnibus prædictis exitibus redditibus bladis feno commoditatibus & omnibus aliis proficuis quibuscunque maneriorum prædictorum cum pertinentiis ut prædictum est, prout in iisdem literis nostris patentibus plenius continetur. Nos jam considerantes pium & benignum propositum sanamque & devotam intentionem predicti avi nostri in hâc parte quod prædicta intencio & ultima voluntas dicti avi nostri penes dictam abbatiam beatæ *Mariæ* de *Graciis* adhuc minime perficiuntur, & quod eadem abbatia quæ jam de patronatu nostro fore dinoscitur, secundum primam fundacionem ejusdem, nondum sufficienter edificata nec dotata existit; volentesque hujusmodi intencionem ac ultimam voluntatem ipsius avi nostri ex regio favore feliciter adimplere, in exoneracionem nostram & hæredum nostrorum, de gracia nostra speciali, & ex certa scientia nostra, ac de assensu consilii nostri, dedimus & concessimus pro nobis & hæredibus nostris præfatis abbati & monachis beatæ *Mariæ* de *Gracia*, omnia prædicta maneria de **Leybourne, Grabesende, Leuche, Wattingbury, Goze, Parroke,** & **Bykenoze** cum pertinentiis & cum advocatione ecclesiæ de **Bykenoze**, & aliarum ecclesiarum prædictarum & cum omnibus aliis pertinentiis in dicto comitatu *Kantiæ*; nec non prædictam reversionem manerii de **Gomshulf** cum pertinentiis in dicto comitatu *Surriæ*, post mortem dicti *Thomæ* de **Stanes** quando acciderit, una cum feodis militum *(&c.)* Habend. & tenend. prædictis abbati & monachis & eorum successoribus in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum ad missas & alia divina servitia singulis diebus celebrandas & faciendas in abbatia prædicta pro salubri statu & prosperitate nostra dum vixerimus & pro anima nostra cum ab hac luce migraverimus, & pro anima ejusdem avi nostri specialiter, & animabus omnium aliorum progenitorum heredum & successorum nostrorum ac omnium fidelium defunctorum imperpetuum juxta intencionem & ultimam voluntatem avi nostri supradicti. Insuperque concessimus & licenciam dedimus pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est prædictis *Johanni* duci *Lancastriæ* & *Joh.* episc. *Lincoln.* qui alios dictos feoffatos supervixerunt, quod ipsi relaxare possint & quietum clamare prædictis abbati & monachis & successoribus suis, omnia prædicta maneria terras & tenementa ac redditus, & reversionem prædictam cum pertinentiis & dictis advocationibus ecclesiarum & cum omnibus aliis pertinentiis supradictis, ac totum jus & clameum quæ idem dux & episcopus *Lincoln.* habent habuerunt seu habere poterunt qualitercunque in eisdem, Habend. & tenend. eisdem abbati & monachis & successoribus suis imperpetuum sicut prædictum est, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito seu eo quod predicta maneria terræ tenementa redditus ac reversio cum advocationibus ecclesiarum & omnibus aliis pertinentiis suis de nobis tenentur in capite seu aliquo alio statuto in contrarium facto aut aliqua alia causa quacunque, non obstante, *(&c.)* In cujus &c. T. R. apud castrum de **Notingham** tertio die Julii.

De hisce in hac pagina sequentibus, nil nobis liquet nisi solummodo fundatorum nomina, quæ ex Lelando *annotavimus.*

Denbigh.

Vallis Crucis.

Lel. col. vol. 1. p. 94.

M*adok ap Griffith-Maelor* primus fundator, alias *Madok* **Prince** of Malor.
Ecclesia de *Wrixam* appropriata.

Buckfestre. *Devon.*

Eshelwardus filius *Gulielmi Pomerey* erat primus fundator. Modernus, dominus rex. *Ib. p. 75*

Cokwells *Prioratus monial.* *Linc.*

Gulielmus de *Alta ripa* fundator. *Ib. p. 88.*

Coenobia Anglicana,

DE ORDINE

CARTHUSIENSI.

Ordinis Carthuſiani Monachus.

De origine CARTHUSIANORUM.

CArthusianorum *exordium incidit in annum salutis Mlxxx. Quidam enim singulari doctrina, nomine* Bruno, *homo* Colonienſis, *cùm* Luteſia Pariſiorum *philoſophiam profiteretur, contigit, ut amicum quendam bonis moribus præditum, & vita jam privatum, priuſquam ad ſepulturam daretur, audire viſus ſit clamantem,* Juſto Dei judicio damnatus ſum; *& ea re motus è veſtigio cum ſex ſociis pari miraculi eventu territis, eremi deſerta quæritans, pervenerit in diœceſim* Gratianopolitanam (*eſt* Celticæ *urbs*) *ibique locum optaverit, cui hodie* Cartuſia *nomen eſt, quem ei aſſignandum curavit* Hugo Gratianopolitanus *epiſcopus, qui ſtatim poſt, ſe ad eam familiam adjunxit. Eo igitur loci* Bruno *ad res divinas intentus primum cœnobium fundavit, cum his rigidæ vitæ inſtitutis: intima enim veſte utuntur cilicina, ſumma pallio nigro, ſubter candida toga, operculoque capitis cucullo; carnibus nunquam veſcuntur, ſexto hebdomadæ die pane & aqua jejunium ad edomandam vitioſam corporis naturam inſtitutum obſervant, in cubiculis quæ veluti ſacella habent, ſoli edunt, certis tamen feſtis diebus unà duntaxat prandent. Silentium eis penè perpetuum, nulli fas eſt cœnobio exire præter præfectum, & procuratorem, & illis tantùm ad negotia loci curanda, quippe opes habent per quas ſemper ſacerdotibus minùs omnino licet, ſe totos, prout deberent, rebus ſacris curandis dare. Mulieribus ad eorum etiam templa aditus interdictus, quò ne aliquid videant, per quod ad libidinem rapiantur.*

Polid. Virg. de inven. rerum l. 8. 7. cap. 3.

Miraculum, quod inſtituto huic initium præbuiſſe dicitur, his monachi cujuſpiam verſibus fuſiùs aliquantò deſcribitur.

SIſte viator & hos oculis percurrito verſus,
Mira leges, cuivis exhorreſcenda ſalutis
Cui ſit cura ſuæ, hiſtoria teſtata fideli,
Fors vitæ hic ratio melior ſumetur agendæ.
Anno octogeno ſupra mille atque ſecundo,
Pariſiis doctor pietatis nomine clarus,
Doctrinæque ſimul, moritur. Mox funus honore
Juſto quo fieret, quiſquis celebratior urbe
Tota erat, huc adiit: intentis omnibus unà
Funebri officio, defunctus vertice paulum
Sublato è pheretro, clara triſtique profatur
Voce, " Dei juſto ſum judicio accuſatus.
Obſtupuêre animis, oculiſque, atque auribus omnes:
Quippe ad inauditum, tamque admirabile monſtrum.

Proin ſtatuunt corpus tumulandum luce ſequenti,
Qua multo affluxit populus numeroſior orta,
Solicita attoniti nimirum corda tremore.
Rurſum effertur humo condendus mortuus, ecce
Erecto eſt rurſum capite hæc in verba locutus,
" Juſta Dei de me dudum ſententia lata eſt.
Jam magis atque magis cunctis horreſcere mentes,
Corda pavere magis novitatis neſcia miræ.
Alterum uſque diem conſervandum eſſe cadaver
Conſulto placuit, populus quo confluit omnis,
Indocti, docti, juveneſque, ſeneſque, puellæ,
Matronæque graves merito rumore ſtupendo
Exciti, officium jam funebre tertio adornant.
Stant cuncti arrectique comas, artuſque trementes,
Cùm prope putre caput jam attollitur altius, atque
Flebiliter tremula prorupit voce ſupremum,
" Juſto judicio Chriſti ſum condemnatus.
Demum inopina viri tam docti, tamque probati
Damnati cunctos valde ſententia terret,
Incertos quid agant, deſperanteſque remittit
Nonnullos, multa aiunt judicium Dei abyſſus.
Bruno vir eximus doctrina & religione
Conſternatus eo, qui omni admirabilis urbi
Extiterat vivus, qui ſi quiſque alter Olympo
Eſſe videbatur dignandus judice Chriſto,
Damnato rationem aliam diſquirere vitæ
Feſtinat. Comites alii ſex ſe aſſociarunt:
Deſerit extemplo populumque urbemque frequentem
Poſt ad eremitæ caſulam devenit, ab illo
Judicii horrorem æterni quî evadere poſſit
Scitatur, mox is reſpondet verba Prophetæ:
" Ecce elongavi fugiens loca ſola habitavi.
Omnes unus amor ſtatim ſuccendit eremi.
Itur ad *Hugonem* qui erat inter Epiſcopus omnes
Unus amore Dei flagrans, populique ſalutis
Commiſſi cura, noctesque dieſque fatigans.
Quid veniant paucis exponunt ordine verbis,
Seceſſum votis orant ardentibus aptum.
Multa diœceſi illius loca inhoſpita norant,
Deſertoſque vacare foris habitacula montes.
Audit vota lubens faciliſque precantibus ultro
Unâ abit in montem cui adhuc *Carthuſia* nomen,
Viderat is ſiquidem pridem per ſomnia Chriſtum
Ædificare ſibi pergratam his montibus ædem,
Seque huc ſtellarum ſeptem ſplendente ducatu
Accerſi. Proin hic communi protinus ære
Tecta viris Templumque Deo properata locantur.
Hic bonus *Hugo* à Deo verſatur ſæpe libenſque,
Ut crebro officii monitus diſcedere nolens,
Invitus ſanè *Brunone* urgente relictas
Cogatur paſturus oves, ita ſancta placebat
Conſuetudo hominum ſuperis devota ſeorſum.
Jure hos ergo duos parili celebramus honore,
Ut *Carthuſiaci* veneranda exordia cœtus.
Qui dedit hos verſus ſaltem hoc mercedis habeto
Lector uti dicas, pia mens in pace quieſcat.

Si verò amplum de hoc ordine tractatū perlegere otium ſit, adeas libros *Petri Suteris* de vita *Carthuſiana*, in quibus, quæ ad hoc inſtitutum ſpectant ſigillatim tractantur, & diſcutiuntur omnia, impreſſos *Lovanii* A. 1572.

Incipit

Incipit quidam tractatus ſtatutorum ordinis *Cartuſienſis* pro noviciis ejuſdem ordinis proficere in ipſius obſervanciis conſuetis cupientibus, valdè utilis.

Ex codice MS. in bibl. *Cotton.* [ſub effigie *Neronis* A. 3] fol. 139.

INtrantes eccleſiam novicii capucia removere ſicut cæteri debent, uſque ad ſedes ſuas nudatis capitibus incedentes. Similiter cum exire eccleſiam contigerit, capucia removere debent ſignantes ſe. Ingreſſi verò eccleſiam & in chorum, in medio inclinent reverenter ad ſacramentum deſuper altaris, deinde Priori ſi tranſeant coram illo. Item tunc ſtent in ſedibus ſuis verſa facie ad altare, donec ad miſericordias *vel ſuper formulas prout tempus poſtulat inclinent. A* laudibus *enim vigiliæ natalis domini uſque in craſtinum octabarum apparitionis, & à paſcha in craſtinum octabarum Pentecoſtes & infra octabas corporis Chriſti, aſſumptionis & natalis beatæ* Mariæ, *& in feſtis xij. lectionum ad* miſericordias *inclinamus, omni verò alio tempore procumbimus ſuper formulas. Quandiu autem ſuper formulas vel* miſericordias *inclinamus, ab omni ſtrepitu, ſicut in canone miſſæ, quantum poſſumus abſtinemus, & in eccleſiam intrare vel per chorum tranſire cavemus. Si autem contigerit quando intramus vel eximus dici* Gloria Patri, *vel* Gloriam hymni, *vel* Dominus vobiſcum *ad miſſam ubicumque ſumus, ſtatim inclinamus, caventes ne alicui dorſum in faciem vertamus.*

Cum ſolis aliquid in eccleſia dicimus & cum dicitur pſalmus Te Deum, *& quociens pronunciatur evangelium, & cum dicitur pſalmus* Benedictus, *pſalmus* Magnificat *ac etiam pſalmus* Quicumque vult, Confiteor, Kyrieleiſon *ad miſſam,* Gloria in excelſis, Credo in unum, *& quotiens incipitur ymnus* Veni Creator Spiritus, *omnes capucia removemus.*

Cum autem dicitur Alleluya, Veni ſancte Spiritus *genua flectimus : ſurgentes à venia ſtamus erecti, id eſt, non innitimur hinc vel inde.*

Item quotiens ſine capuciis eſſe debemus non innitimur ſive faciem habeamus ad altare ſive non, excepto ſacerdote cum dicit benedictiones *& cum dicit* preces & orationes *in ſede ſua vel ſuper formas, & cantore ebdomadario ad ſuffragia ſancti* Johannis *& omnium Sanctorum, & eciam toto conventu cum dicitur* Confiteor.

Cum ſacerdos dicit orationem in ſede ſua vel ſuper formas, eo ſurgente ſurgimus omnes poſt Benedicamus domino, *vel* Requieſcant in pace ; *Cum verò eſt ad lectorium, ſurgimus cum dicitur* In unitate Spiritus ſancti. *Ad miſſam autem, ad orationem ante epiſtolam donec reſponderemus,* Amen, *non deponimus ſedes noſtras.*

Ad orationes in fine miſſæ ſurgimus cum dicitur In unitate Spiritus ſancti.

In canone miſſæ, niſi neceſſitas aliud cogat, faciem noſtram capucio totaliter cooperimus : Alio verò tempore in omnibus locis ita ut facies noſtræ appareant capucia noſtra tenere debemus.

Oculos autem noſtros ſemper & ubique, maximè verò in eccleſia & in refectorio tenere nos convenit, ne nobis murmurandi aut detrahendi materiam afferant aut ridendi.

Manus noſtras in eccleſia & ubique cum ſumus ſine capa, extra cucullam & inſimul habere debemus niſi cum aliquid tenendum eſt nobis vel agendum. Nec debemus tenere digitos complexos & connexos.

Cum capas habemus, in choro vel alibi quando inclinamus vel quando ſedemus, oras capa hinc inde ante genua noſtra complicare debemus niſi teneamus aliquid vel agamus.

Tibias pedum non nimis debemus extendere, divaricare, vel cancellare.

Nec debemus dum pſalmodia dicitur libros alios revolvere, nec ad hoſpites vagè reſpondere.

Item quando ſolis fallimus id eſt quando deficimus, veniam accipimus ſuper formam : Cum liber nobis cadit vel cum cadere facimus, veniam accipimus ſuper formam. Quando inclinandum eſt, ſi non inclinamus niſi cum pulſati à ſocio, non debemus moleſtè ferre ſed veniam accipimus. Cum ad miſſam non ſumus ad Confiteor, *venientes ad ſedes noſtras veniam accipimus ſuper formam. Similiter facimus cum orationi non interſumus quæ fit ante horam.*

Cantatis horis Prior de eccleſia primus exit, niſi aliqua neceſſitas eum remanere compellat. Poſt Priorem primus in ordine, deinde cæteri per ordinem.

Semel in die non tamen in conventu aſcendentes ad gradum altaris, genua flectimus.

Qui

Qui fragilitatem incurrunt, quamvis inde confessi fuerint, non debent tamen ea die gradum majoris altaris ascendere, nec etiam ibidem veniam sumere.

Quando incipimus ad vesperas hymnum Ave maris stella, *veniam accipimus in ecclesia super formas, alibi, prout oportunitas fuerit.*

Similiter facimus ad singula eorum quæ subsequuntur, scilicet, Ave Maria, *sive sit invitatorium sive responsiunculum, seu versiculus vel etiam offertorium, necnon & ad* Salve sancta parens, *atque* Salve regina.

Item quando incipitur Veni sancte Spiritus, *& in lectione quando dicimus* Ave gratia plena, *similiter veniam accipimus.*

Item in letania Paschæ & Pentecostes cum pronunciatur Sancta Trinitas *veniam accipimus, nec surgimus donec dictum sit* Sancta Maria ora.

Item veniam accipimus cum incipimus versum, O crux ave spes unica. *Similiterque facimus in Parasceve cum incipitur à diacono Antiphona* Nos autem, *& cum incipimus ymnum* Veni creator Spiritus, *& etiam in natali domini quando incipitur invitatorium,* Christus natus est.

Item quandocunque corpus domini nobis præsentibus portatur ad communicandum, ubicunque sumus veniam accipimus.

Inclinamus nudatis capitibus versa facie ad altare cum ante evangelium signantes nos dixerimus Gloria tibi Domine, *& quando inceptum est* Gloria in excelsis Deo, Credo in unum, *& quando gradum altaris ascendimus, & cum transimus ante altare.*

Sed & quando capitulum vel etiam refectorium intramus, inclinamus ad crucem.

Inclinamus super misericordias quando dicitur Gloria Patri, *nec surgimus donec dictum sit* Spiritui sancto. *Eodem modo inclinamus quando post evangelium dicitur antiphona* Te decet laus, *& quando in gloria in excelsis Deo dicitur* Adoramus te, *& in credo in unum quando dicitur* Simul adoratur, *& cum post offertorium sacerdos vertit se ad populum dicens,* Orate fratres, *& quando post præfationem dicitur* Sanctus, *& quando preces & orationes ad matutinas & horas dicuntur diebus festivis, & omni tempore cum ad missam dicuntur orationes. Tamen quando sacratur aqua benedicta, & ad primas orationes quæ post passionem dicuntur in Parasceve stamus versa facie ad altare. Procumbimus verò diebus ferialibus super formas ad* Pater noster *ante horæ inicium & ad* Gloria Patri, *nec surgimus donec dictum sit* Spiritui sancto. *Similiter facimus ad preces & orationes quæ ad matutinas & horas dicuntur, & in spacio missæ quod est inter* Sanctus *&* Agnus Dei, *in quo spacio festivis diebus stamus versa facie ad altare. Quociens nomen* Jesu *vel nomen* Mariæ *pronunciamus vel audimus, modicè & reverenter inclinamus. Consimiliter quoque facimus Priori ad lectionem eunti vel redeunti vel cum ante eum transimus, & cum Prior ad aliquos venit assurgitur ei. Item quando in Credo dicitur* & homo factus est, *prosternimus nos in terram osculantes, & consimiliter facimus post elevationem corporis Christi, nec surgimus donec calix deponatur. Item post* Agnus Dei *data pace prostrati in terram oramus. Tribus autem primi nocturni versibus explicatis, ille qui requisitus est chorum intrare non potest nisi Prior aut vicarius innuat. Expleto primo psalmo non ingreditur nec vocatur. Ad missam quilibet intrare potest semper usque ad evangelium. Item quod nullus quamvis sit sacerdos quando est solus dicit* Jube domine benedicere, *benedictio tamen non omittitur. Cantatis nocturnis breve facimus intervallum, in quo spacio qui voluerit remanere potest in choro stans vel sedens, non autem ad venias accipiendas. Item debemus cavere cum simus ad lectorium & ubique ne molestum strepitum faciamus folia revolvendo vel aliquod aliud agendo. Item tempore matutinarum in quibus ante* Laudes *fit intervallum, nulli extra ecclesiam ire licet nisi necessitas cogit. Item spacium quod est inter matutinas & terciam diei omnibus diebus, spiritualibus exercitiis mancipatur. A tercia autem usque ad sextam & à ix. dicta usque ad vesperas tempus quod in eis est manualibus deputatur operibus. Quæ tamen opera semper volumus saltim brevibus orationibus interrumpere A vesperis autem usque ad completorium spiritualibus operibus intendere debemus. Item in quadragesima tamen usque ad completorium licet manualia operari. Porro spaciis operi deputatis, utilitatem lectionis non intendimus excludere. Post completorium dictum, statim debemus ire dormitum. Monemur autem horis ad quietem deputatis dormitioni magnum impendere studium, quatinus temporibus cæteris alacriter vigilare possimus. Disciplinas vel vigilias seu quælibet alia Religionis exercicia quæ nostræ institutionis non sunt, nulli nostrum facere licet, nec etiam abstinentias nisi quæ ab Ordine constitute sunt. Novicii sicut & cæteri ad missas privatas servientes, cum cuculla ecclesiastica servire teneantur. Novicii in conventu non celebrent. Et si in missarum celebratione & observanciis regularibus formæ ordinis se noluerint con-*

formare,

fare, vel si in sustinenda opinione sua fuerint obstinati, vel in modo vivendi fuerint singulares, ad professionem nullatenus admittantur. Novicii si habent unde, provideant in noviciatu de vestibus sibi ipsis & de cæteris necessariis. Item non debent in ecclesia post conventum nimiam moram facere nisi necessitate cogente, vel in claustro post alios deridere & dissolutionem signis vel factis ostendere, nec susurrare in conventu vel clamosi esse in loquendo, nec præoccupare aliorum verba antequam finita fuerint & plena atque perfecta. Item cum imus ad ecclesiam vel ad alium locum non debemus leviter retro respicere.

De cella & silencii observatione.

Horas in cella alterius nobis dicere non licet nisi operemur cum illo. Item in cella temporibus orationi deputatis ab omni strepitu molesto caveamus & in tempore dormitionis. Item non debemus clamosè dicere Pater noster *in ecclesia ne impediamus alios, nec eciam horas vel alias orationes dicere in cellis unde possit molestia alicui oriri. Item reprehensibiles sunt qui nolunt opera manualia aliquando excercere, quia sic legitur in vitis patrum.*

Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore labora.
Sic erit hora brevis, & labor ille levis.

Item ab exaltatione sanctæ crucis usque ad pascha in spacio quo lector refectorii refectionem accipit, nonam beatæ Mariæ *dicimus in cellis, atque aliis spiritualibus exercicius occupamur, quousque ab eodem lectore* nona beatæ Mariæ *prius in ecclesia dicta pulsetur ad horam. Nullus ostium cellæ tenet apertum nisi cum aliquis est cum eo. Cum duo aut plures in una cella fuerint, primo ostio penitus aperto, secundū ex toto non claudatur nec ullatenus obseretur. Cellæ incolam id est habitatorem diligenter ac solicitè debet vigilare, nec alquas occasiones egrediendi foras machinetur vel recipiat, exceptis his qui generaliter instituti sunt; sed potiùs sicut aquas piscibus & caulas ovibus, ita suæ saluti & vitæ cellam deputet necessariam, in qua quanto diucius moratus fuerit, tanto libentiùs habitabit, nam si cellam frequenter & levibus de causis exire consueverit citò habebit eam exosam. Et ideo post* nonam *die colloquii petenda debet petere, & accepta, tota diligentia custodire. Si verò pane aqua potu vel igne caruerit, vel insolitum strepitum aut clamorem audierit, vel periculum ignis institerit, tunc licebit ei silencium solvere. Si aliquis importunus ad cellam venerit volens loqui vel intrare nobiscum, interrogatur prius si Prior jusserit, sic dicendo,* Habetisne licentiam à Priore? *Si dixerit,* non, *Mittimus eum ad pincernam vel ad portarium ut aliquis eorum impetret licentiam à Priore si possit inveniri, vel à vicario, nec amplius cum illo loquimur etiamsi sit germanus, quousve habeat licentiam à Priore vel vicario. Si verò ex nostris ad cellam venerit aliquis volens loqui vel intrare nobiscum, ibi interrogatur prius, si Prior jusserit, aliter ad colloquium non recipitur nec intrare permittitur, nisi talis fuerit de quo sit credendum quod sine licencia non venerit.*

Cum aliquis est in alterius cella vel alibi per licentiam, audito completorio *statim recedere debet nisi majorem moram faciendi speciale mandatum habuerit. Nullus autem ad fenestram & ad ostium prati vel cimiterii debet venire ad colloquium, eciamsi dixerit se habere licentiam colloquendi.*

Cum aliqui habent licentiam colloquendi vel cum simul operantur, ipsi quidem loquuntur adinvicem, sed non cum supervenientibus nisi Priore præsente aut jubente. Nec in alterius cella nullus nisi licentiam habeat ingreditur.

Quicumque ea quæ dicit affirmaverit jurando simpliciter per Deum, per fidem, per Christum, sic deus me adjuvet, aut alio modo simili, audiente uno vel pluribus, statim ubicumque sit veniam accipiat, Et si hoc pro consuetudine faciat, gravius puniatur. Juxta voluntatem nostram nocturnis utimur solularibus, custodientes tamen eos à cœno & à pluvia & nive quantum possumus.

Petere, accipere, donare vel literas recipere vel mittere sine licencia non debemus. Exire de cella nequaquam conceditur nisi cum ad recordationem vel jussu Prioris ad aliquod colloquium evocamur. Et ad ecclesiam statutis horis convenimus exceptis paulo ante in hoc extractu recitatis.

Coquinam id est potagium & pitanciam non debemus in cellis usq; in crastinū nec eciam usq; ad cœnam sine speciali licencia, reservare: herbas verò crudas & fructus quamdiu volumus retinemus.

De utensilibus cellæ.

Novicii si habent provideant se in noviciatu de vestibus & aliis necessariis. Item accipit incola cellæ ad lectum palleam filtrum si possit habere, sin autem, grossum pro eo pannum simplicem non duplicatum. Pulvinar cotum vel coopertorium de grossissimis ovium pellibus & panno grosso coopertum. Ad vestitum autem duo cilicia, duas tunicas, duas pelliceas, unam deteriorem alteram meliorem; duas similiter cucullas, ij. paria caligarum, tria paria pedulium, iiij. pelles, capam, sotulares nocturnos & diurnos, saginam ad ungendum, lumbaria duo, cingulum; omnia canebina & grossa. Et quicquid prorsus ad lectum vestitumve pertinet cujus grossitudinis coloriſve sit non curabit subditus vel prælatus. Liceat tamen Prioribus & aliis extra terminos euntibus vestes habere aliquantulum meliores & pro necessitate levieres quam habent hii qui domi residunt, in quibus sicut in aliis omnia curiositas & accuratio devitetur; Cum enim ad omnes monachos, tamen maximè ad nos humilitatem attritionemque pannorum & universorum quibus utimur vilitatem paupertatem & abjectionem certum est pertinere. Habet eciam cellæ habitator acus duas, filum, forfices, pectinem, novaculam ad caput cotem vel calculum & corrigiam ad acuendum. Ad scribendum verò scriptorium, pennas, cretam, pumices duos, cornea duo, scapellum unum ad radendo parcamena, novaculas sive raseria duo, punctorium unum, subulam unam, plumbum, regulam, postem ad regulandum tabulas, graphium. Quod si frater alterius artis fuerit, quod apud nos rarò valde contigit, omnes enim pene quos suscipimus si fieri potest scribere docemus, habet arti suæ instrumenta conveniencia. Adhuc eciam libros ad legendum de armario accipit duos, quibus omnem diligentiam curamque prabere monetur, ne fumo ne pulvere, vel aliqua qualibet sorde maculentur. Item habeant incolæ cellæ ollæ duæ, scutellæ duæ, tercia ad panem vel pro ea mantile, quarta grandiuncula ad faciendas mundicias, cochlearia duo, cultellus ad panem, justa, cifus, vas aquarium, salariam, patella, manutergium. Ad ignem focale, esca, lapis ignitus, ligna, securis. Ad opera verò dolabrum. Iccirco autem uni tanta concedimus, ne, quod illicitum ducimus, exire de cella compellatur.

De domo Capituli.

Quando capitulum intramus vel exeamus nudatis capitibus inclinamus ad crucem. Item quando in capitulo confitemur, prolixitatem caveamus, in cella verò possumus diffusiùs confiteri. In capitulo non loquimur nisi quando confitemur vel quando tenetur capitulum. Nullus etiam in capitulo de facili loquatur nisi ea tantum quæ ad necessitatem vel ad religionis observantiam pertinere noscuntur. Nullus in capitulo vel ubicumque fuerit in conventu cum aliquo secretò loquatur.

De refectorio.

Intrantes refectorium nudamus capita, & venientes ad sedes nostras ad crucem inclinamus. Item in refectorio non debemus dissoluti esse sed nos debemus habere disciplinam ne faciamus unde alterum offendamus. Et oculos nostros maximè in refectorio tenere nos convenit, ne nobis murmurandi aut judicandi vel detrahendi materiam afferant aut ridendi. Sic dicens beatus Hugo Lincolniensis, Oculos in disco, manus in mensa, aures ad lectionem, cor ad Deum habere debemus. *Item nullus pitanciam in refectorio ante se positam ad se trahit donec ille qui apposuit ad sedem suam redierit.*

Cum duæ scutellæ apponuntur, quando eas exponimus unam infra alteram ponimus, nisi tantum de cibis illatis remanserit quod id facere sine immersione nequeamus.

Aliquis nolens comedere quæ sibi in refectorio apponuntur, alteri porrigere fas non habet, excepto pane, fructibus & herbis crudis.

Panem nostrum debemus ita æqualiter scindere tam in refectorio quam in cellis, ut quod residuum fuerit honestè cuilibet possit apponi. Potum quoque in cifos in tali quantitate

fundere

fundere debemus, ne illum cogamur in ollas refundere.

Bibentes duabus manibus cyfum tenemus.

Apponenti nobis aliquid & removenti inclinamus.

Contra consuetudinem est ut in refectorio manus vel os ad mantile tergamus. Scutellas non exponimus donec præsidens suam exponat. Mantilia non convolvimus donec Prior suum mantile convolvat. Numquam exceptis cellis propriis in aliqua domo alia vel officina manducamus & bibimus nisi in refectorio in festis & tempore prandii vel cœnæ, exceptis Priore & procuratore.

In refectorio nulli nostrum licet loqui, sic nec in claustro vel in ecclesia.

De colloquio claustri.

UBicumque colloquium habeamus curandum est nobis & maximè coram extraneis seu hospitibus ut caveamus à multiloquio & ut sermones nostri sint honesti & non seculares vel contentiosi. Nullus in communi colloquio ita submisse loqui debet vel susurrare vel dicere aliquid quod nolit ab omnibus intelligi vel audiri. Item ad colloquium vel alibi non debemus esse dissoluti ad referendos rumores seculi, nec in gestu nec in sermone & habitu exemplum & materiam ostendere dissolutionis. Item non debemus sermonibus prolixis conventum fatigare. Et etiam si contingat ut aliquis est accusatus coram Priore non debemus importunè accusare nec aggravare. Tradenti nobis tortas ad ostium refectorii inclinamus, & ipse nobis.

Lector refectorii post capitulum libros portat in refectorium. Lector stat ad librum versa facie ad orientem. Inclinante conventu ad Gloria Patri *& ad* Pater noster, *inclinat & ipse, versa facie ad conventum. Nec debet autem sedere donec sedeat ille qui præest conventui. Historiam legit rotundiùs, sermones & omelias attractiùs; aperiè tamen & distincte legat omnia ut possit intelligi, & tali voce quod possit audiri. Ad* gratias *inclinante conventu inclinat lector versa facie ad conventum. Si aliquis de libris quos attulit consummatus est, novicius eum in ecclesiam defert, alios ad minus post cœnam lector in ecclesiam portat. Si tamen in historia die crastina sit legendum in ecclesia, egresso post cœnam conventu de refectorio portat eum ad ostium ecclesiæ. Lector refectorii in refectorio benedictionem ad prandium vel ad cœnam iterare non debet. In cella sine licentia nunquam comedit. Poterit autem Prior interdum dispensare cum eo ut mixtim possit recipere.*

In vigilia quoque corporis Christi & in vigiliis quinque solempnitatum beatissimæ virginis fiat abstinentia, propter hoc tamen non fit in septimana ultra semel. Cum festum xij. lectionum occurrerit in vigiliis ascensionis & corporis domini, fiat abstinentia feria vj. sequenti, & in prædictis vigiliis abstineatur à lacticiniis. Cum verò vigilia corporis Christi & beati Johannis *Baptistæ in una ebdomada occurrerit, non in vigilia corporis Christi sed beati* Johannis *abstinentia ipsa fiat. Ovis quoque & lacticiniis uti non possumus feria ij. vel iiij. in qua debet fieri abstinentia propter occurrens festum xij. lectionum in feria vj. Die qua fieri debet abstinentia monachi extra cellas proprias non laborent, nec eis spaciamenta tunc concedantur. Quod panis & vini superest sabbato redditur, tamen album panem quamdiu volumus retinemus. In adventu nec ovis nec caseo vescimur.*

Cantor ebdomadarius capucium removet antequam invitatorium incipiat nudatum habens caput, donec post Venite *reinceperit invitatorium. Cum autem primò inceperit invitatorium inclinat,* Venite *cantat, & post ultimum versum iterum inclinat, & tertio post* Gloriam, *& quartò post reinceptionem invitatorii.*

Ad officium cantoris ebdomadarii pertinet ut omnes versiculos & responsiuncula ad vesperas & ad matutinas Laudes & Benedicamus *dicat, & antiphonas ad horas & in suffragiis & in commemoratione & in officio defunctorum incipiat. Ad omnia quæ ratione sui officii dicit vel incipit capucium removet. Ad* Laudes & Vesperas *removet capucium antequam dicat primum* Benedicamus *nec reinduit donec ultimum dixerit. Hoc officium alternatim unusquisque in suo choro per ordinem facit excepto Priore & procuratore. Et hoc observatur ut non sint in eodem choro cantor ebdomadarius & sacerdos ebdomadarius qui similiter de choro in chorum alternatim mutantur.*

Qui verò responsum cantat tam in brevibus quam in magnis responsoriis semper habet nudatum caput & versam faciem ad altare, & tercio inclinat, primo post inceptum responsorium, secundò post Versum, *terciò post* Gloriam.

In omnibus nocturnis & matutinis laudibus antiphonæ primæ, antiphonæ *quoque ad* Benedictus & Magnificat *& ad* cantica, *à choro canoris ebdomadarii semper incipiuntur. Novem* kyrieleison *ad vesperas & matutinas & ad omnes horas sicut ad missam dicimus, & à dextro choro Prioris semper incipiuntur. Ad missam verò à choro canoris ebdomadarii.*

In ecclesia in refectorio & in claustro excepta recordatione, ille emendat cui injungitur à Priore. Emendator emendat in omnibus quæ soli dicimus excepto quod ad recordationem emendat ille qui est juxta librum. Emendator modestiùs quam potest emendare debet, & si in ecclesia mendosè emendat, quamcitius percipit, veniam accipiat super formam. Cum autem emendator grumit aut dicit iterum, ille qui legit debet versum repetere. Cum verò emendatur illi, non debet murmurare vel dicere ita est, *vel* ita dixi, *vel aliud hujusmodi. Absente Priore & emendatore emendat primus in ordine si scit vel potest, aliàs emendat secundus in ordine, vel aliquis monachorum qui scit & potest emendare. Quando ut qui legit aliquando non correxerit nisi quando sibi emendatur, ad pedem lectorii veniam accipere debet.*

Cum verò fallit qui legit evangelium, signato libro & stola deposita, veniam accipit ad gradum altaris.

Quando dicitur antiphona Salve Regina, *sacerdos ebdomadarius ad lectorium debet ad terram genuflectere, & osculetur postem lectorii.*

Sciendum quod quot collectas dicit audiente conventu, tot tantummodo dicit secretas & eodem ordine. Dicta prima secreta dicit Per dominum *& cætera usque ad* Amen, *quod non dicit. Deinde non præmisso* Domine exaudi *sed* Oremus, *incipit secundam, finiens extremam, levat manus scilicet cum dicit,* Per omnia secula seculorum.

Minuimur autem in anno quinquies. Post octabas paschæ. Post sollempnitatem Petri & Pauli. *Secunda ebdomada* Septembris. *Septimana ante adventum, & ebdomada ante quinquagesimam. In quo tempore minutionis scilicet per tres dies continuos bis reficimus, aliquid cibi melioris accipientes. Item secunda die & tercia minucionis divinum officium festinantiùs & submissiùs dicitur, cessantque vigilia & intervallum, & omnes in ecclesia remanent.*

Ad opus manuum de consuetudine non nisi ter trinis diebus in anno conventus exit.

Prima opera communia secunda ebdomada post octabas paschæ, & alia, secunda ebdomada post festum apostolorum Petri & Pauli, *Tercia verò, prima ebdomada post festum* Michaelis *fieri consueverunt. Et si dictis temporibus aliquod impedimentum occurrerit, ante vel post, prout comodiùs fieri poterit, supplebuntur. Nullam tamen aliud colloquium in illis septimanis nisi venerit capituli festum est habendum.*

Non est nostræ consuetudinis pro victualibus murmurare, maximè in conventu.

Cum Prior foris est observancias ordinis nos convenit fortiùs observare.

Qui scribere scit & potest & voluerit, à vino abstineat arbitrio Prioris.

Commendat Prior novicium uni ex senioribus quem idoneum ad hoc cognoverit, qui eum horis competentibus visitans instruit eundem ad horas dicendas & ad cæteras ordinis observantias, quas ignorare novicium non oportet. Ad quod agendum per unam ebdomadam vel amplius si necessarium fortè hoc Prior cognoverit, solicitus esse debet qui ei fuerit assignatus. Interim verò donec per se solum in cella horas dicat, fratres præter Priorem & procuratorem consueverunt ab ejus visitatione abstinere.

Novicii infra diem professionis non missam in conventu non evangelium non epistolam dicunt, nec ad missas etiam privatas serviunt, nisi fortè quandoque Priori aliter videatur considerata qualitate personæ; sed ebdomadarii cantus facere, & tam in ecclesia quam in refectorio legere possunt quam cito sibi injunctum fuerit à Priore.

Novicii autem res suas Priori ex integro reddant, ut non ipsi sed Prior vel cui Prior præceperit, eas custodiat, de quibus quandocunque ante professionem ordinare voluerint, fiat juxta dispositionem eorum. Nullus verò nostrum de rebus novicii aliquid postulet, nec ad procurationē faciendam instruatur ab aliquo nostrum. Novicius nec reprehendit nec reprehenditur, sed cum offensam facit instruitur à Priore vel magistro suo. A capitulo & claustro cum necesse est removetur. Utrum autem in colloquiis brevem vel longam moram faciat

sit

sit in dispositione Prioris. Recitata lectione in capitulo & propositis à præsidente proponendis, novicii confestim à capitulo recedant, & à generali finito sermone omnino excludantur; Quibus consulimus quatinus sine licentia Præsidentis in colloquiis non remaneant, nec tunc ibidem faciant magnam moram. De negociis domus non se debent intromittere nisi interrogati, & tunc debent pociùs respondere juxta aliorum voluntatem quam juxta suam. Non quærunt licentiam ut possint aliquem visitare nisi infirmum. Post annualem probationem Novicium clericum vel laicum nisi professionem facere cum nobis placuerit sit paratus, apud nos non retinemus. Quando autem Novicii duo ad aliquam domum venerint, qui posterior venit, si priùs professionem fecerit primus deinceps remanebit. Si quis autem eciam in duabus domibus nostri ordinis professionem fecerit, secundæ tantùm monachus aut conversus aut redditus erit, in prima tamen nichilominus ei salvum remanet beneficium spiritale, dummodo occasione criminis non transferatur. Si quis professionem fecerit in aliqua domo ordinis & iterum in alia habeat profiteri: sufficit ad professionem faciendam ut obedientiam promittat manibus Prioris in conventu. Quando aliquis nostrum de domo in qua professionem fecerat transfertur ad aliam domum, post annum ibidem professionem faciat, vel infra quandocumque Priori placuerit. Sacerdotes & ceteri qui de seculo vel altera religione venient ad ordinem, si in missarum celebratione & observanciis regularibus formæ ordinis se noluerint conformare, vel si in sustinenda opinione sua fuerint obstinati, vel in modo vivendi fuerint singulares, ad professionem nullatenus admittantur, quoniam per tales personas olim multa in ordine scandala provenerunt Novicii non faciant provisionem nisi proprio Priore presente & celebrante vel alio de ordine nostro per voluntatem ejus si legitimè fuerit prapeditus; Spiritus enim sanctus illa hora gratum non recipit quicquid aliud quam debes neglecto eo quod debes obtuleris.

Qui pronunciat antiphonam, dicat de illa ad pausam congruentem. Qui verò de ecclesia dum ultimus psalmus dicitur exit moramque extra ecclesiam facit donec preces *& postmodum* Exultabunt *ex integro persolvantur* Laudibus *sequentibus interesse non poterit. Sacerdos solus nisi dicturus sit evangelium, non* Dominus Vobiscum *sed* Domine exaudi, *dicat. Sacerdos celebraturus primò accedat ad gradum altaris, flexis genibus dicat* pater noster. *Quamd u sacerdos orationem facit ad gradum, nec diaconus nec aliquis alius transeat ante eum.*

Exeuntes autem de refectorio, à pasche usq; in crastinũ exaltationis sancte crucis spacium quod inter prandium & nonam *facimus pro dierum quantitate nunc brevius nunc longius quieti datur. Exinde usq; ad paschа post prandium* nonam *deferimus donec lector refectorii refectionem accepit &* nonam *beate* Mariæ *in ecclesia cantaverit, & ab eo signum pulsetur ad* nonam, *in quo spacio* nonam beatæ Mariæ *in cellis dicimus, & aliis spiritualibus excerciciis occupamur, exceptis tribus diebus post festum Innocentium quando occurrunt sine festo capituli; Tunc enim quia colloquium in claustro non habemus, statim post prandium* nonam *dicimus, ad quam pulsat novicius, qua dicta, cellas repetimus. Post* nonam *in claustro convenimus de utilitatibus locuturi, prima tamen locutione de consuetudinibus à kalendis Novembris usque ad paschа, exinde de Evangeliis. Loqui autem in claustro alibi quam in parte ubi colloquium fit non licet nisi fortè aliquando pauca verba.*

Ab exaltatione sancte crucis non nisi semel manducamus in die, exceptis usque ad quinquagesimam festis capituli & in die susceptionis novi Prioris & in die sepulturæ fratrum nostrorum ac etiam clericorum redditorum necnon & Prelatorum qui apud nos pernoctabunt, & hoc inviolabiliter observetur exceptis infirmis & valetudinariis debilibus senibus & minutis. Alias verò si Prior fregerit vel fecerit frangi, sit extra sedem suam in ecclesia per xl. dies.

Quando monachus agrotans exit ab ecclesia, signum facit firmarius ut sequatur eum, & nichilominus cum monachus ad eccesiam non venit, vel ab ea agrotans exit, properet ad eum firmarius, & exhibeat ei quicquid potest humaniter.

Cum Prior & sacerdos ebdomadarius & cantor ebdomadarius signum non audiunt vel forsitan infirmantur, finita Gloria Patri *post* Deus in adjutorium *exit firmarius ad quærendum eos, & ad alios & ad istos si diutius infirmentur exit firmarius finita* Gloria Patri *post* Deus quid . . . . . *infirmum verò tantum semel in die quæsiturus vadit.*

Tribus autem primi nocturni versibus explicatis, nisi Prior annuat, qui reus situs est intrare chorum non præsumat. Expleto psalmo non ingrediatur nec vocetur. Hoc ipsum servatur in aliis horis. Ad missam quilibet intrare potest semper usque ad evangelium, sed de tarditate corrigatur.

Confeßio in ſabbato poſt recordationem. Omni ſabbato niſi feſtum capituli occurrat pecca'a noſtra Priori vel quibus ab eo injunctum fuerit facta recordatione con, temur, occurrente autem capituli feſto, in ſabato, die præcedenti quæ ſine tali feſto occurrit confitemur. Semper autem confitemur in vigilia natalis domini niſi eadem vigilia occurrat in dominica, vel feſtum ſecunda, in quo caſu con, temur in ſabato ſequenti. Providendum eſt enim ut ſemper in qualibet ebdomada faciamus confeßiones communes. Per totum ſpacium confeßionis nullus debet in eccleſia reſidere vel libros revolvere. Quandocumque in capitulo con, temur prolixitatem caveamus, in cella autem diucius poſſumus con, teri. Pro privata confeßione quæ in cella fit vel alibi non dimittitur generalis quæ fit in ſabato. Proſtratus debet eſſe ac detecto capite quilibet quando confitetur. Ea quæ nobis in generali confeßione confitentibus injunguntur dicit qualibet in choro proſtrata.

Lector capituli egreditur diebus dominicis cum dicitur verſus Unus omnino. *In feſtis ſuper ebdomadam* Confiteor *dicto egrediatur. Ipſius eſt antequam ingrediatur capitulum, oſtium clauſtri, refectorii, oſtium hoſpicii & oſtium per quod ad cellas tenditur claudere & cum vectibus obſerare. In capitulo quamdiu eſt ad lectorium non inclinat. Poſt lectionem omni tempore regreſſo lectore ad ſedem ſuam, ſtatim Prior dicit* Benedicite *& nos* Dominus *aliquantulum inclinamus. Deinde in feſto Reliquiarum pronunciantur Reliquiæ, & in feſto ſancti* Stephani *ſic pronunciat lector in capitulo,* Commemoratio Benefactorum noſtrorum. *Libros quoque veteris ac novi teſtamenti eoſve cum quibus celebrantur divina officia ſine ejuſdem capituli conſilio generalis nullus emendare præſumat niſi cum exemplari in ordine emendato niſi judicio Prioris & monachorum diſcretorum corigalis manifeſtus appareat.*

Prima pulſatio ad matutinas *tanti ſpacii eſſe debet ut primi iiij pſalmi pœnitentiales dici poßint, quo ſigno pulſato, omni tempore nocturnum eccleſiæ officium congruis vigiliis contra* matutinas *beatæ* Mariæ *ſufficiant, & quod monachi congruè præparari poßint in cella præveniunus contra vigilias ab idibus Septembris exceptis xij. lectionum feſtis, ſenſim paulatimque creſcendo in kalendis Novembris perfectim quinquaginta pſalmi non feſtinè cantandum minus ſufficiunt. A quo tempore uſque ad kalendas Februarii exceptis xij. lectionum feſtis & ebdomada natalis Domini decreſcendo paulatim ad tantum ſpacium ad* matutinas *beatæ* Mariæ *ſufficiat rediguntur, ex quo ad prædictas Septembris idus in eadem perdurant. Prædictum autem vigiliarum ſpacium ſacriſta cum ſibi videbitur cum horologio terminabit, in quo ſpacio pſalmis vel ſpiritualibus excerciciis occupamur.*

MONA-

MONASTICON ANGLICANUM.

VVITHAMENSE *Cœnobium in agro* Somersetensi, *de Ordine* CARTHUSIENSI.

Carta regis Henrici *secundi de fundatione ejusdem.*

Par. 1 E. 4. part. 6. m. 32. per Inspex.

Vide cart. 5 R. 2. n. 21. Et cart. 1 R. 2. n. 19.

HEnricus Dei gratia Rex *Anglie*, dux *Normannie* & *Aquitanie* & comes *Andegavie*, Archiepiscopis, episcopis, *(&c.)* salutem. Sciatis me pro anima mea & antecessorum & successorum meorum, construxisse domum in honorem beatæ *Marie*, & beati *Johannis* baptistæ & omnium sanctorum in dominio meo de **Witteham** de ordine *Cartusie*, & sit mea & hæredum meorum dominica domus & ulemosina ; & concessisse eidem domui, & fratribus ibidem Deo servientibus, & dedisse in liberam & perpetuam elemosinam ad sustentationem eorum, totam terram infra subscriptos limites, liberam & quietam ab omni servicio. In primis à parte septentrionali à fossato de parco usque ad **Hachstoch** ; ab **Hactoch** de **Postebery** per fossatum de *Berwa* usque ad pratum regis, de prato regis per medium prati usque ad **Hachewete**, de **Hachewete** ultra *Humburna* usque ad *Rugalega*, de *Rugalega*, usque ad *Waletonia*, de *Waletonia*, per *Hambesda* usque *Luthbroka*, de *Luthbroka*, per cursum aquæ usque ad **Pennemore**, de **Penemere**, usque ad maram *Willielmi* filii *Petri*, de hac mara usque ad **Rincput**, de **Rincput** juxta pontem usque ad **Wodecroft-Petri**, de **Wodecroft-Petri** usque ad *Fraggemera*, de *Fraggemera* usque ad *Cleteweia*, de *Cleteweia* usque ad **Fletstoke**, de *Fleystoka*, usque ad *Snepsuedesweia*, de *Snepsuedesweia*, usque ad **Ruggescliba-heuued**, hinc usque **Chelsledesweie**, de **Chelsledeweie** per cilium montis usque ad **Fisbozne-Healole**, hinc per cursum aquæ usque ad parcum ; hinc per fossatum parci usque ad *Fromweia*, de *Fromweia*, usque ad **Hachstoch**. Præterea hac dedi eis ad pasturas eorum apud terram de **Chedenfozo** *Harechina* in *Hinacumesenda* usque ad **Lecherberg**, de **Lecherberg** usque ad **Stemberg**, de **Stemberg** usque ad **Hoppewelle**, de **Hoppewelle** usque ad *Staberga*, de *Staberga* usque ad **Sgaldebereg**, de **Sgaldebereg** usque ad *Stanamlanam* & inde usque ad petram perforatam per medium putei ; & de petra perforata usque ad **Chimendeclive**, & inde per vallem usque ad *Faldam* latronum, & inde usque ad **Bungoones-weskende**, & de **Bungoneswestende** per vallem versus orientem, usque ad viam quæ vadit de *Pridia* usque ad **Chederfozo**, & inde supra pratum *Johannis Marescalli*, usque ad petram de *Pembelestorna*, de *Pembelestorna* per semitam, usque ad collem prati **Palherbe**, & inde usque ad *Harestana* inter pratum regis, & pratum **Palherbe**, & de *Harestona* usque ad petram semitæ quæ ducit usque *Hindesgravam*, & de *Hindesgrava*, usque ad latam viam & inde usque ad spinam parvam, & de illa spina usque ad **Hedewoldesking**, & de **Hedewoldesking** usque ad puteum inter pratum regis & pratum *Rugaberga*, de puteo illo usque ad *Radenera*, & inde usque ad petram quæ facit divisam inter pratum regis & pratum de *Rugaberga*, & de petra illa usque ad aliam petram ; & de petra illa usque ad petram de *Cliva*, & de petra de *Cliva*, usque ad latam petram, & de lata petra usque ad *Melestresenda*, de *Melestresenda* usque ad *Stanrodam*, & inde ad **Wegelethle**, de **Wegelethle** usque ad **Eswete**, de **Eswete** ad **Higodesfeld**, & inde per vallem de *Smelecuma* usque ad croftam *Rogeri*, de crosta *Rogeri* usque ad **Rugelege**, de *Rugelega* ad **Clotleg**, de **Clotleg** usque ad crucem de *Meleweia*, & inde usque *Smelecuma*, de *Smelecuma* usque ad **Lesswiesmere**, & inde ad **Snevelesputte**, & inde ad **Cilsiesmede**, & inde ad **Bikwelle**, & inde ad **Suthomesse-Rodberg**, & inde ad furcas ; de furcis per cavum ductum ad platam petram & de plata petra ad **Hozswelle**, de **Hozswelle** ad **Hinoeswelle**, & inde ad *Walbergam*, de **Walbozg** ad *Herachmam*. Quare volo & firmiter præcipio quod supradicta domus mea de **Witteham**, & fratres ordinis *Chartusie* in ea Deo servientes, omnia prædicta habeant & teneant in libera & perpetua elemosina, ita bene & in pace, libere & quietè, integre & plenarie & honorificè, cum omnibus libertatibus suis, sicut ea unquam liberius tenui, & cum liberis consuetudinibus suis, tam de Priore eligendo, quam de aliis consuetudinibus quas habet domus *Cartusie*, in bosco, in plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis, in vivariis & stagnis & piscariis & marisci, in viis & semitis, & in omnibus aliis locis, & aliis rebus ad ea pertinentibus, libera & quieta de geldis & danegeldis, & hidagiis, & scutagiis, & operationibus castellorum & pontium, & parcorum, & fossarum, & domorum. De theoloneo vero & passagio, & pargio, & pontagio, & lestagio, & de omni servitio & consuetudine, & omni questu pecuniario ad me pertinente sint liberi & quieti per totam terram meam

am

am, tam ultra mare, quam citra mare, & de essartis & regardo forestæ infra terminos suos, & de firis & hundredis & sectis firarum & hundredorum, & placitis, & querelis omnibus. Et omnes terræ eorum de quibus solebat dari murdrum, in perpetuum sint quietæ de murdro, & de omni exactione & vexatione & inquietatione mundana. Prohibeo etiam ne forestarii vel eorum ministri, aliquam eis molestiam faciant infra limites suos, nec ingredientibus vel egredientibus per eos. Si quis autem contra hanc piam donationem meam venire, vel eam in aliquo perturbare seu diminuere præsumpserit, iram omnipotentis Dei & meam maledictionem incurrat nisi ad condignam satisfactionem venerit. Omnibus verò misericorditer eam amplectentibus, & in pace foventibus, sit pax & remuneratio ab æterno patre in sæcula sæculorum, *Amen.* Testibus *Hugone Dunholmensi, Gaufrido Eliensi, Johanne Norwicensi, Reginaldo Bathoniensi* episcopis, *Johanne* filio meo; comite *Willielmo Sussexiæ, Ranulpho* de *Glanvilla, Waltero* filio *Roberti, Reginaldo* de **Courtnay**, *Hugone Bardulf*, & *Hug.* de *Norwico* seneschallo, *Radulpho* filio *Stephani* camerario, *Gilberto* filio *Reinfredi, Gaufrido* filio *Petri, Roberto* de **Whitefeld**, & *Michaele Bedel*, Apud *Marleburgam.*

HENTONENSE *Cœnobium in agro* Wiltonensi

Carta Elæ *Comitissæ* Sarum *de fundatione ejusdem.*

Cart. 12 H. 3. m. 4. per Inspex.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit *Ela* comitissa *Sarr.* æternam in domino salutem. Noverit universitas vestra quod dominus meus & quondam maritus *Willielmus Longespee* comes *Sarr.* volens construere domum Ordinis *Chartusiæ*, per assensum meum & bonam voluntatem, donavit ordini *Chartusiæ* manerium de **Atherop** in ..... & boscum suum de **Bradene** cum integritate sua, & terram de **Chelewurth** quam habuit ex dono *Henrici Basset*, ut ibi manerent tam monachi quam fratres ad serviendum Deo imperpetuum secundùm consuetudinem & ordinem *Chartus.* Set quia monachi & fratres ad locum ipsum destinati licet stetissent ibi per plures annos non potuerunt invenire in prædictis tenementis locum ordini suo competentem, ego volens intuitu Dei perficere quod prædictus maritus meus bene inceperat, in ligia potestate & viduitate mea, post mortem ipsius, & pro anima ipsius, & pro anima comitis *Willielmi* patris mei, & pro salute mea & puerorum meorum, & pro animabus omnium antecessorum & hæredum meorum, donavi & concessi & hac carta mea confirmavi ordini *Chartusiæ* in escambium prædictorum tenementorum, totum manerium meum de **Henton** cum advocatione ecclesiæ & parco & omnibus aliis pertinenciis suis sine ullo retinemento inde michi & hæredibus meis. Et similiter totum manerium meum de **Boxton** cum advocatione ecclesiæ & omnibus aliis pertinentiis suis sine ullo retinemento michi & hæredibus meis: reservatis tamen michi & hæredibus meis serviciis militaribus omnium illorum qui de me tenent in prædictis maneriis per servicium militare; Excepto servitio *Ricardi* parcarii & hæredum suorum de j. virgata terræ quam tenet in **Henton**, quod servicium pertinebit in perpetuum ad prædictos monachos & fratres sive predictus *Ricardus* defendat predictam virgatam terræ per custodiam parci, vel per servicium militare, & etiam salvis michi & hæredibus meis kaciis forinsecis, quæ sunt extra terminos predictorum maneriorum, ad fundandam construendam, & in perpetuum sustentandam quandam domum ordinis *Chartusiæ*, in honore Dei & beatæ *Mariæ* & sancti *Johannis* Baptistæ, & omnium sanctorum, in parco de **Henton**, in loco qui vocatur *locus Dei.* Habendum & tenendum in puram & perpetuam elemosinam monachis & fratribus ibidem Deo servientibus secundum consuetudinem & ordinem ecclesiæ *Chartusiæ.* Et ego & hæredes mei warantizabimus prædictis monachis & fratribus prædicta tenementa, cum pertinentiis, contra omnes gentes, & defendemus eos de omnibus serviciis & consuetudinibus & secularibus demandis; Et ut hec donatio, concessio & confirmatio mea rata & stabilis inperpetuum permaneat, eam presentis scripti testimonio, & sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus domino *Joscelino Bathoniensi* episcopo, domino *R. Sarr.* episcopo, magistro *Edmundo* de **Abendon** thesaurario *Sarr.* magistro *Elia* de *Derham* canonico *Sarr.* *Reginaldo* de ..... tunc vic. *Wiltesir. Barth.* de **Turbervill**, *Willielmo Gereberd, Waltero* de **Pavily**, *Johanne Gereberd, Baldewino* filio *Willielmi* tunc seneschallo Comitis *Sarr.* *Michaele* de **Chelvinton**, *Willielmo* de **Burnelozo**, *Nicholao* de **Hedunton** clerico, *Rogero Lond.* .....

Carta Regis *Henrici* tertii de libertatibus huic domui concessis.

HEnricus *Dei gratia rex* Angliæ *dominus* Hiberniæ (&c.) *Sciatis nos pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum, suscepisse in specialem protectionem, & defensionem nostram & hæredum nostrorum, domum ordinis* Carthusiensis, *quam* Ela, *quondam comitissa* Sarum, *de licentia, & voluntate nostra, fundavit in manerio suo de* **Henton**, *& monachos & fratres suos, ibidem Deo servientes, & imperpetuum servitures, & totam eorum familiam. Concessimus etiam & hac carta nostra confirmavimus, pro nobis & hæredibus nostris, quod prædicti monachi, & fratres imperpetuum habeant omnes libertates, & liberas consuetudines, quas,* Henricus *rex, avus noster, concessit domui* Carthusiensi *quam fundavit in manerio suo de* **Witham**; *tam de Priore eligendo, quàm de aliis, in bosco, plano, pratis, pascuis* (&c.) *Concessimus etiam,* (&c.) *quod eadem domus imperpetuum quieta sit, de geldis, & danegeldis, hydagiis, scutagiis, operationibus castellorum, pontium, parcorum, fossarum, domorum,*

Cart. 22 E. 1. n. 47. per Inspex.

Vide cart. 1 R. 2. n. 22. Et Par. 1 E. 4 part. 6. m. 34. Et Par. 8 H. 6. part. 3. m. 9.

domorum, & de theolonco passagio, paagio, pontagio, lestagio & de omni servitio, & consuetudine, & omni questu pecuniario, ad nos vel hæredes nostros pertinente; & de shirls hundredis, & sectis shirarum, & hundrederum, & placitis, & querelis omnibus, & quod omnes terræ eorum, de quibus solebat dari murdrum, imperpetuum sint quietæ de murdro & de exactione, vexatione, & inquietatione mundana. Prohibemus etiam pro nobis, & hæredibus nostris, ne forestarii, vel eorum ministri aliquam eis molestiam faciant infra limites suos, nec ingredientibus, vel egredientibus per eos. Quare volumus (&c.) Dat. per manum nostram,
24 H. 3. *Apud* Westmonasterium *septimo die Septembris, anno regni nostri vicessimo quarto.*

CARTHUSIENSE
Cœnobium in Suburbio Londinensis *Civitatis*, la Salutation mere dieu *nuncupatum*

Licentia regis Edwardi *tertii de fundatione ejusdem.*

Pat. 45 E. 3. part. 1. m. 33.

Vide Pat. 1 H. 5. part. 3. m. 9.

Et Pat. 47 E. 3. part. 2. m. 1.

REX omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus, & licentiam dedimus pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilecto & fideli nostro *Waltero* domino de **Panny** militi, quod ipse in solo suo proprio, videlicet in quodam loco extra barram de **West-smethefeld London**, vocato *le* **Newechercheyawe**, quod quidem solum de nobis non tenetur in capite, quandam domum monochorum ordinis *Cartusiensis*, videlicet de quodam Priore & certis monachis ibidem *la Salutation mere dieu* nuncupandam, in honore Dei & beatæ *Mariæ* virginis fundare, & xx. acras terræ cum pertinentiis de solo predicto, una cum quadam capella & aliis domibus super terram predictam ædificatis, dare possit & assignare præfatis Priori & monachis. Habenda & tenenda eisdem Priori & Monachis, & successoribus suis, pro inhabitatione sua ibidem facienda, ad missas, orationes, & alia divina servicia, pro salubri statu nostro, & ipsius *Walteri* & *Margaretæ* uxoris ejus dum vixerimus, & pro anima nostra, & pro animabus progenitorum & hæredum nostrorum, necnon animabus eorundem *Walteri* & *Margaretæ*, antecessorum & hæredum suorum, cum ab hac luce subtracti fuerimus, & animabus *Alicie* de **Penaud**, & *Michaelis* de **Northburgh**, nuper episcopi *London.* ac omnium benefactorum ipsius *Walteri*, & omnium fidelium defunctorum, in capella & domibus prædictis, juxta ordinationem ipsius *Walteri* inde faciendam, celebrandas & faciendas imperpetuum. *T.* Rege apud *Westm.* 6. die Februarii.

Bulla *Urbani* Papæ.

Ex autographo cum aliis hujusmodi.

URbanus *episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Priori & conventui novæ domus matris Dei*, propè Londonias, *ordinis* Cartusiensis, *salutem, & apostolicam benedictionem. Exhibita nobis, pro parte vestra, petitio continebat, quod dudum felicis recordationis* Clementi *Papæ sexto prædecessori nostro, expositio, quod quondam* Walterus *de* **Panny** *miles*, Cameracensis *diœcesis, tempore quo mortalitas hominum vigebat in partibus* Anglicanis, *locum, seu fundum quendam* propè Londonias *acquisiverat, quem, de licentia ordinarii, in cimiterium, pro sepultura pauperum, dedicari, & capellam in eodem fundo ædificari fecerat, opere sumptuoso; in quo collegium duodecim capellanorum, & unius qui præesset eisdem, ordinare de bonis propriis, & sufficienter dotare disposuerat; ac eidem prædecessori supplicato, ut eidem militi fundandi & dandi licentiam hujusmodi concedere dignaretur: Idem prædecessor, archiepiscopo* Cantuariensi *& episcopo* Londoniensi, *non expressis nominibus, vel eorum alteri dando per suas litteras facultatem, collegium, juxta ordinationis utriusque, vel alterius ipsorum, de perpetuis capellanis, vel ministris usque ad dictum vel alium majorem numerum, prout eidem militi videretur, ac personæ quæ eidem collegio præesse: faciendum in dicta capella fundandi, dote tamen sufficienti, dicta capella, de bonis ipsius militis, primitus assignata, jure parrochialis ecclesiæ, & cujuslibet alterius semper salvo, ad instantiam ejusdem militis duxerat concedendum. Ac insuper uniendi, ea vice eidem collegio instituto prius & dotato, tria beneficia ecclesiastica in regno* Angliæ *consistentia, quorum fructus centum librarum sterlingorum summam secundum taxationem decimæ, non excederent, ad cujuscunque patronatum spectantia, patronorum ad id concensu accedente, prout in eisdem literis ejusdem prædecessoris plenius continetur. Et demum, prout eadem petitio sub ingebat, bonæ memoriæ* Michael *episcopus* Londoniensis, *& idem miles, prædicto collegio rendum instituto, conventum duplicem monachorum ordinis* Cartusiensis, *in loco prædicto, mutato prioposito dicti militis, fundaverunt; Quare nobis humiliter supplicari fecistis quatenus eisdem archiepiscopo, & episcopo, simil. in uniendi domui seu conventui vestro beneficia ecclesiastica cum cura, vel sine cura, ad summam ducentarum librarum sterlingorum secundum taxationem decimæ ascendentia in dicto regno consistentia, ad quorumcunque etiam laicorum patronatum pertinerent, dummodo patronorum ad id accedat assensus, & ipsa beneficia dictam summam non excedant, facultatem concedere dignaremur: Nos igitur vestris in hac parte supplicationibus inclinati, venerabili fratri archiepiscopo* Cantuariensi, *uniendi, hac vice dumtaxat, auctoritate apostolica, ecclesias parrochiales, seu beneficia ecclesiastica, ad quorumcunque etiam laicorum patronatus pertinentia, dummodo patronorum ad id accedat assensus, & jus patronatus post unionem vobis remaneat, ac eorum fructus, redditus, & proventus ducentarum librarum sterlingorum secundum taxationem decimæ, valorem annuum non excedant, dictosque Priorem, & con-*

ventum, vel procuratores suos eorum nomine, post unionem hujusmodi, cedentibus vel decedentibus Rectoribus ipsarum, & beneficiorum, qui tunc fuerint, vel alias beneficia ipsa quomodocunque dimittentibus; in beneficiorum, & jurium, & pertinentiarum prædictorum corporalem possessionem inducendi, & defendendi inductos, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, ac faciendi ipsis Priori, & conventui, de ipsorum beneficiorum fructibus, redditibus, proventibus, congruas portiones ad ipsius archiepiscopi, vel ordinarii arbitrium (super quo ipsius archiepiscopi vel ordinarii conscientiam oneramus,) taxandas, ex quibus si sint ecclesiæ parochiales, perpetui vicarii per Priorem, qui erit pro tempore, & conventum dictæ domus, ad eadem beneficia præsentandi, commodè sustentari, jura episcopalia solvere, & alia eis incumbentia onera valeant supportare. Contradictores, auctoritate nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus, si aliquis super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis, in illis partibus, speciales vel generales, apostolicæ sedis, vel legatorum ejus literas impetravit, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum: Quas literas, & processus habitas, & quas per eos, post unionem hujusmodi, haberi contigerit, ad dicta beneficia volumus non extendi; sed nullum per hoc eis quoad assecutionem aliorum beneficiorum præjudicium generari, & quibuslibet privilegiis, indulgentiis, & literis apostolicis, generalibus, vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, plenam & liberam tenore præsentium potestatem concedimus. Datum Rome *apud sanctam* Marianum *trans* Tiberim, *Idus Decembris pontificatus nostri anno primo.*

BEAUVALEENSE *Cœnobium in agro* Notinghamensi.

Carta fundationis.

Ex regist. D. *Will. Zouch Ebor.* archiep. fol. 107.

SCiant præsentes, & futuri, quod cum serenissimus princeps Dominus *Edwardus* Dei gratia Rex *Anglie*, & *Francie* illustris, & dominus *Hibernie*, mihi *Nicholao* de *Cantilupo*, domino de **Ilkeston**, ad instantem suplicationem meam, juxta devotionem meam, quam habeo ad fundandum monasterium ordinis *Cartusiensis* in parco meo de **Gyseleye** in comitatu *Nottinghamie*, pro se & hæredibus suis gratiosè concessit decem libratas terræ, & redditus per annum cum pertinentiis in villis de **Gyseleye**, & **Selestun**, una cum parco de **Gyseleye**, & advocationem ecclesiarum villarum prædictarum de **Gyseleye**, & **Selestun**, quæ de ipso domino Rege tenentur in capite, Priori, & duodecim monachis, dicti ordinis & eorum successoribus ibidem Deo serviturus, dare possim & assignare perpetuò possidendas. Et quod dicti Prior & monachi possint prædictas ecclesias sibi appropriare, & appropriatas tenere, sine aliqua occasione mei, vel hæredum meorum imperpetuum, ita quod nec ego nec hæredes mei, nec dicti monachi, nec eorum successores, occasione statuti de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis, seu pro eo quod dicti terræ, redditus, & Parcus, de dicto domino Rege tenentur in capite, per ipsum dominum Regem, hæredes, justiciarios, escaetores, vicecomites, ballivos, seu alios dicti domini Regis ministros quoscunque molestentur, seu gravarentur; Ego dictus *Nicholaus* dictam concessionem secutus, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & beatæ *Mariæ* virginis, genetricis ejus, omniumque Sanctorum, ac religionis, & cultus divini augmentum, ac pro salubri statu dicti domini Regis *Edwardi* domini mei, & venerabilis viri magistri *Willielmi la* **Zouch**, Dei gratia *Eborum* archiepiscopi *Anglie* primatis, & domini & consanguinei mei karissimi, ac domini *Henrici* de *Lancastria* comitis *Derbie* dum vixerint, ac *Johanne* uxoris meæ, & *Willielmi* filii, & hæredis mei, necnon pro animabus dicti domini Regis domini mei, & omnium prædictorum cum de hoc seculo migraverimus, & pro anima *Tiphanie*, quondam uxoris meæ, necnon patris mei, & matris meæ, & omnium progenitorum, & hæredum meorum, dedi, concessi & hac præsenti carta mea confirmavi, Deo & beatæ Trinitati, Patri, Filio, & Spiritui sancto, ac Priori & monachis ordinis *Cartusiensis* in monasterio quod vocatur *Pulchra-vallis* in dicto parco de **Gyseleye** ad eorum usum ædificato, & constructo, necnon eorum successoribus ibidem Deo, secundùm consuetudinem & ordinem, seu regulam matricis ecclesiæ *Cartusiensis* famulantibus, dictum monasterium, & parcum de **Gyseleye** adjacentem, ac decem libratas terræ, & redditus in villis de **Gyseleye** & **Selestun** cum pertinentiis, necnon advocationes ecclesiarum dictarum villarum de **Gyseleye** & **Selestun**. Habendum & tenendum dictum monasterium, parcum, terras, & redditus, cum pertinentiis, necnon advocationes ecclesiarum de **Gyseleye** & **Selestun**. Ac contra omnes gentes warantizabimus, & defendemus eos, de omnibus serviciis, consuetudinibus, & secularibus demandis imperpetuum. In quorum omnium testimonium sigillum meum præsentibus appositi. His testibus dominis, *Richardo* de **Wylliby**, *Roberto* de **Strelley**, *Willielmo* de **Gyse**, *Johanne* de **Dunesleye** militibus; *Hugone Martell*, *Johanne Attecappe*, *Willielmo Danvers*, & multis aliis. Datum apud **Gyseleye** nono die Decembris, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, & Regis *Edwardi* tertii post conquestum decimo septimo.

Vide Par. 16 E. 3. parte 2. m. 12.

1343. 17 E. 3.

Successio progenitorum Nicholai *de* Cantilupo, *hujus Cœnobii Fundatoris.*

Ex regist. *Prioratus de Gresley*

REgnante *Willielmo* Rege et Duce *Normannie*, erat quidam miles nomine *Gilbertus Gaunt*, qui plures terras et tenementa, in diversis partibus *Anglie*, in dominio habebat. Iste in comitatu *Derbie* in **Ilkeston**, *parva* **Holme** et **Staunton**

Staunton sex carucatas terræ, et sex bovatas terræ tenebat ad geldam &c. Dictus vero *Gilbertus*, tempore *Henrici* Regis filii dicti *Willielmi* conquestoris, dedit prædictum dominium de **Ilkeston**, cum hameletis cuidam militi, nomine *Roberto* de **Muskam**, seneschallo suo, &c. Modò dictum dominium tenetur in capite de domino *Johanne* de *Bellomonte*, per prædictum servitium. Dictus verò *Robertus* habuit quendam *Hugonem* filium & hæredem, qui tenebat prædictum dominium de **Ilkeston**, cum pertinentiis suis. De ipso *Hugone* descendit dictum dominium cuidam *Roberto* filio, & hæredi dicti *Hugonis*. De ipso *Roberto*, descendit jus, & dominium de **Ilkeston**, cum pertinentiis, cuidam *Roberto*, ut filio & hæredi. Iste *Robertus* feoffavit quendam militem, nomine *Robertum le* **Tavasour** in manerium **Shipley**, tenendum, & habendum dicto *Roberto* & hæredibus suis, de prædicto *Roberto* per servitium militare & per alia plura servicia, ut in rotulo curiæ de **Ilkeston** invenitur. De ipso *Roberto Muskam*, quia obiit sine hærede, descendit jus cuidam *Hugoni* fratri ejus & hæredi, & de ipso *Hugone* descendit jus cuidam *Isabellæ* ut filiæ & hæredi. Et de ipsa *Isabella* descendit jus cuidam *Agneta Muskam*, quæ desponsata erat cuidam militi nomine *Radulfo* domino de **Ozeseley** & **Selleston**. De prædicto *Radulfo* descendit jus cuidam *Hugoni* ut filio & hæredi, qui *Hugo* cognominabatur *Hugo* filius *Radulfi*. De prædicto *Hugone*, quia obiit sine hærede, descendit jus quibusdam *Eustachiæ*, et *Idoneæ* ut sororibus et hæredibus; Et de ipsa *Idonea*, quia obiit sine hærede, descendit jus partis suæ dictæ *Eustachiæ* sorori suæ; quam *Eustachiam* desponsavit quidam miles nomine *Nicholaus* de *Cantilupo*, de comitatu **Hertford**, et postea *Willielmus Rees* desponsavit prædictam *Eustachiam*. Et post *Eustachiam* descendit jus cuidam *Willielmo* de *Cantilupo*, ut filio et hæredi dictæ *Eustachiæ*. De prædicto *Willielmo* descendit jus cuidam *Nicholao* de *Cantilupo* ut filio et hæredi, qui obiit anno Domini millesimo
1355. trecentesimo quinquagesimo quinto.

De duobus capellanis pro anima *Willielmi* de **Aldeburgh** chevalier, & *Edwardi Baliel* celebrantibus.

Ibid. *Noverit universitas vestra, nos Priorem & conventum domus* Bellævallis, *ordinis* Cartusiensis, Eborac. *diœcesis, considerantes piam & sinceram affectionem, quam dominus* Willielmus *de* **Aldeburgh** *junior erga nos & domum nostram semper in vita sua novimus habuisse, & præsertim, pro magna & notabili summa pecuniæ quam dominus* Willielmus *de* **Rythyer** *chevalier, &* Isabella *uxor ejus, &* Elizabetha *qua fuit uxor* Briani Stapilton *junioris chevalier, fratres & heredes prædicti domini* Willielmi, *nobis, in magna necessitate nostra solverunt, concessisse pro nobis & successoribus nostris, ad inveniendum duos Monachos singulis diebus specialius celebraturos, pro patre & matre prædicti domini* Willielmi, *ac pro seipso & uxore sua, & pro* Edwardo Balioll *in perpetuum, &c.*

Licentia Regia pro eadem cantaria fundanda.

Ibid. RICHARDUS Dei gratia Rex *Angliæ*, & *Franciæ*, &c. salutem. Licet de communi consilio regni nostri *Angliæ* statutum sit, quod non liceat viris religiosis ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, sine licentia nostra, & capitalis domini, de quo res illa immediate tenetur, de gratia tamen nostra speciali licentiam dedimus *Elizabethæ* quæ fuit uxor *Briani* de **Stapilton** junioris, chivaler, quod ipsa quendam annuum redditum quadraginta solidorum, exeuntem de medietate maneriorum de **Kyrkeby-Ozblawers**, & **Kereby**; ac *Willielmo* de **Rither** chivaler, & *Sibillæ* uxori ejus, quod ipsi quendam annuum redditum quadraginta solidorum, exeuntem de altera medietate maneriorum predictorum, quæ de nobis non tenentur, dare possint Priori & Conventui de *Bellavalle*, ordinis *Carthusiensis*, habendum sibi & successoribus ad inveniendos duos monachos capellanos, divina pro animabus *Willielmi* de **Aldeburgh** chevaler, patris, & *Elizabethæ* uxoris ejus, matris predictarum *Elizabethæ*, quæ fuit uxor *Briani* & *Sibillæ*, & animabus *Willielmi* de **Aldeburgh** chevaler, fratris earundem *Elizabethæ* quæ fuit uxor *Briani*, & *Sybillæ*, & *Margeriæ* uxoris ejus, & pro anima *Edwardi Balliol* chevaler, in ecclesia ipsorum Prioris & Conventus de *Bellavalle* singulis diebus celebraturos &c.

S. ANNAE *Cœnobium juxta* Coventriam.

De fundatione ejusdem.

ANno Domini millesimo trecentesimo octogesimo primo, ad instantiam domini *Willielmi* domini *de la* **Dowche** proponentis primò fundare domum ordinis *Cartusiensis*, juxta *Coventream*, in honorem sanctæ *Annæ*, Rex *Ricardus* secundus post conquestum, concessit & acceptavit dictam fundationem, & se fecit principalem fundatorem ejusdem; Et in Parliamento apud *Westmonasterium* post festum sancti *Michaelis* eodem anno celebrato, auctorizata & confirmata fuit dicta fundatio, Facta deinde ab eodem domino *de la* **Dowche**, fide de sufficienti dotatione faciendæ eidem domui, missi fuerunt *Coventria*, ad instanciam dicti domini, per auctoritatem domini *Johannis Luscote*, tunc Prioris domus *Cartusiensis* **London**, & visitatoris provinciæ, tres monachi ejusdem domus **London**, videlicet *Robertus Palmer*, tunc Procurator *Lond.* qui fuit primus motor, & causa ejusdem fundationis, *Johannes Netherbyry*, tunc vicarius ejusdem domus, & *Edmundus Dallyng*, qui in vigilia sancti *Andreæ* apostoli venerunt *Coventream*, & in heremitorio sanctæ *Annæ* ibidem demorari cœperunt; Et de-

Ex veteri pergamena in bibl. *Harleiana* a. 1430.

inde associatis eisdem tribus monachis domus *Bellevallis*, & aliis quatuor ibidem de novo professis, per septem annos in eodem heremitorio morati sunt. Deinde ad instantiam ipsius domini de **Sowche**, dominus *Baldewinus Frevyle* miles, filius *Baldewini* senioris *, dedit Regi *Ricardo*, pro fundatione prædicta quatuordecim acras terræ, in quibus domus ipsa nunc sita est, de suo dominio de **Shoteley**. Et ulterius tempore quadragesimali sequente, pro eo quod prædictus dominus de **Sowche** infirmabatur ad mortem, & non potuit ulterius prosequi intentum suum; Rex *Ricardus* prædictus, ad instantiam specialem *Annæ* Reginæ, consortis suæ, acceptavit ibi plenariam fundationem ipsam, dans, per Cartam suam, Priori & Monachis *Cartusiensibus* ibidem futuris ipsas quatuordecim acras pro situ & inhabitatione ipsorum imperpetuum.

* Vide Clauſ 5 *R.* 2. m. 4. & Pat 5 *R.* 2. pert. 2 mem 22.

De præcipuis benefactoribus domus sanctæ Annæ.

PRædictus verò dominus *de la* **Sowche**, in die sancti *Georgii* sequentis, diem suum clausit extremum, & in extremis jacens dispposuit pro sustentatione Prioris & Conventus dictæ domus sanctæ *Annæ* centum marcas annuas de possessionibus suis persolvendas, donec per hæredes suos, in ecclesiis eisdem appropriandis sufficienter dotarentur. Sed per confessorem suum, & alios de consilio, ipsum propositum suum in hac parte dissipatum fuit; sed tantum sexaginta libras ex legato dicti domini, executores ejusdem domini sanctæ *Annæ* contulerunt. Et sic iste dominus *de la Sowche* fuit primus benefactor dictæ domus sanctæ *Annæ*, prout patet aliqualiter ex prædictis.

Post hunc *Ricardus Luff* dudum major civitatis *Coventriæ*, & *Johannes Botener* socius ejusdem, similiter civis civitatis prædictæ, speciali devotione ad dictam domum affecti primo plura expenderunt in factura stagnorum & deinde in ædificatione chori, & ecclesiæ, & claustri, aliarumque domorum & pro ejusdem domus promotione, viis & modis quibus potuerunt, penès alios continuè institerunt, unde & tres cellas proximiores domui capitulari, à parte claustri orientali, sumptibus suis ædificaverunt.

Summa verè expensarum in prædictis, per eosdem, estimatur ad quadringentas marcas se extendere.

De benefactoribus, & ædificationibus cellarum.

DEinde quidam *Johannes Holmeton* de **Sleford**, affectus specialiter ad ipsius domus incrementum, contribuebat cum præfatis *Ricardo* & *Johanne* in ædificatione chori & expendidit ibidem Ciij^{xx}. libras Et ipsius promotione facta fuit cella angularis in parte occidentali claustri de bonis *Willielmi Tilney*, cujus ipse executor fuit, scilicet xx.li. expensis

Cella quarta ab ecclesia in parte orientali ædificata fuit per dominam *Margeriam Byri* de **Newerke**, quæ dedit xx.lib. ad ejus ædificationem, & librum cum *Ysaia* & *Jeremia* glosatum.

Cellam quintam, scilicet ultimam in illa parte orientali construebat domina *Margeria Tylney* de **Rotton**, dans xx.li. ad ejus constructionem, & decem libras dedit ad fenestram in capite chori.

Cella sexta videlicet prima in parte claustri australi, ædificata fuit per dominum *Johannem Bokyngton* episcopum *Lincolniæ*, cum xx.lib. datis per eum.

Cellam septimam, videlicet proximam sequentem construebat dominus *Thomas* de *Bellocampo* comes *Warwici*, cum xx.li. datis per eum.

Et memorandum quod septem cellæ suprascriptæ ædificatæ fuerunt ante fundamentum ecclesiæ factum per Regem *Ricardum*, ut patet infra.

De primo lapide posito à Rege fundatore.

ANno Domini MCCCIxxxv. dominus *Ricardus* Rex *Angliæ* prædictus, principalis fundator domus sanctæ *Annæ*, rediens de *Scotia* circa festum Nativitatis beatæ virginis, & veniens *Coventream*, die Sabati infra octavas nativitatis ejusdem, equitando ab alta via usque ad domum ipsam sanctæ *Annæ*, viam regiam ipsam tunc fecit, necnon & propriis manibus posuit primum lapidem in fundamento ecclesiæ, videlicet in capite ejusdem chori orientali, protestando publicè coram dominis & magnatibus tunc præsentibus necnon in præsentia majoris & civium civitatis *Coventriæ*, se esse fundatorem domus prædictæ, & velle ipsam domum ad effectum finaliter producere.

Cella octava, scilicet tertia in parte australi, facta fuit cum xx.lib. legatis per *Adam Botener* civem *Coventriæ*.

Cella nona, scilicet proxima sequens, facta fuit cum xx.lib. de bonis domini *Nigelli Loryng* militis, per dominum *Robertum Braybroke* episcopum *Londini* dictæ domui adquisitis.

Cella decima, videlicet angularis prima in parte occidentali, facta fuit de bonis *Willielmi Tylney* ut suprascribitur.

Cellam undecimam, videlicet proximã sequentem in parte occidentali fecit dominus *Johannes Morton* canonicus de **Lichfeld** cum xx.li. de bonis suis, & dedit unum librum continentem partem bibliæ in testamento antiquo & novo.....

.....

Licentia regia de ejusdem domus fundatione.

REX (&c.) *Sciatis quod de gratia nostra speciali, & ea consideratione quod monachi ordinis* Cartusiensis *per nos de novo fundati juxta civitatem nostram de* **Coventre** *sine possessionibus temporalibus ultra unam placiam terræ super quam ipsi inhabitantur, fundati existunt, concessimus* (&c.) *prafatis monachis, quod ipsi advocationes ecclesiarum appropriandarum per prædictos monachos usque ad valorem centum librarum per annum, ultra portiones quæ pro vicariis ibidem pro eorum dotatione erunt assignatæ* (&c.) *adquirere possint. Habend.* (&c.) *imperpetuum. T. Rege, Apud* Westm. *xviij. Nov.* Pat. 6 R. 2. part. 1. m. 1

Concessio

Concessio ecclesiæ de **Walton** *super* **Trent.**

Pat. 8 R. 2. part. 1. m. 8. REX (&c.) Sciatis quod ob reverentiam Dei, et in auxilium sustentationis dilectorum nobis in Christo Prioris & conventus S. *Annæ* juxta **Coventre** ordinis *Cartusiensis* (&c.) concessimus eisdem Priori & conventui advocationem ecclesiæ de **Walton** super *Trentam* quæ ad nos pertinet. Habendam (&c.) imperpetuum (&c.) T. rege, Apud *Westm.* xxiiij. Nov.

Donatio ecclesiæ de **Ecclesfelld.**

Pat. 9 R. 2. part. 2. m. 30. REX (&c.) *assignavimus Priori & conventui* Cartusien. *per nos de novo fundatis juxta civitatem nostram de* **Coventre,** *advocationem ecclesiæ de* **Ecclesfeld** *in com.* Eboraci, *quæ quidem advocatio nuper ad abbatem & conventum S.* Wandregeselii *in* Normannia *pertinuit, & jam in manu nostra, virtute cujusdam recuperationis inde in curia domini* Edwardi *nuper regis* Angliæ *avi nostri per ipsum, de advocatione prædicta habita, exitit. Habendam* (&c.) *eisdem Priori & conventui, & eorum successoribus imperpetuum; & concessimus* (&c.) *eisdem Priori* (&c.) *quod ipsi ecclesiam illam appropriare* (&c.) *possint* (&c.) *T. rege, Apud* Westm. *ix. Nov.*

Donatio manerii de **Edlweston.**

Pat. 14 R. 2. part. 1. m. 15. REX (&c.) licentiam dedimus (&c.) abbati & conventui S. *Georgii* de *Ranquiervilla* in *Normannia* ordinis S. *Benedicti, Rothomagensis* dioc. alienig. quod ipsi manerium, domum sive Prioratum de **Edlweston** cum pertinentiis in com. *Rotelandiæ*, quod quidem maneriū, domus, sive Prioratus sunt de possessionibus ipsorum abbatis et conventus in regno nostro *Angliæ*, et tenentur de nobis in capite (&c.) dare possint (&c.) Priori et conventui domus ordinis *Cartusiensis* juxta civitatem nostram de **Coventre** Habenda (&c.) eisdem Priori et conventui, et successoribus suis (&c.) imperpetuum. T. rege, Apud *Westm.* xxx. Sept.

De Prioratu de **Lymberg** huic domui concesso.

Pat. 16 R. 2. part. 3. m. 26. REX (&c.) *Sciatis quod cum* (&c.) *concesserimus* (&c.) *Priori & conventui domus* Cartusien. *S.* Annæ *juxta* **Coventre** *quæ de fundatione nostra exitit, advocationem ecclesiæ de* **Walton** *super* Trentam, *Habendam* (&c.) *imperpetuum. Ac postmodum concesserimus* Johanni Delves *armigero manerium de* **Walton** *cum advocatione ecclesiæ ibidem. Nos* (&c.) *in recompensationem advocationis dictæ ecclesiæ* (&c.) *concessimus eisdem Priori & conventui* (&c.) *licentiam adquirendi de abbate & conventu de* Aveneye *in* Normannia, *Prioratum de* **Lymberg** *alienig. cum capellis de* **Curtelyngton,** *&* **Asheby-Pars,** *una cum advocationibus & patronatibus vicariarum* (&c.) *Habenda* (&c.) *imperpetuum. Reddendo inde nobis & heredibus nostris xxv. marcas singulis annis* (&c.) *quamdiu guerra inter nos & Francigenas mota duraverint* (&c.) *T. Rege, Apud* Welt. *xv. Oct.*

De maneriis de **Swaveseye** *&* **Dye-Dzalton** *similiter concessis.*

Pat. 1 E. 2. part. 1. m. 1. REX (&c.) licentiam dedimus (&c.) abbati monasterii Sanctorum *Sergii & Bachi* ordinis sancti *Benedicti*, & conventui ejusdem loci de potestate *Francie*, quod ipsi dare possint (&c.) Priori & conventui domus sanctæ *Annæ* ordinis *Cartusiensis* juxta **Coventre,** per nos nuper fundatæ, & domui suæ prædictæ, maneria de **Swaveseye** & **Dye-Dzapton** cum pertinentiis (&c.) Ac etiam advocationem (&c.) ecclesiæ de **Swaveseye** (&c.) Habend. in proprios usus imperpetuum (&c.) in liberam puram & perpetuam elemosinam (&c.) Salvis tamen lxv. marcis sterlingorum quas prædicti Prior & conventus onerentur (&c.) solvere annuatim post finem sex annorum prox. futurorum custodi & scolaribus aulæ nostræ in universitate **Cantebzigg** imperpetuum (&c.) T. Rege, apud *Westmonasterium* xix. Nov.

De Prioratibus de **Wolfrichston** & **Hagham** concessis.

Pat. 20 R. 2. part. 2. m. 32. REX (&c.) *licentiam dedimus* (&c.) Johanni *abbati monasterii beatæ* Mariæ *de S.* Petro *super* Dynam *ordinis sancti* Benedicti Sagiensis *diocesis & ejusdem loci conventui, quod ipsi domum manerium sive Prioratum de* **Wolfrichesston** *alias dictum Prioratum de* **Wolfreston,** *cum pertinentiis in comitatu* Warwici, *Nernon abbati & conventui beatæ* Mariæ *de S.* Severo *ordinis sancti* Benedicti Constantiensis *diocesis, quod ipsi domum manerium sive Prioratum de* **Hagham** *in comitatu* Lincoln. *cum pertinentiis; qui quidem domus, manerium sive Prioratus de* **Wolfrichesston** (&c.) *xx. libr. dictus domus* (&c.) *de* **Hagham** *duodecim marc. valens per annum, ultra reprisas, sicut* (&c.) *est compertum, dare possint* (&c.) *Priori & conventui domus ordinis* Cartusiensis *juxta civitatem nostram de* **Coventre** *fundata. Habend.* (&c.) *eisdem Priori & conventui & successoribus suis* (&c.) *imperpetuum* (&c.) *T. Rege, apud* Westm. *v. Julii.*

De xij. pauperibus clericis inveniendis.

Pat. 22 E. 2. part. 3. m. 4. REX (&c.) Sciatis quod cum nos (&c.) licentiam dederimus abbati & conventui Sanctorum *Sergii & Bachi* ordinis sancti *Benedicti* de potestate *Francie*, quod ipsi dare possint (&c.) Priori & conventui domus sanctæ *Annæ* ord. *Cartusiensis* juxta **Coventre** (&c.) maneria de **Swaveseye** & **Dye-Dzapton** cum pertinentiis (&c.) Habenda (&c.) in liberam elemosinam imperpetuum, salvis inde lxv. marcis tantum, quas ipsi post finem sex annorum prox mo sequentium post datam literarum nostrarum prædictarum, custodi & scolaribus aulæ nostræ de universitate nostra **Cantebzigg** annuatim solvere tenentur imperpetuum (&c.) Nos (&c.) sub ea conditione quod prædicti Prior & conventus inveniant & sustineant imperpetuum, infra bundas

domus prædictæ, duodecim pauperes clericos de ætate ſeptem annorum uſque ad ætatem xvij. annorum, ad exorandum pro ſalubri ſtatu noſtro & cariſſimæ conſortis noſtræ reginæ quamdiu vixerimus, & pro animabus noſtris cum ab hac luce migraverimus, ac etiam pro anima *Annæ* nuper reginæ *Angliæ* defunctæ, necnon pro anima cariſſimi domini & patris ac cariſſimæ dominæ & matris noſtrorum, ac omnium fidelium defunctorum imperpetuum, dedimus conceſſimus & relaxavimus præfatis Priori & conventui, & ſucceſſoribus ſuis, dictam firmam ſexaginta & quinque marcarum (*&c.*) T. rege, Apud **Hereford** xxj. Maii.

De Prioratibus Alienigenis de **Lodres, Wotton, Long-Benington, Feld-Allyng & Hagh** conceſſis.

Ibid. m 4. REX (&c.) *Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali* (&c.) *& in augmentationem divini ſervitii in domo S.* Annæ *ord.* Cartuſienſis *juxta* **Coventre** *de cætero melius & decencius faciendi, eandem domum de uno conventu monachorum capellanorum ultra monachos qui ad præſens ſunt ibidem, ordinavimus & volumus augmentari, conceſſimus* Roberto *Priori domus prædicta, & conventui ejuſdem domus, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, Prioratum de* **Lodres** *in comitatu* Dorſetiæ *alienigenam, cum omnibus ſuis pertinentiis, qui quidem Prioratus abbatiæ de* Monteburgh *in* Normannia *pertinet, & reddit nobis annuatim quater vigimi libras, Prioratum de* **Wotton** *alienigenam cum omnibus pertinentiis ſuis, qui quidem Prioratus de* **Wotton** *abbatiæ de* Counches *in* Normannia *pertinet, & reddit nobis annuatim quinquaginta & tres libras, ſex ſolidos & octo denarios, & Monkenlan in com.* **Hereford** *prædicto Prioratui de* **Wotton** *pertinentem, Prioratum de* **Long-Benyngton** *in com.* Linc. *alienigenam, & Feldallyng in com.* Norff. *eidem Prioratui de* **Long-Benyngton** *pertinentem, qui abbatiæ de* Saviniaco *in* Normannia *pertinet & reddunt nobis annuatim quinquaginta libras; & Prioratum de* **Hagh** *in dicto com.* Linc. *alienig. qui abbatiæ de* Chirburgh *in* Normannia *pertinet & reddit nobis annuatim xx. libr. cum omnimodis dominiis maneriis* (&c.) *advocationibus & patronatibus eccleſiarum, vicariarum, capellarum* (&c.) *dictis Prioratibus de* **Lodres** (&c.) *pertinentibus. Qui quidem Prioratus de* **Lodres** (&c.) *alienigenæ occaſione guerræ inter nos & illos de* Francia *mota, ad manus noſtras devenerunt. Habendum* (&c.) *præfato* Roberto *Priori prædictæ domus S.* Annæ (&c.) *à feſto paſchæ proximò præterito durante guerra ſupradicta* (&c.) *& inſuper* (&c.) *licentiam dedimus* (&c.) *dictis abbati & conventui prædictæ abbatiæ de* Monteburgh *in* Normannia, *& conventui prædictæ abbatiæ de* Counches (*&c.*) *conventui dictæ abbatiæ de* Saviniaco (&c.) *conventui de* Chirburgh (&c.) *quod ipſi pro ſe & ſucceſſoribus ſuis* (&c.) *aſſignare poſſint prædicto* Roberto *Priori prædictæ domus ſanctæ* Annæ (&c.) *prædictas Prioratus de* **Lodre, Wotton, Long-Benyngton & Hagh** *alienig. cum omnimodis dominiis* (&c.) *dictis Prioratibus* (&c.) *ſpectantibus* (&c.) *infra regnum noſtrum* Angliæ & Walliæ (&c.) *Habendum* (&c.) *prædicto* Roberto *Priori prædictæ domus S.* Annæ, *ordinis* Cartuſienſis, *& commonachis ſuis, & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum, in puram & perpetuam elemoſinam* (&c.) *T. ut ſupra.*

Pro eccleſiis de **Potterſpiry, & Eggemond** *appropriandis.*

REX (*&c.*) Sciatis quod cum ex parte dilectorum (*&c.*) Prioris & conventus domus S. *Annæ*, ord. *Cartuſienſis*, juxta **Coventre**, quæ de fundatione progenitorum noſtrorum regum *Angliæ* exiſtit, nobis ſit intimatum quod domus prædicta (*&c.*) penſionibus annuis onerata ſit (*&c.*) quod iidem Prior (*&c.*) ad ſolutionem dictorum pencionum (*&c.*) ex propriis non ſufficiant. Nos (*&c.*) ut iidem Prior & conventus, pro bono ſtatu noſtro, ac conſortis noſtræ liberorumque noſtrorum, ac cariſſimæ matris noſtræ Deum altiſſimum deprecentur indies & exorent; ac miſſam de *Spiritu ſancto* ſemel in ebdomada pro nobis durante vita noſtra faciant celebrari, & quendam ſolempnem annualem obitum pro anima noſtra cum ab hac luce migraverimus (*&c.*) cuſtodiant & obſervent (*&c.*) conceſſimus (*&c.*) eiſdem Priori & conventui, quod ipſi & ſucceſſores ſui eccleſiam parochialem de **Potterſ-Perry** in com. *Northamptoniæ* (*&c.*) quæ quidem eccleſia de patronatu eorundem Prioris & conventus exiſtit, necnon eccleſiam parochialem de **Eggemond** in com. *Salopiæ* (*&c.*) quæ de patronatu abbatis & conventus monaſterii beati *Petri Salopiæ* exiſtit, appropriare (*&c.*) ſibi & ſucceſſoribus ſuis imperpetuum. T. rege, Apud *Weſtm.* v. Dec. Pat. 10 H. 7. part. unica m. 3.

KINGSTONENSE
Cœnobium ſuper Hull *in agro* Eboracenſi.

Carta Fundationis.

UNiverſis Chriſti fidelibus præſentes has literas viſuris vel audituris, *Michael de la Pole* miles, Dominus de **Wingfeild**, ſalutem in Domino ſempiternam. Dum in noſtra jugiter mente revolvimus qualiter præcharitſſimus pater noſter & dominus, D. *Willielmus de la Pole* miles, jam defunctus, nuper dum vixit, divinitus inſtigatus, quoddam Hoſpitale pauperum, primò, & poſtmodum mutato, pro majore devotione propoſito ſuo hujuſmodi, quandam domum religioſam Monialium, ſeu ſororum Minoriſſarum regularium, ordinis ſanctæ *Clare*, & pauperum, ad dilationem, & decorem eccleſiæ Anglicanæ, & ut hæredem ſibi Chriſtum conſtitueret, apud **Kingſton** ſuper **Hull** fundare & ſtabilire propoſuit; Et cum idem pater noſter finem mundanis imponens, donationem ſuam prædictam non impleverit, Clauſ. 2. R. 2. m. 18. In dorſo.

rit, & prout idem pater noster, ante obitum suum ore tenus nobis injunxerit, ut secundùm voluntatem, & discretionem nostram, de dicta domo, pro majori devotione nostra disponeremus. Cupimus corditèr & solicitè desiderium, & devotionem dicti patris nostri effectualiter adimplere, & pro securiori regimine & meliori tuitione dictæ domus salubritèr providere; Idcircò noveritis quod, ad honorem Dei & gloriosissimæ virginis *Mariæ* matris ejus, ac beati *Michaelis* archangeli, & omnium archangelorum angelorumque omniumque sanctorum Spirituum, ac beati *Thomæ* martyris dudum archiepiscopi *Cantuariensis*, & aliorum sanctorum Dei, & ob spiritualem affectionem, quam ad devotissimam religionem ordinis *Cartusiensis* gerimus & habemus, de licentia & autoritate metuendissimi domini nostri Domini *Edwardi* nuper Regis *Angliæ*, tertii post Conquestum, jam defuncti, & aliorum quorum assensus in isto casu requirendus existit, fundamus & facimus in quodam messuagio nostro, extra muros dictæ villæ de **Kingston** super **Hull**, quandam domum religiosam perpetuis temporibus duraturam, loco verò dictarum monialium, vel sororum quæ inibi nondum sunt constitutæ, tredecim Monachos de prædicto ordine *Cartusiensi*, quorum unus vocetur, & sit Prior, & juxta ordinis illius regulam, regimen habeat in alios, per quos tutiùs vigilantius et devotiùs quàm per mulieres in dicta domo verisimiter credimus deserviri, quàm ex nunc domum sancti *Michaelis* ordinis *Cartusiensis*, volumus nominari, ponimus, constituimus & ordinamus per presentes, Ac per assensum Prioris *Cartusiensis* majoris in *Sabaudia*, quæ est principalis domus ordinis prædicti, ubi etiam dictus Ordo cepit originem, facimus dompnum *Walterum* de **Bele** Priorem monachorum domus nostræ predictæ; Donamus etiam & concedimus de licentia & autoritate nobilissimi principis, & domini nostri, Domini *Richardi* nunc Regis *Angliæ* illustris, ac aliorum quorum interest, & per has literas nostras confirmamus præfatis Priori & Monachis, dictum messuagium cum pertinentiis, continens septem acras terræ, quod nuper fuit parcella manerii de **Ayton**, & vocabatur olim *la Maison Dieu*, & quod ex nunc domus sancti *Michaelis* ordinis *Cartusiensis* de **Kingston** super **Hull**, ut primitùs, volumus vocitari, una cum quadam capella in eodem messuagio constructa, & omnibus aliis ædificiis ibidem ædificatis, & aliis pertinentiis suis quibuscunque, prout jacentur, inter quandam foveam dominæ *Katerinæ de la Pole*, matris nostræ carissimæ, versus occidentem, & quoddam Hospitale nostrum, nunc vocatum *la Maison dieu* versus orientem, & inter quoddam fossatum dictæ matris nostræ versus austrum, & terram quondam *Rogeri Swerde* versus boream, Ac etiam advocationem ecclesiæ de **Foston**, habendam & tenendum sibi & successoribus suis, videlicet dictum messuagium, cum capella, ædificiis, & pertinentiis suis predictis, pro eorum inhabitatione; una cum libero & competenti introitu & exitu ad idem messuagium, & advocationem predictam, ut dotem, sive dotalitium eorundem Prioris & Monachorum, & successorum suorum predictorum, de capitalibus dominis feodorum illorum per servitia inde debita, & consueta imperpetuum. Concessimus insuper, mediantibus licentia & autoritate prædictis, quod manerium de **Sculcotes**, cum pertinentiis, & decem messuagia, duæ carucatæ terræ, centum acræ pasturæ, & decem marcatæ redditus cum pertinentiis in **Bishopesburton**, & **Sutton** in **Holdernes**, quæ *Thomas Ranyard* clericus tenet ad terminũ vitæ suæ, ex dimissione *Johannis* de **Nevill** chivaler, & quæ post mortem ejusdem *Thomæ*, nobis & hæredibus nostris remanere deberent, post mortem ipsius *Thomæ* remaneant præfatis Priori & Monachis, simul cum prædictis messuagiis & advocatione sibi superiùs per nos datis & assignatis, ac prædicta ecclesia per ipsos in futurum approprianda imperpetuum.

Ita quod idem Prior & monachi virtute licentiæ, et auctoritatis prædictarum, dictum messuagium cũm pertinentiis, et cum introitu, et exitu, prout prius dictum est, ac advocationem prædictam sibi sit data, et assignata à nobis recipere, et ecclesiam prædictam apropriare, et eam sic appropriatam in proprios usus tenere, ac prædicta manerium, messuagia, terram, pasturam, et redditum cum pertinentiis sibi ut primitùs remansura post mortem præfati *Thomæ* ingredi possint et tenere sibi et successoribus suis prædictis de capitalibus dominis feodorum per servitia inde debita, et consueta imperpetuum. Volumus itaque et ordinamus quod præfati Prior, et monachi, et eorum successores habeant specialiter in missis, orationibus, et aliis divinis servitiis recommendatum, statum nobilissimi domini nostri regis *Richardi* prædicti, et nostrum, ac nobilissimæ domine nostræ et matris meæ domine *Katerinæ*, et *Katerinæ* consortis nostræ carissimæ, domini *Edmundi* fratris nostri, ac *Michaelis* filii et hæredis nostri, et aliorum liberorum, et hæredum nostrorum; nec non venerabilis patris *Alexandri* archiepiscopi *Eboraci*, ac domini *Johannis* de **Nevell** domini de **Raby**, ac domini *Richardi le* **Scrop** dum vixerimus, et cum ab hac luce migraverimus, orent, celebrent, et celebrare facient, pro animabus nostris, ac specialiter, et continuè pro anima dicti domini nostri regis *Edwardi* defuncti, et pro anima præcarissimi patris nostri antedicti, et pro animabus *Walteri*, et *Thomæ* fratrum nostrorum militum, ac *Blanchiæ* sororis nostræ nuper uxoris dicti domini *Richardi le* **Scrop**, et animabus domini *Radulphi* de **Nevill** patris et *Aleſiæ* matris prædicti *Johannis*, et *Matildæ* quondam uxoris ejusdem *Johannis*, ac omnium benefactorum nostrorum, et ipsius patris nostri, et pro quibus orare tenemur, et omnium fidelium defunctorum. Et nos predictus *Michael*, et hæredes nostri dictum messuagium, capellam, et ædificia, cum omnibus pertinentiis suis apud dictam villam de **Kingston**, ac advocationem prædictam, necnon prædicta manerium, messuagia, terram, pasturam, et redditum cum pertinentiis sibi ut primitùs remansura, cum acciderint, prædictis Priori, et monachis, et eorum successoribus contra omnes gentes warantizabimus, et defendemus imperpetuum. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum nostrum apposuimus. His testibus, prædicto domino *Richardo le* **Scrop**

tunc

tunc cancellario *Angliæ*, ac dominis *Thoma* de **Sutton**, *Gerardo* de **Uffleet**, *Waltero Fauconberge*, et *Roberto* de **Hilton** militibus, *Richardo* de **Feribie** tunc majore dictæ villæ de **Kingeston** super **Hull**, *Roberto* de **Selby**, et *Waltero* de **Frost** de eadem villa et aliis. Dat. apud **Kingeston** super **Hull** decimo octavo die Februarii anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo octavo et regni prædicti domini nostri regis *Richardi* secundo.

MOUNT-GRACEENSE
Cœnobium in agro Eboracensi.

Carta fundationis.

Ex autographo penes *Will. Ingleby de Ripley* equit. aurat.

Vide Pat. 21 R. 2. part. 2. m. 14.

UNiversis sanctæ matris ecclesiæ præsentes litteras visuris vel audituris *Thomas* de **Holand** dux *Surreiæ* comes *Kanciæ* ac dominus de **Wake** salutem in domino sempiternam. Cum pium & meritorium sit pro parentibus, cunctisque Dei fidelibus opera caritatis administrare; & jam, a primæva ætate, in mente habuimus, & desideravimus, Deo inspirante, cultum divinum augmentare: Et quia credimus, & veraciter scimus quod omnes status, & ordines sanctæ ecclesiæ boni sint & devoti; tamen inspirante Deo, specialem devotionem, & potissimam affectionem gerimus ad sanctissimum ordinem *Carthusiensem* cujus observantias sanctas & singulares, atque personas in eodem ordine degentes, non solum diligimus, sed valdè miramur: Quorum numerum, gratia divina cooperante, augere cordialiter peroptamus. Idcirco sciatis quod, ob reverentiam & honorem Dei & suæ sanctissimæ matris & virginis *Mariæ* & sancti *Nicholai*; & ob affectionem quam habemus ad festa assumptionis ejusdem gloriosæ virginis & beati *Nicholai*; & ob affectionem quam gerimus ad sanctam religionem supradictam, nos prædictus *Thomas* dux, de licentia Regia per præsentem chartam nostram fundamus, & facimus unam domum monachorum ejusdem ordinis *Carthusiensis* infra manerium nostrum de **Bozdelby** propè **Cleaveland** in comitatu *Eboracensi*, quam vocamus & vocare volumus, in futurum, domum *Montis-Gratiæ* de **Ingelby**, in honorem & perpetuam memoriam benedictorum festorum præscriptorum. Volumus etiam quod unus monachorum dictorum vocetur Prior, & per assensum Prioris *Carthusiensis* majoris ordinis prædicti facimus dominum *Robertum Tredewy* Priorem nominatum domus nostræ prædictæ, & donamus & concedimus & per hanc præsentem cartam nostram confirmamus in puram & perpetuam elemosinam dicto Priori nominato & suis monachis præfatum manerium nostrum de **Bozdelby** cum suis pertinentiis pro eorum inhabitatione communi ibidem facienda, Habendum & tenendum totum prædictum manerium cum suis pertinentiis præfato Priori & monachis & eorum successoribus de capitalibus dominis feodi illius, per servitia inde debita & de jure consueta imperpetuum. Volumus insuper & ordinamus quod prædictus Prior & monachi & eorum successores habeant specialiter in missis orationibus & aliis divinis serviciis recomendatum statum illustrissimi regis nostri domini *Ricardi* secundi, & *Isabellæ* illustrissimæ Reginæ & consortis ejusdem Regis & statum nostrum et *Johannæ* consortis nostræ carissimæ et hæredum nostrorum et *Johannis* de **Holland** Ducis de *Exceestria* et *Johannis* de **Ingelby** et *Ellenæ* uxoris suæ quamdiu sumus in hac vita et orent et celebrent pro animabus nostris cum ab hac luce subtracti fuerimus, & pro animabus progenitorum et hæredum nostrorum et pro animabus *Annæ* nuper illustrissimæ Reginæ et consortis illustrissimi Regis prædicti; *Edmundi* quondam comitis *Kantiæ*, & *Margaretæ* uxoris ejus, *Johannæ* nuper Principissæ *Walliæ* aviæ nostræ, *Thomæ* de **Holland** nuper comitis *Kantiæ*, ac *Thomæ* de **Holland** nuper comitis *Kantiæ* patris nostri, necnon *Aliciæ* matris nostræ, et pro animabus antecessorum et hæredum nostrorum, et pro animabus *Thomæ* de **Ingelby**, & *Katherinæ* uxoris suæ, *Willielmi* & *Margaretæ* de **Aldeburgh**, & *Willielmi*, *Alianoræ*, *Agnetis*, *Margaretæ Antharpe*, *Ricardi*, *Aliciæ*, *Walteri*, *Gilberti*, *Thomæ*, *Margaretæ*, *Aliciæ*, *Ricardi*, *Margaretæ*, *Johannis*, *Walteri Walkstead*, *Walteri*, *Johannæ*, & *Johannæ Wrigge*, *Johannis*, *Johannæ*, & *Ricardi Wakeburst*, necnon pro animabus omnium pro quibus orare tenemur et cunctorum fidelium defunctorum. Et nos prædictus *Thomas* Dux et hæredes nostri totum prædictum manerium cum suis pertinentiis predicto *Roberto* Priori nominato et monachis suis et eorum successoribus contra omnes gentes warrantizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum.

De Prioratibus alienigenis de **Hinkley**, **Marham**, & **Careswoke** huic domui concessis.

Pat. 2 R. 2. part. 3. m. 11.

R *Ex omnibus ad quos &c. salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali, & ad supplicationē carissimi nepotis nostri* Thomæ *Ducis* Surriæ, *concessimus dilecto nobis* Edmundo *Priori domus de* **Mountgrace** *ordinis* Cartusien. *per præfatum Ducem de novo fundatæ & commonachis eiusdem loci & successoribus suis Prioratum de* **Hinkele** *in comitatu* Leyc. *alienigenam, Prioratum de* **Marham** *in com.* **Dozel** *alienigenam, & Prioratum de* **Careswoke** *in comitatu* Sutht. *alienigenam, Ac omnia alia terras tenementa & possessiones ad abbatiam beatæ* Mariæ *de* Lira *in* Normannia *alienigenam pertinentia cum omnibus maneriis cum suis pertinentiis, ac cum aliis terris tenementis redditibus possessionibus, advocationibus ecclesiarum, vicariarum & cantariarum, portiones, pensiones, parvas perciones aliarum ecclesiarum, elemosinas, & ecclesias appropriatas cum quibusdam* (illegible) *possessionibus* (&c.) *ad prædictos Prioratum de* **Hinkele** (&c.) *pertinentia* (&c.) *Qui quidem Prioratus de* **Hinkele** (&c.) *ad manus nostras occasione guerræ inter nos & illos de* Francia *motæ, devenerunt* (&c.) *Habendum* (&c.) *præfato* Edmundo *Priori* (&c.) *& successoribus suis à festo sancti* Michaelis *ultimo præterito quamdiu prædicta*

dicta guerra duraverit (&c.) *T. Rege, apud* **Haverfordd** *in* Wallia, *xx. Maii.*

Ratificatio fundationis per Regem H. 6.

Cart. 19 *H* 6. m. 22

REX omnibus &c. salutem. Sciatis quod cum dilecti nobis in Christo, Prior & conventus monasterii domus *assumptionis beatæ Mariæ* de **Mountgrace**, ordinis *Carthusiensis* in comitatu *Eboracensi*, per quandam petitionem suam nobis in ultimo Parliamento nostro exhibitam, nobis monstraverunt, qualiter monasterium suum prædictum tempore domini *Ricardi* nuper regis *Angliæ* secundi post conquestum, anno regni sui vicesimo, per licentiam suam, in villa de **Bozdelby**, per venerabilem dominum *Thomam* ducem *Surregiæ* fundatum extitit; idemque dux, tempore fundationis illius, eandem villam quæ facit manerium de **Bozdelby**, & quæ valoris annui decem marcarum, vel circiter, existit, prædecessoribus prædictorum Prioris & conventus & successoribus suis donavit imperpetuum, Ac non diu post quod ipse monasterium prædictum inceperat edificare, obiit; qua de causa monasterium illud in magna sua parte edificandum existit, ad ipsorum Prioris, & conventus, & servientium suorum non modicum nocumentum, & dampnum; idemque Prior & conventus ulterius procedere in edificatione monasterii sui prædicti pro malignitate, & indispositione temporis, presertim ipsorum qui singere titulos, & querelas, & gentes simplices absque jure, seu causa turbare non curant, nisi non existunt; unde nobis humiliter supplicarunt ut, præmissis consideratis, ad ipsum Priorem, & conventum & successores suos, ab omnibus perplexitatibus & dubiis ponendis vellemus, ex certis considerationibus eadem petitione specificatis, per assensum dominorum spiritualium & temporalium ac communitatis regni nostri *Angliæ* in dicto Parliamento existentium, donationem & concessionem prædictas per dictum fundatorem factas (*&c.*) ratificare, approbare (*&c.*)

EPPEWORTHENSE
Cœnobium infra insulam de Axiholme *in agro* Lincolnienſi.

Licentia regia de fundatione, & dotatione ejusdem.

Ex ipso autographo in curia Augmentac.

Vide Pat. 20 *R.* 2. part. 2. m. 14.

Ricardus Dei gratia Rex *Angliæ*, & *Franciæ*, & dominus *Hiberniæ*, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis quod de gratia nostra speciali concessimus & licentiam dedimus, pro nobis, & hæredibus nostris quantum in nobis est, dilecto, & fideli consanguineo nostro, *Thomæ* comiti **Notingham**, & mareschallo *Angliæ*, quod ipse, in solo suo proprio, apud **Eppeworthe**, infra insulam de **Axholme**, in comitatu *Lincolniæ*, vel alibi infra eandem insulam in eodem comitatu, quandam domum conventualem de monachis ordinis *Cartusiensis*; videlicet, de quodam Priore & certis monachis, *Visitationem matris Dei* nuncupandam, ad honorem Dei, & gloriosæ matris ejus *Mariæ*, sancti *Johannis* evangelistæ, & sancti *Edwardi* regis, & confessoris, ordinare, facere, & fundare, & centum acras terræ, cum pertinentiis in **Eppeworth**, vel alibi infra dictam insulam, quæ de nobis tenentur in capite, ut dicitur, de solo suo proprio dare, concedere, & assignare possit, pro se, & hæredibus suis, Priori & monachis dictæ domus, cum fundata fuerit. Habend. & tenend. eidem Priori, & dictis monachis, confratribus suis, & eorum successoribus pro inhabitatione sua ibidem facienda, ad missas celebrandas, ac orationes, & alia divina servitia ibidem facienda, pro salubri statu nostro, ac prædicti comitis, dum vixerimus, & pro animabus nostris, cum ab hac luce subtracti fuerimus, ac pro animabus progenitorum, ac hæredum nostrorum: necnon pro animabus antecessorum, & hæredum ipsius comitis, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, de præfato comite, & hæredibus suis, in liberam puram & perpetuam elemosinam, juxta ordinationem ipsius comitis, in hac parte faciendam, imperpetuum, una cum libero ingressu, & egressu ad domum suam prædictam, simul cum communia pasturæ omnibus animalibus, & averiis suis, in pasturis, moris, & mariscis infra dictam insulam; necnon communia turbariæ, & piscariæ in quibuscunque aquis, moris, & mariscis prædictis, & cum omnibus aliis commoditatibus, aisiamentis, & proficuis infra dictam insulam, & alibi, adeo plenè, liberè, & integre sicut aliqui libere tenentes ejusdem comitis dictæ insulæ, melius habent, & habere solent, vel deberent de consuetudine, vel de jure, Et eisdem Priori, & monachis quod ipsi dictas centum acras terræ cum pertinentiis in **Eppeworth**, vel alibi infra insulam prædictam, a præfato comite recipere possint, & tenere (*&c.*) licentiam dedimus specialem, statuto de terris, & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, seu eo, quod dictæ centum acræ terræ de nobis tenentur in capite, non obstante. Insuper de gratia nostra speciali, ad instantiam prædicti comitis, consanguinei nostri concessimus, & licentiam dedimus, pro nobis & hæredibus nostris, quantum in nobis est, abbati monasterii sancti *Nicholai* in *Andegavia*, ordinis sancti *Benedicti*, de potestate *Franciæ* & ejusdem loci conventui, quod ipsi dare possint, concedere, & assignare præfato Priori dictæ domus *Cartusiensis*, ac monachis, & confratribus suis, ejusdem domus, & successoribus suis imperpetuum, manerium, sive Prioratum de **Birkeby** *monachorum*, cum pertinentiis in com. *Warwicensi*, cum maneriis de **Newebaldr** super **Abene**, **Coppeston**, & **Walton** in eodem comitatu, & cum quibuscumque membris, & hamelettis, & aliis pertinentiis ad dictum manerium sive Prioratum de **Birkeby** *monachorum* qualitercumque spectantibus; & omnia alia maneria, dominia, &c. cum pertinentiis, quæ ad prædictum manerium, sive Prioratum de **Birkeby** qualitercumque spectant, sive dependent ab eisdem; & quæ

prædicti abbas, & conventus monasterii sancti *Nicholai* habent, & quæ ad ipsos qualitercumque pertinent. Ac etiam advocationes, & patronatus ecclesiarum de **Birkeby***monachorum*, **Newebald** super **Avene**, una cum advocationibus & patronatibus vicariarum earundem ecclesiarum; quas quidem ecclesias, prædicti abbas & conventus, in proprios usus habent, & tenent sibi, & dicto monasterio suo appropriatas: Necnon advocationes, & patronatus ecclesiarum de **Whythybzok**, **Wappenbury**, & **Sharnesord** cum pensionibus earundem, ac advocationes & patronatus ecclesiarum, vicariarum, capellarum, portionum, cantariarum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumqumque; necnon omnes, & singulas annuitates, & pensiones cum suis pertinentiis, quas ipsi habent, & ad ipsos pertinent quoquo modo. Quæ quidem manerium sive Prioratus de **Bzykeby***monachorum*, cum pertinentiis, cum maneriis de **Newebalde**, **Coppeston**, & **Walton**, & cum quibuscumque membris, & hamelettis, & aliis pertinenciis suis ad dictum manerium, sive Prioratum de **Bzykeby** spectantibus, ac alia maneria, dominia, molendina, terræ (*&c.*) in manibus nostris, occasione guerræ inter nos, & adversarium nostrum *Francia* motæ, seu occasione scismatis, existunt; & quæ exceptis feodis militum, & advocationibus ecclesiarum, & vicariarum, in manibus nostris retentis, per nomen custodiæ Prioratus de **Bzykeby** monachorum alienigenæ in comitatu *Warwici*, & omnium terrarum, & possessionum eidem Prioratui spectantium, in manu nostra occasione guerræ, inter nos, & illos de *Francia* motæ existentium, ad firmam pro quadraginta libris, nobis annuatim reddendis nuper dimittebantur.

Ac etiam quod dictæ ecclesiæ de **Bzykeby***monachorum*, & **Newebolde**, prædictis abbati & conventui monasterii sancti *Nicholai Andegavia*, & dicto monasterio suo appropriatæ, & quas quidem ecclesias ipsi in proprios usus, sic tenent, ut prædictum est, licitè transferri possint, in & ad prædictos Priorem, & monachos dictæ domus *Cartusiensis*, & successores suos, ac domum, & ecclesiam suam, ordinis *Cartusiensis*, supradictas, meliori modo quo fieri possit imperpetuum; seu aliàs quod unio, appropriatio, & incorporatio dictarum ecclesiarum de **Bzykeby***monachorum*, & **Newebolde** præfatis abbati & conventui sancti *Nicholai* sic factæ penitùs dissolvantur, & eidem ecclesiæ de novo, si necesse fuerit, approprientur, uniantur, & incorporentur, prædictis Priori, & conventui domus ordinis *Cartusiensis*, & successoribus suis, ac ecclesiæ, & domui suæ prædictæ, tenend. in proprios usus imperpetuum. Habendum & tenendum prædictum manerium sive Prioratum de **Bzykeby***monachorum* cum maneriis de **Newebald**, **Coppeston**, & **Walton**, & cum quibuscumque membris, hamelettis, & aliis pertinentiis ad dictum manerium, sive Prioratum de **Bzykeby** spectantibus, necnon omnia alia supradicta maneria, dominia, molendina, terras (*&c.*) ad dictos abbatem, & conventum sancti *Nicolai* spectantibus, præfatis Priori, & conventui dictæ domus, ordinis *Cartusiensis*, & successoribus suis, ac ecclesiæ & domui suæ prædictæ imperpetuum, de prædicto comite, & hæredibus suis, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, adeò plenè & integrè, sicut prædicti abbas, & conventus monasterii sancti *Nicolai*, seu prædecessores sui, ea unquam habuerunt, vel tenuerunt, vel habere debuerunt, ante hæc tempora, de consuetudine, vel de jure, absque aliquo nobis, vel hæredibus nostris tempore guerræ, vel pacis, occasione guerræ seu scismatis, aut aliis causis aliquibus, indè reddendo, vel solvendo, & adeò quieta, & exonerata, tam de dicta firma quadraginta librarum per annum, quam de omnibus aliis firmis, redditibus, debitis, arreragiis firmarum, & aliorum omnium, & rerum quarumcunque, erga nos, & hæredes nostros, sicut prædicti abbas & conventus monasterii sancti *Nicolai*, seu prædecessores sui ea unquam habuerunt, & tenuerunt, antequam Prioratus, maneria, dominia, terræ, tenementa (*&c.*) & patronatus supradicta, ad manus nostras, vel ad manus progenitorum nostrorum, occasione guerræ seu scismatis devenerunt, non obstante dicto statuto, de terris, & tenementis ad manum mortuam non ponendis, edito (*&c.*) Teste meipse apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Junii, anno regni nostri vicesimo.

Indulgentia Bonifacii *Papæ ix.*

Ex autographo in curia augmentac.

IN Dei nomine Amen. Per præsens publicum instrumentum cunctis constet manifestè, quod anno ab incarnatione Domini secundùm cursum & computationem ecclesiæ *Anglicanæ* millesimo tricentesimo nonogesimo octavo, indictione sexta, & pontificatus sanctissimi in Christo patris, ac Domini nostri domini *Bonifacii* divina providentia Papæ noni, anno nono, mense Julii die quartadecima, in villa de **Caynesburgh**, *Lincolniensis* dioecesis, in domo hospitii *Johannis Gauges*, in mei notarii publici præsentia, & testium subscriptorum constitutus personaliter venerabilis & religiosus vir dominus *Johannes* divina patientia Prior Priorarus *visitationis beatæ Mariæ*, ordinis *Cartusiensis* in Insula de **Ariholm**, *Lincolniensis* dioecesis, literas dicti sanctissimi in Christo patris ac domini domini *Bonifacii* divina providentia Papæ noni, ejus verò bulla plumbea cum cordula de filis cericis crocei & rubii coloris impendente, more curiæ Romanæ bullatas, sanas & integras veras & congruas, non viciatas non cancellatas, nec in aliqua sui parte corruptas, sed omni suspicione prorsùs & vicio carentes, una cum copia sive transcripto indulgentiæ sancto *Francisco* concessæ, mihi notario tanquam autenticæ personæ tradidit, & exhibuit, & instanciùs me rogavit & requisivit ut dictas literas & copiam diligenter palparem inspicerem & perlegerem, & ne hujusmodi literæ per inundationem aquarum vel locorum sive viarum discrimina aut alia pericula quæ casualiter accidere & contingere potuerint fortè perirent, rogavit me notarium memoratum, ut prædictas literas exemplarem easque earum tenores de verbo ad verbum fideliter transumerem, transcriberem, & in publicum redigerem instrumentum, vel in plura & publica redigerem instrumenta. Litterarum verò apostolicarum per omnia tenor talis est.

Bonifacius *episcopus servus servorum Dei universis*

versis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis, salutem & apostolicam benedictionem. Licet is de cujus munere venit ut sibi à suis fidelibus dignè & laudabiliter serviatur, de abundancia suæ pietatis qua merita supplicum excedit & vota bene servientibus sibi multo majora retribuat quam valeant promereri; nihilominus tamen desiderantes domino populum reddere acceptabilem & bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum sibi quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis scilicet & remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur ut capella beatæ Mariæ *Prioratus de* Wode *antiquitus dicta, in insula de* Axholme, Lincolnienſis *diœcesis, juxta quam dilectus filius nobilis vir* Thomas *comes* Notinghamiæ *quandam domum* Cartuſienſis *Ordinis, in honorem Dei sub vocabulo visitationis beatæ* Mariæ *virginis, & sanctorum* Johannis *evangelistæ, ac* Edwardi *regis & confessoris, omniumque sanctorum canonicè construi & edificari fecit, seu proponit, congruis honoribus frequentetur, ac etiam conservetur, & ut Christi fideles eo libencius, causa devotionis, confluant ad eandem & ad ipsius conservationem necnon domus hujusmodi fabricam & constructionem manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ uberius conspexerint se refectos, De omnipotentis Dei misericordia & beatorum* Petri & Pauli *apostolorum auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis qui in festo visitationis ipsius beatæ* Mariæ *quod secunda die mensis Julii inibi annuatim celebratur, eandem capellam devotè visitaverint annuatim, & ad ipsius conservationem nec non domus hujusmodi constructionem & fabricam manus porrexerint adjutrices, illam indulgentiam & remissionem peccatorum concedimus, quam ecclesiam beatæ* Mariæ *in* Porciuncula *dictam* de Angelis, *extra muros* Aſſiſinatos *primo & secundo diebus mensis Augusti visitantes annuatim quomodolibet consecuntur. Volumus autem quod si aliàs visitantibus dictam capellam vel ad ejus fabricam seu conservationem, aut ipsius domus constructionem, seu fabricam manus porrigentibus adjutrices, aut aliàs inibi pias elemosinas erogantibus, seu aliàs aliqua alia indulgencia imperpetuum, vel ad certum tempus nondum illapsum duratura, per nos concessa fuerit, ipsa aliàs facta concessio nullius existat roboris vel momenti. Datum* Romæ *apud sanctum* Petrum *kalendas Junii pontificatus nostri anno octavo.*

Tenor vero transcripti de indulgentia sancto *Franciſco* conceſſa, per omnia talis eſt.

In Dei nomine, *Amen.* Poſtquam beatus *Franciſcus* eccleſiam ſanctæ *Mariæ de Angelis* juxta *Aſſiſium* reparaverat ex devotione quam habuit in reginam cælorum, ibidem morabatur in omni ſanctitate & devotione ac continua oratione. Et cum in una nocte ferventiſſimè exoraret, fuit ſibi revelatum quod dominus noſter Jheſus Chriſtus & beata virgo mater ejus in eccleſia prædicta cum multitudine angelorum adeſſent, qui ſtatim conſurgens & cellam ſuam exiens cum maxima lætitia ſpiritali eccleſiam introivit. Et videns dominum Jheſum Chriſtum & dulciſſimam matrem ejus ſtantes ſuper altare, atque multitudinem angelorum in circuitu altaris, proſtravit ſe in terram, & tunc Chriſtus beato *Franciſco* ait. *Poſtula à me quid vis circa tuam ſalutem, & aliorum, quia datus es in lucem gentium & præparationem eccleſiæ cœleſtis.* *Franciſcus* jacebat in terra quaſi raptus; tandem verò ad ſe reverſus ait, *Sanctiſſime pater & rex æterne domine, ſupplico ego miſer peccator, ut digneris facere hanc graciam generi humano, ut concedas veniam & indulgentiam omnibus & ſingulis venientibus ad locum iſtum, ac intrantibus eccleſiam iſtam omnium peccatorum ſuorum univerſaliter & ſingulariter de quibus contriti confeſſionem veram fecerint ſacerdoti. Item ſupplico beatiſſimæ* Mariæ *matri tuæ advocatrici generis humani, quod pro hujuſmodi me ad orare, & apud tuam clementiam & piiſſimam majeſtatem intercedere dignetur.* Tuno regina ipſa cælorum beati *Franciſci* precibus humiliter inclinata ſtatim cœpit ſupplicare filio ſuo, dicens, *Altiſſime Deus Chriſte ſupplico deitati tuæ & humiliter intercedo quod dignetur majeſtas tui inclinare ſe precibus fratris* Franciſci *famuli tui & mei.* Tunc Chriſtus ſtatim reſpondit dicens, *Satis grande eſt* Franciſce *quod petiſti; ſed meritis dignus es, & merces habebis, & ego orationem & petitionem tuam admitto: Tu autem habes ire ad ſummum pontificem vicarium meum qui ex nunc eſt* Pontius, Honorium *tertium, & ex parte & auctoritate mea petere indulgentiam quam tibi conceſſi.* Quibus dictis, Dei filius cum benedicta matre ſua & multitudine angelorum in cælum aſcendit, & viſio diſperuit. *Franciſcus* vero de mane ſurgens vocavit fratrem *Maſſeo* de *Maretin* cum quo dominum Papam adiit, & ſe ibidem præſentans dixit, *Sancte pater nuper ad honorem matris Chriſti reparavi unam eccleſiam, & ſupplico ſanctitati veſtræ quod ponatis ibi indulgentiam abſque oblationibus pecuniæ*; Qui reſpondit, *Hoc convenienter non poſſit fieri, quia qui petit indulgentiam oportet ut ipſam mereatur ad utricem manum apponendo*; Et dixit, *Indica mihi frater* Franciſce *quot annos vis de indulgentia? Vis quod ponam ibi indulgentiam quinque annorum?* Et reſpondit, *Pater ſancte, quid eſt hoc?* Iterum Papa, *Vis ut ponam ibi ſex aut ſeptem annorum?* Et ſanctus *Franciſcus* non erat bene contentus, ideo dixit, *Domine quid eſt hoc?* Et dominus Papa ad eum, *Quid vis ut faciam tibi?* Cui ſanctus *Franciſcus* reſpondit, *Sanctiſſime pater placeat ſanctitati veſtræ non dare annos ſed animas.* Et ait Papa, *quomodo vis animas?* Qui reſpondit, *Volo pater ſi placeat ſanctitati veſtræ, ut propter beneficia quæ Deus fecit in illo loco, quod quicunque venerit ad illam eccleſiam devotus, contritus, & confeſſus, & ſicut expedit, per ſacerdotem abſolutus, habeat ibidem indulgentiam plenam omnium peccatorum ſuorum quæ commiſit a die baptiſmatis ſui uſque ad horam introitus ſui eccleſiæ memoratæ, ut non ulterius habeat aliâ brigam pro illis.* Dominus Papa reſpondit, *Multum eſt quod petis* Franciſce; *non eſt conſuetudo curiæ* Romanæ *talem indulgentiam exhibere.* Et ſanctus *Franciſcus*, dixit, *Domine quod peto non ex parte mea peto, ſed ex parte illius qui miſit me, domini Jheſu Chriſti.* Statim Papa cum ferventiſſimo ſpiritu reſpondit, *Et nos concedimus quod ita ſit & fiat in nomine domini*, ita ter dicens,

cens, *Placet mihi quod habeas quicquid petisti* Franciſce. Quod cum audiſſent Cardinales qui tunc aderant, dixerunt Papæ ut eam revocaret quia in prejudicium terræ ſanctæ erat. Et Papa ad eos. *Non revocabo eam quia auctoritate clavium conceſſi ſibi.* Tunc Cardinales dixerunt; *Si huic talem Indulgentiam conceditis, curiam* Romanam *deſtruitis, & Indulgentiam magnam beatorum* Petri & Pauli *ad nihilum redigetis.* Et Papa dixit. *Dedimus & conceſſimus eam ſibi; Non poſſumus nec expedit illud deſtruere quod per nos & potiùs per Deum factum eſt.* Tunc Cardinales dixerunt, *Arctate igitur eam in quantum poteſtis:* Et reſpondit Papa, *Modificemus eam ut tantum ad diem naturalem ſe extendat.* Tunc vocavit ſanctum *Franciſcum*, & dixit ei. *Ecce frater* Franciſce, *concedimus tibi ut quicunque venerit devote & intraverit dictam eccleſiam contritus & confeſſus, ſit ille plenè abſolutus. Et hoc valere volumus ſingulis annis imperpetuum tantum per diem naturalem à primis veſperis, includendo noctem, uſque ad veſperas diei ſequentis.* Tunc ſanctus *Franciſcus* receſſit; Et dominus Papa videns eum abire, vocavit eum. Et dixit ei, *O tu ſimplex homo, quaſi ſtultus appares, quid portas tecum de Indulgentia tibi conceſſa?* Cui ſanctus *Franciſcus* reſpondit, *Sufficit mihi unum verbum tuum, opus Dei eſt, ipſe habeat opus ſuum manifeſtare; de hujuſmodi nolo aliquid Inſtrumentum niſi ut virgo beatæſit carta, & Chriſtus ſit notarius, Angeli ſancti ſint teſtes.*

Exiens autem beatus *Franciſcus* de palacio poſt conceſſionem indulgentiæ prædictæ, & ſic recedendo de *Peruſio*, venit in quodam loco qui dicitur Colle ad quatuor miliaria ubi erat & adhuc eſt habitus leproſorum, & ibi cum ſocio aliquantulum requievit & dormivit, & excitatus audivit vocem de cœlo dicentem ſibi, *Franciſce ſcias ſicut hæc indulgentia data eſt tibi in terra, ita confirmata eſt in cœlo.* Qui cum ſurrexiſſet, vocavit ſocium ſuum dicens, *frater* Maſſeo: *dico tibi ex parte Dei, indulgentiam mihi exhibitam per ſummum Pontificem* Honorium *tertium eſſe confirmatam in cœlo.* Cum beatus *Franciſcus* eſſet in cella ſua quæ erat in orto poſt eccleſiam ſanctæ *Mariæ* verſus ſilvam, in menſe Januarii & orationi vacans, & in eodem anno, ecce noctis ſilentio venit diabolus & dixit ei, *Franciſce quare vis mori ante tempus, an ignoras quod dormitio ſit potiſſimum alimentum corporis? Quare ergo ſtas ad talia facienda; nonne alias dixi tibi quod juvenis es & adhuc ſatis tempeſtivè poteris facere pœnitentiam de peccatis? ad quid ergò vigiliis & orationibus te perimis?* Tunc ſanctus *Franciſcus* exivit de cella ſua in fervore avido, & projecta tunica ſua tranſivit ſilvam denſam, & inter vepres & ſpinas traduxit corpus ſuum, Dicens, *Melius eſt mihi ineſtimabiliter ut cognoſcam ſic paſſionem Domini noſtri Jheſu Chriſti, quam ut ego obtemperem blandiciis inimici.* Ubi cum ſe palparet laceratus & fractus frigoribus, affuit circa eum lumen immenſum & roſæ albæ & rubeæ, mirifici odoris & venuſtiſſimi aſpectus, roſæ hujuſmodi in copiam magnam circa eum apparuerunt, & cum ipſis multitudo angelorum dicentium, *Franciſce ſurge, & accede citò ad dominum, & ad ſalvatorem tuum & matrem ejus qui ſunt in eccleſia tua.* Tunc beatus *Franciſcus* ſeipſum invenit novo & candido veſtimento indutum, quomodo aut qualiter ipſe ignoravit. Tunc accepit de roſis duodecim albis & duodecim rubeis, & venit verſus eccleſiam, & videbatur ſibi ſemitam eſſe inter ſilvam & eccleſiam pannis cericis ſtratam & perornatam. Qui veniens & intrans, dictas roſas poſuit ſuper altare. Et ſtatim vidit Jheſum Chriſtum & matrem ejus ſuper altare cum multitudine angelorum in circuitu, & dixit Jheſus Chriſtus; *Franciſce quare non das dotem matri meæ, quas ſibi dare debes:* Beatus igitur *Franciſcus* intelligens quod de animabus ſalvandis per indulgentiam illius eccleſiæ loqueretur, Dixit, *Sanctiſſime pater, ordinator cœli & terræ, & ſalvator humani generis digneris diem iſtum ordinare propter magnam miſericordiam tuam in quo potero dotes illas dare beatiſſimæ matri tuæ generis humani advocatrici.* Et Chriſtus ſtatuens diem dixit, ut quicunque venerit à veſperis primæ diei menſis Auguſti uſque ad veſperas ſequentis diei contritus & confeſſus de peccatis ſuis de quibus memor exiſteret, quod omnia eſſent & erunt plenariè remiſſa à die baptiſmatis ſui uſque ad diem & horam introitus eccleſiæ prædictæ. Tunc ſanctus *Franciſcus* humiliter jacens in pavimento, dixit Chriſto, *Sanctiſſime pater & ſalvator noſter, quomodo veniet in noſtitiam & credulitatem generis humani?* Cui Chriſtus, *hoc fiet per graciam meam; tu tamen habes ire ad vicarium meum Romanum, ut ipſe faciat patefieri, prout ei expedire videbitur.* Beatus *Franciſcus* reſpondit. *Qualiter mihi peccatori vicarius tuus credet.* Cui Chriſtus dixit, *Ducas tecum aliquos ex ſociis tuis qui hoc audierunt, & roſas albas & rubeas quas in hoc menſe Januarii in ſilva collegiſti in afflictione & diſciplina corporis tui, & in eo numero deferas roſas tecum ſicut bonum videatur tibi.* Iſtud autem præceptum audierunt quatuor fratres & ſtabant in cellis ſuis juxta cellam beati *Franciſci* juxta eccleſiam prædictam. Tunc ſanctus *Franciſcus* de roſis albis & rubeis ad honorem ſanctæ Trinitatis tres accepit de utrilque, hoc fecit in præſencia dulciſſimæ matris. Tunc cœtus angelorum hoc carmen cecinit & dixerunt *Te Deum Laudamus*, & uſque in finem compleverunt Quo dicto, ſtatim diſperuit viſio. Et ſanctus *Franciſcus* induit ſe tunica ſua, & mane accedens ad prædictos ſocios dixit illis, *præparate vos ad eundum Romam*; et impoſuit eis ſilentium de hiis quæ audierant. Venientes autem *Romam* invenerunt dominum Papam *Honorium* in loco *Lateranenſi*; & genibus flexis ante eum retulit dictus *Franciſcus* omnia ſicut ſupranotata ſunt, offerens ei ſex roſas, tres albas, & tres rubeas in ſignum veritatis. Et dominus Papa aſpiciens dictos flores odoriferos præſentes, cum admiratione magna dixit; *Hoc eſt admirabile opus Dei, habere ſex roſas in menſe Januarii. Et nos frater* Franciſce *credimus verum eſſe teſtimonium veſtrum; loquemur autem cum fratribus noſtris & audiemus reſponſionem illorum & deliberabimus quid ſit ſuper hoc faciendum.* Interim dominus Papa fecit recipi beatum *Franciſcum* cum ſociis ſuis valde bene. Sequenti autem die, de mandato venit beatus *Franciſcus* coram eo, & dixit, *Digne Chriſti vicarie adimpleas voluntatem Regis cœleſtis & matris ejus de eccleſia cujus vocabulum* Eccleſia Angelorum *de* Porciuncula *vocatur.* Et Papa reſpondit;

Franciſce,

Francisce, *Dicas coram fratribus nostris cardinalibus, quæ est voluntas Regis cœlestis & matris ejus, licet alias dixisti.* Et respondit; *Voluntas ejus est, ut à primis vesperis primæ diei Augusti usque ad vesperas sequentis diei dicti mensis, quod quicunque intraverit ecclesiam sanctæ* Mariæ *de* Angelis *de* Portiuncula, Assisiensis *diœcesis, remittuntur ei omnia peccata sua à die baptismatis sui usque ad illum diem de quibus recordatur, vel non recordatur, & in confessione memoriam fecerit corde contrito & humiliato, si absolutus fuerit à sacerdote.* Et Papa respondit; *Magnum est quod petis; sed quia dominus noster Jhesus Christus ad instantiam matris ejus tuam orationem exaudivit, Nos scribemus episcopis* Assisiensibus, Perusiensibus, Turdeon, Spolentino, Fulginatino, Anterino, Eugubino, *quod veniant ad sanctam* Mariam *de* Angelis *de* Portiuncula *prima die Augusti & notificent venientibus ad Indulgentiam istam sicut sibi placuerit.* Et sic beatus *Franciscus* cum sociis suis, acceptis literis summi Pontificis ad prædictos episcopos venit, & literas eis præsentavit, & procuravit idem adeo, quod in die prima Augusti omnes prædicti episcopi convenirent ad prædictam ecclesiam; Et factum fuit pergulum ligneum id est pulpitum in quo omnes prædicti episcopi ascenderunt simul cum beato *Francisco.* Et cum magna multitudo populi ibi esset congregata circa pergulum, nutu divino dixit beatus *Franciscus* episcopis. *Quis vestrum vult prædicare populo, & veniam concessam annunciare.* Qui habito consilio responderunt beato *Francisco. Nos habemus sequi voluntatem tuam secundùm tenorem literarum Papalium.* Tunc beatus *Franciscus* ait; *Licet indignus inter vos sum, volo populo prædicare & annunciare indulgentiam de mandato Regis cœlestis, quæ conceditur in loco isto ad instantiam matris ejus gloriosæ. Et vos unà mecum annunciabitis eandem de mandato vicarii sui.* Et surgens beatus *Franciscus,* benedictione accepta, prædicavit adeo benè quod videretur angelus, & non homo carnalis, & denunciavit eis Indulgentiam prædictam, ut quicunque venerit ad ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Angelis* in *Porciuncula,* & ingrederetur devotè, à primis vesperis primæ diei mensis Augusti usque ad vesperas sequentis diei hujus mensis, scilicet per diem illum naturalem tam de nocte quam de die, includendo noctem, sicut diem, remittuntur ibi omnia peccata sua plenariè post confessionem cum contritione factam & absolutionem à sacerdote susceptam, à die baptismatis sui usque ad prædictum diem, & hoc in hoc loco habebit in prædicto die integro quolibet anno inperpetuum. Audientes autem episcopi indignati sunt quando audierunt inperpetuum duraturam plenam remissionem pœnæ & culpæ; & dixerunt beato *Francisco.* Licet dominus Papa mandavit nobis quod circa hoc sequeremur voluntatem tuam ad notificandam Indulgentiam, non tamen fuit opinionis erat quod sequeremur quod incongruum est. Unde annunciamus, Indulgentiam decem annorum tantum. Tunc surrexit episcopus *Assisiensis,* & credens annunciare populo decem annos, annunciavit quicquid dixerat priùs beatus *Franciscus.* Alii autem indignati contra eum ascenderunt unusquisque post alterum, & quilibet eorum per se proponentes firmiter dicere decem annos, semper annunciabant plenam remissionem imperpetuum duraturam, ut superius dictum est: Et ad hoc fuerunt multi testes tam de *Perusio* & *Assisio* quam de aliis Civitatibus, Castris & Villis, inter quos aliqui subscribuntur fide digni, videlicet dominus *Suppolinus, Hugolinus,* dominus *Andreas de monte-Molino, de Assisio. Neapolinus* de *Armentano.* Dominus *Johannes Gualteri,* Dominus *Johannes Petri Tubaldaci.* Dominus *Bruncus Lamarisii,* & universaliter multi alii qui domino Papæ omnia prædicta retulerunt, & de sermonibus dictorum septem episcoporum. & presentibus etiam domino *Petro Cassali,* fratri *Angelo* ministro, fratre *Bonifacio,* fratre *Benedicto* de *Arecio,* fratre *Guidone,* fratre *Bartholomæo* de *Perusio,* & multis aliis. Acta sunt hæc, prout superscribuntur & recitantur, Anno indictionis Pontificis, mense die & loco prædictis, præsentibus tunc ibidem discretis viris, domino *Roberto* de Selby, Rectore ecclesiæ parochialis de Syhethorp, *Eboracensis* diœcesis, dominis *Roberto Barton, Richardo Hodsake* Capellanis, *Lincolniensis* diœcesis, & *Roberto Veer* laico dictæ *Eboracensis* diœcesis, Testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

SHENEENSE *Cœnobium in agro* Surregiensi.

Hoc anno, scilicet MCCCCxiiij. cœpit Rex *Henricus* fundare tria monasteria religiosorum, juxta prædium suum (apud Sheene vulgaritèr appellatum) unum de ordine monachorum *Cartusiensium,* aliud monachorum qui *Celestini* vocarentur, profitentes regulam sancti *Benedicti,* quam servare se dicunt ad literam, & ulterius se astringunt ad reclusionem perpetuam, Tertium *Brigittinorum,* qui sancti *Augustini* profitentur regulam, quæ cum aliis adjectis ceremoniis vocatur ab eis *Regula Salvatoris.* Hiis non licet habere proprium, non quidem obolum, nec pecuniam tangere quovis modo. In hoc monasterio, juxta regulam debent esse sorores sexaginta, sacerdotes tredecim, diaconi quatuor, octo fratres laici, quibus omnibus computatis, tantus erit numerus personarum, quantus erat tredecim apostolorum, & septuaginta duorum discipulorum Christi. Hi non lineis, sed laneis semper utuntur. Qui duo conventus habebunt unam ecclesiam in communi, moniales habebunt superius sub tecto, fratres inferiùs ad terram, & sunt utrique conventus separatim inclusi, quibus post professionem non licebit egredi nisi de domini Papæ licentia speciali. Isti duo conventus debent habere, ex regula, sufficientem dotationem ad sustentationem personarum & servientium, ac supportationem onerum tanti monasterii, ita quod absque indigentia, & mendicitate, tàm in anno sterili quàm fertili possint sufficienter & quietè subsistere. Postea verò si totus mundus posset-

Hist. Angl. Th. Walsingham p. 432. nu. 10.

nes & prædia eis offerret quicquam omnino recipere non liceret. Antè festum omnium sanctorum annuatim computari debent, & præsciri victualia, & necessaria anni subsequentis, & quæcunque tunc remanent de victualibus, seu pecunia anni tunc instantis, in crastino omnium sanctorum debent pauperibus erogari.

Si verò aliquando victualia sequentis anni videntur non sufficere, tunc de pecunia aut victualibus imminentis anni additur sequenti anno quantum necesse est, & non plus, si Abbatissa & generalis ejusdem loci confessor, periculum animæ suæ voluerint evitare, Et ex post quicquid remanserit, egenis dari debet. Abbatissa cum consensu sororum & fratrum eligere debent unum de tredecim sacerdotibus in confessorem generalem monasterii, cui omnes fratres obedire debent, & contra præceptum ejus omnino nihil facere. Nullus secularium virorum, seu mulierum secularium, seu religiosorum, ingredietur claustra monasterii monialium. Hos ritus & plures alios, observant hujus novellæ religionis professores, quos ad præsens omittimus ad alia festinantes.

Accessus monialium ordinis sanctæ Brigidæ *virginis ad* **Lenn**, *& præsentatio ex parte Majoris.*

Ex Registro quodam ad Majorem & communitatem villæ de *Lenne* in *Norfolcia* spectante a. 1652.

MEmorandum quod 26. die Augusti *Adam White* & *Joh. Browne* camerarii villæ de **Lenn**-pitc. ex consensu & assensu Majoris & cõmunitatis *præsentant* reclusis monialibus ordinis sanctæ *Brigidæ* virginis *unam pipam vini* Quas *Nicholaus Pecche* armiger, domini Regis ambassiator specialis, adduxit in *Angliam* ex præcepto domini Regis. Quibus monialibus & ordini metuendissimus dominus *Henricus* quintus rex *Angliæ* ædificavit, ac de novo constituxit ob reverentiam Dei & virginis prædictæ unam placeam sive mansionem ubi manerium de **Shene** quondam scituatum fuit: Quod quidem manerium dominus *Richardus* secundus quondam Rex *Angliæ* prostravit & destruxit eo quod domina *Anna* ejus consors dudum Regina *Angliæ* in prædicto manerio diem suum clausit extremum.

Carta fundationis.

Cart. de anno 3. & 4 *H.* 5. m. 8.

Vide etiam Pat. 2 *H* 6. part. 4 m. 27.

REX &c. salutem. Cum excelsæ magestatis exennia quæ gloriam nostri regiminis de die in diem ubertim, ut ipsi videmus, extollant, ritè à nobis graciarum vendicant acciones, justissimum credimus ut eo medio in auctorem tendant quo nobis ab auctore fluxerunt, nomine salvatoris; ut sicut per mediatorem Dei & hominum dominum Jesum ad nos indignos, de patre luminum, bona cuncta procedunt, ita nostræ laudes quamvis inutiles per eundem Jesum Christum & datorem gratiarum, & omnis boni principium revertantur; nam Jesus iste noster non nave set **Nazare** in terram sanctæ Christianitatis tranicenso *Jordanis* alveo nos omnes baptizatos induxit, quod *Moyses* vetus non potuit. In *Moyse* enim, sine ordine, sicut populus sic sacerdos incessit, in Jesu nostro refertur sacerdocium præcedit, archa sequitur, dux comitatur & populus & omnia per ordinem distinguntur. In Jesu nostro *Aggei* templum reedificatur per Babilonios hereticos ante consumptum; Jesu nostro baptizato tota trinitas carnalibus nostris ipsa corporalis apparuit. Jesus dum se humiliter inclinaret adulteram potenter redemit. Stans Jesus in medio reparavit incredulos. Resurgens de sepulcro consolabatur mestos. Deprecans in horto deicit inimicos, & quid mirum si ego qui utcunque minimus servus sum Jesu, sic cum Propheta quasi cantans *exultem in Deo Jesu meo*, cum hostis Herodes impius viso Jesu meo miro modo gaudebat. Fatemur quicquid nobis prospere contigit Jesus ipse donavit, ipse per nos dejecit hereticos, servavit catholicos, Jesus ipse nobis pacificat emulos exteriores, & domat intrinsecos, subicit homines, & abigit demones, ut quasi visibiliter cernimus verum esse, quod in nomine Jesu flectitur omne genu, celestes obsecuntur, spiritus terrestres obediunt, & inferi contremescunt; legitur namque quod *Romani* à Barbaris persecuti, in locis domini Jesu dedicatis per virtutem ejus salvati fuerant, & defensi; nec mirum cum secundum apostolum non sit aliud nomen sub cælo datum hominibus in quo oporteat salvari; ipse etenim, sacro attestante eloquio, salvum faciet populum suum; cecis siquidem dedit visum, surdis auditum, claudis cursum, mutis sermonem, mortuis vitam, totamque diaboli potestatem de obsessis corporibus effugavit. Ex hac igitur meditatione commoniti, & domini Jesu gracia, ut speramus, præventi, considerando quod bona est negociatio per quam largiendo transitoria declinantur, & eterna fælici commercio subrogantur, quandam domum conventualem monachorum ordinis *Cartusiensis*, ob specialem & sinceram affectionem quam ad ordinem & religionem illam multis inducti causis & motivis gerimis & habemus, in quodam solo nostro apud **Shene** ex parte boreali situs manerii nostri ibidem, continente tria millia centum & viginti & quinque pedes in longitudine ac mille ac trescentas & quinque pedes & octo pollices in latitudine; & extendit se à **Hakeloto** juxta **Diversbusch** ex parte australi usque ad crucem vocatam **Crosashe** ex parte boreali, ad honorem & gloriam ac exaltationem nominis dulcissimi Jesu, quam quidem domum, *domum Jesu* de **Bethlæm** *de* **Shene** nominari volumus perpetualiter & vocari, disposuimus & duximus ordinandam, & fundandam, ac in eisdem solo & loco si & quatenus in nobis est vel esse poterit domum illam tenore præsencium erigimus, fundamus, creamus & stabilimus, temporibus perpetuis duraturam. Et ideirco solum & locum prædicta cum pertinentiis prout limitantur, seu imposterũ limitabuntur & includentur, *Johanni Wydrington* monacho ordinis prædicti, Priori ejusdem loci, assensu eorum quorum interest assignato & constituto, ac monachis ordinis prædicti Deo ibidem servituris & moraturis, pro situ & constructione ac primaria fundatione ejusdem domus ac inhabitatione dictorum Prioris & monachorum ac certarum aliarum personarũ imposterum specificandarum & nominandarum, & per eosdem Priorem & monachos & successores suos imposterum sustinendarum & subveniendarum, de gracia nostra

stra speciali & ex certa scientia nostra, ac de maturo & deliberato assensu consilii nostri, pro nobis & hæredibus damus, concedimus & hac carta nostra confirmamus. Habendum & tenendum sibi & successoribus suis de nobis & hæredibus nostris in liberam puram & perpetuam elemosinam, libera & quieta ab omni exactione & servicio seculari, cum liberis introitu & exitu & omnibus aliis aisiamentis in hac parte rationabiliter necessariis, vel oportunis, pro orationibus & aliis divinis officiis inibi faciendis, pro salubri statu nostro, dum vixerimus, ac anima nostra cum ab hac luce migraverimus, & animabus parentum & progenitorum nostrorum & omnium fidelium defunctorum; necnon pro pace tranquillitate & quiete populi & regni nostri; ac insuper pro aliis pietatis operibus ibidem sustinendis ministrandis & supportandis juxta ordinacionem nostram hæredum vel executorum nostrorum in hac parte pleniùs faciendam. Et nos & hæredes nostri solum & locum prædicta præfatis Priori & monachis & successoribus suis contra omnes gentes warantizabimus & defendemus inperpetuum; & eisdem Priori & monachis, quod ipsi solum & locum prædicta à nobis recipere & tenere possunt sibi & successoribus suis prædictis, sicut prædictum est, inperpetuum tenore præsentium licenciam dedimus specialem, statuto de terris & tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, aut eo quod solum prædictum est parcella manerii nostri prædicti, aut alia causa quacunque non obstante. Et ulterius de uberiori gracia nostra dedimus & concessimus pro nobis & hæredibus nostris præfatis Priori & monachis procuratoriam domum sive Prioratum de **Ware** in comitatu *Hertf.* alienigenam, cum pertinenciis. Prioratum de **Moten** & **Newmarket** alienigenã, cum pertinentiis ad abbatiam de sancto *Ebrulpho* in *Normannia*, Prioratum sive manerium de **Lewesham** & **Grenewich** in comitatu *Kancie* alienigenam, cum pertinentiis ad abbatiam sancti *Petri* de **Gaurot** in *Flandria*, Ac Prioratum sive manerium de **Hayling** alias dictum **Heling** alienigenam cum pertinenciis ad abbatiam de **Lesne**, alias dictam abbatiam B. *Petri Gemeticencis* spectantes, necnon Prioratum de **Carisbroke**, cum pertinentiis in Insula *Vecta*, ac omnia terras, tenementa, ecclesias, porciones, pensiones, elemosinas, & alias quascunque possessiones ad abbatiam de *Lira* in *Normannia* alienigenam, infra regnum nostrum *Angliæ*, & partes *Wallia* pertinencia, sive spectantia. Prioratu de **Hinkeley** cum pertinentiis in comitatu *Leceftriæ*, qui est de possessionibus dictæ abbatiæ de *Lira*, duntaxat excepto: sta omnimoda maneria, terras, tenementa, hundreda, redditus, servicia, possessiones, feoda militum, advocationes ecclesiarum, vicariarum, capellarum, hospitalium, porciones, pensiones, decimas, oblaciones, obvenciones, ac alia emolumenta, & proficua quæcunque ad Prioratus, sive maneria prædicta, & eorum quodlibet, ac ad prædicta terras, tenementa, & possessiones dictæ abbatiæ de *Lira*, exceptis præexceptis, qualitercunque pertinentia, sive spectantia; una cum reversionibus quibuscunque, post mortem illarum personarum quæ ea, vel aliqua eorum tenent in feodo talliato, seu ad terminum vitæ, vel annorum, aut alio modo quocunque. Habenda & tenenda eisdem Priori, & monachis & successoribus suis, Prioratus sive maneria prædicta, ac dicta terras, tenementa, possessiones, dicte abbatiæ de *Lira*, exceptis præexceptis, una cum reversionibus prædictis, ac omnimodis hundredis, maneriis, terris, (*&c.*) adeo plenè & integrè sicut personæ prædictæ ea jam habent & tenent seu aliqui alii ea ante hæc tempora habuerunt & tenuerunt, absque apporto firma compoto vel ratiocinio, aut alio profieuo quocunque nobis vel hæredibus nostris inde reddendo vel solvendo.

Concessimus insuper (*&c.*) quod si Prioratus sive maneria prædicta, ac dicta terras tenementa & possessiones dictæ abbatiæ de *Lira* extra manus ipsorum Prioris & monachorum seu successorum suorum absque fraude vel malo ingenio evinci vel recuperari, aut aliàs qualitercunque ab eisdem Priore & monachis seu successoribus suis capi contigerit in futurum, tunc iidem Prior & monachi & successores sui habeant & percipiant annuatim in locis subscriptis septingentas marcas, videlicet centum libras de exitibus hanaperii cancellariæ nostræ & hæredum nostrorum per manus custodis hanaperii prædicti pro tempore existentis, ad terminos sancti *Michaelis*, & Paschæ per equales porciones, ac centum libras in portu civitatis nostræ **London**; necnon centum libras in portu villæ nostræ de sancto *Botulpho*, ac etiam centum & decem marcas in portu villæ nostræ **Suthampton**: ac eciam centum marcas in portu villæ de **Lenn**-episcopi: necnon quadraginta, marcas in portu civitatis nostræ **Cicestr** de custuma lanarum coriorum & pellium lanutarum in portubus prædictis per manus collectorum ejusdem custumæ pro tempore existencium, ad terminos prædictos per equales portiones, quousque præfatis Priori & monachis alibi in loco congruo infra regnum nostrum *Angliæ* de terris, tenementis, & possessionibus ad valorem dictarum septingentarum marcarum per annum ultra repriſas, sibi & successoribus suis imperpetuum habendas & possidendas per nos vel hæredes nostros fuerit provisum.

Et ulterius concessimus eis quod si aliqua parcella dictorum Prioratuum sive maneriorum aut dictorum terrarum (*&c.*) dictæ abbatiæ de *Lira* seu aliarum possessionum prædictarum extra manus eorundem Prioris & monachorum aut successorum suorum absque fraude vel malo ingenio evicta vel recuperata, seu aliàs qualitercunque ab eisdem Priore & monachis, seu successoribus suis capta fuerit in futurum, tunc iidem Prior & monachi & successores sui habeant & percipiant annuatim de exitibus hanaperii cancellariæ prædictæ ac de custumis prædictis in portubus prædictis, ad terminos prædictos valorem parcellæ illius sic evictæ vel recuperatæ, aut ab eis, ut præmittitur, captæ, quousque eis alibi in loco congruo infra dictum regnum nostrum *Angliæ* de terris (*&c.*) ad valorem parcellæ illius sic evictæ, vel recuperatæ, aut ab eis, ut præmittitur, captæ, sibi inperpetuum habendis & possidendis per nos vel hæredes nostros prædictos fuerit provisum.

Concessimus insuper eisdem Priori & monachis

chis domus Jesu quandam seweram nostram in aqua *Thamisiæ* prope **Shene** vocatam **Petersamwere**, ac medietatem unius acræ terræ eidem seweræ adjacentem; necnon totam piscariam nostram de **Shene** in aqua prædicta, habendam & tenendam sibi & successoribus suis inperpetuum; statuto prædicto, aut eo quod expressa mencio de vero valore seweræ terræ ac piscariæ prædictarum in præsentibus facta non existit, seu alia causa quacunque non obstante.

Concessimus etiam præfatis Priori & monachis duo dolia, sive quatuor pipas vini rubei de *Vasconia*, habendas & percipiendas inperpetuum sibi & successoribus suis de vinis nostris in portu **London** per manus capitalis pincernæ nostri & hæredum nostrorum pro tempore existentis, vel ejus locum tenentis in portu prædicto, vel de vinis nostris hospicii nostri per manus pincernæ hospicii nostri & hæredum nostrorum pro tempore existentis ad electionem dictorum Prioris & monachorum & successorum suorum singulis annis ad purificationem beatæ *Mariæ*.

Et præterea (*&c.*) concessimus (*&c.*) quod præfati Prior & monachi, & successores sui, inperpetuum sint quieti de auxilio ad primogenitos filios regum milites faciendos, ad primogenitas filias regum maritandas, & de omnibus auxiliis regum, placitis, querelis, assisis, & summonicionibus, necnon contributionibus & tallagiis quæ ab ipsis ratione terrarum (*&c.*) quæ nunc habent, vel ex nunc habituri sunt, per nos aut hæredes nostros aut ballivos nostros seu ministros nostros vel hæredum nostrorum quoscunque ad opus nostrum vel ipsorum hæredum nostrorum exigi deberent vel poterunt in futurum; Et quod quandocunque clerus regni nostri *Anglia* aut *Cantuariensis* provinciæ, per se, vel *Eboracensis* provinciæ, per se, decimam seu aliam quotam de bonis suis spiritualibus, & ecclesiasticis, vel communitas comitatuum regni nostri *Anglia* aut cives vel burgenses civitatum vel burgorum dictorum comitatuum decimam, quintam decimam, vel aliam quotam seu taxam quamcunque de bonis suis temporalibus seu mobilibus, aut terris tenementis seu redditibus suis nobis vel hæredibus nostris qualitercunque concesserint, seu nos vel hæredes nostri dominica nostra per *Angliam* fecerimus talliari, aut dominus summus pontifex qui pro tempore fuerit decimam seu quotam aliam clero regni nostri *Anglia* aut *Cantuariensis* vel *Eboracensis* provinciarum prædictarū imposuerit, & eam vel aliquam partem ejusdem nobis vel hæredibus nostris concesserit, ecclesiæ & beneficia ipsis Priori & monachis appropriata & appropriandā, terræ tenementa redditus bona & catalla ipsorum Prioris & monachorum & successorum suorum quorumcunque, ad opus nostrum vel hæredum nostrorum non taxentur, assideantur (*&c.*) Et si contingat super homines comitatuum dicti regni nostri *Anglia* vel alicujus eorundem comitatuum aut aliorum locorum ipsius regni, seu ipsorum terras possessiones vel bona aliquas pecuniæ summas pro munitione & apparatibus hominum ad arma hobelariorum sagittariorum seu peditum quorumcunque, pro obsequio nostro vel hæredum nostrorum imposterum eligendorum, & in hujusmodi obsequium ad quascunque partes & ex quacunque causa mittendorum, vel pro custodia maritima facienda, assideri, (*&c.*) Volumus & concedimus (*&c.*) quod terræ possessiones & bona prædictorum Prioris & monachorum (*&c.*) nullatenus assideantur.

Concessimus eciam (*&c.*) quod ipsi & successores sui inperpetuum habeant & teneant omnes domos suas quas jam habent vel erunt habituri quietas de liberatione senescallorum, marescallorum, & aliorum ministrorum nostrorum, & hæredum nostrorum, ac senescallorum, marescallorum, provisorum, ministrorum Reginarum, filiorum nostrorum, ac filiarum hæredum nostrorum, fratrum nostrorum, procerum, magnatum, & aliorum quorumcumque (*&c.*) Et quod nullus dux, comes, baro, vel magnas regni nostri aut aliundè, vel senescalli marescalli seu escaetores, vicecomites, coronatores aut alii ballivi nostri, seu ministri nostri, vel heredum nostrorum (*&c.*) co lore aliquo hospitentur ibidem vel morentur sub pena statutis in contrarium editis contenta.

Concessimus insuper (*&c.*) quod præfati Prior & monachi & successores sui & omnes homines & tenentes residentes sui, ac alii residentes quicunque, tam de & in villa de **Eschtntech** in com **Berks**, quam de & in terris, dominiis (*&c.*) sint quieti per totum regnum nostrum *Anglia* de omni theolonio in quolibet mercato & in omnibus nundinis, & in omni passagio poncium, aquarum, viarum, & maris, per totum regnum nostrum *Anglia* & per omnes terras nostras in quibus libertates eis dare possum; & quod omnia bona, catalla, & mercandisæ hominum & tenencium residencium suorum, & aliorum residencium predictorum quorumcunque, sint similiter in locis prædictis quieta de omnimodo pavagio, passagio, lestagio, stallagio, cariagio, picagio, teragio, tronagio, pontagio, chiminagio, ankeragio, wharvagio, & tallagio, (*&c.*) & de omni scotto et geldo, & omnibus auxiliis regum & vicecomitum, & de omnibus misericordiis & de finibus comitatuum & hundredorum, & de hidagio scutagio & de danagcldo, hornegeldo, carucagio, & **Wapentake**, & **Shewyne & Piskennyng**, **Swanemote**, & de thefanro ducendo, & **Wardepeny**, **Wardecorne**, **Averpeny**, **Hundredpeny**, & **Bozthalpeny** & **Tythingpeny**, & de kaagio, muragio, paagio, barbicanagio, & de operacionibus castrorum, parcorum, & poncium clausuris, & domorum regalium edificatione ac reparacione, necnon de sectis comitatuum, hundredorum, & lastorum, hundredorum, & wapentachiorum, ac de murdro & de communi misericordia quando contigerit, videlicet comitatus & hundredi coram nobis vel aliquibus justiciariis nostris (*&c.*) per totum regnum & potestatem nostram.

Concessimus eciam (*&c.*) quod ipsi (*&c*) habeant bona & catalla homiou & tenencium suorum (*&c.*) convictorum de felonia sive utlagatorum pro felonia, contemptu, transgessione, debito, compoto, aut alia occasione quacunque ad sectam nostram seu heredum nostrorum vel ad sectam partis (*&c.*) Et quod prædicti Prior & monachi & successores sua habeant inperpetuum retorna præceptorum nostrorum, & hæredum nostrorum.

strorum, ac brevium & preceptorum quorumcunque & executionem eorundem (*&c.*) Ac eciam quod prædicti Prior (*&c.*) tã de & in dicta villa de **Esthenreth**, quam de & in terris dominiis (*&c.*) prædictis &c. necnon fines pro licencia concordandi, & omnia amerciamenta, redemptiones (*&c.*) necnon omnimoda escapia felonum, de & in villa, terris (*&c.*) Ac etiam (*&c.*) deodanda, thesaurum inventum, & omnia bona & catalla vocata manuopera, inventa seu invenienda, cum quacunque persona infra villam terras (*&c.*) prædicta, & insuper (*&c.*) omnimodos fines & redemptiones pro quacunque causa emergentes, & amerciamenta quæcunque (*&c.*)

Et ulterius (*&c.*) qd. nullus vic. ballivus (*&c.*) capiat aliquem hominem tenentem residentem seu aliũ residentem quemcunq; tam de & in dicta villa de **Esthenreth**, quam de & in terris dominiis (*&c.*) prædictis per breve præceptum aut per aliud warantum vel causam quamcunque infra comitatum ubi sint residentes (*&c.*) Et quod prædicti Prior & monachi (*&c.*) per se & ministros suos in omnibus terris (*&c.*) faciant & habeant assisam emendationem, & assisam panis, vini, & serviciæ, ac omnimodorum aliorum victualium ac mensurarum, & ponderum quorumcunque, & aliorum ad officium clerici mercati hospicii nostri & hæredum nostrorum pertinencium cum punicione eorundem (*&c.*) Concessimus etiam (*&c.*) quod habeant omnia amerciamenta redemptiones & exitus forisfactos & forisfacturas quascunque, annum diem, vastum, & streppum, (*&c.*) de omnibus hominibus & tenentibus residentibus vel aliis residentibus de & in villa prædicta ac terris (*&c.*) predictis, tam nunc datis & concessis, quam ex nunc dandis (*&c.*)

Concessimus insuper quod iidem Prior & monachi & successores sui habeant wrecum maris, & eciam animalia quæ dicuntur **Wayf**, & **Stray** inventa in villa prædicta, ac in terris dominiis, (*&c.*) Et insuper concessimus (*&c.*) quod ipsi & successores sui ad pencionem, corrodium seu sustentationem aliquam alicui de Prioratu prædicto, aut aliis possessionibus seu rebus suis contra voluntatem suam ad rogatus vel mandata nostra aut hæredum nostrorum concedendum ministrandum seu inveniendum nullatenus teneantur nec ad hoc quomodolibet compellantur (*&c.*) ac eciam quod habeant liberam warennam in omnibus terris dominiis feodis ac possessionibus sibi collatis & de cetero conferendis ubicunque fuerint eciamsi fuerint infra metas forestæ nostræ, ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis vel ad aliquid capiendum quod ad warennam pertineat (*&c.*) Volumus insuper & concedimus pro nobis & heredibus nostris & hac carta nostra confirmamus, quod prædicti Prior & monachi & eorum successores inperpetuum habeant & teneant exnunc omnia terras (*&c.*) cum *soca* & *saca* **infangenthef & outfangenthef**, & eciam quod habeant inperpetuum visum franciplegii de omnibus hominibus & tenentibus residentibus ac aliis residentibus in terris dominiis (*&c.*) ac de omnibus hominibus & tenentibus residentibus ac aliis residentibus in dicta villa de **Esthenreth**, cum omnibus ad visum franciplegii spectantibus. Et quod iidem Prior & monachi & successores sui in hujusmodi terris dominiis feodis ac possessionibus suis ac in villa predicta **Esthenreth** prout sibi placuerit habere possunt **Thew**, pillorium atque tumbrellum pro punicione malefactorum ibidem ; ac eciam quod ipsi furcas in solo suo terrarum dominiorum & feodorum ac possessionum prædictorum erigi & judicium de malefactoribus quos ibidem ac in villa prædicta deprehendi contigerit, juxta dictam libertatem de **infangenthef** & **outfangenthef** fieri facere possunt sine occasione vel impedimento nostri vel hæredum nostrorum justiciariorum escactorum (*&c.*)

Concessimus eciam eisdem Priori & monachis quod ipsi & successores sui inperpetuum habeant letas suas & **Lawdayes** cum omnibus ad letas & **Lawdayes** spectantibus, de omnibus hominibus & tenentibus suis (*&c.*)

Concessimus eciam (*&c.*) quod præfati Prior & monachi & successores sui inperpetuum habeant unum mercatum singulis septimanis per diem martis apud dictam villam de **Esthenreth**, & duas ferias singulis annis per octo dies duraturas; videlicet per duos dies ante festum sancti *Augustini* episcopi in maio, & in eodem festo & per unum diem proximè sequentem & per duos dies ante festum sanctæ *Katharina* virginis & in eodem festo, & per unum diem proximè sequentem (*&c.*)

Concessimus eciam (*&c.*) quod ipsi quendam aquæ ductum subterraneum à quodam fonte vocato **Dillesoenwell** in **Shene** usque ad domum suam prædictam ad aquam de fonte illo usque ad eandem domum inde ducendam facere, & fistulas conductus illius subtus terram à fonte prædicto ubi pro eis commodius facere viderint faciendum apponere, conductum illum sic factum quociens indigerint reparare & emendare possunt & tenere sibi & successoribus suis inperpetuum, absque impeticione nostri vel hæredum nostrorum, (*&c.*) eo quod expressa mencio (*&c.*) Hiis testibus, venerabilibus patribus *N.* archiepiscopo *Cantuariensi* tocius *Anglia* primate (*&c.*) Datum per manum nostram apud *Westmonasterium* primo die Aprilis.

¶ Addenda.

Quorum quædam (bone Lector) *à nobiſmet ipſis reperta; quædam verò ab amicis & aliis operis hujus promovendi ſtudioſis, accepta: ſeriùs tamen & hæc & illa quàm ut* (*quod optatum nobis*) *ſuis quæque inſererentur locis. Cum autem talia, uti remur, ſint, tam apud poſteros quàm præſentes, longè digniora, quàm ut penitus omittantur & ignorentur; utpote quæ* (*quod eſt operis inſtitutum*) *vel fundationem, vel ædium ad quas ſpectant plus minus oſtendant dotationem; hic ideo, loco licet non ſuo, hæc eadem, ordine quæque ſuo, exhibenda duximus, propriis etiam quibus inſerenda ſunt ſingula locis indicatis.*

MONASTICON ANGLICANUM.

[Reſpice pag. 38.] col. 2.

VVINTONIENSIS *eccleſia Cathedralis, Ordinis S.* BENEDICTI.

Fundatores principales cathedralis eccleſiæ ſancti Swithuni Winton.

Lel. coll. vol. 1. p. 613.

KINEGILSUS vj. Rex weſt-*Sax.*

Kinegylſus regnare cœpit anno Domini 608.

Fidem cepit anno regni ſui 25. per S. *Birinum* epiſcopum cum fratre ſuo *Quintelino*. Supervixit ſexennio poſt fidem acceptam.

Obiit 31. regni ſui anno, & anno Domini 634.

Incepit fundare eccleſiam *Winton.* quinto converſionis ſuæ anno; ſed morte præventus minimè complere potuit. Sepultus eſt in eadem eccleſia.

Dedit Deo ibidem ſervientibus **Childecumbe.**

Succeſſit *Kinewaldus* fratri, & eccleſiam *Wintonienſem* ab eo inceptam complevit; dedit-que eidem tria maneria **Dountoun, Aresford, & Wordham.** Regnavit annis xxxij. & regnum Sexburgæ Reginæ reliquit. Sepultus eſt in eccleſia *Winton.* ſub ſummo altari anno Domini 671.

Egbertus primus monarcha regnare cœpit anno Domini 800. regnavit annis 37; ſepultus eſt in eccleſia cathedrali *Winton.* cui dedit quatuor maneria **Drokenesford, Wordham, Aweltoun, & Bedhampton.**

Athelwulphus filius *Egberti* regnavit ann. xx. & ſepultus eſt in eccleſia *Winton.* anno 857. Hic reſtituit manerium de **Chiltecumbe** ablatum.

Edwardus ſenior Rex *Angliæ* dedit eccleſiæ *Winton.* quatuor maneria, **Overtone, Halborne, Stoke, & Whitechirch.**

Frithelſtanus factus eſt epiſcopus *Winton.* anno *Edwardi* ſenioris octavo, & conſecratus à *Pleimundo* archiepiſcopo *Doroberneuſi* anno Domini 908. præfuit eccleſiæ *Winton.* xxiiij. annis, & renunciavit epiſcopatui anno nono Regis *Athelſtani*; cui immediatè ſucceſſit ſanctus *Brinſtanus* anno Domini 932. & regni *Athelſtani* 9.

Æthelſtanus Rex dedit eccleſiæ *Winton.* tria maneria; **Chilboltoun, Oneſorde, & Hameriſworde.**

Edredus Rex dedit eccleſiæ *Winton.* duo maneria; **Dountone, & Hulleburne.**

Edgarus Rex monachos, qui per *Danos* deſtructi erant, iterum in eccleſia *Winton.* inſtituit, & dedit eis unum manerium, ſcilicet **Asvingtone.**

Ethelredus Rex, filius *Edgari* dedit eccleſiæ *Winton.* manerium de **Havonte** (forſan **Havant.**)

Canutus Rex dedit magna ſigna eccleſiæ *Winton.*

Hardecanutus Rex dedit ecclesiæ *Winton.* duo maneria; **Pippesmenstre** & **Westwode.**

Sanctus *Edwardus* Rex & Confessor, dedit quatuor maneria ecclesiæ *Wintoniæ*; **Portlande, Wike, Hollewelle,** & **Waymuthe.**

Astanus dux, filius *Ethelredi*, dedit ecclesiæ *Winton.* duo maneria, **Persene** & **Eggebyri.**

Agelwynus dux dedit *Cleram* ecclesiæ *Winton.*

Elphegus prefectus dedit ecclesiæ *Winton.* manerium de **Crundale.**

Athelwoldus dux contulit **Wike** ecclesiæ *Wintoniæ.*

Tunbertus episcopus *Wintoniæ*, tertius à *Swithuno*, dedit suæ ecclesiæ ad fabricam ejusdem manerium de **Pulcheling.**

Alwinus episcopus *Wintoniæ*, dedit eidem ecclesiæ novem maneria; **Stonebam,** duas **Meones, Neuton, Witeney, Heling, Pelbzok, Polhampton,** & **Hedingtone.**

Walkelinus episcopus *Winton.* ecclesiam *Wintoniensem* à fundamentis renovavit, & multa maneria à monachis abstulit, usque ad valorem trecentarum librarum terræ.

Henricus Blesensis, frater Regis *Stephani*, episc. *Winton.* dedit eidem ecclesiæ **Clive,** & maxima ornamenta.

Richardus Toclin episcopus *Wintoniæ*, **Hamme** redemit, & **Cnoel** emit, & suæ ecclesiæ *Winton.* dedit.

Wolwynus monachus *Winton.* dedit ecclesiæ *Winton* manerium de **Butermere.**

Dominus *Simon* de *Winton.* miles contulit **Winhale** ecclesiæ *Winton.*

Fritheswitha Regina, mater sanctæ *Frethelwithæ* virginis, dedit ecclesiæ *Winton.* manerium de **Tauntone,** in qua requievit humata.

Emma mater *Edwardi* confessoris, dedit novem maneria *Wintoniensi* ecclesiæ; **Brandesbyri, Berchefelde, Hawthtone, Fylde, Mechelmerche, Puingeo, Wicombe, Weregrave,** & **Haylinge.**

Getha uxor *Godwini* ducis, dedit ecclesiæ *Winton.* **Bledone** & **Craucumbe.**

Alwara dedit **Alwardestoke, Exton,** & **Widehaye,** pro anima *Leowini* viri sui.

Edgyva dedit **Doxkinham.**

Reges sepulti in cathedrali ecclesia Winton.

Kinegilsus, Kinewaldus, Kinewolphus, Egbertus, Ethelwolphus, Edredus, Canutus, Hardecanutus, Guil. Rufus.

Pontifices quoque & Sancti sepulti in cathedrali ecclesia Winton.

Birinus, Hedda, Swithunus, Frithestanus, Brinstanus, S. *Elphegus confessor.*

S. *Daniel* episc. *Winton.* secundùm quosdam, sepultus est *Adelduni*. S. *Adomarus* episc. *Winton.* sepultus est *Parisiis* apud S. *Genovevam*, cor autem ejus ad borealem partem majoris altaris *Winton.*

Innocentii Charta. p. 8.

Ex chron. S. *Swythini winton.* p. 8.

INnocentius *episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Priori & monachis* Winton. *monasterii, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Cum à vobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per solicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & Wentanam ecclesiā in quā divino estis obsequio mancipati, ad exemplar felicis memoriæ* Lucii *Papæ secundi prædecessoris nostri, sub beati* Petri, *& nostra protectione suscipimus & præsentis scripti privilegio communimus; statuentes ut quascunque possessiones. quæcunque bona eadem ecclesia impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione principum vel regum, oblatione fidelium Deo propitio poterit adipisci firma vobis & per vos eidem ecclesiæ & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.* Chiltecumbam, *&* omnem decimam ejus, Estonam, Wordiam, Wanstogtonam, Aujutoniam, Moenes Minores, **Wykeford,** Exstonam, Hentonam, **Halwarstokis, Wavents,** Crondolam, Hodingtonam, Watonam, **Heunenton, Chilbelton, Pittleshullings, Pelbzok,** Estonam, **Stoneton, Enesord,** Patteniam, **Awelton,** Asidam, **Clandon, Pineton, Wozmerichestun, Westwud, Diudon, Harnie, Hulleburig, Witcherche,** *reddit. in urbe* Wentana, *& in suburbio; piscaturam apud* **Wanford, Chise, Brandesbury;** *omnem decimam dominicorum ejusdem ecclesiæ, ad operam ecclesiæ & domorum eidem ecclesiæ pertinentium,* **Portland,** *terras feoda & servitia militum ad eandem ecclesiam pertinentia, consuetudines, libertates rationabiles, tam in emendo quam vendendo, & in aliis per chartas regias concessas; pensiones annuas viginti librarum de nundinis sancti Ægidii; pensionem annuam decem marcarum de Hospitali sanctæ* Crucis *ad luminaria ecclesiæ faciendā, ecclesiam de* **Wykeford,** *ecclesiam de* **Cromal,** *ecclesiam de* **Avant,** *ecclesiam de* **Winchale,** *ecclesiam de S.* Fide, *ecclesiam sancti Ægidii, ecclesiam sancti* Jacobi, *& omnes oblationes ad anniversarium bonæ memoriæ* Henrici *episcopi faciendum. Capellam de* Eddecunta, *ecclesiam de* **Campton,** *& ecclesiam de alio monasterio, ad anniversarium* Henrici *Regis secundi faciendum. Terram de* **Cnoel** *ad anniversarium bonæ memoriæ* Godfridi *episcopi. Terram de* **Childs Cnoel** *ad libros faciendos, ecclesiam de* **Clendon,** *ad religiosos hospites suscipiendos. Ecclesiam de* **Littleton.** *Obeunte verò ejusdem loci episcopo, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, sed liceat vobis episcopum absque contradictione alicujus una cum archidiac. communi consilio vel partis consilii saniori eligere, secundum Dei timorem & sacrorum canonum instituta. Decernimus ergo, ut nulli hominū liceat præfatam ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sint, usibus omnimodis profutura; salva sedis*

sedis apostolicæ, & diœcesani episcopi canonica justitia. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congruæ satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reumque se in divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Alia ejusdem Papæ *Innocentii* bulla.

INnocentius *episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Priori ecclesiæ* Winton. *& fratribus, tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quoties à nobis petitur quod religioni & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere & petentium desideriis congruum suffragium impartiri; eapropter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus: & ecclesiam* Winton. *in qua divino mancipati estis obsequio sub B.* Petri *& nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundùm Domini & beati* Benedicti *regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quæcumque possessiones quæcunque bona eadem ecclesia inpræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duxi exprimenda vocabulis; Locum ipsum in quo præfata ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis, de* **Barton**, *de* **Litelton**, *de* **Henton**, *de* Wardia, *de* **Lamaterre**, *de* **Croudall**, *de* **Sutton**, *de* **Pichilmarias**, *de* **Hathun**, *de* **Chilbolton**, *de* **Hursbury**, *de* **Whitchurche**, *de* **Winlington**, *de* **Portland**, *de* **Wikis**, *de* Waimutha, *de* Horvella, *de* **Stockton**, *de* **Cnefosd**, *de* **Alweiton**, de Patenia, *de* Finilda, *de* **Wroston**, *de* **Hiveston**, *de* **Bessio**, *cum pastura de* Fowleia, *de* **Silkested**, *de* **Nozthbury**, *de* **Aventon**, *de* **Henton**, *de* **Elton**, *de* **Dzoknesfozd**, *de* Haventa, *de* **Nuthultings**, *de* **Pelbzoke**, *de* **Westwod**, *de* **Bledon**, *de* **Wilfrigeston**, *de* **Motton**, *de* **Havilton**, *de* **Bzansbury**, *de* **Alwarstoke**, *de* **Hodington**, *de* **Punei**, *de* Hamma, *de* Cliva, *de* **Cnoel** *maneriis, cum omnibus juribus decimis & pertinentiis suis. Ex dono bonæ memoriæ* Henrici *.....medietatem reddituum piscaturæ de* **Bzamfozd**; *de* **Chilbolton**, *de* **Chilcumbe**, *& de* **Sowsted**, *de Unas cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono bonæ memoriæ* Henrici *episcopi* Winton. *de* Crondela, *de* **Dzokensozd**, *de* Havanta, *ecclesias cum omnibus pertinentiis suis, ad continuanda luminaria ante majus altare ecclesiæ* Winton. *Ex dono ejusdem, ecclesiam de* **Elmdon**, *cum omnibus pertinentiis suis ad faciend. libros, necnon ecclesiam de* **Litilton** *cum omnibus pertinentiis suis ad suscipiendum hospites. Annuum redditum viginti librarum in nundinis S. Ægidii; annuum redditum decem marcarum de sancta* Cruce; *pensiones omnium capellarum civitatis* Winton. *totam oblationem ..... redditus domorum, civitatis & suburbii* Winton. *necnon & alias possessiones vestras cum pratis, vineis, nemoribus, usuagiis & pascuis, in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & in omnibus aliis libertatibus & immunitatibus. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus vel sumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos è sæculo fugientes ad conversionem recipere, & absque contradictione aliqua eos retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem sas sit sine Prioris sui licentia nisi arctioris religionis obtentu discedere; discedentem verò absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis exclusis excommunicatis & interdictis, non pulsatis campanis submissâ voce divina officia celebrare dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad ordines sunt promovendi, à* Winton. *suscipietis episcopo, si quis catholicus fuerit, & gratiam & communionem habuerit sanctæ* Romanæ *sedis, & ea vobis voluerit sine pravitate exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parochiæ vestræ nullus sine assensu episcopi* Winton. *& vestro, capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis pontificum* Romanorum. *Ad hæc novas & indebitas exactiones, ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis, seu diaconis, aliisque omnibus ecclesiasticis, secularibusque personis à vobis fieri omnino prohibemus; sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decrevimus ut eorum testamento, & extremæ voluntati qui se illuc sepeliri desideraverint, nisi fortè excommunicati, interdicti aut publicè usurarii, nullus obstet, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea & possessiones ad jus vestrarum ecclesiarum spectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi & legitimè liberandi de manibus eorundem & ad ecclesias ad quas pertinent revocandi, libera sit vobis de nostra authoritate facultas. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Priore vel tuorum quibuslibet successorum, nullus, ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia, præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum major pars consilii sanioris secundum dominum & beati* Benedicti *regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna inposterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangearum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem effundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris* Romanis *pontificibus ecclesiæ vestræ*

concessas, necnon libertates & executiones secularium exactionum à regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, autoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prafatam ecclesiam temere perturbare, ac ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione, ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolica autoritate & Winton. *episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo, tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & domini redemptoris nostri* Jesu Christi *aliena fiat, atque in extremo examine districta subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco jura sua servantibus sit pax domini nostri* Jesu Christi *quatinus & hic fructum bone actionis percipiant & apud districtum judicem præmia æterne pacis inveniant,* Amen.

Charta Edgari *Regis pacifici, pro renovatione terra de* **Chiltecumbe**, *& pro introductione Monachorum.*

Ib. p. 10. MUndane volubilitatis orbita nunquam in eodem permanet statu, sed quotidiano defectu, more fluentis aquæ decurritur, ob id quod rerum effectus præteritarum oblivioni traditur nisi literaturæ characteribus exaretur, qui quasi quodam arctiore ligamento nè penitus è memoria defluat retinetur, hoc quomodo quæ olim gesta fuerunt innotescit posteris. Quapropter in hac chartella manifestè declaratur; qualiter ego *Edgarus*, opitulante gratuitâ salvatoris clementia Anglorum basileus, *Athelwaldo* mihi pontifici suggerente, tum optimatum meorum concilio devotus, renovavi *Chiltecumbes* hæreditariam libertatem, & sanctæ & individuæ Trinitati commendavi, & in veteri monasterio in ecclesia beatorum *Petri* ac *Pauli* ad usum Monachorum ibibi Deo regulariter famulantium perpetuo jure consecravi, præcepi hanc quoque renovationem in ipsâ eadem libertate fine tenus perdurare, qua illam ab aliis ditatam & ab antecessoribus Regibus omnibus meis donatam esse comperi, quorum primi extiterunt *Kingilsius* Rex, & filius ejus *Kinewaldus* Rex, qui in exordio fidei Christianæ sanctissimo *Berino* episcopo verbum Dei predicante concesserunt ejusdem juris possessionem ad præfatum sancti loci Monasterium; deinde *Egberthus* Rex, *Athulphus* Rex, *Alfredus* Rex, *Edgarus* Rex, ideoque præcipio in nomine domini nostri Jesu Christi, ut nullus episcopus ejusdem loci illam terram de ipso monasterio trahere audeat, nec alicui secularium pro munere quolibet eam dare præsumat. Hoc quoque provida consideratione superaddidi, & mandavi, ut nullus filiorum vel nepotum meorum nec aliquis successorum meorum ad prædictum sedis episcopalis cœnobium, clericos unquam introducat, sed electis eisdem Monachis Christo ibidem Deo servientibus deputetur, sicut Ego ipse cooperante omnipotentis Dei auxilio constitui, quando superbos clericos qui Deo servire contempserunt, pro nefandis suis actibus, & detestandis servitiis inde eliminatos expuli, ibique sacram Cœnobitarum congregationem, qui in hymnis & laudibus Domino voluntariè servirent congregavi. Quicunque hanc libertatem custodire voluerit, custodiat eum Deus & hìc & in ævum. Si quis autem diabolicâ suggestione deceptus, hanc libertatem minuere vel infringere præsumpserit, veniant super eum omnium maledictionum genera quæ scripta sunt in novo & in veteri Testamento, sitque cœlum ferreum super caput ejus, & tellus ahenea sub pedibus ejus, & sit ipse æterno Anathemate seperatus à Deo & omnibus sanctis ejus, & Apostolicâ beatorum *Petri* & *Pauli* authoritate ligatus sit quamdiu vixerit, & post maledictum obitum suum, gehennalibus flammis cum diabolo & Angelis suis sine fine damnatus & cruciatus intereat, nisi priùs emendaverit, quod Deum omnipotentem & sanctos Apostolos ejus pro nihil sperare non timuit.

Carta de **Hursbourne** Edwardi *senioris.*

REgnante inperpetuum sancta Trinitate præsentisque vitæ curriculis subterlabentibus, atque omnibus propemodum rerum gestis oblivioni traditis, aut ignorantia id agente vel incuria regum ac magistrorum ignaviter torpescente ac lacescente; Quapropter Ego *Edwardus* divina indulgente clementia *Anglorum Saxonum* rex, literarum memoriæ commendare procuravi, quod prosvus meus *Egberthus* rex possidet quinquaginta manentes prætio comparatos in illo loco qui dicitur **Hursbourne**, & alios decem in loco qui dicitur **Aostoke**, qui ad præfatum pertinent locum, scilicet **Hursbourne**. Cumque prosvus meus moriens commendavit eandem terram filio suo *Adulpho* regi avo meo, at ille viam universitatis ingrediens relinquit eandem terram filio suo *Alfredo* regi patri meo in diebus suis, ea conditione ut ipse moriens demitteret eandem terram venerabili familiæ beatorum apostolorum *Petri* & *Pauli* in *Wentanâ* civitate in perpetuam hæreditatem habendam & possidendam; intus ad refectorium fratrum, cum silvis, campis, pratis, & pascuis, atque ad se rite pertinentibus. Hæc autem donatio, Deo autore, ita confirmata est cum superno chirographo in cruce domini nostri Jesu Christi, pro redemptione piaculorum *Adulphi* regis & *Alfredi* regis, necnon & antecessorum suorum, simul & pro æterna libertate animæ meæ & omnis successuræ posteritatis meæ, eadem conditione comprobata est, ut nullus episcopus nec etiam præsens familia, nec insuper subsequens possit illam terram amovere ab illa familia perpetualiter, neque pro pecunia, neque pro alia terra, quamdiu fuerit homo super terram, vel petra in terra, sed hæreditas ipsa beatis apostolis *Petro* & *Paulo* commendata perpetualiter ab omni servitute mundiali & regali libera, remaneat, excepta

copta expeditione, & arcis & pontis constructione; hac quoque causa imperavi istum hæreditarium librum noviter scribi, quia ille antiquus hæreditarius liber olim scriptus non habebatur; si quis verò posthac illum hæreditarium librum vel alium quemlibet contra hanc nostram defensionem in propatulo adduxerit, ab omni Christianitate irritus fiat & ad nihilum valeat; si quis hoc nostrum decretum custodire & augere voluerit adaugeat omnipotens omnia præsentis sibi & futuræ vitæ bona. Si quis verò (quod non optamus) contra nostrum hoc decretum machinari, aut infringere aliquid voluerit, sciat se graviter rationem redditurũ in die judicii ante tribunal domini nisi priùs hic digna emendaverit pœnitentiâ ante mortem.

[Respice pag. 217. col. 2.]

Sceptonense *Cœnobium* (*vulgò* Shaftesbury) *in agro* Dorsetensi.

Cart. 7 Joh. n. 115

I Dei gratia &c. Sciatis nos intuitu justitiæ & amore Dei, concessisse simul & reddidisse Deo & ecclesiæ S. *Mariæ* & sancti *Edwardi* de **Saftesbirt** in dominio liberè & bene possidendas, terras illas omnes quas in præsentia Regis *Henrici* proavi nostri & baronum suorum, *Emma* abbatissa apud **Caytinges** disrationavit; videlicet contra *Hardwinum* filium *Ælnothi* in *Stoka* quinque hidas quæ fuerunt de dominio ecclesiæ sancti *Edwardi*. Contra *Thomam* cognatum *Eularii* abbatissæ in **Stoke** unam hidam de dominio. In **Eltewyth** unam hidam & dimidiam. In **Wallefton** unam hidam & unam virgatam de dominio. In **Ferne** duas hidas in dominio. In *Essegrava* unam hidam de dominio. Contra *Turstinum* filium *Reinfredi* & fratres ejus in **Helmetone** unam hidam quæ fuit data cum filio *Serlonis* de **Burfei**. In **Gerelis** duas hidas in dominio, quæ fuerunt datæ cum quadam monacha *Elviva* nomine. In **Beldefero** duas hidas de dominio. In *Tarenta* unam hidam de dominio, quæ fuit data cum filia *Garmundi*. In **Dunheved** unum molendinum de dominio. Contra *Osmundum* filium *Godefcalli* in **Lodewell** unam hidam & unum molendinum in dominio. Contra *Picotum* de **Burgate** in **Liuntone**, quinq; hidas de dominio. Contra *Rogerum Waspay* in **Herch.** duas hidas de dominio. Contra *Aluredum* de **Rorelege** unam hidam & tres virgatas, quæ sunt datæ cum filia *Rogeri* de **Berkle**i. Contra uxorem *Willielmi* de **Thefeburne** & filium ejus dimidiam hidam de dominio. In **Selvehanton** quinque virgatas quæ sunt datæ cum filia *Aluredi Pincernæ*.

Concedimus etiam duas hidas in *Fosteberia*, quas dedit *Goscelinus* de **Rule** cum filia sua. In **Iland** duas hidas quas dedit *Drogo de Montecuto* cum filia sua; & dimidiam hidam de **Farneham** quam *Ainlfus* vicecomes tenuerat de terra prædictæ ecclesiæ, & post tandem cum filia sua moniali illam eidem prædictæ ecclesiæ reddidit. Et in **Blancfort** unam hidam & dimidiam quam dedit *Ajulfus* camerarius pro anima uxoris suæ. Et in **Wadefort & Wudeb:** unam hidam & dimid. quam emit *Emma* abbatissa de *Satone* & filiis suis. Et in **Wunelegh** unam virgatam terræ quam dedit **Wunehan** cum filia sua. Et ecclesiam de **Torintone** cum terra adjacente eidem ecclesiæ & decimis, & parvam weram quam dedit *Odo* filius *Gamelini* cum duabus filiabus suis. Et decimas de dominio *Ricardi* de sancto *Claro* de **Wercham** quam ipse dedit cum filia sua; Et in eadem villa xxx. acras de suo dominio. Et monasterium de *Kivelta* cum terra & decima ei adjacente quod *Ernaldus* de **Hesding** dedit cum quadam sua cognata. Et capellam de **Wodetone** cum terra & decima quam *Gundreda* dedit cum quadam cognata sua *Albreda* de *Bosco Roalda*. Hæc omnia Deo & ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & sancti *Edwardi* quietè & liberè imperpetuum possidenda concedimus pro salute animæ nostræ, & patris, & animæ matris nostræ & antecessorum nostrorum sicut ea *Emma* abbatissa disrationavit.

Concedimus etiam eidem ecclesiæ omnes libertates & liberas consuetudines, & quietancias suas quas habuit tempore *H.* Regis proavi nostri, & sicut eas unquam melius habuit, sicut carta *H.* Regis patris nostri quam inde habet rationabiliter testatur. Reddidimus etiam & præsenti carta confirmavimus abbatiæ sancti *Edwardi* & *Mariæ* abbatissæ ejusdem loci & omnibus successoribus suis imperpetuum totum hundredum de manerio de **Wadefort**. Habendum & tenendum cum omnibus pertinentiis suis & libertatibus & liberis consuetudinibus, sicut præfata abbatia, vel aliqua unquam abbatissa ejusdem loci melius & liberius & integriùs illud hundredum habuit & tenuit. Quare volumus (&c.) Dat. per manum *H.* de **Welle** archidiaconi *Wellen.* Apud *Norh.* xxiij. die Maii anno, &c. vij.

Sanctæ Fridiswidæ *Cœnobium* Oxoniæ.

[Respice pag. 174. col. 2.]

— *Istis terminis præfatis monasterii jura circumscripta clarescunt.*

Limites terræ de *Winchendon.*

THis both the ryde londe imere into Winchendon, **erest of** Ashullefswell **into** Beri-dyke, **of the dyke on Hundredeve trwe, of the trwe in twam moze, of the moze into the hevelonde, of the hevelonde into twamwell y rythis, of the Rythie into** Bichenbroke, **of that broke into** Tameltreme **and lange** Tame-streme **to** Ebbeslade. **Of the slade to** Merewell; **fro** Merewell **to** Rugslawe; **fro the Lawe to the foule putte: fro the putte to** Rusbroke: **fro** Rusbroke **to** Wottelbroke: **fro** Wottesbroke **into** Ashulfeswell.

Ex MS. codice penes *Girardum Langbane* S. theol. D. præpositum collegii *Reginæ Oxon.* an. 1652.

De

De Wihthull.

THare beth iij. hide londe ymere into Withull, that is fro Oldhenſſlade ofre the Cliff into Stonylondy wey : fro the wey into the long lowe, fro the lowe into the Poſt-ſtrete : fro the ſtrete into Charewell ; ſo aftir ſtrem til it ſhutt eſt into Henſſlade.

De *Bolles, Covele*, & *Hedyndon*.

THare beth hide londe ymere into Covelee, fro Charwell brigge and long the ſtreme on that rithe ..... ling croft endlong rithes eſtward to that cometh to other ..... ſhet up nozward to the furlonges-heved : fro the haved ..... eſtward into Merchuthes fro the huthe into the bzo ..... into Deneacre : fro the acre into the Dekmere : fro that mere ..... fro Reſtell into bzoke : fro the bzoke into Charwell.

..... de *Cudeſlawe*.

THare beth ij. hyde lond ymere into Cudeſlawe, ereſt of Poſt-ſtrete into Trilliwelle : fro the welle into rithe : fro ..... to Byſhopeſmore : fro the Poze into Wyneleſlade into the ..... ſlade into Wyneleſhull : fro the hulle on hyme.

De *L*.....*rii* S. *Frideſwide*.

THis pzivilege was ioith in Hedington .....myn owne mynſter in Oxenford. There ſeint Frideſwide ..... alle that fredome that any fre mynſter freluheſt ..... mid ſake and mid ſocna, mid tol and mid teme, and with ..... of Hedingdon, and of all the londe that therto be ..... and in felde and alle other thinge and ryth that y ..... belyueth and byd us foz quike and dede, and alle other ..... alle other benyfeyt, and alle other thinge that ther .....

Scripta fuit hæc cedula juſſu præfati Regis in villa regia quæ ..... appellatur, die octavarum beati *Andreæ* apoſtoli hiis conſencientibus p.... qui ſubtus notati videntur. Ego *Ethelredus* Rex *Anglorum* hoc privilegium Chriſti nomine perpetua libertate prædicto donavi. Ego *Alfrich Doron* ..... eccleſiæ archipreſul corroboravi, ſub anathemate. Ego *Wulſtan Eboracenſis* civitatis archipontifex confirmavi. Ego *Ethelric Scireburnenſis* epiſcopus conſenſi. Ego *Elfgiva* thoro conſecrata regio hanc donationem ſublimavi. Ego *Adelſtan* regalium primogenitus filiorum cum fratribus meis teſtis be..... interfui. Ego *Alfoan, Wentanus* antiſtes, conſignavi. Ego *Alſtan Fontanenſis* eccleſiæ epiſcopus, conſolidavi. Ego *Alfun Lundonienſis* eccleſiæ epiſcopus conſecravi. Ego *Godwine Lychefeldenſis* eccleſiæ epiſcopus communivi. Ego *Ordbyrt* auſtralium Saxonum epiſcopus concluſi. Ego *Edelbrit Scireburnenſis* eccleſiæ epiſcopus conſenſi. Ego *Elfeod Cridienſis* eccleſiæ epiſcopus vegetavi. Ego *Alfric* dux. Ego *Leofwyne* dux. Ego *Wulgar* abbas. Ego *Alfegge* abbas. Ego *Athelmer* comes. Ego *Orduif* comes. Ego *Æthelmer* comes. Ego *Aelrye* comes. Ego *Ælfgar* comes. Ego *Goda* miniſter. Ego *Æthelwerd* comes. Ego *Athlwyne* comes. Ego *Ordmere* comes. Ego *Leofwyne* comes. Ego *Godwyne* comes &c.

Prædictus verò Rex *Ethelredus* eandem eccleſiam, ſicut ante voverat, amplificavit, ſicut in cronicis. Et poſtea antequam viris *Normannorum Angliam* ſubdidiſſet ab ..... cuidam abbati eccleſia iſta cum poſſeſſionibus ſuis à quodam rege donata ..... Spoliati igitur bonis ſuis & ſedibus expulſi ſuis canonici ſeculares memorati, & monachis res addicta per annos aliquot eorum diſpoſitionibus ſervi ..... Poſtea, ſicut ſe habent res mortalium, regis cujuſdam beneficio conſilii deliberatione, canonicis præfatis ſua ſunt reſtituta & uſque ad annum MCxxij. eidem eccleſiæ præfuerunt. A. 1122.

Eodem quoque tempore, anno regni Regis *Henrici* primi xxij. Mag. *Gwymundus* domini Regis *Henrici* capellanus, videns quod Rex clericos ſuos ferè illiteratos in epiſcopos promoveret, aliis dignitates, aliis redditus non modicos conferens, ſique literatus cum eſſet & integræ opinionis, nihil præter victum & veſtitum à rege donari, indignans ſuper hoc die rogationum cum Rex miſſam audiret, ſubſanabat : Increpatus igitur à rege poſt miſſam, quare ſic egiſſet, Quia vos male legentibus epiſcopatus & beneficia eccleſiaſtica confertis, ideo ſciatis me, de cætero, ſoli Chriſto, regi regum ſummo, ſerviturum, qui ſibi ſervientibus non ſolum temporalia largiri beneficia noverit, ſed etiam æterna. Ex qua confuſus reſponſione Rex, eccleſiam ſanctæ *Fridiſwidæ Oxon.* ad capellam ſuam ſpectantem, cum omnibus pertinentiis ſuis dedit. Mox ejectis inde canonicis ſecularibus qui uſque ad id tempus eidem eccleſiæ præfuerant regulares ſibi canonicos congregavit, quorum ipſe primus Prior extitit, dictam fæliciter regens eccleſiam annos xix.

Carta Matildis *Imperatricis*.

MImperatrix regis *Henrici* filia, & *Anglorum* domina, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, comitibus & baronibus, juſticiariis, vicecomitibus & omnibus fidelibus ſuis *Francis* & *Anglis*, ſalutem. Sciatis me dediſſe, & conceſſiſſe Deo & eccleſiæ ſanctæ *Fritheſwithe* **Oxeneford**, & canonicis regularibus ibidem Deo ſervientibus, pro ſalute animæ meæ, & pro anima regis *Henrici* patris mei, & pro animabus omnium anteceſſorum meorum monaſterium ſanctæ *Fritheſwithæ*, cum territoriis ſibi adjacentibus, & clauſuris locorum & grangiarum, cum capellis de **Hedyngdon**, & **Perſton**, **Elſefeld**, & **Beneſeye**, de quibus nulla redditur conſuetudo epiſcopis, archidiaconis, nec eorum miniſtris : præterea conceſſi & confirmavi eiſdem canonicis, viam juxta murum civitatis **Oxeneford**, quantum extenditur terra eorum, ita ut eandem viam, & ſimiliter omnes portas totius monaſterii, ad voluntatem ipſorum, includant, ſine impedimento ſeu contradictione aliqua imperpetuum. Præterea conceſſi & confirmavi eiſdem canonicis feriam unam in civitate **Oxeneford**,

Pat. 5 *H.* 5. m. 3. per Inſpex.

Quanquã Canonici regulares in hoc cœnobio nunc extitere ; in fundatione vero ejuſdem, moniales de ordine S. *Bened.* hic collocatæ ſunt.

Dreneſord, & in toto ſuburbio ejuſdem, & infra eandem civitatem eccleſiam *omnium Sanctorum*, eccleſiam ſanctæ *Mildrid*æ, eccleſiam ſancti *Michaelis* ad portam borialem, eccleſiam *Petri* ad caſtrum, medietatem eccleſiæ ſancti *Aldati*, capellam ſancti *Michaelis* ad portam auſtralem, eccleſiam S. *Edwardi*; capellam S. *Trinitatis*, & extra civitatem eandem capellam S. *Clementis*, in Wallingford eccleſias ſanctorum *Luciani* & *Leonardi* cum pertinentiis ſuis. Præterea conceſſi & confirmavi prædictis canonicis totam villam de Wythedon, & deſuper orientalem Dreneford duas hidas terræ, & culturam unam quæ vocatur Prettenacre. In Codeſlowe, duas hidas terræ; in Walton unam hidam terræ, totum locum qui dicitur Beneleye, & inſulam unam quæ dicitur Langeneis. In Coveleye unam dimidiam hidam terræ; decimas de toto dominio de Gerſynton. In Fordhull, duas acras & dimidiam bladi, & de qualibet virgata terræ ejuſdem villæ, unam travam. In una Horſpathe, duas acras, & de qualibet virgata terræ unam travam, in alia Horſpathe, & unam acram, & de qualibet virgata terræ unam travam. In Cudesdon tres acras bladi. In Denton, quatuor travas. In Chibenherſt duodecim travas. Quare volo *(&c.)* Teſtibus, T. cancellario archiepiſcopo, *R. London.* epiſcopo, *R.* comite *Glarc. R.* de *Oilli*, apud Dreneford.

Carta regis *Johannis*.

Ibid. JOhannes *Dei gratia rex* Angliæ, *dominus* Hiberniæ, *dux* Normanniæ & Aquitaniæ, & *comes* Andegaviæ, *archiepiſcopis (&c.) ſalutem. Sciatis nos conceſſiſſe & præſenti charta noſtra Deo & eccleſiæ ſanctæ* Frideſwide Oxon. *& canonicis ibidem Deo ſervientibus confirmaſſe, eccleſiam ſanctæ* Frideſwide *in* Oxon, *ubi domus canonicorum prædictorum fundata eſt, cum capellis & pertinentiis ſuis & decimis, omnes eccleſias ſuas alias in* Oxon; *omnes terras ſuas in civitate* Oxon, *& extra villam de* Winchedon *cum pertinentiis ſuis, & eccleſiam ejuſdem villæ. Duas hidas terræ deſuper pontem orientalem* Oxon. *cum pertinentiis ſuis. Duas hidas terræ in* Cudeſlawe *cum pertinentiis ſuis*; Edmetonam *cum pertinentiis ſuis. In* Tumuleia *unam hidam terræ, & dimidiam cum pertinentiis ſuis*; *eccleſiam de* Wermebale *cum pertinentiis ſuis*; *eccleſiam de* Fretewell *cum pertinentiis ſuis. Eccleſias de* Wallingford *cum pertinentiis ſuis*; *terras ſuas infra burgum de* Walingford, *& extra. In* Pulton, *quinque virgatas terræ cum pertinentiis ſuis. In* Hocton, *unum molendinum cum pertinentiis ſuis. In* Cton *unum molendinum cum pertinentiis ſuis. Decimas de domicio de* Gerſindon. *In* Dracton *unam virgatam terræ cum pertinentiis ſuis. In* Rollandia *tres virgatas terræ & unam Curſeclam cum pertinentiis. In* Cherchell *unam virgatam terræ cum pertinentiis ſuis, & duas garbas de dominio nomine decimarum, & decimam fœni de eodem dominio. In* Coveleia, *unam dimidiam hidam terræ cum pertinentiis ſuis. In* Clifton, *unam virgatam terræ cum pertinentiis ſuis. In* Elſefeld *unam virgatam terræ, & tres acras terræ cum pertinentiis ſuis, & de molendino eiuſdem villæ quatuor ſolidos. Capellam de* Caſtcot *cum pertinentiis ſuis*; Langeleiam & Winleſeiam, & Hakelingcroft, & Godesrichecroft, & Refham, *& dimidiam virgatam terræ cum pertinentiis in* Hedindon, *unam virgatam terræ in* Berton, *& feriam unam in* Oxon. *Hæc omnia prædicta & omnes alias donationes quæ prædictis canonicis rationabiliter factæ ſunt eis concedimus & confirmamus, in liberam & perpetuam elemoſinam, cum omnibus pertinentiis (&c.) & libertatibus ſuis, ſicut carta donatorum rationabiliter teſtantur. Quare volumus (&c.) Datum per manum* Simonis Wellenſis *archidiaconi, &* Johannis *de* Grey, *apud* Cenomaniam, *vigeſimo nono die Septembris, regni noſtri anno primo.*

S. Werburgæ *Cœnobium in urbe* Ceſtrenſi.

[Reſpice prolegom. n. 1.]

Carta Ricardi *Comitis* Ceſtriæ.

ANno ab incarnatione Domini MCxix. regnante potentiſſimo Rege *Henrico*, ego *Ricardus* comes meique homines communi conſilio confirmavimus, ſigillo meo, omnes donationes quæ datæ ſunt à me vel à meis in meo tempore eccleſiæ ſanctæ *Werburgæ Ceſtriæ*; Ego itaque comes *Ricardus* poſt obitum patris mei dedi, pro ſalute animæ ſuæ, terram *Wlfrici* præpoſiti foris portam de Northgate prius per unam ſpicam frumenti, deinde per unum cultellum ſuper altare ſanctæ *Werburgæ*, & molendinum de Berche, & tres manſuras quietas & ab omni re liberas, duas in civitate & unam extra portam de Northgate. T. *Willielmo* conſtabulario, *Waltero* de Vernun, *Radulfo* dapifero, & aliis multis.

Cart. 11 E. 1. m. 11. n. 38 per Inſpex.

Videtiam cart. 2 E. 3. m. 6. n. 23.

Willielmus Conſtabularius dedit *Neutonam*, ſimul cum ſervicio *Hugonis* filii *Udardi* de quatuor bovatis, & cum ſervicio *Wytheberni* de duabus bovatis. *Hugo* filius *Normanni* dedit Goſetre & *Lantrenam*. T. *Hugone* de Lacy, & *Radulfo* & *Rogero* filiis *Normanni*, multiſque aliis. *Ricardus* de Pulfford dedit Cenotirne. T. *Willielmo* & *Adam* filiis ſuis. *Corbinus* dedit unam carucam terræ in Werewelle. *Hamundus* de Pacy, conceſſu hæredum ſuorum, & *Roſia* uxor *Pigoti*, conceſſu *Rogeri* fratris ſui, dederunt *Norwrdinam*, & eccleſiam, cum omnibus quæ ei pertinent, concedentibus & teſtibus filiis eorum. *Rogerus* de Bolinguarin dedit *Plumleiam* cum *Wydone* filio ſuo quando factus eſt monachus. T. *Willielmo* & *Ranulpho* filiis. *Ranulphus* venator dedit Wadeford & unam ſalinam in Northwyche conceſſu *Ricardi* comitis & *Hugonis* de Vernun domini ſui. Item *Ricardus* comes dedit decimum ſalmonem de ponte & locum unius molendini citra pontem, & decimam illius molendini ultra pontem. *Burell* dedit eccleſiam de *Hullewella* & decimam de molendino ſuo, & de omnibus rebus ſuis. *Herebertus Weambeſarius* dedit terram quatuor boum in Hole. *Ricardus* pin-

cerna dedit ecclesiam sancti *Olavi* & terram juxta ecclesiam & duas mansuras in foro. *Rogerus* de *Sancto-Martino* dedit terram duorum bovum in **Bebintone**. *Willielmus* de *Punterleya* dedit **Buttanari** cum omnibus appendiciis suis, id est ecclesiam & totum manerium solutum & quietum, & silvam **Lectone** ad rogum faciendum & ad communem usum domestici operis, concessu & testimonio *Hereberti* filii sui & *Alwredi* domini sui & *Ricardi* comitis. *Hugo* de **Wernum**, concessu *Ricardi* comitis, dedit unam mansuram in civitate solutam & quietam ab omni re & consuetudine. His itaque descriptis, ego comes *Ricardus* meique barones & mei homines confirmavimus non solum ista set etiam illa omnia quæ comes *Hugo* pater meus & barones sui confirmaverunt, constituentes sicut illi constituerunt ut hæc omnia sint stabilia soluta & quieta & ab omni re ita libera ut nichil libertatis possit eis addi ulterius, Nichil enim retinemus præter orationem in rebus sanctæ *Werburgæ* virginis. Concedimus etiam ut beata virgo *Werburga* habeat suam curiam de cunctis placitis & forisfactis sicut comes habet suam, Ita verò quod abbas illius loci non exeat neque placitet contra aliquem de aliquo placito vel de aliqua re extra curiam suam. Test. *Ranulpho Meschin*, & *Willielmo* fratre suo, *Willielmo* constabulario, & *Ricardo* fratre suo, *Hugone Malbanc*, *Osberno Meschyn*, *Hugone* filio *Osberni* & *Willielmo* fratre ejus, multisque aliis, Apud **Czahant**.

Carta *Ranulphi Meschyn* Comitis *Cestriæ*.

Ibid. U*Niversis matris ecclesiæ filiis*, Ranulphus *comes* Cestriæ *salutem. Notum sit vobis pariter me concessisse quando feci transferri corpus* Hugonis *comitis avunculi mei à cimiterio in capitulum, ut in die meæ mortis darem simul cum corpore meo ecclesiæ sanctæ* Wereburgæ Uptunam *solutam & quietam ab omni re ut elemosinam liberam, sicut ego ipse in illa die haberem eam in terris, in hominibus, in planis, in pascuis in pratis in placitis & in omnibus pertinentiis suis, pro anima ipsius* Hugonis *comitis, & pro salute animæ meæ & animarum omnium parentum meorum. Item quoniam comes* Hugo *concesserat antea ecclesiæ sanctæ* Werburgæ *theoloneum & omnes redditus nundinarum trium dierum, id est a nona vigiliarum sanctæ* Werburgæ *usque ad vesperam sequentis diei post solempnitatem, Ego comes* Ranulphus *illud* ☞ *idem concedo & confirmo, constituens sicut ipse constituerat, ut sive latro sive roberator, sive aliquis malefactor venerit ad solempnitatem habeat firmam pacem dum fuerit in nundinis nisi fortè forisfecerit in illis; Et si fortè aliquis forisfecerit in nundinis, omne placitum & forisfactum & justitia à ministris abbatis & à vicecomite civitatis tractabuntur in curia sanctæ* Werburgæ *virginis; Et ut vicecomes intentiùs & fidelius hoc agat computetur & tallietur ei à meis camerariis in suam firmam quicquid monachi ex his omnibus acceperint.* Willielmus Meschin *frater meus dedit Deo & ecclesiæ sanctæ* Werburgæ *ecclesiam de* **Dissard** *cum omnibus pertinentiis suis, consensu* Ranulphi *comitis &* Ranulphi *filii sui. T.* Willielmo *clerico de* **Ruelant**, Willielmo Flandrensi, *multisque aliis.* Matheus *de* **Ruelant** *dedit ecclesiam de* **Turstonestone** *cum suis pertinentiis quando* Simon *frater ejus factus est monachus. Teste* Roberto *de* Petraponte, *multisque aliis.* Hugo *filius* Osberni *dedit unam mansuram in* Cestria *& unum pratum quod vocatur* Kingeseya. Sueyn *de* **Wethenhale** *factus monachus dedit ij. bovatas in* **Wethenhale** *concedentibus filiis suis.* Ricardus *de* Cruce *dedit unam mansuram in* Cestria *in vico apud pontem, & partem terræ quam habuit in* **Pozcetone** *cum vellet monachus fieri. T.* Normanno *filio suo multisque aliis.* Leticia *de* **Malpas** *dedit Deo & sanctæ* Werburgæ *unam mansuram versus portam* **Clippe**. *T. & concedente* Ricardo *domino suo, & fratre suo* Ricardo Maillard, Nigello Chaundel, *multisque aliis.* Willielmus *filius* Andreæ *dedit cum filio suo monacho facto unam magnam soppam inter domum* **Wynebaud** *&* **Hammit** *in foro.*

Hæc sunt itaque dona quæ data sunt à me & à meis hominibus ecclesiæ sanctæ Werburgæ *in meo tempore; quapropter concedimus & confirmamus tam ego quam homines mei, non solum hæc supradicta sed & ea omnia quæ comes* Hugo *meus avunculus, vel* Ricardus *comes eius filius aut eorum homines dederunt ecclesiæ sanctæ* Werburgæ; *deprecantes & precipientes cunctis nostris amicis & hominibus tam præsentibus quam futuris quatinus ea omnia sint stabilia soluta & quieta, & ut elemosina ab omni re ita libera ut nihil libertatis possit eis addi ulteriùs, quia nichil retinemus in his exceptis orationibus. Adhuc etiam concedimus & confirmamus sicut prædicti comites & eorum homines antea confirmaverunt, ut beata* Wereburga *habeat de cunctis rebus curiam suam, ita quod abbas illius loci non placitet usquam contra aliquem de aliqua re ad ecclesiam pertinente extra curiam suam. Et ut ego comes darem exemplum posteris veni ipse propter unum placitum in curiam abbatis, audiens & suscipiens ibi meum judicium, non à meis sed a judicibus abbatis, ut in omnibus haberet beata* Wereburga *jus suæ dignitatis imperpetuum. Ut igitur sic sint omnia sicut supradictum est libera, confirmamus ea hinc sanctæ Crucis signo* ✠ *Hinc meo sigillo, Hinc horum virorum testimonio, scilicet* Willielmi Meschini, Willielmi *constabularii, &* Radulfi *dapiferi,* Hugonis Malbanc, Ricardi Banastre, Hugonis *filii* Osberni, Osberni *filii* Hugonis, Roberti *de* **Mari**, Roberti *filii* Bigoti, Adæ *de* **Pzacro**, Gaufridi *capellani*, Gurgicii *Doctoris*, Ricardi *filii* Nigelli. *Signum* ✠ Ranulphi *comitis. Signum* ✠ Willielmi Meschini. *Signum* ✠ Willielmi *constabularii. Signum* ✠ Roberti *de* **Palmas**. *Signum* ✠ Radulphi *dapiferi. Signum* ✠ Hugonis Malbanc. *Signum* ✠ Ricardi Banastre. *Signum* ✠ Hugonis *filii* Osberni. *Signum* ✠ Osberni *filii* Hugonis. *Signum* ✠ Roberti *de* **Pacy**.

Carta Ranulphi *filii* Ranulphi Meschines.

R*Anulphus* comes *Cestriæ* constabulario, dapi- Ibid.
fero (*&c.*) Universitati vestræ notum facio me concessisse in elemosina imperpetuum Deo & sanctæ *Mariæ* & monachis ecclesiæ sanctæ *Wereburgæ* pro salute animæ meæ, & pro salute animarum omnium meorum antecessorum nundinas & ten-

& tentoria mercatoria, atque forum omnium venalium fieri ante portam eorum monachorum, ita verò quod ipsi monachi faciant ex suo tentoria mercatorum, conducentes ea postea mercatoribus in quantum poterint ad proficuum ecclesiæ eorum. Quapropter prohibeo super amorem meum, ut nec mercator nec institor nec permentarius, nec corvesarius, nec ullus minister volens vendere vel emere, non vendat nec emat aliquid alicubi nisi ibi quamdiu nundinæ duraverint; & si quisquam deprehensus fuerit, & vendere vel emere aliquid alias extra hunc locum, præcipio vicecomiti civitatis quicunque fuerit super amorem meum & forisfactum meum, ut ipsi & ministri abbatis cum eo eant & accipiant ipsum mercatorem cum sua mercatione retinentes eum donec inveniat fidejussores faciendi rectum in curia S. *Werburgæ*. Volo etiam atque firmiter præcipio, ut super omnia hæc elemosina benè & integriter manuteneatur, ne mea oblacio quam ego ipse optuli super altare S. *Werburgæ* coram meis baronibus in aliqua re disturbetur; ego enim optuli eam propria manu super altare coram testibus.

Alia ejusdem *Ranulphi* Carta.

Ib. m. 10. RAnulphus *comes* Cestriæ *constabulario dapifero, baronibus justiciariis vicecomitibus* Cestr. *tam præsentibus quam futuris, & omnibus hominibus suis* Francis & Anglicis *clericis & laicis salutem. Universitati vestræ notum facio me dedisse in elemosina imperpetuum Deo & S.* Mariæ *& ecclesiæ S.* Werburgæ, & Radulpho *abbati & conventui dictæ ecclesiæ pro salute animæ* Hugonis *comitis, prædictæ ecclesiæ fundatoris, ac pro salute animæ* Ranulphi *comitis patris mei, & antecessorum meorum, & pro salute animæ meæ, & Christianorum omnium, omnem decimam integriter & plenariè omnium reddituum meorum civitatis* Cestriæ; *videlicet de denariis, & nominatim decimum denarium de illis novem denariis qui accipiuntur de ponte & de aliis piscationibus quia habuerunt antea decimum salmonem ex dono* Ricardi *comitis*; *Eapropter volo & firmiter præcipio ut prædicta elemosina sit stabilis & firma, & ut computetur & talliatur vicecomiti meo in firmam suam à camerariis meis. Prohibeo ne aliquis vestrum contra Deum & sanctam* Mariam & *contra beatam* Werburgam, & *super amorem & forisfactum meum præfatam elemosinam temerariè disturbare, celare, vel aliquo modo minuere præsumat. Si quis autem vestrum infelix hanc elemosinam, à me manu mea super altare S.* Werburgæ *oblatam fortè disturbare vel minuere præsumpserit, precor episcopum* Cestriæ & *obnixè requiro & justiciam meam* Cestriæ *super amorem meum & meorum præcipio quod illum justiciet donec ad dignam satisfactionem venerit. T.* Roberto *dapifero.* Normanno *de* **Verdon**, (&c.)

Alia carta ejusdem Ranulphi *comitis.*

Ibid. NOtum sit tam futuris quam præsentibus quod ego *Ranulphus* comes *Cestriæ* concedo & confirmo donationes omnium decimarum, quas *Hugo* comes, *Richardus* filius ejus, aut *Ranulphus* pater meus dederunt ecclesiæ S. *Werburgæ*; & insuper ego ipse do prædictæ ecclesiæ pro salute animæ meæ, & pro animabus prædictorum comitum, decimas omnium molendinorum meorum *Cestreshiræ*, & molendini de **Lec**, precipiens omnibus ministris meis, & omnibus super amorem & hominium michi debitum quatinus reddant prædictæ ecclesiæ per singulos annos, hanc meam elemosinam, ne audiam inde super forisfactum queremoniam. Et si quis fecerit de dominio terram tributariam, sive sit rusticus, sive sit firmarius qui teneat eam, præcipio ut reddat S. *Werburgæ* decimam suam, ita verò quod nec clericus nec laicus faciat inde injuriam. T. *Hugone Ost. Ricardo, Ganfrido* dispensatore, (&c.)

Alia carta ejusdem cómitis.

RAnulphus *comes* Cestriæ, *episcopo* Cestriæ, *archidiacono, omnibusque sanctæ Dei ecclesiæ ..... & constabulario, dapifero, justiciariis, baronibus, vicecomitibus, ministris, & ballivis, & omnibus hominibus & amicis suis salutem. Notum est vobis quod multum forefeci rebus S.* Werburgæ, *unde in fine pœnitentiam agens, dedi Deo & sanctæ* Wereburgæ *pro salute meæ animæ, & pro satisfactione malorum prædictæ ecclesiæ à me illatorum,* **Ctham & Bzuneburgh** *in perpetuam elemosinam, cum cunctis suis pertinentiis, in hominibus in ecclesiis, in terris & aquis, in silvis & in omnibus consuetudinibus, sicut ego habui eam die qua ego fui vivus & mortuus. Quapropter volo & firmiter præcipio super fidem & amorem michi debitum, ut hæc mea elemosina pro salute & satisfactione mea data, sit, sicut decet, ab omni re soluta & libera; & si quis eam diminuerit in aliquo ipse Deus eum diminuat & destruat. T.* Willielmo *abbate* **Rademoze**, Roberto *Priore de* **Calke**, Johanne *capellano*, Eustachio *filio* Johannis, Simone *filio* Willielmi, Willielmo *de* **Gzelle**, Ricardo *Pincerna*, Heigone *Ancip.* Roberto *de* **Buscherbile**, Roberto *filio* Hugonis, Simone *filio* Osberni, *apud* **Gzeleg**. Ibid.

Carta Ricardi *de* **Rullos** & Roberti *fratris ejus de villa de* **Gzanesbi.**

IN nomine domini Jhesu Christi, notum sit tam illis qui sunt, quam illis qui futuri sunt, quod ego *Ricardus* de **Rullos**, & *Robertus* frater meus concedimus Deo & S. *Werburgæ*, & fratribus ibidem Deo servientibus, unam villam in **Wirhale** scilicet **Gzanesbi** solutam & quietam, & in liberam elemosinam, pro animabus nostris & pro anima patris nostri qui prædictam terram liberè & honorificè absque censu & servicio prædictis fratribus concessit pro anima suâ cum moreretur & pro animabus parentum suorum; Quare precamur amicos nostros, & hominibus nostris precipimus, quatinus hanc elemosinam pro amore Dei & nostro manuteneant. Nos autem in prædicta villa nichil in manu nostra retinemus præter orationes & elemosinam. T. *Andreas* capellanus, *Turstanus* sacerdos, *Willielmus* sacerdos (&c.) Ibid.

[Respice pag. 75. col. 2.]

Whitbiense *Cœnobium in agro* Eboracensi.

Carta Willielmi *de* Percy *de heremitorio de* Dunesley.

Exregistr. de Whitby fol. . . .

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis tam præsentibus quam futuris videntibus vel audientibus has litteras, & dominis & hæredibus suis *Willielmus* de *Percy* filius *Richardi* de *Percy* de Dunesle salutem in domino. Notum sit universitati vestræ, me in liberâ potestate mea fecisse quoddam eremitorium in nemore meo de Dunesle apud Pulgrif, in honore sancti *Jacobi* apostoli, pro voto meo exolvendo, & in remissione omnium peccatorum meorum, & omnium parentum meorum; scilicet, patris, & matris, & fratrum, & sororum, & omnium propinquorum meorum, & pro anima conjugis meæ, & hæredum meorum, & omnium illorum qui, vel terram, vel aliquod bonum dederunt, vel daturi sunt loco illi, liberum & quietum in perpetuum de me, & de hæredibus meis ab omnibus servitiis secularibus, & terrenis consuetudinibus, & forinsecis & extrinsecis exactionibus, cum his divisis; scilicet, totam terram meam de Pinthet, à balco qui est inter vandelas demenii mei, & vandelas hominum meorum, & cilium montis de Pulgrif, usque ad fontem ubi Thuf jacet; & sic descendendo, per fossatam, usque ad aquam quæ currit in eadem valle; & inde usque rivulum de Bzocchel-hole-dale; & sic ascendendo usque ad prædictum balcum. Dedi etiam loco illi, perhenniter communem pasturam de Dunesle, in bosco, & in plano, plenariè in omnibus locis, & nemus commune, & moram communem, & introitum & exitum maris ad omnia negotia loci prædicti. Hoc hermitorium, cum divisis, & aisiamentis, & pertinentiis omnibus dedi, & concessi in perpetuum, in obedientiam, & subjectionem ecclesiæ sancti *Petri*, & sanctæ *Hyldæ* de Witebi; ita ut ab aliquo sacerdote loci illius ibi celebretur divinum officium jugiter, salvo jure capellæ de Dunesle. Locum autem prædictum adcrescentibus, & coadjuvantibus, benedictionem, & decrescentibus maledictionem meam concedo. Hii sunt testes, *Radulphus* sacerdos de Witebi, *Randulphus* sacerdos de Fitheli, *Gaufridus* sacerdos de Snetune, *Wimannus* de Ugalberby, *Richardus* de Dunesle, magister *Remerus*, *Iglerus* decanus, *Walterus* de Ruddeby, *Ivo* de Ugelberby, *Ranaldus* de Snetune, *Willielmus* de Pancasgarth, & *Rogerus* frater ejus, *Richardus* de Neuham, *Humfridus*, *Simon*, *Petrus* filius *Thore*, *Robertus* de Cantill, magister *Rodbertus*, *Richardus* de *sancto Jermano*, *Rodbertus* cocus, *Gaufridus* de Bosco.

Wulverhamptonense *Cœnobium in agro* Staffordiensi.

Privilegium monasterio Hamtonienſi (*hodie à quadam* Wulfruna, *cœnobii fundatrice*, Wulverhamton *vulgò dicto*) *concessum, quo terrarum ab eadem* Wulfruna *eidem collatarum nomina, cum limitibus describuntur.*

Ex ipso autographo penes decanum & capitulum Regiæ capellæ de Windsore an 1640.

✝ REgnante domino nostro *Jhesu Christo*. Anno à passione ejusdem Domini & salvatoris nostri *Jhesu Christi* DCCCCxvj. * indictione septima. *Sigerich* metropolitanæ urbis archiepiscopus, cum omni dominico ovile incunctanter Deo servientium, satrapis, ducibus, principibus, judicibus, & omni concilio Christianorum, nobili matronæ & religiosæ fœminæ, *Wlfruna*, privilegium perhenniter impendisse, ad nanciscendum sedem polorum, ac ad instruendum basilicam in honore Domini & salvatoris mundi, pugillo suo continens celos, girat abyssos, sanctæque Dei genitricis semper virginis *Mariæ*, quæ *stella maris*, sive *Domina gentium* interpretatur, & omnium Sanctorum, ut per eum incunctanter in eodem venerabili monasterio de Hamtune, quod in moderno nunc tempore constructum est, in perpetuum missa communi stabilitate firmiter in canone a sancto *Gregorio* præcipitur, inibi decantetur una cum famulo tuo Papa nostro, & archiepiscopo nostro, ut Christianitas nostra die noctuque ad meliora proficiat: ita ut in evangelio salvator ait, *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum, dicit Dominus.* Et *si dixerit huic arbori moro, Eradicare & transplantare in mare, & non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit, fiet ei.* Et alibi, *Petite & accipietis ut gaudium vestrum sit plenum.* Desiderio desideravi quod religiosum propositum ad sanctum locum jugiter pertinere monstratum sine aliqua est Deo auctore dilacione perficiendum, & quotiens in quibuslibet ejus utilitatibus, commodis, nostrorum assensuum & solitæ Apostolicæ auctoritatis exposcitur præsidium, ultro benignitatis intuitu nos convenit subvenire Deo auctore, & rati pro integra securitate ex ratione solidare, ut ex hoc ipsius veniam locis salus & indemnitas profigatur, & nobis quoque lucri potissimum præmium à conditore omnium Deo in sidereis arcibus proscribatur. Convenit igitur religiositati tuæ nos imploraſſe ut præfatum monasterium Hamtun sanctæ Dei genitricis *Mariæ*, Dominæ nostræ, Apostolicæ auctoritatis serie muniamus & omnia ei pertinentia perhenni jure ibidem inviolabiliter permanenda confirmaremus.

* Ita autograph. rescribe tamen, xcvj.

Propterea flexis precibus tuis, per hujus præceptionis nostræ paginam, ac præsente septima indictione, si justè & rationabiliter nobis petiti, & ab aliis hominibus minime detinentur statuentes decernimus, ut cuncta loca urbana, oppida, vel rustica rura, sicuti omnia prætatū tuum monasterium Hamptun detinuit à priscis temporibus, & nunc cum magna securitate quietus debeas possidere, & per te etiam jam dicto monasterio tuo

vel

vel successoribus tuis abbatibus sive clericis possideant ac detineant, atque jurisdictione in perpetuo fruentes defendant, & in utilitatibus ejusdem pii loci perhenniter proficiant, pro quo & sub divini judicii optestatione promulgantes decernimus, ut nullo modo cuiquam publicæ actionis virorum, vel etiam aliæ cujuscunque sit dignitatis magnæ vel parvæ personæ quamlibet liceat habere ditionem in jam dicti monasterii rebus, prædiis, cultis vel incultis ubicunque detinere videmini; neque aliquid ex eodem pio loco auferre aut diripere præsumat, potius autem jure perpetuo in ipso venerabili monasterio ut superius præfixum est, & in potestate atque ditione religiositatis tuæ, vel omnibus successoribus tuis, abbatibus sive sanctimonialibus feminis perhenniter permaneant disponendi ac poscendi.

Si quis autem (quod non optamus) contra hujus nostræ apostolicæ auctoritatis seriem piè à nobis promulgatam venire agereve temptaverit, sciat se reum esse in tremendo judicio, & cum impiis habere portionem & *Plutone* & *Tricerbero* mansionem sortire, nisi priùs satisfactionem agat Deo. Qui verò custos & observator extiterit hujus nostræ Apostolicæ præceptionis paginæ, benedictionis gratiam à largifluo conditore Domino nostro *Jhesu Christo* consequi mereatur. Scriptum per calamum & atramentum & manum notarii & scriniarii *Ethelredi* Regis *Anglorum*, in mense Octobris, in dominico die, xvij. kal. Luna xxij. indictione vij. Ego *Wlfrun* peculiari patrono & altithrono regi regum, semperque virginis Dei genitricis *Maria* & omnium Sanctorum pro microcosmo conjugis meæ & animæ meæ decem jugera cassatarum concedo, ad illud præfatum monasterium Deo ibi servientium, & alio congruo loco alia x. jugera cassatarum pro offendiculis *Wlfgeati* mei cognati, ne in tremendo judicio à districto judice audiat, *Discedite à me, esurivi & sitivi*, & reliqua. Quia beatus est qui manducabit panem in regno Dei. In fine nunc unica mea filia *Elfthrith* de cosmo ad vitales auras migravit. Tertia vice x. jugera cassatarum Deo omnipotenti ineffabili caritate profusiùs præ cæteris concessi, longè latéque his territoriis circumcincta.

Thiſ beoþ ða land ymbe ðeWlfrun hafaþ. ðon into ða mynſtre in Hamtune. ⁊ ðe tune nome ðe ðiſ priuilegie ymba ſpeceþ. Erſt of Eaſnlete. ⁊ Erpich. ⁊ Bilſetnatun. ⁊ Willenhale. ⁊ Wodneſfelo. ⁊ Weolefhale. ⁊ Oczintun. ⁊ Hiltun. ⁊ Hazenþornðun. ⁊ Kinpaldeſtun. ⁊ oþer Hyltun. ⁊ Feoþerſtan;

Thiſ beoþ ða mearc into Eaſnlete; Erſt of Eaſeſbroce ⁊ ða ſcorte ðorneſ ⁊ of ða ſcorte ðornes in Wliſes horſe-ſcroft ⁊ ðanen in Alfercazan. ⁊ of ðe ſcazan in Eaðulfeſcroftе. ⁊ of ða croftе in ðone pyepel. on lanz ðane pieþel in ða eorð-bruche. ⁊ ðonan ðunepaþ in ða lyhlete. ⁊ of þare lete in ðone ðrinfeaþ. ⁊ of ða feaþe in Heortfezeſ broc. on lanz ðeſ broceſ in ða myþen. ⁊ of ðare myþen in Byinnig-broc. ⁊ ðanen up eftеr broce in ðat ſych. ⁊ of ðan ſich in Scitepeſſorð. ⁊ of ðan forde in Bromeſcumbe. ⁊ of ða cumbe in Ethelſies-ymene. on lanz Ethelſies-ymene in ðefenne ðune. on lanz ðefenneſ in fif aken. of fif aken in ðone ſtyb. ⁊ of ða ſtibbe in ða ſtrete. on lanz ſtrete in pinnan ðroh ⁊ of ða ðroue on Tuðelefbeche. on lanz beches in ðefenne. up eftеr ðefenne in Leofrichеſ-ymene. on lanz ðe mene in Thurulfeſ-pete. of ðe pete in ðone akeр zeaрð. on lanz ðe zeaрðe in Lambaрðeſ lese. ⁊ of ðe lese on Eaſeſ-broc ðeр hiteр on penz. ⁊ ouer Fateſtal into Eaſnlete et ðere pich; And ðritti ſuinemeſtð on Scipricze ec into Eaſnlete;

Thiſ beoþ ðe land ymene into Eiſpich; Erеſt of ... ebleſ bece in ða dic. ⁊ of ða dice on ſtupe. oun eftеr into Tpeſel. up eftеr Tpeſel in Scakeреſſorð. ⁊ of ða ſorðe on ðat ric. on lanz ſricеſ uppaрð..... in Belſtope. ⁊ of Belſtopa in Tpeſel;

Thiſ beoþ ðe mere to Bilſetnetun. ⁊ to Wodneſfelo; Erеſt of Hindebroce in ðeo dic bitponen Ettingeſhale ⁊ Bilſetnetun. onlanz ða dic ſorte cume ðeр. ðeo dic pent eſtрaрð. ⁊ of ðam dice foрþ on ðone ðorne ðar þa ðreo ymene zoþ to ſomne Hantuneſ ⁊ Ettingeſhale ⁊ Bilſetnetun ymene. ⁊ of ðam ðorne in þone lece mere. ⁊ of þa mere on þone ſorð þeр beorgiþeſ ſaneſ ſtrete liþ oрер. ⁊ of þa ſorðe in þone dic þe liþ betueone Wodneſfelоеſ-ymene ⁊ Hamtuneſ. ⁊ norþþaрð ſorð eftеr dic þet on piateſ þorn. and of þe þorne eftеr þere dic on Penþie þeр Wodneſfelоеſ-ymene. ⁊ Hamtuneſ. ⁊ Byrcoреſbyri zoþ to ſomne. ⁊ foрþ onlanz penþieſ in Byri-broc. ⁊ of þa broce þat on þone Ealne-ſcazan. ⁊ eftеr Ealne-ſcazan on þat ric. ⁊ eftеr riche on þa ſtrete. and foрþ eftеr þeр alde-ſtrete on þane haren ſtan. ⁊ of þa ſtane on þa ſuinſete. ⁊ of þare ſuinſete on lanz ſtrete þat on þara dic. on lanz dic þet on Kinneſſorð. ⁊ of þa ſorðe on lanz poрtſtrete in þat White ric. ⁊ eftеr ric on þone broc in Beazibe-buſne. ⁊ of þa buſne into lande-broce on lanz þeſ broceſ on meðeneſſorð. on lanz þeр broceſ þat into þare dic hiteр of þan broce eode;

Thiſ beoþ þa land ymene betuone Kinpaldeſtune ⁊ Eatune; Erеſt of þa broce on þan heaрðan on þone dic. on lanz dicеſ in þone oþorne broce. eftеr þan broce into Penchrich. on lanz Penchrich þat cume to þare dic. on lanz dic into Sealtmere. þeр oрер þone mere on þa dic. eftеr þere dic þiſ eaſten ſye-croft on þone ſule broc. on lanz broceſ þeр hit mon eр ontenz. ⁊ þar to eakan þa fif akeреſ at ðrie fyrðe into Kineuoldeſtune to Kalſne here;

Thiſ ȳ þo ymene into Hazeþornðune; Erеſt of Seareſbroceſ ſorðe on Holeреſe. ⁊ of þan fele on þat lonza ſtrete. ⁊ of þare ſtrete on þone mer heize ford. on lanz Heieſ on þreo ymene. ⁊ of þreo ymene on Ethelrieſ hele on þone felo on þone hau. ⁊ þanen on þa dic et þan ſcazan. on lanz diceſ þiſ þet ſleo þio meſt ac. on lanz ſleoeſ of on ea ⁊ þat eaſtрaрð on þat oрер ſleo. eftеr þa ſleoe on ſ̄ þhite ſtanaſ. ⁊ þar on þa

ſtrete þe ſceotes from þere ſýle. on lang hape ſtrete bi þam hagan heies. efter ſtrete in þat white ſic. efter þa ſice on þone white halh. and þer on þene broc. on lang broces þat in deapesbroc eſſne feodþen. on lang broces eſt in done ſonde de hit er of eode?

Thiſ beoþ da land ymere at Hiltune ⁊ at Feoperſtane? Erest of Brenesſonde on lan da ſtrete on Lece broc. uppard efter broce on dana ſtanesſond. efter dare ſtrete dat hit cume on da dic. efter dere dic on þa heardan. efter da heardan on dana ſtainie-pet. ⁊ dar on Elpiesheie. ſoþ efter hiſ hagan (heies) dat hit cume on dane michele-mor. and donen on da ealdan býrh. ⁊ danen on da earstele. ⁊ rua ſoþ on Leofſines heie on lang heies on Kenſepille. ⁊ danen on da hýll. ⁊ of da hille on da heardan. ſoþ efter de heardan on done oþere hil. on lang hilles in.....e pilſpýng piþ Eringetun. ⁊ of dere pille on ruienoun ⁊ danen on dane hapan ſtan. ⁊ of dane ſtane ðuerſ oſer done mor in Ebroc. on lang broces in Brunesſond der hit er of eode?

Thiſ beoþ da land ymere into Ogintune? Erest on da greata alres. efter da more on Waſſapillan. ⁊ of da.....on de dic. efter dare dic on dat fen. et þare ruinſete þet on þone heig. efter þan heie þet ſoþ richte on þa blaca leige. on þa leie ruþ ſoſte eſt on þe.....efter ſtrete on þane ſond. efter þa broce on-gea ſtreame on þa dic. efter þere dic det on þer ſond on þone broc. efter broce on-gea ſtreame þat on.....ge ſtret. efter ſtrete þat on þa dic. efter dice þat eſt in þa greata alres?

Thiſ beoþ da land ymere into Weoleſhale. Erest on Weoleſſond. of Weoleſſond. efter broce on-gean ſtreame þat on mýclan mor. ⁊ dan more þat on þýe halan. ⁊ of þýe halan on þone broc. efter broce on-gean ſtreame. þat on.....efter dice þat on þa hapan piþi. of þan piþi þat on heorð role. of heorð-role on Hunten ſtýe, of Hunten ſtýe on þel ſond. of þel ſonde efter .....mid ſtreame þet on Ordeiſeie. on þan broce. efter broce on-gean ſtreame þ eſt on Weoleſſond?

Idem Latinè redditum.

Hi ſunt terrarum termini quas *Wulfruna* cœnobio *Huntoniensi* contulit & prædiorum [*vel, villarum*] nomina, de quibus iſtud privilegium loquitur. Primò de 1 *Earnleia*, & 2 *Eſwicha*, & 3 *Bilſetneituna*, & 4 *Willenhala*, & 5 *Wodnesfelda*, & 6 *Weleſhala*, & 7 *Ocgintuna* & 8 *Hiltuna*, & 9 *Hagenthurnduna*, & 10 *Kinwaldeſtuna*, & altera 11 *Hiltuna*, & 12 *Feathersſtuna*.

1
2
3 *Bilſton*
4 *Willhall*
5 *Wedſfeild.*
6 *Walſhall*
7 *Eſtgten*
8 *Hilton*
9 *Hatherton.*
10 *Kinaſton*
11 *Hilton.*
12 *Fethersſtan.*

Hi ſunt limites *Earnleienſes*. Inprimis ab *Earesbroca* [*torrente ſic dicto*] in breve ſpinetum, & à brevi ſpineto in *Wulfii* clauſum equinum, deinde in alnetum, & ab alneto in *Eadulfi* clauſum, & à clauſo in viam rivalem, in longum viæ rivalis ad terræ hiatum, & inde deorſum in *Linleiam* [*campum ita dictum*] & ab eodem campo in porcorum foveam, & à fovea in *Hearteſei* [*i. aquæ, vel inſulæ cervinæ*] amnem, in longum amnis ad oſtium, ab oſtio in *Bynnig-brocam* [*inter amnem fortè.*] Et deinde ſurſum per amnem ad foſſulam, & à foſſula ad *Sciteresfordam* [*i. ſagittantis vadum*] & à vado in *Bromeſcumbam* [*i. geniſtarum vallem*] & à valle in *Ethelſii* limites, in longum limitum *Ethelſienſium* ad *Sabrinæ* collem, in longum *Sabrinæ* ad quinquè quercus, à quinque queſtubus in ſtipitem, & à ſtipite in plateam [*vel, vicum:*] in longum plateæ ad *Winnæ* tubum, & à tubo in *Tudeleſi* rivulum, in longum rivuli ad *Sabrinam*, ſurſum juxta *Sabrinam* in *Leofrici* fines, in longum finium in *Thurulfi* viam, à via in agri aream, in longum areæ in *Lamberdi* campum, & à campo in *Eareſbrocam* ubi limites incipiunt, & ultra *Fateſtulam* [*ſedens, fortè vel ſtationem ſic dictam*] in *Earnleiam* apud vicum. Et triginta porcorum glandationes apud *Sciprigam* [*ſylvam fortè glandiferam ita nominatam*] ad *Earnleiam* pertinent.

Hi ſunt fundi limites apud *Eiſwicam*. Primo ab ....., *eblei* aquulam in foſſam, & à foſſa in *Sturam* [*fluvium ſic vocatum*] inde deorſum in *Treſelam*, ſurſum per *Treſelam* in *Scakeresfordam* [*vadum trementis, fortè:*] & à vado ad foſſulam, in longum foſſulæ ſurſum ..... in *Belſtowam* [*locum fortè, vel ſtationem ita nominatam*] & à *Belſtowa* in *Treſelam*.

Hi ſunt fines *Bilſetnetunenſes* & *Wodnesfeldenſes*. Primò ab *Hindebroca* [*i. cervæ rivulo, forte*] in foſſam inter *Ettingeſhalam* [*aulam, forte, ſic dictam*] & *Bilſetnetunam*, in longum foſſæ prorſus utique ad locum ubi foſſa vergit in orientem, & a foſſa prorſus ad ſpinetum illud ubi tres termini, *Hantunienſis* [*ſcilicet*] & *Ettingeſhalenſis*, & *Bilſetnetunenſis*, conveniunt, & à ſpineto in irriguum lacum, & à lacu in vadum ubi *Beorgithi* viam lapideam tranſeunt, & à vado in foſſam quæ jacet inter *Wodnesfelda* & *Hantuna* limites, & ad aquilonem vadi per foſſam in *Piata* ſpinetum, & a ſpineto juxta foſſam in *Penwiam*, ubi *Wadnesfeldenſes*, & *Hamtunenſes*, & *Biſcopeſbyrienſes* limites conveniunt, & prorſus in longum *Penwiæ* in *Byria* [*vel, burgenſem*] amnem, & ab amne ad alnetum, & per alnetum in foſſulam, & per foſſulam in plateam [*vel, vicum*] & deinceps per veterem plateam in lapidem mucidum, & à lapide in *Swinſetam* [*i. porcorum ſtabulum fortè, vel haram:*] à *Swinſeta* in longum plateæ ad foſſam, in longum foſſæ uſque ad *Kirneſfordam* [*vadum ſic dictum:*] & à vado in longum viæ militaris ad albam foſſulam, & per foſſulam in amnem ad *Beadgitha* torrentem, & à torrente in *Landebrocam* [*amnem fortè terrenum ex pluviis ortum:*] in longum amnis ad vadum virginale, in longum amnis inde in foſſam unde primò ab amne inceptum.

Hi ſunt terræ termini inter *Kinwaldeſtunam* & *Eatunam*. Inprimis ab amne ad foſſæ caput, in longum foſſæ ad alium amnem, per amnem in *Penchrichan*, in longum *Penchrichæ* uſque dum ventum fuerit in foſſam, in longum foſſæ ad *Sealtmeram* [*i. ſalſum ſtagnum, forte,*] ibi ultra ſtagnum illud in foſſam, per foſſam ad orientem

entem *Ryecrofte* [*clausi, forte, rivalis*] in lutosum amnem, in longum amnis illuc usque ubi primò incipiebatur. Et huc attinent illi quinque agri * apud *Twyefyrdam*, [*scilicet*] ad *Kinewaldestunam*, in vitulorum septum.

* Vel, jugera.

Hi sunt limites *Hagethorndunenses*. Inprimis à *Searesbroca* [*amnis ita nuncupati*] vado in *Holeweiam* [*viam, forte, devexam*] à via in longam plateam [*vel, vicum:*] à platea in celebris sepis vadum, in longum sepis ad tres terminos, à tribus terminis in *Ethelwii* sepem, in campum, in tumulum, & inde in fossam apud paludem, in longum fossæ juxta vallem, juxta quercum glandiferam, in longum vallis sursum in aquam [*vel, super aquam:*] & inde orientem versus in alteram vallem, per vallem in lapides albos, & inde in plateam à limine excurrentem, in longum plateæ per domorum sepes, per plateam in albam illam fossulam, per fossulam in albam aulam, deinde in amnem, in longum amnis inde in *Searesbrocam* semper bullientem, in longum amnis in vadum unde inceptum fuit.

Hi sunt terræ fines apud *Hiltunam* & apud *Feothereſtanam*. Primò à *Brenesforda* [*vado sic vocato*] in longum vici in *Lecebrocam* [*amnem sic dictum*] sursum ab amne in vadum lapideum, per vicum usque dum ventum fuerit in fossam, per fossam ad caput, per caput ad viam lapideam, deinde in *Ethelwii* sepem, prorsus à domorum sepibus usque dum ventum fuerit ad montem magnum, deinde in veterem curiam [*vel, burgum:*] & inde in orientalem campum, & sic denceps in *Leofwini* sepem, in longum sepis in *Kerſewillam* [*fontem, forte, sic dictum:*] deinde in collem, & à colle in caput, prorsus à capite in alterum collem, in longum collis in ..... fontem juxta *Efingetunam* [*prædium, vel villam ita nuncupatam:*] & à fonte in *Swiendunam* [*collem fortè porcinum:*] & deinde in mucidum lapidem, & à lapide transverso monte in *Ebrecam* [*amnem sic dictum*] in longum amnis in *Brunesfordam* [*vadum ita nominatum*] ubi limites initium sumpsere.

Hi sunt fundi limites ad *Ogintunam* pertinentis. Primò apud patulas alnos per montem in *Wassawillam* [*fontem sic dictum*] & ab ..... in fossam, à fossa in paludem apud *Swinfetam*, deinde in sepem, per sepem inde rectà in nigrum campum, apud campum austrum versus iterum in ..... per vicum in vadum, per amnem contra fluentum in fossam, per fossam inde ad vadum amnicum, per amnem adversus fluentum inde in ..... vicum, per vicum inde in fossam, per fossam iterum ad patulas alnos.

Hi sunt terræ termini ad *Weoleſhalam* pertinentis. Inprimis apud *Weolesfordam* [*vadum sic dictum:*] à *Weolesforda* per amnem contra fluentum, inde in montem grandem, à monte in *Ryehalam* [*aulam fortè rivalem:*] & à *Ryehala* in amnem, per amnem adversus fluentum inde in ..... per fossam inde in putidam salicem, a salice inde in *Heortſolam* [*ſpeluncam fortè cervinam:*] ab *Heortſola* in *Huntenſtyam* [*semitam fortè venatoriam*] ab *Huntenſtya* in *Thelferdam* [*vadum ita dictum:*] à *Thelforda* per ..... cum fluento ad *Ordeiſeiam* [*aquam fortè, vel insulam ita vocatam*] in amnem, per amnem adversus fluentum iterum in *Weolesfordam*.

Scripsi trino domino dominorum domino tuo terreno *Ethelredo* obedientes ei fideliter, quia nequaquam illius domini dominorum adquirere pacem potes nisi fidelis domino terreno fine tenus permaneas. Hæc namque decreta *Sigerich* archiepiscopus in placito coram rege *Ethelredo* & *Eboracensi* archiepiscopo, & omnibus episcopis, abbatibus regionis *Britanniæ*, seu senatoribus, ducibus, & populo terræ proposuimus, & illi ut superius præfati sumus cum omni devotione mentis & hilari vultu juxta possibilitatem virium suarum, adjuvante superna clementia se in omnibus custodire devoverunt, & signo sanctæ crucis in vice vestra in manu nostra confirmaverunt, & postea stilo diligenti in karta hujus paginæ caraxaverunt signum sanctæ crucis infigentes.

Ego *Ethelredus*, gratia Dei Rex *Anglorum* & patricius *Northanhumbrorum* consentiens signo sanctæ crucis subscripsi, in Olimpiade 111. Regni mei. Ego *Sigerithus*, nutu Dei archiepiscopus metropolitanæ urbis, & *Doroberneusis* ecclesiæ, hujus kartulæ piæ & catholice traditione signo sanctæ crucis subscripsi. Ego *Ealdulf*, *Eboracensis* ecclesiæ archiepiscopus, consensi & subscripsi. Ego *Ealfstanus*, *Lundoniensis* ecclesiæ episcopus, consensi & subscripsi. Ego *Ealfegus*, *Wintoniensis* ecclesiæ episcopus, consensi & subscripsi. Ego *Wilfie*, *Scireburnensis* ecclesiæ episcopus, consensi & subscripsi. Ego *Ordberhts*, *Seolesinensis* ecclesiæ episcopus, obediens subscripsi. Ego *Ealfwold*, *Cridianensis* ecclesiæ episcopus, consensi & subscripsi. Ego *Siegar*, *Fontanensis* ecclesiæ episcopus, obediens subscripsi. Ego *Elfrich*, *Corfensis* * ecclesiæ episcopus, consensi & subscripsi. Ego *Ealdred*, *Cornubiensis* ecclesiæ episcopus, obediens subscripsi. Ego *Eſwi*, *Dorcanceſternensis* ecclesiæ episcopus, consensi & subscripsi. Ego *Ealfeah*, *Licedfeldensis* ecclesiæ episcopus, obediens subscripsi. Ego *Hathulf*, *Herefordensis* ecclesiæ episcopus, consensi & subscripsi. Ego *Godvine*, *Hrofensis* ecclesiæ episcopus, crisostomo ore & signo sanctæ crucis placido animo consensi & subscripsi. Ego supplex vernaculus Christi *Brihtnoth* abbas obediens subscripsi. Ego *Germanus*, *Floriacensis* monachus & abbas subscripsi. Ego *Cenulf* abbas subscripsi. Ego *Elfwi* abbas subscripsi. Ego *Elfric* abbas subscripsi. Ego *Elfvard* abbas subscripsi. Ego *Leofric* abbas, qui & alio nomine *Ethelnoth* vocatur, subscripsi. Ego *Ælfwine* abbas subscripsi. Ego *Ethelric* abbas subscripsi. Ego *Brithelm* abbas subscripsi. Ego *Wlfric* abbas subscripsi. Ego *Leofvine* dux. Ego *Ethelwaeard* dux consentiens ita imponens. Ego *Wilfie* diaconus signo sanctæ crucis subscripsi. Ego *Ealfvard* diaconus. Ego *Elfric* dux consensi & subscripsi. Ego *Lefsie* dux consensi & sub. Ego *Elfhelm* dux *Transhumbranæ* gentis. Ego *Ethelmer* comes signo sanctæ crucis subscripsi. Ego *Wlfgiat* minister. Ego *Wlfheah* minister. Ego *Ethelric* minister. Ego *Ethelnoth* minister. Ego *Ethelweard* minister.

* Vide, quia literæ istæ sunt exesæ

His quoq; saluberrimis ammonitionibus presbiteris, diaconibus, & abbatibus monasteriorum, judices, optimates & nobiles uno ore consentimus & subscripsimus.

Inspectio

Inspectio cartarum Edwardi *cognomento Confess.* Willielmi *Conq.* & Henr. 2 *regum* Angliæ, *& earundem confirmatio per regem* Edw. 1.

Ex autographo penes dec. & capitulum capellæ regiæ de *Windsore* anno 1340.

EDwardus Dei gratia Rex *Anglie* dominus *Hibernie* & Dux *Aquitanie* archiepiscopis episcopis abbatibus Prioribus comitibus baronibus justiciariis vicecomitibus præpositis ministris & omnibus ballivis & fidelibus suis salutem. Inspeximus cartam domini *E.* quondam regis *Anglie* in hæc verba.

Eopard Kyng greet Leuen biscop. ⁊ Leuen Eorle. ⁊ alle myne þeignes on Sturrþorscire ȝrenoliche. And ic kecge eou þat myne Writes atte Hamptun þat ic habbe myne treuþan ȝiuen heom. Nou wille ic þat hi ben ⁊ heora Mynstre freo. ⁊ hyra þing ȝer beȝyten wiþ-uten to be freo. mid rac ⁊ mid socne. sca sul ⁊ sca corþ sca ic gorme-ste hit haꝺden. in alle þing. And ic wille ȝiuen heom ðan þat heom enyȝ man enyȝ on wiht beoþ.

Id est. Edwardus Rex salutem [*dico*] *Levino* episcopo, & *Levino* comiti, & omnibus ministris meis in agro *Staffordie* amicè. Et declaro vobis quod Presbyteris meis *Hamptoniensibus* fidem * meam tribui. Nunc volo ut ipsi & eorum monasterium sit liberum, & eorum res eò justè pertinentes sint liberæ, cum sac & socne [*privilegiis sic dictis*] adeo plene, & eatenus ac ipsemet primò eadem habueram, per omnia. Et eis concedo quicquid eis ab aliquo rectè concessum fuerit.

* *Vel*, amicitiam.

Inspeximus etiam quandam cartam domini *W.* quondam Regis *Anglie*, in hæc verba. *W.* Rex *Anglorum L.* archiepiscopo & *G.* episcopo *Cestrensi* & *P.* episcopo & *R.* vicecomiti ceterisque suis fidelibus de Staffordscire salutem. Sciatis me dedisse *Sampsoni* capellano meo ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Wlurenhamtona* cum terra & omnibus aliis rebus & consuetudinibus sicut melius prædicta ecclesia habuit tempore Regis *Edwardi*. Et videte quod hæc omnia honorificè teneat quoniam bene volo.

Inspeximus etiam quandam cartam domini *H.* quondam regis *Anglie* progenitoris nostri, in hæc verba. *H.* Rex *Anglorum*, Dux *Normannie* & *Aquitanie* & comes *Andegavie* vicecomitibus & ministris suis de *Staffciria* salutem. Præcipio quod terræ & homines qui pertinent ecclesiæ de *Wlurenehantona* sint in pace & quieti de placitis ..... & scirris & hundredis & omnibus rebus præter murdrum & latrocinium sicut umquam melius fuerunt tempore Regis *H.* avi mei. T. *Thoma* cancellario, apud *Westmenasterium*.

Inspeximus eciam quandam cartam domini *H.* Ducis *Normannie* & *Aquitanie* & comitis *Andegavie*, in hæc verba. *H.* Dux *Normannie* & *Aquitanie* & comes *Andegavie*, omnibus archiepiscopis episcopis comitibus baronibus justiciariis vicecomitibus & omnibus amicis & fidelibus suis *Normannis* & *Anglis* salutem. Sciatis me concessisse ecclesiæ de *Wlurenehamptona* capellæ meæ omnem illam libertatem quam habuit in tempore *H.* Regis avi mei, & omnem illam quietanciam in bosco & plano, in pratis & pascuis, in aquis & extra, in viis & semitis & omnibus locis. Et canonicis ejusdem ecclesiæ eandem concedo libertatem & quietanciam. Quare mando & firmiter præcipio ut eadem ecclesia capella mea libera sit & quieta ab omnibus consuetudinibus & exactionibus cum omnibus pertinentiis suis, & canonici omnia sua liberè & quietè possideant, nec quis eis dampnum vel molestiam vel injuriam aliquam facere præsumat. Testibus, *Rogero* comite *Herefordie*, *Waltero* fratre suo constabulario, *Henrico* fratre suo, *Gervasio Paganell* germano, apud **Dudeleg**. Nos autem donationes & concessiones prædictas ratas habentes & gratas eas pro nobis & hæredibus nostris quantum in nobis est dilecto clerico nostro *Johanni* de **Welbourn** decano capellæ prædictæ & canonicis ejusdem capellæ & successoribus suis concedimus & confirmamus sicut cartæ prædictæ rationabiliter testantur. His testibus, venerabilibus patribus *W. Eboracensi* archiepiscopo *Anglie* Primate, *J. Elien.* & *J. Wyntonien.* episcopis, *Henrico* comite *Lancastrie*, *Johanne* de *Warenna* comite *Surrie*, *Rogero* de *Mortuo Mari*, *Johanne Mautravers*, seneschallo hospitii nostri, & aliis. Data per manum nostram apud *Norhamptonam* septimo die Maii anno regni nostri secundo.

Carta Regis *Johannis* de manerio de **Wulfrunehantone**.

JOhannes *Dei gratia &c. Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ, & animarum antecessorum & hæredum nostrorum dedisse concessisse & hac præsenti carta nostra confirmasse Deo, & ecclesiæ beatæ* Mariæ *de* **Wulfrunhamton**, *& venerabili patri in Christo*, Huberto Cantuariensi *archiepiscopo, & viris religiosis apud* **Wulfrunhamton** *Deo servientibus, quos idem archiepiscopus ibidem constituit, totum manerium de* **Wulfrunhamton**, *cum omnibus pertinentiis suis, & libertatibus suis. Habendum, & tenendum prædictis viris religiosis imperpetuum, in liberam, puram, & perpetuam elemosinam, liberum & quietum prorsus ab omni seculari servitio, & exactione. Quare volumus, & firmiter precipimus quod prædicti viri religiosi habeant, & teneant totum prædictum manerium de* **Wulfrunhamton**, *cum omnibus pertinentiis, & libertatibus suis imperpetuum, sicut prædictum est, bene & in pace, liberè, & quietè, integrè & plenariè in bosco & plano, in terris, redditibus, homagiis, servitiis, releviis, custodiis, & in omnibus aliis rebus, & locis, cum omnibus libertatibus, & liberis consuetudinibus ad prædictum manerium pertinentibus. T.* Willielmo *comite* Sarum, Willielmo Briwer, Toma Basset, Petro *de* **Stok**, *&c. Datum per manum* Hug. *de* Well. *archidiaconi* Well. *Apud* **Odiham** *xxviij. die Julii, anno regni nostri sexto.*

Cart. 6 *Joh.* n. 120.

De maeremio ad constructionem Abbatiæ de **Wulfrunhamptone** *per Regem* Johannem *concesso.*

REX *Hugoni de* **Nevill** salutem. Sciatis quod concessimus monachis *Huberti Cant.* archiepiscopi

Rot. claus. 6 *Johannis* m. 5.

archiepiscopi **Wulfrunhanton** quod capiant maieremium in bosco suo extra forestam & haias nostras ad edificationem abbatiæ suæ de **Wulfrunhanton** & alibi ubi maheremium ex emptione sua vel ex dono aliter adquirere poterant &c. teste *R.* apud *Winton.* 10. Apr.

Ib. m 8. Rex *Hugoni* de **Nevil** salutem. Mandamus vobis quod permittatis monachos de **Wulfrunhanton** herbagiare ubi voluerint in bosco suo extra cooperturam foreste nostre, teste *R.* apud *Nottingh.* 23. Febr.

Ib. m. 17. Rex vicecom. *Staff.* salutem. Sciatis quod dedimus venerabili patri nostro domino *Cant.* archiepiscopo manerium de **Wettenhall** ad abbatiam suam de **Wulfrunhanton**, & ideo &c.

[Respice pag 108. col. 2.]

Glouceſtrenſe *Cœnobium in agro* Glouceſtrenſi.

Memoriale eccleſia cathedralis Glouceſtriæ *compendiarium.*

Ex codicibus MS. penes dec. eccl. cath. Glouc. excerptum.

MEmoriæ proditum eſt epiſcopum & prædicatores ſtatim poſt receptam Chriſti fidem à *Lucio* illo protochriſtiano *Britonum* rege *Glouceſtriæ* anno ſalutis humanæ Clxxxix. fuiſſe conſtitutos. *Eldadym* anno CCCClxxxix. & *Dubricium* anno Dxxij. *Glouceſtrenſes* extitiſſe epiſcopos teſtatur antiquitas. Imò *Glouceſtriæ* archiepiſcopalem antiqui ſtatuunt ſedem eo tempore cum *Lucius Fugacii* & *Damiani* (quos *Eleutherius* huc miſerat) conſilio tres illos paganiſmi archiflamines *Londinenſem* ſcilicet *Eboracenſem Glouceſtrenſem* in totidem archiepiſcopos convertiſſet. Poſtea autem ſedes illa primaria hic deſiit & Meneviam, propter incertam & inſulſam quandam opinionem ſingularis & inſignis ſanctimoniæ cujuſdam *Davidis* qui Aptos cognominabatur invictiſſimi illius *Arthuri Britanniæ* principis conſobrini epiſcopi *Menevenſis*, tranſlata eſt. Verùm de his licet propter bella cum paganis funeſtiſſima in quibus annales incenduntur & propter univerſam Chriſtianæ fidei intra hujus regni fines ab ethnicis jam domitos & expugnatos defectionem, nulla poteſt certa & indubitata fieri narratio: proculdubio tamen anno ultimæ patientiæ ſanctorum DClxxix. ſtante adhuc heptarchia, *Wolpherus Penda* pagani filius Rex *Chriſtianus Merciorum* primus, quem *Mercii* à funeſta & horrenda perſecutionis ſtrage, tanquam *Moſen* alterum occultarent, villam *Glouceſtrenſem* plurimùm auxit & adornavit, & (ut teſtatur *Guilielmus Malmeſburienſis*) cœnobii *Glouceſtrenſis* prima jecit fundamenta; quo mortuo, frater *Ethelredus* qui ei in regno ſucceſſit, ædificium iſtius monaſterii promovebat; quod ut perficeretur *Ethelredus* primo imperii ſui anno *Oſricum* provinciæ *Huiccionum* Prorege conſtituit ut monaſterium in villa *Glouceſtriæ* ædificandum curaret; atque eodem tempore circuitum quo ſitum erat monaſterium, ipſam *Glouceſtriæ* villam & alias in agro *Glouceſtrenſi* terras una cum ingenti pecuniarum vi eidem *Oſrico Ethelredus* his legibus conceſſit, Primò ut monaſterium jam inchoatum perficeret protinus & conſummaret, deinde ut quarundam perſonarum, quæ ibi indies divino cultui vacantes perpetuò manerent, ordinem & canonicam vivendi rationem preſcriberet; Poſtremò, ut ſororem *Kyneburgam* primam abbatiſſam conſtitueret, & poſſeſſiones eaſdem eidem *Kyneburgæ* ſanctiſſimæ confirmaret. Hoc ex antiquo iſtius donationis chirographo *Ethelredi* nomine concepto (quem ipſemet vidi) ac per *Burgredi*, qui poſtea *Merciorum* fuit Rex, confirmationem liquidò apparet. Eſt etiam per idem manuſcriptum in conſeſſo, quod cum alias *Theodorus Deuſdedit* archiepiſcopus *Cantuarienſis* & *Sexwolphus Merciorum* epiſcopus eſſet ſynodo coacta celebri, quæ ab *Ethelredo* mandata erant *Oſricus* fideliter omnia præſtitit & perfecit. Hoc cœnobium in villa *Glouceſtria* licentia & munificentia *Ethelredi Merciorum* Regis fundatum ab *Oſrico Northumbriæ* Rege ædificatum & per *Theodorum* archiepiſcopum *Cantuarienſem* & Boſillum præſulem *Wigornienſem* conſecratum honori ſancti *Petri* apoſtoli dicatur & dedicatur. *Kyneburga Pendæ* Regis filia uxor *Aldredi Northumbriæ* Regis, & *Oſrici*, qui monaſterium hoc *Glouceſtrenſe* ædificandum curavit, ſoror ſanctimoniæ devota hujus monaſterii prima facta abbatiſſa, ſeptimo regni *Ethelredi* Regis *Merciorum* anno, ejus ſuſcepit regimen & per xxix. annos ſuſtinuit. Mox verò poſtquam *Kyneburga* conſecratur abbatiſſa, frater ejus *Oſricus* tum *Northumbriæ* Rex, ei abbatiſſæ jure dedit omnes terras quas *Ethelredus* ea lege illi priùs conceſſerat, una cum dominio villæ *Glouceſtriæ* aliiſque terris quas in agro *Glouceſtriæ* coëmerat. Syngraphum verò iſtius depoſitæ donationis ſuper altare ſancti *Petri* ſolenniter repoſuit & fideliter reddidit. *Oſricus* Rex moritur & in eccleſia hac *Glouceſtrenſi* quam priùs condendam curaverat inhumatur; cujus monumentum in fine ſeptentrionalis partis chori cernitur, & ſoror *Kyneburga* quamplurimis bonis eccleſiæ procuratis & donatis, vigeſimo nono ſuæ præfecturæ anno vitam cum morte commutans prope *Oſricum* fratrem jacet ſepulta. *Edburga* Regina *Wolpheri Merciorum* Regis uxor, poſt obitum mariti ſui omni dignitate terreſtri depoſita & contemptis deliciis ab *Edwino* epiſcopo *Wigornenſi* abbatiſſa monaſterii *Glouceſtrenſis* conſecrata *Kyneburga* ſucceſſit, & xxv. ſuæ prefecturæ anno ex hac vita migrans *Wilfrido Wigornenſi* antiſtite juxta ſororem *Kyneburgam* in eodem monaſterio *Glouceſtrenſi* ſepelitur. *Eva* tercia abbatiſſa Regina priùs tempore *Ethelredi Merciorum* Regis monaſterii *Glouceſtrenſis* ſuſcipiens regimen, à *Wilfrido Wigornenſi* præſule conſecratur. Hujus abbatiſſæ præfectura annui eccleſiæ redditus augentur plurimùm. Priores donationes in pluribus ſynodis confirmari procuravit, & trigeſimo ſui regiminis anno, regnante *Offa Merciorum* Rege, obiit, & juxta ſorores prædeceſſores in eodem monaſterio *Glouceſtrenſi* ſepulta eſt. Poſt obitum *Evæ* eccleſia hæc rectrice & regimine deſtituta, à morte ejuſdem *Evæ* uſque ad regnum *Bernulphi Merciorum* Regis quinquaginta nempe annorum ſpacio deſerta manet & deſolata. *Bernulphus* autem *Merciorum* Princeps cor obi-

um *Glouceſtrenſe* ſpoliatum & ruinoſum inveniens, & ex ſingulari regalique cura promovere ſtudens, monaſterium *Glouceſtrenſe* reædificavit & formam ejus mutavit. Canonicos ſeculares qui prædicatores & clerici fuerunt, legitimis uxoribus pleroſque junctos & conjugatos victuque ac habitu ab aliis ſecularibus Chriſtianis parum diſcrepantes ibidem collocandos curavit, & quantum ſe penes erat certis præſcriptis vivendi inſtitutis & legibus ſtabilivit, prioribus hæreditamentis in eandem eccleſiam monialium tempore collatis illos dotavit, atque illis inter cætera ipſemet quindecim coria, hidas uti vocant, terrarum in parochia de **Standiſh** conceſſit. *A. Bernulphi Merciorum* Regis regno hæc eccleſia ſub clericis uſque ad regnum *Canuti Anglorum* Regis pacatiſſimè & feliciſſimè floruit, annis nempe Mxcix. *Canutus* autem anno regni ſui quinto, inſtigante *Wolſtano Wigornenſi* epiſcopo clericos & prædicatores eccleſiâ *Glouceſtrenſi* ejecit monachoſque regulares ordinis Benedictini in eorum loco ſuffecit, anno ſalutis Mxxij. *Edricus* unus clericorum hujus monaſterii primus conſtituitur abbas. *Romana* illa *Canuti* peregrinatio in ſuperſtitioſi cujuſdam *Achelmoti* archiepiſcopi *Cantuarienſis* gratiam ſuſcepta hoc effectum dedit.

Licet *Canutus* Rex clerus, & alii multi magnique, monachatus promovendi ſtudioſi eſſent, illique plus nimio dediti & addicti, adeo ut prædicatores ex eccleſiis cathedralibus in plurimis regni locis depellerentur & in eorum locos aſciſcerentur monachi : attamen cum hi Benedictini primò *Glouceſtriam* eſſent adducti ut quinto *Canuti* Regis anno ibi collocarentur, hanc religionis impoſturam Conſules & incolæ *Glouceſtriæ* adeo deteſtabantur & devovebant, ut monachi per illos repellerentur, & ſeptem eorum inter **Churcham** & *Glouceſtriam* à quodam *Wolpino le* **Rus** tunc villæ *Glouceſtrenſis* conſule interempti occumberent. Qui quidem *Wolpinus le* **Rus** vir nobilis & opulentus valde in atrocis flagitii ſatisfactionem ſeptem monachos in eodem monaſterio ex decreto pontificis alebat de proprio. Poſtea vero cum monaſterium *Glouceſtrenſe* hos monachos Benedictinos nulla ſalvifica ſcientia nec ſalutari conſcientia imbutos ſed tenebris plus quam Cymmeriis obcæcatos & contra fidem & officium Chriſti tanquam inſenſatos deſævientes recepiſſet, Deus gloriæ ſuæ zelotypus illos extirpare & monaſterium quo ſtabulabant flammis devorari crudeliſſimis, ipſaque adeo ejus convelli fundamenta ac ædificia ſolo adæquari & penitus dirui permiſit. Verum *Edwardi* confeſſoris tempore *Aldredus Wigornenſis* epiſcopus ejuſdem eccleſiæ novum inchoavit fundamentum à loco quo prius ſteterat paulo remotius & urbis lateri magis contiguum. Hoc ædificium menſe Octobris conſummatum ſeptimo regni *Edwardi* confeſſoris anno, non Chriſti gloriæ ſed ſancti *Petri* ſolenni conſecratur, ibidem, monachis denuo reſtitutis, numerus vero illorum minuitur multum eo quod *Aldredus* non longe poſt ad archiepiſcopalem *Eboraci* ſedem tranſlatus, quamplurimas eccleſiæ poſſeſſiones illi non multo ante propter expenſas in eadem eccleſia reparanda & reedificanda factas oppignoratas retinuiſſet. *Edwardus* ille confeſſor *Glouceſtriæ* commoratur, & in antiquo hujus monaſterii ædificio (nunc longa opificina appellato) tempore quo *Dani* expelluntur, ſenatum habuit ſalubertimum. *Guliel mus* autem conqueſtor xx. (hoc eſt ultimo ſui regni anno) Chriſti natalem apparatu ſatis regio *Glouceſtriæ* celebravit & monaſterium hoc valde dirutum reparavit & adauxit. Serlonem ſacellanum ſuum in abbatem extulit. Et hic abbas duos tantummodo monachos & alumnos octo inveniens ſuo tempore ad centenarium illorum numerum auxit. Conqueſtor hujus cœnobii monachis manerium de **Barnwood** prope *Glouceſtriam* cum aliis libertatibus municipiis & donationibus eſt elargitus. *Sherle* abbas, conqueſtoris favore & munificentia omnes terras hujus monaſterii *Aldredo Eboracenſi* archiepiſcopo ut ante oppignoratas, ſibi & ſuis monachis reſtitui procuravit.

Aldredus obiit & in meridionali chori latere (quaſi poſitus in preſepi) jacet ſepultus, hujus monumentum ibi cernitur antiquiſſimum. *Robertus* ætate maximus & *Richardus* natu minimus *Gulielmi* conqueſtoris filii in hoc monaſterio jacent ſepulti. *Richardus* obiit anno MLxxx. *Robertus* verò MCxxxiij. qui a crudeli & tyrannico fratre ſuo *Henrico* primo terris & libertatibus ſpoliatus & in ergaſtulo *Cardiffenſi* concluſus, vigeſimo ſexto ſuæ incarcerationis anno ſenio & doloribus animi fractus vitam hanc nimis miſeram cum expectata morte commutavit. Inde autem ad hanc advectus eccleſiam cui munificum ſeſe exhibuerat Mecænatem honorificè ſepelitur in chori medio, ubi ſepulturæ monumentum etiamnum conſpicitur. Primum à conqueſtu Parliamentum per *Henricum* primum in illa antiquiſſima hujus monaſterii ſtructura celebratum ; & in eodem loco *Edwardus* primus qui portam illam hujus monaſterii ejus nomine inſignem conſtruxit, ſenatum habuit ſatis regium. Hoc monaſterium non ſolum ante conqueſtum, bellis nempe inter Saxones & Britannos, inter Merciæ reges & Saxones occidentales, in funeſtiſſimis *Danorum* prœliis & in diſſenſionibus *Canuti* & *Edmundi Ferrei lateris* cognomento truculentis, multa tulit damna : verumetiam poſt conqueſtum, cum ſuperſtitio & monachatus ubique ferè ſtabularent, imò eum papatus diebus veluti halcyoniis caput extuliſſet ſerpentinum, incendio veluti celitus dimiſſo bis devaſtatur annis nempe MCCxiiij. & MCCxxiij. Regnante etiam *Henrico* tertio quam plurima fecit detrimenta, & *Edwardi* primi tempore damna non exigua. Sed facile reficiuntur hæ illarum tempeſtatum ruinæ devotionibus plurimis & illorum temporum munificentia in quibus tam opulentæ largitiones ex eo quodam meriti & ſatisfactionis conceptu in eccleſiam indies conferuntur, ut regnante *Edwardo* primo, lex mortuæ manus ferretur, qua munificentiam iſtam nimis prodigam fatuam & rei publicæ ſatis periculoſam reprimeret. *Humphredus Bohun, Herefordiæ, Warwiciæ & Arundeliæ* comes unus ex duodecim paribus qui tempore *Henrici* tertii regno præfuerunt, & vim & vicium quæ imperium tunc temporis nimis infeſtabant,

festabant, vi & virtute repelleret, una cum lectissima conjuge in meridionali hujus ecclesiæ latere pone chorum jacet sepultus, & monumentum cum solido confectum lapide hodie apparet satis vetustum. *Edwardus* secundus post regnum susceptum cum *Isabella* Reginæ suæ *Philippi* formosi Regis *Gallorum* filiæ & nobilium suorum in se iram excitasset odiumque conflasset quod cuidam *Petro Gavestono* viro parum probo & *Spenseris* duobus pessimis Regis consultoribus impensè nimium faveret & in eorum gratiam plurima majestate regia indigna subditis gravia & nobilibus intollerabilia faceret, ab exercitu Reginæ suæ, Principis *Edwardi* filii sui & nobilium in bello captus, in carcerem trusus, & demum ex dolo *Rogeri* de *Mortuo-Mari* quem Regina uti ferebatur, nimium adamabat, à duobus sicariis perditissimis in castello *Barkleiensi* quo inclusus tenebatur, candenti vero per anum intestinis intruso crudelissimè trucidatur, & hoc monasterio simplici funeris apparatu in sinistro chori latere sepultus est ubi adhuc ejus apparet monumentum. *Richardus* secundus in prædicto loco hujus monasterii Parliamentum celebravit.

Cœnobium hoc *Glocestriæ* absque ulla formæ mutatione etiamsi non sine ædificii amplificatione nec sine annuorum reddituum incremento, usque ad regnum *Henrici* octavi perduravit. Temporibus enim *Henrici* quinti & *Henrici* sexti turris illa, uti vocant, quadrangulatis pinnaculis nunc adeo spatiosa & conspicua, tempore *Thomæ Seabrooke* hujus monasterii abbatis, qui opere nondum peracto obiit, & monumento satis celebri & vetusto pone dextrum chori latus fuit sepultus, cum *Robertum Tullium* ejusdem monasterii monachum & postea episcopum *Menevensem*, singulari prudentia & industria virum operi perficiendo prefecisset, fuit constructa. Claustrum illud magnificum & chorus una cum sacello illo spatioso deiparæ virgini dedicato, à *Ricardo Haulaces* hic etiam abbate fundato, navi ecclesiæ adjunguntur. Turris enim prior, in bosco, qui hodie, pomarium commune vulgariter appellatur, steterat pervetusto cuidam edificio, quod Infirmarium dicitur magis vicina, quæ pinu tantum procera procul conspicienda caput extulerat. Cujus ædificii facies una cum antiquissima illa, monialium tempore, structura, in vitreis fenestris, lateris orientalis claustri illius majoris laqueati magnifici & undique valde speciosi graphicè depingitur. Plerique comitatus *Glocestriæ* viri verè nobiles, ex antiquissima oriundi profapia, *Cliffordi* nempe, *Whittingtonii*, *Throckmortoni*, *Pauncefooti*, & alii multi, quorum gentilicia insignia in duplici clipeorum serie, quorum altera sub oriente capellæ virginis beatæ fenestra: altera in sacellulo septentrionali post sinistram chori partem cerni possunt, in ædificio hujus monasterii ampliando & exornando munificos sese exhibuerunt *Mecenates*. *Butleri* autem equestri ex ordine viri è familia *Butleriorum*, qui amplissimum illud castellum de Sudly construxerunt oriundi, in obscuro quodam sacello pone dextrum chori latus jacent sepulti. Occidentalem verò navis ecclesiæ partem (regnante *Henrico* septimo) duo abbates hujus monasterii ampliari curaverunt. *Parkeri* ultimi abbatis (qui portam illam hujus ecclesiæ meridionalem, *Edwardi* Regis nomine, ut ante, insignitam & Palatii episcopalis januam ampliavit & adornavit) monumentum in sacello sinistræ chori partis cerni potest (*&c.*)

Tavistocense *Cœnobium in agro* Devonienſi.

[Respice pag. 219. col. 2]

Fundationis historia.

TEmporibus bonæ memoriæ nobilissimi ac strenuissimi Regis *Edgari* extitit quidam comes nomine *Ordulphus* de nobilissima gentis *Anglorum* profapia, filius egregii ac venerabilissimi antiqui *Ordgari*, vir valdè Deo devotus, quod actionis suæ exitus probavit, sicut in sapientiæ laude canitur, *omnis laus in fini demonstratur*. Hic quadam nocte, sicut mos ei ab adolescentia inoleverat, de lecto suo surgens Deo supplicando extra limen suæ domus progreditur. Cum moras in oratione ageret, manusque suas ad cœlum tendendo levaret, ecce Dei bonitas & gloria quæ famulo suo *Moysi* in igne rubi omnibusque filiis *Israel* heremum transeuntibus die in columpna nubis, noctuque in columpna ignis apparuit, adest & huic Dei famulo, à terra usque ad cœlum pertingens, omnem meridiani solis fulgorem superans, se in igne atque splendore manifestando. Visa ergo tanti luminis superni splendoris claritate ex inproviso, nec mirum extimuit. Ac intra suæ domus liminare sese recepit, atque in lectulo suo membra fessa locavit, ibique lacrimis suis lectum suum rigavit quousque sopor eum invasit. Cum ergo soporando quiesceret, ecce quidam vultus venustissimi ac candidissimi astitit ei dicensque illi. *Ne timeas vir Deo dilecte, Scias pro certo preces tuas à Deo fore exauditas. Hoc enim tibi demonstravit cœlesti lumine quod in splendentis ignis columpna tibi ostendit. Surge ergo summo aurora diluculo & illum locum quo prædicta columpna steterat inquirendo perquire, ibique signum sanctitatis invenies, quatuor scilicet virgulas quadris lateribus infixas, faciesque ibi oratorium in quatuor Evangelistarum honore, tam amplum quam prafixio denotat virgarum, qui salvatorem omnium gentium per quadrifidum orbem velud in quadriga curru intulerunt. Hocque faciendo peccatorum tuorum veniam mereberis.* Evigilans verò statim à sompno, stratu desiliens suo genua ad Deum flectendo & post orationem suam conjugi visionem recitavit. Illa verò hanc ut audivit Deo gratias reddidit, similemque se vidisse eadem hora noctis affirmavit. Itaque post gratiarum actionem postque communem allocutionem iterum membra sua quieti tradiderunt. Et ecce prædictus vir qui eis sicut suprafatum est aderat alia vice, eodem vultu venustatis ac candidationis affuit, eisque singulis singulariter inquit, *Quid moraris in obediendo præceptis? nonne audisti unquam ab ore alicujus doctoris quod melior est obedientia quam victima? Surge ergo vade quære & fac quod præceptum est tibi.* Et talia fando, via qua venerat redit. Facta

Ex cartulario de *Tavistok* penes *J. b. Maynard* armigerum tom. 2.

est autem illis eadem visio in eadem nocte usque terciò. Surgens verò summo mane sanctæ crucis signo signans se, viam quæ ducit ad nemus in quo prædictam visionem claritatis viderat, arripuit, ac prædictum locum summa intentione mentis quæsivit, & quasi eundem quem habuit revelatorem haberet viæ conductorem, statim locum signis sigillatum invenit amœnum apricum aptum. Qui exultans in domino lætus magno gaudio & illum magnificè glorificavit qui ei tantam revelationem revelavit. Fecit quoque postea oratorium sicut ab angelo ei præceptum fuerat, Et amplius quam acceperat præcepto addit Dei gratia proprio voto. Fecit ergo monasterium in honore sanctæ Dei genitricis *Mariæ* in prædicti oratorii parte occidentali quasi mille hominum capacem, domosque alias monachorum congregationi congruentes, & illius ordinis fratres quamplures inibi congregavit atque abbatem illius ordinavit, ut sub regulari meta mores suos componerent atque colligerent. Set quia morte prædicti Regis interveniente quod deflet *Anglorum* gens undique. Erat enim Christianæ religionis amator & cultor devotissimus, omnibus regni sui incolis & divitibus & egenis benivolus super justissimus. Cui successit filius ejus *Edwardus* morum patris dulcedine atque bonitate decoratus, set ætate juvenis & tenellus, industriâ humanæ malignitatis ex toto minimè cautus, odientes se tanquam amantes & amabat & frequentabat, simplex ut columba inimicali dolo innocenter occiditur. Set anima ut credimus in celestibus coronatur. Cui succeſſit frater ejus *Ethelredus*. Erat autem & ipse juvenis quidem ætate. Tempore quoque hujus *Suein Danorum* Rex hanc insulam cum exercitu suo valde devastavit, & tandem per violentiam suam ad effectum perduxit, ut Rex toto Regno præsideret.

Ethelredus verò cum non posset ei resistere, transfretavit ad comitem *Ricardum Normanniæ*, & cum eo fuit, donec *Suein* ab hac vita in qua multos sibi subegerat & pene *Anglorum* omnem nobilitatem ac libertatem deleverat, decessit. Tunc *Dani* qui *Angliam* occupaverant elegerunt sibi cum in regem filium ejusdem *Suein*. *Ethelredus* rediit in *Angliam* & ab *Anglis* susceptus est, quare *Cnut* Rex *Danorum* iratus omnes obsides quos habebat ab *Anglis* vel sibi traditos jussit interficere. Sicque in *Daciam* rediit quousque *Ethelredus* vitam finivit. Set *Ethelredo* adhuc vitali vita vivente ac regnante opus quod prædictus vir *Ordulphus* inceperat regali ac sacerdotali jure libertati dederat. Et dignum ducimus sicut & nomina Regum in quibus temporibus hæc facta sunt imposuimus, nomina etiam archipræsulum & episcoporum huic nostræ revelationi imponamus.

Rexit itaque hiis temporibus *Cantuariensem* ecclesiam *Dunstanus* nomine, vir sanctissimus qui benevolentiam prædicti Regis & benedictione confirmavit & auctoritate sancivit. *Oswaldus* verò venerandus archipresul *Eboracensis* ecclesiæ triumphalem tropheum agiæ crucis impressit. Et *Heluuoldus* autem vir magnæ sanctitatis *Wyntoniensis* ecclesiæ episcopus idem consignavit. *Elfstanus* quoque vir reverendus *Londoniensis* episcopus prædictum donum consensit & benedictione confirmavit. *Elstanus* verò *Cridiatonensis* ecclesiæ episcopus signum crucis infixit. *Ethelgar* quoquè atque *Ethelstan*, *Athul* atque *Alstric*, *Elfeac* atque *Estin*, *Ethelsi* necnon & *Wlsi*, omnes hii episcopi propria manu subscripserunt. Regis verò munimine deinceps locus ipse tueatur domino protegente. Et ipsius loci abbas Deo deserviens gregem sibi commissum dirocheè foveat. Sit igitur præfatum monasterium omni terrenæ servitutis jugo liberum, tribus exceptis, rata videlicet expeditione, pontis, arcisve restauratione. Si quis verò tam opylempticus philargiriæ seductus amencia (quod non optamus) hanc nostræ munificentiæ dapsilitatem ausu temerario infringere temptaverit, sit ipse alienatus à consorcio sanctæ Dei ecclesiæ, nisi digna satisfactione humiliter penituerit. Abbas verò qui eligatur post abbatem qui nunc est, ex eadem eligatur congregatione qui dignus sit fungi tali officio; aliorum verò minimè nisi culpis promerentibus inibi inveniri nequiverit qui aptus sit animabus lucrandis. Quod si hoc quod absit miserabiliter evenerit, de alio noto & familiari monasterio unanimi fratrum consilio postuletur, cujus vita probabilis sapientia prædita cultuque religionis fulgida fidelibus clarescat, finitis namque diebus benivoli & laudabilis viri qui specialis lucri copia sanctum dapsilis ditaverat locum, laicorum nemo ipsius loci dominium usurpare sibi præsumat.

Rura verò quæ ab eo vel à sua conjuge vel à suis parentibus vel amicis domino nostro Jesu Christo ejusque genitrici semperque virgini *Mariæ* ob æternæ vitæ remunerationem concessa, hæc sunt, **Tadistok, Middelton, Hatherleghe, Berliton, Legho, Dunethem, Chubelin, Lanhinhorn**, hæc à viro. Hæc verò à conjuge, **Hame, Werelgete, Dilege, Auri, Mame, Sawyok, Pannastan, Lozenbiri, Colbyok, Lege, Wlfithetun, Clymesland**. Hæc nec abbas nec alicujus personæ homo licenciam habeat pro pecunia vendendi vel gratis concedendi vel mutandi, set æterno Deo maneat imperpetuum quod ei concessum vel concedendum. Hæc confirmatio privilegii libertatis ecclesiæ *Tavystochia* quam venerabilis comes bonæ memoriæ *Ordulphus* Dei gratia intus & exteriùs illuminatus propria sua hæreditate qua perfunctus, avina sive paterna vel propria conquisitione, licencia & consilio & benedictione *Edgari* Regis incepit ædificavit consummavit & tantis annorum curriculis regni mutatione & alienæ gentis scilicet *Dacorum* incursione in tempore sui nepotis *Ethelredi* perfecit, quando omnipotentis Dei gratia & misericordia *Anglorum* patria Sanctorum in ea degentium meritis & precibus pacificata est qui die ac nocte clamaverunt ad dominum in prosperis & in adversis cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos. Facta est autem confirmatio anno ab incarnatione Domini DCCCCLxxxj. regnante adhuc prædicto Rege *Ethelredo* & prædictis præsulibus ecclesiam Dei in *Anglia* gubernantibus.

Post compositionis prime compositores & hujus operis constructores & revelate ædificationis ædificatores ac regalis atque sacerdotalis dispositionis dispositores necnon ecclesiastici regiminis primos rectores electione canonica secundum

normam

normam superiùs dictam, vir venerandus atque honorandus nomine *Almerus*, almus atque bonus sicut ex sui nominis præsagio ab his qui *Latinam* atque *Anglicam* linguam perfectè norunt interpretatur, litterarum studiis ac monasticæ religionis disciplina nobiliter imbutus, ad regendam sæpe nominatam ecclesiam & divini verbi pabulo pascendum gregem dominicum in ea congregatum eligitur. Qui ministerium sibi injunctum modestè ac discretè indeficienter exequens, lectioni atque orationi studium dans, bonæ vitæ suis subjectis & dictis & factis exemplum præbens, res ecclesiasticas diligenter tractans, iniqua execrans, justa dilexit, Deum super omnia proximum ut seipsum amans, Inter prospera humilis, inter adversa fortis & securus, sicut res testantur quæ egit innumeris obsequiis cum adversitas *Danorum* omnem oppressisset gentem *Anglorum*, & intus & exteriùs quicquid habuerint vel in armis vel in domibus ad suos rapuerunt usus, nullam nec de lactentibus infantalis nec de miseris matribus pietatem vel misericordiam habentes, ecclesias Dei undique expoliantes, ac post apertam nudationem atque expoliationem grave jugum cunctis terram tenentibus & pene omnibus importabile inponentes, ut sic primitus quicquid pecuniæ vel in auro vel in argento avina vel paterna vel propria alicujus industria ad defendendam hujus miserie vel aliquorum suorum inopem vitam elegerat, totum auferrent & sic postea fraudulenter utpote ab his qui non possent terras defendere nec haberent unde, quasi justa ratione omnes tollerent. Set ve impio semper iniqua cogitanti.

Inter has oppressiones & miserias & captivitates quibus gens *Anglicana* opprimebatur undique, prædictus abbas *Almerus* vir illustris & nobilis ex communi fratrum consilio dedit ex pecunia suæ ecclesiæ quam regendam acceperat, secundo danegildo pro dominio illius quod est in *Devonia* libram & dimidiam secundùm pensum, scilicet xxj^{ti}. pro **Tavystok**, & pro *Heefelda* & pro *Berlitonia* tantundem, & pro *Tornebiria* lx. denarios secundum pensum. Summa hujus pecuniæ xlv. mancusæ.

Confirmatio Regis *Willielmi* 2. *de* Wlurintuna.

Ib fol. 4 b. A.D. 1096

Anno dominicæ incarnationis millesimo nonagesimo sexto, regni autem inclitæ recordationis secundi Guillielmi *ix. misit idem Rex in quadragesima optimates suos in* Devenesiram & Cornubiam & Exoniam, Walcalinum *videlicet* Wyntonienſem *episcopum*; Randulphum *regalem capellanum*, Willielmum Capram, Hardinum Belnoldi *filium, ad investiganda regalia placita. Quibus in placitis calumpniati sunt cuidam mansioni abbacie* Tavienſis, *nomine*, **Wlurintune**; *dicentes & affirmantes illam mansionem injustè attinere* Tavystochienſi *abbacie, set potius illam regali dominio semper rectè insistere. Dictis quorum & calumpniis nos abnegantes, comprobavimus, mansionem illam plurimorum auctoritate antecessorum nostrorum* Tavystochienſi *abbatiæ absque ulla calumpnia perhenni jure pertinere. Qua de causa una cum regalibus supradictis placitatoribus Regem* Anglorum *requisivimus quatinus illam mansionem supradictam pro Dei amore & sanctæ* Mariæ, Tavienſi *abbatiæ, absque ulla calumpnia perhenni jure, concederet subjacere. Quibus quidem auditis & enarratis ante Regem, ipse Rex petitioni nostræ adquiescens, pro anima patris sui & matris suæ, abbatiæ Dei & sanctæ* Mariæ Tavyenſis *ecclesia illam mansionem, videlicet* **Wlurintune** *inperpetuo restituens in hac verba respondit.* Ego *Guillielmus* Rex *Anglorum Osberno* episcopo salutem & *Guillelmo* filio *Baldewyni* & *Guarino* vicecomiti de *Cornubia* & omnibus fidelibus meis *Francis* & *Anglis* de *Devenasira* & *Cornubia*. Sciatis me dedisse Deo & sanctæ *Mariæ* & ecclesiæ de **Tavystok** pro anima patris mei & matris meæ ipsiusque mei monerium de *Wlurintuna*, & ut bene illud & honorificè in omnibus *Guimundus* successoresque sui abbates constituti inclinenter hactenus possideant. *Hoc denique sciant omnes quod Rex per cultellum eburneum quod in* Seisina per cultellum. *manus tenuit & abbati porrexit hoc donum peregit apud curiam, testimonio virorum illorum nomina quorum infrascripta dinoscuntur. Ego* Walchalinus Wyntonienſis *episcopus dedi testimonium. Ego* Johannes Bathonienſis *episcopus consensi, & ego abbas* Turſtinus Glaſtonienſis *assensum præbui, &c. Qui quidem cultellus jacet in feretro sancti* Rumoni. *In cujus manubrio inseritur talis scriptura.* ✠ Ego *Willielmus* Rex dedi Deo & sanctæ *Mariæ* de **Tavistoc** terram **Wlurintun**.

Carta Odonis *le* Arcedeakne, *de* Westlydeton.

Ibid. fol. 104. b.

OMnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit dominus *Odo le Arcedeakne* miles salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute animæ meæ & antecessorum & successorum meorum remisisse & quietum clamasse pro me & hæredibus meis & assignatis Deo & beatæ *Mariæ* & sancto *Rumono* & abbati de **Tavistok** & ejusdem loci conventui & eorundem successoribus, in puram & perpetuam elemosinam, totam terram de **Westlydeton** cum omnibus suis pertinentiis, prout in carta feoffamenti quam *Willielmus* de *Bodbran* michi inde fecit plenius continetur. Tenendum & habendum dictis abbati & conventui de **Tavistok** & eorum successoribus totam prædictam terram cum servicius liberorum hominum & rusticorum & omnibus aliis pertinentiis suis in puram & perpetuam elemosinam libere quiete pacifice & intregre imperpetuum sine aliquo retenemento michi vel alicui de meis imposterum. Ita quod ego nec hæredes mei nec aliquis per me vel hæredes meos in prædicta terra de **Westlydeton** cum omnibus suis pertinentiis aliquod jus vel clamium habere vel clamare possimus nec aliquam fraudem imponere per quam dicti abbas & conventus vel eorum successores molestentur vexentur vel graventur. Et ut hæc mea remissio & quieta clamantia rata stabilis & inconcussa permaneat imperpetuum, præsens scriptum sigilli mei impressione roboravi. His testibus, dominis *Reginaldo* de *Ferrariis*, *Hugone* de *Ferrariis*, *Roberto* le **Deneys** militibus; *Johanne* de *Bellomonte*, *Alano* de **Lydeton**, *H.* de **Westwith**,

Petro de **Donestond** clerico, & aliis. Data in crastino sancti *Marci* evangelistæ anno regni Regis *Edwardi* septimodecimo.

Carta abbatis & conventus de redditu de Westlyveton.

Ibid. *Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentem paginam inspecturis* Robertus *permissione divina abbas* Tavistochiæ *& ejusdem loci conventus salutem in domino sempiternam. Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire, quod nos divina caritatis intuitu & pro salute animarum nostrarum & omnium prædecessorum & successorum nostrorum, & pro salute animæ domini* Odonis *le* Arcedeakne *militis damus & concedimus in augmentum elemosinæ monasterii nostri imperpetuum totum redditum nostrum de* **Westlyveton** *cum redditu molendini ibidem, saltis nobis homagiis & omnibus aliis serviciis dictorum tenentium nostrorum loci prædicti integraliter recipiat, & per visum nostrum & Prioris nostri & successorum nostrorum de prædicto redditu singulis annis emat & provideat ad opus pauperum Christi vestimenta & calciamenta eisdem die commemorationis animarum coram nobis in claustro nostro fideliter & sine dolo sub periculo animæ suæ distribuenda quantum de prædicto redditu secundum verum valorem poterit comparari. Ita quod ista elemosina imperpetuum ut præmittitur sit duratura. Elemosinarius vero prædictus de prædicto redditu coram nobis & successoribus nostris singulis anxis plenum compotum & apertum reddere tenetur cum fuerit requisitus. Quicumque autem hanc nostræ concessionis & donationis exilitatem ausu temerario infringere vel in alios usus vitiatur convertere, omnipotentis Dei & gloriosæ matris ejusdem & omnium sanctorum maledictionem ipso facto incurrat, nisi previa contritione & satisfactione condigna pœniteat de commissis manifeste, & prædictam concessionem nostram ad statum suum redire faciat ordinatum. In cujus rei testimonium præsentem paginam sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Data iiij. nonas Aprilis anno gratiæ MCC nonagesimo primo.*

Apropriatio ecclesiarum Tavystochiæ **Lamerton, Middelton, Northpiderwyn, Hatherlegh, Abbedesham** & **Lzentetozre.**

Ib.f. 26.a. UNiversis sanctæ matris ecclesiæ filiis præsentem paginam inspecturis *B.* Dei gratia *Exoniensis* episcopus salutem in domino. Noveritis quod nos monasterii de **Tavystok** pensata paupertate, & dilectorum filiorum *Herberti* permissione divina, abbatis & conventus monasterii prædicti petitione salubri ponderata, capituli nostri legitimo accedente consensu ecclesiam sancti *Eustachii* de **Tavystok**, ecclesiam sancti *Petri* de **Lamerton**, ecclesiam sanctorum *Constantini* & *Ægidii* de **Middelton**, ecclesiam sancti *Paterni* de **Northpiderwyne**, ecclesiam sancti *Johannis Baptistæ* de **Hatherlegh**, ecclesiam sanctæ *Helenæ* de **Abbedesham**, ecclesiam sancti *Michaelis* de *Rupe* cum omnibus pertinentiis suis prout scripta prædecessorum nostrorum super hiis confecta plenius testantur, prædicto monasterio & monachis ibidem Deo servientibus divinæ caritatis intuitu damus apropriamus & præsenti scripto in perpetuam rei memoriam confirmamus. In cujus rei testimonium præsentibus sigillum nostrum una cum sigillo autentico capituli nostri apponi fecimus.

Bulla exemptionis & confirmationis omnium ecclesiarum & decimarum monasterio de Tavistok.

Ib.f. 33.a.

CElestinus *episcopus servus servorum Dei dilecto filio* Herberto *abbati de* Tavistochia *ejusque successoribus regulariter substituendis imperpetuum. Commissa nobis apostolicæ sedis auctoritas nos hortatur, ut locis & personis ipsius auxilium devotione debita implorantibus tuitionis præsidium impendere debeamus. Quia sicut injusta poscentibus nullus tribuendus est affectus, sic & legitima & justa desiderantium non est differenda petitio. Eapropter dilecte in domino fili* Herberte *abbas tuis justis postulationibus clementer annuimus, & monasterium de* **Tavistock** *quod in honore beatæ* Mariæ *& sancti* Rumoni *confessoris ædificatum esse dinoscitur, sub ejusdem beatæ* Mariæ *& sancti* Rumoni *confessoris & sacrosanctæ* Romanæ *ecclesiæ, cujus juris existit, tutela & proprietate tantum manere censemus, & præsentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quæcumque bona tam ecclesiastica quam mundana idem monasterium inpræsentiarum justè & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis Deo propicio poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam beatæ* Mariæ *& sancti* Rumoni *confessoris de* **Tavistok** *in qua sedes abbatiæ existit, cum eadem villa & mercato ejusdem villæ & capellis & omnibus aliis pertinentiis suis.* **Middelton** *& ecclesiam sancti* Constantini *confessoris in eadem villa constructam, cum omnibus pertinentiis suis.* Hatherlegam *cum ecclesia sancti* Johannis Baptistæ *in eadem villa fundata & omnibus pertinentiis suis.* **Bozyngton** *cum ecclesia sanctæ* Trinitatis *in eadem villa sita.* Lega *&* **Abbedysham** *cum ecclesia sanctæ* Helenæ *ibidem constructa.* **Werdegote, Dzleg, Auri, Tozneburÿ,** Ruaburga, *& unam domum in civitate* Exoniæ, **Devenebury,** *& ecclesiam beatæ* Mariæ *ibidem fundatam.* Wella, Daggecumba, **Plymstok, Radden, Hundetozre, Dratrew, Savyok,** *& ecclesiam beatæ* Mariæ *ibidem fundatam.* **Anton** *cum ecclesiis ibidem fundatis & pertinentiis suis,* **Rame, Tregrenon, Penhangar, Talcar, Wulryuton,** *cum matrice ecclesia sancti* Paterni *& capellis ejusdem villæ & omnibus ad eam spectantibus.* **Dokerewille, Pourton** *cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus suis vobis rationabiliter collatis. Infra insulas etiam de* **Scilly** *Insulam sancti* Nicholai, *Insulam sancti* Samplonis. *Insulam sancti* Elidii, *Insulam sanctæ* Theonæ *virginis, & Insulam qua*

Nutho

Rutho *vocatur, cum appendiciis suis, & omnes ecclesias & oratoria per omnes insulas de* Sully *constructa cum decimis & obventionibus & aliis pertinentiis suis. Et duas bescatas terræ in Insula de* Aganas, *& tres bescatas terræ in Insula de* Ennoz. *Ecclesiam quoque sancti* Michaelis *de* Rocta *cum terris & redditibus suis. ecclesiam de* Lamberton *cum omnibus pertinentiis suis à domino fundi* W. Gffard *in puram & perpetuam elemosinam vobis & monasterio vestro collatam, & à bonæ memoriæ* B Exoniensi *episcopo confirmatam, & de vobis ad mandatum do tribus pauperibus cotidie pascendis & ad alia pietatis opera exequenda* J. *quondam* Exoniensis *episcopi assensu assignatam. Ecclesiam quoque sancti* Petri *de* Pontocranith-ton *cum terra de* Nordecumba *& aliis pertinentiis suis.*

Obeunte verò te Herberto *nunc eiusdem loci abbate vel vestrum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur nisi quem fratres communi consilio vel pars consilii sanioris secundùm timorem Dei & sancti* Benedicti *regulam absque ullius contradictione decreverint abbatem eligendum. Custodiam eciam domus vestræ, & rerum & possessionum vestrarum dispositionem in manibus vestris donec vestra provideatur ecclesia manere censemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi fortè excommunicati vel interdicti sint nullus obsistat. Salva tamen illarum ecclesiarum canonica justicia à quibus mortuorum corpora assumuntur. Indulgemus etiam ut liceat vobis ecclesias vestras cum vacaverint in hospitalitatis usum in domo vestra jugiter observanda convertere, idoneos ad eas eligendo capellanos, qui diocesano episcopo præsentati eidem de spiritualibus vobis verò de temporalibus debeant respondere. Ita quidem quod episcopus illos repellendi qui sibi fuerint præsentati nullam prorsus habeat sine causa rationabili potestatem.*

Sane novalium vestrorum & eorum quæ propriis manibus aut sumptibus excolitis sive animalium vestrorum nullus à vobis decimas exigere aut extorquere præsumat, set potius vobis reservata in usus hospitalitatis convertantur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum nec episcopo fas sit prefatum cœnobium temerè pertubare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura; Salva sedis apostolicæ auctoritate. Si verò aliquod scriptum vel privilegium contra hanc libertatem vobis & monasterio vestro à nobis indultam & præsentis privilegii auctoritate confirmatam aliquando apparuerit, eidem libertati nulla ratione præjudicet. Ad indicium autem huius à sede apostolica percepta libertatis tres aureos pro monasterio beatæ Mariæ *& sancti* Rumoni *confessoris præfati nobis nostrisque successoribus annis singulis exsolvetis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò terciove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis que honoris sui dignitate careat, reamq; se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futuro apud districtum judicem præmia æterna pacis inveniant. Data* Laterani *per manum Ægidii sancti* Nicholai *in carcere* Tulliano *diaconi cardinalis, iiij. kal. Junii ab incarnatione nativitatis dominicæ anno millesimo centesimo nonagesimo tertio, pontificatus domini nostri* Celestini *Papæ tercii anno tercio.*

Carti Roberti *de* Veteri-ponte.

Ibid. fol. 90. a.

NOverint omnes tam posteri quam præsentes quoniam ego *Robertus de Veteri-ponte* consilio amicorum meorum reddidi ecclesiæ sanctæ *Mariæ* & sancti *Rumoni Tavistociæ* terram de *Wynemerestona* liberam & quietam de me & fratribus meis & omnibus hæredibus meis bona voluntate & absque omni fraude, sicut illam quam pater meus & mater postea nullo jure suo niti sola permissione abbatum & conventus ejusdem cœnobii ad tempus tenuerunt. Et pro hoc abbas & conventus dederunt michi decem marcas argenti, fratribus meis & propinquis communionem beneficii & orationum ejusdem ecclesiæ concesserunt. Me verò cum voluero in monachum recipere promiserunt. Interim omni die qua præsens in villa *Tavistocia* fuero & accipere voluero prebendam unius monachi secundùm hoc pactum michi daturi sunt. Teste *Alano de* Furnell, & *Guillielmo Buzone* Justic. domini Regis. Teste eciam *Henrico de* Pomeris, & *Dregone* episcopi dapifero.

Carta *Roberti* filii *Baldwini*, de terra de Paseforo.

Ib fol. 128

NOverint universi fideles Domini nostri Jesu Christi quod ego Robertus *filius* Baldwini *filii* Gervasii *divinæ correctionis evidenti virtute compulsus, reddidi Deo & monasterio Dei genitricis beatissimæ virginis* Mariæ *& gloriosi confessoris Dei beati* Rumoni *& B. abbati* Tavistochiæ *& conventui terram suam de* Paseforo *quam per potestatem & voluntatem avunculorum meorum scilicet* Rogerii *filii* Remfredi *& magistri* G. *de* Constantino *sigillarii domini Regis à prefato* B. *abbate* Tavistochiæ *obtinui. Eandemque terram cum omnibus pertinentiis suis in bosco & plano pratis & pascuis sicut egomet eam tenueram, memorato abbati & Conventui* Tavistochiæ *resignavi, & quietam & absolutam de me & omnibus meis imperpetuum clamavi pro mea meorumque salute præsertim patris mei & matris fratrisque mei* Johannis, & Agnetis & Hawys *sororum mearum necnon & prædictorum avunculorum meorum. Hiis testibus,* Willielmo Giffard, H. Dalneto, G. Cofyn, Gilberto *de* Ferrariis, Rogero *de* Wycha, Fulcone Doenzport, Roberto *de* Crewabera, Rogero Ruby, Radulpho *capellano*, Ricarde Grinesham, ... *filio* Pagani, *& multis aliis.*

Carta

Carta Regis Henrici *primi.*

Ib fol. 5. b. Vide cart. 13 E. 1. n 8. Et cart. 22 E 3 n. 38.

HRex *Anglie Willielmo* epiſcopo *Exonie* & *Ricardo* filio *Baldwini* vicecomiti, & omnibus fidelibus ſuis de *Devenefira* & de *Cornubia* ſalutem. Volo & mando vobis & præcipio firmiter quod faciatis venire ad dominium eccleſiæ meæ de *Tavyſtochia*, Rueberge & Cudelipe quas *Wymundus Willielmo* fratri ſuo injuſtè tradidit. Et prohibeo ne aliquis præter monachos ipſas terras amplius teneat vel alias aliquas quæ de dominio eccleſiæ fuerunt, exceptis illis quas *Gaufridus* abbas dedit ad ſervicium miliciæ. Et præcipio ut ipſa eccleſia mea habeat & teneat omnes terras & tenuras ſuas liberè quietè & integrè, & ne aliquis abbas ulteriùs aliquam diſtrahat vel alicui donet præter confirmationem meam & aſſenſum & totius capituli. Volo eciam & præcipio pro anima *Willielmi* Regis & mea, hundredum de *Tavyſtochia* liberum eſſe per ſe & quietum, ne in aliquo hundredo Lifton ſubjaceat aut reſpondeat. Et concedo ſicut per aliam cartam conceſſi mercatum eſſe omni die Veneris in villa *Tavyſtochia*, & nundinas ad feſtum ſancti *Rumoni* per tres dies. Et prohibeo ne aliquis emptor ſive venditor thelonium ſuum ſibi retineat qui illud in vicinis burgis vel civitatibus meis juſtè dare debeat. Teſtibus, *Radulpho* archiepiſcopo *Cantuarie*, & *Willielmo* filio Regis, & *Roberto* comite de Pellent. apud Dorham.

Carta *Reginaldi* de *Ferrariis.*

Ib. fol. 153. b.

UNiverſis *Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris* Reginaldus *de* Ferrariis *Dominus de* Ber & Iſota *de* Ferrariis *domina de* Pyweton *ſalutem in domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra nos conceſſiſſe viris religioſis abbati & conventui de* Taviſtok *& eorum ſucceſſoribus totam terram quam habuerint de dono magiſtri* Adæ *de* Middelton *in* Cornwode, *quietam ab omni diſtrictione pro homagio fidelitate vel ſervicio aliquo de* Auguſtino *de* Batonia *faciendo, uſque ad legitimam etatem ejuſdem* Auguſtini, *cum ſerviciis liberorum hominum & ruſticorum, & cum omnibus aliis pertinentiis ad predictam terram ſpectantibus. Ita videlicet quod predicti viri religioſi Abbas & conventus de* Taviſtok *& eorum ſucceſſores faciant nobis & heredibus noſtris vel aſſignatis omnia ſervicia debita & conſueta que heredes dicti magiſtri* Adæ *de carne ſua procreati facere deberent ſi quos habuerit. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigilla noſtra duximus apponenda. Data apud* Pyweton *in vigilia nativitatis beate* Mariæ *anno gratie milleſimo ducenteſimo octogeſimo.*

Carta Willielmi *de* Ferrariis.

Ib fol. 155. a.

PAteat univerſis per præſentes quod ego *Willielmus* de *Ferrariis* recepi una cum executoribus domini *Reginaldi* patris, de religioſo viro *Roberto* permiſſione divina abbate de Taviſtok quinquaginta & ſeptem marcas & dimidiam quas idem domnus *R.* abbas de bonis prædicti Regis patris mei in cuſtodia ſua habuit, & quod de cætero dictum abbatem nec aliquem de ſuis de aliquibus bonis dicti patris nullo modo calumpniare potero in poſterum. In cujus, &c. Data apud Taviſtok die ſabbati proxima poſt feſtum Tranſlationis ſancti *Thome* Martyris anno regni Regis *Edw.* triceſimo quinto.

Carta de Plympton. Plymſtoke.

Ib. fol. 158. b.

SCiant omnes filii fideles ſanctæ matris eccleſiæ quod hæc conventio & ſpecialis fraternitas conſtituta eſt per *Walterum* abbatem *Taviſtochia* & totum ejuſdem eccleſiæ conventum & per *Ricardum* Priorem Plimpton & ejuſdem eccleſiæ conventum inter eccleſiam de Taviſtok & eccleſiam de Plympton, ut omnis lis & contentio & calumpnia removeatur inter eas imperpetuum ſuper capella de *Plymſtocha*. Ita quod ipſa capella libera & quieta & ſine omni calumpnia remaneat imperpetuum eccleſiæ de Plimpton. Eccleſia de Plimpton debet facere plenarium ſervicium pro abbate de Taviſtoke defuncto ſicut conſtitutum eſt pro Priore ejuſdem eccleſiæ defuncto, & pro monachis defunctis ſicut pro ſuis canonicis profeſſis defunctis. Abbas debet habere plenariam prebendam in refectorio Plimpton per totum primum annum obitus ſui, & monachi in prima die annunciationis obitus ſui. Simili modo Prior de Plympton plenariam habebit prebendam in refectorio *Taviſtochie* per totum annum obitus ſui primum, & canonici prima die annunciationis obitus ſui. Cum monachi de *Taviſtochia* venerint hoſpitari ad Plimpton debent honorificè ſicut fratres familiares ſuſcipi in choro, in refectorio, in dormitorio cum omni diligentia & competenti famulatu. Simili modo canonici de Plimpton ad *Taviſtochiam*. Si autem domnus abbas & conventus *Taviſtochie* neceſſe habuerint vocare Priorem vel aliquos fratrum Plimpton ad capitulum ſuum, Prior vel fratres vocati venire debent ad vocationem ſuam. Si autem aliqua cauſa pro defendendo jure eccleſiæ de *Taviſtochia* pro aliquo alio magno negocio domnus abbas & conventus ejus præſentiam Prioris vel alicujus fratris canonici deſideraverit, Prior Plimpton vel canonicus ille cum domno abbate vel Priore *Taviſtochie* per omnem epiſcopatum *Exonie* in equis & ſumptibus ipſius Prioris perget. Si autem neceſſe fuerit extra epiſcopatum *Exonie* negocium domus *Taviſtochie* proſequi, Prior vel canonicus ejus qui vocatus fuerit, in equis Prioris & in ſumptibus abbatis cum abbate vel Priore ejus ibit. Cum autem capellanus ponendus fuerit in capellariam de *Plimſtocha*, domnus Prior Plimpton pro reverentia domni abbatis & conventus ejus in quorum fundo eſt ſita ſupradicta capella, ducet eum ad *Taviſtochiam* coram abbate & conventu, & debet eis promittere domnus Prior & capellanus ſuus pro eo honorabile ſervicium Deo & ipſis, & ſalubre hominibus ſuis. Et ſi capellanus ille aliquid fecerit quod ſit corrigendum, domnus Prior Plimpton debet illud corrigere: ſi autem capellanus incorrigibilis fuerit Priori, conſilio abbatis & Prioris corrigatur vel removeatur. Cum venerit aliquis monachorum ad Plimſtoch, capellanus Prioris adminiſtrabit

ministrabit eis liberum introitum in capellam & candelam ad cœnam & ad matutinas & ad servicium in capella.

Recognitio Prioris de **Plimpton** domui de **Tavystoke.**

Ibid. IN *Dei nomine* Amen. *Anno gratiæ ejusdem secundum cursum ecclesiæ* Anglicanæ *MCCC. quarto, indictione iiij. die veneris proxima post festum sancti* Clementis *Papæ in quodam clauso juxta curiam Rectoris ecclesiæ de* **Bikeleghe** *in parte boriali ejusdem curiæ, in præsentia mei notarii & testium infra scriptorum ad hoc specialiter rogatorum, religiosus vir* Johannes *Prior de* **Plympton** *ordinis sancti* Augustini, Exoniensis *diœcesis, quamdam confessionem pure sponte & absolute emisit sub eo qui sequitur tenore verborum. Ego* Johannes *Prior de* **Plimton** *pro me & successoribus meis ex certis & legitimis causis pro utilitate Prioratus mei antedicti fateor me teneri, meque successores meos futuris temporibus velle obligari religioso viro* Roberto *Dei gratia abbati monasterii de* **Tavistok** *ordinis sancti* Benedicti *dictæ diœcesis ejusque successoribus, ad quamcumque vocationem dicti abbatis suorumque successorum per totam diœcesim* Exoniensem *antedictam venire & sumptibus Prioratus mei de* **Plymton** *patrocinium consilium & auxilium quod scivero & potero eidem abbati & suis successoribus impendere, extra verò dictam diœcesim ubicumque sumptibus dicti abbatis competentibus & equis meis propriis hoc idem facere promitto. Præterea in quocumque adventu dicti abbatis suorumque successorum ad manerium suum de* **Plymstoke** *teneor & teneri volo pro me & successoribus meis eidem abbati suisque successoribus in sex panibus albis, duabus lagenis vini & quinque candelis cerę ex causis ut præmittitur legitimis. Insuper quandocumque humanitus contigeris de abbate de* **Tavistok,** *unoque de monachis dictæ domus in abbatem electo aut aliunde postulato, teneor & teneri volo invenire eidem electo unum Palefredum decentem cum garcione ad opus dicti electi per omnes curias & loca in quibus idem electus pro confirmatione sua habenda negociari habet, usque in diem installationis suæ canonicæ. Item fateor me teneri præsentare idoneum capellanum ad ecclesiam de* **Plymstoke** *religioso viro abbati de* **Tavistok** *ejusque successoribus singulis annis in festo sancti* Michaelis *apud* **Tavistok.** *Quæ omnia & singula idem abbas & sui predecessores a tempore quo non extat memoria canonice possidebant. Propter quorum per aliqua tempora subtractionem ego* Johannes *Prior antedictus viginti dolia vini eidem abbati vadiavi, de quibus idem abbas ex gratia sua quinque dolia vini remisit. Ita quod de quindecim doleis vini eidem abbati pro libito voluntatis suæ satisfacere teneor. Emissa fuit ista confessio anno indictione die & loco supradictis, præsentibus* Petro *Dei gratia abbate* Buffestrensi & Galfrido *eadem gratia abbate* Boklondiæ *ordinis* Cistercien sis. *Dominis* Reginaldo *de* Ferrariis & Andrea *de* **Trelosk** *militibus,* Johanne *de* **Byteleigate,** Johanne *de la* **More,** Willielmo *de* **Niweton,** *magistris* Johanne *de* **Colepitte** & Roberto *de la* **Pytte,** Willielmo *de* Bokelandia, Johanne *de* **Oskereswille** & Johanne *de* **Pennenten** *testibus, ut præmittitur, ad hoc vocatis & rogatis.*

Et ego Robertus *de* Polhorman *clericus,* Exoniensis *diœcesis antedictæ, emissioni dictæ confessionis una cum testibus antedictis interfui, omniaque & singula præmissa fieri vidi & audivi, meoque signo consueto signavi rogatus ut notarius sacrosancti* Romani *Imperii auctoritate autentica.*

Relaxatio Willielmi Eggecumb *de terra in parco de* **Iniflegh.**

Ibid. fol. 181. b. SCiant præsentes & futuri quod ego *Willielmus Eggecumbe* de **Cotehele** dedi concessi remisi relaxavi & omnino pro me & hæredibus meis aut assignatis imperpetuum quietum clamavi *Stephano* abbati monasterii *Tavistochia* & ejusdem loci conventui totam terram meam jacentem infra parcum prædictorum abbatis & conventus de **Inneflegh** in manerio prædictorum abbatis & conventus de **Pidelton** cum fossatis & pertinentiis suis. Habendum & tenendum totam prædictam terram cum fossatis & pertinentiis prædictis abbati & conventui & successoribus suis imperpetuum. Ita quod nec ego prædictus *Willielmus Eggecumbe* nec hæredes mei nec assignati nec aliquis nomine nostro aliquod jus vel clamium juris in prædicta terra aut in fossatis seu in pertinentiis suis habere exigere aut vendicare poterimus imposterum. Et ego vero prædictus *Willielmus Eggecumbe* & hæredes mei totam prædictam terram cum fossatis & pertinentiis suis præfatis abbati & conventui & successoribus suis contra omnes gentes tenemur warantizare acquietare & defendere imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti cartæ sigillum meum apposui. His testibus, *Roberto Langebroke, Willielmo Maynard, Roberto Stephene, Johanne Vantard, Henrico* **atte Combe** & aliis. Data apud **Cotehele** die lunæ proxima ante festum sancti *Clementis* Papæ anno regni Regis *Ricardi* secundi post conquestum *Angliæ* secundo.

Donatio facta abbati de **Tavystok** de **Wyke-D'abernon.**

Ibid. fol. 210. a. SCiant *præsentes & futuri quod ego* Johannes D'abernon *de* **Bradeford** *dedi concessi & hac præsenti carta mea confirmavi Deo* Ricardo *abbati monasterii sancti* Rumoni *de* **Tavystok** *& monachis ibidem Deo servientibus totum manerium meum de* **Wyke** *juxta* **Wenkatorre,** *ut in messuagiis columbariis molendinis terris pratis boscis communis pasturis estoveriis bosci reddit ibus, & omnibus serviciis omnium tenentium meorum ibidem, tam liberorum quam villanorum, cum reverconibus omnium terrarum quæ de me tenentur in manerio predicto in feodo talliato vel ad terminum vitæ, una cum redditu in toto servicio* Laurencii *de* **Polywille** *cum omnibus terris & tenementis quæ de me tenet in* **Polywille,** *una cum reversione eorundem tenementorum cum acciderit, & cum omnibus aliis suis libertatibus*

juribus & pertinentiis suis. Habendum & tenendum totum manerium prædictum cum omnibus suis pertinentiis prænominatis cum redditibus serviciis reversionibus communis pasturis estoveriis bosci & omnibus aliis pertinentiis suis Deo, prafatis abbati & monachis & eorum successoribus in liberam puram & perpetuam elemosinam imperpetuum. Et ego prædictus Johannes D'abernon *& heredes mei totum manerium prædictum cum omnibus suis pertinentiis redditibus serviciis reversionibus communis pasturis estoveriis bosci & omnibus pertinentiis suis Deo prafatis abbati & monachis & eorum successoribus contra omnes gentes Warantizare tenemur imperpetuum. In cujus rei testimonium huic præsenti carta mea sigillum meum apposui. Hiis testibus,* Johanne *de* **Ferrers,** Waltero Wodlond, Johanne *de* **Bolly,** *militibus,* Rogero Pyperel, Ricardo Mewy *& aliis. Data apud* **Wyke** *vicesimo octavo die Maii anno regni Regis* Edwardi *tertii a conquestu* Angliæ *vicesimo sexto, &* Franciæ *terciodecimo.*

Carta Regis Henrici *de Insulis de* Sullya.

Ib.fol 3.a. HEnricus Rex *Anglorum Willielmo* episcopo *Excestriæ* & *Ricardo* filio *Baldwini* & Justiciæ suæ de *Devenesira* & *Comegallia* salutem. Sciatis me dedisse in perpetuam elemosinam *Osberto* abbati & ecclesiæ de **Tavystok** & *Turoldo* monacho suo omnes ecclesias de **Sullye** cum pertinentiis suis, & terram sicut unquam monachi aut hæremitæ melius eam tenuerunt tempore Regis *Edwardi*, & *Burgaldi* episcopi *Cornegallia*. Et volo & præcipio quod ipse *Turoldus* & omnes monachi de **Sully** sicut proprii præbendarii mei habeant firmam pacem cum omnibus quæ ad eos pertinent. Et prohibeo ne aliquis ullo modo eis noceat aut ullam injuriam faciat. Quod si quis præsumpserit, corporis sui membrorumque suorum dampnum sustineat. Testibus, *Radulpho* archiepiscopo *Cantuariæ* & *Turstano* archiepiscopo *Eboraci*, & *Willielmo* episcopo *Wyntoniæ*, & *Roberto* episcopo *Lincolniæ*, & *Ricardo* episcopo *Londonii*, & *Radulpho* cancellario, & *Roberto* comite de **Wellent**, & *Nigello* de *Albineio*, Apud *Bernam* in transitu.

Confirmatio Reginaldi *filii Regis comitis* Cornubiæ, *de eadem & de Wrecco.*

Ibid. REginaldus Regis filius comes *Cornubiæ* omnibus baronibus suis & ballivis suis *Cornubiæ* & **Sully** salutem. Sciatis me pro anima *Henrici* Regis patris mei & mea, & pro carta ipsius quam vidi, concessisse & confirmasse in liberam & perpetuam elemosinam monachis de **Sully** sicut propriis præbendariis patris mei omne **wrec** quod in insulis quas ipsi totas tenent advenerit præter cetum & navem integram, hoc est, in **Kentemen** & **Surcho** & insula sancti *Elidii* & sancti *Sampsonis* & sanctæ *Trene*. Et prohibeo super forisfactum meum sicut prohibuit pater meus per cartam suam, ne quis eis aliquam injuriam faciat aut molestiam. Quoniam nolo ut de aliquo tenemento suo in **Sully** aut libertate vel consuetudine quam eis concessi alicui amodo intendant nisi michi & abbati *Tavystochiæ*. Teste, *Radulpho* de *Bosco-Roardi*, Apud *Dorecestriam.*

Confirmatio B. *episcopi* Exoniæ *de decimis de* **Sully.**

OMnibus fidelibus ad quos præsens scriptura pervenerit *B.* divina miseratione dictus episcopus *Exoniæ* salutem in domino. Noverit universitas vestra me vidisse & legisse cartam *Ricardi* de *Wicha* in qua confitetur se concessisse & in liberam ac perpetuam elemosinam dedisse omnes decimas suas de **Sully,** & nominatim de cuniculis quas injustè aliquamdiu detinuerat, eo quod de rebus hujusmodi decimas dandas esse non putavit, abbati & conventui *Tavistochiæ* & fratribus monasterii beati confessoris *Nicholai* de **Sully,** pro salute animæ suæ & parentum suorum necnon & *Reginaldi* quondam comitis *Cornubiæ* domini sui, Et hanc donationem super altare beati *Rumoni Tavistochiæ* per librum evangeliorum manu propria obtulisse in præsentia *B.* abbatis & conventus ejusdem loci & multorum aliorum. Quoniam autem tam monasterium *Tavistochiæ* quam tota terra prædicti *Ricardi* de **Sully** ad meam pertinet diocesim, ego sicut episcopus diocesanus prænotatam ipsius *Ricardi* donationem auctoritate episcopali præsenti scripto, & sigilli mei, sicut eam quam gratam & ratam habeo, appositione confirmo. Hiis testibus, *B.* archidiacono *Cornubiensi*, *M.* Priore **Plympton,** *Roberto* de *Anc. Petro* filio *Ricardi*, *Johanne Tavistoch*, *Petro Pic. Willielmo Lumb. Johanne Walenci*, *Radulfo* de **Cisse,** *Waltero* de *Camera*, & *Radulpho*, & multis aliis. Ib.fol 14.

Litera protectionis pro Priore S. Nicholai *infra insulam de* **Sully.**

EDwardus Dei gratia Rex *Anglie* dominus *Hibernie* & *Aquitannie* universis & singulis ducibus comitibus baronibus admirallis militibus majoribus vicecomitibus magistris & marinariis navium ballivis ministris ac aliis amicis & fidelibus & subditis suis quibuscumque ad quos præsentes literæ pervenerint ac constabulario castri in insula de **Tenmour** in **Sully** qui nunc est vel qui pro tempore fuerit salutem. Monstravit nobis dilectus nobis in Christo Prior Prioratus sancti *Nicholai* in insula de **Sully** qui per progenitores nostros quondam reges *Anglie* fundatus & de patronatu nostro existit, ac de possessionibus pro sustentatione sua & monachorum ac capellanorum secularium ibidem Deo deservientium & pro animabus ipsorum progenitorum nostrorum & salubri statu nostro ac hæredum nostrorum dum vixerimus & pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus preces assiduas Deo fundendo dotatus fuisset, & Prioratus prædictus per frequentes accessus marinariorum navium universarum regionum per ipsam insulam transeuntium defectu tuitionis in tantum destructus & depauperatus existat, quod dictus Prior rationabilia onera eidem Prioratui incumbencia supportare non sufficit, & suas preces & devotiones Ib.f.11.a.

tiones ac alia pietatis opera quæ pro nobis & dictis progenitoribus & hæredibus nostris ibidem fieri solebant in multum subtrahuntur & plus subtrahi formidatur, nisi sibi de alio remedio per nos provideatur. Unde nobis supplicavit ut dictum Prioratum contra hujusmodi malefactores tueri velimus & defendere. Nos supplicationi prædictæ annuentes gratiosè suscepimus ipsos Priorem, Prioratum, monachos, capellanos, ac homines servientes, possessiones, & res suos quoscumque in protectionem & defensionem nostras speciales. Et ideo vobis fidelibus & subditis nostris mandamus vobisque amicis, quatinus ipsos Priorem Prioratum monachos capellanos homines servientes possessiones & res suos quoscumque sicut prædictum est manuteneatis protegatis & defendatis. Non inferentes eis vel ab aliis inferri permittentes injuriam molestiam dampnum inquietationem impedimentum aliquod seu gravamen. Et si quid eis forisfactum fuerit vel injuriatum, id eis sine dilatione debitè reformari faciatis & emendari. Et tu præfate constabularie eisdem Priori monachis capellanis hominibus & servientibus super reformatione quarumcumque injuriarum sibi de cetero in hac parte inferendarum, posse tuo auxilians sis & intendens, eosque similiter manuteneas & protegas in forma prædicta. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso, Apud *Westmonasterium* xxviij. die Octobris anno regni nostri quadragesimo primo.

Quod abbas de Tavystoke *sit unus de spiritualibus dominis Parliamenti.*

Pat. 5 H. 8. part. 2. m. 22.

REx omnibus ad quod &c. salutem. Sciatis quod certis considerationibus nos specialiter moventibus; Et ob specialem devotionem quam ad beatam virginem *Mariam* matrem Christi, sanctumque *Rumonem*, in quorum honore abbatia de Tavystoke, quæ de fundatione nobilium progenitorum nostrorum, quondam regum *Angliæ* & nostro patronatu, dedicata existit, gerimus & habemus. Hinc est, quod de gratia nostra speciali, ac ex certa scientia & mero motu nostris, volumus eandem abbatiam sive monasterium nostrum gaudere honore, privilegio, ac libertatibus spiritualium dominorum Parliamenti nostri, hæredum & successorum nostrorum. Ideo concessimus, & per præsentes concedimus, pro nobis hæredibus & successoribus nostris quantum in nobis est, dilecto nobis in Christo *Ricardo Banham* abbati de Tavystoke prædicto, & successoribus suis, ut eorum quilibet, qui pro tempore ibidem fuerit abbas, sit & erit unus de spiritualibus & religiosis dominis Parliamenti nostri hæredum & successorum nostrorum, gaudendo honore privilegiis, ac libertatibus ejusdem. Et insuper de uberiori gratia nostra, affectans utilitatem dicti monasterii nostri, considerando ejus distanciam, ita quod si contingat aliquem abbatem, qui pro tempore fuerit, fore vel esse absentem propter prædicti monasterii utilitatem in non veniendo ad Parliamentum prædictum, hæredum vel successorum nostrorum istam quidem absenciam eidem abbati pardonavimus per præsentes: Ita tamen quod tuno solvet pro hujusmodi absentia cujuslibet Parliamenti integri in nostro scaccario, suum per attornatum, quinque marcas nobis, hæredibus sive successoribus nostris, totiens quotiens hoc in futurum contigerit. In cujus &c. Teste rege, Apud *Welbm.* xxiij. Januarii.

Norwicense Cœnobium *in agrò* Norfolciensi.

[Respice pag. 417]

OBiit piæ memoriæ *Herbertus* episcopus, qui *Normannia* in pago *Oximensi* natus, *Piscanni* monachus, post ejusdem loci Prioratum strenuè administratum, translatus in *Angliam* a rege *Willielmo* qui secundus a *Normannis Anglorum* optinuit imperium, & *Rameſia*, abbatis jure prælatus est: Unde, post exactum triennium, ad *Orientalium Anglorum* episcopatum electus & consecratus est. Erat quippe vir omni literarum, tam secularium quam divinarum imbutus scientia, facundia incomparabilis, venustus corpore, jocundus aspectu, ut solo visu plerumque à nescientibus quod esset episcopus deprehenditur. Mentis quippe gratia radiabat in vultu, & morum tranquillitas corporis officia suo famulatui subigebat, fide integer, spe erectus; quicquid agebat, quicquid loquebatur sapientia disponebat, confirmabat veritate, caritate saporabat, temperabat modestia, & misericordia bonum cujus maximè visceribus affluebat, supponebat judicio ut eandem ipse consequi mereretur. Vir igitur prudentis consilii, vagæ sedis non ferens injuriam quæ nunc in vico quæ Elmham dicitur, in sacello ligneo, nunc verò apud *Teodfordense* oppidulum in alienæ possessionis ecclesiis, sive in aliis quibuslibet locis pro singulorum episcoporum libitu habebatur: multa sibi locum *Norwici* comparavit pecunia. Primum a regibus *Willielmo* secundo, & *Henrico*: deinde ab ipsius loci civibus, in quo, in S. *Trinitatis* nomine incepit, & majori ex parte perfecit ecclesiam, congregatisque in ea lx. & eo amplius monasticæ disciplinæ viris, ibidem tam sibi quam successoribus suis episcopalem cathedram collocari, & perpetuo conservari à domino *Paschali* Papa obtinuit. Monachorum quoque paci consulens & securitati, oblationes ecclesiæ, ab omnium exactione liberans monachorum esse omnino censuit eorum usibus omnimodis profuturas, sed & possessiones discrevit, quarum partem non modicam, tam a rege *Henrico* quam a cæteris fidelibus, ipsius regis assensu, multo labore & pretio adquisierat, ut liquido constaret quæ monachorum, quæque episcopalibus usibus deservirent, Nec parum in hoc quoque vir sagacis ingenii providit posteritati, quod hinc monachorum inde episcopales seorsim constituit officinas, ne popularis frequentia, qua episcopus carere non potest, monasticæ paci inquietudinem generaret, manifestis declaravit indiciis, quam studiosus religiosæ traditionis æmulator

Ex l. ſt. eccleſiæ Norwic. MS in bibl. *Bod.* [8. B. 16] in archivis *Landavis* fol. 2 a.

lator existerit. Nec prius destitit quam constitutionem suam apostolicæ, & regiæ auctoritatis privilegiis confirmaret, apostolici anathematis mucrone feriendum obtinens, si quis monachos expellere, vel temere vexando fatigare, vel eorum bona auferre, minuere, retinere moliretur. Præterea ut sanctorum sibi patrocinia compararet, alias præclari operis constituit ecclesias; Primam in colle qui episcopali ecclesiæ, interjecto flumine, imminet. Secundam, *Norwici*, in curia episcopi. Tertiam apud **Elmham**. Quartam apud *Leniam*. Quintam apud *Jernemutam*; quas omnes, perpetuo jure, monachorum dominio stabilivit. Felix religiosorum collectio, si tali ei pastore diutius uti licuisset. O dira & misera mortalium conditio, ea citius deperire quæ nobis diutius constare præoptamus. O diem omnium lachrymarum fonte plangendam, æternis damnandam tenebris, quæ mundum tanti viri præsentia viduavit. Obiit enim *Herbertus* episcopus, vir per omnia catholicus, æternam sui nominis memoriam relinquens, multoque omnium comprovincialium dolore, sepultus est in ipsa episcopali ecclesia, quam ipse stabilierat; possessionibusque, libris, & diversi generis ornamentis ditaverat, ante dominicum altare in sarcophago tanti viri humatione digno.

Transiit autem ab incarn. Domini MCCix. pontificatus sui xxix. xj. kal. Augusti, sub rege *Henrico*, præsidente Romanæ ecclesiæ dompno Papa *Gelasio*. Regnante domino nostro Jesu Christo, cui cum patre & spiritu sancto sit honor & gloria in secula seculorum. *Amen.*

Stoke-Clarensis *Prioratus in agro* Suffolciensi.

[Respice pag. 54. col. 1.]

Concessio Ricardi *comitis de* Clara *de ermitagio de* **Standone** *facta monachis de* **Stokes.**

Ex registro de *Stoke* juxta *Clare* in bibl. *Cotton.* n. 38.

REverentissimo patri suo *Gilberto* Dei gratia *Lundonensi* episcopo, & *Radulfo* de **Diz** archidiacono, & *Roberto* de *Aldeberia* decano, & toti clero episcopatus *Londonensis*, & universis Christi fidelibus, *Ricardus* de *Clara* comes *Hertfordiæ* salutem. Notum sit vobis me, consilio baronum & hominum meorum, concessisse & in perpetuam elemosinam dedisse pro salute mea & omnium parentum meorum, ermitagium de *Standona* quod *Willielmus* inclusus edificaverat, monachis meis de **Stokes**, ut illi ibidem obsequium divinum in honorem beati *Michaelis* archangeli, & beati *Johannis* Baptistæ & sancti *Johannis* Evangelistæ & omnium sanctorum, pro me & omnibus meis, imperpetuum studeant celebrare, salvo per omnia jure & pace & quiete ipsius *Willielmi* inclusi dum vixerit. Quare volo (*&c.*) Testibus *Ricardo* de **Clare** fratre comitis *Rogerii*, *Hamone Peccatum*, *Roberto* filio *Hunfridi*, *Hugone* de **Clapell.** & aliis.

Amicia comitissa de **Clare**, *qualiter fecit construi hospitale apud Suberi, & de terris quas eidem donavit.*

OMnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quod præsens scriptum pervenerit, *Amicia* filia *Willielmi* comitis *Gloecestriæ* jam dicta comitissa de **Clare** salutem in domino. Noverit universitas vestra me construxisse quandam domum hospitalem in villa *Suberia* in feodo meo proprio & libero maritagio meo, ad sustentationem pauperum, in honore domini nostri *Jesu Christi* & beatæ *Mariæ* virginis & matris ejus, pro animabus patris & matris meæ, & pro salute animæ meæ & *G.* filii & hæredis mei & omnium antecessorum & successorum meorum. Ad cujus hospitalis sustentationem concessi & dedi omnem decimam partem cujuslibet utilitatis molendinorum meorum de *Suberia*, sive fuerint in manu mea, sive ad firmam; & quinque acras terræ de dominico meo jacentes in longitudine juxta viam quæ ducit ad sanctum *Eadmundum* inter terram *Abrahæ* & terram *Thomæ* fil. *Elinaldi*; & unam acram prati quæ fuit *Ordiveri*, & unam acram pasturæ in **Bingesmarris**, & præter acram illam, pasturam ad quatuor vaccas & viginti oves in **Bingesmare**, in **Postmanescroft**. Et totam terram quæ fuit *Simonis le* **Ganter**, & domum quæ fuit *Walteri* leprosi, in puram & perpetuam elemosinam, liberam & quietam ab omni servicio & consuetudine & exactione seculari erga me & hæredes meos & erga omnes homines. Volo enim prædictam elemosinam tam liberam esse sicut aliqua liberior est aut esse potest. Ita etiam quod nec ego nec hæredes mei poterimus aliquem hominem in prædictam hospitalem domum ponere sine consensu & communi consilio proborum hominum de *Suberia*. Præterea concedo & confirmo omnes rationabiles elemosinas sive in terris sive in redditibus quas homines in feodo caritative prædicto hospitali apposuerunt vel apponent, ut prædicto hospitali & habitantibus in eo libere & pacifice permaneant imperpetuum. Ego autem *Amicia* & hæredes mei acquietabimus prædictam domum & prænominatas possessiones quas ei dedi, ab omni auxilio & exactione forinseci servicii erga dominum regem & quemlibet alium. Igitur ut hæc mea concessio & donatio stabilis & firma permaneat imperpetuum, eam presenti scripto & sigilli mei appositione roboravi. Testibus his, *Johanne* de **Cozners**, *Ricardo* de **Crasele**, *Philippo* de **Harder**, *Ricardo* persona de *Bellocampo* & aliis. Ib. nu. 63.

Donatio & confirmatio Amiciæ *comitissæ de* **Clare** *facta monachis de* **Stoke** *de toto messuagio sancti Sepulchri, cum xij. acris terræ & una acra prati & de multis aliis in eodem comitatu.*

OMnibus Christi fidelibus has literas visuris & audituris *Amicia* comitissa de **Clare** filia *Willielmi* comitis *Gloucestriæ* salutem. Noverit universitas vestra quod ego caritatis intuitu 64.

&

& pro salute animæ meæ & animarum *Gilberti* filii mei & omnium antecessorum meorum, in ligia potestate & viduetate mea dedi & concessi & præsenti carta mea confirmavi Deo & ecclesiæ sancti *Johannis* Baptistæ de **Stoke** & monachis ibidem Deo servientibus, in liberam & puram & perpetuam elemosinam sicut liberius & melius elemosina potest dari, totum mesuagium sancti *Sepulchri* cum omnibus pertinentiis suis in villa de *Suberia*; scilicet cum octo acris terræ quæ jacent juxta terram *Abrahæ* versus **Holgate**, & duabus acris terræ apud **Holgate** juxta crucem lapidis, & una acra terræ quæ fuit *Petri Brawod*, & una acra terre in campo qui vocatur **Hinefeld**. Et unam acram prati in prato de **Holgate**, & cum viginti solidis & novem denariis annui redditus in villa de *Suberia*; scilicet de mesuagio quod fuit *Walteri Longi* duos solidos. De mesuagio *Senæ* filii *Simonis* juxta domum sancti *Sepulcri* tres denarios & obolum. De mesuagio *Editha Pikelote* duos solidos. De mesuagio *Willielmi le* **Freke** sexdecim denarios. De *Willielmo* de *Vexilla* pro una placia apud sanctum *Bartholomeum* duos denarios. De heredibus *Walteri Lif* de una placia juxta mesuagium *Willielmi Freke* quatuor denarios. De *Rogero* de **Nozwiz** de quadam terra in **Ilwarelane**, duodecim denarios. De eodem de una placia retro mesuagium *Jerke* filii *Ethelwoldi* sex denarios. De *Thoma Littelate* de mesuagio quod fuit *Thomæ* Parvi presbiteri octodecim denarios. De mesuagio *Alexandri Gillot* sexdecim denarios. De hæredibus *Roberti Blundi* pro uno mesuagio juxta crucem versus curiam sex denarios. Et de una placia ibidem duos denarios. De *Willielmo Turtel* pro uno mesuagio juxta mesuagium *Johannis* de *Porta* quatuor denarios. De *Warino* clerico pro quadam terra retro mesuagium *Hobbæ Hereward* tres denarios. De hæredibus *David* filii *Thomæ* pro mesuagio juxta mesuagium *Walteri* aurifabri viginti duos denarios & obolum. De mesuagio *Walteri* aurifabri septem denarios & obolum. De vidua *Alexandri* præpositi pro mesuagio suo tredecim denarios & obolum. De heredibus *Ricardi* filii *Alexandri* & *Adæ* filii *Alexandri* duodecim denarios. De *Hugone* filio *Ricardi* de una placia apud **Fenbrege** sex denarios. De *Radulfo* de *Ponte* pro uno prato decem denarios. De hæredibus *Rogeri le* **Panant** pro quodam prato in **Holm** quatuor denarios. De *Ricardo Pikere* pro mesuagio *Henrici Cree* viginti denarios. De *Alano Cobbe* pro una soppa quatuor denarios. De *Simone le* **Pasun** pro mesuagio suo juxta domum sancti *Sepulchri* tres denarios. De *Silvestro* capellano pro uno mesuagio juxta pontem duos denarios. De *Cecilia* filia *Eilrici* pro mesuagio suo quatuor denarios. Et pontem de *Suberia*. Et præterea quinque marcatas redditus annui percipiendas de tholoneo de *Suberia* ab eo quicumque pro tempore illud tenuerit, Ad quatuor terminos anni, scilicet ad festum S. *Michaelis* sexdecim solidos & octo denarios. Et ad natale domini sexdecim solidos & octo denarios, & ad pascha sexdecim solidos & octo denarios, & ad festum sancti *Johannis* Baptistæ sexdecim solidos & octo denarios. Et præterea duodecim acras terre in manerio meo de **Etheham** que vocatur **Sewardesrede** cum pertinentiis suis. Et ego *Amicia* & hæredes mei warantizabimus prædictæ ecclesiæ de **Stokes** & ejusdem loci monachis prædictum mesuagium cum pertinentiis suis & prædictum redditum & prædictum pontem & omnes prædictas terras & prædictum pratum sicut liberam & puram elemosinam inperpetuum contra omnes gentes. Et ut hæc mea donatio & concessio rata & stabilis inperpetuum perseveret, præsens scriptum sigilli mei appositione roborari feci. Hiis testibus, domino *Stephano* capellano, domino *Silvestro* capellano & aliis.

Confirmationes T. Cantuariensis *archiepiscopi de omnibus decimis redditibus ecclesiis in archiepiscopatu, ut in ea continetur.*

136.

TDei gratia *Cantuariensis* archiepiscopus *Anglorum* primas & apostolicæ sedis legatus episcopis & universo clero & populo per *Angliam* constitutis salutem. Paci & utilitati fratrum religiosorum in omnibus secundum rationem pro posse studere & providere ipsa nos injuncti nobis officii episcopalis sollicitudo & cura hortatur & compellit. Sanctorum igitur antecessorum nostrorum exemplo & auctoritate provocati & corroborati, donationes & elemosinas quæ presenti scripto notantur, ecclesiæ sancti *Johannis* Baptistæ de **Stoke** & monachis ibi Deo servientibus pertinentes in manu & protectione nostra suscipimus & sigillo nostro munimus, & ut inperpetuum illibata sibi permaneant censemus & præcipimus.

Anno ab incarnatione domini millesimo nonagesimo *Gilbertus* de *Clara* filius *Ricardi* filii *Gilberti* comitis *Brionie* dedit ecclesiæ sanctæ *Mariæ Beccensi* & monachis in ea Deo servientibus ecclesiam sancti *Johannis* de *Clara* cum omnibus quæ ad eam pertinent in præbendis, in decimis, in silvis, in vineis, in terris, in aquis, jure perpetuo possidendam in subjectionem abbatum qui in *Beccensi* ecclesia præerunt. Dedit eciam eis septem prebendas à bonæ memoriæ *Elurico* filio *Wighgari* temporibus *Eadwardi* regis institutas; scilicet prebendam *Alwini* quæ continet terram de **Bzochol**, & totam decimam de dominico de *Hunedena*. Et prebendam *Willielmi* filii *Alboldi* quæ continet ecclesiam de *Gaisleia*, & capellam de **Benkesoz**, & totam decimam de **Deselinge**, & totam decimam de molendinis de **Cavenham**, & unum miliarium & dimidium anguillarum apud *Lechingeheiam*, & terram de **Bocune**. Et prebendam *Rengerii* de *Lundoniis* quæ continet ecclesiam de **Lakede**, & totam decimam de dominico *Claræ*. Et prebendam *Walterii* de sancto *Germano* quæ continet ecclesiam sancti *Pauli* de *Clara* & terram de **Baverhelle**, & decimam de **Cavenedis**, & decimam de **Saham**, & decimam de *Benecleia*, & decimam de **Alesboz**, & decimam de **Neilingeherst**. Et prebendam *Sawini* quæ continet ecclesiam de **Pebenerst**, & terram de *Polheia*, & terram de *Suberia*, & terram de *Bulileia*. Et prebendam *Bernardi* quæ continet ecclesiam de *Hunedena*, & decimam

de Gestingetorp, & decimam de Halstede & decimam de Buris. Et prebendam *Oggerii* quæ continet ecclesiam de Stoke, & terram de eadem villa & decimam de Cornerth & decimam de Herefeld. Constituit etiam & confirmavit prædictus *Gilbertus* quatinus monachi sine aliqua contradictione vel dilatione omnes prebendas suas ex quo a persona vacarent, in manus suas proprias secundum voluntatem suam disponendas acciperent, & cum omni libertate & pace inperpetuum obtinerent. Dedit etiam eis culturam quæ appellatur Waltune & holmum juxta eam & quatuor bubulcos in villa quæ vocatur Stoke cum omnibus terris suis & boscum de *Clara* qui est juxta villam quæ vocatur *Trillawa*, & illum villanum qui ibidem manet cum omni terra sua, & *Aluricum* piscatorem cum omni terra sua, & *Sturemaram* & piscationem totius fluminis ab ipsa *Sturemara* usque ad castellum de *Clara*, concedentibus fratribus suis *Roberto* & *Rogero*; & l. acras terræ apud *Hunedenam* juxta boscum de *Trillawa*. Dedit etiam eis ad luminaria ecclesiæ, Molendinum de Smalebruge quod ei per singulos annos xx. solidos reddere solebat, & ecclesiam de Berdefeld cum omnibus pertinentiis suis & ecclesiam de Gelham cum pertinentiis suis & ecclesiam de *Essa* cum pertinentiis suis, & ecclesiam de Mothingis cum pertinentiis suis, & ecclesiam de Cremplesham cum pertinentiis suis, & in eadem villa Goche fabrum cum omni tenemento suo. Dedit etiam eis integre decimas omnium rerum de quibus decima dari debet de toto dominio omnium maneriorum suorum in Hortfolc; videlicet totam decimam de Cremplesham, totam decimam de *Wiram*, totam decimam de Wolles, totam decimam de *Bertona* & ecclesias omnium istorum maneriorum cum vacaverint, & redditum x. solidorum; scilicet v. solidorum in Fincham & v. solidorum in *Buchetuna*, & duo milia anguillarum cum piscatura apud Fordham, & quatuor milia anguillarum apud *Lachingeheiam*, & singulis annis licenciam piscandi per unum diem & duas noctes in vivario de Cavecham ante festum sancti *Johannis*, & unam damam in parco de *Hunedena* & ibidem unam quercum ad natale domini ad calefaciendum monachos infirmos, & duas quadrigas in nemore de Berdefeld ad portanda lingna ad coquinam suam, & in eodem nemore meremium quantum opus est ad tres carucas per annum, & quietudinem lx. porcorum de pasnagio cum porcis suis ubicunque voluerint in nemoribus suis.

Confirmamus etiam eis donationes omnes quas fecit eis *Ricardus* filius prædicti *Gilberti*. Et commutationes terrarum quæ inter eos factæ sunt sicut hîc notantur. §. Anno ab incarnatione domini milesimo Cxxiiij. *Ricardus* filius *Gilberti* transtulit monachos de castello *Clare* ad ecclesiam sancti *Augustini* de Stoke & dedit eis molendinum de Stoke in escambium molendini de *Clara* & terram *Rogerii* carpentarii liberam & quietam a geldo, & scoto, & omnibus consuetudinibus in escambium terrarum quæ monachi habebant in *Clara*. Culturæ scilicet quæ vocatur Horscroft, & vineæ quæ est juxta eandem culturam, & culturæ quæ vocatur Waltune, & vineæ quam *Goisfridus* filius *Humonis* dederat eisdem monachis, & horti eorum & molendini eorum de *Clara*, & xij. mansuratum quas habebant in villa *Clare*. Mansuræ videlicet *Sawini*, *Willelmi* filii *Albold*, *Bernardi*, *Leofwini*, *Alfwini*, *Rengerii* canonicorum, *Leofrici* longi, Canevaz, *Eudonis* hostiarii, *Ernaldi* de Nazandes, *Godwini* stotarii, *Godwini Galilee*. Preterea constituit ipse dominus *Ricardus* quod geldum & scotum & omnes consuetudines quæ jacebant super *Linionam-Roais* & terram quam *Rogerus* carpentarius ad tempus tenuerat, debent dari de dominica cultura *Clara* quæ vocatur Horscroft; istas etenim terras fecit prædictus *Ricardus* monachis liberas solutas & quietas à geldo & omnibus consuetudinibus in prædicta commutatione perpetuo possidendas. Hac siquidem conventione factum est istud escambium, quod monachi auxiliante domino *Clara* constituerent apud *Stoke* ecclesiam sancti *Johannis* Baptistæ, ad habitandum in ea, cum omnibus redditibus & libertatibus & privilegiis & auctoritatibus suis, & cum prebendis quas habuerat ecclesia beati *Johannis* Baptistæ sita in castello *Clara*. Dedit etiam eis quoddam nemusculum quod vocatur Stokeho, & illud prope ecclesiam sancti *Augustini*. Dedit etiam eis ecclesiam de Cavecham cum omnibus pertinentiis suis pro ecclesia de Denham quæ erat monachorum quam *Alberico* de Ure dedit, concedentibus monachis eidem ecclesiæ. De Denham medietatem decimæ. *Gilbertus* vero comes filius istius *Ricardi* dedit eis ecclesiam de Bures cum omnibus pertinentiis suis.

Omnes etiam elemosinas quas barones prædictorum dominorum seu quilibet alii fideles prædictis monachis dederunt confirmamus & corroboramus. Ex dono *Ernaldi* de *Nazanda* duas partes decimæ de *Hamstedia* omnium rerum de quibus decima dari debet, & unum hospitem in villa *Clare*. Ex dono *Roberti Psalterium* xv. acras terræ apud *Hunedenam*. Ex dono *Ricardi* de *Reda* xxx. acras terræ in eadem villa. Ex dono *Roberti* de *Veiela* decimam de Denarnestune, decimam de *Stanesfelda* de omnibus unde decima dari debet. Ex dono *Humfridi* cognomento *Burnardi* terram de Geldhaut de feudo domini *Gilberti* de *Clara*. Ex dono *Elinandi* vicecomitis totam decimam suam de *Finchingefelda*, & decimam de Foxnham, & ibidem x. acras terræ & molendinum de Waldingefeld cum *Adam* filio suo leproso quem monachum fecit, & terram ad molendinum pertinentem. Ex dono *Galfridi* filii ejus totam terram suam de Frozenham & terram suam de *Reda* & terram *Wigari* de *Tya*, & terram *Huttredi* de *Mora*, & tres mansuras in *Clara*. Ex dono *Gaufridi* filii *Haymonis* & *Ansgoti* de *Buchehala* duas partes decimationis de *Buchehala*. Ex dono *Herluini* filii *Goismeri* x. solidatas terræ de terra *Wlurici Sumkel* apud Finstede. Ex dono *Radulfi de la Cressimera* duas partes decimationis sue de *Haukeanna* & de Chemesingas. Ex dono *Rogeri* de *Carleville* duas partes decimationis suæ de Alveredesfeld, & de Pertkerst. Ex dono Canevaz duas partes decimationis suæ de *Herningewella*.

Ex

Ex dono *Galfridi* filii *Hamonis* duas partes decimationis suæ de **Samford**, & totam minutam decimam. Ex dono *Ricardi* filii *Hugonis* duas partes decimationis suæ de **Peleford**, & de **Culinges**, & de **Nedham**, & totam terram suam de *Brochola*. Ex dono *Rogeri* de sancto *Germano* decimam de **Cavenedis**. Ex dono *Rogeri* de *Gisnei* duas partes decimationis suæ de **Haveringelande**, & *Witewella*, & de terra sua apud *Norwicum*, & ecclesiam beati *Clementis* martyris cum pertinentiis suis in eadem villa. Ex dono *Ganfridi* de **Favarches** duas partes decimationis de **Walsingeham**. Ex dono *Osulphi* **Hasketel** duas partes decimationis suæ de **Cavenedis**. Ex dono *Ganfridi* duas partes decimationis suæ de *Badeleia*. Ex dono *Goismeri* duas partes decimationis suæ de *Chipeleia*. Ex dono *Elye* coci duas partes decimationis suæ de **Peselingeworthe**. Ex dono *Roberti Pincerna*, & *Mabilia* uxoris suæ, ecclesiam de *Trillawia* cum pertinentiis suis & v. solidis terræ in eadem villa. Ex dono *Symonis* filii *Arnaldi* terram *Ingenulphi* de *Bradeleia*. Ex dono *Albrici* de *Capella* totam moram suam de **Stoke**. Ex dono *Baldewini* filii *Galfridi* totam terram quam *Willielmus Claviger* de eo tenuit apud *Claram*. Ex dono *Adam* filii *Warini* terram de **Heni**. Ex dono *Roberti* de **Cloptune** decimam suam de eadem villa. Ex dono *Galfridi* de **Blavenni** xij. acras terræ in **Wydebroc**. Ex dono *Roberti* de **Blaveni** & *Ricardi* filii ejus xij. acras terræ ibidem. Ex dono *Ingeranni* de **Abernun** ecclesiam de **Frisentune** cum pertinentiis suis, & totam decimam suam de **Barue**, & illam de *la* **Wike**. Ex dono *Roberti* de *Pressini* & *Mabiliæ* uxoris ejus & *Heliæ* filii ejus decimam suam de **Boltune**. Ex dono *Tebaldi* de *Stanburna* iij. acras terræ in eadem villa. Ex dono *Danielis* de **Crevequer** x. acras terræ apud *Gaisteiam*. Ex dono *Rogeri* de **Dalham** v. acras terræ in eadem villa. Ex dono *Osberti* parcarii ij. acras terræ apud **Heham**. Ex dono *Alexandri de la* **Cressimere** ij. acras terræ apud **Nedham**. Ex dono *Algeri* filii *Goismeri* decimam de terra sua de *Bellocampo*. Ex dono *Walteri* cum barba tertiam partem decime quam habet in **Stoke** & totam decimam de terra sua apud **Priditune** & duas acras terræ in villa de **Stoke**. Ex dono *Ernaldi Buzecalla* & uxoris ejus & *Roberti* filii ejus totam decimam suam de *Tepersfeldia*, & de *Holeneheia*. Ex dono *Willielmi Capra Robertum* de *Bolileia* reddendo annuatim vj. solidos. Duas etiam partes decimationis *Roberti Flandrensis* in *Bumstedia*, & duas partes decimationis *Ricardi* filii *Guberti* in eadem villa, & duas partes decimationis *Fulconis* de **Blendac** in *Stamburna*, & totam decimam *Adæ* filii *Warini* in *Binnisleia*, & duas partes decimationis *Hugonis* de **Witcham** in eadem villa, & totam decimam *Willhelmi de la Landa* in *Essa* & dimidiam decimationem *Salomonis* in **Tilleberi**, & duas partes decimationis *Rainaldi* de **Covrham** in *Mucheleia*. Hæc omnia prædicta prædictæ ecclesiæ beati *Johannis* Baptistæ de **Stoke** confirmamus & sigilli nostri appositione corroboramus. Et auctoritate beati *Petri* apostoli & ecclesiæ *Cantuariensis* cui auctore Deo presidemus & nostra interdicimus & sententia excommunicationis percellimus, si quis ex prædictis donationibus ante nominate ecclesiæ beati *Johannis* Baptistæ aliquid violenter auferre præsumpserit. Testes *Rogerus* archidiaconus *Cantuariensis* ecclesiæ. *Thomas* clericus de *Lond.* magister *Johannes Sales*, *Johannes* de *Cantuar.* *Philippus* de *Sal.* magister *Guido* de **Pezelenni**; magister *Johannes* de *Tylberia*, magister *Rogerus Species*, & multi alii.

Confirmatio T. Cantuariensis *archiepiscopi de omnibus hominibus, decimis, redditibus, & ecclesiis.*

T Dei gratia *Cantuariensis* archiepiscopus *Anglorum* primas & sedis apostolicæ legatus, episcopis & universo clero & populo per *Angliam* constitutis salutem. Paci & utilitati fratrum religiosorum in omnibus secundum rationem pro posse studere & providere ipsa nos injuncti nobis officii episcopalis sollicitudo & cura hortatur & compellit. Sanctorum igitur antecessorum nostrorum exemplo & auctoritate provocati & corroborati, donationes & elemosinas quæ presenti scripto notantur, ecclesiæ sancti *Johannis* Baptistæ de **Stoke** & monachis ibi Deo servientibus pertinentes in manu & protectione nostra suscipimus & sigillo nostro munimus, & ut in perpetuum illibata sibi permaneant censemus & precipimus.

Anno ab incarnatione domini MIC. *Gilbertus* de *Clara* filius *Ricardi* filii *Gilberti* comitis dedit ecclesiæ sanctæ *Mariæ Beccensi* & monachis in ea Deo servientibus ecclesiam sancti *Johannis* de *Clara* cum illis omnibus quæ ad eam pertinent in prebendis, in decimis, in silvis, in vineis, in terris & aquis jure perpetuo possidendam, in subjectionem abbatum qui in *Beccensi* ecclesia præerunt. Hanc donationem fecit ipse *Gilbertus* pro anima sua & pro animabus patris & matris suæ, & maximè pro anima fratris sui *Godefridi* qui in cimiterio sancti *Johannis* de *Clara* sepultus requiescit. Pro cujus anima, exceptis prebendis & aliis ipsius ecclesiæ redditibus, ex suo dominio victum iiij. monachorum ibi constituit; & ad luminaria ecclesiæ quoddam molendinum quod ei per singulos annos xx. solidos reddebat concessit. Hæc donatio facta est apud castrum quod vocatur *Clara*, eratque tunc dies anniversarius patris sui. Dedit etiam ipse *Gilbertus* Deo & eidem ecclesiæ sancti *Johannis* Baptistæ apud *Claram* ad victum suprædictorum iiij. monachorum ibidem Deo servientium de rebus suis, ista. Culturam quæ appellatur **Horscroft** & aliam culturam quæ appellatur *Waltuna* & iiij. bubulcos in villa quæ vocatur **Stoke** cum omnibus terris suis, boscum *Clere* qui est juxta villam quæ vocatur *Trillania*; & illum villanum qui ibidem manet cum omni terra sua, & alios duos villanos in suprædicta cultura **Horscroft** manentes; & prata quæ sunt juxta culturam sicut cursus fluminis veteris molendini fluxerit, & molendinum de *Clara*, & ecclesiam de *Berdevelda* cum omnibus quæ ad eam pertinent, & duas carucas boum, & unum caballum, & *Alricum* piscatorem cum omni terra sua, & l. acras

terræ

terræ apud *Hunedenam* juxta prædictum boscum, & singulis annis ducentos caseos, & quatuor milia anguillarum de piscatura **Lacchingeth** : & v. milia alecium apud **Defeningef.** & ortum & virgultum suum apud *Claram* quod est juxta molendinum. Hæc omnia de suo dominio dedit ipse *Gilbertus*, & posuit super altare sancti *Johannis* Baptistæ per quoddam candelabrum ejusdem ecclesiæ. Deinde obsecrando præcepit baronibus suis ut eidem ecclesiæ de terris suis ecclesiis vel decimis quantum vellent absque exhereditatione successorum suorum donarent, quod omnes de se suisque hominibus libentissimè concesserunt. Horum omnium qui affuerunt prædictorum testes fuerunt isti. *Girulfus* capellanus, *Goifridus* filius *Hamonis*, *Elinandus* vicecomes, *Razo* dapifer, *Oilardus* de *Algo*, *Goifridus* de **Burg**, *Arnulfus* de *Bria*, *Ernaldus* de *Nazanda*, *Willielmus Hurant*, *Adam* filius *Warini*, *Hubondus* Cubicularius, *Robertus Pincerna*, *Radulfus de la* **Cressimere**, *Willielmus* de *Curtuna*, *Robertus Folet*, *Robertus* de *Suuna*, *Willielmus* filius *Tezonis*, *Canevas Makerel*. §. Dedit etiam idem *Gilbertus* Deo & sancto *Johanni* de *Clara* quicquid *Girulfus* capellanus suus habebat in **Norfolc**, in terris scilicet, ecclesiis, decimis, atque villanis, testantibus & concedentibus *Adelina* uxore ejus, & filio ejus *Ricardo*. Testibus etiam *Elmero* vicecomite, *Ricardo* filio *Hugonis*, *Radulfo* presbitero filio *Germundi*. Adhuc etiam dedit ipse *Gilbertus* quendam holmum juxta pratum suum de *Waltuna*. Testes, *Gilbertus* filius ejus & *Walterus D'abernum*. Dedit eciam singulis annis piscationem unius diei in vivario suo apud **Cavenham**. Testes, *Hunfridus* filius *Goismeri*, *Adam* filius *Warini*, *Galfridus* filius *Hamonis*, *Radulfus de la* **Cressimere**, *Albericus* de *Capella*, *Gilbertus* filius *Rainaldi*, & *Edmarum* villanum de *Hunedena* cum tota terra quam tenebat de feodo domini, quem villanum primus dederat *Robertus Psalter* sancto *Johanni* de *Clara*, quoque singulis annis quendam stocum in boseo apud *Hunedenam* ante natale domini ad calefaciendum monachos. Testes, *Helmerus* vicecomes & *Hugo* presbiter de **Stratesele**. §. *Ricardus* filius predicti *Gilberti* dedit Deo & sancto *Johanni* de *Clara* nemusculum quod vocatur **Stokeho**. Testes, *Gilbertus* frater ejus, *Walterus* capellanus, *Mauricius* de **Cassel**, *Hugo* de *Ovicuna*, *Galfridus* filius *Elinaldi*, *Robertus* filius *Ernaldi*, *Willielmus Claviger*. De hominibus monachorum, *Eliet*. *Sigar*, *Willielmus*.

Concessit eciam idem *Ricardus* quod *Salomon* teneret totam terram quam dominus *Gilbertus* dederat eidem *Salomoni* de sancto *Johanne* & monachis *Clara* ; ita bene & honorifice sicut melius & honorabilius tenuerat eam de patre suo *Gilberto*, & pro hac concessione dedit ei *Salomon* unum palefridum. Testibus, *Waltero* & *Roberto* filiis *Ricardi*, *Alberico* de **Ver**, *Hunfrido* filio *Goismeri*, *Alveredo* de *Bennewilla*, *Adam* filio *Warini*, *Alberico* de *Capella*. Pepigitque sibi dominus *Ricardus* coram iisdem testibus, quod nunquam ampliùs intraret *Salomon* in placitum contra aliquem pro hac eadem terra. Dedit idem *Ricardus* Deo & sancto *Johanni* de *Clara* ecclesiam de **Denham** cum omnibus quæ ad eam pertinent. T. *Robertus* capellanus, *Adam* filius *Warini*, *Galfridus* filius *Elinandi*, *Albertus Francigena*, *Willielmus* de *Basceruilla*. Dedit etiam idem *Ricardus* eidem sancto *Johanni* de *Clara* unoquoque anno unam damam in parco de *Hunedena*. Testes, *Adam* filius *Warini*, *Robertus* de *Wanceio*, *Rogerus* de *Carleuilla*, *Godefridus* filius *Elinandi*, *Robertus* filius *Gaufridi*. Præcepit idem *Ricardus* omnibus baronibus suis & hominibus quatinus monachis suis de *Clara* de decimis suis facere permitterent quicquid ipsi monachi vellent, & eas ad hostis grangiarum colligerent, quod preceptum constituit ipse inperpetuum servari & nulla unquam temeritate quassari. Concessit iterum ipse *Ricardus* predictis monachis ut cum prebende ecclesiæ sancti *Johannis* deliberatæ forent, ipsi eas sicut suas statim saissirent, neque inde alium saisiatorem requirerent. §. Hæ sunt donationes quæ datæ sunt prædictorum dominorum temporibus ipsis eisdem testimonium istis rebus adhibentibus & suo testimonio eas confirmantibus. *Alestanus* presbyter de *Hunedena*, & filius ejus *Edwardus* dederunt ecclesiam sancti *Petri* de *Hunedena* sanctæ *Mariæ Becci* sanctoque *Johanni* de *Clara*, & omnia quæ ad ipsam ecclesiam pertinent ; totam scilicet terram quam habebat in *Hunedena* & omnes decimas ad eandem ecclesiam pertinentes. Testes *Robertus Psalterium*, *Arnulfus* de *Bria*, *Elinandus* vicecomes, *Girulfus* capellanus. §. *Robertus Psalterium* dedit sancto *Johanni* de *Clara* xv. acras terræ apud ipsam *Hunedenam*. Testis, *Elinandus* vicecomes. §. *Ricardus* de *Reda* dedit sancto *Johanni* de *Clara* xxx. acras terræ in ipsa villa. Testes *Ansmundus* presbiter & *Robertus* de *Neiela*. §. *Robertus* de *Neiela* dedit decimam suam de **Denardestune** & illam de *Stanesfelda* de omnibus de quibus decima dari debet. Testes, *Ansuuinus* sacerdos, *Ricardus* de *Reda*. §. *Hunfridus* cognomento *Burnardus* postea monachus sanctæ *Mariæ Becci* dedit sancto *Johanni* de *Clara* terram quam tenebat apud **Geldham** de feudo domini *Gilberti* de *Clara*. Testes, *Willielmus* filius ejus cognominatus *Paganus*, *Willielmus*, *Hurandus*, *Walterus* de *Poselingeuuorda*, *Norieldus* de eadem villa. *Herveus*, *Robertus*, *Benedictus*, *Radulfus* filius *Hurandi*, *Osbernus Ricerius*. §. *Rogerus Carpentarius* dedit sancto *Johanni* de *Clara* decimam de terra sua de **Stoke** omnium rerum de quibus decima debet dari. Testibus, *Anschetillo*, *Alurico*, *Osberto* de **Gellam**, *Gilberto* Coco. §. *Rogerus* de **Carlewille** dedit sancto *Johanni* de *Clara* decimam de *Aluredesfelda*, & de **Hertherte** ; duas scilicet partes omnium rerum de quibus decima debet dari. Testantibus atque concedentibus uxore sua, filio suo *Galfrido*, & *Radulfo de la* **Cressimere**, *Elrico* presbitero, *Baldeuuino*, *Watemanno*, *Hugone*, *Ricardo*, *Gilberto*, *Wimero*, *Anschitillo*, *Aluuino* de **Totinges**, *Benedicto* de *Beluaco*. §. *Ingerannus D'abernun* dedit sancto *Johanni* de *Clara* ecclesiam de **Frinstetune** cum omnibus quæ ad eam pertinent, & totam decimam suam de **Berue**, & decimam de *la*

Bysse,

Byſſe, & eccleſiam de Wochinges cum omnibus quæ ad eam pertinent. Teſtantibus atque concedentibus fratribus ſuis *Jordano* atque *Waltero*, & *Willielmo D'abernun* cognato eorum & *Baldewino* presbytero. §. *Herlewinus* filius *Goiſmeri* dedit ſancto *Johanni* de *Clarâ* omni anno x. ſolidos de terra *Unlurici Smude* apud Finſtede perpetuo poſſidendos, pro anima filii ſui *Gilberti*, concedente domino noſtro *Gilberto*, & filio ejus *Ricardo*. Teſtes, *Ricardus* filius *Hermeri*, *Radulfus* de *Lacreſuuera*. *Willielmus* de *Vuaſevilla*, *Gunzelinus* filius *Goiſmeri*, *Hunfridus* frater ejus, *Radulfus* filius *Hurandi*, *Ricardus* filius *Algeri*, *Elinandus* vicecomes, *Robertus* de Bethune, *Robertus* filius *Hugonis*. §. *Radulfus* de Lacreswere dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam ſuam de Havechedune & decimam de Chemeſinge de omnibus de quibus decima debet dari. Teſtes, *Gilbertus* & *Gaufridus* filii ejus, *Rogerus* de Careville, *Willielmus* Famulus, *Gilbertus* Cocus, *Wlmerus*. §. Canevaz dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam ſuam de Perningewelle, & hoſpitem unum quem habebat in *Clara*. Teſtes, *Ricardus Walterus D'abernun*, *Oſbernus* de Gellam, *Heldeuuinus*, *Gilbertus* Cocus, *Wlmerus Allehalegen*, *Ailwinus Catus*. §. *Willielmus* de ſancto *Germano* & *Emma* mater ejus dederunt ſancto *Johanni* de *Clara* totam decimam ſuam de Cavenedis & illam de Hatham, & illam de Benecliæ, & illam de Hatlingeherſt de omnibus de quibus debet decima dari, pro animabus ſuis, & pro anima domini ſui *Rogeri* ſicut *Walterus* de ſancto *Germano* frater *Rogeri* eas unquam melius habuerat. Teſtes, *Albericus* de Ver, *Robertus de la* Creſſimere, *Elinandus* vicecomes, *Auſredus*, *Gilbertus* Cocus, *Wlmerus*, *Willielmus*, *Azo*. Terri. *Moberd*. §. *Ricardus* filius *Hugonis* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimas ſuas de Denham & de Culinges & de Peleſord de omnibus de quibus debet decima dari, & totam terram ſuam de Brochole concedente domino noſtro *Gilberto* & uxore ejus *Adelina*. Teſtes, *Elinandus* vicecomes, *Wlmarus* & frater ejus *Gilbertus* Cocus, *Willielmus Iſrael* & *Helieth*. Poſtea verò idem *Ricardus*, quando ſuſcepit habitum monachi, iterum conceſſit & confirmavit totum quod antea dederat, & totam terram illam quam antea dederat, liberam & quietam, concedentibus filiis ſuis & uxore ſua, quorum hæc ſunt nomina. *Hugo* & *Bartholomeus* & *Gaufridus* filius ejus & *Matildis*. Teſtes, *Alvinus* de Culinges & *Adelardus* gener ejus, *Goſſeus* & *Robertus* fratres ejuſdem uxoris, *Ricardus*, *Hugo*, *Alem*, *Manaſſes* filii *Burneneh*. De hominibus monachorum *Rogerus* clericus, & *Oſebernus* & *Herbertus*. §. *Galfridus* filius *Hamonis* & *Anſgotus* de Buchehale dederunt Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* duas partes totius decimæ terræ quam tenebat idem *Anſgotus* de eodem *Gaufrido* domino apud Buchehale. Ita quod in die nativitatis ſancti *Johannis* ambo venerunt & ante videntibus multis per candelabrum poſuerunt. Inde teſtes multi, *Sanuinus* canonicus & *Leuuinus* prepoſitus & *Gilbertus* Cocus, & *Wlmarus* piſtor frater ejus. §. *Walterus* de *Alnedeſ-*

villa cum uxore ſua & filiis ſuis conceſſerunt Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* quicquid habebant in alveo fluminis, molendini de Waldingeſcluſe, & in ripa ejuſdem fluminis, & ita ut ſi aliquo eventu fregerit ripa in toto feudo ſuo, ſine cauſatione, & etiam licentia reſtaurabitur ab his qui tenebunt molendinum de monachis *Clare*, & quicquid inibi calumpniabant ante, totum quietum dimiſerunt. Teſtes, *Robertus* de *Carleville*, *Norman*. & alii plures. §. *Wluuina* moriens dedit Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* unam acram terræ apud Stoke. Teſtis, *Winuinus* presbyter.. § *Alexander* miles dedit Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* tres acras terræ ex altera parte molendini monachorum juxta viam. Teſtes, *Robertus* de Blavinil & alii. §. *Godefridus* filius *Elinandi* & uxor ejus reddiderunt Deo & ſancto *Johanni* decimam de Buchehale, quod conceſſerunt & confirmaverunt filii ſui. Teſtes, *Gervaſius*, & *Rogerus* capellanus ejus. Idem verò *Godefridus* moriens, dedit redditum xij. denariorum apud Stoke de quodam ruſtico nomine Uhtred. Teſtes, *Hunfridus* filius *Goiſmeri*, *Albericus* de *Capella*. §. *Godefridus* filius *Elinandi* conceſſit ſancto *Johanni* de *Clara* molendinum de Walſingefelde, & acram & dimidiam terre quam pater ſuus *Elinandus* dederat pro *Adam* filio ſuo. Teſtes, *Willielmus* frater ejus, *Mauricius* de Brochole. § *Elinandus* vicecomes dedit ſancto *Johanni* de *Clara* totam decimam ſuam de Finchingefeld, & illam de Foxeham, & quoddam molendinum apud Waldingefelde, & acram & dimidiam terræ pertinentem ad molendinum, & x. acras apud Foxham, concedentibus filiis ſuis *Bernardo* & *Willielmo*. Teſtes, *Gilbertus* filius *Ranulfi*, *Teodericus* presbyter. §. *Ernaldus* de *Nazanda* dedit Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* duas partes decime de Pameſtede rerum quarum decima debet dari, & unum hoſpitem *Clare*, concedentibus uxore ſua & filiis. Teſtes, *Adam* filius *Warini*, *Rogerus* de *Carleville*. §. *Willielmus Claviger* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam de terris quas habet & adquirere poterit. Teſtes, *Hutredus* cementarius, *Gilbertus* Cocus. §. *Ricardus* de Halſtede dedit ſancto *Johanni* de *Clara* duas partes decimæ totius terræ quam habebat in Halſtede. Teſtes, *Willielmus* filius *Goiſmeri*, *Algerius* frater ejus. §. *Algerius* filius *Guiſmeri* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam terræ ſuæ de *Bellocampo*. Teſtantibus & concedentibus *Ricardo* filio ejus & *Willielmo* fratre ejus. §. *Sinuardus* venator dedit ſancto *Johanni* de *Clara* decimam ſuam & tres acras terræ, concedente filio ſuo & fratribus ejus. §. *Herveus Dabelgar* & uxor ejus dederunt ſancto *Johanni* de *Clara* unam acram prati & duas acras terræ arabiles. Teſtes, *Walterus* cum barba, *Sigarus*. §. *Godricus Grance* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* tres rodas terre. Teſtes, *Sigarus*, *Ailmerus*. §. *Wildelardus* de *Bailol* & *Ida* uxor ejus dederunt ſancto *Johanni* in villa de Stoke viij. acras terre & unam de prato, pro quo dono habuerunt xx. ſolidos. Teſtes, *Gaufridus* nepos *Oilardi*, *Salio* presbiter. §. *Willielmus Peccatum* dedit ſancto *Johanni* de *Clara* totam decimam de Ge-

ttingethorp perpetuo de omnibus unde decima debet dari. Teſtes, *Hunfredus* filius *Goiſmeri*, *Robertus* de *Vnanceio* & alii multi. §. *Robertus* filius *Ricardi* dedit Deo & ſancto *Johanni* & monachis de *Clara* totam partem ſuam aque de Sturemere pro anima ſua & omnium amicorum ſuorum & pro amore *Girardi Giphardi* Prioris cognati ſui, inperpetuum poſſidendam. Teſtes, *Willielmus Capella Matheus* conſtabulator, *Robertus* filius *Walteri*, *Sigarus*, *Willielmus Cuſin*, *Mabun*. §. *Hugo* de Berneres & uxor ſua dederunt ſancto *Johanni* Baptiſtæ de *Clara* quoddam pratum quod eſt ſitum juxta Witechelho. Teſtes, *Willielmus* filius *Goiſmeri*, *Rogerus* filius *Walteri*. §. *Gaufridus* de *Blavino* miles *Rogerii* filii *Ricardi* veniens ad converſionem monachatus dedit Deo & ſancto *Johanni* de *Clara* duodecim acras terre apud Wideborc, eodem domino ſuo *Rogero* & uxore ejuſdem *Gaufridi* & *Roberto* filio ejus & ceteris filiis concedentibus. Prædictus etiam *Robertus* filius & hæres ejus addidit prædictæ donationi poſt mortem patris ſui ſex acras terre arabiles & duas & dimidiam prati. Teſtes, *Gaufridus* filius *Elinandi*, *Robertus Pincerna*. §. *Ricardus* filius *Gilberti* dominus *Clare* dedit ſancto *Johanni* & monachis de *Clara* eccleſiam de Cavebam cum omnibus ad eam pertinentibus pro eccleſia de Denham quæ erat monachorum quam dedit *Alberico* de Ver, concedentibus monachis eidem eccleſiæ de Denham medietatem decimæ. Teſtes, *Gaufridus* filius *Elinandi*, *Adam* filius *Wazonis*, *Alvere* de Benner. §. *Ricardus* filius *Gilberti* dedit monachis *Clare* eccleſiam ſancti *Auguſtini* de Stoke & totam terram quam *Martinus* capellanus habebat in eadem villa, & illam quæ fuit *Rogerii* carpentarii, ſolutam & quietam a geldo & ſcoto & omnibus conſuetudinibus, & molendinum ſuum quod ipſe dominus habebat in eadem villa dedit in eſcambium eccleſiæ ſancti *Pauli* & terrarum & pratorum quæ monachi habebant in *Clara* & molendini eorum de *Clara*, & manſuarum xij. quas habebant in *Clara*. Hac ſiquidem conventione factum eſt iſtud eſcambium, quod monachi conſtituerent apud Stoke eccleſiam ſancti *Johannis* Baptiſtæ ad habitandum in ea cum omnibus privilegiis & auctoritatibus & libertatibus & redditibus quos habuerat eccleſia ſancti *Johannis* ſita in caſtello *Clare*. Geldum autem & omnes conſuetudines quæ jacebant ſuper Lintune-Rohais & ſuper terram quæ fuit *Rogerii* carpentarii dabunt de dominica cultura domini. Teſtes, *Baldeuinus* filius *Gilberti*, *Albericus* de Ver, *Baldevinus* filius *Gaufridi*. §. *Gilbertus* dominus *Clare* comes Hertford filius prædicti *Ricardi* dedit ſancto *Johanni* de Stoke eccleſiam de Bures cum omnibus ad eam pertinentibus jure perpetuo poſſidendam. Teſtes, comes *Albericus*, & *Willielmus* frater ejus, *Gaufridus* filius *Elinandi*, *Adam* filius *Warini*. §. *Robertus Pincerna* concedentibus *Matilde* uxore ſua & filiis ſuis dedit monachis de Stoke eccleſiam de *Trillawa* cum omnibus quæ ad eam pertinent, & inſuper in prædicta villa dedit terram quæ reddebat quinque ſolidos. Teſtes, *Johannes* presbyter, *Willelmus* de *Landa*.

Confirmatio *Alexandri* Papæ de omnibus eccleſiis & bonis aliis ſpecialiter in ea nominatis.

ALexander *epiſcopus ſervus ſervorum Dei*, 143.
dilectis filiis Nicholao *Priori eccleſiæ de* Stokes *ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis imperpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & prefatam eccleſiam in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati* Petri *& noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & beati* Benedicti *regulam in eodem loco noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones quæcunque bona eadem eccleſia inpreſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum largitione regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſiam de* Hunedena. *Eccleſiam de* Gaiſle. *Eccleſiam de* Clara. *Eccleſiam de* Bradelea-parva. *Eccleſiam de* Trillawe. *Eccleſiam de* Bures. *Eccleſiam de* Cavebam. *Eccleſiam de* Cremplisham. *Eccleſiam ſancti* Clementis *de* Norwico. *Eccleſiam de* Friſentuna *conſtitutas in epiſcopatu* Norwicenſi.

In epiſcopatu Lundonienſi. *Eccleſiam de* Berdefeld. *Eccleſiam de* Tarteve. *Eccleſiam de* Eſſa. *Eccleſiam de* Gelham. *Eccleſiam de* Stamburnia. *In epiſcopatu* Wintonienſi. *Eccleſiam de* Wokinges. *In epiſcopatu* Roffenſi. *Eccleſiam de* Percham. *Decimas quas habetis in* Samford. *Decimas quas habetis in* Berdefeld. *Decimas quas habetis in* Pitelingehege. *Decimas quas habetis in* Finchingefeld. *Decimas quas habetis in* Toppesfeld. *Decimas quas habetis in* Witham. *Decimas quas habetis in* Badeleia. *Decimas quas habetis in* Hertfort. *Decimas quas habetis in* Denham. *Decimas quas habetis in* Deſeninge. *Decimas quas habetis in* Gaiſle. *Decimas quas habetis in* Stanesfeld. *Decimas quas habetis in* Clara. *Decimas quas habetis in* Hunedena. *Decimas quas habetis in* Hamſtede. *Decimas quas habetis in* Bomeſtede. *Decimas quas habetis in* Halwerelle. *Decimas quas habetis in* Buchesſhale. *Decimas quas habetis in* Fineſtede. *Decimas quas habetis in* Peleford. *Decimas quas habetis in* Chippelæ. *Decimas quas habetis in* Culinges. *Decimas quas habetis in* Poſelingeworde. *Decimas quas habetis in* Beſtiæ. *Decimas quas habetis in* Heham. *Decimas quas habetis in* Corneres. *Decimas in* Welcham-Petri. *Decimas in* Welcham-Aſpertes. *Decimas in* Delham. *Decimas in* Geſtingetorp. *Decimas in* Redeswelle. *Decimas in* Chou-

ham.

ham. *Decimas in* Neillingeherste. *Decimas in* Beneclæ. *Decimas in* Halstede. *Decimas in* Alveredesfeld. *Decimas in* Cloptune. *Decimas in* Harrefeld. *Decimas in* Denardestune. *Decimas in* Banchesdune. *Decimas in* Cavenedis *& in* Sturemare *& in* Barue *& in* Tillebere *& in* Chedintune *& in* Halesfozd; *& in* Haveringeland, *& in* Witewelle. *Decimas* Willielmi *de* Gisnai. *Terram* Rogeri *carpentarii in* Stokes *quæ fuit escambiata pro terra vestra de* Clara. *Terram de* Ferneham *quam dedit vobis* Galfridus *filius* Alinandi. *Terram de* Heni *quam dedit vobis* Adam *filius* Guarini. *Molendinum de* Waldingefeld *quod dedit vobis* Helinandus *dapifer comitis* Claræ. *Terram de* Trillawe *quam* Robertus *pincerna dedit vobis. Terram de* Bridebroc. *Terram de* Haverelle. *Terram* Polæ. *Terram de* Bradelæ. *Terram de* Gelham. *Terram de* Elle, *& centum solidatas terræ quas habetis ex dono* Rogerii *comitis* Claræ, *cum ageret in extremis. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni & extremæ voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat. Salva tamen justitia illarum ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis exclusis excommunicatis & interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos & absolutos è sæculo fugientes, ad conversionem vestram recipere, & eos absque ullius contradictione in vestro monasterio retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem liceat de claustro sine licentia Prioris sui discedere, discedentem vero absque communium literarum cautione nullus audeat retinere, nisi ad arctiorem vitam voluerit transmigrare. In parochialibus autem ecclesiis quas tenetis liceat vobis sacerdotes eligere & episcopis presentare, quibus si idonei fuerint, episcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Prohibemus etiam ne alicui licitum sit novas & indebitas consuetudines in ecclesias vestras inducere. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas presumat exigere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conserventur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate & diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri* Jesu Christi *quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant. & apud districtum judicem præmia eternæ pacis inveniant,* Amen. *Datum* Anagnie *per manum* Gratiani *sanctæ* Romanæ *ecclesiæ subdiaconi & notarii, ij. kal. Julii indictione vij. incarnationis dominicæ anno M.lxxiij°. Pontificatus vero domini* Alexandri *Papæ iij. anno quinto decimo.*

Sanctimonialium S. Mariæ *de* Pratis *Prioratus,* Norhamptoniæ.

Carta regis Edwardi *tertii donatorum concessiones ratificans.*

REX archiepiscopis &c. salutem. Inspeximus cartam confirmationis domini S. quondã regis *Angliæ* progenitoris nostri in hæc verba. S. rex *Angl.* archiepiscopis *(&c.)* Sciatis me concessisse donationem illam quam comes *Simon* fecit ecclesiæ sanctæ *Mariæ* de *Norhamtona* & Sanctimonialibus ibidem Deo servientibus in terris & molendinis & aliis teneuris & redd. Quare volo & firmiter præcipio quod ecclesia illa & Sanctimoniales teneant omnia quæ de dono ejusdem comitis habent, benè & in pace, & liberè & quietè & honorificè & in perpetuam elemosinam cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus quæ pertinent ad illas teneuras, sicut idem comes *Simon* illas eis dedit & concessit, & carta sua confirmavit, *T. Roberto* de Mere & *Ric.* de *Canvilla* & *Will.* de *Caisneto,* apud *Cantebrig.* Nos autem concessionem predictam, necnon fundationem quam *Simon* comes de *Norhamtona* fecit de ecclesia in proprio patrimonio ipsius *Simonis* in Herdyngestoun in honore beatæ Dei genitricis virginis *Mariæ,* in qua ecclesia constituit abbatissam *Azelinam* & Sanctimoniales, ut ibidem Deo serviant & ejus genitrici; Ac etiam collationem & donationem quas idem comes per cartam suam fecit eisdem abbatissæ & monialibus de omni eo quod *Hugo Grymbald* de prædicto comite tenuit in Herdyngestoun; & de omni eo quod *Walterus Dealt* tenuit in eadem villa, necnon de omni tenura in eadem villa quæ fuit *Osti* quondam Portarii regis *Scotiæ*; ac etiam de servicio *Hugonis Gubinn* de duabus mansuris quæ sunt juxta pontem sancti *Leonardi*; & de prato quod vocatur Alfwoldesheim. Donationem etiam quam idem comes fecit eisdem abbatissæ & monialibus de xx. solidis in molendino de Extune ad lumen predictæ ecclesiæ, & de uno tunello vini ad missas cantandas, percipiendis de *Roberto* filio *Sewini* de firma predicti comitis de Welcumestove singulis annis ad pentecosten. Donationem insuper quam *Robertus Grymbald* fecit eisdem abbatisse & monialibus de uno molendino in Walebec. Donationem etiam quam *Robertus* fil. *Hugonis* fecit eisdem abbatisse & monialibus de redd. xx. solidorum.

Cart. 1 E. 3 m. 15. n 47.

solidorum. Donationem insuper quam *Robertus* filius *Sewini* fecit eisdem abbatisse & monialibus de dimidia marca in *Norhamtona* annuatim percipienda.

Donationem etiam & concessionem quas prædictus *Simon* comes *Huntingdonia* fecit prefatis abbatisse & sanctimonialibus de ecclesia de *Fodringheia* cum omnibus pertinentiis suis in perpetuam elemosinam. Donationem insuper & confirmationē quas *Ricardus* fil. *Ricardi* de **Besevill** per cartam suam fecit eisdem monialibus de una acra terræ cum pertinentiis in **Harpyngesthorn**. Donationem eciam concessionem & confirmationem quas *Radulfus* de **Besevile** fil. & hæres quondam *Ricardi* de **Besevile** per cartam suam fecit *Agathe* abbatissæ & conventui sanctæ *Mariæ* de *Pratis* extra **Northampton** de una acra terræ & dimidia & j. crofto jacente juxta ortum præfate abbatissæ cum pertinentiis in **Harpyngesthorn** in liberam puram & perpetuam elemosinam.

servicio & exactione seculari, sicut aliqua elemosina potest melius & liberiùs exhiberi. Et ut hæc mea donatio rata & stabilis permaneat, sigilli mei appositione presens scriptum corroboravi. His testibus, *Andrea* abbate de sancto *Dogmaele*, *Ricardo Mangunel*, *Ricardo* de **Pulcart**, *Johanne* filio *Walteri*, *Henrico* filio *Willelmi*, *Henrico* filio *Roberti*, *Mauricio* de **Trenram**, *Stephano Lupo*, *Henrico Russo*, *Ricardo Gundewin*, *Adam* clerico, & multis aliis.

Carta *Thomæ* de *Rupe*.

INspeximus etiam cartam confirmationis quam Thomas *de* Rupe, *filius & heres* Johannis *de* Rupe *fecit Deo & sanctæ* Mariæ *& sancto* Budoco *& monachis prædictis in hac verba. Sciant præsentes & futuri quod ego* Thomas *de* Rupe *filius* Johannis *de* Rupe *& hæres, pro salute animæ meæ antecessorum & successorum meorum, do & concedo & hac mea presenti carta confirmo omnes donationes quas* Adam *de* Rupe *senior, fundator Prioratus beatæ* Mariæ *de* Pulla *dedit & concessit Deo & sanctæ* Mariæ *& sancto* Budoco *& monachis de ordine* Tironensi *ibidem Deo servientibus & servituris imperpetuum, tam in terris quam in ecclesiis, in domibus & ortis, tam in molendinis quam in stagnis & gurgitibus, in pratis, & viis, & semitis, in redditibus, præsentibus Habend. & tenend. in puram & perpetuam elemosinam pro me & heredibus meis vel meis assignatis imperpetuum libere & quiete integre & pacifice honorifice absque omni exactione seculari, in omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, sicut prefati* Adæ *de* Rupe *carta testantur. Et ego dictus* Thomas *de* Rupe, *pro me & heredibus meis vel meis assignatis has donationes prædictas in forma prescripta dono & confirmo, una cum duabus carucatis terræ cum pertinentiis omnibus quæ vocantur* **Suthoc** *in tenemento de villa* Herbrandi, *sicut carta* Matildis *de* Rupe *matris meæ testatur, & tres carucatas terræ cum omnibus pertinentiis suis in tenemento de* **Dewant** *cum tribus partibus molendini ejusdem ville cum pertinentiis suis. Concedo etiam eisdem monachis sex bovatas terræ cum pertinentiis suis in villa de* **Stodhaye**, *& quinque acras terræ cum dominio unius carucatæ terræ in eadem villa & dimidiam carucatam terræ in tenemento de* **Strichemerschille**, *quæ vocatur* **Wyndeflozs** *cum pertinentiis. Et in* Pulla *subjacente dicto Prioratui unam gurgitem in quo loco melius & liberius voluerint, & sex acras terræ in tenemento de* Pulla *cum pertinentiis, quæ quondam fuerunt* Ricardi Blakeman, *& unam marcam annui redditus cum dominio* Walteri Baglas *& hæredum suorum vel assignatorum cum pertinentiis. Præterea concedo prædictis monachis totam terram quam habent cum domibus & ortis in tenemento de* Rupe *cum sex particis terræ cum pertinentiis & omnimodum* **Wreeh** *quod evenit vel evenire poterit in dimidia carucata terræ in qua capella sancti* Cradoci *de* **Pengol** *sita est, sicut carta* Johannis *de* Rupe *patris mei testatur. Insuper concedo eisdem monachis duas carucatas terræ cum pertinentiis & unam bovatam terræ in tenemento de villa* Johannis *cum pertinentiis suis quæ vocatur* **Ponekretun**, *& jus patronatus ecclesiæ de villa* Johannis *cum pertinentiis & duas bovatas terræ in castro* Vydii *cum pertinentiis, & alias duas bovatas terræ in tenemento de* **Pozuetun** *cum pertinentiis. Item duas bovatas terræ apud* **Retfozd** *in tenemento de* **Dunant** *cum pertinentiis. Concedo eisdem monachis omnem terram quam habent in villa* Huberti, *& in villa* Ledelini, *& in terra de sancto* Budoco *cum pertinentiis, una cum octo acris terræ apud* **Redeberch** *in tenemento de villa* Roberti *cum pertinentiis. Et omnia prata quæ tenantur * post mortem* Johannis *de* Rupe *patris mei per Priorem & monachos in tenementis suis, & domos extra ortos suos ubique eisdem concedo salva communa gabularierum meorum de* Pulla *post fenum collectum & abductum. Præterea concedo eisdem monachis jus patronatus ecclesiæ sancti* David *de villa* Huberti *cum pertinentiis, una cum jure patronatus ecclesiæ sancti* Madoci *de* Veterivilla *cum una acra terræ cum pertinentiis. Has vero donationes supradictas & concessiones Priori & monachis & suis successoribus cum omnibus pertinentiis suis pro me & heredibus meis vel meis assignatis concessi & quietas clamavi, & hoc præsenti scripto confirmavi, sicut carta quorumcunque donatorum seu feoffatorum suorum testantur. In cujus rei testim. huic presenti scripto sigillum meum appossui. His testibus, domino* Nicholao *filio* Martini *(&c.)*

* Ita MS.

Heninghamensis *Prioratus in agro* Essexiæ.

Carta Alberici *de* **Ver**.

RIcardo Dei gratia *Londoniensi* episcopo & universis sanctæ matris ecclesiæ filiis & fidelibus presentibus & futuris *Albericus* de **Ver** salutem. Noverit universitas me concessisse & carta mea confirmasse Deo & sanctæ *Mariæ* & sancto *Jacobo* & sanctæ *Cruci* & Sanctimonialibus Deo servientibus apud **Hegham**, donationem quam pater meus eis fecit & carta sua confirmavit, & terram quam *Paganus* filius *Syredi* tenuit, & mesuagium quod *Godefridus Faber* tenuit ad ecclesiam suam & edificia sua construenda eodem loco quo novum fossatum versus mariscum locum illum includit, & molendinum de **Hegefozd** & totum illud pratum quod jacet inter illud molendinum & suum purprisium, & piscariam aque illius quantum stagnum extendit & terram illam & purprisium ultra aquam de **Hengefozd** ubi capella dicte crucis sita fuit inter aquam & stratam regiam cum suis pertinentiis, & totam terram de **Tageleye** cum suis pertinentiis & quatuor acras terræ in **Dunlawe** juxta predictum molendinum. Preterea concessi & hac carta mea confirmavi predictis monialibus petitione *Ricardi Londoniensis* episcopi tertii & petitione patris mei & matris meæ & consilio amicorum & proborum hominum meorum & spontanea mea voluntate, ad eas honeste sustinendas

Ex regist. de *Heningham* penes will. Pierpoint ar.

sustinendas pro salute animæ meæ & antecessorum & successorum meorum, ecclesiam de **Heghcham** de Castello cum suis pertinentiis & boscum de **Gosfeld** qui appellatur **Ruebzoch** quod est de feodo de **Hegham**, in liberam & puram & perpetuam elemosinam. Hæc concessio & confirmatio mea facta est vigilia sancti *Petri* ad cathedram anno secundo regni *Ricardi* regis *Anglie* coram venerabili *R. Londoniensi* episcopo tertio & *D.* abbate sancti *Johannis Colecestrie* & *D.* Priore de **Colum** & *R.* Priore de **Hathfeld** *Regis*. Quare volo & precipio ut predicte moniales terras prædictas cum suis pertinentiis & omnia prædicta tenementa & ecclesiam de **Heghcham** cum suis pertinentiis habeant & teneant & possideant libere quiete & honorifice ut liberam & perpetuam elemosinam in perpetuum. Hiis testibus, &c.

Alia carta ejusdem *Alberici*

Sciam &c. quod ego comes Albricus *dedi & concessi & hac carta mea confirmavi Deo & ecclesie sancti* Nicholai *de* **Hegham** Petrum *novum hominem & totum tenementum suum & totum servicium suum. Et* Philippum *clericum & servicium suum & terram quam tenet apud* **Hegesoze** *cum reddita xij. denariorum in escambium sex solidorum quos* Martinus *de* **Bodekesham** *mihi debet, unde dotavi ecclesiam de* **Hegcham** *ad ejus dedicationem, in liberam & puram & perpetuam elemosinam. Et volo & precipio, ut predicta ecclesia predictos homines & predicta tenementa habeat & possideat libere quiete & honorifice ut liberam & perpetuam elemosinam. Hiis testibus, &c.*

Carta Alberici *de* **Ver** *com.* Oxon.

Albricus de **Ver** comes *Oxonia* omnibus hominibus suis & amicis *Francis* & *Anglicis* presentibus & futuris salutem. Sciaris me concessisse & dedisse & hac presenti carta mea confirmasse Deo & sanctæ *Marie* & ecclesiæ sanctæ *Crucis* & Sanctimonialibus de **Hegsoze** ibidem Deo servientibus boscum illum cum suis pertinentiis qui vocatur **Alecotehegh**, pro salute animæ meæ & antecessorum meorum in perpetuam & puram elemosinam habendum & tenendum imperpetuum. Quare volo & firmiter precipio ut predicte moniales habeant & teneant predictum boscum cum suis pertinentiis liberum & quietum de me & de heredibus meis absque omni seculari servicio & exactione. Hiis testibus, &c.

Ordinatio super Hospitale de **Hegham** *Castro.*

Ibid. fol. 2. *Noverint universi Christi fideles presentes literas inspecturi vel audituri quod cum nobilis vir* Hugo *de* **Ver** *comes* Oxoniæ *Hospitale quoddam extra portam de* **Hegham** *Castro, in quo pro salute anime sue & uxoris sue & antecessorum suorum & heredum divina celebrentur & pauperes & sui impotentes ad hospitalitatem & refectionem admitterentur construxisset, & ad premissorum sustentationem certa bona assignasset, Prioriss sancte* Crucis *de* **Hegham** *& ejusdem loci conventus ex hoc sibi preiudicium generari posse metuentes ex eo quod dictum hospitale statutum est infra limites parochie ecclesie sancti* Nicholai *de* **Hengcham** *que ad dictam Prioriss & conventum tam in spiritualibus quam in temporalibus dinoscitur pertinere, se contra premissa opposuerunt, allegantes premissa nec posse nec debere fieri illis invitis & reclamantibus, & maxime nisi prius eis de indempnitate parochialis ecclesie plenius caveretur. Habitis super premissis pluribus tractatibus, tandem consilio amicorum & voluntate partium contradictio quievit & pax reformata in subscripta forma fuit, Videlicet quod predictus comes & heredes sui in predicto hospitali habebunt duos vel tres capellanos vel plures vel pauciores secundum quod sibi viderint expedire & domus facultates sufficere, qui divina in dicto hospitali celebrabunt, & nullum parochianum parochialis ecclesie de* **Hegham** *ad aliquod sacramentum ecclesiasticum aliquo tempore admittent, nec aliquod annuale sive trintenale vel vexequias a dictis parochianis recipient nisi forte hoc faciant de speciali licentia Prioriss que pro tempore fuerit & ejus conventus. Concesserunt etiam & dicta Prioriss & ejus conventus quantum in eis est quod dicti capellani habeant cimiterium proprium in solo hospitali ad usum capellanorum & clericorum ibidem ministrantium & conversorum ligna conversorum deferentium & infirmorum ibidem commorantium. Et erunt dicti capellani clerici & hujusmodi conversi & etiam infirmi tam mortui quam vivi absque omni honere parochiali vel sequela prorsus immunes. Alii vero qui in dicto hospitale fuerint sicut laici ministrantes videlicet bovarii & bercarii honera & sequelas parochialis ecclesie sicut alii sustinebunt in omnibus. Habebunt etiam dicti capellani duas campanas in sua capella vel nexta secundum quod viderint expedire. Oblationes vero quecumque sint in dicto hospitali sive in manu sacerdotis in missa sive aliter undecumque proveniant, & omnes obventiones ibidem ex quocumque provenientes sive ex titulo legati sive ex quocumque alio titulo integre cedent in usus ipsius hospitalis. Ita tamen quod in consuetis ac debitis parochiali ecclesie nullum per hanc conventionem sive ordinationem fiat preiudicium quo minus possit parochialis ecclesia petere cum effectu & integre a quocumque parochiano in morte & in vita quod sibi debitum est & consuetum. Predictum vero hospitale de bonis suis parochialis ecclesie decimas tam majores quam minores sicut alii parochiani prestabit excepto ortolagio in dicto hospitali & aliis ibidem in terris crescentibus, & exceptis decimis oblationum & obventionum omnium ex quocumque titulo provenientium. Capellani vero qui pro tempore in dicto hospitali admittendi sunt antequam divina celebrent sacramentum prestabunt Prioriss predicte & conventui suo quod fideles erunt parochiali ecclesie secundum formam hujus ordinationis.*

Lapleienſis *Prioratus in agro* Staffordienſi, *cella monaſterii S.* Remigii Rhemenſis.

Carta comitis Algari *de* Lappeleia

Ex ipſo autogr. apud S *Remig. Rhemis.*

IN nomine domini Jeſu Chriſti ſumme & individuæ Trinitatis notum ſit cunctis cultoribus Chriſti, *Algarum* quondam *Anglorum* comitem Ingenium, conſentiente *Edwardo* Dei gratia rege *Anglorum*, ſancto *Remigio Remenſis* eccleſiæ quandam villam pro anima ſui filii, ſcilicet nomine *Burchardi*, dediſſe, quæ *Lappeleya*, cum ſuis appendiciis, *Anglico* vocitatur ſermone; cujus etiam putrili corpori Roma quidem venienti in preſcripto polianeſo baſilice divina prædeſtinatio ſepulturam ordinavit, quatenus pro eo ibi ſanctæ ſervientes eccleſiæ Deum ſemper remuneratorem omnium bonorum fideliter precarentur precibus aſſiduis; & de hoc ergo tali pacto publicè affirmari decrevit, ut ſi fortè quis ſanctæ violator eccleſiæ, mortifera diabolo inſtigante cupiditate imbutus, ab eo unquam illam auferre voluerit, cum *Dathan* & *Abirom* quos terra viventes deglutivit, deteſtabilem ſuſtineat condempnationem, perpetualiter anathema ſit. Quicumque vero ad augendum prædictum ſtipendium cuſtodiendumque ſtuduerit, ſimul cum ſancto *Remigio* ubi cum Chriſto glorificabitur benedictionem conſequatur in eccleſiis, quod largiatur miſericordia ſalvatoris, qui vivit. Et hoc quidem ut certius crederetur idoneis ſtabilivit ſub teſtibus, quorum nempe nomina ordinatim conſcribuntur, inprimis enim *Edwardus* Dei gratia rex *Anglorum* teſtis fuit veridicus, necnon *Edgith* regina ex cujus proſapia originem duxerat, & *Stigandus* archipreſul, ſimul & *Aldredus* & *Heremannus* epiſcopus & *Alunaldus* epiſcopus & *Leuuinus* epiſcopus & *Willermus* epiſcopus & *Vualterus* epiſcopus & *Giſa* preſul & preterea *Harotens* dux *Toſtinus Gird.* & *Luuinus Vualtef* ſimiliter cum multis prepotentibus Principibus. Hoc ſcriptum in duabus cartis habetur diviſum, quarum unam anglica lingua ſcriptam idem comes *Algarus* ſecum retinuit, aliam voce latina dictatam ſancto *Remigio* devotus tranſmiſit.

Carta *Roberti* abbatis S. *Remigii Rhemenſis*, de villa de Silvintone in epiſcopatu *Heref.*

NOtum ſit tam *præſentibus quam futuris, quod ego* Azmarius *abbas eccleſiæ S.* Remigii, *per conſilium domini* Rodberti Couuentrenſium *epiſcopi concedo* Alurico *clerico villam* Silvintone *pro xx. ſolidis ſolvendis in feſto S.* Martini *ea conditione ut inde faciat hominium ſub juramento. Uxor autem ejus* Edit *cum filiis & filiabus ſuis legitimum hominium faciant S.* Remigio *ejuſque monachis, & inſuper eis fideliter ſerviant ſicut liberi homines. Si vero* Alurius *ſuper vivente uxore inprimis obierit, ſancto* Remigio *xx. ſolidos dabit. Si vero ipſius uxor, tertiam partem boni quod in illa villa habebit, eis ſimiliter laxabit, & de omnibus quæ ad eos pertinent ſi offenderit plenam juſticiam in* Lappaliga *faciant. Hujus rei teſtes ſunt*, R. *epiſcopus* Noe, R. Rufus, R. Gravein, R. *venator* R. *filius* ..... *Bagod*, Laruagyul & *A filius* ..... *& omnis curia S.* Remigii.

Carta Walteri Con. & Lich. *epiſcopi.*

UNiverſis Chriſti fidelibus ad quos preſentes litere pervenerint *Vualterus* permiſſione divina *Conuentrenſis & Lychf.* epiſcopus ſalutem in omnium ſalvatore. Noveritis quod cum duum nobis archidiaconatum *Staff.* noſtre dioceſis anno domini trecenteſimo decimo octavo autoritate ordinaria perſonaliter viſitantibus, omnes religioſos & alios eccleſias parochiales in eodem archidiaconatu in uſus proprios obtinentes, ad proponendum & oſtendendum pro jure ſuo quicquid haberent ſuper retentione eccleſiarum hujuſmodi ad certos dies & loca in ſingulis decanatibus ejuſdem archidiaconatus feciſſemus coram nobis judicialiter evocari. Ac nobis exiſtentibus in decanatu de *Lappeleya* dicti archidiaconatus, frater *Johannes* Prior domus de *Lappileya*, nomine procuratorio pro abbate & conventu monaſterii ſancti *Remigii*, *Remenſis* dioceſis, cui Prioratus ſeu domus religioſorum de *Lappeleſia* predictæ ſubjectus eſſe dinoſcitur, congruis loco & tempore coram nobis ſufficienter comparens, varia inſtrumenta & privilegia ſuper appropriatione eccleſiæ parochialis de *Lappeleſia* & capelle de *Aſton* eidem annexæ, dictis abbati & conventui ſancti *Remigii* ab antiquo ut dicebatur facta, exhibuiſſet, & etiam ad intentionem ſuam in hac parte juvandum propoſuiſſet in forma juris, quod iidem religioſi dictam eccleſiam cum capella predicta ſic appropriatam ut premittitur, tenuerunt a tempore cujus contrarii memoria non exiſtebat, pacifice & quiete. Super qua propoſitione in forma juris admiſſa pluribus teſtibus productis juratis & examinatis & eorum atteſtationibus publicatis, dieque dato parti dictorum religioſorum ad audiendum pronuntiationem in negocio memorato. Nos *Walterus* permiſſione divina epiſcopus antedictus, auditis & intellectis ac diligenter inſpectis rationibus juribus probationibus & munimentis dictorum religioſorum, totiuſque negocii meritis recenſitis, deliberatione habita ſuper eiſdem cum jureperitis, in preſentia partis eorundem religioſorum, abbatem & conventum predictos utpote canonicos poſſeſſores dictæ eccleſiæ cum capella predicta & ſuper retentione earum ſufficienter munitos fuiſſe & eſſe memoramus pronunciamus, & à noſtro examine in hac parte fore decrevimus dimittendos, ipſoſque quoad premiſſa abſolvimus & dimiſimus per decretum. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum *Lychf.* quinto idus Aprilis anno domini milleſimo trecenteſimo xix. Ibid.

Carta Regis *Henr.* primi.

H *Rex* Anglorum R. *epiſcopo &* N. *vicecomiti de* Staffort *ſalutem. Volo ut ſciatis*

atis quod ego concedo & volo ut sanctus Remigius *terras suas cum honore habeat & omnes consuetudines quas antecessores ibi habuerunt qui & terras dederunt ipsas pleniter teneat & iste monachus .... quiete & honorifice eat in mea pace custodiat. Et sciatis quod ego dedi sancto unam hidam ad* **Perstan** *pro anima mea sicut unquam melius habuit tempore regis* E. *& fratris mei* Willielmi, *in campo in silva & in aqua. Quod si negligat & clamorem inde audiam decem libras mihi persolvas. Testibus,* R. *episcopo de* **Winetune**, R. *episcopato de* **Cicestre** *&* H. *vicecomite de* Walw.

Carta ejusdem regis Henrici.

HEnricus Rex *Anglia Ricardo* de **Welune** & *Fulgacio* vicecomiti & omnibus baronibus suis *Francis* & *Anglis* de *Salopesira* salutem. Sciatis quod volo & precipio ut monachi sancti *Remigii* ita bene & quiete & cum honore teneant terram suam quam habent in *Salopesira* & omnia sua sicut melius & quietius tenuerunt tempore patris vel fratris mei regis *Willielmi*. Et si quis injustè de rebus eorum sibi usurpare voluerit, eis plenam justitiam facite, & ita ne amplius inde clamorem audiam pro penuria recti. *T. Unaltero* capellano, apud *Westmonasterium* in concilio.

Alia Carta ejusdem Regis.

HEnricus *Rex* Angliæ Roberto *episcopo* Cestrensi & Nicholao *vicecomiti de* **Stafford** & *omnibus baronibus* Francis & Anglis *de* Statfortshira *salutem. Sciatis quod* Godwinus *monachus de sancto* Remigio *de* Remis *ante me & barones meos apud* Tamewrdam *disrationavit ecclesiam de* Lappeleya, *& decimam & corpora mortuorum contra* Robertum *capellanum meum de* Rotomago, *sicut sanctus* Remigius *melius tenuit & habuit in tempore regis* Eduuardi & *patris & fratris mei* Willielmi *regis. Et volo quod ista & omnes alias suas res bene & in pace teneant ipse sanctus & monachi sui. Testibus,* Roberto *episcopo* Linc. & R. *episcopo* **Salesbirie** & Willielmo *episcopo* Exoniæ & Goisfri Ridello & *Aluredo de* Lincolia, *Apud* Tameuuordam.

Alia Carta Regis Henrici.

HEnricus Rex *Anglia Roberto* episcopo *Cestriæ* & *Nicholao* vicecomiti de **Statfort** & *Ricardo* de **Welune** vicecomiti *Salop.* salutem. Prohibeo ne submoneatis monachos de sancto *Remigio* de *Remis* ut eant ad Hundreda nec ad firras, sed incopolitos suos vel unum ex hominibus suis mittant. Testis *Henricus* comes de **Warwic**, Apud **Waltham**.

Carta Regis *Edw.* 1.

EDwardus *Dei gratia Rex* Angliæ *dominus* Hiberniæ & *dux* Aquitaniæ *archiepiscopis* (&c.) *Sciatis nos concessisse &c. abbati & conventui sancti* Remigii Remensis *quod ipsi & successores sui in perpetuum habeant unum mercatum singulis septimanis per diem martis apud manerium suum de* Alton *in com.* Staffordiæ & *unam feriam ibidem singulis annis per duos dies duraturam videlicet in vigilia & in die sancti* Petri *ad vincula nisi &c. & quod habeant liberam warennam imperpetuum in omnibus dominicis terris suis de* **Lappeleye**, **Perston** & Alton *in com. prædicto, ita quod nullus &c. Hiis testibus, &c. Datum per manum nostram Apud* **Stebenheth**, *duodecimo die Aprilis anno regni nostri vicesimo.*

Extrait dun autre Tiltre *touchant la confirmacion du bien de saint* Remy *par le Pape* Alexandre *en lan* 1154.

IN *Anglia* in episcopatu *Cestrensi Lapelleiam* cum ecclesia, *Estonam*, *Merestonam*, med etatem de *Wilnisort*, *Wilisortem*, villam *Ridunaram*. In episcopatu *Herefordensi* villam **Silvis ton**, decimam de *Roniaco*.

Toteneiense *Cœnobium in agro* Devoniensi.

Carta Juhelli *filii* Aluredi.

OMnibus sanctæ Dei ecclesiæ cultoribus notum fore volumus quod *Juhellus* filius *Aluredi* dedit Deo & sanctis martyribus *Sergio* & *Bacho* & abbati loci & domno *Tetbaldo* monacho, qui ibidem præsentialiter erat loco omnium fratrum, ecclesiam sanctæ *Mariæ* de *Toteneio* cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, & decimam omnium maneriorum suorum & census totius burgi, & omnium exiturarum de *Toteneſio* totam decimam. Et hoc etiam in dono suo misit, ut si aliquod maneriorum suorum de manu sua dando vel vendendo ejiceret, decimam indubitanter sanctis retineret. Donavit etiam duas terras quæ sunt subtus castellum, id est, *Foletonam* & *Grestonam* cum liberis & servis, & ante burgum quamdam exclusam cum piscatore, & ad Sabbatum cencedicum duarum piscaturarum suarum, id est, *Asprintone* & *Cornende* & decimam caseorum suorum, vitulorum, ovium, lanarum, porcellorum & totius substantiæ suæ. Insuper etiam donavit sanctis supradictis campum qui est subtus ecclesiam, eam videlicet partem quam in manu sua tenebat, & quod alii habebant in eodem campo promisit se eisdem sanctis donaturum, cum quo terram *Seutini* presbyteri donavit, & terram *Ansquitilli* presbyteri quam tenebat *Robertus Tornator* cum capella sancti *Petri* & quæcumque homines sui sancto *Sergio* & sanctæ *Mariæ* donarent, ita tamen ut servitium exinde non amitteret, concessit. Fecit hanc elemosynam pro *Willielmo* Rege *Anglorum* de quo illum honorem habebat, ut Deus eum salvum & incolumem conservaret & post hujus vitæ decursum ad æternam vitam perduceret. Fecit etiam

Ex ipso autogr. apud S. *Sergium & Bacchum. Andeg.*

hoc

hoc donum pro ſemitipſo & pro animabus anteceſſorum ſuorum, id eſt, patris ſui & matris ſuæ & fratris ſui *Rotberti* & omnium conſanguineorum ſuorum vivorum & mortuorum.

Notitia de Totenefio.

DEdit autem hæc omnia *Jubellus* abſque ullo retinaculo, ſicut dictum eſt, Deo & ſancto *Sergio* ſolida & quieta in manu domni *Tetbaldi.* eccleſiam ei tradidit per clavem monaſterii & cordam ſigni & cum ipſius cultello donum ſuper altare miſit. Fecit autem hoc donum coram multis bonæ memoriæ viris, quorum iſta ſunt nomina, *Martinus* de *Walis*, *Richardus* ejus homo, *Rogerius* ſeneſcallus, *Anſgotus* presbyter, *Rogerius* preſbyter, *Hubertus* presbiter, *Anſquitillus* presbiter, *Turgis* miles *de la foreſt*, *Odo* ſeneſcallus, *Warinus diſpenſator*, *Radulfus Malban*, *Rotbertus Tornator*, *Godefredus* filius *Achardi*, *Rainaldus Durandus*, *Rogerius* homo Dalini de Mer, *Warinus* & *Gaufridus* & *Rainaldus* homines ſancti *Sergii* & multi alii. Sane *Hubertus* & *Anſchitillus* presbyteri feudum quod primitus tenebant de *Jubello* petierunt humiliter a domno *Tetbaldo* qui ibidem loco abbatis & omnium fratrum erat, ut eis feudum quod primitus tenuerant, concederet, tali pacto ut ſubjecti eſſent ſancto *Sergio* & abbati & omnibus fratribus, & per omnia fideles & proprii capellani. Quod eis conceſſit per deprecationem domni *Jubelli* coram ſupradictis teſtibus & reveſtivit propria manu.

Mortuo autem *Willielmo* Rege filius ejus *Willielmus* ſucceſſit in regnum, & *Jubello* de *Totenefio* expulſo hæreditatem ejus *Rogerio* de *Novant* donavit. Qui *Rogerius* in primis monachis mala plurima intulit, ſed poſtea interventu ipſius Regis ſancto *Sergio* ſicut *Jubellus* in eiſdem verbis omnia conceſſit, & a monachis viginti libras illius monetæ accepit, & uxor ejus dimidiam marcam auri. Contigit autem ut idem Rex in *Normanniam* veniret, & cum eo iſte *Rogerius*. Domnus vero abbas *Acchardus* Regem adiens ut conceſſionem ſuam confirmaret, ipſo *Rogerio* interveniente rogavit. Rex vero prius beneficium loci ſupplici ter petiit, & illud accipiens à domno abbate, ſigillum ſuum gaudens & ampliora promittens donavit. Hujus rei teſtes ſunt Comes *Hugo*, & *Rotbertus* filius *Aimonis*.

Barnaſtapolenſis *Prioratus beatæ* Mariæ Magdalenæ, Exonienſis *dioceſis ubi debent eſſe Priore computato vj. monachi.*

Carta Willielmi *Regis* Anglorum.

Ex ipſo autogr. apud S. *Mart.* de *Campis Pariſ.*

EGo *Willielmus* Dei gratia Rex *Anglorum* concedo S. *Petro* de *Cluniaco* in obedientiam S. *Martini* de *Campis* quæ eſt *Pariſius*, ſcilicet pro ſalute animæ meæ & anteceſſorum meorum & pro anima *Jubelli*, qui hujus dator eſt eleemoſinæ & parentum ſuorum, eccleſiam de *Barnaſtapola*, cum omnibus rebus quæ eidem eccleſiæ pertinent; hoc ſolo excepto quod ejus capellano attinet, & hoc eſt tantummodo domini ſuæque propriæ familiæ oblatio. Quod autem ſupereſt plurimorum teſtimonio trium ſolidorum numerum non excedit per annum. Præterea hoc quod idem habet in *Piltona*, tam in terra, quam in hominibus. Terra quidem duabus carrucis ſufficit, quæ in dominio eſt, homines vero decem ſolidos per annum reddunt. Præter hæc etiam quicquid ipſe in *Pallanda* videlicet ſimiliter Terram in dominio quæ duabus carrucis ſufficit & homines qui per ſingulos annos quindecim ſolidos reddunt & unum molendinum quod ſingulis annis viginti ſolidos reddit; & in Tavestoc quindecim ſolidatas redditus. Præter hæc autem omnium dominicarum ſuarum duas partes tam animalium quam ſegetum, lanæ & caſeorum ſeu cæterorum. Et nominatim decimam molendini de Bont, & decimam piſcinæ *Framintlarina* & illius piſcinæ quæ eſt apud Tavestoc. Et decimam viginti ſolidorum quos ipſe habet in *Barnaſtapola*, videlicet duos ſolidos & unum *Burgenſem* apud *Eſſeceſtram* qui per annum reddit duos ſolidos. De hac itaque elemoſina predicta ego *Willielmus* rex *Anglorum* concedo ut eccleſia præfata S. *Martini* de *Campis* quadraginta ſolidos ſingulis annis propriis uſibus habeat. Quod autem ſuperfuerit fratres qui loco prædicto, id eſt eccleſiæ de *Barnaſtapala*, deſervient in ſuis neceſſariis habeant. Et ut hæc largitio firma inconcuſſaque omni tempore permaneat, ſigillo ſanctæ *Crucis* manu propria ego ipſe confirmo. ✠ Huicque confirmationi fideles meos ſubſcriptos teſtes adhibeo. *Jobelem*, *Robertum Baldnini* filium, *Reg.* de *Novant. Ra.* epiſcopum de *Frem.*, *H.* regis, *Henricum* comitem de *War. Ro. Ricardi* filium, *Ra. Bigot.*

Carta Willielmi Exonienſis *epiſcopi qua Priori S.* M. Magdalenæ *concedit eccleſiam S.* Petri *de* Barneſtapoli.

UNiverſis fidelibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit *Willielmus* miſeratione divina *Exonienſis* eccleſiæ miniſter humilis æternam in domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra nos divinæ charitatis intuitu, inſpectis cartis *Jobelis* de Toton & *Henrici* de Traſci dediſſe & hac preſenti carta noſtra confirmaſſe de voluntate & conſenſu dilectorum filiorum noſtrorum decani & capituli *Exonien.* eccleſiam matricem beati *Petri* de *Barnaſtapolia* cum capellis decimis & obventionibus ad eam pertinentibus Priori S. *Mariæ Magdalenæ* de *Barnaſtapl.* quem pro tempore perpetuum eſſe decrevimus, & monachis ibidem Deo ſervientibus habendam & tenendam in perpetuum ad uſus proprios integre & plenarie, ſalva honeſta ſuſtentatione capellani ad preſentationem dictorum Prioris & monachorum a nobis & ſucceſſoribus noſtris inſtituendi. Qui quamdiu fideliter & honeſte ſe habuerit amoveri non poterit ab eiſdem. Hanc autem donationem & conceſſionem feci- *Ibid.*

mus

mus ſalva juriſdictione noſtra & ſucceſſorum noſtrorum, & archidiaconorum loci in eadem eccleſia, ſalvo etiam jure & poſſeſſione omnium qui vel in eadem eccleſia, vel ad eandem aliquid juris obtinere noſcuntur. Habebit autem capellanus qui pro tempore fuerit honeſtam domum juxta portam Prioratus & victualia; panis & calciamentis exceptis, ſicut unus de fratribus, & una cum illis. Duas etiam marchas ad quatuor anni terminos pro æquis portionibus percipiet, per manum Prioris de oblationibus ejuſdem eccleſiæ, & equum & ſervientem habebit de ipſo Prioratu ad omnes neceſſarias eccleſiæ profectiones. Et his tantum contentus, nihil extra vel intra percipiet, ſed de omnibus integre dicto Priori reſpondebit. Et ſuſtinebit idem Prior omnia onera eccleſiæ epiſcopalia & archidiaconalia debita & conſueta. Ut autem hæc conceſſio & donatio noſtra futuris temporibus ſtabilis perſeveret, eam ſcripti præſentis munimine & ſigilli noſtri fecimus impreſſione roborari. Actum anno domini MCCxxxiij. in die inventionis S. *Stephani* prothomartyris, conſecrationis noſtræ anno x. His teſtibus, magiſtris *Philippo* præcentore & *Ricardo* cancellario, magiſtro *Will.* de **Arundell** canonicis *Exonien.* *Martino Prudue* rectore eccleſiæ de **Peinton**, magiſtro *W.* de **Polend**, *Rogero. Everardo*, & multis aliis.

Confirmatio conceſſionum eidem loco factarum, per eundem *Willielmum Exonienſem* epiſcopum.

*Omnibus ad quos preſens ſcriptum perveneri*t Willielmus *Dei gratia* Exonienſis *epiſcopus ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra quod nobilis vir* Joel *filius* Aluredi *pro ſalute animæ ſuæ, & patris ſui & matris ſuæ, & omnium parentum & amicorum ſuorum conſtituit quandam obedientiam monachorum* Cluniacenſium *apud* **Barnaſtaple** *ad honorem Dei & domini noſtri Jeſu Chriſti ſanctæque* Mariæ *& ſanctorum Apoſtolorum* Petri & Pauli & *ſanctæ* Mariæ **Magdalenæ**, *& ipſam obedientiam eccleſiæ ſancti* Petri *de* Cluniaco *& eccleſiæ ſancti* Martini *de* Campis *ſubdidit ad quam divina providente clementia devotus confugere & in ea habitum monaſticæ religionis ſuſcipere diſpoſuit. Et quia ex voto tenetur eccleſiæ ſanctæ* Mariæ Magdalenæ *extra caſtellum ſuum de* Barnaſtapla *fundatæ tantum beneficii conferre, ut ſacer monachorum conventus conſtitui & ſuſtentari poſſit, ad ſuſtentationem ipſorum quaſdam particulas terræ ſuæ donavit eis, ſcilicet* Piltonam *cum boſco & mariſco &* Pillandam, *utraſque liberas & quietas cum omnibus appenditiis ſuis, ſicut ipſe unquam eas liberius & quietius habuit & tenuit. Donavit etiam eis molendinum de* Barnaſtapla *liberum & quietum cum multura totius villæ & caſtelli; ita quod burgenſes ad aliud molendinum (molendino monachorum integro exiſtente) molere non poterunt. Et totam terram extra muros, quæ eſt juxta portam de* **Nozth** *& portam de* **Peſt** *ſimul cum foſſo uſque ad contiguam viam, & totam aquam prout terra eorum extenditur. Et totum tractum piſcium ipſius aquæ, tam in terra monachorum, quam in terra ſua proxima. Ipſis quoque monachis conceſſit excluſam piſcariæ in terra ſua firmare in quantum terra eorum extenditur ex altera parte aquæ. Inſuper autem conceſſit ipſis monachis ut omnes terras ſuas & homines & poſſeſſiones & eleemoſinas quas habent vel in poſterum jure ac legaliter acquirere poterunt, infra fines totius terræ ipſius & feudi ſui habeant & teneant ſolutas liberas, & quietas ab omnibus exactionibus . . . . . placitis querelis & omni ſervitio & opere ſervili & omnibus conſuetudinibus quæ exigitari poterunt. Si quid vero forefacti vel querela inter homines præfati* Joelis *& homines monachorum inciderit, monachi plenarie de qualibet cauſa curiam ſuam & juſtitiam habeant propriam & emendationem. Et quia memoratus* Joel *hæc prædicta præfatorum monachorum ſuſtentationi minime ſufficere æſtimavit, divini amoris inſtinctu totam eccleſiam ſancti* Petri Barnaſtapla *cum omnibus pertinentiis ſuis capellis decimis, obventionibus & omnimodis fructibus & cum capella S.* Salvii *& oblationibus ſuis per manum noſtram & per aſſenſum noſtrum in proprios uſus monachorum habendam & in perpetuam eleemoſinam poſſidendam donavit & jure proprietatis tranſfudit, & duas partes decimæ ſuæ de* **Freminton**, *& totam decimam piſcium. Quæ omnia ſupradictis monachis donavit & ſigillo ſuo confirmavit; ita quod in eos nec ſibi nec alicui ex hæredibus ſuis aliquid violenta proteſtatis exercere licebit, niſi tantummodo contra adverſantium moleſtias defenſionis auxilium. Quod ne tractu temporis vel malignantium verſutiis in dubium revocetur, ego ſicut diœceſanus epiſcopus ad petitionem jam dicti* Joelis *preſenti ſcripto & ſigilli mei appoſitione ipſis monachis conceſſi & confirmavi. His teſtibus,* Aſcelino *archidiacono,* Osberto *capellano epiſcopi & aliis.*

Ex veteri Martyrologio MS.

VI. Idus Feb. dominus Philippus *de* Coulomiers *miles patronus domus Prioratus B.* Mariæ Magdalene *de* Barnaſtapoli Exonienſis *diœceſis, ac* Helenora *ejus uxor, officium fiat pro eis.*

Prioratus S. Jacobi *extra muros* Exonienſis *civitatis* Exonienſis *diœceſis in quo debent eſſe Priore computato iv. monachi.*

Carta Baldewini *de* Reveriis *comitis* Exonienſis, *conceſſionis ejuſdem.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, incipit carta comitis *Baldewini* de *Riveriis.* Quilibet Chriſtiani a Chriſti eccleſiæ rectoribus ammonentur religioſorum deſideriis conſentire, juſtiſque ipſorum poſtulationibus clementer annuere. Quapropter ego *Baldewinus Exonien.* comes univerſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit, notum fieri volo quod venerabilis monachi *Ricardi* de *Torronia* cognati mei ammonitionis frequentiâ divinitus inſpiratus, filio meo *Ricardo* concedente & plenarium aſſenſum præbente pro remedio animæ meæ & præcipue pro anima uxoris meæ *Adelizæ* & patris mei *Ricardi* & matris meæ *Adelizæ*, necnon & nobiliſſimi *Henrici* regis qui terram patri meo dedit, & filiorum filiarumque mearum & pro omnium parentum meorum animabus totam

terram cum capella S. *Jacobi* & decima & omnibus pertinentiis suis quas *Walterus* filius *Wiwardi* de me libere tenuit, ipso *Waltero* rogante & concedente quicquid juris & dominii in eis habebat, & herede sua *Edit* assentiente, Deo & monasterio S. *Petri Cluniaco* & S. *Martini* de *Campis*, ad sustentationem monachorum *Cluniacensium*, ibidem Deo & S. *Jacobo* servientium, per manum domini *Roberti Exoniensis* episcopi donavi & irrevocabiliter confirmavi cum eadem libertate & liberis consuetudinibus quibus terram de **Topesham** tenui & habui. Insuper etiam concessi eis ut omnes terras suas & homines, possessiones, & eleemosinas quas habent vel in posterum jure ac legaliter adquirere poterunt infra fines totius terræ meæ & feudi mei habeant & teneant solutas liberas & quietas ab omnibus exactionibus, hundredis placitis querelis & omni servitio & opere servili, & teloneo & omnibus consuetudinibus quæ excogitari poterunt. Præterea piâ devotione concessi ut monachi præfati & homines eorum habeant in terra sua quamlibet mensuram & libertatem vendendi & emendi & res suas omnibus modis juste multiplicandi. In terra etiam mea concessi ut habeant absque omni impeditione, liberum itum & reditum, cum rebus suis, & communes pascuas animalibus suis, & juncos in mariseo absque emptione & omnem communitatem refugium & profectum in omni loco qui ad me spectare dignoscitur. Si quid vero forefacti vel querelæ inter homines meos, & homines eorum quacunque occasione inciderit monachi plenarie de qualibet causa curiam suam & justitiam habeant propriam & emendationem. Hæc omnia supradictis monachis donavi & jure proprietatis transfactavi, ita quod in eos nec mihi nec alicui ex hæredibus meis aliquid potestatis violenter exercere licebit, nisi tantummodo contra adversantium molestias defensionis auxilium. Et quia hæc predicta predictorum fratrum sustentationi minime sufficere æstimavi, divini amoris instinctu totam ecclesiam de *Twivertona*, cum omnibus pertinentiis suis, per manum predicti domini *Roberti Exon.* episcopi donavi & presenti scripto confirmavi. Volens ut ipsi ab omni vexatione liberi & immunes orationi vacent, & Deum pro nobis indesinenter exorent. Præterea ex voto teneor prædictæ ecclesiæ S. *Jacobi* extra muros civitatis *Exon.* fundatæ tantum beneficii conferre, unde sacer monachorum conventus constitui & sustentati poterit. Et ne aliquis indevotus contra hanc meæ donationis paginam diabolica inspiratione ire presumat, vel aliquam inferat molestiam, ipsam sigilli mei impressione corroboravi, coram his testibus, *Stephano* de **Pandevill**, *Huberto* de *Vaus*, *Radulpho Patrich*, *Roberto* de *Scocis*, *Rogero* abbate, *Willelmo* filio *Radulphi* & fratre suo *Roberto*, *Hugone* clerico de **Colesoy**, *Roberto* de *Guierin*, *Guidone* de **Bztevile**, *Willelmo* de **Pusters**, domino *Roberto* abbate de **Tavistoch**, *Ri.* filio *Radulf.* *Willelmo* de **Pozevill**, & filiis *Willelmo* & *Henrico*, *Johelle* filio *Nigelli*, *Galfrido* de *Lega*, militibus.

Prioratus S. Clari *in* Angliæ *ea regione quæ* Wallia *dicitur, ubi debent esse Priore computato, tres monachi.*

De novem mansionibus terræ apud Lundoniam *in* Anglia Willielmi Wintonicensis *episcopi concessionis earundem carta.*

Ibid.

NOtum sit cunctis ecclesiæ fidelibus tam futuris quam præsentibus, quod Ego *Willielmus Giffard Guintonien sis* episcopus, pro salute animæ meæ & animæ *Radulfi* de *Tunio*, do terram meam quæ est in foro *Lundoniæ*, quam habui de *Odone Bajocensi* episcopo, ecclesiæ sancti *Martini* de *Campis* ita ut ejusdem ecclesiæ Prior eam cum suis redditibus sic libere possideat in perpetuum, ad opus fratrum in predicta ecclesia Deo famulantium, sicut Ego unquam liberiùs illam possedi: Hujus rei Testes sunt *Henricus* archidiaconus. *Grimaldus* medicus. *Gualterus* presbyter. *Ricardus* presbyter. *Godefridus* de *Audeleio*. *Jordanus* de *Salchavilla* cum fratribus suis *Willielmo* & *Roberto*. *Ricardus* de *Ricardivilla*. *Rogerus* de sancto *Laurentio*. *Ricardus* de *Herbertivilla*.

Henrici *Regis Angliæ pro eadem Concessione Carta.*

HENRICUS Rex *Anglorum*, *A.* Archiepiscopo *Cantuariæ*, & *Mauritio* episcopo *Lundoniæ*, & *Hugoni* de *Bochelanda*, & omnibus Baronibus *Francis* & *Anglis Lund.* salutem. Sciatis me concessisse sancto *Petro* de *Cluniaco*, & sancto *Martino* de *Campis*, novem Mansiones terræ in *Lundonia*, quas *Odo* episcopus *Bajocensis* dedit *Willielmo Giffardo*, quæ sunt in magno vico *Lundoniæ*, in perpetuum possidendas: Et volo & firmiter præcipio, ut ita bene & honorificè & quietè teneant, sicut *Willielmus Giffardus* episcopus *Wintoniæ* eas meliùs & honorabiliùs & quietiùs tenuit, & ita habeant *saccam* & *soccam*, & **toll & team**, & **infangenteof**, & omnes alias consuetudines suas sicut prædictus *Willielmus* meliùs & honorabiliùs habuit. ✠ Signum Regis *Henrici*. ✠ Signum Reginæ *Mathildis* I. I. ✠ signum *Willielmi Gifardi* episcopi *Wintonien sis*. ✠ signum *Eudonis* dapiferi. ✠ Signum *Roberti Bloet* episc. *Lincoln* ✠ signum *Rogeri Biged*. ✠ signum *Rogeri* episcopi *Sarisberia*. ✠ signum *Willielmi* de *Werelwast*.

Suinensis *Abbatia in agro* Eboracensi.

[Respice pag 855. col. 2.

Conventiones inter moniales de Swina, *& dominum* Alexandrum *de* **Pilton**.

Ex autogr. penes ... *Miklethwait* medicinæ Doctorem an. 1653.

OMnibus hanc Cartam visuris vel audituris, *Matilda* Prioriſſa de *Swina* & ejusdem loci conventus salutem. Noverit universitas vestra

stra nos convencionasse domino *Alexandro* de **Wilton** militi, qui novem bovatas terræ cum pertinentiis nobis dedit in *Swina*, si fortè contigerit (quod absit) quod anno ab incarnatione Domini milesimo ducentesimo quadragesimo primo obierit, quod si fortè contigerit (quod absit) quod in secundo anno proximo sequenti obierit tunc tres bovatæ terræ de prædictis bovatis terræ hæredibus prædicti *Alexandri* redibunt. Quod si in tertio anno obierit tunc sex bovatæ terræ prænominatæ hæredibus dicti *Alexandri* redibunt post terminum completum in cyrographo inter nos confecto, solutæ & quietæ sine ullo impedimento. Et si prædictus *Alexander* nos indemnes custodierit per prædictos tres annos, secundùm quod continetur in prædicto cyrographo, Nos reddere tenemur hæredibus ipsius *Alexandri* Cartam de feoffamento quam inde nobis fecit, & terram prædictam, una cum aliis terris, post terminum completum sex annorum. Et si fortè contigerit (quod absit) quod predictus *Alexander* infra tres extremos annos obierit, & ejus hæredes non warantizaverint nobis manerium de *Swina*, cum terris & tenementis in **Stringham** quæ omnia nobis dimisit usq; ad terminum sex annorum sicut continetur in cyrographo inter nos inde confecto, executores dicti *Alexandri* nobis omnia damna pro defectu warantizationis illorum nobis illata, infra illos tres annos plenariè & sine dilatione restaurabunt. Et in hujus rei testimonium huic scripto Cyrographato dictus *Alexander* & nos sigilla nostra, vicissim apposuimus. His testibus *Willielmo* Constabulario. *Willielmo* de sancto [illegible]. *Ricardo* de **Mullingham**. *Ada* de **Cothun**. *Petro* de **Beningholm**. *Simone* de **Preston**. *Henrico Coleman*. *Johanne* de **Kilthan**. *Roberto Cõco* & aliis

---

Respice fol. 775. a.

Bellalandensis *Abbatia in agro* Eboracensi.

Incipit fundatio domus Bellelandæ *edita à* Philippo *abbate tertio domus prædictæ sicut ipse audierat à prædecessore suo abbate* Rogero *& aliis senioribus hujus domus.*

Ex regist. de *Bellalanda* penes *Tob Rushworth* ar. f. 10 b.

HUmana memoria per primi parentis inobedientiam in tantum obfuscatur & obnubilatur, quod quicquid in hac vita temporali agitur vel contingit, nisi literis expresse commendetur, brevi processu temporis acsi nunquam fuisset vicio oblivionis dominante totaliter elabitur & evanescit: Ideo oportunum fore duximus successoribus nostris brevi scriptura innotescere causam formam & modum sive processum fundationis domus nostræ de *Bellalanda*, prout ab antiquioribus frequenter audivimus qui à piæ recordationis viro domino *Rogero* predecessore nostro & pluribus aliis qui de *Caldra* venerunt, sufficienter fuerunt instructi.

Primordium quidem hujus Monasterii, ut asseritur, tale fuit. Quod tempore & anno Regis *Henrici* tricesimo quinto, scilicet, millesimo centesimo tricesimo quarto, qui *Henricus* Rex fuit filius *Willielmi Bastardi*, ducis *Normanniæ*, qui lege belli & sensus industria *Angliam* conquisivit, cum Abbatia de *Furnesio* fundata fuisset de ordine *Savigneii* & antequam ordini *Cistercii* esset incorporata, contigit quod conventus quidam de *Furnesio* exiens fortuitus est quendam locum qui vocatur *Caldra* in **Coupland**, ex pia collatione cujusdam magnatis illius patriæ ad Abbaciam construendam, ordinato eidem conventui Abbate nomine *Geroldo*. Nomina verò monachorum qui exierant de *Furnesio* usque *Caldram*, cum prædicto abbate sunt illa *Reginus* de *Insula*, *Tecka* de *Lancastro*, *Johannes* de **Burtan**, *Theodoricus* de **Dulton**, *Hormi* de eadem, *Rogerus* subcellerarius, *Alanus de* **Wircewyk**, *Wydo* de **Wolton**, *Willielmus* de eadem, *Petrus* de *Pictavis*, *Ulfus* de *Riconionte*, *Bertrannus* de **London**. Qui cum per quadriennium ibi mansissent & secundum ordinis *Savigneiensis* institutta in magno labore & defectu vixissent, hostili invasione *Davidis* Regis *Scotiæ*, & populi terræ suæ ad *Gulewecie* facta, qui versus terram *Angliæ* properabant more solito debacchantes & sanguinem *Anglorum* sitientes, tempore & anno tertio Regis *Stephani*, anno Domini millesimo centesimo tricesimo septimo impingebant tandem latenter & inopinatè in Abbaciam illam de *Caldra* nuper inceptam, & tam de pecudibus suis quam aliis rebus quas apprehendere valebant, eandem domum penitus denudarunt. Quo facto, iniit consilium prædictus abbas *Geroldus* cum conventu suo, ut ad maternam domum remearent, quod & fecerunt, quia aliud refugium in illis partibus non habuerunt: Set cum ad portam Abbaciæ cito post fugiendo pervenissent, ab Abbate & conventu *Furnesii* qui de eorum reditu erant præmuniti, ingressus ipsis totaliter fuit interdictus. Et hoc pro tali causa ut à quibusdam dicebatur, quia abbas *G.* ad rogatum & denunciationem abbatis *Furnesii* noluit ibidem cedere officio suo, nec monachos qui secum venerant absolvere à professione sibi facta, & inconveniens esset ut videbatur *Furnesiensibus* quod duo abbates cum conventibus suis in una morarentur abbatia. Ceterum secundum aliorum estimationem denegatus fuit eis ingressus, quia *Furnesienses* noluerunt relevare ipsos aliquantulum suoveniendo pro bonis amissis, ut per eorum auxilium tale ad aliquem vivendi statum attingere post hujusmodi subitam dejectionem. Sed nec aliquamdiu ipsos secum ob reverentiam caritatis vel ordinis retinere voluerunt, aut exterius alibi saltem donec insolentia furoris nephandæ gentis prædictæ per virtutem Dei & exercitum *Anglorum* esset repressa, ne forte eorum status sive substantia per hujusmodi moram supra modum minueretur, immo miserime & spiritu vehementi acerrime eos increpabant & viliter improperabant quasi desides & effeminatos qui locum suæ habitationis pro modico deseruerunt ut apud *Furnesium* in majori copia & quiete vivere possent. Quam quidem increpationem simul & repulsam abbas *G.* & ejus conventus ægre ferentes, statim sine mora inde recesserunt,

ipsos *Furnesienses* pariter & locum de *Caldra* omninos relinquentes, nichil secum præter vestes & paucos libros in quodam plaustro cum octo bobus prout melius poterant detulerunt. Cum itaque anno predicto regis *Stephani* abbas *G.* cum conventu suo de porta abbatiæ *Furnesii* miserime angustiatus recessisset & quasi desperatus, non longè ab abbatia illo die una cum suis prout melius potuit hospitio se suscepit. Et in crastinum surgens, per commune consilium properavit versus *Eboracum* ad dominum *Thurstanum* tunc temporis archiepiscopum, ut ejus consilium & auxilium de perquirendo sibi loco habitationis caritative flagitaret, spem bonam concipiens ex eo quod idem archiepiscopus nuper ante, sex annis elapsis contulerat locum opportunum cuidam conventui de *Fontanis* de terra & patrimonio ecclesiæ sancti *Wilfridi* de Ripon, qui puro fervore religionis & ordinis observandi secundum regulam sancti *Benedicti*, exierat de abbatia sanctæ *Mariæ Eboraci*. Et cum abbas *G.* cum monachis suis ad archiepiscopum pervenit, idem archiepiscopus audita causa adventus eorum, satis liberaliter suscepit eos, & per aliquot dies secum honorifice retinuit, eorum destitutioni & laboribus piè compatiendo. Tandem per consilium quorundam clericorum suorum misit eos cum literis suis ad nobilem virũ tunc temporis dominum *Rogerum* de Molbray filium *Nigelli* de *Albineio* qui de novo cingulum susceperat militare, ut inter inicia bonorum operum suorum talibus viris de patrimonio suo quod erat amplissimum, locum habitandi & sustentationem misericorditer provideret. Ad quem cum pervenissent, de eorum adventu & exhortatione domini archiepiscopi valde gavisus est, & eo amplius quod occasionem haberet aliquid præstandi. Erat enim valde frugalis animi, & quasi signifer liberalitatis inter omnes proceres terræ. Sed infra paucos dies post eorum adventum idem *Rogerus* dedit eis decimam omnium victualium quæ expendi debuerant in hospicio suo. Et misit eos ad dompnum *Robertum* de *Alneto* quondam monachum de Whiteby qui tunc temporis vitam ducebat heremiticam apud Hode, ut cum eo ibi moram traherent, quousque locum ipsis competentiorem alibi assignaret. Dompnus vero *Robertus* de *Alneto* cum ipsos intuitus fuisset, & causam adventus eorum cognovisset, cum magna reverentia in suis domunculis suscepit eos. Et non diu post in tantum eorum conversatione sancta delectatus est, quod eorum habitum devotissimè recepit, & abbati *G.* professionem fecit, & ipsum locum de Hode illorum contulit dispositioni. Quem quidem locum prænominatus *Rogerus* dedit abbati *G.* & suo conventui cum consensu & voluntate dicti domini *Roberti* de *Alneto* & monachorum de Whiteby anno gratiæ MCxxxviij.

1138.

Cæterum ut quorundam relationi autem accomodemus ascultando & scribendo, ita nobis dicebatur, quod quadam die cum prædictus abbas *G.* cum suis monachis, de *Furnesio* versus archiepiscopum *Eboracensem* ut prædictum est per viam incederet, & tantum haberet unum plaustrum cum suis libris & indumentis, quod octo boves cotidie secum trahebant, & appropinquaret ville de Thresk, casualiter obvium habuit Senescallum dominæ *Gundreæ* relictæ quondam *Nigelli* de Albeney, & matris *Rogeri* de Molbray adolescentis qui tunc in custodia extitit Regis *Stephani* ad terras suas cito venturi. Hic autem Senescallus valde admirans incessum talium virorum, diligentissimè inquisivit ab Abbate *G.* causam tam gravis laboris tam sui quam suorum. Qua sibi exposita, idem senescallus Abbati supplicavit devotissimè, ut ipse cum monachis suis eodem die ad mensam comederet dominæ suæ tunc perhendinantis in castro de Thresk, à qua villa non tunc multùm fuerunt. Et Abbas hujusmodi supplicationi consensit, necessitatem suam & suorum voluntati Dei fiducialiter committens. Dictus verò senescallus præcessit ad castrum, & dominam suam præmunivit de adventu talium virorum quos ad prandium pietatis obtentu invitaverat nomine ejusdem dominæ suæ. Ubi cum Abbas *G.* & monachi sui pervenissent cum suo plaustro subsequente, & dicta domina in quadam camera excelsa per quandam fenestram secretiùs respexisset paupertatem eorum, piæ compassionis affectu in lacrimis soluta est. Quæ tamen de eorum adventu jocunda, ac de eorum gestu & simplicitate ædificata, apud se omnes retinuit, & rebus necessariis eisdem liberaliter ministrari fecit, & ne ab illa recederent omnino interdixit, ac fideliter promisit bonum auxilium infra breve tempus tam habitationis quam sustentationis. Et quia Abbas cum suo Conventu de manerio in manerium per varias provincias cum dicta domina incedere non potuit nec decuit, ipsa transmisit eos ad avunculum suum sive nepotem dominum *Robertum* de *Alneto*, de *Normannia* natum, quondam monachum de Whiteby qui tunc morabatur heremeticè apud Hode ut præmissum est, & ibi sufficienter ac honorificè eos sustentari fecit, quousque filius ejus *Rogerus* de Molbray venit ad terras suas de custodia Regis *Stephani*.

Interim autem dum Abbas *G.* cum suis monachis ibidem moraretur, secundùm temporis oportunitatem adiit archiepiscopum *Thurstanum* auxilium quæsiturus. Et idem archiepiscopus scripsit *Rogero* de Molbray pro abbate *G.* & monachis suis sicut prænotatum est. *Rogerus* verò congaudens de exhortatione archiepiscopi & supplicatione assidua matris suæ, primò dedit eis totam decimam victualium hospicii sui. Et erat quidam conversus ad hoc deputatus *Lyngulfus* nomine ut curiam domini *Rogeri* sequeretur & annonam ipsis concessam cotidie recolligeret, ac per nuncium fidum abbati suo & monachis ejus transmisit usque Hode. Et quando dominus *Rogerus* in locis morabatur remotioribus, tunc conversus ille vendidit omnia quæ sibi competebant & pecuniam abbati suo destinavit. Contigit autem multotiens quod propter hospites advenientes, qui nunquam defuerant tanto viro in magna multitudine, oportebat necessario dapiferum & provisorem hospicii sui mutuari sepissimè à dicto converso annonam illam, ne in hujusmodi casu contingente defectus eveniret in hospitio domini sui. Et cum perventum fuisset ad solutionem faciendam annonæ mutuatæ, ultra modum provisor tedio afficiebatur. Nam utrobique molestum sibi fuit si vel defectus victualium inveniretur in hospicio

domini

domini, vel si tales viri tam sanctæ conversationis beneficio fraudarentur quod dominus suus illis contulerat, maximè cum adhuc sustentationem aliunde non haberent. Cogitavit igitur dapifer ejus, *Georgius* nomine, vir sapiens & prudens quali remedio huic incomodo posset comodè obviare. Et debito modo invento, cum dominus suus secretè tractavit de negotiis cum consilio suo, inter cætera demonstravit domino, qualiter decimam victualium de converso sepius mutuavit, aliquando plus & aliquando minus, sanè consulendo ut aliquam terram daret ad valenciam decimæ victualium hospicii sui, unde abbas *G.* & monachi ejus sibi possent provid re in necessariis. Cui suggestioni & consilio dominus *Rogerus* assensum prebuit, & non diu post dedit abbati *G.* & successoribus suis vaccariam suam de Cambe & totam terram de Wilton & Shaltiden & Erghum ad petitionem domini *Thurstani* prædicti & *Gun-*
1140. *drea* matris suæ anno Domini MCxl. per quæ possent ad tempus sustentari sicut patet per cartas.

Cum itaque abbas *G.* & monachi ejus morarentur apud Hode & aliquantulum in temporalibus bonis accrescere cœpissent, timentes & præcaventes sibi ne abbas de *Furnesio* per potentiam & auctoritatem ordinis in ipsos vendicaret jurisdictionem paternitatis, ac sicut vulgariter dicitur injustè ab eis petitur jurisdictio vel dominium quibus in necessitate positis denegatur subsidium, consilium inierunt unanimi voluntate ut idem abbas personaliter adiret dominum *Serlonem* abbatem *Savygneii* in *Normannia*, & totam veritatem recessus sui de *Caldra* plenè exponeret, ac qualiter *Furnesienses* noluerunt eos recipere vel adjuvare in sua persecutione, & quod instanter peteret ex parte conventus sui tanquam liberi sui & juris proprii à *Furnesiensibus* refutatus & abjectus & nulli adhuc subjectus, ut subiceretur immediatè ecclesiæ & abbati *Savygneii* imperpetuum. Abbas autem *G.* consilio adquievit & profectus est ad capitulum generale *Savygneiense* an-
1142. no Domini MCxlij. circa festum sancti *Johannis* Baptistæ. Ubi cum seipsum presentasset & causa sui adventus cum maturitate expolita, ejus petitio audita fuit & grataner admissa auctoritate generalis capituli *Savygneii* quod tunc ibidem more solito per abbates ejusdem ordinis annuatim celebratur. Et sic licenciatus *Angliam* repetiit cum festinatione qua potuit. Et veniens apud *Eboracum* ibidem obiit in reditu de capitulo *Savygneii* vj. kal. Martii. Cujus corpus delatum fuit per monachos suos usque Hode & ibidem traditum sepulturæ. Ipsoque honorificè sepulto, eo anno successit ei dompnus *Rogerus* qui secum venerat de *Furnesio* qui postea fuit subcellerarius apud *Caldram*. Qui cum esset magister novitiorũ nec haberet nisi unum novicium & cum eo de observationibus ordinis loqueretur, omnes monachi subitò & inopinatè accesserunt & irruerunt in eum & manibus appositis traxerunt, & elevantes eum à terra processerunt solempniter ad altare in oratorium, voce excelsa clamantes ipsum esse abbatem in nomine sanctæ Trinitatis, & sic ipsum ordinaverunt in abbatem & sibi professi sunt secundum ritum ordinis sui qui adhuc fuit de *Savygneio* sicut prædictum est. Postea verò idem abbas *Rogerus* in octavis Paschæ suscepit benedictionem apud Schyzburne de domino *Eboracensi* archiepiscopo ad præsentationem domini *Rogeri* de Mowbray tunc ibidem præsentis & negotium procurantis.

Post hæc siquidem gesta secundùm Dei ordinationem *Furnesiensibus* & alibi vulgariter relata, abbas & monachi de *Furnesio* manifestè percipientes se esse frustratos abbate *G.* nuper defuncto, & monachi qui de *Caldra* & porta *Furnesii* recesserant & se & successores suos submiserant immediatè ecclesiæ & abbati *Savygneii* & quod certum locum habuerunt ac terram viriliter coluerunt, sine spe & proposito revertendi ad *Caldram*, ordinaverunt in abbatem *Hardredum* monachum *Furnesii* & ipsum cum quodam alio conventu iterum usque ad *Caldram* transmiserunt, qui ab illo tempore usque in presenti successione debita prout possunt regulariter ibidem conversantur, quasi in eodem statu temporalium, semper tabescentes.

Peractis itaque quatuor annis apud Hode, ubi plures personæ receptæ fuerunt ad conversionem, abbas *Rogerus* supplicavit dominæ *Gundreæ* ut ipsa suggereret domino *Rogero* de Mowbray filio suo, quod locus de Hode nimis arctus fuit ad abbaciam construendam & quod alium provideret in situm aptiorem ad monachos suos qui in possessionibus & personis cotidie multiplicabantur. Siquidem veterani & emeriti milites de curia & familia dicti domini *Rogeri* conversi fuerunt ad eos & de bonis temporalibus secum attulerunt non modica, quibus suffragantibus constructa fuit una grangia apud Wilton. Inter quos milites duo fuerunt magni nominis & prudentiæ, scilicet *Landricus* de Ayre & *Henricus* de Walpey, & tercius prudentia non inferior *Henricus Bugge* custos operis abbaciæ, qui processu temporis multa bona domui suæ perquisierunt. Nam statim post eorum ingressum divulgabatur ubique per provinciam, quod illa nova habitatio de nobilibus viris & p rsonis generosis erat mirabiliter infra breve suffulta, unde devotio omnium audientium inclinavit ad dictum locum.

Domina vero *Gundrea* audiens & concipiens supplicationem abbatis *Rogeri* & diligenter advertens militum subitam & inopinatam conversionem, amplius convertit ad eos gratiam suam & favorem. Et sic supplicavit domino *Rogero* filio suo ut ipsa posset conf rre monachis de dote sua villam de *Bellalanda* super moram. Quam supplicationem maternam idem *Rogerus* anno Domini M. xliij. circa nativitatem beatæ *Mariæ* vir- 1143.
ginis devote & benignè concessit, & ipsemet dedit prædictis monachis prædictam villam de *Bellalanda* cum ecclesia ejusdem villæ & omnibus pertinentiis.

Ista donatione sic peracta, abbas *Rogerus* & monachi sui ad commonitionem & preceptum *Rogeri* de Mowbray se transtulerunt de Hode usque ad quendam locum in territorio *Bellalandæ* super aquam quæ vocatur Rye, & ibi construxerunt sibi parvam cellulam ubi eorum regularia nunc est constructa, non multùm ab abbacia quam nobilis vir dominus *Walterus le* Spek dominus de Helmesleye paulo ante xiij. annis elapsis devotissimè construxerat, quæ nunc denomi-

natur **Ryevall.** Et ſic abbas *Rogerus* & monachi ejus manſerunt ſuper *Ryam* quinque annis.

Intentio quidem & voluntas *Rogeri* de **Molbzay** fuit ſi fieri poſſet competenter, ut abbacia ex parte meridionali aquæ de **Rye** conſtrueretur, ad illud commodum & aiſiamenta aquæ per omnia habenda quæ *Ryevallenſes* percipiunt ex parte boriali. Sed ſitus loci ad hoc competere non potuit quoquam modo, ſimiliter & domorum nimia propinquitas non ſinebat, nam uterque conventus ſingulis horis dici & noctis campanas ſuas mutuo audire potuerunt, quod non decebat nec diu potuit aliqualiter ſuſtineri.

Cum verò dictus abbas *R.* & monachi ejus dictam villam *Bellelande* habuiſſent, decreverunt illam in grangiam unam redigere. Hæc illis cogitantibus acciderunt quandam partem terræ ejuſdem villæ hominibus ibi manentibus ſcilicet apud **Stutekeloe**, uoi dicti homines de novo inceperunt unam villulam & ibi manſerunt per plures annos, eidem nomen primum imponentes, & ſic eadem villa redacta eſt in grangiam.

Poſtea verò abbas *R.* perpendens diverſa pericula & fatigationes parochianorum ſuorum de **Scalton** advenientium ad maternam eccleſiam ſuam de *Bellalanda*, tum propter divina ſervicia audienda, tum propter divina ſacramenta eccleſiaſtica percipienda, adivit ad dominum *Henricum Murdac* archiepiſcopum *Eboracenſem* qui quondam fuerat abbas de *Fontibus*, anno pontificatus
1146. ſui primo ſcilicet MCxlvj. humiliter ſibi ſupplicans & requirens, ut ſibi & ſuo conventui licentiam donaret ad unam capellam conſtruendam in villa de **Scalton** quæ eſt infra limites parochialis eccleſiæ ſuæ de *Bellalanda*, precipuè propter pericula prædicta & propter aiſiamenta devoti benefactoris ſui domini *Hugonis Malbys* hæredum & hominum ſuorum, in qua homines dictæ villæ de **Scalton** tantum ibidem audirent divina & eccleſiaſtica perciperent ſacramenta, reſervata matrici eccleſiæ ſuæ de *Bellalanda* corporum parochianorum de **Scalton** morientium imperpetuum ſepultura, quod utique hodie reverenter obſervatur. Optenta itaque licentia, dictus abbas *R.* & monachi ſui diligenter & devotè in media villa de **Scalton** ſumptibus ſuis unam capellam conſtruxerunt. Qua peracta, conſummata, & libris veſtimentis baptiſterio & aliis neceſſariis prout decet domum Dei decenter ornata, precepit abbas *R. Landrico* de **Agys** cellerario ſuo, quod cum omni feſtinatione & reverentia ac ſine mora minorem campanam dictæ matricis eccleſiæ *Bellelande* in plauſtro portari faceret uſque ad dictam filiam ſuam de **Scalton** feſtinanter. Qui juſſum complens & omnibus decenter & honeſtè ut dictum eſt conſummatis, idem abbas *R.* dictam capellam contulit cuidam clerico *Ricardo* nomine. Et ad præſentationem dicti *R.* abbatis inſtitutus eſt canonicè per dictum dominum *Henricum* archiepiſcopum curam illius habens & tenens per quinquaginta & quatuor annos ſine aliqua interruptione temporum vel annorum, ſcilicet per octo annos in tempore Regis *Stephani* & per totum tempus Regis *Henrici* filii *Matildis* Imperatricis, & per totum tempus Regis *Ricardi* filii prædicti *Henrici* Regis, qui *Henricus* & *Ricardus* Reges confirmant per cartas ſuas *Bellamlandam* cum pertinentiis.

Audientes autem multi tam noti quam extranei famam ſupernæ benedictionis ſuper novam plantationem deſcendiſſe, ac volentes orationum & beneficiorum dicti *R.* abbatis & monachorum ejus fieri participes, magis ac magis ad eos corda ſua & animos devotiſſimè direxerunt, & diverſas elemoſinas voluntariè & affluenter, prout cuique Deus dederat, eiſdem contulerunt. Nam dominus *Hugo Malbys* contulit eis *Mortoniam* cum pertinentiis, **Snyleſwath** cum paſtura & bolco ſicut patet per cartas ſuas.

Poſtea autem manentibus apud *Bellamlandam* abbate *R.* & monachis, idem abbas ad petitionem & inſtantiam domini *Rogeri* de **Molbzay** & *Sampſonis* de *Albaneio* dedit locum de **Hode** ubi prius habitare inceperant, quibuſdam canonicis qui venerant de **Bzidlington** qui nunc ſunt de *Novoburgo*, pro omnimodis decimis grangie de **Wildon** & **Cambe.** Tali etiam compoſitione interveniente, quod illi canonici manerent apud **Hode** cum plenario conventu imperpetuum & ibidem viverent ſecundum regulam ſancti *Auguſtini.*

Præterea idem *Sampſon* dedit in excambio illius loci prædicto abbati *R.* xx. ſol. annuatim de molendino de **Cukwald**, quos ipſe inde percipere ſolebat. Et dominus *R. Monbray* iſtam conventionem per cartam ſuam confirmavit.

Videns autem *Rogerus* de **Molbzay** quod multi convenerant ad ſerviendum Deo, & quod locus ille ubi monachi manebant in territorio *Bellelande*, ut ſupradictum eſt, ad abbaciam conſtruendam convenire non potuit, nec propter vicinitatem *Rievallis* omnino decuit, cum vemſſet de auſtralibus partibus adjecit ut dilataret terminos eorum, & dedit eis anno MCxlvij. ad ſitum abbaciæ ſuæ per eſtimationem *Hugonis Malbys* duas fere ſuf duas carucatas de terra vaſta in territorio de **Cukwald** ſubtus collem de **Blakhou.** Inſuper dominus *Thomas* de **Colebyls** quietum clamavit & dedit Deo & monachis totam terram & nemus quod eſt inter ſtagnum molendini ipſorum & **Thozpt.** Totam etiam *Berſelyvam* & **Burtoft** & quicquid pertinebat ad villam de **Cukwald** ab aquilonali parte de **Whiteker** ad faciendum inde quicquid voluerint imperpetuum. § Optulit eciam idem *Rogerus Molbray* abbati *R.* & monachis jus patronatus eccleſiarum de **Thesk, Honyngham** & **Ryzkby-Pozſheved** & plures alias poſſeſſiones quas dictus abbas *R.* accipere recuſabat, homo ſcrupuloſæ conſcientiæ pro cura animarum, proteſtans & dicens quod ſatis & ſufficienter donaverat eis. Quæ quidem recuſatio multùm diſplicuit domino *R.* de **Molbzay.** Fuit enim intentio ejus talis, quod ſi abbas & monachi jus patronatus eccleſiarum optinuiſſent, per proceſſum temporis in proprios uſus illas faciliter impetraſſent. Et dicebatur quod occaſione iſtius recuſationis ad inſtantiam & petitionem prædicti *Sampſonis* de *Albaneio* conſanguinei *R. Molbray* data fuerunt jura patronatus dictarum eccleſiarum prædictis canonicis de **Hode** qui nunc vocantur de *Novo-burgo*, ubi eciam idem *Sampſon* ſeipſum Deo reddidit & habitum ſuſcepit canonici regularis. Procuravit inſuper ab archiepiſcopo *Eboracenſi* & epiſcopo *Lincolnienſi* quod dicti canonici de **Hode** pacificè poſſiderent

possiderent in tota vita ipsius *Sampsonis* omnes ecclesias quas idem *S.* occupavit ante suum ingressum. §. Cum igitur prædicti monachi, sicut prædictum est, cum abbate suo *Geroldo* iij. annis residissent apud **Hode** & quinque annis postea cum abbate *Rogero* super *Ryam* in territorio *Bellolande*, inceperunt assartare viriliter in occidentali parte citra & dejuxta *Middelburgam* & edificare subtus moram in dicto territorio de **Cukewald**, & confestim se transtulerunt in dicto territorio de **Cukwalde**, ubi ipsimet diligenter construxerunt ibi & edificaverunt unam parvam ecclesiam lapideam, claustrum & cæteras domos & officinas sicut adhuc ibidem manifestissimè liquet, & extunc ibi manserunt in sancta religione per annos xxx. Infra quos annos multi magnates tam de partibus istis q am de *Westmerlandia* non modicas donationes eidem abbati *R.* & monachis suis in elemosinam devotè optulerunt, sicut inferiùs patebit.

Illo in tempore quo dominus *R. Molbray* dedit abbati *R.* & monachis suis prædictas duas carucatas vaste terræ in territorio de **Cukewald**, advenit mandatum subitum de partibus *Normanniæ* ad dominum *R. Molb ay*, quod placitum motum fuit contra eum de castello de *Baiocis* cum toto dominio per quendam baronem *Francie*. Quod quidem castellum Rex sibi nuper dederat quando suscepit cingulum militare. Propter quod placitum defendendum celeriter in *Normanniam* transfretavit cum literis domini *Stephani* Regis, qui scripsit se velle dictum castellum cum appendiciis eidem *Rogero* contra omnes homines warantizare. Verumptamen per illud placitum nichil amisit.

Post recessum autem dicti *R.* versus *Normanniam* diversæ perturbationes contra abbatem *R.* & monachos statim emerserunt, quas ipsi usque ad tempus patienter sustinuerunt. Nam dominus *Robertus* de *Stutevilla* & *Willielmus* frater ejus calumpniati sunt totam terram quam dominus *R.* de **Molbray** dederat monachis in territorio de **Cukewald** ubi monachi habitabant, & moverunt placitum in curia prædicti Regis contra dominum *R. Molbray*, & fuit prosecutum secundùm legem terræ per longum tempus. Nam vicini generaliter tetabantur quod bonum jus habuerunt in sua calumpnia. §. Præterea dominus *Robertus* de *Davidvilla* dominus de **Bilburne** labores monachorum multùm impedivit & protestando dixit quod monachi includebant magnam partem de solo quod pertinebat ad villam suam de **Bilburne**, & hoc pati nec permittere voluit quoquo modo. Similiter dominus *Hugo Malbys* dominus de **Scalton** multa mala monachis intulit tam per se quam per homines suos de **Scalton** & de **Dale**, quorum terræ & pasturæ cum terris monachorum conterminant. Nam die in diem fecerunt injustas querimonias districtiones & alia nocumenta ne monachi juxta eos quietem haberent. Similiter fecit & *Gwido* de **Boltby**. Et quia hujusmodi gravamina sine remedio diu sustineri non potuerunt, habito consilio cum conventu idem abbas *R.* transfretavit in *Normanniam* anno MCxlvij. cum literis dominæ *Gundrea* matris domini *R. Molbray* quæ ipsum certificavit de placito moto per *Robertum* & *Willielmum* de *Stutevilla* & de gravaminibus quæ idem abbas *R.* & ejus monachi sustinuerunt. Et primo venit ad *Savygneium* ad capitulum generale & ibi exposuit patri abbati quod fundator suus terram sibi sufficienter donaverat si illam posset in quiete possidere sine impetitione quorundam militum vicinorum, quorum molestias minus formidaret si fundator suus in *Anglia* fuisset. Set alia negotia ibi expedienda demonstravit, inter quæ unum fuit domini *Petri* monachi *Savygneii* qui metiri inceperat quandam plantationem abbatiæ in confinibus *Richemundiæ* quam comes *Alanus* filius *Stephani* nuper dederat abbati *Savygneiensi*, de qua inferiùs in fundatione *Jorevallis* dicitur. Verùm quia abbas *R.* usque ad finem capituli bene expectare non potuit, ad dominum *R.* de **Molbray** in *Normanniam* festinavit.

Ad quem cum perveniisset & causam sui laboris demonstrasset, promissum sibi fuit bonum remedium & festinum, sed negotia varia nondum tunc expedita ipsum impedierunt quod in *Angliam* illa vice non potuit remeare, & ideo scripsit specialiter amicis suis scilicet comiti *Mareschallo* & comiti de *Warenna* quod ipsi supplicarent domino regi de tali gratia, quod illud placitum quod *Robertus* & *Willielmus* de *Stutevilla* moverant contra eum in curia regis, remaneret in illo statu quo tunc fuit usque ad reditum suum in *Angliam*. Et ipsi comites sic fecerunt & rex eorum supplicationem concessit, jurans quod *R.* de **Molbray** non amitteret unum pedem terræ in *Anglia* per placitum in curia sua dum extra regnum fuisset. Similiter scripsit *Roberto* de *Davidvilla Gwydoni* de **Boltby** & domino de **Scalton** quod ipsi cessarent deinceps molestias facere monachis suis, & si quid factum fuisset injuste, ad reditum suum in *Angliam* per legales homines vicinos secundum legem terræ voluit emendari. Scripsit etiam matri suæ & dapifero suo & omnibus ballivis suis in comitatu *Eboracensi* quod ipsi manutenerent protegerent & defenderent abbatem *R.* de *Bellalanda* & monachos suos fratres & terram eorum sicut suam propriam terram.

Ad istud mandatum quod abbas *R.* secum portavit, dominus de **Scalton** aliqualiter gravare monachos cessavit & sic suis precepit pro reverentia mandati domini sui. *Robertus* tamen de *Davidvilla* primò mandatum parvipendit, set postea respectum & pacem concessit. Revera dominus *R.* de **Molbray** post reversionem suam in *Angliam* pacem fecit cum *Roberto* & *Willielmo* de *Stutevilla*, quorum primus quietum clamavit jus suum quod habuit in terra & situ abbatiæ cum quodam culcello quem optulit super magnum altare apud **Stockyng**: alter vero cum carta sua. Postquam vero dicti *Robertus* & *Willielmus* de *Stutevilla* ita quietum clamaverunt totum jus suum monachis quod ab eis primitus exigebant, dominus *R. Molbray* levare fecit per visum & considerationem vicinorum ex parte occidentali prædictæ abbatiæ unum magnum fossatum inter solum monachis datum & solum prædicti *Roberti* de *Davidvilla*.

Isto anno in concilio *Remensi* presidente Papa *Eugenio* tercio ecclesia *Savygneii* cum terdenis

filiabus

filiabus abbatiis ſe ſubjecit eccleſiæ *Clarevallenſi* & ordini *Ciſtercii*.

Nunc de donis datis abbati *R.* & monachis ſuis in elemoſinam dicamus. Nam idem dominus *R. Molbray* dedit eiſdem monachis duas carucatas terræ in **Faldyngton** & dimidiam in **Cave** & unam carucatam in **Ampilfozd** & quicquid habuit infra **Stene** & **Yirfeldebeck** & quicquid habuit in **Birkbymalſard**, & grangiam de **Bagby**. Item ex donatione domini *Willielmi* de **Percy** aliquam terram in **Depedale** & **Catton**. Item ex dono *Bertranni* de **Bulmer Balſchaw** & tres toftos in *Eboraco*. Item ex dono *Willielmi* de **Acclum** piſcariam de **Gayteryk** cum terra. Item ex dono *Hugonis Malbys* villam de **Bagby** cum pertinentiis. Ex dono *Roberti* de *Davidvilla* piſcariam de **Swale** & xv. acras in **Calcotedale** & paſturam in territorio de **Bilburne**. Ex dono *Torphini* filii *Roberti* & *Walevi* de **Berefozd** & *Johannis Tailebois* terram in **Warcopp**. Ex dono *Thomæ* filii *Coſpatricii* terram in **Yardebysdale**. Ex dono *Willielmi* de *Loncaſtro* terram in **Fauſide**. Ex dono *Gerardi* & *Alani Lacelys* terram in **Askeby**. Ex dono *Thomæ* de **Colvyll** paſturam in boſco de **Evereſleye** & viam de **Wildon**. Ex dono *Willielmi* de *Widevilla* totam terram de **Thozp** juxta **Ampilfozd**. Ex dono *Rogeri* de **Molbray** & *Mathildis* de **Steyngrene** terram in **Petithozp** juxta **Thyesk**. Ex dono *Willielmi* de **Surdevalle** terram in **Ampilfozd**. Ex dono *Roberti* de **Stutevyle** & *Odonis* de **Baillolf** xvj. acras prati in **Weſtneſſe**. Ex multis aliis dona diverſa quorum nomina propter prolixitatem lectoris hic pretermitto.

Evolutis itaque tribus annis poſt concilium predictum abbas *R.* ordinavit quendam abbatem de conventu ſuo ſcilicet *Johannem* de **Kyrkeham** & ipſum miſit uſque *Joravallem* quam abbas *Savygniacenſis Serlo* dedit *Rogero* abbati noſtro & eccleſiæ noſtræ de *Bellalanda*. Qui *Johannes* cum ſuo conventu egreſſus eſt de *Bellalanda* uſque ad *Jorevallem* viij. idus Marcii qui fuit feria quarta anno domini MCl. habitante abbate *R.* cum ſuis monachis apud **Stockyng**, ubi & ipſe dominus omnipotens eorum opera mirabiliter & greſſus merito dirigebat. Ecce ſubito quibuſdam annis tranſactis malicioſe nova oritur perturbatio. Nam dominus *Hardredus* qui poſt abbatem noſtrum *Geroldum* apud *Caldram* ſucceſſit in officio paſtorali, cum ipſe & ejus monachi vidiſſent divinam gratiam in tantum ſuper domum *Bellelande* deſcendiſſe quod uſque *Jorevallem* pulcram propaginem de ſe emiſiſſet, ac de die in diem ſubſtantia temporali accreviſſet, & quia abbas de *Furneſio* parum aut nichil de eorum curavit deſtitutione, ſtatuerunt inter ſe movere querelam apud *Ciſtercium* in capitulo generali contra abbatem *Savygneii* ſuper paternitate & juriſdictione abbatis & monaſterii noſtri; ſperabant certiſſime quod ſi domum noſtram poſſent recuperare in filiam, quod matris inopia per filiæ habundanciam infra breve tempus poſſet relevari. Unde prænominatus *Hardredus* abbas de *Caldra* venit ad *Bellamlandam*, & ibi primo convenit amicabiliter abbatem *R.* & conventum ejus de propoſito & intentione ſua, aſſerendo filiationem & ſubjectionem monaſterii noſtri ad ipſum & ſuam eccleſiam de *Caldra* jure exitus & deſcenſionis pertinere, & quod abbas *Savygneii* injuſtè illam poſſidebat, & quod voluit ad judicium capituli generalis in ſua petitione ſtare. Cui ſic reſpondit abbas noſter *Rogerus*. *Credo inquit dompne abba de* Caldra, *quod ſi abbas eſſet inſtitutus in domo veſtra quando locus de* **Hode** *datus fuit abbati Geroldo, nunquam alii quam ſibi ſubjectionem feciſſet. Set quia eccleſia tunc vacavit & ſine paſtore fuit & abbas* Furneſii *ipſum abbatem* G. *& monachus ejus miſerime repudiavit, neſcio cujus filiationi vel ſubjectioni abbas* G. *potuit aut debuit juſtius ſe & eccleſiam ſuam committere quam abbati* Savygneii *qui tunc fuit caput ordinis univerſi. Igitur quod a predeceſſore meo rite factum eſt & huc uſque per me continuatum infirmare aut revocare non poſſum ſet volo ſi placet ſub feſtinatione ſignificare abbati* Savygneii *cui ſubjectus ſum ea qua per vos mihi demonſtrata ſunt. Et quia res ipſum ſpecialiter tangit in capite, in ejus abſentia aliter nolo reſpondere.* Cum iſto reſponſo abbas de *Caldra* receſſit & abbas *R.* celeriter premunivit abbatem *Savygneii* de ſuggeſtione prædicta. Anno autem ſequente abbas *Savygneii* in *Angliam* viſitaturus advenit. In cujus preſencia idem *Hardredus* abbas de *Caldra* conſtitutus totam calumpniam ſuam amicabiliter relaxavit.

Audientes autem abbas & conventus de *Furneſio* quod *Caldrenſes* totum jus ſuum & calumpniam paternitatis predictæ omnino remiſerant in forma preſcripta, indignabantur ſupra modum contra illos, & dixerunt quod bona actio & juſta illis competebat de paternitate domus noſtra vendicanda, & querelam ſuam depoſuerunt apud capitulum generale contra *Ricardum* tunc abbatem *Savygneii*. Quæ quidem cauſa ſententia diffinitiva tandem conquievit. Nam venerabilis vir & piæ recordationis dominus *Aldredus* tunc abbas *Rievallis* ordine judiciario cum conſilio quorundam abbatum ipſam cauſam diſcuſſit & terminavit in forma quæ ſequitur.

1150. *Venerabilibus ac Deo dilectis dominis & patribus ac univerſo capitulo* Ciſtercii *frater* Aldredus *ſervus Dei & fratrum qui ſunt in* **Ryevalle** *debitam ſub ectionem & obedientiam. De cauſa inter dominum abbatem* Forneſienſem *& dominum abbatem* Ricardum *de* Savygneio *pro monaſterio* Bellelande *quam nobis cognoſcendam veſtra ſanctitatis delegavit auctoritas, vocatis venerabilibus patribus & coabbatibus noſtris, diligenti cura & ſolicitudine tractavimus. Auditis igitur intente utriuſque partis rationibus cum de donatione loci de* Beghlanda *altercaremur, & de abbatis ejuſdem ſubjectione partes hinc inde contenderent, abbas* Furneſii *primo propoſuit ore, proprio aſſerendo ipſum monaſterium* Bellelande *ſibi jure pertinere, ſicut ex mera donatione quam monachis ſuis factam fuiſſe dicebat in elemoſinam, inſuper & abbatis ejuſdem loci ſubjectionem ex reverentia filiali quam ſibi perſæpe fecerat & exhibuerat abbas* Geroldus. *Item propoſuit quod idem* G. *animo feroci & indurato ſingam iniit ſine aliqua gravi violentia percepta cum monachis ſuis & tota ſubſtantia, ac monaſterium ſuum*

suum de Caldra *bonis temporalibus totaliter evacuatum inertè dereliquit, quod facere non potuit nec justè debuit, patris abbatis de* Furnesio *scilicet non interveniente assensu vel permissione. Item proposuit quod illa carta remissionis quam abbas* Bellelande *habet de abbate* Hardredo *nullum de jure debet habere vigorem vel effectum, quia predictus abbas* Hardredus *sine permissione abbatis* Furnesii *hujusmodi jus monasterii sui de* Caldra *remittere non potuit, & qualiter talis illicita remissio irrita & inanis debet justè decerni. His rationibus petit abbas* Furnesiensis *paternitatem monasterii* Bellelande *& abbatis subjectionem sibi & ecclesiæ suæ de* Furnesio *justè competere & sententialiter adjudicari.*

At contra abbas Savygneii *jus suæ defensionis palam in scriptis nobis porrexit & contradidit sicut hic subnotatur. Dixit quidem, primam & precipuam donationem loci de* Pode *domui suæ factam per abbatem* G. *& in suo generali capitulo presentatam, consilioque ejusdem capituli favorabiliter susceptam evidenter asseruit. Set & ipsum abbatem* G. *in eodem generali capitulo quasi specialem filium subjectum deinceps abbati* Savygneii *& ejus successoribus consilio consensu & unanimi petitione totius conventus sui apud* Pode *tunc commorantis se gratis reddidisse & ultro submisisse sicut liberum sui & totaliter derelictum & abjectum de abbate* Furnesii *similiter & curam de* Pode *una cum regimine animarum ibidem sursum reddidit: & de eodem abbate* Savygneii *tanquam de patre, cui se submiserat, licet invitus iterum suscepit & in ipsa subjectione usque ad obitum suum continuè perseverasse, ipsumque qui nunc præst ibidem dompnum* Rogerum *predecessoris sui vestigiis hactenus adhesisse, quem in omnibus habet virum dignum venerabilem & recommendatum.*

Subjunxit etiam quod abbas Furnesii *ipso demerito ingratitudinis, si dicere liceat, juste se exuit subjectione abbatis* G. *& successorum ejus, cum eundem abbatem* G. *qui sub spe refugii tempore generalis perturbationis in* Couplaud *apud* Furnesium *venit, & abbas* Furnesii *ipsum abbatem* G. *& monachos ejus viliter exprobravit, humanitatem caritatis totaliter ibidem denegavit, & cum potentia repellens valedixit. Qui sic spreti, effugati & abjecti, licet invitè inde recesserunt, & Deo providente locum habitandi primò apud* Pode, *deinde apud* Bellamlandam *infra breve tempus impetraverunt. Quem quidem locum & etiam seipsos subjectioni & filiationi abbatis & ecclesiæ* Savygneii *immediatè submiserunt sicut illis benè licuit, ex quo nulli adhuc fuerant subjecti postquam abbas* Furnesii *ipsos refutaverat.*

Præterea asseruit quod nobilis vir dominus Rogerus *de* Polbay *fundator* Bellelandæ *aliquando tempore capituli generalis una cum duce* Burgundiæ *in* Cistercium *venit, qui monasterium* Bellelande *assignare potuit & donare cujuscunque voluit jubjectioni, & in illo generali capitulo illud dedit abbati* Savygneii *tunc ibidem presenti, contra quam donationem nullus fuit in dicto capitulo neque in anno sequente qui pro jure abbatis* Furnesii *vel cujuscunque alterius reclamavit si quod jus eis competebat in domo* Bellelande.

Tandem abbas Savygneii *subintulit peremptorie excipiendo, quod omnis via agendi contra ipsum in premissa causa abbati* Furnelii *& cuicunque alii de jure deberet precludi, maximè cum ea quidem quæ in anno generali capitulo suo apud* Savygneium *aliquando rite facta fuerunt presentata ordinata & stabilita, jam nunc iterum de novo retractari non debere quoquo modo vel infirmari auctoritate capituli generalis* Cysterciі.

His allegationibus cum abbas Savygneii *petitioni & calumpniæ abbatis* Furnesii *directè obviasset, & auctoritatem sui generalis capituli ordinis* Savygneiensis *excipiendo pretendisset in forma præfata, nos pro modo scientiolæ nostræ omnia quæ ab utraque parte dicta fuerant estimentes & diligenter examinantes, tandem censuimus cum consilio fratrum assidentium ea quæ allegabat abbas* Furnelii *in sua petitione adnullari posse & infirmari per ea quæ ab abbate* Savygneii *in sua defensione proposita fuerunt, si probarentur. Proinde cum abbas* Furnelii *cui de jure tanquam parti actrici incumbebat probatio sue calumpniæ & assertionis, nullos testes ibidem habuisset; nec rationibus supradictis contra suum petitionem propositis a parte rea ulterius dicere voluisset; & abbas* Savygneii *testes de his quæ asserebat sufficienter produxisset, qui quidem testes ipsius abbatis* Furnelii *testimonio idonei inventi sunt, susciendos & audiendos esse decrevimus & eorum adquiescendum testimonio dignum duximus. Cum igitur secundùm consuetudinem ordinis nostri ea quæ ab abbate* Savygneii *dicta fuerant legitimè & sufficienter testes producti probavissent, nos exceptioni peremptoriæ ab abbate* Savygneii *legitimè proposita juste deferentes, & causam pro variis laboribus & expensis vitandi ulterius prorogare nolentes, subjectionem monasterii de* Bellalanda *abbati & ecclesiæ* Savygneii *& eundem abbatem* Savygneii *quietum & absolutum ab omni impetitione abbatis* Furnelii *in causa premissa, auctoritate nobis commissa, sententialiter adjudicavimus, dompno abbate* Furnelii *hinc sententiam cum omni humilitate & patientia reverentissimè sustinente.* Interfuerunt huic omnibus *Godefridus* abbas de *Gerendona*, quem loco abbatis de *Waverleya* utraque pars pro judice susceperat. Affuerunt etiam abbates de *Fontibus*, de *Novo Monasterio*, de *Parco-Lude*, de Basyngwerk, de Russord, de *Jorevalle*, de sancto *Laurencio*, de Dyrhestall, de *Melsa* de *Forda*. Affuerunt etiam *Thurstinus* Prior *Ryevallis*, *Mauricius*, *Galo*, *Daniel* monachi *Ryevallis*, *Ricardus*, *Robertus* monachi de *Bellalanda*, *Robertus*, *Ricardus*, *Alanus* monachi de *Fontibus*: *Alanus* de Rievsby & alii quamplures. In hunc modum quievit & determinata fuit solempniter dicta controversia.

Cum ergo dominus *Rogerus Mowbray* fundator noster audisset & vidisset multas calumpnias graves & injustas super domum & monachos tuos de *Bellalanda* maliciosè de die in diem & vehementer agitari, cogitavit apud se quomodo incommodis obviare & monachis tranquillitatem posset conferre: insuper & qualiter dona sua & *Gundrea* matris suæ, quæ eisdem monachis per vices ante dederant, valebant firmiùs & securiùs tueri & illibata custodiri, perrexit cum militibus suis idem *R. Mowbray* ad dominum *Rogerum* nobilem virum tunc archiepiscopum *Eboraci* &

ad capitulum ſancti *Petri* ibidem, humiliter & devotè eiſdem ſupplicans, ut dona ſua elemoſinaria, necnon & matris ſuæ ſcripto ſuo autentico protegere dignarentur & conſervare. Unde dictus archiepiſcopus & capitulum petitionibus tam magni viri & mulieris conſenſum & aſſenſum præbuerunt, eadem dona ſcriptis ſuis auctenticis roboraverunt eò libentiùs quo noverunt ſervos Chriſti à tanto viro devotius viſitari: & ſic idem archiepiſcopus ſuſcepit in protectionem beati *Petri* & ſuam, domum *Bellelande* anno pontificatus ſui ſecundo; ſcilicet anno domini MClv. Cum verò dictus abbas *R.* cum ſuis monachis in occidentali parte territorii de **Cukwald**, ut ſupradictum eſt, manſiſſent, viriliter extirpare cœperunt de nemore, & per foſſas longas & latas magnas aquas de paludibus extrahere: ac poſtquam aparuit ſolida terra paraverunt ſibi locum latum, ydoneum, & honeſtum in orientali parte ejuſdem territorii inter **Whiteker** & pedem montis de **Cambe**, ſcilicet juxta **Burtoft** & *Berſclyvam* ubi de novo eccleſiam ſuam pulchram & magnam conſtruxerunt, ſicut patet in præſenti, quam conſummet altiſſimus & conſervet in ſecula ſeculorum. Et ſic de **Stockyng** ſe illuc tranſtulerunt in vigilia omnium ſanctorum, anno incarnationis dominicæ MC. ſeptuageſimo ſeptimo, ubi, domino annuente, fœliciter manebunt in æternum. Præfuit autem abbas *R.* in officio paſtorali *Bellelande*, ſcilicet apud *Bellamlandam* in mora & **Stockyng**, & juxta **Whiteker** per quinquaginta quatuor annos & amplius à die ordinationis ſuæ uſque ad decrepitam etatem, & tunc ceſſit officio ſuo.

Et ſciendum quod omnes grangiæ, manerja, & poſſeſſiones, tam in comitatu *Weſtmorlandiæ*, quam *Eboraci* datæ fuerunt abbatiæ noſtræ de *Bellalanda* tempore ſuo. Cum verò idem abbas *Rogerus* in itinere ſuo verſus capitulum generale & in ejus reditu ſepiùs & inſtanter ſupplicaſſet beato *Bernardo*, ut ſibi placeret ſuggerere abbati *Savygneii*, quod ipſe ſuam reciperet ceſſionem, eò quod impotens, ſenio confectus, & debilitatus fuit ad regendum ulterius domum ſuam, ſanctus *Bernardus* ejus nullo modo adquievit ſuggeſtioni, ſet ipſum benignè hortabatur, ut ad domum ſuam rediret & ipſam regeret ſolita induſtria & diſcretione; dicens quod ejus ſucceſſores nunquam ſuſtentare deberent vel retinere terras & poſſeſſiones quas ipſe tempore ſuo adquiſierat.

Nos verò frater *Philippus* quondam abbas de **Wtoftel**, nunc autem abbas *Bellelande* & proximus dicti *Rogeri* ſucceſſor, hæc ſcripſimus in anno domini MC. nonageſimo ſeptimo, ſcilicet anno abbatizationis noſtræ ſecundo; & poſt tranſitum *Alredi* abbatis de *Ryevalle* anno triceſimo. Vixit autem dictus *Rogerus* abbas poſt ceſſionem ſuam in domo *Bellelande*, una nobiſcum, ferè iij. annis, & tunc plenus dierum in ſenectute bona ibidem quievit in domino. Videant amodo ſucceſſores noſtri qualia ſecula inventuri ſunt, & ſcripto diligenter commendent. Nam prædeceſſores noſtri a tempore quo de *Caldra* receſſerunt, uſque ad inſtans tempus, mundanas tribulationes & oppreſſiones, defectus graviſſimos & labores, pro ſpe retributionis in gloria cœleſti patienter ſuſtinuerunt, & multipliciter ſuſtinemus nos diebus iſtis, quæ ob tedium prolixitatis ſcribere recuſamus.

PRIORATUUM ALIENIGENARUM

Catalogus qui Leiceſtrenſi *Parliamento ſuppreſſi ſunt, anno* Henrici *quinti ſecundo, An. Dom. MCCCCxiiij.*

Qui in hoc volumine tractantur, paginarum numeris indicantur. Cæteri ad ſecundũ volumen ſpectant, in quo (ſub *Gallicorum* Monaſteriorum titulo) plurimæ illorum Chartæ occurrunt. Interim Cœnobia tranſmarina, ad quæ pertinuerunt olim ut plurimum adiecimus, unà cum Rotulorum citationibus.

A

* Aberbury *Salop.* Cella *Grandimontenſis* cœnobii. 605.

* Allerton *Ebor.* 599 *Majoris Monaſterii Turonenſis.*

Ambzebury *Wilts.* *Fontis Ebraldi.* Pat. 3 R. 2. part. 1. m. 18.

Aneburу *Wilts.* S. *Georgii de Banquervilla.*

Anvoiwell *Hantſ.* *Tyrona.* Rot. pip. 13 E. 3.

* Andever *Hantſ.* 552 S. *Florentii Salmur.*

* Appleburwell ſive Appleburcumb *Inſ. Vect.* 571. S. *Maria de Montiſburgo.*

Arthington *Ebor.* *Sagio.* Pat. 30 E. 3. part. 1. m. 9.

Arundell *Suſſ.* *Sagio* Pat. 3 R. 2. part. 3. m. 18.

Aſtele *Wigorn.* Pat. 8 R. 2. part. 1. m. 18. S. *Taurini* extra muros *Ebroicen.*

B

Beggar *Ebor.*

Beaudale *Nott.* S. *Fremundi* in *Norm.* Pat. 3 H. 4. part. 1. m. 30.

Bekeſbꝺ *Glouc.* S. *Barbara* in *Norm.* Rot. fin. 32 E. 3. m. 6.

* Bergavenny *Suthwal.* 556 S. *Vincentii Cenomen.*

* Birſtall *Ebor.* 587. *Albamarle.*

* Blakeham *Suff.* 573.

* Blithe *Nott.* 553. S. *Kath. de monte Rothomagi.*

* Borgrave *Suſſ.* 592. de *Exaquio* in *Norm.*

Bꝛidport *Dorſ.*

Bꝛiſet *Suff.*

Bꝛimſtelꝺ *Wilts.* S. *Steph.* de *Fontney* in *Norm.* Pat. 35 E. 3. part. 1. m. 14. Vide Pat. 44 E. 3. part. 3. m. 4.

Bꝛuſton *Somerſ.* S. *Martini de Trearne.* Pat. 1 R. 2. part. 5. m. 37.

* Burwell *Linc.* 579. S. *Maria Silve majoris Burdegallie.*

C

Camerinꝑham *Linc.* *Blanca landa* in *Norm.* Pat. 35 E. 3. part. 1. m. 14.

Careſbꝛoke *Inſ. Vect.* *Lyra* in *Normannia.* Pat. ibid.

Carſwell *Devon.*

Charlton *Wiltes.*

Chepſtow *Monm.* *Carmeiles.* Pat. 1 H. 4. part. 4 m. 1.

Clatford *Wilts.* S. *Victoris* in *Caleto.* Pat. 31 E. 3. part. 2. m. 18.

* Cogges *Oxon.* 573. *Fiſcamp*

Colham *Wilts.*

Colwike *Devon.* *Bec in Norm.* Pat. 18 H. 6 part. 2. m. 21.

* Covenham *Linc.* 555. S. *Karilephi* in dioc. *Cenom.*

Creting *Norff.*

D

* Denbyꝺ *Glouc.* 547 S. *Dionyſii* in *Gallia.*

Dunſter *Somerſ.*

E

Eccleſfelꝺ *Ebor.* S. *Wandragiſilii* in *Norm.* Pat. 9 R. 2. part. 2. m. 36.

Edyweſton *Rutl.* S. *Georgii de Banquervilla.* Pat. 14. R. 2. part. 1. m. 15.

Elingham *Hantſ.* S. *Salvatoris* vicecomitis in *Norm.* Pat. 33 E. 3. part. 1. m. 20.

Eſkedale *Ebor.* vide *Grandiment.* *Groſmont* in *Gallia.*

Eberden *Norff.*

Eye *Suff.* S. *Berniaci* in *Norm.* Pat. 35 E. 3. part. 1. m. 14.

F

Feldallyng *Norff.* *Savignei.* Pat. 2 H. 4 part. 3. m. 7.

* Folkeſton *Kanc.* 560 *Lolei* in *Norm.*

* Frampton *Dorſ.* 571 S. *Steph. de Cadomo* in *Norm.*

G

* Goldclyve *Glouc.* 590 *Bec in Norm.*

Gꝛenewich *Cant.* S *Petri* juxta villam de *Gandavo* in *Flandria.* Rot. fin. 33 E. 3. m. 3.

* Gꝛandimont *Ebor.* 597.

H

* Hagh, ſive Hak *Linc.* 602, 603. S. *Maria de Voto* juxta *Ceſaris burgum* in *Norm.*

Hagham *Linc.* S. *Maria de S. Senero* in *Norm.* Pat. 20 R. 2. part. 1. m. 32.

Hagneby *Linc.*

Hamele *Hantſ.* Cella Abb. de *Firmo.* Pat. 3 R. 2. part. 2. m. 19.

Hayling *Hantſ.* Cella Abb. *Gemmeticenſis* alias *Gymeges.* Rot. fin. 44 E. 3. m. 16.

* Hedley Cella S. *Trin. Ebor.* 565.

Hermondeſworth *Midd.* S. *Kath. Rothomagi.* Rot.pip.13 E.3.

Heveringland *Norff.* S. *Laurentii de Monte gaudio.*

* Hinkley *Leic.* 603 *Lyra* in *Norm.*

Holme *Dorſ.* *Montacute* Pat.2 H.5.part.2.m.17.

How *Suff.*

* Hozkeſleigh *Eſſex.* 604 S. *Martini de Troarno.*

Hozſham *Norff.* *Conches* in *Aquitannia.* Pat.14 R.2.part.2.m.39.

Hozſoꝛd *Suſſ.* *Conches* in *Aquit.*

I

Ipſwich S. *Petri Suff.*

K

* Kirkby *Monach. Warr.* 563. S. *Nich.* Andeg.

L

* Lancaſter 566 Cella Abb. de *Sagio* in *Norm.*

Langenith *Suthwall.* Cella Abb. S. *Taurini* de *Eurenx* in *Norm.* Pat.2 H.4.part.2.m.17.

Lay in *Inſula Gerſey,* S. *Mich.* in periculo maris. Pat.35 E.3.part.1.m.14.

* Lengkyan *Wall.* 580.

* Lapley *Staff.* 1022 S. *Remigii Remenſis.*

* Leveminſtre *Suſſ.* 606, *Almaneſcha* ſive *Alemanchis.*

* Levesham (vide Ozenewich) 550.

Lihon *Inſ. Gerſ.* S. *Mich.* in *Monte tumba.* Pat.19 R.2.part.1.m.16.

Limbzoke *Heref.* *Avenay* in *Norm.* Pat.16 R.2.part.3.m.26.

Linton *Somerſ.* S. *Jacuti* in *Britannia.* Pat.33 E.3.part.2.m.2.

* Lodzes *Dorſ.* 570, *Monteburg* in *Norm.*

* Long-Wenington *Linc.* 597. De *Saviniaco* in *Norm.*

Lynton *Somerſ.*

* Mereſey *Eſſex* 552.

Minſter-Lovell *Oxon.* S. *Maria* de *Ibreio* in *Norm.* Pat.24 E.3.part.2.m.5.

* Minting *Linc.* 592, S. *Benedicti* ſuper *Leyre.*

Modbury *Devon.* S. *Petri* ſuper *Dynam.* Pat.1 H.4.part.2.m.11.

* Monkenlane *Heref.* 597, *Conches* in *Norm.*

* Monmuth *Monm.* 600. *S. Florentii juxta Salmurum.*

Munſtre *Corinb.* S. *Sergii* & *Bacchi* Pat.48 E.3.part.2.m.23. prope *Andeg.*

Newent *Glouc.* *Carmelites,* Rot.fin.32 E.3.m.10.

Newton-Longaville *Buck.* *Longavill* in *Norm.* Rot.pip.13 E.3.Buck.

De *Nigro monte Jerſey,* S. *Mich.* in periculo maris. Pat.19 R.2.part.1.m.16.

Noion & Novo-mercato *Oxon.* *Berkſ.* S. *Ebrulfi* in *Norm.* Pat.35 E.3.part.1.m.14.

* Okeburn *Wilſ.* 582, *Bec* in *Norm.*

* Ottery *Devon.* 549. S. *Margar. Rothom.*

* Otterington *Devon.* 568, S. *Mich.* in periculo maris.

P

* Patrickeburne *Kanc.* 576, *Bello-loco* in *Norm.*

Pauntsfield & Wells *Eſſex.* S. *Steph.* de *Cadomo* Pat.22 R.2.part.3.

Pembroke de *Sagio* in *Norm.* Rot.fin.31 E.3.m.13.

R

Ravendale *Linc.* *Belloportu* in *Norm.* Rot.pip.13 E.3.

Rewly juxta *Oxon.* *Pymbne* in ..... Rot.pip.13 E.3.

Romeney *Kanc.*

S

St. *Clere. Kaermerdyn.*

S. *Caricii Cornub.*

Scardeburg *Ebor.*

S. *Clementis* in *Inſ. Gernſey* S. *Mich.* in periculo maris. Pat.35 E.3.part.1.m.14.

S. *Crucis. Inſ. Vect.* *Tirona* Rot.pip.13 E.3.

* S. *Mich. mont. Cornub.* 551. S. *Mich.* de periculo maris in *Norm.*

* Sele *Suſſ.* 580, S. *Florentii* juxta *Salmurum.*

Seleburne

* Shirburne *Hantſ.* 577, S. *Vigore Ceraſii.*

Spalding *Linc.* 306, S. *Nich. Andeg.*

Spellepenne *Devon.* S. *Petri de Fulgeriis.* Rot.pip.13 E.3.

Spozley *Norff.* S. *Florentii* juxta *Salmurum.* Pat.2 R.2.part.2.m.24.

Stayning *Suſſ.* *Fiſcamp.*

Steynington *Wilſ.* *Bec* in *Norm.* Pat.35 E.3.part.1.m.14.

* Stoke-Curcy *Somerſ.* 577, S. *Maria* de *Lolleyo* in *Cenom.*

* Stoke juxta Clare. *Suff.* *Bec* in *Norm.*

Stoure *Dorſ.* *Preaux* in *Norm.* Pat.12 H.4.part.1.m.2.

Strafferd-Say *Berkſ.* *Valido monte* in *Gallia.* Clauſ.20 E.3.part.2.m.8.

Strignil. *Landaff.*

* Swaveſey *Cantab.* 572, S. *Sergii* in *Norm.*

T

Takeley *Eſſex,* S. *Walerici* in *Picardia.* Rot.fin.31 E.3.m.13.

* Tikford *Buck.* 685, *Majoris Monaſt. Turon.*

* Tiwardreth *Cornub.* 586. S. *Petri* in per *Dinam.*

Title *Heref.* Pat.50 E.3.part.1.m.

* Tolleo *Norff.* 598, *Preaux* in *Norm.*

* Totnes *Devon.* S. *Sergii Andegav.*

Trewleigh *Kanc.* Rot.pip.13 E.3.

Tunſtall *Devon.*

U

De *Valle. Inſ. Gerſ.* S. *Mich.* in periculo maris. Pat.35 E.3.part.1.m.14.

Uphaven *Wilſ.* S. *Wandregiſili.*

W

Warram *Wilſ.* *Lyra* in *Norm.* Rot.fin.44 E.3.m.22.

Ware *Heref.* S. *Ebrulfi* in *Norm.* Pat.35 E.3.part.1.m.14.

Warmington *Warr.* *Preaux* in *Norm.*

* Wedon-Pinkney *Northampt.* 584. *Bec* in *Norm.* S. *Luciani* juxta *Beavoyſ.*

* Wells *Norff.* 574, S. *Steph.* de *Cadomo.*

Wango

Wenge *Buck.*	S. *Nich. Andeg.* Pat. 4 H. 5. part. 1. m. 20.
Wengall *Linc.*	S. *Martini Sagiensis.* Pat. 35 E. 3. part. 1. m. 14.
* Wellowen *Wigorn.* 574.	*Fontis Ebraldi.*
* Willisford *Linc.* 584.	[illegible] in *Norm.*
Wilmington *Suff.*	de *Grestino* in *Norm.* Pat. 2 H. 5. part. 2. m. 14.
* Willoughton *Linc.*	
Withham	Cella *Majoris Monasterii Turon.*
Pat. 46 E. 3. part. 2. m. 45.	
Wolfrichesson *Warr.*	S. *Petri* super *Dinam.* Pat. 35 E. 3. part. 1. m. 14.
* Wotton-wawen *Warr.* 558.	*Conches* in *Norm.*
* *Ebor. S. Trin.* 563.	*Majoris Monasterii Turon.*

Catalogus Monasteriorum quæ permissione PP. *Clementis* vij. ann. xvj. & xx *H.* viij. dissoluta, diplomatibus regiis Cardinali *Wolseo* concessa sunt, ut *Oxonii* & *Ipswici* erigerentur collegia.

Hæc an. 17 *H.* 8.

S. *Fridiswidæ Oxon.*	Can. S. *Aug.*	*Oxon.*	1. *Julii.*	Per bullam *Clem.* PP. vij. Dat. *Romæ* 25. Marcii A. D. MDxxv. pontif. sui an. 3.
Blackmore	Can. S. *Aug.*	*Essex.*	21. *Dec.*	
Stanesgate	*Cluniac.*			
Thobye	Can. S. *Aug.*			
Typtre	Can. S. *Aug.*			
Wykes	Can. S. *Aug.*			
Bodenash	Can. S. *Aug.*	*Suff.*		
Snape	S. *Bened.*			
Beigham	*Præmonstr.*	*Suff.*	20. *Jan.*	*Pat.* 17 *H.* 8. part. 1.
De *Calceto* juxta Arundel	Can. S. *Aug.*			
Cantwell	*Cluniac.*	*Staff.*		
Sandwell	*Cluniac.*			
Daventre	*Cluniac.*	*Northt*		
Littlemore	S. *Bened.*	*Oxon.*		
Leisnes	Can. S. *Aug.*	*Kanc.*		
Tunbridge	Can. S. *Aug.*			
Poghley	Can. S. *Aug.*	*Berks.*		
Ravenston	Can. S. *Aug.*	*Buck.*		
Tykford	*Cluniac.*			

Bradwell	S. *Bened.*	*Buck.*
Hozkesley	*Cluniac.*	*Essex.*

Hæc duo Monasteria in dictâ *Clementis* Bullâ recensentur, non item in diplomate regio: Reperiuntur nihilominus in Inquisitione vocata the Cardinalls bundle, capta, virtute officii, an. 22 *H.* 8. post convictionem præfati Cardinalis.

Hæc an. 20 *H.* 8.

Gipeswic S. *Petri*	Can. S. *Aug.*	*Suff.*	26. *Junii*	Per bullam ejusdem PP. *Clem.* dat. in urbe veteri prid. Id. Mai A. D. MDxviij. pontif. sui an. 5.
De *Prato*	S. *Bened.*	*Hertf.*	6. *Julii*	
Walingford	S. *Bened.*	*Berks.*		
Bromhill	.....	*Norff.*	30. *Dec.*	*Pat.* 20 *H.* 8. part. 1.
Flixstow	.....	*Suff.*		
Romburgh	.....	*Essex*		

Exactiſsimus Sacrarum ædium apud *Anglos* & *Cambro-Britannos* * Catalogus; qui cum annuo ſingularum valore, certis ad eam rem explorandam miſsis, *Henrico* octavo, regni ſui vigeſimo ſexto, redditus eſt, & poſtea in libros *Primitiarum* & *Decimarum* relatus. Ad ſingula quæ in hoc volumine continentur (nempe de *Benedictinorum, Cluniacenſium, Ciſtercienſium*, & *Carthuſianorum* ordinibus) Catalogo ſpecialem in modum ſe referente. Reliquorum verò, quodcumque ã tabulis publicis aut probatis auctoribus excerpi potuit, in alium Tomum rejecimus. Aliis autem Cœnobiis quorum in hoc libro mentio fit (quæ in redditum Catalogo præterlapſa ſunt) cujus ordinis fuerint, & qua pagina ſe habeant ſolummodo addidimus.

* Ex vetuſto exemplari, in bibl. Cottm.

	Berkſ.	li.	s.	d.	ob.	q.
	Wallingford Collegiũ Hoſpitale S. Johannis, ibidem	0147	08	00	ob.	q.
	Shotteſbrooke Collegium	0006	00	00	00	00
Bened.	*Reading Abb.* 417	0033	18	08	00	00
Can.S.A.	*Boſtleſham Abb.*	1938	14	03	ob.	q.
Bened.	*Hurley Abb.* 363	0285	11	00	ob.	00
Bened.	*Abbington Abb.* 97	0121	18	05	00	00
	**Donnington Pr.*	1876	10	09	00	00
		0019	03	10	00	00
		4469	05	01	00	00
Bened.	*Wallingford* 326					
Bened.	*Sanford* 481					

	Bedf.	li.	s.	d.	ob.	q.
Can.S.A.	*Newenham Pr.*	293	05	11	00	00
Bened.	*Elneſtowe Abb.* 359	284	12	11	ob.	q.
Can.S.A.	*Caldwell Pr.*	109	08	05	00	00
	Minorum fratrum Domus	003	13	02	00	00
	S. Leonardi Hoſpitale	016	06	08	00	q.
	S. Joh. Bedd. Hoſpitale	021	00	08	00	00
Ciſt.	*Warden Abb.* 784	389	16	06	00	q.
Gilb.	*Chickſand Pr.*	212	03	05	ob.	00
	Nortbyle Colleg.	061	05	08	ob.	00
	S. Trin. Gilda in eccleſia S. Andr. de Bigleſwade	007	00	00	00	00
	Corper. Chriſti de Eaton Gilda	007	15	01	ob.	00
Can.S.A.	*Buſhmede Pr.*	071	13	09	ob.	00
Can.S.A.	*Dunſtable Abb.*	344	13	03	00	00
Bened.	*de Boſco Abb. S. Trinit.* 350	114	16	01	00	00
